

WEBER-GRYSON

BIBLIA SACRA VULGATA

Editio quinta

BIBLIA SACRA

IUXTA VULGATAM VERSIONEM

BIBLIA SACRA

IUXTA VULGATAM VERSIONEM

adiuvantibus

B. Fischer, I. Gribomont,

H. F. D. Sparks, W. Thiele

recensuit et brevi apparatu critico instruxit

ROBERT WEBER

Editionem quintam emendatam retractatam

praeparavit

ROGER GRYSON



DEUTSCHE BIBELGESELLSCHAFT

Die Deutsche Bibelgesellschaft ist eine gemeinnützige kirchliche Stiftung.
Gemeinsam mit dem Weltbund der Bibelgesellschaften (United Bible Societies)
fördert sie die biblische Textforschung sowie die weltweite Übersetzung der Bibel –
damit alle Menschen die Bibel in ihrer Sprache lesen können.

The German Bible Society is a not for profit religious foundation.
Its mission, in collaboration with other members of the United Bible Societies,
is to promote biblical research and worldwide Bible translation work in order
to make the Bible available to everybody in their own language.

Erste Auflage 1969
Zweite Auflage 1975
Dritte, verbesserte Auflage 1983
Vierte, verbesserte Auflage 1994
Fünfte, verbesserte Auflage 2007

ISBN 978-3-438-05303-9

Vulgata

Gesamtherstellung C. H. Beck, Nördlingen

Printed in Germany
5.2008
www.scholarly-bibles.com

PRAEFATIO EDITIONIS PRIMAE
(1969)

Vulgata editio ex consuetudine sermonis quae nunc est ea latina S. Scripturae versio appellatur, quam Ecclesia occidentalis post saeculum septimum in communi omnium usu habet. Quae non opus simplex et unum est, quod ab uno auctore vel uno tenore perfectum sit, immo vero corpus ex pluribus versionibus origine ac momento diversis compositum, quippe quo congesti sint et Veteris Testamenti plerique libri per S. Hieronymum ex ipsa hebraica veritate translati, unus liber Psalmorum, cuius textus quidam vetus ab eodem ad hexapla exemplaria graeca Origenis correctus est, libri Sapientiae Iesuque Sirach et Baruch atque Macchabeorum, quorum antiqua forma integra vel corrupta perseverat, cum ab illo numquam retractati sint; et rursus Novi Testamenti libri, quorum omnium textus ex vetere quodam latino assumptus ad graeci normam regulamque emendatus est, ut Evangeliorum levius sed sine dubio ab ipso S. Hieronymo, ita ceterorum multo diligentius ab uno vel pluribus ignotis. Ita fit, ut Vulgata neque aequalis sibique constans sit neque hieronymiana dici possit nisi notione latiore, id est ex parte maiore.

Verba Vulgatae multi frequentesque libri manuscripti praebent, quorum varietatibus atque dissimilitudine dilucide manifestatur, per quot vicissitudines mutationesque rerum illa semper et ubique non solum lecta, sed etiam refecta et renovata, accommodata et mutata sint, ita ut pro varietate regionum diversa ferrentur exemplaria et Italia, Hispania, Gallia, Scottia suas quisque editiones legeret et laudaret. Carolo Magno regnante Theodulphus, aurelianensis episcopus, corpus Scripturarum latinarum in unum redegit, correxit, emendavit, cuius sub cura elaborata volumina aliquot nunc usque servantur. Hos tamen et numero et auctoritate superant apographa, quae de pandecte ab Alcuino composito fluxerunt, sane validissima in tradenda Vulgata, praesertim in edendis exemplaribus Universitatis litterarum, quam dicunt, parisiensis saeculo XIII° et postea longe lateque diffusis. Quamquam vitiis multis gravibusque laborabant, editio princeps typis exscripta unum aliquod ex illis presse secuta est, ipsam denique fere solam typographi posteri repetebant et ne typica quidem editio sixto-clementina multa emendavit.

Habes ergo, benevole lector, in hisce tomis omnes utriusque Testamenti libros, quot illa complectitur editio, quam Clemens Papa VIII[us] anno 1592° Romae publici iuris fieri iussit, similiter in appendice additis Oratione quae fertur Manasse regis et tertio quartoque libro Esdrae. Quibus in eadem appendice Psalmum CLI[um] et epistulam ad Laodicenses missam adiunximus.

Ordinem librorum cum codices valde varient vel immutent, talem servare melius utiliusve duximus, qualem editio clementina sequitur. Ordo vero temporum et annorum, quibus S. Hieronymus illos libros emendavit et transtulit, hic est: anno 383° Evangelia; post 386[um] Psalterium iuxta LXX interpretes et hexapla; inter 390[um] et 405[um] libros Regum, Psalterium iuxta Hebraeos, quod nostris temporibus in Vulgata non annumeratur, volumina Prophetarum,

Iob, Ezrae, Verba dierum seu Paralipomenon, libros tres Salomonis, Pentateuchum, Iosue cum libro Iudicum et Ruth, librum Hester, iisdemque extremis, ut videtur, annis libros Tobiae et Iudith. Haec de S. Hieronymo auctore. Ceterorum librorum Novi Testamenti forma Vulgata apud Pelagium vel asseclas eius saeculo quinto ineunte primum invenitur; sed librorum Sapientiae, Iesu Sirach, Baruch, Macchabeorum apud Latinos fata disserere cum longum sit, breviter dicere sufficiat volumen Baruch secundum speciem figuramque Vulgatam repperiri primum in pandecte Theodulphi episcopi aurelianensis, reliquos libros iam in codice Amiatino, qui primis in annis saeculi octavi scriptus omnium bibliothecarum sacrarum est antiquissima, quae integra permanet.

Praeterea de Psalterio libri manuscripti Vulgatae traditionis inter se discrepare animadvertuntur. In bibliothecis enim S. Scripturae ante Alcuinum Psalterium iuxta Hebraeos habebatur neque post eum codices Hispaniae dissentiunt. Ipse tamen liturgia aevo carolino instaurata ductus illud loco movit et in vicem Psalmos iuxta LXX emendatos subrogavit, quibus Francogalli temporum illorum utebantur. Quo factum est, ut Psalterium gallicanum, quod dicitur, inter libros editionis Vulgatae confirmaretur. Hac re sine dubitatione concessa, nihilominus iuxta illud Gallicanum etiam Psalterium ex Hebraeo translatum ponere historiae consentaneum et lecturo gratum esse putabamus.

Praefationes S. Hieronymi, quas editio clementina anno 1592° omiserat et annis 1593° et 1598° in unum collectas in principio voluminis posuerat, suis locis restituimus et ante libros, quorum sunt, inseruimus. Epistulis autem S. Pauli prologum antiquum praefiximus, qui ab omnibus fere codicibus suppeditatur et eidem tribuendus esse videtur, qui corrigendo vel emendando Vulgatam Apostoli traditionem instituit. Ubi prologo non singuli libri, sed plures inducuntur, ut libri Pentateuchi, Iosue et Iudicum et Ruth, Samuhel et Regum, Proverbiorum et Ecclesiastae et Cantici Canticorum, Duodecim Prophetarum, Evangeliorum, Epistularum S. Pauli, titulos interpositos non grandioribus typis expressimus, ne dispositio ordinum obscuraretur. Idem secuti sumus, quod ad Epistulas Catholicas pertinet. Porro S. Hieronymo planissime indicante Samuhelis, Regum, Paralipomenon, Ezrae bini libri singuli nobis sunt, etiam si neque in verbis ipsis neque in annotatis neque in titulis paginarum divisiones editionis clementinae omittere voluimus, ut lecturis bene consuleretur (I–II Sm, III–IV Rg, I–II Par, I–II Esr).

Capita versusque, in quae libri partiuntur, praeter paucissima cum editione clementina concordant. Loci similes ibidem anno 1592° non commemorati, annis 1593° et 1598° in imis paginis positi, hic per moniales Abbatiae Mariendonk, habita verborum eorundem et congruentium potissimum ratione, ab integro renovati et in lateribus paginarum collocati sunt, cum partes inferiores commentariis criticis essent repletae. Numeri capitulorum canonumque, quos S. Hieronymus Eusebium secutus in Evangeliis apposuit, ab editione clementina neglecti, a nobis ex libris manuscriptis restituti sunt.

Recte prorsus ac merito cura textus recensendi et apparatus componendi nobis ingens et maxima fuit.

Ipse *textus* non verba editionis clementinae repetit, sed secundum praecepta scientiae artisque criticae constitutus est, fide codicum manuscriptorum accepta, succurrentibus editionibus maioribus, quae sunt: Veteris Testamenti

editio romana monachorum Abbatiae S. Hieronymi in Urbe O. S. B. nondum expleta, cum libri Prophetarum et Macchabeorum desiderentur, et Novi Testamenti editio oxoniensis Iohannis Wordsworth et Henrici Iuliani White. A quibus quotquot hucusque libri publicati sunt, omnium verba retinuimus, sed examinata, probata, correcta vel emendata; eodemque modo editionem Psalterii iuxta Hebraeos auctore Henrico de Sainte-Marie vulgatam in rem nostram convertimus. Contra librorum qui supersunt, id est Prophetarum, Macchabeorum, Orationis Manasse, tertii quartique libri Ezrae, epistulae ad Laodicenses missae verba funditus instauravimus, cum imaginibus et collationibus manuscriptorum codicum aliisque rebus paratis uteremur, quas vel Abbatia S. Hieronymi in Urbe vel Institutum Veteris Latinae beuronense pro sua benevolentia nobis promptas expositasque praebebant, neque has editiones neglegeremus, quas adornaverunt Donatianus De Bruyne librorum Macchabeorum, Robertus L. Bensly et Bruno Violet libri quarti Ezrae, Ioseph B. Lightfoot et Adolfus Harnack epistulae ad Laodicenses. Ceterum libenter concedimus recensionem textus non omnibus numeris absolutam et perfectam esse, sed quibusdam in locis emendari posse, ut editio romana consummata erit.

Secundum exemplum editionis oxoniensis et romanae distinctionibus omissis cola et commata, ut aiunt, expressimus, quae in exemplaribus vetustioribus repperiuntur; solos prologos et libros apocryphos, quos instar appendicis subiunximus, signis distinximus. A litteris autem quadratis non exorsi sumus nisi nomina divina vel propria, praeterea capitula Evangeliorum eusebiana, sicut mos erat antiquariorum. Quorum etiam leges atque rationem scribendi in tantum retinuimus, quantum permitti posse nobis videbatur, unde non semper una est sibive constans.

Maxime tamen haec editio manualis et editiones illae maiores in *apparatu critico* discrepant, quoniam haec ex illarum abundantia paucas tantum varias lectiones et paucos testes selegit. Nam varias lectiones minores omittere placitum est, quae sunt vel in sola ratione scribendi, nominibus propriis non praetermissis, vel in formis verborum saepius immutatis, ut *adversus/adversum, sicut/sicuti, dextera/dextra, circumeo/circueo, Nepthali/Nepthalim, Iordanen/Iordanem, infantum/infantium, transiebat/transibat, exivi/exii* et his similia. Praeterea neglegendas eas putavimus, quarum etiam in editionibus maioribus unus tantum erat testis Vulgatae traditionis. Si in codicibus scripta correcta vel mutata erant, quae ab ipso facta erant antiquario primo, iis taciti consentiebamus, quae ab alio, omittebamus praeter paucissimos locos ibique priorem lectionem stellula *, posteriorem numero ² notabamus.

Testium delegendorum haec erat ratio:

a) Testes graviores pro quolibet libro pauci codices manuscripti, ut auctoritate ita fere aetate maiores, admissi sunt atque semper in testimonium vocati, nisi de lectionibus agebatur, quae neglegenda esse iam supra placuit.

b) Testes leviores libri quidam manuscripti vel hispani vel alcuiniani vel sangallenses vel corbeienses vel alii citati sunt, sed in iis tantum locis, ubicumque testimonium aut testium graviorum, quos appellavimus, aut editionum typis impressarum datum erat, et eo consilio, ut suspicari posset prudens lector, quam late vel quo usque talis lectio varia divulgata esset. Sic illas publicas parumque definitas voces vitavimus, quae in editionibus manualibus percipi solent, ut *pauci* vel *multi* vel his similia.

c) Accedunt editiones criticae maiores et clementina, quarum omnis varietas, etiam nullo congruente manuscripto, in apparatum inserta est, nisi esset minor et omittenda, sicut supra dictum est.

Codicibus manuscriptis ea signa tribuere voluimus, quibus in editionibus maioribus notati sunt. At cum non solum illae aliquando inter se dissentirent, sed etiam uniuscuiusque codicis signum idem semper per omnes libros S. Scripturae servandum esset, inviti pauca mutavimus. Notas litterarum maiorum vel quadratarum codicibus manuscriptis plus minus integris, minorum autem vel communium romanarum manuscriptis truncis, minorum denique gothicarum vel angulose fractarum, quas dicunt, libris typis editis assignavimus.

Quoties post haec signa punctum additum est, scito ne maioribus quidem ab editionibus de tali lectione varia produci aliud testimonium ullius codicis manuscripti Vulgatae traditionis, immo nobis quoque non manuscripta, sed impressa tantum citantibus, nullum omnino tale testimonium adhuc innotuisse praeter solas editiones.

Variarum lectionum in apparatu scribendarum rationem simpliciorem brevioremque reddebamus, exempli gratia *israhele CTMS* dicto contenti pro *israhele TM; srahele C; israele S.*

Quoniam omnibus libris S. Scripturarum idoneos codices manuscriptos et impressos delegimus, sed aliis alios, singulos initio apparatus critici cuiusvis libri triplici serie testium graviorum *et* leviorum *ac* editionum enumeravimus. Si quaedam in codicibus desunt, in ipso apparatu memoravimus, et ubi incipiant et ubi desinant lacunae. Praeterea lecturi commodo consulentes illam triplicem seriem testium ex latere apparatus in singulis paginis huius editionis repetebamus, omissis pro casu iis qui paginae nihil, et inter uncinos positis iis qui paginae partem tantum praebent.

Attamen hoc monemus et flagitamus, ne ex silentio apparatus nostri, quippe qui consilio non omnia, sed selecta quaedam contineat, umquam ullum argumentum concludatur, sive varia lectio taceatur sive testis, praesertim testis levior. Quotiens re vera secundum leges artis scientiaeque criticae litteris studendum est, totiens utique sine exceptione maiores editiones manibus volvendae et sunt et erunt, vel etiam si ratio ponatur, utrum recte lectionem aliquam receperimus an reiecerimus, quandoquidem in iudicio textus non testimonia sola testium maiorum, sed omnia omnino, quae in apparatibus editionum maiorum habentur, audivimus, cognovimus, iudicavimus.

Verum si vel index codicum manuscriptorum percurritur, manifestum fit nos interdum novis uti, ad quos illae maiores editiones cur non respexerint nihil interest, novis testibus ut causa rectius iudicetur. Codices quoque, quorum ab illis testimonia data sunt, non paucos iterum de novo contulimus, imprimis cum de libris Novi Testamenti ageretur. Propterea quaecumque huius editionis apparatus criticus aliter ac editiones illae constare affirmat, non per nostrum errorem falsa esse reputa, sed diligenter a nobis emendata concede. Minor ergo sit haec editio manualis, tamen non nullo profectu ut textus sic apparatus maiores superare videtur.

Hoc opus inter eas editiones manuales secundum leges scientiae paratas numeratur, quas Societas Biblica Stuttgartiensis iam publici iuris fecit, quae sunt Biblia Hebraica Rudolphi Kittel et aliorum, Septuaginta Alfredi Rahlfs formaque minore Novum Testamentum ab Eberhardo Nestle primo curatum.

Idcirco priusquam finem faciamus dicendi, cl. viros qui societati illi praesunt satis grato animo a nobis aestimari vere decet. Nam ipsi priores coeperant consilium inire de hac editione Vulgatae; ipsi quosdam invitaverunt, qui sive Vulgatae maioribus editionibus romanae oxoniensique operam dabant sive Veterum Latinarum versionum editioni beuronensi. Sic quinque editorum, qui non unam eandemque religionem colebant, consortium ortum est, auctoritate ecclesiastica consentiente atque permittente archiepiscopi friburgensis officio, ut liber talis imprimatur. Illi quinqueviri opus una fecerunt, animo fidenti, communi omnium studio consilio iudicio; quod commercium ut iucundum ita perutile semper erat. Finito tandem diuturno labore non possunt non gratias agere quam maximas cum omnibus, quicumque non uno modo multisque rebus eos adiuvabant, tum praecipue moderatoribus Societatis Biblicae Stuttgartiensis pro comitate assidua et officiosa erga se voluntate atque pro diligentia indefessa strenuaque opera, quas in hos tomos conferebant, ut vere digni essent virtutibus ceterorum Societatis illius librorum.

PRAEFATIO EDITIONIS QUARTAE

Post viginti quinque annos quibus *Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem* primum edita sunt, et exemplaria plus quam tricies mille divulgata, ecce quarta editio. Hodie *Vulgata* Stuttgartiensis normam textus latini Librorum Sacrorum omnibus praebet qui his operam dant. Successit editioni Clementinae, quae summam per quattuor saecula auctoritatem habuit, attamen talis erat ut neque a viris doctis nostri saeculi textum latinum Scripturae Sacrae indagantibus probari posset, neque amplius eorum usibus sufficeret. Horum autem studia non solum Clementinae naturam improbaverunt, verum etiam alios tulerunt fructus, cum ex iis ortae sint editiones maiores Veteris et Novi Testamenti; illi operam monachi abbatiae pontificiae S. Hieronymi in Urbe ordinis S. Benedicti dederunt, hanc I. Wordsworth et eius socii curaverunt. Permulti sunt loci ubi lectiones Clementinae nullo manuscripto testimonio fulciuntur. Frequenter in ea invenimus textum contra codices mutatum, sive ut stilus et elocutio corrigerentur, sive quo doctrinae christianae melius congruere videretur, multumque discrepat a textu primitus vulgato, quem praebuerant pandecta primi millennii. Saepius etiam concordat solum cum recensione Universitatis Parisiensis tertii decimi saeculi, cuius iam textus haud semel in facilius mutatus longe afuit a testibus antiquissimis.

Quamquam etiam Ecclesia Romana hodie in sacra liturgia linguam uniuscuiusque populi admittit neque in studiis theologicis persequendis latini sermonis usum amplius requirit, tamen Vulgata latina inter litterarum occidentalium monumenta suo iure locum illustrissimum retinet. Quicumque historiae Occidentis quibuslibet de causis operam dabit, proficere non poterit nisi textum eius ad manum habebit. Itaque textu non iam opus est «authentico», quo theologi tuta conscientia uti possent, sed «critico», qui usque in ipsa dispositione verborum formam originariam quantum fieri potest exprimat nec non lectionum variarum

principalium rationem ducat. Dispositionem *per cola et commata,* quam voluit S. Hieronymus, restituere maximi momenti erat in nova editione conficienda, quia magis adhuc interpunctione quam titulis inserticiis vel emendationibus editores quomodo textum intellegi vellent indicarunt.

Secundum consilium a primis editionis Stuttgartiensis initiis observatum opus pro progressu studiorum certis annorum intervallis renovari debuit, quod munus nos in quarta hac editione suscepimus.

Textum ipsum Bibliorum Sacrorum, ut erat in tertia editione, immutatum reliquimus praeter errores quosdam libri impressi, qui ne in concordantiis quidem quas B. Fischer ante tertiam editionem publici iuris factas ediderat patefiebant, sive quia specie verisimilitudinis tecti non facile discernebantur, ut puta *eas* pro *eos* (Za 13,9), sive quia in iis editionis partibus occurrebant quae in concordantiis supradictis neglectae sunt. In quibus cum essent praefationes, factum est ut e.g. in praefatione libri Danielis *tote* pro *toto* (p. 1341, l. 22) in textum impressum irrepserit. His exceptis textus noster idem est ac is quem tertia editio continebat.

Bene tamen nobis conscii sumus nos admisisse vel immutata reliquisse nonnulla quae dubitationem quandam afferant. Sed haec omnia usu firmata sunt, et hoc textu nituntur supradictae concordantiae. Nobis etiam cavendum erat ne textum a viris doctis sub unius regimine firmo consilio elaboratum, cuius omnia elementa optime inter se congruerent, quibusdam locis mutantes totum disturbemus. Accedit quod quibus locis lectioni a R. Weber selectae alia nobis praeferenda videbatur, plerumque rationes certae inter varias lectiones diiudicandi deerant, ita ut ne acutissimum quidem acumen criticum dubitationem in qua versaremur superare posset. Huiusmodi sunt ea quae in editione Benedictinorum S. Hieronymi saepius adpositis vocibus «fortasse recte» in apparatu critico afferuntur. Denique, ubi exploratum nobis est textum originarium ab edito differre, velut in Is 11,2 (*spiritus scientiae et timoris domini* pro *spiritus scientiae et pietatis),* 16,1 (*emittite* pro *emitte*), 30,33 (*regi* pro *a rege*), lectio originaria quasi nusquam in codicibus invenitur. Quare, cum textum edendum suscepimus non ab Hieronymo sive ab aliis confectum, sed eum qui vere vulgatus esset, illa quasi «fossilia» non recepimus, cum neque in traditionem manuscriptam transierint, neque «lectionis» nomine vere digna sint, quia olim vel omnino non vel rarissime tantum «legerentur».

Apparatus criticus denuo recognitus est habita ratione editionum criticarum quae post annum 1982 in lucem prodierunt, sive in abbatia Romana S. Hieronymi sive in Instituto Veteris Latinae Beuronensi elucubratae sunt, scilicet libri Sapientiae, librorum Duodecim Prophetarum, priorum librorum Macchabaeorum nec non epistularum ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos. Quod attinet ad quartum librum Esdrae, editiones quas confecerunt v. d. Klijn et Bergren fere nihil novi attulerunt.

In librorum propheticorum apparatu R. Weber testimonia e commentariis S. Hieronymi sumpta attulerat, quibus accesserunt alia quae in Iuliani Aeclanensis tractatibus prophetarum Osee, Iohel et Amos invenit. Duodecim Prophetarum apparatum recognoscentes ea noluimus penitus omittere, quamquam nobis non omnino persuasimus ea vel utilia esse vel ad textum pertinere. Reapse lemmata commentariorum S. Hieronymi non praebent textum originarium versionis ex hebraico factae, sed formam quandam recognitam et correctam. Insuper occurrunt nonnulla ubi editionibus quas adhuc habemus vix fidas. In Iuliani autem

commentariis traditio manuscripta ita exigua est, ut lemmatum forma haud raro in dubio sit, si commentario ipso non firmetur. Usi sumus editione commentariorum in Duodecim Prophetas quae in serie editionum quae *Corpus Christianorum* dicitur prodiit, quamquam vitiis non caret. Adhibuimus etiam commentarium in Ionam prophetam qui in serie *Sources Chrétiennes* editus est. Quae testimonia secundaria ibi solum attulimus ubi textus eorum nobis satis certus esse visus est.

Ut in textu ipso Bibliorum sacrorum post editionis tertiae curas errores fere afuerunt, ita facere non possumus quin concedamus eius apparatum criticum errorum satis magnum numerum continuisse. Cuius rei causa simul et excusatio est quod labor ingens editionis conficiendae brevi tempore a paucis absolutus sit. Hoc imprimis apparet in libris prophetarum et Macchabaeorum. Cum enim R. Weber et ii quos socios sibi eius laboris asciverat, in Novo Testamento editionibus ab I. Wordsworth et aliis confectis uti possent, et in parte Veteris Testamenti subsidio editionis Benedictinorum S. Hieronymi fruerentur, textum criticum ubi illa editio non iam praesto erat primi constituerunt. Otium iis non erat quo minutissima omnia reviserent corrigerentque; itaque laborem alioqui in hoc genere studiorum necessarium ad errores vitandos, ut ipsi fatentur, penitus perficere non potuerunt. Nunc apparatus criticus totius Veteris Testamenti denuo examinatus est, variasque lectiones, ubicumque in dubio haesimus, imaginum phototypicarum ope confirmavimus.

Restat ut gratias agamus R. D. Iohanni Mallet abbatiae Romanae S. Hieronymi, qui qua est humanitate non dubitavit nobis transmittere plagulas librorum Macchabaeorum, qui, cum haec scribimus, sub prelo iacent, neque minus grati sumus confratri eius R. D. Petro Brottier, qui, ut ante eum R. P. Henricus de Sainte-Marie nunc vita functus in libris Duodecim Prophetarum fecerat, nobiscum communicavit omnia quae in comparandis Macchabaeorum editione Weberiana et maiore illa Hieronymiana animadverterat.

Lovanii Novi, Roger Gryson
in festo S. Marci Evangelistae,
a. d. VII. Kal. Mai., anno p. Chr. n. MDCCCCXCIV.

DE EDITIONE QUINTA

Biblia Sacra Vulgata nostra, quarta editione A.D. 1994 publici iuris facta et deinde quotannis pluries milibus exemplaribus diffusa, novis semper lectoribus placent. Monumentum hoc insigne litterarum Occidentis hodie non solum theologi, sed magis in dies etiam viri in artibus docti necnon historiae periti inter libros suos praesto habere cupiunt. Postquam volumina Veteris Latinae versionis librorum Ruth, Isaiae, Revelationis, cura et studio editorum Beuronensium, nuper in lucem prodierunt, nova editio optabatur.

Denuo errata preli corrigenda fuerunt, quae oculos acutos plurium correctorum effugerant, nempe in Nm 7:23; I Sm 11:7; Ecl 12:5 (ubi »pomeria« loco «pomaria» scribi debet); Col 3:21. Quantum ad scriptionem nominum propriorum attinet, dum Veteris Testamenti editores Abbatiae Sancti Hieronymi in Urbe optimos testes manuscriptos adamussim sequentes aliquando eadem nomina aliter scripserunt, huius editionis Stuttgartensis auctores eandem semper formam conservare maluerunt. Hac ratione »Sadoc« ubique ita scribendum erat, etsi editio maior Sancti Hieronymi in Urbe semel in Ez 43:19 »Sadoch« praebet.

Noluimus mutare textum ipsum, causis iam expositis in praefatione quartae editionis, non autem sublatis cautelis ibidem expressis, praesertim cum praeparatio Veteris Latinae editionis librorum Isaiae et Revelationis nos hac de re confirmaverit.

S. Hieronymus, dum commentaria in Isaiam prophetam componit, et suae propriae interpretationis Latinae exemplar, quod quidem mendis omnino non exemptum erat, et Biblia Hebraice scripta, et editiones ex Hexaplis Origenis adnotatas in promptu habebat. His omnibus perspectis nonnumquam textum propriae interpretationis mutavit, saepius tamen correctione clam facta. Tales lectiones novae, cuiuscumque momenti sint, in Biblia Vulgata introduci nequaquam debent, praesertim quia plurimae earum a traditione textus antiquiore ignorantur. Postea denique primis lustris XIII saeculi Parisiis, testibus sic dictis »correctoriis«, textus interpretationis S. Hieronymi commentariis eius conferri coepit, quoniam tunc temporis viris eruditis persuasum fuit lemmata commentariorum meliorem textum praebere quam codices manuscripti Medii Aevi, vel commentaria maturiorem doctrinam S. Hieronymi reflectere quam ipsa eius interpretatio Bibliorum sacrorum. Id causa fuit quare lemmata multa e commentariis Biblia Vulgata universitatis Parisiensis invaserunt, unde saeculis XV et XVI in Biblia prelo edita et ultra usque in editionem Clementinam fluxerunt. Apparatus noster, dum magnum quippe numerum lectionum in c et *Hi* concordantium notat, eloquens huius rei testis est.

Nihilominus lemmata commentariorum S. Hieronymi, demptis erroribus iam inde ab initio in exemplaribus exortis necnon aliis postea in cursu temporis additis, perutilia remanent, quia archetypo eius interpretationis multo propiora sunt quam antiquissimi Sacrorum Bibliorum codices. Nostra editio Isaiae prophetae duobus testibus maxime usa est, codicibus nempe Cavensi et Amiatino. Ambo saepe discordant, et etiam ubi concordant, non semper sine errore sunt. In qui-

busdam locis ambiguis quae lectio praeferenda sit nonnumquam dubium remanet, et iudicia olim ad tale discrimen lata commentariis consultis haud raro recognosci oportet.

Econtra SS. Patrum commentaria in Revelationem nihil omnino contribuunt textui genuino eruendo. Primasii enim lemmata biblica formam textus Africani aetatis posterioris prae se ferunt, dum fragmenta Taurinensia necnon homiliae B. Caesarii et commentaria Beati Liebanensis textu utuntur Tyconii. Ceteri omnes Biblia Vulgata sequuntur. Nec commentariis Apringii, uno tantum manuscripto saec. XII servatis, fides praeberi potest, nec illis Beda auctore conscriptis, in quorum lemmata variae lectiones Veteris Latinae versionis saepius irrepserunt, quas auctor tum in fontibus suis cum in codicibus Vulgatae contaminatis legerat. Omnes vero istae auctoritates historiam textus illuminant. Nam lectiones illius Veteris Latinae interpretationis nonnumquam perdiu subsisterunt. Itaque revera perplexior historia illa fuit quam e solo apparatu editionis minoris Stuttgartensis hucusque concludi posset. Tribus codicibus, Fuldensi nempe, Sangermanensi et Amiatino, editio haec maxime freta est. Nil contra horum selectionem testium! Ordinem vero Fuldensis, Sangermanensis, Amiatini, quem praecedens editio epistularum catholicarum secuta erat, inverti oportebat, quia sine dubio in libro Revelationis testis optimus Sangermanensis est, deinde Amiatinus, postremo Fuldensis. Sed apparatum corrigere hac in re noluimus. Revera parvi refert, dummodo pondus uniuscuiusque trium testium non ignoratur. Eis tamen codicem Legionensem addidimus, ut lector benevolus traditionem melius conspicere posset. Natura textus huius codicis e finibus Lugduni in Gallia oriunda multis exemplaribus Medio in Aevo divulgata erat. Quoniam Legionensis codex in Bibliis Stuttgartensibus solummodo testibus minoribus hucusque adnumeratus erat, lectiones eius in apparatu nonnumquam desiderabantur.

Eadem de causa in libro Ruth codicem Toletanum ab inferiori ad superiorem gradum testium principalium eveximus, praesertim cum antiquissimus horum testium, palimpsestus scilicet Bobbiensis, saepius deficiat.

Dum editio haec quinta paratur, Walter Thiele aetate premente exoptavit ut editoris munere pro sua parte solveretur. Pro opere Bibliis Latinis per multos annos vitae suae dedicato gratias quam maximas ei libenter agimus. Commoto gratoque cum animo meminimus trium aliorum collegarum sociorumque, qui interea obviam processerunt Ei cuius verbum indefesse scrutaverant, et quo vocante hanc vitam cum altera beatiore mutaverunt, Bonifatii Fischer, Hermann Josef Frede, Hadley F. D. Sparks. Ipsis hoc opus dedicare placet.

Lovanii Novi, Roger Gryson
in die natali sancti Hieronymi,
pridie Kalendas Octobres A. D. MMVI

VORWORT ZUR ERSTEN AUFLAGE
(1969)

Nach dem heutigen Sprachgebrauch versteht man unter *(Editio) Vulgata* die lateinische Übersetzung der gesamten Bibel, wie sie seit dem 7. Jahrhundert in der lateinischen Kirche allgemein gebräuchlich ist. Sie ist nicht von einem einzigen Autor in einem Wurf geschaffen worden, sondern stellt eine Sammlung von Übersetzungen dar, die nach Ursprung und Wert ganz verschieden sind. Im Alten Testament sind die meisten Bücher der Vulgata direkte Übersetzungen des hl. Hieronymus aus dem Hebräischen. Der Psalter aber ist ein altlateinischer Text, den er nur nach der griechischen Hexapla des Origenes korrigiert hat. Und andere Bücher, nämlich Weisheit, Sirach, Baruch und Makkabäer, bieten noch heute eine altlateinische Form, da Hieronymus sie nie bearbeitet hat. Im Neuen Testament liegt allen Büchern ein altlateinischer Text zugrunde, der durchweg nach dem Griechischen verbessert worden ist, in den Evangelien flüchtig, in den übrigen Teilen wesentlich genauer. Die Bearbeitung der Evangelien stammt sicher vom hl. Hieronymus; für die anderen Bücher bzw. Büchergruppen ist der Urheber unbekannt. Zusammengenommen ist also die Vulgata keineswegs einheitlich, und man kann sie nur in einem weiteren Sinne als Werk des hl. Hieronymus bezeichnen, da von ihm der größere Teil stammt.

Der Text der Vulgata ist uns in sehr vielen Handschriften erhalten. Die mannigfachen Lesarten darin erzählen vom bewegten Schicksal eines lebendigen Textes, der immer wieder aufs neue bearbeitet wurde. Das führte dazu, daß Italien, Spanien, Gallien und Irland je ihre eigenen Rezensionen überliefern, die sich deutlich voneinander abheben. Zur Zeit Karls des Großen unternimmt Theodulf von Orléans eine Revision der lateinischen Bibel, die in einigen Handschriften erhalten ist. Größer ist aber die Zahl der Handschriften, die sich von Alkuin herleiten; und dieser Text hat die weitere Entwicklung bestimmt bis hin zur Pariser Bibel der Sorbonne im 13. Jahrhundert und ihren zahlreichen Abschriften. Eine davon wurde die Vorlage der ersten gedruckten Bibel, von der wiederum fast ohne Änderungen die folgenden Bibeldrucke abhängen, sogar die offizielle Editio Sixto-Clementina. Leider hat dieser Text viele Mängel.

Die vorliegende Ausgabe enthält alle biblischen Bücher, die in der römischen Ausgabe stehen, die Papst Clemens VIII. 1592 erscheinen ließ; die Oratio Manasse und das dritte und vierte Buch Esra stehen wie dort in einem Anhang am Schluß, und ebendort sind außerdem der 151. Psalm und der Brief an die Laodicener beigefügt.

Die Reihenfolge der biblischen Bücher ist in den Handschriften sehr verschieden; deshalb wurde aus praktischen Gründen die Ordnung der Clementina beibehalten. Zeitlich kommen die Übersetzungen bzw. Revisionen des hl. Hieronymus folgendermaßen hintereinander: 383 die Evangelien; nach 386 die Revision der Psalmen nach dem hexaplarischen Text; zwischen 390 und 405 die Königsbücher, Psalmenübersetzung aus dem Hebräischen («Psalterium iuxta Hebraeos», gehört nicht zur heutigen Vulgata), Propheten, Ijob, Esra,

Chronik, Weisheitsbücher, Pentateuch, Josua-Richter-Rut, Ester; die Bücher Tobit und Judit sind wohl gegen Ende desselben Zeitabschnittes anzusetzen. Von den Büchern, die nicht vom hl. Hieronymus stammen, ist die Vulgataform des Neuen Testaments zuerst bei Pelagius und seinen Anhängern zu Anfang des 5. Jahrhunderts bezeugt. Auf die Textgeschichte von Weisheit, Sirach, Baruch und Makkabäer im einzelnen einzugehen, würde zu weit führen. Hier sei nur soviel gesagt, daß der Vulgatatext von Baruch sich erst bei Theodulf von Orléans findet; bei Weisheit, Sirach und Makkabäer dagegen steht die jetzige Textform schon in der ältesten lateinischen Vollbibel, die uns erhalten ist, dem «codex Amiatinus» aus den ersten Jahren des 8. Jahrhunderts.

Ein Sonderfall ist der Psalter, da die Vulgata-Handschriften für ihn verschiedene Texte überliefern. Bis Alkuin stand in den Vollbibeln das Psalterium iuxta Hebraeos; in den spanischen Bibeln hält es sich auch nachher noch lange Zeit. An seine Stelle setzte Alkuin im Zusammenhang mit der karolingischen Liturgiereform die hexaplarische Revision, die damals in Gallien der gebräuchliche Text war. Infolge seiner Entscheidung hat sich dann dieses sogenannte «Psalterium Gallicanum» als Psaltertext der Vulgata durchgesetzt. Gewiß soll dem Gallicanum nicht sein angestammter Platz als Psaltertext der Vulgata streitig gemacht werden; angesichts der geschichtlichen Entwicklung erschien es jedoch angemessen, dem Gallicanum das Iuxta Hebraeos an die Seite zu stellen.

Die Vorreden des hl. Hieronymus zu seinen Bibelübersetzungen sind in der vorliegenden Ausgabe an ihren ursprünglichen Platz jeweils zu Anfang der betreffenden Bücher gesetzt, während sie in der Clementina von 1592 ganz fehlen und in den Drucken von 1593 und 1598 alle beieinander am Anfang des Bandes stehen. Darüber hinaus wurde der alte Prolog zu den Paulusbriefen gegeben, der in fast allen Handschriften steht und vielleicht vom Urheber dieses Teiles der Vulgata stammt. Soweit die Vorreden zu Büchergruppen gehören (Pentateuch, Josua-Richter-Rut, Samuel-Könige, Sprüche-Prediger-Hohes Lied, Zwölfprophetenbuch, Evangelien, Paulusbriefe), wurden die Zwischentitel absichtlich weniger hervorgehoben, um das Zusammengehören der Gruppe nicht zu verwischen. Ebenso hielten wir es bei den Katholischen Briefen. Weiter bilden Samuel, Könige, Chronik und Esra jeweils nur ein einziges Buch, wie der hl. Hieronymus ausdrücklich feststellt; unsere Ausgabe gibt jedoch aus praktischen Gründen in Text, Apparat und Seitentiteln die Einteilung der Clementina an (also I-II Sm, III-IV Rg, I-II Par, I-II Esr).

Die Einteilung in Kapitel und Verse folgt der Clementina bis auf seltene Ausnahmen. Verweisungen auf Parallelstellen gibt es in der Clementina von 1592 nicht, in den Drucken von 1593 und 1598 stehen sie jeweils unten auf der Seite. Für die vorliegende Ausgabe sind sie von den Benediktinerinnen der Abtei Mariendonk ganz neu erarbeitet, wobei die Übereinstimmung im lateinischen Wortlaut entscheidend war. Weil unten auf den Seiten der kritische Apparat steht, wurden die Parallelen auf den seitlichen Rändern untergebracht. In den Evangelien wurden die Zahlen der eusebianischen Abschnitte und Kanones, die in der Clementina fehlen, nach den Handschriften eingesetzt.

Selbstverständlich war es aber vor allem die Herstellung des Textes und die Abfassung des kritischen Apparates, denen besondere Sorgfalt zugewandt wurde.

Der Text gibt nicht die Clementina wieder, sondern ist eine wissenschaftliche Rezension nach den Handschriften mit Hilfe der großen kritischen Ausgaben; das sind für das Alte Testament die Edition der Benediktiner von S. Girolamo in Rom (unvollständig, Propheten und Makkabäer sind noch nicht erschienen) und für das Neue Testament die Oxforder Ausgabe von J. Wordsworth und H. J. White. Soweit der Text in diesen Ausgaben von Rom und Oxford ediert ist, wurde er in unsere Handausgabe übernommen, zuvor aber sorgfältig kontrolliert und, wo es notwendig war, verbessert. In gleicher Weise wurde für das Psalterium iuxta Hebraeos die Ausgabe von H. de Sainte-Marie benützt. Dagegen mußte der Text für die Propheten, Makkabäer, Oratio Manasse, III-IV Esra und den Laodicenerbrief neu erstellt werden auf Grund von Photokopien der Handschriften, von Kollationen und anderen Vorarbeiten, die freundlicherweise von der Abtei S. Girolamo in Rom und vom Vetus Latina Institut in Beuron zur Verfügung gestellt worden sind; benützt wurde auch die Edition der Makkabäerbücher von D. De Bruyne und für IV Esra die von R. L. Bensly und B. Violet, für den Laodicenerbrief die von J. B. Lightfoot und A. Harnack. Natürlich wird man unseren kritischen Text, der ja nur provisorisch sein kann, an manchen Stellen verbessern müssen, wenn einmal die betreffenden Bücher in der großen römischen Ausgabe erscheinen.

Wir folgen dem Vorbild der Ausgaben von Rom und Oxford und drucken den Text ohne Satzzeichen «per cola et commata», wie er in den alten Handschriften erscheint. Satzzeichen stehen also nur in den Prologen und in den Apokryphen des Anhangs. Großbuchstaben sind beschränkt auf die Nomina Sacra und die Eigennamen; dazu kommen in den Evangelien entsprechend den Handschriften die Anfänge der eusebianischen Abschnitte. Die Orthographie richtet sich möglichst weitgehend nach den Handschriften und ist deshalb nicht immer einheitlich.

Der Hauptunterschied zu den großen Ausgaben zeigt sich im kritischen Apparat, da in unserer Handausgabe nur eine kleine Auswahl aus den vielfältigen Varianten und den zahlreichen Zeugen erscheint, die dort gesammelt sind. Bei den Varianten wurden grundsätzlich die weniger wichtigen nicht aufgenommen, nämlich rein orthographische – auch bei Eigennamen –, und gewisse häufig vorkommende Wechsel der Wortformen, z. B. *adversus/adversum, sicut/sicuti, dextera/dextra, circumeo/circueo, Nepthali/Nepthalim, Iordanen/Iordanem, infantum/infantium, transiebat/transibat, exivi/exii* usw. Weiter wurden auch die Lesarten regelmäßig weggelassen, die nur in einer einzigen Handschrift stehen. Bei Korrekturen in den Handschriften werden solche einer zweiten Hand nur in seltenen Ausnahmefällen genannt, wobei die ursprüngliche Lesart mit * und die verbesserte mit ² bezeichnet wird; die Korrekturen der ersten Hand dagegen werden stillschweigend angenommen.

Auch bei den Zeugen war eine Auswahl zu treffen. Sie richtet sich nach folgenden Gesichtspunkten:

a) Als Hauptzeugen gelten in jedem Buch einige wenige Handschriften, die für die Herstellung des Textes wichtig sind; meist sind sie zugleich die ältesten. Aus ihnen werden alle Varianten aufgenommen außer solchen, die prinzipiell nicht berücksichtigt werden, wie eben gesagt wurde.

b) Als Nebenzeugen werden verschiedene Handschriften aus Spanien, der Alkuinbibel, aus St. Gallen, Corbie usw. herangezogen. Sie erscheinen im Ap-

parat nur als zusätzliche Zeugen zu solchen Varianten, die schon wegen ihres Vorkommens in Hauptzeugen oder Ausgaben genannt werden. Sie sollen eine ungefähre Vorstellung vermitteln, wie weit und wo eine Variante verbreitet ist. Sie stehen also anstatt der arg verschwommenen Ausdrücke «pauci», «multi» oder dgl., wie man sie gewöhnlich in Handausgaben findet.
c) Dazu kommen die großen kritischen Ausgaben und die Clementina. Aus ihnen werden alle Abweichungen des Textes aufgeführt, auch wenn keine Handschrift sie bietet, abgesehen von den Wortformen und den orthographischen Varianten.

Für alle Handschriften haben wir an sich die Sigel der großen Ausgaben beibehalten. Weil aber diese nicht ganz übereinstimmen und möglichst jede Handschrift durchgehend das gleiche Sigel behalten sollte, ließen sich einige Änderungen nicht vermeiden. Majuskeln stehen bei uns für mehr oder weniger vollständige Handschriften, lateinische Minuskeln für Fragmente und Fraktur-Minuskeln für die Ausgaben.

Als besonderes Zeichen verwenden wir einen Punkt nach den Sigeln. Er besagt, daß für die betreffende Lesart keine weitere Vulgata-Handschrift in den großen Ausgaben angeführt wird. Wenn also vor dem Punkt keine Handschriften, sondern nur Ausgaben genannt sind, findet sich die Lesart überhaupt in keiner Vulgata-Handschrift.

Die verschiedenen Schreibweisen einer Variante werden im Apparat vereinfacht; z. B. steht statt *israhele TM; srahele C; israele S* nur *israhele CTMS.*

Für die biblischen Bücher werden jeweils verschiedene Handschriften und Ausgaben herangezogen. Am Anfang der Bücher steht immer im Apparat die Liste, unterschieden in Hauptzeugen, Nebenzeugen und Ausgaben. Aus praktischen Gründen wird sie auf jeder Seite am Rande neben dem Apparat wiederholt; dabei werden die Lücken, deren Anfang und Ende jeweils im Apparat angegeben ist, berücksichtigt, indem die Handschriften weggelassen werden, die gar nichts von dem Text der betreffenden Seite bewahrt haben, und die Handschriften in Klammern stehen, die nur einen Teil des Textes bieten.

Man darf aber nie aus dem Auge verlieren, daß der Apparat unserer Ausgabe bewußt unvollständig ist. Wenn eine Handschrift nicht genannt oder keine Variante verzeichnet ist, darf man daraus keinesfalls Schlüsse «ex silentio» ziehen, am allerwenigsten bei Nebenzeugen. Wer auf textkritischem Gebiet ernsthaft und wissenschaftlich arbeiten will, muß nach wie vor unbedingt die großen Ausgaben benützen. Dies gilt schon dann, wenn man nur nachprüfen will, ob wir uns mit Recht für diese oder jene Lesart entschieden haben. Tatsächlich beruht nämlich unser Text nicht bloß auf den Handschriften, die unsere Hauptzeugen sind, sondern auf einer Beurteilung der gesamten handschriftlichen Überlieferung, wie sie im kritischen Apparat der großen Ausgaben erscheint.

Andererseits ergibt sich schon aus der Liste unserer Handschriften, daß wir gegebenenfalls weitere Handschriften herangezogen haben, die in den großen Ausgaben aus irgendwelchen Gründen nicht berücksichtigt sind, um dadurch deren Apparat nach neueren Erkenntnissen zu verbessern. Besonders im Neuen Testament ist ein beträchtlicher Teil unserer Handschriften neu kollationiert worden; wenn also die positiven Angaben unseres Apparates vom Apparat der großen Ausgaben abweichen, so handelt es sich nicht um Fehler, sondern um notwendig gewordene Korrekturen. Damit bringt unsere Handausgabe trotz

ihrer absichtlichen Beschränkung doch einen Fortschritt gegenüber den bisherigen Ausgaben nicht nur im Text, sondern sogar im kritischen Apparat.

Das vorliegende Werk soll neben die anderen wissenschaftlichen Handausgaben treten, die schon bei der Württembergischen Bibelanstalt in Stuttgart erschienen sind, die Biblia Hebraica von Kittel, die Septuaginta von Rahlfs und in kleinerem Format das Neue Testament von Nestle-Aland. Bevor wir die Einleitung schließen. sei daher der Leitung dieser Anstalt die gebührende Anerkennung ausgesprochen. Es ist ihrer Initiative zu verdanken, daß die vorliegende Handausgabe der Vulgata überhaupt in Angriff genommen wurde. Sie trat an Mitarbeiter der Vulgata-Ausgaben von Rom und Oxford sowie der Beuroner Vetus Latina, der entsprechenden Ausgabe für die altlateinischen Bibeltexte, heran. So wurde eine interkonfessionelle Arbeitsgemeinschaft von fünf Herausgebern gebildet. Die zuständigen kirchlichen Stellen erklärten sich einverstanden und dementsprechend erteilte das Erzbischöfliche Ordinariat Freiburg/Breisgau der Ausgabe das Imprimatur. Die Zusammenarbeit der fünf Herausgeber war eng und vertrauensvoll; während der ganzen Zeit tauschten sie freundschaftlich Meinungen und Anregungen aus, was der Ausgabe sehr zustatten kam. Am Ziel ihrer mehrjährigen Arbeit angelangt, möchten sie aufrichtig und herzlich all denen danken, die ihnen auf mancherlei Weise geholfen haben, vor allem der Leitung der Württembergischen Bibelanstalt für ihr verständnisvolles Entgegenkommen, das sie stets bewiesen hat, und für ihr Bemühen um die Gestaltung der beiden Bände, die sich würdig den anderen Druckausgaben der Bibelanstalt anschließen.

VORWORT ZUR VIERTEN AUFLAGE

Fünfundzwanzig Jahre nach ihrem ersten Erscheinen wird die *Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem* hiermit in vierter Auflage vorgelegt. Inzwischen ist das Werk in mehreren zehntausend Exemplaren verbreitet worden und hat sich als die heute maßgebliche Ausgabe der Vulgata durchgesetzt. Damit hat diese Ausgabe gewissermaßen die Funktion der Clementina übernommen, die vierhundert Jahre in Geltung stand, deren Schwächen aber nach einem Jahrhundert intensiver Forschung zur Geschichte der lateinischen Bibel nicht verborgen bleiben konnten. Die diesbezüglichen Forschungsergebnisse liegen vor in der monumentalen Edition der Benediktiner von S. Girolamo (für das Alte Testament) und der Edition von Wordsworth-White (für das Neue Testament). Die große Anzahl der Lesarten, denen in unserem kritischen Apparat nach dem Sigel für die Clementina ein Punkt folgt – zur Kennzeichnung der Singularität der betreffenden Lesarten –, offenbart den eigenwilligen Charakter ihres Textes. Er entfernt sich häufig teils aus literarischen, teils aus dogmatischen Gründen von der handschriftlichen Überlieferung und bietet so nicht mehr als ein fernes Echo der ursprünglichen Vulgata, wie sie in den Pandekten des ersten Jahrtausends erscheint. Aber auch wenn der besagte Punkt fehlt, wird der clementinische Text oft nur von der Rezension der Pariser Universität aus dem 13. Jahrhundert ge-

stützt. Diese bietet jedoch bereits einen geglätteten Text, der sich weit von den ältesten Zeugen entfernt hat. So kann also der Text der Clementina den Anforderungen der heutigen Zeit nicht mehr genügen.

Nach den Kirchen, die aus der Reformation hervorgegangen sind, hat sich nunmehr auch die Katholische Kirche für den Gebrauch der Nationalsprachen in der Liturgie entschieden; ebenso hat sie sich vom Latein als Sprache von theologischer Lehre und Forschung verabschiedet. Nichtsdestoweniger bleibt jedoch die lateinische Bibel eines der wichtigsten literarischen Denkmäler der abendländischen Kultur. Wer sich, unter welchem Gesichtspunkt auch immer, für deren Geschichte interessiert, muß immer wieder zur lateinischen Bibel greifen. Von daher gesehen ist es zwar nicht mehr nötig, einen im theologischen Sinn autoritativen Text zur Verfügung zu stellen, wohl aber eine Edition, die – auch schon ihrer äußeren Anlage nach – den ursprünglichen Text so genau wie möglich darbietet und dabei zugleich die wichtigsten Varianten berücksichtigt. In dieser Hinsicht bedeutet die Rückkehr zur Gliederung «per cola et commata», wie sie dem Willen des Hieronymus entspricht, eine wichtige Entscheidung; die moderne Interpunktion – ja diese mehr noch als irgendwelche Zwischentitel oder Eingriffe in den Text selbst – gibt den Herausgebern zu viele Möglichkeiten, den Text im Sinn ihrer eigenen Interpretation festzulegen.

Als das Konzept für die Stuttgarter Ausgabe entwickelt wurde, war vorgesehen, daß sie regelmäßig auf den neuesten Stand der Forschung gebracht werden sollte. Dies ist erneut geschehen in der hier vorgelegten vierten Auflage.

Am Text selbst sind keine Veränderungen vorgenommen worden, abgesehen von der Korrektur einiger Druckfehler, die seinerzeit, als vor Erscheinen der dritten Auflage unter der Leitung von B. Fischer die Konkordanz zur Vulgata erarbeitet wurde, der damit verbundenen Kontrolle entgangen waren. Es handelt sich entweder um unverdächtige Formen, die man nicht als Fehler erkannte, wie *eas* statt *eos* in Za 13,9, oder um Fälle in Texten, die, wie die Prologe, in der Konkordanz nicht berücksichtigt werden, so zum Beispiel *tote* statt *toto* im Prolog zum Danielbuch (Seite 1341, Zeile 22). Davon abgesehen wurde der Text der dritten Auflage unverändert übernommen.

Das bedeutet nicht, daß wir diesen Text in allen Einzelheiten für unanfechtbar halten. Doch meinten wir, der Tatsache Rechnung tragen zu sollen, daß er inzwischen weit verbreitet und weithin akzeptiert ist und auf seiner Grundlage die erwähnte Konkordanz erstellt wurde. Außerdem haben wir hier einen homogenen Text vor uns, der nach strengen Prinzipien unter der Gesamtleitung eines maßgeblichen Kenners der Materie erarbeitet wurde. Hier stellenweise einzugreifen, würde bedeuten, diese Einheit aufs Spiel zu setzen. Außerdem ist es an den Stellen, an denen die Entscheidungen R. Webers Anlaß zu Zweifeln geben, grundsätzlich schwer, ein sicheres Urteil zu fällen. Die Lesarten, die man zu korrigieren versucht ist, gehören fast alle in den unsicheren Grenzbereich, den selbst die sorgfältigste textkritische Arbeit nicht ganz aufhellen kann. Dies gibt auch die Edition der Benediktiner von S. Girolamo zu erkennen, wenn Varianten in ihrem Apparat mit dem Vermerk *forsitan recte* versehen sind. In bestimmten Fällen, in denen man beweisen kann, daß der ursprüngliche Text sich von dem der Edition unterscheidet, z. B. in Is 11,2 (*spiritus scientiae et timoris domini* anstelle von *spiritus scientiae et pietatis*), 16,1 (*emittite* anstelle von *emitte*), 30,33 (*regi* anstelle von *a rege*), ist die ursprüngliche Lesart in den Handschriften

praktisch nicht vertreten. Bei einer Edition, die die Vulgata als solche bieten will und nicht die Textformen – des Hieronymus oder anderer Bearbeiter jener Zeit –, aus denen der Vulgatatext sich entwickelt hat, wäre es methodisch nicht gerechtfertigt, sozusagen fossile «Lesarten» auszugraben, die von der Überlieferung nicht aufgenommen worden sind. Sie verdienen die Bezeichnung «Lesart» nur in einem uneigentlichen Sinn, da sie ja tatsächlich niemals oder nur selten zu «lesen» waren.

Der textkritische Apparat ist unter Berücksichtigung der neuen kritischen Editionen durchgesehen worden, die seit 1982 von der Abtei S. Girolamo in Rom und dem Vetus Latina Institut in Beuron veröffentlicht wurden. Es handelt sich also näherhin um den Apparat zum Buch Sapientia, zu den Zwölf Propheten, zu den ersten beiden Makkabäerbüchern und zu den drei letzten Briefen des paulinischen Corpus. Bezüglich des 4. Esrabuches bieten die Editionen von Klijn und Bergren nichts wirklich Neues.

Im Apparat zu den Prophetenbüchern hatte R. Weber die Kommentare des Hieronymus als Zeugen benutzt, für einige von den Kleinen Propheten zusätzlich die des Julian von Eclanum. Bei der Revision des Apparates zum Dodekapropheton entschieden wir uns dafür, diese Hinweise nicht völlig herauszunehmen, obgleich wir ihre Relevanz und ihren Nutzen kritisch beurteilen. Das Lemma der hieronymianischen Kommentare gibt nicht den reinen und unveränderten Text der Übersetzung aus dem Hebräischen wieder, den Hieronymus zuvor veröffentlichte; es ist vielmehr ein revidierter und korrigierter Text. Außerdem sind bei einigen der Kommentare die gegenwärtig verfügbaren Ausgaben nicht vertrauenswürdig. Was die Kommentare des Julian von Eclanum betrifft, ist die handschriftliche Überlieferung so schmal, daß den Details des biblischen Lemma oft mit Vorsicht begegnet werden muß, es sei denn, sie würden ausdrücklich vom Kommentar selbst bestätigt. Trotz ihrer Unzulänglichkeiten haben wir die neue Edition der Kommentare zum Dodekapropheton benutzt, die in der Reihe *Corpus Christianorum* erschienen ist; ebenso haben wir die Ausgabe des Jonas-Kommentars in der Sammlung *Sources chrétiennes* zu Rate gezogen. Wir haben diese indirekten Zeugnisse jedoch nur da berücksichtigt, wo ihr Text uns genügend abgesichert scheint.

Wenn auch der Text der *Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem* von der dritten Auflage an praktisch frei war von Fehlern äußerlich-technischer Art, so gilt dies nicht in gleichem Maße für den kritischen Apparat. Der verhältnismäßig kurze Zeitraum, in dem ein nur kleiner Kreis von Gelehrten diese umfangreiche Arbeit bewältigen mußte, erklärt und entschuldigt diese Unvollkommenheiten, die sich besonders im Apparat zu den Propheten- und Makkabäerbüchern bemerkbar machten. R. Weber und seine Mitarbeiter konnten sich für das Neue Testament auf die Edition von Wordsworth-White stützen und für einen Teil des Alten Testaments auf die der Benediktiner von S. Girolamo. Für den andern Teil des Alten Testaments, für den die Edition der Benediktiner noch nicht verfügbar war, mußten sie jedoch selbst den Text von Grund auf neu konstituieren. Dabei blieb zu wenig Zeit für die minutiösen Arbeitsgänge der Verifikation, die unerläßlich sind, um Irrtümer auf ein Minimum zu beschränken. Für diese vierte Auflage ist nunmehr der kritische Apparat für das gesamte Alte Testament erneut durchgesehen worden, wobei alle zweifelhaften Varianten anhand von Photographien oder Mikrofilmen überprüft wurden.

Wir haben zu danken Dom Jean Mallet von der Abtei S. Girolamo in Rom, der uns freundlicherweise die Korrekturfahnen der Makkabäerbücher zur Verfügung stellte; letztere befanden sich noch im Druck, als diese Zeilen geschrieben wurden. Sein Mitbruder Dom Pierre Brottier teilte uns die Ergebnisse seiner Vergleiche zwischen der Ausgabe R. Webers und der römischen Ausgabe für die Makkabäerbücher mit, wie es schon H. de Sainte-Marie vor seinem Tode für die Zwölf Propheten getan hatte. Auch ihnen beiden gilt unser Dank.

Louvain-la-Neuve, Roger Gryson
am Fest des Evangelisten Markus,
25. April 1994

ZUR FÜNFTEN AUFLAGE

Seit dem Erscheinen der vierten Auflage im Jahre 1994 werden alljährlich mehrere Tausend Exemplare unserer Biblia Sacra Vulgata verbreitet. Das zeugt vom anhaltenden Interesse für dieses Denkmal der abendländischen Kultur, wo nicht vonseiten der Theologen, so doch auf jeden Fall vonseiten der Historiker und Philologen. Nach der Veröffentlichung der Bücher Rut, Jesaja und Offenbarung in der Beuroner Ausgabe der Vetus Latina schien nun eine neue Bearbeitung angezeigt.

Es mussten erneut einige teils grobe Druckfehler verbessert werden, die den früheren Revisionen noch entgangen waren, nämlich in Nm 7,23, I Sm 11,7, Ecl 2,5 (wo »pomeria« statt »pomaria« zu lesen ist) und Col 3,11. Bei der Schreibweise von Eigennamen sind die Herausgeber des Alten Testaments in der Editio maior der Abtei S. Girolamo stets dem Zeugnis der besten Handschriften gefolgt, auch wenn dabei die Namensform variiert; die Herausgeber der Stuttgarter Vulgata haben sich dagegen für eine einheitliche Schreibweise entschieden. Deshalb wird hier überall die Namensform »Sadoc« verwendet, während in der Edition von San Girolamo in Ez 43,19 ausnahmsweise auch einmal die Schreibweise »Sadoch« erscheint.

Im Übrigen sind am Text selbst aus den bereits im Vorwort zur vierten Auflage genannten Gründen keine Änderungen vorgenommen worden, obwohl die dort geäußerten Bedenken bei den Vorbereitungen zur Edition der Bücher Jesaja und Offenbarung in der Beuroner Vetus Latina noch größer geworden sind.

Hieronymus hatte beim Verfassen seines Jesaja-Kommentars offenbar neben einem nicht ganz fehlerfreien Exemplar seiner eigenen Übersetzung auch einen hebräischen Text und eine Dokumentation der hexaplarischen Übersetzungen vor Augen. Auf dieser Grundlage änderte er an mehr als einer Stelle das Lemma seiner eigenen Übersetzung, und zwar meist stillschweigend. Obwohl von großem Interesse, sind diese Varianten in der Vulgata doch fehl am Platz, denn von ein paar Ausnahmen abgesehen zählen sie nicht zur alten Vulgata-Überlieferung. Wie die Korrektorien zeigen, waren es erst Pariser Gelehrte in der ersten Hälfte des dreizehnten Jahrhunderts, die ihre Bibeln mit den Lemmata des Kommentars

von Hieronymus verglichen und daraus den Schluss zogen, die Lemmata des Kommentars hätten a priori Vorrang, weil sie entweder einen besseren Text bezeugten als die mittelalterlichen Handschriften oder aber Hieronymus' endgültige Deutung der betreffenden Stelle wiedergäben. So kam es, dass zahlreiche Lesarten aus dem Kommentar in die Bibeln der Pariser Universität übernommen wurden und von dort in die gedruckten Bibeln des 15. und 16. Jahrhunderts gelangten, bis sie schließlich Eingang in die Clementina fanden, wovon die zahlreichen Übereinstimmungen von c mit *Hi* in unserem Apparat zeugen.

Abgesehen von den bei der Revision entstandenen Varianten, trägt der als Lemma im Kommentar des Hieronymus enthaltene Text, trotz einiger ihm von Anfang an anhaftender Fehler und der Wechselfälle seiner Überlieferung im Zuge aufeinanderfolgender Abschriften, wesentlich dazu bei, den Wortlaut von Hieronymus' Übersetzung festzustellen, weil er dem ursprünglichen Archetyp nahesteht. Als Textgrundlage für Jesaja dienen in der Stuttgarter Vulgata lediglich zwei Hauptzeugen: Amiatinus und Cavensis. Diese beiden Handschriften weichen an vielen Stellen voneinander ab, und sogar wenn sie übereinstimmen, schließt das einen Fehler noch nicht aus. Wenn man den Kommentar mit einbezieht, kann der Vorzug, den man in Zweifelsfällen der einen vor der anderen Handschrift gegeben hat, oftmals wieder in Frage gestellt werden.

Im Gegensatz dazu können im Falle der Offenbarung die Kommentare nicht zur Feststellung des Textes herangezogen werden. Bei Primasius bietet das Lemma einen späten afrikanischen Texttyp, während die Turiner Fragmente, die Homilien des Caesarius und der Kommentar des Beatus im wesentlichen den Text von Tyconius wiedergeben. Die anderen folgen zwar der Vulgata, aber man kann sich weder auf den Kommentar des Apringius stützen, der nur in einer einzigen Handschrift aus dem 12. Jahrhundert überliefert ist, noch auf den des Beda, dessen Lemma aus einem hybriden Text besteht, der mit zahlreichen altlateinischen Lesarten durchsetzt ist, die Beda teils aus seinen Quellen und teils aus stark kontaminierten Abschriften der Vulgata entnommen hat. Alle diese Textzeugen tragen jedoch dazu bei, die Textgeschichte zu erhellen, in deren Verlauf sich altlateinische Lesarten manchmal sehr lange gehalten haben und die verwickelter ist, als der Apparat der Editio minor erkennen lässt. Der Text beruht auf drei Hauptzeugen: Fuldensis, Sangermanensis und Amiatinus. Gegen diese Auswahl ist nichts einzuwenden, aber die Reihenfolge (FGA), in der die Handschriften genau wie bei den Katholischen Briefen aufgeführt sind, hätte hier geändert werden müssen: Für die Offenbarung ist ohne Frage G der beste Zeuge, gefolgt von A und erst an dritter Stelle von F. Wir wollten hier aber nicht in den Apparat eingreifen, da dieser Punkt unerheblich ist, sobald man sich den Sachverhalt einmal klar gemacht hat. Stattdessen haben wir zu den drei Zeugen noch den Codex Legionensis hinzugefügt, um den Lesern einen besseren Einblick in die Textüberlieferung zu geben. Der Codex Legionensis wurde bisher zu den sekundären Zeugen gezählt, was zur Folge hatte, dass viele Lesarten dieses Texttyps, der seinen Ursprung in Lyon hat und im Mittelalter weit verbreitet war, gar nicht im Apparat erschienen.

Aus ähnlichen Überlegungen heraus haben wir für das Buch Ruth den Toletanus, der bisher zu den sekundären Textzeugen gezählt wurde, als Hauptzeugen eingestuft, da im Buch Ruth das Palimpsest von Bobbio als ältester der drei Hauptzeugen zahlreiche Lücken aufweist.

Als wir mit der Vorbereitung dieser fünften Auflage begannen, äußerte Walter Thiele den Wunsch, aus Altersgründen von der Verantwortung als Mitherausgeber entbunden zu werden. Wir danken ihm für alle Arbeit, die er in seiner langen Laufbahn im Dienste der lateinischen Bibel geleistet hat. Zugleich gedenken wir mit Rührung und Dankbarkeit unserer drei Kollegen, die inzwischen heimgegangen sind zu Dem, dessen Wort sie unablässig studierten: Bonifatius Fischer, Hermann Josef Frede und Hadley F.D. Sparks. Ihrem Andenken widmen wir dieses Werk.

Louvain-la-Neuve, Roger Gryson
am Fest des Heiligen Hieronymus,
30. September 2006

INTRODUCTION À LA PREMIÈRE ÉDITION
(1969)

Dans son sens actuel l'expression «editio vulgata» désigne une traduction latine de toute la Bible communément en usage dans l'Eglise latine depuis le septième siècle. Ce n'est pas une œuvre d'un seul jet, produite par un seul auteur, mais, au contraire, une collection de traductions d'origine et de valeur fort diverses. Pour l'Ancien Testament la Vulgate comprend, à côté de livres que saint Jérôme a traduits directement sur l'hébreu et qui sont de beaucoup les plus nombreux, un livre, le Psautier, dont le texte est celui d'une ancienne version latine simplement revue par le saint Docteur sur le texte grec des Hexaples d'Origène, et d'autres livres, Sagesse, Ecclésiastique, Baruch, Macchabées, qui conservent le texte plus ou moins corrompu d'anciennes versions latines n'ayant fait l'objet d'aucune révision hiéronymienne. Le fond de tous les livres du Nouveau Testament est celui d'une ancienne version latine, mais celle-ci a toujours été revue sur le grec, un peu hâtivement pour les Evangiles, beaucoup plus minutieusement pour les autres livres, sans que l'identité du réviseur soit connue pour chaque livre ou groupe de livres à l'exception des Evangiles où l'intervention de saint Jérôme est certaine. La Vulgate forme donc un ensemble assez peu homogène, et ce n'est que d'une façon assez large qu'on peut la qualifier de hiéronymienne, du nom de son auteur principal.

De très nombreux manuscrits nous ont conservé le texte de la Vulgate. Dans leurs multiples variantes se reflètent les vicissitudes d'un texte vivant et sans cesse retouché. L'Italie, l'Espagne, la Gaule, l'Irlande, finissent ainsi par avoir des recensions qui diffèrent sensiblement les unes des autres. Au temps de Charlemagne Théodulphe d'Orléans entreprend une révision de la Bible latine qui nous est conservée par quelques manuscrits. D'autres manuscrits, plus nombreux, se réclament d'Alcuin et ont eu pour cela une grande influence sur l'histoire postérieure de la Vulgate. Le texte qui a eu les honneurs de l'édition «princeps», et dont les éditions subséquentes, y compris l'édition officielle sixto-clémentine, dépendent presque exclusivement, est celui qu'avait fini par adopter au treizième siècle l'Université de Paris; il laisse beaucoup à désirer.

La présente édition contient tous les livres bibliques qui se lisent dans l'édition romaine de 1592, publiée par ordre du pape Clément VIII, y compris l'«Oratio Manasse» et les troisième et quatrième livres d'Esdras, donnés en appendice. Nous y avons seulement ajouté, également en appendice, le psaume 151 et l'épître aux Laodicéens.

Comme l'ordre dans lequel se suivent ces livres n'est ni constant ni uniforme dans les manuscrits, on a préféré, pour des raisons pratiques, les maintenir ici dans le même ordre que dans l'édition clémentine. Mais on voudra bien se rappeler que les livres traduits ou revus par saint Jérôme se placent chronologiquement dans l'ordre suivant: Evangiles (383); Psautier revu sur le texte hexaplaire (après 386); Rois, Psautier traduit directement sur l'hébreu ou «iuxta Hebraeos» (qui ne fait pas partie de la Vulgate actuelle), Prophètes, Job, Esdras,

Paralipomènes, Livres sapientiaux, Pentateuque, Josué, Juges, Ruth, Esther (entre 390 et 405) et, probablement vers la fin de la même période, Tobie et Judith. Quant aux autres livres, la révision du Nouveau Testament qui est devenue le texte de la Vulgate est attestée pour la première fois chez Pélage et ses partisans au début du cinquième siècle. Il serait trop long d'entrer ici dans les détails de la chronologie du texte latin de la Sagesse, de l'Ecclésiastique, de Baruch et des Macchabées; disons seulement qu'à l'exception de Baruch tous ces livres se trouvent déjà insérés, avec leur texte actuel, dans la plus ancienne des Bibles complètes qui nous ait été conservée, le «codex Amiatinus», écrit dans les premières années du huitième siècle. Baruch, au contraire, dans la teneur qu'il a dans la Vulgate, apparaît seulement chez Théodulphe d'Orléans.

Notons à ce propos un flottement dans la tradition manuscrite de la Vulgate au sujet du texte du Psautier. Avant Alcuin, les Bibles complètes comportent le Psautier «iuxta Hebraeos», qui se maintiendra encore longtemps après lui dans les Bibles espagnoles. L'intervention d'Alcuin, qui, en dépendance de la réforme liturgique carolingienne, lui a substitué le texte de la révision hexaplaire du Psautier, alors en usage en Gaule, a fini par assurer, dans la Vulgate, le triomphe de ce Psautier qui a reçu le nom de «gallican». Pour tenir compte de ces faits, et sans vouloir dénier au Psautier gallican le nom de «Psautier de la Vulgate» qu'il porte maintenant, on a jugé convenable de placer à côté de lui le Psautier «iuxta Hebraeos».

Contrairement à l'édition clémentine de 1592 qui omet les prologues de saint Jérôme pour ses traductions bibliques, et aux éditions de 1593 et 1598 qui les groupent ensemble en tête du volume, ces prologues ont été placés ici à leur place originale en tête des livres qu'ils concernent. Pour saint Paul on a reproduit une ancienne préface qui se trouve dans presque tous les manuscrits et semble bien avoir pour auteur le réviseur de ces épîtres. Lorsque ces prologues s'appliquent à des groupes de livres, à savoir le Pentateuque, Josué, Juges et Ruth, Samuel et Rois, Proverbes, Ecclésiaste et Cantique, Douze Prophètes, Evangiles, Paul, on a évité de donner trop d'importance aux titres intermédiaires de façon à faire ressortir l'unité de chaque groupement. Un procédé analogue a été employé pour les épîtres Catholiques. De même, en conformité avec les indications formelles de saint Jérôme, les livres de Samuel, des Rois, des Paralipomènes, d'Esdras, ne forment, chacun, qu'un seul livre, mais, pour la commodité des références, les divisions de la Clémentine ont été indiquées dans le texte, l'apparat et le titre courant (I–II Sm, III–IV Rg, I–II Par, I–II Esr).

La division du texte en chapitres et versets reproduit, sauf exception, celle de la Clémentine. Les renvois aux passages parallèles que les éditions clémentines de 1593 et 1598 placent au bas des pages (celle de 1592 les omet complètement), ont été ici repris sur nouveaux frais. Ce travail est dû aux moniales bénédictines de Mariendonk qui ont relevé avant tout les passages dont la teneur littérale est identique. Le bas des pages étant réservé à l'apparat critique, on a assigné à ces renvois les marges latérales. Dans les Evangiles, les numéros des sections et des canons eusébiens, omis par la Clémentine, ont été restitués après contrôle sur les manuscrits.

Comme il convenait, c'est le texte même des livres bibliques et l'apparat critique qui ont fait l'objet de soins particuliers.

Le texte n'est pas celui de l'édition clémentine, mais une recension scientifiquement établie à partir des manuscrits et à l'aide des grandes éditions critiques, à savoir, pour l'Ancien Testament, celle des moines bénédictins de l'Abbaye de Saint-Jérôme de Rome (encore incomplète, puisque les Prophètes et les Macchabées n'y ont pas paru), pour le Nouveau Testament, celle de J. Wordsworth et H. J. White, éditée à Oxford. Pour tous les livres déjà parus dans les éditions de Rome et d'Oxford, c'est leur texte qui est ici reproduit, mais après avoir été soigneusement contrôlé et, le cas échéant, corrigé. Il en est de même pour le Psautier «iuxta Hebraeos», édité par Dom de Sainte-Marie. Par contre, le texte des Prophètes, des Macchabées, de l'«Oratio Manasse», des troisième et quatrième livres d'Esdras, de l'épître aux Laodicéens est établi à l'aide de photographies de manuscrits, de collations et d'autres travaux préparatoires, mis aimablement à notre disposition par l'Abbaye de Saint-Jérôme de Rome et l'Institut de la Vetus Latina de Beuron, sans oublier les éditions de Dom De Bruyne pour les Macchabées, de R. L. Bensly et de B. Violet pour IV Esdras, de J. B. Lightfoot et A. Harnack pour l'épître aux Laodicéens. Il va sans dire qu'une fois la grande édition romaine des Prophètes et des Macchabées parue, notre texte, encore provisoire, devra sans doute subir quelques retouches.

A l'exemple des éditions de Rome et d'Oxford, notre texte est imprimé «per cola et commata» d'après d'anciens manuscrits et sans ponctuation. Celle-ci n'est employée que pour les prologues et les textes apocryphes de l'appendice. L'emploi des majuscules se limite aux noms divins et aux noms propres et, pour les Evangiles, à l'exemple des manuscrits, au premier mot des sections eusébiennes.

L'orthographe s'inspire autant que possible de celle des manuscrits et peut, à l'occasion, varier d'un passage à l'autre.

C'est par l'apparat critique surtout que la présente édition se distingue des grandes éditions. Un petit nombre seulement de leurs multiples variantes et de leurs nombreux témoins reparaissent dans notre apparat. En ce qui concerne les variantes, ont été exclues, en principe, celles qui sont peu importantes, à savoir les variantes purement orthographiques, même celles des noms propres, ainsi que certaines variations fréquentes qui concernent la morphologie, comme p. ex. *adversus/adversum, sicut/sicuti, dextera/dextra, circumeo/circueo, Nepthali/Nepthalim, Iordanen/Iordanem, infantum/infantium, transiebat/transibat, exivi/exii* et d'autres semblables. Ont été également éliminées les variantes qui ne sont attestées que par un seul manuscrit. Dans le cas d'une correction, si elle est due à une deuxième main, elle n'est citée qu'exceptionnellement; dans ce cas, la leçon primitive est indiquée par un astérisque en exposant, p. ex. A*, et la correction par un chiffre, p. ex. A^2. Lorsque la première main se corrige elle-même, la leçon citée est la leçon corrigée.

En ce qui concerne les témoins cités dans l'apparat, leur choix répond aux principes suivants:

a) Un petit nombre de manuscrits importants pour l'établissement du texte, et qui sont généralement les plus anciens, sont retenus pour chaque livre. Leurs variantes sont toujours citées (à moins qu'il ne s'agisse des variantes exclues en principe comme il vient d'être indiqué). Ce sont les témoins principaux.

b) Quelques manuscrits des familles espagnole, alcuinienne, des textes de Saint-

Gall, de Corbie etc., sont cités à titre de témoins secondaires. Leur témoignage est donné uniquement pour accompagner les variantes des manuscrits principaux ou des éditions et donner ainsi une certaine idée de la divulgation plus ou moins large de ces variantes, divulgation que d'autres éditions manuelles indiquent par des termes comme «pauci», «multi» etc., qui restent forcément très vagues. c) A l'exception des variantes exclues en principe, sont également toujours citées les variantes de l'édition clémentine et des éditions critiques, même si aucun manuscrit ne les donne.

Tous les témoins sont désignés dans notre édition par les mêmes sigles que dans les grandes éditions. On a cependant veillé à donner le même sigle à un même manuscrit, ce qui a obligé à quelques changements. Les majuscules désignent les manuscrits plus ou moins complets, les minuscules romaines les fragments de manuscrits, les minuscules gothiques les éditions.

Une particularité de notre édition est l'emploi d'un point après les sigles; il indique que, pour la leçon en question, aucun autre témoin manuscrit de la Vulgate ne figure dans l'apparat des grandes éditions. Au cas où l'attestation d'une leçon se réduit à une ou plusieurs éditions, le point certifie qu'aucun manuscrit n'a cette leçon.

Une autre particularité consiste à simplifier la présentation des différentes formes orthographiques des variantes dans l'apparat. Ainsi au lieu de: *israhele TM; srahele C; israele S,* on se contente d'écrire: *israhele CTMS.*

La liste des manuscrits et des éditions employés varie d'un livre à l'autre. Elle est toujours donnée dans l'apparat au début de chaque livre, en distinguant témoins principaux, témoins secondaires et éditions. Le commencement et la fin des lacunes éventuelles sont indiqués dans l'apparat même. Pour plus de commodité, la liste des manuscrits est reproduite en marge de l'apparat à chaque page et en tenant compte des lacunes, les sigles des manuscrits n'existant pas pour une page donnée étant omis, ceux des manuscrits n'existant que pour une partie de la page étant mis entre parenthèses. Cependant le lecteur n'oubliera jamais que notre apparat est délibérément incomplet; il se gardera de tirer de l'absence d'un sigle ou d'une variante une conclusion «ex silentio», surtout lorsque le sigle sera celui d'un témoin secondaire. Pour un travail de critique textuelle vraiment scientifique le recours aux grandes éditions est et reste toujours indispensable. Cela est vrai même s'il s'agit simplement de vérifier le bien-fondé des leçons auxquelles nous avons donné la préférence. Notre texte, en effet, ne repose pas uniquement sur les manuscrits que nous appelons principaux, mais bien sur l'ensemble de la tradition manuscrite dont les variantes sont consignées dans l'apparat des grandes éditions.

Par ailleurs on notera, en parcourant la liste des manuscrits, qu'à l'occasion on a utilisé de nouveaux manuscrits pour mettre à jour l'apparat des grandes éditions auxquelles ces témoins, pour une raison ou une autre, avaient échappé. On a aussi collationné à nouveau une bonne partie des manuscrits, surtout pour le Nouveau Testament. Si donc les indications positives de notre apparat diffèrent de celles de l'apparat des grandes éditions, on voudra bien admettre qu'il ne s'agit pas de fautes, mais de corrections intentionnelles. De cette façon notre édition entend, malgré son caractère voulu d'édition manuelle, marquer un certain progrès sur les éditions précédentes, non seulement quant à l'établissement du texte, mais même en ce qui concerne l'apparat critique.

Le présent travail prend place dans la série des éditions manuelles scientifiques de la Bibelanstalt de Stuttgart qui comprend déjà la «Biblia Hebraica» de Kittel, la Septante de Rahlfs et, dans un format plus petit, le Nouveau Testament de Nestle-Aland. Il convient, en terminant cette introduction, de rendre aux dirigeants de cet établissement un juste hommage. C'est à eux, en effet, que revient le mérite d'avoir pris l'initiative de cette édition manuelle de la Vulgate. Pour la réaliser, ils ont fait appel à quelques-uns des collaborateurs des éditions de Rome et d'Oxford et de la «Vetus Latina» de Beuron, entreprise parallèle qui a pour objet les anciennes versions latines de la Bible. Un groupe interconfessionnel de cinq éditeurs a été ainsi constitué, avec l'accord des autorités religieuses compétentes, dont témoigne l'«Imprimatur» qu'a bien voulu accorder à cette édition la Curie archiépiscopale de Fribourg-en-Brisgau. Les cinq éditeurs ont travaillé d'un commun accord dans une collaboration étroite et confiante, un échange de vues incessant, agréable et fructueux. Au terme de leur long labeur commun ils tiennent à exprimer leur profonde reconnaissance à tous ceux qui, d'une façon ou d'une autre, ont bien voulu les aider efficacement, mais avant tout aux dirigeants de la Bibelanstalt pour l'empressement et la compréhension dont ils ont fait preuve tout au long de l'élaboration de cette édition et pour leurs efforts patients et compétents au cours de l'impression des deux volumes qui font pleinement honneur à une réputation technique et artistique déjà bien établie.

INTRODUCTION À LA QUATRIÈME ÉDITION

Vingt-cinq ans après la première édition de la *Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem,* voici que paraît la quatrième. Plusieurs dizaines de milliers d'exemplaires en ont été diffusés dans l'entretemps. Elle s'est imposée comme la nouvelle édition de référence de la Vulgate. Elle succède dans cette fonction à l'édition clémentine, vieille de quatre siècles, dont le caractère insuffisant, au regard de la critique moderne, était devenu évident après un siècle de recherches intenses sur l'histoire de la Bible latine, débouchant notamment sur la monumentale édition des bénédictins de Saint-Jérôme, pour l'Ancien Testament, et sur celle de Wordsworth-White, pour le Nouveau. Le grand nombre de leçons pour lesquelles, dans notre apparat critique, le sigle de la clémentine est suivi du point dénonçant son isolement, manifeste le caractère artificiel de ce texte. Il s'écarte fréquemment de la tradition manuscrite, pour des raisons d'ordre tantôt littéraire, tantôt doctrinal, et n'offre plus qu'un reflet lointain de la Vulgate primitive, telle qu'elle se lit dans les pandectes du premier millénaire. Quand le point en question est absent, la seule caution du texte clémentin est souvent la recension universitaire du XIIIe siècle, qui est déjà un texte facilitant, fort éloigné des témoins les plus anciens. Un tel texte ne correspond plus aux nécessités de l'époque présente.

L'Église romaine a opté aujourd'hui, après les communautés issues de la Réforme, pour l'usage des langues vulgaires dans sa liturgie; elle a également renoncé au latin comme langue de l'enseignement et de la recherche théologiques.

La Bible latine n'en reste pas moins un des principaux monuments littéraires de la culture occidentale. Quiconque s'intéresse à l'histoire de celle-ci, par quelque biais que ce soit, ne peut se dispenser de l'avoir à portée de main. De ce point de vue, il n'est plus besoin de disposer d'un texte «autorisé», au sens théologique du mot, mais d'une édition reflétant aussi exactement que possible, jusque dans sa disposition matérielle, le texte original, tout en rendant compte de ses principales variations. À cet égard, le retour à la disposition *per cola et commata*, voulue par saint Jérôme, constitue un choix essentiel, dans la mesure où la ponctuation, plus encore que des intertitres ou des retouches portant sur la lettre du texte, permettait aux éditeurs d'imprimer à celui-ci la marque de leur interprétation.

Lorsque le projet de l'édition de Stuttgart fut conçu, il a été prévu qu'elle serait régulièrement mise à jour en fonction des progrès de la recherche. C'est ce que nous avons fait une nouvelle fois dans la présente édition.

Nous n'avons plus touché au texte proprement dit, sinon pour corriger quelques fautes d'impression qui avaient passé le filtre de la concordance compilée par ordinateur, sous la direction de B. Fischer, avant la publication de la troisième édition. Il s'agit soit de formes plausibles, qui n'avaient pas été repérées comme fautives, telle *eas* pour *eos* en Za 13,9, soit de textes qui n'avaient pas été pris en considération par la concordance, à savoir les préfaces, par exemple *tote* pour *toto* dans la préface au livre de Daniel (p. 1341, l. 22). Cela mis à part, le texte de la troisième édition a été reproduit à l'identique.

Cela ne signifie pas que nous le considérions, dans son détail, comme au-dessus de toute contestation. Nous avons eu égard au fait qu'il était déjà consacré par l'usage, d'autant plus qu'il sert de support à la concordance précitée. D'autre part, il s'agit d'un texte homogène, élaboré selon des principes rigoureux, sous l'autorité d'un maître d'œuvre unique; y apporter par endroits des remaniements risquait de compromettre cette unité. En outre, là où les choix de R. Weber prêtent à contestation, il est généralement difficile d'atteindre à l'évidence; les leçons que l'on est tenté de corriger appartiennent presque toutes à cette frange d'incertitude que la critique la plus soignée ne réussit pas à éliminer totalement. Les éditeurs bénédictins de Saint-Jérôme le donnent souvent à entendre lorsqu'ils assortissent de la remarque *forsitan recte* des variantes rejetées dans l'apparat. Enfin, dans certains cas où il est possible de démontrer que le texte original diffère de celui de l'édition, par exemple en Is 11,2 (*spiritus scientiae et timoris domini* au lieu de *spiritus scientiae et pietatis*), 16,1 (*emittite* au lieu de *emitte*), 30,33 (*regi* au lieu de *a rege*), etc., la leçon originale est pratiquement absente des manuscrits. Dans une édition qui veut être celle de la Vulgate latine, en tant que telle, et non pas directement celle des textes produits par Jérôme ou d'autres réviseurs anciens, à partir desquels elle a été composée, il ne serait pas méthodologiquement justifié d'exhumer des «leçons» fossiles qui n'ont pas été reçues par la tradition, et qui ne méritent ce nom que par analogie, dans la mesure où elles n'ont pas été – ou si peu – effectivement «lues».

L'apparat a été révisé en tenant compte des nouvelles éditions critiques publiées depuis 1982, par les soins de l'abbaye romaine de Saint-Jérôme et du Vetus Latina Institut de Beuron. Il s'agit du livre de la Sagesse, des Douze prophètes, des deux premiers livres des Macchabées, des trois dernières épîtres du corpus paulinien. Pour le quatrième Esdras, les éditions de Klijn et de Bergren n'apportent rien de vraiment neuf.

Dans l'apparat des livres prophétiques, R. Weber a fait appel au témoignage des commentaires hiéronymiens, auxquels s'ajoutent, pour certains des Douze, ceux de Julien d'Éclane. En revoyant l'apparat des Douze, nous n'avons pas voulu éliminer complètement ces références, bien que nous soyons réservés quant à leur pertinence et à leur utilité. En effet, le lemme des commentaires hiéronymiens ne reproduit pas purement et simplement la traduction d'après l'hébreu publiée antérieurement par Jérôme; c'est un texte revu et corrigé. D'autre part, pour certains d'entre eux, les éditions actuellement disponibles ne sont pas dignes de confiance. Quant aux commentaires de Julien, la tradition manuscrite en est si mince que les détails du lemme biblique sont souvent sujets à caution, lorsqu'ils ne sont pas explicitement confirmés par le commentaire lui-même. En dépit de ses insuffisances, nous avons utilisé la nouvelle édition des commentaires des Douze prophètes parue dans le *Corpus Christianorum*; nous avons consulté également celle du commentaire sur Jonas parue dans la collection des *Sources chrétiennes*. Nous n'avons fait état de ces témoignages indirects que là où le texte nous en paraissait suffisamment assuré.

On doit reconnaître que, si le texte de la *Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem*, à partir de la troisième édition, était pratiquement exempt d'erreurs matérielles, il n'en allait pas de même pour l'apparat critique. Le laps de temps relativement court dans lequel ce gros travail avait été mené à bien, par un petit nombre de personnes, explique et excuse ces imperfections, qui se remarquaient principalement dans les livres prophétiques et dans les Macchabées. En effet, alors que le P. Weber et ses associés pouvaient se fonder, pour le Nouveau Testament, sur l'édition de Wordsworth-White, et, pour une partie de l'Ancien, sur celle des bénédictins de Saint-Jérôme, ils ont dû établir leur texte sur nouveaux frais là où l'édition bénédictine n'était pas encore disponible, sans avoir le loisir de passer par les minutieuses procédures de vérification qui sont indispensables, dans ce genre de travail, pour réduire au minimum les risques d'erreur. Cette fois, l'apparat critique a été révisé pour l'ensemble de l'Ancien Testament, et toutes les variantes pour lesquelles un doute subsistait ont été contrôlées sur photographie ou sur microfilm.

Il nous reste à remercier dom Jean Mallet, de l'abbaye romaine de Saint-Jérôme, qui a bien voulu mettre à notre disposition les dernières épreuves des livres des Macchabées, sous presse au moment où nous écrivons ces lignes, et son confrère dom Pierre Brottier, qui, de même que le P. de Sainte-Marie l'avait fait, avant sa disparition, pour les Douze prophètes, nous a communiqué les résultats du travail de comparaison qu'il avait effectué, pour les Macchabées, entre l'édition de R. Weber et l'*editio maior* de Saint-Jérôme.

Louvain-la-Neuve, Roger Gryson
en la fête de l'évangéliste saint Marc,
le 25 avril 1994

À PROPOS DE LA CINQUIÈME ÉDITION

Depuis la publication de la quatrième édition, en 1994, plusieurs milliers d'exemplaires de notre Biblia Sacra Vulgata continuent d'être commandés chaque année, ce qui témoigne d'un intérêt persistant pour ce monument de la culture occidentale, sinon de la part des théologiens, en tout cas de la part des historiens et des philologues. Après la publication des livres de Ruth, d'Isaïe et de l'Apocalypse dans la Vetus Latina de Beuron, une nouvelle révision s'indiquait.

Encore une fois, il a fallu corriger quelques fautes d'impression, parfois grossières, qui avaient échappé au filtre des révisions successives en Nm 7,23, I Sm 11,7, Ecl 2,5 (lire *pomeria* au lieu de *pomaria*), Col 3,11. Pour ce qui concerne l'orthographe des noms propres, les responsables de l'editio maior de l'Ancien Testament, à l'abbaye de Saint-Jérôme, ont suivi chaque fois le témoignage des meilleurs manuscrits, jusque dans leurs inconséquences; ceux de la Vulgate de Stuttgart, au contraire, ont pris le parti de s'en tenir à une seule graphie. Il n'y avait donc pas de raison d'écrire ici, comme dans l'édition de l'abbaye Saint-Jérôme, Sadoch en Ez 43,19, alors que ce nom est partout ailleurs, dans l'édition de Stuttgart, orthographié Sadoc.

Pour le reste, nous n'avons pas touché au texte proprement dit, pour les raisons déjà indiquées dans la préface à la quatrième édition, et cela en dépit du fait que les réserves dont nous avons fait état dans celle-ci se soient encore accrues en préparant les éditions d'Isaïe et de l'Apocalypse dans la Vetus Latina.

Il est clair que Jérôme, en rédigeant son commentaire d'Isaïe, avait sous les yeux, à côté d'un exemplaire de sa propre traduction, qui n'était pas totalement dépourvu de fautes, un texte hébreu et une documentation sur les traductions hexaplaires. Sur cette base, il a plus d'une fois retouché au lemme sa propre traduction, habituellement sans le dire. En dépit de leur intérêt, ces variantes n'ont rien à faire dans la Vulgate; elles sont d'ailleurs, à quelques exceptions près, étrangères à la tradition ancienne de celle-ci. Ce sont les érudits parisiens de la première moitié du treizième siècle qui ont entrepris, ainsi que les correctoires en témoignent, de confronter leurs Bibles avec le lemme du commentaire de Jérôme, et qui ont jugé que celui-ci devait a priori recéler soit un texte de meilleure qualité que les manuscrits médiévaux, soit un texte préférable, parce que représentant le dernier mot de Jérôme sur la question. De là vient que de nombreuses leçons provenant du commentaire se sont introduites dans les Bibles universitaires parisiennes et sont passées de là dans les Bibles imprimées des XV[e] et XVI[e] siècles, pour aboutir finalement dans la Clémentine, comme en témoignent dans notre apparat les nombreux accords c *Hi*.

Abstraction faites de ces variantes de révision, le texte figurant au lemme du commentaire de Jérôme, en dépit des quelques fautes anciennes dont il était entaché au départ et des aléas de sa transmission au fil des copies successives, apporte une contribution non négligeable à l'établissement du texte de la version hiéronymienne, en raison de sa proximité avec l'archétype originaire. Dans la Vulgate de Stuttgart, le texte d'Isaïe a été établi sur la base de deux témoins principaux seulement, l'Amiatinus et le Cavensis, qui sont loin d'être toujours

unanimes et qui, même lorsqu'ils le sont, ne sont pas toujours exempts de fautes. Sur le vu du commentaire, la préférence donnée à l'un plutôt qu'à l'autre, dans les cas douteux, peut être souvent remise en question.

Dans le cas de l'Apocalypse, en revanche, les commentaires patristiques ne sauraient concourir à l'établissement du texte. Au lemme de Primasius figure un texte de type africain tardif, tandis que les fragments de Turin, les homélies de Césaire et le commentaire de Beatus reproduisent, en principe, le texte de Tyconius. Les autres suivent la Vulgate, mais on ne saurait faire fond sur le commentaire d'Apringius, transmis par un seul manuscrit du XII[e] siècle, ni sur celui de Bède, dont le lemme est un texte hybride, accueillant en son sein nombre de leçons vieilles latines empruntées tantôt à ses sources, tantôt à des exemplaires fortement contaminés de la Vulgate. Tous ces témoins contribuent, en revanche, à éclairer l'histoire du texte, dans laquelle des leçons vieilles latines ont résisté parfois très longtemps, et qui est plus complexe que l'apparat de l'editio minor ne le donnait à voir. Le texte repose sur trois témoins principaux, le Fuldensis, le Sangermanensis et l'Amiatinus. Il n'y a rien à redire à ce choix, mais l'ordre (FGA) dans lequel ils sont énumérés, le même que pour les Épîtres catholiques, aurait dû être ici modifié: dans l'Apocalypse, le meilleur est incontestablement G, suivi de A et, en troisième lieu, de F. Nous n'avons pas voulu retoucher l'apparat sur ce point, qui n'est pas essentiel, du moment qu'on en est averti. En revanche, pour donner au lecteur une meilleure vue de la tradition, nous avons ajouté à ces trois témoins le Codex Legionensis, qui figurait jusqu'ici parmi les témoins secondaires, avec cette conséquence que beaucoup des leçons de ce type de texte, originaire de Lyon et largement diffusé au Moyen Âge, n'apparaissaient pas dans l'apparat.

Dans le même esprit, nous avons fait passer le Toletanus du rang de témoin secondaire à celui de témoin principal dans le livre de Ruth, où le plus ancien des trois témoins principaux, le palimpseste de Bobbio, fait souvent défaut.

Au moment de la préparation de cette cinquième édition, Walter Thiele a exprimé le désir d'être déchargé, pour raison d'âge, de sa responsabilité de coéditeur. Nous le remercions pour tout le travail accompli au service de la Bible latine durant sa longue carrière. Nous avons aussi une pensée émue et reconnaissante pour nos trois autres collègues qui, dans l'intervalle, sont partis à la rencontre de Celui dont ils avaient inlassablement étudié la parole, Bonifatius Fischer, Hermann Josef Frede et Hadley F. D. Sparks. Nous dédions ce travail à leur mémoire.

Louvain-la-Neuve, Roger Gryson
en la fête de Saint Jérôme,
le 30 septembre 2006

PREFACE TO THE FIRST EDITION
(1969)

The term 'Vulgate' normally means the Latin Bible that has been in common use in the Western Church since the seventh Century. This Bible is not the work of one author: nor is it the product of any one age. It is a collection of translations which differ both in origin and in character. In the Old Testament, most books are Jerome's translations made from the Hebrew; but the Psalter is an Old-Latin text which was corrected by Jerome to agree with the Greek text of Origen's Hexapla, while some books (Wisdom, Ecclesiasticus, Baruch, and Maccabees) are pure Old-Latin and untouched by Jerome. In the New Testament, all books have an Old-Latin base; but this base has been revised in the light of the Greek with varying degrees of thoroughness – in the Gospels rather hurriedly, in most other books more carefully. The reviser of the Gospels was certainly Jerome: the reviser(s) of the other books, or groups of books, are altogether unknown. The Vulgate, therefore, is far from being a unity, and the only justification for calling it 'Jerome's Vulgate' (as we often do) is that there is more of his work in it than there is of anyone else's.

The text of the Vulgate is attested by a very large number of manuscripts indeed, and the many differences between the manuscripts reflect the fortunes of a 'living' text that has been continually adapted and revised. Italy, Spain, Gaul, Ireland, all had their own recensions which differed the one from the other. In the time of Charles the Great Theodulph of Orleans undertook a revision, the text of which is preserved in several of the manuscripts. However, most manuscripts of this period preserve a text associated with the name of Alcuin, which exercised no small influence in later Vulgate history. It was a development of this 'Alcuinian' text that provided the basis for the Paris Bible of the thirteenth century: the 'Paris' text, in turn, was used for the first printed Bible; and it appeared subsequently, with but minor variations, in all the early printed editions, including even the official Roman edition published under the authority of Pope Clement VIII in Rome in 1592. Unfortunately, as a text, it left much to be desired.

The present edition contains all the Biblical books that are found in the Roman edition. Clement printed The Prayer of Manasseh and III and IV Esdras (I and II Esdras in the English Bible) in an appendix. We have followed Clement in this; and we have added Psalm cli and The Epistle to the Laodiceans.

In the manuscripts the order of the Biblical books differs considerably: hence, for purely practical reasons, we have kept to Clement's order. So far as Jerome's work is concerned, the chronological order is as follows: his revision of the Gospels (383); his revision of the Psalter on the basis of the Hexapla (after 386); his translations from the Hebrew – the Books of Samuel and Kings, the Psalter (i. e. the *Psalterium iuxta Hebraeos,* or 'Hebrew' Psalter, which is not part of the modern Vulgate), the Prophets, Job, Ezra, Nehemiah, Chronicles,

Proverbs, Ecclesiastes, The Song of Songs, the Pentateuch, Joshua, Judges, Ruth, and Esther (between 390 and 405) – and probably towards the end of the same period, Tobit and Judith. Of those books in the New Testament which are not Jerome's, the first trace of the Vulgate text appears in the writings of Pelagius and his circle at the beginning of the fifth century. To go into the details of the textual history of the books of Wisdom, Ecclesiasticus, Baruch, and Maccabees, would be impossible here: we need only remark that the text of Baruch, in the form it assumes in the modern Vulgate, is not found before Theodulph: the present form of the text of Wisdom, Ecclesiasticus, and Maccabees, however, can be traced back to the oldest complete Latin Bible – the celebrated *Codex Amiatinus*, written in Northumbria soon after 700.

A special difficulty arises with the Psalter, since the evidence of the manuscripts is conflicting. In the complete Bibles up to the time of Alcuin Jerome's 'Hebrew' Psalter was the accepted Psalter text, and this was the tradition in Spanish Bibles for a long time afterwards. But Alcuin, as part of his liturgical reforms, substituted for it Jerome's earlier revision of the Old-Latin on the basis of the Hexapla, which was the Psalter text in common use in Gaul in Alcuin's day (hence the epithet 'Gallican' generally applied to it); and Alcuin's influence was so strong that it soon became the regular Psalter text in almost all later Vulgate manuscripts. Consequently, we have thought it advisable to print both 'Gallican' and 'Hebrew' Psalters side by side, on opposite pages – though we would not have it thought that by doing so we wish to question in any way the 'Gallican' Psalter's established place as 'the Vulgate Psalter'!

Jerome's prologues we have printed in their proper places – i. e. in front of the books to which they belong (in the Clementine edition of 1592 the prologues were not printed at all, and in the editions of 1593 and 1598 they were all printed together at the beginning): so, too, we have printed in front of St. Paul's Epistles the ancient prologue ('*Primum quaeritur* ...') that is found in nearly all the manuscripts and may very well be the work of the reviser of this part of the Vulgate. When prologues belong to groups of books (i. e. the Pentateuch, Joshua–Judges–Ruth, Samuel–Kings, Proverbs–Ecclesiastes–Song of Songs, the Minor Prophets, the Gospels, and the Pauline Epistles) we have deliberately avoided giving prominence to the titles of individual books, so as not to obscure the principle of the group. And we have done the same with the Catholic Epistles. Further, for Jerome, I and II Samuel, I and II Kings, I and II Chronicles, and Ezra-Nehemiah, each constituted a Single book; but in order not to complicate references we have followed Clement and current practice in dividing them (I–II Sm, III–IV Rg, I–II Par, I–II Esr).

The chapter and verse divisions follow Clement with but few exceptions. References to parallel passages were absent from the Clementine edition of 1592, but they appeared at the foot of the page in the editions of 1593 and 1598: for this edition a fresh selection has been made, for which we are indebted to the nuns of Mariendonk; and, since the foot of the page is occupied by the *apparatus criticus*, the references have been printed in the margins at the side. In the Gospels the numbers of the Eusebian Sections and Canons, omitted by Clement, have been inserted in accordance with the manuscripts.

Throughout our work our first concern has been to present the reader with as sound a Biblical text as we can and a satisfactory *apparatus criticus* to go with it.

Our text is a new text, established from the evidence of the manuscripts with the help of the two big modern critical editions – for the Old Testament, the edition of the Benedictines of St. Jerome's monastery in Rome (as yet incomplete: the Prophets and Maccabees have still to appear), and, for the New Testament, the Oxford edition of J. Wordsworth and H. J. White. Where it exists, we have leaned heavily on the text of these editions; but their text has always been carefully controlled by the evidence of the manuscripts and not infrequently (we hope) improved. Similarly, for the *Psalterium iuxta Hebraeos* we have used the edition of H. de Sainte-Marie. For the text of the Prophets, of Maccabees, of The Prayer of Manasseh, of III and IV Esdras, and of The Epistle to the Laodiceans, however, we have been dependent on photographs of manuscripts and on collations and other preparatory material kindly placed at our disposal by the monks of St. Jerome's monastery in Rome and by the workers in the Vetus-Latina Institute in Beuron: we have also used, for Maccabees the edition of D. De Bruyne, for IV Esdras those of R. L. Bensly and B. Violet, and for The Epistle to the Laodiceans those of J. B. Lightfoot and A. Harnack. When the big Roman edition is complete our text in some of these books may well need some revision – especially in the Prophets: it should, therefore, be regarded in this area as no more than a provisional text.

In printing our text *per cola et commata* without punctuation we have followed both the Roman and Oxford editions and the ancient manuscripts. We have, however, punctuated the prologues and also the apocrypha in the appendix. Capitals are reserved for *nomina sacra* and proper names, and (as in the manuscripts) for the beginning of the Eusebian Sections in the Gospels. Orthography is as far as possible in accordance with the manuscripts and consequently not always consistent.

In the *apparatus criticus* we have been able to find space for only a small selection of the variants that are found in the big editions, and we have, of course, cited far fewer witnesses.

As regards the variants, our principle of selection has been to ignore the less important – that is, all purely orthographic variants (including, even, proper names) and also certain of the more frequent morphological variants (e. g. *adversus/adversum, sicut/sicuti, dextera/dextra, circumeo/circueo, Nepthali/Nepthalim, Iordanen/Iordanem, infantum/infantium, transiebat/transibat, exivi/exii*, etc.). Further, we have also ignored readings attested only by a single manuscript. The rule about corrections is that corrections by a second hand are only cited very exceptionally: in these instances the reading of the first hand is indicated by a supralineal asterisk (e. g. A*) and the reading of the corrector by a supralineal 2 (e. g. A^2): when the first hand has corrected himself, the reading cited is the correction.

The witnesses cited are:

a) a small number of manuscripts ('primary witnesses'), important for the establishment of the text in each book. These are for the most part the most ancient manuscripts. We have cited them for every variant, except for such variants as are excluded under the provisions of the preceding paragraph.

b) certain 'secondary witnesses' – i. e. certain Spanish manuscripts, certain manuscripts that preserve the text of Alcuin's recension, and others from St. Gall, Corbie, etc. These are cited only when they support variants in the pri-

mary witnesses or in the editions; and in this way they help to give at least some idea of how well known a variant was and sometimes, perhaps, where it was known. In effect, they take the place of those vague expressions like '*pauci*' or '*multi*' so often found in modern editions.
c) the Clementine edition and the big critical editions. These are cited consistently when they differ from our text, and they are cited even when they are supported by no manuscript. Only their variations in orthography and morphology are ignored.

So far as possible all witnesses in our edition have been given the same *sigla* as in the big editions. But inasmuch as the editions are not entirely uniform in this respect, and because we think it important to use the same *sigla* for the same manuscripts wherever they occur, some changes have been neces-sary. Capital letters are used for manuscripts that are complete or almost com-plete, small Roman for manuscript fragments, and small Gothic for the editions.

When a point is placed after the *sigla* it means that in the big editions no further Vulgate manuscripts are cited for a reading beyond what we have cited. If no manuscripts at all are cited before the point, but only editions, it means that the reading is found in no manuscripts despite its presence in the editions.

As noted above, we have ignored purely orthographic variants. Consequently, when there are differences of orthography within a variant that we have recorded for other reasons, we have regularly simplified the orthography. For example, instead of '*israhele TM; srahele C; israele S*' we have printed simply '*israhele CTMS*'.

Inevitably the witnesses vary from book to book. A list of what is being used for a book is accordingly printed at the beginning of the apparatus to that book and arranged so as to bring out the distinetion between primary witnesses, secondary witnesses, and editions. For convenience, this information is repeated in the margin by the side of the apparatus on each page. The reader can thus see at a glance precisely what is being cited anywhere. When any of the *sigla* in the list at the beginning of the book are on any later page printed in brackets, the reader should understand that the manuscripts to which those *sigla* refer are not extant for the whole of the text on that particular page – i. e. there are gaps (and details will be found in the apparatus): when any of the usual *sigla* are absent altogether on a page, he should understand that the manuscripts they refer to are not extant for any of the text on that page – i. e. that the gaps extend beyond the page.

And once again, our apparatus is designedly selective; and it should not be assumed either that because no variant is recorded in a verse there therefore is no variant, or that because a particular manuscript is not mentioned as supporting a variant it therefore necessarily supports the text (especially is this so if the manuscript belongs to our 'secondary' category). Thus, the serious textual student will still be just as dependent on the big editions as he was before. Moreover, the material assembled in them will provide the standard by which our own choice of readings will be judged. In any case, in determining our text we have not relied on our primary witnesses only: whenever there has been any serious doubt about which reading we ought to choose, we have always made our decision in the light of the whole of the relevant evidence available in the editions.

Even so, we have from time to time cited manuscripts that for one reason or another were not cited in the editions. Also, especially in the New Testament, not a few of the manuscripts have been freshly collated; so that the reader should not hastily jump to the conclusion that a difference between us and the editions is a mistake on our part – it is much more likely to be a correction! We accordingly dare to hope that although our edition is no more than a 'manual edition' it may none the less prove in some degree to be an advance on previous editions both in text and apparatus.

It appears in the series of manual editions published by the Württemberg Bible Society, alongside Kittel's *Biblia Hebraica*, Rahlfs's *Septuaginta*, and (in smaller format) the Nestle-Aland Greek New Testament. To the officials of the Society we would pay a tribute richly deserved. It was they who conceived the idea of the edition and assembled collaborators from Rome and Oxford and Beuron to realize it. An international and interconfessional team of five editors was thus constituted with the full approval of the religious authorities involved and the work now bears the *Imprimatur* of the Curial Office of the Archbishop of Freiburg-im-Breisgau. For the editors their common labour has been a most pleasant and rewarding experience.

It now only remains for us to thank all those who have helped us in any way. In this connection we feel bound to mention once more the officials of the Württemberg Bible Society: they have shown us the greatest possible consideration from the very beginning; and while the two volumes were going through the press they have shown themselves more than ordinarily patient and understanding. And, last of all, a special word of thanks is due to those members of the Society's staff, who have given so freely of their technical and artistic skill, and have thus enhanced the already high reputation of the Society which they serve.

PREFACE TO THE FOURTH EDITION

This fourth edition of the *Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem* appears twenty-five years after the first. Meanwhile, tens of thousands of copies of it have been distributed. It is today accepted as the new reference edition of the Vulgate. In this it follows the Clementine edition, now four hundred years old, the inadequacy of which by the standards of modern criticism had become clear after a century of intensive research on the history of the Latin Bible, culminating, for the Old Testament, in the monumental edition of the Benedictines of St. Jerome's monastery in Rome, and, for the New Testament, in the Oxford edition of J. Wordsworth and H. J. White. The large number of readings for which, in our critical apparatus, the siglum for the Clementine edition is followed by a full stop, indicating that it stands alone, shows the artificial nature of this text. It frequently deviates from the manuscript tradition, for literary or doctrinal reasons, and offers only a faint reflection of the original Vulgate, as read in the *pandecta* of the first millennium. When the full stop in question is lacking, the Clementine text is

often supported only by the Paris University recension of the 13th Century, which is already a simplifying text, far removed from the most ancient witnesses. Such a text no longer meets present-day requirements.

The Roman Catholic Church, following the Protestant churches, has now chosen to use vernacular languages in its liturgy, and has also abandoned the use of Latin for teaching and theological research. The Latin Bible nevertheless remains one of the great literary monuments of western culture: no one can study any aspect of western culture without having this Bible by his or her side. From this point of view, what is needed is no longer a theologically «authorised» text, but rather an edition which reflects the original text as precisely as possible, even in its arrangement on the page, while also taking into account its main variations. In this respect, the decision to return to the arrangement *per cola et commata*, as Jerome wished, was essential, since punctuation, even more than section headings or adjustments to the text itself, enabled editors to apply their own interpretation.

When the Stuttgart edition was first projected, it was anticipated that it would be regularly updated to take account of advances in research. That we have done once more in this new edition.

We have not made any further changes to the text as such, except to correct a few misprints which had slipped through the net of the computerized concordance compiled under the direction of B. Fischer before publication of the third edition. These are either plausible forms, which had not been noted as errors, such as *eas* for *eos* in Za 13.9, or texts which had not been included in the concordance, namely the prefaces, for example *tote* for *toto* in the preface to the Book of Daniel (p. 1341, l. 22). Otherwise the text of the fourth edition is identical to that of the third.

This is not to say that we consider every detail of it as above discussion. We took into account that it had already established itself in use, especially since it forms the basis of the concordance mentioned above. It is also a homogeneous text, based on strict principles, under the coordination of a single editor-in-chief; this unity could have been disturbed by changes here and there. Moreover, where R. Weber's choices are open to question, certainty is generally difficult to attain; almost all the readings which one is tempted to correct belong to this grey area which even the most careful criticism cannot completely eliminate. The Benedictines of St. Jerome imply as much when they note *forsitan recte* beside readings consigned to the apparatus. Finally, in certain cases where it is possible to prove that the original text differs from that of the edition, for example in Is 11.2 (*spiritus scientiae et timoris domini* for *spiritus scientiae et pietatis*), 16.1 (*emittite* for *emitte*), 30.33 (*regi* for *a rege*), etc., the original reading is scarcely to be found in the manuscripts. In an edition which aims to be that of the Latin Vulgate as such, not directly that of the texts produced by Jerome or other ancient revisers, from which the Vulgate developed, it would be methodologically unsound to exhume fossilised «readings» which did not become part of the tradition, and which are only by analogy worthy of the name, since they were in fact «read» only seldom or not at all.

The revision of the apparatus took account of new critical editions published since 1982 by the Abbey of Saint Jerome in Rome and the Vetus Latina Institute at Beuron. The books in question are Wisdom, the Minor Prophets, 1–2 Mac-

cabees, and the last three epistles in the Pauline corpus. For 4 Esdras, the editions of Klijn and Bergren contribute nothing really new.

In the apparatus to the prophetic books, R. Weber appealed to the evidence of St. Jerome's commentaries, and also, for some of the Minor Prophets, to those of Julian of Eclanum. In revising the apparatus of the Minor Prophets, we decided not to remove all these references, though we had reservations about their relevance and usefulness. The lemma of St. Jerome's commentaries does not in fact simply reproduce his previously published translation from the Hebrew; it is a revised and corrected text. Moreover, for some of his commentaries, editions currently available are untrustworthy. As for Julian's commentaries, their manuscript tradition is so slender that the details of the biblical lemma are often open to question when they are not explicitly confirmed by the commentary itself. Despite its inadequacies, we used the new edition of the commentaries on the Minor Prophets published in the *Corpus Christianorum*; we also consulted the *Sources chrétiennes* edition of the commentary on Jonah. We have only referred to these indirect witnesses where the text seemed sufficiently firm.

It must be admitted that, though the text of the *Biblia Sacra iuxta vulgatam versionem*, from its third edition onwards, was practically free of material errors, the same could not be said for its critical apparatus. The relatively short time in which this great work had been completed, by a small team of editors, explains and excuses its imperfections, particularly noticeable in the prophetical books and Maccabees. Whereas R. Weber and his colleagues were able to work, for the New Testament, on the basis of the Wordsworth and White edition, and, for part of the Old Testament, on that of the Benedictines of St. Jerome, they were obliged to establish their own text where the Benedictine edition was not yet available, and did not have time to go through the detailed checking procedures essential for this kind of work, if risks of error are to be minimised. For the present edition, the critical apparatus has been revised for the whole of the Old Testament, and all variants about which there remained any doubt were checked on photographs or microfilms.

It remains for us to thank Dom Jean Mallet, of the Abbey of St. Jerome in Rome, who kindly placed at our disposal the final proofs of the Books of Maccabees, in the press as we write these lines; and his confrere Dom Pierre Brottier, who shared with us the results of his comparison for Maccabees between R. Weber's edition and the *editio maior* of St. Jerome, as the late H. de Sainte-Marie had done for the Minor Prophets.

Louvain-la-Neuve, Roger Gryson
on the Feast of St. Mark the Evangelist,
April 25, 1994

ABOUT THE FIFTH EDITION

Since the publication of the fourth edition in 1994, several thousand copies of our Biblia Sacra Vulgata continue to be sold each year, something that witnesses a persistent interest in this monument of Western culture, if not on the part of theologians, at least on the part of historians and philologists. Following the publication of the Books of Ruth, Isaiah, and Revelation in the Vetus Latina of Beuron, a new revision of the Vulgate was necessary.

Once again, it was necessary to correct some printing errors, sometimes glaring, that had escaped the filter of the successive revisions in Nm 7:23; 1 Sm 11:7; Ecl 2:5 (read *pomeria* instead of *pomaria*); Col 3:11. In what concerns the orthography of the proper names, the people responsible for the editio maior at the Abbey of St. Jerome followed in each case the witness of the best manuscripts, even in their inconsistencies. The editors of the Vulgate of Stuttgart, on the contrary, took the position of holding fast to a single spelling. There was thus no need to write here, as in the edition of the abbey of St. Jerome, Sadoch at Ezek 43:19, while this name is spelt Sadoc everywhere else in the edition of Stuttgart.

For the rest, we did not alter the text properly so called, for the reasons already indicated in the preface to the fourth edition, and that despite the fact that the reservations we expressed there were augmented in preparing the editions of Isaiah and of Revelation in the Vetus Latina.

It is clear that in writing his commentary on Isaiah, Jerome had before his eyes, beside a copy of his own translation (which was not entirely without mistakes), a Hebrew text and some documentation on the hexaplaric translations. On this basis he changed the lemma of his own translation more than once, usually without comment. Despite their interest, these variants have no place in the Vulgate. They are moreover, with few exceptions, extraneous to the old tradition of the Vulgate. As the correctories witness, it was the learned Parisiens of the first half of the thirteenth century who undertook to compare their Bibles with the lemma of Jerome's commentary. They judged that the commentary lemma ought a priori to harbour either a text of better quality than the mediaeval manuscripts, or a preferable text because it represented the last word of Jerome on the question. From there it came about that numerous readings originating in the commentary were introduced to the Parisian university Bibles and passed from there to the Bibles printed in the 15th and 16th centuries to finish finally in the Clementine, as the numerous agreements of c and *Hi* in our apparatus testify.

Disregarding these variants of revision, the text that figured in the lemma of the commentary of Jerome, despite some ancient errors that contaminated it from the beginning, and the hazards of transmission through successive copies, bring a substantial contribution to the establishment of the version of Jerome, because of its proximity to the original archetype. In the Stuttgart Vulgate, the text of Isaiah was established on the basis of only two principal witnesses: Amiatinus and Cavensis. These are far from being always in agreement. Even

when they agree, they are not always exempt from errors. On taking account of the commentary, the preference accorded to either one over the other in dubious cases can often be brought into question.

In the case of Revelation, on the other hand, the patristic commentaries could not combine to establish the text. The lemma of Primasius figures a text of late African type, while the fragments of Turin, the homelies of Cesarius and the commentary of Beatus reproduce, in principle, the text of Tyconius. The others follow the Vulgate, but one could not take as a base the commentary of Apringius, transmitted by a single manuscript of the 12th century, nor that of Bede whose lemma is a hybrid text, having within it numerous readings of the Old Latin, borrowed sometimes from its sources, sometimes from strongly contaminated copies of the Vulgate. All these witnesses contribute, on the other hand, to the elucidation of the history of the text in which the Old Latin readings persisted sometimes for a very long time, and which is more complex than is evident in the apparatus of the editio minor. The text rests on three principal witnesses: Fuldensis, Sangermanensis, and Amiatinus. There is nothing to say against this choice, but the order (FGA) in which they are enumerated, just as for the Catholic Epistles, should have been modified. In Revelation G is without question the best, followed by A and in third place, F. We did not wish to alter the apparatus on this point, which is not essential, from the moment that one is alerted to it. On the other hand, to give the reader a better view of the tradition we added to these three witnesses the codex Legionensis, which figured up to now in the secondary witnesses, with the consequence that many readings of this type of text, originating in Lyon and widely diffused in the Middle Ages, did not appear in the apparatus.

In the same spirit, we passed the manuscript Toletanus from the rank of secondary witness to that of principal witness in the book of Ruth, where the oldest of the three principal witnesses, the palimpsest of Bobbio, is often lacking.

At the time of preparation of this fifth edition, Walter Thiele expressed a wish to be released from his responsibility as co-editor, on grounds of age. We thank him for all the work carried out in the service of the Latin Bible during his long career. We acknowledge with sadness our three other colleagues who in the meantime have left us to meet the One whose word they had indefatigably studied: Bonifatius Fishcher, Hermann Josef Frede and Hadley F. D. Sparks. We dedicate this work to their memory.

Louvain-la-Neuve, Roger Gryson
The feast of Saint Jerome,
30th September 2006

INDEX CODICUM ET EDITIONUM
PRO VETERE TESTAMENTO

nos	sigla codicum apud 𝔯	𝔟	𝔡	𝔥	𝔰	citatur in	designatio codicum
A	A	A	A	A	A	VT	*Amiatinus*, Firenze, Bibl. Mediceo-Laurenz., Amiatino I, s. VIII in. in Northumbria.
C	C	C	K	—	C	VT	*Cavensis*, Cava, Archivio della Badia I (14), s. IX^2 in Hispania.
D	D	—	—	—	—	Sm Rg Par	Lyon, Bibl. de la Ville 401 (327), s. VIII ex. Lugduni.
D	D	—	—	—	—	Iob	Leningrad, GPB., F. v. I, 3, s. VIII^2 in Northumbria.
F	F	—	—	—	—	Dt—Rt	Paris, Bibl. Nat., n. acq. lat. 1740, s. VIII^1 in Gallia.
F	F	—	—	—	F	Ps (G+H)	*Psalt. Corbeiense triplex*, Leningrad, GPB., F. v. I, 5, s. VIII med. in monasterio Corbeiensi.
G	G	G	—	—	—	Gn—Nm	*Pentateuchus Turonensis*, Paris, Bibl. Nat., n. acq. lat. 2334, s. VI—VII.
G	N/G	—	(G)	—	—	Par Esr Est Prv Sap Sir	*Sangermanensis*, Paris, Bibl. Nat., lat. 11553, s. IX in. Parisiis (*apud* 𝔯 *citatur siglo* N *in* Par Esr Est; *in* Mcc *vet. vers. lat. praebet*).
H	C	—	—	—	—	Ps (G)	*Cathach S. Columbae*, Dublin, R. I. Academy sine num., s. VII^1 in Hibernia.
I	I	—	—	—	I	Ps (G+H)	Rouen, Bibl. mun. 24, s. X.
K	K	—	—	—	—	Esr—Iob	Köln, Dombibl. 43, s. VIII ex. in Italia.
K	K	—	—	—	K	Ps (G+H)	*Psalt. Augiense triplex*, Karlsruhe, Landesbibl., Aug. XXXVIII, s. IX^1 in Augia.
L	L	—	—	—	—	Dt—Rt	Oxford, Bodl. Libr., Laud. lat. 92, s. IX med. Wirceburgi.
L	L	—	(L)	—	—	Esr	Lyon, Bibl. de la Ville 430 (356), s. IX in. Lugduni (*in* Mcc *et* Est *vet. vers. lat. praebet*).
L	L	—	—	—	—	Tb—Iob	*Laureshamensis* (Lorsch), Città del Vaticano, Bibl. Apost., Pal. lat. 24, s. VI—VII in Italia meridionali.
L	L	—	—	—	—	Ps (G)	*Psalt. Lugdunense*, Lyon, Bibl. de la Ville 425 (351) + Paris, Bibl. Nat., n. acq. lat. 1585, s. V—VI Lugduni.
L	—	—	—	B	L	Ps (H)	London, Brit. Mus., Harley 2793, s. IX in. Turonis.
M	M	M	—	—	—	Gn—Dt	*Maurdramni*, Amiens, Bibl. mun. 6, s. VIII^2 (*inter a.* 772 *et* 781) in monasterio Corbeiensi.
M	M	—	—	—	—	Ios—Rt	*Maurdramni*, Amiens, Bibl. mun. 7, *ut supra.*
M	M	—	—	—	—	Dn—Mal	,, ,, ,, ,, 9, ,, ,,
M	—	—	M	—	—	Mcc	,, ,, ,, ,, 11, ,, ,,
M	M	—	—	—	—	Prv—Sir	,, ,, ,, ,, 12, ,, ,,
M	M	—	—	—	—	Ez	Amiens, Bibl. mun. 8, s. IX in. in monasterio Corbeiensi.
M	M	—	—	—	—	Esr	Amiens, Bibl. mun. 10, s. IX in. ibidem.
O	O	O	—	—	—	Gn—Idc	*Ottobonianus*, Città del Vaticano, Bibl. Apost., Ottob. lat. 66, s. VII—VIII in Italia (*partim vet. vers. lat. praebet, unde* = 102 *apud* 𝔟).
O	O	—	—	—	—	Is—Mal	Orléans, Bibl. mun. 17 (14), s. VIII—IX Floriaci.

sigla codicum apud						citatur in	designatio codicum
nos	𝔯	𝔟	𝔡	𝔥	𝔰		
R	R	—	—	—	—	Sm Rg	Verona, Bibl. Capitolare II (2), s. VII in. in Italia.
R	R	—	—	—	R	Ps (G+H)	*Psalt. Reginense duplex*, Città del Vaticano, Bibl. Apost., Regin. lat. 11, s. VIII med. in Gallia.
S	S	—	—	—	—	Nm Dt	St. Gallen, Stiftsbibl. 2, s. VIII^2 in monasterio S. Galli.
S	—	—	—	—	—	Ios Idc	Kynžvart, Bibl. castelli 92 (25 C 5), s. IX^1 in monasterio S. Galli.
S	—	—	—	—	—	Rt	St. Gallen, Stiftsbibl. 11, s. VIII^2 ibidem.
S	U	—	—	—	—	ParTb—Est	,, ,, 6, s. VIII ex. ibidem.
S	S	—	—	—	—	Esr Iob	,, ,, 14, s. IX^1 ibidem.
S	—	—	—	—	G	Ps (H)	,, ,, 19, s. IX^2 ibidem.
S	G	—	—	—	—	Ps (G)	,, ,, 20, s. IX^1 ibidem.
S	S	—	—	—	—	Prv—Sir	,, ,, 28, s. IX^1 ibidem.
S	S	—	—	—	—	Is Ier Lam	,, ,, 40, s. VIII^2 ibidem.
S	S	—	—	—	—	Ez—Mal	,, ,, 44, s. VIII^2 ibidem.
S	—	—	G	—	—	Mcc	,, ,, 12, s. VIII ex. ibidem.
T	T	T	—	—	—	Gn—Idc	Tours, Bibl. mun. 10, s. VIII—IX Turonis.
T	T	—	—	—	—	Prv Ecl Sap Sir	Salzburg, Stiftsarchiv St. Peter a. IX. 16, s. VIII ex. Salisburgi (*in* Ct *vet. vers. lat. praebet*).
T	T	—	—	—	—	Is—Ez	Paris, Bibl. Nat., n. acq. lat. 1586, s. VIII^2 Turonis.
V	V	—	—	—	—	Idc Rt	Città del Vaticano, Bibl. Apost., Vatic. lat. 5763 + Wolfenbüttel, Herzog-August-Bibl., Weissenb. 64, s. V^2, *codex rescriptus*.
V	V	—	—	—	—	Iob	Vat. lat. 5763 + Wolfenb. Weiss. 64 *ut supra*, s. VI, *item rescriptus*.
W	W	—	—	—	—	Ps (G)	Wien, Nationalbibl., lat. 1861, s. VIII ex. Aquisgrani.
Z	Z	—	D	—	—	Prv—Sir Dn Mcc	Metz, Bibl. mun. 7 (*deperditus*), s. VIII ex. Metis.
Θ	Θ	—	—	—	Θ	Ps (H) Bar	= *consensus codicum* Θ, *curis Theodulphi episcopi aurelianensis scriptorum.*
Θ^S	Θ^S	—	—	—	—	Bar	*Weingartensis*, Stuttgart, Landesbibl., HB. II. 16, s. VIII—IX.
Θ^H	Θ^H	—	—	H	Θ^H	Ps (H) Bar	*Hubertianus*, London, Brit. Mus., Add. 24142, s. VIII—IX.
Θ^A	Θ^A	—	—	—	—	Bar	*Aniciensis*, Le Puy, Trésor de la cathédrale, s. IX in.
Θ^M	Θ^M	—	—	—	—	Bar	*Mesmianus*, Paris, Bibl. Nat., lat. 9380, s. IX in.
Θ^G	Θ^G	—	—	—	Θ^G	Ps (H) Bar	*Sangermanensis*, Paris, Bibl. Nat., lat. 11937, s. IX^1.
Θ^K	—	—	—	—	Θ^K	Ps (H)	*Carcassonensis*, København, Kgl. Bibl., Ny Kgl. Saml. 1, s. IX^1.
Λ	Λ^L	Λ^L	—	—	—	VT (*exc.* Ps—Ct)	*Legionensis*^{2}, León, S. Isidoro, codex gothicus, a. 960 in monasterio Valeranicensi.
Σ	Σ^T	Σ^T	—	T	Σ^T	VT	*Toletanus*, Madrid, Bibl. Nac., Vitr. 13-1 (Tol. 2-1), s. X in Hispania.
Φ	Φ	Φ	—	—	—	VT	*consensus codicum* Φ *secundum exemplar Alcuin. scriptorum.*
Φ^E	Φ^E	—	—	—	—	Ier—Dn	Paris, Bibl. Nat., lat. 8847, s. VIII—IX Turonis
Φ^A	Φ^A	Φ^A	—	—	—	Gn—Rt	Paris, Bibl. Nat., lat. 11514, s. IX^1 Turonis

sigla codicum apud ɪos	ꝛ	ƅ	ƀ	ђ	ƨ	citatur in	designatio codicum
ΦZ	ΦZ	ΦZ	—	—	—	Gn—Rg	Zürich, Zentralbibl., Car. C. 1, s. IX[1] Turonis.
ΦR	ΦR	ΦR	—	—	—	VT	*Rorigonis*, Paris, Bibl. Nat., lat. 3, s. IX[1] Turonis.
ΦG	ΦG	ΦG	—	—	—	VT	*Grandivallensis*, London, Brit. Mus., Add. 10546, s. IX[1] Turonis.
ΦV	ΦV	ΦV	V	—	—	Gn—Ps Mcc	*Vallicellianus*, Roma, Bibl. Vallicelliana B. 6, s. IX[2] in regione Remensi.
ΦP	ΦP	ΦP	—	—	—	VT	*Paulinus*, Roma, S. Paolo f. l. m. sine num., s. IX[2] in regione Remensi.
b	b	—	—	—	—	Ct	Città del Vaticano, Bibl. Apost., Barb. lat. 671, s. VIII[2] in Tuscia.
h	h	—	—	—	—	Sm	Verona, Bibl. Capit. III (3), s. VIII Veronae.
i	i	—	—	—	—	Par	Milano, Bibl. Ambros. D. 84 inf., s. VII in monasterio Bobiensi.
k	k	—	—	—	—	Sm Rg	Orléans, Bibl. mun. 19 (16) + Città del Vaticano, Bibl. Apost., Regin. lat. 1462, s. VI ex. in Italia.
k	k	—	—	—	—	Ps (G)	Karlsruhe, Landesbibl., Aug. CXII, s. VIII—IX, *codex rescriptus.*
k	k	—	—	—	—	Ecl Ct Sap	Orléans, Bibl. mun. 19 (16), s. VI in Italia.
k	k	—	—	—	—	Is Ier Ez Za Mal	Orléans, Bibl. mun. 19 (16) + Den Haag, Museum Meermanno-Westreenianum 10 B 1, s. VI in Italia.
l	l	—	—	—	—	VT *passim*	León, Archivo catedralicio 15, s. VII in Hispania, *codex rescriptus* (*in* Mcc *vet. vers. lat. praebet*).
m	m	—	—	—	—	Sm Rg	Milano, Bibl. Ambros. G. 82 sup., s. VII ab Hiberno quodam et s. VII—VIII in monasterio Bobiensi.
m	m	—	—	—	—	Prv—Sir	St. Gallen, Stiftsbibl. 194, s. VII—VIII in Hispania vel Gallia meridionali, *codex rescriptus.*
s	n/x	—	—	—	—	Iob Sir	St. Gallen, Stiftsbibl. 11, s. VIII[2] in monasterio S. Galli (*apud* ꝛ = n *in* Iob, = x *in* Sir).
s	ſ	—	—	—	—	Ez—Mal	St. Gallen, Stiftsbibl. 193 + 567, s. V in Italia, *codex rescriptus.*

Editiones

sigla	citatur in	designatio editionum
ƅ	Gn, Rt, Sap, Is	Vetus Latina. Die Reste der altlateinischen Bibel nach Petrus Sabatier neu gesammelt und herausgegeben von der Erzabtei Beuron, 2. Genesis, hg. von Bonifatius Fischer, Freiburg, 1951—1954; 11/1. Sapientia Salomonis, hg. von W. Thiele, ib. 1977—1985.
c	VT	*(Sixto-) Clementina*, Biblia Sacra Vulgatae Editionis Sixti Quinti iussu recognita (et auctoritate Clementis Octavi edita), Romae, 1592 et 1593 et 1598.
ƀ	Mcc	Donatien De Bruyne et Bonaventure Sodar, Les anciennes traductions latines des Machabées (= Anecdota Maredsolana vol. IV), Maredsous, 1932.
ђ	Ps (H)	J. M. Harden, Psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi, London, 1922.
ꝛ	VT	Biblia Sacra iuxta latinam vulgatam versionem ad codicum fidem cura et studio monachorum Pont. Abbatiae S. Hieronymi in Urbe edita, Romae, 1926—1994.
ƨ	Ps (H)	Henri de Sainte-Marie, Sancti Hieronymi Psalterium iuxta Hebraeos (= Collectanea Biblica Latina vol. XI), Roma, 1954.

INDEX CODICUM ET EDITIONUM
PRO NOVO TESTAMENTO

sigla codicum apud nos	𝔬	𝔴	𝔟	citatur in	designatio codicum
A	A	A	A	NT	*Amiatinus* (*vide* A *in* VT).
C	C	C	C	Ev—Paul Apc	*Cavensis* (*vide* C *in* VT).
D	—	—	—	Ev	*Durmachensis* (Durrow), Dublin, Trinity College 57 (A. IV. 5), s. VII[2] in Hibernia vel Northumbria (*alius ac* D *apud* 𝔬).
F	F	F	F	NT	*Fuldensis* vel *Victoris*, Fulda, Landesbibl., Bonifatianus 1, a. 547 Capuae.
G	g_1G	G	G	NT	*Sangermanensis* (*vide* G *in* VT) (*apud* 𝔬 = g_1 *in* Mt, *ubi passim vet. lat. vers. exhibet*).
I	I	—	I	Act Cath Apc	Roma, Bibl. Vallicelliana B. 25[II], s. VIII—IX in Latio vel Romae.
K	—	—	K	Paul	Karlsruhe, Landesbibl., Aug. CLXXXV, s. IX in Augia (*alius ac* K *apud* 𝔬).
L	—	—	251	Cath	*Lectionarium Luxoviense*, Paris, Bibl. Nat., lat. 9427, s. VII—VIII Luxovii (*alius ac* L *apud* 𝔬 *et* 𝔟).
M	M	M	—	Ev	*Mediolanensis*, Milano, Bibl. Ambros. C. 39 inf., s. VI[2] in Italia septentrionali.
N	—	—	—	Ev	Autun, Bibl. mun. 21 (S. 24) + Paris, Bibl. Nat., n. acq. lat. 1628, s. V in Italia, *codex rescriptus*.
P	—	—	—	Ev	Split, Bibl. Capituli sine num., s. VI—VII in Italia (*alius ac* P *apud* 𝔬).
R	R	—	R	Paul	*Reginensis*, Città del Vaticano, Bibl. Apost., Regin. lat. 9, s. VIII med. in regione Ravennati.
R	—	—	R	Cath	Verona, Bibl. Capitolare X (8), s. VII—VIII Veronae.
S	—	—	—	Ev	*Sangallensis*, St. Gallen, Stiftsbibl. 1395 + Stadtbibl. sine num. (*olim in* 292) + St. Paul in Kärnten 25. 4. 21a + Zürich, Staatsarchiv A. G. 19, No. II + Zürich, Zentralbibl. C 43 + C 79 b + Z XIV 5, s. V[1] in Italia (*alius ac* S *apud* 𝔬 *in* Io).
S	S	—	—	Act Apc	St. Gallen, Stiftsbibl. 2, s. VIII[2] in monasterio S. Galli (*apud* 𝔬 *non citatur pro* Apc).
S	—	—	S	Paul	St. Gallen, Stiftsbibl. 70, s. VIII[2] ibidem (*alius ac* S *apud* 𝔬).
S	—	—	S	Cath	St. Gallen, Stiftsbibl. 907, s. VIII[2] ibidem.
Z	Z	Z	—	Ev	*Harleianus*, London, Brit. Mus., Harley 1775, s. VI in Italia.
Λ	—	—	$Λ^L$	Act—Apc	*Legionensis*[2] (*vide* Λ *in* VT).
Φ	—	—	Φ	NT	*consensus codicum* Φ *iuxta exemplar Alcuini exoratorum.*
$Φ^E$	—	—	$Φ^E$	Phil—II Tim	Paris, Bibl. Nat., lat. 8847, s. VIII—IX Turonis.
$Φ^T$	—	—	$Φ^T$	NT	St. Gallen, Stiftsbibl. 75, s. VIII—IX Turonis.
$Φ^B$	B	—	$Φ^B$	Act—Cath	Bamberg, Staatliche Bibl., Ms. Bibl. 1 (A. I. 5), s. IX[1] Turonis.
$Φ^G$	K	—	$Φ^G$	NT	*Grandivallensis* (*vide* $Φ^G$ *in* VT).
$Φ^V$	V	V	$Φ^V$	NT	*Vallicellianus* (*vide* $Φ^V$ *in* VT).
k	—	—	J	Paul	Orléans, Bibl. mun. 19 (16) + Paris, Bibl. Nat., lat. 2389, s. VI[2] in Italia.
k	—	—	—	Iac	Karlsruhe, Landesbibl., Fragm. Aug. 15, s. VII[1].

sigla codicum apud nos	𝔬	𝔴	𝔟	citatur in	designatio codicum
l	—	—	67	Act Paul	León, Arch. cat. 15 (*vide* l *in* VT; *in* Cath *et partim in* Act *vet. vers. lat. exhibet*).
r	—	—	J	Act I Io Apc	Ravenna, Archivio arcivescovile sine num., s. VI² in regione Ravennati.
s	—	—	—	Ev	Fulda, Landesbibl. Aa 11, s. IX¹ in Augia (*nobis supplet codicem* S *deficientem*).
s	—	—	I	Paul	St. Gallen, Stiftsbibl. 908, s. VI¹ in Italia septentrionali, *codex rescriptus*.

Editiones

sigla	citatur in	designatio editionum
𝔟	Eph—Hbr Cath, Apc	Vetus Latina (*vide* 𝔟 *in* VT). 24/1 Epistula ad Ephesios, hg. von H. J. Frede, Freiburg, 1962—1964; 24/2 Epistulae ad Philippenses et ad Colossenses, hg. von H. J. Frede, ib. 1966—1971; 25 Epistulae ad Thessalonicenses, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebraeos, hg. von H. J. Frede, ib. 1975—1991; 26/1 Epistulae Catholicae, hg. von W. Thiele, ib. 1956—1969.
𝔠	NT	*Editio Clementina* (*vide* 𝔠 *in* VT).
𝔬	NT	I. Wordsworth, H. I. White, H. F. D. Sparks, Novum Testamentum Domini nostri Iesu Christi latine secundum editionem S. Hieronymi, Oxford, 1889—1954.
𝔴	I Cor—Eph	H. I. White, Novum Testamentum Latine Secundum Editionem S. Hieronymi, Editio Minor, Oxford, 1911 (in *cet. libris ab* 𝔬 *non discrepat*).

INDEX CODICUM ET EDITIONUM PRO APPENDICE

sigla codicum apud nos	𝔯	𝔟	𝔳	citatur in	designatio codicum
A	A	—	—	Ps CLI	*Amiatinus* (*vide* A *in* VT).
A	—	A	A	III—IV Esr	Amiens, Bibl. mun. 10, s. IX in. in monasterio Corbeiensi (= M *in* I—II Esr).
B	—	—	—	Laod	*Abiascensis* (Biasca), Milano, Bibl. Ambros. E. 53 inf., s. X in regione Mediolanensi.
C	—	C	C	IV Esr	*Complutensis*¹, Madrid, Bibl. de la Univ. Centr. 31, s. X in. in Hispania.
C	—	—	—	Laod	*Cavensis* (*vide* C *in* VT).
D	—	—	—	Laod	*Ardmachanus* (Armagh), Dublin, Trinity College 52, s. IX in. in Hibernia.
E	—	—	(E)	IV Esr	*Epternacensis*, Luxemburg, Bibl. Nat. 264, s. XI² in monasterio Epternacensi (*apud* 𝔳 *in vol.* II *describitur*).
F	—	—	—	Laod	*Fuldensis* (*vide* F *in* NT).
K	K	—	—	Ps CLI	*Augiensis* XXXVIII (*vide* K *in* VT).
M	—	M	M	IV Esr	Paris, Bibl. Mazarine 4, s. XI in Gallia.
M	—	—	—	Laod	*Frisingensis*, München, Bayer. Staatsbibl. Clm 6229, s. VIII² in scriptorio Frisingensi.
Q	—	—	—	III Esr	Paris, Bibl. Nat., lat. 9, s. XI—XII.
Q	—	—	—	Laod	Milano, Bibl. Ambros. B. 48 sup., s. IX in Italia.
R	R	—	—	Ps CLI	*Reginensis* 11 (*vide* R *in* VT).

sigla codicum apud				citatur in	designatio codicum
nos	𝔯	𝔟	𝔳		
S	—	S	S	III—IV Esr	*Sangermanensis*, Paris, Bibl. Nat., lat. 11505, a. 822 in territorio Parisiensi (*in* III Esr *fragmentum tantum* 1,1—2,15 *exhibet, capp. autem* 3 *et* 4 *aliam vers. lat. praebet*).
Λ	—	—	—	Laod	*Legionensis*[2] (*vide* Λ *in* VT).
Φ	Φ	—	—	Ps CLI	= Φ^{RGVP} *in* VT.
Ω	—	—	—	Or Man III Esr	*consensus codicum* Ω, *Parisiis s.* XIII *scriptorum.*
Ω^{M}	—	—	—	Or Man	Paris, Bibl. Mazarine 5, a. 1231 Parisiis.
Ω^{J}	—	—	—	Or Man III Esr	*S. Iacobi*, Paris, Bibl. Nat., lat. 16721, s. XIII med. ibidem.
Ω^{S}	—	—	—	Or Man III Esr	*Sorbonicus*, Paris, Bibl. Nat., lat. 15467, a. 1270 ibidem.
l	—	—	—	IV Esr	León, Arch. cat. 15 (*vide* l *in* VT).

Editiones

sigla	citatur in	designatio editionum
𝔟	IV Esr	R. L. Bensly, The Fourth Book of Ezra (= Texts and Studies vol. III, No. 2), Cambridge, 1895.
𝔠	Or Man III—IV Esr	*Editio Clementina* (*vide* 𝔠 *in* VT).
𝔥	Laod	A. Harnack, Apocrypha. IV. Die apokryphen Briefe des Paulus an die Laodicener und Korinther (= Kleine Texte für Vorlesungen und Übungen 12), Berlin, 1931, *ex quo textum sumpsit* E. Nestle *in editionibus* Novi Testamenti *latina et graeco-latina*, Stuttgart, Württemb. Bibelanstalt.
𝔯	Ps CLI	*Editio romana monachorum S. Hieronymi, in fine Psalmorum* (*vide* 𝔯 *in* VT).
𝔳	IV Esr	B. Violet, Die Esra-Apokalypse (IV. Esra) Erster Teil. Die Überlieferung (= Die griech. christl. Schriftsteller, Bd. 18), Leipzig, 1910. *Cf. etiam*: Die Apokalypsen des Esra und des Baruch in deutscher Gestalt (= id., Bd. 32), ib. 1924.

DECLARATIO SIGNORUM

cod., codd.	codex, codices
coni.	coniecit
ed., edd.	editio, editiones
om.	omittit, omittunt
praem.	praemittit, praemittunt
+	addit, addunt
~	transponit, transponunt
.	post sigla codicum et editionum indicat ne unum quidem alium Vulgatae codicem pro hac lectione in maioribus editionibus citari
!	ad locos parallelos remittit ubi alii vel omnes loci proferuntur
••••	litterae erasae vel quae legi nequeunt
※ ÷ :	asteriscus, obelus, metobelus, de quibus cf. praefationem S. Hieronymi in libro Psalmorum, p. 767 istius editionis.
A* A²	prima, secunda manus codicis A
𝔐	textus hebraicus
𝔊	textus graecus

COMPENDIA LIBRORUM

Gn Ex Lv Nm Dt Ios Idc Rt
I—II Sm III—IV Rg I—II Par I—II Esr Tb Idt Est
Iob Ps (G) Ps (H) Prv Ecl Ct Sap Sir
Is Ier Lam Bar Ez Dn
Os Ioel Am Abd Ion Mi Na Hab So Agg Za Mal
I—II Mcc
Mt Mc Lc Io Act
Rm I—II Cor Gal Eph Phil Col I—II Th I—II Tim Tit Phlm Hbr
Iac I—II Pt I—III Io Iud Apc
Or Man III—IV Esr Ps CLI Laod

VETUS TESTAMENTUM

ORDO LIBRORUM VETERIS TESTAMENTI

Pentateuchus id est genesis · exodus · leviticus · numeri · deuteronomium

Iosue · iudicum · ruth

Samuhel · malachim seu regum

Verba dierum seu paralipomenon

Ezras

Tobias

Iudith

Hester

Iob

Psalmi

Libri salomonis id est proverbia · ecclesiastes · cantic canticorum

Sapientia

Sirach seu ecclesiasticus

Isaias

Hieremias · threni seu lamen tiones · baruch

Hiezechiel

Danihel

Xii prophetae qui sunt osi iohel · amos · abdias · ionas · cha · naum · abacuc · sofoni aggeus · zaccharias · mala

Macchabeorum

INCIPIT PROLOGUS
SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI
IN PENTATEUCHO

Desiderii mei desideratas accepi epistulas, qui quodam praesagio futurorum cum Danihele sortitus est nomen, obsecrantis ut translatum in latinam linguam de hebraeo sermone Pentateuchum nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe, obtrectatorum latratibus patens, qui me adserunt in Septuaginta interpretum suggillationem nova pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes, cum ego saepissime testatus sim me pro virili portione in tabernaculum Dei offerre quae possim, nec opes alterius aliorum paupertate foedari. Quod ut auderem, Origenis me studium provocavit, qui editioni antiquae translationem Theodotionis miscuit, asterisco et obelo, id est stella et veru, opus omne distinguens, dum aut inlucescere facit quae minus ante fuerant aut superflua quaeque iugulat et confodit, maximeque Evangelistarum et Apostolorum auctoritas, in quibus multa de Veteri Testamento legimus quae in nostris codicibus non habentur, ut est illud: «Ex Aegypto vocavi filium meum», et: «Quoniam Nazareus vocabitur», et: «Videbunt in quem conpunxerunt», et: «Flumina de ventre eius fluent aquae vivae», et: «Quae nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt quae praeparavit Deus diligentibus se», et multa alia quae proprium συνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos ubi haec scripta sint, et cum dicere non potuerint, de libris hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee, secundum in Isaia, tertium in Zaccharia, quartum in Proverbiis, quintum aeque in Isaia; quod multi ignorantes apocriforum deliramenta sectantur et hiberas nenias libris authenticis praeferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudaei prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolomeus, unius dei cultor, etiam apud Hebraeos duplicem divinitatem deprehenderet, quos maximi idcirco faciebat, quia in Platonis dogma cadere videbantur. Denique ubicumque sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre et Filio et Spiritu Sancto, aut aliter interpretati sunt aut omnino tacuerunt, ut et regi satisfacerent et arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriae mendacio suo extruxerit, quibus divisi eadem scriptitarint, cum Aristheus eiusdem Ptolomei υπερασπιστης et multo post tempore Iosepphus nihil tale rettulerint, sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse interpretem: ibi spiritus ventura praedicit, hic eruditio et verborum copia ea quae intellegit transfert; nisi forte

Mt 2,15
Mt 2,23
Io 19,37
Io 7,38
1 Cor 2,9
Os 11,1; Is 11,1
Za 12,10
Prv 18,4
Is 64,4

Prologus. *Citantur* ΑΛΤΜΦ *et* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. [*adv. Ruf.* = *Hieronymus, Apologia adv. Rufinum* II,25]. *Tit.* praefatio sancti hieronymi presbyteri in pentateuchum moysi ad desiderium c | 4 certe + et Λ c *adv. Ruf.* | obtrectatorum + meorum M c | 6 uirili] uili TM Φ *adv. Ruf.* (*var. lect.*) | in tabernaculum ΑΛ r] in tabernaculo *cet.* | 9 id est stella et ueru *om.* c | 11 maxime quae ΛΜΦ c; maximeque quae *adv. Ruf.* | auctoritas + promulgauit TMΦ c *adv. Ruf.* | 15 ascendit Φ *adv. Ruf.* | 17 sunt TM | 22 quos maximi r.] quod maxime *cet.* | faciebant TM c *adv. Ruf.* | 23 uidebantur TM r] uidebatur *cet.* | 27 aristeas cr *adv. Ruf.* | 29 aliud² + est c |

ΑΛΤΜΦ
cr

putandus est Tullius Oeconomicum Xenofontis et Platonis Protagoram et Demosthenis Pro Ctesifonte afflatus rethorico spiritu transtulisse, aut aliter de hisdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apostolos Spiritus Sanctus testimonia texuit, ut quod illi tacuerunt, hii scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minime; sed post priorum studia in domo Domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante adventum Christi et quod nesciebant dubiis protulere sententiis, nos post passionem et resurrectionem eius non tam prophetiam quam historiam scribimus; aliter enim audita, aliter visa narrantur: quod melius intellegimus, melius et proferimus. Audi igitur, aemule, obtrectator ausculta: non damno, non reprehendo Septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos praefero. Per istorum os mihi Christus
I Cor 12,28 sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego, in quibus ultimum paene gradum interpretes tenent. Quid livore torqueris? Quid inperitorum animos contra me concitas? Sicubi tibi in translatione videor errare, interroga Hebraeos, diversarum urbium magistros consule: quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est, si contra se postea ab Apostolis usurpata testimonia probaverunt, et emendatiora sunt exemplaria latina quam graeca, graeca quam hebraea! Verum haec contra invidos. Nunc te precor, Desideri carissime, ut qui tantum opus me subire fecisti et a Genesi exordium capere, orationibus iuves, quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in latinum eos transferre sermonem. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER BRESITH ID EST GENESIS

1—30: IV Esr 6,38-54 2,4; 14,19: Ex 20,11! Idt 13,24! Est 13,10! Ps 101,26! 120,2! 133,3! Ier 4,23

In principio creavit Deus caelum et terram
2 terra autem erat inanis et vacua et tenebrae super faciem abyssi
et spiritus Dei ferebatur super aquas
6.9.14.20.24.29 3 dixitque Deus
II Cor 4,6 fiat lux et facta est lux
10.12.18.21.25.31! 4 et vidit Deus lucem quod esset bona
et divisit lucem ac tenebras
5 appellavitque lucem diem et tenebras noctem
8.13.19.23.31 factumque est vespere et mane dies unus
31 6 dixit quoque Deus
fiat firmamentum in medio aquarum
et dividat aquas ab aquis
7 et fecit Deus firmamentum
divisitque aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum
et factum est ita 9.11.15.24.30
8 vocavitque Deus firmamentum caelum
et factum est vespere et mane dies secundus 5!
9 dixit vero Deus 3!
congregentur aquae quae sub caelo sunt in locum unum et appareat arida
factumque est ita 7!
10 et vocavit Deus aridam terram
congregationesque aquarum appellavit maria
et vidit Deus quod esset bonum 11 et ait 4!
germinet terra herbam virentem et facientem semen
et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum

ΛΛΤΜΦ cr 31 pytagoram ΛΤΜΦ | 32 pro thesifonte ΑΤΦ; pro thesifontem M; + orationem c *adv. Ruf.* | eisdem Mr; isdem T | 34 sunt ΤΜΦ | 43 ~ in translatione tibi c | 46 hebraica c | 47 qui] quia ΤΜΦc | ~ me quia tantum opus c ||

AOC ΛΤΜΦ crb Genesis. *Citantur* GAOC *et* ΣΛΤΜΦ *ac* crb. *Tit.* liber genesis hebraice beresith c || 1,1 [*desunt* G (*usque ad* 3,11) *et* Σ (*usque ad* 1,22)] | 2 tenebrae + erant A c | 4 a tenebras C; a tenebris ΤΦ c | 9 et factum est c. |

cuius semen in semet ipso sit super
terram
7! et factum est ita
[12]et protulit terra herbam virentem et
adferentem semen iuxta genus su-
um
lignumque faciens fructum
et habens unumquodque sementem
secundum speciem suam
4! et vidit Deus quod esset bonum
5! [13]factumque est vespere et mane dies
tertius
3! [14]dixit autem Deus
fiant luminaria in firmamento caeli
ut dividant diem ac noctem
et sint in signa et tempora et dies et
annos
[15]ut luceant in firmamento caeli et in-
luminent terram
7! et factum est ita
Ps 135,7–9 [16]fecitque Deus duo magna luminaria
Ier 31,35 luminare maius ut praeesset diei
et luminare minus ut praeesset nocti
et stellas
[17]et posuit eas in firmamento caeli
ut lucerent super terram [18]et prae-
essent diei ac nocti
et dividerent lucem ac tenebras
4! et vidit Deus quod esset bonum
5! [19]et factum est vespere et mane dies
quartus
3! [20]dixit etiam Deus
producant aquae reptile animae vi-
ventis
et volatile super terram sub firma-
mento caeli
[21]creavitque Deus cete grandia
et omnem animam viventem atque
motabilem
quam produxerant aquae in species
suas
et omne volatile secundum genus
suum
4! et vidit Deus quod esset bonum

[22]benedixitque eis dicens 28; 9,1
crescite et multiplicamini et replete 8,17; 9,7; 35,9–11
aquas maris
avesque multiplicentur super terram
[23]et factum est vespere et mane dies 5!
quintus
[24]dixit quoque Deus 3!
producat terra animam viventem in
genere suo
iumenta et reptilia et bestias terrae
secundum species suas
factumque est ita 7!
[25]et fecit Deus bestias terrae iuxta
species suas
et iumenta et omne reptile terrae in
genere suo
et vidit Deus quod esset bonum [26]et 4!
ait
faciamus hominem ad imaginem et
similitudinem nostram
et praesit piscibus maris et volatili- Sap 9,2! Sir 17,4!
bus caeli
et bestiis universaeque terrae
omnique reptili quod movetur in
terra
[27]et creavit Deus hominem ad imagi- 2,7! Dt 4,32! 27.28: 5,1! 2
nem suam
ad imaginem Dei creavit illum 9,6; Sap 2,23; Sir 17,1
masculum et feminam creavit eos Mt 19,4; Mc 10,6
[28]benedixitque illis Deus et ait
crescite et multiplicamini et replete 22! 9,1.7; 35,11; Ex 1,7
terram et subicite eam
et dominamini piscibus maris et vo- Ps 8,8.9
latilibus caeli 30; 7,8! 9,2
et universis animantibus quae mo-
ventur super terram
[29]dixitque Deus 3!
ecce dedi vobis omnem herbam ad-
ferentem semen super terram
et universa ligna quae habent in se-
met ipsis sementem generis sui
ut sint vobis in escam [30]et cunctis 6,21; 9,3
animantibus terrae
omnique volucri caeli et universis 28!

12 et ferentem TMΦ; et facientem c | 13 et factum est Λc. | 14 ut] et Cc | 16 ~ luminaria magna Cc | 17 eas + deus OMΦ | 18 a tenebras C | 20 reptilia CΦ. | 21 motabilem TMΦ cb] mobilem O.; mutabilem ACΛr | produxerunt CMr | 22 [*incipit* Σ] | 26 uniuersae terrae OCΣ | 29 sementem] semen A |

AOC (Σ)ΛTMΦ crb

quae moventur in terra
et in quibus est anima vivens ut habeant ad vescendum
7! et factum est ita
4! Ecl 3,11; Sir 39,21.39; Mc 7,37 31 viditque Deus cuncta quae fecit et erant valde bona
5! et factum est vespere et mane dies sextus
Or Man 2 **2** igitur perfecti sunt caeli et terra et omnis ornatus eorum
2 conplevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat
Ex 20,11; Hbr 4,4 et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat
3 et benedixit diei septimo et sanctificavit illum
Ex 31,17 quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret
4 istae generationes caeli et terrae quando creatae sunt
1,1! in die quo fecit Dominus Deus caelum et terram
5 et omne virgultum agri antequam oreretur in terra
omnemque herbam regionis priusquam germinaret
non enim pluerat Dominus Deus super terram
et homo non erat qui operaretur terram
6 sed fons ascendebat e terra inrigans universam superficiem terrae
1,27! Tb 8,8; Sir 17,1! 7 formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae
Sap 15,11; IV Esr 3,5.6 et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae
I Cor 15,45 et factus est homo in animam viventem
8 plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio
in quo posuit hominem quem formaverat
9 produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave
lignum etiam vitae in medio paradisi
lignumque scientiae boni et mali
10 et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad inrigandum paradisum
qui inde dividitur in quattuor capita
11 nomen uni Phison
ipse est qui circuit omnem terram Evilat
ubi nascitur aurum
12 et aurum terrae illius optimum est
ibique invenitur bdellium et lapis onychinus
13 et nomen fluvio secundo Geon
ipse est qui circuit omnem terram Aethiopiae
14 nomen vero fluminis tertii Tigris
ipse vadit contra Assyrios
fluvius autem quartus ipse est Eufrates
15 tulit ergo Dominus Deus hominem 3,23
et posuit eum in paradiso voluptatis
ut operaretur et custodiret illum
16 praecepitque ei dicens 3,1.3
ex omni ligno paradisi comede
17 de ligno autem scientiae boni et mali
ne comedas 3,11.17
in quocumque enim die comederis
ex eo morte morieris
18 dixit quoque Dominus Deus
non est bonum esse hominem solum
faciamus ei adiutorium similem sui Tb 8,8; Sir 17,5; 36,26
19 formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terrae et universis volatilibus caeli
adduxit ea ad Adam ut videret quid vocaret ea
omne enim quod vocavit Adam animae viventis ipsum est nomen eius
20 appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia
et universa volatilia caeli et omnes bestias terrae

AOC ΣΛTMΦ crb 31 fecerat c || **2,2** uniuerso] omni OCTMΦ | pararat A. | 4 istae + sunt c | creata O crb | dominus *om.* C | 12 ibi AΛ c | 13 fluuii secundi CΣΛ c | 15 illud C | 18 adiutorium similem AΛTMΦ, *cf.* b (*app.*)] adiutorium simile O c; adiutorem similem CΣ rb | sui] sibi C c | 19 est *om.* O |

Adam vero non inveniebatur adiu-
tor similis eius
[21]inmisit ergo Dominus Deus sopo-
rem in Adam
cumque obdormisset tulit unam de
costis eius et replevit carnem pro ea
[22]et aedificavit Dominus Deus costam
quam tulerat de Adam in mulierem
et adduxit eam ad Adam
29,14; 37,27; Idc 9,2; II Sm 5,1; 19,12.13; I Par 11,1; Eph 5,30 [23]dixitque Adam
hoc nunc os ex ossibus meis et caro
de carne mea
haec vocabitur virago quoniam de
viro sumpta est
Mt 19,5; Mc 10,7.8; Eph 5,31; III Esr 4,20.25 [24]quam ob rem relinquet homo patrem
suum et matrem
I Cor 6,16 et adherebit uxori suae et erunt duo
in carne una
[25]erant autem uterque nudi
Adam scilicet et uxor eius et non
erubescebant
3 sed et serpens erat callidior cunctis
animantibus terrae quae fecerat
Dominus Deus
qui dixit ad mulierem
3; 2,16 cur praecepit vobis Deus ut non
comederetis de omni ligno paradisi
[2]cui respondit mulier
de fructu lignorum quae sunt in pa-
radiso vescemur
[3]de fructu vero ligni quod est in me-
dio paradisi
1; 2,16.17 praecepit nobis Deus ne comedere-
mus et ne tangeremus illud ne forte
moriamur
[4]dixit autem serpens ad mulierem
nequaquam morte moriemini
[5]scit enim Deus quod in quocumque
die comederitis ex eo
aperientur oculi vestri et eritis sicut
dii scientes bonum et malum
[6]vidit igitur mulier quod bonum esset
lignum ad vescendum
et pulchrum oculis aspectuque de-
lectabile
et tulit de fructu illius et comedit
deditque viro suo
qui comedit [7]et aperti sunt oculi
amborum
cumque cognovissent esse se nudos
consuerunt folia ficus et fecerunt sibi
perizomata
[8]et cum audissent vocem Domini Dei
deambulantis in paradiso ad auram
post meridiem
abscondit se Adam et uxor eius a
facie Domini Dei in medio ligni
paradisi
[9]vocavitque Dominus Deus Adam et
dixit ei ubi es
[10]qui ait vocem tuam audivi in para-
diso et timui eo quod nudus essem
et abscondi me
[11]cui dixit quis enim indicavit tibi quod
nudus esses
nisi quod ex ligno de quo tibi prae- 17; 2,17
ceperam ne comederes comedisti
[12]dixitque Adam mulier quam dedisti
sociam mihi dedit mihi de ligno et
comedi
[13]et dixit Dominus Deus ad mulierem
quare hoc fecisti
quae respondit serpens decepit me et II Cor 11,3
comedi
[14]et ait Dominus Deus ad serpentem
quia fecisti hoc maledictus es inter
omnia animantia et bestias terrae
super pectus tuum gradieris
et terram comedes cunctis diebus vi-
tae tuae
[15]inimicitias ponam inter te et muli-
erem
et semen tuum et semen illius
ipsa conteret caput tuum
et tu insidiaberis calcaneo eius
[16]mulieri quoque dixit
multiplicabo aerumnas tuas et con-
ceptus tuos

20 adam²] adae C𝔠 | 25 erat AM𝔠 | nudus AΣM𝔠 ‖ 3,2 uescimur Φ𝔠; edemus A. | 3 deus] dominus C | 5 sicut] ut ACΣ | 7 amborum] eorum A | ~ se esse ΛTΦ𝔠 | 9 ei + adam C | 11 dixit + deus CΣ | [*incipit* G] | ~ praeceperam tibi TMΦ𝔠 | 12 ~ mihi sociam OΣ𝔠 | 14 es] eris O | cunctis] omnibus GC. | 15 ipse OΣT𝔟 | calcaneum OCΛΦ |

(G)AOC ΣΛTMΦ 𝔠𝔯𝔟

Eph 5,22; Col 3,18; Tit 2,5; I Pt 3,1 in dolore paries filios et sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui
17 ad Adam vero dixit
quia audisti vocem uxoris tuae
11; 2,17 et comedisti de ligno ex quo praeceperam tibi ne comederes
5,29 maledicta terra in opere tuo
in laboribus comedes eam cunctis diebus vitae tuae
Iob 31,40; Hbr 6,8 18 spinas et tribulos germinabit tibi et comedes herbas terrae
19 in sudore vultus tui vesceris pane
Ecl 3,20! 12,7! donec revertaris in terram de qua sumptus es
18,27! Iob 10,9! quia pulvis es et in pulverem reverteris
20 et vocavit Adam nomen uxoris suae Hava eo quod mater esset cunctorum viventium
21 fecit quoque Dominus Deus Adam et uxori eius tunicas pellicias
et induit eos 22 et ait
ecce Adam factus est quasi unus ex nobis sciens bonum et malum
nunc ergo ne forte mittat manum suam
Apc 2,7! et sumat etiam de ligno vitae
et comedat et vivat in aeternum
2,15 23 emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis
ut operaretur terram de qua sumptus est
24 eiecitque Adam
et conlocavit ante paradisum voluptatis
cherubin et flammeum gladium atque versatilem
ad custodiendam viam ligni vitae
17,25! **4** Adam vero cognovit Havam uxorem suam
quae concepit et peperit Cain dicens
possedi hominem per Dominum
2 rursusque peperit fratrem eius Abel
fuit autem Abel pastor ovium et Cain agricola
3 factum est autem post multos dies
ut offerret Cain de fructibus terrae munera Domino
4 Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui et de adipibus eorum
et respexit Dominus ad Abel et ad munera eius
5 ad Cain vero et ad munera illius non respexit
iratusque est Cain vehementer et concidit vultus eius
6 dixitque Dominus ad eum
quare maestus es et cur concidit facies tua
7 nonne si bene egeris recipies
sin autem male statim in foribus peccatum aderit
sed sub te erit appetitus eius et tu dominaberis illius
8 dixitque Cain ad Abel fratrem suum
egrediamur foras I Sm 20,11
cumque essent in agro
consurrexit Cain adversus Abel fratrem suum et interfecit eum 25; I Io 3,12
9 et ait Dominus ad Cain ubi est Abel frater tuus
qui respondit nescio num custos fratris mei sum
10 dixitque ad eum quid fecisti
vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra II Mcc 8,3; IV Esr 15,8
11 nunc igitur maledictus eris super terram
quae aperuit os suum et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua
12 cum operatus fueris eam non dabit tibi fructus suos

GAOC ΣΛΤΜΦ 𝔠𝔯𝔟

16 tui] tibi O | 17 ad adam GAO𝔯𝔟] adae *cet.* | eam] ex ea M𝔠; de ea C. | 18 herbam A𝔠 | 19 panem CΣΦ | in terra C | 20 haua GA𝔯𝔟.] heua 𝔠.; aeua M; eua *cet.* | 21 adae OCΣM𝔠; ad adam G | 22 ~ quasi unus ex nobis factus est 𝔠. | 23 et emisit OΣ𝔠 | deus *om.* CΣ. || 4,1 hauam G𝔯.] haeuam A; aeuam M; heuam 𝔠.; heua O; euam CΣΛTΦ𝔟 | ~ uxorem suam heuam 𝔠 | per deum CΛMΦ𝔠 | 5 illius] eius GOCΣ𝔯𝔟 | 6 mestus GA𝔯𝔟.] iratus *cet.* | 8 ~ fratrem suum abel 𝔠 | 9 numquid OT | sum] *praem.* ego OΛ; + ego CΣ𝔠 |

14 vagus et profugus eris super terram
[13]dixitque Cain ad Dominum
Lam 4,6 maior est iniquitas mea quam ut veniam merear
[14]ecce eicis me hodie a facie terrae
et a facie tua abscondar
12 et ero vagus et profugus in terra
omnis igitur qui invenerit me occidet me
[15]dixitque ei Dominus
nequaquam ita fiet
24 sed omnis qui occiderit Cain septuplum punietur
posuitque Dominus Cain signum ut non eum interficeret omnis qui invenisset eum
[16]egressusque Cain a facie Domini habitavit in terra profugus ad orientalem plagam Eden
11! [17]cognovit autem Cain uxorem suam
quae concepit et peperit Enoch
et aedificavit civitatem vocavitque nomen eius ex nomine filii sui Enoch
[18]porro Enoch genuit Irad
et Irad genuit Maviahel
et Maviahel genuit Matusahel
et Matusahel genuit Lamech
[19]qui accepit uxores duas
nomen uni Ada et nomen alteri Sella
[20]genuitque Ada Iabel qui fuit pater habitantium in tentoriis atque pastorum
[21]et nomen fratris eius Iubal ipse fuit pater canentium cithara et organo
[22]Sella quoque genuit Thubalcain
qui fuit malleator et faber in cuncta opera aeris et ferri
soror vero Thubalcain Noemma
[23]dixitque Lamech uxoribus suis Adae et Sellae
audite vocem meam uxores Lamech
auscultate sermonem meum
quoniam occidi virum in vulnus meum
et adulescentulum in livorem meum
[24]septuplum ultio dabitur de Cain 15
de Lamech vero septuagies septies
[25]cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam et peperit filium 1! 16,11! 15: 19,37.38; 21,2.3! I Sm 1,20
vocavitque nomen eius Seth dicens 5,3
posuit mihi Deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain 8!
[26]sed et Seth natus est filius quem vocavit Enos Lc 3,38
iste coepit invocare nomen Domini
5 hic est liber generationis Adam
in die qua creavit Deus hominem 1.2: 1,27! 28! Iac 3,9
ad similitudinem Dei fecit illum
[2]masculum et feminam creavit eos
et benedixit illis et vocavit nomen eorum Adam in die qua creati sunt
[3]vixit autem Adam centum triginta annis
et genuit ad similitudinem et imaginem suam
vocavitque nomen eius Seth 4,25
[4]et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth octingenti anni 4—31: I Par 1,1–4 Lc 3,36–38
genuitque filios et filias
[5]et factum est omne tempus quod vixit Adam anni nongenti triginta et mortuus est
[6]vixit quoque Seth centum quinque annos et genuit Enos
[7]vixitque Seth postquam genuit Enos octingentis septem annis
genuitque filios et filias
[8]et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum et mortuus est
[9]vixit vero Enos nonaginta annis et genuit Cainan
[10]post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis

GAOC ΣΛΤΜΦ cṛb

12 super terra OΛ.; + omnibus diebus uitae tuae C | 14 in terram C.; super terram Σ | 15 in septuplum O; in septuplo Σ. | ~ interficeret eum c. | 16 ~ profugus in terra c | 19 ~ duas uxores c. | 25 eius] illius GΣΛ || 5,2 quo ΑΣΛΤΦc | 3 annos O | ~ ad similitudinem suam et imaginem G.; ~ ad imaginem et similitudinem suam ΛMc | 4 sunt + omnes O | 6 annis ΛΦc | 7 DCCCVII annos C |

et genuit filios et filias
11 factique sunt omnes dies Enos non-
gentorum quinque annorum et
mortuus est
12 vixit quoque Cainan septuaginta an-
nis et genuit Malalehel
13 et vixit Cainan postquam genuit Ma-
lalehel octingentos quadraginta an-
nos
genuitque filios et filias
14 et facti sunt omnes dies Cainan non-
genti decem anni et mortuus est
15 vixit autem Malalehel sexaginta
quinque annos et genuit Iared
16 et vixit Malalehel postquam genuit
Iared octingentis triginta annis
et genuit filios et filias
17 et facti sunt omnes dies Malalehel
octingenti nonaginta quinque anni
et mortuus est
18 vixitque Iared centum sexaginta du-
obus annis et genuit Enoch
19 et vixit Iared postquam genuit Enoch
octingentos annos
et genuit filios et filias
20 et facti sunt omnes dies Iared non-
genti sexaginta duo anni et mor-
tuus est
21 porro Enoch vixit sexaginta quinque
annis et genuit Mathusalam
24; 6,9; 24,40; 48,15 22 et ambulavit Enoch cum Deo post-
quam genuit Mathusalam trecentis
annis
et genuit filios et filias
23 et facti sunt omnes dies Enoch tre-
centi sexaginta quinque anni
22; Sir 44,16! Hbr 11,5 24 ambulavitque cum Deo et non ap-
paruit quia tulit eum Deus
25 vixit quoque Mathusalam centum
octoginta septem annos et genuit
Lamech
26 et vixit Mathusalam postquam ge-
nuit Lamech septingentos octoginta
duos annos
et genuit filios et filias
27 et facti sunt omnes dies Mathusalae
nongenti sexaginta novem anni et
mortuus est
28 vixit autem Lamech centum octo-
ginta duobus annis
et genuit filium 29 vocavitque nomen
eius Noe dicens
iste consolabitur nos ab operibus et
laboribus manuum nostrarum in
terra cui maledixit Dominus 3,17
30 vixitque Lamech postquam genuit
Noe quingentos nonaginta quinque
annos
et genuit filios et filias
31 et facti sunt omnes dies Lamech sep-
tingenti septuaginta septem anni et
mortuus est
Noe vero cum quingentorum esset
annorum genuit Sem et Ham et 6,10; 9,18; 10,1
Iafeth
6 cumque coepissent homines multi- IV Esr 3,12
plicari super terram et filias pro-
creassent
2 videntes filii Dei filias eorum quod 12,14
essent pulchrae
acceperunt uxores sibi ex omnibus
quas elegerant
3 dixitque Deus non permanebit spiri-
tus meus in homine in aeternum
quia caro est Ps 77,39
eruntque dies illius centum viginti
annorum
4 gigantes autem erant super terram
in diebus illis
postquam enim ingressi sunt filii Dei
ad filias hominum illaeque genu-
erunt

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

11 nongenti quinque anni c. | 13 octingentis quadr. annis ΛΜΦc | 15 quinque *om.* C | annis CΛΜΦc | 18 CLXII annos C | 19 octingentis annis ΛΜΦc | 22 deo + et uixit c.; + et uixit enoch CΣΛ | 25 annis CΛΤΜΦc | 26 septingentis octoginta duobus annis ΛΤΜΦc | duos *om.* O | 27 mathusala c. | nungentis sexaginta nouem annis G | 30 quingentis nonaginta quinque annis ΛΜΦc | 31 septuaginta + et O | uero *om.* C | genuit + tres filios C | et[3] *om.* CΣΛΜΦc || 6,1 filios CΣ | 2 eorum] hominum ΑΦc | ~ sibi uxores CΣc | 3 deus] dominus O | erantque ΟΛΤ |

isti sunt potentes a saeculo viri famosi
5 videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra
8,21 et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore
6 paenituit eum quod hominem fecisset in terra
et tactus dolore cordis intrinsecus
13! 7,4.23 7 delebo inquit hominem quem creavi a facie terrae
ab homine usque ad animantia
a reptili usque ad volucres caeli
paenitet enim me fecisse eos
18,3! 19,19; Ex 33,12! Prv 12,2! Lc 1,30! 8 Noe vero invenit gratiam coram Domino
9 hae generationes Noe
7,1; 17,1; Dt 18,13; Sir 44,17 Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis
5,22! cum Deo ambulavit
5,31; 9,18; 10,1 10 et genuit tres filios Sem Ham et Iafeth
11 corrupta est autem terra coram Deo et repleta est iniquitate
12 cumque vidisset Deus terram esse corruptam
omnis quippe caro corruperat viam suam super terram
7! 17! 13 dixit ad Noe finis universae carnis venit coram me
repleta est terra iniquitate a facie eorum
et ego disperdam eos cum terra
Hbr 11,7; I Pt 3,20 14 fac tibi arcam de lignis levigatis
mansiunculas in arca facies
et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus 15 et sic facies eam
trecentorum cubitorum erit longitudo arcae
quinquaginta cubitorum latitudo
et triginta cubitorum altitudo illius
16 fenestram in arca facies et in cubito consummabis summitatem
ostium autem arcae pones ex latere deorsum
cenacula et tristega facies in ea
17 ecce ego adducam diluvii aquas super terram 13! 7,4.10.17! IV Esr 3,9
ut interficiam omnem carnem
in qua spiritus vitae est subter caelum 7,22
universa quae in terra sunt consumentur 7,21
18 ponamque foedus meum tecum 9,9! 11; 17,2.21
et ingredieris arcam tu et filii tui 7,1.7.13!
uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum 8,16.18
19 et ex cunctis animantibus universae carnis 19.20: 7,8.9.14–16
bina induces in arcam ut vivant tecum
masculini sexus et feminini
20 de volucribus iuxta genus suum
et de iumentis in genere suo
et ex omni reptili terrae secundum genus suum
bina de omnibus ingredientur tecum ut possint vivere
21 tolles igitur tecum ex omnibus escis quae mandi possunt et conportabis apud te
et erunt tam tibi quam illis in cibum 1,29
22 fecit ergo Noe omnia quae praeceperat illi Deus 7,5
7 dixitque Dominus ad eum
ingredere tu et omnis domus tua arcam 7,13! 6,18!
te enim vidi iustum coram me in generatione hac 6,9! Sir 44,17
2 ex omnibus animantibus mundis tolle septena septena masculum et feminam
de animantibus vero non mundis duo duo masculum et feminam
3 sed et de volatilibus caeli septena septena masculum et feminam

6 [*deest* G *usque ad* 7,21] | 9 haec OC; + sunt AO crb. | [*deest* O *usque ad* 7,11] | 10 et² *om.* AA | 11 deo] domino CΣ | 13 dixitque C | 16 summitatem + eius ΛTMΦ c | 17 ~ aquas diluuii c. | ut] et CΣ | consummentur CΛM | 22 ergo] igitur c. | deus] dominus A || 7,1 in arcam ΣTMΦ c | 2 tolles CΣ rb | septena¹ + et TMΦ c, *item v.* 3 | non mundis] immundis c | duo¹ + et TMΦ c |

(G)A(O)C ΣΛTMΦ crb

ut salvetur semen super faciem universae terrae
6,17! [4]adhuc enim et post dies septem ego
12 pluam super terram
quadraginta diebus et quadraginta noctibus
23; 6,7 et delebo omnem substantiam quam
feci de superficie terrae
6,22 [5]fecit ergo Noe omnia quae mandaverat ei Dominus
[6]eratque sescentorum annorum quando diluvii aquae inundaverunt super terram
1,13! 6,18! [7]et ingressus est Noe et filii eius
uxor eius et uxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluvii
14–16: 6,19.20 [8]de animantibus quoque mundis et inmundis
1,28! et de volucribus et ex omni quod movetur super terram
[9]duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcam masculus et femina
sicut praeceperat Deus Noe
[10]cumque transissent septem dies a-
6,17! quae diluvii inundaverunt super terram
[11]anno sescentesimo vitae Noe mense secundo septimodecimo die mensis
8,2 rupti sunt omnes fontes abyssi magnae
Ps 77,23; Is 24,18 et cataractae caeli apertae sunt
4 [12]et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus
1,7; 6,18! Mt 24,38 [13]in articulo diei illius ingressus est Noe et Sem et Ham et Iafeth filii eius
uxor illius et tres uxores filiorum eius cum eis in arcam
8,19 [14]ipsi et omne animal secundum genus
14—16: 8,9; 6,19.20 suum
universaque iumenta in genus suum
et omne quod movetur super terram
in genere suo
cunctumque volatile secundum genus suum
universae aves omnesque volucres
[15]ingressae sunt ad Noe in arcam bina et bina
ex omni carne in qua erat spiritus vitae
[16]et quae ingressa sunt masculus et femina ex omni carne introierunt
sicut praeceperat ei Deus
et inclusit eum Dominus de foris
[17]factumque est diluvium quadraginta 6,17! Sir 44,18
diebus super terram
et multiplicatae sunt aquae et elevaverunt arcam in sublime a terra
[18]vehementer inundaverunt et omnia repleverunt in superficie terrae
porro arca ferebatur super aquas
[19]et aquae praevaluerunt nimis super terram
opertique sunt omnes montes excelsi sub universo caelo
[20]quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat
[21]consumptaque est omnis caro quae 6,17
movebatur super terram
volucrum animantium bestiarum omniumque reptilium quae reptant super terram
universi homines [22]et cuncta in qui- 6,17
bus spiraculum vitae est in terra mortua sunt
[23]et delevit omnem substantiam quae 4; 6,7
erat super terram ab homine usque ad pecus
tam reptile quam volucres caeli
et deleta sunt de terra
remansit autem solus Noe et qui cum eo erant in arca
[24]obtinueruntque aquae terras cen- 8,3
tum quinquaginta diebus
8 recordatus autem Deus Noe cunc-

(G)A(O)C ΣΛΤΜΦ cрb 7 eius[3]] illius AΣ | 8 et[3] *om.* CΣ | 9 deus] dominus ACMc | 10 super *om.* AΣΛ | 11 [*iterum adest* O] | 13 et[1.2] *om.* C | 14 uniuersaque iumenta in genere suo c; *om.* CΦ | 15 ingressaeque O.; ingressi C.; ingressa r. | in arca O | 17 et leuauerunt OΦ | 18 uehementer + enim Oc | 19 operti sunt C | 21 consummataque O | [*iterum adest* G] | 23 in arcam OC | 24 terram c || 8,1 recordatus + est GACrb |

tarumque animantium
et omnium iumentorum quae erant
cum eo in arca
adduxit spiritum super terram et in-
minutae sunt aquae
7,11.12 [2]et clausi sunt fontes abyssi et cata-
ractae caeli
et prohibitae sunt pluviae de caelo
[3]reversaeque aquae de terra euntes et
redeuntes
7,24 et coeperunt minui post centum quin-
quaginta dies
[4]requievitque arca mense septimo vi-
cesima septima die mensis super
montes Armeniae
[5]at vero aquae ibant et decrescebant
usque ad decimum mensem
decimo enim mense prima die men-
sis apparuerunt cacumina montium
[6]cumque transissent quadraginta dies
aperiens Noe fenestram arcae quam
fecerat dimisit corvum
[7]qui egrediebatur et revertebatur do-
nec siccarentur aquae super terram
[8]emisit quoque columbam post eum
11 ut videret si iam cessassent aquae
super faciem terrae
[9]quae cum non invenisset ubi requies-
ceret pes eius reversa est ad eum in
arcam
aquae enim erant super universam
terram
extenditque manum et adprehensam
intulit in arcam
[10]expectatis autem ultra septem diebus
aliis rursum dimisit columbam ex
arca
[11]at illa venit ad eum ad vesperam
portans ramum olivae virentibus fo-
liis in ore suo
8 intellexit ergo Noe quod cessassent
aquae super terram
[12]expectavitque nihilominus septem
alios dies et emisit columbam
quae non est reversa ultra ad eum
[13]igitur sescentesimo primo anno pri-
mo mense prima die mensis
inminutae sunt aquae super terram
et aperiens Noe tectum arcae aspe-
xit viditque quod exsiccata esset
superficies terrae
[14]mense secundo septima et vicesima
die mensis arefacta est terra
[15]locutus est autem Deus ad Noe di-
cens
[16]egredere de arca tu et uxor tua 18! 6,18
filii tui et uxores filiorum tuorum te-
cum
[17]cuncta animantia quae sunt apud
te ex omni carne
tam in volatilibus quam in bestiis
et in universis reptilibus quae rep-
tant super terram
educ tecum et ingredimini super ter-
ram
crescite et multiplicamini super eam 1,22!
[18]egressus est ergo Noe et filii eius 16! 9,18
uxor illius et uxores filiorum eius
cum eo
[19]sed et omnia animantia iumenta et 7,14
reptilia quae repunt super terram
secundum genus suum arcam egres-
sa sunt
[20]aedificavit autem Noe altare Do- 12,7! 8! 13,18; 22,9; 35,3
mino
et tollens de cunctis pecoribus et vo- 46,1! Ex 10,25!
lucribus mundis obtulit holocausta Ex 20,24! Lv 1,14.15!
super altare Ex 29,25!
[21]odoratusque est Dominus odorem
suavitatis et ait ad eum
nequaquam ultra maledicam terrae
propter homines

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

1 cunctarumque animantium ΟΛΤΦ] cunctarum animantium Σ.; cunctorumque animantium GACM crb, *sed cf.* Nm 31,30 | 2 clausae CΛ | 3 reuersaeque + sunt O c | 4 uicesima et septima O; uigesimo septimo c | 5 primo OTMΦ | 7 et + non c | 8 uiderent O | 9 in arca GC | adprehendens eam CΛ. | 11 ergo] igitur A | 13 exsiccasset GCΣ. | 14 septimo et uigesimo c. | 17 uolatilibus] uolucribus C | in[3] *om.* ΟΛΤΜΦ c | super eam] super terram GO r | 19 reptant C c | arca T; de arca O c; *om.* Σ | egressae AO. | ~ egr. sunt de arca c | 21 ad eum *om.* c. | terram O |

6,5 sensus enim et cogitatio humani cor-
dis in malum prona sunt ab adules-
centia sua
9,11 non igitur ultra percutiam omnem
animantem sicut feci
[22]cunctis diebus terrae sementis et
messis frigus et aestus
aestas et hiemps nox et dies non re-
quiescent
1,22! 9 benedixitque Deus Noe et filiis eius
et dixit ad eos
crescite et multiplicamini et implete
terram
[2]et terror vester ac tremor sit super
cuncta animalia terrae
1,28! et super omnes volucres caeli cum
universis quae moventur in terra
omnes pisces maris manui vestrae
traditi sunt
[3]et omne quod movetur et vivit erit
1,29 vobis in cibum
quasi holera virentia tradidi vobis
omnia
Lv 3,17! 7,26; 17,12.14; Dt 12,16! [4]excepto quod carnem cum sanguine
non comedetis
42,22; Dt 32,43! Ps 9,13; Ez 3,18! [5]sanguinem enim animarum vestra-
rum requiram de manu cunctarum
bestiarum et de manu hominis
de manu viri et fratris eius requiram
animam hominis
Ex 21,12! [6]quicumque effuderit humanum san-
guinem fundetur sanguis illius
1,27! ad imaginem quippe Dei factus est
homo
1,22! [7]vos autem crescite et multiplicamini
et ingredimini super terram et im-
plete eam
[8]haec quoque dixit Deus ad Noe et
ad filios eius cum eo
6,18! 17,7. 10.19; Dt 5,2! [9]ecce ego statuam pactum meum vo-
biscum et cum semine vestro post
vos
[10]et ad omnem animam viventem quae
est vobiscum
tam in volucribus quam in iumentis
et pecudibus terrae
cunctis quae egressa sunt de arca et
universis bestiis terrae
[11]statuam pactum meum vobiscum 6,18!
et nequaquam ultra interficietur om- 15; 8,21; Sir 44,19; Is 54,9
nis caro aquis diluvii neque erit
deinceps diluvium dissipans terram
[12]dixitque Deus
hoc signum foederis quod do inter 13.17; 17,11; Ex 31,13!
me et vos
et ad omnem animam viventem quae
est vobiscum in generationes sem-
piternas
[13]arcum meum ponam in nubibus 16
et erit signum foederis inter me et 12!
inter terram
[14]cumque obduxero nubibus caelum
apparebit arcus meus in nubibus Ez 1,28
[15]et recordabor foederis mei vobiscum Ex 2,24! Lv 26,45 Ps 104,8!
et cum omni anima vivente quae
carnem vegetat
et non erunt ultra aquae diluvii ad 11!
delendam universam carnem
[16]eritque arcus in nubibus et videbo 13
illum et recordabor foederis sempi-
terni
quod pactum est inter Deum et inter
omnem animam viventem univer-
sae carnis quae est super terram
[17]dixitque Deus Noe
hoc erit signum foederis quod con- 12!
stitui inter me et inter omnem car-
nem super terram
[18]erant igitur filii Noe qui egressi sunt 5,31; 6,10; 8,18; 10,1
de arca Sem Ham et Iafeth
porro Ham ipse est pater Chanaan
[19]tres isti sunt filii Noe et ab his dis- 10,32; 11,4.8!

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb 21 animantem] animam uiuentem c ‖ 9,1 replete c | 2 animalia] animantia C | in terram G.; super terram Ac | 3 uiuet GAC | 4 comeditis O | 6 ~ sanguinem humanum C | effundetur C; effunditur O. | illius] ipsius C | 10 pecoribus OC | egressae O | 11 ab aquis CM | 13 inter[2] *om.* O | 15 carne[1] OΣ | ad delendum c. | 16 arcus + meus OΣΛΜΦ | illud A | inter[2] *om.* c | 17 ad noe GOΣcrb | erit *om.* O | inter[2] *om.* CΣΤΜΦc | 18 igitur] ergo c. | [*deest* G *usque ad* v. 19] | 19 ~ filii sunt c. |

seminatum est omne hominum ge-
nus super universam terram
20 coepitque Noe vir agricola exercere
terram
43,34 et plantavit vineam 21 bibensque vi-
Lam 4,21 num inebriatus est et nudatus in
tabernaculo suo
22 quod cum vidisset Ham pater Cha-
naan
verenda scilicet patris sui esse nuda
nuntiavit duobus fratribus suis foras
23 at vero Sem et Iafeth pallium inpo-
suerunt umeris suis
et incedentes retrorsum operuerunt
verecunda patris sui
faciesque eorum aversae erant et
patris virilia non viderunt
24 evigilans autem Noe ex vino
cum didicisset quae fecerat ei filius
suus minor 25 ait
maledictus Chanaan
servus servorum erit fratribus suis
26 dixitque
benedictus Dominus Deus Sem
sit Chanaan servus eius
27 dilatet Deus Iafeth et habitet in ta-
bernaculis Sem
sitque Chanaan servus eius
28 vixit autem Noe post diluvium tre-
centis quinquaginta annis
29 et impleti sunt omnes dies eius non-
gentorum quinquaginta annorum
et mortuus est
5,31; 6,10; 9,18 **10** hae generationes filiorum Noe Sem
Ham Iafeth
natique sunt eis filii post diluvium
2—4: I Par 1,5–7 2 filii Iafeth Gomer Magog et Madai
Iavan et Thubal et Mosoch et Thiras
3 porro filii Gomer Aschenez et Rifath
et Thogorma
4 filii autem Iavan Elisa et Tharsis
Cetthim et Dodanim
5 ab his divisae sunt insulae gentium 20.31.32
in regionibus suis
unusquisque secundum linguam et
familias in nationibus suis
6 filii autem Ham Chus et Mesraim et 6—8: I Par 1,8–10
Fut et Chanaan
7 filii Chus Saba et Hevila et Sabatha
et Regma et Sabathaca
filii Regma Saba et Dadan
8 porro Chus genuit Nemrod
ipse coepit esse potens in terra
9 et erat robustus venator coram Do-
mino
ab hoc exivit proverbium quasi Nem-
rod robustus venator coram Do-
mino
10 fuit autem principium regni eius Ba-
bylon et Arach et Archad et Cha-
lanne in terra Sennaar
11 de terra illa egressus est Assur
et aedificavit Nineven et plateas civi-
tatis et Chale
12 Resen quoque inter Nineven et Cha-
le haec est civitas magna
13 at vero Mesraim genuit Ludim et 13—18: I Par 1,11–16
Anamim et Laabim
Nepthuim 14 et Phetrusim et Cesluim
de quibus egressi sunt Philisthim et
Capthurim
15 Chanaan autem genuit Sidonem pri-
mogenitum suum
Ettheum 16 et Iebuseum et Amorreum 15,20.21!
Gergeseum 17 Eveum et Araceum
Sineum 18 et Aradium Samariten et
Amatheum
et post haec disseminati sunt populi
Chananeorum
19 factique sunt termini Chanaan
venientibus a Sidone Geraram usque
Gazam

19 omne *om.* ACΣΛ | [*iterum adest* G] | hominum *om.* Σ.; ~ genus hominum c | 21 nudatus + est GOr; + iacuit ΣΛ | 22 nuda GOr.] nudata *cet.* | foris O | 23 uerecunda GArb] uerenda *cet.* | patris[2] + sui GOr | 25 chanaan] cham G, *item v.* 26 | 27 sit OΣ | 29 dies + uitae G || **10**,1 haec GOCr; + sunt c | ham + et CΣΛ TMΦc | ei O | 2 gomer + et c | madai + et c | 5 linguam + suam Oc | familias + suas c | 7 filii + autem OCM | et[2] *om.* G | 9 ab] ad G; ob cr. | 11 nineue OΣ; niniue C | 12 nineue OΣ | 16 gergeseum + et CΛ | 18 samaritem OCΣ; samaraeum c. |

(G)AOC ΣΛTMΦ crb

donec ingrediaris Sodomam et Go-
morram et Adama et Seboim usque
Lesa
5.31.32 20 hii filii Ham in cognationibus et lin-
guis et generationibus terrisque et
gentibus suis
21 de Sem quoque nati sunt patre om-
nium filiorum Eber fratre Iafeth
maiore
22—29: I Par 1,17–23 22—25: 11,10–16 22 filii Sem Aelam et Assur et Arfaxad
et Lud et Aram
23 filii Aram Us et Hul et Gether et Mes
24 at vero Arfaxad genuit Sala de quo
ortus est Eber
25 natique sunt Eber filii duo
nomen uni Faleg eo quod in diebus
eius divisa sit terra
et nomen fratris eius Iectan
26 qui Iectan genuit Helmodad et Sa-
leph et Asarmoth
Iare 27 et Aduram et Uzal
Decla 28 et Ebal et Abimahel
Saba 29 et Ophir et Evila et Iobab
omnes isti filii Iectan
30 et facta est habitatio eorum de Messa
pergentibus usque Sephar montem
orientalem
5.20.32 31 isti filii Sem secundum cognationes
et linguas et regiones in gentibus
suis
5.20.31 32 hae familiae Noe iuxta populos et
nationes suas
9.19! ab his divisae sunt gentes in terra
post diluvium
6 **11** erat autem terra labii unius et ser-
monum eorundem
2 cumque proficiscerentur de oriente
invenerunt campum in terra Sennaar
et habitaverunt in eo
3 dixitque alter ad proximum suum
venite faciamus lateres et coquamus
eos igni
habueruntque lateres pro saxis
et bitumen pro cemento
4 et dixerunt venite faciamus nobis ci-
vitatem et turrem cuius culmen per-
tingat ad caelum
et celebremus nomen nostrum ante-
quam dividamur in universas terras 9.19!
5 descendit autem Dominus ut videret 18.21
civitatem et turrem quam aedifica-
bant filii Adam 6 et dixit
ecce unus est populus et unum labi- 1
um omnibus
coeperuntque hoc facere nec desis-
tent a cogitationibus suis donec
eas opere conpleant
7 venite igitur descendamus et confun-
damus ibi linguam eorum Ps 54,10
ut non audiat unusquisque vocem
proximi sui
8 atque ita divisit eos Dominus ex illo 9.19! Dt 32,8
loco in universas terras
et cessaverunt aedificare civitatem
9 et idcirco vocatum est nomen eius
Babel
quia ibi confusum est labium univer-
sae terrae
et inde dispersit eos Dominus super
faciem cunctarum regionum
10 hae generationes Sem 10—26: I Par 1,24–27 Lc 3,34–36
Sem centum erat annorum quando
genuit Arfaxad biennio post dilu- 10—16: 10,22–25
vium
11 vixitque Sem postquam genuit Arfa-
xad quingentos annos
et genuit filios et filias
12 porro Arfaxad vixit triginta quinque
annos et genuit Sale
13 vixitque Arfaxad postquam genuit
Sale trecentis tribus annis
et genuit filios et filias
14 Sale quoque vixit triginta annis et
genuit Eber
15 vixitque Sale postquam genuit Eber
quadringentis tribus annis

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb

19 adamam ΛΤΜΦ crb; hadam C. | 20 hii + sunt c. | 21 pater C.; patres O | frater OCM.; fratres G. | 25 ~ duo filii O | 27 uzal + et c || **11**,4 diuidamur in uniuersa terra G.: diuidamus uniuersas terras O | 5 [*deest* G *usque ad v.* 21] | 7 lingua O.; linguas AC | 10 haec OC.; + sunt c. | ~ erat centum c | 11 quingentis annis ΛΜΦ c | 12 annis ΛΜΦ c | 14 annos C |

et genuit filios et filias
16 vixit autem Eber triginta quattuor
annis et genuit Faleg
17 et vixit Eber postquam genuit Faleg
quadringentis triginta annis
et genuit filios et filias
18 vixit quoque Faleg triginta annis et
genuit Reu
19 vixitque Faleg postquam genuit Reu
ducentis novem annis
et genuit filios et filias
20 vixit autem Reu triginta duobus an-
nis et genuit Sarug
21 vixitque Reu postquam genuit Sarug
ducentis septem annis
et genuit filios et filias
22 vixit vero Sarug triginta annis et ge-
nuit Nahor
23 vixitque Sarug postquam genuit Na-
hor ducentos annos
et genuit filios et filias
24 vixit autem Nahor viginti novem an-
nis et genuit Thare
25 vixitque Nahor postquam genuit
Thare centum decem et novem an-
nos
et genuit filios et filias
Ios 24,2 26 vixitque Thare septuaginta annis et
genuit Abram et Nahor et Aran
27 hae sunt autem generationes Thare
Thare genuit Abram et Nahor et
Aran
porro Aran genuit Loth
28 mortuusque est Aran ante Thare pat-
rem suum
in terra nativitatis suae in Ur Chal-
deorum
29 duxerunt autem Abram et Nahor
uxores
nomen autem uxoris Abram Sarai
et nomen uxoris Nahor Melcha
filia Aran patris Melchae et patris
Ieschae
30 erat autem Sarai sterilis nec habebat 25,21; Idc 13,3; Lc 1,7
liberos
31 tulit itaque Thare Abram filium su-
um et Loth filium Aran filium filii
sui
et Sarai nurum suam uxorem Abram
filii sui
et eduxit eos de Ur Chaldeorum ut 12,5; 15,7; Ios 24,3; II Esr 9,7
irent in terram Chanaan
veneruntque usque Haran et habita- Idt 5,9; Act 7,4
verunt ibi
32 et facti sunt dies Thare ducentorum
quinque annorum et mortuus est in
Haran
12 dixit autem Dominus ad Abram Act 7,3
egredere de terra tua et de cognatione
tua et de domo patris tui
in terram quam monstrabo tibi
2 faciamque te in gentem magnam 17,20; 18,18; 21,13.18!
et benedicam tibi et magnificabo no- 24,35; 27,33
men tuum erisque benedictus
3 benedicam benedicentibus tibi et 27,29!
maledicam maledicentibus tibi
atque in te benedicentur universae 18,18; 22,18; 26,4;
cognationes terrae 28,14; Ps 71,17; Act 3,25; Gal 3,8
4 egressus est itaque Abram sicut prae-
ceperat ei Dominus et ivit cum eo
Loth
septuaginta quinque annorum erat
Abram cum egrederetur de Haran
5 tulitque Sarai uxorem suam et Loth 13,1; 36,6
filium fratris sui
universamque substantiam quam 31,18
possederant
et animas quas fecerant in Haran
et egressi sunt ut irent in terram 11,31!
Chanaan
cumque venissent in eam
6 pertransivit Abram terram usque ad
locum Sychem usque ad convallem
Inlustrem
Chananeus autem tunc erat in terra 13,7; 34,30; Nm 14,25
7 apparuitque Dominus Abram et 13,15.17; 15,7.18; 17,8! 26,3.4;

17 annos C | 21 uixit quoque c | 22 [*iterum adest* G] | 23 ducentis annis ΑΛΤΜΦ c | 24 annos CΣ. | 25 decem *om.* G | annis ΣΛΤΜΦ c | 27 haec GO. | et[1] *om.* c | 29 autem[2] *om.* ΣΛΜΦ c | 31 iret OCΤΜΦ | in terra GCT || **12**,1 tui + et ueni OCΣ ΛΜ c | monstrauero C | 5 et[3] *om.* OC. | in terra G | 6 sychem + et O | 7 apparuit autem c | (G)AOC ΣΛΤΜΦ crb

28,13; 35,12; 48,4; Ex 6,4; 32,13! Gal 3,16 dixit ei
semini tuo dabo terram hanc
8,20! 35,1.7 qui aedificavit ibi altare Domino qui
apparuerat ei
8 et inde transgrediens ad montem qui
erat contra orientem Bethel teten-
13,3 dit ibi tabernaculum suum
ab occidente habens Bethel et ab
oriente Ai
8,20! Ios 8,30! 13,4; 26,25 33,20; Ex 17,15 aedificavit quoque ibi altare Domino
et invocavit nomen eius
20,1 9 perrexitque Abram vadens et ultra
progrediens ad meridiem
26,1; 42,5; 45,6 Rt 1,1! Act 7,11 10 facta est autem fames in terra
descenditque Abram in Aegyptum ut
peregrinaretur ibi
41,30.54.56; 43,1 47,13; Idt 5,9 praevaluerat enim fames in terra
11 cumque prope esset ut ingrederetur
Aegyptum
dixit Sarai uxori suae
novi quod pulchra sis mulier
12 et quod cum viderint te Aegyptii dic-
turi sunt uxor ipsius est
et interficient me et te reservabunt
20,2.5.12; 24,60; 26,7 13 dic ergo obsecro te quod soror mea
sis
ut bene sit mihi propter te et vivat
anima mea ob gratiam tui
14 cum itaque ingressus esset Abram
Aegyptum
6,2 viderunt Aegyptii mulierem quod
esset pulchra nimis
15 et nuntiaverunt principes Pharaoni
et laudaverunt eam apud illum
et sublata est mulier in domum Pha-
raonis
16 Abram vero bene usi sunt propter
illam
20,14; 24,35; 26,14; 30,43! 32,5 fueruntque ei oves et boves et asini et
servi et famulae et asinae et cameli
17 flagellavit autem Dominus Pharao-
nem plagis maximis et domum eius
propter Sarai uxorem Abram

18 vocavitque Pharao Abram et dixit ei
quidnam est quod fecisti mihi
quare non indicasti quod uxor tua
esset
19 quam ob causam dixisti esse soro- 26,9
rem tuam ut tollerem eam mihi in
uxorem
nunc igitur ecce coniux tua accipe
eam et vade
20 praecepitque Pharao super Abram
viris
et deduxerunt eum et uxorem illius
et omnia quae habebat
13 ascendit ergo Abram de Aegypto 12,5!
ipse et uxor eius et omnia quae
habebat
et Loth cum eo ad australem plagam
2 erat autem dives valde in possessione 26,13! 36,7; II Par 32,27
argenti et auri
3 reversusque est per iter quo venerat 33,16
a meridie in Bethel
usque ad locum ubi prius fixerat ta- 12,8
bernaculum inter Bethel et Ai
4 in loco altaris quod fecerat prius 12,8!
et invocavit ibi nomen Domini
5 sed et Loth qui erat cum Abram fue- Nm 32,1; II Par 32,29
runt greges ovium et armenta et ta-
bernacula
6 nec poterat eos capere terra ut habi-
tarent simul
erat quippe substantia eorum multa
et non quibant habitare communiter 36,7
7 unde et facta est rixa inter pastores 26,20
gregum Abram et Loth
eo autem tempore Chananeus et 12,6; 34,30; Nm 14,25
Ferezeus habitabant in illa terra
8 dixit ergo Abram ad Loth ne quaeso
sit iurgium inter me et te
et inter pastores meos et pastores
tuos
fratres enim sumus
9 ecce universa terra coram te est 20,15! 34,10; 47,6
recede a me obsecro

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb 7 ibi *om.* OΣ. | 8 qui erat contra orientem *om.* C | aedificauitque ibi C | 10 in terram[1] C | 12 seruabunt GΛ | 16 famulae] familiae CΣ; familia O. | et asinae *om.* OTMΦ | 18 [*deest* G *usque ad* 13,10] | est + hoc Cc | indicasti + mihi C | 19 ~ sororem tuam esse CΣ || 13,2 ~ auri et argenti Mc | 3 iter quod C | 5 fuerunt + ei O | 6 non quiebant OΛ.; nequibant c. | 7 ~ in terra illa Ac |

si ad sinistram ieris ego ad dexteram tenebo
si tu dexteram elegeris ego ad sinistram pergam
10 elevatis itaque Loth oculis
vidit omnem circa regionem Iordanis quae universa inrigabatur
19,25! antequam subverteret Dominus Sodomam et Gomorram
Ioel 2,3 sicut paradisus Domini et sicut Aegyptus venientibus in Segor
11 elegitque sibi Loth regionem circa Iordanem et recessit ab oriente
divisique sunt alterutrum a fratre suo
16,3; 37,1 12 Abram habitavit in terra Chanaan
Loth moratus est in oppidis quae
14,12 erant circa Iordanem et habitavit in Sodomis
13 homines autem Sodomitae pessimi erant et peccatores coram Domino nimis
14 dixitque Dominus ad Abram postquam divisus est Loth ab eo
Dt 3,27 leva oculos tuos et vide a loco in quo nunc es
28,14 ad aquilonem et ad meridiem ad orientem et ad occidentem
12,7! Act 7,5 15 omnem terram quam conspicis tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum
28,14 16 faciamque semen tuum sicut pulverem terrae
Nm 23,10 si quis potest hominum numerare pulverem
semen quoque tuum numerare poterit
17 surge et perambula terram in longi-
12,7! tudine et in latitudine sua quia tibi daturus sum eam
18 movens igitur Abram tabernaculum suum
14,13 35,27 venit et habitavit iuxta convallem
Mambre quod est in Hebron
aedificavitque ibi altare Domino 8,20!
14 factum est autem in illo tempore ut Amrafel rex Sennaar
et Arioch rex Ponti
et Chodorlahomor rex Aelamitarum
et Thadal rex Gentium
2 inirent bellum contra Bara regem Sodomorum
et contra Bersa regem Gomorrae
et contra Sennaab regem Adamae
et contra Semeber regem Seboim
contraque regem Balae ipsa est Segor
3 omnes hii convenerunt in vallem Silvestrem quae nunc est mare Salis
4 duodecim enim annis servierant Chodorlahomor
et tertiodecimo anno recesserunt ab eo
5 igitur anno quartodecimo venit Cho- Dt 2,10–12
dorlahomor et reges qui erant cum eo
percusseruntque Rafaim in Astharothcarnaim
et Zuzim cum eis
et Emim in Savecariathaim
6 et Chorreos in montibus Seir
usque ad campestria Pharan quae est in solitudine
7 reversique sunt et venerunt ad fontem Mesfat ipsa est Cades
et percusserunt omnem regionem Amalechitarum
et Amorreum qui habitabat in Asasonthamar
8 et egressi sunt rex Sodomorum et rex Gomorrae
rexque Adamae et rex Seboim
nec non et rex Balae quae est Segor
et direxerunt contra eos aciem in valle Silvestri
9 scilicet adversum Chodorlahomor

9 ad² *om.* Φc | 10 inrigabantur C | 11 [*iterum adest* G] | 12 loth + uero c | 14 ~ ab eo loth Σc | ad³ *om.* OTΦc | meridiem + et C | ad⁵ *om.* Cc | 15 usque *om.* GΣ. | 16 puluerem² + terrae c | numerare² + non O | 17 in longitudinem GOCT | in² *om.* GΣTΦ | latitudinem suam CT | 18 ~ tabern. suum abram c. | quod] quae Cc || **14**,4 enim *om.* C | seruierunt CΛTΦ | recesserant ACΣ | 5 ~ quartodecimo anno Ac | 6 seir + pilosus dicitur mons C | 8 rex² *om.* O | ~ aciem contra eos TΦc |

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb

regem Aelamitarum
et Thadal regem Gentium
et Amrafel regem Sennaar
et Arioch regem Ponti
quattuor reges adversus quinque
10 vallis autem Silvestris habebat puteos multos bituminis
itaque rex Sodomorum et Gomorrae terga verterunt cecideruntque ibi
et qui remanserant fugerunt ad montem
11 tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum et Gomorrae
et universa quae ad cibum pertinent et abierunt
12 nec non et Loth et substantiam eius
13,12 filium fratris Abram qui habitabat in Sodomis
13 et ecce unus qui evaserat nuntiavit Abram Hebraeo
13,18; 35,27 qui habitabat in convalle Mambre Amorrei
fratris Eschol et fratris Aner
hii enim pepigerant foedus cum Abram
14 quod cum audisset Abram captum videlicet Loth fratrem suum
numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo
et persecutus est eos usque Dan
Ios 10,9 15 et divisis sociis inruit super eos nocte
percussitque eos et persecutus est usque Hoba quae est ad levam Damasci
I Sm 30,19 16 reduxitque omnem substantiam et Loth fratrem suum cum substantia illius
mulieres quoque et populum
17 egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius
postquam reversus est a caede Chodorlahomor et regum qui cum eo erant
in valle Save quae est vallis Regis
18 at vero Melchisedech rex Salem proferens panem et vinum 18—20: Hbr 7,1.2
erat enim sacerdos Dei altissimi
19 benedixit ei et ait
benedictus Abram Deo excelso qui creavit caelum et terram 1,1!
20 et benedictus Deus excelsus quo protegente hostes in manibus tuis sunt
et dedit ei decimas ex omnibus 28,22! Nm 18,21!
21 dixit autem rex Sodomorum ad Abram
da mihi animas cetera tolle tibi
22 qui respondit ei levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem caeli et terrae Ex 9,22! 29! I Esr 9,5! Iob 11,13 Lam 2,19! 3,41
23 quod a filo subteminis usque ad corrigiam caligae non accipiam ex omnibus quae tua sunt
ne dicas ego ditavi Abram
24 exceptis his quae comederunt iuvenes
et partibus virorum qui venerunt mecum Aner Eschol et Mambre
isti accipient partes suas
15 his itaque transactis
factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens
noli timere Abram
ego protector tuus sum et merces tua magna nimis
2 dixitque Abram Domine Deus quid dabis mihi
ego vadam absque liberis
et filius procuratoris domus meae iste Damascus Eliezer
3 addiditque Abram
mihi autem non dedisti semen et ecce vernaculus meus heres meus erit
4 statimque sermo Domini factus est ad eum dicens
non erit hic heres tuus sed qui egredietur de utero tuo ipsum habebis heredem
5 eduxitque eum foras et ait illi

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb
10 remanserunt OΣ | 13 in conuallem CΣ | pepigerunt G | 14 eos *om.* Cc. | 15 eos² *om.* CΛ | est¹ + eos c | est² + usque C | 16 [*deest* G *usque ad* 15,7] | 18 panes O CΛ. | enim] autem O | 19 benedixitque CM | 22 et] ac CΣ | 23 filo] filio OC || **15**,1 factum est O | 3 erit] est C | 4 egreditur CΛ |

Ier 33,22 suspice caelum et numera stellas si
potes
Rm 4,18 et dixit ei sic erit semen tuum
Ps 105,31; 1 Mcc 2,52; Rm 4,3.9.22; Gal 3,6; Iac 2,23 6 credidit Domino et reputatum est ei
ad iustitiam
7 dixitque ad eum
11,31! ego Dominus qui eduxi te de Ur
Chaldeorum
12,7! ut darem tibi terram istam et possideres eam
8 at ille ait Domine Deus unde scire
possum quod possessurus sim eam
9 respondens Dominus
sume inquit mihi vaccam triennem
et capram trimam et arietem annorum trium
turturem quoque et columbam
Ier 34,18 10 qui tollens universa haec divisit per
medium
et utrasque partes contra se altrinsecus posuit aves autem non divisit
11 descenderuntque volucres super cadavera et abigebat eas Abram
17 12 cumque sol occumberet sopor inruit
super Abram
et horror magnus et tenebrosus invasit eum
13 dictumque est ad eum
23,4! Dt 23,7; Act 7,6.7 scito praenoscens quod peregrinum
futurum sit semen tuum in terra
non sua
et subicient eos servituti et adfligent
quadringentis annis
14 verumtamen gentem cui servituri
sunt ego iudicabo
et post haec egredientur cum magna
substantia
25,8! 15 tu autem ibis ad patres tuos in pace
sepultus in senectute bona
16 generatione autem quarta revertentur huc
necdum enim conpletae sunt iniquitates Amorreorum usque ad praesens tempus
17 cum ergo occubuisset sol facta est 12
caligo tenebrosa
et apparuit clibanus fumans et lampas ignis transiens inter divisiones Ez 1,13 Ier 34,18
illas
18 in die illo pepigit Dominus cum Ex 2,24!
Abram foedus dicens
semini tuo dabo terram hanc 12,7!
a fluvio Aegypti usque ad fluvium Ex 23,31! I Mcc 3,32
magnum flumen Eufraten
19 Cineos et Cenezeos et Cedmoneos
20 et Hettheos et Ferezeos 10,15.16!
Rafaim quoque 21 et Amorreos et Ex 3,8! Nm 13,30! II Esr 9,8
Chananeos et Gergeseos et Iebuseos

16 igitur Sarai uxor Abram non genuerat liberos
sed habens ancillam aegyptiam nomine Agar 2 dixit marito suo
ecce conclusit me Dominus ne parerem 20,18; I Sm 1,5.6
ingredere ad ancillam meam si forte 30,3
saltem ex illa suscipiam filios
cumque ille adquiesceret deprecanti
3 tulit Agar Aegyptiam ancillam suam
post annos decem quam habitare 13,12; 37,1
coeperant in terra Chanaan
et dedit eam viro suo uxorem 30,4.9.18
4 qui ingressus est ad eam Rt 4,13
at illa concepisse se videns despexit
dominam suam
5 dixitque Sarai ad Abram
inique agis contra me
ego dedi ancillam meam in sinum
tuum
quae videns quod conceperit despectui me habet 31,37.49.53;
iudicet Dominus inter me et te I Sm 24,13.16; Idt 7,13
6 cui respondens Abram
ecce ait ancilla tua in manu tua est

6 domino] abram domino OM; abram deo Σc; deo abram Λ. | ei] illi MΦc | 7 [*iterum adest* G] | 9 et respondens TMΦc | mihi *om.* A | 10 diuisit + ea CΛc | 12 inuasit + super O | 18 illa CΣ | ~ illo die c. | ~ foedus cum abram c | fluuium] flumen GΣ | magnum flumen *om.* TΦ; flumen *om.* ΣMc | 19 et² *om.* TΦc | 20 et¹ *om.* CΣ || 16,2 dominus] deus GAr | 3 coeperat OΣ | 5 in sinu tuo CTΦ | 6 ait *om.* GO |

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb

utere ea ut libet
adfligente igitur eam Sarai fugam iniit
7 cumque invenisset illam angelus Domini iuxta fontem aquae in solitudine qui est in via Sur 8 dixit ad eam
Agar ancilla Sarai unde venis et quo vadis
quae respondit a facie Sarai dominae meae ego fugio
9 dixitque ei angelus Domini
revertere ad dominam tuam et humiliare sub manibus ipsius
17,2.20! 22,17! 26,24; Ios 24,3; Iob 5,25; Idt 5,9 10 et rursum multiplicans inquit multiplicabo semen tuum et non numerabitur prae multitudine
4,25! 17,19; Idc 13,3! Is 7,14! 11 ac deinceps ecce ait concepisti et paries filium
vocabisque nomen eius Ismahel
eo quod audierit Dominus adflictionem tuam
12 hic erit ferus homo
manus eius contra omnes et manus omnium contra eum
et e regione universorum fratrum suorum figet tabernacula
13 vocavit autem nomen Domini qui loquebatur ad eam Tu Deus qui vidisti me
Ex 33,23 dixit enim profecto hic vidi posteriora videntis me
24,62; 25,11 14 propterea appellavit puteum illum puteum Viventis et videntis me
ipse est inter Cades et Barad
4,25! 25,12 15 peperitque Abrae filium qui vocavit nomen eius Ismahel
16 octoginta et sex annorum erat quando peperit ei Agar Ismahelem
17 postquam vero nonaginta et novem annorum esse coeperat
apparuit ei Dominus dixitque ad eum
ego Deus omnipotens ambula coram me et esto perfectus 6,9!
2 ponamque foedus meum inter me et te 6,18!
et multiplicabo te vehementer nimis 16,10!
3 cecidit Abram pronus in faciem 4 dixitque ei Deus
ego sum et pactum meum tecum
erisque pater multarum gentium Sir 44,20
5 nec ultra vocabitur nomen tuum Abram
sed appellaberis Abraham II Esr 9,7
quia patrem multarum gentium constitui te Rm 4,17
6 faciamque te crescere vehementissime 20! 28,3; 41,52; 48,4
et ponam in gentibus regesque ex te egredientur 16; 35,11
7 et statuam pactum meum inter me et te 9,9! Idc 2,1; IV Esr 3,15
et inter semen tuum post te
in generationibus suis foedere sempiterno
ut sim Deus tuus et seminis tui post te
8 daboque tibi et semini tuo terram peregrinationis tuae 12,7! 24,7; 28,4!
omnem terram Chanaan in possessionem aeternam eroque Deus eorum
9 dixit iterum Deus ad Abraham
et tu ergo custodies pactum meum
et semen tuum post te in generationibus suis
10 hoc est pactum quod observabitis 9,9!
inter me et vos et semen tuum post te
circumcidetur ex vobis omne masculinum 34,15; Ex 12,48
11 et circumcidetis carnem praeputii vestri 23
ut sit in signum foederis inter me et 9,12!

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb

6 ea] eam ΑΤΦ; illam C | 7 illam] eam C c | in uia sur Σ r b 𝔐𝔊] in uia sur in deserto ΤΜΦ c; in deserto in uia sur OC; in uia in deserto sur Λ; in deserto sur GA | 8 eam] illam ΤΜΦ c | 9 sub manibus GAO r] sub manu *cet.* | ipsius] illius c; eius Σ | 11 ait] inquit A.; *om.* r | 14 me *om.* C | 15 peperitque + agar O c | 16 et *om.* CΣ | erat + abram Σ c | ei *om.* C || **17**,1 [*deest* G *usque ad v.* 14] | 6 ponam + te O c | 7 seminis tui] semini tuo CΣ | 10 pactum + meum O c | obseruabis A | 11 in *om.* A |

vos
21,4! Lv 12,3; Lc 1,59; 2,21 12 infans octo dierum circumcidetur in vobis
27 omne masculinum in generationibus vestris
Ex 12,44 tam vernaculus quam empticius circumcidetur
et quicumque non fuerit de stirpe vestra
13 eritque pactum meum in carne vestra in foedus aeternum
14 masculus cuius praeputii caro circumcisa non fuerit
Ex 12,15! 31,14; Lv 7,20! 19,8! delebitur anima illa de populo suo
quia pactum meum irritum fecit
15 dixit quoque Deus ad Abraham
Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai sed Sarram
16 et benedicam ei et ex illa dabo tibi filium cui benedicturus sum
6! 35,11 eritque in nationes et reges populorum orientur ex eo
17 cecidit Abraham in faciem et risit dicens in corde suo
putasne centenario nascetur filius et Sarra nonagenaria pariet
18 dixitque ad Deum utinam Ismahel vivat coram te
19 et ait Deus ad Abraham
16,11! 18,10! 21,3; Lc 1,13 Sarra uxor tua pariet tibi filium vocabisque nomen eius Isaac
9,9! et constituam pactum meum illi in foedus sempiternum et semini eius post eum
20 super Ismahel quoque exaudivi te
6! 16,10! 47,27! 48,19; Ps 104,24; 106,38 ecce benedicam ei et augebo et multiplicabo eum valde
25,16 12,2! duodecim duces generabit et faciam illum in gentem magnam
6,18! 21 pactum vero meum statuam ad Isaac
quem pariet tibi Sarra tempore isto in anno altero
22 cumque finitus esset sermo loquentis
cum eo
ascendit Deus ab Abraham
23 tulit autem Abraham Ismahelem filium suum
et omnes vernaculos domus suae universosque quos emerat
cunctos mares ex omnibus viris domus suae
et circumcidit carnem praeputii eorum 11
statim in ipsa die sicut praeceperat ei Deus
24 nonaginta novem erat annorum
quando circumcidit carnem praeputii sui Idt 14,6
25 et Ismahel filius eius tredecim annos impleverat tempore circumcisionis suae
26 eadem die circumcisus est Abraham et Ismahel filius eius
27 et omnes viri domus illius 12
tam vernaculi quam empticii et alienigenae pariter circumcisi sunt Ex 12,44
18 apparuit autem ei Dominus in convalle Mambre
sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso fervore diei
2 cumque elevasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes propter eum Ios 5,13
quos cum vidisset cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi 19,1; IV Rg 2,15
et adoravit in terra 3 et dixit Ex 34,8.9 Rt 2,10 II Sm 14,22
Domine si inveni gratiam in oculis tuis ne transeas servum tuum 6,8! Ex 33,13.16; Nm 11,15; II Sm 15,25; II Tim 1,18; IV Esr 8,42; 12,7
4 sed adferam pauxillum aquae et lavate pedes vestros et requiescite sub arbore 19,2; 24,32! Idc 19,21; Io 13,14; I Tim 5,10
5 ponam buccellam panis et confortate cor vestrum Idc 19,5; I Sm 28,22
postea transibitis
idcirco enim declinastis ad servum vestrum
qui dixerunt fac ut locutus es

14 [*iterum adest* G] | 17 faciem + suam OΣΛ c | 19 deus] dominus G | 22 ab] ad O ΣM | 23 ismahel Λ c | uniuersos quos C | in ipso die CΣΛT | deus] dominus GOT MΦ rb | 24 abraham nonaginta OMΦ c; + et c | 25 eius *om.* c ‖ **18,1** in conuallem CΣ | 2 propter] prope ACΣΛ c | occurrit C | tabernaculi + sui O | in terram T c | 5 ponamque OM c |

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb

6 festinavit Abraham in tabernaculum
ad Sarram dixitque ei
Ex 12,39 adcelera tria sata similae commisce
et fac subcinericios panes
7 ipse vero ad armentum cucurrit
et tulit inde vitulum tenerrimum et
optimum
deditque puero qui festinavit et co-
xit illum
8 tulit quoque butyrum et lac et vitu-
lum quem coxerat et posuit coram
eis
ipse vero stabat iuxta eos sub arbore
9 cumque comedissent dixerunt ad
eum
ubi est Sarra uxor tua
ille respondit ecce in tabernaculo
est 10 cui dixit
14; IV Rg 4,16; Rm 9,9 revertens veniam ad te tempore isto
vita comite
17,19 et habebit filium Sarra uxor tua
quo audito Sarra risit post ostium
tabernaculi
24,1; Ios 13,1! Lc 1,7.18 11 erant autem ambo senes provectae-
que aetatis
et desierant Sarrae fieri muliebria
12 quae risit occulte dicens
postquam consenui et dominus meus
vetulus est voluptati operam dabo
13 dixit autem Dominus ad Abraham
quare risit Sarra dicens num vere
paritura sum anus
Ier 32,17; Za 8,6! Lc 1,37 14 numquid Deo est quicquam difficile
iuxta condictum revertar ad te
10! hoc eodem tempore vita comite et
habebit Sarra filium
15 negavit Sarra dicens non risi timore
perterrita
Dominus autem non est inquit ita
sed risisti
16 cum ergo surrexissent inde viri di-
rexerunt oculos suos contra Sodo-
mam
et Abraham simul gradiebatur de-
ducens eos
17 dixitque Dominus
num celare potero Abraham quae
gesturus sum
18 cum futurus sit in gentem magnam 12,2!
ac robustissimam
et benedicendae sint in illo omnes 12,3!
nationes terrae
19 scio enim quod praecepturus sit filiis
suis et domui suae post se
ut custodiant viam Domini et faciant 26,5! Lv 18,26! Dt 33,21!
iustitiam et iudicium Prv 8,20; Za 3,7
ut adducat Dominus propter Abra-
ham omnia quae locutus est ad eum
20 dixit itaque Dominus
clamor Sodomorum et Gomorrae 19,13
multiplicatus est
et peccatum earum adgravatum est
nimis
21 descendam et videbo utrum clamo- 11,5
rem qui venit ad me opere conple-
verint
an non est ita ut sciam
22 converteruntque se inde et abierunt 19,1
Sodomam
Abraham vero adhuc stabat coram 19,27
Domino
23 et adpropinquans ait 23—32: IV Esr 7,106
numquid perdes iustum cum impio
24 si fuerint quinquaginta iusti in civi-
tate peribunt simul
et non parces loco illi propter quin-
quaginta iustos si fuerint in eo
25 absit a te ut rem hanc facias et occi- Ps 25,9!
das iustum cum impio
fiatque iustus sicut impius
non est hoc tuum qui iudicas om-
nem terram nequaquam facies iudi-
cium
26 dixitque Dominus ad eum
si invenero Sodomis quinquaginta
iustos in medio civitatis
dimittam omni loco propter eos
27 respondens Abraham ait

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb 7 tenerum C | 13 uere] uero OCM | 14 ~ quidquam est c. | 16 consurrexissent O.; exissent CΛ | suos *om.* TMΦc | 17 [*deest* G *usque ad v.* 30] | 19 ~ iudicium et iustitiam c. | 20 dixitque dominus CMΦ | gomorreorum OT | eorum OCΣTc | 24 in ea C | 25 et] ut C | facias O | iudicium + hoc c. | 27 respondensque c |

3,19! Iob 30,19; Sir 17,31 quia semel coepi loquar ad Dominum meum cum sim pulvis et cinis
28 quid si minus quinquaginta iustis quinque fuerint
delebis propter quinque universam urbem
et ait non delebo si invenero ibi quadraginta quinque
29 rursumque locutus est ad eum
sin autem quadraginta inventi fuerint quid facies
ait non percutiam propter quadraginta
30 ne quaeso inquit indigneris Domine si loquar
quid si inventi fuerint ibi triginta
respondit non faciam si invenero ibi triginta
31 quia semel ait coepi loquar ad Dominum meum
quid si inventi fuerint ibi viginti
dixit non interficiam propter viginti
Idc 6,39 32 obsecro inquit ne irascaris Domine si loquar adhuc semel
quid si inventi fuerint ibi decem
dixit non delebo propter decem
33 abiit Dominus postquam cessavit loqui ad Abraham
31,55; II Sm 19,39 et ille reversus est in locum suum
18,22 19 veneruntque duo angeli Sodomam vespere
Rt 4,1! sedente Loth in foribus civitatis
18,2! IV Rg 2,15 qui cum vidisset surrexit et ivit obviam eis
adoravitque pronus in terra 2 et dixit
2–8: Idc 19,21–24 obsecro domini declinate in domum pueri vestri et manete ibi
18,4! lavate pedes vestros et mane proficiscimini in viam vestram
qui dixerunt minime sed in platea manebimus
3 conpulit illos oppido ut deverterent ad eum
ingressisque domum illius fecit convivium 21,8! 43,16; Idt 6,19
coxit azyma et comederunt
4 prius autem quam irent cubitum
viri civitatis vallaverunt domum
a puero usque ad senem omnis populus simul
5 vocaveruntque Loth et dixerunt ei
ubi sunt viri qui introierunt ad te nocte
educ illos huc ut cognoscamus eos
6 egressus ad eos Loth post tergum adcludens ostium ait
7 nolite quaeso fratres mei nolite malum hoc facere
8 habeo duas filias quae necdum cognoverunt virum
educam eas ad vos et abutimini eis sicut placuerit vobis
dummodo viris istis nihil faciatis mali
quia ingressi sunt sub umbraculum tegminis mei
9 at illi dixerunt recede illuc
et rursus ingressus es inquiunt ut advena numquid ut iudices
te ergo ipsum magis quam hos adfligemus
vimque faciebant Loth vehementissime
iam prope erat ut refringerent fores
10 et ecce miserunt manum viri et introduxerunt ad se Loth cluseruntque ostium
11 et eos qui erant foris percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum IV Rg 6,18; Sap 19,16

29 si autem C | quadraginta[1] + ibi c | 30 inquit *om.* AT; ~ indigneris inquit C | ~ ibi inuenti fuerint c, *item v.* 31 | [*iterum adest* G] | 31 ait *om.* C | dixit] ait c.; *om.* G | 32 decem + et c | 33 abiitque c. || 19,1 uespere + et c | uidisset + eos M c | in terram OΣΛTMΦ c | 2 domine OΛM | proficiscemini CΛM c | 3 diuerterent GCΣT c | ingressique CΣΛT | conuiuium + et c | 5 illos] eos C | ut] et GC. | 6 egressus + est G | occludens c. | ostium + et O | 8 nondum G | [*deest* Σ *passim usque ad* 22,3] | eis] eas O | ~ uobis placuerit Φ c | ~ mali faciatis c | sub umbraculum tegminis GAO rb] sub umbra culminis *cet.* | 9 iamque c | erant OCΛΦ | refringerent A rb.] refrangerent G.; effringerent OCΛT c; infringerent MΦ | 11 ~ foris erant c | caecitatem GO | (G)AOC (Σ)ΛTMΦ crb

ita ut ostium invenire non possent
12 dixerunt autem ad Loth
habes hic tuorum quempiam generum aut filios aut filias
omnes qui tui sunt educ de urbe hac
13 delebimus enim locum istum
18,20 eo quod increverit clamor eorum coram Domino
qui misit nos ut perdamus illos
14 egressus itaque Loth locutus est ad generos suos
qui accepturi erant filias eius et dixit
Nm 16,45 surgite egredimini de loco isto
quia delebit Dominus civitatem hanc
et visus est eis quasi ludens loqui
15 cumque esset mane cogebant eum angeli dicentes
surge et tolle uxorem tuam et duas filias quas habes
ne et tu pariter pereas in scelere civitatis
16 dissimulante illo adprehenderunt manum eius et manum uxoris ac duarum filiarum eius
eo quod parceret Dominus illi
17 et eduxerunt eum posueruntque extra civitatem
ibi locutus est ad eum
salva animam tuam noli respicere post tergum
nec stes in omni circa regione
sed in monte salvum te fac ne et tu simul pereas
18 dixitque Loth ad eos
6,8! quaeso Domine mi 19 quia invenit servus tuus gratiam coram te
Lc 1,58 et magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum
ut salvares animam meam
nec possum in monte salvari ne forte adprehendat me malum et moriar
20 est civitas haec iuxta ad quam possum fugere parva et salvabor in ea
numquid non modica est et vivet anima mea
21 dixitque ad eum
ecce etiam in hoc suscepi preces tuas
ut non subvertam urbem pro qua locutus es
22 festina et salvare ibi quia non potero facere quicquam donec ingrediaris illuc
idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor
23 sol egressus est super terram et Loth ingressus est in Segor
24 igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem a Domino de caelo Dt 29,23; Ps 10,7; Lc 17,29
25 et subvertit civitates has et omnem circa regionem 13,10; Ier 49,18! II Pt 2,6!
universos habitatores urbium et cuncta terrae virentia
26 respiciensque uxor eius post se versa est in statuam salis Sap 10,7
27 Abraham autem consurgens mane ubi steterat prius cum Domino 18,22
28 intuitus est Sodomam et Gomorram
et universam terram regionis illius
viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum Apc 9,2
29 cum enim subverteret Deus civitates regionis illius
recordatus est Abrahae et liberavit Loth de subversione urbium in quibus habitaverat
30 ascenditque Loth de Segor et mansit in monte
duae quoque filiae eius cum eo
timuerat enim manere in Segor
et mansit in spelunca ipse et duae filiae eius
31 dixitque maior ad minorem
pater noster senex est et nullus viro-

(G)AOC (Σ)ΛΤΜΦ crb 12 ~ quempiam tuorum c | 15 et¹ *om.* ΑΣΛΤc | 16 illi] illis C | 17 et duxerunt A; eduxeruntque c. | et posuerunt c. | ibique c; ubi GΛ. | locuti sunt ΛΤΜΦc; + dominus O | ad eum + dicentes ΜΦc | in omnem OT. | regionem GT | in montem OΦ | 20 uiuit ΣΜ; uiuat O; + in ea C | 23 [*deest* G *usque od* 21,12] | in *om.* CΛΤΜΦc | 26 respiciens uxor OΣ. | 29 ciuitates + et AO | regiones AΛ | recordatus abr. liberauit ΑΣΛc | 30 eius² + cum eo Oc |

rum remansit in terra
qui possit ingredi ad nos iuxta morem universae terrae
32 veni inebriemus eum vino dormiamusque cum eo
ut servare possimus ex patre nostro semen
33 dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa
et ingressa est maior dormivitque cum patre
at ille non sensit nec quando accubuit filia nec quando surrexit
34 altera quoque die dixit maior ad minorem
ecce dormivi heri cum patre meo
demus ei bibere vinum etiam hac nocte
et dormies cum eo ut salvemus semen de patre nostro
35 dederunt et illa nocte patri vinum
ingressaque minor filia dormivit cum eo
et nec tunc quidem sensit quando concubuerit vel quando illa surrexerit
36 conceperunt ergo duae filiae Loth de patre suo
4,25! 37 peperitque maior filium et vocavit nomen eius Moab
ipse est pater Moabitarum usque in praesentem diem
4,25! 38 minor quoque peperit filium et vocavit nomen eius Ammon id est filius populi mei
ipse est pater Ammanitarum usque hodie
12,9 **20** profectus inde Abraham in terram australem
habitavit inter Cades et Sur
26,6 et peregrinatus est in Geraris
12,13! 2 dixitque de Sarra uxore sua soror mea est
misit ergo Abimelech rex Gerarae
et tulit eam
3 venit autem Deus ad Abimelech per somnium noctis et ait ei 46,2; Nm 12,6! III Rg 3,5; Mt 1,20!
en morieris propter mulierem quam tulisti habet enim virum
4 Abimelech vero non tetigerat eam
et ait Domine num gentem ignorantem et iustam interficies
5 nonne ipse dixit mihi soror mea est 12,13!
et ipsa ait frater meus est
in simplicitate cordis mei et munditia manuum mearum feci hoc
6 dixitque ad eum Deus
et ego scio quod simplici corde feceris
et ideo custodivi te ne peccares in me
et non dimisi ut tangeres eam
7 nunc igitur redde uxorem viro suo
quia propheta est et orabit pro te et vives
si autem nolueris reddere scito quod morte morieris tu et omnia quae tua sunt
8 statimque de nocte consurgens Abimelech vocavit omnes servos suos
et locutus est universa verba haec in auribus eorum
timueruntque omnes viri valde
9 vocavit autem Abimelech etiam Abraham et dixit ei
quid fecisti nobis quid peccavimus in te 26,10; Ex 32,21
quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande
quae non debuisti facere fecisti nobis
10 rursusque expostulans ait quid vidisti ut hoc faceres
11 respondit Abraham
cogitavi mecum dicens forsitan non est timor Dei in loco isto
et interficient me propter uxorem meam
12 alias autem et vere soror mea est 12,13!
filia patris mei et non filia matris

35 dederuntque et O; dederunt etiam et c; + in A | patri + suo bibere c | nec] ne Λ c | surrexit CΣΛM | 38 ammon id est *om.* C || **20**,3 nocte TMΦ c | ei] illi TMΦ c | morere AΛ. | 5 et² + in O | mearum *om.* ACΛ | 6 et² *om.* C | 7 igitur] ergo c. | ~ uiro suo uxorem c. | orauit AOCΣ | 11 dei] domini CT | 12 et¹ *om.* CΣΛT | mei + est OΦ |

AOC (Σ)ΛTMΦ crb

meae et duxi eam uxorem
13 postquam autem eduxit me Deus de
domo patris mei dixi ad eam
hanc misericordiam facies mecum
in omni loco ad quem ingrediemur
dices quod frater tuus sim
12,16! 21,27 14 tulit igitur Abimelech oves et boves
et servos et ancillas et dedit Abraham
redditque illi Sarram uxorem suam
15 et ait
13,9! Ier 40,4 terra coram vobis est ubicumque
tibi placuerit habita
16 Sarrae autem dixit
ecce mille argenteos dedi fratri tuo
hoc erit tibi in velamen oculorum
ad omnes qui tecum sunt et quocumque perrexeris
mementoque te deprehensam
17 orante autem Abraham sanavit Deus
Abimelech et uxorem ancillasque
eius et pepererunt
16,21 18 concluserat enim Deus omnem vulvam domus Abimelech
propter Sarram uxorem Abraham
I Sm 2,21 **21** visitavit autem Dominus Sarram
sicut promiserat et implevit quae
locutus est
4,25! 24,36; IV Rg 4,17; Lc 1,36 2 concepitque et peperit filium in senectute sua
tempore quo praedixerat ei Deus
17,19 3 vocavitque Abraham nomen filii sui
quem genuit ei Sarra Isaac
17,12! Act 7,8; Phil 3,5 4 et circumcidit eum octavo die sicut
praeceperat ei Deus
Rm 4,19 5 cum centum esset annorum
44,20 hac quippe aetate patris natus est
Isaac
6 dixitque Sarra risum fecit mihi Deus
quicumque audierit conridebit mihi
7 rursumque ait
quis auditurum crederet Abraham
quod Sarra lactaret filium
quem peperit ei iam seni
8 crevit igitur puer et ablactatus est
fecitque Abraham grande convivium 19,3! 40,20!
in die ablactationis eius
9 cumque vidisset Sarra filium Agar
Aegyptiae ludentem
dixit ad Abraham
10 eice ancillam hanc et filium eius Gal 4,30
non enim erit heres filius ancillae
cum filio meo Isaac
11 dure accepit hoc Abraham pro filio
suo
12 cui dixit Deus
non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua
omnia quae dixerit tibi Sarra audi
vocem eius
quia in Isaac vocabitur tibi semen Rm 9,7; Hbr 11,18
13 sed et filium ancillae faciam in gentem magnam 12,2!
quia semen tuum est
14 surrexit itaque Abraham mane
et tollens panem et utrem aquae inposuit scapulae eius
tradiditque puerum et dimisit eam
quae cum abisset errabat in solitudine Bersabee
15 cumque consumpta esset aqua in
utre
abiecit puerum subter unam arborum quae ibi erant
16 et abiit seditque e regione procul
quantum potest arcus iacere
dixit enim non videbo morientem
puerum
et sedens contra levavit vocem suam 29,11! Nm 14,1!
et flevit
17 exaudivit autem Deus vocem pueri
vocavitque angelus Domini Agar de
caelo dicens
quid agis Agar noli timere

(G)AOC (Σ)ΛΤΜΦ crb

12 eam + in c | 13 deus] dominus CΣM | sum O | 14 illi] ei C | 16 tibi uelamentum O. | 18 deus] dominus c | abrahae Λ c || **21**,1 autem *om.* C | 2 deus] dominus C | 6 ~ mihi fecit CΣΛT | deus] dominus C | 7 auditorum OCΣΛ; auditurus Φ | 9 ludentem + cum isaac O; + cum filio suo Σ.; + cum isaac filio suo (eius A) AΛ c | 10 ~ heres erit CT | 12 [*iterum adest* G] | 15 consummata GΣ. | arborem OC | erat GCΣ | 17 domini] dei c. |

exaudivit enim Deus vocem pueri de
loco in quo est
Mt 2,13! 18 surge tolle puerum et tene manum
illius
12,2! 46,3; Ex 32,10; Dt 26,5 quia in gentem magnam faciam eum
Nm 22,31; IV Rg 6,17.20 19 aperuitque oculos eius Deus
quae videns puteum aquae abiit et
implevit utrem deditque puero bibere
20 et fuit cum eo
qui crevit et moratus est in solitudine
et factus est iuvenis sagittarius
21 habitavitque in deserto Pharan
et accepit illi mater sua uxorem de
terra Aegypti
22—24: 26,26–29 22 eodem tempore dixit Abimelech et
Fichol princeps exercitus eius ad
Abraham
39,2! I Sm 18,14! Deus tecum est in universis quae agis
I Sm 24,22 23 iura ergo per Dominum ne noceas
mihi et posteris meis stirpique meae
sed iuxta misericordiam quam feci
tibi
23,4! facies mihi et terrae in qua versatus
es advena
24 dixitque Abraham ego iurabo
25 et increpavit Abimelech
propter puteum aquae quem vi abstulerant servi illius
26 respondit Abimelech
nescivi quis fecerit hanc rem
sed et tu non indicasti mihi et ego
non audivi praeter hodie
20,14 27 tulit itaque Abraham oves et boves
et dedit Abimelech
percusseruntque ambo foedus
28 et statuit Abraham septem agnas
gregis seorsum
29 cui dixit Abimelech
quid sibi volunt septem agnae istae
quas stare fecisti seorsum

30 at ille septem inquit agnas accipies
de manu mea
ut sint in testimonium mihi quoniam Ios 22,27
ego fodi puteum istum
31 idcirco vocatus est locus ille Bersabee 26,33
quia ibi uterque iuraverunt 32 et inierunt foedus pro puteo Iuramenti
33 surrexit autem Abimelech et Fichol
princeps militiae eius
reversique sunt in terram Palestinorum
Abraham vero plantavit nemus in
Bersabee
et invocavit ibi nomen Domini Dei
aeterni
34 et fuit colonus terrae Philisthinorum
diebus multis
22 quae postquam gesta sunt
temptavit Deus Abraham et dixit
ad eum
Abraham ille respondit adsum
2 ait ei tolle filium tuum unigenitum IV Rg 3,27!
quem diligis Isaac
et vade in terram Visionis atque offer 10!
eum ibi holocaustum
super unum montium quem monstravero tibi Ex 3,12
3 igitur Abraham de nocte consurgens
stravit asinum suum
ducens secum duos iuvenes et Isaac
filium suum
cumque concidisset ligna in holocaustum
abiit ad locum quem praeceperat ei
Deus
4 die autem tertio elevatis oculis vidit
locum procul
5 dixitque ad pueros suos
expectate hic cum asino Ex 24,14; Mt 26,36
ego et puer illuc usque properantes

17 deus²] dominus G | 18 surge + et O | 20 est¹ *om.* ΛT | et factus] factusque CΣ Mc; factus ΛTΦ | 23 ergo + mihi C | per deum c | 25 illius] eius c. | 26 responditque CΛMc | 30 ~ mihi in testimonium c. | 31 iurauerunt GOrb] iurauit *cet.* | 33 militiae] exercitus c. | palestinorum] philistinorum AOTrb; philisthinorum G | 34 palaestinorum c || **22,1** abraham² + abraham CΛMc | ille] et ille G; at ille c | 2 ei] illi CΛTMc | offeris ibi eum O.; offers eum michi C.; ibi offeres eum c. | in holocaustum Tc | 3 [*iterum adest* Σ] | 5 asina O | GAOC (Σ)ΛTMΦ crb

postquam adoraverimus revertemur ad vos
6 tulit quoque ligna holocausti et inposuit super Isaac filium suum
ipse vero portabat in manibus ignem et gladium
cumque duo pergerent simul
7 dixit Isaac patri suo pater mi
at ille respondit quid vis fili
ecce inquit ignis et ligna ubi est victima holocausti
8 dixit Abraham Deus providebit sibi victimam holocausti fili mi
pergebant ergo pariter
9 veneruntque ad locum quem ostenderat ei Deus
8,20! in quo aedificavit altare et desuper ligna conposuit
cumque conligasset Isaac filium suum
Iac 2,21 posuit eum in altari super struem lignorum
2! Dt 12,31! IV Rg 3,27 10 extenditque manum et arripuit gladium ut immolaret filium
15 11 et ecce angelus Domini de caelo clamavit dicens
Abraham Abraham
qui respondit adsum
12 dixitque ei non extendas manum tuam super puerum neque facias illi quicquam
nunc cognovi quod timeas Dominum et non peperceris filio tuo unigenito propter me
13 levavit Abraham oculos viditque post tergum arietem inter vepres herentem cornibus
Ex 29,15.16! Lv 8,18! quem adsumens obtulit holocaustum pro filio
14 appellavitque nomen loci illius Dominus videt
unde usque hodie dicitur in monte Dominus videbit
15 vocavit autem angelus Domini Abraham secundo de caelo dicens 11
16 per memet ipsum iuravi dicit Dominus Ex 32,13; Hbr 6,13.14 Is 45,23!
quia fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo unigenito Rm 8,32
17 benedicam tibi et multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli et velut harenam quae est in litore maris 16,10! 26,4! Dn 3,36! Hbr 11,12 32,12! 41,49!
possidebit semen tuum portas inimicorum suorum 24,60
18 et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae 12,3!
quia oboedisti voci meae 26,5
19 reversus est Abraham ad pueros suos
abieruntque Bersabee simul et habitavit ibi
20 his itaque gestis nuntiatum est Abraham quod Melcha quoque genuisset filios Nahor fratri suo
21 Hus primogenitum et Buz fratrem eius
Camuhel patrem Syrorum 22 et Chased et Azau
Pheldas quoque et Iedlaph 23 ac Bathuel de quo nata est Rebecca 24,15.47
octo istos genuit Melcha Nahor fratri Abraham
24 concubina vero illius nomine Roma peperit Tabee et Gaom et Thaas et Maacha
23 vixit autem Sarra centum viginti septem annis
2 et mortua est in civitate Arbee quae est Hebron in terra Chanaan
venitque Abraham ut plangeret et fleret eam
3 cumque surrexisset ab officio funeris locutus est ad filios Heth dicens

(G)AOC (Σ)ΛTMΦ crb 7 fili + mi C | 8 dixit + autem Oc. | 9 et uenerunt ad c | alligasset c | in altare GΛ Tc | 10 filium + suum GOMΦcrb | 11 et *om.* C | 12 illi] ei A | times c. | dominum] deum ΣΛTMΦc | pepercisti c | ~ unigenito filio tuo c. | 13 oculos + suos GTMc | cornibus + suis OC | filio + suo O | 14 in montem O | 16 ~ hanc rem c. | unigenito + propter me Λc | 17 harena OC | [*deest* Σ *usque ad* 25,11] | 20 ita ΛTMΦc | abrahae c. | 21 eius + et c | 23 abrahae c. || **23**,1 [*deest* G *usque ad* 24,37] | uiginti + et AC |

15,13! 21,23; Ex 2,22; 6,4; I Par 29,15! [4]advena sum et peregrinus apud vos
date mihi ius sepulchri vobiscum ut
sepeliam mortuum meum
[5]responderuntque filii Heth
Ex 7,1 [6]audi nos domine princeps Dei es
apud nos
in electis sepulchris nostris sepeli
mortuum tuum
nullusque prohibere te poterit quin
in monumento eius sepelias mor-
tuum tuum
12 [7]surrexit Abraham et adoravit popu-
lum terrae
filios videlicet Heth
[8]dixitque ad eos
si placet animae vestrae ut sepeliam
mortuum meum
audite me et intercedite apud Eph-
ron filium Soor
[9]ut det mihi speluncam duplicem
quam habet in extrema parte agri
sui
pecunia digna tradat mihi eam co-
ram vobis in possessionem sepul-
chri
[10]habitabat autem Ephron in medio
filiorum Heth
responditque ad Abraham cunctis
34,20 audientibus qui ingrediebantur por-
tam civitatis illius dicens
[11]nequaquam ita fiat domine mi sed
magis ausculta quod loquor
agrum trado tibi et speluncam quae
in eo est praesentibus filiis populi
mei
sepeli mortuum tuum
7 [12]adoravit Abraham coram populo
terrae
[13]et locutus est ad Ephron circum-
stante plebe
quaeso ut audias me
dabo pecuniam pro agro
suscipe eam et sic sepeliam mortuum
meum in eo
[14]respondit Ephron [15]domine mi audi
terram quam postulas quadringentis
argenti siclis valet
istud est pretium inter me et te
sed quantum est hoc sepeli mortuum
tuum
[16]quod cum audisset Abraham adpen-
dit pecuniam quam Ephron postu-
laverat audientibus filiis Heth
quadringentos siclos argenti et pro-
bati monetae publicae
[17]confirmatusque est ager quondam
Ephronis in quo erat spelunca du-
plex respiciens Mambre
tam ipse quam spelunca et omnes
arbores eius in cunctis terminis per
circuitum [18]Abrahae in possessio-
nem
videntibus filiis Heth et cunctis qui
intrabant portam civitatis illius
[19]atque ita sepelivit Abraham Sarram
uxorem suam in spelunca agri du- 49,29.30; 50,31; 25,9
plici
qui respiciebat Mambre haec est
Hebron in terra Chanaan
[20]et confirmatus est ager et antrum
quod erat in eo Abrahae in posses-
sionem monumenti a filiis Heth
24 erat autem Abraham senex dierum- 18,11!
que multorum
et Dominus in cunctis benedixerat ei
[2]dixitque ad servum seniorem domus
suae
qui praeerat omnibus quae habebat 39,4
pone manum tuam subter femur me- 9; 47,29
um
[3]ut adiurem te per Dominum Deum 3–27: 37–49
caeli et terrae

AOC ΛTMΦ crb

4 ut] et C | 5 responderunt filii heth dicentes c | 6 ~ te prohibere c | quin] qui OC | 8 intercedite + pro me O c | 9 ~ eam mihi c | 10 responditque + ephron OΛ c | ad *om.* C | porta O | 11 fiet OΦ | sed + tu c | loquar A | tradam O | 12 coram + domino et O | 14 responditque c | 15 audi + me c | terra ΛTMΦ c | argenteis C | ~ siclis argenti c | 16 et *om.* c | probatae CΛ c | 17 terminis + eius c | 19 in speluncam OΛ | duplice C; duplicem Λ | quae M cr || **24**,2 dixit ad OC. | subter] sub CT; super O |

27,46; Ex 34,16! Dt 7,3! ut non accipias uxorem filio meo de
filiabus Chananeorum inter quos
habito
28,1.2.6 4 sed ad terram et ad cognationem
meam proficiscaris
et inde accipias uxorem filio meo
Isaac
5 respondit servus
si noluerit mulier venire mecum in
terram hanc
num reducere debeo filium tuum ad
locum de quo egressus es
6 dixit Abraham cave nequando re-
ducas illuc filium meum
7 Dominus Deus caeli qui tulit me de
Rt 2,11 domo patris mei et de terra nativi-
tatis meae
qui locutus est mihi et iuravit dicens
12,7; 17,8! semini tuo dabo terram hanc
Ex 23,20.23! 32,34; Mal 3,1! ipse mittet angelum suum coram te
et accipies inde uxorem filio meo
8 sin autem noluerit mulier sequi te
non teneberis iuramento
filium tantum meum ne reducas illuc
2,3; 47,29 9 posuit ergo servus manum sub fe-
more Abraham domini sui
et iuravit illi super sermone hoc
III Rg 10,2 10 tulitque decem camelos de grege do-
mini sui et abiit
ex omnibus bonis eius portans secum
profectusque perrexit Mesopotami-
am ad urbem Nahor
11 cumque camelos fecisset accumbere
extra oppidum iuxta puteum aquae
vespere
Ex 2,16; I Sm 9,11; Io 4,7 eo tempore quo solent mulieres egre-
di ad hauriendam aquam dixit
12 Domine Deus domini mei Abraham
occurre obsecro hodie mihi et fac
misericordiam cum domino meo
Abraham

13 ecce ego sto propter fontem aquae
et filiae habitatorum huius civitatis
egredientur ad hauriendam aquam
14 igitur puella cui ego dixero inclina
hydriam tuam ut bibam
et illa responderit bibe quin et came- 19
lis tuis dabo potum
ipsa est quam praeparasti servo tuo
Isaac
et per hoc intellegam quod feceris
misericordiam cum domino meo
15 necdum intra se verba conpleverat
et ecce Rebecca egrediebatur
filia Bathuel filii Melchae uxoris Na- 47; 22,23
hor fratris Abraham
habens hydriam in scapula
16 puella decora nimis virgoque pul-
cherrima et incognita viro
descenderat autem ad fontem et im- 20
pleverat hydriam ac revertebatur
17 occurritque ei servus et ait
pauxillum mihi ad sorbendum prae- 43.45! Idc 4,19; III Rg 17,10
be aquae de hydria tua
18 quae respondit
bibe domine mi
celeriterque deposuit hydriam super
ulnam suam et dedit ei potum
19 cumque ille bibisset adiecit
quin et camelis tuis hauriam aquam 14
donec cuncti bibant
20 effundensque hydriam in canalibus re-
currit ad puteum ut hauriret aquam 16
et haustam omnibus camelis dedit
21 ille autem contemplabatur eam ta-
citus
scire volens utrum prosperum fecis-
set iter suum Dominus an non
22 postquam ergo biberunt cameli
protulit vir inaures aureas adpenden-
tes siclos duos
et armillas totidem pondo siclorum

AOC ΛTMΦ crb 3 ut²] et OCT. | 4 ad² *om.* TMΦc | 5 numquid c. | quo + tu CΛc | est O | 6 dixitque c | ~ filium meum illuc Φc | 7 iurauit + mihi c | 8 ~ mulier noluerit c. | ~ meum tantum c. | 10 perrexit + in c. | 11 eo *om.* c. | 12 ~ obsecro mihi hodie c; ~ hodie obsecro mihi MΦ | 13 propter] prope Cc | 15 filii] filia C | in scapulam OΛ; + sua c | 17 pauxillulum AΛ; pusillum C. | mihi — aquae] aquae mihi ad bibendum praebe c | 19 quin etiam et O | 21 ille] ipse c. | ~ iter suum fecisset c. | 22 ergo] uero AC.; autem c | biberant AΛMΦ |

decem
23 dixitque ad eam cuius es filia indica
mihi
est in domo patris tui locus ad ma-
nendum
24 quae respondit filia Bathuelis sum
filii Melchae quem peperit Nahor
25 et addidit dicens
palearum quoque et faeni plurimum
est apud nos
et locus spatiosus ad manendum
26 inclinavit se homo et adoravit Do-
minum 27 dicens
Sm 25,32! benedictus Dominus Deus domini
mei Abraham
Ps 65,20! qui non abstulit misericordiam et
veritatem suam a domino meo
Ps 106,7 et recto me itinere perduxit in do-
mum fratris domini mei
29,12 28 cucurrit itaque puella et nuntiavit in
domum matris suae omnia quae
audierat
29 habebat autem Rebecca fratrem no-
mine Laban
qui festinus egressus est ad hominem
ubi erat fons
30 cumque vidisset inaures et armillas
in manibus sororis suae
et audisset cuncta verba referentis
haec locutus est mihi homo
venit ad virum qui stabat iuxta ca-
melos et propter fontem aquae 31 di-
xitque ad eum
ingredere benedicte Domini cur foris
stas
praeparavi domum et locum camelis
43,24; Idc 19,21 32 et introduxit eum hospitium ac de-
stravit camelos
deditque paleas et faenum et aquam
18,4! ad lavandos pedes camelorum et
virorum qui venerant cum eo

33 et adpositus est in conspectu eius
panis
qui ait non comedam donec loquar
sermones meos
respondit ei loquere
34 at ille servus inquit Abraham sum
35 et Dominus benedixit domino meo 12,2
valde
magnificatusque est et dedit ei oves 12,16!
et boves argentum et aurum servos
et ancillas camelos et asinos
36 et peperit Sarra uxor domini mei fi- 21,2; Lc 1,36
lium domino meo in senectute sua
deditque illi omnia quae habuerat 25,5
37 et adiuravit me dominus meus dicens 37–49: 3–27
non accipies uxorem filio meo de fi-
liabus Chananeorum in quorum
terra habito
38 sed ad domum patris mei perges
et de cognatione mea accipies uxo-
rem filio meo
39 ego vero respondi domino meo
quid si noluerit venire mecum mu-
lier
40 Dominus ait in cuius conspectu am- 5,22!
bulo
mittet angelum suum tecum et diri-
get viam tuam
accipiesque uxorem filio meo de co-
gnatione mea et de domo patris mei
41 innocens eris a maledictione mea
cum veneris ad propinquos meos
et non dederint tibi
42 veni ergo hodie ad fontem et dixi
Domine Deus domini mei Abraham
si direxisti viam meam in qua nunc
ambulo
43 ecce sto iuxta fontem aquae
et virgo quae egredietur ad haurien-
dam aquam audierit a me 17!
da mihi pauxillum aquae ad biben-

23 in domu O.; in domum A | 24 ~ sum bathuelis c. | filii] filia O | peperit + ei ΑΛΜΦ; + ipsi c. | 27 ~ itinere me c | in domo O | 28 in domo OM. | 30 et[3] *om.* ATrb. | propter AΛTrb.] prope *cet.* | 31 praeparauit C | 32 cum + in Φc | camelorum] eius cr, *erronee, cum* camelorum *ad* paleas et faenum, uirorum *ad* aquam ad lauandos pedes *referantur, cf.* A. Vaccari *in* Biblica 7 (1926) p. 439—443 | 37 ~ filio meo uxorem CΛ | [*iterum adest* G] | 41 dederint + eam C | 42 fontem + aquae c | 43 pauxillulum AΛ; pusillum C. |

(G)AOC ΛΤΜΦ crb

dum ex hydria tua
44 et dixerit mihi et tu bibe et camelis
tuis hauriam
ipsa est mulier quam praeparavit
Dominus filio domini mei
45 dum haec mecum tacitus volverem
apparuit Rebecca veniens cum hy-
dria quam portabat in scapula
descenditque ad fontem et hausit
aquam
et aio ad eam
171 Ex 17,2; Io 4,7 da mihi paululum bibere
46 quae festina deposuit hydriam de
umero et dixit mihi
et tu bibe et camelis tuis potum tri-
buam
bibi et adaquavit camelos
47 interrogavique eam et dixi cuius es
filia
quae respondit
15; 22,23 filia Bathuelis sum filii Nahor quem
peperit illi Melcha
Ez 16,11.12! suspendi itaque inaures ad ornan-
dam faciem eius et armillas posui
in manibus
48 pronusque adoravi Dominum bene-
dicens Domino Deo domini mei
Abraham
qui perduxisset me recto itinere
ut sumerem filiam fratris domini mei
filio eius
49 quam ob rem si facitis misericordiam
et veritatem cum domino meo indi-
cate mihi
sin autem aliud placet et hoc dicite
ut vadam ad dextram sive ad sinis-
tram
50 responderunt Laban et Bathuel
a Domino egressus est sermo
non possumus extra placitum eius
quicquam aliud tecum loqui
51 en Rebecca coram te est tolle eam et
proficiscere
et sit uxor filii domini tui sicut locu-
tus est Dominus
52 quod cum audisset puer Abraham
adoravit in terra Dominum
53 prolatisque vasis argenteis et aureis
ac vestibus dedit ea Rebeccae pro
munere
fratribus quoque eius et matri dona
obtulit
54 initoque convivio vescentes pariter
et bibentes manserunt ibi
surgens autem mane locutus est puer
dimittite me ut vadam ad dominum 30,25!
meum
55 responderunt fratres eius et mater
maneat puella saltem decem dies
apud nos et postea proficiscetur
56 nolite ait me retinere quia Dominus
direxit viam meam
dimittite me ut pergam ad dominum
meum
57 dixerunt vocemus puellam et quae-
ramus ipsius voluntatem
58 cumque vocata venisset sciscitati
sunt
vis ire cum homine isto
quae ait vadam
59 dimiserunt ergo eam et nutricem il-
lius servumque Abraham et comi-
tes eius
60 inprecantes prospera sorori suae at-
que dicentes
soror nostra es 12,13!
crescas in mille milia et possideat 22,17
semen tuum portas inimicorum su-
orum
61 igitur Rebecca et puellae illius as-
censis camelis secutae sunt virum
qui festinus revertebatur ad domi-
num suum
62 eo tempore Isaac deambulabat per

GAOC ΛTMΦ crb 45 dumque c. | ~ tacitus mecum c | 46 festinans GMΦc; festinauit O. | ~ tribuam potum c. | adaquaui GO; aquauit M. | 47 illi] ei Tc. | manibus + eius Oc | 48 perduxit OΛTMΦc | 49 dicite + mihi c | 50 responderuntque Oc | ~ loqui tecum c | 51 filio OC | 52 abrahae CΛ; + procidens c | in terram c | 54 inito c. | 55 responderuntque c. | ~ saltem puella C | 57 et dixerunt c | 60 sororis suae GCM | 61 puella OT; puellam G. | illius] eius O | 62 eo + autem c | ~ deambulabat isaac c |

viam quae ducit ad puteum cuius
16,14; 25,11 nomen est Viventis et videntis
habitabat enim in terra australi
63 et egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die
cumque levasset oculos vidit camelos venientes procul
64 Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de camelo
65 et ait ad puerum quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis
dixit ei ipse est dominus meus
at illa tollens cito pallium operuit se
66 servus autem cuncta quae gesserat narravit Isaac
67 qui introduxit eam in tabernaculum Sarrae matris suae et accepit uxorem
et in tantum dilexit ut dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret
1—4: I Par 1,32.33 **25** Abraham vero aliam duxit uxorem nomine Cetthuram
2 quae peperit ei Zamram et Iexan et Madan et Madian et Iesboch et Sue
3 Iexan quoque genuit Saba et Dadan
filii Dadan fuerunt Assurim et Lathusim et Loommim
4 at vero ex Madian ortus est Epha et Opher et Enoch et Abida et Eldaa
omnes hii filii Cetthurae
24,36 5 deditque Abraham cuncta quae possederat Isaac
6 filiis autem concubinarum largitus est munera
et separavit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viveret ad plagam orientalem
7 fuerunt autem dies vitae eius centum septuaginta quinque anni
8 et deficiens mortuus est in senectute bona 15,15; Idc 8,32; I Par 29,28; Iob 42,16
provectaeque aetatis et plenus dierum
congregatusque est ad populum suum 35,29; 49,32
9 et sepelierunt eum Isaac et Ismahel filii sui 23,19; 49,29 30; 50,13; Act 7,16
in spelunca duplici quae sita est in agro Ephron filii Soor Hetthei e regione Mambre
10 quem emerat a filiis Heth
ibi sepultus est ipse et Sarra uxor eius 49,31
11 et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio eius
qui habitabat iuxta puteum nomine Viventis et videntis 16,14; 24,62
12 hae sunt generationes Ismahel filii Abraham 12—16: I Par 1,28–31
quem peperit ei Agar Aegyptia famula Sarrae 16,15
13 et haec nomina filiorum eius in vocabulis et generationibus suis
primogenitus Ismahelis Nabaioth
dein Cedar et Abdeel et Mabsam
14 Masma quoque et Duma et Massa
15 Adad et Thema
Itur et Naphis et Cedma
16 isti sunt filii Ismahel
et haec nomina per castella et oppida eorum
duodecim principes tribuum suarum 17,20
17 anni vitae Ismahel centum triginta septem
deficiens mortuus est et adpositus ad populum suum
18 habitavit autem ab Evila usque Sur 1 Sm 15,7; 27,8
quae respicit Aegyptum introeuntibus Assyrios
coram cunctis fratribus suis obiit
19 hae quoque sunt generationes Isaac

63 inclinato C | eleuasset Λc | oculos + suos O | 65 dixitque GMc | ei *om.* O | 67 in tabernaculo C (*et* r *lapsu*) | accepit + eam GOcrb | dilexit + eam Oc | matris + eius c. ‖ 25,7 autem + omnes C | eius] abrahae TMΦc | annis O.; annorum GArb. | 8 dierum *om.* GΛ. | 9 sita] posita O | 11 [*iterum adest* Σ] | 12 haec OCM | abrahae TMΦc | 13 dein GArb] deinde *cet.* | adbeel Cc | 15 adad] hadar c. | thema + et c | 16 ismaelis c | 17 et facti sunt anni c; + uero O | ismahelis ΣΛc | triginta + et GΦ | deficiensque Oc | adpositus + est GOr | 19 haec GOC | sunt *om.* O |

GAOC (Σ)ΛΤΜΦ crb

filii Abraham
1 Par 1,34; Mt 1,2; Lc 3,34 Abraham genuit Isaac
20 qui cum quadraginta esset annorum
duxit uxorem Rebeccam filiam Ba-
thuel Syri de Mesopotamiam soro-
rem Laban
21 deprecatusque est Dominum pro
11,30! uxore sua eo quod esset sterilis
qui exaudivit eum
et dedit conceptum Rebeccae
22 sed conlidebantur in utero eius par-
vuli
quae ait si sic mihi futurum erat quid
necesse fuit concipere
perrexitque ut consuleret Dominum
23 qui respondens ait
duae gentes in utero tuo sunt
et duo populi ex ventre tuo dividen-
tur
populusque populum superabit et
Rm 9,12 maior minori serviet
24 iam tempus pariendi venerat
38,27 et ecce gemini in utero repperti sunt
25 qui primus egressus est rufus erat et
27,11 totus in morem pellis hispidus
vocatumque est nomen eius Esau
IV Esr 6,8 protinus alter egrediens plantam
fratris tenebat manu
27,36 et idcirco appellavit eum Iacob
26 sexagenarius erat Isaac quando nati
sunt parvuli
27 quibus adultis factus est Esau vir
gnarus venandi et homo agricola
Iacob autem vir simplex habitabat
in tabernaculis
28 Isaac amabat Esau eo quod de vena-
tionibus illius vesceretur
et Rebecca diligebat Iacob
29 coxit autem Iacob pulmentum
ad quem cum venisset Esau de agro
lassus 30 ait
da mihi de coctione hac rufa quia
oppido lassus sum
quam ob causam vocatum est nomen
eius Edom
31 cui dixit Iacob vende mihi primo-
genita tua
32 ille respondit en morior quid mihi
proderunt primogenita
33 ait Iacob iura ergo mihi
iuravit Esau et vendidit primogenita Hbr 12,16
34 et sic accepto pane et lentis edulio
comedit et bibit
et abiit parvipendens quod primo-
genita vendidisset
26 orta autem fame super terram 12,10!
post eam sterilitatem quae acciderat
in diebus Abraham
abiit Isaac ad Abimelech regem Pa-
lestinorum in Gerara
2 apparuitque ei Dominus et ait
ne descendas in Aegyptum sed qui-
esce in terra quam dixero tibi 3 et
peregrinare in ea
eroque tecum et benedicam tibi
tibi enim et semini tuo dabo univer- 12,7!
sas regiones has
conplens iuramentum quod spo- 28,15; Lc 1,73
pondi Abraham patri tuo
4 et multiplicabo semen tuum sicut 22,17! Dt 1,10; 10,22; II Esr 9,23
stellas caeli
daboque posteris tuis universas re- 12,7!
giones has
et benedicentur in semine tuo omnes 12,3!
gentes terrae
5 eo quod oboedierit Abraham voci 22,18
meae et custodierit praecepta et 18,19! Ex 15,26! Ex 16,28! Dt 4,40!
mandata mea
et caerimonias legesque servaverit
6 mansit itaque Isaac in Geraris 20,1
7 qui cum interrogaretur a viris loci il-
lius super uxore sua
respondit soror mea est 12,13!
timuerat enim confiteri quod sibi es-

GAOC ΣΛΤΜΦ crb 20 rebecca A | bathuelis c | de mesopotamiam A] de mesopotamia *cet.*, *sed cf. infra* 33,18; 35,9; 48,7 | 21 dominum AΛTr^b] dominum isaach G.; isaac dominum OCΣM Φc | 23 ~ sunt in utero tuo c | ~ seruiet minori CΛc | 24 aduenerat Cc; + ei O | utero + eius CMΦc | 25 primus] prior c; prius TMΦ | est² *om.* AΛ. | manum G.; in manu O | 26 sunt + ei CΣΛc | 29 ad quem] adque O | 33 ergo *om.* O. | iurauit + ei c || **26**,1 fames AOT. | 2 in terram C | 3 in eam O | 5 praecepta + mea A |

set sociata coniugio
reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem
[8] cumque pertransissent dies plurimi et ibi demoraretur
prospiciens Abimelech Palestinorum rex per fenestram
vidit eum iocantem cum Rebecca uxore sua [9] et accersito ait
perspicuum est quod uxor tua sit
12,19 cur mentitus es sororem tuam esse
respondit timui ne morerer propter eam
[10] dixitque Abimelech quare inposuisti nobis
potuit coire quispiam de populo cum uxore tua
20,9; Ex 32,21 et induxeras super nos grande peccatum
praecepitque omni populo dicens
[11] qui tetigerit hominis huius uxorem morte morietur
[12] seruit autem Isaac in terra illa et invenit in ipso anno centuplum
benedixitque ei Dominus [13] et locupletatus est homo
et ibat proficiens atque succrescens
13,2! 30,30.43; 31,1; Ex 11,3; I Sm 25,2 donec magnus vehementer effectus est
12,16! [14] habuit quoque possessionem ovium et armentorum
et familiae plurimum
ob haec invidentes ei Palestini
18 [15] omnes puteos quos foderant servi patris illius Abraham illo tempore
obstruxerunt implentes humo
[16] in tantum ut ipse Abimelech diceret ad Isaac
recede a nobis quoniam potentior nostri factus es valde
[17] et ille discedens veniret ad torrentem Gerarae habitaretque ibi
[18] rursum fodit alios puteos quos foderant servi patris sui Abraham 15
et quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthim
appellavitque eos hisdem nominibus quibus ante pater vocaverat
[19] foderunt in torrente et repperierunt aquam vivam
[20] sed et ibi iurgium fuit pastorum Gerarae adversum pastores Isaac dicentium nostra est aqua 13,7
quam ob rem nomen putei ex eo quod acciderat vocavit Calumniam Ex 17,7; Nm 20,13
[21] foderunt et alium et pro illo quoque rixati sunt
appellavitque eum Inimicitias
[22] profectus inde fodit alium puteum pro quo non contenderunt
itaque vocavit nomen illius Latitudo dicens
nunc dilatavit nos Dominus et fecit crescere super terram
[23] ascendit autem ex illo loco in Bersabee
[24] ubi apparuit ei Dominus in ipsa nocte dicens
ego sum Deus Abraham patris tui 28,13; Ex 3,6!
noli metuere quia tecum sum Nm 14,9; II Par 20,17
benedicam tibi et multiplicabo semen tuum propter servum meum Abraham 16,10! Dt 1,11; Sir 44,24
[25] itaque aedificavit ibi altare et invocato nomine Domini extendit tabernaculum 12,8!
praecepitque servis suis ut foderent puteum
[26] ad quem locum cum venissent de Geraris 26—29: 21,22–24
Abimelech et Ochozath amicus illius et Fichol dux militum

8 ibidem moraretur ΣΤΜΦ𝔠 | ~ rex palaestinorum 𝔠 | 9 accersito + eo 𝔠 | es + eam O𝔠 | 11 ~ huius hominis O | 12 seruit GAC𝔟] seuit TΦ𝔠𝔯; seminauit ΛM; creuit O.; *legi nequit* Σ | 13 proficiscens A | 14 possessiones Λ𝔠 | ob hoc G𝔠𝔯𝔟; ab hoc O. | 15 in illo O | 16 nostri] nobis ΣΛ𝔠 | 17 descendens GAOΣM | ueniret AC𝔯𝔟] ut iret O.; ut ueniret ΣΛΤΜΦ𝔠; cum ueniret G. | 18 eisdem 𝔠 | 19 foderuntque 𝔠. | in torrentem GOCΛ | 21 foderunt + autem M𝔠.; foderuntque Σ. | 22 illius] eius MΦ𝔠 | 23 autem + et C | 24 deus] dominus AT. | metuere] timere 𝔠 | quia + ego 𝔠 | et benedicam CMΦ; benedicamque O. | 25 inuocato nomen A; inuocauit nomen O. |

GAOC ΣΛΤΜΦ 𝔠𝔯𝔟

Idc 11,7 27 locutus est eis Isaac
Mt 26,50 quid venistis ad me hominem quem
odistis et expulistis a vobis
28 qui responderunt vidimus tecum esse
Dominum et idcirco nunc diximus
31,44; Ios 9,11 sit iuramentum inter nos et ineamus
foedus
42,11! 29 ut non facias nobis quicquam mali
sicut et nos nihil tuorum adtigimus
nec fecimus quod te laederet sed
cum pace dimisimus auctum bene-
dictione Domini
30 fecit ergo eis convivium et post ci-
bum et potum 31 surgentes mane
iuraverunt sibi mutuo
dimisitque eos Isaac pacifice in lo-
cum suum
32 ecce autem venerunt in ipso die ser-
vi Isaac
adnuntiantes ei de puteo quem fode-
rant
atque dicentes invenimus aquam
33 unde appellavit eum Abundantiam
21,31 et nomen urbi inpositum est Bersa-
bee usque in praesentem diem
36,2.3 34 Esau vero quadragenarius duxit uxo-
res
Iudith filiam Beeri Hetthei
et Basemath filiam Helon eiusdem
loci
35 quae ambae offenderant animum
Isaac et Rebeccae
48,10; I Sm 3,2! Ps 118,82; Is 38,14; Lam 5,17 **27** senuit autem Isaac et caligaverunt
oculi eius et videre non poterat
vocavitque Esau filium suum maio-
rem et dixit ei fili mi
qui respondit adsum
2 cui pater vides inquit quod senuerim
et ignorem diem mortis meae
3 sume arma tua faretram et arcum
et egredere foras
cumque venatu aliquid adprehen-
deris
4 fac mihi inde pulmentum sicut velle 9.14
me nosti
et adfer ut comedam et benedicat 10: Dt 33,1
tibi anima mea antequam moriar
5 quod cum audisset Rebecca
et ille abisset in agrum ut iussionem
patris expleret
6 dixit filio suo Iacob
audivi patrem tuum loquentem cum
Esau fratre tuo et dicentem ei
7 adfer mihi venationem tuam et fac
cibos ut comedam
et benedicam tibi coram Domino
antequam moriar
8 nunc ergo fili mi adquiesce consiliis
meis
9 et pergens ad gregem adfer mihi duos
hedos optimos
ut faciam ex eis escas patri tuo qui- 4!
bus libenter vescitur
10 quas cum intuleris et comederit be-
nedicat tibi priusquam moriatur
11 cui ille respondit
nosti quod Esau frater meus homo
pilosus sit et ego lenis 25,25
12 si adtractaverit me pater meus et
senserit
timeo ne putet sibi voluisse inludere
et inducat super me maledictionem
pro benedictione
13 ad quem mater in me sit ait ista ma-
ledictio fili mi
tantum audi vocem meam et perge
adferque quae dixi
14 abiit et adtulit deditque matri
paravit illa cibos sicut noverat velle 4!
patrem illius
15 et vestibus Esau valde bonis quas
apud se habebat domi induit eum
16 pelliculasque hedorum circumdedit
manibus et colli nuda protexit
17 dedit pulmentum et panes quos co-
xerat tradidit

GAOC ΣΛΤΜΦ crb 28 nunc] nos c; *om.* T | 29 adtingimus GA; adtetigimus O. | auctum] actum G; ac cum ΣΛ | 31 ~ pacifice isaach G | 33 abundantia O || **27**,3 uenatum O | 5 impleret Σc | 7 de uenatione tua OCTMΦc | 12 sibi + me A; me sibi Λc | inducam c. | 13 ait *om.* G | perge adfer quae CΣT; pergens adfer quae Λc | 14 ~ uelle nouerat c | 17 deditque c |

18 quibus inlatis dixit pater mi
et ille respondit audio quis tu es fili
mi
32 19 dixitque Iacob ego sum Esau primogenitus tuus
feci sicut praecepisti mihi
25.31 surge sede et comede de venatione
mea
ut benedicat mihi anima tua
20 rursum Isaac ad filium suum
quomodo inquit tam cito invenire
potuisti fili mi
qui respondit voluntatis Dei fuit ut
cito mihi occurreret quod volebam
21 dixitque Isaac accede huc ut tangam
te fili mi
et probem utrum tu sis filius meus
Esau an non
22 accessit ille ad patrem et palpato eo
dixit Isaac
vox quidem vox Iacob est sed manus
manus sunt Esau
23 et non cognovit eum quia pilosae
manus similitudinem maioris expresserant
benedicens ergo illi 24 ait
tu es filius meus Esau
respondit ego sum
19! 25 at ille offer inquit mihi cibos de venatione tua fili mi
ut benedicat tibi anima mea
quos cum oblatos comedisset obtulit
ei etiam vinum
quo hausto 26 dixit ad eum
accede ad me et da mihi osculum
fili mi
29.13! Ex 4.27 27 accessit et osculatus est eum
statimque ut sensit vestimentorum
illius flagrantiam benedicens ait
ecce odor filii mei sicut odor agri cui
benedixit Dominus
39; Dt 33,13-16 28 det tibi Deus de rore caeli et de
pinguedine terrae
abundantiam frumenti et vini
29 et serviant tibi populi et adorent te 49,8
tribus
esto dominus fratrum tuorum et incurventur ante te filii matris tuae
qui maledixerit tibi sit maledictus 12,3; Nm 22,6; Nm 24,9
et qui benedixerit benedictionibus
repleatur
30 vix Isaac sermonem impleverat
et egresso Iacob foras venit Esau
31 coctosque de venatione cibos intulit
patri dicens
surge pater mi et comede de venatione filii tui ut benedicat mihi anima 19!
tua
32 dixitque illi Isaac quis enim es tu
qui respondit ego sum primogenitus 19
filius tuus Esau
33 expavit Isaac stupore vehementi et
ultra quam credi potest admirans
ait
quis igitur ille est qui dudum captam
venationem adtulit mihi
et comedi ex omnibus priusquam tu
venires
benedixique ei et erit benedictus 12,2
34 auditis Esau sermonibus patris inrugiit clamore magno et consternatus
ait
benedic etiam mihi pater mi
35 qui ait venit germanus tuus fraudulenter et accepit benedictionem
tuam
36 at ille subiunxit
iuste vocatum est nomen eius Iacob 25,25
subplantavit enim me en altera vice Os 12,3
primogenita mea ante tulit
et nunc secundo subripuit benedictionem meam
rursumque ad patrem
numquid non reservasti ait et mihi

18 et] at ΣΤΜΦ c | ∼ es tu Σ c | 19 ∼ primogenitus tuus esau c. | sede *om.* O | 20 rursumque c | uoluntas ΟΣΜΦ c | ∼ occurreret mihi c | 25 affer mihi inquit c | etiam + et CΣΛ | 27 fraglantiam CΣΛ; fragrantiam crb | benedicens + illi c | agri + pleni OCΣΛ M c | 28 deus] dominus GACrb | uini + et olei CΣΛ | 29 sit + ille c | benedixerit + tibi CΛΤΜΦ c | 30 et *om.* Orb | 31 ut] et A | 32 ∼ filius tuus primogenitus OCΛΤΜ Φ c | 34 consternatus + in terram C | etiam + et ΣΛΜΦ c | 36 rursumque + ait C |

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

benedictionem
37 respondit Isaac dominum tuum illum constitui
et omnes fratres eius servituti illius subiugavi
frumento et vino stabilivi eum
tibi post haec fili mi ultra quid faciam
38 cui Esau num unam inquit tantum benedictionem habes pater
mihi quoque obsecro ut benedicas
cumque heiulatu magno fleret
39 motus Isaac dixit ad eum
28! in pinguedine terrae et in rore caeli desuper 40 erit benedictio tua
vives gladio et fratri tuo servies
tempusque veniet cum excutias et solvas iugum eius de cervicibus tuis
41 oderat ergo semper Esau Iacob
pro benedictione qua benedixerat ei pater
dixitque in corde suo
veniant dies luctus patris mei ut occidam Iacob fratrem meum
42 nuntiata sunt haec Rebeccae
quae mittens et vocans Iacob filium suum dixit ad eum
ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te
43 nunc ergo fili audi vocem meam
et consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran
44 habitabisque cum eo dies paucos donec requiescat furor fratris tui
45 et cesset indignatio eius
obliviscaturque eorum quae fecisti in eum
postea mittam et adducam te inde huc
Rt 1,5 cur utroque orbabor filio in una die
46 dixit quoque Rebecca ad Isaac
taedet me vitae meae propter filias Heth
si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius terrae nolo vivere 24,3!
28 vocavit itaque Isaac Iacob et benedixit praecepitque ei dicens 24,3.4!
noli accipere coniugem de genere Chanaan
2 sed vade et proficiscere in Mesopotamiam Syriae 5
ad domum Bathuel patrem matris tuae
et accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban avunculi tui
3 Deus autem omnipotens benedicat tibi
et crescere te faciat atque multiplicet 17,6! 48,4
ut sis in turbas populorum
4 et det tibi benedictiones Abraham et semini tuo post te 17,8!
ut possideas terram peregrinationis tuae quam pollicitus est avo tuo Ios 21,41
5 cumque dimisisset eum Isaac
profectus venit in Mesopotamiam Syriae 2
ad Laban filium Bathuel Syri fratrem Rebeccae matris suae
6 videns autem Esau quod benedixisset pater suus Iacob
et misisset eum in Mesopotamiam Syriae ut inde uxorem duceret 24,3.4!
et quod post benedictionem praecepisset ei dicens
non accipies coniugem de filiabus Chanaan
7 quodque oboediens Iacob parentibus isset in Syriam
8 probans quoque quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus
9 ivit ad Ismahelem et duxit uxorem absque his quas prius habebat 36,2.3
Maeleth filiam Ismahel filii Abraham sororem Nabaioth

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

37 eius] illius GΣ. | illius] eius G | eum + et MΦc | 38 esau + ait MΦ; dixit esau C | 40 in gladio c | 41 uenient GMc | ut] et OTc | 42 sunt autem haec uerba C | tibi ut te occidat C | 43 fili + mi Σc | 45 in² *om.* ΛΣΛ | uno c | 46 dixitque Λc || **28**,1 benedixit + eum Cc | 2 patris Oc | 3 te *om.* G | 4 abrahae ΣTc | 5 bathuelis OΣ | 6 et quod] eo quod OΣΛ. | coniugem] uxorem c | 7 parentibus + suis c | 9 et duxit] adduxit O; duxit Λ. | iis c |

10 igitur egressus Iacob de Bersabee pergebat Haran
11 cumque venisset ad quendam locum et vellet in eo requiescere post solis occubitum
tulit de lapidibus qui iacebant
et subponens capiti suo dormivit in eodem loco
12 viditque in somnis scalam stantem super terram et cacumen illius tangens caelum
Io 1,51 angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam
13 et Dominum innixum scalae dicentem sibi
26,24! ego sum Dominus Deus Abraham patris tui et Deus Isaac
12,7! terram in qua dormis tibi dabo et semini tuo
13,16 14 eritque germen tuum quasi pulvis terrae
13,14; Dt 3,27 dilataberis ad occidentem et orientem septentrionem et meridiem
12,3! et benedicentur in te et in semine tuo cunctae tribus terrae
Ios 1,9! 31,3; 32,9 15 et ero custos tuus quocumque perrexeris
31,13; 48,21 et reducam te in terram hanc
Dt 31,6.8! 26,3 nec dimittam nisi conplevero universa quae dixi
16 cumque evigilasset Iacob de somno ait
vere Dominus est in loco isto et ego nesciebam
17 pavensque quam terribilis inquit est locus iste
non est hic aliud nisi domus Dei et porta caeli
31,45; 35,14.15 18 surgens ergo mane tulit lapidem quem subposuerat capiti suo
35,20 et erexit in titulum
fundens oleum desuper
35,6; Ios 16,2; 18,13; Idc 1,23 19 appellavitque nomen urbis Bethel quae prius Luza vocabatur
20 vovit etiam votum dicens
si fuerit Deus mecum et custodierit me in via per quam ambulo
et dederit mihi panem ad vescendum et vestem ad induendum
21 reversusque fuero prospere ad domum patris mei
erit mihi Dominus in Deum
22 et lapis iste quem erexi in titulum vocabitur Domus Dei 35,7
cunctorumque quae dederis mihi decimas offeram tibi 14,20! Ex 22,29! Lv 27,30! Lc 18,12
29 profectus ergo Iacob venit ad terram orientalem
2 et vidit puteum in agro
tresque greges ovium accubantes iuxta eum
nam ex illo adaquabantur pecora
et os eius grandi lapide claudebatur
3 morisque erat ut cunctis ovibus congregatis devolverent lapidem
et refectis gregibus rursum super os putei ponerent
4 dixitque ad pastores
fratres unde estis
qui responderunt de Haran
5 quos interrogans
numquid ait nostis Laban filium Nahor
dixerunt novimus
6 sanusne est inquit
valet inquiunt
et ecce Rahel filia eius venit cum grege suo
7 dixitque Iacob adhuc multum diei superest
nec est tempus ut reducantur ad caulas greges
date ante potum ovibus et sic ad pastum eas reducite
8 qui responderunt non possumus donec omnia pecora congregentur
et amoveamus lapidem de ore putei ut adaquemus greges

10 egressus + est GOM. | 12 caelum + et C | 14 germen] semen Λ c | orientem + et c; + et ad G. | 17 ~ est inquit ΟΣΛ c | portae ΑΣ.; portas O | 18 ergo + iacob c | 20 quam + ego c | uestimentum ΜΦ c ‖ **29**,1 ad] in ΜΦ c | 2 tres quoque c. | 7 ~ eas ad pastum A c. | 8 et moueamus C | GAOC ΣΛΤΜΦ crb

[9]adhuc loquebantur
et ecce Rahel veniebat cum ovibus
patris sui
nam gregem ipsa pascebat
[10]quam cum vidisset Iacob et sciret
consobrinam suam ovesque Laban
avunculi sui
amovit lapidem quo puteus claude-
batur
Rt 1,9! I Sm 20,41 [11]et adaquato grege osculatus est eam
21,16! Tb 7,6 elevataque voce flevit [12]et indicavit
ei quod frater esset patris eius et
filius Rebeccae
24,28 at illa festinans nuntiavit patri suo
[13]qui cum audisset venisse Iacob filium
27,27! 33,4; 45,14 15; 46,29! 48,10; Ex 18,7; Lc 15,20 sororis suae cucurrit obviam
conplexusque eum et in oscula ruens
duxit in domum suam
auditis autem causis itineris [14]re-
spondit
2,23! os meum es et caro mea
et postquam expleti sunt dies mensis
unius [15]dixit ei
num quia frater meus es gratis ser-
vies mihi
30,28 dic quid mercedis accipias
[16]habebat vero filias duas nomen ma-
ioris Lia minor appellabatur Rahel
[17]sed Lia lippis erat oculis
39,6; I Sm 16,12! II Sm 11,2! Idt 8,7 Rahel decora facie et venusto aspectu
[18]quam diligens Iacob ait
serviam tibi pro Rahel filia tua mi-
nore septem annis
[19]respondit Laban melius est ut tibi
eam dem quam viro alteri
mane apud me
[20]servivit igitur Iacob pro Rahel sep-
tem annis
et videbantur illi pauci dies prae
amoris magnitudine
[21]dixitque ad Laban
da mihi uxorem meam quia iam
tempus expletum est ut ingrediar
ad eam
[22]qui vocatis multis amicorum turbis Tb 8,22
ad convivium fecit nuptias
[23]et vespere filiam suam Liam intro-
duxit ad eum
[24]dans ancillam filiae Zelpham nomine
ad quam cum ex more Iacob fuisset
ingressus
facto mane vidit Liam [25]et dixit ad
socerum
quid est quod facere voluisti
nonne pro Rahel servivi tibi quare
inposuisti mihi
[26]respondit Laban non est in loco
nostro consuetudinis ut minores
ante tradamus ad nuptias
[27]imple ebdomadem dierum huius co-
pulae
et hanc quoque dabo tibi pro opere
quo serviturus es mihi septem annis
aliis
[28]adquievit placito et ebdomade trans-
acta Rahel duxit uxorem
[29]cui pater servam Balam dederat
[30]tandemque potitus optatis nuptiis
amorem sequentis priori praetulit
serviens apud eum septem annis aliis
[31]videns autem Dominus quod despi-
ceret Liam aperuit vulvam eius 30,22
sorore sterili permanente
[32]quae conceptum genuit filium voca-
vitque nomen eius Ruben dicens
vidit Dominus humilitatem meam 31,42! Ex 4,31! I Sm 1,11! Idt 6,15!
nunc amabit me vir meus
[33]rursumque concepit et peperit filium
et ait
quoniam audivit Dominus haberi
me contemptui dedit etiam istum
mihi

GAOC ΣΛΤΜΦ crb 9 loquebatur AT | 11 et eleuata c | 12 eius] sui c | 13 obuiam + ei CM c | conplexusque + est C | 14 ~ et caro mea es G | impleti c.; conpleti Σ | 16 ~ duas filias c | nomine G | minor + uero c | 19 ~ alteri uiro c. | 20 igitur] ergo c. | 21 ad[1] *om.* O | impletum Σ c | ad illam TMΦ c | 23 et *om.* O | ~ liam filiam suam c | 24 filiae + suae C | 25 socerum + suum GC c | mihi + liam O | 27 hebdomadam c | 28 ebdomada T c | 29 dederat] tradiderat c | 32 dominus] deus O | amauit GOΣΛ T | 33 ~ me dominus haberi c |

vocavitque nomen illius Symeon
[34]concepit tertio et genuit alium dixitque
nunc quoque copulabitur mihi maritus meus
eo quod pepererim illi tres filios
et idcirco appellavit nomen eius Levi
[35]quarto concepit et peperit filium et ait
modo confitebor Domino
30,9; 38,5 et ob hoc vocavit eum Iudam cessavitque parere
30 cernens autem Rahel quod infecunda esset invidit sorori et ait marito suo
da mihi liberos alioquin moriar
[2]cui iratus respondit Iacob
num pro Deo ego sum qui privavit te fructu ventris tui
[3]at illa habeo inquit famulam Balam
16,2 ingredere ad eam
ut pariat super genua mea et habeam ex ea filios
16,3! [4]deditque illi Balam in coniugium
quae [5]ingresso ad se viro concepit et peperit filium
[6]dixitque Rahel iudicavit mihi Dominus et exaudivit vocem meam dans mihi filium
et idcirco appellavit nomen illius Dan
[7]rursumque Bala concipiens peperit alterum
[8]pro quo ait Rahel
conparavit me Deus cum sorore mea et invalui
vocavitque eum Nepthalim
29,35; 38,5 [9]sentiens Lia quod parere desisset
16,3! Zelpham ancillam suam marito tradidit
[10]qua post conceptum edente filium [11]dixit feliciter
et idcirco vocavit nomen eius Gad
[12]peperit quoque Zelpha alterum [13]dixitque Lia
hoc pro beatitudine mea
beatam quippe me dicent mulieres Prv 31,28; Lc 1,48
propterea appellavit eum Aser
[14]egressus autem Ruben tempore messis triticeae
in agro repperit mandragoras quos matri Liae detulit
dixitque Rahel da mihi partem de mandragoris filii tui
[15]illa respondit parumne tibi videtur quod praeripueris maritum mihi
nisi etiam mandragoras filii mei tuleris
ait Rahel dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui
[16]redeuntique ad vesperam de agro Iacob
egressa est in occursum Lia
et ad me inquit intrabis quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei
dormivit cum ea nocte illa [17]et exaudivit Deus preces eius
concepitque et peperit filium quintum [18]et ait
dedit Deus mercedem mihi quia dedi ancillam meam viro meo 16,3!
appellavitque nomen illius Isachar
[19]rursum Lia concipiens peperit sextum filium [20]et ait
ditavit me Deus dote bona etiam hac vice
mecum erit maritus meus eo quod genuerim ei sex filios
et idcirco appellavit nomen eius Zabulon
[21]post quem peperit filiam nomine Dinam
[22]recordatus quoque Dominus Rahelis
exaudivit eam et aperuit vulvam 29,31

33 illius] eius ΣΜΦ c | 34 concepitque c | alium + filium c. | illi] ei c || **30**,1 sorori + suae c | 2 fructum GOC | 3 eam] illam ΛΤΜΦ c | ex illa C c | 4 illi] ei A | 6 dansque C | illius] eius ΣT c | 14 in agro AO rb] in agrum *cet.* | quas CΣΛΤΜΦ c | 16 ~ iacob de agro c | occursum + eius CM c | et + ait CΛΤΜΦ c; + ait et O. | dormiuitque c | 18 illius] eius OC c | 20 dotauit c. | deus] dominus G | GAOC ΣΛΤΜΦ crb

illius
23 quae concepit et peperit filium dicens
Ios 5,9; Tb 3,15! Is 4,1; Lc 1,25 abstulit Deus obprobrium meum
24 et vocavit nomen illius Ioseph dicens
35,17 addat mihi Dominus filium alterum
25 nato autem Ioseph dixit Iacob socero suo
24,54; III Rg 11,21 dimitte me ut revertar in patriam et ad terram meam
26 da mihi uxores et liberos meos pro quibus servivi tibi ut abeam
tu nosti servitutem qua servivi tibi
27 ait ei Laban inveniam gratiam in conspectu tuo
experimento didici quod benedixerit mihi Deus propter te
29,15; Ex 2,9 28 constitue mercedem tuam quam dem tibi
29 at ille respondit
31,6 tu nosti quomodo servierim tibi et quanta in manibus meis fuerit possessio tua
30 modicum habuisti antequam venirem
26,13! et nunc dives effectus es
benedixitque tibi Dominus ad introitum meum
iustum est igitur ut aliquando provideam etiam domui meae
31 dixitque Laban quid dabo tibi
at ille ait nihil volo
sed si feceris quod postulo
iterum pascam et custodiam pecora tua
32 gyra omnes greges tuos et separa cunctas oves varias et sparso vellere
et quodcumque furvum et maculosum variumque fuerit tam in ovibus quam in capris erit merces mea
33 respondebitque mihi cras iustitia mea quando placiti tempus advenerit coram te
et omnia quae non fuerint varia et maculosa et furva
tam in ovibus quam in capris furti me arguent
34 dixit Laban gratum habeo quod petis
35 et separavit in die illo capras et oves hircos et arietes varios atque maculosos 32
cunctum autem gregem unicolorem id est albi et nigri velleris
tradidit in manu filiorum suorum
36 et posuit spatium itineris inter se et generum dierum trium
qui pascebat reliquos greges eius
37 tollens ergo Iacob virgas populeas virides et amigdalinas et ex platanis
ex parte decorticavit eas
detractisque corticibus in his quae spoliata fuerant candor apparuit
illa vero quae integra erant viridia permanserunt
atque in hunc modum color effectus est varius
38 posuitque eas in canalibus ubi effundebatur aqua 41
ut cum venissent greges ad bibendum
ante oculos haberent virgas
et in aspectu earum conciperent
39 factumque est ut in ipso calore coitus oves intuerentur virgas
et parerent maculosa et varia et diverso colore respersa 31,8
40 divisitque gregem Iacob et posuit virgas ante oculos arietum
erant autem alba quaeque et nigra Laban
cetera vero Iacob separatis inter se

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb 22 illius] eius c | 24 illius] eius Σ c | 25 ut] et r *lapsu* | ad patriam OC; + meam G | 26 seruitute O | quam G; quia M | 27 ei] illi c.; *om.* Σ | quod] quia c | 29 [*deest* G *usque ad* 31,26] | 30 uenirem + ad te c | 31 ~ tibi dabo c. | 32 fuluum ΛΛ; rufum MΦ | 33 fulua AA; fuba O.; rufa MΦ | furtim me ΛΛ | 34 dixitque C c | 35 illa c | oues + et c | in manum T.; in manus C | 36 ~ trium dierum inter se et generum c. | 37 decoriauit O | erant] fuerant c. | 39 calore] colore OΛ | 40 uirgas + in canalibus c | ~ et nigra quaeque c. |

gregibus
38 41 igitur quando primo tempore ascendebantur oves
ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum et ovium
ut in earum contemplatione conciperent
42 quando vero serotina admissura erat et conceptus extremus non ponebat eas
factaque sunt ea quae erant serotina Laban et quae primi temporis Iacob
26,13! Iob 1,3 43 ditatusque est homo ultra modum
12,16! Ecl 2,7 et habuit greges multos ancillas et servos camelos et asinos
31 postquam autem audivit verba filiorum Laban dicentium
tulit Iacob omnia quae fuerunt patris nostri
26,13! et de illius facultate ditatus factus est inclitus
5 2 animadvertit quoque faciem Laban quod non esset erga se sicut heri et nudius tertius
3 maxime dicente sibi Domino
28,15! revertere in terram patrum tuorum et ad generationem tuam eroque tecum
4 misit et vocavit Rahel et Liam in agrum ubi pascebat greges 5 dixitque eis
2 video faciem patris vestri quod non sit erga me sicut heri et nudius tertius
Deus autem patris mei fuit mecum
30,29 6 et ipsae nostis quod totis viribus meis servierim patri vestro
7 sed pater vester circumvenit me
41 et mutavit mercedem meam decem vicibus
Ps 104,14 et tamen non dimisit eum Deus ut noceret mihi
8 si quando dixit variae erunt mercedes tuae
pariebant omnes oves varios fetus 30,39
quando vero e contrario ait
alba quaeque accipies pro mercede
omnes greges alba pepererunt
9 tulitque Deus substantiam patris vestri et dedit mihi 16
10 postquam enim conceptus ovium tempus advenerat
levavi oculos meos et vidi in somnis
ascendentes mares super feminas varios et maculosos et diversorum colorum
11 dixitque angelus Dei ad me in somnis Iacob et ego respondi adsum
12 qui ait leva oculos tuos et vide universos masculos ascendentes super feminas
varios respersos atque maculosos
vidi enim omnia quae fecit tibi Laban
13 ego sum Deus Bethel ubi unxisti lapidem et votum vovisti mihi
nunc ergo surge et egredere de terra hac revertens in terram nativitatis tuae 28,15!
14 responderunt Rahel et Lia
numquid habemus residui quicquam in facultatibus et hereditate domus patris nostri
15 nonne quasi alienas reputavit nos
et vendidit comeditque pretium nostrum
16 sed Deus tulit opes patris nostri et nobis eas tradidit ac filiis nostris 9
unde omnia quae praecepit fac
17 surrexit itaque Iacob et inpositis liberis et coniugibus suis super camelos abiit
18 tulitque omnem substantiam et greges et quicquid in Mesopotamiam quaesierat 12,5!
pergens ad Isaac patrem suum in

42 erat] erant OCΣMΦ || 31,1 autem *om.* C | 7 sed + et Σc | 8 merces C | 11 et *om.* C | 12 ~ maculosos atque respersos c. | 14 responderuntque c | domus *om.* O | 16 opes] oues O | ~ eas tradidit nobis c | praecepit + tibi ΣΛ; + tibi deus c; + dominus M | 17 et²] ac Oc | 18 substantiam + suam c | in mesopotamia M crb | adquisierat CΛTMΦc |

AOC ΣΛTMΦ crb

terram Chanaan
19 eo tempore Laban ierat ad tonden-
das oves
32; Idc 18,18.20 et Rahel furata est idola patris sui
20 noluitque Iacob confiteri socero
quod fugeret
21 cumque abisset tam ipse quam om-
nia quae iuris eius erant
et amne transmisso pergeret contra
montem Galaad
22 nuntiatum est Laban die tertio quod
fugeret Iacob
23 qui adsumptis fratribus suis perse-
cutus est eum diebus septem
et conprehendit in monte Galaad
24 viditque in somnis dicentem sibi Do-
minum
cave ne quicquam aspere loquaris
contra Iacob
25 iamque Iacob extenderat in monte
tabernaculum
cum ille consecutus eum cum fratri-
bus suis in eodem monte Galaad
fixit tentorium
26 et dixit ad Iacob
quare ita egisti ut clam me abigeres
filias meas quasi captivas gladio
27 cur ignorante me fugere voluisti
nec indicare mihi ut prosequerer te
III Esr 5,2 cum gaudio et canticis et tympanis
et cithara
28 non es passus ut oscularer filios meos
ac filias
stulte operatus es
et nunc 29 valet quidem manus mea
reddere tibi malum
sed Deus patris vestri heri dixit mihi
cave ne loquaris cum Iacob quic-
quam durius
30 esto ad tuos ire cupiebas et desiderio
tibi erat domus patris tui
cur furatus es deos meos Idc 18,24
31 respondit Iacob
quod inscio te profectus sum
timui ne violenter auferres filias tuas
32 quod autem furti arguis
apud quemcumque inveneris deos 44,9
tuos necetur coram fratribus nostris
scrutare quicquid tuorum apud me
inveneris et aufer
haec dicens ignorabat quod Rahel 19!
furata esset idola
33 ingressus itaque Laban tabernacu-
lum Iacob et Liae et utriusque fa-
mulae non invenit
cumque intrasset tentorium Rahelis
34 illa festinans abscondit idola subter
stramen cameli et sedit desuper
scrutantique omne tentorium et ni-
hil invenienti 35 ait
ne irascatur dominus meus quod co-
ram te adsurgere nequeo
quia iuxta consuetudinem femina-
rum nunc accidit mihi
sic delusa sollicitudo quaerentis est
36 tumensque Iacob cum iurgio ait
quam ob culpam meam et ob quod
peccatum sic exarsisti post me
37 et scrutatus es omnem supellectilem
meam
quid invenisti de cuncta substantia
domus tuae
pone hic coram fratribus meis et
fratribus tuis
et iudicent inter me et te 16,5!
38 idcirco viginti annis fui tecum 41
oves tuae et caprae steriles non fu-
erunt
arietes gregis tui non comedi
39 nec captum a bestia ostendi tibi Ex 22,12.13
ego damnum omne reddebam
quicquid furto perierat a me exi-

(G)AOC ΣΛTMΦ crb

19 ~ ierat laban Tc | 20 socero + suo CMΦc | 21 eius] sui c | 23 ~ septem diebus O | conprehendit + eum Φc | in montem OCΣ | 24 domino O; deum CΣΛMΦc | 25 cum¹] tum Φ; cumque TMc | consecutus + fuisset c; + esset M. | suis + fuisset C. | 26 [*iterum adest* G] | 27 ignorantem me O | citharis ΛMc | 28 ac] et c. | 29 ~ quidem ualet GOΦcrb | cum] contra c | 30 esto] tu O.; et si tu CΣΛ | ~ erat tibi c | 32 furtim A; + me OΣΛMΦcrb | 33 ingressus + est GA. | tabernacula OCΣΛT | familiae O | intrasset + in OCT | 34 stramenta ΣTMΦc | 36 peccatum + meum c | 38 annos OCΣΦ | 39 periebat AMΦ; peribat c |

gebas
40 die noctuque aestu urebar et gelu
fugiebat somnus ab oculis meis
38 41 sic per viginti annos in domo tua servivi tibi
quattuordecim pro filiabus et sex pro gregibus tuis
7 inmutasti quoque mercedem meam decem vicibus
42 nisi Deus patris mei Abraham et Timor Isaac adfuisset mihi
forsitan modo nudum me dimisisses
29,32! Dt 26,7; Ps 9,35; 24,18; II Mcc 1,27 adflictionem meam et laborem manuum mearum respexit Deus et arguit te heri
43 respondit ei Laban
filiae et filii et greges tui et omnia quae cernis mea sunt
quid possum facere filiis et nepotibus meis
26,28 44 veni ergo et ineamus foedus ut sit testimonium inter me et te
28,18; 35,14.20 45 tulit itaque Iacob lapidem et erexit illum in titulum
46 dixitque fratribus suis adferte lapides
qui congregantes fecerunt tumulum comederuntque super eum
47 quem vocavit Laban tumulus Testis
et Iacob acervum Testimonii
uterque iuxta proprietatem linguae suae
48 dixitque Laban
Ios 24,27 tumulus iste testis erit inter me et te hodie
et idcirco appellatum est nomen eius Galaad id est tumulus Testis
16,5! 49 intueatur Dominus et iudicet inter nos quando recesserimus a nobis
50 si adflixeris filias meas
et si introduxeris uxores alias super eas
nullus sermonis nostri testis est absque Deo qui praesens respicit
51 dixitque rursus ad Iacob
en tumulus hic et lapis quem erexi inter me et te 52 testis erit
tumulus inquam iste et lapis sint in testimonio
si aut ego transiero illum pergens ad te
aut tu praeterieris malum mihi cogitans 50,20
53 Deus Abraham et Deus Nahor iudicet inter nos Deus patris eorum 16,5!
iuravit Iacob per Timorem patris sui Isaac
54 immolatisque victimis in monte vocavit fratres suos ut ederent panem Ex 18,12; Idc 16,23; III Rg 1,9!
qui cum comedissent manserunt ibi
55 Laban vero de nocte consurgens osculatus est filios et filias suas
et benedixit illis reversus in locum suum 18,33; II Sm 19,39
32 Iacob quoque abiit itinere quo coeperat
fueruntque ei obviam angeli Dei
2 quos cum vidisset ait castra Dei sunt haec Lv 26,11
et appellavit nomen loci illius Manaim id est Castra
3 misit autem et nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir regionis Edom 36,8; Dt 2,4.22
4 praecepitque eis dicens
sic loquimini domino meo Esau
haec dicit frater tuus Iacob
apud Laban peregrinatus sum et fui usque in praesentem diem
5 habeo boves et asinos oves et servos atque ancillas 12,16!
mittoque nunc legationem ad dominum meum
ut inveniam gratiam in conspectu tuo

40 fugiebatque c | 41 sicque c. | 43 filiae + meae MΦc | 44 sit + in c | 47 tumulum GΛc | aceruus O | 48 ~ erit testis c. | 49 ~ et iudicet dominus c | 50 ~ alias uxores c | 52 sint *om.* O r b | in testimonium OΣΛc | si autem G | praeteriens ΛTMΦ | 53 iurauit + ergo c | 55 et¹] ac ΛΣ | reuersus GΛΣr] reuersus est T; reuersusque O.; reuersusque est CMΦ c b; reuertens Λ ‖ **32**,3 in terra GΛΣT r b | regionis] in regionibus GΛ r b.; in regione Λ; in regionem c | 5 asinos + et Λc | atque] et c | GAOC ΣΛTMΦ c r b

6 reversi sunt nuntii ad Iacob dicentes
33,1 venimus ad Esau fratrem tuum
et ecce properat in occursum tibi
cum quadringentis viris
7 timuit Iacob valde et perterritus divisit populum qui secum erat
greges quoque et oves et boves et
camelos in duas turmas 8 dicens
si venerit Esau ad unam turmam et
percusserit eam
alia turma quae reliqua est salvabitur
9 dixitque Iacob
Deus patris mei Abraham et Deus
patris mei Isaac
Domine qui dixisti mihi
28,15! revertere in terram tuam et in locum
nativitatis tuae
et benefaciam tibi
10 minor sum cunctis miserationibus et
veritate quam explesti servo tuo
in baculo meo transivi Iordanem
istum
et nunc cum duabus turmis regredior
11 erue me de manu fratris mei de manu
Esau
quia valde eum timeo
ne forte veniens percutiat matrem
cum filiis
Nm 10,29 12 tu locutus es quod bene mihi faceres
22,17! II Sm 17,11! Is 10,22! Os 1,10 et dilatares semen meum sicut harenam maris
quae prae multitudine numerari non
potest
13 cumque dormisset ibi nocte illa
separavit de his quae habebat munera Esau fratri suo
14 capras ducentas hircos viginti
oves ducentas arietes viginti
15 camelos fetas cum pullis suis triginta
vaccas quadraginta et tauros viginti
asinas viginti et pullos earum decem
16 et misit per manus servorum suorum
singulos seorsum greges
dixitque pueris suis
antecedite me et sit spatium inter
gregem et gregem
17 et praecepit priori dicens
si obvium habueris Esau fratrem
meum
et interrogaverit te cuius es et quo Idc 19,17; Idt 10,11
vadis et cuius sunt ista quae sequeris
18 respondebis servi tui Iacob
munera misit domino meo Esau
ipse quoque post nos venit
19 similiter mandata dedit secundo ac
tertio et cunctis qui sequebantur
greges dicens
hisdem verbis loquimini ad Esau
cum inveneritis eum
20 et addetis ipse quoque servus tuus
Iacob iter nostrum insequitur
dixit enim placabo illum muneribus
quae praecedunt et postea videbo
forsitan propitiabitur mihi
21 praecesserunt itaque munera ante
eum
ipse vero mansit nocte illa in Castris
22 cumque mature surrexisset
tulit duas uxores suas et totidem famulas cum undecim filiis
et transivit vadum Iaboc
23 transductisque omnibus quae ad se
pertinebant 24 remansit solus
et ecce vir luctabatur cum eo usque Os 12,3
mane
25 qui cum videret quod eum superare
non posset
tetigit nervum femoris eius et statim
emarcuit
26 dixitque ad eum dimitte me iam enim
ascendit aurora
respondit non dimittam te nisi benedixeris mihi

GAOC ΣΛΤΜΦ crb
6 reuersique ΣΛ c | ~ tibi in occursum c. | 7 et[3]] ac Σ; *om.* ATM. | 10 minor] memor AΛ | miserationibus + tuis c | ueritati C; ueritatem OΣ; + tua c | expleuisti c. | 11 de manu[2] *om.* c | 12 ~ benefaceres mihi c | harena GCΛT | 14 ducentas[2] + et c | 15 camelas A | 17 ~ fratrem meum esau C c | et[3]] aut ΣΛT c | et[4]] aut c | 18 meo] suo OT | 19 ~ dedit mandata c; *om.* O. | ac] et OΣ c | iisdem c | 20 uidebo + illum c; eum uidebo MΦ | 22 iaboc crb 𝔐𝔊] iacob *cet.* | 24 mansit c | 26 respondit *om.* G |

27 ait ergo quod nomen est tibi
respondit Iacob
35,10; III Rg 18,31; IV Rg 17,34 28 at ille nequaquam inquit Iacob appellabitur nomen tuum sed Israhel
quoniam si contra Deum fortis fuisti
quanto magis contra homines praevalebis
29 interrogavit eum Iacob
Idc 13,6.17.18 dic mihi quo appellaris nomine
respondit cur quaeris nomen meum
et benedixit ei in eodem loco
30 vocavitque Iacob nomen loci illius Phanuhel dicens
Idc 6,22; Is 6,5 vidi Deum facie ad faciem et salva facta est anima mea
31 ortusque est ei statim sol postquam transgressus est Phanuhel
ipse vero claudicabat pede
32 quam ob causam non comedunt filii Israhel nervum qui emarcuit in femore Iacob usque in praesentem diem
eo quod tetigerit nervum femoris eius et obstipuerit
32,6 33 levans autem Iacob oculos suos vidit venientem Esau
et cum eo quadringentos viros
divisitque filios Liae et Rahel ambarumque famularum
2 et posuit utramque ancillam et liberos earum in principio
Liam vero et filios eius in secundo loco
Rahel autem et Ioseph novissimos
I Sm 20,41! 3 et ipse praegrediens adoravit pronus in terram septies
donec adpropinquaret frater eius
29,13! 4 currens itaque Esau obviam fratri suo amplexatus est eum
stringensque collum et osculans flevit
5 levatisque oculis vidit mulieres et parvulos earum et ait 48,8.9
quid sibi volunt isti et si ad te pertinent
respondit parvuli sunt quos donavit mihi Deus servo tuo Is 8,18!
6 et adpropinquantes ancillae et filii earum incurvati sunt
7 accessitque Lia cum liberis suis
et cum similiter adorassent
extremi Ioseph et Rahel adoraverunt
8 quaenam sunt inquit istae turmae quas obvias habui
respondit ut invenirem gratiam coram domino meo
9 et ille habeo ait plurima frater mi sint tua tibi
10 dixit Iacob noli ita obsecro
sed si inveni gratiam in oculis tuis accipe munusculum de manibus meis
sic enim vidi faciem tuam quasi viderim vultum Dei
esto mihi propitius 11 et suscipe benedictionem quam adtuli tibi I Sm 25,27; IV Rg 5,15
et quam donavit mihi Deus tribuens omnia
vix fratre conpellente suscipiens 12 ait
gradiamur simul eroque socius itineris tui
13 dixit Iacob nosti domine mi quod parvulos habeam teneros
et oves ac boves fetas mecum
quas si plus in ambulando fecero laborare
morientur una die cuncti greges
14 praecedat dominus meus ante servum suum
et ego sequar paulatim vestigia eius
sicut videro posse parvulos meos
donec veniam ad dominum meum in

28 deum] dominum C | 29 mihi + tu C | meum + quod est mirabile C | 30 faciem ad faciem GO | 32 ~ neruum filii israel c. || 33,1 eleuans c | 3 progrediens GΣMΦc | in terra GΣ | 4 collum + eius MΦc | 7 accessit quoque GCΛc | liberis] pueris c | 8 quaenam] *praem.* ait esau AΣΦ; *praem.* et ait esau M; *praem.* dixitque esau Λc | inquit *om.* ΣΛc; ~ inquit sunt O. | obuiam OΛΦc | 9 et] at CΛc | ait] inquit C.; *om.* O; ~ ait habeo c | 10 dixitque c. | 12 eroque] et ero OΣΦ | 13 dixitque MΦc | ac] et Σc | 14 ~ paruulos meos posse c |

GAOC ΣΛTMΦ crb

Seir
15 respondit Esau oro te ut de populo
qui mecum est saltem socii remane-
ant viae tuae
non est inquit necesse
hoc uno indigeo ut inveniam gra-
tiam in conspectu domini mei
13,3 16 reversus est itaque illo die Esau iti-
nere quo venerat in Seir
17 et Iacob venit in Soccoth
ubi aedificata domo et fixis tentoriis
appellavit nomen loci illius Soccoth
id est Tabernacula
18 transivitque in Salem urbem Syci-
morum quae est in terra Chanaan
postquam regressus est de Mesopo-
tamiam Syriae
et habitavit iuxta oppidum
Ios 24,32; Act 7,16 19 emitque partem agri in qua fixerat
tabernaculum
a filiis Emor patris Sychem centum
agnis
12,8! 20 et erecto ibi altari invocavit super
illud Fortissimum Deum Israhel
34 egressa est autem Dina filia Liae
ut videret mulieres regionis illius
8.19 2 quam cum vidisset Sychem filius
Emor Evei princeps terrae illius
II Sm 13,14 adamavit et rapuit et dormivit cum
illa vi opprimens virginem
3 et conglutinata est anima eius cum ea
tristemque blanditiis delinivit
Idc 14,2.3 4 et pergens ad Emor patrem suum
8.12 accipe mihi inquit puellam hanc con-
iugem
5 quod cum audisset Iacob
absentibus filiis et in pastu occupatis
pecorum
siluit donec redirent
6 egresso autem Emor patre Sychem
ut loqueretur ad Iacob

7 ecce filii eius veniebant de agro
auditoque quod acciderat irati sunt
valde
eo quod foedam rem esset operatus Idc 19,30; 20,6
in Israhel
et violata filia Iacob rem inlicitam
perpetrasset
8 locutus est itaque Emor ad eos
Sychem filii mei adhesit anima filiae 2!
vestrae
date eam illi uxorem 9 et iungamus 4!
vicissim conubia
filias vestras tradite nobis et filias 16.21
nostras accipite 10 et habitate nobis-
cum
terra in potestate vestra est exercete 13,9!
negotiamini et possidete eam
11 sed et Sychem ad patrem et ad frat-
res eius ait
inveniam gratiam coram vobis et
quaecumque statueritis dabo
12 augete dotem munera postulate li-
bens tribuam quod petieritis
tantum date mihi puellam hanc uxo- 4! Ex 22,16
rem
13 responderunt filii Iacob Sychem et
patri eius in dolo
saevientes ob stuprum sororis
14 non possumus facere quod petitis
nec dare sororem nostram homini
incircumciso
quod inlicitum et nefarium est apud
nos
15 sed in hoc valebimus foederari
si esse volueritis nostri similes
et circumcidatur in vobis omne mas- 17,10; Ex 12,48
culini sexus
16 tunc dabimus et accipiemus mutuo 9,10!
filias nostras ac vestras
et habitabimus vobiscum erimusque 23
unus populus

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb 15 hoc unum OCΣM; + tantum c | tuo domine mi ΣΦc | 18 in[1] *om.* O | egressus T; reuersus GΣMΦc | de mesopotamiam GCΦ] de mesopotamia *cet.*, *sed cf. supra* 25,20 | 19 in quam G.; in quo O | tabernaculum GArb] tabernacula *cet.* ‖ **34**,2 adamauit + eam c | 3 blanditus C | ~ deliniuit blanditiis c | 4 ~ inquit mihi Σc. | 5 ~ pecorum occupatis Gc | 7 ~ operatus esset c | 8 animae GΣΦ | 9 coniungamus C | 11 ad[2] *om.* O | 12 dotem + et c. | postulate + et c | libenter Cc | 13 [*deest* G *usque ad* 35,9] | 15 ~ si uolueritis esse similes nostri c. | 16 ~ uestras ac nostras c |

17 sin autem circumcidi nolueritis tollemus filiam nostram et recedemus
18 placuit oblatio eorum Emor et Sychem filio eius
19 nec distulit adulescens quin statim quod petebatur expleret
21! amabat enim puellam valde
et ipse erat inclitus in omni domo patris sui
23,10 20 ingressique portam urbis locuti sunt populo
9,10! 21 viri isti pacifici sunt et volunt habitare nobiscum
negotientur in terra et exerceant eam quae spatiosa et lata cultoribus indiget
filias eorum accipiemus uxores et nostras illis dabimus
22 unum est quod differtur tantum bonum
si circumcidamus masculos nostros ritum gentis imitantes
23 et substantia eorum et pecora et cuncta quae possident nostra erunt
tantum in hoc adquiescamus
16 et habitantes simul unum efficiemus populum
24 adsensi sunt omnes circumcisis cunctis maribus
25 et ecce die tertio quando gravissimus vulnerum dolor est
arreptis duo Iacob filii Symeon et Levi fratres Dinae gladiis
ingressi sunt urbem confidenter
Ex 1,16! interfectisque omnibus masculis 26 Emor et Sychem pariter necaverunt
tollentes Dinam de domo Sychem sororem suam
27 quibus egressis inruerunt super occisos ceteri filii Iacob
et depopulati sunt urbem in ultionem stupri
28 oves eorum et armenta et asinos cunctaque vastantes quae in domibus et in agris erant
29 parvulos quoque et uxores eorum duxere captivas Idt 9,3
30 quibus patratis audacter Iacob dixit ad Symeon et Levi
turbastis me et odiosum fecistis Chananeis et Ferezeis habitatoribus terrae huius 12,6; 13,7; Nm 14,25
nos pauci sumus illi congregati percutient me et delebor ego et domus mea I Par 16,19; Ps 104,12! Ps 106,39
31 responderunt numquid ut scorto abuti debuere sorore nostra
35 interea locutus est Deus ad Iacob
surge et ascende Bethel et habita ibi
facque altare Deo qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum 12,7!
2 Iacob vero convocata omni domo sua ait
abicite deos alienos qui in medio vestri sunt Ios 24,23!
et mundamini ac mutate vestimenta vestra
3 surgite et ascendamus in Bethel
ut faciamus ibi altare Deo 8,20!
qui exaudivit me in die tribulationis meae
et fuit socius itineris mei
4 dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant
et inaures quae erant in auribus eorum Ex 32,3! 35,22
at ille infodit ea subter terebinthum quae est post urbem Sychem
5 cumque profecti essent
terror Dei invasit omnes per circuitum civitates Ex 15,16! Ios 2,9! II Par 14,14

17 si autem Oc | tollimus O; tollamus M. | recedimus AC; recedamus O | 20 ad populum c | 21 in terram CΣ | 22 quod] quo CΛTΦc | 23 efficiamus CΛ; efficiamur Σ | 24 assensique c | 25 ~ filii iacob c | 29 ~ eorum et uxores c. | duxere AC] duxerunt *cet.* | 30 turbasti O | fecistis + me c; me fecistis C | 31 scortu T.: scortum OCΣ | sororem nostram AOCΣM || **35**,1 deus] dominus OTMΦ | 2 mutate] mundate O | 3 deo] domino CΛMΦ | ~ socius fuit c | 4 eas OCT | sub AOΣrb | 5 ciuitatis ACTM |

AOC ΣΛTMΦ crb

et non sunt ausi persequi recedentes
28,19! 48,3 [6]venit igitur Iacob Luzam quae est
in terra Chanaan cognomento Beth-
el
ipse et omnis populus cum eo
12,7! [7]aedificavitque ibi altare et appellavit
28,22 nomen loci Domus Dei
ibi enim apparuit ei Deus cum fuge-
ret fratrem suum
[8]eodem tempore mortua est Debbora
nutrix Rebeccae
et sepulta ad radices Bethel subter
quercum
vocatumque est nomen loci quercus
Fletus
[9]apparuit autem iterum Deus Iacob
postquam reversus est de Mesopo-
tamiam Syriae
1,22! benedixitque ei [10]dicens
32,28! non vocaberis ultra Iacob sed Isra-
hel erit nomen tuum
et appellavit eum Israhel
[11]dixitque ei ego Deus omnipotens
1,22! cresce et multiplicare
17,6! 16 gentes et populi nationum erunt ex
te
reges de lumbis tuis egredientur
12,7! [12]terramque quam dedi Abraham et
Isaac dabo tibi et semini tuo post te
[13]et recessit ab eo
28,18.19; 31,45 [14]ille vero erexit titulum lapideum in
loco quo locutus ei fuerat Deus
libans super eum libamina et effun-
dens oleum [15]vocansque nomen loci
Bethel
[16]egressus inde venit verno tempore
ad terram quae ducit Efratham
in qua cum parturiret Rahel [17]ob
difficultatem partus periclitari coe-
pit
dixitque ei obsetrix noli timere quia
30,24 et hunc habebis filium

[18]egrediente autem anima prae dolore
et inminente iam morte
vocavit nomen filii sui Benoni id est
filius doloris mei
pater vero appellavit eum Beniamin
id est filius dexterae
[19]mortua est ergo Rahel et sepulta in 48,7
via quae ducit Efratham haec est
Bethleem
[20]erexitque Iacob titulum super sepul- 28,18; 31,45
chrum eius
hic est titulus monumenti Rahel us-
que in praesentem diem
[21]egressus inde fixit tabernaculum trans
turrem Gregis
[22]cumque habitaret in illa regione
abiit Ruben et dormivit cum Bala II Sm 3,8; 16,22
concubina patris sui quod illum
minime latuit
erant autem filii Iacob duodecim
[23]filii Liae primogenitus Ruben et Sy- 23–26: 46,9–19; Ex 1,1–4; I Par 2,1.2
meon et Levi et Iudas et Isachar et
Zabulon
[24]filii Rahel Ioseph et Beniamin
[25]filii Balae ancillae Rahelis Dan et
Nepthalim
[26]filii Zelphae ancillae Liae Gad et
Aser
hii filii Iacob qui nati sunt ei in Me-
sopotamiam Syriae
[27]venit etiam ad Isaac patrem suum in 13,18; 14,13
Mambre civitatem Arbee haec est
Hebron
in qua peregrinatus est Abraham et 37,1
Isaac
[28]et conpleti sunt dies Isaac centum
octoginta annorum
[29]consumptusque aetate mortuus est
et adpositus populo suo senex et 25,8.9!
plenus dierum
et sepelierunt eum Esau et Iacob fi-
lii sui

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb 7 loci + illius c | ei] illi C | 8 sepulta + est ACc | sub O.; super c *lapsu* | loci + illius c | 9 [*iterum adest* G] | de mesopotamiam ΑΣΦ] de mesopotamia *cet.*, *sed cf. supra* 25,20 | 11 crescere et multiplicari te faciam C | ~ ex te erunt c | 14 ~ fuerat ei ΣMc | 15 loci + illius CΣc | 16 egressus + autem Λc; + autem iacob C. | 17 ei *om.* O | 19 sepulta + est c | 26 hii + sunt c. | in mesopotamiam GAC] in mesopotamia *cet.*, *sed cf. supra* 25,20 | 29 adpositus + est Σc ||

36 hae sunt autem generationes Esau
ipse est Edom
26,34; 28,9 2 Esau accepit uxores de filiabus Cha-
naan
Ada filiam Elom Hetthei et Ooliba-
ma filiam Anae filiae Sebeon Evei
3 Basemath quoque filiam Ismahel so-
rorem Nabaioth
I Par 1,35 4 peperit autem Ada Eliphaz
Basemath genuit Rauhel
14,18 5 Oolibama edidit Hieus et Hielom et
Core
hii filii Esau qui nati sunt ei in terra
Chanaan
12,5! 6 tulit autem Esau uxores suas et fi-
lios et filias et omnem animam do-
mus suae
et substantiam et pecora et cuncta
quae habere poterat in terra Cha-
naan
et abiit in alteram regionem recessit-
que a fratre suo Iacob
13,2; II Par 32,27 7 divites enim erant valde et simul ha-
13,6 bitare non poterant
nec sustinebat eos terra peregrinati-
onis eorum prae multitudine gre-
gum
32,3; Dt 2,4.22 8 habitavitque Esau in monte Seir ipse
est Edom
9 hae sunt generationes Esau patris
Edom in monte Seir
10—43: I Par 1,35–54 10 et haec nomina filiorum eius
Eliphaz filius Ada uxoris Esau
Rauhel quoque filius Basemath uxo-
ris eius
15 11 fueruntque filii Eliphaz Theman
Omar Sephu et Gatham et Cenez
12 erat autem Thamna concubina Eli-
phaz filii Esau quae peperit ei Ama-
lech
hii sunt filii Adae uxoris Esau
13 filii autem Rauhel Naath et Zara 17
Semma et Meza
hii filii Basemath uxoris Esau
14 isti quoque erant filii Oolibama fi- 5,18
liae Ana filiae Sebeon uxoris Esau
quos genuit ei Hieus et Hielom et
Core
15 hii duces filiorum Esau
filii Eliphaz primogeniti Esau 11
dux Theman dux Omar dux Sephu
dux Cenez 16 dux Core dux Gatham
dux Amalech
hii filii Eliphaz in terra Edom et hii
filii Adae
17 hii quoque filii Rauhel filii Esau 13
dux Naath dux Zara dux Semma dux
Meza
hii duces Rauhel in terra Edom
isti filii Basemath uxoris Esau
18 hii autem filii Oolibama uxoris Esau 5,14
dux Hieus dux Hielom dux Core
hii duces Oolibama filiae Ana uxoris
Esau
19 isti filii Esau et hii duces eorum ipse
est Edom
20 isti filii Seir Horrei habitatores terrae 29,30
Lotham et Sobal et Sebeon et Anan
21 Dison et Eser et Disan
hii duces Horrei filii Seir in terra
Edom
22 facti sunt autem filii Lotham Horrei
et Heman
erat autem soror Lotham Thamna
23 et isti filii Sobal Alvam et Maneeth
et Hebal Sephi et Onam
24 et hii filii Sebeon Ahaia et Anam
iste est Ana qui invenit aquas cali-
das in solitudine
cum pasceret asinos Sebeon patris
sui
25 habuitque filium Disan et filiam

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

36, 1 haec GO | autem *om.* O | 2 elom] edom O | filiae] filia Λ.; filii Σ; filiam r | 5 edidit] genuit c | 6 et²] ac C | potuerat Σr | alteram] aliam O | 9 haec OC; + autem c | 10 adae r | quoque *om.* ACΣ | 11 ~ eliphaz filii c. | et homar et C | cenez + et chore CΣΛ | 12 ada Λc | 13 zara + et C | 14 filiae¹] filia C.; filii GO | anae Λ cr | filiae²] fili C | 16 ada c | 17 hii² + autem c | 18 anae O crb | 19 isti + sunt c, *item v.* 20 | 20 ana c. | 21 et dison c | 22 orri Σ; hori c | et heman] et theman GAOΣM; theman Φ | 23 hebal + et Cc | 24 anam] ana Ccr |

Oolibama
26 et isti filii Disan Amdan et Esban et
Iethran et Charan
27 hii quoque filii Eser
Balaan et Zevan et Acham
28 habuit autem filios Disan Hus et
Aran
20.21 29 isti duces Horreorum
dux Lothan dux Sobal dux Sebeon
dux Ana 30 dux Dison dux Eser dux
Disan
isti duces Horreorum qui imperave-
runt in terra Seir
31 reges autem qui regnaverunt in terra
Edom
antequam haberent regem filii Isra-
hel fuerunt hii
32 Bale filius Beor
nomenque urbis eius Denaba
33 mortuus est autem Bale et regnavit
pro eo Iobab filius Zare de Bosra
34 cumque mortuus esset Iobab regna-
vit pro eo Husan de terra Thema-
norum
35 hoc quoque mortuo regnavit pro eo
Adad filius Badadi
qui percussit Madian in regione
Moab
et nomen urbis eius Ahuith
36 cumque mortuus esset Adad regna-
vit pro eo Semla de Maserecha
37 hoc quoque mortuo regnavit pro eo
Saul de fluvio Rooboth
38 cumque et hic obisset successit in
regnum Baalanam filius Achobor
39 isto quoque mortuo regnavit pro eo
Adad
nomenque urbis eius Phau
et appellabatur uxor illius Meezabel
filia Matred filiae Mizaab
40 haec ergo nomina Esau in cognati-
onibus et locis et vocabulis suis
dux Thamna dux Alva dux Ietheth
41 dux Oolibama dux Ela dux Phinon
42 dux Cenez dux Theman dux Mabsar
43 dux Mabdiel dux Iram
hii duces Edom habitantes in terra
imperii sui
ipse est Esau pater Idumeorum
37 habitavit autem Iacob in terra Cha- 13.12; 16.3
naan in qua peregrinatus est pater 35.27
suus
2 et hae sunt generationes eius
Ioseph cum sedecim esset annorum
pascebat gregem cum fratribus suis
adhuc puer
et erat cum filiis Balae et Zelphae
uxorum patris sui
accusavitque fratres suos apud pat-
rem crimine pessimo
3 Israhel autem diligebat Ioseph super 44.20
omnes filios suos
eo quod in senectute genuisset eum
fecitque ei tunicam polymitam
4 videntes autem fratres eius quod a
patre plus cunctis filiis amaretur
oderant eum
nec poterant ei quicquam pacificum
loqui
5 accidit quoque ut visum somnium
referret fratribus
quae causa maioris odii seminarium
fuit
6 dixitque ad eos
audite somnium meum quod vidi
7 putabam ligare nos manipulos in
agro
et quasi consurgere manipulum me-
um et stare
vestrosque manipulos circumstantes
adorare manipulum meum
8 responderunt fratres eius
numquid rex noster eris aut subici-
emur dicioni tuae
haec ergo causa somniorum atque
sermonum invidiae et odii fomitem

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

28 disan + et C | 29 isti] hi c | 32 nomen quoque G | 35 badad ΣTc | 39 adad] adar c. | nomen quoque GA rb | illius] eius Σ c | 40 nomina + ducum Φ crb | 43 magdiel c | in terram GAΣ || 37,1 ~ pater suus est peregrinatus r. *lapsu*; ~ pater suus peregrinatus est c | 2 haec GAO | 4 pacifici Λ; pacifice c | 5 fratribus + suis Φ c | 7 ~ nos manipulos legare O.; ~ nos ligare manipulos ΣΛ c |

ministravit
9 aliud quoque vidit somnium quod
narrans fratribus ait
vidi per somnium quasi solem et lu-
nam et stellas undecim adorare me
10 quod cum patri suo et fratribus ret-
tulisset
increpavit eum pater et dixit
quid sibi vult hoc somnium quod
vidisti
42,6 num ego et mater tua et fratres ado-
rabimus te super terram
11 invidebant igitur ei fratres sui
I Sm 21,12! pater vero rem tacitus considerabat
12 cumque fratres illius in pascendis
gregibus patris morarentur in Sy-
chem
13 dixit ad eum Israhel
fratres tui pascunt oves in Sycimis
veni mittam te ad eos
quo respondente 14 praesto sum ait
I Sm 17,18.22 vade et vide si cuncta prospera sint
erga fratres tuos et pecora
et renuntia mihi quid agatur
missus de valle Hebron venit in Sy-
chem
15 invenitque eum vir errantem in agro
et interrogavit quid quaereret
16 at ille respondit
fratres meos quaero
indica mihi ubi pascant greges
17 dixitque ei vir recesserunt de loco
isto
IV Rg 6,13 audivi autem eos dicentes eamus in
Dothain
perrexit ergo Ioseph post fratres
suos et invenit eos in Dothain
18 qui cum vidissent eum procul
antequam accederet ad eos cogita-
Ex 2,15; Ps 36,32; Mc 14,11 verunt illum occidere 19 et mutuo
loquebantur
ecce somniator venit 20 venite occi-
damus eum
et mittamus in cisternam veterem
dicemusque fera pessima devoravit 44,28
eum
et tunc apparebit quid illi prosint
somnia sua
21 audiens hoc Ruben nitebatur libe-
rare eum de manibus eorum et di-
cebat
22 non interficiamus animam eius nec
effundatis sanguinem
sed proicite eum in cisternam hanc
quae est in solitudine
manusque vestras servate innoxias 27
hoc autem dicebat volens eripere
eum de manibus eorum et reddere
patri suo
23 confestim igitur ut pervenit ad frat-
res
nudaverunt eum tunica talari et po-
lymita
24 miseruntque in cisternam quae non
habebat aquam
25 et sedentes ut comederent panem
viderunt viatores Ismahelitas venire
de Galaad
et camelos eorum portare aromata
et resinam et stacten in Aegyptum
26 dixit ergo Iudas fratribus suis
quid nobis prodest si occiderimus
fratrem nostrum et celaverimus
sanguinem ipsius
27 melius est ut vendatur Ismahelitis et
manus nostrae non polluantur 22
frater enim et caro nostra est 2,23!
adquieverunt fratres sermonibus eius
28 et praetereuntibus Madianitis nego-
tiatoribus extrahentes eum de cis-

9 fratribus + suis O | 10 pater + suus Σc | numquid CT | fratres + tui CΣΛΦc | 11 ~ ei igitur c. | 14 ait + ei c.; + dixitque ei Φ | sunt OΣΛ | 15 interrogauit + eum GΣ | 16 pascunt CΣΛ | 17 dixit ei OT. | autem] enim GΣ | 20 diceremusque Σ.; dicamusque GArb (*ubi cf. app.*). | 21 audiens + autem Cc | 22 interficiamus ... effundatis Cb𝔐𝔊] interficiamus ... effundamus GO(interficiemus)TΦr; interficiatis ... effundatis AΣ ΛMc | 23 ut *om.* O | fratres + suos Gc | 24 miseruntque + eum Σc | cisternam + ueterem c | 25 uiatores] negotiatores C | ~ ismahelitas uiatores Gc | portantes O ΛMΦc | 27 uendatur] uenundetur c | [*deest* O, *qui usque ad v.* 35 *antiquam versionem lat. praebet*] | eius] illius c. |

GA(O)C ΣΛTMΦ crb

terna
vendiderunt Ismahelitis viginti ar-
genteis
39,1! 45,4! qui duxerunt eum in Aegyptum
29 reversusque Ruben ad cisternam non
invenit puerum
30 et scissis vestibus pergens ad fratres
ait
44,28 puer non conparet et ego quo ibo
31 tulerunt autem tunicam eius et in
sanguinem hedi quem occiderant
tinxerunt
32 mittentes qui ferrent ad patrem et
dicerent
hanc invenimus vide utrum tunica
filii tui sit an non
33 quam cum agnovisset pater ait
tunica filii mei est fera pessima come-
dit eum
bestia devoravit Ioseph
Est 4,1! Is 37,1; I Mcc 2,14 34 scississque vestibus indutus est cilicio
lugens filium multo tempore
35 congregatis autem cunctis liberis
eius ut lenirent dolorem patris
noluit consolationem recipere et ait
descendam ad filium meum lugens
in infernum
et illo perseverante in fletu
39,1! 36 Madianei vendiderunt Ioseph in
Aegypto
Putiphar eunucho Pharaonis ma-
gistro militiae
38 eo tempore descendens Iudas a
fratribus suis
divertit ad virum odollamitem no-
mine Hiram
2—7: I Par 2,3 2 viditque ibi filiam hominis chananei
vocabulo Suae
et uxore accepta ingressus est ad eam
3 quae concepit et peperit filium voca-
vitque nomen eius Her
4 rursum concepto fetu natum filium
nominavit Onam
5 tertium quoque peperit quem appel-
lavit Sela
quo nato parere ultra cessavit 29,35; 30,9
6 dedit autem Iudas uxorem primo-
genito suo Her nomine Thamar
7 fuitque Her primogenitus Iudae ne-
quam in conspectu Domini et ab 10
eo occisus est
8 dixit ergo Iudas ad Onam filium
suum
ingredere ad uxorem fratris tui et so-
ciare illi ut suscites semen fratri tuo Dt 25,5!
9 ille sciens non sibi nasci filios
introiens ad uxorem fratris sui semen
fundebat in terram
ne liberi fratris nomine nascerentur
10 et idcirco percussit eum Dominus 7
quod rem detestabilem faceret
11 quam ob rem dixit Iudas Thamar
nurui suae
esto vidua in domo patris tui donec
crescat Sela filius meus
timebat enim ne et ipse moreretur
sicut fratres eius
quae abiit et habitavit in domo patris Lv 22,13; Idc 19,2
sui
12 evolutis autem multis diebus mortua
est filia Suae uxor Iudae
qui post luctum consolatione sus-
cepta
ascendebat ad tonsores ovium sua- I Sm 25,4; II Sm 13,23
rum
ipse et Hiras opilio gregis Odollamita
in Thamnas
13 nuntiatumque est Thamar quod so-
cer illius ascenderet in Thamnas ad
tondendas oves
14 quae depositis viduitatis vestibus ad-
sumpsit theristrum

(G)A(O)C ΣΛΤΜΦ crb

28 uendiderunt + eum c | 30 fratres + suos ΤΜΦc | et² *om.* GΣΛ | 31 in sanguine ΛΤ ΜΦc | 32 ferret … et diceret GΣ | 33 cognouisset ΑΣΛ | 34 filium + suum c | 35 accipere sed ait c | [*iterum adest* O] | 36 madianitae Cc | in aegyptum AOCM | putipharae ΑΛ; putiphari c | militum c. || **38**, 1 eodem tempore c | deuertit OCΛΤΜΦ | 2 ~ accepta uxore c | 3 et uocauit Λc | 4 rursumque c | nominauit] uocauit c. | 6 [*deest* O *usque ad* v. 11 (*ant. vers.*)] | 7 fuit quoque ΜΦc; fuit autem T. | 9 ille + autem C | 11 [*iterum adest* O; *deest* G *usque ad* 40,17] | sicut + et CΣ | 12 odollamites c. |

21; Bar 6,42 et mutato habitu sedit in bivio itineris quod ducit Thamnam
eo quod crevisset Sela et non eum accepisset maritum
15 quam cum vidisset Iudas suspicatus est esse meretricem
operuerat enim vultum suum ne cognosceretur
16 ingrediensque ad eam ait
dimitte me ut coeam tecum
nesciebat enim quod nurus sua esset
qua respondente quid mihi dabis ut fruaris concubitu meo
23; Idc 15,1 17 dixit mittam tibi hedum de gregibus
rursum illa dicente patiar quod vis si dederis mihi arrabonem donec mittas quod polliceris
18 ait Iudas quid vis tibi pro arrabone dari
respondit anulum tuum et armillam et baculum quem manu tenes
II Sm 11,5 ad unum igitur coitum concepit mulier
19 et surgens abiit
depositoque habitu quem adsumpserat induta est viduitatis vestibus
20 misit autem Iudas hedum per pastorem suum Odollamitem
ut reciperet pignus quod dederat mulieri
qui cum non invenisset eam
21 interrogavit homines loci illius
14! ubi est mulier quae sedebat in bivio
respondentibus cunctis non fuit in loco isto meretrix
22 reversus est ad Iudam et dixit ei non inveni eam
sed et homines loci illius dixerunt mihi numquam ibi sedisse scortum
23 ait Iudas habeat sibi certe mendacii nos arguere non poterit
17! ego misi hedum quem promiseram
et tu non invenisti eam
24 ecce autem post tres menses nuntiaverunt Iudae dicentes
fornicata est Thamar nurus tua
et videtur uterus illius intumescere
dixit Iudas producite eam ut conburatur
25 quae cum educeretur ad poenam
misit ad socerum suum dicens
de viro cuius haec sunt concepi
cognosce cuius sit anulus et armilla et baculus
26 qui agnitis muneribus ait
iustior me est quia non tradidi eam Sela filio meo I Sm 24,18
attamen ultra non cognovit illam
27 instante autem partu apparuerunt gemini in utero 25,24
atque in ipsa effusione infantum unus protulit manum
in qua obsetrix ligavit coccinum dicens
28 iste egreditur prior
29 illo vero retrahente manum egressus est alter
dixitque mulier
quare divisa est propter te maceria
et ob hanc causam vocavit nomen eius Phares
30 postea egressus est frater in cuius manu erat coccinum quem appellavit Zara
39 igitur Ioseph ductus est in Aegyptum 37,28! 36
emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis princeps exercitus vir aegyptius
de manu Ismahelitarum a quibus perductus erat
2 fuitque Dominus cum eo 21,22! Act 7,9
et erat vir in cunctis prospere agens Ps 1,3
habitabatque in domo domini sui
3 qui optime noverat esse Dominum cum eo
et omnia quae gereret ab eo dirigi in

15 agnosceretur c | 16 ~ dabis mihi c. | 17 rursumque TMΦc | 18 ~ tibi uis c | ~ mulier concepit c. | 19 sumpserat c. | 22 ~ sedisse ibi c. | 23 ~ arguere nos c | potest c.; potuit Λ. | 24 dixitque c | 25 duceretur Ac | 26 illam] ille eam O.; eam ΣTMΦc | 27 in quo OCΣ | 28 egredietur ΣΛTMΦc | 30 frater + eius CΛMΦc | zaram CΛ || **39**,1 phutiphares O | 2 habitauitque Oc | 3 ~ dominum esse c |

AOC ΣΛTMΦ crb

manu illius
4 invenitque Ioseph gratiam coram domino suo et ministrabat ei
24,2 a quo praepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum et universa quae tradita fuerant
5 benedixitque Dominus domui Aegyptii propter Ioseph
et multiplicavit tam in aedibus quam in agris cunctam eius substantiam
6 nec quicquam aliud noverat nisi panem quo vescebatur
29,17! I Sm 16,12! erat autem Ioseph pulchra facie et decorus aspectu
7 post multos itaque dies iecit domina oculos suos in Ioseph et ait dormi mecum
8 qui nequaquam adquiescens operi nefario dixit ad eam
ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua
9 nec quicquam est quod non in mea sit potestate vel non tradiderit mihi praeter te quae uxor eius es
quomodo ergo possum malum hoc facere et peccare in Deum meum
10 huiuscemodi verbis per singulos dies et mulier molesta erat adulescenti
et ille recusabat stuprum
11 accidit autem ut quadam die intraret Ioseph domum et operis quippiam absque arbitris faceret
12 et illa adprehensa lacinia vestimenti eius diceret dormi mecum
18 qui relicto in manu illius pallio fugit et egressus est foras
13 cumque vidisset mulier vestem in manibus suis et se esse contemptam
14 vocavit homines domus suae et ait ad eos
en introduxit virum hebraeum ut inluderet nobis 17
ingressus est ad me ut coiret mecum
cumque ego succlamassem 15 et audisset vocem meam
reliquit pallium quod tenebam et fugit foras
16 in argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum 17 et ait
ingressus est ad me servus hebraeus quem adduxisti ut inluderet mihi 14
18 cumque vidisset me clamare reliquit pallium et fugit foras 12
19 his auditis dominus et nimium credulus verbis coniugis iratus est valde
20 tradiditque Ioseph in carcerem ubi vincti regis custodiebantur et erat ibi clausus 40,3; 41,10
21 fuit autem Dominus cum Ioseph et misertus illius dedit ei gratiam in conspectu principis carceris Ex 3,21! Tb 1,13; II Esr 1,11; Dn 1,9; Act 7,10
22 qui tradidit in manu ipsius universos vinctos qui in custodia tenebantur 40,4
et quicquid fiebat sub ipso erat
23 nec noverat aliquid cunctis ei creditis
Dominus enim erat cum illo et omnia eius opera dirigebat
40 his ita gestis accidit ut peccarent duo eunuchi pincerna regis Aegypti et pistor domino suo
2 iratusque Pharao contra eos
nam alter pincernis praeerat alter pistoribus
3 misit eos in carcerem principis militum 39,20; 41,10
in quo erat vinctus et Ioseph
4 at custos carceris tradidit eos Ioseph qui et ministrabat eis 39,22
aliquantum temporis fluxerat et illi

AOC ΣΛΤΜΦ crb 3 in manibus C | 4 illi tradita fuerant C.; ei trad. fu. Λ crb; trad. sibi fu. Σ.; trad. fu. ei A. | 6 pane ΟΣΛ. | 7 iniecit ΛΤΜΦ c | domina + sua c | 9 ~ hoc malum A c | in dominum CΣΛ | 10 et¹ *om.* A r. | et²] at ΑΣΛ r | 11 ~ quadam die ut Λ c | 12 et¹] at ΑΜΦ | illius] eius Λ c | 14 uocauit + ad se c. | 17 et *om.* A | 18 uidisset] audisset M c | pallium + quod tenebam c | 21 ei] illi C | 22 ipsius] illius O c | 23 ~ opera eius ΟΣ c || **40,1** itaque CΛΜΦ | aegyptii O | 2 ~ contra eos pharao c. | praeerat + et O | 3 et *om.* A | 4 aliquantulum Σ c |

in custodia tenebantur
41,11 5 videruntque ambo somnium nocte
una iuxta interpretationem congruam sibi
6 ad quos cum introisset Ioseph mane
et vidisset eos tristes 7 sciscitatus
est dicens
II Esr 2,2! cur tristior est hodie solito facies
vestra
8 qui responderunt
41,15.24; Dn 2,11 somnium vidimus et non est qui interpretetur nobis
dixitque ad eos Ioseph
Dn 2,28! numquid non Dei est interpretatio
referte mihi quid videritis
9 narravit prior praepositus pincernarum somnium
videbam coram me vitem 10 in qua
erant tres propagines
crescere paulatim gemmas et post
flores uvas maturescere
11 calicemque Pharaonis in manu mea
II Esr 2,1 tuli ergo uvas et expressi in calicem
quem tenebam et tradidi poculum
Pharaoni
12 respondit Ioseph
Dn 2,36 haec est interpretatio somnii
tres propagines tres adhuc dies sunt
13 post quos recordabitur Pharao magisterii tui
et restituet te in gradum pristinum
dabisque ei calicem iuxta officium
tuum sicut facere ante consueveras
Lc 23,42 14 tantum memento mei cum tibi bene
fuerit
et facies mecum misericordiam
ut suggeras Pharaoni et educat me
de isto carcere
15 quia furto sublatus sum de terra
Hebraeorum
et hic innocens in lacum missus sum
16 videns pistorum magister quod prudenter somnium dissolvisset ait
et ego vidi somnium quod haberem
tria canistra farinae super caput
meum
17 et in uno canistro quod erat excelsius
portare me omnes cibos qui fiunt
arte pistoria
avesque comedere ex eo
18 respondit Ioseph
haec est interpretatio somnii
tria canistra tres adhuc dies sunt
19 post quos auferet Pharao caput tuum ac suspendet te in cruce
et lacerabunt volucres carnes tuas
20 exin dies tertius natalicius Pharaonis Mc 6,21
erat
qui faciens grande convivium pueris 21,8! III Rg 3,15; Idt 12,10; Est 1,3! III Esr 3,1
suis
recordatus est inter epulas magistri
pincernarum et pistorum principis
21 restituitque alterum in locum suum 41,13
ut porrigeret regi poculum
22 alterum suspendit in patibulo ut coniectoris veritas probaretur Dt 21,22! Est 2,23; 7,10!
23 et tamen succedentibus prosperis
praepositus pincernarum oblitus
est interpretis sui
41 post duos annos vidit Pharao somnium 1–8: 17–24
putabat se stare super fluvium 2 de Ex 7,15!
quo ascendebant septem boves pulchrae et crassae nimis
et pascebantur in locis palustribus
3 aliae quoque septem emergebant de
flumine foedae confectaeque macie
et pascebantur in ipsa amnis ripa in
locis virentibus
4 devoraveruntque eas quarum mira
species et habitudo corporum erat
expergefactus Pharao 5 rursum dormivit et vidit alterum somnium
septem spicae pullulabant in culmo

7 est[1] + eos c | 8 uideritis] uidistis CΣ | 9 somnium + suum AMΦ crb | 10 paulatim + in c | 13 magisterii] ministerii O c | antea C; ~ ante facere T c | consueras A | 14 ~ bene tibi ΣΛMΦ c | fuerit] fecerit O | facias T c | et[2]] ut Φ c | 16 ~ tria canistra farinae haberem c. | 17 [*iterum adest* G] | 19 aufert G; auferat O. | te *om.* GA. | in crucem A | 20 exinde OM crb; et exinde G. | 21 regi] ei c || **41**,1 [*deest* O *usque ad v.* 5 (*ant. vers.*)] | 4 experrectus AΦ; expertusque T. |

(G)A(O)C ΣΛTMΦ crb

uno plenae atque formonsae
6 aliae quoque totidem spicae tenues
et percussae uredine oriebantur
7 devorantes omnem priorum pulchri-
tudinem
Dn 2,1.2; 4,1–4 evigilans post quietem 8 et facto mane
pavore perterritus
Ex 7,11 misit ad coniectores Aegypti cunc-
tosque sapientes
et accersitis narravit somnium nec
erat qui interpretaretur
9 tunc demum reminiscens pincerna-
43,9! Ex 9,27! Lv 26,40! rum magister ait
Nm 5,7! confiteor peccatum meum
10 iratus rex servis suis me et magis-
39,20; 40,3 trum pistorum retrudi iussit in car-
cerem principis militum
40,5 11 ubi una nocte uterque vidimus som-
nium praesagum futurorum
12 erat ibi puer hebraeus eiusdem ducis
militum famulus
cui narrantes somnia 13 audivimus
quicquid postea rei probavit even-
tus
40,21.22! ego enim redditus sum officio meo
et ille suspensus est in cruce
14 protinus ad regis imperium eductum
de carcere Ioseph totonderunt
ac veste mutata obtulerunt ei
15 cui ille ait
40,8! vidi somnia nec est qui edisserat
quae audivi te prudentissime coni-
cere
16 respondit Ioseph
absque me Deus respondebit pro-
spera Pharaoni
17–24: 1–8 17 narravit ergo ille quod viderat
putabam me stare super ripam flumi-
nis
18 et septem boves de amne conscen-
dere pulchras nimis et obesis car-
nibus
quae in pastu paludis virecta carpe-
bant
19 et ecce has sequebantur aliae septem
boves
in tantum deformes et macilentae ut
numquam tales in terra Aegypti vi-
derim
20 quae devoratis et consumptis priori-
bus 21 nullum saturitatis dedere ve-
stigium
sed simili macie et squalore torpe-
bant
evigilans rursum sopore depressus
22 vidi somnium
septem spicae pullulabant in culmo
uno plenae atque pulcherrimae
23 aliae quoque septem tenues et per-
cussae uredine oriebantur stipula
24 quae priorum pulchritudinem devo-
rarunt
narravi coniectoribus somnium et
nemo est qui edisserat 40,8!
25 respondit Ioseph somnium regis
unum est
quae facturus est Deus ostendit Pha- 49,1! Dn 2,29.45; Io 16,13
raoni
26 septem boves pulchrae et septem spi-
cae plenae septem ubertatis anni
sunt
eandemque vim somnii conprehen-
dunt
27 septem quoque boves tenues atque
macilentae quae ascenderunt post
eas
et septem spicae tenues et vento
urente percussae
septem anni sunt venturae famis II Sm 24,13; IV Rg 8,1
28 qui hoc ordine conplebuntur
29 ecce septem anni venient fertilita-
tis magnae in universa terra Ae-
gypti
30 quos sequentur septem anni alii tan-
tae sterilitatis
ut oblivioni tradatur cuncta retro

GA(O)C ΣATMΦ cr^{b} 5 [*iterum adest* O] | 7 euigilans + pharao AMΦc | 8 ad + omnes c | 10 iussisti AC. | 14 [*deest* O *usque ad* v.20 (*ant. vers.*)] | ~ totonderunt ioseph AM | 15 de te G | prudentissime] sapientissime c. | 17 ille] pharao TMΦc | 19 in^{2} + uniuersa A | 20 [*iterum adest* O] | 23 stipulae G; e stipula Ac; enim stipula Λ.; *om.* Φ | 24 deuorauerunt Oc; deuorabant Σ. | somniorum OCTM | 27 ~ uenturae sunt c. | 30 tradantur AΛ. |

abundantia
12,10! consumptura est enim fames omnem
terram
31 et ubertatis magnitudinem perditura
inopiae magnitudo
32 quod autem vidisti secundo ad ean-
dem rem pertinens somnium firmi-
tatis indicium est
Is 46,11 eo quod fiat sermo Dei et velocius
impleatur
33 nunc ergo provideat rex virum sapi-
entem et industrium
et praeficiat eum terrae Aegypti
34 qui constituat praepositos per singu-
las regiones
et quintam partem fructuum per sep-
tem annos fertilitatis 35 qui iam
nunc futuri sunt congreget in horrea
et omne frumentum sub Pharaonis
potestate condatur
serveturque in urbibus 36 et paretur
futurae septem annorum fami quae
pressura est Aegyptum
et non consumetur terra inopia
Est 1,21 37 placuit Pharaoni consilium et cunctis
ministris eius
38 locutusque est ad eos
num invenire poterimus talem virum
Act 6,5! qui spiritu Dei plenus sit
39 dixit ergo ad Ioseph
quia ostendit Deus tibi omnia quae
locutus es
numquid sapientiorem et similem tui
invenire potero
45,8; Est 8,2; Ps 104,21; Act 7,10 40 tu eris super domum meam
et ad tui oris imperium cunctus po-
pulus oboediet
uno tantum regni solio te praecedam
41 dicens quoque rursum Pharao ad
Ioseph
45,26; Ps 44,17; Dn 2,48; I Mcc 6,14.15 ecce constitui te super universam
terram Aegypti
42 tulit anulum de manu sua et dedit in Est 3,10; 8,2
manu eius
vestivitque eum stola byssina et collo Dn 5,7! 29
torquem auream circumposuit
43 fecitque ascendere super currum su- Est 10,3!
um secundum clamante praecone
ut omnes coram eo genu flecterent Est 3,2
et praepositum esse scirent univer-
sae terrae Aegypti
44 dixit quoque rex ad Ioseph ego sum
Pharao
absque tuo imperio non movebit
quisquam manum aut pedem in
omni terra Aegypti
45 vertitque nomen illius et vocavit eum
lingua aegyptiaca Salvatorem mun-
di
dedit quoque illi uxorem Aseneth fi-
liam Putiphare sacerdotis Heliopo-
leos
egressus itaque Ioseph ad terram
Aegypti
46 triginta autem erat annorum quando Dn 1,19
stetit in conspectu regis Pharaonis
circuivit omnes regiones Aegypti
47 venitque fertilitas septem annorum
et in manipulos redactae segetes con-
gregatae sunt in horrea Aegypti
48 omnis etiam frugum abundantia in
singulis urbibus condita est
49 tantaque fuit multitudo tritici ut
harenae maris coaequaretur 22,17! Ios 11,4!
et copia mensuram excederet
50 nati sunt autem Ioseph filii duo ante- 48,5 50–52: 46,20
quam veniret fames
quos ei peperit Aseneth filia Puti-
phare sacerdotis Heliopoleos
51 vocavitque nomen primogeniti Ma-
nasse dicens
oblivisci me fecit Deus omnium la- Ps 44,11

31 [*deest* G *usque ad* 42,5] | magnitudine O | perditura + est Λ c | 32 dei] domini CΣ | 34 singulas] cunctas c | 36 praeparetur c | oppressura c | consummetur OΣ | 39 ~ tibi deus ΣMΦ c | consimilem c | 41 dixit quoque Λ; dixitque c. | 42 tulitque c | dedit + eum c | stolam byssinam CΣΦ | aureum A | 43 fecitque + eum c | 44 quispiam CΛ | 45 illius] eius c | deditque ΣΛ c | illi] ei O | putiphares CTMΦ | egressus + est c | 46 ~ annorum erat Σ c | pharaonis + et TMΦ c | 49 multitudo] abundantia c | harena OTM | copiam A | 50 ~ peperit ei c | putiphares ACΣTMΦ | (G)AOC ΣΛTMΦ crb

borum meorum et domum patris
mei
52 nomen quoque secundi appellavit
Ephraim dicens
17,6! crescere me fecit Deus in terra pau-
pertatis meae
53 igitur transactis septem annis uber-
tatis qui fuerant in Aegypto
54 coeperunt venire septem anni ino-
piae quos praedixerat Ioseph
12,10! et in universo orbe fames praevaluit
in cuncta autem terra Aegypti erat
panis
55 qua esuriente clamavit populus ad
Pharaonem alimenta petens
quibus ille respondit
Io 2,5 ite ad Ioseph et quicquid vobis dixe-
rit facite
12,10! 56 crescebat autem cotidie fames in om-
ni terra
aperuitque Ioseph universa horrea
et vendebat Aegyptiis
nam et illos oppresserat fames
42,3.5.10; 43,20 57 omnesque provinciae veniebant in
Aegyptum ut emerent escas
et malum inopiae temperarent
Act 7,12 **42** audiens autem Iacob quod alimenta
venderentur in Aegypto dixit filiis
suis
quare neglegitis 2 audivi quod triti-
cum venundetur in Aegypto
43,4.22 descendite et emite nobis necessaria
43,8 ut possimus vivere et non consuma-
mur inopia
3 descendentes igitur fratres Ioseph
41,57! decem ut emerent frumenta in
Aegypto
4 Beniamin domi retento ab Iacob qui
dixerat fratribus eius
44,29 ne forte in itinere quicquam patiatur
mali
41,57! 5 ingressi sunt terram Aegypti cum
aliis qui pergebant ad emendum
erat autem fames in terra Chanaan 12,10!
6 et Ioseph princeps Aegypti atque ad 1 Mcc 2,53
illius nutum frumenta populis ven-
debantur
cumque adorassent eum fratres sui 37,10
7 et agnovisset eos
quasi ad alienos durius loquebatur
interrogans eos unde venistis
qui responderunt de terra Chanaan
ut emamus victui necessaria
8 et tamen fratres ipse cognoscens non
est agnitus ab eis
9 recordatusque somniorum quae ali-
quando viderat ait
exploratores estis ut videatis infir- 12; Ios 2,3
miora terrae venistis
10 qui dixerunt non est ita domine
sed servi tui venerunt ut emerent ci- 41,57!
bos **10–16: 30–34**
11 omnes filii unius viri sumus
pacifici venimus nec quicquam famu- 31; 26,29
li tui machinantur mali
12 quibus ille respondit aliter est
inmunita terrae huius considerare 9!
venistis
13 et illi duodecim inquiunt servi tui
fratres sumus filii viri unius in terra
Chanaan
minimus cum patre nostro est alius
non est super
14 hoc est ait quod locutus sum explo-
ratores estis
15 iam nunc experimentum vestri ca-
piam
per salutem Pharaonis non egredi-
emini hinc donec veniat frater ves-
ter minimus
16 mittite e vobis unum et adducat eum
vos autem eritis in vinculis donec
probentur quae dixistis utrum falsa
an vera sint

(G)AOC ΣΛΤΜΦ crb

51 domum ΑΣΦ] de domu O.; domus CΛTM crb | 53 ~ ubertatis annis c. | 54 erat panis rb 𝔐𝔊] panis erat c.; non erat panis ACΛ; erat famis OTM; erat fames ΣΦ | 55 quicquid + ipse c. || **42**,2 in aegyptum OΣ | consummemur O. | 5 sunt ÷ in OC | [*iterum adest* G] | 6 et ioseph erat princeps in terra aegypti c | illius] eius c. | 8 agnitus] cognitus c. | 9 ait + ad eos TΦ c | 12 inminuta GC; immunitatem O. | 13 et] at c. | 14 et ioseph hoc C | 15 uestrum GT. | pharaonis + quia C | 16 adducite GAr | ~ uera an falsa c. |

alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis
17 tradidit ergo eos custodiae tribus diebus
18 die autem tertio eductis de carcere ait
facite quod dixi et vivetis Deum enim timeo
19 si pacifici estis frater vester unus ligetur in carcere
vos autem abite et ferte frumenta quae emistis in domos vestras
43,3! 7 20 et fratrem vestrum minimum ad me adducite
ut possim vestros probare sermones et non moriamini
fecerunt ut dixerat
21 et locuti sunt invicem
merito haec patimur quia peccavimus in fratrem nostrum
videntes angustiam animae illius cum deprecaretur nos et non audivimus
III Rg 9,9 idcirco venit super nos ista tribulatio
22 e quibus unus Ruben ait
numquid non dixi vobis nolite peccare in puerum et non audistis me
9,5! en sanguis eius exquiritur
23 nesciebant autem quod intellegeret Ioseph eo quod per interpretem loquebatur ad eos
24 avertitque se parumper et flevit
et reversus locutus est ad eos
36 25 tollens Symeon et ligans illis praesentibus
44,1 iussitque ministris ut implerent saccos eorum tritico
et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis datis supra cibariis in via
qui fecerunt ita
26 at illi portantes frumenta in asinis profecti sunt
27 apertoque unus sacco ut daret iumento pabulum in diversorio
contemplatus pecuniam in ore sacculi
28 dixit fratribus suis
reddita est mihi pecunia en habetur in sacco
et obstupefacti turbatique dixerunt mutuo 43,18; 50,15
quidnam est hoc quod fecit nobis Deus
29 veneruntque ad Iacob patrem suum in terra Chanaan
et narraverunt ei omnia quae accidissent sibi dicentes 45,27; Ex 18,8; Ios 2,23; Mt 28,11; Lc 24,35
30 locutus est nobis dominus terrae dure 30—34: 10–16
et putavit nos exploratores provinciae
31 cui respondimus
pacifici sumus nec ullas molimur insidias 11!
32 duodecim fratres uno patre geniti sumus
unus non est super
minimus cum patre versatur in terra Chanaan
33 qui ait nobis sic probabo quod pacifici sitis
fratrem vestrum unum dimittite apud me
et cibaria domibus vestris necessaria sumite et abite
34 fratremque vestrum minimum adducite ad me
ut sciam quod non sitis exploratores
et istum qui tenetur in vinculis recipere possitis
ac deinceps emendi quae vultis habeatis licentiam
35 his dictis cum frumenta effunderent

17 tradidit ergo] et tradidit Φ; tradidit OΣ | eos] illos c | 18 de] e CΛMΦ | quod] quae Tc | 19 in carcerem C | 20 possimus AC. | moriemini ATrb; moremini O. | 21 sunt + ad Mc | cum] dum c | 23 per *om.* GM | loqueretur AΛΦc | 24 se *om.* O | 25 tollensque MΦc; et extollens C. | iussit c | ~ eorum saccos c. | suis] eorum C | in uiam Ac. | 26 asinis + suis c | 27 uno O | 28 ~ mihi est A | in sacculo GΣ | ~ mutuo dixerunt c. | 29 iacob *om.* r *lapsu* | in terram TMΦc | 30 exploratores + esse c | 32 patre² + nostro c | uersatur] est c. | 33 sitis] estis GΦ | 34 sitis] estis G | ~ quae uultis emendi c. |

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

singuli
43,21; 44,8 repperenrunt in ore saccorum ligatas pecunias
exterritisque simul omnibus [36] dixit pater Iacob
absque liberis me esse fecistis
Ioseph non est super Symeon tenetur in vinculis Beniamin auferetis
in me haec mala omnia reciderunt
[37] cui respondit Ruben
43,9 duos filios meos interfice si non reduxero illum tibi
trade in manu mea et ego eum restituam
[38] at ille non descendet inquit filius meus vobiscum
frater eius mortuus est ipse solus remansit
44,29 si quid ei adversi acciderit in terra ad quam pergitis
44,31; Tb 6,15 deducetis canos meos cum dolore ad inferos
12,10! **43** interim fames omnem terram vehementer premebat
[2] consumptisque cibis quos ex Aegypto detulerant dixit Iacob ad filios suos
44,25 revertimini et emite pauxillum escarum
[3] respondit Iudas
denuntiavit nobis vir ille sub testificatione iurandi dicens
7; 42,20; 44,23 non videbitis faciem meam nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum
44,26 [4] si ergo vis mittere eum nobiscum pergemus pariter
22; 42,2 et ememus tibi necessaria
[5] si autem non vis non ibimus
vir enim ut saepe diximus denuntiavit nobis dicens
non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo
[6] dixit eis Israhel
in meam hoc fecistis miseriam ut indicaretis ei et alium habere vos fratrem
[7] at illi responderunt
interrogavit nos homo per ordinem nostram progeniem
si pater viveret si haberemus fratrem
et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus
numquid scire poteramus quod dicturus esset adducite vobiscum fratrem vestrum 3! 42,20
[8] Iudas quoque dixit patri suo
mitte puerum mecum ut proficiscamur et possimus vivere 42,2
ne moriamur nos et parvuli nostri
[9] ego suscipio puerum de manu mea require illum
nisi reduxero et tradidero eum tibi 42,37; 44,32; 41,9!
ero peccati in te reus omni tempore
[10] si non intercessisset dilatio iam vice altera venissemus
[11] igitur Israhel pater eorum dixit ad eos
si sic necesse est facite quod vultis
sumite de optimis terrae fructibus in vasis vestris et deferte viro munera
modicum resinae et mellis et styracis et stactes et terebinthi et amigdalarum
[12] pecuniamque duplicem ferte vobiscum
et illam quam invenistis in sacculis reportate ne forte errore factum sit
[13] sed et fratrem vestrum tollite et ite ad virum
[14] Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

36 uinculis + et c. | aufertis GAΛrb | recederunt A; ceciderunt OC; acciderunt ΣT | ~ omnia mala (re)cid. Tc; omnia rec. mala Λ | 37 trade + illum c | eum + tibi MΦc | 38 descendit AT | est + et Ac || 43,2 emite + nobis AΛc | 3 sub attestatione iurisiurandi c | 4 ~ eum mittere Oc | pergimus AT; proficiscemur G.; *om.* O. | 5 sin autem AΣΛTΦc | 7 ~ fratrem uestrum uobiscum c. | 9 tradidero] reddidero c. | eum] illum CΣ | ~ reus in te c | 11 storacis AΣΛc | et[4] *om.* c. | 12 pecuniam quoque TMc; pecuniam G. | ne forte *om.* O | 14 ~ eum uobis AΣ |

et remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet et hunc Beniamin
ego autem quasi orbatus absque liberis ero
[15]tulerunt ergo viri munera et pecuniam duplicem et Beniamin
descenderuntque in Aegyptum et steterunt coram Ioseph
[16]quos cum ille vidisset et Beniamin simul
44,1 praecepit dispensatori domus suae dicens
19,3! introduc viros domum et occide victimas et instrue convivium
quoniam mecum sunt comesuri meridie
[17]fecit ille sicut fuerat imperatum et introduxit viros domum
42,28; 50,15 [18]ibique exterriti dixerunt mutuo
propter pecuniam quam rettulimus prius in saccis nostris introducti sumus
ut devolvat in nos calumniam
et violenter subiciat servituti et nos et asinos nostros
[19]quam ob rem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem [20]locuti sunt
oramus domine ut audias
41,57! iam ante descendimus ut emeremus escas
[21]quibus emptis cum venissemus ad diversorium
42,35; 44,8 aperuimus sacculos nostros et invenimus pecuniam in ore saccorum
quam nunc eodem pondere reportamus
[22]sed et aliud adtulimus argentum ut
4; 42,2 emamus quae necessaria sunt
non est in nostra conscientia quis eam posuerit in marsuppiis nostris
Tb 12,17! [23]at ille respondit pax vobiscum nolite timere
Deus vester et Deus patris vestri dedit vobis thesauros in sacculis vestris
nam pecuniam quam dedistis mihi probatam ego habeo
eduxitque ad eos Symeon
[24]et introductis domum adtulit aquam 24,32!
et laverunt pedes suos
deditque pabula asinis eorum
[25]illi vero parabant munera donec ingrederetur Ioseph meridie
audierant enim quod ibi comesuri essent panem
[26]igitur ingressus est Ioseph domum suam
obtuleruntque ei munera tenentes in Mt 2,11
manibus
et adoraverunt proni in terram
[27]at ille clementer resalutatis eis interrogavit dicens
salvusne est pater vester senex de quo dixeratis mihi adhuc vivit
[28]qui responderunt sospes est servus tuus pater noster adhuc vivit
et incurvati adoraverunt eum
[29]adtollens autem oculos Ioseph vidit Beniamin fratrem suum uterinum et ait
iste est frater vester parvulus de quo dixeratis mihi
et rursum Deus inquit misereatur tui fili mi
[30]festinavitque quia commota fuerant viscera eius super fratre suo et erumpebant lacrimae
et introiens cubiculum flevit
[31]rursusque lota facie egressus continuit se et ait ponite panes
[32]quibus adpositis seorsum Ioseph et seorsum fratribus
Aegyptiis quoque qui vescebantur simul seorsum
inlicitum est enim Aegyptiis come-

14 et² *om.* O | 16 in domum G | strue GOrb. | 17 sicut] quod sibi A c. | 18 tulimus G | prius *om.* GOM. | 19 dispensatorem + domus A c. | 20 audias + nos A c | 21 saccos c. | reportauimus CΣTMΦ c; portamus G. | 22 quae + nobis c. | ~ posuerit eam c. | 23 in saccis c. | 24 pabulum c. | 26 est *om.* O | manibus + suis c. | in terra C | 27 interrogauit + eos c | 28 eum *om.* OM | 29 ~ ioseph oculos c | 30 fuerant] sunt O ||

GAOC ΣΛTMΦ crb

dere cum Hebraeis
et profanum putant huiuscemodi convivium
33 sederunt coram eo
primogenitus iuxta primogenita sua
et minimus iuxta aetatem suam
et mirabantur nimis
34 sumptis partibus quas ab eo acceperant
maiorque pars venit Beniamin
ita ut quinque partibus excederet
9,21 biberuntque et inebriati sunt cum eo
42,25; 43,16 44 praecepit autem Ioseph dispensatori domus suae dicens
imple saccos eorum frumento quantum possunt capere
et pone pecuniam singulorum in summitate sacci
2 scyphum autem meum argenteum et pretium quod dedit tritici pone in ore sacci iunioris
factumque est ita
3 et orto mane dimissi sunt cum asinis suis
4 iamque urbem exierant et processerant paululum
tum Ioseph arcessito dispensatore domus
surge inquit persequere viros et adprehensis dicito
Ps 34,12! 108,5 quare reddidistis malum pro bono
5 scyphum quem furati estis ipse est in quo bibit dominus meus et in quo augurari solet
pessimam rem fecistis
6 fecit ille ut iusserat
et adprehensis per ordinem locutus est
7 qui responderunt quare sic loquitur dominus noster ut servi tui tantum flagitii commiserint
42,25; 43,21 8 pecuniam quam invenimus in summitate saccorum
reportavimus ad te de terra Chanaan
et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum vel argentum
9 apud quemcumque fuerit inventum servorum tuorum quod quaeris moriatur 31,32
et nos servi erimus domini nostri
10 qui dixit fiat iuxta vestram sententiam
apud quem fuerit inventum ipse sit servus meus vos autem eritis innoxii 17
11 itaque festinato deponentes in terram saccos aperuerunt singuli
12 quos scrutatus incipiens a maiore usque ad minimum
invenit scyphum in sacco Beniamin
13 at illi scissis vestibus oneratisque rursum asinis reversi sunt in oppidum
14 primusque Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph
necdum enim de loco abierat
omnesque ante eum in terra pariter corruerunt
15 quibus ille ait cur sic agere voluistis
an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia
16 cui Iudas
quid respondebimus inquit domino meo vel quid loquemur
aut iusti poterimus obtendere
Deus invenit iniquitatem servorum tuorum
en omnes servi sumus domini mei et nos et apud quem inventus est scyphus Ios 9,8!
17 respondit Ioseph absit a me ut sic agam
qui furatus est scyphum ipse sit servus meus 10
vos autem abite liberi ad patrem vestrum

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

44, 1 in summitatem GT | saccorum C | 2 sacculi A | 4 urbe ΟΣΦ | praecesserant G A. | tum] tunc ACΛ c; cum M | inquit + et c | 5 scyphus ΑΣΛΤ c | 8 in summitatem O | sumus G; essemus Φ | 9 ~ erimus serui c. | 10 dixit + eis ΜΦ c | apud quemcumque C c | 14 abierant AC | in terram OCTΜΦ c | ~ pariter in terr. GC c | 16 respondeamus G. | loquamur GA; loquimur ΤΦ | iuste CΣΤΜΦ cb |

[18]accedens propius Iudas confidenter
ait
1 Sm 8,21; 25,24! oro domine mi loquatur servus tuus
verbum in auribus tuis et ne irascaris famulo tuo
tu es enim post Pharaonem [19]dominus meus
interrogasti prius servos tuos habetis patrem aut fratrem
[20]et nos respondimus tibi domino meo
est nobis pater senex et puer parvu-
21,5 lus qui in senecta illius natus est
cuius uterinus frater est mortuus
et ipsum solum habet mater sua
37,3 pater vero tenere diligit eum
[21]dixistique servis tuis adducite eum ad me
et ponam oculos meos super illum
[22]suggessimus domino meo non potest puer relinquere patrem suum
si enim illum dimiserit morietur
[23]et dixisti servis tuis
43,3! nisi venerit frater vester minimus vobiscum
non videbitis amplius faciem meam
[24]cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum
narravimus ei omnia quae locutus est dominus meus
[25]et dixit pater noster
43,2 revertimini et emite nobis parum tritici
[26]cui diximus ire non possumus
43,4 si frater noster minimus descendet nobiscum proficiscemur simul
alioquin illo absente non audemus videre faciem viri
[27]atque ille respondit
vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea
37,20 [28]egressus est unus et dixistis bestia devoravit eum
37,30 et hucusque non conparet

[29]si tuleritis et istum et aliquid ei in via 42,4.38!
contigerit
deducetis canos meos cum maerore ad inferos
[30]igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum et puer defuerit
cum anima illius ex huius anima pendeat
[31]videritque eum non esse nobiscum morietur
et deducent famuli tui canos eius 42,38!
cum dolore ad inferos
[32]ego proprie servus tuus qui in meam hunc recepi fidem et spopondi dicens
nisi reduxero eum peccati reus ero 43,9!
in patrem meum omni tempore
[33]manebo itaque servus tuus pro puero in ministerium domini mei
et puer ascendat cum fratribus suis
[34]non enim possum redire ad patrem absente puero
ne calamitatis quae oppressura est patrem meum testis adsistam
45 non se poterat ultra cohibere Ioseph multis coram adstantibus
unde praecepit ut egrederentur cuncti foras
et nullus interesset alienus agnitioni mutuae
[2]elevavitque vocem cum fletu
quam audierunt Aegyptii omnisque domus Pharaonis
[3]et dixit fratribus suis
ego sum Ioseph
adhuc pater meus vivit
nec poterant respondere fratres nimio timore perterriti
[4]ad quos ille clementer accedite inquit ad me
et cum accessissent prope
ego sum ait Ioseph frater vester
quem vendidistis in Aegypto 37,28! Act 7,9

18 accedens + autem Λ c | 20 in senectute TM c | ~ mortuus est c | 24 meus] noster . A | 26 si] nisi G | discendat O; descenderit GΛ c | 27 adque OC; ad quae TΦ c | 28 et hucusque] adhuc usque O | 32 tuus + sim c | 33 in ministerio AT c | 34 possumus G AC | patrem + meum C c; + nostrum G. || **45**,3 nec] non c | timore] terrore T c | 4 in aegyptum GΛMΦ c |

GAOC ΣΛΤΜΦ crb

5 nolite pavere nec vobis durum esse
videatur quod vendidistis me in his
regionibus
Ps 104,17 pro salute enim vestra misit me Deus
ante vos in Aegyptum
12,10! 6 biennium est quod fames esse coepit
in terra
11 et adhuc quinque anni restant quibus
nec arari poterit nec meti
7 praemisitque me Deus ut reservemini
super terram
et escas ad vivendum habere possitis
8 non vestro consilio sed Dei huc vo-
luntate missus sum
qui fecit me quasi patrem Pharaonis
41,40.41 et dominum universae domus eius
ac principem in omni terra Aegypti
9 festinate et ascendite ad patrem me-
um et dicetis ei
haec mandat filius tuus Ioseph
Deus me fecit dominum universae
terrae Aegypti
descende ad me ne moreris 10 et ha-
46,34; 47,1.6.27 bita in terra Gessen
erisque iuxta me tu et filii tui et filii
filiorum tuorum
oves tuae et armenta tua et universa
quae possides
11 ibique te pascam
6 adhuc enim quinque anni residui
sunt famis
ne et tu pereas et domus tua et om-
nia quae possides
12 en oculi vestri et oculi fratris mei
Beniamin vident quod os meum lo-
quatur ad vos
13 nuntiate patri meo universam glo-
riam meam
et cuncta quae vidistis in Aegypto
festinate et adducite eum ad me
29,31 14 cumque amplexatus recidisset in col-
lum Beniamin fratris sui flevit
illo quoque flente similiter super col-
lum eius
15 osculatusque est Ioseph omnes frat-
res suos et ploravit super singulos
post quae ausi sunt loqui ad eum
16 auditumque est et celebri sermone
vulgatum in aula regis
venerunt fratres Ioseph
et gavisus est Pharao atque omnis
familia eius
17 dixitque ad Ioseph
ut imperaret fratribus suis dicens
onerantes iumenta ite in terram Cha-
naan
18 et tollite inde patrem vestrum et co-
gnationem et venite ad me
et ego dabo vobis omnia bona Ae-
gypti
ut comedatis medullam terrae
19 praecipe etiam ut tollant plaustra de 46,5
terra Aegypti
ad subvectionem parvulorum suo-
rum et coniugum ac dicito
tollite patrem vestrum et properate
quantocius
venientes 20 ne dimittatis quicquam
de supellectili vestra
quia omnes opes Aegypti vestrae
erunt
21 fecerunt filii Israhel ut eis mandatum
fuerat
quibus dedit Ioseph plaustra secun-
dum Pharaonis imperium et cibaria
in itinere
22 singulisque proferri iussit binas sto- IV Rg 5,22
las
Beniamin vero dedit trecentos argen-
teos cum quinque stolis optimis
23 tantundem pecuniae et vestium mit-
tens patri suo

GAOC ΣΛΤΜΦ crb 5 nec] neque c.; sed nec C. | 6 est + enim c; enim est C. | ~ fames coepit esse GΛ; ~ coepit fames esse c | 8 ~ uoluntate huc GOcrb | 9 dicitis GΛ; dicite A. | ~ fecit me c | 10 habitabis c | tua *om.* AOrb | 11 ~ sunt residui O | 13 uidetis CΛ | 14 ~ similiter flente c. | 15 post quae Φcb] postque GΣΛr; postquam AOTM; posteaquam C. | 17 in terra A | 19 ac coniugum et c. | 20 nec c | 21 feceruntque GAc | 22 singulis quoque c | cum quinque] cumque C | 23 tantumque O | uestimentum A |

addens eis asinos decem qui subve-
herent ex omnibus divitiis Aegypti
et totidem asinas triticum in itinere
panesque portantes
[24]dimisit ergo fratres suos et proficis-
centibus ait
ne irascamini in via
[25]qui ascendentes ex Aegypto venerunt
in terram Chanaan ad patrem suum
Iacob
[26]et nuntiaverunt ei dicentes
41,41! Mc 16,11 Ioseph vivit et ipse dominatur in om-
ni terra Aegypti
quo audito quasi de gravi somno
evigilans tamen non credebat eis
42,29! [27]illi contra referebant omnem ordi-
nem rei
cumque vidisset plaustra et universa
quae miserat revixit spiritus eius
[28]et ait
sufficit mihi si adhuc Ioseph filius
meus vivit
vadam et videbo illum antequam
moriar
46 profectusque Israhel cum omnibus
quae habebat venit ad puteum
Iuramenti
8,20! Lv 1,2! 7,8! III Rg 8,62! II Par 30,22! et mactatis ibi victimis Deo patris
sui Isaac
20,3 [2]audivit eum per visionem nocte
vocantem se et dicentem sibi Iacob
Iacob
cui respondit ecce adsum
[3]ait illi Deus ego sum Fortissimus
Deus patris tui
noli timere et descende in Aegyptum
21,18! quia in gentem magnam faciam te
ibi
[4]ego descendam tecum illuc
et ego inde adducam te revertentem
Ioseph quoque ponet manum suam
super oculos tuos
[5]surrexit Iacob a puteo Iuramenti
tuleruntque eum filii cum parvulis et 45,19
uxoribus suis
in plaustris quae miserat Pharao ad
portandum senem [6]et omnia quae
possederat in terra Chanaan
venitque in Aegyptum cum omni se- 1 Sm 12,8; Ps 104,23; Act 7,15
mine suo
[7]filii eius et nepotes filiae et cuncta
simul progenies
[8]haec sunt autem nomina filiorum Is- Ex 1,1
rahel qui ingressi sunt in Aegyptum
ipse cum liberis suis
primogenitus Ruben
[9]filii Ruben Enoch et Phallu et Esrom 1 Par 5,3
et Charmi **9—11:** Ex 6,14–16; I Par 4,24
[10]filii Symeon Iemuhel et Iamin et **9—19:** 35,23–26
Ahod et Iachin et Saher et Saul fi- **9—24:** Nm 26,5–49
lius Chananitidis
[11]filii Levi Gerson Caath et Merari Nm 3,17! 26,57!
[12]filii Iuda Her et Onan et Sela et Pha- Nm 26,19.20; 1 Par 2,3–5; 4,1
res et Zara
mortui sunt autem Her et Onan in
terra Chanaan
natique sunt filii Phares Esrom et
Amul
[13]filii Isachar Thola et Phua et Iob et I Par 7,1
Semron
[14]filii Zabulon Sared et Helon et Ia-
helel
[15]hii filii Liae quos genuit in Mesopo-
tamiam Syriae cum Dina filia sua
omnes animae filiorum eius et filia-
rum triginta tres
[16]filii Gad Sephion et Haggi
Suni et Esebon
Heri et Arodi et Areli
[17]filii Aser Iamne et Iesua et Iesui et I Par 7,30.31
Beria
Sara quoque soror eorum

(G)A(O)C ΣΛΤΜΦ crb

23 eis] ei GΦrb; et Tc | asinas] asinos GAO | ~ in itinere triticum G | 25 in terra OT | 26 ioseph + filius tuus c | audito + iacob TMΦc | 27 illi e contra Gc | uidissent A | 28 ~ filius meus ioseph ACΣΛΤΜΦ || 46,2 noctis Ac; *om.* M | 3 et *om.* AΣc | 4 ~ adducam te inde AO | manus suas c | 5 surrexit + autem c. | filii + sui A | 6 possiderant O; possidebat A. | 7 [*deest* G *usque ad v.*28] | nepotis O | 8 ipsi AOΣrb | 11 gerson + et Cc | 12 ~ autem sunt OC | 13 [*deest* O *usque ad v.*18 (*ant.vers.*)] | 15 lia c (*lapsu*?) | in mesopotamiam ACΣ] in mesopotamia *cet.* | 16 et thaggi AΦ; + et Cc | esebon + et Cc |

filii Beria Heber et Melchihel
18 hii filii Zelphae quam dedit Laban
Liae filiae suae
et hos genuit Iacob sedecim animas
19 filii Rahel uxoris Iacob Ioseph et
Beniamin
41,50–52 20 natique sunt Ioseph filii in terra
Aegypti quos genuit ei Aseneth fi-
lia Putiphare sacerdotis Heliopole-
os Manasses et Ephraim
I Par 7,6; 8,1–5 21 filii Beniamin Bela et Bechor et Asbel
Gera et Naaman et Ehi et Ros
Mophim et Opphim et Ared
22 hii filii Rahel quos genuit Iacob om-
nes animae quattuordecim
23 filii Dan Usim
I Par 7,13 24 filii Nepthalim Iasihel et Guni et
Hieser et Sallem
25 hii filii Balae quam dedit Laban Ra-
heli filiae suae
et hos genuit Iacob omnes animae
septem
26 cunctae animae quae ingressae sunt
cum Iacob in Aegyptum
et egressae de femore illius absque
uxoribus filiorum sexaginta sex
27 filii autem Ioseph qui nati sunt ei in
terra Aegypti animae duae
Ex 1,5; Dt 10,22; Act 7,14 omnis anima domus Iacob quae in-
gressa est Aegyptum fuere septua-
ginta
28 misit autem Iudam ante se ad Io-
seph ut nuntiaret ei et ille occurre-
ret in Gessen
29,13! Act 20,37 29 quo cum pervenisset iuncto Ioseph
curru suo ascendit obviam patri ad
eundem locum
vidensque eum inruit super collum
eius et inter amplexus flevit
Tb 11,9 Lxx 30 dixitque pater ad Ioseph
Lc 2,29.30 iam laetus moriar quia vidi faciem
tuam et superstitem te relinquo
31 et ille locutus est ad fratres et ad om-
nem domum patris sui
ascendam et nuntiabo Pharaoni di- 47,1
camque ei
fratres mei et domus patris mei qui 47,5
erant in terra Chanaan venerunt
ad me
32 et sunt viri pastores ovium curam-
que habent alendorum gregum
pecora sua et armenta et omnia quae
habere potuerunt adduxerunt se-
cum
33 cumque vocaverit vos et dixerit quod 47,3
est opus vestrum
34 respondebitis viri pastores sumus 47,3
servi tui ab infantia nostra usque
in praesens et nos et patres nostri
haec autem dicetis ut habitare possi- 45,10!
tis in terra Gessen
quia detestantur Aegyptii omnes pas-
tores ovium
47 ingressus ergo Ioseph nuntiavit 45,10; 46,31
Pharaoni dicens
pater meus et fratres oves eorum et
armenta et cuncta quae possident
venerunt de terra Chanaan
et ecce consistunt in terra Gessen
2 extremos quoque fratrum suorum
quinque viros statuit coram rege
3 quos ille interrogavit quid habetis 46,33
operis
responderunt pastores ovium sumus 46,34
servi tui et nos et patres nostri
4 ad peregrinandum in terra tua ve-
nimus
quoniam non est herba gregibus ser-
vorum tuorum
ingravescente fame in regione Cha-
naan
petimusque ut esse nos iubeas ser-

(G)A(O)C ΣΛTMΦ crb

18 [*iterum adest* O] | 20 putiphares CΣΛTMΦ | 21 asbel + et c. | et[4] *om.* OΦrb | ros + et Cc | 25 rahel O.; rachel MΦ | 26 ingressi O | in *om.* AΣ | egressae + sunt c | filiorum + eius OMc | 27 omnes animae OTMcrb | ingressae sunt OMcrb; + in Oc | fuere] fere O | 28 autem + iacob C | [*iterum adest* G] | ille *om.* c. | 29 quod cum GAC; quod eo r. | peruenissent OTMb | patri + suo c | 31 at ille c | fratres[1] + suos c | 32 poterunt OM | adduxere AΣ | 34 in[1]] ad A; *om.* Σ. | in terram C || **47**,2 statuit] constituit c. | 4 in regione OΛMΦcb] in terra *cet.* |

vos tuos in terra Gessen
[5] dixit itaque rex ad Ioseph
46,31 pater tuus et fratres tui venerunt ad te
13,9! [6] terra Aegypti in conspectu tuo est
45,10! in optimo loco fac habitare eos et trade eis terram Gessen
quod si nosti esse in eis viros industrios constitue illos magistros pecorum meorum
[7] post haec introduxit Ioseph patrem suum ad regem et statuit eum coram eo
qui benedicens illi [8] et interrogatus ab eo quot sunt dies annorum vitae tuae
[9] respondit dies peregrinationis vitae
IV Esr 4,33 meae centum triginta annorum sunt parvi et mali
et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt
[10] et benedicto rege egressus est foras
[11] Ioseph vero patri et fratribus suis
III Rg 11,18 dedit possessionem in Aegypto
in optimo loco terrae solo Ramesses ut praeceperat Pharao
50,21 [12] et alebat eos omnemque domum patris sui praebens cibaria singulis
[13] in toto enim orbe panis deerat
12,10! et oppresserat fames terram maxime Aegypti et Chanaan
[14] e quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione frumenti
et intulit eam in aerarium regis
[15] cumque defecisset emptoris pretium
venit cuncta Aegyptus ad Ioseph dicens
da nobis panes quare morimur coram te deficiente pecunia
[16] quibus ille respondit
adducite pecora vestra et dabo vobis pro eis cibos si pretium non habetis
[17] quae cum adduxissent
dedit eis alimenta pro equis et ovibus et bubus et asinis
sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum
[18] veneruntque anno secundo et dixerunt ei II Esr 5,2–5
non celamus dominum nostrum quod deficiente pecunia pecora simul defecerint
nec clam te est quod absque corporibus et terra nihil habeamus
[19] cur ergo morimur te vidente
et nos et terra nostra tui erimus
eme nos in servitutem regiam
et praebe semina ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem
[20] emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti
vendentibus singulis possessiones suas prae magnitudine famis
subiecitque eam Pharaoni [21] et cunctos populos eius
a novissimis terminis Aegypti usque ad extremos fines eius
[22] praeter terram sacerdotum quae a rege tradita fuerat eis
quibus et statuta cibaria ex horreis publicis praebebantur
et idcirco non sunt conpulsi vendere possessiones suas
[23] dixit ergo Ioseph ad populos
en ut cernitis et vos et terram vestram Pharao possidet
accipite semina et serite agros [24] ut fruges habere possitis
quintam partem regi dabitis quattuor reliquas permitto vobis

6 ~ eos habitare Λϲ | ~ in eis esse ϲ | 9 respondit + iacob GM. | peregrinationis + et GCΛ | uitae *om.* Aϲr | 11 loco terrae solo GAOCr] terrae loco ϲ.; terrae solo ΣΛΜΦb: solo terrae T. | 14 ea GA | 15 emptoribus Cϲ | moriemur CΣ | 18 uenerunt quoque ΜΦϲ | celabimus ϲr; celauimus AO | domino nostro OCΣΛ M | pecunia + et AΣΛΜΦ | defecerunt OTΦϲ | et terram AOC | habemus OT | 19 moriemur Λϲ; moriamur O | [*deest* G *usque ad v.* 31] | in solitudine A OΦ | (G)AOC ΣΛΤΜΦ ϲrb

in sementem et in cibos famulis et
liberis vestris
Ps 30,16 25 qui responderunt salus nostra in
manu tua est
respiciat nos tantum dominus noster
et laeti serviemus regi
26 ex eo tempore usque in praesentem
diem in universa terra Aegypti re-
gibus quinta pars solvitur
et factum est quasi in legem
absque terra sacerdotali quae libera
ab hac condicione fuit
45,10 27 habitavit ergo Israhel in Aegypto
id est in terra Gessen et possedit eam
17,20! Ex 1,7! 20; Act 7,17 auctusque est et multiplicatus nimis
28 et vixit in ea decem et septem annis
factique sunt omnes dies vitae illius
centum quadraginta septem anno-
rum
29 cumque adpropinquare cerneret
mortis diem
vocavit filium suum Ioseph et dixit
ad eum
24,2.9 si inveni gratiam in conspectu tuo
pone manum sub femore meo
Ios 2,14; Idc 1,24 et facies mihi misericordiam et veri-
tatem
ut non sepelias me in Aegypto 30 sed
dormiam cum patribus meis
49,29; 50,5! 24 et auferas me de hac terra condasque
in sepulchro maiorum
cui respondit Ioseph ego faciam
quod iussisti
31 et ille iura ergo inquit mihi
quo iurante adoravit Israhel Deum
conversus ad lectuli caput
48 his ita transactis nuntiatum est Io-
seph quod aegrotaret pater eius
qui adsumptis duobus filiis Manasse
et Ephraim ire perrexit
2 dictumque est seni ecce filius tuus
Ioseph venit ad te
qui confortatus sedit in lectulo 3 et
ingresso ad se ait
Deus omnipotens apparuit mihi in
Luza quae est in terra Chanaan 35,6
benedixitque mihi 4 et ait
ego te augebo et multiplicabo et fa- 17,6! 28,3
ciam in turbas populorum
daboque tibi terram hanc et semini 12,7!
tuo post te in possessionem sempi-
ternam
5 duo igitur filii tui qui nati sunt tibi 41,50
in terra Aegypti antequam huc ve-
nirem ad te mei erunt
Ephraim et Manasses sicut Ruben et
Symeon reputabuntur mihi
6 reliquos autem quos genueris post
eos tui erunt
et nomine fratrum suorum vocabun-
tur in possessionibus suis
7 mihi enim quando veniebam de Me- 35,19
sopotamiam mortua est Rahel in
terra Chanaan in ipso itinere
eratque vernum tempus et ingredie-
bar Ephratam
et sepelivi eam iuxta viam Ephratae
quae alio nomine appellatur Beth-
leem
8 videns autem filios eius dixit ad eum 33,5!
qui sunt isti
9 respondit filii mei sunt quos dedit
mihi Deus in hoc loco
adduc inquit eos ad me ut benedi-
cam illis
10 oculi enim Israhel caligabant prae 27,1!
nimia senectute et clare videre non
poterat
adplicitosque ad se deosculatus et 29,13!
circumplexus 11 dixit ad filium

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr𝔟 24 in cibum c; in cibis Σ.; cibos A. | familiis ΣΛΤΜΦc | 25 seruiamus O | 26 in lege C | 28 quadraginta + et AC | 29 ~ diem mortis Σc.; + suae c. | manum + tuam Ac | facias OTMr | 30 ~ terra hac c | maiorum + meorum c | 31 [*iterum adest* G] | adorauit] adiurauit OT. || 48,1 itaque OΣ | eius] suus c. | filiis + suis CΣTM | 4 faciam + te c. | in turmas AΣ | 5 igitur] ergo c | 7 de mesopotamiam A] de mesopotamia *cet.* | rahel + mater tua C | ingrediebatur GC | sepelliuit G; sepeli A. | 9 donauit c | deus] dominus GΣ | ~ loco hoc G; loco isto Σ | ~ eos inquit OΛ | 10 caliginabant O.; caligauerant Σ; caliginauerant AΦ | adplicatosque A | deosculatos M.; osculatus AΣΤΦ; + est CΣT | et²] est O | circumplexos OM; + eos c | 11 filium + suum c. |

non sum fraudatus aspectu tuo
insuper ostendit mihi Deus semen tuum
12 cumque tulisset eos Ioseph de gremio patris
adoravit pronus in terram
13 et posuit Ephraim ad dexteram suam id est ad sinistram Israhel
Manassen vero in sinistra sua ad dexteram scilicet patris
adplicuitque ambos ad eum
14 qui extendens manum dextram posuit super caput Ephraim iunioris fratris
sinistram autem super caput Manasse qui maior natu erat commutans manus
Hbr 11,21 15 benedixitque Ioseph filio suo et ait
5,22! Deus in cuius conspectu ambulaverunt patres mei Abraham et Isaac
Deus qui pascit me ab adulescentia mea usque in praesentem diem
I Sm 10,19! 16 angelus qui eruit me de cunctis malis
benedicat pueris et invocetur super eos nomen meum
nomina quoque patrum meorum Abraham et Isaac
et crescant in multitudinem super terram
17 videns autem Ioseph quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim
graviter accepit et adprehensam patris manum levare conatus est de capite Ephraim
et transferre super caput Manasse
18 dixitque ad patrem
Ios 17,1 non ita convenit pater quia hic est primogenitus
pone dexteram tuam super caput eius
19 qui rennuens ait scio fili mi scio
et iste quidem erit in populos et multiplicabitur 17,20!
sed frater eius iunior maior illo erit
et semen illius crescet in gentes Ios 17,14
20 benedixitque eis in ipso tempore dicens
in te benedicetur Israhel atque dicetur
faciat tibi Deus sicut Ephraim et sicut Manasse
constituitque Ephraim ante Manassen
21 et ait ad Ioseph filium suum
en ego morior et erit Deus vobiscum
reducetque vos ad terram patrum vestrorum 28,15!
22 do tibi partem unam extra fratres tuos
quam tuli de manu Amorrei in gladio et arcu meo
49 vocavit autem Iacob filios suos et ait eis
congregamini ut adnuntiem quae ventura sunt vobis diebus novissimis 41,25! Nm 24,14; Dn 2,28; 10,14
2 congregamini et audite filii Iacob
audite Israhel patrem vestrum Tb 14,10! Ps 33,12!
3 Ruben primogenitus meus
tu fortitudo mea et principium doloris mei
prior in donis maior imperio Dt 33,6
4 effusus es sicut aqua non crescas II Sm 14,14; Ps 21,15
quia ascendisti cubile patris tui et maculasti stratum eius I Par 5,1
5 Symeon et Levi fratres vasa iniquitatis bellantia
6 in consilio eorum ne veniat anima mea
et in coetu illorum non sit gloria mea
quia in furore suo occiderunt virum
et in voluntate sua suffoderunt mu-

GA(O)C ΣΛΤΜΦ crb

11 aspectui ACΣ; conspectui T. | 12 in terra A | 13 [*deest* O *usque ad v.* 14 (*ant. vers.*)] | adplicauitque ACT | 14 [*iterum adest* O] | iunioris] minoris c | maior natus GC | 15 ~ filio suo ioseph AM.; iacob filiis ioseph c | 16 eruit] eripuit C | pueris + istis ATM Φ c; + his Σ | in multitudine CΣΛΤΜΦ | 17 ~ manum patris T c | de caput CΣ. | 19 mi *om.* A | iunior] minor c. | ~ erit illo c. | 20 [*deest* O *usque ad* 50,25 (*ant. vers.*)] | in tempore illo c. | deus] dominus G | manasse² AΛT || 49,1 in diebus c | 3 in imperio T c | 4 quia] qui CΛ | 6 in consilium GC crb; in concilium Σ. | ne] non CΣM c |

rum
7 maledictus furor eorum quia pertinax
et indignatio illorum quia dura
dividam eos in Iacob et dispergam illos in Israhel
8 Iuda te laudabunt fratres tui
Dt 33,7 manus tua in cervicibus inimicorum tuorum
27,29 adorabunt te filii patris tui
Os 5,14 9 catulus leonis Iuda a praeda fili mi ascendisti
Nm 24,9 requiescens accubuisti ut leo et quasi leaena quis suscitabit eum
10 non auferetur sceptrum de Iuda et
Ier 30,21 dux de femoribus eius donec veniat qui mittendus est et ipse erit expectatio gentium
11 ligans ad vineam pullum suum et ad vitem o fili mi asinam suam
Apc 7,14! lavabit vino stolam suam et sanguine uvae pallium suum
12 pulchriores oculi eius vino et dentes lacte candidiores
Ios 19,29; Idc 5,17 13 Zabulon in litore maris habitabit et in statione navium pertingens usque ad Sidonem
Idc 5,16 14 Isachar asinus fortis accubans inter terminos
15 vidit requiem quod esset bona et terram quod optima
Sir 6,26 et subposuit umerum suum ad portandum
factusque est tributis serviens
16 Dan iudicabit populum suum sicut et alia tribus Israhel
17 fiat Dan coluber in via cerastes in semita
mordens ungulas equi ut cadat ascensor eius retro
Ps 118,166.174; Mi 7,7! 18 salutare tuum expectabo Domine
19 Gad accinctus proeliabitur ante eum
et ipse accingetur retrorsum
20 Aser pinguis panis eius et praebebit delicias regibus
21 Nepthalim cervus emissus et dans eloquia pulchritudinis
22 filius adcrescens Ioseph filius adcrescens et decorus aspectu
filiae discurrerunt super murum
23 sed exasperaverunt eum
et iurgati sunt invideruntque illi habentes iacula
24 sedit in forti arcus eius et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis Iacob
inde pastor egressus est lapis Israhel
25 Deus patris tui erit adiutor tuus et Omnipotens benedicet tibi
benedictionibus caeli desuper Dt 33,13
benedictionibus abyssi iacentis deorsum
benedictionibus uberum et vulvae
26 benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius
donec veniret desiderium collium aeternorum
fiant in capite Ioseph et in vertice Dt 33,16
nazarei inter fratres suos
27 Beniamin lupus rapax mane comedet praedam et vespere dividet spolia Ez 22,27
28 omnes hii in tribubus Israhel duodecim Sir 44,26
haec locutus est eis pater suus
benedixitque singulis benedictionibus propriis
29 et praecepit eis dicens
ego congregor ad populum meum
sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici 47,30; 23,19.20; 25,9.10; 50,13
quae est in agro Ephron Hetthei
30 contra Mambre in terra Chanaan
quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hettheo in possessionem

GAC (Σ)ΛTMΦ crb

7 illorum] eorum GΣc | illos] eos Φc | 9 a praeda Gr., *cf.* 𝔐𝔊] ad praedam *cet.* | suscitauit ACΣT | 10 de femore c | 11 lauauit GΛCT | in uino GTMc | et in sanguine GCc | 12 pulchriores + sunt c | dentes + eius c | 13 habitauit ACΣΛT | 14 inter terminos AMcrb] in terminos *cet.* | 15 terra G | est *om.* G | 16 [*deest* Σ *usque ad v.* 18] | iudicauit GACΛ | et *om.* AC | tribus + in GCΛc | 17 ungulam A | 18 [*iterum adest* Σ] | 22 discurrunt A; discurrent Λ. | 24 per manum G | 26 suos] tuos C |

sepulchri
25,10 31 ibi sepelierunt eum et Sarram uxorem eius
ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge
ibi et Lia condita iacet
32 finitisque mandatis quibus filios instruebat
collegit pedes suos super lectulum et obiit
25,8 adpositusque est ad populum suum
50 quod cernens Ioseph ruit super faciem patris
flens et deosculans eum
2 praecepitque servis suis medicis ut
25 aromatibus condirent patrem
3 quibus iussa explentibus transierunt quadraginta dies
iste quippe mos erat cadaverum conditorum
flevitque eum Aegyptus septuaginta diebus
4 et expleto planctus tempore locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis
si inveni gratiam in conspectu vestro
loquimini in auribus Pharaonis
5 eo quod pater meus adiuraverit me dicens
47,30! II Par 16,14 en morior in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan sepelies me
ascendam igitur et sepeliam patrem meum ac revertar
6 dixitque ei Pharao
ascende et sepeli patrem tuum sicut adiuratus es
7 quo ascendente ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis
cunctique maiores natu terrae Aegypti
8 domus Ioseph cum fratribus suis absque parvulis et gregibus atque armentis quae dereliquerant in terra Gessen
9 habuit quoque in comitatu currus et equites
et facta est turba non modica
10 veneruntque ad aream Atad quae sita est trans Iordanem
ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies Idt 16,29; Sir 22,13
11 quod cum vidissent habitatores terrae Chanaan dixerunt
planctus magnus est iste Aegyptiis
et idcirco appellaverunt nomen loci illius Planctus Aegypti
12 fecerunt ergo filii Iacob sicut praeceperat eis
13 et portantes eum in terram Chanaan sepelierunt in spelunca duplici 23,19.20; 25,9.10; 49,29.30
quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hettheo contra faciem Mambre
14 reversusque est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis et omni comitatu sepulto patre
15 quo mortuo timentes fratres eius et mutuo conloquentes 42,28; 43,18
ne forte memor sit iniuriae quam passus est
et reddat nobis malum omne quod fecimus
16 mandaverunt ei pater tuus praecepit nobis antequam moreretur
17 ut haec tibi verbis illius diceremus
obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum Ex 32,31; Nm 12,11; II Sm 19,19
et peccati atque malitiae quam exercuerunt in te
nos quoque oramus ut servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc
quibus auditis flevit Ioseph
18 veneruntque ad eum fratres sui II Sm 9,6
et proni in terram dixerunt servi tui sumus

31 coniuge + sua c | 32 lectum G || **50**,3 diebus] dies AΦ | 4 et *om.* C | pharaonis[1] + dicens A | 5 et] ac A | meum *om.* GTΦ | 6 ei *om.* G | 10 atad Λ crb 𝔐𝔊] aeath C.; *om. cet.* | 11 appellauerunt] uocatum est c. | 13 in terra GΣT | sepelierunt + eum Σ c | in possessione C | 15 ∼ omne malum c | 16 ei + fratres G.; + dicentes c | 18 proni + adorantes c. | in terra A; + adorauerunt ei AΦ |

GAC ΣΛΤΜΦ crb

19 quibus ille respondit
II Par 20,6! Est 13,9! Rm 9,19 nolite timere num Dei possumus
rennuere voluntatem
31,52 20 vos cogitastis de me malum et Deus
vertit illud in bonum
ut exaltaret me sicut inpraesentia-
rum cernitis
et salvos faceret multos populos
47,12 21 nolite metuere ego pascam vos et
parvulos vestros
consolatusque est eos et blande ac
leniter est locutus
22 et habitavit in Aegypto cum omni
domo patris sui
vixitque centum decem annis
Tb 9,11! et vidit Ephraim filios usque ad ter-
tiam generationem
filii quoque Machir filii Manasse nati
sunt in genibus Ioseph
23 quibus transactis locutus est fratri-
bus suis
23,24: Hbr 11,22 post mortem meam Deus visita-
bit vos et ascendere faciet de terra
ista
Ex 6,8! 13,5,11! Ex 33,1! Dt 34,4 ad terram quam iuravit Abraham
Isaac et Iacob
Ex 13,19 24 cumque adiurasset eos atque dixisset
Deus visitabit vos
47,30 asportate vobiscum ossa mea de loco
isto
Ios 24,29 25 mortuus est expletis centum decem
vitae suae annis
2 et conditus aromatibus repositus est
in loculo in Aegypto

EXPLICIT LIBER BRESITH

ID EST GENESIS

INCIPIT LIBER ELLESMOTH

ID EST EXODUS

Haec sunt nomina filiorum Isra- Gn 46,8 1—4: Gn 35,23–26; I Par 2,1.2
hel
qui ingressi sunt Aegyptum cum
Iacob
singuli cum domibus suis introierunt
2 Ruben Symeon Levi Iuda 3 Isachar
Zabulon et Beniamin
4 Dan et Nepthalim Gad et Aser
5 erant igitur omnes animae eorum Gn 46,27!
qui egressi sunt de femore Iacob
septuaginta
Ioseph autem in Aegypto erat
6 quo mortuo et universis fratribus
eius omnique cognatione illa
7 filii Israhel creverunt et quasi ger- Gn 47,27! Ez 16,7
minantes multiplicati sunt
ac roborati nimis impleverunt ter-
ram
8 surrexit interea rex novus super Act 7,18
Aegyptum qui ignorabat Ioseph
9 et ait ad populum suum
ecce populus filiorum Israhel multus 5,5
et fortior nobis
10 venite sapienter opprimamus eum
ne forte multiplicetur
et si ingruerit contra nos bellum
addatur inimicis nostris
expugnatisque nobis egrediatur e
terra
11 praeposuit itaque eis magistros ope- Dt 26,6; Idt 5,10
rum ut adfligerent eos oneribus
aedificaveruntque urbes tabernacu-
lorum Pharaoni Phiton et Ramesses
12 quantoque opprimebant eos tanto
magis multiplicabantur et cresce-
bant
13 oderantque filios Israhel Aegyptii
et adfligebant inludentes eis
14 atque ad amaritudinem perducebant Idt 5,10
vitam eorum

GAC ΣΛΤΜΦ crb 19 timere] metuere AC | rennuere] resistere T c | uoluntati ΣΛΤΜΦ c | 20 et[1]] sed c. | facerem GT | 21 metuere] timere c | 22 annos ACΣTM | in gentibus G | 23 ascendere + uos c | 24 uisitauit GAΣΛT | ~ ossa mea uobiscum A c | 25 conditus + est A ||

GAOC ΣΛΤΜΦ cr Exodus. *Citantur* GAOC *et* ΣΛΤΜΦ *ac* cr. *Tit.* liber exodus hebraice ueelle semoth c || 1,1 sunt[2] + in GOTMΦ cr | 2 iudas CΛ cr | 5 egressi] ingressi GC | 8 interea] in terra CΛ | 9 nobis + est ΑΣΛΤΜΦ c | 10 inruerit GO r; increberit Λ. | egrediantur O | de terra Λ c |

operibus duris luti et lateris
omnique famulatu quo in terrae operibus premebantur
15 dixit autem rex Aegypti obsetricibus Hebraeorum
quarum una vocabatur Sephra altera Phua 16 praecipiens eis
quando obsetricabitis Hebraeas et partus tempus advenerit
22: Gn 34,25 si masculus fuerit interficite illum si femina reservate
17 timuerunt autem obsetrices Deum
et non fecerunt iuxta praeceptum regis Aegypti sed conservabant mares
18 quibus ad se accersitis rex ait
quidnam est hoc quod facere voluistis ut pueros servaretis
19 quae responderunt
non sunt hebraeae sicut aegyptiae mulieres
ipsae enim obsetricandi habent scientiam
et priusquam veniamus ad eas pariunt
20 bene ergo fecit Deus obsetricibus
Gn 47,27! et crevit populus confortatusque est nimis
21 et quia timuerant obsetrices Deum aedificavit illis domos
22 praecepit autem Pharao omni populo suo dicens
16! quicquid masculini sexus natum fuerit in flumen proicite
quicquid feminei reservate
6,20; Nm 26,59 **2** egressus est post haec vir de domo Levi accepta uxore stirpis suae
Hbr 11,23 2 quae concepit et peperit filium
et videns eum elegantem abscondit tribus mensibus
3 cumque iam celare non posset
sumpsit fiscellam scirpeam et linivit eam bitumine ac pice
posuitque intus infantulum et exposuit eum in carecto ripae fluminis
4 stante procul sorore eius et considerante eventum rei
5 ecce autem descendebat filia Pharaonis ut lavaretur in flumine
et puellae eius gradiebantur per crepidinem alvei
quae cum vidisset fiscellam in papyrione
misit unam e famulis suis
et adlatam 6 aperiens cernensque in ea parvulum vagientem
miserta eius ait
de infantibus Hebraeorum est
7 cui soror pueri vis inquit ut vadam et vocem tibi hebraeam mulierem quae nutrire possit infantulum
8 respondit vade
perrexit puella et vocavit matrem eius
9 ad quam locuta filia Pharaonis
accipe ait puerum istum et nutri mihi
ego tibi dabo mercedem tuam Gn 30,28
suscepit mulier et nutrivit puerum
adultumque tradidit filiae Pharaonis
10 quem illa adoptavit in locum filii Act 7,21
vocavitque nomen eius Mosi dicens quia de aqua tuli eum
11 in diebus illis postquam creverat Moses
egressus ad fratres suos vidit adflictionem eorum Act 7,23.24
et virum aegyptium percutientem quendam de Hebraeis fratribus suis
12 cumque circumspexisset huc atque illuc
et nullum adesse vidisset
percussum Aegyptium abscondit sabulo

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

14 quod G | in terra C | 15 hebraeorum] eorum C | sephra + et OT | 16 illum] eum c | 18 reseruaretis O | 19 quae] qui CΛ. | ~ habent obsetricandi O | 21 timuerunt CΣΛTc; timebant O. | illis] eis c. | 22 autem] ergo Φc | in flumine CΣT | feminini Tc || 2,1 accepta uxore] et accepit uxorem Cc | 3 celare + eum C | leniuit T; linuit Λ; leuit AOr. | 5 autem *om.* O | famulabus c | 6 in eam CM | miserata A | est + hic ΣTMΦc | 7 ut *om.* CΛ | ~ mulierem hebraeam c. | 8 eius] suam c | 9 locuta + est A | ait] inquid Σ; *om.* O | ~ dabo tibi c | 10 mosi ACΣr] moysi OΛTΦ; moyses GMc | 11 moyses c, *et sic semper* | egressus + est Gc | uiditque c. |

13—15: Act 7,26–29 [13]et egressus die altero conspexit duos
Hebraeos rixantes
dixitque ei qui faciebat iniuriam
quare percutis proximum tuum
Lc 12,14: Act 7,27.35 [14]qui respondit quis constituit te principem et iudicem super nos
num occidere me tu dicis sicut occidisti Aegyptium
timuit Moses et ait quomodo palam
factum est verbum istud
[15]audivitque Pharao sermonem hunc
Gn 37,18! et quaerebat occidere Mosen
qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra Madian et sedit iuxta
Io 4,6 puteum
[16]erant sacerdoti Madian septem filiae
Gn 24,11! quae venerunt ad hauriendas aquas
et impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui
[17]supervenere pastores et eiecerunt eas
surrexitque Moses et defensis puellis
adaquavit oves earum
[18]quae cum revertissent ad Raguhel
patrem suum dixit ad eas
cur velocius venistis solito
[19]responderunt vir aegyptius liberavit
nos de manu pastorum
insuper et hausit aquam nobiscum
potumque dedit ovibus
[20]at ille ubi est inquit quare dimisistis
hominem
vocate eum ut comedat panem
[21]iuravit ergo Moses quod habitaret
cum eo
accepitque Sefforam filiam eius
18,3; Gn 23,4! [22]quae peperit filium quem vocavit
Gersam
dicens advena fui in terra aliena
[23]post multum temporis mortuus est
rex Aegypti
et ingemescentes filii Israhel propter
opera vociferati sunt
asceenditque clamor eorum ad Deum 3,9; I Sm 9,16; 12,8; II Sm 22,7; Ps 17,7; Iac 5,4; Dt 26,7
ab operibus
[24]et audivit gemitum eorum
ac recordatus foederis quod pepigerat cum Abraham et Isaac et Iacob Gn 9,15! 15,18 32,13! Lv 26,42! IV Rg 13,23
[25]respexit filios Israhel et cognovit eos
3 Moses autem pascebat oves Iethro
cognati sui sacerdotis Madian
cumque minasset gregem ad interiora deserti
venit ad montem Dei Horeb
[2]apparuitque ei Dominus in flamma Act 7,30; IV Esr 14,3
ignis de medio rubi
et videbat quod rubus arderet et non
conbureretur
[3]dixit ergo Moses vadam et videbo
visionem hanc magnam quare non
conburatur rubus
[4]cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum
vocavit eum de medio rubi et ait IV Esr 14,2
Moses Moses qui respondit adsum
[5]at ille ne adpropies inquit huc
solve calciamentum de pedibus tuis Ios 5,16
locus enim in quo stas terra sancta 5—8: Act 7,32–34
est
[6]et ait ego sum Deus patris tui 15! Gn 26,24! III Rg 18,36; Mt 22,32! Mc 12,26; Lc 20,37
Deus Abraham Deus Isaac Deus Iacob
abscondit Moses faciem suam non
enim audebat aspicere contra Deum
[7]cui ait Dominus vidi adflictionem Nm 20,15.16; II Esr 9,9
populi mei in Aegypto
et clamorem eius audivi
propter duritiam eorum qui praesunt operibus

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

14 ~ te constituit Ac | numquid GO (*et* r, *ubi erronee* num *legitur*) | dicis GOr, *cf.* 𝔐] uis *cet.* | occidisti] *praem.* heri c; + heri ΣΛΤΜΦ | 16 erant + autem CMc | ad hauriendam aquam Φc | 17 superuenerunt AC; superuenire TΦ | 21 eius + uxorem Cc | 22 peperit + ei ΛΜΦc | aliena OCr 𝔐𝔊] + alterum uero (alterumque T; alium uero G A; + peperit quem ΣΛΤΜΦc) uocauit (genuit A) eliezer dicens (*om.* G) deus enim patris mei (pater meus erit Σ) adiutor meus et (*om.* GAc) eripuit (eruit T) me de manu pharaonis GAΣΛΤΜΦc, *cf. infra* 18,4 | 23 multum + autem GΣ.; + uero Tc | ad dominum CΣ | 24 recordatus + est GCc | pepigit c. | et[2] *om.* ΑΣΤΜΦc | 25 respexitque C; et respexit MΦc; + dominus TMΦc | cognouit] liberauit TMΦ || 3,1 cognati] soceri TMΦc | 5 adpropinques GC | 6 isaac + et CΣΛΜΦc | absconditque C | respicere CTMΦ |

8 et sciens dolorem eius descendi ut
14,30! liberarem eum de manibus Aegyp-
tiorum
Dt 8,7; Jos 5,6! Dt 26,9.15! Nm 13,28 et educerem de terra illa in terram
bonam et spatiosam
in terram quae fluit lacte et melle
17; 13,5! 33,2.3 23,23! Gn 15,20.21! ad loca Chananei et Hetthei et Amor-
rei
Ferezei et Evei et Iebusei
2,23! 9 clamor ergo filiorum Israhel venit
ad me
vidique adflictionem eorum qua ab
Aegyptiis opprimuntur
Act 7,34 17! 6,13! 26! 12,17! 14,11! 32,1! Lv 11,45! Dt 29,25! Ier 16,14 10 sed veni mittam te ad Pharaonem
ut educas populum meum filios Isra-
hel de Aegypto
11 dixit Moses ad Deum
quis ego sum ut vadam ad Phara-
onem et educam filios Israhel de
Aegypto
Idc 6,16.17! Dt 18,22; I Sm 2,34; III Rg 13,3! 12 qui dixit ei ero tecum et hoc habebis
signum quod miserim te
cum eduxeris populum de Aegypto
Gn 22,2 immolabis Deo super montem istum
13 ait Moses ad Deum
ecce ego vadam ad filios Israhel et
dicam eis
Deus patrum vestrorum misit me ad
vos
si dixerint mihi quod est nomen eius
quid dicam eis
14 dixit Deus ad Mosen ego sum qui
sum
ait sic dices filiis Israhel qui est misit
me ad vos
15 dixitque iterum Deus ad Mosen
haec dices filiis Israhel
6! Or Man 1 Dominus Deus patrum vestrorum
Deus Abraham Deus Isaac et Deus
Iacob misit me ad vos
Ps 101,13; 134,13; Os 12,5 hoc nomen mihi est in aeternum
et hoc memoriale meum in genera-
tionem et generatione
16 vade congrega seniores Israhel et 4,29; 12,21; 17,5; 19,7!
dices ad eos
Dominus Deus patrum vestrorum 4,5; 6,2.3
apparuit mihi
Deus Abraham et Deus Isaac et
Deus Iacob dicens
visitans visitavi vos et omnia quae 4,31
acciderunt vobis in Aegypto
17 et dixi ut educam vos de adflictione 10! 6,6! 7! 20,2; Dt 4,20! 5,6! Dt 13,10; Ios 24,17; Idc 6,8.9! 8!
Aegypti
in terram Chananei et Hetthei et
Amorrei
Ferezei et Evei et Iebusei
ad terram fluentem lacte et melle
18 et audient vocem tuam
ingredierisque tu et seniores Israhel
ad regem Aegypti et dices ad eum
Dominus Deus Hebraeorum vocavit 5,3
nos
ibimus viam trium dierum per soli- 8,27
tudinem
ut immolemus Domino Deo nostro 5,8.17
19 sed ego scio quod non dimittet vos 6,1!
rex Aegypti ut eatis
nisi per manum validam
20 extendam enim manum meam et 7,4; 9,15; 10,12.13
percutiam Aegyptum
in cunctis mirabilibus meis quae fac- 9,3.4; Ios 24,5
turus sum in medio eorum
post haec dimittet vos 11,1
21 daboque gratiam populo huic coram Gn 39,21! 11,3; 12,36; III Rg 8,50!
Aegyptiis
et cum egrediemini non exibitis va-
cui
22 sed postulabit mulier a vicina sua et 11,2; 12,35
ab hospita vasa argentea et aurea
ac vestes
ponetisque eas super filios et filias
vestras et spoliabitis Aegyptum

(G)AOC ΣΛTMΦ cr

8 ut liberem ΣΛc | educam Λc | amorrei + et OCΣMc | 10 ueni + et c. | 11 dixitque CMc | ad dominum GΣTM; ad eum O. | ~ sum ego c. | 12 ei + ego ΛTMΦc | populum + meum ΣΛTMΦc | deo] domino C | 14 dices] dicis AT | 15 dices] dicis A T. | abraham + et AΣMΦ | et¹ *om.* OCΛT | in generatione ΛCΣΛM | et generationem ΑΛTMΦc | 16 uade + et Oc | et² *om.* CTc | uisitauit GOΣ | et⁴ + uidi TMΦc | acciderint O | aegypto + uidi ΑCΣΛ | 17 in terra GΛ | amorrei + et OCc | et euei *om.* ΑΛ. | 18 per] in c | 20 [*deest* G *usque ad* 5,10] | 21 egredimini ΑΛΦ | 22 hospita + sua ΣΛMΦc ||

4 respondens Moses ait
non credent mihi neque audient vocem meam
sed dicent non apparuit tibi Dominus
2 dixit ergo ad eum
20; 17,9 quid est hoc quod tenes in manu tua
respondit virga
7,9.10.12 3 ait proice eam in terram
proiecit et versa est in colubrum ita ut fugeret Moses
4 dixitque Dominus extende manum tuam et adprehende caudam eius
extendit et tenuit versaque est in virgam
3,16; 6,2.3 5 ut credant inquit quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum tuorum
Deus Abraham Deus Isaac Deus Iacob
6 dixitque Dominus rursum mitte manum in sinum tuum
Nm 12,10; IV Rg 5,27 quam cum misisset in sinum protulit leprosam instar nivis
7 retrahe ait manum in sinum tuum
retraxit et protulit iterum et erat similis carni reliquae
8 si non crediderint inquit tibi neque audierint sermonem signi prioris
credent verbo signi sequentis
9 quod si nec duobus quidem his signis crediderint neque audierint vocem tuam
7,17! 19! sume aquam fluminis et effunde eam super aridam
et quicquid hauseris de fluvio vertetur in sanguinem
Ier 1,6 10 ait Moses obsecro Domine non sum eloquens
ab heri et nudius tertius et ex quo locutus es ad servum tuum
inpeditioris et tardioris linguae sum
11 dixit Dominus ad eum
quis fecit os hominis aut quis fabricatus est mutum et surdum videntem et caecum nonne ego
12 perge igitur et ego ero in ore tuo doceboque te quid loquaris Dt 18,18; Ier 1,7 Ier 1,9! 5,14; Mt 10,19!
13 at ille obsecro inquit Domine mitte quem missurus es
14 iratus Dominus in Mosen ait
Aaron frater tuus Levites scio quod eloquens sit
ecce ipse egreditur in occursum tuum
vidensque te laetabitur corde
15 loquere ad eum et pone verba mea in ore eius
ego ero in ore tuo et in ore illius
et ostendam vobis quid agere debeatis
16 ipse loquetur pro te ad populum et erit os tuum
tu autem eris ei in his quae ad Deum pertinent 18,19
17 virgam quoque hanc sume in manu tua in qua facturus es signa 7,15
18 abiit Moses et reversus est ad Iethro cognatum suum
dixitque ei vadam et revertar ad fratres meos in Aegyptum
ut videam si adhuc vivunt
cui ait Iethro vade in pace
19 dixit ergo Dominus ad Mosen in Madian
vade revertere in Aegyptum Mt 2,20
mortui sunt omnes qui quaerebant animam tuam
20 tulit Moses uxorem et filios suos
et inposuit eos super asinum
reversusque est in Aegyptum
portans virgam Dei in manu sua 2; 17,9
21 dixitque ei Dominus revertenti in

AOC ΣΛΤΜΦ cr

4,2 hoc *om.* ΛΤΜΦc | 3 ait] dixit dominus T.; dixitque dominus Φc | proiecit + eam C | 5 patrum suorum c. | abraham – et ΛΣΜΦ | isaac – et ΛΣΜΦc | 6 manum + tuam CΣΛΜc | 7 manum + tuam Cc | carnis C | 9 et funde ΟΛΦ | 10 et[2] *om.* CΣ | 11 dixitque CM | quis[1]] qui O | 14 egreditur ΑΛcr] egredietur *cet.* | 15 eius – et ΛΤΜΦc | 17 in manum tuam OCΛ | 18 cognatum] socerum c | uiuant Φc | 19 uade + et ΤΜΦc | mortui enim sunt ΑΦ; mortui sunt enim CΣΛΤc | 20 tulit + ergo c | uxorem + suam ΜΦc |

Aegyptum
30! vide ut omnia ostenta quae posui in
7,3! 10,1! 11,10; 7,14; 8,32! 9,35; 10,20.27; 13,15; 14,4! manu tua facias coram Pharaone
ego indurabo cor eius et non dimittet
populum
22 dicesque ad eum haec dicit Dominus
Sir 36,14; Ier 2,3 filius meus primogenitus meus Israhel
23 dixi tibi dimitte filium meum ut serviat mihi
et noluisti dimittere eum
11,5! ecce ego interficiam filium tuum primogenitum
24 cumque esset in itinere in diversorio
occurrit ei Dominus et volebat occidere eum
25 tulit ilico Seffora acutissimam petram
et circumcidit praeputium filii sui
tetigitque pedes eius et ait
sponsus sanguinum tu mihi es
26 et dimisit eum postquam dixerat
sponsus sanguinum ob circumcisionem
27 dixit autem Dominus ad Aaron
vade in occursum Mosi in deserto
Gn 27,27! qui perrexit ei obviam in montem Dei et osculatus est eum
28 narravitque Moses Aaron omnia
verba Domini quibus miserat eum
et signa quae mandaverat
3,16! 29 veneruntque simul et congregaverunt cunctos seniores filiorum Israhel
II Sm 7,21; IV Rg 20,9; 30 locutusque est Aaron omnia verba
quae dixerat Dominus ad Mosen
21! Ios 3,5 et fecit signa coram populo
31 et credidit populus
3,16 audieruntque quod visitasset Dominus filios Israhel
Gn 29,32! II Sm 16,12; IV Rg 13,4! II Esr 9,32; Lam 1,9.11; 5,1 et quod respexisset adflictionem eorum
et proni adoraverunt

5 post haec ingressi sunt Moses et Aaron et dixerunt Pharaoni 10,3
haec dicit Dominus Deus Israhel 8,1.8! 20; 7,16; 9,1.13; 10,7
dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto
2 at ille respondit
quis est Dominus ut audiam vocem eius et dimittam Israhel
nescio Dominum et Israhel non dimittam
3 dixerunt Deus Hebraeorum vocavit nos 3,18!
ut eamus viam trium dierum in solitudinem
et sacrificemus Domino Deo nostro
ne forte accidat nobis pestis aut gladius
4 ait ad eos rex Aegypti
quare Moses et Aaron sollicitatis populum ab operibus suis
ite ad onera vestra
5 dixitque Pharao multus est populus 1,9
terrae videtis quod turba succreverit
quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus
6 praecepit ergo in die illo praefectis operum et exactoribus populi dicens
7 nequaquam ultra dabitis paleas populo 10.11.16.18
ad conficiendos lateres sicut prius
sed ipsi vadant et colligant stipulam
8 et mensuram laterum quos prius faciebant inponetis super eos nec minuetis quicquam
vacant enim et idcirco vociferantur dicentes
eamus et sacrificemus Deo nostro 3,18!
9 opprimantur operibus et expleant ea
ut non adquiescant verbis mendacibus
10 igitur egressi praefecti operum et ex-

AOC ΣΛΤΜΦ cr

22 filius meus primogenitus meus Or.𝔐] fil. meus prim. AΣc; fil. prim. meus CΛΤΜΦ | 23 dixit AT | 27 in desertum Λc | ei *om.* Or.: ~ obuiam ei Ac | in monte OC | 28 ad aaron C | domini + de C.; + pro Φ | 29 seniores filiorum] filios Λ.; seniores CΣ | 31 adflictiones A | eorum] illorum Σc. ‖ 5,3 dixeruntque ACc | 5 ei O | 7 stipulas c | 8 mensuras TMΦ | quas TΦ; quam c | enim + otio C

actores ad populum dixerunt
7.8! sic dicit Pharao non do vobis paleas
11 ite et colligite sicubi invenire potu-
eritis
nec minuetur quicquam de opere
vestro
12 dispersusque est populus per omnem
terram Aegypti ad colligendas pa-
leas
13 praefecti quoque operum instabant
dicentes
conplete opus vestrum cotidie
ut prius facere solebatis quando da-
bantur vobis paleae
14 flagellatique sunt qui praeerant ope-
ribus filiorum Israhel
ab exactoribus Pharaonis dicentibus
quare non impletis mensuram late-
rum sicut prius nec heri nec hodie
15 veneruntque praepositi filiorum Is-
rahel
et vociferati sunt ad Pharaonem di-
centes
cur ita agis contra servos tuos
7! 16 paleae non dantur nobis et lateres
similiter imperantur
en famuli tui flagellis caedimur
et iniuste agitur contra populum
tuum
17 qui ait vacatis otio et idcirco dicitis
3.18! eamus et sacrificemus Domino
18 ite ergo et operamini
7! paleae non dabuntur vobis
et reddetis consuetum numerum la-
terum
19 videbantque se praepositi filiorum
Israhel in malo
eo quod diceretur eis non minuetur
quicquam de lateribus per singulos
dies
20 occurreruntque Mosi et Aaron qui
stabant ex adverso egredientes a
Pharaone
21 et dixerunt ad eos videat Dominus
et iudicet
quoniam fetere fecistis odorem nos-
trum coram Pharao et servis eius
et praebuistis ei gladium ut occideret
nos
22 reversusque Moses ad Dominum ait
Domine cur adflixisti populum istum
quare misisti me
23 ex eo enim quo ingressus sum ad
Pharaonem ut loquerer nomine tuo
adflixit populum tuum et non libe-
rasti eos
6 dixit Dominus ad Mosen
nunc videbis quae facturus sum Pha- 3.19
raoni
per manum enim fortem dimittet eos 11.1
et in manu robusta eiciet illos de
terra sua
2 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
ego Dominus 3 qui apparui Abraham 3.16; 4.5
Isaac et Iacob in Deo omnipotente
et nomen meum Adonai non indi-
cavi eis
4 pepigique cum eis foedus ut darem Gn 12,7! II Esr 9,8
illis terram Chanaan
terram peregrinationis eorum in qua Gn 23,4!
fuerunt advenae
5 ego audivi gemitum filiorum Israhel
quo Aegyptii oppresserunt eos
et recordatus sum pacti mei
6 ideo dic filiis Israhel ego Dominus 7,5;
qui educam vos de ergastulo Aegyp- 3,17! 13,3! 9.14. 16; 32,11;
tiorum
et eruam de servitute Dt 5,15; 7,8! Dt 9,26.29; IV Rg 17,36
ac redimam in brachio excelso
et iudiciis magnis 7,4
7 et adsumam vos mihi in populum 19,5! Lv 26,12. 13! II Sm 7,24
et ero vester Deus scietisque quod 7,5! 17! 8,10! 20.5.6; 29,46; Ez 20,42
ego sim Dominus Deus vester

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr 10 sic dixit A | [*iterum adest* G] | 11 poteritis G c | minuitur AC.; minuetis Σ | 14 dicentes O | implestis r | 18 paleae + autem OC. | 20 egredientibus A c. | 21 coram pharao GACΛTr.] coram pharaone *cet.* | 22 reuersusque + est G c | et ait M c | 23 nomine tuo GA r] in nom. tuo OΣΛ c; ex nom. tuo C; de nom. tuo TMΦ | non *om.* O ‖ 6,1 dixitque Λ c | sim AC c | illos] eos GATr | 3 abraham + et ACΛTMΦ | in deum omnipotentem O | 4 ~ foedus cum eis c | illis] eis Σ c | 7 et scietis TMΦ c | sum ΣTMΦ c |

3,17! qui eduxerim vos de ergastulo Ae-
gyptiorum
12,25! Gn 50,23! Nm 14,30! II Esr 9,15; Ez 47,14 8 et induxerim in terram super quam
levavi manum meam
ut darem eam Abraham Isaac et Ia-
cob
daboque illam vobis possidendam
ego Dominus
9 narravit ergo Moses omnia filiis
Israhel
qui non adquieverunt ei
propter angustiam spiritus et opus
durissimum
10—12: 28–30; 8,1; 10,1 10 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
7,2 11 ingredere et loquere ad Pharao re-
gem Aegypti
ut dimittat filios Israhel de terra sua
12 respondit Moses coram Domino
ecce filii Israhel non me audiunt
et quomodo audiet me Pharao
praesertim cum sim incircumcisus
labiis
13 locutus est Dominus ad Mosen et
Aaron
et dedit mandatum ad filios Israhel
et ad Pharao regem Aegypti
27; 3,10! 12,42; 16,6.32; 18,1! ut educerent filios Israhel de terra
Aegypti
14 isti sunt principes domorum per fa-
milias suas
Nm 26,5.6; I Par 5,3 filii Ruben primogeniti Israhelis
14—16: Gn 46,9–11 Enoch et Phallu Aesrom et Charmi
15 hae cognationes Ruben
Nm 26,12.13; I Par 4,24 filii Symeon Iamuhel et Iamin et Aod
Iachin et Soer et Saul filius Chana-
nitidis
hae progenies Symeon
16—19: Nm 3,17–20! I Par 6,16–19 16 et haec nomina filiorum Levi per
cognationes suas
I Par 6,1; 23,6 Gerson et Caath et Merari

anni autem vitae Levi fuerunt cen-
tum triginta septem
17 filii Gerson Lobeni et Semei per co- I Par 23,7
gnationes suas
18 filii Caath Amram et Isuar et Hebron I Par 6,2; 23,12!
et Ozihel
annique vitae Caath centum triginta
tres
19 filii Merari Mooli et Musi
hae cognationes Levi per familias
suas
20 accepit autem Amram uxorem Ioca- 2,1.2; Nm 26,59
bed patruelem suam
quae peperit ei Aaron et Mosen I Par 6,3
fueruntque anni vitae Amram cen-
tum triginta septem
21 filii quoque Isuar Core et Napheg et
Zechri
22 filii quoque Ozihel Misahel et Elsa-
phan et Sethri
23 accepit autem Aaron uxorem Elisabe
filiam Aminadab sororem Naasson
quae peperit ei Nadab et Abiu et 28,1; Nm 3,2; 26,60; I Par 6,3; 24,1
Eleazar et Ithamar
24 filii quoque Core Asir et Helcana et I Par 6,23
Abiasab
hae sunt cognationes Coritarum
25 at vero Eleazar filius Aaron accepit
uxorem de filiabus Phutihel
quae peperit ei Finees
hii sunt principes familiarum leviti-
carum per cognationes suas
26 iste est Aaron et Moses quibus prae-
cepit Dominus
ut educerent filios Israhel de terra 3,10! 12,51; Nm 33,1
Aegypti per turmas suas
27 hii sunt qui loquuntur ad Pharao re-
gem Aegypti
ut educant filios Israhel de Aegypto 13!
iste Moses et Aaron
28 in die qua locutus est Dominus ad 28—30: 10–12

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

8 in terra GO. | ~ uobis illam OΣ | 11 ad pharao GAMr.] ad pharaonem *cet.* | 12 audierunt O | ~ audiunt me c. | me^{2} *om.* CTMΦc | ~ incircumcisus sim c. | 13 locutusque OCTc | ad pharao GAr.] ad pharaonem *cet.* | 14 aesrom *scripsimus cum paucis codd.*] esrom GΣΛΦr; asrom AOCTM; hesron c. | 15 haec$^{1.2}$ GCΛ | aod + et ΣTc | 16 uitae *om.* C; ~ leui uitae O | 18 anni quoque c | 19 haec GCΛ | 20 mosen + et mariam GΣΛ | 21 filiique O | isuar AM] isoar G.; isaar Σcr; isacar Λ.; isachar OTΦ; ysahar C. | 22 filiique OΛ | sechri GOC | 23 elisabeth Oc | 24 abiasaph Σcr; habiasaph C. | haec GC | 27 ad pharao GACr] ad pharaonem *cet.*, *item v.* 29 | iste + est c |

Mosen in terra Aegypti
29 et locutus est Dominus ad Mosen dicens
7,2 ego Dominus loquere ad Pharao regem Aegypti omnia quae ego loquor tibi
30 et ait Moses coram Domino
en incircumcisus labiis sum
quomodo audiet me Pharao
7 dixitque Dominus ad Mosen
Gn 23,6 ecce constitui te Deum Pharaonis
Aaron frater tuus erit propheta tuus
6,29 2 tu loqueris omnia quae mando tibi
6,11 ille loquetur ad Pharaonem
ut dimittat filios Israhel de terra sua
4,21! Ios 11,20 3 sed ego indurabo cor eius
8,22! 9,4! 11,9! Ps 77,43! et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Aegypti
13,22; 8,15.19; 9,12 4 et non audiet vos
3,20! inmittamque manum meam super Aegyptum
6,6! et educam exercitum et populum meum filios Israhel de terra Aegypti
per iudicia maxima
6,7! 14,4! 1 Sm 17,46! Ps 82,19! Bar 2,31! 5 et scient Aegyptii quod ego sim Dominus
6,6! qui extenderim manum meam super Aegyptum
et eduxerim filios Israhel de medio eorum
10,20; Nm 8,20; 31,31 6 fecit itaque Moses et Aaron
sicut praeceperat Dominus ita egerunt
7 erat autem Moses octoginta annorum
et Aaron octoginta trium
quando locuti sunt ad Pharaonem
8 dixitque Dominus ad Mosen et Aaron
9 cum dixerit vobis Pharao ostendite signa
19! 8,16 4,3! dices ad Aaron tolle virgam tuam et
proice eam coram Pharao ac vertatur in colubrum
10 ingressi itaque Moses et Aaron ad Pharaonem
fecerunt sicut praeceperat Dominus 6!
tulitque Aaron virgam coram Pharao et servis eius
quae versa est in colubrum
11 vocavit autem Pharao sapientes et maleficos Gn 41,8!
et fecerunt etiam ipsi per incantationes aegyptias et arcana quaedam similiter 22; 8,7.18
12 proieceruntque singuli virgas suas 4,3!
quae versae sunt in dracones
sed devoravit virga Aaron virgas eorum
13 induratumque est cor Pharaonis 3,4!
et non audivit eos sicut praeceperat Dominus
14 dixit autem Dominus ad Mosen
ingravatum est cor Pharaonis non vult dimittere populum 4,21!
15 vade ad eum mane 8,20; 9,13
ecce egredietur ad aquas Gn 41,1
et stabis in occursum eius super ripam fluminis
et virgam quae conversa est in draconem
tolles in manu tua 16 dicesque ad eum 4,17
Dominus Deus Hebraeorum misit me ad te dicens
dimitte populum meum ut mihi sacrificet in deserto 5,1!
et usque ad praesens audire noluisti
17 haec igitur dicit Dominus 6,7! 8,22! Is 45,3! Ez 6,7! 13,14! Ez 22,16! 29,9!
in hoc scies quod Dominus sim
ecce percutiam virga quae in manu mea est aquam fluminis 20! 17,5
et vertetur in sanguinem 4,9!
18 pisces quoque qui sunt in fluvio morientur 21; Ps 104,29

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 29 ego² *om.* G ‖ 7,1 dominum pharaoni C: + et ΤΜΦ c | 2 loqueris + ei c | mandabo C | tibi + et Λ c | 3 ostenta mea] ostendam ea GOTM | 5 quod] quia C c | sum CΣ ΛΤΦ c | 7 octoginta² + et GC | 9 coram pharao GATr] coram pharaone *cet.* | conuertatur O.; reuertatur Λ: uertetur A c | 10 tulit itaque Λ | coram pharao GAΣTr,] coram pharaone *cet.* | 11 aegyptiaeas G c | 15 egreditur AOTr | uirga GC | 16 ~ sacrificet mihi ACΣ c | 17 ~ sim dominus c. | uirgam O | 18 fluuio] flumine O |

et conputrescent aquae
24 et adfligentur Aegyptii bibentes
aquam fluminis
9! 8,5 19 dixit quoque Dominus ad Mosen
8,6.16; 14,16.21.26.27 dic ad Aaron
Apc 16,4 tolle virgam tuam et extende manum
tuam super aquas Aegypti
et super fluvios eorum et rivos ac paludes et omnes lacus aquarum
4,9! ut vertantur in sanguinem
et sit cruor in omni terra Aegypti
tam in ligneis vasis quam in saxeis
6! 20 feceruntque ita Moses et Aaron sicut
praeceperat Dominus
17! 17,5 et elevans virgam percussit aquam
fluminis coram Pharao et servis eius
Ps 77,44; 104,29; Apc 11,6 quae versa est in sanguinem
18! 21 et pisces qui erant in flumine mortui
sunt
conputruitque fluvius
et non poterant Aegyptii bibere
aquam fluminis
et fuit sanguis in tota terra Aegypti
11; 8,7.18 22 feceruntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis
3.4! et induratum est cor Pharaonis
nec audivit eos sicut praeceperat Dominus
23 avertitque se et ingressus est domum suam
nec adposuit cor etiam hac vice
24 foderunt autem omnes Aegyptii per
circuitum fluminis aquam ut biberent
18 non enim poterant bibere de aqua
fluminis
25 impletique sunt septem dies postquam percussit Dominus fluvium
6.10.11; 10,1 **8** dixitque Dominus ad Mosen
ingredere ad Pharao et dices ad eum
5,1! haec dicit Dominus
dimitte populum meum ut sacrificet
mihi
2 sin autem nolueris dimittere
ecce ego percutiam omnes terminos 5.7; Ps 77,45; 104,30
tuos ranis
3 et ebulliet fluvius ranas 6; Sap 19,10
quae ascendent et ingredientur domum tuam
et cubiculum lectuli tui
et super stratum tuum
et in domos servorum tuorum
et in populum tuum et in furnos tuos
et in reliquias ciborum tuorum
4 et ad te et ad populum tuum 10,6
et ad omnes servos tuos intrabunt
ranae
5 dixitque Dominus ad Mosen dic 7,19!
Aaron
extende manum tuam super fluvios
et super rivos ac paludes
et educ ranas super terram Aegypti 2!
6 extendit Aaron manum super aquas 7,19!
Aegypti
et ascenderunt ranae operueruntque 3; 10,14.15; Sap 19,10
terram Aegypti
7 fecerunt autem et malefici per incantationes suas similiter 18; 7,11.22
eduxeruntque ranas super terram Aegypti 2!
8 vocavit autem Pharao Mosen et Aaron et dixit 25; 10,8! 16,24
orate Dominum ut auferat ranas a
me et a populo meo
et dimittam populum ut sacrificet 28; 5,1! 10,11
Domino
9 dixitque Moses Pharaoni
constitue mihi quando deprecer pro
te et pro servis tuis et pro populo
tuo
ut abigantur ranae a te et a domo tua
et tantum in flumine remaneant

(G)AOC ΣΛTMΦ cr

19 tuam[1] *om.* AΛ | tuam[2] *om.* OΣ | ac] et G | ut] et GOr. | reuertantur O | 20 ita *om.* Σc | aquas A. | coram pharao GAOTr] coram pharaone *cet.* | uersae sunt GAO. | 21 in totam terram O; in omni terra A. | 24 de aqua] aquam O || 8,1 dixit quoque A CΣΛc | ad pharao GAOr] ad pharaonem *cet.* | 3 domos] domo OT | 5 [*huc refert* 𝔐 *initium cap.* 8] | dixit quoque A | aaron AOTr] ad aaron *cet.* | [*deest* G *usque ad* 12,29] | et[1]] ac c. | ac] et c. | 6 et extendit CΛc | 7 fecerunt autem] feceruntque ΛT.: fecerunt quoque Σ | et *om.* A | 8 dixit — eis TMΦc | 9 ad pharaonem c. | tua — et a seruis tuis et a populo tuo c

[10] qui respondit cras
at ille iuxta verbum inquit tuum
6,7! 9,14! 16,12! 31,13! Dt 4,35! Is 45,3! ut scias quoniam non est sicut Dominus Deus noster
[11] et recedent ranae a te et a domo tua et a servis tuis et a populo tuo
tantum in flumine remanebunt
30; 10,18 [12] egressique sunt Moses et Aaron a Pharaone
et clamavit Moses ad Dominum pro sponsione ranarum quam condixerat Pharaoni
31 [13] fecitque Dominus iuxta verbum Mosi
et mortuae sunt ranae de domibus et de villis et de agris
[14] congregaveruntque eas in inmensos aggeres et conputruit terra
[15] videns autem Pharao quod data esset requies
7,3.4! ingravavit cor suum et non audivit eos sicut praeceperat Dominus
[16] dixitque Dominus ad Mosen loquere ad Aaron
7,9.19 extende virgam tuam et percute pulverem terrae
Ps 104,31 et sint scinifes in universa terra Aegypti
[17] feceruntque ita
et extendit Aaron manu virgam tenens
percussitque pulverem terrae
et facti sunt scinifes in hominibus et in iumentis
Sap 19,10 omnis pulvis terrae versus est in scinifes per totam terram Aegypti
7; 7,11.22 [18] feceruntque similiter malefici incantationibus suis
ut educerent scinifes et non potuerunt
erantque scinifes tam in hominibus
quam in iumentis
[19] et dixerunt malefici ad Pharao digitus Dei est
induratumque est cor Pharaonis et non audivit eos sicut praeceperat Dominus 7,3.4!
[20] dixit quoque Dominus ad Mosen
consurge diluculo et sta coram Pharaone 7,15; 9,13
egreditur enim ad aquas
et dices ad eum haec dicit Dominus 5,1!
dimitte populum meum ut sacrificet mihi
[21] quod si non dimiseris eum
ecce ego inmittam in te et in servos tuos
et in populum tuum et in domos tuas 24!
omne genus muscarum
et implebuntur domus Aegyptiorum Ps 77,45
muscis diversi generis
et in universa terra in qua fuerint
[22] faciamque mirabilem in die illa terram Gessen in qua populus meus est 7,3! 10,2 9,26
ut non sint ibi muscae
et scias quoniam ego Dominus in medio terrae 7,17! Ios 3,10; III Rg 20,13.28; Ps 45,11; 55,10; 58,14; 99,3
[23] ponamque divisionem inter populum meum et populum tuum
cras erit signum istud 9,5
[24] fecitque Dominus ita
et venit musca gravissima in domos Pharaonis et servorum eius 21! Ps 104,31; Sap 16,9
et in omnem terram Aegypti
corruptaque est terra ab huiuscemodi muscis
[25] vocavit Pharao Mosen et Aaron et ait eis 8!
ite sacrificate Deo vestro in terra
[26] et ait Moses non potest ita fieri
abominationes enim Aegyptiorum

AOC ΣΛΤΜΦ cr
10 ~ inquit uerbum c. | tuum Or𝔐𝔊] + faciam *cet.* | 11 tuo + et Cc | 12 condixerat] dixerat C | 17 manum OMΦc | scinifes²] scinifas OC | 18 fecerunt similiter OΣΛ. | scinifas¹ OC | 19 ad pharao AOr] ad pharaonem CTMΦc; pharaoni ΣΛ | est¹ + hic c; + hoc ΛΤΜΦ | induratum est ΣΛΜ | 20 egreditur AOΛTr.] egredietur *cet.* | 21 et² *om.* OCΛ | in⁵ *om.* ΣΤΦc | 22 mirabilem CΣΛcr] mirabile *cet.* | terram] terra OΣ | quoniam] quia ΑΣΤΜΦ | 24 in domo ACTΦ | 25 uocauitque Cc | ite + et c | terra + hac Φc |

immolabimus Domino Deo nostro
quod si mactaverimus ea quae colunt Aegyptii coram eis
lapidibus nos obruent
3,18! 27 via trium dierum pergemus in solitudine
et sacrificabimus Domino Deo nostro sicut praeceperit nobis
8! 28 dixitque Pharao
ego dimittam vos ut sacrificetis Domino Deo vestro in deserto
verumtamen longius ne abeatis rogate pro me
29 et ait Moses egressus a te orabo Dominum
et recedet musca a Pharaone et a servis et a populo eius cras
verumtamen noli ultra fallere
ut non dimittas populum sacrificare Domino
12 30 egressusque Moses a Pharao oravit Dominum
13 31 qui fecit iuxta verbum illius
et abstulit muscas a Pharao et a servis et a populo eius
non superfuit ne una quidem
4,21! 9,7; I Sm 6,6 32 et ingravatum est cor Pharaonis
ita ut ne hac quidem vice dimitteret populum
9 dixit autem Dominus ad Mosen
ingredere ad Pharaonem et loquere ad eum
haec dicit Dominus Deus Hebraeorum
5,1! dimitte populum meum ut sacrificet mihi
17; 10,4 2 quod si adhuc rennuis et retines eos
3,20 3 ecce manus mea erit super agros tuos
et super equos et asinos et camelos et boves et oves pestis valde gravis
4 et faciet Dominus mirabile inter possessiones Israhel et possessiones Aegyptiorum 7,3! 11,7; Nm 26,10.11
ut nihil omnino intereat ex his quae pertinent ad filios Israhel 7
5 constituitque Dominus tempus dicens
cras faciet Dominus verbum istud in terra 8,23
6 fecit ergo Dominus verbum hoc altero die
mortuaque sunt omnia animantia Aegyptiorum Ps 77,50
de animalibus vero filiorum Israhel nihil omnino periit
7 et misit Pharao ad videndum
nec erat quicquam mortuum de his quae possidebat Israhel 4!
ingravatumque est cor Pharaonis et non dimisit populum 8,32!
8 et dixit Dominus ad Mosen et Aaron
tollite plenas manus cineris de camino
et spargat illud Moses in caelum coram Pharao
9 sitque pulvis super omnem terram Aegypti
erunt enim in hominibus et in iumentis vulnera et vesicae turgentes
in universa terra Aegypti
10 tuleruntque cinerem de camino et steterunt contra Pharao
et sparsit illud Moses in caelum
factaque sunt vulnera vesicarum turgentium in hominibus et in iumentis Apc 16,2
11 nec poterant malefici stare coram Mosen
propter vulnera quae in illis erant et in omni terra Aegypti

26 immolauimus OC | 27 uia AOΣr] uiam *cet.* | pergimus O | in solitudine AΣr] in solitudinem *cet.* | sacrificauimus AOCΣ | praeceperit ACΣΛr] praecepit *cet.* | 29 seruis + eius ATM; + suis c | ~ ultra noli A | dominum² OΣM | 30 a pharao AOr] a pharaone *cet.* | 31 a pharao AOTr] a pharaone *cet.* | seruis – suis c. | 32 ne] nec c | 9,1 sacrificent O | 2 rennues OΣ | 3 et¹ *om.* CΣΛTMΦ | 4 intereat AOCΣr] pereat *cet.* | 5 in terram A | 6 altera CMΦc | 8 illum OΛΦc | coram pharao AOΛr] coram pharaone *cet.* | 9 in² *om.* Φc | uulnera] ulcera c | 10 contra] coram AΦc | pharao AOΣr] pharaonem ΛTM; pharaone CΦc | illum OΛMΦc | uulnera] ulcera c, *item v.* 11 | in³ *om.* ΣTc | 11 coram] contra ΣT | mosen AC.] moysen ΣT; moysi O.; mosi r.; moyse ΛMΦc | AOC ΣΛTMΦ cr

7,3.4! [12]induravitque Dominus cor Pharaonis
et non audivit eos sicut locutus est Dominus ad Mosen
[13]dixit quoque Dominus ad Mosen
7,15; 8,20 mane consurge et sta coram Pharao et dices ad eum
haec dicit Dominus Deus Hebraeo-
5,1! rum
dimitte populum meum ut sacrificet mihi
[14]quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum
super servos tuos et super populum tuum
8,10! Dt 4,39 ut scias quod non sit similis mei in omni terra
3,20! [15]nunc enim extendens manum percutiam te et populum tuum peste
peribisque de terra
Rm 9,17 [16]idcirco autem posui te ut ostendam in te fortitudinem meam
et narretur nomen meum in omni terra
2; 10,4 [17]adhuc retines populum meum et non vis eum dimittere
23! 24! [18]en pluam hac ipsa hora cras grandinem multam nimis
qualis non fuit in Aegypto
a die qua fundata est usque in praesens tempus
[19]mitte ergo iam nunc et congrega iumenta tua et omnia quae habes in agro
homines enim et iumenta et universa quae inventa fuerint foris
nec congregata de agris
cecideritque super ea grando morientur
[20]qui timuit verbum Domini de servis Pharao
fecit confugere servos suos et iumenta in domos
[21]qui autem neglexit sermonem Domini
dimisit servos suos et iumenta in agris
[22]et dixit Dominus ad Mosen 10,21.22; Gn 14,22!
extende manum tuam in caelum ut III Rg 8,22; Sir 51,26
fiat grando in universa terra Ae- 25!
gypti
super homines et super iumenta
et super omnem herbam agri in terra Aegypti
[23]extenditque Moses virgam in caelum
et Dominus dedit tonitrua et grandinem
ac discurrentia fulgura super terram
pluitque Dominus grandinem super 18; Ps 104,32; Sap 16,16
terram Aegypti
[24]et grando et ignis inmixta pariter fe- 18; Ps 17,14! Sap 16,22
rebantur
tantaeque fuit magnitudinis
quanta ante numquam apparuit in universa terra Aegypti
ex quo gens illa condita est
[25]et percussit grando in omni terra 22
Aegypti
cuncta quae fuerunt in agris
ab homine usque ad iumentum Ps 77,48
cunctam herbam agri percussit grando
et omne lignum regionis confregit Ps 104,33
[26]tantum in terra Gessen ubi erant filii 8,22
Israhel grando non cecidit
[27]misitque Pharao et vocavit Mosen et 10,16!
Aaron dicens ad eos
peccavi etiam nunc Gn 41,9! Is 42,24!
Dominus iustus ego et populus meus impii
[28]orate Dominum et desinant tonitrua Dei et grando
ut dimittam vos et nequaquam hic ultra maneatis
[29]ait Moses cum egressus fuero de ur- 33; Gn 14,22!
be extendam palmas meas ad Do-

AOC ΣΛΤΜΦ cr
13 dixitque dominus c | coram pharao AOr] coram pharaonem Λ.; coram pharaone *cet.* | 14 tuum[1] + et Cc | 15 manum + meam ΑΣ | 17 ~ dimittere eum c. | 18 ~ cras hac ipsa hora c | 19 grando + et A | 20 pharao AOΛTr] pharaonis *cet.* | 22 in caelo O | in terram CT | 23 in caelo O | 24 et[1] *om.* A | mixta ΑΛΜΦ; mista c | 25 cunctamque herbam ACc | 27 ego + autem ΑΣ. | 28 et[1]] ut CΣΛΦc |

minum
et cessabunt tonitrua et grando non erit
19,5! Dt 10,14! ut scias quia Domini est terra
30 novi autem quod et tu et servi tui necdum timeatis Dominum Deum
31 linum ergo et hordeum laesum est
eo quod hordeum esset virens
et linum iam folliculos germinaret
32 triticum autem et far non sunt laesa
quia serotina erant
29 33 egressusque Moses a Pharaone et ex urbe
tetendit manus ad Dominum
et cessaverunt tonitrua et grando
nec ultra stillavit pluvia super terram
34 videns autem Pharao quod cessasset
pluvia et grando et tonitrua
auxit peccatum 35 et ingravatum est
4,21! 10,1! cor eius et servorum illius et induratum nimis
nec dimisit filios Israhel sicut praeceperat Dominus per manum Mosi
6,10.11; 8,1 **10** et dixit Dominus ad Mosen ingredere ad Pharao
4,21! 9,35; Dt 2,30 ego enim induravi cor eius et servorum illius
ut faciam signa mea haec in eo
2 et narres in auribus filii tui et nepotum tuorum
quotiens contriverim Aegyptios
8,22! et signa mea fecerim in eis
et sciatis quia ego Dominus
5,1! 3 introierunt ergo Moses et Aaron ad Pharaonem et dixerunt ad eum
haec dicit Dominus Deus Hebraeorum
usquequo non vis subici mihi
dimitte populum meum ut sacrificet mihi
9,2.17 4 sin autem resistis et non vis dimittere eum
ecce ego inducam cras lucustam in fines tuos
5 quae operiat superficiem terrae
nec quicquam eius appareat
sed comedatur quod residuum fuit grandini 12,15
conrodet enim omnia ligna quae germinant in agris
6 et implebunt domos tuas et servorum tuorum et omnium Aegyptiorum 8,4
quantam non viderunt patres tui et avi
ex quo orti sunt super terram usque in praesentem diem
avertitque se et egressus est a Pharaone
7 dixerunt autem servi Pharaonis ad eum
usquequo patiemur hoc scandalum
dimitte homines ut sacrificent Domino Deo suo 5,1!
nonne vides quod perierit Aegyptus
8 revocaveruntque Mosen et Aaron ad Pharaonem 8,8! 12,31.32
qui dixit eis
ite sacrificate Domino Deo vestro
quinam sunt qui ituri sunt
9 ait Moses cum parvulis nostris et senibus pergemus cum filiis et filiabus 24
cum ovibus et armentis 26
est enim sollemnitas Domini nostri 12,14! 16! 13,6
10 et respondit
sic Dominus sit vobiscum quomodo ego dimittam vos et parvulos vestros
cui dubium est quod pessime cogitetis
11 non fiet ita
sed ite tantum viri et sacrificate Domino 8,8!
hoc enim et ipsi petistis
statimque eiecti sunt de conspectu

33 et[1] *om.* AΦc | 35 et[3] *om.* A | induratum + est A || **10,1** ad pharao AOr] ad pharaonem *cet.* | 2 in aures CΦ | 3 ad eum] ei Λc | 5 super faciem OΛ | nec] ne Oc | fuerit Tc | 7 dixerunt ergo O.; dixeruntque C. | patiamur O.; patimur C | 9 senioribus Φc | domini dei ΣΛc; dei OC. | 10 respondit + pharao CTMΦc | dubium + non CT | 11 fiat OCΛ |

AOC ΣΛΤΜΦ cr

Pharaonis
12 dixit autem Dominus ad Mosen
3,20! extende manum tuam super terram Aegypti ad lucustam ut ascendat super eam
5,15 et devoret omnem herbam quae residua fuit grandini
3,20! 13 extendit Moses virgam super terram Aegypti
et Dominus induxit ventum urentem tota illa die ac nocte
Ps 104,34 et mane facto ventus urens levavit lucustas
8,6 14 quae ascenderunt super universam terram Aegypti
et sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles
quales ante illud tempus non fuerant nec postea futurae sunt
15 operueruntque universam superficiem terrae vastantes omnia
5,12; Ps 104,35 devorata est igitur herba terrae
et quicquid pomorum in arboribus fuit quae grando dimiserat
nihilque omnino virens relictum est in lignis et in herbis terrae in cuncta Aegypto
8,8! 16 quam ob rem festinus Pharao vocavit Mosen et Aaron et dixit eis
9,27! Ios 7,20 peccavi in Dominum Deum vestrum et in vos
17 sed nunc dimittite peccatum mihi etiam hac vice
et rogate Dominum Deum vestrum ut auferat a me mortem istam
8,12! 18 egressusque est de conspectu Pharaonis et oravit Dominum
19 qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum
et arreptam lucustam proiecit in mare Rubrum
non remansit ne una quidem in cunctis finibus Aegypti
20 et induravit Dominus cor Pharaonis 4,21!
nec dimisit filios Israhel
21 dixit autem Dominus ad Mosen
extende manum tuam in caelum 9,22!
et sint tenebrae super terram Aegypti
tam densae ut palpari queant
22 extendit Moses manum in caelum 9,22!
et factae sunt tenebrae horribiles in universa terra Aegypti
tribus diebus 23 nemo vidit fratrem suum Ps 104,28
nec movit se de loco in quo erat
ubicumque autem habitabant filii Israhel lux erat Sap 18,1
24 vocavitque Pharao Mosen et Aaron et dixit eis 8,8!
ite sacrificate Domino
oves tantum vestrae et armenta remaneant
parvuli vestri eant vobiscum 9
25 ait Moses
hostias quoque et holocausta dabis nobis 18,12! 40,27! Gn 8,20! Lv 7,38! 10,19!
quae offeramus Domino Deo nostro
26 cuncti greges pergent nobiscum 9; 12,32
non remanebit ex eis ungula
quae necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri
praesertim cum ignoremus quid debeat immolari
donec ad ipsum locum perveniamus
27 induravit autem Dominus cor Pharaonis 4,21!
et noluit dimittere eos
28 dixitque Pharao ad eum
recede a me cave ne ultra videas faciem meam
quocumque die apparueris mihi morieris
29 respondit Moses ita fiat ut locutus es
non videbo ultra faciem tuam
11 et dixit Dominus ad Mosen
adhuc una plaga tangam Pharao-

ΛOC 12 et] ut A | fuerit c | 13 et extendit TΦc | tota die illa et Ac | 15 nihil quoque
ΣΛTMΦ TΦ; nihil A | 17 ~ mihi peccatum AΦ | 18 egressus est O | est *om.* Ac; + moses Cc |
cr et *om.* Ac. | 19 abreptam lucustam OC.; arrepta lucusta A | 21 et] ut O | 22 extenditque c | 23 de + eo CTΦ | 24 domino + deo uestro A | maneant A | 28 ad eum] ad moysen TMΦc | me + et TMΦc | 29 fiet Cc || **11,1** unam plagam OT |

nem et Aegyptum
3,20; 6,1! et post haec dimittet vos et exire conpellet
2 dices ergo omni plebi
3,22; 12,35 ut postulet vir ab amico suo et mulier a vicina sua vasa argentea et aurea
3,21! 3 dabit autem Dominus gratiam populo coram Aegyptiis
Gn 26,13! fuitque Moses vir magnus valde in terra Aegypti
coram servis Pharao et omni populo
4 et ait
haec dicit Dominus
12,12 media nocte egrediar in Aegyptum
4,23; Nm 3,13; 33,4; Ps 135,10 12,29; 13,15; Ps 77,50.51! Ps 134,8 5 et morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum
a primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius
usque ad primogenitum ancillae quae est ad molam
et omnia primogenita iumentorum
12,30! 6 eritque clamor magnus in universa terra Aegypti
qualis nec ante fuit nec postea futurus est
7 apud omnes autem filios Israhel non muttiet canis
ab homine usque ad pecus
9,4! ut sciatis quanto miraculo dividat Dominus Aegyptios et Israhel
8 descendentque omnes servi tui isti ad me
et adorabunt me dicentes
12,31 egredere tu et omnis populus qui subiectus est tibi
post haec egrediemur
9 et exivit a Pharaone iratus nimis
dixit autem Dominus ad Mosen
Nm 14,11.22! Io 12,37 non audiet vos Pharao
7,3! ut multa signa fiant in terra Aegypti
10 Moses autem et Aaron fecerunt omnia ostenta quae scripta sunt coram
4,21! Pharaone
et induravit Dominus cor Pharaonis
nec dimisit filios Israhel de terra sua

12 dixit quoque Dominus ad Mosen et Aaron in terra Aegypti
2 mensis iste vobis principium mensuum
primus erit in mensibus anni
3 loquimini ad universum coetum filiorum Israhel et dicite eis
decima die mensis huius
tollat unusquisque agnum per familias et domos suas 21
4 sin autem minor est numerus
ut sufficere possit ad vescendum agnum
adsumet vicinum suum qui iunctus est domui eius
iuxta numerum animarum quae sufficere possunt ad esum agni
5 erit autem agnus absque macula masculus anniculus Lv 22,19
iuxta quem ritum tolletis et hedum
6 et servabitis eum usque ad quartamdecimam diem mensis huius 18
immolabitque eum universa multitudo filiorum Israhel ad vesperam 47; Dt 16,6
7 et sument de sanguine ac ponent super utrumque postem 22
et in superliminaribus domorum in quibus comedent illum
8 et edent carnes nocte illa assas igni II Par 35,13
et azymos panes cum lactucis agrestibus Nm 9,11
9 non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua
sed assum tantum igni
caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis
10 nec remanebit ex eo quicquam usque mane 16,19; 23,18; 29,34! 34,25; Lv 7,15! Dt 16,4
si quid residui fuerit igne conburetis
11 sic autem comedetis illum
renes vestros accingetis IV Rg 4,29! Iob 38,3! Eph 6,14.15!
calciamenta habebitis in pedibus

3 populo[1] + suo OTMΦc | pharao AOΛTr] pharaonis *cet.* 4 ingrediar CΣΛM | in *om.* C | 5 in terram AC. || **12**,3 dicetis A.; dices O. | eis] ad eos AOr. | 4 eius] suae c. | 6 ad uesperum CTΦ | 7 sanguine + eius c | 9 ~ tantum assum Ac | 10 ~ quicquam ex eo c | residuum CTc | 11 accingetis + et Σc |

AOC ΣΛΤΜΦ cr

tenentes baculos in manibus
et comedetis festinantes
27 est enim phase id est transitus Domini
11,4.5! 12 et transibo per terram Aegypti nocte illa
percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti
ab homine usque ad pecus
et in cunctis diis Aegypti faciam iudicia ego Dominus
13 erit autem sanguis vobis in signum in aedibus in quibus eritis
23! et videbo sanguinem ac transibo vos
nec erit in vobis plaga disperdens
quando percussero terram Aegypti
42 14 habebitis autem hanc diem in monumentum
17; 10,9! 13,10 et celebrabitis eam sollemnem Domino
in generationibus vestris cultu sempiterno
13,6; 23,15; 34,18! 15 septem diebus azyma comedetis
19; 13,7; Dt 16,4 in die primo non erit fermentum in domibus vestris
quicumque comederit fermentatum
Gn 17,14! peribit anima illa de Israhel
a primo die usque ad diem septimum
10,9! Lv 23,7.8! Lv 23,21; Nm 28,18.25 16 dies prima erit sancta atque sollemnis
et dies septima eadem festivitate venerabilis
nihil operis facietis in eis exceptis his quae ad vescendum pertinent
17 et observabitis azyma
41; 3,10! 23,15! in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Aegypti
14! et custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo
18 primo mense quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma
6 usque ad diem vicesimam primam eiusdem mensis ad vesperam

19 septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris 15! 13,7; Dt 16,4
qui comederit fermentatum peribit anima eius de coetu Israhel
tam de advenis quam de indigenis terrae
20 omne fermentatum non comedetis 13,3; Dt 16,3; 1 Cor 5,8
in cunctis habitaculis vestris edetis azyma
21 vocavit autem Moses omnes seniores filiorum Israhel et dixit ad eos 3,16!
ite tollentes animal per familias vestras immolate phase 3
22 fasciculumque hysopi tinguite sanguine qui est in limine
et aspergite ex eo superliminare et utrumque postem 7
nullus vestrum egrediatur ostium domus suae usque mane
23 transibit enim Dominus percutiens Aegyptios 13,27
cumque viderit sanguinem in superliminari et in utroque poste
transcendet ostium et non sinet percussorem ingredi domos vestras et laedere
24 custodi verbum istud legitimum tibi et filiis tuis usque in aeternum 13,9
25 cumque introieritis terram quam Dominus daturus est vobis ut pollicitus est 6,8! Lv 23,10! Dt 4,1! 31,21
observabitis caerimonias istas
26 et cum dixerint vobis filii vestri quae est ista religio 13,14; Dt 6,20
27 dicetis eis victima transitus Domini est 11
quando transivit super domos filiorum Israhel in Aegypto 23!
percutiens Aegyptios et domos nostras liberans
incurvatusque populus adoravit
28 et egressi filii Israhel fecerunt sicut praeceperat Dominus Mosi et Aa- 50; 39,31; Lv 24,23; Nm 1,54; 2,34; 9,5

AOC ΣΛΤΜΦ cc
11 et *om.* O | festinanter ΛΤc | 12 et pertransibo per A | omnem A | 13 ac] et ΑΤΦc | 14 hunc c. | 15 fermentum] fermentatum OCΣ | de + populo C | ∼ a die primo A | 17 in generationibus uestris CΣΦ | 18 ad uesperum O | 19 fermentum] fermentatum CΣ ΛΜΦ | 21 uestras + et c | 22 sanguine ΣΛΜΦt] sanguinem OT; in sanguinem AC.; in sanguine c | 23 in[2] *om.* OΛ | ostium + domus c | 24 istum AC |

ron
Sap 18,14 [29]factum est autem in noctis medio
11,5! Sap 18,11 percussit Dominus omne primogeni-
tum in terra Aegypti
a primogenito Pharaonis qui sedebat
in solio eius
usque ad primogenitum captivae
quae erat in carcere
et omne primogenitum iumentorum
[30]surrexitque Pharao nocte et omnes
servi eius cunctaque Aegyptus
11,6; Sap 18,10 et ortus est clamor magnus in Ae-
gypto
neque enim erat domus in qua non
iaceret mortuus
10,8.9! [31]vocatisque Mosen et Aaron nocte ait
11,8 surgite egredimini a populo meo et
vos et filii Israhel
ite immolate Domino sicut dicitis
10,26 [32]oves vestras et armenta adsumite ut
petieratis
et abeuntes benedicite mihi
39; Idt 5,11 [33]urguebantque Aegyptii populum de
terra exire velociter dicentes omnes
moriemur
[34]tulit igitur populus conspersam fari-
nam antequam fermentaretur
et ligans in palliis posuit super ume-
ros suos
[35]feceruntque filii Israhel sicut praece-
perat Moses
3,22; 11,2 et petierunt ab Aegyptiis vasa argen-
tea et aurea vestemque plurimam
3,21! [36]dedit autem Dominus gratiam po-
pulo coram Aegyptiis ut commoda-
rent eis
Sap 10,19 et spoliaverunt Aegyptios
Nm 33,3.5 [37]profectique sunt filii Israhel de Ra-
messe in Soccoth
Nm 11,21 sescenta ferme milia peditum viro-
rum absque parvulis

[38]sed et vulgus promiscuum innumera- Nm 11,4
bile ascendit cum eis
oves et armenta et animantia diversi
generis multa nimis
[39]coxeruntque farinam quam dudum
conspersam de Aegypto tulerant
et fecerunt subcinericios panes azy- Gn 18,6
mos
neque enim poterant fermentari
cogentibus exire Aegyptiis et nullam 33!
facere sinentibus moram
nec pulmenti quicquam occurrerant
praeparare
[40]habitatio autem filiorum Israhel qua Nm 20,15
manserant in Aegypto fuit quad- Idt 5,9
ringentorum triginta annorum
[41]quibus expletis eadem die egressus 17!
est omnis exercitus Domini de terra
Aegypti
[42]nox est ista observabilis Domini 14!
quando eduxit eos de terra Aegypti 6,13!
hanc observare debent omnes filii Is-
rahel in generationibus suis
[43]dixitque Dominus ad Mosen et Aa-
ron
haec est religio phase
omnis alienigena non comedet ex eo 29,33; Lv 22,10.13
[44]omnis autem servus empticius cir- Gn 17,12.27; Lv 22,11!
cumcidetur et sic comedet
[45]advena et mercennarius non edent Lv 22,10
ex eo
[46]in una domo comedetur
nec efferetis de carnibus eius foras
nec os illius confringetis Nm 9,12; Io 19,36
[47]omnis coetus filiorum Israhel faciet 6
illud
[48]quod si quis peregrinorum in ves- Nm 9,14
tram voluerit transire coloniam et
facere phase Domini
circumcidetur prius omne masculi- Gn 17,10; 34,15
num eius et tunc rite celebrabit

29 [*iterum adest* G] | omne[1]] omnem AOCr, *sed cf. supra* 11,5 | ~ in solio eius sedebat (G)AOC
c. | 31 uocatisque] uocauitque r.; + pharao M c | mosen ACr] moysen ΣΛΤΜ; moysi ΣΛΤΜΦ
O; moyse Φ c; *legi nequit* G | nocte + et A r | surgite + et c. | et[2] *om.* c. | 35 fecerunt cr
O | moses] dominus mosi C.; dominus moysi Λ | uestesque plurimas GΣ. | 36 ~ domi-
nus autem dedit c. | 37 ferme GAOr] fere *cet.* | 39 ~ de aegypto conspersam c. |
tulerunt C | quiquam GA.; quidam Σ. | occurrerunt Σ; occurrerat c | 40 manserunt
CΛ c | 42 ~ ista est c | [*deest* G *usque ad* 13,9] | 46 efferetur O |

eritque sicut indigena terrae
si quis autem circumcisus non fuerit
non vescetur ex eo
Lv 24,22! Nm 9,14 [49]eadem lex erit indigenae et colono
qui peregrinatur apud vos
28! [50]fecerunt omnes filii Israhel sicut
praeceperat Dominus Mosi et Aaron
6,26! [51]et in eadem die eduxit Dominus filios Israhel de terra Aegypti per
turmas suas
13 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
12! 15; 22,29.30! Lc 2,23 [2]sanctifica mihi omne primogenitum
quod aperit vulvam in filiis Israhel
Lv 27,26; Nm 3,12! 13! tam de hominibus quam de iumentis
mea sunt enim omnia
[3]et ait Moses ad populum
6,6! Dt 16,3 mementote diei huius in qua egressi
estis de Aegypto et de domo servitutis
14,8! Dt 4,37; 6,21; 26,8! quoniam in manu forti eduxit vos
Dominus de loco isto
12,20! ut non comedatis fermentatum panem
23,15; 34,18 [4]hodie egredimini mense novarum
frugum
[5]cumque te introduxerit Dominus
3,8! in terram Chananei et Hetthei et
Amorrei et Evei et Iebusei
Gn 50,23! Lv 20,24 quam iuravit patribus tuis ut daret
tibi
Nm 14,8; 16,14; Bar 1,20 terram fluentem lacte et melle
celebrabis hunc morem sacrorum
mense isto
12,15! [6]septem diebus vesceris azymis
10,9! et in die septimo erit sollemnitas Domini
12,15! [7]azyma comedetis septem diebus
12,19; Dt 16,4 non apparebit apud te aliquid fermentatum nec in cunctis finibus
tuis
[8]narrabisque filio tuo in die illo dicens

hoc est quod fecit Dominus mihi
quando egressus sum de Aegypto
[9]et erit quasi signum in manu tua 16; Dt 6,8; 11,18
et quasi monumentum ante oculos
tuos
et ut lex Domini semper in ore tuo 12,24
in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto 6,6!
[10]custodies huiuscemodi cultum statuto tempore a diebus in dies 12,14!
[11]cumque introduxerit te in terram Gn 50,23! Lv 14,34!
Chananei
sicut iuravit tibi et patribus tuis
et dederit eam tibi
[12]separabis omne quod aperit vulvam 2! 34,19
Domino
et quod primitivum est in pecoribus Dt 15,19; II Esr 10,36
tuis
quicquid habueris masculini sexus
consecrabis Domino
[13]primogenitum asini mutabis ove 34,20
quod si non redemeris interficies
omne autem primogenitum hominis Nm 18,15
de filiis tuis pretio redimes
[14]cumque interrogaverit te filius tuus 12,26; Dt 6,20
cras dicens quid est hoc respondebis ei
in manu forti eduxit nos Dominus 6,6!
de Aegypto de domo servitutis
[15]nam cum induratus esset Pharao et 4,21!
nollet nos dimittere
occidit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti 2! 11,5!
a primogenito hominis usque ad primogenitum iumentorum
idcirco immolo Domino omne quod
aperit vulvam masculini sexus
et omnia primogenita filiorum meorum redimo
[16]erit igitur quasi signum in manu tua 9!
et quasi adpensum quid ob recordationem inter oculos tuos
eo quod in manu forti eduxerit nos 6,6!
Dominus de Aegypto

(G)AOC ΣATMΦ cr
49 peregrinantur C | 50 feceruntque C c | 51 in *om.* c. || **13**,2 de²] in AΣ. | 5 ~ introduxerit te c | 8 ~ mihi dominus c | 9 [*iterum adest* G] | semper] *praem.* sit C; + sit c | 11 te + dominus Σ c | ~ tibi eam c | 13 ouem OTM. | 14 de terra aegypti TΦ c | 16 eduxit c |

17 igitur cum emisisset Pharao popu-
lum
non eos duxit Dominus per viam
terrae Philisthim quae vicina est
reputans ne forte paeniteret eum si
vidisset adversum se bella consur-
gere
et reverteretur in Aegyptum
Ps 135,16 18 sed circumduxit per viam deserti
quae est iuxta mare Rubrum
et armati ascenderunt filii Israhel de
terra Aegypti
19 tulit quoque Moses ossa Ioseph se-
cum
Gn 50,24! eo quod adiurasset filios Israhel di-
cens
visitabit vos Deus efferte ossa mea
hinc vobiscum
Nm 33,6 20 profectique de Soccoth castrametati
sunt in Etham in extremis finibus
solitudinis
14,19; Dt 1,33! Nm 14,14 21 Dominus autem praecedebat eos ad
ostendendam viam
14,24; 40,36! Nm 10,34! per diem in columna nubis
II Esr 9,12 et per noctem in columna ignis
Ps 79,10 ut dux esset itineris utroque tempore
22 numquam defuit columna nubis per
diem
nec columna ignis per noctem coram
populo
14 locutus est autem Dominus ad Mo-
sen dicens
2 loquere filiis Israhel
Nm 33,7 reversi castrametentur e regione
Phiahiroth
quae est inter Magdolum et mare
contra Beelsephon
9 in conspectu eius castra ponetis su-
per mare
3 dicturusque est Pharao super filiis
Israhel
coartati sunt in terra
conclusit eos desertum
8.17.18; 4,21! 4 et indurabo cor eius ac persequetur
vos
et glorificabor in Pharao et in omni
exercitu eius
scientque Aegyptii quia ego sum Do- 7,5! Ez 29,6
minus
feceruntque ita
5 et nuntiatum est regi Aegyptiorum
quod fugisset populus
inmutatumque est cor Pharaonis et
servorum eius super populo et di-
xerunt
quid voluimus facere ut dimitteremus
Israhel ne serviret nobis
6 iunxit ergo currum et omnem popu-
lum suum adsumpsit secum
7 tulitque sescentos currus electos
quicquid in Aegypto curruum fuit
et duces totius exercitus
8 induravitque Dominus cor Phara- 4!
onis regis Aegypti
et persecutus est filios Israhel 1 Mcc 4,9
at illi egressi erant in manu excelsa 13,3! Nm 33,3
9 cumque persequerentur Aegyptii ve- Ios 24,6
stigia praecedentium
reppererunt eos in castris super mare 2
omnis equitatus et currus Pharaonis Idt 9,6
et universus exercitus
erant in Ahiroth contra Beelsephon
10 cumque adpropinquasset Pharao
levantes filii Israhel oculos viderunt
Aegyptios post se et timuerunt valde
clamaveruntque ad Dominum 11 et Ios 24,7; Idc 4,3
dixerunt ad Mosen
forsitan non erant sepulchra in Ae-
gypto
ideo tulisti nos ut moreremur in so-
litudine
quid hoc facere voluisti ut educeres 3,10! Nm 11,20; 21,5!
nos ex Aegypto
12 nonne iste est sermo quem loqueba-
mur ad te in Aegypto dicentes
recede a nobis ut serviamus Aegyp-
tiis
multo enim melius est servire eis

17 deus OΛTMΦc | 19 uisitauit AOΣΛT. | deus] dominus O; + et GTΦ || **14**,1 autem *om.* O | 3 filios ACΣΛ | 4 persequitur GA. | in pharao GAOTr] in pharaone *cet.* | 7 electos + et c | 9 erat OCΣΛ | in ahiroth] in phiahiroth r.; in phihahiroth c.; in phiayroth C; in phiaroth Λ; in fiaroht Σ., *cf. supra v.* 2 | 10 clamauerunt ad G | 12 est[2]] erat c. |

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

quam mori in solitudine
13 et ait Moses ad populum nolite timere
state et videte magnalia Domini quae facturus est hodie
Aegyptios enim quos nunc videtis
nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum
25; Dt 1,30! Ios 10,14! 23,10; Is 51,22 14 Dominus pugnabit pro vobis et vos tacebitis
15 dixitque Dominus ad Mosen quid clamas ad me
loquere filiis Israhel ut proficiscantur
7,19! 16 tu autem eleva virgam tuam et extende manum super mare et divide illud
22! 15,19; Nm 33,8; Sap 10,18! ut gradiantur filii Israhel in medio mari per siccum
4! 17 ego autem indurabo cor Aegyptiorum ut persequantur vos
et glorificabor in Pharaone et in omni exercitu eius
in curribus et in equitibus illius
18 et scient Aegyptii quia ego sum Dominus
cum glorificatus fuero in Pharaone et in curribus atque in equitibus eius
13,21! Ps 33,8 19 tollensque se angelus Dei qui praecedebat castra Israhel abiit post eos
et cum eo pariter columna nubis
priora dimittens post tergum 20 stetit inter castra Aegyptiorum et castra Israhel
Ios 24,7 et erat nubes tenebrosa et inluminans noctem
ut ad se invicem toto noctis tempore accedere non valerent
7,19! 21 cumque extendisset Moses manum super mare
Ios 2,10! 4,23! II Esr 9,11; Idt 5,12 abstulit illud Dominus flante vento vehementi et urente tota nocte
Ps 65,6; 77,13; 105,9; 135,13.14 16! 29; Is 63,12.13 et vertit in siccum divisaque est aqua
22 et ingressi sunt filii Israhel per medium maris sicci
erat enim aqua quasi murus a dextra eorum et leva Ios 3,16!
23 persequentesque Aegyptii ingressi sunt post eos 28
omnis equitatus Pharaonis currus eius et equites per medium maris 15,19
24 iamque advenerat vigilia matutina
et ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis et nubis Idt 9,6 13,21!
interfecit exercitum eorum
25 et subvertit rotas curruum ferebanturque in profundum
dixerunt ergo Aegyptii fugiamus Israhelem
Dominus enim pugnat pro eis contra nos 14!
26 et ait Dominus ad Mosen
extende manum tuam super mare ut revertantur aquae ad Aegyptios 7,19!
super currus et equites eorum
27 cumque extendisset Moses manum contra mare 7,19!
reversum est primo diluculo ad priorem locum
fugientibusque Aegyptiis occurrerunt aquae
et involvit eos Dominus in mediis fluctibus 15,1.4! Ios 24,7; Ps 135,15; Sap 10,19; 18,5
28 reversaeque sunt aquae
et operuerunt currus et equites cuncti exercitus Pharaonis Idt 5,13
qui sequentes ingressi fuerant mare 23; 15,19; Dt 11,4; Ps 77,53; Ps 105,11
ne unus quidem superfuit ex eis
29 filii autem Israhel perrexerunt per medium sicci maris 22!
et aquae eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris
30 liberavitque Dominus in die illo Israhel de manu Aegyptiorum 3,8; 18,9.10; Idc 6,9; 1 Sm 10,18
31 et viderunt Aegyptios mortuos super litus maris
et manum magnam quam exercuerat

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 13 usque *om.* GΦ | 14 pugnauit AOCΣΛ; pugnat TΦ | 16 manum + tuam TMΦc | 17 eius + et c | 20 ita ut AΦc | 22 ~ sicci maris c | ad dextra GC; ad dextram Σ; ad dexteram Φ; dextra O | leuam ΣΦ | 23 eos + et c. | 26 tuam *om.* CΣΛ | 27 reuersus est O | fugientibus O | 28 nec unus Cc | 29 a[2] *om.* CΛM | 30 illa c. | srahelem G ||

Dominus contra eos
II Par 20,20! timuitque populus Dominum et crediderunt Domino et Mosi servo eius

Idc 5,1; Idt 16,1 **15** tunc cecinit Moses et filii Israhel
Sap 10,20 carmen hoc Domino et dixerunt
21 Cantemus Domino gloriose enim magnificatus est
14,27! equum et ascensorem deiecit in mare
Ps 117,14! Is 12,2 2 fortitudo mea et laus mea Dominus
et factus est mihi in salutem
iste Deus meus et glorificabo eum
Ps 144,1. Is 25,1 Deus patris mei et exaltabo eum
Is 42,13; Ier 20,11 3 Dominus quasi vir pugnator Omnipotens nomen eius
14,27! IV Esr 1,10; Ps 135,15 4 currus Pharaonis et exercitum eius proiecit in mare
electi principes eius submersi sunt in mari Rubro
Idt 9,8 5 abyssi operuerunt eos
II Esr 9,11 descenderunt in profundum quasi lapis
Ps 88,14; 117,16; Is 26,11! 6 dextera tua Domine magnifice in fortitudine
6,7; Sir 36,7–9 dextera tua Domine percussit inimicum
7 et in multitudine gloriae tuae deposuisti adversarios meos
Is 5,24! 47,14! misisti iram tuam quae devoravit eos ut stipulam
8 et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae
stetit unda fluens
congregatae sunt abyssi in medio mari
9 dixit inimicus persequar et conprehendam
dividam spolia implebitur anima mea
evaginabo gladium meum interficiet eos manus mea
10 flavit spiritus tuus et operuit eos mare
submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus
11 quis similis tui in fortibus Domine I Sm 2,2! II Sm 7,22; Iob 36,22! Ps 82,2! 85,8!
quis similis tui
magnificus in sanctitate
terribilis atque laudabilis et faciens mirabilia
12 extendisti manum tuam et devoravit eos terra
13 dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti
et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum
14 adtenderunt populi et irati sunt
dolores obtinuerunt habitatores Philisthim
15 tunc conturbati sunt principes Edom
robustos Moab obtinuit tremor Nm 22,3
obriguerunt omnes habitatores Chanaan Ios 2,9!
16 inruat super eos formido et pavor in magnitudine brachii tui Gn 35,5! Ps 104,38
fiant inmobiles quasi lapis
donec pertranseat populus tuus Domine
donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti Ps 73,2
17 introduces eos et plantabis in monte hereditatis tuae Ps 77,54
firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine
sanctuarium Domine quod firmaverunt manus tuae
18 Dominus regnabit in aeternum et ultra Tb 9,11! Ps 9,8! 144,13! Sap 3,8! Dn 6,26!
19 ingressus est enim equus Pharao cum curribus et equitibus eius in mare 14,23.28

15,1 magnificatus] honorificatus AO | deiecit] proiecit AOM | 2 fortitudo—dominus et] adiutor et protector O | 6 dexteram tuam¹ G | magnifice in r *cum cod. Vat. Reg. lat. 11, cf.* 𝔐] magnificem in GAOT; magnifica Λ.; magnificemini in C.; magnificet mihi in Σ.; magnificetur in Φ; magnificata est in M c | 7 meos] tuos c. | ut] sicut ΣTMΦc | 11 [*deest* G *usque ad v.* 24] | tui¹] tibi AΣ. | tui²] tibi AC.; *om.* Λ. | et *om.* Oc | 13 tua¹ *om.* O | 14 adtenderunt r., *cf.* 𝔐] ascenderunt *cet.* | 15 principes] duces CΣ. | 16 in magnitudine] magnitudinis ATΦ | pertranseat¹] transeat AΛ | 17 in montem CΣ | sanctuarium + tuum OCΣcr | 18 regnauit ACΣΛM | 19 eques Φc | pharaonis CΣ | eius¹ *om.* CTΦ | (G)AOC ΣΛTMΦ cr

et reduxit super eos Dominus aquas maris
14,16! filii autem Israhel ambulaverunt per siccum in medio eius
20 sumpsit ergo Maria prophetis soror Aaron tympanum in manu
1 Sm 18,6.7; Idc 11,34; 21,21 egressaeque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris
21 quibus praecinebat dicens
1! cantemus Domino gloriose enim magnificatus est
equum et ascensorem eius deiecit in mare
22 tulit autem Moses Israhel de mari Rubro et egressi sunt in desertum Sur
ambulaveruntque tribus diebus per
17,1! Dt 8,15 solitudinem et non inveniebant aquam
Nm 33,8 23 et venerunt in Marath
nec poterant bibere aquas de Mara eo quod essent amarae
unde et congruum loco nomen inposuit
Rt 1,20 vocans illud Mara id est amaritudinem
16,2! Nm 11,1! 24 et murmuravit populus contra Mosen dicens quid bibemus
25 at ille clamavit ad Dominum qui ostendit ei lignum
Idt 5,15; Sir 38,5; IV Esr 1,23 quod cum misisset in aquas in dulcedinem versae sunt
ibi constituit ei praecepta atque iudicia
et ibi temptavit eum 26 dicens
Gn 26,5! Dt 6,18! 13,18! III Rg 11,38! Lv 18,4.5! si audieris vocem Domini Dei tui
et quod rectum est coram eo feceris
et oboedieris mandatis eius
custodierisque omnia praecepta illius
cunctum languorem quem posui in Aegypto non inducam super te
ego enim Dominus sanator tuus
27 venerunt autem in Helim Nm 33,9
ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palmae
et castrametati sunt iuxta aquas
16 profectique sunt de Helim Nm 33,10.11
et venit omnis multitudo filiorum Israhel in desertum Sin
quod est inter Helim et Sinai
quintodecimo die mensis secundi
postquam egressi sunt de terra Aegypti
2 et murmuravit omnis congregatio filiorum Israhel 15,24! Nm 14,2; 16,41; 20,2.3
contra Mosen et contra Aaron in solitudine
3 dixeruntque ad eos filii Israhel Nm 20,3–5
utinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti Nm 14,3
quando sedebamus super ollas carnium
et comedebamus panes in saturitate
cur eduxistis nos in desertum istud Nm 16,13
ut occideretis omnem multitudinem fame
4 dixit autem Dominus ad Mosen 8! Ps 77,24; Sap 16,20; Io 6,31
ecce ego pluam vobis panes de caelo
egrediatur populus et colligat quae sufficiunt per singulos dies 16,18.21
ut temptem eum utrum ambulet in lege mea an non
5 die autem sexta parent quod inferant
et sit duplum quam colligere solebant per singulos dies 22,29
6 dixeruntque Moses et Aaron ad omnes filios Israhel
vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti 6,13!
7 et mane videbitis gloriam Domini Lv 9,4! 6! Nm 14,10
audivit enim murmur vestrum contra Dominum 12

(G)AOC ΣΛTMΦ cr 19 in²] per CΣ. | 20 prophetes Φ; prophetissa CΣΛTM c | manu + sua AM cr | 21 eius *om.* ΣΛTΦ | deiecit] proiecit CΣ | 22 egressi] ingressi C | 23 marath] mara T c. | mara¹] mare O.; marath Ar; marat C | illum ΣΛ c | 25 [*iterum adest* G] | 26 mandata C | enim + sum A | 27 in helim] *praem.* filii israhel A; + filii israel c | et² *om.* A || 16,2 contra² *om.* GΣΛ c | 3 ~ filii israel ad eos c. | panem c | eduxistis G cr] eduxisti AOCΣΛ; induxistis TΦ; induxisti M | istum GΦ | 4 colligant G | sufficiant CM | 5 sexto c | et] ut G |

Nm 16,11 nos vero quid sumus quia mussitatis
contra nos
8 et ait Moses
12; Nm 11,18 dabit Dominus vobis vespere carnes
4! 15; Dt 8,3! edere
II Esr 9,15; Ps 104,40; Io 6,32 et mane panes in saturitate
eo quod audierit murmurationes
vestras
quibus murmurati estis contra eum
nos enim quid sumus
nec contra nos est murmur vestrum
sed contra Dominum
9 dixitque Moses ad Aaron
Nm 16,16 dic universae congregationi filiorum
Israhel
accedite coram Domino audivit
enim murmur vestrum
10 cumque loqueretur Aaron ad omnem coetum filiorum Israhel
respexerunt ad solitudinem
et ecce gloria Domini apparuit in
nube
11 locutus est autem Dominus ad Mosen dicens
7 12 audivi murmurationes filiorum Israhel
loquere ad eos
8! vespere comedetis carnes et mane
saturabimini panibus
8,10! Dt 7,9; 29,6; Dn 3,45; Ioel 3,17 scietisque quod sim Dominus Deus
vester
Nm 11,31! Ps 104,40 13 factum est ergo vespere et ascendens
coturnix operuit castra
Nm 11,9 mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum
14 cumque operuisset superficiem terrae
apparuit in solitudine minutum et
quasi pilo tunsum
in similitudinem pruinae super terram
15 quod cum vidissent filii Israhel

dixerunt ad invicem man hu quod 31; Dt 8,3
significat quid est hoc
ignorabant enim quid esset
quibus ait Moses
iste est panis quem dedit Dominus 8!
vobis ad vescendum
16 hic est sermo quem praecepit Dominus
colligat ex eo unusquisque quantum 4!
sufficiat ad vescendum
gomor per singula capita
iuxta numerum animarum vestrarum quae habitant in tabernaculo
sic tolletis
17 feceruntque ita filii Israhel
et collegerunt alius plus alius minus
18 et mensi sunt ad mensuram gomor
nec qui plus collegerat habuit amplius II Cor 8,15
nec qui minus paraverat repperit
minus
sed singuli iuxta id quod edere poterant congregarunt 4!
19 dixitque Moses ad eos
nullus relinquat ex eo in mane 12,10!
20 qui non audierunt eum
sed dimiserunt quidam ex eis usque
mane
et scatere coepit vermibus atque conputruit
et iratus est contra eos Moses
21 colligebant autem mane singuli 4!
quantum sufficere poterat ad vescendum
cumque incaluisset sol liquefiebat Sap 16,27
22 in die vero sexta collegerunt cibos 5,29
duplices
id est duo gomor per singulos homines
venerunt autem omnes principes
multitudinis
et narraverunt Mosi

7 mussitastis CΣc | 8 ~ uobis dominus Σc | in saturitatem OCM | 9 dixit quoque c | 11 autem *om.* G | 12 murmurationem A | ego sim TΦ; ego sum Σc | 13 ergo] autem A | ascendit G | et operuit G; cooperuit Ac. | castra] terra A.; terram C. | 14 super faciem O | in similitudine GTΦ | 15 ~ dedit uobis dominus Σ; ~ dominus dedit uobis c | 16 [*deest* O *usque ad* 17,11 (*ant. vers.*)] | ~ unusquisque ex eo c. | sufficit AΣTΦc | 18 congregauerunt GCΛTMcr | 19 usque in mane C | 22 uero] autem c | GA(O)C ΣΛΤΜΦ cr

23 qui ait eis hoc est quod locutus est
Dominus
26! 20,8! requies sabbati sanctificata erit Domino
cras quodcumque operandum est facite
et quae coquenda sunt coquite
quicquid autem reliquum fuerit reponite usque in mane
24 feceruntque ita ut praeceperat Moses
et non conputruit neque vermis inventus est in eo
25 dixitque Moses
comedite illud hodie quia sabbatum est Domino
non invenietur hodie in agro
20,9.10! 26 sex diebus colligite
23! in die autem septimo sabbatum est Domino
idcirco non invenietur
27 venit septima dies
et egressi de populo ut colligerent non invenerunt
28 dixit autem Dominus ad Mosen
Gn 26,5! Dt 8,2; Idc 2,22; 3,4 usquequo non vultis custodire mandata mea et legem meam
29 videte quod Dominus dederit vobis sabbatum
5,22 et propter hoc tribuerit vobis die sexto cibos duplices
maneat unusquisque apud semet ipsum
nullus egrediatur de loco suo die septimo
30 et sabbatizavit populus die septimo
15 31 appellavitque domus Israhel nomen eius man
Nm 11,7 quod erat quasi semen coriandri album
gustusque eius quasi similae cum melle
32 dixit autem Moses
iste est sermo quem praecepit Dominus
imple gomor ex eo et custodiatur in futuras retro generationes
ut noverint panem quo alui vos in solitudine
quando educti estis de terra Aegypti 6,13!
33 dixitque Moses ad Aaron
sume vas unum et mitte ibi man
quantum potest capere gomor
et repone coram Domino ad servandum in generationes vestras
34 sicut praecepit Dominus Mosi
posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum
35 filii autem Israhel comederunt man II Esr 9,21; Idt 5,15
quadraginta annis donec venirent in terram habitabilem
hoc cibo aliti sunt usquequo tangerent fines terrae Chanaan Ios 5,12
36 gomor autem decima pars est oephi
17 igitur profecta omnis multitudo filiorum Israhel de deserto Sin
per mansiones suas iuxta sermonem Domini
castrametata est in Raphidim Nm 33,14
ubi non erat aqua ad bibendum populo 15,22! Nm 20,2.5
2 qui iurgatus contra Mosen ait
da nobis aquam ut bibamus Gn 24,45!
quibus respondit Moses
quid iurgamini contra me cur temptatis Dominum
3 sitivit ergo populus ibi pro aquae penuria
et murmuravit contra Mosen dicens
cur nos exire fecisti de Aegypto
ut occideres et nos et liberos nostros Nm 21,5!
ac iumenta siti
4 clamavit autem Moses ad Dominum dicens

(G)AC ΣΛΤΜΦ cr 23 erit] est ΛΤΦc: sit C. | in *om.* GΛ | 25 domini TMΦc | 26 domini AΛTMΦc; domini dei C. | 27 uenitque c | colligerent + et CM | 29 die sexta tribuit uobis c. | 30 sabbatizabit GCTMΦ | 32 retro] uestras r. | panem quod GΣM | aluit C | 34 [*deest* G *usque ad* 17,12] | 36 oephi] oephae ACΛ; ephae TΦr || 17,1 castrametati sunt M Φc | 3 ~ ibi populus c | pro] prae c. | ~ nos fecisti exire A.; ~ fecisti nos exire c. | et² *om.* CΣc |

quid faciam populo huic
Nm 14,10! adhuc pauxillum et lapidabunt me
Nm 20,7.8 5 ait Dominus ad Mosen
3,16! antecede populum et sume tecum de senibus Israhel
7,17.20 et virgam qua percussisti fluvium tolle in manu tua et vade
6 en ego stabo coram te ibi super petram Horeb
Nm 20,11! Dt 8,15; II Esr 9,15; Ps 77,15.16! Sap 11,4! percutiesque petram et exibit ex ea aqua ut bibat populus
fecit Moses ita coram senibus Israhel
Gn 2?.20; Nm 20,13! 7 et vocavit nomen loci illius Temptatio
propter iurgium filiorum Israhel
Ps 94,9 et quia temptaverunt Dominum dicentes
estne Dominus in nobis an non
Dt 25,17! 8 venit autem Amalech et pugnabat contra Israhel in Raphidim
9 dixitque Moses ad Iosue
elige viros et egressus pugna contra Amalech
cras ego stabo in vertice collis
4,2.20 habens virgam Dei in manu mea
10 fecit Iosue ut locutus ei erat Moses
et pugnavit contra Amalech
24,13 Moses autem et Aaron et Hur ascenderunt super verticem collis
11 cumque levaret Moses manus vincebat Israhel
sin autem paululum remisisset superabat Amalech
12 manus autem Mosi erant graves
sumentes igitur lapidem posuerunt subter eum in quo sedit
Aaron autem et Hur sustentabant manus eius ex utraque parte
Ios 8,26 et factum est ut manus ipsius non lassarentur usque ad occasum solis
I Sm 15,7.8 13 fugavitque Iosue Amalech et populum eius in ore gladii
14 dixit autem Dominus ad Mosen
scribe hoc ob monumentum in libro
et trade auribus Iosue
delebo enim memoriam Amalech sub caelo Dt 25,19!
15 aedificavitque Moses altare Gn 12,8!
et vocavit nomen eius Dominus exaltatio mea dicens
16 quia manus solii Domini et bellum Dei erit contra Amalech a generatione in generationem

18 cumque audisset Iethro sacerdos Madian cognatus Mosi
omnia quae fecerat Deus Mosi et Israhel populo suo
eo quod eduxisset Dominus Israhel de Aegypto 6,13! 33,1; Lv 19,36; 23,43; 25,38.42! 26,45
2 tulit Sefforam uxorem Mosi quam remiserat 3 et duos filios eius
quorum unus vocabatur Gersan 2,22; Gn 15,13! I Par 23,15
dicente patre advena fui in terra aliena
4 alter vero Eliezer
Deus enim ait patris mei adiutor meus
et eruit me de gladio Pharaonis Ps 21,21; 143,10
5 venit ergo Iethro cognatus Mosi
et filii eius et uxor ad Mosen in desertum
ubi erat castrametatus iuxta montem Dei
6 et mandavit Mosi dicens
ego cognatus tuus Iethro venio ad te
et uxor tua et duo filii tui cum ea
7 qui egressus in occursum cognati sui Gn 29,13!
adoravit et osculatus est eum
salutaveruntque se mutuo verbis pacificis
cumque intrasset tabernaculum
8 narravit Moses cognato suo Gn 42,29!
cuncta quae fecerat Deus Pharaoni

4 pauxillum] pusillum M; paululum c | lapidabunt ACΣr.] lapidabit *cet.* | 5 et ait c. | senibus ACΣ] senioribus *cet.*, *item v.*6 | quam CT | 6 ~ ibi coram te c. | supra Φc | 7 temptauerant A | 9 in uerticem AC | 10 ei *om.* Φc | 12 [*iterum adsunt* GO] | sustinebant AC | ipsius] illius ΣTc | 14 trade + in A | memoria G | 16 soli GA; solius CΣΛ | dei] domini c | in generatione AOΣ || 18,1 deus] dominus GAΣr | israheli Gc | eo] et c. | 4 ait *om.* G | 5 uxor + eius AΣΛΦc | 6 ~ iethro cognatus tuus c | ueni G | 8 deus] dominus Ac |

(G)A(O)C ΣΛTMΦ cr

et Aegyptiis propter Israhel
universum laborem qui accidisset
eis in itinere
quo liberarat eos Dominus
III Rg 8,66; II Par 7,10! 9 laetatusque est Iethro super omnibus
bonis quae fecerat Dominus Isra-
heli
14,30! eo quod eruisset eum de manu Ae-
gyptiorum 10 et ait
14,30! benedictus Dominus qui liberavit
vos de manu Aegyptiorum et de
manu Pharaonis
qui eruit populum suum de manu
Aegypti
Dt 10,17! II Par 2,5! Ps 134,5! 11 nunc cognovi quia magnus Dominus
super omnes deos
eo quod superbe egerint contra illos
10,25! Nm 15,3; Idc 2,5! I Sm 6,15; III Rg 3,4 12 obtulit ergo Iethro cognatus Mosi
holocausta et hostias Deo
veneruntque Aaron et omnes senes
Israhel
Gn 31,54! Dt 12,7! 14,23! 27,7 ut comederent panem cum eo coram
Domino
13 altero autem die sedit Moses ut iudi-
caret populum
qui adsistebat Mosi de mane usque
ad vesperam
14 quod cum vidisset cognatus eius
omnia scilicet quae agebat in populo
ait
quid est hoc quod facis in plebe
cur solus sedes
et omnis populus praestolatur de
mane usque ad vesperam
15 cui respondit Moses
venit ad me populus quaerens sen-
tentiam Dei
16 cumque acciderit eis aliqua discep-
tatio
veniunt ad me ut iudicem inter eos
et ostendam praecepta Dei et leges
eius
17 at ille non bonam inquit rem facis
18 stulto labore consumeris et tu et po-
pulus iste qui tecum est
ultra vires tuas est negotium Nm 11,14; Dt 1,12
solus illud non poteris sustinere Nm 11,17; Dt 1 0
19 sed audi verba mea atque consilia
et erit Deus tecum
esto tu populo in his quae ad Deum 4,16
pertinent
ut referas quae dicuntur ad eum
20 ostendasque populo caerimonias et
ritum colendi
viamque per quam ingredi debeant
et opus quod facere
21 provide autem de omni plebe viros Nm 11,16! Dt 1,13
potentes et timentes Deum
in quibus sit veritas et qui oderint
avaritiam
et constitue ex eis tribunos et centu- 25,26; Dt 1,15; 16,18; I Esr 7,25
riones et quinquagenarios et de-
canos
22 qui iudicent populum omni tempore
quicquid autem maius fuerit refe- Dt 1,17
rant ad te
et ipsi minora tantummodo iudicent
leviusque tibi sit partito in alios onere Nm 11,17
23 si hoc feceris implebis imperium Dei
et praecepta eius poteris sustentare
et omnis hic populus revertetur cum
pace ad loca sua
24 quibus auditis Moses fecit omnia
quae ille suggesserat
25 et electis viris strenuis de cuncto Is- Nm 1,16; III Esr 5,1
rahel
constituit eos principes populi
tribunos et centuriones et quinqua- 21,22
genarios et decanos
26 qui iudicabant plebem omni tempore
quicquid autem gravius erat refere-
bant ad eum

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr 8 uniuersumque c | ei GCΛ | quo] et quod c. | liberauerat CM c; liberabat O. | 9 bonis *om.* C | dominus] deus OC; *om.* G | 10 uos] nos G | 11 magnus + est C | 12 deo] domino G | aaron et] ad aaron C | seniores ΛΤΜΦ c | domino] deo c | 13 altera ΤΜΦ c | adsistebant CM | de] a c. | uesperum CΣ | 14 facis] agis C | 19 consilium C | deus AO cr] dominus *cet.* | 20 uiam per AC | facere + debeant c. | 21 praeuide CΛ | 22 ~ sit tibi c | 23 sustinere G | ~ ad loca sua cum pace c. | 24 illi C | 25 [*deest* G *usque ad* 19,12] |

faciliora tantummodo iudicantes
27 dimisitque cognatum qui reversus
abiit in terram suam
19 mense tertio egressionis Israhel de
terra Aegypti in die hac
venerunt in solitudinem Sinai
Nm 33,15; Idt 5,14 2 nam profecti de Raphidim et perve-
nientes usque in desertum Sinai
castrametati sunt in eodem loco
ibique Israhel fixit tentoria e regione
montis
3 Moses autem ascendit ad Deum
Act 7,38 vocavitque eum Dominus de monte
et ait
haec dices domui Iacob et adnuntia-
bis filiis Israhel
Dt 4,34! 4 vos ipsi vidistis quae fecerim Aegyp-
tiis
Dt 32,11 quomodo portaverim vos super alas
aquilarum et adsumpserim mihi
Ier 7,23 5 si ergo audieritis vocem meam
et custodieritis pactum meum
6,7! Dt 7,6! Mal 3,17! eritis mihi in peculium de cunctis po-
pulis
9,29! 1 Sm 2,8! Ps 23,1! mea est enim omnis terra
22,31; 23,22 Lxx; Is 61,6! 1 Pt 2,9; Apc 1,6! 6 et vos eritis mihi regnum sacerdotale
et gens sancta
haec sunt verba quae loqueris ad fi-
lios Israhel
3,16! Dt 33,5 7 venit Moses et convocatis maioribus
natu populi
Nm 30,1.2 exposuit omnes sermones quos man-
daverat Dominus
24,3; Nm 32,25.31 8 responditque universus populus si-
mul
24,7 cuncta quae locutus est Dominus fa-
ciemus
cumque rettulisset Moses verba po-
puli ad Dominum
20,21; 24,16; III Rg 8,12; II Par 6,1; Dt 4,12! 9 ait ei Dominus iam nunc veniam ad
te in caligine nubis
Dt 4,10 ut audiat me populus loquentem ad
te
et credat tibi in perpetuum
nuntiavit ergo Moses verba populi
ad Dominum
10 qui dixit ei vade ad populum et sanc- Nm 11,18! Ios 7,13 **10,11**: 14,15
tifica illos hodie et cras
laventque vestimenta sua
11 et sint parati in diem tertium
die enim tertio descendet Dominus
coram omni plebe super montem
Sinai
12 constituesque terminos populo per 21,23
circuitum et dices
cavete ne ascendatis in montem 24; 34,3; Hbr 12,18
nec tangatis fines illius
omnis qui tetigerit montem morte
morietur
13 manus non tanget eum
sed lapidibus opprimetur aut confo- Hbr 12,20
dietur iaculis
sive iumentum fuerit sive homo non
vivet
cum coeperit clangere bucina tunc
ascendant in montem
14 descenditque Moses de monte ad po- 25 **14,15**: 10,11!
pulum et sanctificavit eum
cumque lavissent vestimenta sua 15 ait
ad eos
estote parati in diem tertium
ne adpropinquetis uxoribus vestris
16 iam advenerat tertius dies et mane
inclaruerat
et ecce coeperunt audiri tonitrua ac
micare fulgura
et nubes densissima operire montem
clangorque bucinae vehementius per-
strepebat
timuit populus qui erat in castris
17 cumque eduxisset eos Moses in oc-
cursum Dei de loco castrorum
steterunt ad radices montis Dt 4,11
18 totus autem mons Sinai fumabat 24,17
eo quod descendisset Dominus super
eum in igne

27 cognatum + suum M c ‖ **19**,1 in solitudine OT | 3 deum] dominum O | 6 mihi + in TMΦ c | 8 uniuersus] omnis C c. | ad deum A | 11 in diem tertiam A.; in die tertio O; + in TMΦ c | tertia c. | 12 dices + ad eos c | in monte O | [*iterum adest* G] | nec] ne G; et nec O. | 13 tangent GTMΦ | 14 lauassent OΣTMΦ | 15 et ne c | 16 iamque c | ~ dies tertius AOΣΛ r | timuitque ΣΛ; et timuit c |

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr

et ascenderet fumus ex eo quasi de
fornace
eratque mons omnis terribilis
[19]et sonitus bucinae paulatim cresce-
bat in maius et prolixius tendebatur
Moses loquebatur et Dominus re-
spondebat ei
Dt 33,2; II Esr 9,13 [20]descenditque Dominus super mon-
tem Sinai in ipso montis vertice
34,2 et vocavit Mosen in cacumen eius
quo cum ascendisset [21]dixit ad eum
12! descende et contestare populum
ne forte velint transcendere terminos
ad videndum Dominum
et pereat ex eis plurima multitudo
[22]sacerdotes quoque qui accedunt ad
Dominum sanctificentur ne percu-
tiat eos
[23]dixitque Moses ad Dominum
12! non poterit vulgus ascendere in mon-
tem Sinai
tu enim testificatus es et iussisti di-
cens
pone terminos circa montem et sanc-
tifica illum
[24]cui ait Dominus vade descende
24,1.2 ascendesque tu et Aaron tecum
12! sacerdotes autem et populus ne trans-
eant terminos
nec ascendant ad Dominum ne forte
interficiat illos
14 [25]descendit Moses ad populum et om-
nia narravit eis
20 locutus quoque est Dominus cunc-
tos sermones hos
Ps 49,7 [2]ego sum Dominus Deus tuus qui
3,17! 2—17: Dt 5,6–21 eduxi te de terra Aegypti de domo
servitutis
34,14; Dt 6,14! [3]non habebis deos alienos coram me
23; 34,17; Lv 19,4; 26,1; Dt 4,16–18.23; 16,22; 27,15! [4]non facies tibi sculptile
neque omnem similitudinem quae
est in caelo desuper et quae in terra 1 Cor 10,7!
deorsum
nec eorum quae sunt in aquis sub
terra
[5]non adorabis ea neque coles 23,24!
ego sum Dominus Deus tuus fortis 34,14; Dt 4,24; 6,15; Ios 24,19
zelotes
visitans iniquitatem patrum in filiis 34,7! Ier 32,18
in tertiam et quartam generationem
eorum qui oderunt me
[6]et faciens misericordiam in milia Dt 5,10; 6,25; 7,9! Lc 1,50!
his qui diligunt me et custodiunt
praecepta mea
[7]non adsumes nomen Domini Dei tui Lv 19,12! Sir 23,10
in vanum
nec enim habebit insontem Dominus
eum qui adsumpserit nomen Do-
mini Dei sui frustra
[8]memento ut diem sabbati sanctifices 16,23! 31,13! 31,14! Lv 19,3!
[9]sex diebus operaberis et facies omnia 16,26! 23,12; 31,15! 34,21; Lv 23,3; Ez 46,1; Lc 13,14
opera tua
[10]septimo autem die sabbati Domini Ier 17,22
Dei tui non facies omne opus
tu et filius tuus et filia tua
servus tuus et ancilla tua
iumentum tuum et advena qui est
intra portas tuas
[11]sex enim diebus fecit Dominus cae- 31,17; Gn 1,1! II Mcc 7,28;
lum et terram et mare et omnia II Esr 9,6! Ps 145,6; Act 4,24!
quae in eis sunt
et requievit in die septimo Gn 2,2.3
idcirco benedixit Dominus diei sab- 12—16: Mt 19,18.19; Mc 10,19; Lc 18,20
bati et sanctificavit eum
[12]honora patrem tuum et matrem Dt 5,16! Tb 4,3; Sir 3,7.8! Mt 15,4; Mc 7,10
tuam
ut sis longevus super terram quam Dt 4,40!
Dominus Deus tuus dabit tibi 13—17: Rm 13,9
[13]non occides 23,7! Mt 5,21! Iac 2,11
[14]non moechaberis Tb 4,13! Mt 5,27
[15]non furtum facies Lv 19,11
[16]non loqueris contra proximum tuum 23,1; Dt 19,18!

GA(O)C ΣΛΤΜΦ cr 18 ~ omnis mons c. | 19 dominus] deus c | 20 quo] qui C | 21 uelit AOΛ cr | [*de-est* O *usque ad v.* 25 (*ant. vers.*)] | 22 ascendunt GC | 23 dixit quoque GC. | iussisti] iurasti C | 24 ascendeque G.; ascendensque A | transeat A; transcendant G. | 25 descendit-que c | [*iterum adest* O] ‖ 20,1 locutusque est GTMΦ cr | dominus] deus OMΦ | 2 ae-gypti + et C | 5 iniquitates ACΣ | in filios Λ c | 7 dei[2] *om.* A | 9 operaueris GAOC | 10 septima A | sabbatum c | tui + est c. | opus + in eo c. | 11 dominus[1]] deus GΣΛ TMΦ | in[2] *om.* AΣTΦ | diei] die GCΦ; diem O | 12 tuam *om.* AΣA | 14 moechaueris GAOCΣ |

falsum testimonium
17 non concupisces domum proximi tui
Sir 41,27 nec desiderabis uxorem eius
non servum non ancillam non bovem non asinum nec omnia quae illius sunt
18 cunctus autem populus videbat voces et lampadas et sonitum bucinae
montemque fumantem
Dt 5,5 et perterriti ac pavore concussi
steterunt procul 19 dicentes Mosi
Dt 5,25.27; 18,16 loquere tu nobis et audiemus
non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur
20 et ait Moses ad populum nolite timere
Dt 4,10! ut enim probaret vos venit Deus
et ut terror illius esset in vobis et non peccaretis
21 stetitque populus de longe
19,9! Moses autem accessit ad caliginem in qua erat Deus
22 dixit praeterea Dominus ad Mosen
haec dices filiis Israhel
Dt 4,36 vos vidistis quod de caelo locutus sum vobis
4! 23 non facietis mecum deos argenteos
nec deos aureos facietis vobis
24 altare de terra facietis mihi
24,5! 29,38! 32,6! Gn 8,20! Lv 1,2! et offeretis super eo holocausta et pacifica vestra
3,6! 9,3! oves vestras et boves in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei
veniam ad te et benedicam tibi
Dt 27,5.6! 25 quod si altare lapideum feceris mihi
non aedificabis illud de sectis lapidibus
si enim levaveris cultrum tuum super eo polluetur
26 non ascendes per gradus ad altare meum
ne reveletur turpitudo tua

21 haec sunt iudicia quae propones eis
2 si emeris servum hebraeum Dt 15,12; Ier 34,14!
sex annis serviet tibi Lv 25,40.41
in septimo egredietur liber gratis
3 cum quali veste intraverit cum tali exeat
si habens uxorem et uxor egredietur simul
4 sin autem dominus dederit illi uxorem
et peperit filios et filias
mulier et liberi eius erunt domini sui
ipse vero exibit cum vestitu suo
5 quod si dixerit servus diligo dominum meum et uxorem ac liberos Dt 15,16.17
non egrediar liber
6 offeret eum dominus diis
et adplicabitur ad ostium et postes
perforabitque aurem eius subula
et erit ei servus in saeculum
7 si quis vendiderit filiam suam in famulam
non egredietur sicut ancillae exire consuerunt
8 si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerit dimittet eam
populo autem alieno vendendi non habet potestatem si spreverit eam
9 sin autem filio suo desponderit eam
iuxta morem filiarum faciet illi
10 quod si alteram ei acceperit
providebit puellae nuptias
et vestimenta et pretium pudicitiae non negabit
11 si tria ista non fecerit egredietur gratis absque pecunia
12 qui percusserit hominem volens occidere morte moriatur 22,3; Gn 9,6; Lv 24,17.21; Nm 35,16.31
13 qui autem non est insidiatus Nm 35,11!
sed Deus illum tradidit in manu eius

18 lampades OCΦc | 19 et non OΣ | 20 deus] dominus AΛ | 22 dominus] deus OΣ | uidetis A | sim OCTMΦc | 23 mecum *om.* OTMΦc | 24 de terra *om.* O | 25 tuum *om.* c. | super eum GAΣM || **21,1** proponis A; praepones GΛ | 2 seruiat C | septimo + autem G | 3 egrediatur A; egrediebatur O. | 4 dominus + eius G. | pepererit CΛTΦc | exiuit GAOΣ | 5 egredietur O | 6 ei *om.* AΣ; ~ seruus ei G. | 7 consueuerunt AOΣcr | 8 fuerat c; fuit CΛ | habet GOr] habeat Σ; habebit *cet.* | 9 si autem GΣΛ | sponderit A.; spoponderit Σ | 12 morietur OT. | 13 in manus GOTMΦcr |

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

Nm 35,6! constituam tibi locum quo fugere debeat
Nm 35,20.21; Dt 19,11.12 14 si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias
IV Rg 11,15 ab altari meo evelles eum ut moriatur
15 qui percusserit patrem suum et matrem morte moriatur
Dt 24,7 16 qui furatus fuerit hominem et vendiderit eum
convictus noxae morte moriatur
Lv 20,9! Prv 20,20; Mt 15,4; Mc 7,10 17 qui maledixerit patri suo et matri morte moriatur
18 si rixati fuerint viri
et percusserit alter proximum suum lapide vel pugno
et ille mortuus non fuerit sed iacuerit in lectulo
19 si surrexerit et ambulaverit foris super baculum suum
innocens erit qui percussit
ita tamen ut operas eius et inpensas in medicos restituat
20 qui percusserit servum suum vel ancillam virga
et mortui fuerint in manibus eius criminis reus erit
21 sin autem uno die supervixerit vel duobus
non subiacebit poenae quia pecunia illius est
22 si rixati fuerint viri et percusserit quis mulierem praegnantem
et abortivum quidem fecerit sed ipsa vixerit
subiacebit damno quantum expetierit maritus mulieris et arbitri iudicarint
23 sin autem mors eius fuerit subsecuta
Dt 19,21 reddet animam pro anima
24 oculum pro oculo dentem pro dente Lv 24,20; Mt 5,38
manum pro manu pedem pro pede
25 adustionem pro adustione vulnus pro vulnere
livorem pro livore
26 si percusserit quispiam oculum servi sui aut ancillae et luscos eos fecerit
dimittet liberos pro oculo quem eruit
27 dentem quoque si excusserit servo vel ancillae suae
similiter dimittet eos liberos
28 si bos cornu petierit virum aut mulierem et mortui fuerint
lapidibus obruetur et non comedentur carnes eius
dominusque bovis innocens erit
29 quod si bos cornipeta fuerit ab heri 36
et nudius tertius
et contestati sunt dominum eius nec reclusit eum
occideritque virum aut mulierem
et bos lapidibus obruetur et dominum illius occident
30 quod si pretium ei fuerit inpositum
dabit pro anima sua quicquid fuerit postulatus
31 filium quoque et filiam si cornu percusserit simili sententiae subiacebit
32 si servum ancillamque invaserit
triginta siclos argenti dabit domino
bos vero lapidibus opprimetur
33 si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam
cecideritque bos vel asinus in eam
34 dominus cisternae reddet pretium iumentorum
quod autem mortuum est ipsius erit
35 si bos alienus bovem alterius vulnerarit
et ille mortuus fuerit

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 13 quo] in quem c. | 14 per industriam ΤΦc | altario GΣ | auelles OΣΛΤΦ | 15 et] aut c | 16 noxia C | 17 et] aut ΤΜΦ; uel Λc | 19 percusserit ΤΜΦc | opera OΦ | 21 si autem G | superuixerint Gr | ~ uel duobus superuixerit c. | 22 abortum G | ~ maritus mulieris expetierit c | iudicauerint CΛΤc | 23 si autem G | eius] ei CΣ | 26 dimittet + eos Mc; + illos Σ. | 27 eos] illos Σ.; *om.* ΛΜ.; ~ eos dimittet Φ | 28 cornu percusserit c | dominus quoque Λc | 29 fuit GΛ | recluserit c | illius] eius Σc | 30 ~ fuerit ei c | postulatum O | 31 sententia ΛCΣΤΦ | 32 ~ domino dabit c. | 33 uel] aut Λc | in ea GΛ | 34 reddat C | ~ reddet dominus cisternae c. | 35 uulnerauit r *lapsu*; uulnerauerit CΛΤΜΦc ||

vendent bovem vivum et divident
pretium
cadaver autem mortui inter se dispertient
29 36 sin autem sciebat quod bos cornipeta esset ab heri et nudius tertius
et non custodivit eum dominus suus
reddet bovem pro bove et cadaver
integrum accipiet
22 si quis furatus fuerit bovem aut
ovem
et occiderit vel vendiderit
II Sm 12,6 quinque boves pro uno bove restituet
et quattuor oves pro una ove
2 si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus
et accepto vulnere mortuus fuerit
percussor non erit reus sanguinis
3 quod si orto sole hoc fecerit
21,12! homicidium perpetravit et ipse morietur
si non habuerit quod pro furto reddat venundabitur
4 si inventum fuerit apud eum quod
furatus est vivens sive bos sive asinus sive ovis
duplum restituet
5 si laeserit quispiam agrum vel vineam
et dimiserit iumentum suum ut depascatur aliena
quicquid optimum habuerit in agro
suo vel in vinea
pro damni aestimatione restituet
6 si egressus ignis invenerit spinas
et conprehenderit acervos frugum
sive stantes segetes in agris
reddet damnum qui ignem succenderit
7 si quis commendaverit amico pecuniam aut vas in custodiam
et ab eo qui susceperat furto ablata
fuerint
si invenitur fur duplum reddet
8 si latet dominus domus adplicabitur
ad deos
et iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui 11
9 ad perpetrandam fraudem
tam in bove quam in asino et ove ac
vestimento
et quicquid damnum inferre potest
ad deos utriusque causa perveniet
et si illi iudicaverint duplum restituet proximo suo
10 si quis commendaverit proximo suo
asinum bovem ovem et omne iumentum ad custodiam
et mortuum fuerit aut debilitatum
vel captum ab hostibus
nullusque hoc viderit
11 iusiurandum erit in medio
quod non extenderit manum ad rem 8
proximi sui
suscipietque dominus iuramentum
et ille reddere non cogetur
12 quod si furto ablatum fuerit restituet Gn 31,39
damnum domino
13 si comestum a bestia
deferet ad eum quod occisum est et
non restituet
14 qui a proximo suo quicquam horum
mutuo postularit
et debilitatum aut mortuum fuerit
domino non praesente reddere conpelletur
15 quod si inpraesentiarum fuit dominus non restituet
maxime si conductum venerat pro
mercede operis sui
16 si seduxerit quis virginem necdum Dt 22,28.29
desponsatam et dormierit cum ea
dotabit eam et habebit uxorem Gn 34,12

22,1 ~ ouem aut bouem CTΦ | 2 mortuus est OT. | 3 reddat + ipse Mc | 5 restituat OΣ. | 8 latet + fur c | dominum ATMΦ | ad deos] ad eos C | iurauit GAOCΣΛTM | 9 inferri G | ad deos] ad eos OC | 11 suscipiatque O | 13 defert GΣ; deferat ΛMc; proferat Φ | 14 mutuum GΣΛTMΦ | postulauerit ACΣΛΦc | conpellentur OΣ. | 15 fuerit dominus Λ; dominus fuit T; dominus fuerit Σc | 16 sponsatam A | et dormierit] dormieritque ΛTΦc; et dormieritque M. | dotauit GAOΣΛ | habebit + eam MΦc |

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

17 si pater virginis dare noluerit
reddet pecuniam iuxta modum dotis
quam virgines accipere consuerunt
Lv 20,27! 18 maleficos non patieris vivere
Lv 18,23; 20,15.16; Dt 27,21 19 qui coierit cum iumento morte moriatur
20 qui immolat diis occidetur praeter
Domino soli
23,9; Lv 19,33.34; Dt 10,19; Prv 22,22; Dt 24,17.18; 27,19; Za 7,10! 21 advenam non contristabis neque adfliges eum
advenae enim et ipsi fuistis in terra
Aegypti
22 viduae et pupillo non nocebitis
23 si laeseritis eos
vociferabuntur ad me et ego audiam
clamorem eorum
24 et indignabitur furor meus
percutiamque vos gladio
et erunt uxores vestrae viduae
et filii vestri pupilli
Lv 25,35–37; Dt 15,8! 10; 23,19.20; Ez 18,8.17 25 si pecuniam mutuam dederis populo
meo pauperi qui habitat tecum
non urgues eum quasi exactor nec
usuris opprimes
Dt 24,12.13 26 si pignus a proximo tuo acceperis
vestimentum
ante solis occasum redde ei
27 ipsum enim est solum quo operitur
indumentum carnis eius
nec habet aliud in quo dormiat
si clamaverit ad me exaudiam eum
quia misericors sum
Ecl 10,20; Act 23,5 28 diis non detrahes et principi populi
tui non maledices
23,19! 35,5! Gn 28,22! Tb 1,6 Nm 18,26! II Par 31,12 29 decimas tuas et primitias non tardabis offerre
13,2! Dt 12,6! primogenitum filiorum tuorum dabis
mihi
30 de bubus quoque et ovibus similiter
facies
Lv 22,27 septem diebus sit cum matre sua
die octavo reddes illum mihi
31 viri sancti eritis mihi 19,6
carnem quae a bestiis fuerit praegustata non comedetis sed proicietis Lv 7,24; 17,15; 22,8!
canibus
23 non suscipies vocem mendacii 7; 20,16; Lv 19,11; Dt 19,18!
nec iunges manum tuam ut pro impio dicas falsum testimonium
2 non sequeris turbam ad faciendum
malum
nec in iudicio plurimorum adquiesces sententiae ut a vero devies
3 pauperis quoque non misereberis in 6; Lv 19,15
negotio
4 si occurreris bovi inimici tui aut asi- Dt 22,1
no erranti reduc ad eum
5 si videris asinum odientis te iacere Dt 22,4!
sub onere
non pertransibis sed sublevabis cum
eo
6 non declinabis in iudicio pauperis 3!
7 mendacium fugies 1!
insontem et iustum non occides 20,13! Dt 27,25; Dn 13,53
quia aversor impium
8 nec accipias munera quae excaecant Dt 16,19; Ps 14,5! Sir 20,31
etiam prudentes
et subvertunt verba iustorum
9 peregrino molestus non eris 22,21!
scitis enim advenarum animas
quia et ipsi peregrini fuistis in terra
Aegypti
10 sex annis seminabis terram tuam et Lv 25,3.4
congregabis fruges eius
11 anno autem septimo dimittes eam et
requiescere facies
ut comedant pauperes populi tui
et quicquid reliqui fuerit edant bestiae agri
ita facies in vinea et in oliveto tuo
12 sex diebus operaberis 20,9.10!
septima die cessabis

GA(O)C ΣΛΤΜΦ cr

17 consueuerunt GOCcr | 18 patiaris A | 19 morietur CΛ | 20 occidatur C | praeterquam c. | 23 uociferabunt O | exaudiam OΣ | 25 urguebis r.; urgebis c; argues O | 26 reddes GTMc | 27 quo] quod OCT | operietur AC | 29 primitias + tuas Ac | offerre] reddere c. | 30 octaua CTMΦc | [*deest* O *usque ad* 27,6 (*partim ant. vers.*)] | 31 proicitis CΛ || 23,3 in negotio] in iudicio c | 6 in iudicium ΛTc | 8 accipies ΣΛ Mc | ~ etiam excaecant c. | 10 eius] tuas A | 11 reliquum c | 12 operaueris AC | septimo c |

ut requiescat bos et asinus tuus
et refrigeretur filius ancillae tuae et
advena
13 omnia quae dixi vobis custodite
Ios 23,7 et per nomen externorum deorum
non iurabitis
neque audietur ex ore vestro
14 tribus vicibus per singulos annos mi-
hi festa celebrabitis
15—19: 34,18–26 15 sollemnitatem azymorum custodies
12,15! 17! septem diebus comedes azyma sicut
praecepi tibi
13,4! tempore mensis novorum quando
egressus es de Aegypto
Dt 16,16; Sir 35,6 non apparebis in conspectu meo va-
cuus
16 et sollemnitatem messis primitivo-
rum operis tui quaecumque seru-
eris in agro
Lv 23,39! sollemnitatem quoque in exitu anni
quando congregaveris omnes fruges
tuas de agro
Dt 16,16; 31,11 17 ter in anno apparebit omne mascu-
linum tuum coram Domino Deo
18 non immolabis super fermento san-
guinem victimae meae
12,10! nec remanebit adeps sollemnitatis
meae usque mane
22,29! Lv 2,14; 23,10; Nm 15,20. 21! 18,12.13! Dt 26,2! 10 19 primitias frugum terrae tuae deferes
in domum Domini Dei tui
Dt 14,21 nec coques hedum in lacte matris
suae
Gn 24,7! Bar 6,6; Za 3,7 20—33: Dt 7,12–26 20 ecce ego mittam angelum meum qui
praecedat te et custodiat in via
et introducat ad locum quem paravi
21 observa eum et audi vocem eius nec
contemnendum putes
quia non dimittet cum peccaveritis
et est nomen meum in illo
22 quod si audieris vocem eius et fece-
ris omnia quae loquor
II Mcc 10,26 inimicus ero inimicis tuis
et adfligam adfligentes te

23 praecedetque te angelus meus 33,2; 34,11; Gn 24,7!
et introducet te ad Amorreum et 3,8! Lv 18,3; Dt 7,1; 20,17; Ios 3,10; 24,11
Hettheum et Ferezeum
Chananeumque et Eveum et Iebu-
seum
quos ego contribo
24 non adorabis deos eorum nec coles 20,5; Dt 12,30! IV Rg 17,35
eos
non facies opera eorum
sed destrues eos et confringes statuas 34,13! Lv 26,30! Nm 33,52
eorum
25 servietisque Domino Deo vestro
ut benedicam panibus tuis et aquis
et auferam infirmitatem de medio tui
26 non erit infecunda nec sterilis in ter- Dt 28,4!
ra tua
numerum dierum tuorum implebo
27 terrorem meum mittam in praecur- Dt 2,25; 11,25
sum tuum
et occidam omnem populum ad Dt 4,38! 7,11
quem ingredieris
cunctorumque inimicorum tuorum II Sm 22,41!
coram te terga vertam
28 emittens crabrones prius Dt 7,20; Ios 24,12; Sap 12,8
qui fugabunt Eveum et Chananeum
et Hettheum antequam introeas
29 non eiciam eos a facie tua anno uno
ne terra in solitudinem redigatur
et crescant contra te bestiae
30 paulatim expellam eos de conspectu
tuo
donec augearis et possideas terram
31 ponam autem terminos tuos a mari Gn 15,18! Dt 11,24! Ps 71,8!
Rubro usque ad mare Palestinorum
et a deserto usque ad Fluvium
tradam manibus vestris habitatores
terrae
et eiciam eos de conspectu vestro
32 non inibis cum eis foedus nec cum 34,12.15! Dt 7,2; Idc 2,2
diis eorum
33 non habitent in terra tua
ne forte peccare te faciant in me Dt 7,4!
si servieris diis eorum quod tibi certo

12 aduenae GCΛ | 15 dierum GΣT | 16 messis G cr 𝔐] mensis *cet.* | serueris] seueris TMΦ; seminaueris c. | 17 deo + tuo Cc | 19 nec] ne G; non Mc | 20 mitto GT. | meum *om.* ΛTMΦr | ad] in c | paraui + tibi C | 21 peccaueris Φc | 23 te¹ *om.* G | te² *om.* ΣΛ | contribo] conteram MΦcr | 26 in *om.* AΣ | 29 in solitudine GΣT | 31 tradam + in Λc | 33 certe TMΦc ||

GAC ΣΛTMΦ cr

erit in scandalum
24 Mosi quoque dixit
9;19,24! ascende ad Dominum tu et Aaron Nadab et Abiu
et septuaginta senes ex Israhel
et adorabitis procul
2 solusque Moses ascendet ad Dominum
et illi non adpropinquabunt
nec populus ascendet cum eo
19,8! 3 venit ergo Moses et narravit plebi omnia verba Domini atque iudicia
responditque cunctus populus una voce
omnia verba Domini quae locutus est faciemus
34,27; Dt 31,9 4 scripsit autem Moses universos sermones Domini
et mane consurgens aedificavit altare ad radices montis
et duodecim titulos per duodecim tribus Israhel
5 misitque iuvenes de filiis Israhel
20,24! 29,36! Lv 1,5! 3,1; 9,4; Nm 15,8! et obtulerunt holocausta
immolaveruntque victimas pacificas Domino vitulos
6 tulit itaque Moses dimidiam partem sanguinis et misit in crateras
29,12! 16! partem autem residuam fudit super altare
Dt 31,11! IV Rg 23,2 7 adsumensque volumen foederis legit audiente populo
19,8! qui dixerunt
omnia quae locutus est Dominus faciemus
et erimus oboedientes
Hbr 9,19.20; II Par 35,11 8 ille vero sumptum sanguinem respersit in populum et ait
Mt 26,28! hic est sanguis foederis quod pepigit Dominus vobiscum
super cunctis sermonibus his
1 9 ascenderuntque Moses et Aaron Nadab et Abiu
et septuaginta de senioribus Israhel
10 et viderunt Deum Israhel
sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini Ez 1,26
et quasi caelum cum serenum est
11 nec super eos qui procul recesserant de filiis Israhel misit manum suam
videruntque Deum et comederunt ac biberunt
12 dixit autem Dominus ad Mosen
ascende ad me in montem et esto ibi
daboque tibi tabulas lapideas 31,18! 34,28! Dt 5,22! 9,11
et legem ac mandata quae scripsi ut doceas eos
13 surrexerunt Moses et Iosue minister eius
ascendensque Moses in montem Dei 17,10
14 senioribus ait
expectate hic donec revertamur ad vos Gn 22,5
habetis Aaron et Hur vobiscum
si quid natum fuerit quaestionis referetis ad eos
15 cumque ascendisset Moses operuit nubes montem
16 et habitavit gloria Domini super Sinai tegens illum nube sex diebus
septimo autem die vocavit eum de medio caliginis 19,9! Dt 5,23
17 erat autem species gloriae Domini quasi ignis ardens 19,18
super verticem montis in conspectu filiorum Israhel
18 ingressusque Moses medium nebulae ascendit in montem
et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibus 34,28! Dt 9,25; 10,10; Mc 1,13; IV Esr 14,4
25 locutusque est Dominus ad Mosen dicens 1–7: 35,4–9
2 loquere filiis Israhel ut tollant mihi primitias 2–8: 35,11–28
ab omni homine qui offert ultroneus accipietis eas
3 haec sunt autem quae accipere debetis

GAC ΣΛΤΜΦ cr **24,**1 ad deum G | 2 moses] tu C | ascendet[1]] ascendat ΛΑΤ; accedes C. | 3 cunctus] omnis c | 9 de senibus Λ; senibus Σ; senes ex A. | 10 israhel + et Λc | sapphiri A | 14 refertis ACM | 16 eum + dominus A | 18 dies ... noctes GΣ || **25,**2 offeret c | 3 debeatis CΣ. |

aurum et argentum et aes
26,1! 28,5.8.15; 35,35! 4 hyacinthum et purpuram coccum-
que bis tinctum et byssum
pilos caprarum 5 et pelles arietum
26,14 rubricatas
pelles ianthinas et ligna setthim
Nm 4,16 6 oleum ad luminaria concinnanda
aromata in unguentum et thymiama
boni odoris
7 lapides onychinos et gemmas ad or-
nandum ephod ac rationale
29,45! 8—9: 40! Sap 9,8 8 facientque mihi sanctuarium et ha-
bitabo in medio eorum
Nm 8,4 9 iuxta omnem similitudinem taberna-
culi quod ostendam tibi
et omnium vasorum in cultum eius
sicque facietis illud
Dt 10,1.3 10 arcam de lignis setthim conpingite
10—39: 37,1–24 cuius longitudo habeat duos semis
cubitos
latitudo cubitum et dimidium
altitudo cubitum similiter ac semis-
sem
Hbr 9,4 11 et deaurabis eam auro mundissimo
intus et foris
faciesque supra coronam auream per
circuitum
12 et quattuor circulos aureos
quos pones per quattuor arcae an-
gulos
duo circuli sint in latere uno et duo
in altero
13 facies quoque vectes de lignis setthim
et operies eos auro
14 inducesque per circulos qui sunt in
arcae lateribus ut portetur in eis
15 qui semper erunt in circulis nec um-
quam extrahentur ab eis
21; 40,18; Dt 10,5 16 ponesque in arcam testificationem
quam dabo tibi
17 facies et propitiatorium de auro
mundissimo
duos cubitos et dimidium tenebit
longitudo eius
cubitum ac semissem latitudo
18 duos quoque cherubin aureos et pro-
ductiles facies ex utraque parte ora-
culi
19 cherub unus sit in latere uno et alter
in altero
20 utrumque latus propitiatorii tegant
expandentes alas et operientes ora- III Rg 8,7; I Par 28,18; II Par 5,8; Hbr 9,5
culum
respiciantque se mutuo versis vulti-
bus in propitiatorium
quo operienda est arca
21 in qua pones testimonium quod dabo 16!
tibi
22 inde praecipiam et loquar ad te 29,42.43; Nm 7,89; 17,4
supra propitiatorio scilicet ac medio I Sm 4,4!
duorum cherubin
qui erunt super arcam testimonii
cuncta quae mandabo per te filiis
Israhel
23 facies et mensam de lignis setthim
habentem duos cubitos longitudinis
et in latitudine cubitum
et in altitudine cubitum ac semissem
24 et inaurabis eam auro purissimo
faciesque illi labium aureum per cir-
cuitum
25 et ipsi labio coronam interrasilem
altam quattuor digitis
et super illam alteram coronam au-
reolam
26 quattuor quoque circulos aureos
praeparabis
et pones eos in quattuor angulis eius-
dem mensae per singulos pedes
27 subter coronam erunt circuli aurei
ut mittantur vectes per eos et possit
mensa portari
28 ipsosque vectes facies de lignis set-
thim
et circumdabis auro ad subvehen-
dam mensam

5 pelles²] pellesque c | ianthinas G cr] hyacinthinas *cet.* | 6 in *om.* AΦ. | thymiamata MΦc | 9 in cultu A | 10 duos et semis c | 16 in arca CΣΛc | 17 et cubitum ac semissem c.; semisse et cubitum G | [*deest* G *usque ad* 26,12] | 19 cherubin AΛ | 22 supra propitiatorium CTMc | scilicet *om.* c. | de medio c; medium C | super] supra AT | 23 in altitudinem AΦ | 28 ipsos quoque Cc; ipsos M | (G)AC ΣΛΤΜΦ cr

Nm 7,13! 29 parabis et acetabula ac fialas turibula et cyatos
in quibus offerenda sunt libamina
ex auro purissimo
40,21; Lv 24,5.6; III Rg 7,48; II Par 4,19 30 et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper
Nm 8,4 31 facies et candelabrum ductile de auro mundissimo
hastile eius et calamos
scyphos et spherulas ac lilia ex ipso procedentia
32 sex calami egredientur de lateribus
tres ex uno latere et tres ex altero
33 tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos
spherulaque simul et lilium
et tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero
spherulaque et lilium
hoc erit opus sex calamorum qui producendi sunt de hastili
34 in ipso autem candelabro erunt quattuor scyphi in nucis modum
spherulaeque per singulos et lilia
35 spherula sub duobus calamis per tria loca
qui simul sex fiunt procedentes de hastili uno
36 et spherae igitur et calami ex ipso erunt
universa ductilia de auro purissimo
Za 4,2 37 facies et lucernas septem et pones eas super candelabrum ut luceant ex adverso
38 emunctoria quoque et ubi quae emuncta sunt extinguantur fient de auro purissimo
39 omne pondus candelabri cum universis vasis suis
habebit talentum auri mundissimi
8,9! 26,30; Act 7,44; Hbr 8,5 40 inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est
1—37: 36,8–38 **26** tabernaculum vero ita fiet
31,36! 25,4! 28,6; 36,35.37; 39,2.3; decem cortinas de bysso retorta et
hyacintho ac purpura coccoque bis tincto II Par 3,14
variatas opere plumario facies
2 longitudo cortinae unius habebit viginti octo cubitos
latitudo quattuor cubitorum erit
unius mensurae fient universa tentoria
3 quinque cortinae sibi iungentur mutuo
et aliae quinque nexu simili coherebunt
4 ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum
ut possint invicem copulari
5 quinquagenas ansulas cortina habebit in utraque parte
ita insertas ut ansa contra ansam veniat
et altera alteri possit aptari
6 facies et quinquaginta circulos aureos
quibus cortinarum vela iungenda sunt ut unum tabernaculum fiat
7 facies et saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi
8 longitudo sagi unius habebit triginta cubitos
et latitudo quattuor
aequa erit mensura sagorum omnium
9 e quibus quinque iunges seorsum
et sex sibi mutuo copulabis
ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices
10 facies et quinquaginta ansas in ora sagi unius ut coniungi cum altero queat
et quinquaginta ansas in ora sagi alterius ut cum altero copuletur
11 quinquaginta fibulas aeneas quibus iungantur ansae
et unum ex omnibus operimentum fiat

AC ΣΛTMΦ cr 33 spherulaque[1]] spherulaeque ΣTMΦ; sperulasque A | spherulaque[2]] sperolaeque M; sfereque Σ.; + simul Λ c | 35 sphaerulae c; sperolae M.; sphera Λ | 36 spherae CΣΛT] spherulae AMΦ cr | 38 fiant CΣΦ c | 39 mundissimi] purissimi Σ c | **26**,1 fiet] facies A c | retorto C | 10 in ore A (*bis*) | 11 quinquaginta] *praem.* facies et c. | et] ut c |

[12] quod autem superfuerit in sagis quae parantur tecto
id est unum sagum quod amplius est
ex medietate eius operies posteriora tabernaculi
[13] et cubitus ex una parte pendebit et alter ex altera
qui plus est in sagorum longitudine
utrumque latus tabernaculi protegens
25,5; 39,33 [14] facies et operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis
et super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus
[15] facies et tabulas stantes tabernaculi de lignis setthim
[16] quae singulae denos cubitos in longitudine habeant
et in latitudine singulos ac semissem
[17] in lateribus tabulae duae incastraturae fient
quibus tabula alteri tabulae conectatur
atque in hunc modum cunctae tabulae parabuntur
[18] quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad austrum
38,26 [19] quibus quadraginta bases argenteas fundes
ut binae bases singulis tabulis per duos angulos subiciantur
[20] in latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad aquilonem
viginti tabulae erunt
[21] quadraginta habentes bases argenteas
binae bases singulis tabulis subponentur
[22] ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas
[23] et rursum alias duas
quae in angulis erigantur post tergum tabernaculi
[24] eruntque coniunctae a deorsum usque sursum
et una omnes conpago retinebit
duabus quoque tabulis quae in angulis ponendae sunt similis iunctura servabitur
[25] et erunt simul tabulae octo
bases earum argenteae sedecim
duabus basibus per unam tabulam supputatis
[26] facies et vectes de lignis setthim quinque
ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi
[27] et quinque alios in altero
et eiusdem numeri ad occidentalem plagam
[28] qui mittentur per medias tabulas a summo usque ad summum
[29] ipsasque tabulas deaurabis
et fundes eis anulos aureos
per quos vectes tabulata contineant
quos operies lamminis aureis
[30] et eriges tabernaculum iuxta exemplum quod tibi in monte monstratum est 25,40!
[31] facies et velum de hyacintho et purpura 11!
coccoque bis tincto et bysso retorta
opere plumario et pulchra varietate contextum
[32] quod adpendes ante quattuor columnas de lignis setthim
quae ipsae quidem deauratae erunt
et habebunt capita aurea
sed bases argenteas
[33] inseretur autem velum per circulos 27,21! 40,3.19
intra quod pones arcam testimonii
et quo sanctuarium et sanctuarii sanctuaria dividentur
[34] pones et propitiatorium super arcam testimonii in sancta sanctorum Lv 16,2
[35] mensamque extra velum 40,20.22

12 [*iterum adest* G] | 13 longitudinem GCΣ; magnitudine TΦ | 14 ianthinis G cr] hyacinthinis *cet.* | 16 in longitudinem C | in latitudinem CΣ | 17 fiant CΣ | 18 erant A | 21 subponuntur G | 24 omnes Σ cr] omnis *cet.* | 27 et^{2} *om.* GAC. | 29 ipsas quoque c | in eis TMΦ c | 30 exemplar c | 31 retorto ATΦ | 32 sed] et C | 33 et quo] et quod G; quo et c. | 34 in sancto sanctorum ACΛ cr. |

GAC ΣΛTMΦ cr

et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano
mensa enim stabit in parte aquilonis
40,5! 27,16; 38,18 36 facies et tentorium in introitu tabernaculi
1! de hyacintho et purpura
coccoque bis tincto et bysso retorta opere plumarii
37 et quinque columnas deaurabis lignorum setthim
ante quas ducetur tentorium
quarum erunt capita aurea et bases aeneae
27 facies et altare de lignis setthim
quod habebit quinque cubitos in longitudine
et totidem in latitudine id est quadrum
et tres cubitos in altitudine
2 cornua autem per quattuor angulos ex ipso erunt
et operies illud aere
3 faciesque in usus eius lebetas ad suscipiendos cineres
et forcipes atque fuscinulas et ignium receptacula
omnia vasa ex aere fabricabis
4 craticulamque in modum retis aeneam
per cuius quattuor angulos erunt quattuor anuli aenei
5 quos pones subter arulam altaris
eritque craticula usque ad altaris medium
6 facies et vectes altaris de lignis setthim duos
quos operies lamminis aeneis
7 et induces per circulos
eruntque ex utroque latere altaris ad portandum
8 non solidum sed inane et cavum intrinsecus facies illud
sicut tibi in monte monstratum est
40,31 9 facies et atrium tabernaculi in cuius plaga australi contra meridiem
erunt tentoria de bysso retorta
centum cubitos unum latus tenebit in longitudine
10 et columnas viginti cum basibus totidem aeneis
quae capita cum celaturis suis habebunt argentea
11 similiter in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum
columnae viginti et bases aeneae eiusdem numeri
et capita earum cum celaturis suis argentea
12 in latitudine vero atrii quod respicit ad occidentem
erunt tentoria per quinquaginta cubitos
et columnae decem basesque totidem
13 in ea quoque atrii latitudine quae respicit ad orientem quinquaginta cubiti erunt
14 in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur
columnaeque tres et bases totidem
15 et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim
columnas tres et bases totidem
16 in introitu vero atrii fiet tentorium cubitorum viginti 26,36! 40,31
ex hyacintho et purpura
coccoque bis tincto et bysso retorta opere plumarii
columnas habebit quattuor cum basibus totidem
17 omnes columnae atrii per circuitum vestitae erunt argenti lamminis
capitibus argenteis et basibus aeneis
18 in longitudine occupabit atrium cubitos centum
in latitudine quinquaginta
altitudo quinque cubitorum erit

GA(O)C ΣΛΤΜΦ cr
35 tabernaculi + in C | 36 in introitum Cr | plumario A || **27,1** in latitudinem C | 3 lebetes ΛTc | fabricaberis CΣT; fabricaueris GM. | 5 ad *om.* A | 7 [*iterum adest* O] | 9 ~ australi plaga c. | 11 similiter + et c | 14 latere GT | 15 columnae c | 16 in introitum AOr; introitu Σ. | 17 argenti] argenteis CΣΛc | 18 occupauit GAOΣΛ |

fietque de bysso retorta et habebit
bases aeneas
19 cuncta vasa tabernaculi in omnes
usus et caerimonias
35.18 tam paxillos eius quam atrii ex aere
facies
Lv 24.2.31 20 praecipe filiis Israhel
ut adferant tibi oleum de arboribus
olivarum
purissimum piloque contusum
ut ardeat lucerna semper 21 in taber-
naculo testimonii
26.33! 35.12 extra velum quod oppansum est tes-
timonio
30.8! et conlocabunt eam Aaron et filii
eius
ut usque mane luceat coram Domino
perpetuus erit cultus per successio-
nes eorum a filiis Israhel
1 Par 23.13 **28** adplica quoque ad te Aaron frat-
rem tuum cum filiis suis de medio
filiorum Israhel
ut sacerdotio fungantur mihi
6.23! Aaron Nadab et Abiu Eleazar et
Ithamar
Sir 45.9! 2 faciesque vestem sanctam fratri tuo
in gloriam et decorem
31.6; 36.2 3 et loqueris cunctis sapientibus corde
quos replevi spiritu prudentiae
35 ut faciant vestes Aaron in quibus
sanctificatus ministret mihi
4 haec autem erunt vestimenta quae
facient
rationale et superumerale
tunicam et lineam strictam
cidarim et balteum
31.10; 35.19; 39,1 facient vestimenta sancta Aaron frat-
ri tuo et filiis eius
ut sacerdotio fungantur mihi
25.4! 5 accipientque aurum et hyacinthum
et purpuram
coccumque bis tinctum et byssum
6–12: 39.2–7 6 facient autem superumerale de auro
26.11 et hyacintho ac purpura
coccoque bis tincto et bysso retorta
opere polymito
7 duas oras iunctas habebit in utroque
latere summitatum ut in unum red-
eant
8 ipsaque textura et cuncta operis va-
rietas
erit ex auro et hyacintho et purpura 25.4!
coccoque bis tincto et bysso retorta
9 sumesque duos lapides onychinos et
sculpes in eis nomina filiorum Isra-
hel
10 sex nomina in lapide uno
et sex reliqua in altero
iuxta ordinem nativitatis eorum
11 opere sculptoris et celatura gem-
marii
sculpes eos nominibus filiorum Isra-
hel
inclusos auro atque circumdatos
12 et pones in utroque latere superume-
ralis memoriale filiis Israhel
portabitque Aaron nomina eorum
coram Domino
super utrumque umerum ob recor-
dationem
13 facies et uncinos ex auro
14 et duas catenulas auri purissimi
sibi invicem coherentes quas inseres
uncinis
15 rationale quoque iudicii facies opere 15–28: 39.8–12
polymito
iuxta texturam superumeralis
ex auro hyacintho et purpura 25.4!
coccoque bis tincto et bysso retorta
16 quadrangulum erit et duplex
mensuram palmi habebit tam in lon-
gitudine quam in latitudine
17 ponesque in eo quattuor ordines la-
pidum
in primo versu erit lapis sardius et
topazius et zmaragdus
18 in secundo carbunculus sapphyrus
et iaspis

20 offerant A; afferent Σ. | 21 oppansum] appensum GAOΣ | ut] et A || 28,1 abiu + et GΣ | 2 sanctam + aaron c | 3 repleuit O | 4 ~ fratri tuo aaron c. | 5 purpura OC. | coccoque bis tincto O | 6 ac] et GO cr | 8 ipsa quoque M c | et[3]] ac CΦ | 12 portabitque + ea C | 14 auro purissimo A.; ex auro purissimo c. | 16 mensura GAΣ. | GAOC ΣΛΤΜΦ cr

19 in tertio ligyrius achates et amethistus
20 in quarto chrysolitus onychinus et berillus
inclusi auro erunt per ordines suos
21 habebuntque nomina filiorum Israhel
duodecim nominibus celabuntur
Sir 45,13 singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus
22 facies in rationali catenas sibi invicem coherentes ex auro purissimo
23 et duos anulos aureos
quos pones in utraque rationalis summitate
24 catenasque aureas iunges anulis qui sunt in marginibus eius
25 et ipsarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis
in utroque latere superumeralis quod rationale respicit
26 facies et duos anulos aureos
quos pones in summitatibus rationalis
et in oris quae e regione sunt superumeralis
et posteriora eius aspiciunt
27 nec non et alios duos anulos aureos
qui ponendi sunt in utroque latere superumeralis deorsum
quod respicit contra faciem iuncturae inferioris
ut aptari possit cum superumerali
28 et stringatur rationale anulis suis cum anulis superumeralis vitta hyacinthina
ut maneat iunctura fabrefacta
et a se invicem rationale et superumerale nequeant separari
29 portabitque Aaron nomina filiorum Israhel
in rationali iudicii super pectus suum quando ingreditur sanctuarium
memoriale coram Domino in aeternum
30 pones autem in rationali iudicii doctrinam et veritatem Lv 8,8
quae erunt in pectore Aaron quando ingreditur coram Domino
et gestabit iudicium filiorum Israhel in pectore suo in conspectu Domini semper
31 facies et tunicam superumeralis totam hyacinthinam 31—40: 39,20–30
32 in cuius medio supra erit capitium
et ora per gyrum eius textilis
sicut fieri solet in extremis vestium partibus ne facile rumpatur
33 deorsum vero ad pedes eiusdem tunicae per circuitum
quasi mala punica facies
ex hyacintho et purpura et cocco bis tincto
mixtis in medio tintinabulis
34 ita ut tintinabulum sit aureum et malum
rursumque tintinabulum aliud aureum et malum punicum
35 et vestietur ea Aaron in officio ministerii 3
ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur sanctuarium in conspectu Domini et non moriatur
36 facies et lamminam de auro purissimo 36—38: Lv 8,9
in qua sculpes opere celatoris Sanctum Domino
37 ligabisque eam vitta hyacinthina
et erit super tiaram 38 inminens fronti pontificis
portabitque Aaron iniquitates eorum Nm 18,1
quae obtulerint et sanctificaverint filii Israhel
in cunctis muneribus et donariis suis
erit autem lammina semper in fronte eius

GAOC ΣΛΤΜΦ cr
26 et² *om.* c. | 29 portauitque OΛ | in rationale GΣΛ | ingredietur c | 30 in rationale OΣΛ | ingredietur c | gestauit AOΛ | 32 medium OM | rumpantur A | 33 et coccoque C; cocco O. | 34 ut + in G | malum¹ + punicum ΛΤΜΦ c | rursumque + et T.; + et in O. | 35 in conspectum G | 37 ea GO | 38 portauitque OΛ | obtulerunt et sanctificauerunt c | filiis A |

ut placatus eis sit Dominus
39 stringesque tunicam bysso
et tiaram byssinam facies
et balteum opere plumarii
29,8.9; Lv 16,4 40 porro filiis Aaron tunicas lineas parabis
et balteos ac tiaras in gloriam et decorem
29,5! 40,13 41 vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum et filios eius cum eo
30,30; Lv 16,32; 21,10; Nm 3,3! et cunctorum consecrabis manus
sanctificabisque illos ut sacerdotio fungantur mihi
Ez 44,18 42 facies et feminalia linea
ut operiant carnem turpitudinis suae
a renibus usque ad femina
43 et utentur eis Aaron et filii eius
29,30 quando ingredientur tabernaculum testimonii
vel quando adpropinquant ad altare
ut ministrent in sanctuario
ne iniquitatis rei moriantur
30,21; Lv 3,17! 6,18; 10,9! Sir 45,19 legitimum sempiternum erit Aaron
et semini eius post eum
1—34: Lv 8,1-32 **29** sed et hoc facies ut mihi in sacerdotio consecrentur
tolle vitulum de armento
et arietes duos inmaculatos
23; Lv 2,4; 7,12! Nm 6,15.16 2 panesque azymos et crustula absque fermento
quae conspersa sint oleo
lagana quoque azyma oleo lita
de simila triticea cuncta facies
3 et posita in canistro offeres
vitulum autem et duos arietes
Nm 8,9 4 et Aaron ac filios eius adplicabis ad
4—9: 40,12.13 ostium tabernaculi testimonii
cumque laveris patrem cum filiis aqua
28,41! Lv 6,10; Sir 45,9.10! 5 indues Aaron vestimentis suis
id est linea et tunica et superumerali
et rationali quod constringes balteo
6 et pones tiaram in capite eius
et lamminam sanctam super tiaram
7 et oleum unctionis fundes super caput eius Lv 10,7!
atque hoc ritu consecrabitur
8 filios quoque illius adplicabis 28,40.41
et indues tunicis lineis cingesque balteo
9 Aaron scilicet et liberos eius
et inpones eis mitras
eruntque sacerdotes mei in religione perpetua Nm 25,13!
postquam initiaveris manus eorum
10 adplicabis et vitulum coram tabernaculo testimonii 10—13: 15-18.19-22; Lv 1,4-9! Lv 4,24-26!
inponentque Aaron et filii eius manus super caput illius 15! Lv 4,4!
11 et mactabis eum in conspectu Domini
iuxta ostium tabernaculi testimonii
12 sumptumque de sanguine vituli pones super cornua altaris digito tuo Lv 4,5-7!
reliquum autem sanguinem fundes iuxta basim eius 24,6! Lv 1,11! 17,6!
13 sumes et adipem totum qui operit intestina Lv 4,8-12!
et reticulum iecoris ac duos renes
et adipem qui super eos est Lv 6,12!
et offeres incensum super altare
14 carnes vero vituli et corium et fimum Lv 4,21; 16,27
conbures foris extra castra
eo quod pro peccato sit
15 unum quoque arietum sumes 19.20; Gn 22,13! Lv 5,15.16! 8,22 10!
super cuius caput ponent Aaron et filii eius manus 15—18: 10-13!
16 quem cum mactaveris 16—18: Lv 9,12-14
tolles de sanguine eius et fundes circa altare 24,6! Lv 9,18
17 ipsum autem arietem secabis in frusta
lotaque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes et super caput illius
18 et offeres totum arietem in incensum

38 ei sit OTMΦ; sit eis Λc | 39 stringensque GΣTΦ | 40 in gloria A | 42 femina] feminalia ΛTΦ; femora Cc | 43 propinquant CT || **29**,1 in sacerdotium GΛM | duo OΣ. | 2 crustulam AMΦc | sit AΛc | 4 filiis + suis c | 9 mei] mihi c | in *om.* OΣMc | 10 inponent O | 12 de sanguinem A (de *in ras.*); sanguinem CΣΛ | cornu O | 15 arietum GOCr] arietem *cet.* |

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

super altare
Eph 5,2; Phil 4,18 oblatio est Domini odor suavissimus
victimae Dei
15.16! 19 tolles quoque arietem alterum
19—22: 10–13! super cuius caput Aaron et filii eius
ponent manus
Lv 14.14! 20 quem cum immolaveris sumes de
sanguine ipsius
Lv 14.17.25.28 et pones super extremum dextrae
auriculae Aaron et filiorum eius
et super pollices manus eorum et
pedis dextri
fundesque sanguinem super altare
per circuitum
21 cumque tuleris de sanguine qui est
super altare et de oleo unctionis
asperges Aaron et vestes eius
filios et vestimenta eorum
consecratisque et ipsis et vestibus
22—24: Nm 6,19 22 tolles adipem de ariete et caudam
et arvinam quae operit vitalia ac reti-
culum iecoris
et duos renes atque adipem qui su-
per eos est
armumque dextrum
eo quod sit aries consecrationum
2.3! 23 tortam panis unius
crustulum conspersum oleo
laganum de canistro azymorum quod
positum est in conspectu Domini
Lv 7,30; 9,21; Nm 3,3! 24 ponesque omnia super manus Aaron
et filiorum eius
et sanctificabis eos elevans coram
Domino
25 suscipiesque universa de manibus
eorum
Gn 8,20.21! Lv 2,2! 6,21 et incendes super altare in holocaus-
tum
odorem suavissimum in conspectu
Domini quia oblatio eius est
Lv 9,21 26 sumes quoque pectusculum de ariete
26—28: Lv 10.14.15 quo initiatus est Aaron
sanctificabisque illud elatum coram
Domino
et cedet in partem tuam
27 sanctificabis et pectusculum consec- Lv 7,31–34; Nm 18,18.19; Dt 18,3
ratum
et armum quem de ariete separasti
28 quo initiatus est Aaron et filii eius Nm 5,9.10; 18,8!
cedentque in partem Aaron et filio-
rum eius
iure perpetuo a filiis Israhel
quia primitiva sunt et initia de victi-
mis eorum pacificis quae offerunt
Domino
29 vestem autem sanctam qua utitur
Aaron habebunt filii eius post eum
ut unguantur in ea et consecrentur
manus eorum
30 septem diebus utetur illa qui ponti-
fex pro eo fuerit constitutus de filiis
eius
et qui ingredietur tabernaculum testi- 28.43
monii ut ministret in sanctuario
31 arietem autem consecrationum tolles
et coques carnes eius in loco sancto
32 quibus vescetur Aaron et filii eius Lv 21.22.23; 24,9
panes quoque qui sunt in canistro
in vestibulo tabernaculi testimonii
comedent
33 ut sit placabile sacrificium
et sanctificentur offerentium manus
alienigena non vescetur ex eis quia 12,43; Lv 22,10.13
sancti sunt
34 quod si remanserit de carnibus con- 12,10! Lv 8,32
secratis
sive de panibus usque mane
conbures reliquias igni
non comedentur quia sanctificata
sunt
35 omnia quae praecepi tibi facies super
Aaron et filiis eius
septem diebus consecrabis manus
eorum

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 18 domino ΛΤΦc | uictima GTMΦ | dei] domini Oc | 20 ipsius] eius c | ~ auriculae dextrae c. | et[4]] ac Ac | 21 et[4] *om.* c. | et[5] *om.* M | 22 consecrationis ΣΤΜΦc | 23 tortamque c | crustulam conspersam GΣΤΜΦc; crustulam conspersum C | in conspectum G | 25 suscipiensque G | 26 delatum A.; eleuatum ΛΤΦc | 27 sanctificabisque ΣΛΤΜΦc | et[1] *om.* M | 29 utetur OCΣΛΜc | 31 consecrationis Φc | 34 sanctificati sunt O | 35 filios AΣΤΜ; filii Λ |

24,5! Lv 4,3.14; 8,14! 9,2.8; 16,3! 36 et vitulum pro peccato offeres per
singulos dies ad expiandum
Ez 43,19.20 mundabisque altare cum immolaris
expiationis hostiam
et ungues illud in sanctificationem
Ez 43,26 37 septem diebus expiabis altare et
30,29 sanctificabis
et erit sanctum sanctorum
Lv 6,18.27 omnis qui tetigerit illud sanctificabitur
38—42: Nm 28,3-8 38 hoc est quod facies in altari
20,24! Lv 3,7; 4,32! 12,6! 14,10 agnos anniculos duos per singulos
dies iugiter
39 unum agnum mane et alterum vespere
Lv 23,13; Nm 15,4! 40 decimam partem similae conspersae
oleo tunso
quod habeat mensuram quartam partem hin
et vinum ad libandum eiusdem mensurae in agno uno
41 alterum vero agnum offeres ad vesperam
iuxta ritum matutinae oblationis
et iuxta ea quae diximus
in odorem suavitatis 42 sacrificium
Domino
Ez 46,14 oblatione perpetua in generationes
vestras
ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino
25,22! ubi constituam ut loquar ad te
43 ibique praecipiam filiis Israhel
et sanctificabitur altare in gloria mea
44 sanctificabo et tabernaculum testimonii cum altari
et Aaron cum filiis eius ut sacerdotio
fungantur mihi
25,8; Nm 35,34; III Rg 6,13 45 et habitabo in medio filiorum Israhel
6,7! Agg 2,6 eroque eis Deus 46 et scient quia ego
Dominus Deus eorum
qui eduxi eos de terra Aegypti
ut manerem inter illos ego Dominus
Deus ipsorum
30 facies quoque altare in adolendum 1—5: 37,25-28
thymiama de lignis setthim
2 habens cubitum longitudinis et alterum latitudinis
id est quadrangulum
et duos cubitos in altitudine
cornua ex ipso procedent
3 vestiesque illud auro purissimo
tam craticulam eius quam parietes
per circuitum et cornua
faciesque ei coronam aureolam per
gyrum
4 et duos anulos aureos sub corona
per singula latera
ut mittantur in eos vectes et altare
portetur
5 ipsos quoque vectes facies de lignis
setthim et inaurabis
6 ponesque altare contra velum quod 40,24.25
ante arcam pendet testimonii
coram propitiatorio quo tegitur testimonium ubi loquar tibi
7 et adolebit incensum super eo Aaron 40,5; Lv 21,6! I Par 6,49! II Par 2,4; 26,16
suave fraglans mane
quando conponet lucernas incendet
illud
8 et quando conlocat eas ad vesperum 20! 27,21; Dt 33,10
uret thymiama sempiternum coram
Domino in generationes vestras
9 non offeretis super eo thymiama
conpositionis alterius
nec oblationem et victimam nec liba
libabitis
10 et deprecabitur Aaron super cornua
eius semel per annum
in sanguine quod oblatum est pro
peccato
et placabit super eo in generationibus vestris
sanctum sanctorum erit Domino
11 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens

36 immolaueris CΣTMΦc | 40 conspersa G; consparsa O.; conspersam A. | mensura[1] G; *om.*Σ. | 41 ad uesperum OΣ; uespere A. | 42 sacrificium + est AΦc | ut] et OT | 44 eius] suis c. | 46 ego[1] + sum GOr | ipsorum] eorum AOCr || 30,1 in] ad Φc | 2 cornu O | procedunt G | 7 fraglans GΣT] fragrans Ocr; flagrans *cet.* | 8 collocabit c. | 9 liba libabitis OΣΛr] libabitis libamina c.; libabitis *cet.* | GAOC ΣΛTMΦ cr

Nm 1,2.3! [12]quando tuleris summam filiorum Is-
rahel
iuxta numerum dabunt singuli pre-
tium pro animabus suis Domino
et non erit plaga in eis cum fuerint
recensiti
38,25 [13]hoc autem dabit omnis qui transit
ad nomen
Lv 5,15! 27,25; Nm 3,47; 18,16 dimidium sicli iuxta mensuram tem-
pli
Ez 45,12 siclus viginti obolos habet
media pars sicli offeretur Domino
Nm 14,29 [14]qui habetur in numero a viginti annis
et supra dabit pretium
[15]dives non addet ad medium sicli
et pauper nihil minuet
Nm 31,54; II Par 24,6 [16]susceptamque pecuniam quae con-
lata est a filiis Israhel
trades in usus tabernaculi testimonii
ut sit monumentum eorum coram
Domino
et propitietur animabus illorum
[17]locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
38,8 [18]facies et labium aeneum cum basi
18—20: 40,28–30 sua ad lavandum
40,7 ponesque illud inter tabernaculum
testimonii et altare
et missa aqua [19]lavabunt in eo Aaron
et filii eius manus suas ac pedes
8! I Sm 2,28; III Rg 12,33 [20]quando ingressuri sunt tabernacu-
lum testimonii
et quando accessuri ad altare
ut offerant in eo thymiama Domino
[21]ne forte moriantur
28,43! legitimum sempiternum erit ipsi et
semini eius per successiones
[22]locutusque est Dominus ad Mosen
[23]dicens
sume tibi aromata prima
et zmyrnae electae quingentos siclos
et cinnamomi medium id est ducen-
tos quinquaginta
calami similiter ducentos quinqua-
ginta
[24]cassiae autem quingentos siclos in
pondere sanctuarii
olei de olivetis mensuram hin
[25]faciesque unctionis oleum sanctum 35: 37,29
unguentum conpositum opere un-
guentarii
[26]et ungues ex eo tabernaculum testi- 26—29: 40,9–11!
monii et arcam testamenti 26—28: 31,7–9
[27]mensamque cum vasis suis
candelabrum et utensilia eius
altaria thymiamatis [28]et holocausti
et universam supellectilem quae ad
cultum eorum pertinent
[29]sanctificabisque omnia et erunt sanc- 29,37!
ta sanctorum
qui tetigerit ea sanctificabitur
[30]Aaron et filios eius ungues 28,41!
sanctificabisque eos ut sacerdotio
fungantur mihi
[31]filiis quoque Israhel dices
hoc oleum unctionis sanctum erit
mihi in generationes vestras
[32]caro hominis non unguetur ex eo
et iuxta conpositionem eius non fa-
cietis aliud
quia sanctificatum est et sanctum
erit vobis
[33]homo quicumque tale conposuerit
et dederit ex eo alieno extermina-
bitur de populo suo
[34]dixitque Dominus ad Mosen
sume tibi aromata stacten et onycha
galbanen boni odoris et tus lucidis-
simum
aequalis ponderis erunt omnia
[35]faciesque thymiama conpositum 25; 37,29
opere unguentarii
mixtum diligenter et purum et sanc-
tificatione dignissimum

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

13 ~ habet obolos ΣΛΤΜΦ | offertur G | 16 conlata] congregata G | in usum G(*vid.*) Ar. | illorum] eorum ΤΜΦc | 18 labrum Σc | in tabernaculum ΛΣΛΜ; in tabernaculo O | et[2]] ad AM | 19 in ea Ac | 20 accessuri + sunt Σc | 23 prima et GAOCr] prima Σ; primae ΛΤΜΦc | smyrnae r; myrrhae c | electae GACr] et electae *cet.* | quinquaginta[1] + siclos ΤΜΦc | 24 oleum GΣΛΤΜΦ | 27 uasibus O.; basibus G. | altare GA Tr | 28 pertinet GAΛcr | 34 galbanum c. |

36 cumque in tenuissimum pulverem universa contuderis
pones ex eo coram testimonio tabernaculi
in quo loco apparebo tibi
sanctum sanctorum erit vobis thymiama
37 talem conpositionem non facietis in usus vestros quia sanctum est Domino
38 homo quicumque fecerit simile ut odore illius perfruatur peribit de populis suis
1—6: 35,30–36,1 **31** locutusque est Dominus ad Mosen dicens
38,22; I Par 2,20 2—4: II Par 1,5 2 ecce vocavi ex nomine Beselehel filium Uri filii Hur de tribu Iuda
Nm 24,2! Dt 34,9! Idc 3,10! Is 11,2! III Rg 3,12! 3 et implevi eum spiritu Dei
sapientia intellegentia et scientia in omni opere
4 ad excogitandum fabre quicquid fieri potest
ex auro et argento et aere
5 marmore et gemmis et diversitate lignorum
6—11: 35,10–19 6 dedique ei socium Hooliab filium Achisamech de tribu Dan
28,3; 36,2 et in corde omnis eruditi posui sapientiam
ut faciant cuncta quae praecepi tibi
7—9: 30,26–28 7 tabernaculum foederis et arcam testimonii
et propitiatorium quod super eam est
et cuncta vasa tabernaculi
8 mensamque et vasa eius
candelabrum purissimum cum vasis suis
et altaria thymiamatis 9 et holocausti
et omnia vasa eorum
labium cum basi sua
28,4! 10 vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti et filiis eius
ut fungantur officio suo in sacris
11 oleum unctionis et thymiama aromatum in sanctuario
omnia quae praecepi tibi facient
12 et locutus est Dominus ad Mosen dicens
13 loquere filiis Israhel et dices ad eos
videte ut sabbatum meum custodiatis 20,8! Ez 20,12.20
quia signum est inter me et vos in generationibus vestris 17; Gn 9,12! III Rg 13,3!
ut sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos 8,10! Ez 5,13; 7,4! 36,23! Lv 21,8!
14 custodite sabbatum 20,8! Lv 25,2; Is 56,2!
sanctum est enim vobis
qui polluerit illud morte morietur
qui fecerit in eo opus peribit anima illius de medio populi sui Gn 17,14!
15 sex diebus facietis opus 20,9.10! 35,2
in die septimo sabbatum est requies sancta Domino
omnis qui fecerit opus in hac die morietur
16 custodiant filii Israhel sabbatum
et celebrent illud in generationibus suis
pactum est sempiternum 17 inter me et filios Israhel
signumque perpetuum 13!
sex enim diebus fecit Dominus caelum et terram 20,11!
et in septimo ab opere cessavit Gn 2,3
18 dedit quoque Mosi conpletis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai
duas tabulas testimonii lapideas scriptas digito Dei 24,12! 32,15.16
32 videns autem populus quod moram faceret descendendi de monte Moses
congregatus adversus Aaron ait
surge fac nobis deos qui nos praecedant 23; Act 7,40
Mosi enim huic viro qui nos eduxit de terra Aegypti ignoramus quid acciderit 4! 7! 3,10!
2 dixitque ad eos Aaron

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

36 coram tabernaculo testimonii c. ‖ **31,**1 locutus est G | 3 sapientia + et ΣΤΜ c | et[2] *om.* O | 4 ~ quicquid fabrefieri c. | 5 et marmore G | 6 deditque G | 8 altare ΣΤΦ | 9 labrum c | 13 ego + sum A | 14 sabbatum + meum ΑΦ c | 18 dedit quoque] deditque dominus c. ‖ **32,**1 ait] dixit c. | acciderit + ei G(*vid.*)ΤΜΦ |

Idc 8,24 tollite inaures aureas de uxorum filio-
rumque et filiarum vestrarum auri-
bus et adferte ad me
3 fecit populus quae iusserat deferens
24; 35,22; Gn 35,4 inaures ad Aaron
4 quas cum ille accepisset formavit
8! Act 7,41; III Rg 12,28! opere fusorio
II Esr 9,18 et fecit ex eis vitulum conflatilem
dixeruntque hii sunt dii tui Israhel
1! qui te eduxerunt de terra Aegypti
5 quod cum vidisset Aaron aedificavit
altare coram eo
et praeconis voce clamavit dicens
cras sollemnitas Domini est
20,24! Lv 7,29! Ios 8,31! 6 surgentesque manc obtulerunt holo-
II Sm 6,17.18! Act 7,41 causta et hostias pacificas
I Cor 10,7 ct sedit populus comedere ac bibcre
et surrexcrunt ludere
7 locutus est autem Dominus ad Mo-
sen
IV Rg 17,7; Dt 9,16 vade descende peccavit populus tuus
1! quem eduxisti de terra Aegypti
7—10: Dt 9,12-14 8 rccesserunt cito de via quam osten-
disti eis
4! feceruntque sibi vitulum conflatilem
et adoraverunt
atque immolantes ei hostias dixerunt
isti sunt dii tui Israhel qui te eduxe-
runt de terra Aegypti
9 rursumque ait Dominus ad Mosen
33,3.5; 34,9; Dt 9,6; 31,27! cerno quod populus iste durae cer-
vicis sit
Dt 9,8.19! Nm 14,12 10 dimitte me ut irascatur furor meus
contra eos et deleam eos
Gn 21,18! faciamque te in gentem magnam
11 Moses autem orabat Dominum De-
um suum dicens
cur Domine irascitur furor tuus con-
Ez 9,8! 6,6! tra populum tuum quem eduxisti
de tcrra Aegypti
in fortitudine magna et in manu ro-
busta
12 ne quaeso dicant Aegyptii
callide eduxit eos ut interficeret in
montibus et deleret e terra
quiescat ira tua et esto placabilis su-
per nequitia populi tui
13 recordare Abraham Isaac et Israhel 2,24! Dt 9,27
servorum tuorum
quibus iurasti per temet ipsum dicens Gn 22,16.17!
multiplicabo semen vestrum sicut
stellas caeli
et universam terram hanc de qua lo- 33,1; Gn 12,7! Dt 34,4;
cutus sum dabo semini vestro 1 Par 16,18; Ps 104,11
et possidebitis eam semper
14 placatusque est Dominus ne faceret
malum quod locutus fuerat adver-
sus populum suum
15 et reversus est Moses de monte Dt 9,15
portans duas tabulas testimonii 31,18
manu
scriptas ex utraque parte 16 et factas
opere Dei
scriptura quoque Dei erat sculpta in
tabulis
17 audiens autem Iosue tumultum po-
puli vociferantis dixit ad Mosen
ululatus pugnae auditur in castris
18 qui respondit
non est clamor adhortantium ad
pugnam
neque vociferatio conpellentium ad
fugam
sed vocem cantantium ego audio
19 cumque adpropinquasset ad castra
vidit vitulum et choros
iratusque valde proiecit de manu ta- Dt 9,17
bulas
et confregit eas ad radices montis
20 arripiensque vitulum quem fecerant Dt 9,21
conbusit et contrivit usque ad pul-
verem
quem sparsit in aqua et dedit ex eo
potum filiis Israhel
21 dixitque ad Aaron
quid tibi fecit hic populus ut indu- Gn 20,9; 26,10
ceres super eum peccatum maxi-
mum

GAOC ΣΛTMΦ cr 3 fecitque T c | 6 comedere] manducare GAΣ c, *cf.* I Cor 10,7 | ac] et OΛ c | 7 locutusque est dominus G | mosen + dicens CΣ c | 11 in² *om.* O | 13 abraham + et A | 15 in manu ACΣΦ; in manu sua c. | 19 ad radicem C c | 20 in aquam OΣΛM cr |

22 cui ille respondit ne indignetur do-
minus meus
tu enim nosti populum istum quod
pronus sit ad malum
1! 23 dixerunt mihi fac nobis deos qui
praecedant nos
huic enim Mosi qui nos eduxit de
terra Aegypti nescimus quid acci-
derit
3! 24 quibus ego dixi quis vestrum habet
aurum
tulerunt et dederunt mihi
et proieci illud in ignem
egressusque est hic vitulus
25 videns ergo Moses populum quod
esset nudatus
spoliaverat enim eum Aaron propter
ignominiam sordis
et inter hostes nudum constituerat
26 et stans in porta castrorum ait
si quis est Domini iungatur mihi
congregatique sunt ad eum omnes
filii Levi
27 quibus ait haec dicit Dominus Deus
Israhel
ponat vir gladium super femur suum
ite et redite de porta usque ad por-
tam per medium castrorum
Nm 25,5 et occidat unusquisque fratrem et
amicum et proximum suum
28 fecerunt filii Levi iuxta sermonem
Mosi
cecideruntque in die illo quasi tria
milia hominum
29 et ait Moses
II Par 29,31 consecrastis manus vestras hodie
Domino unusquisque in filio et
fratre suo ut detur vobis benedictio
30 facto autem die altero
locutus est Moses ad populum
Dt 9,18; IV Esr 7,106 peccastis peccatum maximum
ascendam ad Dominum
si quo modo eum quivero deprecari
pro scelere vestro
31 reversusque ad Dominum ait
obsecro peccavit populus iste pecca- Gn 50,17; Nm 12,11; II Sm 19,19
tum magnum
feceruntque sibi deos aureos
aut dimitte eis hanc noxam
32 aut si non facis dele me de libro tuo Nm 11,15
quem scripsisti
33 cui respondit Dominus
qui peccaverit mihi delebo eum de Ps 68,29! Apc 22,19
libro meo
34 tu autem vade et duc populum istum 33,1!
quo locutus sum tibi
angelus meus praecedet te Gn 24,7!
ego autem in die ultionis visitabo et
hoc peccatum eorum
35 percussit ergo Dominus populum
pro reatu vituli quem fecit Aaron
33 locutusque est Dominus ad Mosen
vade ascende de loco isto 32,34; Dt 10,11
tu et populus tuus quem eduxisti de 18,1!
terra Aegypti
in terram quam iuravi Abraham Gn 50,23! Idc 2,1 Dt 1,21! 6,10.23
Isaac et Iacob dicens 32,13! Dt 1,8! Dt 19,8; 30,20
semini tuo dabo eam
2 et mittam praecursorem tui angelum 23,23!
ut eiciam Chananeum et Amorreum 3,8! Ios 24,18
et Hettheum et Ferezeum et Eveum
et Iebuseum
3 et intres in terram fluentem lacte et
melle
non enim ascendam tecum quia po- 32,9!
pulus durae cervicis est
ne forte disperdam te in via
4 audiens populus sermonem hunc
pessimum luxit
et nullus ex more indutus est cultu
suo
5 dixitque Dominus ad Mosen 32,9!
loquere filiis Israhel populus durae
cervicis es
semel ascendam in medio tui et de-
lebo te

23 ~ nos praecedant c | 26 [*deest* G *usque ad* 33,17] | 28 feceruntque M c | illa c | quasi + uiginti ΑΤΜΦ c, *cf.* I Cor 10,8 | 29 et² + in c | 30 ~ altero die c. | peccasti A | ~ quiuero eum c | 31 magnum] maximum O c | 32 facies ΟΣΜ | 34 quo] quod OC | 35 pro + hoc A | fecerat c. || **33**,1 mosen + dicens c. | 3 est] es ΣΛ c | 4 audiensque c.; audiens autem A |

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr

iam nunc depone ornatum tuum ut
sciam quid faciam tibi
6 deposuerunt ergo filii Israhel ornatum suum a monte Horeb
7 Moses quoque tollens tabernaculum
tetendit extra castra procul
vocavitque nomen eius tabernaculum foederis
et omnis populus qui habebat aliquam quaestionem egrediebatur ad tabernaculum foederis extra castra
Nm 16,27 8 cumque egrederetur Moses ad tabernaculum
surgebat universa plebs
et stabat unusquisque in ostio papilionis sui
aspiciebantque tergum Mosi donec ingrederetur tentorium
Nm 7,89 9 ingresso autem illo tabernaculum foederis
Nm 12,5! Dt 31,14.15; Ps 98,7 descendebat columna nubis et stabat ad ostium
loquebaturque cum Mosi
10 cernentibus universis quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi
stabantque ipsi et adorabant per fores tabernaculorum suorum
Nm 12,8; Dt 5,4; 34,10 11 loquebatur autem Dominus ad Mosen facie ad faciem sicut loqui solet homo ad amicum suum
cumque ille reverteretur in castra
minister eius Iosue filius Nun puer non recedebat de tabernaculo
12 dixit autem Moses ad Dominum
praecipis ut educam populum istum et non indicas mihi quem missurus es mecum
17; Gn 6,8! praesertim cum dixeris novi te ex nomine et invenisti gratiam coram me
Idc 6,17 13 si ergo inveni gratiam in conspectu tuo ostende mihi viam tuam
Gn 18,3! ut sciam te et inveniam gratiam ante oculos tuos
respice populum tuum gentem hanc
14 dixitque Dominus facies mea praecedet te
et requiem dabo tibi
15 et ait Moses si non tu ipse praecedes ne educas nos de loco isto
16 in quo enim scire poterimus ego et populus tuus invenisse nos gratiam Gn 18,3!
in conspectu tuo
nisi ambulaveris nobiscum ut glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram
17 dixit autem Dominus ad Mosen
et verbum istud quod locutus es faciam
invenisti enim gratiam coram me 12!
et te ipsum novi ex nomine
18 qui ait ostende mihi gloriam tuam Sir 45,3
19 respondit ego ostendam omne bonum tibi
et vocabo in nomine Domini coram te
et miserebor cui voluero Rm 9,15
et clemens ero in quem mihi placuerit
20 rursumque ait non poteris videre faciem meam 23
non enim videbit me homo et vivet Idc 13,22; Io 1,18! I Tim 6,16
21 et iterum ecce inquit est locus apud me
stabis super petram
22 cumque transibit gloria mea ponam te in foramine petrae
et protegam dextera mea donec transeam
23 tollamque manum meam et videbis posteriora mea
faciem autem meam videre non poteris 20!
34 ac deinceps praecide ait tibi duas tabulas lapideas instar priorum 1–4: Dt 10,1–3
et scribam super eas verba quae habuerunt tabulae quas fregisti Ier 36,28
2 esto paratus mane ut ascendas sta- 19,20

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr 5 ornamentum A, *item v.* 6 | 9 ostium + tabernaculi O | cum moyse Σc | 11 ~ solet loqui c | 12 ut ducam O | es] sis ΑΣΛ | 13 uiam] gloriam A.; faciem Φc | 15 praecedis AC; praecedas c | 17 [*iterum adest* G] | 19 ~ tibi omne bonum O | domini] dei A | 21 me + et Λc | supra c | 22 protegam + te Or; protegat te A. ||

tim in montem Sinai
stabisque mecum super verticem montis
IV Esr 14,36 3 nullus ascendat tecum
19,12! nec videatur quispiam per totum montem
boves quoque et oves non pascantur e contra
4 excidit ergo duas tabulas lapideas quales ante fuerant
et de nocte consurgens ascendit in montem Sinai sicut ei praeceperat Dominus
portans secum tabulas
Nm 11,25; 12,5! 5 cumque descendisset Dominus per nubem stetit Moses cum eo invocans nomen Domini
6 quo transeunte coram eo ait
Nm 14,18; II Esr 9,17! Ps 85,15! Dominator Domine Deus misericors et clemens patiens et multae miserationis ac verus
20,5.6! 7 qui custodis misericordiam in milia
Mi 7,18 qui aufers iniquitatem et scelera atque peccata
nullusque apud te per se innocens est
Iob 21,19; Is 14,21 qui reddis iniquitatem patrum in filiis ac nepotibus
in tertiam et quartam progeniem
Gn 18,2.3; Rt 2,10; II Sm 14,22 8 festinusque Moses curvatus est pronus in terram et adorans 9 ait
si inveni gratiam in conspectu tuo Domine
obsecro ut gradiaris nobiscum
32,9! populus enim durae cervicis est
Nm 14,19! Dt 9,27! Ps 84,3! Mt 12,31! et auferas iniquitates nostras atque peccata nosque possideas
10 respondit Dominus ego inibo pactum
videntibus cunctis signa faciam
quae numquam sunt visa super terram nec in ullis gentibus
ut cernat populus in cuius es medio opus Domini terribile quod facturus sum Dt 10,21! Ps 65,3!
11 observa cuncta quae hodie mando tibi
ego ipse eiciam ante faciem tuam
Amorreum et Chananeum et Hettheum 23,33!
Ferezeum quoque et Eveum et Iebuseum
12 cave ne umquam cum habitatoribus terrae illius iungas amicitias quae tibi sint in ruinam 23,32!
13 sed aras eorum destrue 23,24! Dt 7,5; 12,3; Idc 2,2;
confringe statuas lucosque succide 6,25! IV Rg 18,4!
14 noli adorare deum alienum 20,3!
Dominus Zelotes nomen eius Deus est aemulator 20,5!
15 ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum 23,32! Ios 9,7
ne cum fornicati fuerint cum diis suis et adoraverint simulacra eorum Nm 25,1.2
vocet te quispiam ut comedas de immolatis
16 nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis Gn 24,3! III Rg 11,2
ne postquam ipsae fuerint fornicatae
fornicari faciant et filios tuos in deos suos
17 deos conflatiles non facies tibi 20,4!
18 sollemnitatem azymorum custodies II Par 30,21!
septem diebus vesceris azymis 12,15! Lv 23,6; Nm 28,17!
sicut praecepi tibi in tempore mensis novorum 13,4! **18—26:** 23,15–19
mense enim verni temporis egressus es de Aegypto
19 omne quod aperit vulvam generis masculini meum erit 13,12!
de cunctis animantibus tam de bubus quam de ovibus meum erit

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

34,2 super uertice GO | 3 ~ oues quoque et boues ΟΣΛ | 4 antea ΣΤΜΦc | in *om.* A ΤΦ | ei *om.* GAr.; ~ praeceperat ei c. | 6 ac] et ΑΣ | uerus] uerax Φc | 7 aufers ΤΜΦcr] auferes *cet.* | reddis GCΛΤcr] reddes *cet.* | in² *om.* GΣΛΤΜΦc | progeniem] generationem GΣ | 8 in terra GACΣr | 10 ~ uisa sunt c | in¹ *om.* A | nullis GTM | populus + iste Ac | 11 mandaui ΟΛΤΜΦ | 12 sunt O | ~ sint tibi c. | 13 concide C | 14 zelotis ΟΤΜΦ; zeloti Σ. | 15 ~ regionum illarum A | ut] et CT | 16 accipias GCΣ ΛΤ | et *om.* ΟΣ |

13,13 20 primogenitum asini redimes ove
sin autem nec pretium pro eo dederis
occidetur
Nm 18,15 primogenitum filiorum tuorum redimes
nec apparebis in conspectu meo vacuus
20,9.10! 21 sex diebus operaberis
die septimo cessabis arare et metere
Lv 23,15! 22 sollemnitatem ebdomadarum facies
tibi in primitiis frugum messis tuae
triticeae
et sollemnitatem quando redeunte
anni tempore cuncta conduntur
23 tribus temporibus anni apparebit
omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei
Israhel
24 cum enim tulero gentes a facie tua
Dt 12,20! et dilatavero terminos tuos
nullus insidiabitur terrae tuae
ascendente te et apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno
25 non immolabis super fermento sanguinem hostiae meae
12,10! neque residebit mane de victima sollemnitatis phase
26 primitias frugum terrae tuae offeres
in domum Domini Dei tui
non coques hedum in lacte matris
suae
27 dixitque Dominus ad Mosen
24,4 scribe tibi verba haec quibus et tecum et cum Israhel pepigi foedus
24,18! Dt 9,9.18; Mt 4,2! 28 fecit ergo ibi cum Domino quadraginta dies et quadraginta noctes
I Esr 10,6 panem non comedit et aquam non
bibit
24,12! Dt 4,13; 10,2.4 et scripsit in tabulis verba foederis
decem
29 cumque descenderet Moses de monte
Sinai
tenebat duas tabulas testimonii
et ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Dei
30 videntes autem Aaron et filii Israhel 35
cornutam Mosi faciem timuerunt
prope accedere
31 vocatique ab eo reversi sunt
tam Aaron quam principes synagogae
et postquam locutus est 32 venerunt
ad eum etiam omnes filii Israhel
quibus praecepit cuncta quae audierat a Domino in monte Sinai
33 impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam II Cor 3,13
34 quod ingressus ad Dominum et loquens cum eo auferebat donec exiret II Cor 3,16
et tunc loquebatur ad filios Israhel
omnia quae sibi fuerant imperata
35 qui videbant faciem egredientis Mosi 30
esse cornutam
sed operiebat rursus ille faciem suam si quando loquebatur ad eos
35 igitur congregata omni turba filiorum Israhel dixit ad eos
haec sunt quae iussit Dominus fieri
2 sex diebus facietis opus 31,15!
septimus dies erit vobis sanctus
sabbatum et requies Domini
qui fecerit opus in eo occidetur
3 non succendetis ignem in omnibus
habitaculis vestris per diem sabbati
4 et ait Moses ad omnem catervam filiorum Israhel 4–9: 25,1–7
iste est sermo quem praecepit Dominus dicens
5 separate apud vos primitias Domino 22,29! Lv 2,12; 7,14; Sir 7,35; Ez 45,1!
omnis voluntarius et proni animi
offerat eas Domino
aurum et argentum et aes
6 hyacinthum purpuram coccumque
bis tinctum et byssum
pilos caprarum 7 et pelles arietum

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

21 operaueris GAOCΣ; operabis Φ | 24 te *om.* Λ; ~ et apparente te C. | 26 afferes r. | in domum GAΣr] in domo *cet.* | 28 fecit] fuit c | 29 dei] domini CΣc | 30 ~ faciem moysi OΣM | 31 est + ad eos c. | 35 ~ ille rursus c; ~ ille rursum Λ | si *om.* O || 35,2 ~ in eo opus C | 5 prono animo c; pronto animo Σ | offerant M.; offeret ΑΣΛ | et² *om.* OΤΦ | 6 hyacinthum + et ΜΦc | 7 et pelles] pellesque c. |

rubricatas et ianthinas
ligna setthim 8 et oleum ad lumina-
ria concinnanda
et ut conficiatur unguentum et thy-
miama suavissimum
9 lapides onychinos et gemmas ad or-
natum superumeralis et rationalis
10—19: 31,6–11 10 quisquis vestrum est sapiens veniat
et faciat quod Dominus imperavit
11—28: 25,2–8 11 tabernaculum scilicet et tectum eius
atque operimentum
anulos et tabulata cum vectibus
paxillos et bases 12 arcam et vectes
27,21! propitiatorium et velum quod ante
illud oppanditur
13 mensam cum vectibus et vasis et pro-
positionis panibus
14 candelabrum ad luminaria susten-
tanda
vasa illius et lucernas et oleum ad
nutrimenta ignium
15 altare thymiamatis et vectes
oleum unctionis et thymiama ex aro-
matibus
tentorium ad ostium tabernaculi
16 altare holocausti et craticulam eius
aeneam cum vectibus et vasis suis
labrum et basim eius
17 cortinas atrii cum columnis et basi-
bus
tentorium in foribus vestibuli
27,19 18 paxillos tabernaculi et atrii cum funi-
culis suis
28,4! 19 vestimenta quorum usus est in minis-
terio sanctuarii
vestes Aaron pontificis ac filiorum
eius ut sacerdotio fungantur mihi
20 egressaque omnis multitudo filiorum
Israhel de conspectu Mosi
21 obtulit mente promptissima atque
devota primitias Domino
ad faciendum opus tabernaculi testi-
monii
quicquid in cultum et ad vestes sanc-
tas necessarium erat
22 viri cum mulieribus praebuerunt 32,3! Gn 35,4
armillas et inaures anulos et dextra-
lia
omne vas aureum in donaria Domini
separatum est
23 si quis habuit hyacinthum purpuram
coccumque bis tinctum
byssum et pilos caprarum
pelles arietum rubricatas et ianthinas
24 argenti et aeris metalla obtulerunt
Domino
lignaque setthim in varios usus
25 sed et mulieres doctae dederunt quae
neverant
hyacinthum purpuram et vermicu-
lum ac byssum
26 et pilos caprarum sponte propria
cuncta tribuentes
27 principes vero obtulerunt lapides
onychinos et gemmas
ad superumerale et rationale
28 aromataque et oleum ad luminaria
concinnanda
et ad praeparandum unguentum
ac thymiama odoris suavissimi con-
ponendum
29 omnes viri et mulieres mente devota
obtulerunt donaria
ut fierent opera quae iusserat Domi-
nus per manum Mosi
cuncti filii Israhel voluntaria Domi-
no dedicaverunt
30 dixitque Moses ad filios Israhel 30—36,1: 31,1–6
ecce vocavit Dominus ex nomine Be-
selehel filium Uri filii Hur de tribu
Iuda
31 implevitque eum spiritu Dei sapien-
tiae et intellegentiae et scientiae
omni doctrina 32 ad excogitandum

7 ianthinas G cr] hyacinthinas *cet.* | 9 ad ornandum AC | 10 ~ sapiens est c. | 12 appenditur O | 15 et altare C; in altare O. | uectes + et c | 21 obtulerunt c | in] ad c | 23 habebat c | hyacinthum + et TMΦ c | ianthinas GOCT cr] hyacinthinas *cet.* | 24 argenti + et auri ΣΛ | et aeris] aerisque c.; aeris GΛ. | ligna quoque O | 25 neuerant] nouerant ACΣTM | ~ quae neuerant dederunt c. | 29 cunctis filiis GΛΣΛ | 31 spiritum G; spiritus r. | sapientia et intellegentia et scientia Φ c; + et c |

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

II Par 2,14 et faciendum opus in auro et argento et aere
33 sculpendisque lapidibus et opere carpentario
38,23 quicquid fabre adinveniri potest 34 dedit in corde eius
Hooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan
35 ambos erudivit sapientia
ut faciant opera abictarii polymitarii ac plumarii
25,4! II Par 2,14 de hyacintho et purpura coccoque bis tincto et bysso
et texant omnia ac nova quaeque repperiant
36 fecit ergo Beselchel et Hooliab et omnis vir sapiens
quibus dedit Dominus sapientiam et intellectum
ut scirent fabre operari quae in usus sanctuarii necessaria sunt
et quae praecepit Dominus
2 cumque vocasset eos Moses
28,3; 31,6 et omnem eruditum virum cui dederat Deus sapientiam
et qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus
3 tradidit eis universa donaria filiorum Israhel
qui cum instarent operi
cotidie mane vota populus offerebat
4 unde artifices venire conpulsi 5 dixerunt Mosi
plus offert populus quam necessarium est
6 iussit ergo Moses praeconis voce cantari
nec vir nec mulier quicquam ultra offerat in opere sanctuarii
sicque cessatum est a muneribus offerendis
7 eo quod oblata sufficerent et superabundarent
8—38: 26,1–37 8 feceruntque omnes corde sapientes
ad explendum opus tabernaculi cortinas decem
de bysso retorta et hyacintho et purpura coccoque bis tincto
opere vario et arte polymita
9 quarum una habebat in longitudine viginti octo cubitos
et in latitudine quattuor
una mensura erat omnium cortinarum
10 coniunxitque cortinas quinque alteram alteri
et alias quinque sibi invicem copulavit
11 fecit et ansas hyacinthinas in ora cortinae unius ex utroque latere
et in ora cortinae alterius similiter
12 ut contra se invicem venirent ansae et mutuo iungerentur
13 unde et quinquaginta fudit circulos aureos
qui morderent cortinarum ansas et fieret unum tabernaculum
14 fecit et saga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi
15 unum sagum habebat in longitudine cubitos triginta
et in latitudine cubitos quattuor
unius mensurae erant omnia saga
16 quorum quinque iunxit seorsum
et sex alia separatim
17 fecitque ansas quinquaginta in ora sagi unius
et quinquaginta in ora sagi alterius
ut sibi invicem iungerentur
18 et fibulas aeneas quinquaginta quibus necteretur tectum
et unum pallium ex omnibus sagis fieret
19 fecit et opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis
aliudque desuper velamentum de pellibus ianthinis

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

35 et[1]] ac TΦc | et[2]] ac G. ‖ 36,1 dominus[1]] deus A | 2 deus] dominus GTMΦc | obtulerunt AOr; obtulerint Σ. | 3 cum starent GΣ | 5 offeret AΣ | 6 ~ offerat ultra Oc. | in opera GOCr. | 15 ~ in longitudine habebat TΦc | 16 alias AO; aliae CΣ. | 17 iungerentur] necterentur AΛ | 18 et[2]] ut ΛΦc | 19 ianthinis GOTcr] hyacinthinis *cet.* |

20 fecit et tabulas tabernaculi de lignis
setthim stantes
21 decem cubitorum erat longitudo ta-
bulae unius
et unum ac semis cubitum latitudo
retinebat
22 binae incastraturae erant per singu-
las tabulas ut altera alteri iungere-
tur
sic fecit in omnibus tabulis taberna-
culi
23 e quibus viginti ad plagam meridia-
nam erant contra austrum
24 cum quadraginta basibus argenteis
duae bases sub una tabula poneban-
tur
ex utraque angulorum parte
ubi incastraturae laterum in angulis
terminantur
25 ad plagam quoque tabernaculi quae
respicit ad aquilonem
fecit viginti tabulas 26 cum quadra-
ginta argenteis basibus
duas bases per singulas tabulas
27 contra occidentem vero id est ad
eam partem tabernaculi quae mare
respicit
fecit sex tabulas 28 et duas alias per
singulos angulos tabernaculi retro
29 quae iunctae erant deorsum usque
sursum
et in unam conpagem pariter fere-
bantur
ita fecit ex utraque parte per angulos
30 ut octo essent simul tabulae
et haberent bases argenteas sedecim
binas scilicet bases sub singulis ta-
bulis
31 fecit et vectes de lignis setthim quin-
que
ad continendas tabulas unius lateris
tabernaculi
32 et quinque alios ad alterius lateris
tabulas coaptandas
et extra hos quinque alios vectes
ad occidentalem plagam tabernaculi
contra mare
33 fecit quoque vectem alium
qui per medias tabulas ab angulo us-
que ad angulum perveniret
34 ipsa autem tabulata deauravit
et circulos eorum fecit aureos per
quos vectes induci possint
quos et ipsos aureis lamminis ope-
ruit
35 fecit et velum de hyacintho purpura 26,1!
vermiculo ac bysso retorta
opere polymitario varium atque dis-
tinctum
36 et quattuor columnas de lignis set-
thim
quas cum capitibus deauravit
fusis basibus earum argenteis
37 fecit et tentorium in introitu taber-
naculi
ex hyacintho purpura vermiculo bys- 26,1!
soque retorta opere plumarii
38 et columnas quinque cum capitibus
suis quas operuit auro
basesque earum fudit aeneas
37 fecit autem Beselehel et arcam de 1—24: 25,10–39
lignis setthim
habentem duos semis cubitos in lon-
gitudinem
et cubitum ac semissem in latitudi-
nem
altitudo quoque uno cubito fuit et
dimidio
vestivitque eam auro purissimo intus
ac foris
2 et fecit illi coronam auream per gy-
rum

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

22 iungerentur OΣ | ~ tabernaculi tabulis c. | 24 ~ parte angulorum c. | 26 ~ basibus argenteis c | 29 erant + a OCΣcr | usque + ad O | conpaginem TΦc | 30 scilicet + et C | 31 fecitque et C | 32 ~ coaptandas tabulas c. | et² *om.* AΣ | 34 deauravit + fusis basibus earum argenteis Σc | possent Λc: possunt O | ~ lamminis aureis Gc | 35 hyacintho + et Λc | purpura + et C | retorto CΦ | 36 de lignis *om.* OCM | 37 et *om.* OC. | in introitum GACr | retorto CMΦ | plumarii] polymetarii AC. || 37,1 et¹ *om.* A | in longitudine ACΛΦc | ac semissem] semis A. | in latitudine CΛΦc | unius cubiti fuit et dimidii Φc |

3 conflans quattuor anulos aureos per quattuor angulos eius
duos anulos in latere uno et duos in altero
4 vectes quoque fecit de lignis setthim quos vestivit auro
5 et quos misit in anulos qui erant in lateribus arcae ad portandum eam
6 fecit et propitiatorium id est oraculum de auro mundissimo
duorum cubitorum et dimidio in longitudine
et cubito ac semisse in latitudine
7 duos etiam cherubin ex auro ductili
quos posuit ex utraque parte propitiatorii
8 cherub unum in summitate huius partis
et cherub alterum in summitate partis alterius
II Par 3,13 duos cherubin in singulis summitatibus propitiatorii
9 extendentes alas et tegentes propitiatorium
seque mutuo et illud respectantes
10 fecit et mensam de lignis setthim
in longitudine duorum cubitorum
et in latitudine unius cubiti
quae habebat in altitudine cubitum ac semissem
11 circumdeditque eam auro mundissimo
et fecit illi labium aureum per gyrum
12 ipsique labio coronam interrasilem quattuor digitorum
et super eandem alteram coronam auream
13 fudit et quattuor circulos aureos quos posuit in quattuor angulis
per singulos pedes mensae 14 contra coronam
misitque in eos vectes ut possit mensa portari
15 ipsos quoque vectes fecit de lignis setthim
et circumdedit eos auro
16 et vasa ad diversos usus mensae
acetabula fialas cyatos et turibula ex auro puro
in quibus offerenda sunt liba
17 fecit et candelabrum ductile de auro mundissimo
de cuius vecte calami scyphi spherulae ac lilia procedebant
18 sex in utroque latere
tres calami ex parte una et tres ex altera
19 tres scyphi in nucis modum per calamos singulos
spherulaeque simul et lilia
et tres scyphi instar nucis in calamo altero
spherulaeque simul et lilia
aequum erat opus sex calamorum
qui procedebant de stipite candelabri
20 in ipso autem vecte erant quattuor scyphi in nucis modum
spherulaeque per singulos et lilia
21 et spherae sub duobus calamis per loca tria
qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte uno
22 et spherae igitur et calami ex ipso erant
universa ductilia de auro purissimo
23 fecit et lucernas septem cum emunctoriis suis
et vasa ubi quae emuncta sunt ex-

GAOC ΣΛTMΦ cr

6 mundissimo] purissimo Λ | duobus cubitis r.; duo cubiti O. | demedium O; dimidii Φ c | cubitum ac semissem A.; cubiti ac semis Φ c | 8 cherub[1]] cherubim Λ; cherubin O ΛΦ | huius] unius ΣΛMΦ c | cherub[2]] cherubim A; cherubin OCΛΦ | duo CTM. | singulis *om.* G | 9 respicientes OΦ c | 10 in longitudinem O | 11 mundissimo] purissimo O | per — 12 coronam[1] *om.* O | per] in A | 12 coronam[1] + auream CΣΛM c | 13 angulos OΣTMΦ | 16 fialas + et OMΦ c | purissimo O | liba GOΣr] libamina *cet.* | 17 sphaerulaeque ac c | 18 ex alia AΣ | 20 per singulos] simul Λ; + simul ΛC c | 21 spherae] spherulae ATMΦ c, *item v.* 22 | ~ tria loca G | 22 de] ex ΛCΛTΦ c | 23 ubi + ea Φ c | extinguantur TMΦ cr |

tinguuntur de auro mundissimo
24 talentum auri adpendebat candelabrum cum omnibus vasis suis
25—28: 30,1-5 25 fecit et altare thymiamatis de lignis setthim
habens per quadrum singulos cubitos et in altitudine duos
e cuius angulis procedebant cornua
26 vestivitque illud auro purissimo
cum craticula ac parietibus et cornibus
27 fecitque ei coronam aureolam per gyrum
et duos anulos aureos sub corona per singula latera
ut mittantur in eos vectes et possit altare portari
28 ipsos autem vectes fecit de lignis setthim
et operuit lamminis aureis
30,25.35 29 conposuit et oleum ad sanctificationis unguentum
et thymiama de aromatibus mundissimis opere pigmentarii
38 fecit et altare holocausti de lignis setthim
quinque cubitorum per quadrum et trium in altitudine
2 cuius cornua de angulis procedebant
operuitque illud aeneis lamminis
3 et in usus eius paravit ex aere vasa diversa
lebetas forcipes fuscinulas uncinos et ignium receptacula
4 craticulamque eius in modum retis fecit aeneam
et subter eam in altaris medio arulam
5 fusis quattuor anulis per totidem retiaculi summitates
ad inmittendos vectes ad portandum
6 quos et ipsos fecit de lignis setthim
et operuit lamminis aeneis
7 induxitque in circulos qui in altaris lateribus eminebant
ipsum autem altare non erat solidum
sed cavum ex tabulis et intus vacuum
8 fecit et labrum aeneum cum base sua 30,18!
de speculis mulierum quae excubabant in ostio tabernaculi 1 Sm 2,22
9 et atrium in cuius australi plaga erant tentoria de bysso retorta cubitorum centum
10 columnae aeneae viginti cum basibus suis
capita columnarum et tota operis celatura argentea
11 aeque ad septentrionalis plagam
tentoria columnae basesque et capita columnarum
eiusdem et mensurae et operis ac metalli erant
12 in ea vero plaga quae occidentem respicit
fuere tentoria cubitorum quinquaginta
columnae decem cum basibus suis aeneae
et capita columnarum celata argentea
13 porro contra orientem quinquaginta cubitorum paravit tentoria
14 e quibus quindecim cubitos columnarum trium cum basibus suis unum tenebat latus
15 et in parte altera quia utraque introitum tabernaculi facit
quindecim aeque cubitorum erant tentoria
columnae tres et bases totidem
16 cuncta atrii tentoria byssus torta texuerat

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

25 ~ per quadrum singulos habens c. | 27 in] per O | et²] ut A || 38,2 aereis AMΦ; aureis OC. | ~ laminis aeneis c | 3 lebetes c | 5 fusisque C | reticuli CΛ; retiaculis G; reticulis O.; retinaculis Σ | 7 ~ lateribus altaris c. | ex tabulatis GCTMΦ | 8 excubant ATMΦ | 9 fecit et atrium c | 11 a septentrionali A.; ad septentrionalem c; ad septentrionis G(*vid.*)r | plaga G | et² *om.* AΣTMΦc | ac] et AΣ. | 12 quae + ad c | fuerunt TΦc | celata] celatura GM; cum caelatura r.; et tota operis celatura Ac | 14 cubitorum A | 15 quia] qui TΦ; + ab M; + inter c | fecit OCc; faciat TΦ | columnaeque c | 16 retorta ATMΦc |

17 bases columnarum fuere aeneae
capita autem earum cum celaturis suis argentea
sed et ipsas columnas atrii vestivit argento
26,36! 18 et in introitu eius opere plumario fecit tentorium
ex hyacintho purpura vermiculo ac bysso retorta
quod habebat viginti cubitos in longitudine
altitudo vero quinque cubitorum erat
iuxta mensuram quam cuncta atrii habebant tentoria
19 columnae autem ingressus fuere quattuor cum basibus aeneis
capitaque earum et celaturae argenteae
20 paxillos quoque tabernaculi et atrii per gyrum fecit aeneos
21 haec sunt instrumenta tabernaculi testimonii
quae numerata sunt iuxta praeceptum Mosi
in caerimonias Levitarum
Nm 4,28! per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis
31,2! 22 quas Beselehel filius Uri filii Hur de tribu Iuda
Domino per Mosen iubente conpleverat
35,34.35! 23 iuncto sibi socio Hooliab filio Achisamech de tribu Dan
qui et ipse artifex lignorum egregius fuit
et polymitarius atque plumarius
ex hyacintho purpura vermiculo et bysso
24 omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii et quod oblatum in donariis viginti novem talentorum fuit
et septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarii
25 oblatum est autem ab his qui transierant ad numerum 30,13
a viginti annis et supra
de sescentis tribus milibus et quingentis quinquaginta armatorum Nm 1,46
26 fuerunt praeterea centum talenta argenti
e quibus conflatae sunt bases sanctuarii 26,19
et introitus ubi velum pendet
27 centum bases factae sunt de talentis centum
singulis talentis per bases singulas supputatis
28 de mille autem septingentis et septuaginta quinque fecit capita columnarum quas et ipsas vestivit argento
29 aeris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo milia et quadringenti supra sicli
30 ex quibus fusae sunt bases in introitu tabernaculi testimonii
et altare aeneum cum craticula sua
omniaque vasa quae ad usum eius pertinent
31 et bases atrii tam in circuitu quam in ingressu eius
et paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum
39 de hyacintho vero et purpura vermiculo ac bysso
fecit vestes quibus indueretur Aaron 28,4!
quando ministrabat in sanctis
sicut praecepit Dominus Mosi
2 fecit igitur superumerale 2–7: 28,6–12
de auro hyacintho et purpura coc- 26,1!

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr 17 cum + cunctis c | 18 in[1] *om.* O | ~ tentoria habebant c | 19 ingressus Gr] ingressu O; in ingressus AC.; in ingressu *cet.* | basibus + suis G | 21 strumenta GO | enumerata ΣΦ c | in caerimoniis GCΦ c | [*deest* G *usque ad v.* 24] | 22 quae A(*vid.*) cr | 24 [*iterum adest* G] | oblatum + est A c | uiginti + et CTMΦ | sanctuarii[2] + numerus autem argenti de donariis populi centum talentorum et mille septingentorum septuaginta quinque siclorum ad mensuram sanctuarii medium sicli per capita singula r, *ex nota marg. quorumdam codd. recent. iuxta* 𝔐 *correctorum* | 25 transierunt ΣΛΤΦ c | 26 fuerunt—quibus] e centum talentis argenti r. | 29 quadringentis OΣ ||

coque bis tincto et bysso retorta
3 opere polymitario
inciditque bratteas aureas et extenuavit in fila
ut possint torqueri cum priorum colorum subtemine
4 duasque oras sibi invicem copulatas
in utroque latere summitatum
5 et balteum ex hisdem coloribus
sicut praeceperat Dominus Mosi
6 paravit et duos lapides onychinos
adstrictos et inclusos auro
et sculptos arte gemmaria nominibus
filiorum Israhel
7 posuitque eos in lateribus superumeralis
in monumentum filiorum Israhel
sicut praeceperat Dominus Mosi
8—12: 28,15–28 8 fecit et rationale opere polymito iuxta opus superumeralis
ex auro hyacintho purpura coccoque
bis tincto et bysso retorta
9 quadrangulum duplex mensurae palmi
10 et posuit in eo gemmarum ordines
quattuor
in primo versu erat sardius topazius
zmaragdus
11 in secundo carbunculus sapphyrus
iaspis
12 in tertio ligyrius achates amethistus
13 in quarto chrysolitus onychinus berillus
circumdati et inclusi auro per ordines suos
14 ipsique lapides duodecim sculpti
erant nominibus duodecim tribuum Israhel
singuli per nomina singulorum
15 fecerunt in rationali et catenulas sibi
invicem coherentes de auro purissimo
16 et duos uncinos totidemque anulos
aureos
porro anulos posuerunt in utroque
latere rationalis
17 e quibus penderent duae catenae aureae quas inseruerunt uncinis
qui in superumeralis angulis eminebant
18 haec et ante et retro ita conveniebant sibi
ut superumerale et rationale mutuo
necterentur
19 stricta ad balteum et anulis fortius
copulata
quos iungebat vitta hyacinthina
ne laxe fluerent et a se invicem moverentur
sicut praecepit Dominus Mosi
20 fecerunt quoque tunicam superumeralis totam hyacinthinam 20—30: 28,31–40
21 et capitium in superiori parte contra
medium
oramque per gyrum capitii textilem
22 deorsum autem ad pedes mala punica
ex hyacintho purpura vermiculo ac
bysso retorta
23 et tintinabula de auro mundissimo
quae posuerunt inter mala granata
in extrema parte tunicae per gyrum
24 tintinabulum aureum et malum punicum Sir 45,10.11
quibus ornatus incedebat pontifex
quando ministerio fungebatur
sicut praecepit Dominus Mosi
25 fecerunt et tunicas byssinas opere
textili Aaron et filiis eius
26 et mitras cum coronulis suis ex bysso Ez 44,18
27 feminalia quoque linea byssina
28 cingulum vero de bysso retorta hyacintho purpura ac vermiculo distinctum arte plumaria
sicut praecepit Dominus Mosi

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

39,2 retorto O | 3 possint ΑΟΣ] possit ΛΤΜΦ; possent GCcr | 4 duas quoque G | 5 isdem GO; eisdem c | 6 scalptos G | 10 topazius + et A | 11 sapphyrus + et c | 12 achates + et c | 13 onychinus + et M c | 14 scalpti G | tribuum + filiorum C | 17 angulis *om.* O | 19 laxa c | praeceperat OCΣ | 23 mundissimo] purissimo O c | malogranata ΣΛ c | 24 tintinabulum + autem c | praeceperat ΑΣ c | 28 distinctum] bis tincto A c. | praeceperat C c |

29 fecerunt et lamminam sacrae vene-
rationis de auro purissimo
scripseruntque in ea opere gemmario
Sanctum Domini
30 et strinxerunt eam cum mitra vitta
hyacinthina
sicut praecepit Dominus Mosi
31 perfectum est igitur omne opus ta-
bernaculi et tecti testimonii
12,28! feceruntque filii Israhel cuncta quae
praeceperat Dominus Mosi
32 et obtulerunt tabernaculum et tec-
tum et universam supellectilem
anulos tabulas vectes columnas ac
bases
26,14 33 opertorium de pellibus arietum rub-
ricatis
et aliud operimentum de ianthinis
pellibus
34 velum arcam vectes propitiatorium
35 mensam cum vasis et propositionis
panibus
36 candelabrum lucernas et utensilia
eorum cum oleo
37 altare aureum et unguentum
thymiama ex aromatibus 38 et tento-
rium in introitu tabernaculi
39 altare aeneum retiaculum vectes et
vasa eius omnia
labrum cum basi sua
tentoria atrii et columnas cum basi-
bus suis
40 tentorium in introitu atrii funiculos-
que illius et paxillos
nihil ex vasis defuit quae in ministe-
rium tabernaculi et in tectum foe-
deris iussa sunt fieri
41 vestes quoque quibus sacerdotes u-
tuntur in sanctuario Aaron scilicet
et filii eius
42 obtulerunt filii Israhel sicut praece-
perat Dominus
43 quae postquam Moses cuncta vidit
expleta benedixit eis
40 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
2 mense primo die prima mensis 2—7: 15–28!
eriges tabernaculum testimonii 3 et
pones in eo arcam 26,33!
dimittesque ante illam velum
4 et inlata mensa pones super eam
quae rite praecepta sunt
candelabrum stabit cum lucernis suis
5 et altare aureum in quo adoletur in- 30,7!
censum coram arca testimonii
tentorium in introitu tabernaculi po- 26: 26,36!
nes
6 et ante illud altare holocausti 27
7 labrum inter altare et tabernaculum 30,18!
quod implebis aqua
8 circumdabisque atrium tentoriis et
ingressum eius
9 et adsumpto unctionis oleo ungues Nm 7,1
tabernaculum cum vasis suis ut 9—11: 30,26–29! Lv 8,10.11
sanctificentur
10 altare holocausti et omnia vasa eius
11 labrum cum basi sua
omnia unctionis oleo consecrabis ut
sint sancta sanctorum
12 adplicabisque Aaron et filios eius ad 12.13: 29,4–9
fores tabernaculi testimonii
et lotos aqua 13 indues sanctis vesti-
bus 28,41!
ut ministrent mihi et unctio eorum
in sacerdotium proficiat sempiter-
num
14 fecitque Moses omnia quae praece- Lv 8,4; Nm 13,4; 17,11; 20,27; 27,22
perat Dominus
15 igitur mense primo anni secundi in 15—28: 2–7!
prima die mensis conlocatum est Nm 7,1
tabernaculum
16 erexitque illud Moses

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

30 praeceperat Σc | 31 praecepit AOr | 33 ianthinis GTcr] hyacinthinis *cet.* | 35 uasis + suis Ac | 36 eorum GOCr] earum *cet.* | 37 unguentum + et Cc | 38 in introitum GAr | 39 reticulum OT | 40 in introitum GAr | 41 uestes] uectes O | 43 conpleta Ac.; *om.* T. | 40,2 ~ primo prima die GAMcr | 3 demittesque O; demittisque M. | 4 inlatam mensam CΛTΦ | 5 coram arcam OCT | in introitum O | 7 aquam O | 8 tentorii GA | 9 ~ oleo unctionis A | 13 in sacerdotio OΣ | sempiterno Σ | ~ sempiternum proficiat c. | 15 in *om.* AMc | 16 ~ moyses illud c |

et posuit tabulas ac bases et vectes
statuitque columnas 17 et expandit
tectum super tabernaculum
inposito desuper operimento sicut
Dominus imperarat
25.16 18 posuit et testimonium in arca
subditis infra vectibus et oraculum
desuper
26.33! 19 cumque intulisset arcam in taberna-
culum
adpendit ante eam velum ut expleret
Domini iussionem
26.35 20 posuit et mensam in tabernaculo tes-
timonii
ad plagam septentrionalem extra ve-
lum
25.30! 21 ordinatis coram propositionis pani-
bus
sicut praeceperat Dominus Mosi
26.35 22 posuit et candelabrum in tabernacu-
lum testimonii
e regione mensae in parte australi
23 locatis per ordinem lucernis iuxta
praeceptum Domini
30.6 24 posuit et altare aureum sub tecto tes-
timonii contra velum
30.7! 25 et adolevit super eo incensum aro-
matum sicut iusserat Dominus
5! 26 posuit et tentorium in introitu taber-
naculi
6 27 et altare holocausti in vestibulo testi-
monii
10.25! Lv 23.37! Ios 22.23! IV Rg 16.15; II Par 32.23! Idt 4.16 offerens in eo holocaustum et sacri-
ficia ut Dominus imperarat
28—30: 30.18–20 28 labrum quoque statuit inter taberna-
culum testimonii et altare implens
illud aqua
29 laveruntque Moses et Aaron ac filii
eius manus suas et pedes
30 cum ingrederentur tectum foederis
et accederent ad altare sicut praece-
perat Dominus
31 erexit et atrium per gyrum taberna- 27.9.16!
culi et altaris
ducto in introitu eius tentorio
postquam cuncta perfecta sunt
32 operuit nubes tabernaculum testi- Nm 9.15; 16.43; III Rg 8.10.11! II Par 5.13.14; 7.1.2
monii
et gloria Domini implevit illud Ez 43.5!
33 nec poterat Moses ingredi tectum
foederis
nube operiente omnia Lv 16.2
et maiestate Domini coruscante II Mcc 2.8
quia cuncta nubes operuerat
34 si quando nubes tabernaculum de- Nm 9.17.18; 10.11.12
serebat
proficiscebantur filii Israhel per tur-
mas suas
35 si pendebat desuper manebant in eo- Nm 9.19.22
dem loco
36 nubes quippe Domini incubabat per 13.21! Nm 9.15.16; Is 4.5
diem tabernaculo
et ignis in nocte
videntibus populis Israhel per cunc-
tas mansiones suas

EXPLICIT LIBER ELLESMOTH

ID EST EXODUS

INCIPIT LIBER VAIECRA

ID EST LEVITICUS

Vocavit autem Mosen et locutus
est ei Dominus de tabernaculo
testimonii dicens
2 loquere filiis Israhel et dices ad eos
homo qui obtulerit ex vobis hostiam 10!
Domino de pecoribus
id est de bubus et ovibus offerens Gn 46.1! Ex 20.24! 22.21! 23.18! Dt 18.3
victimas
3 si holocaustum fuerit eius oblatio ac Idc 6.26!
de armento

17 imperauerat A c; imperabat O. | 18 infra] intra GA r. | 20 in tabernaculum ΑΣΤΦ | 22 in tabernaculo CΣΛ cr | 25 super eum GΣM | [*deest* G *usque ad v.* 36] | dominus + moysi c. | 26 tabernaculi + testimonii c. | 27 sacrificium O r | imperauerat AC c | 28 inter] in CΛTM | 30 dominus + moysi c | 31 cuncta] omnia c. | 36 incumbebat A | in noctem C | uidentibus + cunctis c. | per cuncta O || (G)AOC ΣΛΤΜΦ cr

Leviticus. *Citantur* GAOC *et* ΣΛΤΜΦI *ac* cr. *Tit.* liber leuiticus hebraice uaicra c | **1,1** [*deest* I *usque ad* 11,5] | 2 dic GΣΛ | de² *om.* A | et² + de GOΣr |

masculum inmaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonii
ad placandum sibi Dominum
4—9: 11-13; 3,2-5. 8-11.13-16; Ex 29,10-13! 4 ponetque manus super caput hostiae
et acceptabilis erit atque in expiationem eius proficiens
Ex 24,5! I Sm 1,25; II Par 35,12; Ps 50,21 5 immolabitque vitulum coram Domino
et offerent filii Aaron sacerdotes sanguinem eius
Nm 18,17! fundentes super altaris circuitum
quod est ante ostium tabernaculi
6 detractaque pelle hostiae
artus in frusta concident
7 et subicient in altari ignem
strue lignorum ante conposita
8 et membra quae caesa sunt desuper ordinantes
caput videlicet et cuncta quae adherent iecori
9 intestinis et pedibus lotis aqua
Nm 18,17! adolebitque ea sacerdos super altare
Nm 28,27! in holocaustum et suavem odorem Domino
2,3! 3,12; 4,23! 4,28; 5,6; Nm 15,27; Idc 13,19 10 quod si de pecoribus oblatio est
de ovibus sive de capris holocaustum
anniculum et absque macula offeret
11—13: 4-9! 11 immolabitque ad latus altaris quod respicit ad aquilonem coram Domino
9,9; Ex 29,12! sanguinem vero illius fundent super altare filii Aaron per circuitum
12 dividentque membra
caput et omnia quae adherent iecori
et inponent super ligna quibus subiciendus est ignis
13 intestina vero et pedes lavabunt aqua
et oblata omnia adolebit sacerdos super altare
in holocaustum et odorem suavissimum Domino
14,4; Gn 8,20! 14 sin autem de avibus holocausti oblatio fuerit Domino

de turturibus et pullis columbae 14—17: 5,7-10!
15 offeret eam sacerdos ad altare
et retorto ad collum capite ac rupto vulneris loco
decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris
16 vesiculam vero gutturis et plumas proiciet propter altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi solent
17 confringetque ascellas eius
et non secabit nec ferro dividet eam
et adolebit super altare lignis igne subposito
holocaustum est et oblatio suavissimi odoris Domino

2 anima cum obtulerit oblationem sacrificii Domino
simila erit eius oblatio 11; 5,11! 9,4; 14,10!
fundetque super eam oleum et ponet tus 15
2 ac deferet ad filios Aaron sacerdotes 8.9.16; 5,12; 6,15.16!
quorum unus tollet pugillum plenum Nm 5,26
similae et olei ac totum tus
et ponet memoriale super altare in Ex 29,25!
odorem suavissimum Domino
3 quod autem reliquum fuerit de sacrificio 10; 5,13
erit Aaron et filiorum eius 7,9; Nm 18,9
sanctum sanctorum de oblationibus Domini
4 cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila
panes scilicet absque fermento conspersos oleo Ex 29,2
et lagana azyma oleo lita
5 si oblatio tua fuerit de sartagine 6,21
similae conspersae oleo et absque fermento
6 divides eam minutatim et fundes supra oleum
7 sin autem de craticula sacrificium
aeque simila oleo conspergetur

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 4 manum A c | in expiatione GC | 5 sacerdotis CΣΛΤΦ | super AOr] per *cet.* | 8 ~ sunt caesa c | 10 de[3] *om.* ΛΣ | anniculum] masculum c. | et *om.* Σc | 12 inponent] ponent A c. | 14 si autem GΣc | et] aut c. | 16 propter] prope c; preter C | 17 nec] neque ΛΣc. | et[3] *om.* G || 2,2 sacerdotis ΣΛΤΦ | 4 consperso O | 6 supra] super eam c | 7 craticula + fuerit c |

2! [8]quam offeres Domino tradens mani-
bus sacerdotis
[9]qui cum obtulerit eam
tollet memoriale de sacrificio
et adolebit super altare in odorem
suavitatis Domino
3! [10]quicquid autem reliquum est erit
Aaron et filiorum eius
sanctum sanctorum de oblationibus
Domini
1! 6.17 [11]omnis oblatio quae offertur Domino
absque fermento fiet
nec quicquam fermenti ac mellis ado-
lebitur in sacrificio Domini
Ex 35.5! [12]primitias tantum eorum offeretis et
munera
super altare vero non ponentur in
odorem suavitatis
Mc 9.48 [13]quicquid obtuleris sacrificii sale con-
dies
Nm 18.19 nec auferes sal foederis Dei tui de
sacrificio tuo
Ez 43.24 in omni oblatione offeres sal
Ex 23.19! [14]sin autem obtuleris munus primarum
frugum tuarum Domino
de spicis adhuc virentibus
torres eas igni et confringes in mo-
rem farris
et sic offeres primitias tuas Domino
1: 24.7 [15]fundens supra oleum et tus inponens
quia oblatio Domini est
2! [16]de qua adolebit sacerdos in memori-
am muneris
partem farris fracti et olei ac totum
tus
Ex 24.5! 3 quod si hostia pacificorum fuerit
eius oblatio
et de bubus voluerit offerre marem
sive feminam
inmaculata offeret coram Domino
2—5: 1.4–9! [2]ponetque manum super caput victi-
mae suae
quae immolabitur in introitu taber-
naculi
fundentque filii Aaron sacerdotes
sanguinem per circuitum altaris
[3]et offerent de hostia pacificorum in
oblationem Domini adipem qui
operit vitalia
et quicquid pinguedinis intrinsecus
est
[4]duos renes cum adipe quo teguntur
ilia
et reticulum iecoris cum renunculis
[5]adolebuntque ea super altare in holo-
caustum
lignis igne subposito
in oblationem suavissimi odoris Do-
mino
[6]si vero de ovibus fuerit eius oblatio 23.19; Ex 20.24! Nm 7.17; Ez 46.4
et pacificorum hostia
sive masculum sive feminam obtu-
lerit inmaculata erunt
[7]si agnum obtulerit coram Domino Ex 29.38! 1 Esr 7.17
[8]ponet manum super caput victi- 8—11: 1.4–9!
mae suae
quae immolabitur in vestibulo taber-
naculi testimonii
fundentque filii Aaron sanguinem
eius per altaris circuitum
[9]et offerent de pacificorum hostia
sacrificium Domino
adipem et caudam totam [10]cum re- 9.10
nibus
et pinguedinem quae operit ventrem
atque universa vitalia
et utrumque renunculum cum adipe
qui est iuxta ilia
reticulumque iecoris cum renunculis
[11]et adolebit ea sacerdos super altare
in pabulum ignis et oblationis Do-
mini

8 offerens domino trades ΣTΦ c | 10 domino C | 11 ac] nec AO r. | domino[2] c | 12 et] ac c | ponetur CΣ; ponuntur A.; imponentur c | 13 dei] domini G | oblatione + tua A c | 14 si autem c. | primarum] primitiarum GΣΦ | torrebis cr | ea OT.; *om.* c. | confringens A | 15 supra] super G; super ea OTMΦ || 3,1 inmaculatam ΣΛM; inmaculatum A | 2 caput *om.* O | inmolatur GΣ | in introitum G | tabernaculi + testimonii c. | sacerdotis ΣΛTΦ | ~ altaris circuitum c. | 3 domino CΣTMΦ c | ~ est intrinsecus c | 5 in oblatione G | 6 ~ obtulerit siue feminam c. | 8 manum + suam c | ~ per circuitum altaris c | 9 hostias AOΛ; + ac O. | 10 qui] quae OM |

GAOC ΣΛTMΦ cr

1,10! 12 si capra fuerit eius oblatio et obtu-
lerit eam Domino 13 ponet manum
13–16: 1,4–9! suam super caput eius
immolabitque eam in introitu taber-
naculi testimonii
et fundent filii Aaron sanguinem eius
per altaris circuitum
14 tollentque ex ea in pastum ignis do-
minici
adipem qui operit ventrem et qui te-
git universa vitalia
15 duos renunculos cum reticulo qui est
super eos iuxta ilia
et arvinam iecoris cum renunculis
16 adolebitque ea sacerdos super altare
in alimoniam ignis et suavissimi odo-
ris
7,36; 23,14.21! Ex 28,43! omnis adeps Domini erit 17 iure per-
petuo
in generationibus et cunctis habita-
culis vestris
19,26; Gn 9,4! Act 15,20! nec adipes nec sanguinem omnino
comedetis
4 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
2 loquere filiis Israhel
13! 5,15; Nm 15,27 anima cum peccaverit per ignoran-
tiam
et de universis mandatis Domini
quae praecepit ut non fierent quip-
piam fecerit
3 si sacerdos qui est unctus peccaverit
delinquere faciens populum
Ex 29,36! offeret pro peccato suo vitulum in-
maculatum Domino
15; Ex 29,10.11! 4 et adducet illum ad ostium taberna-
culi testimonii coram Domino
ponetque manum super caput eius
et immolabit eum Domino
6,30! 5–7: 16–18; 8,15! 16,14.15.18.19 5 hauriet quoque de sanguine vituli
inferens illud in tabernaculum testi-
Ex 29,12! monii
6 cumque intinxerit digitum in sangui- 14,16
nem
asperget eo septies coram Domino
contra velum sanctuarii
7 ponetque de eodem sanguine super 5,9
cornua altaris thymiamatis gratis-
simi Domino
quod est in tabernaculo testimonii
omnem autem reliquum sanguinem
fundet in basim altaris holocausti
in introitu tabernaculi
8 et adipem vituli auferet pro peccato 16,25 **8–10:** 7,3–5 **8–12:** 9,10.11; Ex 29,13.14!
tam eum qui operit vitalia
quam omnia quae intrinsecus sunt
9 duos renunculos et reticulum quod 9,19
est super eos iuxta ilia
et adipem iecoris cum renunculis
10 sicut aufertur de vitulo hostiae paci-
ficorum
et adolebit ea super altare holocausti
11 pellem vero et omnes carnes cum
capite et pedibus
et intestinis et fimo 12 et reliquo cor-
pore
efferet extra castra in locum mun-
dum ubi cineres effundi solent
incendetque ea super lignorum stru-
em
quae in loco effusorum cinerum cre-
mabuntur
13 quod si omnis turba Israhel ignora- 2! Nm 15,22 **13.14:** 22.23.27.28
verit
et per inperitiam fecerit quod contra 5,17
mandatum Domini est
14 et postea intellexerit peccatum suum
offeret vitulum pro peccato Ex 29,36!
adducetque eum ad ostium taberna-
culi
15 et ponent seniores populi manus su- 4!
per caput eius coram Domino
immolatoque vitulo in conspectu
Domini

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 13 suam *om.* O | in introitum O | et effundent G | 14 tegit] tetigit O | 15 qui] quod Σc | 16 ~ super altare sacerdos c. | in alimonia A | 17 adipem ΤΜΦc; adeps G. | ~ nec sanguinem nec adipem c || 4,2 cum] quae Ac. | quispiam C | 3 ~ unctus est c | 4 illud AO | 5 illum GΛcr | 6 in sanguine ΣΛΤΦc | eo] eos O; cum ΣΤΜΦ | 7 cornu CΛ | in basi OCΛ | 8 ~ uitalia operit c | 10 auferetur A; offertur ΜΦ | 12 incendentque CM | eam OΦ; *om.* Gr | in locum ΑΣΛ. | 14 pro peccato suo uitulum c. | 15 manus + suas ΟΣΛ |

16—18: 5–7! 16 inferet sacerdos qui unctus est de
sanguine eius in tabernaculum tes-
timonii
17 tincto digito aspergens septies contra
velum
18 ponetque de eodem sanguine in cor-
nibus altaris quod est coram Domi-
no in tabernaculo testimonii
reliquum autem sanguinem fundet
iuxta basim altaris holocaustorum
quod est in ostio tabernaculi testi-
monii
19 omnemque eius adipem tollet et ado-
lebit super altare
20 sic faciens et de hoc vitulo quomodo
fecit et prius
26! 5,6! Is 53,12! et rogante pro eis sacerdote propi-
tius erit Dominus
16,27; Ex 29,14 21 ipsum autem vitulum efferet extra
castra atque conburet
sicut et priorem vitulum
quia pro peccato est multitudinis
22.23: 13.14! 22 si peccaverit princeps
et fecerit unum e pluribus per igno-
rantiam quod Domini lege prohi-
betur
23 et postea intellexerit peccatum suum
1,10! 9,3! 15: 10,16; 16,5.20: offeret hostiam Domino
23,19: Nm 7,16 hircum de capris inmaculatum
II Par 29,23 24—26: 24 ponetque manum suam super caput
29–31.33–35 Ex 29,10–13! eius
6,25; 7,2! cumque immolaverit eum in loco ubi
solet mactari holocaustum coram
Domino quia pro peccato est
25 tinguet sacerdos digitum in sangui-
ne hostiae pro peccato
tangens cornua altaris holocausti
et reliquum fundens ad basim eius
20! 5,10!18! 26 adipem vero adolebit supra sicut in
victimis pacificorum fieri solet
rogabitque pro eo et pro peccato eius
ac dimittetur ei
27.28: 13.14! 27 quod si peccaverit anima per igno-
rantiam de populo terrae
ut faciat quicquam ex his quae Do-
mini lege prohibentur atque delin-
quat
28 et cognoverit peccatum suum
offeret capram inmaculatam 1,10!
29 ponetque manum super caput hos- 29—31: 24–26!
tiae quae pro peccato est
et immolabit eam in loco holocausti
30 tolletque sacerdos de sanguine in di-
gito suo et tangens cornua altaris
holocausti
reliquum fundet ad basim eius
31 omnem autem auferens adipem sicut
auferri solet de victimis pacifico-
rum
adolebit super altare in odorem sua-
vitatis Domino
rogabitque pro eo et dimittetur ei
32 sin autem de pecoribus obtulerit vic- 14,12.13.21; Ex 29,38!
timam pro peccato ovem scilicet Nm 6,12.14!
inmaculatam
33 ponet manum super caput eius 33—35: 24–26!
et immolabit eam in loco ubi solent
holocaustorum caedi hostiae
34 sumetque sacerdos de sanguine eius
digito suo
et tangens cornua altaris holocausti
reliquum fundet ad basim eius
35 omnem quoque auferens adipem sic-
ut auferri solet adeps arietis qui
immolatur pro pacificis
et cremabit super altare in incensum
Domini
rogabitque pro eo et pro peccato eius
et dimittetur illi
5 si peccaverit anima
et audierit vocem iurantis testisque
fuerit
quod aut ipse vidit aut conscius est
nisi indicaverit portabit iniquitatem
suam
2 anima quae tetigerit aliquid inmun- 11,24! Nm 19,11! 22!
dum
sive quod occisum a bestia est aut

16 infert ΑΣ | 20 erit + eis c | 21 ~ est pro peccato c | 24 suam *om.* GOr. | in locum CT Φ. | 25 in sanguinem GAr; sanguine M. | cornu ΟΣ | 26 eo + sacerdos c. | ac] et c.; *om.* O. | 27 ex] de c. | 30 fundens O | 31 ~ adipem auferens c | 33 ~ caedi holocaustorum c | 34 cornu ΟΣ | 35 ~ adipem auferens c. | et[1] *om.* c | illi] ei c || **5**,2 est[1] *om.* O | GAOC ΣΛΤΜΦ cr

per se mortuum vel quodlibet aliud
reptile
et oblita fuerit inmunditiae suae rea
est et deliquit
[3] et si tetigerit quicquam de inmundi-
tia hominis
iuxta omnem inpuritatem qua pollui
solet
oblitaque cognoverit postea subia-
cebit delicto
Sir 23,13.14 [4] anima quae iuraverit et protulerit
labiis suis
ut vel male quid faceret vel bene
et id ipsum iuramento et sermone
firmaverit
oblitaque postea intellexerit delic-
tum suum
II Par 7,14! Ez 18,30! [5] agat paenitentiam pro peccato
1,10! [6] et offerat agnam de gregibus sive
capram
13; 4,20! 14,19 orabitque pro eo sacerdos et pro pec-
cato eius
7—10: 1,14–17! 12,6–8! 14.22.23.30.31 [7] sin autem non potuerit offerre pecus
offerat duos turtures vel duos pullos
columbarum Domino
unum pro peccato et alterum in ho-
locaustum
[8] dabitque eos sacerdoti
qui primum offerens pro peccato
retorquebit caput eius ad pinnulas
ita ut collo hereat et non penitus ab-
rumpatur
4,7 [9] et asperget de sanguine eius parie-
tem altaris
quicquid autem reliquum fuerit
faciet destillare ad fundamentum
eius quia pro peccato est
[10] alterum vero adolebit holocaustum
ut fieri solet
16! 4,26! 6,7; Nm 15,25 rogabitque pro eo sacerdos et pro
peccato eius et dimittetur ei
[11] quod si non quiverit manus eius of-
ferre duos turtures vel duos pullos
columbae
offeret pro peccato similam partem 2,1! 6,20; Nm 5,15
oephi decimam
non mittet in eam oleum nec turis
aliquid inponet quia pro peccato
est
[12] tradetque eam sacerdoti qui plenum 2,2!
ex toto pugillum hauriens
cremabit super altare in monumen-
tum eius qui obtulit [13] rogans pro 6!
illo et expians
reliquam vero partem ipse habebit 2,3!
in munere
[14] locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
[15] anima si praevaricans caerimonias 4,2!
per errorem in his quae Domino
sunt sanctificata peccaverit
offeret pro delicto suo arietem in- 18; Ex 29,15.16! Nm 5,8; II Par 29,21! I Esr 10,19
maculatum de gregibus
qui emi potest duobus siclis iuxta 27,3; Ex 30,13!
pondus sanctuarii
[16] ipsumque quod intulit damni resti- 6,4.5! I Sm 6,3
tuet
et quintam partem ponet supra tra- 22,14; 27,13!
dens sacerdoti
qui rogabit pro eo offerens arietem 10! 6,6.7; 19,21.22
et dimittetur ei
[17] anima si peccaverit per ignorantiam 4,13.14!
feceritque unum ex his quae Domini
lege prohibentur
et peccati rea intellexerit iniquitatem
suam
[18] offeret arietem inmaculatum de gre- 15!
gibus sacerdoti
iuxta mensuram aestimationemque
peccati
qui orabit pro eo quod nesciens fe- 4,26! Nm 15,28
cerit et dimittetur ei
[19] quia per errorem deliquit in Domi-
num

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 2 uel] aut c | deliquit ATM cr] delinquit *cet.* | 4 fecerit A | id] ad O; *om.* GΣ | 6 agnum GOΛTΦ | ~ de gregibus agnam c | pro ea A c | 7 offerat] offeret A | uel] aut A | 8 obrumpatur G | 10 adolebit + in CTΦ c | 11 ~ duos offerre c | uel] aut Σ c. | columbarum GC c | offerat OCΣ | peccato + suo c | similae Φ c | oephae Λ.; ephae O CTMΦ r | 12 toto] eo ATΦ; ea c. | obtulerit c | 14 locutusque est C c | 18 quod] quia c; qui G. | 19 delinquit GAOC. | in domino CΛTMΦ; in deum Σ ||

6 locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
[2]anima quae peccaverit et contempto
Domino negaverit depositum pro-
ximo suo
quod fidei eius creditum fuerat
vel vi aliquid extorserit aut calum-
niam fecerit
[3]sive rem perditam invenerit
et infitians insuper peierarit
Nm 5,6 et quodlibet aliud ex pluribus fecerit
in quibus peccare solent homines
[4]convicta delicti reddet [5]omnia quae
per fraudem voluit obtinere integra
5,16! Nm 5,7 et quintam insuper partem domino
cui damnum intulerat
5,16! [6]pro peccato autem suo offeret arie-
tem inmaculatum de grege et dabit
eum sacerdoti
iuxta aestimationem mensuramque
delicti
5,10! [7]qui rogabit pro eo coram Domino et
dimittetur illi
pro singulis quae faciendo pecca-
verit
[8]locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
[9]praecipe Aaron et filiis eius
haec est lex holocausti
cremabitur in altari tota nocte usque
mane
ignis ex eodem altari erit
Ex 29,5! [10]vestietur sacerdos tunica et feminali-
bus lineis
tolletque cineres quos vorans ignis
exusit
et ponens iuxta altare
16,23.24; Ez 42,14! [11]spoliabitur prioribus vestimentis
indutusque aliis efferet eos extra cas-
tra
Nm 19,9 et in loco mundissimo usque ad fa-
villam consumi faciet
[12]ignis autem in altari semper ardebit
quem nutriet sacerdos subiciens lig- II Esr 10,34
na mane per singulos dies
et inposito holocausto desuper ado- 7,31.33! 9,20; Ex 29,13!
lebit adipes pacificorum
[13]ignis est iste perpetuus qui numquam
deficiet in altari
[14]haec est lex sacrificii et libamento-
rum quae offerent filii Aaron
coram Domino et coram altari 2 2.3!
[15]tollet sacerdos pugillum similae quae
conspersa est oleo
et totum tus quod super similam po-
situm est
adolebitque illud in altari in monu-
mentum odoris suavissimi Domino
[16]reliquam autem partem similae com- 10,12.13
edet Aaron cum filiis suis absque
fermento
et comedet in loco sancto atrii taber- 26! 10,18; Nm 18,10
naculi
[17]ideo autem non fermentabitur 2,11
quia pars eius in Domini offertur in-
censum
sanctum sanctorum erit sicut pro 7,7!
peccato atque delicto
[18]mares tantum stirpis Aaron come- 29; 7,6; Nm 18,10
dent illud
legitimum ac sempiternum est in Ex 28,43!
generationibus vestris de sacrificiis
Domini
omnis qui tetigerit illa sanctificabitur Ex 29,37!
[19]et locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
[20]haec est oblatio Aaron et filiorum
eius
quam offerre debent Domino in die
unctionis suae
decimam partem oephi offerent si- 5,11!
milae in sacrificio sempiterno

6,1 locutusque est C | 2 ~ proximo suo depositum c | 3 peierarit Mr] perpeierarit G.; peierit O.; peierauerit c; periurarit ΣΦ; periurauerit ΑCΛΤ | ~ solent peccare c. | 5 integram GOC | 7 peccauerit GACr] peccauit *cet.* | 8 [*hic incip. cap.* 6 𝔐] | locutusque est Cc | 9 est *om.* GAr. | 10 tunicam OTΦ | ~ tunica sacerdos c. | tollentque C.; tollensque GΣ | 11 indutisque G | efferat OΣ. | 15 in monimento A | 16 sancto atrii] sanctuarii CTMΦ | 17 in domino C | offeretur G | [*deest* O *usque ad* 10,18] | 18 est] erit Cc. | 19 locutusque est c | 20 [*deest* G *usque ad* 7,25] | ephae CΛΤΜΦr |

(G)A(O)C ΣΛΤΜΦ cr

medium eius mane et medium vespere
2,5 21 quae in sartagine oleo conspersa frigetur
Ex 29,25! offeret autem eam calidam in odorem suavissimum Domino
22 sacerdos qui patri iure successerit
et tota cremabitur in altari
23 omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur
nec quisquam comedet ex eo
24 locutus est Dominus ad Mosen dicens
4,24! 25 loquere Aaron et filiis eius
ista est lex hostiae pro peccato
in loco ubi offertur holocaustum immolabitur coram Domino sanctum sanctorum est
16! Ez 42,13; 1 Cor 9,13 26 sacerdos qui offert comedet eam
in loco sancto in atrio tabernaculi
Ex 29,37! 27 quicquid tetigerit carnes eius sanctificabitur
si de sanguine illius vestis fuerit aspersa
lavabitur in loco sancto
11,33; 15,12 28 vas autem fictile in quo cocta est confringetur
quod si vas aeneum fuerit defricabitur et lavabitur aqua
18! 29 omnis masculus de genere sacerdotali vescetur carnibus eius quia sanctum sanctorum est
30 hostia enim quae caeditur pro peccato
4,5; 16,27; Hbr 13,11 cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in sanctuario
non comedetur sed conburetur igni
7 haec quoque est lex hostiae pro delicto
sancta sanctorum est
7! 4,24! 9,7! 10,19! Ez 45,17! 2 idcirco ubi immolatur holocaustum mactabitur et victima pro delicto
sanguis eius per gyrum fundetur altaris
3 offerent ex ea caudam et adipem qui operit vitalia 3–5: 4,8–10!
4 duos renunculos et pinguedinem quae iuxta ilia est
reticulumque iecoris cum renunculis
5 et adolebit ea sacerdos super altare
incensum est Domini pro delicto
6 omnis masculus de sacerdotali genere 6,18!
in loco sancto vescetur his carnibus
quia sanctum sanctorum est
7 sicut pro peccato offertur hostia ita et pro delicto 2! 6,17! 14,13; Ez 44,29; Hbr 7,27; 10,12
utriusque hostiae lex una erit
ad sacerdotem qui eam obtulerit pertinebit
8 sacerdos qui offert holocausti victimam habebit pellem eius 9,12; Gn 46,1! Nm 15,4
9 et omne sacrificium similae quod coquitur in clibano
et quicquid in craticula vel in sartagine praeparatur
eius erit sacerdotis a quo offertur 2,3!
10 sive oleo conspersa sive arida fuerit
cunctis filiis Aaron aequa mensura per singulos dividetur
11 haec est lex hostiae pacificorum quae offertur Domino
12 si pro gratiarum actione fuerit oblatio 22,29
offerent panes absque fermento conspersos oleo 21,6; Ex 29,2.3!
et lagana azyma uncta oleo
coctamque similam et collyridas olei admixtione conspersas
13 panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum quae immolatur pro pacificis Am 4,5
14 ex quibus unus pro primitiis offeretur Domino Ex 35,5!
et erit sacerdotis qui fundet hostiae

AC ΣΛΤΜΦ cr 20 medium² + eius c | 22 ~ iure patri A c | 23 consumitur AT | quicquam AC | 24 locutusque est A; + autem c | 25 loquere + ad C | 27 illius] eius AT | 29 uescetur + de c. || 7,1 est *om.* c | 2 immolabitur CTΦ c | ~ altaris fundetur c | 6 ~ genere sacerdotali A | 10 fuerint c | ~ mensura aequa c. | 12 fuerit + eius A | ~ oblatio fuerit c. | 14 offertur AΣM |

sanguinem
22,30 15 cuius carnes eadem comedentur die
Ex 12,10! Nm 9,12 nec remanebit ex eis quicquam usque mane
22,21! Dt 23,21 16 si voto vel sponte quisquam obtulerit hostiam
16–18: 19,5–8
eadem similiter edetur die
sed et si quid in crastinum remanserit vesci licitum est
17 quicquid autem tertius invenerit dies ignis absumet
18 si quis de carnibus victimae pacificorum die tertio comederit
irrita fiet oblatio nec proderit offerenti
quin potius quaecumque anima tali se edulio contaminarit praevaricationis rea erit
19 caro quae aliquid tetigerit inmundum non comedetur sed conburetur igni
qui fuerit mundus vescetur ea
25,27! 20 anima polluta quae ederit de carnibus hostiae pacificorum quae oblata est Domino peribit de populis suis
Gn 17,14!
21 et quae tetigerit inmunditiam hominis vel iumenti
sive omnis rei quae polluere potest
et comederit de huiuscemodi carnibus
interibit de populis suis
22 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
23 loquere filiis Israhel
adipem bovis et ovis et caprae non comedetis
Ex 22,31! 24 adipem cadaveris morticini et eius animalis quod a bestia captum est
habebitis in usus varios
20! 25 si quis adipem qui offerri debet in incensum Domini comederit peribit de populo suo

26 sanguinem quoque omnis animalis Gn 9,4!
non sumetis in cibo
tam de avibus quam de pecoribus
27 omnis anima quae ederit sanguinem 20! 17,10! 14
peribit de populis suis
28 locutus est Dominus ad Mosen dicens
29 loquere filiis Israhel
qui offert victimam pacificorum Domino 17,5; 19,5; Ex 32,6! Dt 27,7; 1 Sm 10,8; 11,15
offerat simul et sacrificium id est libamenta eius
30 tenebit manibus adipem hostiae et pectusculum Ex 29,24
cumque ambo oblata Domino consecrarit tradet sacerdoti
31 qui adolebit adipem super altare 6,12!
pectusculum autem erit Aaron et filiorum eius 31–34: Ex 29,27.28!
32 armus quoque dexter de pacificorum hostiis
cedet in primitias sacerdotis
33 qui obtulerit sanguinem et adipem filiorum Aaron 6,12! Ez 44,15
ipse habebit et armum dextrum in portione sua
34 pectusculum enim elationis et armum separationis tuli a filiis Israhel
de hostiis eorum pacificis
et dedi Aaron sacerdoti ac filiis eius
lege perpetua ab omni populo Israhel
35 haec est unctio Aaron et filiorum eius
in caerimoniis Domini
die qua obtulit eos Moses ut sacerdotio fungerentur
36 et quae praecepit dari eis Dominus
a filiis Israhel
religione perpetua in generationibus suis 3,17!
37 ista est lex holocausti et sacrificii pro peccato atque delicto
et pro consecratione et pacificorum

16 quispiam c | 17 assumet AΣ; adsumet CT | 18 contaminauerit MΦ cr | 19 ex ea M c | 21 quae[1]] qui C | 23 ~ ouis et bouis Λ c | 24 ~ uarios usus c | 25 [*iterum adest* G] | 26 non consumetis C | 27 quae] qui G | de sanguine A | 28 locutusque est CM c | 29 israhel + dicens TΦ c | est + et C | 30 consecrauerit TΦ c; consecrarint C. | 34 eleuationis Φ c | ac] et c | 36 ~ eis dari dominus c; dominus dari ei T. |

(G)AC ΣΛΤΜΦ cr

victimis [38]quas constituit Dominus
Mosi in monte Sinai
Ex 10,25! I Esr 6,10! Tb 8,19! quando mandavit filiis Israhel ut offerrent oblationes suas Domino in
deserto Sinai
1—32: Ex 29,1–34 8 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
[2]tolle Aaron cum filiis suis
vestes eorum et unctionis oleum
vitulum pro peccato duos arietes
canistrum cum azymis
[3]et congregabis omnem coetum ad
ostium tabernaculi
Ex 40,14! [4]fecit Moses ut Dominus imperarat
congregataque omni turba ante fores
[5]ait
iste est sermo quem iussit Dominus
fieri
[6]statimque obtulit Aaron et filios eius
cumque lavisset eos [7]vestivit pontificem subucula linea
accingens eum balteo et induens tunica hyacinthina
et desuper umerale inposuit
Ex 28,30 [8]quod adstringens cingulo aptavit rationali
in quo erat doctrina et veritas
[9]cidarim quoque texit caput
Ex 28,36–38 et super eam contra frontem posuit
lamminam auream
consecratam in sanctificationem sicut praeceperat ei Dominus
10.11: Ex 40,9–11! [10]tulit et unctionis oleum quo levit tabernaculum cum omni supellectili
sua
[11]cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus
unxit illud et omnia vasa eius
labrumque cum basi sua sanctificavit oleo
[12]quod fundens super caput Aaron unxit eum et consecravit
[13]filios quoque eius oblatos vestivit tunicis lineis et cinxit balteo
inposuitque mitras ut iusserat Dominus
[14]obtulit et vitulum pro peccato Ex 29,36! Nm 8,12
cumque super caput eius posuissent
Aaron et filii eius manus suas
[15]immolavit eum hauriens sanguinem 4.5–7! Ez 43,20!
et tincto digito tetigit cornua altaris
per gyrum
quo expiato et sanctificato fudit reliquum sanguinem ad fundamenta
eius
[16]adipem autem qui erat super vitalia
et reticulum iecoris
duosque renunculos cum arvinulis
suis adolevit super altare
[17]vitulum cum pelle carnibus et fimo
cremans extra castra sicut praeceperat Dominus
[18]obtulit et arietem in holocaustum 9,2.4! 16,3.5; 23,18! Gn 22,13! Iob 42,8
super cuius caput cum inposuissent
Aaron et filii eius manus suas
[19]immolavit eum et fudit sanguinem
eius per altaris circuitum
[20]ipsumque arietem in frusta concidens
caput eius et artus et adipem adolevit igni
[21]lotis prius intestinis et pedibus
totumque simul arietem incendit super altare
eo quod esset holocaustum suavissimi odoris Domino sicut praeceperat ei
[22]obtulit et arietem secundum in consecrationem sacerdotum Ex 29,15.16!
posueruntque super caput illius Aaron et filii eius manus suas
[23]quem cum immolasset Moses sumens de sanguine tetigit extremum

GAC ΣΛΤΜΦ cr
38 quas] quam C cr; quae G. | in montem GΣ || 8,4 imperauerat Λ c | fores + tabernaculi c | 7 linea + et C | balteum G | inducens G; + eum c | tunicam hyacintinam C | 8 quod stringens A | 9 cidari G cr; citharis Σ. | in sanctificatione ΑΤΦ c | dominus] deus A | 10 quo] quod G; qui C | leuit] linuit CΛ; liniuit Φ c | 13 balteis c | mitram GA r. | 14 posuisset c | 15 et intincto G | cornu G | fundamentum C | 16 autem] uero c; quoque Σ | 17 pelle + et A c | 19 ~ circuitum altaris c. | 22 in consecratione ΑΣΤΦ c; consecrationem G. | illius] eius c | 23 sanguine + eius c.; + et Σ. |

auriculae dextrae Aaron
et pollicem manus eius dextrae simi-
liter et pedis
24 obtulit et filios Aaron
cumque de sanguine arietis immolati
tetigisset extremum auriculae singu-
lorum dextrae
et pollices manus ac pedis dextri
reliquum fudit super altare per cir-
cuitum
25 adipem vero et caudam omnemque
pinguedinem quae operit intestina
reticulumque iecoris et duos renes
cum adipibus suis et armo dextro
separavit
26 tollens autem de canistro azymorum
quod erat coram Domino panem
absque fermento
et collyridam conspersam oleo laga-
numque posuit super adipes et ar-
mum dextrum
27 tradens simul omnia Aaron et filiis
eius
qui postquam levaverunt ea coram
Domino
28 rursum suscepta de manibus eorum
adolevit super altare holocausti
II Mcc 2,9 eo quod consecrationis esset oblatio
in odorem suavitatis sacrificii Do-
mini
29 tulit et pectusculum elevans illud co-
ram Domino
de ariete consecrationis in partem
suam
sicut praeceperat ei Dominus
30 adsumensque unguentum et sangui-
nem qui erat in altari
aspersit super Aaron et vestimenta
eius
et super filios illius ac vestes eorum
31 cumque sanctificasset eos in vestitu
suo
praecepit eis dicens
coquite carnes ante fores tabernaculi
et ibi comedite eas
panes quoque consecrationis edite
qui positi sunt in canistro
sicut praecepit mihi dicens
Aaron et filii eius comedent eos
32 quicquid autem reliquum fuerit de Ex 29,34!
carne et panibus ignis absumet
33 de ostio quoque tabernaculi non ex-
ibitis septem diebus
usque ad diem quo conplebitur tem-
pus consecrationis vestrae
septem enim diebus finitur consecra-
tio
34 sicut et inpraesentiarum factum est
ut ritus sacrificii conpleretur
35 die ac nocte manebitis in tabernaculo
observantes custodias Domini ne
moriamini
sic enim mihi praeceptum est
36 feceruntque Aaron et filii eius cuncta
quae locutus est Dominus per ma-
num Mosi
9 facto autem octavo die vocavit Mo-
ses Aaron et filios eius ac maiores
natu Israhel
dixitque ad Aaron
2 tolle de armento vitulum pro peccato 8,18! Ex 29,36!
et arietem in holocaustum utrumque
inmaculatos
et offer illos coram Domino
3 et ad filios Israhel loqueris
tollite hircum pro peccato 4,23! 22,18.19; Ex 20,24! Iob 42,8; Ps 65,15 18; 8,18!
et vitulum atque agnum anniculos
et sine macula in holocaustum
4 bovem et arietem pro pacificis Ex 24,5! Nm 6,14.17; 7,17! II Par 7,5
et immolate eos coram Domino in
sacrificio singulorum similam oleo 2,1!
conspersam offerentes
hodie enim Dominus apparebit vobis 23! Ex 16,7!
5 tulerunt ergo cuncta quae iusserat
Moses ad ostium tabernaculi Nm 16,19
ubi cum omnis staret multitudo 6 ait
Moses
iste est sermo quem praecepit Do-

26 panes A | collyram GA | 27 et] ac GC | filii A | liuauerunt Λ.; libauerunt A | eam C | 28 domino c | 29 tulit et] tulitque c. | 31 comedetis A | mihi + dominus ACc; + deus Λ; + dominus deus Σ. | 32 adsumet AΣT | 33 finitur] erit A.; *om.* Σ. | 34 conpleatur C || 9,2 immaculatum c | 4 ~ conspersam oleo c. | apparuit A | 5 multitudo astaret c. |

GAC ΣΛΤΜΦ cr

minus
Ex 16,7! facite et apparebit vobis gloria eius
7 dixit et ad Aaron accede ad altare
7,2! et immola pro peccato tuo
16,6.11.17.24; Hbr 5,3 offer holocaustum et deprecare pro
te et pro populo
cumque mactaveris hostiam populi
ora pro eo sicut praecepit Dominus
8 statimque Aaron accedens ad altare
Ex 29,36! immolavit vitulum pro peccato suo
1,11! 9 cuius sanguinem obtulerunt ei filii
sui
in quo tinguens digitum tetigit cornua altaris
et fudit residuum ad basim eius
3,9.10 **10.11**; 4,8–12! 10 adipemque et renunculos ac reticulum iecoris quae sunt pro peccato
adolevit super altare sicut praeceperat Dominus Mosi
11 carnes vero et pellem eius extra castra conbusit igni
7,8! 12 immolavit et holocausti victimam
12–14: Ex 29,16–18! obtuleruntque ei filii sui sanguinem
eius
quem fudit per altaris circuitum
13 ipsam etiam hostiam in frusta concisam
cum capite et membris singulis obtulerunt
quae omnia super altare cremavit
igni
14 lotis prius aqua intestinis et pedibus
4,23! 15 et pro peccato populi offerens mactavit hircum
expiatoque altari 16 fecit holocaustum
17 addens in sacrificio libamenta quae
pariter offeruntur
et adolens ea super altare
absque caerimoniis holocausti matutini
4! 18 immolavit et bovem atque arietem
hostias pacificas populi
obtuleruntque ei filii sui sanguinem Ex 29,16!
quem fudit super altare in circuitu
19 adipes autem bovis et caudam arietis 4,9!
renunculosque cum adipibus suis
et reticulum iecoris 20 posuerunt super pectora
cumque cremati essent adipes in altari 6,12!
21 pectora eorum et armos dextros separavit Aaron elevans coram Domino sicut praeceperat Moses Ex 29,24.26.27
22 et tendens manum contra populum
benedixit eis Nm 6,23; Ios 8,33
sicque conpletis hostiis pro peccato
et holocaustis et pacificis descendit
23 ingressi autem Moses et Aaron tabernaculum testimonii
et deinceps egressi benedixerunt populo
apparuitque gloria Domini omni multitudini 4! Nm 20,6
24 et ecce egressus ignis a Domino Idc 6,21; III Rg 18,38; I Par 21,26; II Par 7,1! 3
devoravit holocaustum et adipes qui
erant super altare
quod cum vidissent turbae laudaverunt Dominum ruentes in facies
suas
10 arreptisque Nadab et Abiu filii Aaron turibulis 16,1; Nm 3,4! 16,6.7.17.46
posuerunt ignem et incensum desuper
offerentes coram Domino ignem alienum
quod eis praeceptum non erat
2 egressusque ignis a Domino devoravit eos Nm 11,1; 16,35! IV Rg 1,10
et mortui sunt coram Domino
3 dixitque Moses ad Aaron
hoc est quod locutus est Dominus
sanctificabor in his qui adpropinquant mihi Ps 148,14

GAC ΣΛΤΜΦ cr
7 dixitque et ΤΦ.; dixitque ΛΜ; et dixit c. | populo + tuo C | 9 eornu G | 12 immolauitque et A | 14 ~ aqua prius c. | 17 additis A | libamentis AC | 18 quem] quod G | altare in circuitum ACΣc; altaris circuitum A | 19 adipem AΣΛc | et[1] + arietis r, *ubi dein textus ad vocem* caudam *dividitur* | 20 super altare c. | 22 et tendens G ATr] et extendens *cet.* | manus Λc | contra] ad ΛΤΜΦc | ei ACΣΛc | 23 aaron + in c || **10**,1 turibulis + suis ΤΜΦ | inposuerunt C | 3 in iis c |

et in conspectu omnis populi glorificabor
quod audiens tacuit Aaron
4 vocatis autem Moses Misahel et Elsaphan filios Ozihel patrui Aaron ait ad eos
ite et colligite fratres vestros de conspectu sanctuarii et asportate extra castra
5 confestimque pergentes tulerunt eos sicut iacebant vestitos lineis tunicis
et eiecerunt foras ut sibi fuerat imperatum
6 locutus est Moses ad Aaron et ad Eleazar atque Ithamar filios eius
21,10; Bar 6,30 capita vestra nolite nudare et vestimenta nolite scindere
Nm 1,53! 16,22! ne forte moriamini et super omnem coetum oriatur indignatio
fratres vestri et omnis domus Israhel plangant incendium quod Dominus suscitavit
21,12 7 vos autem non egredimini fores tabernaculi
alioquin peribitis
21,10! Ex 29,7 oleum quippe sanctae unctionis est super vos
qui fecerunt omnia iuxta praeceptum Mosi
8 dixit quoque Dominus ad Aaron
Ez 44,21 9 vinum et omne quod inebriare potest
non bibetis tu et filii tui quando intratis tabernaculum testimonii ne moriamini
16,29; 17,7; Ex 28,43! Nm 10,8; 18,23 quia praeceptum est sempiternum in generationes vestras
11,47; 14,57; 15,31; Dt 21,5; Ez 22,26; 44,23 10 et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et profanum
inter pollutum et mundum
Sir 45,21 11 doceatisque filios Israhel omnia legitima mea quae locutus est Dominus ad eos per manum Mosi
12 locutusque est Moses ad Aaron et ad Eleazar atque Ithamar filios eius qui residui erant
tollite sacrificium quod remansit de oblatione Domini 6,16!
et comedite illud absque fermento iuxta altare
quia sanctum sanctorum est
13 comedetis autem in loco sancto quod datum est tibi et filiis tuis de oblationibus Domini sicut praeceptum est mihi
14 pectusculum quoque quod oblatum est 14.15: Ex 29,26–28
et armum qui separatus est
edetis in loco mundissimo tu et filii tui ac filiae tuae tecum
tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israhel
15 eo quod armum et pectus et adipes qui cremantur in altari elevaverint coram Domino
et pertineant ad te et ad filios tuos lege perpetua sicut praecepit Dominus
16 inter haec hircum qui oblatus fuerat pro peccato 4,23!
cum quaereret Moses exustum repperit
iratusque contra Eleazar et Ithamar filios Aaron qui remanserant ait
17 cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto II Mcc 2,11
quae sancta sanctorum est
et data vobis ut portetis iniquitatem multitudinis
et rogetis pro ea in conspectu Domini
18 praesertim cum de sanguine illius

4 misahelem GC; misahele ΛMc | filios ACΣΛM] filii G.; filiis TΦ cr | colligite GAr] tollite *cet.* | 6 locutusque est Cc | atque] et c. | uestimenta + uestra AM | omnes domus A | 7 egrediemini ACΣMc | 9 inebriari AΣΦ | intrabitis G; + in c | ~ sempiternum est c. | 10 profanum + et C | 11 mea *om.* r. | 12 atque] et c. | ~ erant residui c | 14 oblatum] ablatum ACΣΛ | separatum A | [*deest* G *usque ad* 11,10] | tui *om.* AΣΛ | ac[1]] et c; *om.* C. | seposita AΣT | 15 eleuarint C; eleuauerunt Λc; eleuabis A.; eleuauerit Φ. | 16 fuerat + domino C | 17 comeditis C | (G)AC ΣΛTMΦ cr

non sit inlatum intra sancta
6,16! et comedere eam debueritis in sanctuario
sicut praeceptum est mihi
19 respondit Aaron
7,2! Ex 10,25! Dt 27,6; I Par 16,40; II Par 29,24! oblata est hodie victima pro peccato
et holocaustum coram Domino
mihi autem accidit quod vides
quomodo potui comedere eam aut placere Domino in caerimoniis mente lugubri
20 quod cum audisset Moses recepit satisfactionem
11 locutus est Dominus ad Mosen et Aaron dicens 2 dicite filiis Israhel
2–19: Dt 14,4–19 haec sunt animalia quae comedere debetis
de cunctis animantibus terrae
3 omne quod habet divisam ungulam et ruminat in pecoribus comedetis
4 quicquid autem ruminat quidem et habet ungulam
sed non dividit eam sicut camelus et
8,42; 19,23 cetera non comedetis illud
et inter inmunda reputabitis
5 chyrogryllius qui ruminat ungulamque non dividit inmundus est
6 lepus quoque nam et ipse ruminat sed ungulam non dividit
7 et sus qui cum ungulam dividat non ruminat
4! 8 horum carnibus non vescemini nec cadavera contingetis quia inmunda sunt vobis
9 haec sunt quae gignuntur in aquis et vesci licitum est
omne quod habet pinnulas et squamas
tam in mari quam in fluminibus et stagnis comedetis
10 quicquid autem pinnulas et squamas non habet
eorum quae in aquis moventur et vivunt
abominabile vobis 11 et execrandum erit
carnes eorum non comedetis et morticina vitabitis
12 cuncta quae non habent pinnulas et squamas in aquis polluta erunt
13 haec sunt quae de avibus comedere non debetis et vitanda sunt vobis
aquilam et grypem et alietum
14 milvum ac vulturem iuxta genus suum
15 et omne corvini generis in similitudinem suam
16 strutionem et noctuam et larum et accipitrem iuxta genus suum
17 bubonem et mergulum et ibin
18 cycnum et onocrotalum et porphirionem
19 erodionem et charadrion iuxta genus suum
opupam quoque et vespertilionem
20 omne de volucribus quod graditur super quattuor pedes
abominabile erit vobis
21 quicquid autem ambulat quidem super quattuor pedes
sed habet longiora retro crura per quae salit super terram 22 comedere debetis
ut est brucus in genere suo
et attacus atque ophiomachus ac lucusta
singula iuxta genus suum
23 quicquid autem ex volucribus quattuor tantum habet pedes
execrabile erit vobis
24 et quicumque morticina eorum tetigerit polluetur et erit inmundus usque ad vesperum 28.31.39; 5,2! 22,5.6
25 et si necesse fuerit ut portet quippiam horum mortuum 28.40
lavabit vestimenta sua et inmundus 13,6! 15,5.6! 17,15;

(G)AOC ΣΛΤΜΦ(l) cr 18 [*iterum adest* O] | ea C | ~ debueritis eam c. | 19 aut + quomodo C || **11,**1 locutusque est Cc | 5 choerogryllus c | [*adest* l *usque ad* 18,27, *sed passim legi nequit*] | diuidet OCΣ | inmundum C | 6 diuidet OΣl | 8 uescimini OΣM | 10 [*iterum adest* G] | 11 et execrandum] execrandumque c | 13 sunt2] sint O | 14 et miluum lc | 18 et cycnum Ac | 19 charadrionem AOr | 21 quidem *om.* AΣ |

Nm 19,10 erit usque ad solis occasum
26 omne animal quod habet quidem
ungulam
sed non dividit eam nec ruminat in-
mundum erit
et quicquid tetigerit illud contamina-
bitur
27 quod ambulat super manus ex cunc-
tis animantibus quae incedunt
quadrupedia inmundum erit
qui tetigerit morticina eorum pollu-
etur usque ad vesperum
24! 25! 28 et qui portaverit huiuscemodi cada-
vera lavabit vestimenta sua
et inmundus erit usque ad vesperum
quia omnia haec inmunda sunt vobis
29 hoc quoque inter polluta reputabitur
44; 20,25 de his quae moventur in terra
mustela et mus et corcodillus
singula iuxta genus suum
30 migale et cameleon et stelio ac la-
certa et talpa
24! 31 omnia haec inmunda sunt
qui tetigerit morticina eorum inmun-
dus erit usque ad vesperum
32 et super quod ceciderit quicquam de
morticinis eorum polluetur
tam vas ligneum et vestimentum
quam pelles et cilicia et in quocum-
que fit opus
tinguentur aqua et polluta erunt us-
que ad vesperum
et sic postea mundabuntur
6,28! 33 vas autem fictile in quo horum quic-
quam intro ceciderit polluetur
et idcirco frangendum est
34 omnis cibus quem comeditis si fusa
fuerit super eum aqua inmundus
erit
et omne liquens quod bibitur de uni-
verso vase inmundum erit
35 et quicquid de morticinis istiusmodi
ceciderit super illud inmundum erit
sive clibani sive cytropodes destru-
entur et inmundi erunt
36 fontes vero et cisternae et omnis
aquarum congregatio munda erit
qui morticinum eorum tetigerit pol-
luetur
37 si ceciderint super sementem non pol-
luent eam
38 sin autem quispiam aqua sementem
perfuderit
et postea morticinis tacta fuerit ilico
polluetur
39 si mortuum fuerit animal quod licet
vobis comedere
qui cadaver eius tetigerit inmundus 24!
erit usque ad vesperum
40 et qui comederit ex eo quippiam sive
portaverit 25!
lavabit vestimenta sua et inmundus
erit usque ad vesperum
41 omne quod reptat super terram abo-
minabile erit nec adsumetur in ci-
bum
42 quicquid super pectus quadrupes
graditur
et multos habet pedes sive per hu-
mum trahitur non comedetis quia 4!
abominabile est
43 nolite contaminare animas vestras
nec tangatis quicquam eorum ne in-
mundi sitis
44 ego enim sum Dominus Deus vester 19,2! 20,7; 1 Pt 1,16!
sancti estote quoniam et ego sanctus 20,25.26
sum
ne polluatis animas vestras in omni
reptili quod movetur super terram
45 ego sum Dominus qui eduxi vos de 22,32.33; Lx 3,10!
terra Aegypti ut essem vobis in Nm 15,40.41; 23,22! Os 12,9!
Deum
sancti eritis quia et ego sanctus sum
46 ista est lex animantium et volucrum

25 ~ occasum solis c | 26 diuidet GAOCΣTI | quisquis OΣ; qui AIc. | 29 hoc] haec TMΦc | reputabuntur Φc | in terram C | 30 ac] et OΣTΦc | 32 super quo O | tinguetur G | 33 in quod GCMc | 34 comedetis ΣΛc | 35 huiuscemodi c.; istiuscemodi O. | 36 erunt AΛ.; est O. | 37 ceciderit ΛOTΦc | polluet eam c; polluetur Σ | 38 si autem c | aquam G | 42 quadrupedes GΛ. | comeditur A | 44 quoniam] quia c | et GACΣI] *om. cet.* | 45 ego^{1} + enim ATMΦIc | eritis] estote GΣ | et *om.* c | 46 et^{1}] ac ΣΛTMΦc |

GAOC ΣΛTMΦI cr

et omnis animae viventis
quae movetur in aqua et reptat in terra
10,10! 47 ut differentias noveritis mundi et inmundi
et sciatis quid comedere et quid respucre debeatis
12 locutus est Dominus ad Mosen dicens
2 loquere filiis Israhel et dices ad eos
15,19 mulier si suscepto semine pepererit masculum
inmunda erit septem diebus
iuxta dies separationis menstruae
Gn 17,12! 3 et die octavo circumcidetur infantulus
4 ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suae
omne sanctum non tanget
nec ingredietur sanctuarium donec impleantur dies purificationis eius
5 sin autem feminam pepererit inmunda erit duabus ebdomadibus
iuxta ritum fluxus menstrui
et sexaginta ac sex diebus manebit in sanguine purificationis suae
Lc 2,22 6 cumque expleti fuerint dies purificationis eius pro filio sive pro filia
23,12.18; Ex 29,38! Nm 6,14; 28,9. 10; 1 Sm 7,9! **6—8:** 5,7–10! 15,14.15; 29 30 Nm 6,10.11 deferet agnum anniculum in holocaustum
et pullum columbae sive turturem pro peccato
ad ostium tabernaculi testimonii et tradet sacerdoti
7 qui offeret illa coram Domino et rogabit pro ea
et sic mundabitur a profluvio sanguinis sui
ista est lex parientis masculum ac feminam
8 quod si non invenerit manus eius
nec potuerit offerre agnum
sumet duos turtures vel duos pullos columbae Lc 2,24
unum in holocaustum et alterum pro peccato
orabitque pro ea sacerdos et sic mundabitur
13 locutus est Dominus ad Mosen et Aaron dicens
2 homo in cuius carne et cute ortus fuerit diversus color 9,10 **2—7:** 29–36
sive pustula aut quasi lucens quippiam id est plaga leprae
adducetur ad Aaron sacerdotem
vel ad unum quemlibet filiorum eius
3 qui cum viderit lepram in cute et pilos in album mutatos colorem
ipsamque speciem leprae humiliorem cute et carne reliqua
plaga leprae est et ad arbitrium eius separabitur 44
4 sin autem lucens candor fuerit in cute 21
nec humilior carne reliqua
et pili coloris pristini
recludet eum sacerdos septem diebus
5 et considerabit die septimo
et siquidem lepra ultra non creverit
nec transierit in cute priores terminos
rursum includet eum septem diebus aliis
6 et die septimo contemplabitur
si obscurior fuerit lepra et non creverit in cute
mundabit eum quia scabies est
lavabitque homo vestimenta sua et mundus erit 34; 11,25! 14,8! 15,13
7 quod si postquam a sacerdote visus est et redditus munditiae iterum lepra creverit 14.15.22
adducetur ad eum 8 et inmunditiae condemnabitur
9 plaga leprae si fuerit in homine **9.10:** 2.3

GAOC ΣΛTMΦI cr 46 mouentur GAΣr | reptant GAr. | 47 et[2]] ut G || **12,1** locutusque est c | 4 ingredietur + in c | purificationis[2]] purgationis CTMΦ | eius] suae A c | 5 peperit OΣ | ac] et Φ; *om.* GAΛ cr | 6 purgationis ACT | eius] suae Σ c; *om.* G. | defert GCI. | 7 illam G | rogabit] orabit Λ c | ac] aut c. | 8 poterit G | columbarum c. | pro eo C || **13,1** locutusque est c | 2 ~ cute et carne c | 3 colore O | ad arbitrium] arbitrio GΣ; arbitrium M. | 4 pilo GA | 5 recludet A c | 7 et iterum O |

adducetur ad sacerdotem 10 et videbit
eum
cumque color albus in cute fuerit
et capillorum mutarit aspectum
ipsa quoque caro viva apparuerit
11 lepra vetustissima iudicabitur atque
inolita cuti
contaminabit itaque eum sacerdos et
non recludet
quia perspicue inmunditia est
12 sin autem effloruerit discurrens lepra
in cute et operuerit omnem carnem
a capite usque ad pedes
quicquid sub aspectu oculorum cadit
13 considerabit eum sacerdos
et teneri lepra mundissima iudicabit
eo quod omnis in candorem versa sit
et idcirco homo mundus erit
7.8! 14 quando vero caro vivens in eo ap-
paruerit
15 tunc sacerdotis iudicio polluetur
et inter inmundos reputabitur
caro enim viva si lepra aspergatur
inmunda est
16 quod si rursum versa fuerit in al-
borem
et totum hominem operuerit
17 considerabit eum sacerdos et mun-
dum esse decernet
18—23: 24–28 18 caro et cutis in qua ulcus natum est
et sanatum
19 et in loco ulceris cicatrix apparuerit
49 alba sive subrufa
adducetur homo ad sacerdotem
20 qui cum viderit locum leprae humi-
liorem carne reliqua
et pilos versos in candorem conta-
minabit eum
plaga enim leprae orta est in ulcere
21 quod si pilus coloris est pristini
et cicatrix subobscura
et vicina carne non est humilior
recludet eum septem diebus 4.50.51
22 et siquidem creverit adiudicabit eum 7.8!
leprae
23 sin autem steterit in loco suo ulceris
est cicatrix
et homo mundus erit
24 caro et cutis quam ignis exuserit 24—28: 18–23
et sanata albam sive rufam habuerit
cicatricem
25 considerabit eam sacerdos
et ecce versa est in alborem
et locus eius reliqua cute humilior
contaminabit eum quia plaga leprae
in cicatrice orta est
26 quod si pilorum color non fuerit in-
mutatus
nec humilior plaga carne reliqua
et ipsa leprae species fuerit subob-
scura
recludet eum septem diebus
27 et die septimo contemplabitur
si creverit in cute lepra contaminabit
eum
28 sin autem in loco suo candor steterit
non satis clarus plaga conbustionis
est
et idcirco mundabitur quia cicatrix
est conbusturae
29 vir sive mulier in cuius capite vel 29—36: 2–7
barba germinarit lepra
videbit eos sacerdos
30 et siquidem humilior fuerit locus
carne reliqua
et capillus flavus solitoque subtilior
contaminabit eos quia lepra capitis
ac barbae est
31 sin autem viderit et locum maculae
aequalem vicinae carni et capillum
nigrum
recludet eos septem diebus
32 et die septimo intuebitur
si non creverit macula et capillus sui

10 mutauerit ΛΦc | 11 cutis C; cute M. | perspicuae inmunditiae ΑΛΤΦc | 12 et floru-erit G; refluerit A. | carnem] cutem Alc. | sub aspectum Tc | cadet O | 13 in can-dore GO | 15 aspergitur Λc; spargatur O | 18 caro + autem c | 19 ~ alba apparuerit c. | rufa A | 21 ~ est coloris ΑΦ | 24 caro + autem c | sanatam G | 25 eam] eum G | cute + est c. | 29 germinauerit GΣΛΦlc | 30 capillos ΟΜΦ | flauos Φ | 31 et¹ *om.* ΟΛΤΦc | eos] eum ΑΤΦc |

GAOC ΣΛΤΜΦΙ cr

coloris est
et locus plagae carni reliquae aequalis
33 radetur homo absque loco maculae
et includetur septem diebus aliis
34 si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo
nec humilior carne reliqua mundabit eum
6! lotisque vestibus mundus erit
35 sin autem post emundationem rursus creverit macula in cute
36 non quaeret amplius utrum capillus in flavum colorem sit commutatus
quia aperte inmundus est
37 porro si steterit macula et capilli nigri fuerint
noverit hominem esse sanatum
et confidenter eum pronuntiet mundum
38 vir et mulier in cuius cute candor apparuerit
39 intuebitur eos sacerdos
si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute
sciat non esse lepram sed maculam coloris candidi et hominem mundum
40 vir de cuius capite capilli fluunt calvus ac mundus est
41 et si a fronte ceciderint pili
recalvaster et mundus est
42 sin autem in calvitio sive in recalvatione
albus vel rufus color fuerit exortus
43 et hoc sacerdos viderit condemnabit eum
haut dubiae leprae quae orta est in calvitio
3 44 quicumque ergo maculatus fuerit lepra
et separatus ad arbitrium sacerdotis
45 habebit vestimenta dissuta caput nudum os veste contectum
contaminatum ac sordidum se clamabit
46 omni tempore quo leprosus est et inmundus Nm 5,2–4! IV Rg 7,3; 15,5. II Par 26,21
solus habitabit extra castra
47 vestis lanea sive linea quae lepram habuerit 48 in stamine atque subtemine
aut certe pellis vel quicquid ex pelle confectum est
49 si alba aut rufa macula fuerit infecta 19
lepra reputabitur ostendeturque sacerdoti
50 qui consideratam recludet septem diebus 21.22
51 et die septimo rursus aspiciens 14,39.44
si crevisse deprehenderit lepra perseverans est
pollutum iudicabit vestimentum et omne in quo fuerit inventa
52 et idcirco conburetur flammis
53 quod si eam viderit non crevisse
54 praecipiet et lavabunt id in quo lepra est
recludetque illud septem diebus aliis
55 et cum viderit faciem quidem pristinam non reversam nec tamen crevisse lepram
inmundum iudicabit et igne conburet
eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum lepra
56 sin autem obscurior fuerit locus leprae postquam vestis est lota
abrumpet eum et a solido dividet
57 quod si ultra apparuerit in his locis quae prius inmaculata erant
lepra volatilis et vaga debet igne conburi
58 si cessaverit lavabit ea quae pura sunt secundo et munda erunt
59 ista est lex leprae
vestimenti lanei et linei staminis at-

GAOC ΣΛΤΜΦΙ cr

34 uestibus + suis c | 36 inmutatus A1(*vid.*)c | 37 ~ sanatum esse c. | 38 et] siue c | 39 in cutem C | 40 ~ fluunt capilli GAr. | ac] et c. | est] erit A | 41 et²] ac A | 43 haut] aut AOC | dubie M c | 44 separatus + est c. | 46 quo] quod GC | 49 aut] uel ΣΤΦ c; et A.; ut Λ. | 51 ~ deprehenderit creuisse c. | est] erit GΛ | 56 a solo G | 57 lepra + est CΣΛ | 58 lauabit + aqua c. ||

que subteminis omnisque supellectilis pelliciae
quomodo mundari debeat vel contaminari
14 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
2—4: Mt 8,4; Mc 1,44; Lc 5,14 2 hic est ritus leprosi quando mundandus est
adducetur ad sacerdotem
3 qui egressus e castris cum invenerit lepram esse mundatam
4—7: 49–53 4 praecipiet ei qui purificatur
1,14.15! ut offerat pro se duos passeres vivos quos vesci licitum est
Nm 19,6 et lignum cedrinum vermiculumque et hysopum
5 et unum e passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viventes
6 alium autem vivum cum ligno cedrino et cocco et hysopo tinguet in sanguine passeris immolati
7 quo asperget illum qui mundandus est septies ut iure purgetur
et dimittet passerem vivum ut in agrum avolet
13,6! 16,26.28! Nm 19,7; 31,24 8 cumque laverit homo vestimenta sua
radet omnes pilos corporis et lavabitur aqua
purificatusque ingredietur castra
ita dumtaxat ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus
9 et die septimo radat capillos capitis barbamque et supercilia ac totius corporis pilos
et lotis rursum vestibus et corpore
Ex 29,38! 10 die octavo adsumet duos agnos inmaculatos
et ovem anniculam absque macula
21; 2,1! et tres decimas similae in sacrificium quae conspersa sit oleo
et seorsum olei sextarium
11 cumque sacerdos purificans hominem
statuerit eum et haec omnia coram Domino
in ostio tabernaculi testimonii
12 tollet agnum et offeret eum pro delicto 24; 4,32!
oleique sextarium
et oblatis ante Dominum omnibus
13 immolabit agnum ubi immolari solet hostia pro peccato et holocaustum id est in loco sancto
sicut enim pro peccato ita et pro delicto 7,7!
ad sacerdotem pertinet hostia
sancta sanctorum est
14 adsumensque sacerdos de sanguine Ex 29,20!
hostiae quae immolata est pro delicto 14—18: 25–29
ponet super extremum auriculae dextrae eius qui mundatur
et super pollices manus dextrae et pedis
15 et de olei sextario mittet in manum suam sinistram
16 tinguetque digitum dextrum in eo 4,6
et asperget septies contra Dominum
17 quod autem reliquum est olei in leva manu
fundet super extremum auriculae Ex 29,20!
dextrae eius qui mundatur
et super pollices manus ac pedis dextri
et super sanguinem qui fusus est pro delicto 18 et super caput eius
19 rogabitque pro eo coram Domino 5,6!
et faciet sacrificium pro peccato
tunc immolabit holocaustum 20 et po- 23,18
net illud in altari cum libamentis suis
et homo rite mundabitur
21 quod si pauper est et non potest manus eius invenire quae dicta sunt
adsumet agnum pro delicto ad ob- 4,32!

14,3 e] a O.; de Ac | 4 praecipiat O | ~ duos passeres uiuos pro se c. | quibus c | 7 in *om.* O | euolet O | 8 lauauerit GΦ | ingreditur GCT | 9 radet OM cr | 13 ~ solet immolari c | 14 et[2]] ac ΑΣ | 15 oleo O | 16 coram domino septies c | 17 [*deest* O *usque ad v.* 28] | effusus c | 21 ~ pro delicto assumet agnum c. |
GA(O)C ΣΛΤΜΦΙ cr

lationem
ut roget pro eo sacerdos
10! decimamque partem similae conspersae oleo in sacrificium et olei sextarium
22.23: 5,7–10! 22 duosque turtures sive duos pullos columbae
quorum sit unus pro peccato et alter in holocaustum
23 offeretque ea die octavo purificationis suae sacerdoti
ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino
12 24 qui suscipiens agnum pro delicto et sextarium olei levabit simul
Ex 29,20! 25 immolatoque agno de sanguine eius
25—29: 14–18 ponet super extremum auriculae dextrae illius qui mundatur
et super pollices manus eius ac pedis dextri
26 olei vero partem mittet in manum suam sinistram
27 in quo tinguens digitum dextrae manus
asperget septies contra Dominum
Ex 29,20! 28 tangetque extremum dextrae auriculae illius qui mundatur
et pollices manus ac pedis dextri
in loco sanguinis qui effusus est pro delicto
29 reliquam autem partem olei quae est in sinistra manu
mittet super caput purificati ut placet pro eo Dominum
30.31: 5,7–10! 30 et turturem sive pullum columbae offeret
31 unum pro delicto et alterum in holocaustum cum libamentis suis
32 hoc est sacrificium leprosi
qui habere non potest omnia in emundationem sui
33 locutus est Dominus ad Mosen et Aaron dicens
34 cum ingressi fueritis terram Chanaan quam ego dabo vobis in possessionem Ex 13,11! Dt 1,39; 17,14!
si fuerit plaga leprae in aedibus
35 ibit cuius est domus nuntians sacerdoti et dicet
quasi plaga leprae videtur mihi esse in domo mea
36 at ille praecipiet ut efferant universa de domo
priusquam ingrediatur eam et videat utrum lepra sit
ne inmunda fiant omnia quae in domo sunt
intrabitque postea ut consideret domus lepram
37 et cum viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore sive rubore deformes
et humiliores superficie reliqua
38 egredietur ostium domus et statim claudet eam septem diebus
39 reversusque die septimo considerabit 13,51!
eam
si invenerit crevisse lepram
40 iubebit erui lapides in quibus lepra 45
est
et proici eos extra civitatem in loco inmundo
41 domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum
et spargi pulverem rasurae extra urbem in loco inmundo
42 lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint
et luto alio liniri domum
43 sin autem postquam eruti sunt lapides
et pulvis elatus et alia terra lita
44 ingressus sacerdos viderit reversam 13,51!
lepram

GA(O)C ΣΛΤΜΦΙ cr 21 conspersa GΣ | 22 ~ unus sit c | 27 coram domino G c. | 28 ~ auriculae dextrae A | [*iterum adest* O] | 29 placeat A | domino O | 32 in mundationem A; in emundatione OT | 33 locutus est GOTr] locutusque est *cet.* | 36 efferat ΛΣ; auferat C. | et] ut O | lepra] leprosa OTM c | ~ lepram domus c | 38 eum G; illam c. | 40 eos *om.* A | in locum immundum c. | 41 spargit G | in locum immundum c. | 43 elatus] erasus c |

et parietes aspersos maculis
lepra est perseverans et inmunda domus
45 quam statim destruent
40.41 et lapides eius ac ligna atque universum pulverem
proicient extra oppidum in loco inmundo
46 qui intraverit domum quando clausa est inmundus erit usque ad vesperum
47 et qui dormierit in ea et comederit quippiam
lavabit vestimenta sua
48 quod si introiens sacerdos
viderit lepram non crevisse in domo postquam denuo lita est
purificabit eam reddita sanitate
49–53: 4–7 49 et in purificationem eius sumet duos passeres
lignumque cedrinum et vermiculum atque hysopum
50 et immolato uno passere in vase fictili super aquas vivas
51 tollet lignum cedrinum et hysopum et coccum et passerem vivum
et intinguet omnia in sanguine passeris immolati atque in aquis viventibus
et asperget domum septies 52 purificabitque eam
tam in sanguine passeris quam in aquis viventibus
et in passere vivo lignoque cedrino et hysopo atque vermiculo
53 cumque dimiserit passerem avolare in agrum libere
orabit pro domo et iure mundabitur
54 ista est lex omnis leprae et percussurae
55 leprae vestium et domorum
56 cicatricis et erumpentium papularum
lucentis maculae et in varias species coloribus inmutatis
57 ut possit sciri quo tempore mundum quid vel inmundum sit 10,10!
15 locutusque est Dominus ad Mosen et Aaron dicens
2 loquimini filiis Israhel et dicite eis
vir qui patitur fluxum seminis inmundus erit
3 et tunc iudicabitur huic vitio subiacere
cum per momenta singula adheserit carni illius atque concreverit foedus humor
4 omne stratum in quo dormierit inmundum erit et ubicumque sederit 26.27 4–6: 21–23
5 si quis hominum tetigerit lectum eius 10.11: 11,25!
lavabit vestimenta sua
et ipse lotus aqua inmundus erit usque ad vesperum
6 si sederit ubi ille sederat
et ipse lavabit vestimenta sua
et lotus aqua inmundus erit usque ad vesperum 16.17.18
7 qui tetigerit carnem eius lavabit vestimenta sua
et ipse lotus aqua inmundus erit usque ad vesperum
8 si salivam huiuscemodi homo iecerit super eum qui mundus est
lavabit vestem suam
et lotus aqua inmundus erit usque ad vesperum
9 sagma super quo sederit inmundum erit
10 et quicquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur pollutum erit usque ad vesperum
qui portaverit horum aliquid
lavabit vestem suam 5!
et ipse lotus aqua inmundus erit usque ad vesperum

44 respersos c | 45 in locum immundum c | 47 sua + et inmundus erit usque ad uesperum O | 48 introierit GC | uideritque AC; et uiderit G | est] fuerit c. | 49 in purificatione GOMΦ | 51 et tinguet GOΣΛcr | 57 possitis GO | scire OCM || 15,3 ~ singula momenta c | illius] eius Σc. | 5 lectulum GOΣΛ | 8 uestimenta sua Cc | 9 super quod G; super quam Ar.; super quas O. | inmunda Ar.; inmundus O. | 10 uestimenta sua Ac |

GAOC ΣΛΤΜΦΙ cr

11 omnis quem tetigerit qui talis est non
lotis ante manibus
5! lavabit vestimenta sua
et lotus aqua inmundus erit usque
ad vesperum
6,28! 12 vas fictile quod tetigerit confringetur
vas autem ligneum lavabitur aqua
13 si sanatus fuerit qui huiuscemodi sus-
tinet passionem
28 numerabit septem dies post emun-
dationem sui
13,6! et lotis vestibus ac toto corpore in
aquis viventibus erit mundus
12,6.7! 14 die autem octavo sumet duos turtu-
res aut duos pullos columbae
et veniet in conspectu Domini ad
ostium tabernaculi testimonii da-
bitque eos sacerdoti
15 qui faciet unum pro peccato et al-
terum in holocaustum
rogabitque pro eo coram Domino ut
emundetur a fluxu seminis sui
22,4! Dt 23,10.11 16 vir de quo egreditur semen coitus
6! lavabit aqua omne corpus suum
et inmundus erit usque ad vesperum
6! 17 vestem et pellem quam habuerit
lavabit aqua et inmunda erit usque
ad vesperum
18 mulier cum qua coierit lavabitur
6! aqua et inmunda erit usque ad ves-
perum
12,2 19 mulier quae redeunte mense patitur
fluxum sanguinis
septem diebus separabitur
20 omnis qui tetigerit eam inmundus
erit usque ad vesperum
21—23: 4–6! 21 et in quo dormierit vel sederit diebus
separationis suae polluetur
22 qui tetigerit lectum eius lavabit vesti-
menta sua
et ipse lotus aqua inmundus erit us-
que ad vesperum
23 omne vas super quo illa sederit quis-
quis adtigerit
lavabit vestimenta sua
et lotus aqua pollutus erit usque ad
vesperum
24 si coierit cum ea vir tempore sangui- 18,19! 20,18
nis menstrualis inmundus erit sep-
tem diebus
et omne stratum in quo dormierit
polluetur
25 mulier quae patitur multis diebus Mt 9,20; Mc 5,25; Lc 8,43
fluxum sanguinis non in tempore
menstruali
vel quae post menstruum sanguinem
fluere non cessat
quamdiu huic subiacet passioni
inmunda erit quasi sit in tempore
menstruo
26 omne stratum in quo dormierit 4,5!
et vas in quo sederit pollutum erit
27 quicumque tetigerit eam lavabit ves-
timenta sua
et ipse lotus aqua inmundus erit us-
que ad vesperum
28 si steterit sanguis et fluere cessarit
numerabit septem dies purificationis 13
suae
29 et octavo die offeret pro se sacerdoti
duos turtures vel duos pullos co- 12,6.7!
lumbae
ad ostium tabernaculi testimonii
30 qui unum faciet pro peccato et alte-
rum in holocaustum
rogabitque pro ea coram Domino
et pro fluxu inmunditiae eius
31 docebitis ergo filios Israhel ut cave- 10,10.11!
ant inmunditiam
et non moriantur in sordibus suis
cum polluerint tabernaculum meum
quod est inter eos
32 ista est lex eius qui patitur fluxum
seminis
et qui polluitur coitu
33 et quae menstruis temporibus sepa-

GAOC ΣΛΤΜΦΙ cr
11 omnis qui G; omne quod Σ | 13 ac] et c. | 14 in conspectum AMc | 17 erunt C | 22 lectulum OCΛM | 23 super quod AΣMI | sedit GOΛ; sedet r. | et + ipse c | 25 ~ subiacet huic c. | 27 eam] ea c | 28 cessauerit CΛΦc | purgationis A | 29 ~ die octauo c. | uel] aut c | columbarum c | 30 pro eo O; + sacerdos A | 33 separabitur G |

ratur
vel quae iugi fluit sanguine
et hominis qui dormierit cum ea
16 locutusque est Dominus ad Mosen
10.1.2! post mortem duum filiorum Aaron
quando offerentes ignem alienum interfecti sunt
2 et praecepit ei dicens
loquere ad Aaron fratrem tuum
Ex 26,34 ne omni tempore ingrediatur sanctuarium quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca
ut non moriatur
Ex 40,33! quia in nube apparebo super oraculum
3 nisi haec ante fecerit
6! 8,18! Ex 29,36! Ez 43,21. 45,22 vitulum offeret pro peccato et arietem in holocaustum
Ex 28,40.41 4 tunica linea vestietur
feminalibus lineis verecunda celabit
accingetur zona linea
cidarim lineam inponet capiti
haec enim vestimenta sunt sancta
quibus cunctis cum lotus fuerit induetur
5 suscipietque ab universa multitudine
4,23! 8,18! filiorum Israhel duos hircos pro peccato et unum arietem in holocaustum
3! 11; 9,7! 6 cumque obtulerit vitulum et oraverit pro se et pro domo sua
7 duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii
8 mittens super utrumque sortem
unam Domino et alteram capro emissario
9 cuius sors exierit Domino offeret illum pro peccato
10 cuius autem in caprum emissarium
statuet eum vivum coram Domino
21 ut fundat preces super eo et emittat illum in solitudinem
11 his rite celebratis offeret vitulum 6!
et rogans pro se et pro domo sua immolabit eum 9,7!
12 adsumptoque turibulo quod de prunis altaris impleverit
et hauriens manu conpositum thymiama in incensum
ultra velum intrabit in sancta
13 ut positis super ignem aromatibus
nebula eorum et vapor operiat oraculum quod est super testimonium
et non moriatur
14 tollet quoque de sanguine vituli et asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem 14.15: 4,5–7!
15 cumque mactaverit hircum pro peccato populi
inferet sanguinem eius intra velum
sicut praeceptum est de sanguine vituli
ut aspergat e regione oraculi
16 et expiet sanctuarium ab inmunditiis filiorum Israhel 19: Ez 45,18
et a praevaricationibus eorum cunctisque peccatis
iuxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii
quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum
17 nullus hominum sit in tabernaculo
quando pontifex ingreditur sanctuarium
ut roget pro se et pro domo sua et pro universo coetu Israhel donec egrediatur 9,7!
18 cum autem exierit ad altare quod coram Domino est oret pro se
et sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum 18.19: 4,5–7!
19 aspergensque digito septies expiet et sanctificet illud ab inmunditiis filio- 16!

33 sanguinem C | hominis] omnis GOr. || **16**,1 duorum OCTMΦc | 2 eis OCT | quo] quod GTM | 3 ~ pro peccato offeret c. | 4 uerenda MΦc | lotus] locutus OCΛ | 8 mittensque c. | unum A. | alterum AO. | 9 ~ exierit sors c. | 10 et mittat GΦ | illum] eum c. | 13 super²] supra c. | et²] ut AOr | 16 faciet + et A | tabernaculum AOCΛ; tabernaculi Σ | sordium cr𝔐] sortium *cet.* | 17 ingreditur + in GTΦ | ~ sanctuarium ingreditur c. | uniuersa OΛ. | egrediatur] ingrediatur GC | 18 cornu OΣ. | GAOC ΣΛTMΦI cr

rum Israhel
20 postquam emundarit sanctuarium et
tabernaculum et altare
4,23! tunc offerat hircum viventem
21 et posita utraque manu super caput
eius
26,40! confiteatur omnes iniquitates filiorum Israhel
et universa delicta atque peccata eorum
quae inprecans capiti eius
emittet illum per hominem paratum
in desertum
22 cumque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam
et dimissus fuerit in deserto
23 revertetur Aaron in tabernaculum
testimonii
6,11! et depositis vestibus quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium
relictisque ibi 24 lavabit carnem suam
in loco sancto
indueturque vestimentis suis
9,7! et postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis
rogabit tam pro se quam pro populo
4,8! 25 et adipem qui oblatus est pro peccatis adolebit super altare
26 ille vero qui dimiserit caprum emissarium
14,8! lavabit vestimenta sua et corpus
aqua
et sic ingredietur in castra
6,30! 27 vitulum autem et hircum qui pro
peccato fuerant immolati
et quorum sanguis inlatus est ut in
sanctuario expiatio conpleretur
4,21; Ex 29,14 asportabunt foras castra et conburent igni
tam pelles quam carnes eorum et fimum
14,8! Nm 19,8 28 et quicumque conbuserit ea
lavabit vestimenta sua et carnem
aqua
et sic ingredietur in castra
29 eritque hoc vobis legitimum sempiternum 10,9! 29—31: 23,27–31
mense septimo decima die mensis Nm 29,7
adfligetis animas vestras nullumque
facietis opus
sive indigena sive advena qui peregrinatur inter vos
30 in hac die expiatio erit vestri atque
mundatio
ab omnibus peccatis vestris coram
Domino mundabimini
31 sabbatum enim requietionis est
et adfligetis animas vestras religione
perpetua
32 expiabit autem sacerdos
qui unctus fuerit et cuius initiatae Ex 28,41!
manus ut sacerdotio fungatur pro
patre suo
indueturque stola linea et vestibus
sanctis
33 et expiabit sanctuarium et tabernaculum testimonii atque altare
sacerdotes quoque et universum populum
34 eritque hoc vobis legitimum sempiternum
ut oretis pro filiis Israhel
et pro cunctis peccatis eorum semel
in anno
fecit igitur sicut praeceperat Dominus Mosi
17 et locutus est Dominus ad Mosen
dicens
2 loquere Aaron et filiis eius
et cunctis filiis Israhel et dices ad eos
iste est sermo quem mandavit Dominus dicens
3 homo quilibet de domo Israhel
si occiderit bovem aut ovem sive

GAOC ΣΛΤΜΦΙ cr

20 emundauerit ΣΛΤΜΦc | 21 et mittet ΟΤΜΦΙ. | 23 reuertetur + ad O | 24 induiturque ΟΣ. | uestibus c | 26 ingreditur G | 27 ut *om.* O *et, ante corr. 1. man.*, GC | in sanctuarium ut c. | expiato GT | foras] extra AM | et⁴] ac c; *om.* G. | 28 eam O | 29 ~ uobis hoc c | decimo ΑΛ | ~ opus facietis c | peregrinantur A | 32 initiatae + sunt ΛΜc; initiata est ΤΦ; initiata O. | ~ manus initiatae sunt c | fungantur GT | 34 ~ uobis hoc c | praecepit A || **17,1** et *om.* O | 2 et dices] dicens c |

capram in castris vel extra castra
9 [4]et non obtulerit ad ostium taberna-
culi oblationem Domino sanguinis
reus erit
quasi sanguinem fuderit sic peribit
de medio populi sui
[5]ideo offerre debent sacerdoti filii Is-
rahel hostias suas quas occidunt in
agro
ut sanctificentur Domino ante osti-
um tabernaculi testimonii
7,29! et immolent eas hostias pacificas Do-
mino
Ex 29,12.13! Nm 18,17 [6]fundetque sacerdos sanguinem super
altare Domini
ad ostium tabernaculi testimonii
et adolebit adipem in odorem sua-
vitatis Domino
Dt 32,17 [7]et nequaquam ultra immolabunt
hostias suas daemonibus cum qui-
bus fornicati sunt
10,9! legitimum sempiternum erit illis et
posteris eorum
[8]et ad ipsos dices
13; 22,18 homo de domo Israhel et de advenis
qui peregrinantur apud vos
qui obtulerit holocaustum sive victi-
mam
[9]et ad ostium tabernaculi testimonii
4 non adduxerit eam ut offeratur Do-
mino interibit de populo suo
[10]homo quilibet de domo Israhel et de
advenis qui peregrinantur inter eos
7,27! 20,3.5.6 si comederit sanguinem obfirmabo
faciem meam contra animam illius
et disperdam eam de populo suo
14 [11]quia anima carnis in sanguine est
et ego dedi illum vobis ut super al-
tare in eo expietis pro animabus
vestris
Dt 12,23 et sanguis pro animae piaculo sit
[12]idcirco dixi filiis Israhel
omnis anima ex vobis non comedet Gn 9,4!
sanguinem
nec ex advenis qui peregrinantur in-
ter vos
[13]homo quicumque de filiis Israhel et 8!
de advenis qui peregrinantur apud
vos
si venatione atque aucupio ceperit
feram vel avem quibus vesci licitum
est
fundat sanguinem eius et operiat il- Ez 24,7
lum terra
[14]anima enim omnis carnis in sanguine
est
unde dixi filiis Israhel
sanguinem universae carnis non com- 7,27! Gn 9,4!
edetis
quia anima carnis in sanguine est 11!
et quicumque comederit illum inter-
ibit
[15]anima quae comederit morticinum Ex 22,31!
vel captum a bestia
tam de indigenis quam de advenis
lavabit vestes suas et semet ipsum 11,25!
aqua
et contaminatus erit usque ad ves-
perum
et hoc ordine mundus fiet
[16]quod si non laverit vestimenta sua
nec corpus
portabit iniquitatem suam
18 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
[2]loquere filiis Israhel et dices ad eos
ego Dominus Deus vester
[3]iuxta consuetudinem terrae Aegypti 24! Ez 20,7
in qua habitastis non facietis
et iuxta morem regionis Chanaan ad Ex 23,23.24!
quam ego introducturus sum vos
non agetis
nec in legitimis eorum ambulabitis
[4]facietis iudicia mea et praecepta ser- 19,37; 20,8! 25,18! Ex 15,26!

4 quasi si c.; qualiter si l.; quia Σ. | 5 ~ sacerdoti offerre debent c | occident c. | et] ut GO. | 6 domini + et GAC. | et *om.* A | 7 demoniis GCl. | 10 eos] uos GΛTl | eam] eum AOr; ea Φ.; *om.* T. | 12 inter] apud CΣlc | 13 apud] inter AΣ | illud G ACΛ. | 14 comeditis A | illud OC | 15 uestimenta sua AΛTMΦlc | se ipsum Al | 16 lauauerit G | nec] et Ac; uel ΛTMΦ || **18**,1 locutus est Σc | 2 ego + sum G | 3 [*deest* G *usque ad* 19,22] | uos *om.* AT. | 4 praecepta + mea lc |

(G)AOC ΣΛTMΦl cr

Dt 11,1! III Rg 8,58! Ez 18,17! vabitis et ambulabitis in eis
ego Dominus Deus vester
20,22; Dt 4,1! Prv 4,4! Bar 4,1; Rm 10,5! II Esr 9,29 5 custodite leges meas atque iudicia
quae faciens homo vivet in eis ego Dominus
6 omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet
ut revelet turpitudinem eius ego Dominus
7 turpitudinem patris et turpitudinem matris tuae non discoperies
mater tua est non revelabis turpitudinem eius
20,11! Dt 22,30! 8 turpitudinem uxoris patris tui non discoperies turpitudo enim patris tui est
20,17! 9 turpitudinem sororis tuae ex patre sive ex matre quae domi vel foris genita est non revelabis
10 turpitudinem filiae filii tui vel neptis ex filia non revelabis quia turpitudo tua est
11 turpitudinem filiae uxoris patris tui quam peperit patri tuo et est soror tua non revelabis
20,19 12 turpitudinem sororis patris tui non discoperies quia caro est patris tui
13 turpitudinem sororis matris tuae non revelabis eo quod caro sit matris tuae
20,20 14 turpitudinem patrui tui non revelabis
nec accedes ad uxorem eius quae tibi adfinitate coniungitur
15 turpitudinem nurus tuae non revelabis quia uxor filii tui est
nec discoperies ignominiam eius
20,21! 16 turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis quia turpitudo fratris tui est
17 turpitudinem uxoris tuae et filiae eius non revelabis
filiam filii eius et filiam filiae illius non sumes
ut reveles ignominiam eius
quia caro illius sunt et talis coitus incestus est
18 sororem uxoris tuae in pelicatum illius non accipies
nec revelabis turpitudinem eius adhuc illa vivente
19 ad mulierem quae patitur menstrua non accedes 15,24! Ez 18,6
nec revelabis foeditatem eius
20 cum uxore proximi tui non coibis 20,10!
nec seminis commixtione maculaberis
21 de semine tuo non dabis ut consecretur idolo Moloch 20,2.3; Dt 18,10!
nec pollues nomen Dei tui ego Dominus
22 cum masculo non commisceberis coitu femineo 20,13
quia abominatio est
23 cum omni pecore non coibis 20,15.16; Ex 22,19!
nec maculaberis cum eo
mulier non subcumbet iumento nec miscebitur ei quia scelus est
24 ne polluamini in omnibus his 3! 27,30; 20,23; Dt 12,30; 18,9! III Rg 14,24
quibus contaminatae sunt universae gentes
quas ego eiciam ante conspectum vestrum
25 et quibus polluta est terra
cuius ego scelera visitabo
ut evomat habitatores suos
26 custodite legitima mea atque iudicia Gn 18,19! Ps 104,45; 105,3! Is 56,1
et non faciat ex omnibus abominationibus istis Dt 12,31
tam indigena quam colonus qui peregrinatur apud vos
27 omnes enim execrationes istas 24,25!
fecerunt accolae terrae qui fuerunt ante vos
et polluerunt eam
28 cavete ergo ne et vos similiter evomat cum paria feceritis
sicut evomuit gentem quae fuit ante vos

AOC ΣΛΤΜΦ(l) cr 14 patrui] patris OCl | 17 illius[1]] eius AΣr | 19 menstruam OΦ | foeditatem] turpitudinem AΣ | 20 maculaueris AOC | 21 nomen + domini OΣM | 22 commiscearis c; commisceris ACl. | 23 maculaueris AOΛ | 24 ne] nec AΣΤΜΦlc | 26 faciat AClr] faciet OΣ; faciatis ΛΤΦc; facietis M | peregrinantur Σc | 28 [*deest* l *usque ad* 27,34] |

29 omnis anima quae fecerit de abo-
minationibus his quippiam peribit
de medio populi sui
30 custodite mandata mea
24! nolite facere quae fecerunt hii qui
fuerunt ante vos et ne polluamini
in eis
ego Dominus Deus vester
19 locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
2 loquere ad omnem coetum filiorum
Israhel et dices ad eos
11,44! Mt 5,48! sancti estote quia ego sanctus sum
Dominus Deus vester
3 unusquisque matrem et patrem suum
timeat
30! Ex 20,8! Ier 17,22 sabbata mea custodite ego Dominus
Deus vester
Ex 20,4! 4 nolite converti ad idola nec deos con-
flatiles faciatis vobis ego Dominus
Deus vester
7,29! 5 si immolaveritis hostiam pacifico-
5–8: 7,16–18 rum Domino ut sit placabilis
6 eo die quo fuerit immolata comede-
tis eam et die altero
quicquid autem residuum fuerit in
diem tertium igne conburetis
7 si quis post biduum comederit ex ea
profanus erit et impietatis reus
Nm 9,13 8 portabit iniquitatem suam quia sanc-
tum Domini polluit
Gn 17,14! et peribit anima illa de populo suo
23,22; Dt 24,19 9 cum messueris segetes terrae tuae
non tondebis usque ad solum super-
ficiem terrae
nec remanentes spicas colliges
Dt 24,21 10 neque in vinea tua racemos et grana
decidentia congregabis
sed pauperibus et peregrinis carpen-
da dimittes ego Dominus Deus ves-
ter

11 non facietis furtum Ex 20,15.16!
non mentiemini Ex 23,1!
nec decipiet unusquisque proximum
suum
12 non peierabis in nomine meo Mt 5,33
nec pollues nomen Dei tui ego Do- Ex 20,7!
minus
13 non facies calumniam proximo tuo 25,43! Ier 22,13
nec vi opprimes eum
non morabitur opus mercennarii Dt 24,15; Tb 4,15; Sir 7,22
apud te usque mane
14 non maledices surdo
nec coram caeco pones offendiculum Dt 27,18
sed timebis Deum tuum quia ego 32; 25,17!
sum Dominus
15 non facies quod iniquum est 35
nec iniuste iudicabis Ex 23,3! Dt 1,17! Prv 18,5; 28,21; Sir 42,1; III Esr 4,39
nec consideres personam pauperis
nec honores vultum potentis
iuste iudica proximo tuo Dt 1,16!
16 non eris criminator et susurro in po-
pulis
non stabis contra sanguinem pro-
ximi tui ego Dominus
17 ne oderis fratrem tuum in corde tuo
sed publice argue eum ne habeas su-
per illo peccatum
18 non quaeres ultionem nec memor
eris iniuriae civium tuorum
diliges amicum tuum sicut temet ip- 34; Mt 5,43; 19,19!
sum ego Dominus
19 leges meas custodite
iumenta tua non facies coire cum al-
terius generis animantibus
agrum non seres diverso semine Dt 22,9
veste quae ex duobus texta est non Dt 22,11
indueris
20 homo si dormierit cum muliere coitu
seminis
quae sit ancilla etiam nubilis et ta-
men pretio non redempta nec liber-

29 his] istis C | 30 et *om.* OΣ. || **19,2** quia + et A | 3 patrem suum et matrem suam c. | 4 facietis A | 6 eam] ea O | 8 portabitque c | illa] illius O | 9 cumque c *lapsu* | tondes OCΣ | 11 decipiat CΣΛMΦ | 12 nec] non C | nomen + domini OΣM | 13 mercennarii + tui CTMΦc | 14 deum] dominum ΛT; dominum deum Oc | 15 nec[2]] ne OCr; non c | nec[3]] ne O. | 16 et] nec ΣΛc | in populo Σc | 17 ne[1]] nec TΦ; non c | ne[2]] nec ACTΦ | super illum O | 18 quaeras AMΦc | te ipsum CΣΛMΦc | 19 iumentum tuum c. | coire] commisceri C | agrum + tuum c | non[3]] ne O | 20 coitus OΛ | nubilis Acr, *cf.* 𝔐] nobilis *cet.* |

AOC ΣΛTMΦ cr

tate donata
vapulabunt ambo et non morientur
quia non fuit libera
21 pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonii
21.22: 5,16! arietem
22 orabitque pro eo sacerdos et pro delicto eius coram Domino
et repropitiabitur ei dimitteturque peccatum
23 quando ingressi fueritis terram
et plantaveritis in ea ligna pomifera
auferetis praeputia eorum
11,4! poma quae germinant inmunda erunt vobis nec edetis ex eis
24 quarto anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino
25 quinto autem anno comedetis fructus congregantes poma quae proferunt
ego Dominus Deus vester
3,17! 26 non comedetis cum sanguine
Dt 18,10! non augurabimini nec observabitis somnia
21,5; Ez 44,20; Dt 14,1! 27 neque in rotundum adtondebitis comam
nec radatis barbam
28 et super mortuo non incidetis carnem vestram
neque figuras aliquas et stigmata facietis vobis ego Dominus
Dt 23,17 29 ne prostituas filiam tuam et contaminetur terra et impleatur piaculo
3! 26,2; II Mcc 15,4 30 sabbata mea custodite
et sanctuarium meum metuite ego Dominus
20,6; Dt 18,10! 31 ne declinetis ad magos
nec ab ariolis aliquid sciscitemini ut polluamini per eos
ego Dominus Deus vester
32 coram cano capite consurge
14! et honora personam senis et time
Deum tuum
ego sum Dominus
33 si habitaverit advena in terra vestra
et moratus fuerit inter vos
ne exprobretis ei 34 sed sit inter vos Ex 22,21!
quasi indigena
et diligetis eum quasi vosmet ipsos 18!
fuistis enim et vos advenae in terra Aegypti
ego Dominus Deus vester
35 nolite facere iniquum aliquid in iudicio 15
in regula in pondere in mensura
36 statera iusta et aequa sint pondera Dt 25,15; Prv 11,1! 16,11; Ez 45,10
iustus modius aequusque sextarius
ego Dominus Deus vester qui eduxi Ex 18,1!
vos de terra Aegypti
37 custodite omnia praecepta mea 18,4!
et universa iudicia et facite ea ego Dominus
20 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
2 haec loqueris filiis Israhel
homo de filiis Israhel et de advenis qui habitant in Israhel
si quis dederit de semine suo idolo 18,21!
Moloch morte moriatur
populus terrae lapidabit eum
3 et ego ponam faciem meam contra 17,10!
illum
succidamque eum de medio populi sui
eo quod dederit de semine suo Mo- 18,21!
loch
et contaminaverit sanctuarium meum
ac polluerit nomen sanctum meum
4 quod si neglegens populus terrae
et quasi parvipendens imperium meum
dimiserit hominem qui dederit de semine suo Moloch nec voluerit eum

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr 22 delicto] peccato c. | [*iterum adest* G] | 24 quarto + autem c | laudabilis Φ cr, *cf.* 𝔐] laudabi G.; laudabili *cet.* | 26 auguramini GAO | 27 attondetis Σ; adtonditis G. | nec] ne OCΣ. | radetis TM cr | 28 super mortuum OΣ | et²] aut c | 29 ne] nec GC. | et¹] ne GC c | 31 ne] non c. | 32 deum] dominum O; dominum deum TM Φ c | 33 ne] non c || 20,2 loquere O | morietur AΣ. | 3 eum] illum G | 4 dedit C TMΦ c |

occidere
17,10! 5 ponam faciem meam super hominem
illum et cognationem eius
succidamque et ipsum et omnes qui
consenserunt ei ut fornicarentur
cum Moloch de medio populi sui
19,31! 6 anima quae declinaverit ad magos
et ariolos
et fornicata fuerit cum eis
17,10! ponam faciem meam contra eam
et interficiam illam de medio populi
sui
11,44! 7 sanctificamini et estote sancti quia
ego Dominus Deus vester
18,4! 22,9.31; Nm 15,40 8 custodite praecepta mea et facite ea
Ex 31,13! ego Dominus qui sanctifico vos
Ex 21,17! Dt 27,16! 9 qui maledixerit patri suo et matri
morte moriatur
patri matrique maledixit
sanguis eius sit super eum
18,20! Dt 22,22 10 si moechatus quis fuerit cum uxore
alterius
et adulterium perpetrarit cum con-
iuge proximi sui
Dn 13,41 morte moriantur et moechus et adul-
tera
18,8! Dt 27,20 11 qui dormierit cum noverca sua et
revelaverit ignominiam patris sui
morte moriantur ambo
sanguis eorum sit super eos
12 si quis dormierit cum nuru sua
uterque moriantur quia scelus ope-
rati sunt
sanguis eorum sit super eos
18,22! Rm 1,27 13 qui dormierit cum masculo coitu fe-
mineo
uterque operati sunt nefas morte
moriantur
sit sanguis eorum super eos
Dt 27,23 14 qui supra uxorem filiam duxerit mat-
rem eius
scelus operatus est vivus ardebit cum
eis
nec permanebit tantum nefas in me-
dio vestri
15 qui cum iumento et pecore coierit 18,23; Ex 22,19!
morte moriatur
pecus quoque occidite
16 mulier quae subcubuerit cuilibet iu-
mento simul interficietur cum eo
sanguis eorum sit super eos
17 qui acceperit sororem suam filiam 18,9; Dt 27,22
patris sui vel filiam matris suae
et viderit turpitudinem eius
illaque conspexerit fratris ignomini-
am
nefariam rem operati sunt
occidentur in conspectu populi sui
eo quod turpitudinem suam mutuo
revelarint
et portabunt iniquitatem suam
18 qui coierit cum muliere in fluxu mens- 15,24!
truo et revelaverit turpitudinem eius
ipsaque aperuerit fontem sanguinis
sui
interficientur ambo de medio populi
sui
19 turpitudinem materterae tuae et ami- 18,12.13
tae tuae non discoperies
qui hoc fecerit ignominiam carnis
suae nudavit
portabunt ambo iniquitatem suam
20 qui coierit cum uxore patrui vel 18,14
avunculi sui
et revelaverit ignominiam cognatio-
nis suae
portabunt ambo peccatum suum
absque liberis morientur
21 qui duxerit uxorem fratris sui rem 18,16; Mt 14,3.4; Mc 6,18
facit inlicitam
turpitudinem fratris sui revelavit
absque filiis erunt
22 custodite leges meas atque iudicia et 18,5!
facite ea

5 hominem *om.* O | et¹ + super A c. | consenserint AΛ | fornicaretur M c | 7 ego + sum c | 9 et] aut A c; uel CT | 10 perpetrauerit ΛΦ c | coniuge] uxore O | moriatur GΣ | 12 moriatur c | 13 operatus est OCΣΛM c | ~ sanguis eorum sit C | 14 cum ea A | 15 moriantur CT | 17 ~ ignominiam fratris AO r. | reuelauerint GOΣTΦ cr | 18 reuelarit T; reuelauit O. | 19 tuae¹ *om.* OTMΦ c | tuae² *om.* G | nudabit AΛTMΦ | 20 reuelarit TM; reuelauit O. | 21 ~ inlicitam facit O | reuelabit GAΛ | filiis] liberis T c |

GAOC ΣΛTMΦ cr

ne et vos evomat terra quam intraturi estis et habitaturi
18,24! 23 nolite ambulare in legitimis nationum quas ego expulsurus sum ante vos
omnia enim haec fecerunt et abominatus sum eos
24 vobis autem loquor
Ex 13,5! possidete terram eorum quam dabo vobis in hereditatem
terram fluentem lacte et melle
ego Dominus Deus vester
qui separavi vos a ceteris populis
25 separate ergo et vos iumentum mundum ab inmundo
et avem mundam ab inmunda
11,44! ne polluatis animas vestras in pecore et in avibus et cunctis quae moventur in terra
et quae vobis ostendi esse polluta
26 eritis sancti mihi quia sanctus ego sum Dominus
et separavi vos a ceteris populis ut essetis mei
Ex 22,18; Dt 18,10.11 27 vir sive mulier in quibus pythonicus vel divinationis fuerit spiritus morte moriantur
lapidibus obruent eos
sanguis eorum sit super illos
21 dixit quoque Dominus ad Mosen
1–3: Ez 44,25 loquere ad sacerdotes filios Aaron et dices eis
11! 22,4! ne contaminetur sacerdos in mortibus civium suorum
2 nisi tantum in consanguineis ac propinquis
id est super matre et patre et filio ac filia
fratre quoque 3 et sorore virgine quae non est nupta viro
4 sed nec in principe populi sui contaminabitur
5 non radent caput nec barbam 19,27.28! Bar 6,30
neque in carnibus suis facient incisuras
6 sancti erunt Deo suo et non polluent nomen eius I Esr 8,28
incensum enim Domini et panes Dei sui offerunt 7,12! Ex 30,7! Nm 16,7.17; 28,2
et ideo sancti erunt
7 scortum et vile prostibulum non ducet uxorem 14!
nec eam quae repudiata est a marito
quia consecratus est Deo suo
8 et panes propositionis offert
sit ergo sanctus quia et ego sanctus sum Dominus qui sanctifico vos 15,23; 22,16; Ex 31,13!
9 sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro
et violaverit nomen patris sui
flammis exuretur
10 pontifex id est sacerdos maximus inter fratres suos
super cuius caput fusum est unctionis oleum 10,7! Nm 35,25
et cuius manus in sacerdotio consecratae sunt Ex 28,41!
vestitusque est sanctis vestibus
caput suum non discoperiet 10,6!
vestimenta non scindet
11 et ad omnem mortuum non ingredietur omnino 1,2! Nm 6,6.7
super patre quoque suo et matre non contaminabitur
12 nec egredietur de sanctis ne polluat sanctuarium Domini 10,7!
quia oleum sanctae unctionis Dei sui super eum est ego Dominus
13 virginem ducet uxorem
14 viduam et repudiatam et sordidam atque meretricem non accipiet 7! Ez 44,22
sed puellam de populo suo

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 23 eos GACr] eas *cet.* | 25 in[2] *om.* c | et[4] + in GΛΤΜΦ | 26 et eritis A | ~ mihi sancti c | ~ sanctus sum ego c; ego sanctus sum ego A. | 27 moriatur O; morientur T. | illos] eos AC || **21**, 1 eis] ad eos Σc | 2 ac[1]] ad O.; et ΑΣ | super patre ac matre G.; super patre et matre ΟΣΤc | ac[2]] et Ac | 5 scissuras GC. | 6 deo suo] domino G | 7 ducent c. | consecrati sunt c. | 8 offeret CΛ; offerunt c. | sint ergo sancti c. | uos] eos c. | 10 ~ caput cuius A | in sacerdotium ΟΤΜΦ | discoperiat O | 14 uiduam + autem c. | et sordidam *om.* O |

[15] ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suae
8! quia ego Dominus qui sanctifico eum
[16] locutusque est Dominus ad Mosen dicens
[17] loquere ad Aaron
21 homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam
non offeret panes Deo suo
[18] nec accedet ad ministerium eius
22,22 si caecus fuerit si claudus
si vel parvo vel grandi et torto naso
[19] si fracto pede si manu
[20] si gibbus si lippus
si albuginem habens in oculo
si iugem scabiem
si inpetiginem in corpore vel hirniosus
17 [21] omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis
non accedet offerre hostias Domino nec panes Deo suo
Ex 29,32 [22] vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario
[23] ita dumtaxat ut intra velum non ingrediatur
nec accedat ad altare
quia maculam habet et contaminare non debet sanctuarium meum
8! ego Dominus qui sanctifico eos
[24] locutus est ergo Moses ad Aaron et filios eius et ad omnem Israhel
cuncta quae sibi fuerant imperata
22 locutus quoque est Dominus ad Mosen dicens
15 [2] loquere ad Aaron et ad filios eius
ut caveant ab his quae consecrata sunt filiorum Israhel
et non contaminent nomen sanctificatorum mihi quae ipsi offerunt
ego Dominus
[3] dic ad eos et ad posteros eorum
omnis homo qui accesserit de stirpe vestra
ad ea quae consecrata sunt et quae obtulerunt filii Israhel Domino
in quo est inmunditia peribit coram Domino
ego sum Dominus
[4] homo de semine Aaron qui fuerit leprosus aut patiens fluxum seminis
non vescetur de his quae sanctificata sunt mihi donec sanetur
qui tetigerit inmundum super mortuo et ex quo egreditur semen quasi coitus 21,1! Nm 5,2; 19,11! 13 15,16!
[5] et qui tangit reptile et quodlibet inmundum cuius tactus est sordidus 11,24!
[6] inmundus erit usque ad vesperum
et non vescetur his quae sanctificata sunt
sed cum laverit carnem suam aqua
[7] et occubuerit sol
tunc mundatus vescetur de sanctificatis quia cibus illius est
[8] morticinum et captum a bestia non comedent nec polluentur in eis Ex 22,31; Dt 14,21; Ez 4,14; 44,31
ego sum Dominus
[9] custodient praecepta mea ut non subiaceant peccato 20,8!
et moriantur in sanctuario cum polluerint illud
ego Dominus qui sanctifico eos
[10] omnis alienigena non comedet de sanctificatis 13; Ex 12,43.45; 29,33
inquilinus sacerdotis et mercennarius non vescentur ex eis
[11] quem autem sacerdos emerit et qui vernaculus domus eius fuerit hii comedent ex eis Ex 12,44! Nm 18,11.13
[12] si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit
de his quae sanctificata sunt et de primitiis non vescetur
[13] sin autem vidua vel repudiata et absque liberis reversa fuerit ad do- Gn 38,11; Idc 19,2

15 ne] nec C | qui] quia G | 17 offerat GΣ; offert T | 18 uel¹ *om.* A c. | et] uel GCΣ c | 23 accedet A | eos] uos A | 24 et¹ + ad AOM cr | ~ fuerant sibi c ‖ 22,1 locutusque est O | 2 ad² *om.* O | 3 sum *om.* OΣ | 4 egredietur GC | 6 ex his AC. | 8 ne polluantur O | sum *om.* OΣ | 9 custodiant ΣM c; custodite O. | eos] uos Λ | 10 uescetur AOr | ex *om.* OΣΛ | 13 si autem O | uel] et O | GAOC ΣΛTMΦ cr

mum patris sui
sicut puella consuerat aletur cibis
patris sui
10; Ex 12,43; 29,33 omnis alienigena comedendi ex eis
non habet potestatem
14 qui comederit de sanctificatis per ig-
5,16! norantiam addet quintam partem
cum eo quod comedit
et dabit sacerdoti in sanctuarium
2 15 nec contaminabunt sanctificata fili-
Idt 11,12 orum Israhel quae offerunt Domino
16 ne forte sustineant iniquitatem delicti
sui cum sanctificata comederint
21,8! ego Dominus qui sanctifico eos
17 locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
18 loquere ad Aaron et filios eius
et ad omnes filios Israhel dicesque
ad eos
17,8! homo de domo Israhel et de advenis
qui habitant apud vos
qui obtulerit oblationem suam
vel vota solvens vel sponte offerens
9,3! quicquid illud obtulerit in holocaus-
tum Domini 19 ut offeratur per vos
Ex 12,5 masculus inmaculatus erit ex bubus
et ex ovibus et ex capris
Dt 15,21! Sir 35,14; Mal 1,14 20 si maculam habuerit non offeretis
neque erit acceptabile
1,2! Nm 15,3.8; III Rg 8,63 21 homo qui obtulerit victimam pacifi-
corum Domino
7,16! vel vota solvens vel sponte offerens
tam de bubus quam de ovibus
inmaculatum offeret ut acceptabile
sit
omnis macula non erit in eo
21,18–20; Mal 1,8 22 si caecum fuerit si fractum
si cicatricem habens si papulas
aut scabiem vel inpetiginem
non offeretis ea Domino
neque adolebitis ex eis super altare
Domini
23 bovem et ovem aure et cauda ampu-
tatis voluntarie offerre potes
votum autem ex his solvi non potest
24 omne animal quod vel contritis vel
tunsis vel sectis ablatisque testiculis
est
non offeretis Domino
et in terra vestra hoc omnino ne fa-
ciatis
25 de manu alienigenae non offeretis
panes Deo vestro et quicquid aliud
dare voluerint
quia corrupta et maculata sunt om-
nia
non suscipietis ea
26 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
27 bos ovis et capra cum genita fuerint
septem diebus erunt sub ubere matris Ex 22,30
suae
die autem octavo et deinceps offerri
poterunt Domino
28 sive illa bos sive ovis non immola-
buntur una die cum fetibus suis
29 si immolaveritis hostiam pro gratia- 7,12
rum actione Domino ut possit esse
placabilis
30 eodem die comedetis eam 7,15!
non remanebit quicquam in mane
alterius diei
ego Dominus
31 custodite mandata mea et facite ea 20,8!
ego Dominus
32 ne polluatis nomen meum sanctum
ut sanctificer in medio filiorum Isra-
hel
ego Dominus qui sanctifico vos 11,45!
33 et eduxi de terra Aegypti ut essem
vobis in Deum ego Dominus
23 locutus est Dominus ad Mosen di-

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 13 consuerat GAΦr] consueuerat *cet.* | habeat T; habebit C. | 14 comedit] comederat GCΣ | in sanctuario A | 15 offeruntur A | 16 eos] uos A | 17 locutusque est c | 18 et[1] + ad CΣ | uos] eos A | domino CM | 19 et[1] *om.* ATΦ | ex[2] *om.* Σc | 21 offeret] offerat Λ.; offert A.; offeretur O.; erit Σ. | 22 uel] aut c | neque] nec Mc | domino[2] O | 23 aurem GCΛ | caudam GΛ | his] eis CΛc | 24 uel[1] *om.* Λr | est *om.* O | non faciatis Σ; non facietis AC | 25 uoluerit TMΦc | 27 sub ubera CT | 28 ille AC | siue[2] + illa GCΣΛ | uno AΣ | 30 eum O.; ea AΣ | 33 eduxi + uos O || **23,**1 locutusque est Oc |

cens
2 loquere filiis Israhel et dices ad eos
hae sunt feriae Domini quas vocabitis sanctas
Ex 20,9.10! 3 sex diebus facietis opus
3–9: Dt 7,12–16 dies septimus quia sabbati requies est vocabitur sanctus
omne opus non facietis in eo
sabbatum Domini est in cunctis habitationibus vestris
4 hae sunt ergo feriae Domini sanctae
quas celebrare debetis temporibus suis
Nm 9,2–5! 10.11 5 mense primo quartadecima die mensis ad vesperum phase Domini est
5–8: Nm 28,16–19 6 et quintadecima die mensis huius
sollemnitas azymorum Domini est
Ex 34,18! septem diebus azyma comedetis
24.25! 27.28. 35.36! Ex 12,16! 7 dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque
omne opus servile non facietis in eo
8 sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus
dies autem septimus erit celebrior et sanctior
nullumque servile opus fiet in eo
9 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
25,2; Nm 15,2. 17.18; 34,2 Ex 12,25! Dt 18,9 10 loquere filiis Israhel et dices ad eos
cum ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis
et messueritis segetem
Ex 23,19! feretis manipulos spicarum
primitias messis vestrae ad sacerdotem
11 qui elevabit fasciculum coram Domino ut acceptabile sit pro vobis
altero die sabbati et sanctificabit illum
12 atque in eodem die quo manipulus consecratur
12,6! caedetur agnus inmaculatus anniculus in holocaustum Domini
13 et libamenta offerentur cum eo
duae decimae similae conspersae oleo Ex 29,40!
in incensum Domini odoremque suavissimum
liba quoque vini quarta pars hin
14 panem et pulentam et pultes non comedetis ex segete
usque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro
praeceptum est sempiternum in generationibus cunctisque habitaculis vestris 3,17!
15 numerabitis ergo ab altero die sabbati Ex 34,22! Dt 16,9 15–21: Nm 28,26–31
in quo obtulistis manipulum primitiarum
septem ebdomadas plenas
16 usque ad alteram diem expletionis ebdomadae septimae id est quinquaginta dies
et sic offeretis sacrificium novum Domino 17 ex omnibus habitaculis vestris
panes primitiarum duos
de duabus decimis similae fermentatae
quos coquetis in primitias Domini
18 offeretisque cum panibus
septem agnos inmaculatos anniculos 1,2! 8,18! 12,6! Nm 7,15! 28,11! II Sm 6,13! Ez 43,25! 46,4
et vitulum de armento unum et arietes duos
et erunt in holocausto cum libamentis suis 14.19.20: Nm 28,31
in odorem suavissimum Domino
19 facietis et hircum pro peccato
duosque agnos anniculos hostias pacificorum 3,6! 4,23!
20 cumque elevaverit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino
cedent in usum eius

2 haec GOCr, *item v.* 4 | 4 celebrare debetis] celebrabitis O | 5 phase] pasca OC. | 8 celeberrimus CΣΛ | ~ opus seruile O | fiet] fit A.; faciatis O.; facietis TMΦc | 10 fertis GA. | 11 leuabit G | acceptabilis GCΛTΦ | illud A | 13 offeruntur A | duo G | domino C | 14 pulenta OΣ. | offeretis GOΦcr | deo] domino AO. | 15 in qua OTΦ | manipulos CΛ | 16 ~ domino nouum A | 17 domino C | 18 in holocaustum AΦc; in holocausta Σ. | 19 duos quoque GΣ; duos M | 20 leuaberit G; libaberit Σ. | eas GC |

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

Ex 12,16! 21 et vocabitis hunc diem celeberrimum
atque sanctissimum
omne opus servile non facietis in eo
31.41; 3,17! legitimum sempiternum erit in cunc-
tis habitaculis et generationibus
vestris
19,9.10! 22 postquam autem messueritis segetem
terrae vestrae
non secabitis eam usque ad solum
nec remanentes spicas colligetis
sed pauperibus et peregrinis dimit-
tetis eas
ego Dominus Deus vester
23 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
24 loquere filiis Israhel
7.8! 25,9 mense septimo prima die mensis
Nm 10,10! Nm 29,1.12 erit vobis sabbatum memorabile
clangentibus tubis
et vocabitur sanctum
25 omne opus servile non facietis in eo
et offeretis holocaustum Domino
26 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
27 decimo die mensis huius septimi
7.8! dies expiationum erit celeberrimus
27—31: 16,29–31 et vocabitur sanctus
adfligetisque animas vestras in eo
et offeretis holocaustum Domino
28 omne opus non facietis in tempore
diei huius
quia dies propitiationis est
Dt 21,8! III Rg 21,3; Ps 98,8; I Mcc 2,21 ut propitietur vobis Dominus Deus
vester
29 omnis anima quae adflicta non fu-
erit die hoc peribit de populis suis
30 et quae operis quippiam fecerit de-
lebo eam de populo suo
31 nihil ergo operis facietis in eo
21! legitimum sempiternum erit vobis
in cunctis generationibus et habita-
tionibus vestris

32 sabbatum requietionis est
adfligetis animas vestras
die nono mensis a vespero usque ad
vesperum celebrabitis sabbata ves-
tra
33 et locutus est Dominus ad Mosen
dicens
34 loquere filiis Israhel
a quintodecimo die mensis huius 39! Nm 29,12; Ez 45,25
septimi
erunt feriae tabernaculorum septem 41; I Esr 3,4; Za 14,16; II Mcc 10,6
diebus Domino
35 dies primus vocabitur celeberrimus 7.8!
atque sanctissimus
omne opus servile non facietis
36 et septem diebus offeretis holocausta
Domino
dies quoque octavus erit celeberri- Nm 29,35; II Esr 8,18
mus atque sanctissimus
et offeretis holocaustum Domino
est enim coetus atque collectae
omne opus servile non facietis in eo
37 hae sunt feriae Domini quas vocabi-
tis celeberrimas et sanctissimas
offeretisque in eis oblationes Domino
holocausta et libamenta iuxta ritum Ex 40,27! IV Rg 16,12.13.15; II Par 29,35
uniuscuiusque diei
38 exceptis sabbatis Domini donisque
vestris
et quae offertis ex voto vel quae
sponte tribuitis Domino
39 a quintodecimo ergo die mensis sep- 34! Ex 23,16!
timi
quando congregaveritis omnes fruc- Dt 16,13
tus terrae vestrae
celebrabitis ferias Domini septem Dt 16,15
diebus
die primo et die octavo erit sabba-
tum id est requies
40 sumetisque vobis die primo fructus
arboris pulcherrimae
spatulasque palmarum

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 22 peregrinis + carpenda ΑΣ. | ego + sum c | 23 locutus est G | 24 memoriabile Σ; memoriale ΑΤΜΦ c | sanctus C | 26 locutus est OΣ; locutus quoque est GCr | 27 decima OM | 28 opus + seruile c. | 29 hac C c | 30 eum O | 32 est + et Λ c | a uespera M c; a uespere ΣΛ | ad uesperam c. | 33 locutusque est C.; locutus est GOr | 35 facietis + in eo CΣΤΜΦ c | 37 haec OC | et[1]] atque G c | 38 offeretis GCΛΜΦ c | tribuetis M c; tribuistis GAOr ||

et ramos ligni densarum frondium
et salices de torrente
et laetabimini coram Domino Deo
vestro
34! [41]celebrabitisque sollemnitatem eius
septem diebus per annum
21! legitimum sempiternum erit in generationibus vestris
mense septimo festa celebrabitis
[42]et habitabitis in umbraculis septem
diebus
omnis qui de genere est Israhel manebit in tabernaculis
II Esr 8,14 [43]ut discant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios
Israhel
Ex 18,1! cum educerem eos de terra Aegypti
ego Dominus Deus vester
[44]locutusque est Moses super sollemnitatibus Domini ad filios Israhel
24 et locutus est Dominus ad Mosen
dicens
Ex 27,20.21! [2]praecipe filiis Israhel
ut adferant tibi oleum de olivis
purissimum ac lucidum
II Par 13,11 ad concinnandas lucernas iugiter
[3]extra velum testimonii in tabernaculo
foederis
ponetque eas Aaron a vespere usque
in mane coram Domino
cultu rituque perpetuo in generationibus vestris
[4]super candelabro mundissimo ponentur semper in conspectu Domini
[5]accipies quoque similam
Ex 25,30! et coques ex ea duodecim panes
qui singuli habebunt duas decimas
II Par 13,11 [6]quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino
statues
2.15.16! [7]et pones super eos tus lucidissimum
I Sm 21,6 ut sit panis in monumentum oblationis Domini
[8]per singula sabbata mutabuntur coram Domino I Par 9,32
suscepti a filiis Israhel foedere sempiterno
[9]eruntque Aaron et filiorum eius Ex 29,32.33
ut comedant eos in loco sancto
quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini iure perpetuo
[10]ecce autem egressus filius mulieris
israhelitis
quem pepererat de viro aegyptio inter filios Israhel
iurgatus est in castris cum viro israhelite
[11]cumque blasphemasset nomen et
maledixisset ei
adductus est ad Mosen
vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan
[12]miseruntque eum in carcerem donec 12–14: Nm 15,34.35
nossent quid iuberet Dominus
[13]qui locutus est ad Mosen [14]dicens
educ blasphemum extra castra 23; Dt 17,5!
et ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius Dt 13,9.10; Dn 13,34
et lapidet eum populus universus Ios 7,25; III Rg 21,13
[15]et ad filios Israhel loqueris
homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum
[16]et qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur
lapidibus opprimet eum omnis multitudo Dt 21,21; II Sm 12,14
sive ille civis seu peregrinus fuerit
qui blasphemaverit nomen Domini Mt 26,65.66; Io 10,33
morte moriatur
[17]qui percusserit et occiderit hominem Ex 21,12!
morte moriatur
[18]qui percusserit animal reddat vicarium
id est animam pro anima
[19]qui inrogaverit maculam cuilibet ci-

24,2 ut offerant AΣ. | 3 in tabernaculum AOCΣ | usque ad O c | 4 super candelabrum mundissimum Σ c | ponetur A | 7 in monumento AT | 10 egressus + est G | israhelitidis ΣΛ c | peperat O | israhelita ΣΛ c | 11 nomen] *praem.* dei M; + dei CΣ; + domini Φ | 14 ~ uniuersus populus A | 16 [*usque ad v.* 19 *legi nequit* G] | seu] siue OΣΛ c | 18 reddet C c |

(G)AOC ΣΛTMΦ cr

vium suorum
sicut fecit fiet ei
Ex 21.24! 20 fracturam pro fractura oculum pro
oculo dentem pro dente restituet
qualem inflixerit maculam talem sus-
tinere cogetur
21 qui percusserit iumentum reddet
aliud
Ex 21.12! qui percusserit hominem punietur
Ex 12.49! Nm 15,15.29 22 aequum iudicium sit inter vos
sive peregrinus sive civis peccaverit
quia ego sum Dominus Deus vester
23 locutusque est Moses ad filios Israhel
14! et eduxerunt eum qui blasphemave-
rat extra castra
ac lapidibus oppresserunt
Ex 12.28! feceruntque filii Israhel sicut praece-
perat Dominus Mosi
25 locutusque est Dominus ad Mosen
in monte Sinai dicens
23.10! 2 loquere filiis Israhel et dices ad eos
quando ingressi fueritis terram quam
Ex 31.14! ego dabo vobis sabbatizet sabba-
tum Domini
Ex 23.10.11 3 sex annis seres agrum tuum
et sex annis putabis vineam tuam
colligesque fructus eius
4 septimo autem anno sabbatum erit
terrae requietionis Domini
agrum non seres et vineam non pu-
tabis
11.12 5 quae sponte gignit humus non metes
et uvas primitiarum tuarum non col-
liges quasi vindemiam
annus enim requietionis terrae est
6 sed erunt vobis in cibum
tibi et servo tuo ancillae et mercen-
nario tuo et advenae qui peregri-
nantur apud te
7 iumentis tuis et pecoribus
omnia quae nascuntur praebebunt
cibum
8 numerabis quoque tibi septem eb-
domades annorum
id est septem septies quae simul fa-
ciunt annos quadraginta novem
9 et clanges bucina mense septimo de- 23.24!
cima die mensis
propitiationis tempore in universa
terra vestra
10 sanctificabisque annum quinquage- Nm 36,4
simum
et vocabis remissionem cunctis ha-
bitatoribus terrae tuae
ipse est enim iobeleus 13.28!
revertetur homo ad possessionem 41
suam
et unusquisque rediet ad familiam
pristinam
11 quia iobeleus est et quinquagesimus
annus
non seretis neque metetis 5.6
sponte in agro nascentia et primitias
vindemiae non colligetis
12 ob sanctificationem iobelei
sed statim ablata comedetis
13 anno iobelei redient omnes ad pos- 10! 41
sessiones suas
14 quando vendes quippiam civi tuo 50
vel emes ab eo
ne contristes fratrem tuum
sed iuxta numerum annorum iobelei 27,18!
emes ab eo
15 et iuxta supputationem frugum ven- 27
det tibi
16 quanto plus anni remanserint post
iobeleum tanto crescet et pretium
et quanto minus temporis numera-
veris tanto minoris et emptio con-
stabit
tempus enim frugum vendet tibi
17 nolite adfligere contribules vestros 43

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr
19 fecit + sic ΣΤΜΦ c | fiat OCΛ r | [*iterum adest* G] | 20 inflixerat A.; infixerat GΣ. | 21 reddat OCM | 22 peccauerint OC | sum *om.* A | 23 locutus est A || **25**,1 locutus est OΛΦ | 2 sabbatizes c. | domino c | 3 fructum G | 5 gignet c. | 6 tuo[1] + et O | peregrinatur CΣΤΜΦ | 8 ~ tibi quoque O | hebdomadas C c | ~ septies septem Σ c | 9 clangens O; clangentes G. | decimo AO r. | 10 tuae *om.* G | redeat OΣ; redit GA r. | familiam + suam O | 11 et] id est C.; *om.* A | 12 oblata AΦ c | 16 quando[1] GOT | plures c | et[3] *om.* A | 17 contribulos GΤΦ |

19,14! sed timeat unusquisque Deum suum
quia ego Dominus Deus vester
18,4! 26,3–5; Ps 98,7; 118,121! Is 1,19 18 facite praecepta mea et iudicia custodite et implete ea
ut habitare possitis in terra absque ullo pavore
Dt 11,14.15; Ps 66,7! Ez 34,27 19 et gignat vobis humus fructus suos
quibus vescamini usque ad saturitatem
nullius impetum formidantes
20 quod si dixeritis quid comedemus anno septimo
si non seruerimus neque collegerimus fruges nostras
21 dabo benedictionem meam vobis anno sexto
et faciet fructus trium annorum
22 seretisque anno octavo et comedetis veteres fruges usque ad nonum annum
donec nova nascantur edetis vetera
23 terra quoque non veniet in perpetuum
quia mea est et vos advenae et coloni mei estis
24 unde cuncta regio possessionis vestrae
sub redemptionis condicione vendetur
25 si adtenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam
Rt 4,4; Ier 32,7.8 et voluerit propinquus eius potest redimere quod ille vendiderat
26 sin autem non habuerit proximum
et ipse pretium ad redimendum potuerit invenire
15 27 conputabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit
et quod reliquum est reddet emptori
sicque recipiet possessionem suam
28 quod si non invenerit manus eius ut reddat pretium
10! 27,24; Ez 46,17 habebit emptor quod emerat usque ad annum iobeleum
in ipso enim omnis venditio redit ad dominum et ad possessorem pristinum
29 qui vendiderit domum intra urbis muros habebit licentiam redimendi
donec unus impleatur annus
30 si non redemerit et anni circulus fuerit evolutus
emptor possidebit eam et posteri eius in perpetuum
et redimi non poterit etiam in iobeleo
31 sin autem in villa fuerit domus quae muros non habet agrorum iure vendetur
si ante redempta non fuerit in iobeleo revertetur ad dominum
32 aedes Levitarum quae in urbibus sunt semper possunt redimi
33 si redemptae non fuerint in iobeleo revertentur ad dominos
quia domus urbium leviticarum pro possessionibus sunt inter filios Israhel
34 suburbana autem eorum non venient quia possessio sempiterna est
35 si adtenuatus fuerit frater tuus et infirmus manu
et susceperis eum quasi advenam et peregrinum et vixerit tecum Ex 22,25
36 ne accipias usuras ab eo nec amplius quam dedisti
time Deum tuum ut vivere possit frater tuus apud te
37 pecuniam tuam non dabis ei ad usuram Ps 14,5
et frugum superabundantiam non exiges
38 ego Dominus Deus vester qui eduxi vos de terra Aegypti Ex 18,1!
ut darem vobis terram Chanaan et essem vester Deus
39 si paupertate conpulsus vendiderit

20 seuerimus OTMΦ cr | 21 faciat O.; facietis AC. | 22 nonum] nouum OΛ | annum *om.* O | 23 uenit OΣ; uendetur TΦ c; uenundetur Λ | 25 potest] postea Λ; poste A. | 27 quod] quo GΛ | recipiat O | 28 redibit c; reddit Σ; reddet Λ. | 31 uenditur AO r. | 33 leuitarum CΣΛ c | 34 ueniant T; ueneant Φ c; uendent CΣΛ | 36 ne] nec O; non C. | accipies OT | 38 et] ut GΣTMΦ |

GAOC ΣΛΤΜΦ cr

se tibi frater tuus
non eum opprimes servitute famulorum
40 sed quasi mercennarius et colonus erit
Ex 21,2! usque ad annum iobeleum operabitur apud te
10! 13 41 et postea egredietur cum liberis suis
et revertetur ad cognationem et ad possessionem patrum suorum
Ex 18,1! Dt 1,27 Nm 20,16; Dt 16,1; 20,1! Ios 24,6; Idc 6,13 42 mei enim servi sunt et ego eduxi eos de terra Aegypti
non venient condicione servorum
17! 19,13 43 ne adfligas eum per potentiam sed metuito Deum tuum
44 servus et ancilla sint vobis de nationibus quae in circuitu vestro sunt
45 et de advenis qui peregrinantur apud vos
vel qui ex his nati fuerint in terra vestra
hos habebitis famulos 46 et hereditario iure transmittetis ad posteros ac possidebitis in aeternum
fratres autem vestros filios Israhel ne opprimatis per potentiam
47 si invaluerit apud vos manus advenae atque peregrini
et adtenuatus frater tuus vendiderit se ei aut cuiquam de stirpe eius
48 post venditionem potest redimi
qui voluerit ex fratribus suis redimet eum
49 et patruus et patruelis et consanguineus et adfinis
sin autem et ipse potuerit redimet se
14! 50 supputatis dumtaxat annis
a tempore venditionis suae usque ad annum iobeleum
et pecunia qua venditus fuerat
iuxta annorum numerum et rationem mercennarii supputata
51 si plures fuerint anni qui remanent
usque ad iobeleum
secundum hos reddet et pretium
52 si pauci ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum
et reddet emptori quod reliquum est annorum 53 quibus ante servivit mercedibus inputatis
non adfliget eum violenter in conspectu tuo
54 quod si per haec redimi non potuerit
anno iobeleo egredietur cum liberis suis
55 mei sunt enim servi filii Israhel quos eduxi de terra Aegypti
26 ego Dominus Deus vester Ex 20,4.5!
non facietis vobis idolum et sculptile
nec titulos erigetis
nec insignem lapidem ponetis in terra vestra ut adoretis eum
ego enim sum Dominus Deus vester
2 custodite sabbata mea et pavete ad sanctuarium meum ego Dominus 19,30!
3 si in praeceptis meis ambulaveritis 3–5: 25,18.19!
et mandata mea custodieritis et feceritis ea
dabo vobis pluvias temporibus suis Dt 11,14! 28,12! Ez 34,26
4 et terra gignet germen suum
et pomis arbores replebuntur
5 adprehendet messium tritura vindemiam Am 9,13
et vindemia occupabit sementem
et comedetis panem vestrum in saturitatem
et absque pavore habitabitis in terra vestra
6 dabo pacem in finibus vestris Ez 34,25!
dormietis et non erit qui exterreat Iob 11,19; Is 17,2; So 3,13
auferam malas bestias Is 35,9
et gladius non transibit terminos vestros
7 persequemini inimicos vestros et corruent coram vobis Dt 28,7!
8 persequentur quinque de vestris cen-

(G)AOC ΣΛΤΜΦ cr 42 ueneant c; + in A | 43 adfliges A | 45 fuerint] sunt A | 49 redimere se O | 50 usque in CΛΤΜΦ | [*deest* G *usque ad* 26,11] | ratione OTΦ | 51 et *om.* AOCΣ | 52 ponent O | et *om.* O | 54 poterit A | 55 ~ enim sunt ATΦ cr || 26,1 et] nec A | 2 ad] a Σ; *om.* TΦ | sanctuario meo CΣ | 5 in saturitate ΣΛ cr; in satietate O. | 7 persequemini O cr] persequimini *cet.* |

tum alienos
et centum ex vobis decem milia
cadent inimici vestri in conspectu
vestro gladio
9 respiciam vos et crescere faciam
multiplicabimini et firmabo pactum
meum vobiscum
10 comedetis vetustissima veterum
et vetera novis supervenientibus
proicietis
Gn 32,2; Idt 16,4 Ez 37,27! II Cor 6,16; Apc 21,3 11 ponam tabernaculum meum in me-
dio vestri
et non abiciet vos anima mea
Ex 6,7! Dt 29,13; Ier 24,7! 12 ambulabo inter vos et ero vester
Deus
vosque eritis populus meus
13 ego Dominus Deus vester qui eduxi
vos de terra Aegyptiorum ne servi-
retis eis
et qui confregi catenas cervicum
vestrarum ut incederetis erecti
Dt 28,15! 58! 14 quod si non audieritis me nec fece-
ritis omnia mandata mea
43; II Par 7,19 15 si spreveritis leges meas et iudicia
mea contempseritis
ut non faciatis ea quae a me consti-
tuta sunt
et ad irritum perducatis pactum me-
um
16–19: Dt 28,20–25 16 ego quoque haec faciam vobis
visitabo vos velociter in egestate et
ardore
qui conficiat oculos vestros et con-
sumat animas
Dt 28,33! Iob 31,8 frustra seretis sementem quae ab
hostibus devorabitur
17 ponam faciem meam contra vos
et corruetis coram hostibus vestris
et subiciemini his qui oderunt vos
fugietis nemine persequente
21.27.28 18 sin autem nec sic oboedieritis mihi
24 addam correptiones vestras septu-
plum propter peccata vestra
19 et conteram superbiam duritiae ves- Ier 13,9
trae
daboque caelum vobis desuper sicut
ferrum et terram aeneam
20 consumetur in cassum labor vester
non proferet terra germen nec arbo-
res poma praebebunt
21 si ambulaveritis ex adverso mihi nec 18!
volueritis audire me
addam plagas vestras usque in sep-
tuplum propter peccata vestra
22 emittamque in vos bestias agri Dt 32,24; Sir 39,36; Is 56,9!
quae consumant et vos et pecora
vestra
et ad paucitatem cuncta redigant
desertaeque fiant viae vestrae
23 quod si nec sic volueritis recipere
disciplinam
sed ambulaveritis ex adverso mihi 27.28
24 ego quoque contra vos adversus in-
cedam
et percutiam vos septies propter pec- 18!
cata vestra
25 inducamque super vos gladium ul- Dt 32,25! Sir 39,36; Ez 6,3 25.26: Ier 14,12!
torem foederis mei
cumque confugeritis in urbes mittam Nm 14,12
pestilentiam in medio vestri
et trademini hostium manibus
26 postquam confregero baculum panis Ps 104,16! Ez 4,16; 5,16!
vestri
ita ut decem mulieres in uno clibano
coquant panes
et reddant eos ad pondus
et comedetis et non saturabimini Is 9,20!
27 sin autem nec per haec audieritis me 18! 23.24
sed ambulaveritis contra me
28 et ego incedam adversum vos in fu-
rore contrario
et corripiam vos septem plagis prop-
ter peccata vestra
29 ita ut comedatis carnes filiorum et Dt 28,53! IV Rg 6,28.29!

8 ex] de c. | ~ gladio in conspectu uestro c | 11 [*iterum adest* G] | 12 ~ deus uester c. | 13 et ego C | seruieritis G | incederitis recti AO | 16 animas + uestras AΛTMΦc | 17 hostibus] inimicis A | 19 duritiam superbiae A | ~ uobis caelum Mc | 20 consummetur OΛ | 21 usque in] in c; *om.* A. | 22 inmittamque Σc. | in uobis GC | et[1] *om.* TMΦc | 25 fugeritis GΛ; fugetis A. | in medium GΛTMΦ | et—26 uestri *om.* OΣ. | in hostium manibus AΛT; in manibus hostium c. | 29 filiorum + uestrorum GCΣMc |

(G)AOC ΣΛTMΦ cr

filiarum vestrarum
Ex 23,24! 30 destruam excelsa vestra et simulacra
30.31: Ez 6,3–6 confringam
cadetis inter ruinas idolorum vestrorum
et abominabitur vos anima mea
31 in tantum ut urbes vestras redigam in solitudinem
et deserta faciam sanctuaria vestra
nec recipiam ultra odorem suavissimum
III Rg 9,8; Ier 18,16! 32 disperdamque terram vestram
et stupebunt super ea inimici vestri
cum habitatores illius fuerint
Dt 4,27! Ier 9,16 33 vos autem dispergam in gentes
et evaginabo post vos gladium
eritque terra vestra deserta et civitates dirutae
42.43: II Par 36,21 34 tunc placebunt terrae sabbata sua
cunctis diebus solitudinis suae
quando fueritis 35 in terra hostili
sabbatizabit et requiescet in sabbatis solitudinis suae
eo quod non requieverit in sabbatis vestris quando habitabatis in ea
39 36 et qui de vobis remanserint
Dt 28,65 dabo pavorem in cordibus eorum in regionibus hostium
terrebit eos sonitus folii volantis
et ita fugient quasi gladium
cadent nullo sequente
37 et corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes
nemo vestrum inimicis audebit resistere
38 peribitis inter gentes et hostilis vos terra consumet
36 39 quod si et de his aliqui remanserint
Ez 33,10 tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum
et propter peccata patrum suorum et sua adfligentur
40 donec confiteantur iniquitates suas 16,21; Gn 41,9! II Par 29,6; II Esr 9,2! Ier 3,25; 14,20
et maiorum suorum
quibus praevaricati sunt in me
et ambulaverunt ex adverso mihi
41 ambulabo igitur et ego contra eos
et inducam illos in terram hostilem
donec erubescat incircumcisa mens eorum
tunc orabunt pro impietatibus suis
42 et recordabor foederis mei Ex 2,24! II Mcc 1,2
quod pepigi cum Iacob et Isaac et Abraham
terrae quoque memor ero 34.35; II Par 36,21
43 quae cum relicta fuerit ab eis
conplacebit sibi in sabbatis suis patiens solitudinem propter illos
ipsi vero rogabunt pro peccatis suis
eo quod abiecerint iudicia mea et 15!
leges meas despexerint
44 et tamen etiam cum essent in terra hostili non penitus abieci eos
neque sic despexi ut consumerentur
et irritum facerem pactum meum cum eis
ego enim sum Dominus Deus eorum
45 et recordabor foederis mei pristini Gn 9,15!
quando eduxi eos de terra Aegypti Ex 18,1!
in conspectu gentium
ut essem Deus eorum ego Dominus Deus
haec sunt praecepta atque iudicia et 27,34
leges
quas dedit Dominus inter se et inter filios Israhel in monte Sinai per manum Mosi
27 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
2 loquere filiis Israhel et dices ad eos
homo qui votum fecerit et spoponderit Deo animam suam Nm 30,3! 4

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 31 ~ odorem ultra OTΦ | 32 super eam GΛ | 33 civitates + vestrae Oc | dirutae] dirruptae G; destructae AC. | 34 placebunt] plangebunt AO | 35 habitabitis GAT | 36 persequente c | 37 ~ audebit inimicis CΣ | 39 his] iis c.; is Λ. | 42 cum abraham isaac et iacob GT; cum abraham et isaac et iacob Λ | 44 et tamen etiam A cr.] et tamen GΣ; attamen etiam *cet.* | 45 eos] uos GC | deus¹] dominus deus A. | deus² *om.* A c | ~ iudicia atque praecepta c. | dominus²] deus Σ.; dominus deus O. | inter² *om.* AO cr | in montem CΣ | per manus G.; in manu CΣ. ||

sub aestimatione dabit pretium
3 si fuerit masculus
a vicesimo usque ad sexagesimum annum
5,15! dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii
4 si mulier triginta
5 a quinto autem anno usque ad vicesimum
masculus dabit viginti siclos femina decem
6 ab uno mense usque ad annum quintum
pro masculo dabuntur quinque sicli pro femina tres
7 sexagenarius et ultra masculus dabit quindecim siclos femina decem
8 si pauper fuerit et aestimationem reddere non valebit
stabit coram sacerdote
et quantum ille aestimaverit et viderit eum posse reddere tantum dabit
9 animal autem quod immolari potest Domino si quis voverit sanctum erit
33 10 et mutari non poterit
id est nec melius malo nec peius bono
quod si mutaverit
et ipsum quod mutatum est et illud pro quo mutatum est consecratum erit Domino
11 animal inmundum quod immolari Domino non potest si quis voverit adducetur ante sacerdotem
12 qui diiudicans utrum bonum an malum sit statuet pretium
19.27.31 13 quod si dare voluerit is qui offert
5,16! addet supra aestimationis quintam partem
14 homo si voverit domum suam et sanctificaverit Domino
considerabit eam sacerdos utrum bona an mala sit
et iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum venundabitur
15 sin autem ille qui voverat voluerit redimere eam
dabit quintam partem aestimationis supra et habebit domum
16 quod si agrum possessionis suae voverit et consecraverit Domino
iuxta mensuram sementis aestimabitur pretium
si triginta modiis hordei seritur terra
quinquaginta siclis veniet argenti
17 si statim ab anno incipientis iobelei voverit agrum
quanto valere potest tanto aestimabitur
18 sin autem post aliquantum temporis
supputabit sacerdos pecuniam 23
iuxta annorum qui reliqui sunt numerum usque ad iobeleum 25,14!
et detrahetur ex pretio
19 quod si voluerit redimere agrum ille qui voverat 13!
addet quintam partem aestimatae pecuniae et possidebit eum
20 sin autem noluerit redimere
sed alteri cuilibet fuerit venundatus
ultra eum qui voverat redimere non poterit
21 quia cum iobelei venerit dies sanctificatus erit Domino Nm 18,14!
et possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum
22 si ager emptus et non de possessione maiorum sanctificatus fuerit Domino
23 supputabit sacerdos iuxta annorum numerum usque ad iobeleum pretium 18!
et dabit ille qui voverat eum Domino
24 in iobeleo autem revertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum 25,28!
et habuerat in sortem possessionis

27,3 uicesimo + anno ΛTMΦc | 8 ualuerit Σ; ualuit A. | 12 iudicans ATc | 13 noluerit G | offeret ATr; offert et Λ. | aestimationes G; aestimationem OΣMcr | 16 consecrauerit + illum GC; + illud A. | hordei *om.* O | ueniet GΛr] uenietur OTM; uendetur ACΣΦ; uenundetur c | 17 quantum OΣ | tantum AΣT | 22 emptus + est TΦc | maiorum] malorum GT; aliorum C; eorum M. | 24 in sorte GΣMc |

GAOC ΣΛTMΦ cr

suae
Ex 30,13! [25]omnis aestimatio siclo sanctuarii ponderabitur
siclus viginti obolos habet
Ex 13,2! [26]primogenita quae ad Dominum pertinent
nemo sanctificare poterit et vovere
sive bos sive ovis fuerit Domini sunt
[27]quod si inmundum est animal
13! redimet qui obtulit iuxta aestimationem tuam
et addet quintam partem pretii
si redimere noluerit vendetur alteri
quantocumque a te fuerit aestimatum
Nm 18,17; Ez 48,14 [28]omne quod Domino consecratur
sive homo fuerit sive animal sive ager
non veniet nec redimi poterit
quicquid semel fuerit consecratum
sanctum sanctorum erit Domino
[29]et omnis consecratio quae offertur ab homine
non redimetur sed morte morietur
Gn 28,22! Dt 14,22.28! II Par 31,5! [30]omnes decimae terrae
sive de frugibus sive de pomis arborum
Domini sunt et illi sanctificantur
13! [31]si quis autem voluerit redimere decimas suas
addet quintam partem earum
II Par 31,6 [32]omnium decimarum boves et oves et caprae
quae sub pastoris virga transeunt
quicquid decimum venerit sanctificabitur Domino
10 [33]non eligetur nec bonum nec malum
nec altero commutabitur
si quis mutaverit
et quod mutatum est et pro quo mutatum est
sanctificabitur Domino et non redimetur
[34]haec sunt praecepta quae mandavit 26,45
Dominus Mosi ad filios Israhel in monte Sinai

EXPLICIT LIBER VAIECRA

ID EST LEVITICUS

INCIPIT LIBER VAIEDABBER

ID EST NUMERI

Locutusque est Dominus ad Mosen in deserto Sinai 9,1
in tabernaculo foederis
prima die mensis secundi
anno altero egressionis eorum ex Aegypto dicens
[2]tollite summam universae congregationis filiorum Israhel 17,18! 26,2; Ex 30,12!
per cognationes et domos suas et nomina singulorum
quicquid sexus est masculini
[3]a vicesimo anno et supra omnium virorum fortium ex Israhel
et numerabitis eos per turmas suas tu et Aaron
[4]eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis
[5]quorum ista sunt nomina 2,10; 7,30
de Ruben Elisur filius Sedeur 5–15: 10,14–27
[6]de Symeon Salamihel filius Surisaddai 2,12; 7,36
[7]de Iuda Naasson filius Aminadab 2,3; 7,12; Rt 4,20
[8]de Isachar Nathanahel filius Suar 2,5; 7,18
[9]de Zabulon Heliab filius Helon 2,7; 7,24
[10]filiorum autem Ioseph
de Ephraim Helisama filius Ammiud 2,18; 7,48
de Manasse Gamalihel filius Phadassur 2,20; 7,54

GAOC ΣΛΤΜΦ cr 27 tuam GCΣcr𝔐] suam *cet.* | quantumcumque OΣ | 28 fuerit] erit AOCΛ | ueniet GOr] uenietur AM; uendetur CΣTΦc; uenundetur Λ. | 29 moriatur AO. | 31 redimere *om.* O; ~ redimere uoluerit A | 32 bouis et ouis TΦc | 33 et pro quo mutatum est *om.* OΣΛΤΦ | 34 in montem GCΣ ||

GAOC ΣΛSTMΦ cr Numeri. *Citantur* GAOC *et* ΣΛSTMΦl *ac* cr. *Tit.* liber numeri hebraice uaiedabber c || 1,1 [*deest* l *usque ad* 6,14] | 5 de + tribu CS |

2,22; 7,60 11 de Beniamin Abidan filius Gedeonis
2,25; 7,66 12 de Dan Ahiezer filius Amisaddai
2,27; 7,72 13 de Aser Phegihel filius Ochran
2,14; 7,42 14 de Gad Heliasaph filius Duhel
2,29; 7,78 15 de Nepthali Ahira filius Henan
Ex 18,25; III Esr 5,1 16 hii nobilissimi principes multitudinis
per tribus et cognationes suas et capita exercitus Israhel
2,3! 44 17 quos tulerunt Moses et Aaron cum omni vulgi multitudine
18 et congregaverunt primo die mensis secundi
II Par 25,5 recensentes eos per cognationes et domos ac familias et capita et nomina singulorum
a vicesimo anno et supra
19 sicut praeceperat Dominus Mosi
26,64 numeratique sunt in deserto Sinai
26,7 20 de Ruben primogenito Israhelis
per generationes et familias ac domos suas et nomina capitum singulorum
omne quod sexus est masculini
a vicesimo anno et supra
2,11 procedentium ad bellum
21 quadraginta sex milia quingenti
26,14 22 de filiis Symeon per generationes et familias ac domos cognationum suarum
recensiti sunt per nomina et capita singulorum
omne quod sexus est masculini
a vicesimo anno et supra
2,13 procedentium ad bellum
23 quinquaginta novem milia trecenti
26,18 24 de filiis Gad per generationes et familias ac domos cognationum suarum
recensiti sunt per nomina singulorum
a viginti annis et supra
2,15 omnes qui ad bella procederent
25 quadraginta quinque milia sescenti quinquaginta
26,22 26 de filiis Iuda per generationes et familias ac domos cognationum suarum
per nomina singulorum
a vicesimo anno et supra
omnes qui poterant ad bella procedere
27 recensiti sunt septuaginta quattuor milia sescenti 2,4
28 de filiis Isachar per generationes et familias ac domos cognationum suarum 26,25
per nomina singulorum
a vicesimo anno et supra
omnes qui ad bella procederent
29 recensiti sunt quinquaginta quattuor milia quadringenti 2,6
30 de filiis Zabulon per generationes et familias ac domos cognationum suarum 26,27
recensiti sunt per nomina singulorum
a vicesimo anno et supra
omnes qui poterant ad bella procedere 2,8
31 quinquaginta septem milia quadringenti
32 de filiis Ioseph filiorum Ephraim 26,37
per generationes et familias ac domos cognationum suarum
recensiti sunt per nomina singulorum
a vicesimo anno et supra
omnes qui poterant ad bella procedere 2,19
33 quadraginta milia quingenti
34 porro filiorum Manasse 26,34
per generationes et familias ac domos cognationum suarum
recensiti sunt per nomina singulorum
a viginti annis et supra
omnes qui poterant ad bella procedere 2,21
35 triginta duo milia ducenti
36 de filiis Beniamin per generationes et familias ac domos cognationum su- 26,41

18 prima die GOr. | anno *om.* AΛ.; ~ et supra anno Σ. | 28 qui poterant ad bella procedere GC | 32 ~ ac familias et GΣ. | 34 a uicesimo anno G |

GAOC ΣΛSTMΦ cr

arum
recensiti sunt nominibus singulorum
a vicesimo anno et supra
2,23 omnes qui poterant ad bella procedere
37 triginta quinque milia quadringenti
26,42.43 38 de filiis Dan per generationes et familias ac domos cognationum suarum
recensiti sunt nominibus singulorum
a vicesimo anno et supra
2,26 omnes qui poterant ad bella procedere
39 sexaginta duo milia septingenti
26,47 40 de filiis Aser per generationes et familias ac domos cognationum suarum
recensiti sunt per nomina singulorum
a vicesimo anno et supra
2,28 omnes qui poterant ad bella procedere
41 quadraginta milia et mille quingenti
26,50 42 de filiis Nepthali per generationes et familias ac domos cognationum suarum
recensiti sunt nominibus singulorum
a vicesimo anno et supra
2,30 omnes qui poterant ad bella procedere
43 quinquaginta tria milia quadringenti
17,18! 44 hii sunt quos numeraverunt Moses et Aaron et duodecim principes Israhel
singulos per domos cognationum suarum
2,32; 26,51 45 fueruntque omnes filiorum Israhel
per domos et familias suas
a vicesimo anno et supra
qui poterant ad bella procedere
Ex 38,25 46 sescenta tria milia virorum quingenti quinquaginta
2,33; 26,62 47 Levitae autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis
48 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
49 tribum Levi noli numerare
neque ponas summam eorum cum filiis Israhel
50 sed constitue eos super tabernaculum testimonii 3,7.8! 18,3.4; I Par 23,28.32
cuncta vasa eius et quicquid ad caerimonias pertinet
ipsi portabunt tabernaculum et omnia utensilia eius
et erunt in ministerio 16,9
ac per gyrum tabernaculi metabuntur 53!
51 cum proficiscendum fuerit deponent Levitae tabernaculum
cum castra metanda erigent
quisquis externorum accesserit occidetur 3,10! 38; 17,13; 18,7
52 metabuntur autem castra filii Israhel 2,2.34
unusquisque per turmas et cuneos atque exercitum suum
53 porro Levitae per gyrum tabernaculi 50; 3,38
figent tentoria
ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israhel 18,5; Lv 10,6!
et excubabunt in custodiis tabernaculi testimonii 3,25! 31,30.47
54 fecerunt ergo filii Israhel iuxta omnia quae praeceperat Dominus Mosi Ex 12,28!
2 locutusque est Dominus ad Mosen et Aaron dicens
2 singuli per turmas signa atque vexilla 1,52.53; 24,2
et domos cognationum suarum
castrametabuntur filiorum Israhel
per gyrum tabernaculi foederis
3 ad orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui
eritque princeps filiorum eius Naasson filius Aminadab 1,7!
4 et omnis de stirpe eius summa pugnantium 1,27
septuaginta quattuor milia sescen-

GAOC ΣΛSTMΦ cr 44 et[2] *om.* OSTΦ | 45 omnes filii GΣ; omnis numerus filiorum c.; simul filiorum Λ | 47 in tribus CΣSTM | 49 pones c | 50 testimonii + et c | 51 cum[1]] cumque G | castrametandum Ac; castrametandam Λ. | exterorum GO. || **2,2** filii AΦc | 4 omnes GTΦ; omne M. | sexcenti c |

torum
5 iuxta eum castrametati sunt de tribu
1,8; 7,18 Isachar
quorum princeps fuit Nathanahel filius Suar
1,29 6 et omnis numerus pugnatorum eius
quinquaginta quattuor milia quadringenti
1,9; 7,24 7 in tribu Zabulon princeps fuit Heliab filius Helon
1,30.31 8 omnis de stirpe eius exercitus pugnatorum
quinquaginta septem milia quadringenti
9 universi qui in castris Iudae adnumerati sunt
fuerunt centum octoginta sex milia quadringenti
10,5.13.14 et per turmas suas primi egredientur
1,5; 7,30 10 in castris filiorum Ruben ad meridianam plagam
erit princeps Elisur filius Sedeur
11 et cunctus exercitus pugnatorum eius
1,20.21 qui numerati sunt
quadraginta sex milia quingenti
12 iuxta eum castrametati sunt de tribu
1,6; 7,36 Symeon
quorum princeps fuit Salamihel filius Surisaddai
1,22.23 13 et cunctus exercitus pugnatorum eius
qui numerati sunt
quinquaginta novem milia trecenti
1,14; 7,42 14 in tribu Gad princeps fuit Heliasaph filius Duhel
1,24.25 15 et cunctus exercitus pugnatorum eius
qui numerati sunt
quadraginta quinque milia sescenti quinquaginta
16 omnes qui recensiti sunt in castris Ruben
centum quinquaginta milia et mille quadringenti quinquaginta
per turmas suas in secundo loco proficiscentur

17 levabitur autem tabernaculum testimonii
per officia Levitarum et turmas eorum
quomodo erigetur ita et deponetur
singuli per loca et ordines suos proficiscentur
18 ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim
quorum princeps fuit Helisama filius 1,10; 7,48
Ammiud
19 cunctus exercitus pugnatorum eius 1,32.33
qui numerati sunt
quadraginta milia quingenti
20 et cum eis tribus filiorum Manasse 1,10; 7,54
quorum princeps fuit Gamalihel filius Phadassur
21 cunctus exercitus pugnatorum eius 1,34.35
qui numerati sunt
triginta duo milia ducenti
22 in tribu filiorum Beniamin princeps 1,11; 7,60
fuit Abidan filius Gedeonis
23 et cunctus exercitus pugnatorum eius 1,36.37
qui recensiti sunt
triginta quinque milia quadringenti
24 omnes qui numerati sunt in castris Ephraim
centum octo milia centum
per turmas suas tertii proficiscentur
25 ad aquilonis partem castrametati
sunt filii Dan 1,12; 7,66
quorum princeps fuit Ahiezer filius Amisaddai
26 cunctus exercitus pugnatorum eius 1,38.39
qui numerati sunt
sexaginta duo milia septingenti
27 iuxta eum fixere tentoria de tribu 1,13; 7,72
Aser
quorum princeps fuit Phegihel filius Ochran
28 cunctus exercitus pugnatorum eius 1,40.41
qui numerati sunt
quadraginta milia et mille quingenti
29 de tribu filiorum Nepthalim prin- 1,15; 7,78
ceps fuit Ahira filius Henan

8 omnes GO | 11 quingentorum A | 16 recensiti] numerati C | 17 et² *om.* G | 19 [*deest* G *usque ad* 4,6] | 21 cunctusque c. | 22 in tribus OC | 23 recensiti] numerati AC. | 24 centum² *om.* C |

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr

1,42.43 30 cunctus exercitus pugnatorum eius
quinquaginta tria milia quadringenti
31 omnes qui numerati sunt in castris
Dan
fuerunt centum quinquaginta septem
milia sescenti
10,25 et novissimi proficiscentur
1,45.46 32 hic numerus filiorum Israhel
per domos cognationum suarum
et turmas divisi exercitus
sescenta tria milia quingenti quin-
quaginta
1,47 33 Levitae autem non sunt numerati in-
ter filios Israhel
sic enim praecepit Dominus Mosi
Ex 12,28! 34 feceruntque filii Israhel iuxta omnia
quae mandaverat Dominus
1,52 castrametati sunt per turmas suas
et profecti per familias ac domos pat-
rum suorum
3 haec sunt generationes Aaron et Mosi
in die qua locutus est Dominus ad
Mosen in monte Sinai
26,60; Ex 6,23! I Par 6,3 2 et haec nomina filiorum Aaron
primogenitus eius Nadab dein Abiu
et Eleazar et Ithamar
3 haec nomina filiorum Aaron sacer-
dotum
Ex 28,41! 29,24! Idc 17,5! Sir 45,18 qui uncti sunt et quorum repletae et
consecratae manus ut sacerdotio
fungerentur
26,61 4 mortui sunt Nadab et Abiu
Lv 10,1.2! cum offerrent ignem alienum in con-
spectu Domini in deserto Sinai abs-
que liberis
I Par 24,2 functique sunt sacerdotio Eleazar et
Ithamar coram Aaron patre suo
5 locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
8,13; 18,2; Dt 10,8! 6 adplica tribum Levi et fac stare in
conspectu Aaron sacerdotis
6—8: I Par 23,32 ut ministrent ei et excubent 7 et ob-
servent
1,50! quicquid ad cultum pertinet multitu-
dinis
coram tabernaculo testimonii
8 et custodiant vasa tabernaculi servi- 8—10: 8,19; 18,6.7
entes in ministerio eius
9 dabisque dono Levitas 10 Aaron et
filiis eius
quibus traditi sunt a filiis Israhel
Aaron autem et filios eius constitues I Sm 2,28
super cultum sacerdotii
externus qui ad ministrandum acces- 1,51! 18,22
serit morietur
11 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
12 ego tuli Levitas a filiis Israhel 41! 8,14; 16,9; 8,16.17; Ex 13,2!
pro omni primogenito qui aperit vul-
vam in filiis Israhel
eruntque Levitae mei
13 meum est enim omne primogenitum Ex 13,2!
ex quo percussi primogenitos in terra Ex 11,5!
Aegypti
sanctificavi mihi quicquid primum
nascitur in Israhel
ab homine usque ad pecus mei sunt
ego Dominus
14 locutus est Dominus ad Mosen in
deserto Sinai dicens
15 numera filios Levi per domos pat- 39!
rum suorum et familias
omnem masculum ab uno mense et
supra
16 numeravit Moses ut praeceperat Do-
minus
17 et inventi sunt filii Levi per nomina 26,57; Gn 46,11; Ex 6,16; I Par 6,1.16; 23,6
sua
Gerson et Caath et Merari 17—20: Ex 6,17–19
18 filii Gerson Lebni et Semei
19 filii Caath Amram et Iessaar Hebron
et Ozihel
20 filii Merari Mooli et Musi
21 de Gerson fuere familiae duae lebni-
tica et semeitica
22 quarum numeratus est populus sexus
masculini ab uno mense et supra
septem milia quingentorum

AOC ΣΛST(M)Φ cc
33 praeceperat c. || 3,1 hae ΛΤΜΦ c | 2 deinc C; deinde TM c | 4 sunt¹ + enim c. | 5 locutusque est CΣΛS c | 10 aaroni¹ A | exterus AΛ.; extraneus CS. | 11 locutus est ΛΣΛS | 12 in] a C | 13 primo C | 14 locutusque est C c | 15 omne CΛ; *om.* S. | 17 [*deest* M *usque ad* 4,19] | 19 iessaar + et C | 21 fuerunt OS | 22 quingenti c. |

23 hii post tabernaculum metabuntur ad occidentem
24 sub principe Eliasaph filio Lahel
1,53! IV Rg 11,7; Ez 40,45; 44,11 25 et habebunt excubias in tabernaculo foederis
4,25.26 26 ipsum tabernaculum et operimentum eius
tentorium quod trahitur ante fores tecti foederis et cortinas atrii
tentorium quoque quod adpenditur in introitu atrii tabernaculi
et quicquid ad ritum altaris pertinet
funes tabernaculi et omnia utensilia eius
27 cognatio Caath habebit populos
Amramitas et Iessaaritas et Hebronitas et Ozihelitas
hae sunt familiae Caathitarum
recensitae per nomina sua
28 omnes generis masculini ab uno mense et supra
octo milia sescenti
habebunt excubias sanctuarii
29 et castrametabuntur ad meridianam plagam
30 princepsque eorum erit Elisaphan filius Ozihel
31 et custodient arcam mensamque et candelabrum
altaria et vasa sanctuarii in quibus ministratur
et velum cunctamque huiuscemodi supellectilem
32 princeps autem principum Levitarum
Eleazar filius Aaron sacerdotis
erit super excubitores custodiae sanctuarii
33 at vero de Merari erunt populi Moolitae et Musitae
recensiti per nomina sua
34 omnes generis masculini ab uno mense et supra
sex milia ducenti
35 princeps eorum Surihel filius Abiahihel
in plaga septentrionali castrametabuntur
36 erunt sub custodia eorum 4,31.32
tabulae tabernaculi et vectes et columnae ac bases earum
et omnia quae ad cultum huiuscemodi pertinent
37 columnaeque atrii per circuitum cum basibus suis
et paxilli cum funibus
38 castrametabuntur ante tabernaculum foederis id est ad orientalem plagam 1,53!
Moses et Aaron cum filiis suis
habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israhel
quisquis alienus accesserit morietur 1,51!
39 omnes Levitae quos numeraverunt Moses et Aaron iuxta praeceptum Domini 15; 26,62
per familias suas in genere masculino
a mense uno et supra
fuerunt viginti duo milia
40 et ait Dominus ad Mosen
numera primogenitos sexus masculini de filiis Israhel a mense uno et supra
et habebis summam eorum
41 tollesque Levitas mihi pro omni primogenito filiorum Israhel 12! 45
ego sum Dominus
et pecora eorum pro universis primogenitis pecoris filiorum Israhel
42 recensuit Moses sicut praeceperat Dominus primogenitos filiorum Israhel
43 et fuerunt masculi per nomina sua a mense uno et supra
viginti duo milia ducenti septuaginta tres
44 locutusque est Dominus ad Mosen
45 tolle Levitas pro primogenitis filiorum Israhel 41!

26 ante foras OS | 27 haec OC | 28 omnis OS; omne Σ | 31 huiusmodi OΛS | 34 omne OΣΛ | 35 castrametabitur OΣΛST | 40 ab uno mense O c. | 41 pecoris filiorum] pecorum O.; pecorum filiorum S c | 43 masculini CΣ | 44 mosen + dicens ΣΛ c | 45 pro¹ *om.* O |

AOC ΣΛSTΦ cr

et pecora Levitarum pro pecoribus eorum
eruntque Levitae mei
ego sum Dominus
46 in pretio autem ducentorum septuaginta trium
qui excedunt numerum Levitarum
18,15.16 de primogenitis filiorum Israhel
47 accipies quinque siclos per singula
Ex 30,13! capita ad mensuram sanctuarii
siclus habet obolos viginti
48 dabisque pecuniam Aaron et filiis eius
pretium eorum qui supra sunt
49 tulit igitur Moses pecuniam eorum qui fuerant amplius
et quos redemerant a Levitis 50 pro primogenitis filiorum Israhel
mille trecentorum sexaginta quinque siclorum
iuxta pondus sanctuarii
51 et dedit eam Aaroni et filiis eius
iuxta verbum quod praeceperat sibi Dominus
1—3: 21–23 **4** locutusque est Dominus ad Mosen et Aaron dicens
29.30.38.39. 42.43.46.47! 2 tolle summam filiorum Caath de medio Levitarum
per domos et familias suas
3 a tricesimo anno et supra usque ad quinquagesimum annum
8,15.22.24.25 omnium qui ingrediuntur ut stent et ministrent in tabernaculo foederis
4 hic est cultus filiorum Caath
tabernaculum foederis et sanctum sanctorum 5 ingredientur Aaron et filii eius
quando movenda sunt castra
et deponent velum quod pendet ante fores
involventque eo arcam testimonii
6 et operient rursum velamine ianthinarum pellium
extendentque desuper pallium totum hyacinthinum 10.11.12.14
et inducent vectes
7 mensam quoque propositionis involvent hyacinthino pallio
et ponent cum ea turibula et mortariola cyatos et crateras ad liba fundenda
panes semper in ea erunt
8 extendentque desuper pallium coccineum
quod rursum operient velamento ianthinarum pellium
et inducent vectes
9 sument et pallium hyacinthinum
quo operient candelabrum cum lucernis et forcipibus suis
et emunctoriis et cunctis vasis olei
quae ad concinnandas lucernas necessaria sunt
10 et super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium 6!
et inducent vectes
11 nec non et altare aureum involvent hyacinthino vestimento
et extendent desuper operimentum ianthinarum pellium 6!
inducentque vectes
12 omnia vasa quibus ministratur in sanctuario
involvent hyacinthino pallio
et extendent desuper operimentum ianthinarum pellium 6!
inducentque vectes
13 sed et altare mundabunt cinere et involvent illud purpureo vestimento
14 ponentque cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius utuntur
id est ignium receptacula

(G)AOC ΣΛSTΦ cr 47 ~ uiginti obolos c | 50 pro *om.* O | 51 aaroni AOSr] aaron *cet.* | sibi] ei AΣ. || 4,1 locutus est CAS | 5 ingrediuntur CS. | 6 [*iterum adest* G] | ianthinarum GASTcr] hyacinthinarum *cet.* | extendetque Σ.; extenditque OS. | 8 extendetque O. | ianthinarum GATcr] hyacinthinarum *cet.* | pellium] pallium G | 9 quo operiunt Σ.; cohoperient C | et³ *om.* GCTΦ | 10 ianthinarum GACTcr] hyacinthinarum *cet.* | 11 et extendent — 12 pallio *om.* C. | ianthinarum GATcr] hyacinthinarum *cet.*, *item* v. 12 | 12 uasa + in GAr. |

fuscinulas ac tridentes
uncinos et vatilla
6! cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium
et inducent vectes
[15]cumque involverint Aaron et filii eius sanctuarium et omnia vasa eius in commotione castrorum
tunc intrabunt filii Caath
19 ut portent involuta et non tangant vasa sanctuarii ne moriantur
ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo foederis
[16]super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis
Ex 25,6 ad cuius pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas
et conpositionis incensum
et sacrificium quod semper offertur
et oleum unctionis
et quicquid ad cultum tabernaculi pertinet
omniumque vasorum quae in sanctuario sunt
[17]locutusque est Dominus ad Mosen et Aaron dicens
[18]nolite perdere populum Caath de medio Levitarum
15 [19]sed hoc facite eis ut vivant et non moriantur si tetigerint sancta sanctorum
Aaron et filii eius intrabunt
ipsique disponent opera singulorum
et divident quid portare quis debeat
[20]alii nulla curiositate videant quae sunt in sanctuario priusquam involvantur
alioquin morientur
21—23: 1-3 [21]locutus est Dominus ad Mosen dicens
[22]tolle summam etiam filiorum Gerson
per domos ac familias et cognationes suas
[23]a triginta annis et supra usque ad annos quinquaginta numera
omnes qui ingrediuntur et ministrant in tabernaculo foederis
[24]hoc est officium familiae Gersonitarum
[25]ut portent cortinas tabernaculi et tectum foederis 3.26
operimentum aliud et super omnia velamen ianthinum
tentoriumque quod pendet in introitu foederis tabernaculi
[26]cortinas atrii et velum in introitu quod est ante tabernaculum
omnia quae ad altare pertinent
funiculos et vasa ministerii
[27]iubente Aaron et filiis eius portabunt filii Gerson
et scient singuli cui debeant oneri mancipari
[28]hic est cultus familiae Gersonitarum 33
in tabernaculo foederis
eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis 7.8; Ex 38.21
[29]filios quoque Merari per familias et domos patrum suorum recensebis 2.31
[30]a triginta annis et supra usque ad annos quinquaginta
omnes qui ingrediuntur ad officium ministerii sui et cultum foederis testimonii
[31]haec sunt onera eorum 3.36.37
portabunt tabulas tabernaculi et vectes eius
columnas et bases earum
[32]columnas quoque atrii per circuitum cum basibus et paxillis et funibus suis
omnia vasa et supellectilem ad numerum accipient sicque portabunt
[33]hoc est officium familiae Meraritarum 28!

14 uatilla] quatilla GC; batilla TΦ cr | ianthinarum GACT cr] hyacinthinarum *cet.* | 15 in commutione O; in conmutatione GS. | tangent c | in tabernaculum G | 16 ~ curam pertinet c. | 19 [*iterum adest* M] | diuident] uident O | 20 moriantur O | 21 locutusque est c | 25 ianthinum GAT cr] hyacinthinum *cet.* | in introitum OΛ | ~ tabernaculi foederis c | 27 sciant CΣ | oneri] operi OTM; ordini C. | 29 recensebitis CΣ | 31 et[2]] ac c. |

GAOC ΣΛST(M)Φ cr

rum
et ministerium in tabernaculo foederis
eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis
34 recensuerunt igitur Moses et Aaron et principes synagogae
filios Caath per cognationes et domos patrum suorum
35 a triginta annis et supra usque ad annum quinquagesimum
omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi foederis
36 et inventi sunt duo milia septingenti quinquaginta
37 hic est numerus populi Caath qui intrat tabernaculum foederis
hos numeravit Moses et Aaron
iuxta sermonem Domini per manum Mosi
2.3! 38 numerati sunt et filii Gerson per cognationes et domos patrum suorum
39 a triginta annis et supra usque ad annum quinquagesimum
omnes qui ingrediuntur ut ministrent in tabernaculo foederis
40 et inventi sunt duo milia sescenti triginta
41 hic est populus Gersonitarum
quos numeraverunt Moses et Aaron iuxta verbum Domini
2.3! 42 numerati sunt et filii Merari per cognationes et domos patrum suorum
43 a triginta annis et supra usque ad annum quinquagesimum
omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi foederis
44 et inventi sunt tria milia ducenti
45 hic est numerus filiorum Merari
quos recensuerunt Moses et Aaron
iuxta imperium Domini per manum Mosi
2.3! I Par 23.3.24! 46 omnes qui recensiti sunt de Levitis
et quos fecit ad nomen Moses et Aaron et principes Israhel
per cognationes et domos patrum suorum II Par 31.16.17
47 a triginta annis et supra usque ad annum quinquagesimum
ingredientes ad ministerium tabernaculi et onera portanda
48 fuerunt simul octo milia quingenti octoginta
49 iuxta verbum Domini recensuit eos Moses
unumquemque iuxta officium et onera sua
sicut praeceperat ei Dominus
5 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
2 praecipe filiis Israhel ut eiciant de castris 2—4: 12.14.15; Lv 13.46!
omnem leprosum et qui semine fluit pollutusque est super mortuo Lv 22.4!
3 tam masculum quam feminam eicite de castris
ne contaminent ea cum habitaverim vobiscum
4 feceruntque ita filii Israhel
et eiecerunt eos extra castra
sicut locutus erat Dominus Mosi
5 locutus est Dominus ad Mosen dicens
6 loquere ad filios Israhel
vir sive mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quae solent hominibus accidere Lv 6.3
et per neglegentiam transgressi fuerint mandatum Domini atque deliquerint
7 confitebuntur peccatum suum Gn 41.9! II Sm 19.20! Ps 31.5! Lv 6.4.5!
et reddent ipsum caput quintamque partem desuper ei in quem peccaverint
8 sin autem non fuerit qui recipiat
dabunt Domino et erit sacerdotis

GAOC ΣΛSTMΦ cr

33 et] in GO. | ministerio O | in *om.* OS | tabernaculi O | 35 usque ad annos quinquaginta A | 37 intrant c | hos] hoc O.; quos C | 39 ~ quinquagesimum annum c | in tabernaculum AO | 46 fecit] fecerunt Σ; recenseri fecit c || 5,3 ne] nec O | habitauerim cr.𝔐] habitauerint *cet.* | 4 ita *om.* O | 5 locutusque est OΛTMΦc | 6 ad filios] filiis OΛ | 7 quintam partem G | peccauerunt A |

Lv 5,15! excepto ariete qui offertur pro expiatione ut sit placabilis hostia
18,8! Ex 29,28! 9 omnes quoque primitiae quas offerunt filii Israhel
ad sacerdotem pertinent
10 et quicquid in sanctuarium offertur a singulis
et traditur manibus sacerdotis ipsius erit
11 locutus est Dominus ad Mosen dicens
12 loquere ad filios Israhel et dices ad eos
vir cuius uxor erraverit
maritumque contemnens 13 dormierit cum altero viro
et hoc maritus deprehendere non quiverit
sed latet adulterium
et testibus argui non potest quia non est inventa in stupro
14 si spiritus zelotypiae concitaverit virum contra uxorem suam
quae vel polluta est vel falsa suspicione appetitur
Lv 5,11! 15 adducet eam ad sacerdotem et offeret oblationem pro illa
decimam partem sati farinae hordiaciae
non fundet super eam oleum nec inponet tus
quia sacrificium zelotypiae est et oblatio investigans adulterium
16 offeret igitur eam sacerdos et statuet coram Domino
17 adsumetque aquam sanctam in vase fictili
et pauxillum terrae de pavimento tabernaculi mittet in eam
18 cumque steterit mulier in conspectu Domini
discoperiet caput eius et ponet super manus illius sacrificium recordationis et oblationem zelotypiae
ipse autem tenebit aquas amarissimas
in quibus cum execratione maledicta congessit
19 adiurabitque eam et dicet
si non dormivit vir alienus tecum
et si non polluta es deserto mariti toro
non te nocebunt aquae istae amarissimae in quas maledicta congessi
20 sin autem declinasti a viro tuo atque polluta es 27.29
et concubuisti cum altero
21 his maledictionibus subiacebis Is 65,15
det te Dominus in maledictionem exemplumque cunctorum in populo suo
putrescere faciat femur tuum et tumens uterus disrumpatur
22 ingrediantur aquae maledictae in ventrem tuum Ps 108,18
et utero tumescente putrescat femur
et respondebit mulier amen amen
23 scribetque sacerdos in libello ista maledicta
et delebit ea aquis amarissimis in quas maledicta congessit
24 et dabit ei bibere
quas cum exhauserit
25 tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiae
et elevabit illud coram Domino inponetque super altare
ita dumtaxat ut prius 26 pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur Lv 2,2!
et incendat super altare
et sic potum det mulieri aquas amarissimas
27 quas cum biberit
si polluta est et contempto viro adulterii rea 20.21
pertransibunt eam aquae maledictionis
et inflato ventre conputrescet femur

8 excepto—hostia *transpon.* CΛ *infra v.* 10 *post vocem* singulis | 9 ad sacerdotes CΛ | 11 locutusque est OΛc | 13 altero] alio ASTΦ | 15 offerat Σ., offert G.; offer O. | 16 offert G | 20 altero + uiro GΛΦc | 21 in maledictione GS | uterus + tuus ΣΛTΦc | 25 inponetque + illud c. | 26 quod] quo O | 27 rea + est C | conputrescit GOΣ. |

GAOC ΣΛSTMΦ cr

eritque mulier in maledictionem et in exemplum omni populo
28 quod si polluta non fuerit
erit innoxia et faciet liberos
20 29 ista est lex zelotypiae si declinaverit mulier a viro suo et si polluta fuerit
30 maritusque zelotypiae spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini
et fecerit ei sacerdos iuxta omnia quae scripta sunt
31 maritus absque culpa erit et illa recipiet iniquitatem suam
6 locutus est Dominus ad Mosen dicens
2 loquere ad filios Israhel et dices ad eos
vir sive mulier cum fecerit votum ut sanctificentur
et se voluerint Domino consecrare
Idc 13,4! I Sm 1,15; Lc 1,15 3 vino et omni quod inebriare potest abstinebunt
acetum ex vino et ex qualibet alia potione
et quicquid de uva exprimitur non bibent
uvas recentes siccasque non comedent
4 cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur
Idc 13,14 quicquid ex vinea esse potest ab uva passa usque ad acinum non comedent
Idc 13,5! 5 omni tempore separationis suae novacula non transibit super caput eius
usque ad conpletum diem quo Domino consecratur
sanctus erit crescente caesarie capitis eius
6 omni tempore consecrationis suae super mortuum non ingredietur Lv 21,11!
7 nec super patris quidem et matris et fratris sororisque funere contaminabitur
quia consecratio Dei sui super caput eius est
8 omnes dies separationis suae sanctus erit Domino
9 sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo
polluetur caput consecrationis eius
quod radet ilico et in eadem die purgationis suae et rursum septima
10 in octavo autem die offeret duos turtures vel duos pullos columbae sacerdoti Lv 12,6.7!
in introitu foederis testimonii
11 facietque sacerdos unum pro peccato et alterum in holocaustum
et deprecabitur pro eo quia peccavit super mortuo
sanctificabitque caput eius in die illo
12 et consecrabit Domino dies separationis illius
offerens agnum anniculum pro peccato Lv 4,32!
ita tamen ut dies priores irriti fiant
quoniam polluta est sanctificatio eius
13 ista est lex consecrationis cum dies quos ex voto decreverat conplebuntur Act 21,26
adducet eum ad ostium tabernaculi foederis
14 et offeret oblationem eius Domino
agnum anniculum inmaculatum in holocaustum Lv 12,6!
et ovem anniculam inmaculatam pro peccato Lv 4,32!
et arietem inmaculatum hostiam pacificam Lv 9,4!
15 canistrum quoque panum azymo- Ex 29,2.3!

GAOC ΣΛSTMΦ(l) cr

27 in maledictione GΛS | 30 spiritus GOΣ | ~ spir. zelotypiae CΣS. | in conspectum GC || 6,1 locutusque est ΣΛS c | 2 fecerint AΛTMΦ c | sanctificetur r. | se] si OS | uoluerit r | 3 a uino c | et omne AOΣΛSTMΦ | inebriari CΣ | abstinebit ... bibet ... comedet r. | 4 quibus *om.* O | consecratur ... comedet r. | 5 super] per AOΣ cr | 7 nec] ne AΛS. | 8 omnibus diebus c | 9 polluitur GOTM | et[1] *om.* ΣΛ c | 10 octaua c | 11 quia] qui G | sanctificauitque AOΛST | 12 die OTM | 14 [*adest passim* l *usque ad* 11,10] |

rum qui conspersi sunt oleo
et lagana absque fermento uncta oleo
ac libamina singulorum
16 quae offeret sacerdos coram Domino
et faciet tam pro peccato quam in holocaustum
Lv 9,4! 17 arietem vero immolabit hostiam pacificam Domino
offerens simul canistrum azymorum
et libamenta quae ex more debentur
18 tunc radetur nazareus ante ostium tabernaculi foederis caesarie consecrationis suae
tolletque capillos eius et ponet super ignem qui est subpositus sacrificio pacificorum
Ex 29,22–24 19 et armum coctum arietis
tortamque absque fermento unam de canistro et laganum azymum unum
et tradet in manibus nazarei postquam rasum fuerit caput eius
20 susceptaque rursum ab eo elevabit in conspectu Domini
et sanctificata sacerdotis erunt
sicut pectusculum quod separari iussum est et femur
post haec potest bibere nazareus vinum
21 ista est lex nazarei cum voverit oblationem suam Domino tempore consecrationis suae
exceptis his quae invenerit manus eius
iuxta quod mente devoverat ita faciet ad perfectionem sanctificationis suae
22 locutus est Dominus ad Mosen dicens
23 loquere Aaron et filiis eius
Lv 9,22! sic benedicetis filiis Israhel et dicetis eis
Ps 66,2 24 benedicat tibi Dominus et custodiat te
25 ostendat Dominus faciem suam tibi Ps 30,17! 79,4!
et misereatur tui
26 convertat Dominus vultum suum ad Ps 4,7
te et det tibi pacem II Th 3,16!
27 invocabunt nomen meum super filios Dt 28,10; Bar 2,15;
Israhel et ego benedicam eis Dn 9,18.19
7 factum est autem in die qua conplevit Moses tabernaculum et erexit illud Ex 40,15.16!
unxitque et sanctificavit cum omnibus vasis suis Ex 40,9.10
altare similiter et vasa eius
2 obtulerunt principes Israhel et capita familiarum qui erant per singulas tribus
praefecti eorum qui numerati fuerant
3 munera coram Domino
sex plaustra tecta cum duodecim bubus
unum plaustrum obtulere duo duces
et unum bovem singuli
obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi
4 ait autem Dominus ad Mosen
5 suscipe ab eis ut serviant in ministerio tabernaculi
et tradas ea Levitis iuxta ordinem ministerii sui
6 itaque cum suscepisset Moses plaustra et boves tradidit eos Levitis
7 duo plaustra et quattuor boves dedit filiis Gerson
iuxta id quod habebant necessarium
8 quattuor alia plaustra et octo boves dedit filiis Merari
secundum officia et cultum suum
sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis 4,28!
9 filiis autem Caath non dedit plaustra et boves
quia in sanctuario serviunt et onera propriis portant umeris
10 igitur obtulerunt duces in dedicatio- 84.88

15 sint ΑΛΤΦϲ | 17 [*deest* G *usque ad* 7,5] | 18 caesariem CM | 19 azimorum O | et[3] *om.* C | in manus ϲ.; manibus S. | 20 susceptamque CΣ | 22 locutusque est ΛSϲ | 23 aaroni O; ad aaron CSl | filiis[1]] filii O; filios S | filiis[2]] filios C | 27 inuocabuntque ϲ. || 7,1 suis] eius CS. | et[3] + omnia ϲ. | 2 praefectique Aϲ | 5 [*iterum adest* G] | trades CΣΛMlϲ |

(G)AOC ΣΛSTMΦl cr

nem altaris die qua unctum est
oblationem suam ante altare
11 dixitque Dominus ad Mosen
singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris
12 primo die obtulit oblationem suam
1,7! Naasson filius Aminadab de tribu Iuda
Ex 25,29 13–17: 19–23.25–29. 31–35.37–41. 43–47.49–53. 55–59.61–65. 67–71.73–77. 79–83.84–88
13 fueruntque in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum
fiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
14 mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso
Lv 23,18! I Par 29,21; II Par 29,21! 32; Ez 43,23.24
15 bovem et arietem et agnum anniculum in holocaustum
15,24; 28,15! Lv 4,23!
16 hircumque pro peccato
Lv 3,6! 9,4!
17 et in sacrificio pacificorum boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec est oblatio Naasson filii Aminadab
1,8; 2,5
18 secundo die obtulit Nathanahel filius Suar dux de tribu Isachar
19–23: 13–17!
19 acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos
fialam argenteam habentem septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
20 mortariolum aureum habens decem siclos plenum incenso
21 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
22 hircumque pro peccato
23 et in sacrificio pacificorum boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Nathanahel filii Suar
1,9; 2,7
24 tertio die princeps filiorum Zabulon
Heliab filius Helon
25 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos 25–29: 13–17!
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
26 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
27 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
28 hircumque pro peccato
29 et in sacrificio pacificorum boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec est oblatio Heliab filii Helon
30 die quarto princeps filiorum Ruben 1,5; 2,10
Helisur filius Sedeur
31 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos 31–35: 13–17!
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
32 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
33 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
34 hircumque pro peccato
35 et in hostias pacificorum boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Helisur filii Sedeur
36 die quinto princeps filiorum Symeon 1,6; 2,12
Salamihel filius Surisaddai
37 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos 37–41: 13–17!
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
38 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
39 bovem de armento et arietem et ag-

GAOC ΣΛSTMΦl cr

11 in dedicatione GΛS | 15 bouem + de armento ACc | 17 in sacrificium r | 20 incensum GOC | 23 in sacrificium r | 24 tertio — 83 henan] similiter cuncti duces XII per singulos dies munera obtulere l. | 29 in sacrificium r | 33 in holocausto OTΦ. | 35 in *om.* GTΦ |

num anniculum in holocaustum
40 hircumque pro peccato
41 et in hostias pacificorum boves duos
arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Salamihel filii Surisaddai
1,14; 2,14 42 die sexto princeps filiorum Gad Heliasaph filius Duhel
43—47: 13–17! 43 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
44 mortariolum aureum adpendens siclos decem plenum incenso
45 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
46 hircumque pro peccato
47 et in hostias pacificorum boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Heliasaph filii Duhel
1,10; 2,18 48 die septimo princeps filiorum Ephraim Helisama filius Ammiud
49—53: 13–17! 49 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
50 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
51 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
52 hircumque pro peccato
53 et in hostias pacificas boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Helisama filii Ammiud
1,10; 2,20 54 die octavo princeps filiorum Manasse Gamalihel filius Phadassur
55 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos 55—59: 13–17!
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
56 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
57 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
58 hircumque pro peccato
59 et in hostias pacificorum boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Gamalihel filii Phadassur
60 die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis 1,11; 2,22
61 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos 61—65: 13–17!
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
62 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
63 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
64 hircumque pro peccato
65 et in hostias pacificorum boves duos arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Abidan filii Gedeonis
66 die decimo princeps filiorum Dan Ahiezer filius Amisaddai 1,12; 2,25
67 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos 67—71: 13–17!
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
68 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
69 bovem de armento et arietem et ag-

GAOC ΣΛSTMΦI cr

44 ∼ decem siclos GOcr | 49 in sacrificio OSTΦ | 53 pacificas GOΣTΦr.] pacificorum *cet.* | 62 et mortariolum Oc | 65 in *om.* G |

num anniculum in holocaustum
70 hircumque pro peccato
71 et in hostias pacificorum boves duos
arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Ahiezer filii Amisaddai
1,13; 2,27 72 die undecimo princeps filiorum Aser
Phagaihel filius Ochran
73—77: 13–17! 73 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
74 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
75 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
76 hircumque pro peccato
77 et in hostias pacificorum boves duos
arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Phagaihel filii Ochran
1,15; 2,29 78 die duodecimo princeps filiorum
Nepthalim Achira filius Henan
79—83: 13–17! 79 obtulit acetabulum argenteum adpendens centum triginta siclos
fialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii
utrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium
80 mortariolum aureum adpendens decem siclos plenum incenso
81 bovem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum
82 hircumque pro peccato
83 et in hostias pacificorum boves duos
arietes quinque hircos quinque agnos anniculos quinque
haec fuit oblatio Achira filii Henan

84 haec in dedicatione altaris oblata sunt a principibus Israhel in die qua consecratum est 10!
acetabula argentea duodecim 84—88: 13–17!
fialae argenteae duodecim
mortariola aurea duodecim
85 ita ut centum triginta argenti siclos haberet unum acetabulum
et septuaginta siclos una fiala
id est in commune vasorum omnium ex argento
sicli duo milia quadringenti pondere sanctuarii
86 mortariola aurea duodecim plena incenso
denos siclos adpendentia pondere sanctuarii
id est simul auri sicli centum viginti
87 boves de armento in holocaustum duodecim
arietes duodecim agni anniculi duodecim et libamenta eorum
hirci duodecim pro peccato
88 hostiae pacificorum boves viginti quattuor
arietes sexaginta hirci sexaginta agni anniculi sexaginta
haec oblata sunt in dedicatione altaris quando unctum est 10!
89 cumque ingrederetur Moses tabernaculum foederis ut consuleret oraculum Ex 33,9!
audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio
quod erat super arcam testimonii inter duos cherubin unde et loquebatur ei Ex 25,22!
8 locutus est Dominus ad Mosen dicens
2 loquere Aaroni et dices ad eum
cum posueris septem lucernas
contra eam partem quam candelab-

GAOC ΣΛSTMΦI cr
77 in *om.* G | 79 ~ oleo conspersa G c. | in sacrificio G | 84 in dedicationem CMΦI | 85 ~ siclos argenti ΣI c | siclos² + haberet c | 87 agnos anniculos O. | hircos GA. | 88 hostiae] in hostias M c.; et in hostias C. | hircos G I || 8,1 locutusque est c; et locutus est Σ. | 2 aaroni AOΣS.] ad aaron CI; aaron *cet.* | lucernas + candelabrum (candelabrorum Φ) in australi parte erigatur (erigat TΦ) hoc igitur praecipe (praecepit Φ) ut lucernae contra boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis TMΦ c, *cf.* Ex 26,35; 40,22 |

rum respicit lucere debebunt
3 fecitque Aaron et inposuit lucernas
super candelabrum ut praeceperat
Dominus Mosi
Ex 25,31 4 haec autem erat factura candelabri
ex auro ductili tam medius stipes
quam cuncta ex utroque calamorum
latera nascebantur
Ex 25,9 iuxta exemplum quod ostendit Dominus Mosi ita operatus est candelabrum
5 et locutus est Dominus ad Mosen
dicens
6 tolle Levitas de medio filiorum Israhel
et purificabis eos 7 iuxta hunc ritum
aspergantur aqua lustrationis et radant omnes pilos carnis suae
cumque laverint vestimenta sua et
mundati fuerint
8 tollant bovem de armentis et libamentum eius similam oleo conspersam
bovem autem alterum de armento tu
accipies pro peccato
Ex 29,4 9 et adplicabis Levitas coram tabernaculo foederis
convocata omni multitudine filiorum
Israhel
10 cumque Levitae fuerint coram Domino
ponent filii Israhel manus suas super
eos
21 11 et offeret Aaron Levitas munus in
conspectu Domini a filiis Israhel
ut serviant in ministerio eius
Lv 8,14! 12 Levitae quoque ponent manus suas
super capita boum
e quibus unum facies pro peccato
Idc 6,26 et alterum in holocaustum Domini
ut depreceris pro eis
3,6! 13 statuesque Levitas in conspectu Aaron et filiorum eius
et consecrabis oblatos Domino
14 ac separabis de medio filiorum Israhel ut sint mei 3,12!
15 et postea ingrediantur tabernaculum 4,3!
foederis ut serviant mihi
sicque purificabis et consecrabis eos
in oblationem Domini
quoniam dono donati sunt mihi a
filiis Israhel
16 pro primogenitis quae aperiunt om- 3,12.13!
nem vulvam in Israhel accepi eos
17 mea sunt omnia primogenita filiorum Israhel
tam ex hominibus quam ex iumentis
ex die quo percussi omnem primogenitum in terra Aegypti sanctificavi eos mihi
18 et tuli Levitas pro cunctis primogenitis filiorum Israhel
19 tradidique eos dono Aaroni et filiis 3,8–10!
eius de medio populi
ut serviant mihi pro Israhel in tabernaculo foederis
et orent pro eis ne sit in populo plaga
si ausi fuerint accedere ad sanctuarium
20 feceruntque Moses et Aaron et om- Ex 7,6!
nis multitudo filiorum Israhel super
Levitas
quae praeceperat Dominus Mosi
21 purificatique sunt et laverunt vestimenta sua
elevavitque eos Aaron in conspectu 11
Domini
et oravit pro eis 22 ut purificati in-
grederentur ad officia sua in taber- 4,3!
naculum foederis
coram Aaron et filiis eius
sicut praeceperat Dominus Mosi de
Levitis ita factum est
23 locutus est Dominus ad Mosen dicens
24 haec est lex Levitarum

4 ex utraque G; quae ex utroquc c; quae A. | latcre ASTMΦcr | 7 aspergatur O | 8 tollent c | 11 munus] manus AI | a] et S.; pro O | 12 domino CS. | 15 ingredientur c | in oblatione GO | dono *om.* O | 17 sunt + enim Λc | omnem] omne ΛMc | 19 dono *om.* GI. | aaroni AΣΛS.] aaron *cet.* | 20 super leuitis Ac | 22 in tabernaculo CΛ; in tabernacula O. | praecepit ACΛSI | 23 locutusque est c |

GAOC ΣΛSTMΦI cr

4,3! a viginti quinque annis et supra ingredientur ut ministrent in tabernaculo foederis
25 cumque quinquagesimum annum aetatis impleverint servire cessabunt
26 eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo foederis
ut custodiant quae sibi fuerint commendata
opera autem ipsa non faciant
sic dispones Levitas in custodiis suis
1,1 9 locutus est Dominus ad Mosen in deserto Sinai anno secundo
postquam egressi sunt de terra Aegypti mense primo dicens
Dt 16,1! Ios 5,10; II Par 35,1; I Esr 6,19; Ez 45,21 2 faciant filii Israhel phase in tempore suo
2—5: Lv 23,5! 3 quartadecima die mensis huius ad vesperam
iuxta omnes caerimonias et iustificationes eius
4 praecepitque Moses filiis Israhel ut facerent phase
5 qui fecerunt tempore suo
quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai
Ex 12,28! iuxta omnia quae mandaverat Dominus Mosi fecerunt filii Israhel
6 ecce autem quidam inmundi super animam hominis
qui non poterant facere pascha in die illo
accedentes ad Mosen et Aaron 7 dixerunt eis
inmundi sumus super animam hominis
quare fraudamur ut non valeamus
13 offerre oblationem Domino in tempore suo inter filios Israhel
8 quibus respondit Moses
IV Rg 22,13 state ut consulam quid praecipiat
Dominus de vobis
9 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
10 loquere filiis Israhel
homo qui fuerit inmundus super anima sive in via procul in gente vestra
faciat phase Domino 11 mense secundo Lv 23,5! II Par 30,2.15
quartadecima die mensis ad vesperam
cum azymis et lactucis agrestibus Ex 12,8
comedent illud
12 non relinquent ex eo quippiam usque mane Lv 7,15!
et os eius non confringent Ex 12,46!
omnem ritum phase observabunt
13 si quis autem et mundus est et in itinere non fuit
et tamen non fecit phase
exterminabitur anima illa de populis Lv 19,8!
suis
quia sacrificium Domino non obtulit 7
tempore suo
peccatum suum ipse portabit
14 peregrinus quoque et advena si fuerit apud vos Ex 12,48
faciet phase Domini iuxta caerimonias et iustificationes eius
praeceptum idem erit apud vos tam Ex 12,49
advenae quam indigenae
15 igitur die qua erectum est tabernaculum operuit illud nubes Ex 40,32!
a vespere autem super tentorium erat quasi species ignis usque mane
16 sic fiebat iugiter
per diem operiebat illud nubes Ex 40,36!
et per noctem quasi species ignis
17 cumque ablata fuisset nubes quae Ex 40,34.35
tabernaculum protegebat
tunc proficiscebantur filii Israhel
et in loco ubi stetisset nubes ibi castrametabantur

GAOC ΣΛSTMΦ cr 26 leuitis c. ‖ 9,1 sinai + in GMI. | 3 ad uesperum GΣΛ | 6 super anima ΣΛSc | pascha] phase GCSc | 7 super anima OCΛSMΦc | ~ oblationem offerre c | 10 super animam G | 11 in mense c. | ad uesperum OΣ | 12 usque + in CS. | 13 et¹ *om.* GΦ | inmundus O | 14 fuerint Σc | faciat GΣΛ; facient c | domino c | eius + praeceptum sempiternum erit hoc in generationibus uestris GC., *cf. infra* 10,8 | 17 in locum C | castrametabuntur OT |

[18]ad imperium Domini proficiscebantur et ad imperium illius figebant tabernaculum
cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum manebant in eodem loco
Ex 40,35! [19]et si evenisset ut multo tempore maneret super illud
erant filii Israhel in excubiis Domini
et non proficiscebantur [20]quotquot
diebus fuisset nubes super tabernaculum
ad imperium Domini erigebant tentoria et ad imperium illius deponebant
[21]si fuisset nubes a vespere usque mane et statim diluculo tabernaculum reliquisset proficiscebantur
et si post diem et noctem recessisset dissipabant tentoria
[22]si biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum
Ex 40,35! manebant filii Israhel in eodem loco et non proficiscebantur
statim autem ut recessisset movebant castra
[23]per verbum Domini figebant tentoria et per verbum illius proficiscebantur
erantque in excubiis Domini iuxta imperium eius per manum Mosi
10 locutus est Dominus ad Mosen dicens
[2]fac tibi duas tubas argenteas ductiles
quibus convocare possis multitudinem quando movenda sunt castra
[3]cumque increpueris tubis
congregabitur ad te omnis turba ad ostium foederis tabernaculi
[4]si semel clangueris venient ad te principes et capita multitudinis Israhel
Ios 6,5! [5]sin autem prolixior atque concisus clangor increpuerit
2,9! movebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam
[6]in secundo autem sonitu et pari ululatu tubae
levabunt tentoria qui habitant ad meridiem
et iuxta hunc modum reliqui facient ululantibus tubis in profectione
[7]quando autem congregandus est populus
simplex tubarum clangor erit et non concise ululabunt
[8]filii Aaron sacerdotes clangent tubis Ios 6,4! I Par 15,24!
eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris II Par 13,12.14 Lv 10,9!
[9]si exieritis ad bellum de terra vestra 31,5.6; Dt 20,1; 21,10
contra hostes qui dimicant adversum vos
clangetis ululantibus tubis
et erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro
ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum
[10]si quando habebitis epulum et dies festos et kalendas Lv 23,24! I Par 23,30.31!
canetis tubis super holocaustis et pacificis victimis II Par 29,27; Sir 50,18
ut sint vobis in recordationem Dei vestri ego Dominus Deus vester
[11]anno secundo mense secundo vicesima die mensis
elevata est nubes de tabernaculo foederis Ex 40,34!
[12]profectique sunt filii Israhel per turmas suas de deserto Sinai 13,1
et recubuit nubes in solitudine Pharan
[13]moveruntque castra primi iuxta imperium Domini in manu Mosi [14]filii 2,9!
Iuda per turmas suas 14—27: 1,5–15
quorum princeps erat Naasson filius Aminadab
[15]in tribu filiorum Isachar fuit princeps Nathanahel filius Suar

20 quot diebus c. | 21 reliquissent CS. | 22 si biduo ΣSMΦr𝔐] si bidue l.; si ibi duo T.; sibeduo C.; siue duo GAO; si uero duo Λ.; si uero biduo c. | super *om.* O | 23 erantque—mosi *transpon.* C l *ad v. praeced. post vocem* proficiscebantur | 10,1 locutusque est c | 3 ~ tabernaculi foederis M l c | 4 [*deest* G *usque ad* 11,1] | 5 si autem c | 6 faciunt C | in profectionem CTlc | 8 filii + autem c | sacerdotis CΣΛMΦl | 11 [*deest* Λ *usque ad* 13,20] |

(G)AOC
Σ(Λ)STMΦl
cr

16 in tribu Zabulon erat princeps Heliab
filius Helon
17 depositumque est tabernaculum
quod portantes egressi sunt filii Gerson et Merari
18 profectique sunt et filii Ruben per turmas et ordinem suum
quorum princeps erat Helisur filius Sedeur
19 in tribu autem filiorum Symeon princeps fuit Salamihel filius Surisaddai
20 porro in tribu Gad erat princeps Heliasaph filius Duhel
21 profectique sunt et Caathitae portantes sanctuarium
tamdiu tabernaculum portabatur donec venirent ad erectionis locum
22 moverunt castra et filii Ephraim per turmas suas
in quorum exercitu princeps erat Helisama filius Ammiud
23 in tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamalihel filius Phadassur
24 et in tribu Beniamin dux Abidan filius Gedeonis
2,31 25 novissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas
in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Amisaddai
26 in tribu autem filiorum Aser erat princeps Phagaihel filius Ochran
27 et in tribu filiorum Nepthalim princeps Achira filius Henan
28 haec sunt castra et profectiones filiorum Israhel
per turmas suas quando egrediebantur
Idc 4,11 29 dixitque Moses Hobab filio Rahuhel Madianiti cognato suo
proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis
Gn 32,12 veni nobiscum ut benefaciamus tibi
quia Dominus bona promisit Israheli
30 cui ille respondit
non vadam tecum sed revertar in terram meam in qua natus sum
31 et ille noli inquit nos relinquere
tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus
et eris ductor noster
32 cumque nobiscum veneris
quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus dabimus tibi
33 profecti sunt ergo de monte Domini via trium dierum
arcaque foederis Domini praecedebat eos per dies tres providens castrorum locum
34 nubes quoque Domini super eos erat per diem cum incederent Ex 13,21! I Cor 10,1
35 cumque elevaretur arca dicebat Moses
surge Domine et dissipentur inimici tui Ps 67,2
et fugiant qui oderunt te a facie tua
36 cum autem deponeretur aiebat
revertere Domine ad multitudinem exercitus Israhel
11 interea ortum est murmur populi quasi dolentium pro labore contra Dominum Ex 15,24! Idt 8,24
quod cum audisset iratus est Ps 77,21
et accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem Lv 10,2!
2 cumque clamasset populus ad Mosen
oravit Moses Dominum et absortus est ignis
3 vocavitque nomen loci illius Incensio
eo quod succensus fuisset contra eos ignis Domini
4 vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis Ex 12,38

(G)AOC ΣSTMΦl cr 24 dux] *praem.* erat c; + erat C; + fuit l. | 25 nouissime CΣ | 26 phegihel r; phegiel c | 27 princeps fuit Al(*vid.*)c; erat princeps T | 29 raguel c | madianitidi C; madianitae Sc. | israhel O | 31 et] at C | 33 uiam Mlc | ~ tres dies A || **11**,1 [*iterum adest* G] | audisset + dominus c | in eis S.; in eo O | 2 moses + ad Mlc | 3 succensus] incensus c |

14,1! Idc 20,26! flagravit desiderio sedens et flens iunctis sibi pariter filiis Israhel et ait
18 quis dabit nobis ad vescendum carnes
5 recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis
in mentem nobis veniunt cucumeres et pepones porrique et cepae et alia
21,5 6 anima nostra arida est
nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man
Ex 16,31 7 erat autem man quasi semen coriandri coloris bdellii
8 circuibatque populus et colligens illud frangebat mola sive terebat in mortario
coquens in olla et faciens ex eo tortulas
saporis quasi panis oleati
Ex 16,13 9 cumque descenderet nocte super castra ros
descendebat pariter et man
25,6 10 audivit ergo Moses flentem populum per familias
singulos per ostia tentorii sui
iratusque est furor Domini valde
sed et Mosi intoleranda res visa est
11 et ait ad Dominum
cur adflixisti servum tuum
quare non invenio gratiam coram te
et cur inposuisti pondus universi populi huius super me
12 numquid ego concepi omnem hanc multitudinem vel genui eam
Dt 1,31! Os 11,3 ut dicas mihi porta eos in sinu tuo
sicut portare solet nutrix infantulum
et defer in terram pro qua iurasti patribus eorum
13 unde mihi carnes ut dem tantae multitudini
flent contra me dicentes
da nobis carnes ut comedamus

14 non possum solus sustinere omnem hunc populum quia gravis mihi est Ex 18,18!
15 sin aliter tibi videtur obsecro ut interficias me Ex 32,32
et inveniam gratiam in oculis tuis Gn 18,3!
ne tantis adficiar malis
16 et dixit Dominus ad Mosen
congrega mihi septuaginta viros de senibus Israhel 24
quos tu nosti quod senes populi sint ac magistri Ex 18,21!
et duces eos ad ostium tabernaculi foederis
faciesque ibi stare tecum
17 ut descendam et loquar tibi 25!
et auferam de spiritu tuo tradamque eis
ut sustentent tecum onus populi et non tu solus graveris Ex 18,18! 22!
18 populo quoque dices Ex 19,10! Ios 3,5
sanctificamini cras comedetis carnes
ego enim audivi vos dicere
quis dabit nobis escas carnium
bene nobis erat in Aegypto
ut det vobis Dominus carnes et comedatis 4; Ex 16,8!
19 non uno die nec duobus vel quinque aut decem
nec viginti quidem
20 sed usque ad mensem dierum
donec exeat per nares vestras et vertatur in nausiam
eo quod reppuleritis Dominum qui in medio vestri est
et fleveritis coram eo dicentes
quare egressi sumus ex Aegypto Ex 14,11!
21 et ait Moses sescenta milia peditum huius populi sunt Ex 12,37
et tu dicis dabo eis esum carnium mense integro
22 numquid ovium et boum multitudo caedetur

(G)AOC ΣSTMΦ(l) cr

4 fraglauit Gl | 5 in mente OCΣl | et² *om.* Gl | 8 circuibat populus G | 10 familias + suas G | 11 [*deest* l *usque ad* 19,14] | 12 in terra C | 13 contra] coram OΣ | 14 ~ est mihi c. | 16 senioribus GΣSTΦ | 17 tibi] tecum O | ut²] et C | 18 populoque dices O | comedetis] comedite GOr. | 19 nec¹] uel GOr | 20 uertatur + uobis GC | aegypto + ut pereamus in solitudine G.; + ut periremus in solitudinem C, *cf.* Ex. 14,11 | 21 [*deest* G *usque ad* 13,26] | moses + ad dominum OCTMΦ |

ut possit sufficere ad cibum
vel omnes pisces maris in unum congregabuntur ut eos satient
[23] cui respondit Dominus
Is 50,2! numquid manus Domini invalida est
iam nunc videbis utrum meus sermo opere conpleatur
[24] venit igitur Moses et narravit populo verba Domini
16! congregans septuaginta viros de senibus Israhel
quos stare fecit circa tabernaculum
17; Ex 34,5! [25] descenditque Dominus per nubem et locutus est ad eum
auferens de spiritu qui erat in Mosen
29; 24,2.3! I Sm 10,6! II Esr 9,20; Ioel 2,28! Act 19,6! et dans septuaginta viris
cumque requievisset in eis spiritus prophetaverunt nec ultra cessarunt
[26] remanserant autem in castris duo viri
quorum unus vocabatur Heldad et alter Medad
super quos requievit spiritus
nam et ipsi descripti fuerant et non exierant ad tabernaculum
[27] cumque prophetarent in castris
cucurrit puer et nuntiavit Mosi dicens
Heldad et Medad prophetant in castris
[28] statim Iosue filius Nun minister Mosi et electus e pluribus ait
domine mi Moses prohibe eos
[29] at ille quid inquit aemularis pro me
25! I Cor 14,5 quis tribuat ut omnis populus prophetet
et det eis Dominus spiritum suum
[30] reversusque est Moses et maiores natu Israhel in castra
Sap 19,12 [31] ventus autem egrediens a Domino
Ps 77,27.28 arreptas trans mare coturnices
Ex 16,13! detulit et dimisit in castra
itinere quantum uno die confici potest
ex omni parte castrorum per circuitum
volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram
[32] surgens ergo populus toto die illo et nocte ac die altero
congregavit coturnicum qui parum decem choros
et siccaverunt eas per gyrum castrorum
[33] adhuc carnes erant in dentibus eorum nec defecerat huiuscemodi cibus Ps 77,30.31
et ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis 16,46
[34] vocatusque est ille locus sepulchra Concupiscentiae
ibi enim sepelierunt populum qui desideraverat
egressi autem de sepulchris Concupiscentiae venerunt in Aseroth et manserunt ibi 33,17

12 locutaque est Maria et Aaron contra Mosen
propter uxorem eius aethiopissam
[2] et dixerunt
num per solum Mosen locutus est Dominus
nonne et nobis similiter est locutus
quod cum audisset Dominus
[3] erat enim Moses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra
[4] statim locutus est ad eum et ad Aaron et Mariam
egredimini vos tantum tres ad tabernaculum foederis
cumque fuissent egressi
[5] descendit Dominus in columna nubis et stetit in introitu tabernaculi Ex 33,9! 34,5! Dt 31,15
vocans Aaron et Mariam
qui cum issent [6] dixit ad eos
audite sermones meos

AOC ΣSTMΦ cr 24 circa] iuxta A | 25 in mose Ar.; in moyse ΣMΦc | cessauerunt STΦc | 26 remanserunt OCΣST | fuerant] erant OC. | 28 moses] mosi O.: moyse TΦ | 29 at] et A TΦ | 30 in castris C | 31 demisit OSc | 32 tota CΣ | illa C | 34 sepelierant AT | **12**,2 num] non S; numquid C | dominus² + iratus est OTMΦ; + iratus est ualde Σ | 4 eum + dominus C | ad² *om.* OΣ |

si quis fuerit inter vos propheta Do-
mini
Gn 20,3! Iob 33,15.16! Ier 23,28 in visione apparebo ei vel per som-
nium loquar ad illum
7 at non talis servus meus Moses
Hbr 3,2.5 qui in omni domo mea fidelissimus
est
Ex 33,11; Dt 5,4; 34,10 8 ore enim ad os loquor ei
et palam non per enigmata et figuras
Dominum videt
quare igitur non timuistis detrahere
servo meo Mosi
9 iratusque contra eos abiit
10 nubes quoque recessit quae erat su-
per tabernaculum
Ex 4,6; IV Rg 5,27 et ecce Maria apparuit candens lepra
quasi nix
cumque respexisset eam Aaron et vi-
disset perfusam lepra
11 ait ad Mo-
sen
Gn 50,17; Ex 32,31; II Sm 19,19 obsecro domine mi ne inponas nobis
hoc peccatum quod stulte commisi-
mus
Ps 57,9 H 12 ne fiat haec quasi mortua et ut abor-
tivum quod proicitur de vulva mat-
ris suae
ecce iam medium carnis eius devora-
tum est lepra
13 clamavitque Moses ad Dominum di-
cens
Deus obsecro sana eam
14 cui respondit Dominus
si pater eius spuisset in faciem illius
nonne debuerat saltem septem die-
rum rubore suffundi
5,2–4! separetur septem diebus extra castra
et postea revocabitur
15 exclusa est itaque Maria extra castra
septem diebus
et populus non est motus de loco
illo donec revocata est Maria
10,12 **13** profectus est de Aseroth fixis ten-
toriis in deserto Pharan
2 ibi locutus est Dominus ad Mosen
dicens
3 mitte viros qui considerent terram Dt 1,22.23
Chanaan quam daturus sum filiis
Israhel
singulos de singulis tribubus ex prin-
cipibus
4 fecit Moses quod Dominus impera- Ex 40,14!
rat
de deserto Pharan mittens principes
viros
quorum ista sunt nomina
5 de tribu Ruben Semmua filium Zec-
chur
6 de tribu Symeon Saphat filium Huri
7 de tribu Iuda Chaleb filium Iep- 34,19
phonne
8 de tribu Isachar Igal filium Ioseph
9 de tribu Ephraim Osee filium Nun
10 de tribu Beniamin Phalti filium
Raphu
11 de tribu Zabulon Geddihel filium
Sodi
12 de tribu Ioseph sceptri Manasse
Gaddi filium Susi
13 de tribu Dan Ammihel filium Ge-
malli
14 de tribu Aser Sthur filium Michahel
15 de tribu Nepthali Naabbi filium
Vaphsi
16 de tribu Gad Guhel filium Machi
17 haec sunt nomina virorum quos mi-
sit Moses ad considerandam terram
vocavitque Osee filium Nun Iosue
18 misit ergo eos Moses ad consideran- 22.23; 32,8; Ios 2,1! 14,7
dam terram Chanaan et dixit ad eos
ascendite per meridianam plagam
cumque veneritis ad montes Dt 1,24
19 considerate terram qualis sit
et populum qui habitator est eius
utrum fortis sit an infirmus
pauci numero an plures
20 ipsa terra bona an mala
urbes quales muratae an absque mu-
ris

6 uel] et O | 8 palam + et c | igitur] ergo c | 12 est + a CT c. | 14 expuisset CΣ | dierum] diebus Σ c | 15 reuocaretur CΣ || **13**,1 profectusque est M c; + populus CM c | 2 ibique c | 4 imperauerat c | 9 osee] iosue CST | 19 infirmus + si A c. | 20 [*iterum adest* Λ] |

AOC Σ(Λ)STMΦ cr

21 humus pinguis an sterilis
nemorosa an absque arboribus
Dt 1,25 confortamini et adferte nobis de fructibus terrae
erat autem tempus quando iam praecoquae uvae vesci possunt
18 22 cumque ascendissent exploraverunt terram
a deserto Sin usque Roob intrantibus Emath
18 23 ascenderuntque ad meridiem et venerunt in Hebron
Ios 15,14! Idc 1,10 ubi erant Ahiman et Sisai et Tholmai filii Enach
nam Hebron septem annis ante Tanim urbem Aegypti condita est
32,9; Dt 1,24 24 pergentesque usque ad torrentem Botri absciderunt palmitem cum uva sua
quem portaverunt in vecte duo viri
de malis quoque granatis et de ficis loci illius tulerunt
25 qui appellatus est Neelescol id est torrens Botri
eo quod botrum inde portassent filii Israhel
26 reversique exploratores terrae post quadraginta dies
omni regione circuita
20,1! 27 venerunt ad Mosen et Aaron et ad omnem coetum filiorum Israhel
in desertum Pharan quod est in Cades
locutique eis et omni multitudini
ostenderunt fructus terrae 28 et narraverunt dicentes
venimus in terram ad quam misisti nos
Ex 3,8! quae re vera fluit lacte et melle ut ex his fructibus cognosci potest
33,34; Dt 1,28! 29 sed cultores fortissimos habet
Ios 14,12 et urbes grandes atque muratas
stirpem Enach vidimus ibi
30 Amalech habitat in meridie
Hettheus et Iebuseus et Amorreus in montanis Gn 15,20.21! Dt 1,7; Ios 9,1!
Chananeus vero moratur iuxta mare et circa fluenta Iordanis
31 inter haec Chaleb conpescens murmur populi qui oriebatur contra Mosen ait
ascendamus et possideamus terram
quoniam poterimus obtinere eam
32 alii vero qui fuerant cum eo dicebant
nequaquam ad hunc populum valemus ascendere quia fortior nobis est
33 detraxeruntque terrae quam inspexerant apud filios Israhel dicentes 14,36
terram quam lustravimus devorat habitatores suos
populum quem aspeximus procerae staturae est 29!
34 ibi vidimus monstra quaedam filiorum Enach de genere giganteo
quibus conparati quasi lucustae videbamur
14 igitur vociferans omnis turba flevit nocte illa 11,4! 25,6; Gn 21,16! Idc 2,4; 20,23; I Sm 11,4
2 et murmurati sunt contra Mosen et Aaron cuncti filii Israhel dicentes Ex 16,2!
3 utinam mortui essemus in Aegypto et non in hac vasta solitudine Ex 16,3
utinam pereamus et non inducat nos Dominus in terram istam
ne cadamus gladio et uxores ac liberi nostri ducantur captivi
nonne melius est reverti in Aegyptum Ier 42,14
4 dixeruntque alter ad alterum
constituamus nobis ducem et revertamur in Aegyptum
5 quo audito Moses et Aaron ceciderunt proni in terram 16,4; 20,6
coram omni multitudine filiorum Israhel
6 at vero Iosue filius Nun et Chaleb filius Iepphonne 30! 38!
qui et ipsi lustraverant terram

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr 25 ~ portassent inde c. | 26 [*iterum adest* G] | 28 misistis GΣ | ut] et G | 32 ad hunc] adhuc O | 33 terram GCΛr] terra *cet.* | populum GΛr] populus *cet.* || **14**,2 murmurauerunt O | 3 non[1] *om.* cr. | in aegypto[2] CΛ | 4 alterum] alterutrum G | 5 in terra G | 6 lustrauerunt GO |

sciderunt vestimenta sua
7 et ad omnem multitudinem filiorum
Israhel locuti sunt
Dt 1,25; Idc 18,9 terram quam circuivimus valde bona
est
8 si propitius fuerit Dominus inducet
nos in eam
Ex 13,5! et tradet humum lacte et melle ma-
nantem
9 nolite rebelles esse contra Dominum
neque timeatis populum terrae huius
quia sicut panem ita eos possumus
devorare
recessit ab illis omne praesidium
Gn 26,24; II Par 20,17 Dominus nobiscum est nolite me-
tuere
10 cumque clamaret omnis multitudo
Ex 17,4; I Sm 30,6 et lapidibus eos vellet opprimere
Ex 16,7! apparuit gloria Domini super tectum
foederis cunctis filiis Israhel
11 et dixit Dominus ad Mosen
usquequo detrahet mihi populus iste
Ex 11,9! Ps 77,32 quousque non credent mihi in omni-
bus signis quae feci coram eis
Lv 26,25 12 feriam igitur eos pestilentia atque
consumam
Ex 32,10 te autem faciam principem super
gentem magnam et fortiorem quam
haec est
13 et ait Moses ad Dominum
ut audiant Aegyptii de quorum me-
dio eduxisti populum istum
14 et habitatores terrae huius
qui audierunt quod tu Domine in
populo isto sis
et facie videaris ad faciem
et nubes tua protegat illos
Ex 13,21! et in columna nubis praecedas eos
per diem
et in columna ignis per noctem
15 quod occideris tantam multitudinem
quasi unum hominem
et dicant 16 non poterat introducere
populum in terram pro qua iura- Dt 9,28
verat
idcirco occidit eos in solitudine
17 magnificetur ergo fortitudo Domini Iob 36,22!
sicut iurasti dicens
18 Dominus patiens et multae miseri- Ex 34,6.7!
cordiae
auferens iniquitatem et scelera
nullumque innoxium derelinquens
qui visitas peccata patrum in filios Iob 21,19
in tertiam et quartam generationem
19 dimitte obsecro peccatum populi tui Ex 34,9!
huius
secundum magnitudinem misericor- Ps 50,3!
diae tuae
sicut propitius fuisti egredientibus
de Aegypto usque ad locum istum
20 dixitque Dominus dimisi iuxta ver-
bum tuum
21 vivo ego et implebitur gloria Domini Ps 71,19!
universa terra
22 attamen omnes homines qui vide- Dt 4,34! 10,21! 29,2.3! Ps 45,9; Mt 21,15! Io 2,23!
runt maiestatem meam
et signa quae feci in Aegypto et in Ex 11,9!
solitudine
et temptaverunt me iam per decem
vices
nec oboedierunt voci meae
23 non videbunt terram pro qua iuravi 32,11!
patribus eorum
nec quisquam ex illis qui detraxit mi-
hi intuebitur eam
24 servum meum Chaleb qui plenus
alio spiritu secutus est me Ios 14,8.9!
inducam in terram hanc quam cir-
cuivit
et semen eius possidebit eam Sir 46,11
25 quoniam Amalechites et Chananeus Gn 12,6; 34,30
habitant in vallibus
cras movete castra et revertimini in 21,4; Dt 1,40; 2,1; Idc 11,16
solitudinem per viam maris Rubri
26 locutusque est Dominus ad Mosen
et Aaron dicens

7 terra TMΦ c | 8 propitius + nobis C | in ea G | 9 contra deum AM; coram domino G. | possimus GSM. | illis] eis c | metuere] timere OC | 10 uellent C | ~ uellet eos GS | 11 credet GS | 12 pestilentiam O | 16 poterant A | in terra GΣ | in solitudinem OΛ | 18 in filiis OCΣΛSM | 19 tui *om.* CΣS c | huius *om.* O | 23 detraxerunt G | [*deest* G *usque ad* 15,10] | 25 moue OSTMΦ | in solitudine OS |

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr

27 usquequo multitudo haec pessima
murmurat contra me
querellas filiorum Israhel audivi
28 dic ergo eis
vivo ego ait Dominus
sicut locuti estis audiente me sic faciam vobis
32; 26,65! 1 Cor 10,5; Hbr 3,17 29 in solitudine hac iacebunt cadavera vestra
Ex 30,14 omnes qui numerati estis a viginti annis et supra
et murmurastis contra me
20,12! 24; 32,9. 11.12! Dt 1,37! Ex 6,8! Ios 18,3; Ez 13,9! 20,15 30 non intrabitis terram super quam levavi manum meam ut habitare vos facerem
6! praeter Chaleb filium Iepphonne et Iosue filium Nun
Dt 1,39 31 parvulos autem vestros de quibus dixistis quod praedae hostibus forent
introducam ut videant terram quae vobis displicuit
29! 32 vestra cadavera iacebunt in solitudine
32,13 33 filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta
et portabunt fornicationem vestram
donec consumantur cadavera patrum in deserto
34 iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram
Ez 4,6 annus pro die inputabitur
Ps 94,10 et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras
et scietis ultionem meam
Dt 2,14 35 quoniam sicut locutus sum ita faciam omni multitudini huic pessimae
quae consurrexit adversum me
26,65! in solitudine hac deficiet et morietur
36 igitur omnes viri quos miserat Moses ad contemplandam terram
36.37: Idt 8,24.25 et qui reversi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem
13,33 detrahentes terrae quod esset mala
37 mortui sunt atque percussi in conspectu Domini
38 Iosue autem filius Nun et Chaleb filius Iepphonne 6! 26,65
vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram
39 locutusque est Moses universa verba haec ad omnes filios Israhel
et luxit populus nimis
40 et ecce mane primo surgentes
ascenderunt verticem montis atque dixerunt Dt 1,41
parati sumus ascendere ad locum de quo Dominus locutus est quia peccavimus
41 quibus Moses cur inquit transgredimini verbum Domini quod vobis non cedet in prosperum
42 nolite ascendere non enim est Dominus vobiscum Dt 1,42
ne corruatis coram inimicis vestris
43 Amalechites et Chananeus ante vos sunt
quorum gladio corruetis
eo quod nolueritis adquiescere Domino
nec erit Dominus vobiscum
44 at illi contenebrati ascenderunt in verticem montis Dt 1,43
arca autem testamenti Domini et Moses non recesserunt de castris
45 descenditque Amalechites et Chananeus qui habitabant in monte Dt 1,44
et percutiens eos atque concidens persecutus est usque Horma
15 locutus est Dominus ad Mosen dicens
2 loquere ad filios Israhel et dices ad eos Lv 23,10!
cum ingressi fueritis terram habitationis vestrae quam ego dabo vobis
3 et feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam Ex 18,12! Lv 22,21!
vota solventes vel sponte offerentes munera

AOC ΣΛSTMΦ cr 28 dices CS. | 29 murmurasti S; murmuratis O | 32 uestra + autem C | 33 patrum] uestra C; *om.* Σ. | 38 perrexerunt C | 42 enim *om.* OΣ | 45 habitabat c; habitant M | in montem CΛ. | est + eos c | usque + ad CS || **15**,3 uictimam AO cr 𝔐] + pacificam *cet.* |

aut in sollemnitatibus vestris adolen-
tes odorem suavitatis Domino
III Rg 8,5; II Par 29,33 de bubus sive de ovibus
Lv 7,8! 4—12: 28,12–14! 4 offeret quicumque immolaverit victi-
mam
28,5; Ex 29,40! sacrificium similae decimam partem
oephi conspersae oleo
quod mensuram habebit quartam
partem hin
5 et vinum ad liba fundenda eiusdem
mensurae
dabit in holocausto sive in victima
per agnos singulos
6 et arietis erit sacrificium similae dua-
rum decimarum
quae conspersa sit oleo tertiae partis
hin
7 et vinum ad libamentum tertiae par-
tis eiusdem mensurae
offeret in odorem suavitatis Domino
Ex 24,5! Lv 22,21! 8 quando vero de bubus feceris holo-
caustum aut hostiam
ut impleas votum vel pacificas victi-
mas
9 dabis per singulos boves similae tres
deeimas
conspersae oleo quod habeat me-
dium mensurae hin
10 et vinum ad liba fundenda eiusdem
mensurae
in oblationem suavissimi odoris Do-
mino
11 sic facietis 12 per singulos boves et
arietes et agnos et hedos
13 tam indigenae quam peregrini 14 eo-
dem ritu offerent sacrificia
15 unum praeceptum erit atque iudi-
Lv 24,22! cium
tam vobis quam advenis terrae
16 locutus est Dominus ad Mosen di-
cens
Lv 23,10! 17 loquere filiis Israhel et dices ad eos
18 cum veneritis in terram quam dabo
vobis
19 et comederitis de panibus regionis
illius
separabitis primitias Domino 20 de
cibis vestris Ex 23,19! II Esr 10,37
sicut de areis primitias separatis
21 ita et de pulmentis dabitis primitiva
Domino
22 quod si per ignorantiam praeterieri- Lv 4,13!
tis quicquam horum quae locutus
est Dominus ad Mosen
23 et mandavit per eum ad vos a die
qua coepit iubere et ultra
24 oblitaque fuerit facere multitudo 7,16!
offeret vitulum de armento holocaus-
tum in odorem suavissimum Do-
mino
et sacrificium eius ac liba ut caeri-
moniae postulant
hircumque pro peccato
25 et rogabit sacerdos pro omni multi- Lv 5,10!
tudine filiorum Israhel et dimitte-
tur eis
quoniam non sponte peccaverunt
nihilominus offerentes incensum Do-
mino
pro se et pro peccato atque errore suo
26 et dimittetur universae plebi filiorum
Israhel
et advenis qui peregrinantur inter
vos
quoniam culpa est omnis populi per
ignorantiam
27 quod si anima una nesciens pecca- Lv 4,2!
verit
offeret capram anniculam pro pec- Lv 1,10!
cato suo
28 et deprecabitur pro ea sacerdos Lv 5,18.19!
quod inscia peccaverit coram Do-
mino
inpetrabitque ei veniam et dimitte-
tur illi
29 tam indigenis quam advenis Lv 24,22!
una lex erit omnium qui peccaverint
ignorantes

4 offert OS | conspersam OSTMΦ | 5 in holocaustum ΣΛM c | in uictimam CSM c | 6 et arietis r, *cf.* 𝔐] et arietes *cet.* | 8 feceritis CS | 10 [*iterum adest* G] | 11 facies c. | 21 primitias CΣS | 24 in holocaustum G | 26 uos] eos OCΛ c |

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr

Dt 17,12 30 anima vero quae per superbiam aliquid commiserit
sive civis sit ille sive peregrinus
quoniam adversum Dominum rebellis fuit peribit de populo suo
II Sm 12,9 31 verbum enim Domini contempsit et praeceptum illius fecit irritum
idcirco delebitur et portabit iniquitatem suam
32 factum est autem cum essent filii Israhel in solitudine
et invenissent hominem colligentem ligna in die sabbati
33 obtulerunt eum Mosi et Aaron et universae multitudini
34,35: Lv 24,12–14 34 qui recluserunt eum in carcerem
nescientes quid super eo facere deberent
35 dixitque Dominus ad Mosen
morte moriatur homo iste
obruat eum lapidibus omnis turba extra castra
36 cumque eduxissent eum foras obruerunt lapidibus
et mortuus est sicut praeceperat Dominus
37 dixit quoque Dominus ad Mosen
38 loquere filiis Israhel et dices ad eos
Dt 22,12 ut faciant sibi fimbrias per angulos palliorum
ponentes in eis vittas hyacinthinas
39 quas cum viderint recordentur omnium mandatorum Domini
nec sequantur cogitationes suas et oculos per res varias fornicantes
Lv 20,8! 40 sed magis memores praeceptorum Domini faciant ea
Lv 11,45! sintque sancti Deo suo
41 ego Dominus Deus vester qui eduxi vos de terra Aegypti
ut essem vester Deus
Sir 45,22 **16** ecce autem Core filius Isaar filii Caath filii Levi
12; 26,8.9; Dt 11,6 et Dathan atque Abiram filii Heliab
Hon quoque filius Pheleth de filiis Ruben
2 surrexerunt contra Mosen
aliique filiorum Israhel ducenti quinquaginta viri
proceres synagogae et qui tempore concilii per nomina vocabantur
3 cumque stetissent adversum Mosen et Aaron dixerunt
sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum est et in ipsis est Dominus
cur elevamini super populum Domini
4 quod cum audisset Moses cecidit pronus in faciem 14,5; 20,6
5 locutusque ad Core et ad omnem multitudinem
mane inquit notum faciet Dominus qui ad se pertineant
et sanctos adplicabit sibi et quos elegerit adpropinquabunt ei Ier 30,21
6 hoc igitur facite tollat unusquisque turibula sua 17: Lv 10,1!
tu Core et omne concilium tuum
7 et hausto cras igne ponite desuper thymiama coram Domino Lv 21,6!
et quemcumque elegerit ipse erit sanctus
multum erigimini filii Levi
8 dixitque rursum ad Core
audite filii Levi
9 num parum vobis est quod separavit vos Deus Israhel ab omni populo et iunxit sibi 3,12!
ut serviretis ei in cultu tabernaculi 1,50! Ez 44,11
et staretis coram frequentia populi et ministraretis ei
10 idcirco ad se fecit accedere te et omnes fratres tuos filios Levi
ut vobis etiam sacerdotium vindicetis
11 et omnis globus tuus stet contra Dominum
quid est enim Aaron ut murmuretis Ex 16,7

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr 31 fecerit G | 32 in solitudinem C | in[2] *om.* G | 41 uester deus] deus uester c || **16**,2 alii quoque G; ubique Σ. | filii G | 3 est[1] + cum domino GC | 5 locutusque + est GΣΛM | 9 numquid G; non S. | [*deest* G *usque ad* 18,20] | in cultum C | 10 te *om.* O |

contra eum
1! 12 misit ergo Moses ut vocaret Dathan
et Abiram filios Heliab
qui responderunt non venimus
13 numquid parum est tibi quod edu-
Ex 16,3! xisti nos de terra quae lacte et melle
manabat ut occideres in deserto
nisi et dominatus fueris nostri
Ex 13,5! 14 re vera induxisti nos in terram quae
fluit rivis lactis et mellis
et dedisti nobis possessiones agro-
rum et vinearum
an et oculos nostros vis eruere
non venimus
15 iratusque Moses valde ait ad Domi-
num
ne respicias sacrificia eorum
tu scis quod ne asellum quidem um-
quam acceperim ab eis
nec adflixerim quempiam eorum
16 dixitque ad Core
Ex 16,9 tu et omnis congregatio tua state se-
orsum coram Domino
et Aaron die crastino separatim
6,7; Lv 10,1 17 tollite singuli turibula vestra
Lv 21,6! et ponite super ea incensum
offerentes Domino ducenta quinqua-
ginta turibula
Aaron quoque teneat turibulum su-
um
18 quod cum fecissent stantibus Mosen
et Aaron
19 et coacervassent adversum eos om-
Lv 9,5.6! nem multitudinem ad ostium taber-
naculi
apparuit cunctis gloria Domini
20 locutusque Dominus ad Mosen et
Aaron ait
45 21 separamini de medio congregationis
huius
ut eos repente disperdam
22 qui ceciderunt proni in faciem atque
dixerunt
27,16; Iob 12,10; Ier 32,27! fortissime Deus spirituum universae
carnis

num uno peccante contra omnes tua Lv 10,6! Ios 22,18
ira desaeviet
23 et ait Dominus ad Mosen
24 praecipe universo populo ut separe-
tur a tabernaculis Core et Dathan
et Abiram
25 surrexitque Moses et abiit ad Dathan
et Abiram
et sequentibus eum senioribus Isra-
hel 26 dixit ad turbam
recedite a tabernaculis hominum im- Is 52,11!
piorum
et nolite tangere quae ad eos perti-
nent
ne involvamini in peccatis eorum
27 cumque recessissent a tentoriis eo-
rum per circuitum
Dathan et Abiram egressi stabant in
introitu papilionum suorum Ex 33,8
cum uxoribus et liberis omnique fre-
quentia
28 et ait Moses
in hoc scietis quod Dominus miserit
me ut facerem universa quae cer-
nitis
et non ex proprio ea corde protule-
rim
29 si consueta hominum morte interie-
rint
et visitaverit eos plaga qua et ceteri
visitari solent
non misit me Dominus
30 sin autem novam rem fecerit Domi-
nus
ut aperiens terra os suum degluttiat
eos et omnia quae ad illos pertinent
descenderintque viventes in infer- Ps 54,16
num
scietis quod blasphemaverint Domi-
num
31 confestim igitur ut cessavit loqui
disrupta est terra sub pedibus eorum 26,10; Dt 11,6!
32 et aperiens os suum devoravit illos
cum tabernaculis suis et universa
substantia

AOC ΣΛSTMΦ cr

14 in terra C | 18 mose A r; moyse ΛΜΦ c; moysi ST | 20 locutusque + est ΑΣΛ | aaron + et A | 22 ~ ira tua OS c | 24 separentur C | 29 et^{2} *om.* ΟΣ | 32 substantia + eorum Φ c |

Ps 54,16 33 descenderuntque vivi in infernum
operti humo
et perierunt de medio multitudinis
34 at vero omnis Israhel qui stabat per
gyrum fugit ad clamorem pereuntium dicens
ne forte et nos terra degluttiat
26,10; Lv 10,2! Ps 105,18 35 sed et ignis egressus a Domino interfecit ducentos quinquaginta viros
qui offerebant incensum
36 locutusque est Dominus ad Mosen
dicens
37 praecipe Eleazaro filio Aaron sacerdotis
ut tollat turibula quae iacent in incendio
et ignem huc illucque dispergat
quoniam sanctificata sunt
38 in mortibus peccatorum
producatque ea in lamminas et adfigat altari
eo quod oblatum sit in eis incensum Domino et sanctificata sint
17,10 ut cernant ea pro signo et monumento filii Israhel
39 tulit ergo Eleazar sacerdos turibula aenea in quibus obtulerant hii quos incendium devoravit
et produxit ea in lamminas adfigens altari
40 ut haberent postea filii Israhel quibus commonerentur
II Par 26,18 ne quis accedat alienigena et qui non est de semine Aaron
ad offerendum incensum Domino
ne patiatur sicut passus est Core et omnis congregatio eius
loquente Domino ad Mosen
Ex 16,2! 41 murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israhel sequenti die
contra Mosen et Aaron dicens
vos interfecistis populum Domini
42 cumque oreretur seditio et tumultus increresceret
43 Moses et Aaron fugerunt ad tabernaculum foederis
quod postquam ingressi sunt operuit nubes et apparuit gloria Domini Ex 40,32!
44 dixitque Dominus ad Mosen
45 recedite de medio huius multitudinis 21; Gn 19,14
etiam nunc delebo eos
cumque iacerent in terra
46 dixit Moses ad Aaron
tolle turibulum et hausto igne de altari mitte incensum desuper Lv 10,1!
pergens cito ad populum ut roges pro eis
iam enim egressa est ira a Domino 11,33
et plaga desaevit
47 quod cum fecisset Aaron et cucurrisset ad mediam multitudinem
quam iam vastabat incendium
obtulit thymiama
48 et stans inter mortuos ac viventes Sap 18,21
pro populo deprecatus est et plaga cessavit
49 fuerunt autem qui percussi sunt quattuordecim milia hominum et septingenti
absque his qui perierant in seditione Core
50 reversusque est Aaron ad Mosen ad ostium tabernaculi foederis postquam quievit interitus
17 et locutus est Dominus ad Mosen dicens
2 loquere ad filios Israhel et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas 6
a cunctis principibus tribuum virgas duodecim
et uniuscuiusque nomen superscribes virgae suae
3 nomen autem Aaron erit in tribu Levi
et una virga cunctas eorum familias continebit
4 ponesque eas in tabernaculo foederis 7
coram testimonio ubi loquar ad te Ex 25,22!

AOC
ΣΛSTMΦ
cr

34 stabant C | fugiunt C. | dicentes C | 36 [*hic incip. cap.* 17 𝔐] | 37 sacerdoti Λ c | 50 mosen – et ΟΣΛΤΜ 17,3 eorum] scorsum ATΦ c

5 quem ex his elegero germinabit virga
eius
et cohibebo a me querimonias filio-
rum Israhel quibus contra vos mur-
murant
6 locutusque est Moses ad filios Israhel
2 et dederunt ei omnes principes virgas
per singulas tribus
fueruntque virgae duodecim absque
virga Aaron
4 7 quas cum posuisset Moses coram
Domino in tabernaculo testimonii
8 sequenti die regressus invenit ger-
minasse virgam Aaron in domo
Levi
et turgentibus gemmis eruperant flo-
res
qui foliis dilatatis in amigdalas de-
formati sunt
9 protulit ergo Moses omnes virgas de
conspectu Domini ad cunctos filios
Israhel
videruntque et receperunt singuli
virgas suas
10 dixitque Dominus ad Mosen
refer virgam Aaron in tabernaculum
16,38 testimonii ut servetur ibi
in signum rebellium filiorum
et quiescant querellae eorum a me
ne moriantur
Ex 40,14! 11 fecitque Moses sicut praeceperat
Dominus
12 dixerunt autem filii Israhel ad Mosen
ecce consumpti sumus omnes peri-
vimus
1,51! 13 quicumque accedit ad tabernaculum
Domini moritur
num usque ad internicionem cuncti
delendi sumus
18 dixitque Dominus ad Aaron
tu et filii tui et domus patris tui te-
cum
Ex 28,38 portabitis iniquitatem sanctuarii
et tu et filii tui simul sustinebitis pec-
cata sacerdotii vestri
2 sed et fratres tuos de tribu Levi et 3,6!
sceptro patris tui sume tecum
praestoque sint et ministrent tibi
tu autem et filii tui ministrabitis in
tabernaculo testimonii
3 excubabuntque Levitae ad praecepta 1,50!
tua et ad cuncta opera tabernaculi
ita dumtaxat ut ad vasa sanctuarii
et altare non accedant
ne et illi moriantur et vos pereatis
simul
4 sint autem tecum et excubent in cus-
todiis tabernaculi
et in omnibus caerimoniis eius
alienigena non miscebitur vobis
5 excubate in custodia sanctuarii et in 1,53!
ministerio altaris
ne oriatur indignatio super filios Is-
rahel
6 ego dedi vobis fratres vestros Levitas 6,7; 3,8–10!
de medio filiorum Israhel
et tradidi donum Domino ut serviant II Par 29,11
in ministeriis tabernaculi eius
7 tu autem et filii tui custodite sacer-
dotium vestrum
et omnia quae ad cultum altaris per-
tinent et intra velum sunt
per sacerdotes administrabuntur
si quis externus accesserit occidetur 1,51!
8 locutus est Dominus ad Aaron
ecce dedi tibi custodiam primitiarum 11: 5,9; 31,29.41; Ex 29,28! I Sm 2,28
mearum
omnia quae sanctificantur a filiis Is-
rahel tibi tradidi et filiis tuis
pro officio sacerdotali legitima sem-
piterna
9 haec ergo accipies de his quae sancti-
ficantur et oblata sunt Domino
omnis oblatio et sacrificium Lv 2,3!
et quicquid pro peccato atque de-
licto redditur mihi et cedet in sancta
sanctorum
tuum erit et filiorum tuorum

8 egressus O; ingressus S. | dilatati AOΛ | 10 filiorum OSr𝔐] + israhel *cet.* | 12 per-
iuimus AOcr] peribimus *cet.* | 13 morietur AΛ || 18,2 sceptrum AΣΛSc | 3 et[2] + ad
ACΛSc | 8 locutusque est c | ~ tradidi tibi c. | 9 cedit c; cecidit Σ. |

AOC ΣΛSTMΦ cr

Lv 6,16! [10]in sanctuario comedes illud
Lv 6,18! mares tantum edent ex eo quia consecratum est tibi
8! [11]primitias autem quas voverint et obtulerint filii Israhel
tibi dedi et filiis ac filiabus tuis iure perpetuo
Lv 22,11! qui mundus est in domo tua vescetur eis
27,28; Ex 23,19! Dt 18,3.4; Ez 44,30 [12]omnem medullam olei et vini ac frumenti
quicquid offerunt primitiarum Domino tibi dedi
Sir 45,25 [13]universa frugum initia quas gignit humus et Domino deportantur cedent in usus tuos
Lv 22,11! qui mundus est in domo tua vescetur eis
Lv 27,21; Ez 44,29 [14]omne quod ex voto reddiderint filii Israhel tuum erit
[15]quicquid primum erumpet e vulva cunctae carnis quam offerunt Domino
sive ex hominibus sive de pecoribus fuerit tui iuris erit
3,46.47; Ex 13,13; 34,20 ita dumtaxat ut pro hominis primogenito pretium accipias
et omne animal quod inmundum est redimi facias
[16]cuius redemptio erit post unum mensem
Ex 30,13! siclis argenti quinque pondere sanctuarii
siclus viginti obolos habet
Lv 27,28! [17]primogenitum autem bovis et ovis et caprae non facies redimi
quia sanctificata sunt Domino
Lv 1,5! 17,6! Dt 12,27 sanguinem tantum eorum fundes super altare
Lv 1,9! et adipes adolebis in suavissimum odorem Domino
Ex 29,27.28! [18]carnes vero in usum tuum cedent
sicut pectusculum consecratum et armus dexter tua erunt
[19]omnes primitias sanctuarii quas offerunt filii Israhel Domino
tibi dedi et filiis ac filiabus tuis iure perpetuo
pactum salis est sempiternum coram Domino tibi ac filiis tuis Lv 2,13! II Par 13,5
[20]dixitque Dominus ad Aaron
in terra eorum nihil possidebitis Dt 10,9! 12,12; 14,27; Ios 14,3; Sir 45,27; Ez 44,28
nec habebitis partem inter eos
ego pars et hereditas tua in medio filiorum Israhel
[21]filiis autem Levi dedi omnes decimas Israhelis in possessionem 24,26; Gn 14,20! II Par 31,4; II Esr 10,37
pro ministerio quo serviunt mihi in tabernaculo foederis
[22]ut non accedant ultra filii Israhel ad tabernaculum 3,10!
nec committant peccatum mortiferum
[23]solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus
et portantibus peccata populi
legitimum sempiternum erit in generationibus vestris Lv 10,9!
nihil aliud possidebunt [24]decimarum oblatione contenti 21!
quas in usus eorum et necessaria separavi
[25]locutusque est Dominus ad Mosen dicens
[26]praecipe Levitis atque denuntia
cum acceperitis a filiis Israhel decimas quas dedi vobis 21! Ex 22,29! II Esr 10,38
primitias earum offerte Domino
id est decimam partem decimae
[27]ut reputetur vobis in oblationem primitivorum 30
tam de areis quam de torcularibus 12
[28]et universis quorum accipitis primitias
offerte Domino et date Aaron sacerdoti

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr 10 comedet O.; comeditis AS. | 11 filiis + tuis c. | ex eis C | 13 portantur O; deputantur T | 15 erumpit ATMΦ c | accipies CM. | 17 adipem OTMΦ r | 18 tuae erunt CAS | 19 salis] salutis ΣΛ; pacis Φ | 20 [*iterum adest* G] | possedebis S | habebis G | 21 israhel GΣ | 22 tabernaculum + foederis TMΦ r | 26 eorum GCΣ | 27 in oblatione GAS | 28 date + ea GM |

29 omnia quae offertis ex decimis et in donaria Domini separatis
optima et electa erunt
27 30 dicesque ad eos
si praeclara et meliora quaeque obtuleritis ex decimis
reputabitur vobis quasi de area et torculari dederitis primitias
31 et comedetis eas in omnibus locis vestris
tam vos quam familiae vestrae
quia pretium est pro ministerio quo servitis in tabernaculo testimonii
32 et non peccabitis super hoc
egregia vobis et pinguia reservantes
ne polluatis oblationes filiorum Israhel et moriamini

19 locutusque est Dominus ad Mosen et Aaron dicens
2 ista est religio victimae quam constituit Dominus
Dt 21,3; 1 Sm 6,7 praecipe filiis Israhel ut adducant ad te vaccam rufam aetatis integrae
in qua nulla sit macula nec portaverit iugum
3 tradetisque eam Eleazaro sacerdoti
Lv 4,4! qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium
4 et tinguens digitum in sanguine eius
asperget contra fores tabernaculi septem vicibus
5 conburetque eam cunctis videntibus
tam pelle et carnibus eius quam sanguine et fimo flammae traditis
Lv 14,4 6 lignum quoque cedrinum et hysopum coccumque bis tinctum
sacerdos mittet in flammam quae vaccam vorat
Lv 14,8! 7 et tunc demum lotis vestibus et corpore suo ingredietur in castra
commaculatusque erit usque ad vesperam
Lv 16,28! 8 sed et ille qui conbuserit eam
lavabit vestimenta sua et corpus
et inmundus erit usque ad vesperam
9 colliget autem vir mundus cineres vaccae
et effundet eos extra castra in loco purissimo Lv 6,11
ut sint multitudini filiorum Israhel in custodiam et in aquam aspersionis
quia pro peccato vacca conbusta est
10 cumque laverit qui vaccae portaverat cineres vestimenta sua Lv 11,25!
inmundus erit usque ad vesperum
habebunt hoc filii Israhel et advenae qui habitant inter eos sanctum iure perpetuo
11 qui tetigerit cadaver hominis et propter hoc septem diebus fuerit inmundus 16; 31,19! Lv 5,2! 22,4!
12 aspergetur ex hac aqua die tertio et septimo et sic mundabitur 19
si die tertio aspersus non fuerit septimo non poterit emundari
13 omnis qui tetigerit humanae animae morticinum 20; Lv 22,4!
et aspersus hac commixtione non fuerit
polluet tabernaculum Domini et peribit ex Israhel
quia aqua expiationis non est aspersus
inmundus erit et manebit spurcitia eius super eum
14 ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo
omnes qui ingrediuntur tentorium illius
et universa vasa quae ibi sunt polluta erunt septem diebus
15 vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper inmundum erit
16 si quis in agro tetigerit cadaver oc- 11!

29 offeretis ... separabitis Σ c | 30 et² + de O | 31 comeditis OS. | ea C || **19**,1 locutus est OΣ | 2 portauit OS. | 4 et intingens O | 5 tradatis S; tradetis CΣΛT | 6 in flamma G | 7 uesperum ΣTMΦ c | 8 uesperum GTMΦ c | 10 portauerit GΣS | uesperam CΣΛ; uesperem S. | eos] uos A | 12 potest O | 14 [*adest* l *passim usque ad* 23,4] | uasa *om.* G |

GAOC ΣΛSTMΦ(l) cr

cisi hominis aut per se mortui
sive os illius vel sepulchrum inmundus erit septem diebus
17 tollent de cineribus conbustionis atque peccati
et mittent aquas vivas super eos in vas
18 in quibus cum homo mundus tinxerit hysopum
asperget eo omne tentorium et cunctam supellectilem
et homines huiuscemodi contagione pollutos
12! 19 atque hoc modo mundus lustrabit inmundum tertio et septimo die
expiatusque die septimo lavabit et se et vestimenta sua et mundus erit ad vesperam
13 20 si quis hoc ritu non fuerit expiatus
peribit anima illius de medio ecclesiae
quia sanctuarium Domini polluit et non est aqua lustrationis aspersus
21 erit hoc praeceptum legitimum sempiternum
ipse quoque qui aspergit aquas lavabit vestimenta sua
omnis qui tetigerit aquas expiationis inmundus erit usque ad vesperam
Lv 5,2! Agg 2,14 22 quicquid tetigerit inmundus inmundum faciet
et anima quae horum quippiam tetigerit inmunda erit usque ad vesperum
13,27; 33,36 **20** veneruntque filii Israhel et omnis multitudo in desertum Sin mense primo
Dt 1,46; Idc 11,17 et mansit populus in Cades
mortuaque est ibi Maria et sepulta in eodem loco
Ex 16,2! 17,1! 2 cumque indigeret aqua populus coierunt adversum Mosen et Aaron
3 et versi in seditionem dixerunt 3—5: Ex 16,3
utinam perissemus inter fratres nostros coram Domino
4 cur eduxistis ecclesiam Domini in solitudinem 21,5! IV Esr 1,18
ut et nos et nostra iumenta moriantur
5 quare nos fecistis ascendere de Aegypto
et adduxistis in locum istum pessimum qui seri non potest
qui nec ficum gignit nec vineas nec mala granata
insuper et aquam non habet ad bibendum Ex 17,1!
6 ingressusque Moses et Aaron dimissa multitudine tabernaculum foederis
corruerunt proni in terram 14,5; 16,4
et apparuit gloria Domini super eos Lv 9,23!
7 locutusque est Dominus ad Mosen dicens Ex 17,5.6
8 tolle virgam et congrega populum tu et Aaron frater tuus
et loquimini ad petram coram eis et illa dabit aquas
cumque eduxeris aquam de petra bibet omnis multitudo et iumenta eius I Cor 10,4
9 tulit igitur Moses virgam quae erat in conspectu Domini sicut praeceperat ei
10 congregata multitudine ante petram dixitque eis
audite rebelles et increduli
num de petra hac vobis aquam poterimus eicere
11 cumque elevasset Moses manum percutiens virga bis silicem Ex 17,6!
egressae sunt aquae largissimae

GAOC ΣΛSTMΦI cr 17 tollentque c | 18 eo] ex eo TMΦc; *om.* O | 19 mundus²] inmundus ΣΦc | erit + usque ΣTMΦIc | uesperum Tc | 21 asperget C | uesperum ΛTc | 22 uesperam OCΣΛSMΦ || **20**,2 coierunt] conuenerunt c | 4 eduxisti OS | ~ iumenta nostra CI | moriamur CΣMc | 5 malogranata ΛΣTc; malum granatum C. | 6 terram + clamaueruntque ad dominum atque dixerunt domine deus audi clamorem populi huius (~ huius populi c) et aperi (aperies MΦ) eis (*om.* MΦ) thesaurum tuum fontem aquae uiuae ut satiati cesset murmuratio eorum ΛTMΦc | 11 uirgam O; *om.* S |

Is 43,20; 49,10! IV Esr 1,20 ita ut et populus biberet et iumenta
12 dixitque Dominus ad Mosen et Aaron
27,14; Dt 32,51.52! quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis Israhel
14,30! Dt 4,21 non introducetis hos populos in terram quam dabo eis
27,14; Ex 17,7; Gn 26,20; Dt 32,51; Ps 105,32 13 haec est aqua Contradictionis ubi iurgati sunt filii Israhel contra Dominum
et sanctificatus est in eis
Idc 11,17 14 misit interea nuntios Moses de Cades ad regem Edom qui dicerent
haec mandat frater tuus Israhel
nosti omnem laborem qui adprehendit nos
15 quomodo descenderint patres nostri in Aegyptum
Ex 12,40 et habitaverimus ibi multo tempore
Ex 3,7! Dt 26,6 adflixerintque nos Aegyptii et patres nostros
16 et quomodo clamaverimus ad Dominum et exaudierit nos
Lv 25,42! miseritque angelum qui eduxerit nos de Aegypto
ecce in urbe Cades quae est in extremis finibus tuis positi
21,22; Dt 2,27! Idc 11,17 17 obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam
non ibimus per agros nec per vineas
non bibemus aquas de puteis tuis
sed gradiemur via publica
nec ad dextram nec ad sinistram declinantes
donec transeamus terminos tuos
18 cui respondit Edom
non transibis per me alioquin armatus occurram tibi
19 dixeruntque filii Israhel
per tritam gradiemur viam
Dt 2,6 et si biberimus aquas tuas nos et pecora nostra
dabimus quod iustum est
nulla erit in pretio difficultas
tantum velociter transeamus
20 at ille respondit non transibis
statimque egressus est obvius cum infinita multitudine et manu forti
21 nec voluit adquiescere deprecanti
ut concederet transitum per fines suos II Par 20,10
quam ob rem devertit ab eo Israhel
22 cumque castra movissent de Cades 33,37
venerunt in montem Or qui est in finibus terrae Edom
23 ubi locutus est Dominus ad Mosen
24 pergat inquit Aaron ad populos suos 27,13!
non enim intrabit terram quam dedi 14,30!
filiis Israhel
eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas Contradictionis
25 tolle Aaron et filium eius cum eo et duces eos in montem Or 33,38!
26 cumque nudaveris patrem veste sua
indues ea Eleazarum filium eius Is 22,21
et Aaron colligetur et morietur ibi
27 fecit Moses ut praeceperat Dominus Ex 40,14!
et ascenderunt in montem Or coram 33,38!
omni multitudine
28 cumque Aaron spoliasset vestibus suis
induit eis Eleazarum filium eius
29 illo mortuo in montis supercilio descendit cum Eleazaro
30 omnis autem multitudo videns oc- 1 Sm 25,1!
cubuisse Aaron
flevit super eo triginta diebus per Dt 34,8
cunctas familias suas
21 quod cum audisset Chananeus rex 33,40
Arad qui habitabat ad meridiem Idc 1,16
venisse scilicet Israhel per exploratorum viam
pugnavit contra illum et victor existens duxit ex eo praedam

11 et[1] *om.* ACΛSMIc | 12 eis] uobis GT. | 15 adflixeruntque CTΦI | 18 transibitis GAOC
ΣTMΦ | 19 nullaque C | 20 transibis GAO cr𝔐] transibitis *cet.* | 21 diuertit CΣIcr | ΣΛSTMΦI
22 mouisset G | in monte GΣ | 24 fuit CSI | 25 in monte GΣ | 26 ea *om.* GCSI | et[1] cr
om. c. | 27 in monte G | 28 aaronem O | 30 obisse S.; quia occubuisset C. | super eum
AΣS | suas *om.* G || **21**,1 in meridie G |

2 at Israhel voto se Domino obligans ait
si tradideris populum istum in manu mea delebo urbes eius
3 exaudivitque Dominus preces Israhel et tradidit Chananeum
quem ille interfecit subversis urbibus eius
Idc 1,17 et vocavit nomen loci illius Horma id est anathema
14,25! 4 profecti sunt autem et de monte Or
per viam quae ducit ad mare Rubrum
Idc 11,18 ut circumirent terram Edom
et taedere coepit populum itineris ac laboris
5 locutusque contra Deum et Mosen ait
20,4! Ex 14,11; 17,3 cur eduxisti nos de Aegypto ut moreremur in solitudine
deest panis non sunt aquae
11,6 anima nostra iam nausiat super cibo isto levissimo
Dt 8,15; Sap 16,5 6 quam ob rem misit Dominus in populum ignitos serpentes
ad quorum plagas et mortes plurimorum
7 venerunt ad Mosen atque dixerunt
peccavimus quia locuti sumus contra Dominum et te
ora ut tollat a nobis serpentes
oravit Moses pro populo 8 et locutus est Dominus ad eum
fac serpentem et pone eum pro signo
qui percussus aspexerit eum vivet
IV Rg 18,4; Io 3,14 9 fecit ergo Moses serpentem aeneum et posuit pro signo
quem cum percussi aspicerent sanabantur
33,43.44 10 profectique filii Israhel castrametati sunt in Oboth

11 unde egressi fixere tentoria in Hieabarim
in solitudine quae respicit Moab contra orientalem plagam Dt 2,8; Idc 11,18
12 et inde moventes venerunt ad torrentem Zared Dt 2,13
13 quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon
quae est in deserto et prominet in finibus Amorrei
siquidem Arnon terminus est Moab dividens Moabitas et Amorreos 22,36; Idc 11,18
14 unde dicitur in libro bellorum Domini
sicut fecit in mari Rubro sic faciet in torrentibus Arnon
15 scopuli torrentium inclinati sunt
ut requiescerent in Ar et recumberent in finibus Moabitarum
16 ex eo loco apparuit puteus super quo locutus est Dominus ad Mosen
congrega populum et dabo ei aquam
17 tunc cecinit Israhel carmen istud
ascendat puteus concinebant
18 puteus quem foderunt principes et paraverunt duces multitudinis
in datore legis et in baculis suis
de solitudine Matthana
19 de Matthana Nahalihel
de Nahalihel in Bamoth
20 de Bamoth vallis est in regione Moab in vertice Phasga 23,28
et quod respicit contra desertum
21 misit autem Israhel nuntios ad Seon regem Amorreorum dicens 21—24: Idc 11,19–22 21—26: Dt 2,26–36
22 obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam 20,17!
non declinabimus in agros et vineas
non bibemus aquas ex puteis
via regia gradiemur donec transeamus terminos tuos

(G)AOC ΣΛSTMΦI cr 2 domino obligans] obligans domino ΣS; offerens domino C.; obligans G | 4 populus G | 5 locutusque + est C | deum] dominum GCΣTMΦ | 7 dominum] deum A | orauitque c | 8 serpentem + aeneum GΦc | aspexit O | 9 posuit + eum CSMc | cum percussi aspicerent] percussi aspicientes CΣΛ | 11 in solitudinem OM | 16 et ex eo O | 18 in² *om.* O | suis + profectique C; + profecitque G. | 19 de¹] et de C | matthana + in c | 20 et *om.* Σc | quod] quo r. | 21 [*deest* G *usque ad* 23,2] | 22 bibimus AS | puteis + quia Cl. |

[23] qui concedere noluit ut transiret Israhel per fines suos
Dt 29,7.8! quin potius exercitu congregato egressus est obviam in desertum
et venit in Iasa pugnavitque contra eum
[24] a quo percussus est in ore gladii et possessa est terra eius
Dt 2,37; Ios 12,2 ab Arnon usque Iebboc et filios Ammon
quia forti praesidio tenebantur termini Ammanitarum
[25] tulit ergo Israhel omnes civitates eius
31; Ios 13,10 et habitavit in urbibus Amorrei
Ios 13,17; Idc 11,26 in Esebon scilicet et viculis eius
[26] urbs Esebon fuit regis Seon Amorrei
qui pugnavit contra regem Moab
et tulit omnem terram quae dicionis illius fuerat usque Arnon
[27] idcirco dicitur in proverbio
32,37 venite in Esebon aedificetur et construatur civitas Seon
28,29; Ier 48,45.46 [28] ignis egressus est de Esebon flamma de oppido Seon
Is 15,1 et devoravit Ar Moabitarum et habitatores excelsorum Arnon
[29] vae tibi Moab peristi popule Chamos
dedit filios eius in fugam et filias in captivitatem regi Amorreorum Seon
[30] iugum ipsorum disperiit ab Esebon usque Dibon
lassi pervenerunt in Nophe et usque Medaba
25! [31] habitavit itaque Israhel in terra Amorrei
[32] misitque Moses qui explorarent Iazer
cuius ceperunt viculos et possederunt habitatores
33–35: Dt 3,1–3 [33] verteruntque se et ascenderunt per viam Basan
Dt 29,7; Ios 8,14; II Esr 9,22; Ps 134,11.12; 135,19–22 et occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo pugnaturus in Edrai
[34] dixitque Dominus ad Mosen
ne timeas eum quia in manu tua tradidi illum Dt 2,24!
et omnem populum ac terram eius
faciesque illi sicut fecisti Seon regi Amorreorum habitatori Esebon
[35] percusserunt igitur et hunc cum filiis suis Dt 7,2! Ios 10,33
universumque populum eius usque ad internicionem Idc 4,16
et possederunt terram illius

22 profectique castrametati sunt in campestribus Moab 26,3! 31,12; 33,48.49; 35,1!
ubi trans Iordanem Hierichus sita est
[2] videns autem Balac filius Sepphor omnia quae fecerat Israhel Amorreo
[3] et quod pertimuissent eum Moabitae Ex 15,15
et impetum eius ferre non possent
[4] dixit ad maiores natu Madian
ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur
quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere
ipse erat eo tempore rex in Moab
[5] misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ariolum Dt 23,4!
qui habitabat super flumen terrae filiorum Ammon
ut vocarent eum et dicerent
ecce egressus est populus ex Aegypto 11
qui operuit superficiem terrae sedens contra me
[6] veni igitur et maledic populo huic quia fortior me est 17; 23,7; Gn 27,29!
si quo modo possim percutere et eicere eum de terra mea
novi enim quod benedictus sit cui benedixeris
et maledictus in quem maledicta congesseris
[7] perrexerunt seniores Moab et maio-

23 ut transiret] transire O | 24 usque + in Al | 26 ~ seon regis lc | 30 in nophe CS cr𝔐] in ophe OΣΛl; in iophe ATMΦ | 34 illum] eum O || 22,1 hiericho ΣΛMΦ cr | 6 quia] qui OCSTΦl; qua Σ. | 7 perrexeruntque c. |

AOC ΣΛSTMΦl cr

res natu Madian
habentes divinationis pretium in manibus
cumque venissent ad Balaam et narrassent ei omnia verba Balac [8]ille
respondit
19 manete hic nocte et respondebo quicquid mihi dixerit Dominus
manentibus illis apud Balaam venit
Deus et ait ad eum
[9]quid sibi volunt homines isti apud te
[10]respondit Balac filius Sepphor rex
Moabitarum misit ad me [11]dicens
5.61! ecce populus qui egressus est de Aegypto operuit superficiem terrae
veni et maledic ei si quo modo possim pugnans abicere eum
[12]dixitque Deus ad Balaam
noli ire cum eis neque maledicas populo quia benedictus est
[13]qui mane consurgens dixit ad principes
ite in terram vestram quia prohibuit me Deus venire vobiscum
[14]reversi principes dixerunt ad Balac
noluit Balaam venire nobiscum
[15]rursum ille multo plures et nobiliores quam ante miserat misit
[16]qui cum venissent ad Balaam dixerunt
sic dicit Balac filius Sepphor ne cuncteris venire ad me
24.11 [17]paratum honorare te et quicquid volueris dare
6! veni et maledic populo isti
[18]respondit Balaam
24.13! si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti et auri
38! non potero inmutare verbum Domini Dei mei
ut vel plus vel minus loquar
8! [19]obsecro ut hic maneatis etiam hac
nocte
et scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus
[20]venit ergo Deus ad Balaam nocte et
ait ei
si vocare te venerunt homines isti
surge et vade cum eis 35!
ita dumtaxat ut quod tibi praecepero facias
[21]surrexit Balaam mane
et strata asina profectus est cum eis
[22]et iratus est Deus stetitque angelus Domini in via contra Balaam
qui sedebat asinae et duos pueros habebat secum
[23]cernens asina angelum stantem in 31
via evaginato gladio
avertit se de itinere et ibat per agrum
quam cum verberaret Balaam et vellet ad semitam reducere
[24]stetit angelus in angustiis duarum maceriarum quibus vineae cingebantur
[25]quem videns asina iunxit se parieti et adtrivit sedentis pedem
at ille iterum verberabat
[26]et nihilominus angelus ad locum angustum transiens
ubi nec ad dextram nec ad sinistram poterat deviari obvius stetit
[27]cumque vidisset asina stantem angelum concidit sub pedibus sedentis
qui iratus vehementius caedebat fuste latera
[28]aperuitque Dominus os asinae et lo- II Pt 2.16
cuta est
quid feci tibi cur percutis me ecce iam tertio
[29]respondit Balaam
quia commeruisti et inlusisti mihi
utinam haberem gladium ut te percuterem

AOC ΣΛSTMΦl cr

11 abigere CΣΛTMΦc | 12 deus] dominus OΣ | 13 deus] dominus Σc | 16 dixerunt + ei C.; + ad eum M | 17 paratum habeo Λ; paratus sum CΣc; *alterutram lect. habere vid.* l | dare] dabo CMl(*vid.*); dabo tibi Φc | 20 deus] dominus CT | 21 asina + sua TMΦc | 22 insidebat c | asinam CΦ; asina S. | 24 angustis OTΦ | 25 uerberabat + eam ΣSc | 26 deuiare OΛSc | 27 concidit] cecidit OTMΦr | latera + eius AΣΛM cr; + ei S. | 29 commeruisti] conteruisti Σ.; teruisti Λ.; conminuisti C | ~ percuterem te O |

30 dixit asina nonne animal tuum sum
cui semper sedere consuesti usque
in praesentem diem
dic quid simile umquam fecerim tibi
at ille ait numquam
Gn 21,19! 31 protinus aperuit Dominus oculos
Balaam
23; Ios 5,13 et vidit angelum stantem in via eva-
ginato gladio
adoravitque eum pronus in terram
32 cui angelus cur inquit tertio verberas
asinam tuam
ego veni ut adversarer tibi
quia perversa est via tua mihique
contraria
33 et nisi asina declinasset de via dans
locum resistenti
te occidissem et illa viveret
34 dixit Balaam
peccavi nesciens quod tu stares con-
tra me
et nunc si displicet tibi ut vadam re-
vertar
20; 24,13! 35 ait angelus vade cum istis et cave ne
aliud quam praecepero tibi loquaris
ivit igitur cum principibus
36 quod cum audisset Balac egressus
est in occursum eius
21,13! in oppido Moabitarum quod situm
est in extremis finibus Arnon
37 dixitque ad Balaam
misi nuntios ut vocarent te
cur non statim venisti ad me
an quia mercedem adventui tuo red-
dere nequeo
38 cui ille respondit
ecce adsum
18! 23,12 numquid loqui potero aliud nisi
quod Deus posuerit in ore meo
39 perrexerunt ergo simul et venerunt
in urbem quae in extremis regni
eius finibus erat
40 cumque occidisset Balac boves et
oves
misit ad Balaam et principes qui
cum eo erant munera
41 mane autem facto duxit eum ad ex- 23,14!
celsa Baal
et intuitus est extremam partem po-
puli
23 dixitque Balaam ad Balac 29,30
aedifica mihi hic septem aras 1–7: 14–18
et para totidem vitulos eiusdemque
numeri arietes
2 cumque fecisset iuxta sermonem Ba-
laam
inposuerunt simul vitulum et arietem
super aram
3 dixitque Balaam ad Balac
sta paulisper iuxta holocaustum tu-
um donec vadam
si forte occurrat mihi Dominus
et quodcumque imperaverit loquar
tibi
4 cumque abisset velociter occurrit ei
Deus
locutusque ad eum Balaam
septem inquit aras erexi et inposui
vitulum et arietem desuper
5 Dominus autem posuit verbum in
ore eius et ait
revertere ad Balac et haec loqueris
6 reversus invenit stantem Balac iuxta
holocaustum suum
et omnes principes Moabitarum
7 adsumptaque parabola sua dixit 24,3.15! 20.21
de Aram adduxit me Balac rex Moa- Dt 23,4!
bitarum de montibus orientis
veni inquit et maledic Iacob 22,6!
propera et detestare Israhel
8 quomodo maledicam cui non male-
dixit Deus
qua ratione detester quem Dominus
non detestatur
9 de summis silicibus videbo eum 24,17
et de collibus considerabo illum
populus solus habitabit et inter gen- Dt 33,28!
tes non reputabitur

30 tuus CΣΛ | consueuisti STΦc | 31 euaginatum gladium Φ; + tenentem O; + in manu tenentem TΦ | 35 principibus + moab C | 37 uocarem te Ac || 23,3 [*iterum adest* G] | 4 ei] illi Σc | [*deest* l *usque ad* 26,64] | 8 dominus] deus CΣS | 9 illum] eum O |

(G)AOC ΣΛSTMΦ(l) cr

Gn 13,16 [10]quis dinumerare possit pulverem Ia-
cob et nosse numerum stirpis Isra-
hel
moriatur anima mea morte iustorum
et fiant novissima mea horum similia
[11]dixitque Balac ad Balaam
quid est hoc quod agis
24,10; Dt 23,5 ut malediceres inimicis vocavi te
et tu e contrario benedicis eis
[12]cui ille respondit
22,38! num aliud possum loqui nisi quod
iusserit Dominus
27 [13]dixit ergo Balac
veni mecum in alterum locum
unde partem Israhelis videas et to-
tum videre non possis
inde maledicito ei
28; 22,41 [14]cumque duxisset eum in locum sub-
14–18: 1–7 limem super verticem montis Phas-
ga
aedificavit Balaam septem aras
et inpositis supra vitulo atque ariete
[15]dixit ad Balac
sta hic iuxta holocaustum tuum do-
nec ego pergam obvius
[16]cui cum Dominus occurrisset po-
suissetque verbum in ore eius ait
revertere ad Balac et haec loqueris ei
[17]reversus invenit eum stantem iuxta
holocaustum suum
et principes Moabitarum cum eo
ad quem Balac quid inquit locutus
est Dominus
[18]at ille adsumpta parabola sua ait
sta Balac et ausculta audi fili Sep-
phor
Is 31,2; Os 11,9; Hbr 6,18 [19]non est Deus quasi homo ut mentia-
tur
I Sm 15,29 nec ut filius hominis ut mutetur
dixit ergo et non faciet locutus est et
non implebit
[20]ad benedicendum adductus sum be-
nedictionem prohibere non valeo

[21]non est idolum in Iacob nec videtur
simulacrum in Israhel
Dominus Deus eius cum eo est et
clangor victoriae regis in illo
[22]Deus eduxit eum de Aegypto 24,8; Lv 11,45!
cuius fortitudo similis est rinocerotis
[23]non est augurium in Iacob nec divi-
natio in Israhel
temporibus suis dicetur Iacob et Is-
raheli quid operatus sit Deus
[24]ecce populus ut leaena consurget et
quasi leo erigetur
non accubabit donec devoret prae-
dam et occisorum sanguinem bibat
[25]dixitque Balac ad Balaam
nec maledicas ei nec benedicas
[26]et ille nonne ait dixi tibi quod quic-
quid mihi Deus imperaret hoc fa-
cerem
[27]et ait Balac ad eum 13
veni et ducam te ad alium locum
si forte placeat Deo ut inde maledi-
cas eis
[28]cumque duxisset eum super verti- 14! 21,20
cem montis Phogor qui respicit so-
litudinem
[29]dixit ei Balaam 1,2
aedifica mihi hic septem aras
et para totidem vitulos eiusdemque
numeri arietes
[30]fecit Balac ut Balaam dixerat
inposuitque vitulos et arietes per sin-
gulas aras
24 cumque vidisset Balaam quod pla-
ceret Domino ut benediceret Isra-
heli
nequaquam abiit ut ante perrexerat
ut augurium quaereret
sed dirigens contra desertum vultum
suum [2]et elevans oculos
vidit Israhel in tentoriis commoran- 2,2!
tem per tribus suas
et inruente in se spiritu Dei [3]ad- Ex 31,3! Idc 6,34! 11,25! Ez 11,5

GAOC ΣΛSTMΦ cr 11 inimicis + meis CΣSTΦ c | 13 israhel GΣS c | 14 uitulos atque arietes GTΦ | 15 ~ obuius pergam c. | 16 posuitque C | ei *om.* G | 18 sumpta O | 19 adinpleuit C | 21 eius *om.* G | 22 eum] illum Σ c | 23 israheli] israhel GOSΦ | 26 ~ ait nonne TΦ c; nonne ait nonne S. | 27 eis] ei GΛS | 29 hic *om.* GOM | 30 per] super A || **24**,1 israhel O | 2 et leuans AΣΛS |

23,7! sumpta parabola ait
15.16 dixit Balaam filius Beor
dixit homo cuius obturatus est ocu-
lus
[4]dixit auditor sermonum Dei
qui visionem Omnipotentis intuitus
est
qui cadit et sic aperiuntur oculi eius
Ps 83,2 [5]quam pulchra tabernacula tua Iacob
et tentoria tua Israhel
[6]ut valles nemorosae
Ps 1,3; Ier 17,8! ut horti iuxta fluvios inrigui
Hbr 8,2 ut tabernacula quae fixit Dominus
quasi cedri propter aquas
[7]fluet aqua de situla eius et semen il-
lius erit in aquas multas
1 Sm 15,8 tolletur propter Agag rex eius et au-
feretur regnum illius
23,22! [8]Deus eduxit illum de Aegypto
cuius fortitudo similis est rinocerotis
devorabunt gentes hostes illius ossa-
que eorum confringent et perfora-
bunt sagittis
Gn 49,9 [9]accubans dormivit ut leo et quasi le-
aena quam suscitare nullus audebit
Gn 27,29! qui benedixerit tibi erit ipse benedic-
tus
qui maledixerit in maledictione re-
putabitur
[10]iratusque Balac contra Balaam con-
plosis manibus ait
23,11! ad maledicendum inimicis meis vo-
cavi te
quibus e contrario tertio benedixisti
[11]revertere ad locum tuum
22,17 decreveram quidem magnifice hono-
rare te
sed Dominus privavit te honore dis-
posito
[12]respondit Balaam ad Balac
nonne nuntiis tuis quos misisti ad
me dixi
22,18! [13]si dederit mihi Balac plenam domum
suam argenti et auri
non potero praeterire sermonem Do-
mini Dei mei
ut vel boni quid vel mali proferam
ex corde meo
sed quicquid Dominus dixerit hoc 22,35! Dt 18,18; III Rg 22,14;
loquar II Par 18,13
[14]verumtamen pergens ad populum
meum
dabo consilium quid populus tuus Gn 49,1!
huic populo faciat extremo tempore
[15]sumpta igitur parabola rursum ait 23; 23,7!
dixit Balaam filius Beor 3,4
dixit homo cuius obturatus est ocu-
lus
[16]dixit auditor sermonum Dei
qui novit doctrinam Altissimi
et visiones Omnipotentis videt
qui cadens apertos habet oculos
[17]videbo eum sed non modo 23,9
intuebor illum sed non prope
orietur stella ex Iacob et consurget Is 11,1
virga de Israhel
et percutiet duces Moab vastabitque
omnes filios Seth
[18]et erit Idumea possessio eius II Sm 8,14; Ps 59,10
hereditas Seir cedet inimicis suis
Israhel vero fortiter aget
[19]de Iacob erit qui dominetur et per-
dat reliquias civitatis
[20]cumque vidisset Amalech adsumens 23,7!
parabolam ait
principium gentium Amalech cuius I Sm 15,3.18
extrema perdentur
[21]vidit quoque Cineum et adsumpta 23,7!
parabola ait
robustum est quidem habitaculum
tuum
sed si in petra posueris nidum tuum Ier 49,16; Abd 3
[22]et fueris electus de stirpe Cain
quamdiu poteris permanere
Assur enim capiet te
[23]adsumptaque parabola iterum locu- 15!
tus est
heu quis victurus est quando ista fa-

4 uisiones C | 6 propter] prope GCΣΛ c | 7 fluit aqua OS.; fluent aquae C | 8 illum] eum G | 9 erit + et c | 13 dei *om.* G | 14 ~ populo huic c. | 16 uisionem G | 21 ~ quidem est c | 22 cain] cin c; cham Φ | 23 eheu AOSM. ||

GAOC ΣΛSTMΦ cr

ciet Deus
24 venient in trieribus de Italia
superabunt Assyrios
vastabuntque Hebraeos
et ad extremum etiam ipsi peribunt
25 surrexitque Balaam et reversus est
in locum suum
Balac quoque via qua venerat rediit
33,49 **25** morabatur autem eo tempore Israhel in Setthim
Ex 34,15.16 et fornicatus est populus cum filiabus Moab
2 quae vocaverunt eos ad sacrificia sua
Ps 105,28 at illi comederunt et adoraverunt deos earum
Ios 22,17; Os 9,10 3 initiatusque est Israhel Beelphegor
et iratus Dominus 4 ait ad Mosen
tolle cunctos principes populi et suspende eos contra solem in patibulis
ut avertatur furor meus ab Israhel
5 dixitque Moses ad iudices Israhel
Ex 32,27 occidat unusquisque proximos suos
qui initiati sunt Beelphegor
6 et ecce unus de filiis Israhel intravit
coram fratribus suis ad scortum madianitin
11,10; 14,1! vidente Mose et omni turba filiorum Israhel
qui flebant ante fores tabernaculi
31,6! Idc 20,28 7 quod cum vidisset Finees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis
surrexit de medio multitudinis
et arrepto pugione 8 ingressus est post
virum israhelitem in lupanar
et perfodit ambos simul
virum scilicet et mulierem in locis genitalibus
II Sm 24,25; Ps 105,30 cessavitque plaga a filiis Israhel
I Cor 10,8 9 et occisi sunt viginti quattuor milia homines
10 dixitque Dominus ad Mosen
11 Finees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis
avertit iram meam a filiis Israhel
quia zelo meo commotus est contra eos
ut non ipse delerem filios Israhel in zelo meo
12 idcirco loquere ad eos
ecce do ei pacem foederis mei Sir 45,30! Mal 2,5;
13 et erit tam ipsi quam semini illius Ez 37,26! Ex 29,9
pactum sacerdotii sempiternum I Mcc 2,54
quia zelatus est pro Deo suo III Rg 19,10
et expiavit scelus filiorum Israhel
14 erat autem nomen viri israhelitae
qui occisus est cum Madianitide
Zambri filius Salu dux de cognatione
et tribu Symeonis
15 porro mulier madianitis quae pariter
interfecta est vocabatur Chozbi
filia Sur principis nobilissimi Madianitarum
16 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
17 hostes vos sentiant Madianitae et
percutite eos
18 quia et ipsi hostiliter egerunt contra vos 31,16
et decepere insidiis per idolum Phogor et Chozbi filiam ducis Madian
sororem suam
quae percussa est in die plagae pro
sacrilegio Phogor
26 postquam noxiorum sanguis effusus est
dixit Dominus ad Mosen et Eleazarum filium Aaron sacerdotem
2 numerate omnem summam filiorum Israhel 1,2.3!
a viginti annis et supra
per domos et cognationes suas
cunctos qui possunt ad bella procedere
3 locuti sunt itaque Moses et Eleazar sacerdos 63
in campestribus Moab super Iordanem contra Hierichum 22,1!
ad eos qui erant 4 a viginti annis et

GAOC ΣΛSTMΦ cr 25,6 mazianitis G; madianiten SM; madianitidem c. | 8 israhelitam G | 9 hominum AΛS c | 12 ad eum O c | ecce + ego AC. | 13 illius] eius S c | sacerdotis G | 18 deceperunt uos C. || 26,1 et + ad CΣ | aaronis AO r | 2 cunctosque qui OTΦ | 3 hiericho CΣΛ cr |

supra sicut Dominus imperarat
quorum iste est numerus
Ex 6,14; I Par 5,3 5 Ruben primogenitus Israhel
5–49: Gn 46,9–24 huius filius Enoch a quo familia Enochitarum
et Phallu a quo familia Phalluitarum
6 et Esrom a quo familia Esromitarum
et Charmi a quo familia Charmitarum
1,20.21 7 hae sunt familiae de stirpe Ruben
quarum numerus inventus est quadraginta tria milia et septingenti triginta
16,1! 8 filius Phallu Heliab
9 huius filii Namuhel et Dathan et Abiram
isti sunt Dathan et Abiram principes populi
qui surrexerunt contra Mosen et Aaron in seditione Core
quando adversum Dominum rebellaverunt
16,31.32! 10 et aperiens terra os suum devoravit Core morientibus plurimis
16,35! quando conbusit ignis ducentos quinquaginta viros
Ex 9,4! et factum est grande miraculum
11 ut Core pereunte filii illius non perirent
Ex 6,15; I Par 4,24 12 filii Symeon per cognationes suas
Namuhel ab hoc familia Namuhelitarum
Iamin ab hoc familia Iaminitarum
Iachin ab hoc familia Iachinitarum
13 Zare ab hoc familia Zareitarum
Saul ab hoc familia Saulitarum
1,22.23 14 hae sunt familiae de stirpe Symeon
quarum omnis numerus fuit viginti duo milia ducentorum
15 filii Gad per cognationes suas
Sephon ab hoc familia Sephonitarum
Aggi ab hoc familia Aggitarum
Suni ab hoc familia Sunitarum
16 Ozni ab hoc familia Oznitarum
Heri ab hoc familia Heritarum
17 Arod ab hoc familia Aroditarum
Arihel ab hoc familia Arihelitarum
18 istae sunt familiae Gad 1,24.25
quarum omnis numerus fuit quadraginta milia quingentorum
19 filii Iuda Her et Onan qui ambo mortui sunt in terra Chanaan Gn 46,12; I Par 2,3
20 fueruntque filii Iuda per cognationes suas
Sela a quo familia Selanitarum
Phares a quo familia Pharesitarum I Par 2,5.6
Zare a quo familia Zareitarum
21 porro filii Phares
Esrom a quo familia Esromitarum
et Amul a quo familia Amulitarum
22 istae sunt familiae Iuda 1,26.27
quarum omnis numerus fuit septuaginta milia quingentorum
23 filii Isachar per cognationes suas 23–25: I Par 7,1–5
Thola a quo familia Tholaitarum
Phua a quo familia Phuaitarum
24 Iasub a quo familia Iasubitarum
Semran a quo familia Semranitarum
25 hae sunt cognationes Isachar 1,28.29
quarum numerus fuit sexaginta quattuor milia trecentorum
26 filii Zabulon per cognationes suas
Sared a quo familia Sareditarum
Helon a quo familia Helonitarum
Ialel a quo familia Ialelitarum
27 hae sunt cognationes Zabulon 1,30.31
quarum numerus fuit sexaginta milia quingentorum
28 filii Ioseph per cognationes suas
Manasse et Ephraim
29 de Manasse ortus est Machir a quo familia Machiritarum 36,1
29–33: Ios 17,1–3; I Par 7,14–19 Machir genuit Galaad a quo familia Galaaditarum
30 Galaad habuit filios Hiezer a quo

4 imperauerat c | 5 familiae *bis* G | 6 familiae *bis* GS. | 7 haec CΣ | et *om.* GO | 9 aduersum] contra CS | rebellarunt ΑΣΛ | 10 core] eos GC. | 14 haec CS | quorum GC. | ducenti GSc | 15 filii + autem CS | 16 heri] her OTMΦc | 17 arodi GCΣ | 18 sunt *om.* O | quingenti Sc | 22 septuaginta + sex cr𝔐 | quingenti Sc | 25 haec C | trecenti Sc | 26 iahel ... iahelitarum OCS | 27 haec C | quingenti Sc |

GAOC ΣΛSTMΦ cr

familia Hiezeritarum
et Elec a quo familia Elecarum
31 et Asrihel a quo familia Asrihelitarum
et Sechem a quo familia Sechemitarum
32 et Semida a quo familia Semidatarum
et Epher a quo familia Epheritarum
27,1; 36,10.11 33 fuit autem Epher pater Salphaad qui filios non habebat sed tantum filias
quarum ista sunt nomina
Maala et Noa et Egla et Melcha et Thersa
1,34.35 34 hae sunt familiae Manasse
et numerus earum quinquaginta duo milia septingentorum
I Par 7,20.21 35 filii autem Ephraim per cognationes suas fuerunt hii
Suthala a quo familia Suthalitarum
Becher a quo familia Becheritarum
Tehen a quo familia Tehenitarum
36 porro filius Suthala fuit Heran a quo familia Heranitarum
1,32.33 37 hae sunt cognationes filiorum Ephraim
quarum numerus triginta duo milia quingentorum
38–40: I Par 7,6–10; 8,1–5 38 isti sunt filii Ioseph per familias suas
filii Beniamin in cognationibus suis
Bale a quo familia Baleitarum
Azbel a quo familia Azbelitarum
Ahiram a quo familia Ahiramitarum
39 Supham a quo familia Suphamitarum
Hupham a quo familia Huphamitarum
40 filii Bale Hered et Noeman
de Hered familia Hereditarum
de Noeman familia Noemitarum
1,36.37 41 hii sunt filii Beniamin per cognationes suas
quorum numerus quadraginta quinque milia sescentorum
42 filii Dan per cognationes suas
Suham a quo familia Suhamitarum
hae cognationes Dan per familias suas 1,38.39
43 omnes fuere Suhamitae
quorum numerus erat sexaginta quattuor milia quadringentorum
44 filii Aser per cognationes suas I Par 7,30.31
Iemna a quo familia Iemnaitarum
Iessui a quo familia Iessuitarum
Brie a quo familia Brieitarum
45 filii Brie Haber a quo familia Haberitarum
et Melchihel a quo familia Melchihelitarum
46 nomen autem filiae Aser fuit Sara
47 hae cognationes filiorum Aser 1,40.41
et numerus eorum quinquaginta tria milia quadringentorum
48 filii Nepthalim per cognationes suas
Iessihel a quo familia Iessihelitarum
Guni a quo familia Gunitarum
49 Iesser a quo familia Iesseritarum I Par 7,13
Sellem a quo familia Sellemitarum
50 hae sunt cognationes filiorum Nepthalim per familias suas 1,42.43
quorum numerus quadraginta quinque milia quadringentorum
51 ista est summa filiorum Israhel qui recensiti sunt 1,45.46
sescenta milia et mille septingenti triginta
52 locutusque est Dominus ad Mosen dicens Ios 11,23!
53 istis dividetur terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas 53–55: 33,53.54
54 pluribus maiorem partem dabis et paucioribus minorem 35,8
singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio
55 ita dumtaxat ut sors terram tribubus dividat et familiis 36,2; Ios 14,2!

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr 30 elecitarum CSMΦ cr; helecaitrum G.; elecatarum T. | 34 haec C | septingenti Λ c; septingenta S. | 35 [*deest* G *usque ad v.* 56] | 37 haec C | numerus + fuit OM c | quingenti S c | 38 ahirama AOΛ | 40 noemanitarum CΣM c | 41 numerus + fuit c | sexcenti S c | 42 haec CT; + sunt c | 43 quadringenti S c | 47 quadringenti S c | 50 haec CΛ | quadringenti S c |

56 quicquid sorte contigerit hoc vel plu-
res accipient vel pauciores
Gn 46,11 57.58: 3,17–20! Ex 6,16–18; I Par 6,16–19! 57 hic quoque est numerus filiorum Le-
vi per familias suas
Gerson a quo familia Gersonitarum
Caath a quo familia Caathitarum
Merari a quo familia Meraritarum
58 hae sunt familiae Levi
familia Lobni familia Hebroni fami-
lia Mooli familia Musi familia Cori
at vero Caath genuit Amram
Ex 2,1.2; 6,20 59 qui habuit uxorem Iochabed filiam
Levi quae nata est ei in Aegypto
I Par 6,3 haec genuit viro suo Amram filios
Aaron et Mosen et Mariam soro-
rem eorum
3,2; Ex 6,23! I Par 24,1 60 de Aaron orti sunt Nadab et Abiu
et Eleazar et Ithamar
3,4! 61 quorum Nadab et Abiu mortui sunt
cum obtulissent ignem alienum co-
ram Domino
3,39! 62 fueruntque omnes qui numerati sunt
viginti tria milia generis masculini
ab uno mense et supra
1,47 quia non sunt recensiti inter filios Is-
rahel
nec eis cum ceteris data possessio
63 hic est numerus filiorum Israhel
3! qui descripti sunt a Mosen et Elea-
zaro sacerdote
in campestribus Moab supra Iorda-
nem contra Hiericho
64 inter quos nullus fuit eorum qui ante
1,19 numerati sunt a Mose et Aaron in
deserto Sinai
65 praedixerat enim Dominus quod
14,29! 35! Ps 105,26 omnes morerentur in solitudine
14,38! nullusque remansit ex eis nisi Chaleb
filius Iepphonne et Iosue filius Nun
26,33; Ios 17,3.4 27 accesserunt autem filiae Salphaad
36,1 filii Epher filii Galaad filii Machir
filii Manasse qui fuit filius Ioseph
quarum sunt nomina Maala et Noa 36,10.11
et Egla et Melcha et Thersa
2 steteruntque coram Mosen et Elea-
zaro sacerdote
et cunctis principibus populi
ad ostium tabernaculi foederis atque
dixerunt
3 pater noster mortuus est in deserto
nec fuit in seditione quae concitata
est contra Dominum sub Core
sed in peccato suo mortuus est
hic non habuit mares filios
cur tollitur nomen illius de familia
sua quia non habet filium
date nobis possessionem inter co- 6; Ios 17,4
gnatos patris nostri
4 rettulitque Moses causam earum ad
iudicium Domini
5 qui dixit ad eum
6 iustam rem postulant filiae Salphaad
da eis possessionem inter cognatos 3; Ios 17,4
patris sui
et ei in hereditate succedant
7 ad filios autem Israhel loqueris haec
8 homo cum mortuus fuerit absque
filio
ad filiam eius transibit hereditas
9 si filiam non habuerit habebit suc-
cessores fratres suos
10 quod si et fratres non fuerint dabitis
hereditatem fratribus patris eius
11 sin autem nec patruos habuerit da-
bitur hereditas his qui ei proximi
sunt
eritque hoc filiis Israhel sanctum lege
perpetua
sicut praecepit Dominus Mosi
12 dixit quoque Dominus ad Mosen 12–14: Dt 32,48–51
ascende in montem istum Abarim 33,47; Dt 3,27!
et contemplare inde terram quam da-

56 accipiant ΣΛΦ c; accipiunt T. | [*iterum adest* G] | 58 haec CΛ | lomni A; lobeni Σ. | core c. | 59 ei *om.* G | ~ amram uiro suo c | 62 quia] qui ASM r | data possessio GΣr] data est poss. S.; est data poss. ACΛTMΦ; data poss. est O c | 63 a moysi M; a mose ACr; a moyse ΣTΦ c | hierichum GS | 64 [*adest passim* l *usque ad* 31,28] | a moysen S || 27,2 coram mosen OC] coram moisen l.; coram mose Ar; coram moyse *cet.* | 3 habet] habuit ACΣΛ c; habebat S. | possessiones CS. | 6 in hereditatem ASTl c | 10 fuerint] habuerint O; habuerit Λ | 11 praeceperat G |

(G)AOC ΣΛSTMΦ(l) cr

turus sum filiis Israhel
20,24; 31,2 [13] cumque videris eam ibis et tu ad populum tuum
sicut ivit frater tuus Aaron
20,12 [14] quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis
nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas
20,13! hae sunt aquae Contradictionis in Cades deserti Sin
[15] cui respondit Moses
16,22! [16] provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis
hominem qui sit super multitudinem hanc
[17] et possit exire et intrare ante eos
et educere illos vel introducere
III Rg 22,17! ne sit populus Domini sicut oves absque pastore
[18] dixitque Dominus ad eum
22.23; Dt 34,9 tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus
et pone manum tuam super eum
[19] qui stabit coram Eleazaro sacerdote et omni multitudine
[20] et dabis ei praecepta cunctis videntibus et partem gloriae tuae
ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israhel
[21] pro hoc si quid agendum erit Eleazar
Idc 18,5; I Sm 22,9.10! sacerdos consulet Dominum
ad verbum eius egredietur et ingredietur
ipse et omnes filii Israhel cum eo et cetera multitudo
Ex 40,14! [22] fecit Moses ut praeceperat Dominus
18; Dt 34,9 cumque tulisset Iosue statuit eum coram Eleazaro sacerdote et omni frequentia populi
[23] et inpositis capiti eius manibus cuncta replicavit quae mandaverat Dominus

28 dixit quoque Dominus ad Mosen
[2] praecipe filiis Israhel et dices ad eos
oblationem meam et panes et incensum odoris suavissimi offerte per tempora sua Lv 21,6!
[3] haec sunt sacrificia quae offerre debetis 3–8: Ex 29,38–42
agnos anniculos inmaculatos duos
cotidie in holocaustum sempiternum IV Rg 16,15; I Par 16,40; II Par 2,4; 13,11; 31,3; I Esr 3,3
[4] unum offeretis mane et alterum ad vesperam
[5] decimam partem oephi similae quae conspersa sit oleo purissimo 15,4!
et habeat quartam partem hin
[6] holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai
in odorem suavissimum incensi Domini
[7] et libabitis vini quartam partem hin
per agnos singulos in sanctuario Domini
[8] alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam
iuxta omnem ritum sacrificii matutini et libamentorum eius
oblationem suavissimi odoris Domino
[9] die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos inmaculatos Lv 12,6!
et duas decimas similae oleo conspersae in sacrificio
et liba [10] quae rite funduntur per singula sabbata in holocausto sempiterno
[11] in kalendis autem id est in mensuum exordiis offeretis holocaustum Domino Ez 46,6; Lv 23,18! 11–15: 19–22.27–30; 29,2–5.8–38
vitulos de armento duos
arietem unum
agnos anniculos septem inmaculatos
[12] et tres decimas similae oleo conspersae in sacrificio per singulos vitulos 12–14: 15,4–12!
et duas decimas similae oleo con-

GAOC ΣΛSTMΦI cr

13 iuit] ibit GAOCΣΛST | 14 quia] qui G | offendisti AS | me² *om.* OΣ | uoluisti A. | coram eis GC | haec CS | deserto T; in deserto OM | 17 illos] eos c | 18 spiritus + dei OTMΦ | 20 ut] et OTΦ | 21 ~ ingredietur et egredietur G || 28,3 hae G | 4 ad uesperum ΛSc | 6 in montem C | suauissimi CI | 8 domini OΣM | 10 in holocaustum sempiternum GTMΦc | 11 in kalendas CS. | id est in mensuum exordiis *om.* c. |

spersae per singulos arietes
[13]et decimam decimae similae ex oleo
in sacrificio per agnos singulos
holocaustum suavissimi odoris atque
incensi est Domino
[14]libamenta autem vini quae per singulas fundenda sunt victimas ista
erunt
media pars hin per vitulos singulos
tertia per arietem
quarta per agnum
hoc erit holocaustum per omnes
menses qui sibi anno vertente succedunt
7,16! [15]hircus quoque offeretur Domino pro
peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis
16—19: Lv 23,5–8 [16]mense autem primo quartadecima
die mensis phase Domini erit
Ex 34,18! Dt 16,8; Ez 45,21 [17]et quintadecima die sollemnitas
septem diebus vescentur azymis
Ex 12,16! [18]quarum dies prima venerabilis et
sancta erit
omne opus servile non facietis in ea
19—22: 11–15! [19]offeretisque incensum holocaustum
Domino
vitulos de armento duos
arietem unum
agnos anniculos inmaculatos septem
[20]et sacrificia singulorum ex simila
quae conspersa sit oleo
tres decimas per singulos vitulos
et duas decimas per arietem
[21]et decimam decimae per agnos singulos id est per septem agnos
[22]et hircum pro peccato unum ut expietur pro vobis
[23]praeter holocaustum matutinum
quod semper offertis
[24]ita facietis per singulos dies septem
dierum
in fomitem ignis et in odorem suavissimum Domino
qui surget de holocausto et de libationibus singulorum
[25]dies quoque septimus celeberrimus et Ex 12,16!
sanctus erit vobis
omne opus servile non facietis in eo
[26]dies etiam primitivorum Dt 16,10
quando offertis novas fruges Domino expletis ebdomadibus 26—31: Lv 23,15–21
venerabilis et sancta erit
omne opus servile non facietis in ea
[27]offeretisque holocaustum in odorem 29,2.8.13.36; Lv 1,9!
suavissimum Domino 27—30: 11–15!
vitulos de armento duos
arietem unum
et agnos anniculos inmaculatos septem
[28]atque in sacrificiis eorum
similae oleo conspersae tres decimas
per singulos vitulos
per arietes duas
[29]per agnos decimam decimae qui simul sunt agni septem
hircum quoque [30]qui mactatur pro
expiatione
praeter holocaustum sempiternum et
liba eius
[31]inmaculata offeretis omnia cum libationibus suis Lv 23,18!
29 mensis etiam septimi prima dies venerabilis et sancta erit vobis Lv 23,24.25!
omne opus servile non facietis in ea
quia dies clangoris est et tubarum
[2]offeretisque holocaustum in odorem 28,27!
suavissimum Domino 2—5: 28,11–15!
vitulum de armento unum
arietem unum
agnos anniculos inmaculatos septem
[3]et in sacrificiis eorum similae oleo
conspersae tres decimas per singulos vitulos
duas decimas per arietem
[4]unam decimam per agnum qui simul
sunt agni septem

GAOC ΣΛSTMΦl cr

13 ex oleo] consparsae oleo l.; + conspersae G | 14 ~ singulos uitulos c | tertiam GO | quartam G | erit + in C | 17 sollemnitas + azimorum CΣΛ | uescetur GCl(*vid.*). | 19 in incensum AΛTMΦ | in holocaustum O | ~ holocaustum incensum G. | duos + et GTMΦ | anniculos + et A | 23 offeretis GCTMc; offeritis S. | 26 offeretis GCΣMc; offeritis S. | 31 offertis AΣ || **29**,2 unum^2 + et c. |

5 et hircum pro peccato qui offertur in
expiationem populi
6 praeter holocaustum kalendarum
cum sacrificiis suis
et holocaustum sempiternum cum
libationibus solitis
hisdem caerimoniis offeretis in odo-
rem suavissimum incensum Do-
mino
Lv 16,29 7 decima quoque dies mensis huius
septimi
erit vobis sancta atque venerabilis
et adfligetis animas vestras
omne opus servile non facietis in ea
28,27! 8—38: 28,11–15! 8 offeretisque holocaustum Domino
in odorem suavissimum
vitulum de armento unum
arietem unum
agnos anniculos inmaculatos septem
9 et in sacrificiis eorum similae oleo
conspersae tres decimas per vitulos
singulos
duas decimas per arietem
10 decimam decimae per agnos singulos
qui sunt simul septem agni
11 et hircum pro peccato
absque his quae offerri pro delicto
solent
in expiationem et holocaustum sem-
piternum
in sacrificio et libaminibus eorum
Lv 23,34 12 quintadecima vero die mensis sep-
timi
Lv 23,24.25! quae vobis erit sancta atque venera-
bilis
omne opus servile non facietis in ea
sed celebrabitis sollemnitatem Do-
mino septem diebus
28,27! 13 offeretisque holocaustum in odorem
suavissimum Domino
vitulos de armento tredecim

arietes duos
agnos anniculos quattuordecim in-
maculatos
14 et in libamentis eorum similae oleo
conspersae tres decimas
per vitulos singulos qui sunt simul
vituli tredecim
et duas decimas arieti uno id est si-
mul arietibus duobus
15 et decimam decimae agnis singulis
qui sunt simul agni quattuordecim
16 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno et
sacrificio et libamine eius
17 in die altero offeres vitulos de ar-
mento duodecim
arietes duos
agnos anniculos inmaculatos quat-
tuordecim
18 sacrificiaque et libamina singulorum 21.24.27.30. 33.37
per vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis
19 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno sacri-
ficioque eius et libamine
20 die tertio offeres vitulos undecim
arietes duos
agnos anniculos inmaculatos quat-
tuordecim
21 sacrificiaque et libamina singulorum 181
per vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis
22 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno et
sacrificio et libamine eius
23 die quarto offeres vitulos decem
arietes duos
agnos anniculos inmaculatos quat-
tuordecim
24 sacrificiaque eorum et libamina sin- 181
gulorum

(G)AOC ΣΛSTMΦl cr 5 in expiatione GOΣ | 6 solitis] suis GO | isdem OM; eisdem Φc | [*deest* G *usque ad* 32,2] | 9 uitulos *om.* O.; ~ singulos uitulos ΣΛSc | 10 ~ agni septem AOl(*vid.*)cr | 11 in²] eum c. | 12 ~ uobis sancta erit Sc.; ~ erit uobis sancta Σ. | in ea *om.* ACS | 13 ~ inmaculatos quattuordecim Cc | 17 offeretis Mc | 18 celebrabitis Cl(*vid.*)c | 19 ~ et libamine eius ΛTΦlc | 20 offeritis S.; offeretis Σc | 21 celebrabitis Cc | 22 et sacrificio] sacrificioque CSlc; sacrificiaque Σ | ~ eius et libamine CSl; eius et libamina singulorum Σ. | 23 offeretis c | 24 eorum] eius Σ.; *om.* c |

per vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis
25 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno sacri-
ficioque eius et libamine
26 die quinto offeres vitulos novem
arietes duos
agnos anniculos inmaculatos quat-
tuordecim
18! 27 sacrificiaque et libamina singulorum
per vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis
28 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno sacri-
ficioque eius et libamine
29 die sexto offeres vitulos octo
arietes duos
agnos anniculos inmaculatos quat-
tuordecim
18! 30 sacrificiaque et libamina singulorum
per vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis
31 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno sacri-
ficioque eius et libamine
32 die septimo offeres vitulos septem
arietes duos
agnos anniculos inmaculatos quat-
tuordecim
18! 33 sacrificiaque et libamina singulorum
per vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis
34 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno sacri-
ficioque eius et libamine
Lv 23,36! 35 die octavo qui est celeberrimus
omne opus servile non facietis
28,27! 36 offerentes holocaustum in odorem
suavissimum Domino
vitulum unum
arietem unum
agnos anniculos inmaculatos septem
18! 37 sacrificiaque et libamina singulorum
per vitulos et arietes et agnos rite ce-
lebrabis
38 et hircum pro peccato
absque holocausto sempiterno sacri-
ficioque eius et libamine
39 haec offeretis Domino in sollemni-
tatibus vestris
praeter vota et oblationes sponta-
neas
in holocausto in sacrificio in liba-
mine et in hostiis pacificis
30 narravitque Moses filiis Israhel om- Ex 19,7!
nia quae ei Dominus imperarat
2 et locutus est ad principes tribuum
filiorum Israhel
iste est sermo quem praecepit Do-
minus
3 si quis virorum votum Domino vo- Lv 27,2! Dt 23,21!
verit
aut se constrinxerit iuramento
non faciet irritum verbum suum Idc 11,35; Mt 5,33
sed omne quod promisit implebit
4 mulier si quippiam voverit et se con- Lv 27,2!
strinxerit iuramento
quae est in domo patris sui et in ae-
tate adhuc puellari
si cognoverit pater votum quod pol- Dt 23,21!
licita est
et iuramentum quo obligavit ani-
mam suam
et tacuerit voti rea erit 12
5 quicquid pollicita est et iuravit opere
conplebit
6 sin autem statim ut audierit contra- 9.13
dixerit pater
et vota et iuramenta eius irrita erunt
nec obnoxia tenebitur sponsioni
eo quod contradixerit pater
7 si maritum habuerit et voverit ali-
quid
et semel verbum de ore eius egredi-
ens animam illius obligaverit iura-
mento

24 celebrabitis Σlc | 26 offeretis c | 27 celebrabitis lc | 29 offeretis c | octo + et TMΦl | 30 celebrabitis c | 31 sacrificiaque eius et libamina O | 32 offeretis c | septem + et c. | 33 celebrabitis c | 37 sacrificiaque + eius OTΦ | celebrabitis Clc | 30,3 uerbum] uotum Λ; iuramentum CSl. | 4 quo] quod OΣΛTMΦ | 6 sponsionis Al(*vid.*) | 7 ~ de ore eius uerbum c. | illius] eius c |

AOC ΣΛSTMΦl cr

8 quo die audierit vir et non contradixerit
voti rea erit reddet quodcumque promiserat
6.13 9 sin autem audiens statim contradixerit
et irritas fecerit pollicitationes eius
verbaque quibus obstrinxerat animam suam
propitius ei erit Dominus
10 vidua et repudiata quicquid voverint reddent
11 uxor in domo viri cum se voto constrinxerit et iuramento
4.5 12 si audierit vir et tacuerit nec contradixerit sponsioni
reddet quodcumque promiserat
6.9 13 sin autem extemplo contradixerit
non tenebitur promissionis rea
quia maritus contradixit
et Dominus ei propitius erit
14 si voverit et iuramento se constrinxerit
ut per ieiunium vel ceterarum rerum abstinentiam adfligat animam suam
in arbitrio viri erit ut faciat sive non faciat
15 quod si audiens vir tacuerit
et in alteram diem distulerit sententiam
quicquid voverat atque promiserat reddet
quia statim ut audivit tacuit
16 sin autem contradixerit postquam rescivit
portabit ipse iniquitatem eius
17 istae sunt leges quas constituit Dominus Mosi
inter virum et uxorem
inter patrem et filiam
quae in puellari adhuc aetate est
vel quae manet in parentis domo
31 locutusque est Dominus ad Mosen dicens
2 ulciscere prius filios Israhel de Madianitis
et sic colligeris ad populum tuum 27.13!
3 statimque Moses armate inquit ex vobis viros ad pugnam
qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis
4 mille viri de singulis tribubus eligantur Israhel qui mittantur ad bellum
5 dederuntque millenos de cunctis tribubus
id est duodecim milia expeditorum ad pugnam 10.9
6 quos misit Moses cum Finees filio Eleazari sacerdotis 25.7! Ios 22.13!
vasa quoque sancta et tubas ad clangendum tradidit ei
7 cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent omnes mares occiderunt 17! Dt 20.13
8 et reges eorum Evi et Recem et Sur et Ur et Rebe quinque principes gentis Ios 13.21.22
Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio
9 ceperuntque mulieres eorum et parvulos Dt 20.14; I Mcc 1.34; 5.13; 8.10
omniaque pecora et cunctam supellectilem
quicquid habere potuerant depopulati sunt
10 tam urbes quam viculos et castella flamma consumpsit
11 et tulerunt praedam et universa quae ceperant
tam ex hominibus quam ex iumentis
12 et adduxerunt ad Mosen et Eleazarum sacerdotem
et ad omnem multitudinem filiorum Israhel
reliqua etiam utensilia portaverunt ad castra
in campestribus Moab iuxta Iordanem contra Hiericho 22.1!

AOC ΣΛSTMΦI cr
8 reddetque c | promiserit O | 9 obstrinxerit O | ei *om.* S; ~ erit ei OΣΛ cr | dominus] deus ATΦ | 12 promiserit O | 17 uxorem + et CM. | manet—domo] in parentis domo est O. || 31,4 eligantur + ex ΛTMΦ c | 5 cunctis] singulis c | 9 potuerunt Σ; poterant OSI | 12 et² + ad ACΣΛ r | etiam] autem AS c |

13 egressi sunt autem Moses et Eleazar
sacerdos et omnes principes synagogae in occursum eorum extra castra
48 14 iratusque Moses principibus exercitus tribunis et centurionibus qui venerant de bello 15 ait
cur feminas reservastis
25,18 16 nonne istae sunt quae deceperunt filios Israhel ad suggestionem Balaam
et praevaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor
unde et percussus est populus
7; Idc 21,11 17 ergo cunctos interficite quicquid est generis masculini etiam in parvulis
et mulieres quae noverunt viros in coitu iugulate
18 puellas autem et omnes feminas virgines reservate vobis
19 et manete extra castra septem diebus
19,11.12! qui occiderit hominem vel occisum tetigerit
II Mcc 12,38 lustrabitur die tertio et septimo
20 et de omni praeda sive vestimentum fuerit sive vas
et aliquid in utensilia praeparatum
de caprarum pellibus et pilis et ligno expiabitur
21 Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus qui pugnaverant sic locutus est
hoc est praeceptum legis quod mandavit Dominus Mosi
22 aurum et argentum et aes et ferrum et stagnum et plumbum
23 et omne quod potest transire per flammas igne purgabitur
quicquid autem ignem non potest sustinere
aqua expiationis sanctificabitur
Lv 14,8! 24 et lavabitis vestimenta vestra die septimo
et purificati postea castra intrabitis

25 dixitque Dominus ad Mosen
26 tollite summam eorum quae capta sunt ab homine usque ad pecus
tu et Eleazar sacerdos et principes vulgi
27 dividesque ex aequo praedam Dt 20,14; Ios 22,8; I Sm 30,24
inter eos qui pugnaverunt et egressi sunt ad bellum
et inter omnem reliquam multitudinem
28 et separabis partem Domino ab his 28—30: 41–47
qui pugnaverunt et fuerunt in bello
unam animam de quingentis
tam ex hominibus quam ex bubus et asinis et ovibus
29 et dabis eam Eleazaro sacerdoti quia 18,8!
primitiae Domini sunt
30 ex media quoque parte filiorum Israhel
accipies quinquagesimum caput
hominum et boum et asinorum et ovium cunctarumque animantium
et dabis ea Levitis qui excubant in 1,53!
custodiis tabernaculi Domini
31 feceruntque Moses et Eleazar sicut Ex 7,6!
praeceperat Dominus
32 fuit autem praeda quam exercitus ceperat
ovium sescenta septuaginta quinque milia
33 boum septuaginta duo milia
34 asinorum sexaginta milia et mille
35 animae hominum sexus feminei quae non cognoverant viros triginta duo milia
36 dataque est media pars his qui in proelio fuerant
ovium trecenta triginta septem milia quingenta
37 e quibus in partem Domini supputatae sunt oves sescentae septuaginta quinque
38 et de bubus triginta sex milibus boves septuaginta duo

16 ~ fecerunt uos AΛTΦ | 17 norunt AΣSTl | 22 ~ plumbum et stannum c. | 25 dixit quoque c. | 26 tolle Ol | et² + omnes O | 27 et egressi] egressique c. | 29 [*deest* l *usque ad* 36,13] | ea A; *om.* Σ | 30 cunctorumque ΛSΦr; cunctorum c | 36 quingentae cr; quingenti AS; D Σ | 38 septuaginta + et c. |

AOC
ΣΛSTMΦ(l)
cr

39 de asinis triginta milibus quingentis
asini sexaginta unus
40 de animabus hominum sedecim milibus cesserunt in partem Domini
triginta duae animae
18,8! 41 tradiditque Moses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti
41–47: 28–30
sicut ei fuerat imperatum
42 ex media parte filiorum Israhel
quam separaverat his qui in proelio fuerant
43 de media vero parte quae contigerat reliquae multitudini
id est de ovium trecentis triginta septem milibus quingentis
44 et de bubus triginta sex milibus
45 et de asinis triginta milibus quingentis
46 et de hominibus sedecim milibus
47 tulit Moses quinquagesimum caput
1,53! et dedit Levitis qui excubant in tabernaculo Domini
sicut praeceperat Dominus
14 48 cumque accessissent principes exercitus ad Mosen
et tribuni centurionesque dixerunt
49 nos servi tui recensuimus numerum pugnatorum quos habuimus sub manu nostra
et ne unus quidem defuit
50 ob hanc causam offerimus in donariis Domini
singuli quod in praeda auri potuimus invenire
periscelides et armillas anulos et dextralia ac murenulas
ut depreceris pro nobis Dominum
51 susceperuntque Moses et Eleazar sacerdos
omne aurum in diversis speciebus
52 pondo sedecim milia septingentos
quinquaginta siclos
a tribunis et centurionibus
53 unusquisque enim quod in praeda rapuerat suum erat
54 et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonii Ex 30,16; II Par 24,6
in monumentum filiorum Israhel coram Domino
32 filii autem Ruben et Gad habebant pecora multa Gn 13,5.6; II Par 32,29
et erat illis in iumentis infinita substantia
cumque vidissent Iazer et Galaad aptas alendis animalibus Ios 13,25; II Sm 24,6
2 venerunt ad Mosen et ad Eleazarum sacerdotem et principes multitudinis atque dixerunt
3 Atharoth et Dibon et Iazer et Nemra 34–36
Esbon et Eleale et Sabam et Nebo 37.38
et Beon
4 terram quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israhel
regionis uberrimae est ad pastum animalium
et nos servi tui habemus iumenta plurima Dt 3,19
5 precamurque si invenimus gratiam coram te
ut des nobis famulis tuis eam in possessionem
ne facias nos transire Iordanem
6 quibus respondit Moses
numquid fratres vestri ibunt ad pugnam et vos hic sedebitis
7 cur subvertitis mentes filiorum Israhel
ne transire audeant in locum quem eis daturus est Dominus
8 nonne ita egerunt patres vestri
quando misi de Cadesbarne ad explorandam terram 13,18!

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr

39 asini] asinos S.; asinae CΣ | unum AST | 41 ei *om.* S; ~ fuerat ei c | 43 ouibus ΣSTMΦ cr | 44 et *om.* C | milibus + et quingentis OS. | 47 excubabant CΣΛSM c | 54 in monumento A ‖ **32,1** alendis animalibus] animalibus alendis c.; + terras TMΦ c; + regiones Σ; + regionibus Λ. | 2 et² + ad C | [*iterum adest* G] | 3 astaroth AΛTMΦ | nemra + et CΣS | 4 terra quam MΦ c | regiones ΣS; regio c | uberrima est CTM c; uberrimae sunt ΣΛ | 5 nec GAΣTMΦ c | 7 subuertistis C; subuertis S |

13,24; Dt 1,24 9 cumque venissent usque ad Vallem Botri
Dt 1,28 lustrata omni regione subverterunt cor filiorum Israhel
14,30! ut non intrarent fines quos eis Dominus dedit
10 qui iratus iuravit dicens
11 si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Aegypto a viginti annis et supra
terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham Isaac et Iacob
14,23.30! Dt 1,35.36; Ios 14,6 et noluerunt sequi me
12 praeter Chaleb filium Iepphonne Cenezeum et Iosue filium Nun
isti impleverunt voluntatem meam
13 iratusque Dominus adversum Israhel
14,33; Dt 2,7! Dt 8,2; 29,5! Am 2,10 circumduxit eum per desertum quadraginta annis
donec consumeretur universa generatio quae fecerat malum in conspectu eius
14 et ecce inquit vos surrexistis pro patribus vestris
incrementa et alumni hominum peccatorum
ut augeretis furorem Domini contra Israhel
15 qui si nolueritis sequi eum
in solitudine populum derelinquet
et vos causa eritis necis omnium
24,36 16 at illi prope accedentes dixerunt
caulas ovium fabricabimus et stabula iumentorum
parvulis quoque nostris urbes munitas
20! 26.27.29! 32; Ios 1,14.15! 17 nos autem ipsi armati et accincti pergemus ad proelium ante filios Israhel
donec introducamus eos ad loca sua
parvuli nostri et quicquid habere possumus
erunt in urbibus muratis propter habitatorum insidias
18 non revertemur in domos nostras usquequo possideant filii Israhel hereditatem suam
19 nec quicquam quaeremus trans Iordanem 32! Ios 12,1
quia iam habemus possessionem nostram in orientali eius plaga
20 quibus Moses ait 17! Ios 4,12
si facitis quod promittitis expediti pergite coram Domino ad pugnam
21 et omnis vir bellator armatus Iordanem transeat
donec subvertat Dominus inimicos suos Dt 3,20
22 et subiciatur ei omnis terra
tunc eritis inculpabiles et apud Dominum et apud Israhel
et obtinebitis regiones quas vultis coram Domino
23 sin autem quod dicitis non feceritis
nulli dubium quin peccetis in Dominum
et scitote quoniam peccatum vestrum adprehendet vos
24 aedificate ergo urbes parvulis vestris 16,36
et caulas ac stabula ovibus ac iumentis
et quod polliciti estis implete
25 dixeruntque filii Gad et Ruben ad Mosen 31
servi tui sumus faciemus quod iubet dominus noster Ex 19,8!
26 parvulos nostros et mulieres et pecora ac iumenta relinquemus in urbibus Galaad 17!
27 nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum sicut tu domine loqueris
28 praecepit ergo Moses Eleazaro sacerdoti et Iosue filio Nun

9 usque ad] ad OΣ; in G. | 11 abraham + et OCS | 13 iratusque + est GS | 15 qui] quod c | in solitudinem A | 16 fabricauimus AOCΣTM | 17 pergimus GO | 18 usquequo dum TΦ: usque dum Λc: quousque G | 19 quaerimus OΛSTMΦ: requirimus G. | ~ nostram possessionem c. | 22 et² *om.* GΣc | 23 dubium + est ΣΛc | in domino GΣ; in deum Sc | adprehendit OS | 24 ac¹] et GΣΛMc | 25 facimus GA | 26 relinquimus G | 27 pergimus GOS | GAOC ΣΛSTMΦ cr

et principibus familiarum per tribus
Israhel et dixit ad eos
Ios 22,9 29 si transierint filii Gad et filii Ruben
vobiscum Iordanem
17! omnes armati ad bellum coram Domino
Dt 3,16.18 et vobis fuerit terra subiecta
date eis Galaad in possessionem
30 sin autem noluerint transire vobiscum in terram Chanaan
inter vos habitandi accipiant loca
25; Ex 19,8! 31 responderuntque filii Gad et filii Ruben
sicut locutus est Dominus servis suis
ita faciemus
17! 32 ipsi armati pergemus coram Domino
in terram Chanaan
19! 34,15! et possessionem iam suscepisse nos
confitemur trans Iordanem
Dt 3,12.13! 29,8; Ios 12,6 33 dedit itaque Moses filiis Gad et Ruben
et dimidiae tribui Manasse filii Ioseph
regnum Seon regis Amorrei
et regnum Og regis Basan
et terram eorum cum urbibus suis
per circuitum
34–36: 3; Ios 13,24–27 34 igitur extruxerunt filii Gad Dibon et
Atharoth et Aroer
35 Etrothsophan et Iazer
Iecbaa 36 et Bethnemra et Betharan
16,24 urbes munitas
et caulas pecoribus suis
21,27 37 filii vero Ruben aedificaverunt
3; Ios 13,15–23 Esbon et Eleale et Cariathaim
38 et Nabo et Baalmeon versis nominibus
Sabama quoque
inponentes vocabula urbibus quas
extruxerant
39 porro filii Machir filii Manasse
perrexerunt in Galaad et vastaverunt eam
interfecto Amorreo habitatore eius
40 dedit ergo Moses terram Galaad Ios 13,31; 17,1; Dt 3,15
Machir filio Manasse qui habitavit
in ea
41 Iair autem filius Manasse abiit et occupavit vicos eius Dt 3,14! 1 Par 2,22
quos appellavit Avothiair id est villas Iair
42 Nobe quoque perrexit et adprehendit I Par 2,23
Canath cum viculis suis
vocavitque eam ex nomine suo Nobe
33 hae sunt mansiones filiorum Israhel Ex 6,26!
qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas in manu Mosi et Aaron
2 quas descripsit Moses iuxta castrorum loca
quae Domini iussione mutabant
3 profecti igitur de Ramesse Ex 12,37
mense primo quintadecima die mensis primi altera die phase
filii Israhel in manu excelsa Ex 14,8!
videntibus cunctis Aegyptiis
4 et sepelientibus primogenitos quos Ex 11,5!
percusserat Dominus
nam et in diis eorum exercuerat ultionem
5 castrametati sunt in Soccoth Ex 12,37
6 et de Soccoth venerunt in Aetham Ex 13,20
quae est in extremis finibus solitudinis
7 inde egressi venerunt contra Phiahiroth quae respicit Beelsephon Ex 14,2
et castrametati sunt ante Magdolum
8 profectique de Phiahiroth transierunt per medium mare in solitudinem Ex 14,16!
et ambulantes tribus diebus per desertum Aetham castrametati sunt Ex 15,22.23
in Mara
9 profectique de Mara venerunt in Helim Ex 15,27
ubi erant duodecim fontes aquarum
et palmae septuaginta

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr

30 transire + armati c. | in terra Or(*ubi textus ante has voces dividitur*) | 32 pergimus O | in terra G | trans] cis AS; ante ΣΛ | 33 filii] filio CΛ | 34 astaroth ΛΛTMΦ; aroth G | 35 et etroth et sophan c; etroth et sophan GΣ; et ramoth et saphon C. | et *om.* C. | iazer + et Cc | 36 beth et nemra G | munitas] muratas O | 37 cariatharim GOΣ; cariathiarim M | 38 extruxerunt A. | 39 [*deest* G *usque ad* 33,51] || 33,1 haec CΛS |

ibique castrametati sunt
10 sed et inde egressi fixere tentoria super mare Rubrum
Ex 16,1 profectique de mari Rubro 11 castrametati sunt in deserto Sin
12 unde egressi venerunt in Dephca
13 profectique de Dephca castrametati sunt in Alus
Ex 17,1! 14 egressi de Alus Raphidim fixere tentoria
ubi aqua populo defuit ad bibendum
15 profectique de Raphidim castrametati sunt in deserto Sinai Ex 19,2; Idt 5,14
16 sed et de solitudine Sinai egressi venerunt ad sepulchra Concupiscentiae
11,34 17 profectique de sepulchris Concupiscentiae castrametati sunt in Aseroth
18 et de Aseroth venerunt in Rethma
19 profectique de Rethma castrametati sunt in Remmonphares
20 unde egressi venerunt in Lebna
21 et de Lebna castrametati sunt in Ressa
22 egressi de Ressa venerunt in Ceelatha
23 unde profecti castrametati sunt in monte Sepher
24 egressi de monte Sepher venerunt in Arada
25 inde proficiscentes castrametati sunt in Maceloth
26 profectique de Maceloth venerunt in Thaath
27 de Thaath castrametati sunt in Thare
28 unde egressi fixerunt tentoria in Methca
29 et de Methca castrametati sunt in Esmona
Dt 10,6 30 profectique de Esmona venerunt in Moseroth
31 et de Moseroth castrametati sunt in Baneiacan
32 egressique de Baneiacan venerunt in montem Gadgad Dt 10,7
33 unde profecti castrametati sunt in Hietebatha
34 et de Hietebatha venerunt in Ebrona
35 egressique de Ebrona castrametati sunt in Asiongaber Dt 2,8
36 inde profecti venerunt in desertum 20,1!
Sin haec est Cades
37 egressique de Cades castrametati 20,22
sunt in monte Hor
in extremis finibus terrae Edom
38 ascenditque Aaron sacerdos montem 20,25.26.27; Dt 32,50
Hor iubente Domino
et ibi mortuus est Dt 10,6
anno quadragesimo egressionis filiorum Israhel ex Aegypto
mense quinto prima die mensis
39 cum esset annorum centum viginti trium
40 audivitque Chananeus rex Arad 21,1
qui habitabat ad meridiem in terra Chanaan
venisse filios Israhel
41 et profecti de monte Hor castrametati sunt in Salmona
42 unde egressi venerunt in Phinon
43 profectique de Phinon castrametati 21,10.11
sunt in Oboth
44 et de Oboth venerunt in Ieabarim quae est in finibus Moabitarum
45 profectique de Ieabarim fixere tentoria in Dibongad
46 unde egressi castrametati sunt in Elmondeblathaim
47 egressi de Elmondeblathaim venerunt ad montes Abarim contra Nabo 27,12!
48 profectique de montibus Abarim
transierunt ad campestria Moab 22,1!
super Iordanem contra Hiericho

10 fixerunt OΣΛS c | profecti de AΛTΦ | 13 profecti de O | 14 egressique c | alus + in c | fixerunt OΣS | ~ populo defuit aqua c.; ~ populo aqua defuit O | 21 et *om.* Σc | 22 egressique c | 28 fixere AC c | 32 egressique] profectique c | in monte OCT | 37 terrae *om.* O | 38 in montem OCM c; in monte Σ | 40 in terram OTΦ c | 47 egressique SM c | 48 transierunt] uenerunt CΣS | super] supra c. |

AOC ΣΛSTMΦ cr

25,1 49 ibique castrametati sunt
de Bethsimon usque ad Belsattim in planioribus locis Moabitarum
50 ubi locutus est Dominus ad Mosen
51 praecipe filiis Israhel et dic ad eos
Dt 9,1! quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan
Ex 23,24! 52 disperdite cunctos habitatores regionis illius
confringite titulos et statuas comminuite
atque omnia excelsa vastate
53.54: 26,53–55 53 mundantes terram et habitantes in ea
ego enim dedi vobis illam in possessionem
54 quam dividetis vobis sorte
pluribus dabitis latiorem et paucis angustiorem
singulis ut sors ceciderit ita tribuetur hereditas
per tribus et familias possessio dividetur
55 sin autem nolueritis interficere habitatores terrae
Ios 23,13 qui remanserint erunt vobis quasi clavi in oculis et lanceae in lateribus
et adversabuntur vobis in terra habitationis vestrae
56 et quicquid illis facere cogitaram vobis faciam
34 locutus est Dominus ad Mosen
Lv 23,10! 2 praecipe filiis Israhel et dices ad eos
cum ingressi fueritis terram Chanaan
Ios 13,6 et in possessionem vobis sorte ceciderit
his finibus terminabitur
3–5: Ios 15,1–4 3 pars meridiana incipiet a solitudine Sin quae est iuxta Edom
et habebit terminos contra orientem mare Salsissimum
4 qui circumibunt australem plagam per ascensum Scorpionis
ita ut transeant Senna et perveniant in meridiem usque ad Cadesbarne Ez 47,19
unde egredientur confinia ad villam nomine Addar
et tendent usque Asemona
5 ibitque per gyrum terminus ab Asemona usque ad torrentem Aegypti
et maris Magni litore finietur
6 plaga autem occidentalis a mari Magno incipiet et ipso fine cludetur
7 porro ad septentrionalem plagam 7–9: Ez 47,15–17
a mari Magno termini incipient pervenientes usque ad montem Altissimum
8 a quo venies in Emath usque ad terminos Sedada
9 ibuntque confinia usque Zephrona et villam Henan
hii erunt termini in parte aquilonis
10 inde metabuntur fines contra orientalem plagam 10–12: Ez 47,18
de villa Henan usque Sephama
11 et de Sephama descendent termini in Rebla contra fontem
inde pervenient contra orientem ad mare Chenereth Dt 3,17! Ios 12,3; 13,27
12 et tendent usque Iordanem
et ad ultimum Salsissimo cludentur mari
hanc habebitis terram per fines suos in circuitu
13 praecepitque Moses filiis Israhel dicens
haec erit terra quam possidebitis sorte Ios 14,2
et quam iussit dari Dominus novem tribubus et dimidiae tribui
14 tribus enim filiorum Ruben per fa-

(G)AOC ΣΛSTMΦ cr 49 bethsimoth c | ad abelsatim c | 51 dice C | [*iterum adest* G] | 52 regiones OS; terrae c | 53 in eam OCΣS | 54 diuiditis GAS | 55 nolueris ATM; noluerit S. | 56 cogitaueram GATΦ cr; cogitauerim M. | ~ cogit. facere c ‖ **34**,1 locutusque est ΣS c | mosen + dicens G c | 4 transeat O; + in OTMΦ c | ad meridiem CS; in meridie GΛ.; a meridie c | egrediuntur GCS | usque ad asemona Σ c; usque ad semona GCSM | 5 ibique GS | 6 et + in GS. | 7 plagam] partem GCΣ | 8 uenies ΛΣTΦ r, *cf.* 𝔐] uenient c; ueniens *cet.* | 9 usque + ad O c | 11 [sephama—12 tendent *deest partim* G] | fontem + daphnim CΣΛSM c | 12 usque + ad MΦ c | in circuitum CS | 13 ~ dominus dari CΛS c |

milias suas
et tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum
media quoque tribus Manasse
Ios 14,3 15 id est duae semis tribus
32,32! acceperunt partem suam trans Iordanem contra Hiericho ad orientalem plagam
16 et ait Dominus ad Mosen
17 haec sunt nomina virorum qui terram vobis divident
Ios 14,1! Eleazar sacerdos et Iosue filius Nun
18 et singuli principes de tribubus singulis
19 quorum ista sunt vocabula
13,7 de tribu Iuda Chaleb filius Iepphonne
20 de tribu Symeon Samuhel filius Ammiud
21 de tribu Beniamin Helidad filius Chaselon
22 de tribu filiorum Dan Bocci filius Iogli
23 filiorum Ioseph de tribu Manasse Hannihel filius Ephod
24 de tribu Ephraim Camuhel filius Sephtan
25 de tribu Zabulon Elisaphan filius Pharnach
26 de tribu Isachar dux Faltihel filius Ozan
27 de tribu Aser Ahiud filius Salomi
28 de tribu Nepthali Phedahel filius Ameiud
29 hii sunt quibus praecepit Dominus ut dividerent filiis Israhel terram Chanaan
1–3: Ios 21,2 **35** haec quoque locutus est Dominus
36,13 ad Mosen
22,1! in campestribus Moab super Iordanem contra Hiericho
Ios 14,4! 2 praecipe filiis Israhel ut dent Levitis de possessionibus suis
3 urbes ad habitandum et suburbana earum per circuitum
ut ipsi in oppidis maneant et suburbana sint pecoribus ac iumentis
4 quae a muris civitatum forinsecus per circuitum
mille passuum spatio tendentur
5 contra orientem duo milia erunt cubiti
et contra meridiem similiter duo milia
ad mare quoque quod respicit occidentem eadem mensura erit
et septentrionalis plaga aequali termino finietur
eruntque urbes in medio et foris suburbana
6 de ipsis autem oppidis quae Levitis dabitis
sex erunt in fugitivorum auxilia separata 13; Ex 21,13!
ut fugiat ad ea qui fuderit sanguinem 15!
exceptis his alia quadraginta duo oppida
7 id est simul quadraginta octo cum suburbanis suis Ios 21,39.40
8 ipsaeque urbes quae dabuntur de possessionibus filiorum Israhel
ab his qui plus habent plures auferentur et qui minus pauciores 26,54
singuli iuxta mensuram hereditatis suae dabunt oppida Levitis
9 ait Dominus ad Mosen
10 loquere filiis Israhel et dices ad eos 10–15: Dt 19,1–10
quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chanaan
11 decernite quae urbes esse debeant in praesidia fugitivorum qui nolentes sanguinem fuderint Ex 21,13! Ios 20,2.3
12 in quibus cum fuerit profugus
cognatus occisi eum non poterit occidere
donec stet in conspectu multitudinis 24
et causa illius iudicetur

14 cognationem GΛSTΦ | tribu³ GΣ | 28 ammiud c || **35,1** super] supra c | 4 passus GS. | tendetur G; tendantur S.; tenduntur TΦ | 5 similiter + erunt c | respicit + ad Σc | occidentem] orientem C | septentrionali G | 6 sanguinem + et AΛTMΦc; + ut O. | 8 de] in G; ex S | 10 in terra GOCΣ | 12 fuerit] fugerit Ar; fugerint O. | ~ non poterit eum c. |

GAOC
ΣΛSTMΦ
cr

6 13 de ipsis autem urbibus quae ad fu-
13–15: Dt 4,41.42 gitivorum subsidia separantur
14 tres erunt trans Iordanem et tres in
terra Chanaan
15 tam filiis Israhel quam advenis at-
que peregrinis
6; Dt 19,5; Ios 20,9 ut confugiat ad eas qui nolens san-
guinem fuderit
Ex 21,12! 16 si quis ferro percusserit et mortuus
fuerit qui percussus est
reus erit homicidii et ipse morietur
17 si lapidem iecerit et ictus occubuerit
similiter punietur
18 si ligno percussus interierit
percussoris sanguine vindicabitur
27; Dt 19,12 19 propinquus occisi homicidam inter-
ficiet
statim ut adprehenderit eum percu-
tiet
20.21: Dt 19,11.12; Ex 21,14 20 si per odium quis hominem inpulerit
vel iecerit quippiam in eum per insi-
dias
21 aut cum esset inimicus manu percus-
serit
et ille mortuus fuerit
Mt 5,21! percussor homicidii reus erit
cognatus occisi statim ut invenerit
eum iugulabit
22 quod si fortuito et absque odio 23 et
inimicitiis quicquam horum fecerit
12 24 et hoc audiente populo fuerit con-
probatum
atque inter percussorem et propin-
quum sanguinis quaestio ventilata
25 liberabitur innocens de ultoris manu
et reducetur per sententiam in ur-
bem ad quam confugerat
Lv 21,10! Ios 20,6 manebitque ibi donec sacerdos mag-
nus qui oleo sancto unctus est mo-
riatur
26 si interfector extra fines urbium quae
exulibus deputatae sunt 27 fuerit in-
ventus
19! Ios 20,3 et percussus ab eo qui ultor est san-
guinis
absque noxa erit qui eum occiderit
28 debuerat enim profugus usque ad Ios 20,6
mortem pontificis in urbe residere
postquam autem ille obierit homi-
cida revertetur in terram suam
29 haec sempiterna erunt et legitima in
cunctis habitationibus vestris
30 homicida sub testibus punietur
ad unius testimonium nullus con- Dt 17,6! 19,15!
demnabitur
31 non accipietis pretium ab eo qui reus Ex 21,12!
est sanguinis
statim et ipse morietur
32 exules et profugi ante mortem ponti-
ficis nullo modo in urbes suas re-
verti poterunt
33 ne polluatis terram habitationis ves-
trae
quae insontium cruore maculatur
nec aliter expiari potest
nisi per eius sanguinem qui alterius
sanguinem fuderit
34 atque ita emundabitur vestra posses-
sio me commorante vobiscum
ego enim sum Dominus qui habito Ex 29,45!
inter filios Israhel
36 accesserunt autem et principes fa- Ios 17,4
miliarum Galaad 26,29; 27,1
filii Machir filii Manasse
de stirpe filiorum Ioseph
locutique sunt Mosi coram princi-
pibus Israhel atque dixerunt
2 tibi domino nostro praecepit Domi-
nus
ut terram sorte divideres filiis Israhel 26,55
et ut filiabus Salphaad fratris nostri
dares possessionem debitam patri
3 quas si alterius tribus homines uxo-
res acceperint
sequetur possessio sua
et translata ad aliam tribum de nos-
tra hereditate minuetur
4 atque ita fiet ut cum iobeleus id est Lv 25,10!

GAOC ΣΛSTMΦ cr
13 separantur] praeparantur O | 16 percussus est] percussor est C; percusserit GΦ | 19 percutiet] interficiet c | 22 fortuitu ΣΛSM c | 24 quaestio + fuerit GΣΛ | uentilata] inuenta C | 34 ita mundabitur GT || **36,1** galaad] gad O.; gaad GA | 2 patri] patris C | 3 translatam C |

quinquagesimus annus remissionis advenerit
confundatur sortium distributio
et aliorum possessio ad alios transeat
[5] respondit Moses filiis Israhel et Domino praecipiente ait
recte tribus filiorum Ioseph locuta est
[6] et haec lex super filiabus Salphaad a Domino promulgata est
nubant quibus volunt tantum ut suae tribus hominibus
[7] ne commisceatur possessio filiorum Israhel de tribu in tribum
Tb 1,9; 7,14 omnes enim viri ducent uxores de tribu et cognatione sua
[8] et cunctae feminae maritos de eadem tribu accipient
Tb 6,12 ut hereditas permaneat in familiis
[9] nec sibi misceantur tribus
sed ita maneant [10] ut a Domino separatae sunt
feceruntque filiae Salphaad ut fuerat imperatum
26,33; 27,1 [11] et nupserunt Maala et Thersa et Egla
11.12: Ios 17,3.4 et Melcha et Noa
filiis patrui sui [12] de familia Manasse qui fuit filius Ioseph
et possessio quae illis fuerat adtributa
mansit in tribu et familia patris earum
35,1.2! [13] haec sunt mandata atque iudicia quae praecepit Dominus per manum Mosi ad filios Israhel
in campestribus Moab super Iordanem contra Hiericho

EXPLICIT LIBER VAIEDABBER

ID EST NUMERI

INCIPIT LIBER HELLEADDABARIM

ID EST DEUTERONOMIUM

Haec sunt verba quae locutus est Moses ad omnem Israhel
trans Iordanem in solitudine campestri contra mare Rubrum
inter Pharan et Thophel et Laban et Aseroth
ubi auri est plurimum
[2] undecim diebus de Horeb per viam montis Seir usque Cadesbarne
[3] quadragesimo anno undecimo mense prima die mensis
locutus est Moses ad filios Israhel
omnia quae praeceperat illi Dominus ut diceret eis
[4] postquam percussit Seon regem Nm 21,33.34! Ios 12,2; III Rg 4,19; Ps 134,10.11; 135,17–20
Amorreorum qui habitavit in Esebon
et Og regem Basan qui mansit in 3,10; Ios 12,4; 13,12.31
Aseroth et in Edrai [5] trans Iordanem in terra Moab
coepitque Moses explanare legem et dicere
[6] Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb dicens
sufficit vobis quod in hoc monte mansistis
[7] revertimini et venite ad montem Nm 13,30! Ios 9,1
Amorreorum
et ad cetera quae ei proxima sunt
campestria atque montana et humiliora loca Ios 10,40; Idc 1,9
contra meridiem et iuxta litus maris
terram Chananeorum et Libani usque ad flumen magnum Eufraten
[8] en inquit tradidi vobis ingredimini 2,29; Ex 33,1!
et possidete eam
super qua iuravit Dominus patribus vestris Abraham et Isaac et Iacob

4 confundantur CS; confunduntur Λ. | distributio] descriptio CS | 6 [*deest* G *usque ad v.* 13] | 8 ~ de eadem tribu maritos c. | 13 praecepit] mandauit c. | super] supra c || (G)AOC ΣΛSTMΦ cr

Deuteronomium. *Citantur* AOC *et* ΣΛLFSTMΦl *ac* cr. *Tit.* liber deuteronomii hebraice elle haddebarim c || 1,1 [*adest passim* l *usque ad* 4,12] | 2 usque + ad Flc | 3 ad filios] filiis OL. | 4 habitabat ACLc | astharoth cr𝔐 | 6 domine O | 7 ei proxima *om.* l.; ei *om.* OF | 8 super quam CΣSl; supra quam O | et² *om.* ΣSMc | AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

ut daret illam eis et semini eorum
post eos
9 dixique vobis illo in tempore
Ex 18,18! 10 non possum solus sustinere vos
Gn 26,4! quia Dominus Deus vester multiplicavit vos
28,62 et estis hodie sicut stellae caeli plurimae
Gn 26,24! 11 Dominus Deus patrum vestrorum
addat ad hunc numerum multa milia
et benedicat vobis sicut locutus est
Ex 18,18! 12 non valeo solus vestra negotia sustinere et pondus ac iurgia
Ex 18,21! 13 date e vobis viros sapientes et gnaros
et quorum conversatio sit probata in tribubus vestris
ut ponam eos vobis principes
14 tunc respondistis mihi
bona res est quam vis facere
Ex 18,21.22! 15 tulique de tribubus vestris viros sapientes et nobiles
et constitui eos principes
tribunos et centuriones et quinquagenarios ac decanos
qui docerent vos singula
16 praecepique eis dicens
16,18; Lv 19,15; Iob 6,29; Io 7,24 audite illos et quod iustum est iudicate
sive civis sit ille sive peregrinus
10,17! Lv 19,15! Iob 32,21; Prv 24,23; Act 10,34! Iac 2,1.9 17 nulla erit distantia personarum
ita parvum audietis ut magnum
nec accipietis cuiusquam personam
quia Dei iudicium est
Ex 18,22 quod si difficile vobis aliquid visum fuerit
referte ad me et ego audiam
18 praecepique omnia quae facere deberetis
19 profecti autem de Horeb transivimus
8,15! per heremum terribilem et maximam quam vidistis
per viam montis Amorrei
sicut praeceperat Dominus Deus noster nobis
cumque venissemus in Cadesbarne
20 dixi vobis
venistis ad montem Amorrei quem Dominus Deus noster daturus est nobis
21 vide terram quam Dominus Deus tuus dat tibi 9,5.23; 26,3; 27,3; Ex 33,1!
ascende et posside eam
sicut locutus est Dominus Deus patribus tuis
noli metuere nec quicquam paveas 29! Ios 8,1
22 et accessistis ad me omnes atque dixistis
mittamus viros qui considerent terram Nm 13,3
et renuntient per quod iter debeamus ascendere
et ad quas pergere civitates
23 cumque mihi sermo placuisset
misi e vobis duodecim viros singulos de tribubus suis Nm 13,3
24 qui cum perrexissent et ascendissent in montana Nm 13,18.19!
venerunt usque ad vallem Botri Nm 13,24; 32,9
et considerata terra 25 sumentes de
fructibus eius ut ostenderent ubertatem Nm 13,21
adtulerunt ad nos atque dixerunt
bona est terra quam Dominus Deus noster daturus est nobis Nm 14,7.8!
26 et noluistis ascendere
sed increduli ad sermonem Domini Dei nostri 9,23.24; Ps 105,24.25
27 murmurati estis in tabernaculis vestris atque dixistis IV Esr 1,15
odit nos Dominus et idcirco eduxit nos de terra Aegypti Lv 25,42!
ut traderet in manu Amorrei atque deleret
28 quo ascendemus nuntii terruerunt cor nostrum dicentes Nm 32,9

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

9 dixitque AOL; dixi quoque Σ | in *om.* OΣΛM; ~ in illo S | 10 plurimi Φc | 11 ad hunc] adhuc CΣLS | 12 ~ negotia uestra c. | 13 ignaros OS | 15 tulitque O | constituit O | 16 praecepitque OL | 17 ~ uisum aliquid c. | 19 uenissemus ΛSTMΦlcr𝔐] uenissetis *cet.* | 21 dabit CΣLSMl | tibi + et O | deus² + noster ΛOTMΦcr | tuis] nostris O | metuere] timere c | 27 murmurastis ΣΛLMlc | traderet + nos OLc | 28 ascendimus OLFl |

2,21; 9,1.2; Nm 13,29! maxima multitudo est et nobis in statura procerior
urbes magnae et ad caelum usque munitae
filios Enacim vidimus ibi
29 et dixi vobis
21! 3,22; 20,3.4! 31,8 nolite metuere nec timeatis eos
30 Dominus Deus qui ductor est vester pro vobis ipse pugnabit
Ex 14,14! II Esr 4,20 sicut fecit in Aegypto videntibus cunctis
31 et in solitudine ipse vidisti
Nm 11,12! Is 46,3 portavit te Dominus Deus tuus
ut solet homo gestare parvulum filium suum in omni via per quam ambulasti
donec veniretis ad locum istum
32 et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro
Ex 13,21! 33 qui praecessit vos in via
et metatus est locum in quo tentoria figere deberetis
II Esr 9,19; Ps 77,14; 104,39 Sap 10,17; 18,3! nocte ostendens vobis iter per ignem
et die per columnam nubis
34 cumque audisset Dominus vocem sermonum vestrorum iratus iuravit et ait
Nm 32,11.12! 35 non videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimae
terram bonam quam sub iuramento pollicitus sum patribus vestris
36 praeter Chaleb filium Iepphonne
11,24! Ios 14,9 ipse enim videbit eam et ipsi dabo terram quam calcavit et filiis eius
quia secutus est Dominum
37 nec miranda indignatio in populum
3,26; 4,21 cum mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit
3,27; 31,2; Nm 14,30! nec tu ingredieris illuc 38 sed Iosue
3,28; 31,3 filius Nun minister tuus ipse intrabit pro te
31,7! hunc exhortare et robora et ipse terram sorte dividat Israheli
Nm 14,31 39 parvuli vestri de quibus dixistis quod captivi ducerentur
et filii qui hodie boni ac mali ignorant distantiam Ecl 6,5; Is 7,16
ipsi ingredientur et ipsis dabo terram Lv 14,34!
et possidebunt eam
40 vos autem revertimini et abite in solitudinem per viam maris Rubri Nm 14,25!
41 et respondistis mihi peccavimus Domino Nm 14,40
ascendemus atque pugnabimus sicut praecepit Dominus Deus noster
cumque instructi armis pergeretis in montem
42 ait mihi Dominus dic ad eos
nolite ascendere neque pugnetis Nm 14,42
non enim sum vobiscum ne cadatis coram inimicis vestris
43 locutus sum et non audistis sed adversantes imperio Domini et tumentes superbia ascendistis in montem Nm 14,44
44 itaque egressus Amorreus qui habitabat in montibus et obviam veniens Nm 14,45
persecutus est vos sicut solent apes persequi Ps 117,12
et cecidit de Seir usque Horma
45 cumque reversi ploraretis coram Domino
non audivit vos nec voci vestrae voluit adquiescere
46 sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore Nm 20,1!
2 profectique inde venimus in solitudinem quae ducit ad mare Rubrum Nm 14,25!
sicut mihi dixerat Dominus
et circumivimus montem Seir longo tempore
2 dixitque Dominus ad me
3 sufficit vobis circumire montem istum
ite contra aquilonem
4 et populo praecipe dicens
transibitis per terminos fratrum ves-

28 in *om.* AΣSlc | 30 pugnauit AOΣSTl | ~ cunctis uidentibus c. | 31 ambulastis c | 32 nec] ne AΛFTΦ | quidem *om.* O | 33 diem Ol | 38 ~ sorte terram Σc | diuidet Σc | 39 ac] aut CΛLF; et Σ | 41 ascendimus AOCLS; ascendamus F | atque] et c | pugnauimus OCS ||

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

22; Gn 32,3; 36,8 trorum filiorum Esau
qui habitant in Seir et timebunt vos
5 videte ergo diligenter ne moveamini
contra eos
Act 7,5 neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest unius pedis calcare vestigium
Ios 24,4 quia in possessionem Esau dedi montem Seir
6 cibos emetis ab eis pecunia et comedetis
Nm 20,19 aquam emptam haurietis et bibetis
7 Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum
Nm 32,13!; Ios 5,6; II Esr 9,21; Act 13,18 novit iter tuum quomodo transieris solitudinem hanc magnam per quadraginta annos
habitans tecum Dominus Deus tuus et nihil tibi defuit
8 cumque transissemus fratres nostros filios Esau qui habitabant in Seir
Nm 33,35.36 per viam campestrem de Helath et de Asiongaber
Nm 21,11; Idc 11,18 venimus ad iter quod ducit in desertum Moab
9 dixitque Dominus ad me
Idc 11,15 non pugnes contra Moabitas nec ineas adversum eos proelium
non enim dabo tibi quicquam de terra eorum
quia filiis Loth tradidi Ar in possessionem
10–12: Gn 14,5.6 10 Emim primi fuerunt habitatores eius
populus magnus et validus
et tam excelsus ut de Enacim stirpe
11 quasi gigantes crederentur
et essent similes filiorum Enacim
denique Moabitae appellant eos Emim
12 in Seir autem prius habitaverunt Horim
quibus expulsis atque deletis habitaverunt filii Esau
sicut fecit Israhel in terra possessionis suae quam dedit ei Dominus
13 surgentes ergo ut transiremus torrentem Zared venimus ad eum Nm 21,12
14 tempus autem quo ambulavimus de Cadesbarne usque ad transitum torrentis Zared
triginta octo annorum fuit
donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris Nm 14,35!
sicut iuraverat Dominus
15 cuius manus fuit adversum eos
ut interirent de castrorum medio
16 postquam autem universi ceciderunt pugnatores Ios 5,4
17 locutus est Dominus ad me dicens
18 tu transibis hodie terminos Moab
urbem nomine Ar
19 et accedens in vicina filiorum Ammon
cave ne pugnes contra eos nec movearis ad proelium
non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon Idc 11,15
quia filiis Loth dedi eam in possessionem
20 terra gigantum reputata est
et in ipsa olim habitaverunt gigantes
quos Ammanitae vocant Zomzommim
21 populus magnus et multus et procerae longitudinis 1,28!
sicut Enacim quos delevit Dominus a facie eorum
et fecit illos habitare pro eis
22 sicut fecerat filiis Esau qui habitant in Seir 4; Gn 32,3; 36,8
delens Horreos et terram eorum illis tradens
quam possident usque in praesens
23 Eveos quoque qui habitabant in Aserim usque Gazam
Cappadoces expulerunt

AOC Σ(Λ)LFSTM Φ] cr 2,8 habitant CΣΛLFS | 9 ar] has T; ea O.; eam Cl | 10 emim] etenim S; hec enim C.; en l. | 12 horim] horrei A c | in terram OTΦ | ei] illi c | 13 ergo] autem AL | 14 triginta + et ΣTl c | 16 ceciderant A | 19 accedes AFSTl; accedas Σ; ascendens OLM | uicinia OΣΛL | 21 [*deest* A *usque ad* 4,23] | 22 habitabant CL | 23 habitabant] habitant CFl |

qui egressi de Cappadocia deleve-
runt eos et habitaverunt pro illis
24 surgite et transite torrentem Arnon
31; Nm 21,34! Ios 24,8; Am 2,9 ecce tradidi in manu tua Seon regem
Esebon Amorreum et terram eius
incipe possidere et committe adver-
sum eum proelium
Ex 23,27! 25 hodie incipiam mittere terrorem at-
que formidinem tuam
in populos qui habitant sub omni
caelo
ut audito nomine tuo paveant
Ps 47,7; Sir 48,21; Is 13,8! et in morem parturientium con-
tremescant et dolore teneantur
I Mcc 5,47.48 26 misi ergo nuntios de solitudine Ca-
26–36: Nm 21,21–26; Idc 11,19–22 demoth
ad Seon regem Esebon
verbis pacificis dicens
Nm 20,17! 27 transibimus per terram tuam
publica gradiemur via
non declinabimus neque ad dextram
neque ad sinistram
28 alimenta pretio vende nobis ut ves-
camur
aquam pecunia tribue et sic bibemus
tantum est ut nobis concedas trans-
itum
29 sicut fecerunt filii Esau qui habitant
in Seir
et Moabitae qui morantur in Ar
1,8! donec veniamus ad Iordanem et
transeamus in terram quam Domi-
nus Deus noster daturus est nobis
I Mcc 5,48 30 noluitque Seon rex Esebon dare no-
bis transitum
Ex 10,1! quia induraverat Dominus Deus tu-
us spiritum eius et obfirmaverat cor
illius
ut traderetur in manus tuas sicut
nunc vides
31 dixitque Dominus ad me
24! ecce coepi tradere tibi Seon et ter-
ram eius
incipe possidere eam

32 egressusque est Seon obviam nobis
cum omni populo suo ad proelium
in Iesa
33 et tradidit eum Dominus Deus nos-
ter nobis
percussimusque eum cum filiis et
omni populo suo
34 cunctasque urbes in tempore illo ce- 3,6.7
pimus
interfectis habitatoribus earum viris
ac mulieribus et parvulis
non reliquimus in eis quicquam
35 absque iumentis quae in partem ve-
nere praedantium
et spoliis urbium quas cepimus
36 ab Aroer quae est super ripam tor- 3,12; 4,48; Ios 12,2; 13,16
rentis Arnon
oppido quod in valle situm est usque
Galaad
non fuit vicus et civitas quae nostras 3,4
effugeret manus
omnes tradidit Dominus Deus nos-
ter nobis
37 absque terra filiorum Ammon ad Nm 21,24!
quam non accessimus
et cunctis quae adiacent torrenti Ie-
boc
et urbibus montanis universisque
locis
a quibus nos prohibuit Dominus
Deus noster
3 itaque conversi ascendimus per iter 1–3: Nm 21,33–35
Basan
egressusque est Og rex Basan in oc-
cursum nobis cum populo suo ad
bellandum in Edrai
2 dixitque Dominus ad me
ne timeas eum quia in manu tua tra-
ditus est cum omni populo ac terra
sua
faciesque ei sicut fecisti Seon regi
Amorreorum qui habitavit in Ese-
bon
3 tradidit ergo Dominus Deus noster

23 illis] eis O | 24 in manus tuas AOCr | amorreorum OCFSΦ | 29 morabantur O | in[3]] ad c | 31 ~ tibi tradere c | 33 filiis + suis lc | 35 uenire Ol | 36 effugerit AOFST | 37 absque terram CΣLFSl || 3,2 populo + suo AL |

AOC ΣLFSTMΦl cr

in manibus nostris
etiam Og regem Basan et universum populum eius
percussimusque eos usque ad internicionem
4 vastantes cunctas civitates illius uno tempore
2,36 non fuit oppidum quod nos effugeret
III Rg 4,13 sexaginta urbes omnem regionem Argob regni Og in Basan
5 cunctae urbes erant munitae muris altissimis portisque et vectibus
absque oppidis innumeris quae non habebant muros
2,34.35 6 et delevimus eos sicut feceramus Seon regi Esebon
disperdentes omnem civitatem virosque ac mulieres et parvulos
7 iumenta autem et spolia urbium diripuimus
8—10: 4,47–49 8 tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorreorum qui erant trans Iordanem
a torrente Arnon usque ad montem Hermon
9 quem Sidonii Sarion vocant et Amorrei Sanir
10 omnes civitates quae sitae sunt in planitie
et universam terram Galaad et Basan
1,4! usque Selcha et Edrai
civitates regni Og in Basan
11 solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum
monstratur lectus eius ferreus qui est in Rabbath filiorum Ammon
novem cubitos habens longitudinis et quattuor latitudinis
ad mensuram cubiti virilis manus
Ios 13,15.16 12 terramque possedimus in tempore illo
2,36! ab Aroer quae est super ripam torrentis Arnon
usque ad mediam partem montis Galaad
et civitates illius dedi Ruben et Gad Nm 32,33!
13 reliquam autem partem Galaad et omnem Basan regni Og Ios 13,29–31
tradidi mediae tribui Manasse Ios 22,7
omnem regionem Argob
cuncta Basan vocatur terra gigantum
14 Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob Nm 32,41!
usque ad terminos Gesuri et Machathi
vocavitque ex nomine suo Basan Ios 13,30; Idc 10,4
Avothiair id est villas Iair usque in praesentem diem
15 Machir quoque dedi Galaad Nm 32,40!
16 et tribubus Ruben et Gad dedi terram Galaad usque ad torrentem Arnon Nm 32,29!
medium torrentis et finium
usque ad torrentem Ieboc qui est terminus filiorum Ammon
17 et planitiem solitudinis atque Iordanem 4,49; Nm 34,11.12!
et terminos Chenereth usque ad mare Deserti quod est Salsissimum
ad radices montis Phasga contra orientem
18 praecepique vobis in tempore illo dicens Nm 32,29! 18—20: Ios 1,12–15
Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hereditatem
expediti praecedite fratres vestros filios Israhel omnes viri robusti
19 absque uxoribus et parvulis ac iumentis
novi enim quod plura habeatis pecora Nm 32,4
et in urbibus remanere debebunt quas tradidi vobis
20 donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit Nm 32,21.22
et possideant etiam ipsi terram quam

AOC ΣLFSTMΦI cr 4 in *om.* C | 8 in *om.* OΣ; ~ in illo L | 9 sidones arion CFI | et *om.* AF | 10 usque + ad c | in²] et OΣ.; et in F. | 12 in *om.* c. | 13 tradidi dimidiae O | cunctaque c. | 14 possidet CFI | 16 terram] de terra c | et confinium c | 18 expedite A | 19 ac] atque c | 20 ~ ipsi etiam lc. |

daturus est eis trans Iordanem
tunc revertetur unusquisque in possessionem suam quam dedi vobis
[21] Iosue quoque in tempore illo praecepi dicens
oculi tui viderunt quae fecit Dominus Deus vester duobus his regibus
sic faciet omnibus regnis ad quae transiturus es
1,29.30! [22] ne timeas eos Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis
[23] precatusque sum Dominum in tempore illo dicens
[24] Domine Deus tu coepisti ostendere
Ier 10,6! servo tuo magnitudinem tuam manumque fortissimam
4,39! III Rg 8,23; II Par 6,14 neque enim est alius Deus vel in caelo vel in terra
qui possit facere opera tua et conparari fortitudini tuae
[25] transibo igitur et videbo terram hanc optimam trans Iordanem
et montem istum egregium et Libanum
1,37 [26] iratusque est Dominus mihi propter vos
nec exaudivit me sed dixit mihi
sufficit tibi nequaquam ultra loquaris de hac re ad me
34,1; Nm 27,12! [27] ascende cacumen Phasgae
Gn 13,14; 28,14 et oculos tuos circumfer ad occidentem et aquilonem austrumque et orientem et aspice
1,37! 4,22 nec enim transibis Iordanem istum
1,38! [28] praecipe Iosue et corrobora eum atque conforta
quia ipse praecedet populum istum et dividet eis terram quam visurus es
4,46 [29] mansimusque in valle contra fanum Phogor
5,6! 5,1; 6,1; Ps 77,1! Bar 3,9 **4** et nunc Israhel audi praecepta et iudicia quae ego doceo te
8,1; 11,31.32! 12,1; Lv 18,5! ut faciens ea vivas

et ingrediens possideas terram quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis Ex 12,25! Ez 36,27.28
[2] non addetis ad verbum quod vobis loquor neque auferetis ex eo 12,32; Prv 30,6!
custodite mandata Domini Dei vestri quae ego praecipio vobis
[3] oculi vestri viderunt omnia quae fecit Dominus contra Beelphegor
quomodo contriverit omnes cultores eius de medio vestri
[4] vos autem qui adheretis Domino Deo vestro vivitis universi usque in praesentem diem Ps 62,9; 72,28
[5] scitis quod docuerim vos praecepta atque iustitias 1,2! 14; 5,31
sicut mandavit mihi Dominus Deus meus
sic facietis ea in terra quam possessuri estis [6] et observabitis et implebitis opere 1 Par 28,7.8
haec est enim vestra sapientia et intellectus coram populis I Par 22,12; Prv 10,8; 28,7; Sir 6,37
ut audientes universa praecepta haec dicant
en populus sapiens et intellegens gens magna
[7] nec est alia natio tam grandis quae habeat deos adpropinquantes sibi 33,29
sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris Ps 144,18
[8] quae est enim alia gens sic inclita ut habeat caerimonias iustaque iudicia Ps 147,20
et universam legem quam ego proponam hodie ante oculos vestros
[9] custodi igitur temet ipsum et animam tuam sollicite 15
ne obliviscaris verborum quae viderunt oculi tui 6,6.7! 32,46!
et ne excedant de corde tuo cunctis diebus vitae tuae
docebis ea filios ac nepotes tuos
[10] diem in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb

21 ad quae] ad quem CΣ | 26 ~ mihi dominus CΣL | tibi] mihi Ol | 27 et[2]] ad O.; et ad ΣLSc | 29 in uallem AFl || 4,2 neque] nec c | 5 in terram OCΣTl | 6 uniuersa L cr𝔐] uniuersi *cet.* | gens *om.* OCΣFl | 7 neque C | dominus CΣLFMl𝔐] *om. cet.* | 9 excidant CΣc | tuae + et A | 10 die l; a die c. |

AOC ΣLFSTMΦl cr

quando Dominus locutus est mihi
dicens
Ex 19,9 congrega ad me populum ut audiat
sermones meos
14,23; Ex 20,20! et discat timere me omni tempore
quo vivit in terra
doceantque filios suos
Ex 19,17.18 11 et accessistis ad radices montis qui
ardebat usque ad caelum
II Sm 22,12; Ps 17,12; 96,2 erantque in eo tenebrae nubes et ca-
ligo
33; 5,4! 22.24.26 12 locutusque est Dominus ad vos de
medio ignis
Ex 19,9; Sap 18,1; Act 9,7! vocem verborum eius audistis et for-
mam penitus non vidistis
13 et ostendit vobis pactum suum quod
praecepit ut faceretis
Ex 34,28! et decem verba quae scripsit in dua-
bus tabulis lapideis
5! 5,31 14 mihique mandavit in illo tempore ut
docerem vos caerimonias et iudicia
quae facere deberetis in terra quam
possessuri estis
9 15 custodite igitur sollicite animas ves-
tras
non vidistis aliquam similitudinem
in die qua locutus est Dominus vo-
bis in Horeb de medio ignis
Ez 16,17! 16 ne forte decepti faciatis vobis sculp-
16–18: Ex 20,4! tam similitudinem aut imaginem
Ez 8,10 masculi vel feminae
17 similitudinem omnium iumentorum
quae sunt super terram
vel avium sub caelo volantium
18 atque reptilium quae moventur in
terra
sive piscium qui sub terra morantur
in aquis
17,3; Sap 13,2 19 ne forte oculis elevatis ad caelum vi-
deas solem et lunam et omnia astra
caeli
et errore deceptus adores ea et colas
quae creavit Dominus Deus tuus in
ministerium cunctis gentibus quae
sub caelo sunt
20 vos autem tulit Dominus et eduxit Ex 3,17! Ier 11,4
de fornace ferrea Aegypti 9,29; III Rg 8,51
ut haberet populum hereditarium 32,9! Est 14,5; Ps 32,12
sicut est in praesenti die
21 iratusque est Dominus contra me 1,37!
propter sermones vestros
et iuravit ut non transirem Iorda-
nem
nec ingrederer terram optimam Nm 20,12!
quam daturus est vobis
22 ecce morior in hac humo non trans- 3,27!
ibo Iordanem
vos transibitis et possidebitis terram
egregiam
23 cave nequando obliviscaris pacti Do-
mini Dei tui quod pepigit tecum
et facias tibi sculptam similitudinem Ex 20,4!
eorum quae fieri Dominus prohi-
buit
24 quia Dominus Deus tuus ignis con- 9,3; Ex 20,5! Hbr 12,29
sumens est Deus aemulator
25 si genueritis filios ac nepotes
et morati fueritis in terra
deceptique feceritis vobis aliquam
similitudinem
patrantes malum coram Domino II Par 29,6! Ps 50,6!
Deo vestro 9,18; 31,29! Or Man 10
ut eum ad iracundiam provocetis 9,7! 32,16! Idc 2,12
26 testes invoco hodie caelum et terram 30,19; 31,28! IV Esr 2,14
cito perituros vos esse de terra 30,18
quam transito Iordane possessuri
estis
non habitabitis in ea longo tempore
sed delebit vos Dominus 27 atque di-
sperget in omnes gentes 28,64; Lv 26,33; Ps 43,12!
et remanebitis pauci in nationibus
ad quas vos ducturus est Dominus
28 ibique servietis diis qui hominum 28,36; IV Rg 19,18;
manu fabricati sunt Is 37,19; 44,11 Ps 113,12–14;
ligno et lapidi qui non vident non 134,15–17; Sap 15,15
audiunt non comedunt non odo-

AOC Σ(Λ)LFSTM Φ(l) cr

10 ut] et OF | audiant M c. | discant CFM c. | uiuunt M c. | 11 radicem CΣLS | tenebrae + et c | 13 [*deest* l *usque ad* 8,1] | scripsit + uobis C | 15 ~ uobis dominus c. | 16 scalptam ATM | 19 ~ eleuatis oculis c | in ministerio CF | 21 est[1] *om.* O | et *om.* O | 23 scalptam AT | 24 [*iterum adest* Λ] | 26 iordanem O; iordanen CΣ | 28 non[2.3.4]] nec c |

rantur
30,2 29 cumque quaesieris ibi Dominum
Deum tuum invenies eum
si tamen toto corde quaesieris et tota
tribulatione animae tuae
30 postquam te invenerint omnia quae
praedicta sunt
novissimo tempore reverteris ad Do-
minum Deum tuum et audies vo-
cem eius
31 quia Deus misericors Dominus Deus
tuus est
non dimittet te nec omnino delebit
neque obliviscetur pacti in quo iura-
vit patribus tuis
32,7 32 interroga de diebus antiquis qui fu-
erunt ante te
Gn 1,27! Is 45,12 ex die quo creavit Deus hominem
super terram
Ps 18,7 a summo caeli usque ad summum
eius
si facta est aliquando huiuscemodi
res aut umquam cognitum est
12! 33 ut audiret populus vocem Dei lo-
quentis de medio ignis
sicut tu audisti et vixisti
II Sm 7,23! 34 si fecit Deus ut ingrederetur et tol-
leret sibi gentem de medio natio-
num
6,22! 7,19; 29,3; 34,11.12! per temptationes signa atque por-
tenta
per pugnam et robustam manum
extentumque brachium et horribiles
visiones
Ex 19,4! Nm 14,22! iuxta omnia quae fecit pro vobis Do-
minus Deus vester in Aegypto vi-
dentibus oculis tuis
32,39; Ex 8,10; I Sm 2,2! III Rg 8,60! Is 45,6! Mc 12,32 35 ut scires quoniam Dominus ipse est
Deus et non est alius praeter unum
Ex 20,22 36 de caelo te fecit audire vocem suam
ut doceret te
et in terra ostendit tibi ignem suum
maximum
et audisti verba illius de medio ignis
7,8! 10,15 37 quia dilexit patres tuos et elegit se-
men eorum post eos
eduxitque te praecedens in virtute Ex 13,3!
sua magna ex Aegypto
38 ut deleret nationes maximas et for- 7,1: 9,1.3! 11,23! 12,29! 18,12
tiores te in introitu tuo Ex 23,27
et introduceret te daretque tibi ter-
ram earum in possessionem sicut
cernis in praesenti die
39 scito ergo hodie et cogitato in corde
tuo
quod Dominus ipse sit Deus in caelo 3,24! Ex 9,14! Ios 2,11;
sursum et in terra deorsum et non III Rg 8,23
sit alius
40 custodi praecepta eius atque man- Gn 26,5! 5,29! 32,33!
data quae ego praecipio tibi 6,2.3! 17,18! 11,8.9; 32,46.47;
ut bene sit tibi et filiis tuis post te
et permaneas multo tempore super Ex 20,12
terram
quam Dominus Deus tuus daturus
est tibi
41 tunc separavit Moses tres civitates 41.42: Nm 35,13–15!
trans Iordanem ad orientalem pla-
gam
42 ut confugiat ad eas qui occiderit no-
lens proximum suum
nec fuerit inimicus ante unum et al-
terum diem
et ad harum aliquam urbium possit
evadere
43 Bosor in solitudine quae sita est in Ios 20,8; I Par 6,78
terra campestri de tribu Ruben
et Ramoth in Galaad quae est in tri- Ios 21,37; I Par 6,80
bu Gad
et Golam in Basan quae est in tribu Ios 21,27; I Par 6,71
Manasse
44 ista est lex quam proposuit Moses
coram filiis Israhel
45 et haec testimonia et caerimoniae at-
que iudicia
quae locutus est ad filios Israhel
quando egressi sunt de Aegypto
46 trans Iordanem in valle contra fa- 3,29
num Phogor
in terra Seon regis Amorrei qui ha-
bitavit in Esebon quem percussit

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

31 deus[1]] dominus CΣ | 32 caelo A c | 33 dei] domini CΣL | tu *om.* O | uixisti] uidisti OSΦ | 35 unum] eum OΣc | 39 cogita OFΦ | sit[1]] est OCΦ | 42 nec + sibi c. |

Moses
filii quoque Israhel egressi ex Aegyp-
47—49: 3,8–10 to 47 possederunt terram eius
et terram Og regis Basan
duorum regum Amorreorum qui
erant trans Iordanem ad solis or-
tum
2,36! 48 ab Aroer quae sita est super ripam
torrentis Arnon
usque ad montem Sion qui est et
Hermon
3,17! 49 omnem planitiem trans Iordanem ad
orientalem plagam
usque ad mare Solitudinis et usque
ad radices montis Phasga
4,1! 5 vocavitque Moses omnem Israhelem
et dixit ad eum
audi Israhel caerimonias atque iu-
dicia
quae ego loquor in auribus vestris
hodie
discite ea et opere conplete
29,1; Gn 9,9! 2 Dominus Deus noster pepigit no-
biscum foedus in Horeb
3 non cum patribus nostris iniit pac-
tum
sed nobiscum qui inpraesentiarum
sumus et vivimus
34,10; Ex 33,11; Nm 12,8 4 facie ad faciem locutus est nobis in
22; 4,12! monte de medio ignis
5 ego sequester et medius fui inter Do-
minum et vos in tempore illo
ut adnuntiarem vobis verba eius
Ex 20,18 timuistis enim ignem et non ascen-
distis in montem
6—21: Ex 20,2–17 et ait 6 ego Dominus Deus tuus qui
6,13! Ex 3,17! Ps 80,11; eduxi te de terra Aegypti de domo
IV Esr 1,7 servitutis
Ps 80,10 7 non habebis deos alienos in con-
spectu meo
8 non facies tibi sculptile nec similitu-
dinem omnium
quae in caelo sunt desuper et quae
in terra deorsum et quae versantur
in aquis sub terra
9 non adorabis ea et non coles
ego enim sum Dominus Deus tuus
Deus aemulator
reddens iniquitatem patrum super
filios in tertiam et quartam genera-
tionem his qui oderunt me
10 et faciens misericordiam in multa Ex 20,6!
milia diligentibus me et custodien-
tibus praecepta mea
11 non usurpabis nomen Domini Dei
tui frustra
quia non erit inpunitus qui super re
vana nomen eius adsumpserit
12 observa diem sabbati ut sanctifices
eum sicut praecepit tibi Dominus
Deus tuus
13 sex diebus operaberis et facies om-
nia opera tua
14 septimus dies sabbati est id est re-
quies Domini Dei tui
non facies in eo quicquam operis Mt 12,2!
tu et filius tuus et filia
servus et ancilla et bos et asinus et
omne iumentum tuum
et peregrinus qui est intra portas tuas
ut requiescat servus et ancilla tua sic-
ut et tu
15 memento quod et ipse servieris in 15,15! 16,12; 24,22
Aegypto
et eduxerit te inde Dominus Deus Ex 6,6!
tuus in manu forti et brachio ex-
tento
idcirco praecepit tibi ut observares
diem sabbati
16 honora patrem tuum et matrem sic- Ex 20,12! Sir 3,9! Eph 6,2.3
ut praecepit tibi Dominus Deus tuus
ut longo vivas tempore et bene sit 22,7
tibi in terra quam Dominus Deus
tuus daturus est tibi
17 non occides
18 neque moechaberis
19 furtumque non facies
20 nec loqueris contra proximum tuum

AOC 46 filii quoque] filiique OCLS | 48 et *om.* ACΣΛF || 5,4 in montem OCS; de monte M |
ΣΛLFSTMΦ 5 dominum] deum C | 9 deus² *om.* O | 11 domini *om.* C | super rem uanam LT; super
cr uana C | 13 operaueris AOCLS. | 14 requiei AO | seruus² + tuus c | 18 moechaueris
AOCLS. |

falsum testimonium
21 non concupisces uxorem proximi tui
non domum non agrum non servum
non ancillam
non bovem non asinum et universa
quae illius sunt
4! 4.12! 9.10 22 haec verba locutus est Dominus ad
omnem multitudinem vestram in
monte
de medio ignis et nubis et caliginis
voce magna
nihil addens amplius
Ex 24.12! et scripsit ea in duabus tabulis lapi-
deis quas tradidit mihi
Ex 24.16.17! 23 vos autem postquam audistis vocem
de medio tenebrarum et montem
ardere vidistis
accessistis ad me omnes principes
tribuum et maiores natu atque di-
xistis
24 ecce ostendit nobis Dominus Deus
noster maiestatem et magnitudi-
nem suam
4.12! vocem eius audivimus de medio ignis
et probavimus hodie quod loquente
Deo cum homine vixerit homo
25 cur ergo morimur et devorabit nos
ignis hic maximus
18.16; Ex 20.19 si enim audierimus ultra vocem Do-
mini Dei nostri moriemur
4.12! 26 quid est omnis caro ut audiat vocem
Dei viventis qui de medio ignis lo-
quitur sicut nos audivimus et pos-
sit vivere
27 tu magis accede et audi cuncta quae
dixerit Dominus Deus noster tibi
Ex 20.19 loquerisque ad nos et nos audientes
faciemus ea
28 quod cum audisset Dominus ait ad
me
audivi vocem verborum populi huius
18.17 quae locuti sunt tibi bene omnia sunt
locuti
29 quis det talem eos habere mentem ut
timeant me 31.12; Tb 2.13; Ps 118.63;
et custodiant universa mandata mea Ecl 12.13; Sir 2.21!
in omni tempore 4.40! Ps 118.44
ut bene sit eis et filiis eorum in sem-
piternum
30 vade et dic eis
revertimini in tentoria vestra
31 tu vero hic sta mecum
et loquar tibi omnia mandata et cae- 4.5! 14
rimonias atque iudicia quae doce-
bis eos
ut faciant ea in terra quam dabo illis
in possessionem
32 custodite igitur et facite quae prae- 4.40! 28.13.14! Ios 1.7.8!
cepit Dominus Deus vobis IV Rg 22.2! Iob 23.11.12
non declinabitis neque ad dextram Is 30.21
neque ad sinistram
33 sed per viam quam praecepit Domi- Ier 7.23
nus Deus vester ambulabitis
ut vivatis et bene sit vobis et prote-
lentur dies in terra possessionis
vestrae
6 haec sunt praecepta et caerimoniae 4.1!
atque iudicia quae mandavit Do-
minus Deus vester
ut docerem vos et faciatis ea in terra
ad quam transgredimini possiden-
dam
2 ut timeas Dominum Deum tuum 24; 8.6; 10.12.13! 17.19
et custodias omnia mandata et prae- 4.40! III Rg 3.14
cepta eius
quae ego praecipio tibi et filiis ac
nepotibus tuis cunctis diebus vitae
tuae
ut prolongentur dies tui
3 audi Israhel et observa ut facias et 8.1; 30.16
bene sit tibi et multipliceris amplius
sicut pollicitus est Dominus Deus 26.15!
patrum tuorum tibi
terram lacte et melle manantem
4 audi Israhel Dominus Deus noster Mc 12.29.30.32!
Dominus unus est
5 diliges Dominum Deum tuum ex to- 11.1! 13.3; 30.6; Sir 7.32;
to corde tuo et ex tota anima tua et Mt 22.37; Lc 10.27

22 in montem OCΣΛ | 25 morimur] moriemur ΛLF c | 26 dei] domini L; domini dei OM | 28 audiui] audi OΣΛLF | 31 mandata + mea c. || 6,1 uester] noster C | transgrediemini O | 3 facias + quae praecepit tibi dominus LM c | 4 dominus²] deus OCΛ; *om.* F |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

ex tota fortitudine tua
4,9! 30,2 6 eruntque verba haec quae ego prae-
cipio tibi hodie in corde tuo
11,19; 17,19! 7 et narrabis ea filiis tuis
et meditaberis sedens in domo tua
et ambulans in itinere dormiens at-
que consurgens
11,18; Ex 13,9! 8 et ligabis ea quasi signum in manu
tua
eruntque et movebuntur inter oculos
tuos
11,20 9 scribesque ea in limine et ostiis do-
mus tuae
Ex 33,1! 10 cumque introduxerit te Dominus
Deus tuus in terram
pro qua iuravit patribus tuis Abra-
ham Isaac et Iacob
Ios 24,13 et dederit tibi civitates magnas et
optimas quas non aedificasti
11—13: 8,12–14 11 domos plenas cunctarum opum quas
non extruxisti
cisternas quas non fodisti
vineta et oliveta quae non plantasti
12 et comederis et saturatus fueris
8,11.14 13 cave diligenter ne obliviscaris Do-
mini
5,6! qui eduxit te de terra Aegypti de do-
mo servitutis
10,20! Ios 4,25; Mt 4,10; Lc 4,8 Dominum Deum tuum timebis et
ipsi servies
ac per nomen illius iurabis
8,19; 11,16.28; 28,14; Ex 20,3! 14 non ibitis post deos alienos cuncta-
rum gentium quae in circuitu vestro
sunt
Ex 20,5! 15 quoniam Deus aemulator Dominus
7,21 Deus tuus in medio tui
nequando irascatur furor Domini
Dei tui contra te
et auferat te de superficie terrae
Is 7,12; Mt 4,7! Lc 4,12 16 non temptabis Dominum Deum tu-
um
Ps 94,9 sicut temptasti in loco temptationis
4,40! 12,28 17 custodi praecepta Domini Dei tui
ac testimonia et caerimonias quas
praecepit tibi
18 et fac quod placitum est et bonum 12,25; Ex 15,26!
in conspectu Domini
ut bene sit tibi et ingressus possideas 15,4; 23,20
terram optimam
de qua iuravit Dominus patribus
tuis
19 ut deleret omnes inimicos tuos co- 7,1!
ram te sicut locutus est
20 cum interrogaverit te filius tuus cras Ex 12,26; 13,14
dicens
quid sibi volunt testimonia haec et
caerimoniae atque iudicia
quae praecepit Dominus Deus noster
nobis 21 dices ei
servi eramus Pharaonis in Aegypto
et eduxit nos Dominus de Aegypto Ex 13,3!
in manu forti
22 fecitque signa atque prodigia magna 4,34! 11,3! Ios 24,17; I Par 16,12! Dn 3,99.100! Act 6,8
et pessima in Aegypto
contra Pharaonem et omnem do-
mum illius in conspectu nostro
23 et eduxit nos inde
ut introductis daret terram super Ex 33,1!
qua iuravit patribus nostris
24 praecepitque nobis Dominus ut fa- 2!
ciamus omnia legitima haec
et timeamus Dominum Deum nos-
trum
et bene sit nobis cunctis diebus vitae
nostrae sicut est hodie
25 eritque nostri misericors Ex 20,6!
si custodierimus et fecerimus omnia
praecepta eius coram Domino Deo
nostro
sicut mandavit nobis
7 cum introduxerit te Dominus Deus
tuus in terram quam possessurus 4,38! Idt 5,20
ingredieris
et deleverit gentes multas coram te 6,19; Ex 23,23! 27,28
Hettheum et Gergeseum et Amor-
reum
Chananeum et Ferezeum et Eveum IV Esr 1,21
et Iebuseum

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 7 meditaberis + in eis A c. | 9 et + in OΣ | 10 in terra CS | 11 opus O | extruxistis OC. | fodistis OC. | plantastis C. | 13 domini] dominum CΣFTMΦ; + dei tui A | ipsi soli ΣLΦ; illi soli c | 20 cumque A c | 23 super quam CLS; pro qua Σ. | 24 et²] ut CΛLF c || 7,1 ingrederis LST c |

septem gentes multo maioris numeri
quam tu es et robustiores te
23! 20,16.17! 31,5; Nm 21,35! 2 tradideritque eas Dominus Deus tu-
us tibi
II Par 14,13 percuties eas usque ad internicionem
Ex 23,32! non inibis cum eis foedus
Ios 11,20; 23,12! I Esr 9,12 nec misereberis earum
Gn 24,3! II Esr 10,30; 13,25 3 neque sociabis cum eis coniugia
filiam tuam non dabis filio eius
nec filiam illius accipies filio tuo
4 quia seducet filium tuum ne sequa-
Ex 23,33; Ios 23,16! tur me et ut magis serviat diis alienis
irasceturque furor Domini et delebit
te cito
5 quin potius haec facietis eis
Ex 34,13! aras eorum subvertite
confringite statuas lucosque succi-
dite
et sculptilia conburite
14,2 6 quia populus sanctus es Domino
Deo tuo
26,18! Ex 19,5.6! I Sm 12,22 te elegit Dominus Deus tuus ut sis ei
populus peculiaris de cunctis popu-
lis qui sunt super terram
7 non quia cunctas gentes numero vin-
cebatis
vobis iunctus est Dominus et elegit
vos
cum omnibus sitis populis pauciores
4,37; Mal 1,2! Ps 104,8–10 8 sed quia dilexit vos Dominus
et custodivit iuramentum quod iura-
vit patribus vestris
13,5; Ex 6,6! Dn 9,15; Mi 6,4 eduxitque vos in manu forti et rede-
mit de domo servitutis
de manu Pharaonis regis Aegypti
Ex 16,12! II Esr 1,5; 9,32; Dn 9,4 9 et scies quia Dominus Deus tuus ipse
est Deus fortis et fidelis
11,12! Ex 20,6! II Par 6,14 custodiens pactum et misericordiam
diligentibus se
et his qui custodiunt praecepta eius
in mille generationes
32,41! 10 et reddens odientibus se statim ita
ut disperdat eos et ultra non differat
protinus eis restituens quod meren-
tur
11 custodi ergo praecepta et caerimo- 9! 8,11; Ez 43,11
nias atque iudicia
quae ego mando tibi hodie ut facias
12 si postquam audieris haec iudicia 12—16: 28,1–11; Lv 23,3–9
custodieris ea et feceris
custodiet et Dominus Deus tuus tibi 12—26: Ex 23,20–33
pactum et misericordiam quam iu- 8,18
ravit patribus tuis
13 et diliget te ac multiplicabit
benedicetque fructui ventris tui et
fructui terrae tuae
frumento tuo atque vindemiae
oleo et armentis gregibus ovium tu-
arum super terram
pro qua iuravit patribus tuis ut daret
eam tibi
14 benedictus eris inter omnes populos
non erit apud te sterilis utriusque
sexus
tam in hominibus quam in gregibus
tuis
15 auferet Dominus a te omnem lan-
guorem
et infirmitates Aegypti pessimas quas
novisti
non inferet tibi sed cunctis hostibus
tuis
16 devorabis omnes populos quos Do-
minus Deus tuus daturus est tibi
non parcet eis oculus tuus
nec servies diis eorum ne sint in rui- Idc 2,3
nam tui
17 si dixeris in corde tuo plures sunt
gentes istae quam ego
quomodo potero delere eas
18 noli metuere sed recordare quae fe-
cerit Dominus Deus tuus Pharaoni
et cunctis Aegyptiis
19 plagas maximas quas viderunt oculi 4,34!
tui
et signa atque portenta manumque
robustam et extentum brachium
ut educeret te Dominus Deus tuus

1 maioris AOF cr] maiores *cet.* | 5 et confringite c; confringiteque C. | 6 es] est OF | 12 ~ pactum tibi c | 13 fructus[1] CΣ | fructus[2] C | armentis + et C | 15 ~ a te dominus C |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

sic faciet cunctis populis quos metuis
Ex 23,28; Ios 24,12; Sap 12,8 20 insuper et crabrones mittet Dominus
Deus tuus in eos
donec deleat omnes atque disperdat
qui te fugerint et latere potuerint
21 non timebis eos quia Dominus Deus
6,15 tuus in medio tui est
Ps 46,3! II Esr 1,5! Deus magnus et terribilis
22 ipse consumet nationes has in conspectu tuo
paulatim atque per partes
non poteris delere eas pariter
ne forte multiplicentur contra te bestiae terrae
2! Ios 11,6 23 dabitque eos Dominus Deus tuus in
conspectu tuo
Ios 10,20 et interficiet illos donec penitus deleantur
Ios 6,2! 10,8! 10,24.42; 11,12 24 tradet reges eorum in manus tuas
et disperdes nomina eorum sub caelo
Ios 1,5; 12,1 nullus poterit resistere tibi donec
conteras eos
25 sculptilia eorum igne conbures
Ios 7,21 non concupisces argentum et aurum
de quibus facta sunt
neque adsumes ex eis tibi quicquam
ne offendas propter ea
quia abominatio est Domini Dei tui
13,17! II Mcc 12,40 26 nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam
ne fias anathema sicut et illud est
quasi spurcitiam detestaberis
et velut inquinamentum ac sordes
abominationi habebis quia anathema est
4,1! 6,3! 8 omne mandatum quod ego praecipio tibi hodie cave diligenter ut facias
ut possitis vivere et multiplicemini
ingressique possideatis terram pro
qua iuravit Dominus patribus vestris
2 et recordaberis cuncti itineris per
quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum Nm 32,13!
ut adfligeret te atque temptaret
et nota fierent quae in tuo animo
versabantur
utrum custodires mandata illius an Ex 16,28!
non
3 adflixit te penuria et dedit tibi cibum 16; Ex 16,8!
manna Ex 16,15
quem ignorabas tu et patres tui
ut ostenderet tibi quod non in solo Sap 16,26; Mt 4,4; Lc 4,4
pane vivat homo sed in omni verbo
quod egreditur ex ore Domini
4 vestimentum tuum quo operiebaris 29,5; II Esr 9,21
nequaquam vetustate defecit
et pes tuus non est subtritus
en quadragesimus annus est
5 ut recogites in corde tuo
quia sicut erudit homo filium suum Prv 3,12; Sap 11,11
sic Dominus Deus tuus erudivit te
6 ut custodias mandata Domini Dei tui 6,2!
et ambules in viis eius et timeas eum
7 Dominus enim Deus tuus introducet 11,10.11; Ex 3,8
te in terram bonam Ez 17,8
terram rivorum aquarumque et fontium
in cuius campis et montibus erumpunt fluviorum abyssi
8 terram frumenti hordei vinearum
in qua ficus et mala granata et oliveta nascuntur
terram olei ac mellis
9 ubi absque ulla penuria comedes panem tuum Ier 2,7
et rerum omnium abundantia perfrueris
cuius lapides ferrum sunt
et de montibus eius aeris metalla fodiuntur
10 ut cum comederis et satiatus fueris
benedicas Domino Deo tuo pro terra
optima quam dedit tibi
11 observa et cave nequando oblivis- 6,13!

AOC ΣΛLFSTMΦ (l) cr
22 ~ eas delere c. | 24 tradetque c | disperdet CΣ; disperdens F. || 8,1 [*adest passim* l *usque ad* 22,14] | 2 adduxerit CL. | 3 quem] quod c; quae OLSl; quam F. | uiuit CL Ml; uiuet Σ | egredietur ASΦ; procedit l. | de ore dei c | 4 quo] quod OCF | 5 ~ filium suum homo c. | 8 hordei OCr] + et AΣLSl; + ac ΛFTMΦc | malogranata AC Σc | 9 comedas CLl | perfruaris CΣl |

caris Domini Dei tui
7,11! et neglegas mandata eius atque iudicia et caerimonias quas ego praecipio tibi hodie
12—14: 6,11–13 12 ne postquam comederis et satiatus domos pulchras aedificaveris et habitaveris in eis
13 habuerisque armenta et ovium greges
argenti et auri cunctarumque rerum copiam
6,13! Os 13,6 14 elevetur cor tuum et non reminiscaris Domini Dei tui
qui eduxit te de terra Aegypti de domo servitutis
1,19; 32,10! Ex 15,22! Ier 2,6 15 et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili
Nm 21,6! in qua erat serpens flatu adurens
et scorpio ac dipsas et nullae omnino aquae
Ex 17,6! qui eduxit rivos de petra durissima
3! 16 et cibavit te manna in solitudine quod nescierunt patres tui
et postquam adflixit ac probavit
ad extremum misertus est tui
32,27 17 ne diceres in corde tuo
fortitudo mea et robur manus meae haec mihi omnia praestiterunt
18 sed recorderis Domini Dei tui
quod ipse tibi vires praebuerit
7,12 ut impleret pactum suum super quo iuravit patribus tuis
sicut praesens indicat dies
IV Esr 1,6 19 sin autem oblitus Domini Dei tui se-
6,14! cutus fueris alienos deos
coluerisque illos et adoraveris
ecce nunc praedico tibi quod omnino dispereas
20 sicut gentes quas delevit Dominus in introitu tuo
ita et vos peribitis si inoboedientes fueritis voci Domini Dei vestri
11,31! Nm 33,51 9 audi Israhel tu transgredieris hodie Iordanem
ut possideas nationes maximas et fortiores te 1,28! 4,38!
civitates ingentes et ad caelum usque muratas
2 populum magnum atque sublimem
filios Enacim quos ipse vidisti et audisti
quibus nullus potest ex adverso resistere
3 scies ergo hodie quod Dominus Deus tuus ipse transibit ante te
ignis devorans atque consumens 4,24; Hbr 12,29
qui conterat eos et deleat atque dis- 4,38! 31,3
perdat ante faciem tuam velociter
sicut locutus est tibi
4 ne dicas in corde tuo
cum deleverit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo
propter iustitiam meam introduxit me Dominus ut terram hanc possiderem
cum propter impietates suas istae deletae sint nationes
5 neque enim propter iustitias tuas et 1,21!
aequitatem cordis tui ingredieris ut possideas terras eorum
sed quia illae egerunt impie te introeunte deletae sunt
et ut conpleret verbum suum Dominus
quod sub iuramento pollicitus est Ier 11,5
patribus tuis Abraham Isaac et Iacob
6 scito igitur quod non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem
cum durissimae cervicis sis populus Ex 32,9!
7 memento et ne obliviscaris quomodo 4,25!
ad iracundiam provocaveris Domi- Ps 77,17.40
num Deum tuum in solitudine
ex eo die quo es egressus ex Aegypto

12 satiatus AOFr] saturatus fueris CL; satiatus fueris *cet.* | 13 armenta + boum c. | 18 tibi] tui O | ~ uires tibi c | super quod OCΣSTΦ | 19 ~ deos alienos ΣΛLc | 20 delebit ASTΦ | non oboedientes OS. ‖ 9,1 transgrederis CΛLFS | 4 introduxerit Cl | dominus[2]] deus OTMΦ | 5 ingrederis AΛLFS | earum OLc | ~ introeunte te TMΦc | 6 igitur] ergo c | 7 ~ egressus es Tlc |

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

31,27 usque ad locum istum semper ad-
versum Dominum contendisti
19! Ex 32,10 8 nam et in Horeb provocasti eum et
iratus delere te voluit
9 quando ascendi in montem ut acci-
perem tabulas lapideas
tabulas pacti quod pepigit vobiscum
Dominus
Ex 34,28! et perseveravi in monte quadraginta
diebus ac noctibus
panem non comedens et aquam non
bibens
5,22! 10 deditque mihi Dominus duas tabu-
las lapideas scriptas digito Dei
et continentes omnia verba quae vo-
bis in monte locutus est de medio
ignis
quando contio populi congregata est
11 cumque transissent quadraginta dies
et totidem noctes
Ex 24,12 dedit mihi Dominus duas tabulas
lapideas tabulas foederis
12—14: Ex 32,7–10! 12 dixitque mihi surge et descende hinc
cito
quia populus tuus quos eduxisti de
Aegypto
deseruerunt velociter viam quam de-
monstrasti eis
Idc 17,3,4; III Rg 14,9! feceruntque sibi conflatile
13 rursumque ait Dominus ad me
cerno quod populus iste durae cer-
vicis sit
Sir 41,14! 14 dimitte me ut conteram eum et de-
leam nomen eius sub caelo
et constituam te super gentem quae
hac maior et fortior sit
Ex 32,15 15 cumque de monte ardente descen-
derem
et duas tabulas foederis utraque te-
nerem manu
Ex 32,7,8! 16 vidissemque vos peccasse Domino
Deo vestro
et fecisse vobis vitulum conflatilem
ac deseruisse velociter viam eius
quam vobis ostenderat
17 proieci tabulas de manibus meis Ex 32,19
confregique eas in conspectu vestro
18 et procidi ante Dominum sicut prius Ex 32,30! 34,28!
quadraginta diebus et noctibus
panem non comedens et aquam non
bibens
propter omnia peccata vestra quae 4,25!
gessistis contra Dominum
et eum ad iracundiam provocastis
19 timui enim indignationem et iram 8,25! 10,10; Ex 32,10
illius qua adversum vos concitatus
delere vos voluit
et exaudivit me Dominus etiam hac
vice
20 adversum Aaron quoque vehemen-
ter iratus voluit eum conterere
et pro illo similiter deprecatus sum
21 peccatum autem vestrum quod fece- Ex 32,20
ratis id est vitulum arripiens igne
conbusi
et in frusta comminuens omninoque
in pulverem redigens
proieci in torrentem qui de monte
descendit
22 in Incendio quoque et in Temptati-
one et in sepulchris Concupiscen-
tiae provocastis Dominum
23 et quando misit vos de Cadesbarne
dicens
ascendite et possidete terram quam 1,21!
dedi vobis
et contempsistis imperium Domini
Dei vestri
et non credidistis ei neque vocem 1,26.27!
eius audire voluistis
24 sed semper fuistis rebelles
a die qua nosse vos coepi
25 et iacui coram Domino quadraginta Ex 24,18!
diebus ac noctibus
quibus eum suppliciter deprecabar
ne deleret vos ut fuerat comminatus 19! Ps 105,23
26 et orans dixi
Domine Deus ne disperdas populum

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr 9 in montem² Cl | 10 in montem C | ~ locutus est in monte c | 12 quos] quem ΛΦc | 14 eius + de c | 18 et²] ac OΛF | contra] coram C | 19 ~ et illius iram ΛF.; ~ illius et iram O | 20 ~ conterere eum C | 23 dedit AS | eius] illius CΣΛLFSM |

tuum
et hereditatem tuam quam redemisti
in magnitudine tua
Ex 6,6! quos eduxisti de Aegypto in manu
forti
Ex 32,13! [27] recordare servorum tuorum Abraham Isaac et Iacob
Ex 34,9! Tb 3,3! Ps 50,11 ne aspicias duritiam populi huius et
impietatem atque peccatum
[28] ne forte dicant habitatores terrae de
qua eduxisti nos
Nm 14,16 non poterat Dominus introducere
eos in terram quam pollicitus est
eis et oderat illos
idcirco eduxit ut interficeret eos in
solitudine
4,20! [29] qui sunt populus tuus et hereditas
tua
Ex 6,6! Ps 76,16 quos eduxisti in fortitudine tua magna et in brachio tuo extento
1–3: Ex 34,1–4 **10** in tempore illo dixit Dominus ad
me
dola tibi duas tabulas lapideas sicut
priores fuerunt
et ascende ad me in montem
Ex 25,10 faciesque arcam ligneam
Ex 34,28! [2] et scribam in tabulis verba quae fuerunt in his quas ante confregisti
ponesque eas in arca
Ex 25,10 [3] feci igitur arcam de lignis setthim
cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum
ascendi in montem habens eas in
manibus
Ex 34,28! [4] scripsitque in tabulis iuxta id quod
prius scripserat
verba decem quae locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis
quando populus congregatus est et
dedit eas mihi
Ex 25,16! II Par 5,10! [5] reversusque de monte descendi
et posui tabulas in arcam quam feceram
quae hucusque ibi sunt sicut mihi
praecepit Dominus
[6] filii autem Israhel castra moverunt
ex Beroth filiorum Iacan
in Musera ubi Aaron mortuus ac sepultus est Nm 33,30.38!
pro quo sacerdotio functus est filius
eius Eleazar
[7] inde venerunt in Gadgad Nm 33,32
de quo loco profecti castrametati
sunt in Ietabatha
in terra aquarum atque torrentium
[8] eo tempore separavit tribum Levi 21,5; Nm 3,6!
ut portaret arcam foederis Domini 31,9! I Par 15,2
et staret coram eo in ministerio I Par 23,13
ac benediceret in nomine illius usque
in praesentem diem
[9] quam ob rem non habuit Levi partem neque possessionem cum fratribus suis 18,1.2! Nm 18,20! Ios 13,33; 18,7
quia ipse Dominus possessio eius est
sicut promisit ei Dominus Deus tuus
[10] ego autem steti in monte sicut prius
quadraginta diebus ac noctibus Ex 24,18!
exaudivitque me Dominus etiam hac 9,19!
vice
et te perdere noluit
[11] dixitque mihi vade et praecede populum Ex 33,1!
ut ingrediatur et possideat terram
quam iuravi patribus eorum ut traderem eis
[12] et nunc Israhel quid Dominus Deus Mi 6,8
tuus petit a te
nisi ut timeas Dominum Deum tuum et ambules in viis eius 6,2.3! 11,22! 13,4! Ios 24,14! Ps 118,1! 2; Sir 2,18!
et diligas eum ac servias Domino 11,13!
Deo tuo
in toto corde tuo et in tota anima tua 26,16!
[13] custodiasque mandata Domini et
caerimonias eius quas ego hodie
praecipio ut bene sit tibi
[14] en Domini Dei tui caelum est et caelum caeli Ex 9,29; Iob 41,2; Ps 88,12!
terra et omnia quae in ea sunt

27 abraham + et CΛS ‖ **10**,1 ascendes CΣ | 3 tabulas lapideas tabulas AOTΦ; lapideas tabulas S | 4 ~ de monte in medio OΣ. | 5 descendit OS. | in arca OCS | 6 ~ mouerunt castra c. | ~ eleazar filius eius Ic | 8 et] ut OF. | 10 in montem ACΣS | 11 iurauit OFS. | 13 domini *om.* A | praecipio + tibi Σc |

AOC ΣΛLFSTMΦ Icr

4,37 [15]et tamen patribus tuis conglutinatus
est Dominus et amavit eos
elegitque semen eorum post eos id
est vos de cunctis gentibus sicut ho-
die conprobatur
30,6! Ier 4,4 [16]circumcidite igitur praeputium cor-
dis vestri
et cervicem vestram ne induretis
amplius
Ex 18,11! Dn 2,47 [17]quia Dominus Deus vester ipse est
1 Tim 6,15! Deus deorum et Dominus domi-
nantium
Deus magnus et potens et terribilis
1,17! 1 Sm 16,7! II Par 19,7! Mt 22,16! qui personam non accipit nec mu-
nera
Ps 145,9! [18]facit iudicium pupillo et viduae
amat peregrinum et dat ei victum
atque vestitum
Ex 22,21! [19]et vos ergo amate peregrinos quia
et ipsi fuistis advenae in terra Ae-
gypti
6,13! 13,4; 1 Sm 7,3 [20]Dominum Deum tuum timebis et ei
servies
ipsi adherebis iurabisque in nomine
illius
Ier 17,14 [21]ipse est laus tua et Deus tuus
Ex 34,10! qui fecit tibi haec magnalia et terri-
Nm 14,22! Ps 71,18! bilia quae viderunt oculi tui
Gn 46,27! [22]in septuaginta animabus descende-
runt patres tui in Aegyptum
Gn 26,4! et ecce nunc multiplicavit te Domi-
nus Deus tuus sicut astra caeli
6,5! 30,16.20; Io 14,15; 1 Io 5,2 **11** ama itaque Dominum Deum tuum
Lv 18,4! et observa praecepta eius et caerimo-
nias iudicia atque mandata omni
tempore
[2]cognoscite hodie quae ignorant filii
vestri
qui non viderunt disciplinam Do-
mini Dei vestri
magnalia eius et robustam manum
extentumque brachium
6,22! 34,11! II Esr 9,10! Ps 134,9 [3]signa et opera quae fecit in medio
Aegypti

Pharaoni regi et universae terrae eius
[4]omnique exercitui Aegyptiorum et Ex 14,28!
equis ac curribus
quomodo operuerint eos aquae Rub-
ri maris cum vos persequerentur
et deleverit eos Dominus usque in
praesentem diem
[5]vobisque quae fecerit in solitudine
donec veniretis ad hunc locum
[6]et Dathan atque Abiram filiis Heliab Nm 16,1! Ps 105,17
qui fuit filius Ruben
quos aperto ore suo terra absorbuit Nm 16,31.32!
cum domibus et tabernaculis et uni-
versa substantia eorum quam ha-
bebant
in medio Israhelis
[7]oculi vestri viderunt omnia opera
Domini magna quae fecit
[8]ut custodiatis universa mandata il- 4,40!
lius quae ego hodie praecipio vobis
et possitis introire et possidere ter-
ram ad quam ingredimini
[9]multoque in ea vivatis tempore
quam sub iuramento pollicitus est
Dominus patribus vestris et semini
eorum
lacte et melle manantem
[10]terra enim ad quam ingredieris pos- 8,7
sidendam
non est sicut terra Aegypti de qua
existi
ubi iacto semine in hortorum morem
aquae ducuntur inriguae
[11]sed montuosa est et campestris
de caelo expectans pluvias
[12]quam Dominus Deus tuus semper
invisit
et oculi illius in ea sunt a principio
anni usque ad finem eius
[13]si ergo oboedieritis mandatis meis 27! 10,12.13! Ios 24,24; Io 14,21!
quae hodie praecipio vobis
ut diligatis Dominum Deum vestrum Ios 22,5; 23,11
et serviatis ei
in toto corde vestro et in tota ani-

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr 20 ei] ipsi CΛFl.; + soli Lc | illius] eius O ‖ **11**,1 caerimonias + et ACΛSM | 4 ac] et O | operuerunt OL | ~ maris rubri c. | 5 uobisque] uobis Al | in solitudinem C | 6 israhel ΣLc | 10 terram CS | ingrederis LTMc | existis Al | more CΣLSl | 13 quae + ego CΣMlc | ~ ei seruiatis O |

ma vestra
Lv 26,3! Ier 5,24; Ioel 2,23.24! [14]dabo pluviam terrae vestrae temporivam et serotinam
Lv 25,19! ut colligatis frumentum et vinum et oleum
[15]faenum ex agris ad pascenda iumenta
et ut ipsi comedatis ac saturemini
[16]cavete ne forte decipiatur cor vestrum et recedatis a Domino serviatisque diis alienis et adoretis eos 6,14!
[17]iratusque Dominus claudat caelum et pluviae non descendant nec terra det germen suum
pereatisque velociter de terra optima quam Dominus daturus est vobis
[18]ponite haec verba mea in cordibus et in animis vestris
6,8; Ex 13,9! et suspendite ea pro signo in manibus et inter vestros oculos conlocate
6,7! [19]docete filios vestros ut illa meditentur
quando sederis in domo tua et ambulaveris in via et accubueris atque surrexeris
6,9 [20]scribes ea super postes et ianuas domus tuae
[21]ut multiplicentur dies tui et filiorum tuorum
in terra quam iuravit Dominus patribus tuis ut daret eis
quamdiu caelum inminet terrae
10,12.13! 19,9; 26,17! Ios 22,5; II Par 14,4; III Rg 3,3; IV Rg 18,6 [22]si enim custodieritis mandata quae ego praecipio vobis et feceritis ea
ut diligatis Dominum Deum vestrum
et ambuletis in omnibus viis eius adherentes ei
4,38! IV Esr 1,11 [23]disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram
et possidebitis eas quae maiores et fortiores vobis sunt

[24]omnis locus quem calcaverit pes vester vester erit 1,36; Ios 1,3.4; 14,9
a deserto et Libano a flumine magno Eufraten usque ad mare occidentale erunt termini vestri Ex 23,31!
[25]nullus stabit contra vos
terrorem vestrum et formidinem Ex 23,27!
dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis sicut locutus est vobis
[26]en propono in conspectu vestro hodie benedictionem et maledictionem 30,1.19
[27]benedictionem si oboedieritis mandatis Domini Dei vestri quae ego praecipio vobis 13! 15,5; 28,2
[28]maledictionem si non audieritis mandata Domini Dei vestri 28,15!
sed recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis
et ambulaveritis post deos alienos quos ignoratis 6,14!
[29]cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram ad quam pergis habitandam
pones benedictionem super montem Garizim 27,12.13!
maledictionem super montem Hebal
[30]qui sunt trans Iordanem post viam quae vergit ad solis occubitum
in terra Chananei qui habitat in campestribus
contra Galgalam quae est iuxta vallem tendentem et intrantem procul Ios 4,19!
[31]vos enim transibitis Iordanem ut possideatis terram quam Dominus Deus vester daturus est vobis 9,1! 12,10; 27,2; Ios 1,2.11
et habeatis ac possideatis illam 4,1!
[32]videte ergo ut impleatis caerimonias atque iudicia quae ego hodie ponam in conspectu vestro

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

14 dabit ACLTMΦc | temporinam C.; temporaneam Ll(*vid.*)c; temporalem S. | et[2] *om.* AΣ | 15 faenumque AΣc | ~ ut et A | ac] et A(*sic*) | 18 ~ oculos uestros AΣlc | 21 in terram OΣΛFST | 23 ~ sunt uobis C | 24 et + a c | a[2]] et CΛFTΦl | eufrate ΛLFTMΦcr | 26 ~ hodie in conspectu uestro CΣLl | 27 ego praecipio hodie uobis O.; ego hodie praec. uobis ΣΛTc; hodie ego praec. uobis MΦ | 28 non oboedieritis mandatis Lc. | 29 cum + uero c | habitandum OM. | 30 habitant AΛ | 31 et] ut Tc | ac] et OLc | 32 proponam AS. ||

4,1! **12** haec sunt praecepta atque iudicia
quae facere debetis
in terra quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi
ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris
2 subvertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis deos suos
super montes excelsos et colles et subter omne lignum frondosum
Ex 34,13! 3 dissipate aras earum et confringite statuas
lucos igne conburite et idola comminuite
disperdite nomina eorum de locis illis
4 non facietis ita Domino Deo vestro
21; 14,23! 16,2. 11; 17,8; 26,2; III Rg 8,29! II Par 7,16 5 sed ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris
ut ponat nomen suum ibi et habitet in eo
venietis 6 et offeretis in illo loco holo-
11; Ex 22,29.30! I Sm 2,29 causta et victimas vestras
decimas et primitias manuum vestrarum et vota atque donaria
primogenita boum et ovium
12! 18; 14,26; Ex 18,12! 7 et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri
16,15 ac laetabimini in cunctis ad quae miseritis manum
vos et domus vestrae in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester
8 non facietis ibi quae nos hic facimus hodie singuli quod sibi rectum videtur
Mi 2,10 9 neque enim usque in praesens tempus venistis ad requiem et possessionem quam Dominus Deus daturus est vobis
11,31! 10 transibitis Iordanem et habitabitis in
terram quam Dominus Deus vester daturus est vobis
ut requiescatis a cunctis hostibus per circuitum 25,19!
et absque ullo timore habitetis
11 in loco quem elegerit Dominus Deus vester 5,6!
ut sit nomen eius in eo
illuc omnia quae praecipio conferetis
holocausta et hostias ac decimas et primitias manuum vestrarum
et quicquid praecipuum est in muneribus quae vovistis Domino
12 ibi epulabimini coram Domino Deo vestro 7! 18; 16,11!
vos filii ac filiae vestrae
famuli et famulae atque Levites qui in vestris urbibus commorantur
neque enim habet aliam partem et possessionem inter vos Nm 18,20!
13 cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris
14 sed in eo quem elegerit Dominus in una tribuum tuarum
offeres hostias et facies quaecumque praecipio tibi
15 sin autem comedere volueris et te esus carnium delectarit 15.16: 21–23
occide et comede iuxta benedictionem Domini Dei tui 15,22
quam dedit tibi in urbibus tuis
sive inmundum fuerit hoc est maculatum et debile
sive mundum hoc est integrum et sine macula quod offerri licet sicut capream et cervum comedes
16 absque esu dumtaxat sanguinis quod super terram quasi aquam effundes 23,24; 15,23; Gn 9,4!
17 non poteris comedere in oppidis tuis
decimam frumenti et vini et olei tui
primogenita armentorum et pecorum

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

12,1 in terram AOΣS | 3 earum] eorum ATΦ c | eorum] earum O | 6 ~ loco illo c | 7 ac] et A | ad quae] atque AOΛLM | uobis] uos CΛLFl | 8 facimus] faciemus OΣ l(*vid.*). | 9 deus + uester Σ c | 10 in terra ΛLTMΦ cr | deus *om.* OM | 11 uobitis AΣl; uouebitis c | 12 epulamini OCS | uos¹ + et ALS c | leuitae AΣ | ~ urbibus uestris M c. | commoratur cr𝔐 | 15 delectarit OΛF] delectaret S.; delectauerit *cet.* | 16 absque esum Cl | quod] quem SM c; que Σ. |

et omnia quae voveris et sponte offerre volueris et primitias manuum tuarum
7! 12! 18 sed coram Domino Deo tuo comedes ea
in loco quem elegerit Dominus Deus tuus
tu et filius tuus ac filia
servus et famula atque Levites qui manet in urbibus tuis
et laetaberis et reficieris coram Domino Deo tuo
in cunctis ad quae extenderis manum tuam
14,27 19 cave ne derelinquas Leviten omni tempore quo versaris in terra
19,8; Ex 34,24! 20 quando dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos sicut locutus est tibi
et volueris vesci carnibus quas desiderat anima tua
5! 14,24 21 locus autem quem elegerit Dominus
21–23: 15,16 Deus tuus ut sit nomen eius ibi si procul fuerit
occides de armentis et pecoribus quae habueris sicut praecepi tibi
et comedes in oppidis tuis ut tibi placet
22 sicut comeditur caprea et cervus ita vesceris eis
et mundus et inmundus in commune vescentur
16! 23 hoc solum cave ne sanguinem comedas
Lv 17,11! sanguis enim eorum pro anima est
et idcirco non debes animam comedere cum carnibus
24 sed super terram fundes quasi aquam
6,18! 25 ut sit tibi bene et filiis tuis post te cum feceris quod placet in conspectu Domini
26 quae autem sanctificaveris et voveris Domino
tolles et venies ad locum quem elegerit Dominus
27 et offeres oblationes tuas
carnem et sanguinem super altare Domini Dei tui
sanguinem hostiarum fundes in altari Nm 18,17!
carnibus autem ipse vesceris
28 observa et audi omnia quae ego praecipio tibi 6,17.18!
ut bene sit tibi et filiis tuis post te in sempiternum
cum feceris quod bonum est et placitum in conspectu Domini Dei tui
29 quando disperderit Dominus Deus 4,38! 19,1; Ios 23,5
tuus ante faciem tuam gentes ad
quas ingredieris possidendas 17,14!
et possederis eas atque habitaveris in terra earum
30 cave ne imiteris eas postquam te fu- Ex 23,23.24! Lv 18,24!
erint introeunte subversae
et requiras caerimonias earum dicens
sicut coluerunt gentes istae deos suos ita et ego colam
31 non facies similiter Domino Deo tuo Lv 18,26
omnes enim abominationes quas aversatur Dominus fecerunt diis
suis Gn 22,10! IV Rg 16,3! 17,17! 31! Ps 105,37! 38; Ier 7,31! Ez 16,20!
offerentes filios et filias et conburentes igne
32 quod praecipio tibi hoc tantum fa- 4,2
cito Domino
nec addas quicquam nec minuas Prv 30,6!
13 si surrexerit in medio tui prophetes Mt 24,24! Mc 13,22!
aut qui somnium vidisse se dicat
et praedixerit signum atque portentum
2 et evenerit quod locutus est
et dixerit tibi eamus et sequamur deos alienos quos ignoras et serviamus eis
3 non audies verba prophetae illius aut somniatoris

18 ac] et OΙc | filia + tua A; + tua et c. | 19 leuiten + in TΦc | in terram CΣΙ | 21 praecepi tibi cr.𝔐] praecepit tibi *cet.* | 22 uescuntur AF.; uescetur Ι. | 24 funde OΛ FS | 25 ~ bene sit tibi c. | 27 altari] altare AS | 29 disperdiderit ACΛΙcr; disperserit Σ | ingrederis OΣTM | eorum C | 30 ~ fuerint te A | 31 filios + suos O | in igne T.; in ignem O. || **13**,3 audias AΣΛF |

AOC ΣΛLFSTMΦ Ιcr

Idt 8,21 quia temptat vos Dominus Deus
vester
6,5! ut palam fiat utrum diligatis eum an
non in toto corde et in tota anima
vestra
10,12.13! 20! 4 Dominum Deum vestrum sequimini
et ipsum timete
mandata illius custodite et audite
vocem eius
ipsi servietis et ipsi adherebitis
18,20 5 propheta autem ille aut fictor som-
niorum interficietur
quia locutus est ut vos averteret a
Domino Deo vestro
7,8! qui eduxit vos de terra Aegypti et
redemit de domo servitutis
ut errare te faceret de via quam tibi
praecepit Dominus Deus tuus
21,21! I Cor 5,13! et auferes malum de medio tui
6 si tibi voluerit persuadere frater tuus
filius matris tuae
aut filius tuus vel filia sive uxor quae
est in sinu tuo
aut amicus quem diligis ut animam
tuam clam dicens
13 eamus et serviamus diis alienis quos
ignoras tu et patres tui
7 cunctarum in circuitu gentium quae
iuxta vel procul sunt ab initio usque
ad finem terrae
8 non adquiescas ei nec audias
neque parcat ei oculus tuus ut mise-
rearis et occultes eum 9 sed statim
interficies
sit primum manus tua super eum et
Lv 24,14! post te omnis populus mittat ma-
num
10 lapidibus obrutus necabitur
quia voluit te abstrahere a Domino
Deo tuo
Ex 3,17! qui eduxit te de terra Aegypti de do-
mo servitutis
21,21 11 ut omnis Israhel audiens timeat
et nequaquam ultra faciat quippiam
huius rei simile
12 si audieris in una urbium tuarum
quas Dominus Deus tuus dabit tibi
ad habitandum dicentes aliquos
13 egressi sunt filii Belial de medio tui Idc 19,22! I Sm 2,12; II Sm 16,7; III Rg 21,10
et averterunt habitatores urbis tuae
atque dixerunt
eamus et serviamus diis alienis quos 6
ignoratis
14 quaere sollicite et diligenter rei veri- 17,4
tate perspecta
si inveneris certum esse quod dicitur
et abominationem hanc opere per-
petratam
15 statim percuties habitatores urbis il- Ios 6,21! Idc 20,48; 21,10
lius in ore gladii
et delebis eam omniaque quae in illa
sunt usque ad pecora
16 quicquid etiam supellectilis fuerit Ios 6,24; 7,25; 8,28; Idc 1,8
congregabis in medium platearum
eius
et cum ipsa civitate succendes
ita ut universa consumas Domino
Deo tuo
et sit tumulus sempiternus
non aedificabitur amplius
17 et non adherebit de illo anathemate 7,26! Ios 6,18
quicquam in manu tua
ut avertatur Dominus ab ira furoris Ios 7,26
sui
et misereatur tui multiplicetque te
sicut iuravit patribus tuis
18 quando audieris vocem Domini Dei 30,8! Ex 15,26!
tui
custodiens omnia praecepta eius quae 27,1
ego praecipio tibi hodie
ut facias quod placitum est in con-
spectu Domini Dei tui
14 filii estote Domini Dei vestri
non vos incidetis nec facietis calvi- Lv 19,27.28! Ier 16,6
tium super mortuo
2 quoniam populus sanctus es Domino 7,6!
Deo tuo
et te elegit ut sis ei in populum pe- III Rg 8,53

AOC ΣΛLFSTMΦ Ιcr 3 fiat] faciat L; faciam O. | 4 timete + et c | 5 redemit + uos c | 9 post te] postea A c. | 13 tuae] suae cr𝔐 | 15 et omnia quae L.; ac omnia quae c.; omnia quae A | 16 in medio ATMΦc | succendens OΛF | 18 custodies CΣI ||

culiarem
de cunctis gentibus quae sunt super
terram
[3] ne comedatis quae inmunda sunt
4—19: Lv 11,2–19! [4] hoc est animal quod comedere de-
betis
bovem et ovem et capram
[5] cervum capream bubalum
tragelaphum pygargon orygem ca-
melopardalum
[6] omne animal quod in duas partes
ungulam findit et ruminat comede-
tis
[7] de his autem quae ruminant et ungu-
lam non findunt haec comedere
non debetis
camelum leporem choerogyllium
quia ruminant et non dividunt un-
gulam
inmunda erunt vobis
[8] sus quoque quoniam dividit ungu-
lam et non ruminat inmunda erit
carnibus eorum non vescemini
et cadavera non tangetis
[9] haec comedetis ex omnibus quae
morantur in aquis
quae habent pinnulas et squamas
comedite
[10] quae absque pinnulis et squamis
sunt ne comedatis quia inmunda
sunt
[11] omnes aves mundas comedite
[12] inmundas ne comedatis
aquilam scilicet et grypem et alietum
[13] ixon et vulturem ac milvum iuxta ge-
nus suum
[14] et omne corvini generis
[15] strutionem ac noctuam et larum at-
que accipitrem iuxta genus suum
[16] herodium et cycnum et ibin [17] ac mer-
gulum
porphirionem et nycticoracem [18] ono-
crotalum et charadrium
singula in genere suo
upupam quoque et vespertilionem
[19] et omne quod reptat et pinnulas
habet
inmundum erit nec comedetur
[20] omne quod mundum est comedite
[21] quicquid morticinum est ne vesca- Lv 22,8!
mini ex eo
peregrino qui intra portas tuas est
da ut comedat aut vende ei
quia tu populus sanctus Domini Dei
tui es
non coques hedum in lacte matris Ex 23,19
suae
[22] decimam partem separabis de cunc- Lv 27,30!
tis frugibus tuis quae nascuntur in
terra per annos singulos 15,20
[23] et comedes in conspectu Domini Dei Ex 18,12! Is 62,9
tui
in loco quem elegerit ut in eo nomen 12,5!
illius invocetur
decimam frumenti tui et vini et olei
et primogenita de armentis et ovibus
tuis
ut discas timere Dominum Deum tu- 4,10!
um omni tempore
[24] cum autem longior fuerit via et locus 12,21!
quem elegerit Dominus Deus tuus
tibique benedixerit
nec potueris ad eum haec cuncta por-
tare
[25] vendes omnia et in pretium rediges
portabisque manu tua et proficisceris
ad locum quem elegerit Dominus
Deus tuus
[26] et emes ex eadem pecunia quicquid
tibi placuerit
sive ex armentis sive ex ovibus
vinum quoque et siceram et omne

14,5 ceruum + et ACΛFSϲ | capream + et AΣ | 6 ~ findit ungulam ϲ | 7 quae] qui C | haec *om.* Aϲ. | debetis + ut ϲ. | choerogryllum ϲ; chyrogryllium ꝛ; corcodillum A.; + haec ϲ. | 8 inmundus OTM | uescimini AOLFSM | 9 morantur] mouentur AΛF l | 10 ne] non A | 12 et inmundas OC. | 13 cyxon ΛF.; cynox C | 14 omnem C; omnis O.; omni A l | 15 et strutionem lϲ | 16 et[1]] ac ϲ. | 18 et onocrotalum CΣΛF l | 19 nec] ne LS; et non ϲ | 21 quicquid + autem ϲ | 22 frugibus tuis quae ΣΛFS lꝛ] fructibus tuis qui ϲ; fructibus tuis quae *cet.* | 23 illius] eius OM | et[5] + de CLT | 24 poteris AF |

AOC ΣΛLFSTMΦ lϲꝛ

quod desiderat anima tua
12,7! et comedes coram Domino Deo tuo
et epulaberis tu et domus tua 27 et
Levita qui intra portas tuas est
12,19; Nm 18,20! cave ne derelinquas eum quia non
habet aliam partem in possessione
tua
26,12; Lv 27,30! 28 anno tertio separabis aliam decimam
ex omnibus quae nascuntur tibi eo
tempore
et repones intra ianuas tuas
26,13 29 venietque Levites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum
Lc 14,13 et peregrinus et pupillus ac vidua qui
intra portas tuas sunt
et comedent et saturabuntur
ut benedicat tibi Dominus Deus tuus
in cunctis operibus manuum tuarum
quae feceris
31,10 **15** septimo anno facies remissionem
2 quae hoc ordine celebrabitur
cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo
repetere non poterit quia annus remissionis est Domini
3 a peregrino et advena exiges
civem et propinquum repetendi non
habes potestatem
Act 4,34 4 et omnino indigens et mendicus non
erit inter vos
6,18! ut benedicat tibi Dominus in terra
quam traditurus est tibi in possessionem
5 si tamen audieris vocem Domini Dei
11,27! tui et custodieris universa quae iussit
et quae ego hodie praecipio tibi
benedicet tibi ut pollicitus est
28,12.13! 6 fenerabis gentibus multis et ipse a
nullo accipies mutuum
dominaberis nationibus plurimis et
tui nemo dominabitur

7 si unus de fratribus tuis qui morantur intra portas civitatis tuae
in terra quam Dominus Deus tuus
daturus est tibi
ad paupertatem venerit
non obdurabis cor tuum nec contrahes manum
8 sed aperies eam pauperi et dabis mu- 11; Ex 22,25! Sir 7,36; 29,2; Mt 5,42; Lc 6,35
tuum quod eum indigere perspexeris
9 cave ne forte subripiat tibi impia cogitatio et dicas in corde tuo
adpropinquat septimus annus remissionis
et avertas oculos a paupere fratre tuo Tb 4,7! Sir 4,1.4
nolens ei quod postulat mutuum
commodare
ne clamet contra te ad Dominum et
fiat tibi in peccatum
10 sed dabis ei nec ages quippiam cal- Ex 22,25! Sir 4,1
lide in eius necessitatibus sublevandis
ut benedicat tibi Dominus Deus tuus 23,20
in omni tempore
et in cunctis ad quae manum miseris
11 non deerunt pauperes in terra habi- Mt 26,11!
tationis tuae
idcirco ego praecipio tibi ut aperias 8!
manum fratri tuo
egeno et pauperi qui tecum versatur
in terra
12 cum tibi venditus fuerit frater tuus Ex 21,2!
hebraeus aut hebraea et sex annis
servierit tibi
in septimo anno dimittes eum liberum
13 et quem libertate donaveris nequa- Sir 7,23; 29,12
quam vacuum abire patieris
14 sed dabis viaticum de gregibus et de
area et torculari tuo
quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi

AOC ΣΛLFSTMΦ I cr

26 epulaueris AOCΛLFS | 27 leuites A c. | ne relinquas AΣΛF | possessionem tuam O | 29 ~ ac pupillus et OLTΦc ‖ **15**,3 habet A.; habebis c | 4 dominus + deus tuus c | 7 moratur ALM | manum + tuam OL | 8 quod] quo ΛLFTM c | 9 obripiat A.; subrepat c | oculos + tuos ACSc | 11 uersantur AΣSTMΦI; ferantur L. | 12 dimittis AO.; demitte S. | 13 libertati ΣI; libertatem OM. | 14 de² *om.* AS | et² + de CΣΛL FMI |

5,15! 24,18 15 memento quod et ipse servieris in
terra Aegypti
et liberaverit te Dominus Deus tuus
et idcirco ego nunc praecipiam tibi
Ex 21,5.6 16 sin autem dixerit nolo egredi
eo quod diligat te et domum tuam
et bene sibi apud te esse sentiat
17 adsumes subulam et perforabis au-
rem eius in ianua domus tuae
et serviet tibi usque in aeternum
ancillae quoque similiter facies
18 non avertes ab eis oculos tuos quan-
do dimiseris eos liberos
quoniam iuxta mercedem mercen-
narii per sex annos servivit tibi
ut benedicat tibi Dominus Deus tuus
in cunctis operibus quae agis
Ex 13,12! 19 de primogenitis quae nascuntur in
armentis et ovibus tuis
quicquid sexus est masculini sancti-
ficabis Domino Deo tuo
non operaberis in primogenito bovis
et non tondebis primogenita ovium
14,22.23! 20 in conspectu Domini Dei tui come-
des ea per annos singulos
in loco quem elegerit Dominus tu et
domus tua
17,1; Lv 22,20! 21 sin autem habuerit maculam
et vel claudum fuerit vel caecum
aut in aliqua parte deforme vel debile
non immolabitur Domino Deo tuo
12,15 22 sed intra portas urbis tuae comedes
illud
tam mundus quam inmundus simi-
liter vescentur eis quasi caprea et
cervo
12,16! 23 hoc solum observabis ut sanguinem
eorum non comedas sed effundas in
terram quasi aquam
16 observa mensem novarum frugum
Nm 9,2! IV Rg 23,21.23 et verni primum temporis ut facias
phase Domino Deo tuo
Lv 25,42! quoniam in isto mense eduxit te Do-
minus Deus tuus de Aegypto nocte
2 immolabisque phase Domino Deo
tuo de ovibus et de bubus
in loco quem elegerit Dominus Deus 12,5!
tuus ut habitet nomen eius ibi
3 non comedes in eo panem fermen- Ex 12,20!
tatum
septem diebus comedes absque fer-
mento adflictionis panem
quoniam in pavore egressus es de Ex 13,3!
Aegypto
ut memineris diei egressionis tuae de
Aegypto omnibus diebus vitae tuae
4 non apparebit fermentum in omni- Ex 12,19; 13,7
bus terminis tuis septem diebus
et non manebit de carnibus eius quod Ex 12,10! 15
immolatum est vesperi in die primo
mane
5 non poteris immolare phase in qua-
libet urbium tuarum quas Dominus
Deus tuus daturus est tibi
6 sed in loco quem elegerit Dominus
Deus tuus ut habitet nomen eius ibi
immolabis phase vesperi ad solis oc- Ex 12,6
casum quando egressus es de Ae-
gypto
7 et coques et comedes in loco quem
elegerit Dominus Deus tuus
maneque consurgens vades in taber-
nacula tua
8 sex diebus comedes azyma Nm 28,17!
et in die septimo quia collecta est
Domini Dei tui non facies opus
9 septem ebdomadas numerabis tibi Lv 23,15!
ab ea die qua falcem in segetem mi-
seris
10 et celebrabis diem festum ebdoma- Nm 28,26
darum Domino Deo tuo
oblationem spontaneam manus tuae
quam offeres iuxta benedictionem
Domini Dei tui
11 et epulaberis coram Domino Deo 14; 12,12! 26,11
tuo

15 mementote A | praecipiam OCTΦr] praecipio *cet.* 16 dixerit + tibi OC | esse *om.* AOC
Ol | 18 auertas Σc; auertis OSl | 19 primogenitis + tuis OTΦ | et[1] + in Ac | ~ est ΣΛLFSTMΦ
sexus c | sanctificabitur A | 20 tui *om.* C | dominus + deus C | 21 et *om.* c | in *om.* lcr
O | 23 effundes ASMc || **16**,2 de[2] *om.* OΣLSM | 3 diei] die C; diem l | 4 remanebit
CΣΛFΦc | immolatur CΣl | primo + usque c | 7 mane quoque AΣS. | 8 septima Sc. |

tu et filius tuus et filia tua et servus
tuus et ancilla
et Levites qui est intra portas tuas et
advena ac pupillus et vidua qui mo-
rantur vobiscum
12,5! in loco quem elegerit Dominus Deus
tuus ut habitet nomen eius ibi
5,15! 12 et recordaberis quoniam servus fue-
ris in Aegypto
custodiesque ac facies quae praecep-
ta sunt
13 sollemnitatem quoque tabernaculo-
Lv 23,39! rum celebrabis per septem dies
quando collegeris de area et torcu-
lari fruges tuas
11! 14 et epulaberis in festivitate tua
tu et filius tuus et filia et servus tuus
et ancilla
Levites quoque et advena et pupillus
ac vidua qui intra portas tuas sunt
Lv 23,39! 15 septem diebus Domino Deo tuo fes-
ta celebrabis
in loco quem elegerit Dominus
12,7! benedicetque tibi Dominus Deus
tuus
in cunctis frugibus tuis et in omni
opere manuum tuarum erisque in
laetitia
Ex 23,17! 16 tribus vicibus per annum
apparebit omne masculinum tuum
in conspectu Domini Dei tui in loco
quem elegerit
in sollemnitate azymorum
et in sollemnitate ebdomadarum
et in sollemnitate tabernaculorum
Ex 23,15; Sir 35,6 non apparebit ante Dominum va-
cuus
17 sed offeret unusquisque secundum
quod habuerit
iuxta benedictionem Domini Dei sui
quam dederit ei

18 iudices et magistros constitues Ex 18,21.22! I Esr 7,25
in omnibus portis tuis quas Domi-
nus Deus tuus dederit tibi per sin-
gulas tribus tuas
ut iudicent populum iusto iudicio 1,16! I Sm 8,3
19 nec in alteram partem declinent
non accipies personam nec munera Ex 23,8!
quia munera excaecant oculos sapi-
entium et mutant verba iustorum
20 iuste quod iustum est persequeris
ut vivas et possideas terram quam
Dominus Deus tuus dederit tibi
21 non plantabis lucum et omnem ar-
borem iuxta altare Domini Dei tui
22 nec facies tibi atque constitues sta- Ex 20,4!
tuam
quae odit Dominus Deus tuus
17 non immolabis Domino Deo tuo 15,21!
bovem et ovem in quo est macula
aut quippiam vitii
quia abominatio est Domini Dei tui
2 cum repperti fuerint apud te intra
unam portarum tuarum quas Do- 29,18
minus Deus tuus dabit tibi
vir aut mulier qui faciant malum in
conspectu Domini Dei tui
et transgrediantur pactum illius
3 ut vadant et serviant diis alienis et
adorent eos 4,19!
solem et lunam et omnem militiam
caeli quae non praecepi
4 et hoc tibi fuerit nuntiatum 13,14
audiensque inquisieris diligenter et
verum esse reppereris
et abominatio facta est in Israhel
5 educes virum ac mulierem qui rem 22,24; Lv 24,14!
sceleratissimam perpetrarunt ad
portas civitatis tuae
et lapidibus obruentur
6 in ore duorum aut trium testium per- 19,15! Nm 35,30; Hbr 10,28
ibit qui interficietur

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr
11 et[2] *om.* c. | et[4] *om.* A c | ancilla + tua CSTMΦlc | et[7] *om.* c. | 13 quoque *om.* O | 14 et[2] *om.* c. | et[4] *om.* A c | et[7] *om.* c. | 15 tuo *om.* O | 16 tuum *om.* OΣFTΦl | in sollemnitatem[1] AΣl | et[1] *om.* c | in sollemnitatem[2] ACF | in sollemnitatem[3] ACSl. | apparebis OS 17 offeres O. | 18 magistratus l | 22 tibi *om.* Al. | atque] neque A c. || **17,**1 ~ ouem et bouem c. | domino deo tuo[2] OLTMΦc | 2 intra] in terra OF.; infra Σ. | faciunt OFTMΦ | 3 praecepit AF | 4 reppereris A; repperis S. | 5 scelestissimam OL. | 6 interficitur OΣS |

nemo occidatur uno contra se di-
cente testimonium
[7] manus testium prima interficiet eum
et manus reliqui populi extrema mit-
tetur
ut auferas malum de medio tui
[8] si difficile et ambiguum apud te iu-
dicium esse perspexeris
inter sanguinem et sanguinem cau-
sam et causam lepram et non lep-
ram
et iudicum intra portas tuas videris
verba variari
12,5! surge et ascende ad locum quem ele-
gerit Dominus Deus tuus
19,17; II Par 19,8 [9] veniesque ad sacerdotes levitici ge-
neris
et ad iudicem qui fuerit illo tempore
quaeresque ab eis qui indicabunt tibi
iudicii veritatem
[10] et facies quodcumque dixerint
qui praesunt loco quem elegerit Do-
minus
et docuerint te [11] iuxta legem eius
sequeris sententiam eorum nec de-
clinabis ad dextram vel ad sinis-
tram
Nm 15,30; Idc 20,13 [12] qui autem superbierit nolens oboe-
dire sacerdotis imperio
qui eo tempore ministrat Domino
Deo tuo
et decreto iudicis
morietur homo ille et auferes malum
de Israhel
[13] cunctusque populus audiens timebit
ut nullus deinceps intumescat su-
perbia
12,29! 26,1; 31,16; Lv 14,34! [14] cum ingressus fueris terram quam
Dominus Deus tuus dabit tibi
et possederis eam habitaverisque in
illa
I Sm 8,5! 19,20! et dixeris constituam super me regem
sicut habent omnes per circuitum
nationes
[15] eum constitues quem Dominus Deus
tuus elegerit de numero fratrum
tuorum
non poteris alterius gentis hominem
regem facere qui non sit frater tuus
[16] cumque fuerit constitutus
non multiplicabit sibi equos
nec reducet populum in Aegyptum
equitatus numero sublevatus
praesertim cum Dominus praece-
perit vobis
ut nequaquam amplius per eandem Ier 42,19!
viam revertamini
[17] non habebit uxores plurimas quae III Rg 11,4! II Esr 13,26
inliciant animum eius
neque argenti et auri inmensa pon-
dera
[18] postquam autem sederit in solio reg-
ni sui
describet sibi deuteronomium legis Ios 8,32!
huius in volumine
accipiens exemplar a sacerdotibus II Par 23,11; 34,18
leviticae tribus
[19] et habebit secum legetque illud om- 6,7! Ios 1,8; Ps 1,2!
nibus diebus vitae suae
ut discat timere Dominum Deum 6,2! Sir 7,31
suum
et custodire verba et caerimonias
eius quae lege praecepta sunt
[20] nec elevetur cor eius in superbiam
super fratres suos
neque declinet in partem dextram vel
sinistram
ut longo tempore regnet ipse et filii
eius super Israhel
18 non habebunt sacerdotes et Levitae 10,9! Ios 13,14
et omnes qui de eadem tribu sunt
partem et hereditatem cum reliquo
Israhel
quia sacrificia Domini et oblationes
eius comedent
[2] et nihil aliud accipient de possessione

8 praespexeris OCΣ1 | non *om.* Λ c | iudicum] iudicium OΣLFST | 9 ueniensque CF | fuerit + in CΣΛF | 11 sequerisque c | uel] neque c. | 12 de + medio AC | 14 cumque O | 17 inlicitant O.; alliciant c. | animam CΣΛF1 | 19 ut] et AL. | quae + in CLTM Φ c | praeceptae OΣ. | 20 ~ dextram partem CF1 | uel + in CS | filii] filius OΣLTΦ || **18**,1 reliquo + populo AC | 2 et *om.* CΛF. |

AOC ΣΛLFSTMΦ 1cr

fratrum suorum
Dominus enim ipse est hereditas eorum sicut locutus est illis
3 hoc erit iudicium sacerdotum a po-
Lv 1,2! pulo et ab his qui offerunt victimas
sive bovem sive ovem immolaverint
Ex 29,27.28! dabunt sacerdoti armum ac ventriculum
Nm 18,12! 4 primitias frumenti vini et olei
et lanarum partem ex ovium tonsione
5 ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis
ut stet et ministret nomini Domini ipse et filii eius in sempiternum
6 si exierit Levites de una urbium tuarum ex omni Israhel in qua habitat
et voluerit venire desiderans locum quem elegerit Dominus
7 ministrabit in nomine Dei sui
sicut omnes fratres eius Levitae qui stabunt eo tempore coram Domino
8 partem ciborum eandem accipiet quam et ceteri
excepto eo quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur
Lv 23,10! 9 quando ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi
20,18; Lv 18,24! cave ne imitari velis abominationes illarum gentium
Lv 18,21! IV Rg 17,17! 10 nec inveniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem
Lv 19,26.31! aut qui ariolos sciscitetur et observet somnia atque auguria
Lv 20,27! ne sit maleficus 11 ne incantator
ne pythones consulat ne divinos
et quaerat a mortuis veritatem
12 omnia enim haec abominatur Dominus
4,38! et propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo
Gn 6,9! 13 perfectus eris et absque macula cum Domino Deo tuo
14 gentes istae quarum possidebis terram augures et divinos audiunt
tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es
15 prophetam de gente tua et de fratri- 18; Act 3,22; 7,37
bus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus
ipsum audies 16 ut petisti a Domino
Deo tuo in Horeb
quando contio congregata est atque dixisti
ultra non audiam vocem Domini Dei 5,25; Ex 20,19
mei
et ignem hunc maximum amplius non videbo ne moriar
17 et ait Dominus mihi bene omnia sunt 5,28
locuti
18 prophetam suscitabo eis de medio 15!
fratrum suorum similem tui
et ponam verba mea in ore eius Ex 4,12!
loqueturque ad eos omnia quae prae- Nm 24,13!
cepero illi
19 qui autem verba eius quae loquetur Ier 29,19; Act 3,23
in nomine meo audire noluerit ego ultor existam
20 propheta autem qui arrogantia de- 13,5; Za 13,3
pravatus
voluerit loqui in nomine meo quae Ier 28,16
ego non praecepi illi ut diceret
aut ex nomine alienorum deorum interficietur
21 quod si tacita cogitatione responderis
quomodo possum intellegere verbum quod non est locutus Dominus
22 hoc habebis signum Ex 3,12! Ier 28,9
quod in nomine Domini propheta ille praedixerit et non evenerit
hoc Dominus non locutus est
sed per tumorem animi sui propheta III Rg 22,28
confinxit

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr
5 enim *om.* OΣ. | filii] filius OΣ | 6 de] ex Σc. | in quo habitas C | 7 nomine + domini CΣΛLSc | eo] omni OΣ | 8 et *om.* AΛ | ei] et O; *om.* Λ. | 9 imitare ACSl | 10 ne] nec AΣLc | 11 ne[1]] nec AΛLSc: aut CΣ | ne[2]] nec AL; nec qui c. | ne[3]] nec Oc; neque AL | et] aut c. | 12 abominabitur A | deleuit OCΛ | 14 a *om.* OF | 15 suscitauit AC | 21 ~ dominus non est locutus c. | 22 non uenerit CΣΛLFSl. | ~ est locutus ASc | confinxerit OTMΦ; confixerit S ||

et idcirco non timebis eum
12,29! **19** cum disperderit Dominus Deus tu-
1—10: Nm 35,10-15 us gentes quarum tibi traditurus
est terram
et possederis eam habitaverisque in
urbibus eius et in aedibus
9 [2] tres civitates separabis tibi in medio
terrae quam Dominus Deus tuus
dabit tibi in possessionem
[3] sternens diligenter viam
et in tres aequaliter partes totam ter-
rae tuae provinciam divides
ut habeat e vicino qui propter homi-
cidium profugus est quo possit eva-
dere
[4] haec erit lex homicidae fugientis cu-
ius vita servanda est
Ios 20,5 qui percusserit proximum suum ne-
sciens
et qui heri et nudius tertius nullum
contra eum habuisse odium con-
probatur
[5] sed abisse simpliciter cum eo in sil-
vam ad ligna caedenda
et in succisione lignorum securis fu-
gerit manu
ferrumque lapsum de manubrio
Nm 35,15! amicum eius percusserit et occiderit
hic ad unam supradictarum urbium
confugiet et vivet
[6] ne forsitan proximus eius cuius ef-
fusus est sanguis
dolore stimulatus persequatur et ad-
prehendat eum si longior via fuerit
et percutiat animam eius qui non est
reus mortis
quia nullum contra eum qui occisus
est odium prius habuisse monstra-
tur
[7] idcirco praecipio tibi ut tres civitates
aequalis inter se spatii dividas
12,20! Ex 33,1! [8] cum autem dilataverit Dominus
Deus tuus terminos tuos sicut iura-
vit patribus tuis
et dederit tibi cunctam terram quam
eis pollicitus est
[9] si tamen custodieris mandata eius et 11,22!
feceris quae hodie praecipio tibi
ut diligas Dominum Deum tuum
et ambules in viis eius omni tempore
addes tibi tres alias civitates 2
et supradictarum trium urbium nu-
merum duplicabis
[10] ut non effundatur sanguis innoxius
in medio terrae quam Dominus Deus
tuus dabit tibi possidendam
nec sis sanguinis reus
[11] si quis autem odio habens proximum **11.12:**
suum insidiatus fuerit vitae eius Ex 21,14; Nm 35,20.21
surgensque percusserit illum et mor-
tuus fuerit
fugeritque ad unam de supradictis
urbibus
[12] mittent seniores civitatis illius et ar-
ripient eum de loco effugii
tradentque in manu proximi cuius Nm 35,19! II Sm 14,7
sanguis effusus est et morietur
[13] nec misereberis eius
et auferes innoxium sanguinem de
Israhel ut bene sit tibi
[14] non adsumes et transferes terminos 27,17; Prv 22,28; 23,10
proximi tui
quos fixerunt priores in possessione
tua
quam Dominus Deus tuus dabit tibi
in terra quam acceperis possiden-
dam
[15] non stabit testis unus contra aliquem 17,6! Nm 35,30
quicquid illud peccati et facinoris
fuerit
sed in ore duorum aut trium testium Mt 18,16; Io 8,17; II Cor 13,1; I Tim 5,19
stabit omne verbum
[16] si steterit testis mendax contra ho-
minem
accusans eum praevaricationis
[17] stabunt ambo quorum causa est ante

19,1 disperdiderit ACΣΛlcr | et[2] *om.* O | 3 quo] qui S; quomodo OL | 4 ~ odium habuisse Σc | 5 ~ cum eo simpliciter Σc | in silua CΣF | successione OLF | manum CTMl | 6 proximum O | 7 aequales AOΛTl | 9 quae + ego Cl(*vid.*) | ~ alias tres AΣS | 10 nec] ne LΦc | 11 eius] illius OL | 12 mittens OS | arripiens C | in manus C | 13 nec] ne A.; non c. | noxium ASl | 14 in terram CΣΛFSl |

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

Dominum
17.9 in conspectu sacerdotum et iudicum
qui fuerint in diebus illis
Prv 19,5! 18 cumque diligentissime perscrutantes
Ex 20,16; 23,1; Dn 13,49.61 invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium
19 reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit
et auferes malum de medio tui
20 ut audientes ceteri timorem habeant
et nequaquam talia audeant facere
Ex 21,23.24! 21 non misereberis eius sed animam pro anima
oculum pro oculo dentem pro dente
manum pro manu pedem pro pede exiges
Nm 10,9! 20 si exieris ad bellum contra hostes tuos
et videris equitatum et currus
et maiorem quam tu habes adversarii exercitus multitudinem
non timebis eos quia Dominus Deus
Lv 25,42! I Sm 12,6; tuus tecum est
III Rg 8,53; Ier 2,6! qui eduxit te de terra Aegypti
2 adpropinquante autem iam proelio
stabit sacerdos ante aciem et sic loquetur ad populum
3 audi Israhel vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis
1,29.30! 31,6! II Par 20,17! non pertimescat cor vestrum
nolite metuere nolite cedere nec formidetis eos
23,14 4 quia Dominus Deus vester in medio vestri est
et pro vobis contra adversarios dimicabit
II Mcc 2,19! ut eruat vos de periculo
5—8: I Mcc 3,55.56 5 duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt
quis est homo qui aedificavit domum novam et non dedicavit eam
vadat et revertatur in domum suam
ne forte moriatur in bello et alius dedicet illam
6 quis est homo qui plantavit vineam
et necdum eam fecit esse communem et de qua vesci omnibus liceat
vadat et revertatur in domum suam
ne forte moriatur in bello
et alius homo eius fungatur officio
7 quis est homo qui despondit uxorem 24,5
et non accepit eam
vadat et revertatur in domum suam
ne forte moriatur in bello
et alius homo accipiat eam
8 his dictis addent reliqua et loquentur ad populum Idc 7,3
quis est homo formidolosus et corde pavido
vadat et revertatur in domum suam
ne pavere faciat corda fratrum suorum
sicut ipse timore perterritus est
9 cumque siluerint exercitus duces et finem loquendi fecerint
unusquisque suos ad bellandum cuneos praeparabit
10 si quando accesseris ad expugnandam civitatem
offeres ei primum pacem
11 si receperit et aperuerit tibi portas
cunctus populus qui in ea est salvabitur et serviet tibi sub tributo
12 sin autem foedus inire noluerint
et receperint contra te bellum
obpugnabis eam
13 cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua 21,10
percuties omne quod in ea generis masculini est in ore gladii Nm 31,7! I Mcc 5,28!
14 absque mulieribus et infantibus iumentis et ceteris quae in civitate sunt Nm 31,9!
omnem praedam exercitui divides Nm 31,27! Ios 8,2!
et comedes de spoliis hostium tuorum

AOC ΣΛLFSTMΦ lcr

17 fuerunt OF. | 18 praescrutantes CΣl | 20 audeant] audiant OS. || **20**,1 equitatus c | quam tu] quantum OL. | habeas c. | ~ exercitus aduersarii OL | 2 autem *om.* OΣl. | 5 illam] eam lc. | 6 ~ fecit eam OΣlc | et[2] *om.* Σc. | 7 desponsauit OTΦ | 8 et[2]] in CFl. | 9 ~ duces exercitus OLc | 10 expugnandum O | 11 si receperint et aperuerint A. | 12 noluerit ASlc. | receperit l; coeperint Φ; coeperit c. |

quae Dominus Deus tuus dederit tibi
15 sic facies cunctis civitatibus quae a te procul valde sunt
et non sunt de his urbibus quas in possessionem accepturus es
Ios 10,28! 30 16 de his autem civitatibus quae dabuntur tibi
7,2! Ios 10,40! nullum omnino permittes vivere
Ex 23,23! 17 sed interficies in ore gladii
Hettheum videlicet et Amorreum et Chananeum
Ferezeum et Eveum et Iebuseum
sicut praecepit tibi Dominus Deus tuus
18,9! 18 ne forte doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt diis suis
et peccetis in Dominum Deum vestrum
19 quando obsederis civitatem multo tempore
et munitionibus circumdederis ut expugnes eam
non succides arbores de quibus vesci potest
nec securibus per circuitum debes vastare regionem
quoniam lignum est et non homo
nec potest bellantium contra te augere numerum
20 si qua autem ligna non sunt pomifera sed agrestia et in ceteros apta usus
succide et extrue machinas
donec capias civitatem quae contra te dimicat
21 quando inventum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi
hominis cadaver occisi et ignoratur caedis reus
2 egredientur maiores natu et iudices tui
et metientur a loco cadaveris singularum per circuitum spatia civitatum
3 et quam viciniorem ceteris esse perspexerint
seniores civitatis eius tollent vitulam de armento Nm 19,2; I Sm 6,7
quae non traxit iugum nec terram scidit vomere
4 et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam
quae numquam arata est nec sementem recepit
et caedent in ea cervices vitulae
5 accedentque sacerdotes filii Levi 10,8!
quos elegerit Dominus Deus tuus ut ministrent ei
et benedicant in nomine eius
et ad verbum eorum omne negotium Lv 10,10!
et quicquid mundum vel inmundum est iudicetur
6 et maiores natu civitatis illius ad interfectum
lavabuntque manus suas super vitulam quae in valle percussa est 7 et dicent
manus nostrae non effuderunt hunc sanguinem
nec oculi viderunt
8 propitius esto populo tuo Israhel quem redemisti Domine Lv 23,28! III Rg 8,50! II Mcc 7,37
et non reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israhel Ion 1,14
et auferetur ab eis reatus sanguinis
9 tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est
cum feceris quod praecepit Dominus
10 si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos Nm 10,9!
et tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua captivosque duxeris 20,13
11 et videris in numero captivorum mulierem pulchram
et adamaveris eam voluerisque habere uxorem

15 in possessione CΣΛFSTΦl | 16 permittas l; permittis AOC. | 19 potes Cl | 20 in] inter CΣLFMl | et extrue] et strue O; extrue A.; et instrue TΦ c || **21**,1 in terram ΛOCΣ | ignorabitur c | 3 prespexerint CΣl | eius] illius c | 5 et¹] ut O | 6 et + uenient Λ c; + ueniant Φ | lauabunt manus C | 7 ~ sanguinem hunc c | 8 non] ne c. | 9 effusus CΣl |

AOC ΣΛLFSTMΦ l cr

12 introduces in domum tuam
quae radet caesariem et circumcidet
ungues 13 et deponet vestem in qua
capta est
sedensque in domo tua flebit patrem
et matrem suam uno mense
et postea intrabis ad eam
dormiesque cum illa et erit uxor tua
14 sin autem postea non sederit animo
tuo
dimittes eam liberam
nec vendere poteris pecunia
nec opprimere per potentiam quia
humiliasti eam
15 si habuerit homo uxores duas
unam dilectam et alteram odiosam
genuerintque ex eo liberos
et fuerit filius odiosae primogenitus
16 volueritque substantiam inter filios
suos dividere
non poterit filium dilectae facere pri-
mogenitum et praeferre filio odio-
sae
17 sed filium odiosae agnoscet primo-
genitum
Iob 42,10! dabitque ei de his quae habuerit
cuncta duplicia
iste est enim principium liberorum
eius
et huic debentur primogenita
18 si genuerit homo filium contumacem
et protervum
qui non audiat patris aut matris im-
perium
et coercitus oboedire contempserit
19 adprehendent eum et ducent ad se-
niores civitatis illius et ad portam
iudicii 20 dicentque ad eos
filius noster iste protervus et contu-
max est
monita nostra audire contemnit
Mt 24,49 comesationibus vacat et luxuriae at-
que conviviis
22,21; Lv 24,16! 21 lapidibus eum obruet populus civi-
tatis et morietur
ut auferatis malum de medio vestri 13,5! 24,7
et universus Israhel audiens perti- 13,11
mescat
22 quando peccaverit homo quod morte
plectendum est
et adiudicatus morti adpensus fuerit Gn 40,22! Ios 8,29; 10,26.27
in patibulo
23 non permanebit cadaver eius in ligno Io 19,31
sed in eadem die sepelietur
quia maledictus a Deo est qui pen- Gal 3,13
det in ligno
et nequaquam contaminabis terram
tuam quam Dominus Deus tuus
dederit tibi in possessionem
22 non videbis bovem fratris tui aut Ex 23,4
ovem errantem et praeteribis sed
reduces fratri tuo
2 etiam si non est propinquus tuus fra-
ter nec nosti eum
duces in domum tuam et erunt apud
te
quamdiu quaerat ea frater tuus et
recipiat
3 similiter facies de asino et de vesti-
mento et de omni re fratris tui quae
perierit si inveneris eam
ne neglegas quasi alienam
4 si videris asinum fratris tui aut bo- Ex 23,5; Mt 12,11; Lc 14,5
vem cecidisse in via
non despicies sed sublevabis cum eo
5 non induetur mulier veste virili
nec vir utetur veste feminea
abominabilis enim apud Deum est
qui facit haec
6 si ambulans per viam in arbore vel
in terra nidum avis inveneris
et matrem pullis vel ovis desuper in-
cubantem
non tenebis eam cum filiis
7 sed abire patieris captos tenens filios
ut bene sit tibi et longo vivas tempore 5,16!
8 cum aedificaveris domum novam
facies murum tecti per circuitum

AOC ΣΛLFSTMΦ lct 12 introduces + eam S c | 14 si autem Σ c | 16 suos *om.* C; ~ diuidere suos l. | 18 aut] ac OSTMΦ | 19 et educent ΣL; et adducent O | 21 moriatur CSl. | 23 pendit OSM || 22,2 ~ propinquus frater tuus TΦ c | 3 facies + et CΣ | ea A | aliena AL | 4 in uiam OCF | 6 in arborem OCΣl | in terram CΣl |

ne effundatur sanguis in domo tua
et sis reus labente alio et in praeceps ruente
Lv 19.19 9 non seres vineam tuam altero semine
ne et sementis quam sevisti et quae nascuntur ex vinea pariter sanctificentur
II Cor 6.14 10 non arabis in bove simul et asino
Lv 19.19 11 non indueris vestimento quod ex lana linoque contextum est
Nm 15.38 12 funiculos in fimbriis facies per quattuor angulos pallii tui quo operieris
13 si duxerit vir uxorem et postea eam odio habuerit
14 quaesieritque occasiones quibus dimittat eam
17 obiciens ei nomen pessimum et dixerit
uxorem hanc accepi et ingressus ad eam non inveni virginem
15 tollent eam pater et mater eius
et ferent secum signa virginitatis eius ad seniores urbis qui in porta sunt
16 et dicet pater filiam meam dedi huic uxorem
14 quam quia odit 17 inponet ei nomen pessimum
ut dicat non inveni filiam tuam virginem
et ecce haec sunt signa virginitatis filiae meae
expandent vestimentum coram senibus civitatis
18 adprehendentque senes urbis illius virum et verberabunt illum
19 condemnantes insuper centum siclis argenti
quos dabit patri puellae
quoniam diffamavit nomen pessimum super virginem Israhel
habebitque eam uxorem et non poterit dimittere omni tempore vitae suae
20 quod si verum est quod obicit
et non est in puella inventa virginitas
21 eicient eam extra fores domus patris sui
et lapidibus obruent viri civitatis eius et morietur 21.21!
quoniam fecit nefas in Israhel
ut fornicaretur in domo patris sui
et auferes malum de medio tui
22 si dormierit vir cum uxore alterius uterque morientur Lv 20.10!
id est adulter et adultera
et auferes malum de Israhel
23 si puellam virginem desponderit vir
et invenerit eam aliquis in civitate et concubuerit cum illa
24 educes utrumque ad portam civitatis illius et lapidibus obruentur 17.5!
puella quia non clamavit cum esset in civitate
vir quia humiliavit uxorem proximi sui
et auferes malum de medio tui
25 sin autem in agro reppererit vir puellam quae desponsata est
et adprehendens concubuerit cum illa ipse morietur solus
26 puella nihil patietur nec est rea mortis
quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum et occidit animam eius
ita et puella perpessa est
27 sola erat in agro
clamavit et nullus adfuit qui liberaret eam
28 si invenerit vir puellam virginem quae non habet sponsum Ex 22.16
et adprehendens concubuerit cum ea
et res ad iudicium venerit
29 dabit qui dormivit cum ea patri pu-

AOC ΣΛLFSTMΦ (l) cr

9 seuisti] seruisti ALl | 12 operueris C; operiris OΛFSTΦl | 13 ~ odio habuerit eam c | 14 inueni + eam C | [*deest* l *usque ad* 34,12] | 17 inponit ΣSTΦ cr | senioribus CΣ STMΦ c | 19 siclos CΣ | dimittere + eam CF c | omni tempore] omnibus diebus c | 20 obiecit CΛFS; dicit O. | ~ inuenta in puella A | 21 eius] illius Λ c | in domum AS. | 22 moriuntur F.; morietur S c | 23 cum ea c | 24 ciuitate + et AM | 25 repperit AOS. | cum ea c. | 26 occidet AΛF | 28 cum illa C c |

ellae quinquaginta siclos argenti
et habebit eam uxorem
quia humiliavit illam non poterit
dimittere cunctis diebus vitae suae
Lv 18,8! 1 Cor 5,1 30 non accipiet homo uxorem patris sui
nec revelabit operimentum eius
23 non intrabit eunuchus adtritis vel
amputatis testiculis et absciso ve-
retro ecclesiam Domini
2 non ingredietur mamzer hoc est de
scorto natus in ecclesiam Domini
usque ad decimam generationem
3–5: II Esr 13,1.2 3 Ammanites et Moabites etiam post
decimam generationem non intra-
bunt ecclesiam Domini in aeternum
4 quia noluerunt vobis occurrere cum
pane et aqua in via quando egressi
estis de Aegypto
Nm 22,5.6! 23,7; Ios 24,9.10 et quia conduxerunt contra te Ba-
laam filium Beor de Mesopotami-
am Syriae ut malediceret tibi
Nm 23,11! 5 et noluit Dominus Deus tuus audire
Balaam
vertitque maledictionem eius in be-
nedictionem tuam eo quod dilige-
ret te
6 non facies cum eis pacem
nec quaeres eis bona cunctis diebus
vitae tuae in sempiternum
7 non abominaberis Idumeum quia
frater tuus est
Gn 15,13! nec Aegyptium quia advena fuisti in
terra eius
8 qui nati fuerint ex eis tertia generati-
one intrabunt ecclesiam Domini
9 quando egressus fueris adversus hos-
tes tuos in pugnam
custodies te ab omni re mala
Lv 15,16! 10 si fuerit inter vos homo qui nocturno
pollutus sit somnio
egredietur extra castra 11 et non re-
vertetur
priusquam ad vesperam lavetur aqua
et post solis occasum regredietur in
castra
12 habebis locum extra castra ad quem
egrediaris ad requisita naturae 13 ge-
rens paxillum in balteo
cumque sederis fodies per circuitum
et egesta humo operies 14 quo releva-
tus es
Dominus enim Deus tuus ambulat 20,4!
in medio castrorum
ut eruat te et tradat tibi inimicos
tuos
ut sint castra tua sancta
et nihil in eis appareat foeditatis nec
derelinquat te
15 non trades servum domino suo qui
ad te confugerit
16 habitabit tecum in loco qui ei placu-
erit
et in una urbium tuarum requiescet
nec contristes eum
17 non erit meretrix de filiabus Israhel Lv 19,29
neque scortator de filiis Israhel
18 non offeres mercedem prostibuli nec
pretium canis in domum Domini
Dei tui
quicquid illud est quod voverint
quia abominatio est utrumque apud
Dominum Deum tuum
19 non fenerabis fratri tuo ad usuram Ex 22,25!
pecuniam
nec fruges nec quamlibet aliam rem
20 sed alieno
fratri autem tuo absque usura id
quod indiget commodabis
ut benedicat tibi Dominus Deus tuus 6,18; 15,10
in omni opere tuo
in terra ad quam ingredieris possi-
dendam

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

29 quinquaginta] centum OLTM | illam] eam AΣ | dimittere + eam OΣLTMΦc || **23**,1 abscisso c | 2 in *om.* AΣ | 3 domini + usque CΣ | 4 panibus OL. | de mesopotamiam ACΣS] de mesopotamia *cet.* | 6 quaeras Φc | 7 abominaueris ΛOCLS | 8 intrabunt + in OSTMΦcr | 11 ad uesperum ACΣSr | lauerit CF. | 13 pauxillum A | fodiens CΛF.; foderis S. | 14 quo] quod CΣ | releuatus AMcr] reuelatum Σ.; reuelatus *cet.* | ut[2]] et c | nec] ne AΣLSc | 16 nec] ne OΣLTMc | 17 neque] nec c. | 18 in domo Sc | uouerit Ar; uoueris ΣΛc | 20 absque usuram OCS. | quo c | in terram ACΣF. | ingrederis OΣTM |

Lv 7,16! Nm 30,3! 4; Iob 22,27! Ps 21,26! Ecl 5,3 21 cum voveris votum Domino Deo tuo
non tardabis reddere
quia requiret illud Dominus Deus
tuus
et si moratus fueris reputabit tibi in
peccatum
22 si nolueris polliceri absque peccato
eris
Ps 65,13.14; Ier 17,16 23 quod autem semel egressum est de
labiis tuis
observabis et facies sicut promisisti
Domino Deo tuo
et propria voluntate et ore tuo locu-
tus es
24 ingressus vineam proximi tui comede
uvas quantum tibi placuerit
foras autem ne efferas tecum
25 si intraveris in segetem amici tui
Mt 12,1; Lc 6,1 franges spicas et manu conteres
falce autem non metes
1—4: Ier 3,1 **24** si acceperit homo uxorem et habu-
erit eam
Mal 2,16 et non invenerit gratiam ante oculos
eius propter aliquam foeditatem
Mt 5,31; 19,7; Mc 10,4 scribet libellum repudii et dabit in
manu illius et dimittet eam de do-
mo sua
2 cumque egressa alterum maritum du-
xerit
3 et ille quoque oderit eam dederitque
ei libellum repudii
et dimiserit de domo sua vel certe
mortuus fuerit
4 non poterit prior maritus recipere
eam in uxorem
quia polluta est et abominabilis facta
est coram Domino
ne peccare facias terram tuam
quam Dominus Deus tuus tibi tra-
diderit possidendam
20,7 5 cum acceperit homo nuper uxorem
non procedet ad bellum nec ei quip-
piam necessitatis iniungetur publi-
cae
sed vacabit absque culpa domui suae
ut uno anno laetetur cum uxore sua
6 non accipies loco pignoris inferio-
rem et superiorem molam
quia animam suam adposuit tibi
7 si deprehensus fuerit homo sollici- Ex 21,16
tans fratrem suum de filiis Israhel
et vendito eo accipiens pretium
interficietur et auferes malum de me- 21,21!
dio tui
8 observa diligenter ne incurras in pla-
gam leprae
sed facies quaecumque docuerint te
sacerdotes levitici generis
iuxta id quod praecepi eis et imple
sollicite
9 mementote quae fecerit Dominus
Deus vester Mariae in via cum egre-
deremini de Aegypto
10 cum repetes a proximo tuo rem ali-
quam quam debet tibi
non ingredieris domum eius ut pig-
nus auferas
11 sed stabis foris et ille tibi proferet
quod habuerit
12 sin autem pauper est non pernocta- Ex 22,26
bit apud te pignus
13 sed statim reddes ei ante solis occa-
sum
ut dormiens in vestimento suo bene-
dicat tibi
et habeas iustitiam coram Domino
Deo tuo
14 non negabis mercedem indigentis et Sir 34,27; Mt 10,10; Lc 10,7!
pauperis fratris tui
sive advenae qui tecum moratur in
terra et intra portas tuas est
15 sed eadem die reddes ei pretium la- Lv 19,13!
boris sui ante solis occasum
quia pauper est et ex eo sustentat
animam suam
ne clamet contra te ad Dominum et

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

21 ~ uotum uoueris OTΦ c | reputabitur CLΦ c; inputauit O. | 24 comedes A | 25 frange ΑΛF | contere ΑΣΛΜ | metas ΑΣ ‖ **24**,4 tibi dederit O; ~ tradiderit tibi c. | 5 procedat ΑΣ; procedit M. | iniungitur CS. | publice ACΛLF | domi Λ c.; domus OF | 6 opposuit c | 7 acceperit TMΦ c | 8 in *om.* c | quodcumque C | 9 egredimini O | 10 ingredieris + in C | 11 profert A; proferat ΣL. | 12 si autem OCLM |

reputetur tibi in peccatum
IV Rg 14,6; II Par 25,4; Ez 18,20! 16 non occidentur patres pro filiis nec
filii pro patribus
sed unusquisque pro suo peccato
morietur
27,19; Ex 22,21.22! 17 non pervertes iudicium advenae et
pupilli
Iob 24,3 nec auferes pignoris loco viduae ves-
timentum
15,15! 18 memento quod servieris in Aegypto
et eruerit te Dominus Deus tuus inde
idcirco praecipio tibi ut facias hanc
rem
Lv 19,9! 19 quando messueris segetem in agro
tuo
et oblitus manipulum reliqueris
non reverteris ut tollas eum
sed advenam et pupillum et viduam
auferre patieris
ut benedicat tibi Dominus Deus tuus
in omni opere manuum tuarum
20 si fruges colliges olivarum quicquid
remanserit in arboribus non rever-
teris ut colligas
sed relinques advenae pupillo ac vi-
duae
Lv 19,10 21 si vindemiaveris vineam tuam non
colliges remanentes racemos
sed cedent in usus advenae pupilli ac
viduae
5,15! 22 memento quod et tu servieris in Ae-
gypto
et idcirco praecipiam tibi ut facias
hanc rem
25 si fuerit causa inter aliquos et inter-
pellaverint iudices
quem iustum esse perspexerint illi
iustitiae palmam dabunt
quem impium condemnabunt im-
pietatis
2 sin autem eum qui peccavit dignum
viderint plagis
prosternent et coram se facient ver-
berari
pro mensura peccati erit et plaga-
rum modus
3 ita dumtaxat ut quadragenarium nu- II Cor 11,24
merum non excedant
ne foede laceratus ante oculos tuos
abeat frater tuus
4 non ligabis os bovis terentis in area I Cor 9,9; I Tim 5,18
fruges tuas
5 quando habitaverint fratres simul
et unus ex eis absque liberis mortuus Mt 22,24; Mc 12,19; Lc 20,28
fuerit
uxor defuncti non nubet alteri Rt 4,5
sed accipiet eam frater eius Rt 4,10
et suscitabit semen fratris sui Gn 38,8
6 et primogenitum ex ea filium nomine
illius appellabit
ut non deleatur nomen eius ex Isra-
hel
7 sin autem noluerit accipere uxorem
fratris sui quae ei lege debetur
perget mulier ad portam civitatis
et interpellabit maiores natu dicetque
non vult frater viri mei suscitare no-
men fratris sui in Israhel nec me in
coniugium sumere
8 statimque accersiri eum facient et
interrogabunt
si responderit nolo eam uxorem ac-
cipere
9 accedet mulier ad eum coram senio-
ribus
et tollet calciamentum de pede eius Rt 4,7
spuetque in faciem illius et dicet
sic fit homini qui non aedificat do-
mum fratris sui
10 et vocabitur nomen illius in Israhel
domus Disculciati
11 si habuerint inter se iurgium viri
et unus contra alterum rixari coeperit
volensque uxor alterius eruere virum

AOC ΣΛLFSTMΦ cr
16 patribus] parentibus O | ~ peccato suo c | 19 eum] illum Σ c; illud ASM | opere] tempore O | 20 collegeris c; colligens Σ. | 21 pupillo O | 22 praecipio AΣΛSM c || 25,1 praespexerint OC | 2 si autem O | uiderint] audierint CF. | 3 abeat] obeat S.; habeat CΛL; iaceat A. | 4 terentis] triturantis A | 7 nomen] semen OLTΦ | in coniugem A c. | 9 de pedes C.; de pedibus ΣT. | illius] eius AS | fiat Λ; fiet OLFTMΦ c | 10 illius] eius AL | 11 uiri + duo c | rixare ACΣS | coeperint OCΣΛF |

suum de manu fortioris
miserit manum et adprehenderit verenda eius
12 abscides manum illius nec flecteris super eam ulla misericordia
13 non habebis in sacculo diversa pondera maius et minus
14 nec erit in domo tua modius maior et minor
Lv 19,36! 15 pondus habebis iustum et verum
et modius aequalis et verus erit tibi
ut multo vivas tempore super terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi
16 abominatur enim Dominus eum qui facit haec
et aversatur omnem iniustitiam
Ex 17,8! I Sm 15,2 17 memento quae fecerit tibi Amalech in via
quando egrediebaris ex Aegypto
18 quomodo occurrerit tibi
et extremos agminis tui qui lassi residebant ceciderit
quando tu eras fame et labore confectus
et non timuerit Deum
12,10; Ios 1,13! 19 cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem
et subiecerit cunctas per circuitum nationes
in terra quam tibi pollicitus est
29,20; Ex 17,14 delebis nomen eius sub caelo
cave ne obliviscaris
17,14! 26 cumque intraveris terram quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam
et obtinueris eam atque habitaveris in illa
Ex 23,19! II Par 31,5! Prv 3,9! 2 tolles de cunctis frugibus primitias et pones in cartallo
12,5! pergesque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit
ut ibi invocetur nomen eius
3 accedesque ad sacerdotem qui fuerit 1,21!
in diebus illis et dices ad eum
profiteor hodie coram Domino Deo tuo
quod ingressus sim terram pro qua iuravit patribus nostris ut daret eam nobis
4 suscipiensque sacerdos cartallum de manu eius
ponet ante altare Domini Dei tui
5 et loqueris in conspectu Domini Dei tui
Syrus persequebatur patrem meum
qui descendit in Aegyptum et ibi per- Ps 104,12
egrinatus est in paucissimo numero
crevitque in gentem magnam et ro- Gn 21,18!
bustam et infinitae multitudinis
6 adflixeruntque nos Aegyptii et per- Ex 1,11! Nm 20,15
secuti sunt
inponentes onera gravissima
7 et clamavimus ad Dominum Deum Ex 2,23.24
patrum nostrorum
qui exaudivit nos et respexit humili- Gn 31,42!
tatem nostram et laborem atque angustias
8 et eduxit nos de Aegypto in manu Ex 13,3! Ps 135,11.12; Act 13,17; IV Esr 15,11
forti et brachio extento
in ingenti pavore in signis atque por- Ier 32,21; Bar 2,11
tentis
9 et introduxit ad locum istum Ex 3,8! I Sm 12,8
et tradidit nobis terram lacte et melle manantem
10 et idcirco nunc offero primitias fru- Ex 23,19!
gum terrae quam dedit Dominus mihi
et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui
adorato Domino Deo tuo
11 et epulaberis in omnibus bonis quae 16,11!
Dominus Deus tuus dederit tibi et domui tuae

11 de manibus AS. | miseritque Φc | 12 super ea AF | 15 et uerus *om.* ΑΣ. | 16 abominabitur AOFT | dominus + tuus c. | 18 ceciderint A; ceciderunt S.; cederit L | 19 in terram AFS || **26**,1 ∼ daturus est tibi OC | in illam O; in ea c. | 2 frugibus + tuis TM Φc | pergensque A | 3 sum c; + in OCLc | 4 de manus O.; de manibus A | eius] tua c | 5 et[3]] ac Cc. | 7 angustiam OΛLFc | 10 ∼ dominus dedit CΛFTMΦc; dominus deus dedit Σ | tui + et AΛSMc | 11 et[1] *om.* ΛM |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

tu et Levites et advena qui tecum est
12 quando conpleveris decimam cunctarum frugum tuarum
14.28.29! anno decimarum tertio
dabis Levitae et advenae et pupillo et viduae
ut comedant intra portas tuas et saturentur
13 loquerisque in conspectu Domini Dei tui
14.29! abstuli quod sanctificatum est de domo mea
et dedi illud Levitae et advenae pupillo et viduae sicut iussisti mihi
non praeterivi mandata tua nec sum oblitus imperii
14 non comedi ex eis in luctu meo
nec separavi ea in qualibet inmunditia
nec expendi ex his quicquam in re funebri
oboedivi voci Domini Dei mei
et feci omnia sicut praecepisti mihi
Is 63,15! Bar 2,16 15 respice de sanctuario tuo
III Rg 8,39! Ps 32,13.14! de excelso caelorum habitaculo
et benedic populo tuo Israhel
et terrae quam dedisti nobis
6,3; Ex 3,8! Ier 11,5! sicut iurasti patribus nostris
terrae lacte et melle mananti
16 hodie Dominus Deus tuus praecepit
10,12.13! 30,10; III Rg 2,4! tibi ut facias mandata haec atque iudicia
IV Rg 23,3 25; II Par31,21;34,31 et custodias et impleas ex toto corde tuo et ex tota anima tua
27,9.10; Ios 24,22 17 Dominum elegisti hodie ut sit tibi Deus et ambules in viis eius
11,22! et custodias caerimonias illius
et mandata atque iudicia
et oboedias eius imperio
7,6! 28,9! III Rg 11,34 18 et Dominus elegit te hodie ut sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi
et custodias omnia praecepta eius 28,1
19 et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creavit in laudem et nomen et gloriam suam Ier 13,11; 33,9!
ut sis populus sanctus Domini Dei tui sicut locutus est

27 praecepit autem Moses et seniores Israhel populo dicentes
custodite omne mandatum quod praecipio vobis hodie 13,18!
2 cumque transieritis Iordanem in terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi 11,31!
eriges ingentes lapides et calce levigabis eos Ios 8,32
3 ut possis in eis scribere omnia verba legis huius Iordane transmisso 8
ut introeas terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi 1,21!
terram lacte et melle manantem
sicut iuravit patribus tuis
4 quando ergo transieritis Iordanem
erige lapides quos ego hodie praecipio vobis in monte Hebal et levigabis calce
5 et aedificabis ibi altare Domino Deo tuo Ex 20,25 5–7: Ios 8,30.31!
de lapidibus quos ferrum non tetigit
6 et de saxis informibus et inpolitis Lv 10,19!
et offeres super eo holocausta Domino Deo tuo
7 et immolabis hostias pacificas Lv 7,29!
comedesque ibi et epulaberis coram Domino Deo tuo Ex 18,12!
8 et scribes super lapides omnia verba legis huius plane et lucide 3
9 dixeruntque Moses et sacerdotes levitici generis ad omnem Israhelem
adtende et audi Israhel
hodie factus es populus Domini Dei tui 26,17!
10 audies vocem eius et facies mandata

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 12 decimas AC | annum O | et[1] *om.* OL. | 13 abstuli cr.𝔐] adtuli *cet.* | aduenae + et LM c; – ae S. | et[3]] ac c. | imperii + tui c | 14 his] eis AC | 15 tuo[1] + et Σ c | terram[1] C. | terram[2] C; terra T | manantem CM | 16 et[1]] ut OLFSTMΦ | 18 et[1]] en OTΦ; *om.* S. et[2]] ut OL. | eius] illius c. | 19 tui] sui OL. || 27,1 dicens O | 2 transieris AL | in terra OCST | 4 transieris AS | erige OCr] elige A.; eriges F; erigite *cet.* | leuigabis + eos OTMΦ c | 9 israhelem] israhel OΛFS | 10 audiens ... faciens CΣ. |

atque iustitias quas ego praecipio tibi
11 praecepitque Moses populo in die illo dicens
11,29! Ios 8,33.34 12 hii stabunt ad benedicendum Domino super montem Garizim Iordane transmisso
Symeon Levi Iudas Isachar Ioseph et Beniamin
13 et e regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal
Ruben Gad et Aser Zabulon Dan et Nepthalim
14 et pronuntiabunt Levitae dicentque ad omnes viros Israhel excelsa voce
Ex 20,4! Sap 14,8 15 maledictus homo qui facit sculptile et conflatile abominationem Domini
opus manuum artificum ponetque illud in abscondito
et respondebit omnis populus et dicet amen
Lv 20,9! Prv 30,11.17; Sir 3,18 16 maledictus qui non honorat patrem suum et matrem
et dicet omnis populus amen
19,14! 17 maledictus qui transfert terminos proximi sui
et dicet omnis populus amen
Lv 19,14 18 maledictus qui errare facit caecum in itinere
et dicet omnis populus amen
24,17; Ex 22,21.22! 19 maledictus qui pervertit iudicium advenae pupilli et viduae
et dicet omnis populus amen
Lv 20,11! 20 maledictus qui dormit cum uxore patris sui et revelat operimentum lectuli eius
et dicet omnis populus amen
Ex 22,19! 21 maledictus qui dormit cum omni iumento
et dicet omnis populus amen
Lv 20,17! 22 maledictus qui dormit cum sorore sua filia patris sui sive matris suae
et dicet omnis populus amen
23 maledictus qui dormit cum socru sua Lv 20,14
et dicet omnis populus amen
24 maledictus qui clam percusserit proximum suum
et dicet omnis populus amen
25 maledictus qui accipit munera ut percutiat animam sanguinis innocentis Ex 23,7!
et dicet omnis populus amen
26 maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius nec eos opere perficit Ps 118,21; Ier 11,3; Gal 3,10
et dicet omnis populus amen
28 sin autem audieris vocem Domini Dei tui **1–11:** 7,12–15
ut facias atque custodias omnia mandata eius quae ego praecipio tibi hodie 26,18.19!
faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quae versantur in terra
2 venientque super te universae benedictiones istae et adprehendent te 11,27!
si tamen praecepta eius audieris
3 benedictus tu in civitate et benedictus in agro
4 benedictus fructus ventris tui et fructus terrae tuae fructusque iumentorum tuorum 11! Ex 23,26; Lc 1,42
greges armentorum et caulae ovium tuarum
5 benedicta horrea tua et benedictae reliquiae tuae
6 benedictus eris et ingrediens et egrediens Ps 120,8
7 dabit Dominus inimicos tuos qui consurgunt adversum te corruentes in conspectu tuo 25; Lv 26,7
per unam viam venient contra te et per septem fugient a facie tua
8 emittet Dominus benedictionem super cellaria tua et super omnia opera manuum tuarum

12 dominum ΣΦ: populo cr𝔐 | et *om.* O | 13 isti *om.* A | in montem A | et² *om.* CΣ | aser + et c | 15 faciet CΣΛLF | 16 honorificat CΣF | 17 transferet CF | 20 dormierit AS. | 21 dormierit A, *item vv.* 22.23 | 22 siue] uel TMΦc | 26 perfecit OTM.; perfecerit A. || **28,**1 si autem Oc | 4 armentorum + tuorum CFTMΦc | 6 et¹] tu Ac.; *om.* CΛL Tr | 7 consurgent AL |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

benedicetque tibi in terra quam ac-
ceperis
26,18! 29,13 [9]suscitabit te Dominus sibi in popu-
lum sanctum sicut iuravit tibi
si custodieris mandata Domini Dei
tui et ambulaveris in viis eius
[10]videbuntque omnes terrarum populi
Nm 6,27! quod nomen Domini invocatum sit
super te et timebunt te
4! 30,9 [11]abundare te faciet Dominus omnibus
bonis
fructu uteri tui et fructu iumentorum
tuorum
fructu terrae tuae quam iuravit Do-
minus patribus tuis ut daret tibi
[12]aperiet Dominus thesaurum suum
optimum caelum
Lv 26,3! Iob 5,10; Is 30,23 ut tribuat pluviam terrae tuae in
tempore suo
benedicet cunctis operibus manuum
tuarum
44; 15,6 et fenerabis gentibus multis et ipse
a nullo fenus accipies
Is 9,14 [13]constituet te Dominus in caput et
non in caudam
Bar 2,5 et eris semper supra et non subter
5,32! IV Rg 17,37; Ier 35,18 si audieris mandata Domini Dei tui
quae ego praecipio tibi hodie
et custodieris et feceris [14]ac non de-
Prv 4,27 clinaveris ab eis nec ad dextram nec
ad sinistram
6,14 nec secutus fueris deos alienos neque
colueris eos
45; Lv 26,14.15! Ier 26,4! [15]quod si audire nolueris vocem Do-
mini Dei tui
11,28; Bar 1,19.20 ut custodias et facias omnia mandata
eius et caerimonias quas ego prae-
cipio tibi hodie
venient super te omnes maledictio-
nes istae et adprehendent te
[16]maledictus eris in civitate maledictus
in agro
[17]maledictum horreum tuum et ma-
ledictae reliquiae tuae
[18]maledictus fructus ventris tui et fruc-
tus terrae tuae
armenta boum tuorum et greges
ovium tuarum
[19]maledictus eris ingrediens et male-
dictus egrediens
[20]mittet Dominus super te famem et 20—25: Lv 26,16–19
esuriem et increpationem in omnia
opera tua quae facies
donec conterat te et perdat velociter
propter adinventiones tuas pessimas
in quibus reliquisti me
[21]adiungat Dominus tibi pestilentiam
donec consumat te de terra ad quam 63
ingredieris possidendam
[22]percutiat te Dominus egestate febri
et frigore
ardore et aestu et aere corrupto ac
robigine
et persequatur donec pereas
[23]sit caelum quod supra te est aeneum
et terra quam calcas ferrea
[24]det Dominus imbrem terrae tuae
pulverem
et de caelo descendat super te cinis
donec conteraris
[25]tradat te Dominus corruentem ante 7
hostes tuos
per unam viam egrediaris contra eos
et per septem fugias
et dispergaris per omnia regna terrae
[26]sitque cadaver tuum in escam cunc- 1 Sm 17,44.46; Ps 78,2; Ier 7,33
tis volatilibus caeli et bestiis terrae
et non sit qui abigat
[27]percutiat te Dominus ulcere Aegypti 35,60; 1 Sm 5,6!
et parte corporis per quam stercora
digeruntur
scabie quoque et prurigine ita ut cu-
rari nequeas
[28]percutiat te Dominus amentia et So 1,17
caecitate ac furore mentis
[29]et palpes in meridie sicut palpare so- Iob 5,14; 12,25; Is 59,10!

AOC ΣALFSTMΦ cr
9 ~ dominus te C | sicut iuravit tibi *om.* O | 11 dominus[1] + in A | uteri] uentris A | 12 tuae AOL cr 𝔐] *om.* Σ.; suae *cet.* | benedicetque c; et benedicet OS. | 13 si + tamen c | 14 eos *om.* OC | 15 ~ nolueris audire O | quas] quae CAF | 16 ciuitate + et CΣL | 18 uentris] uteri OL | 20 quae + tu c | 21 ~ tibi dominus AΣc | 23 super te C | 25 tradet AOCΣS | 26 cunctis *om.* O | 27 partem CΣSMc | egeruntur c; egerentur S. |

let caecus in tenebris et non dirigas vias tuas
omnique tempore calumniam sustineas
et opprimaris violentia nec habeas qui liberet te
30 uxorem accipias et alius dormiat cum ea
Am 5,11! domum aedifices et non habites in ea
39 plantes vineam et non vindemies eam
31 bos tuus immoletur coram te et non comedas ex eo
asinus tuus rapiatur in conspectu tuo et non reddatur tibi
oves tuae dentur inimicis tuis et non sit qui te adiuvet
32 filii tui et filiae tuae tradantur alteri populo
videntibus oculis tuis et deficientibus ad conspectum eorum tota die
et non sit fortitudo in manu tua
51! Lv 26,16! II Esr 9,37; Is 1,7! IV Esr 16,46.47 33 fructus terrae tuae et omnes labores tuos comedat populus quem ignoras
Os 5,11 et sis semper calumniam sustinens et oppressus cunctis diebus
34 et stupens ad terrorem eorum quae videbunt oculi tui
27; Iob 2,7 35 percutiat te Dominus ulcere pessimo in genibus et in suris
sanarique non possis a planta pedis usque ad verticem tuum
Idt 5,18! 36 ducet Dominus te et regem tuum quem constitueris super te
64 in gentem quam ignoras tu et patres tui
4,28! et servies ibi diis alienis ligno et lapidi
III Rg 9,7; II Par 7,20; Tb 3,4 37 et eris perditus in proverbium ac fabulam omnibus populis ad quos te introduxerit Dominus
Ier 12,13; Agg 1,6! 38—40: Mi 6,15! 38 sementem multam iacies in terram et modicum congregabis
quia lucustae omnia devorabunt
39 vineam plantabis et fodies 30!
et vinum non bibes nec colliges ex ea quippiam
quoniam vastabitur vermibus
40 olivas habebis in omnibus terminis tuis
et non ungueris oleo quia defluent et peribunt
41 filios generabis et filias et non frueris eis quoniam ducentur in captivitatem Iob 27,14; Lam 1,18; Os 9,12
42 omnes arbores tuas et fruges terrae tuae robigo consumet
43 advena qui tecum versatur in terra ascendet super te eritque sublimior
tu autem descendes et eris inferior
44 ipse fenerabit tibi et tu non fenerabis ei 12!
ipse erit in caput et tu eris in caudam 13!
45 et venient super te omnes maledictiones istae 15!
et persequentes adprehendent te donec intereas
quia non audisti vocem Domini Dei tui
nec servasti mandata eius et caerimonias quas praecepit tibi
46 et erunt in te signa atque prodigia et in semine tuo usque in sempiternum
47 eo quod non servieris Domino Deo tuo in gaudio cordisque laetitia Ier 5,19!
propter rerum omnium abundantiam
48 servies inimico tuo quem inmittet Dominus tibi
in fame et siti et nuditate et omnium penuria
et ponet iugum ferreum super cervicem tuam donec te conterat Ier 28,14
49 adducet Dominus super te gentem de longinquo et de extremis finibus terrae Ier 5,15; Bar 4,15.16
in similitudinem aquilae volantis Hab 1,8

33 et[2]] ut O | 35 in[2] *om.* OM | 36 ~ te dominus OLTΦc | 38 ~ deuorabunt omnia c | 43 supra te CΛFS | 44 eris *om.* AS | 48 ~ tibi dominus c. | omni ΛΑMc | 49 ~ terrae finibus c | in similitudine OCΛF; *om.* S. |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

cum impetu
Is 33,19! cuius linguam intellegere non possis
50—52: Ier 5,17 [50]gentem procacissimam
quae non deferat seni nec misereatur parvulo
33! Is 62,8 [51]et devoret fructum iumentorum tuorum ac fruges terrae tuae donec intereas
et non relinquat tibi triticum vinum et oleum
armenta boum et greges ovium
donec te disperdat [52]et conterat in cunctis urbibus tuis
et destruantur muri tui firmi atque sublimes in quibus habebas fiduciam in omni terra tua
obsideberis intra portas tuas in omni terra quam dabit tibi Dominus Deus tuus
57 [53]et comedes fructum uteri tui
Lv 26,29! Ier 19,9; Bar 2,3; Ez 5,10 et carnes filiorum et filiarum tuarum quas dedit tibi Dominus Deus tuus
in angustia et vastitate qua opprimet te hostis tuus
[54]homo delicatus in te et luxuriosus valde
invidebit fratri suo et uxori quae cubat in sinu suo
IV Esr 15,58 [55]ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet
eo quod nihil habeat aliud in obsidione et penuria
qua vastaverint te inimici tui intra omnes portas tuas
[56]tenera mulier et delicata
quae super terram ingredi non valebat
nec pedis vestigium figere propter mollitiem et teneritudinem nimiam
invidebit viro suo qui cubat in sinu eius
super filii et filiae carnibus
[57]et inluvie secundarum quae egrediuntur de medio feminum eius
et super liberis qui eadem hora nati sunt
comedent enim eos clam 53!
propter rerum omnium penuriam
in obsidione et vastitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas
[58]nisi custodieris et feceris omnia verba legis huius Lv 26,14.15! Mal 2,2
quae scripta sunt in hoc volumine
et timueris nomen eius gloriosum et terribile hoc est Dominum Deum tuum
[59]augebit Dominus plagas tuas et plagas seminis tui
plagas magnas et perseverantes
infirmitates pessimas et perpetuas
[60]et convertet in te omnes adflictiones 27
Aegypti quas timuisti et adherebunt tibi
[61]insuper et universos languores et plagas quae non sunt scriptae in volumine legis huius
inducet Dominus super te donec te conterat
[62]et remanebitis pauci numero qui II Esr 7,4; Ier 42,2!
prius eratis sicut astra caeli prae 1,10!
multitudine
quoniam non audisti vocem Domini Dei tui
[63]et sicut ante laetatus est Dominus Ier 32,41
super vos bene vobis faciens vosque multiplicans
sic laetabitur disperdens vos atque subvertens
ut auferamini de terra ad quam in- 21
gredieris possidendam
[64]disperget te Dominus in omnes populos 4,27.28! II Esr 1,8; Ez 20,32; Lc 21,24!
a summitate terrae usque ad terminos eius
et servies ibi diis alienis 36!
quos et tu ignoras et patres tui lignis et lapidibus

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 50 deferat] differat C | paruuli ΛFSTMΦc | 52 habebis CΣΛFSM | terra[2] + tua Σc | 53 uteri] uentris A | filiorum + tuorum c | dederit TMΦc | 55 eis] ei C; *om.* Σ. | ~ aliud habeat c. | 57 super liberos C | comedet r.𝔐 | 61 super uniuersos O. | 64 disperdet C | et[4]] ac CΛF |

Lam 1,3 65 in gentibus quoque illis non quiesces
neque erit requies vestigio pedis tui
Lv 26,36 dabit enim tibi Dominus ibi cor pa-
vidum et deficientes oculos et ani-
mam maerore consumptam
66 et erit vita tua quasi pendens ante te
timebis nocte et die et non credes vi-
tae tuae
67 mane dices quis mihi det vesperum
et vespere quis mihi det mane
propter cordis tui formidinem qua
terreberis
et propter ea quae tuis videbis oculis
68 reducet te Dominus classibus in Ae-
gyptum
per viam de qua dixi tibi ut eam
amplius non videres
ibi venderis inimicis tuis in servos et
ancillas et non erit qui emat
29 haec sunt verba foederis quod prae-
cepit Dominus Mosi ut feriret cum
filiis Israhel in terra Moab
5,2! praeter illud foedus quod cum eis
pepigit in Horeb
2 vocavitque Moses omnem Israhelem
et dixit ad eos
Nm 14,22! Ios 9,9; 24,7 vos vidistis universa quae fecit Do-
minus coram vobis in terra Aegypti
Pharaoni et omnibus servis eius uni-
versaeque terrae illius
4,34! 3 temptationes magnas quas viderunt
oculi tui
signa illa portentaque ingentia
Rm 11,8! 4 et non dedit Dominus vobis cor in-
tellegens et oculos videntes et aures
quae possint audire
usque in praesentem diem
Nm 32,13! II Esr 9,21 5 adduxi vos quadraginta annis per
desertum
8,4 non sunt adtrita vestimenta vestra
nec calciamenta pedum tuorum ve-
tustate consumpta sunt
6 panem non comedistis vinum et si-
ceram non bibistis
ut sciretis quia ego sum Dominus Ex 16,12!
Deus vester
7 et venistis ad locum hunc
egressusque est Seon rex Esebon et 31,4; Nm 21,23.24;
Og rex Basan occurrens nobis ad Ios 2,10 Nm 21,33!
pugnam
et percussimus eos 8 et tulimus ter-
ram eorum
ac tradidimus possidendam Ruben Nm 32,33!
et Gad et dimidiae tribui Manasse
9 custodite ergo verba pacti huius et
implete ea
ut intellegatis universa quae facitis
10 vos statis hodie cuncti coram Domi- 31,11.12! Ios 24,1
no Deo vestro
principes vestri ac tribus 31,28!
et maiores natu atque doctores om-
nis populus Israhel
11 liberi et uxores vestrae
et advena qui tecum moratur in cas-
tris
exceptis lignorum caesoribus et his Ios 9,21! 23
qui conportant aquas
12 ut transeas in foedere Domini Dei
tui
et in iureiurando quod hodie Domi-
nus Deus tuus percutit tecum
13 ut suscitet te sibi in populum et ipse 28,9! Lv 26,12!
sit Deus tuus
sicut locutus est tibi et sicut iuravit
patribus tuis Abraham Isaac et Ia-
cob
14 nec vobis solis ego hoc foedus ferio
et haec iuramenta confirmo
15 sed cunctis praesentibus et absenti-
bus
16 vos enim nostis ut habitaverimus in
terra Aegypti
et quomodo transierimus per me-
dium nationum
quas transeuntes 17 vidistis abomina-
tiones et sordes id est idola eorum

65 ~ consumptam moerore c | 68 dixi tibi M𝔐] dixit tibi *cet.* || 29,2 israhel CTMΦc | 4 ~ uobis dominus CΛFc | possent C; possunt c. | 5 adduxi OFSTr𝔐] adduxit *cet.* | tuorum] uestrorum CΣLΦc | 7 ~ ad hunc locum c | est *om.* AM. | occurrentes AC c | 9 fecistis C | 10 ~ et tribus ac c. | omnisque AΣLTM; et omnis C. | 12 percutiet AL | 14 haec] hoc C | 16 ut] quod A.; quomodo Φc | habitaremus OL. |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

lignum et lapidem argentum et au-
rum quae colebant
17.2.3 18 ne forte sit inter vos vir aut mulier
familia aut tribus
cuius cor aversum est hodie a Do-
mino Deo vestro
ut vadat et serviat diis illarum gen-
tium
Hbr 12,15 et sit inter vos radix germinans fel et
amaritudinem
19 cumque audierit verba iuramenti hu-
ius benedicat sibi in corde suo di-
cens
pax erit mihi et ambulabo in pravi-
tate cordis mei
et adsumat ebria sitientem
20 et Dominus non ignoscat ei
27 sed tunc quam maxime furor eius
fumet et zelus contra hominem il-
lum
et sedeant super eo omnia maledicta
Ios 8,31 quae scripta sunt in hoc volumine
25,19! et deleat nomen eius sub caelo
21 et consumat eum in perditionem ex
omnibus tribubus Israhel
iuxta maledictiones quae in libro le-
gis huius ac foederis continentur
22 dicetque sequens generatio et filii qui
nascentur deinceps
et peregrini qui de longe venerint
Is 34,9 videntes plagas terrae illius et infir-
mitates quibus eam adflixerit Do-
minus
23 sulphure et salis ardore conburens
ita ut ultra non seratur nec virens
quippiam germinet
Gn 19,24.25! Is 1,9! Ier 49,18! Os 11,8 in exemplum subversionis Sodomae
et Gomorrae Adamae et Seboim
quas subvertit Dominus in ira et fu-
rore suo
24—26: Ier 22,8.9 24 et dicent omnes gentes
quare sic fecit Dominus terrae huic 24—27: III Rg 9,8.9; II Par 7,21.22
quae est haec ira furoris eius inmensa
25 et respondebunt
quia dereliquerunt pactum Domini Ier 11,3.4.7; 31,32; 34,13
quod pepigit cum patribus eorum
quando eduxit eos de terra Aegypti Ex 3,10! Idc 2,12!
26 et servierunt diis alienis et adorave- I Sm 8,8! IV Rg 17,7; 22,17
runt eos quos nesciebant et quibus
non fuerant adtributi
27 idcirco iratus est furor Domini con- 20; Is 24,6! Dn 9,11
tra terram istam
ut induceret super eam omnia male-
dicta quae in hoc volumine scripta
sunt
28 et eiecit eos de terra sua in ira et fu-
rore et indignatione maxima
proiecitque in terram alienam sicut
hodie conprobatur
29 abscondita Domino Deo nostro
quae manifesta sunt nobis et filiis
nostris usque in aeternum
ut faciamus universa legis huius
30 cum ergo venerint super te omnes
sermones isti
benedictio sive maledictio quam pro- 19; 11,26
posui in conspectu tuo
et ductus paenitudine cordis tui
in universis gentibus in quas disper-
serit te Dominus Deus tuus
2 reversus fueris ad eum et oboedieris 4,29
eius imperiis
sicut ego hodie praecipio tibi cum 6,6.7!
filiis tuis
in toto corde tuo et in tota anima tua
3 reducet Dominus Deus tuus captivi-
tatem tuam ac miserebitur tui
et rursum congregabit te de cunctis Ps 105,47! Ez 11,17! II Mcc 1,27
populis in quos te ante dispersit
4 si ad cardines caeli fueris dissipatus
inde te retrahet Dominus Deus tuus
5 et adsumet atque introducet in ter- Bar 2,34!

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 18 uestro] nostro c | ut] et OS | 19 absumat c. | ebrius O | 20 et² *om.* OS. | super eum ΣTMΦc | deleat + dominus Lc | 21 in perditione ACΣM | in² *om.* OΛFSM | 22 nascuntur OS | uenerunt AO | infirmitates + illius C | 23 salis OC cr.𝔐] solis *cet.* | 28 et² + in STMΦc | et³ + in ALSMΦc | 29 usque *om.* OL. | aeternum] sempiternum OLc | uniuersa + uerba c || 30,1 proposuit A; praeposui Σ. | dispersit OLTΦ; disperdiderit A. | te² + ante C | 2 et reuersus MΦc | ~ hodie ego A | 3 reducet] relinquet C; + te OTMΦ | tuus *om.* C | de captiuitate tua OTMΦ | tui] tibi CF | disperserit C | 4 te trahet S; detrahet te A. |

ram quam possederunt patres tui
et obtinebis eam
et benedicens tibi maioris numeri es-
se te faciet quam fuerunt patres tui
10,16; Ier 4,4; Rm 2,29; Col 2,11 6 circumcidet Dominus Deus tuus cor
tuum et cor seminis tui
6,5! ut diligas Dominum Deum tuum in
toto corde tuo et in tota anima tua
et possis vivere
7 omnes autem maledictiones has con-
vertet super inimicos tuos
et eos qui oderunt te et persequuntur
13,18! II Esr 1,9; Tb 13,8 8 tu autem reverteris et audies vocem
Domini Dei tui
faciesque universa mandata quae
ego praecipio tibi hodie
28,11! 9 et abundare te faciet Dominus Deus
tuus
in cunctis operibus manuum tuarum
in subole uteri tui et in fructu iu-
mentorum tuorum
in ubertate terrae tuae et in rerum
omnium largitate
revertetur enim Dominus ut gaudeat
super te in omnibus bonis
sicut gavisus est in patribus tuis
10 si tamen audieris vocem Domini Dei
tui
26,16! et custodieris praecepta eius et cae-
rimonias quae in hac lege conscrip-
tae sunt
et revertaris ad Dominum Deum tu-
um in toto corde tuo et in tota ani-
ma tua
11 mandatum hoc quod ego praecipio
tibi hodie
non supra te est neque procul posi-
tum 12 nec in caelo situm
Prv 30,4! Bar 3,29.30 12–14: Rm 10,6–8 ut possis dicere quis nostrum ad cae-
lum valet conscendere
ut deferat illud ad nos et audiamus
atque opere conpleamus
13 neque trans mare positum ut cause-
ris et dicas
quis e nobis transfretare poterit mare
et illud ad nos usque deferre
ut possimus audire et facere quod
praeceptum est
14 sed iuxta te est sermo valde in ore
tuo et in corde tuo ut facias illum
15 considera quod hodie proposuerim 19!
in conspectu tuo vitam et bonum Sir 15,18!
et e contrario mortem et malum
16 ut diligas Dominum Deum tuum et 11,1!
ambules in viis eius
et custodias mandata illius et caeri- 6,3!
monias atque iudicia
et vivas ac multiplicet te benedicat-
que tibi in terra ad quam ingredieris
possidendam
17 sin autem aversum fuerit cor tuum
et audire nolueris
atque errore deceptus adoraveris de-
os alienos et servieris eis
18 praedico tibi hodie quod pereas 4,26
et parvo tempore moreris in terra
ad quam Iordane transmisso ingre-
dieris possidendam
19 testes invoco hodie caelum et terram 4,26!
quod proposuerim vobis vitam et 1,15; 11,26; Sir 15,18!
mortem bonum et malum benedic-
tionem et maledictionem
elige ergo vitam ut et tu vivas et se- IV Esr 7,129
men tuum
20 et diligas Dominum Deum tuum at- 11,1!
que oboedias voci eius et illi adhe-
reas
ipse est enim vita tua et longitudo
dierum tuorum
ut habites in terra pro qua iuravit Ex 33,1!
Dominus patribus tuis Abraham
Isaac et Iacob ut daret eam illis

5 maiores O | numero S.; numeris O | ~ te esse c | 6 deus tuus *om.* AS. | et[3]] ut TMΦc | 7 persequentur AΣTMΦ | 10 hac *om.* CF | conscripta ACTMΦc | 12 ualeat ad caelum A.; ualet ad caelum c | ascendere c. | 13 ~ poterit transfretare c. | 14 illud A | 15 proposuerim Ocr𝔐] praeposuerit Λ.; proposuerit *cet.* | 16 et[2] *om.* O | et[3]] ac c. | ac] et A.; atque c. | 17 si autem CΣc | aduersum CF | 18 in terram CF | 19 uitam et mortem bonum et malum ALM] uitam et mortem cr𝔐; uitam et bonum *cet.*, *cf. supra v.* 15 | et tu *om.* A | 20 ipsa OΛF ||

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

31 abiit itaque Moses et locutus est
omnia verba haec ad universum Israhel [2]et dixit ad eos
34,7 centum viginti annorum sum hodie
non possum ultra egredi et ingredi
praesertim cum et Dominus dixerit mihi
1,37! non transibis Iordanem istum
9,3! [3]Dominus ergo Deus tuus transibit ante te
ipse delebit omnes gentes has in conspectu tuo et possidebis eas
1,38! et Iosue iste transibit ante te sicut locutus est Dominus
29,7! [4]facietque Dominus eis sicut fecit Seon et Og regibus Amorreorum et terrae eorum delebitque eos
7,2! [5]cum ergo et hos tradiderit vobis similiter
facietis eis sicut praecepi vobis
Ios 1,18; Ps 26,14! [6]viriliter agite et confortamini
20,3.4! Ios 10,25; I Par 22,13; Is 35,4 nolite timere nec paveatis a conspectu eorum
Gn 28,15! quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus
8! et non dimittet nec derelinquet te
[7]vocavitque Moses Iosue et dixit ei coram omni Israhel
23; 1,38! Ios 1,6.7 confortare et esto robustus
tu enim introduces populum istum in terram quam daturum se patribus eorum iuravit Dominus
et tu eam sorte divides
1,29.30! 32,12! Gn 28,15! [8]et Dominus qui ductor vester est ipse erit tecum
6; Ios 1,5; Hbr 13,5 non dimittet nec derelinquet te
noli timere nec paveas
24–26; Ex 24,4 [9]scripsit itaque Moses legem hanc
10,8! Ios 3,3! 8,33 et tradidit eam sacerdotibus filiis Levi
1 Par 15,14.15 qui portabant arcam foederis Domini
et cunctis senioribus Israhelis
[10]praecepitque eis dicens
post septem annos anno remissionis 15,1
in sollemnitate tabernaculorum
[11]convenientibus cunctis ex Israhel
ut appareant in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus Ex 23,17!
leges verba legis huius coram omni Israhel Ex 24,7; II Esr 8,18 29,10.11; Ios 8,34.35;
audientibus eis [12]et in unum omni populo congregato tam viris quam mulieribus IV Rg 23,2; II Esr 8,2.3!
parvulis et advenis qui sunt intra portas tuas
ut audientes discant et timeant Dominum Deum vestrum 5,29!
et custodiant impleantque omnes sermones legis huius
[13]filii quoque eorum qui nunc ignorant audire possint et timeant Dominum Deum suum
cunctis diebus quibus versantur in terra
ad quam vos Iordane transito pergitis obtinendam
[14]et ait Dominus ad Mosen
ecce prope sunt dies mortis tuae
voca Iosue et state in tabernaculo testimonii ut praecipiam ei Ex 33,9!
abierunt ergo Moses et Iosue et steterunt in tabernaculo testimonii
[15]apparuitque Dominus ibi in columna nubis quae stetit in introitu tabernaculi Nm 12,5!
[16]dixitque Dominus ad Mosen
ecce tu dormies cum patribus tuis
et populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos 20; Ier 11,10
in terra ad quam ingredietur et habitabit in ea 17,14!
ibi derelinquet me et irritum faciet

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

31,2 ~ ingredi et egredi AM | et[3] *om.* OΣ | 3 ergo] enim Σ; *om.* OL | 5 uobis[1]] tibi O | praecepit AS | 6 ad conspectum CLTΦc | dimittet + te AΣS | 7 daturum se] daturus est C | eorum + et C. | 8 ~ est uester Mc | dimittet + te ASM | 9 israhel ΣLSTMΦc | 10 anno *om.* C | 13 ignorant + ut LTMΦc | tuum O | in terram CΣ. | transito] transmisso OΣLTMΦc | 16 dormis CΛF | in terram CF | ingreditur OLFTΦc | ut habitet c |

foedus quod pepigi cum eo
Is 57,17! [17]et irascetur furor meus contra eum
in die illo
32,20 et derelinquam eum et abscondam
faciem meam ab eo et erit in devo-
rationem
21; 32,23 invenient eum omnia mala et adflic-
tiones
ita ut dicat in illo die
vere quia non est Deus mecum in-
venerunt me haec mala
Ez 39,24 [18]ego autem abscondam et celabo fa-
ciem meam in die illo propter om-
nia mala quae fecit
quia secutus est deos alienos
22 [19]nunc itaque scribite vobis canticum
istud
et docete filios Israhel
ut memoriter teneant et ore decan-
tent
et sit mihi carmen istud pro testimo-
nio inter filios Israhel
[20]introducam enim eum in terram pro
qua iuravi patribus eius lacte et
melle manantem
Prv 30,9 cumque comederint et saturati cras-
sique fuerint
16! avertentur ad deos alienos et servi-
ent eis
et detrahent mihi et irritum facient
pactum meum
17; 32,23 [21]postquam invenerint eum mala mul-
ta et adflictiones
respondebit ei canticum istud pro
testimonio
quod nulla delebit oblivio ex ore se-
minis tui
scio enim cogitationes eius quae fac-
turus sit hodie
Ex 12,25! antequam introducam eum in ter-
ram quam ei pollicitus sum
19 [22]scripsit ergo Moses canticum et do-
cuit filios Israhel

[23]praecepitque Iosue filio Nun et ait
confortare et esto robustus 7!
tu enim introduces filios Israhel in
terram quam pollicitus sum et ego
ero tecum
[24]postquam ergo scripsit Moses verba Ios 24,26
legis huius in volumine atque con- 24–26: 9!
plevit
[25]praecepit Levitis qui portabant ar-
cam foederis Domini dicens
[26]tollite librum istum et ponite eum in
latere arcae foederis Domini Dei
vestri
ut sit ibi contra te in testimonio Ios 24,27
[27]ego enim scio contentionem tuam et Ex 32,9! Is 48,4;
cervicem tuam durissimam Bar 2,30
adhuc vivente me et ingrediente vo-
biscum
semper contentiose egistis contra 9,7
Dominum
quanto magis cum mortuus fuero
[28]congregate ad me omnes maiores 29,10! Ios 23,2!
natu per tribus vestras atque doc-
tores
et loquar audientibus eis sermones 32,1!
istos
et invocabo contra eos caelum et 4,26! Idt 7,17;
terram 1 Mcc 2,37
[29]novi enim quod post mortem meam
inique agetis
et declinabitis cito de via quam prae-
cepi vobis
et occurrent vobis mala in extremo
tempore
quando feceritis malum in conspectu 4,25! Idc 2,11!
Domini
ut inritetis eum per opera manuum
vestrarum
[30]locutus est ergo Moses audiente uni-
verso coetu Israhel verba carminis
huius et ad finem usque conplevit
32 Audite caeli quae loquor 31,28; Is 1,2!
audiat terra verba oris mei Ier 22,29

17 dicant AΣ | deus meus mecum C.; deus meus F; mecum deus L. | 18 abscondam + AOC
me C | 19 ut] et A | 20 eius] eorum C | crassatique ACS | et detrahent] detrahent- ΣΛLFSTMΦ
que c | 21 ei] eis A; *om.* Σ | sui Lcr𝔐 | 22 ergo *om.* O | 23 praecepitque + dominus cr
ΛΦc | in terra O | 26 eum] illum CΛF | in testimonium ΣLSTMΦc | 27 contempti-
onem CΣ | adhuc + enim A | 29 agatis AO. | tempore] terrae CF. ||

2 concrescat in pluvia doctrina mea
Iob 29,22; Sir 39,9; Is 55,10.11 fluat ut ros eloquium meum
quasi imber super herbam et quasi
stillae super gramina
I Par 16,28.29! Ps 65,2; 67,35; Sir 39,20; Dn 4,34 3 quia nomen Domini invocabo
date magnificentiam Deo nostro
II Sm 22,31; Ps 17,31; Apc 15,3 4 Dei perfecta sunt opera et omnes
viae eius iudicia
Ps 91,16! 144,17! Deus fidelis et absque ulla iniquitate
iustus et rectus
5 peccaverunt ei non filii eius in sordi-
bus
20! Ps 77,8; Phil 2,15 generatio prava atque perversa
28! 6 haecine reddis Domino popule stulte
et insipiens
Is 63,16; 64,8; Ier 3,19; 31,9; Mal 1,6 numquid non ipse est pater tuus qui
possedit et fecit et creavit te
4,32; Ps 76,6! 7 memento dierum antiquorum
Iob 8,8.10; Ps 43,2! cogita generationes singulas
interroga patrem tuum et adnuntia-
bit tibi
maiores tuos et dicent tibi
Gn 11,8! 8 quando dividebat Altissimus gentes
Act 17,26 quando separabat filios Adam
constituit terminos populorum iuxta
numerum filiorum Israhel
4,20! Ps 46,5; Is 19,25; Ier 10,16 9 pars autem Domini populus eius Ia-
cob funiculus hereditatis eius
8,15! Os 13,5 10 invenit eum in terra deserta
in loco horroris et vastae solitudinis
Ps 16,8; Is 31,5 circumduxit eum et docuit et custo-
divit quasi pupillam oculi sui
11 sicut aquila provocans ad volandum
pullos suos et super eos volitans
Ex 19,4 expandit alas suas et adsumpsit eum
atque portavit in umeris suis
31,8! IV Esr 16,76 12 Dominus solus dux eius fuit et non
erat cum eo deus alienus
Is 58,14 13 constituit eum super excelsam ter-
ram
Ps 80,17 ut comederet fructus agrorum
Iob 29,6 ut sugeret mel de petra oleumque de
saxo durissimo
14 butyrum de armento et lac de ovibus
cum adipe agnorum et arietum fili-
orum Basan
et hircos cum medulla tritici et san-
guinem uvae biberet meracissimum
15 incrassatus est dilectus et recalcitra- Ier 5,28!
vit incrassatus inpinguatus dilata-
tus
dereliquit Deum factorem suum et
recessit a Deo salutari suo
16 provocaverunt eum in diis alienis et 19! 21; 4,25; II Par 34,25! Ps 77,58; Ier 8,19!
in abominationibus ad iracundiam
concitaverunt
17 immolaverunt daemonibus et non Lv 17,7; Bar 4,7; I Cor 10,20
Deo diis quos ignorabant
novi recentesque venerunt quos non
coluerunt patres eorum
18 Deum qui te genuit dereliquisti et
oblitus es Domini creatoris tui Ier 2,32! Bar 4,8!
19 vidit Dominus et ad iracundiam con- 16! Is 30,9
citatus est
quia provocaverunt eum filii sui et
filiae
20 et ait abscondam faciem meam ab 31,17
eis et considerabo novissima eorum
generatio enim perversa est et infide- 5! Mt 17,16!
les filii
21 ipsi me provocaverunt in eo qui non 16!
erat Deus
et inritaverunt in vanitatibus suis Rm 10,19
et ego provocabo eos in eo qui non
est populus
et in gente stulta inritabo illos
22 ignis succensus est in furore meo et II Sm 22,8.9; Ps 17,9;
ardebit usque ad inferni novissima Ier 15,14! Lam 4,11
devorabitque terram cum germine
suo et montium fundamenta con-
buret
23 congregabo super eos mala et sagit- 31,17.21; II Sm 22,15;
tas meas conplebo in eis Ps 7,14; 17,15; 37,3! 143,6
24 consumentur fame et devorabunt eos

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

32,2 in pluuiam OCΛLT; ut pluuia c. | 3 magnitudinem OΣS. | 5 ei + et L c | 6 reddes AΣ; reddedisti S | et fecit] te et fecit TΦ c; te fecit te C; te et fecit te OF; fecit L. | 9 funiculum OST | 10 custodiuit + eum O | 13 fructum A | ut²] et OΛFS | 14 biberent ΣL; bibere ACF | 15 incrassatus² – est O | deum] dominum OΣ | salutare FS.; saluatore ACΣ | 17 daemoniis ΛLSM c | 18 reliquisti CΛF. | 21 qui¹] quia Λ.; quod A | illos] eos AF | 22 et exardebit O | terra O |

aves morsu amarissimo
Lv 26,22! Ier 8,17 dentes bestiarum inmittam in eos
cum furore trahentium super terram atque serpentium
Lv 26,25! Lam 1,20 25 foris vastabit eos gladius et intus pavor
iuvenem simul ac virginem lactantem cum homine sene
26 dixi ubinam sunt
Sir 10,20! cessare faciam ex hominibus memoriam eorum
27 sed propter iram inimicorum distuli
ne forte superbirent hostes eorum et dicerent
8,17 manus nostra excelsa et non Dominus fecit haec omnia
6; Is 27,11 28 gens absque consilio est et sine prudentia
Is 42,23; Ier 9,12! 29 utinam saperent et intellegerent ac novissima providerent
Is 30,17 30 quomodo persequatur unus mille et duo fugent decem milia
nonne ideo quia Deus suus vendidit eos et Dominus conclusit illos
31 non enim est Deus noster ut deus eorum et inimici nostri sunt iudices
32 de vinea Sodomorum vinea eorum et de suburbanis Gomorrae uva eorum
uva fellis et botri amarissimi
33 fel draconum vinum eorum et venenum aspidum insanabile
34 nonne haec condita sunt apud me et signata in thesauris meis
Ps 93,1! Is 34,8! Ier 51,6; Rm 12,19; Hbr 10,30 35 mea est ultio et ego retribuam in tempore ut labatur pes eorum
iuxta est dies perditionis et adesse festinant tempora
Ps 89,13; 134,14! II Mcc 7,6; Hbr 10,30 36 iudicabit Dominus populum suum et in servis suis miserebitur
videbit quod infirmata sit manus et
clausi quoque defecerint residuique consumpti sint
37 et dicet ubi sunt dii eorum in quibus habebant fiduciam Ier 2,28
38 de quorum victimis comedebant adipes et bibebant vinum libaminum
surgant et opitulentur vobis et in necessitate vos protegant Ier 2,28
39 videte quod ego sim solus et non sit alius deus praeter me 4,35!
ego occidam et ego vivere faciam percutiam et ego sanabo I Sm 2,6! IV Rg 5,7; Tb 13,2! Sap 16,13
et non est qui de manu mea possit eruere Iob 10,7; Sap 16,15; Is 43,13; Io 10,28
40 levabo ad caelum manum meam et dicam vivo ego in aeternum Dn 12,7!
41 si acuero ut fulgur gladium meum et arripuerit iudicium manus mea
reddam ultionem hostibus meis et his qui oderunt me retribuam 43! 7,10; Ps 30,24! Sir 12,4! Is 1,24; I Mcc 2,68
42 inebriabo sagittas meas sanguine et gladius meus devorabit carnes Ier 46,10!
de cruore occisorum et de captivitate nudati inimicorum capitis
43 laudate gentes populum eius Rm 15,10 Gn 9,5!
quia sanguinem servorum suorum ulciscetur IV Rg 9,7! Ps 78,10; Apc 19,2! IV Esr 15,9
et vindictam retribuet in hostes eorum et propitius erit terrae populi sui 41! Idt 16,20! Sir 35,23; Is 59,18! II Sm 24,25
44 venit ergo Moses et locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi
ipse et Iosue filius Nun
45 conplevitque omnes sermones istos loquens ad universum Israhel 46 et dixit ad eos
ponite corda vestra in omnia verba quae ego testificor vobis hodie
ut mandetis ea filiis vestris 4,9! 40! Ps 77,5
custodire et facere et implere uni-

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

25 lactentem c; + simul O | 28 est *om.* O | 29 praeuiderent OΣ. | 30 persequitur ACΣ; persequebatur LSM | duos Φ | fugent CΛFS cr] fugarent LM; fugient ΣTΦ; fugiant A.; facerent O. | 31 deus[2]] dii Σc; diis C.; deos M. | 32 botri amarissimi A(botrui)Φ cr 𝔐] botrus amarissimus CS; botrus amaritudinis Σ.𝔊; botrus amarissimi *cet.* | 36 in *om.* OL. | defecerint ... sint Λr] defecerint ... sunt ACΣLFS; defecerunt ... sunt OTMΦc | 37 dicet AC cr. 𝔐] dicent *cet.* | 40 meam + et iurabo per dexteram meam A | 42 meas + in OS. | deuorabit] manducauit A | et[2] *om.* A | 44 et locutus] locutusque O |

versa quae scripta sunt legis huius
47 quia non in cassum praecepta sunt
vobis
sed ut singuli in eis viverent
quae facientes longo perseveretis
tempore
in terra ad quam Iordane transmisso
ingredimini possidendam
48—51: Nm 27,12–14 48 locutusque est Dominus ad Mosen
in eadem die dicens
49 ascende in montem istum Abarim id
est transituum
in montem Nebo qui est in terra
Moab contra Hiericho
et vide terram Chanaan quam ego
tradam filiis Israhel obtinendam
et morere in monte 50 quem conscen-
dens iungeris populis tuis
Nm 33,38! sicut mortuus est Aaron frater tuus
in monte Hor
et adpositus populis suis
Nm 20,13! 51 quia praevaricati estis contra me in
medio filiorum Israhel ad aquas
Contradictionis in Cades deserti Sin
Nm 20,12! et non sanctificastis me inter filios
Israhel
34,4 52 e contra videbis terram et non ingre-
dieris in eam
quam ego dabo filiis Israhel
Gn 27,4; Ps 89,1 33 haec est benedictio qua benedixit
Moses homo Dei filiis Israhel ante
mortem suam 2 et ait
Ex 19,20! Idc 5,4 Dominus de Sina venit et de Seir or-
tus est nobis
Hab 3,3; Za 14,5! apparuit de monte Pharan et cum eo
Iud 14 sanctorum milia
in dextera eius ignea lex 3 dilexit po-
pulos
Sap 3,1 omnes sancti in manu illius sunt
Lc 10,39 et qui adpropinquant pedibus eius
accipient de doctrina illius
Sir 24,33; Io 1,17; 7,19 4 legem praecepit nobis Moses
hereditatem multitudinis Iacob
Ex 19,7! 5 erit apud rectissimum rex congrega-
tis principibus populi cum tribubus
Israhel
6 vivat Ruben et non moriatur et sit Gn 49,3.4
parvus in numero
7 haec est Iudae benedictio
audi Domine vocem Iudae et ad po-
pulum suum introduc eum
manus eius pugnabunt pro eo et ad- Gn 49,8
iutor illius contra adversarios eius
erit
8 Levi quoque ait
perfectio tua et doctrina tua viro
sancto tuo
quem probasti in Temptatione et iu- Ps 80,8
dicasti ad aquas Contradictionis
9 qui dixit patri suo et matri suae ne-
scio vos
et fratribus suis ignoro illos
et nescierunt filios suos
hii custodierunt eloquium tuum et
pactum tuum servaverunt
10 iudicia tua o Iacob et legem tuam o Ps 80,5
Israhel
ponent thymiama in furore tuo Ex 30,8!
et holocaustum super altare tuum
11 benedic Domine fortitudini eius et
opera manuum illius suscipe
percute dorsa inimicorum eius et qui
oderunt eum non consurgant
12 et Beniamin ait
amantissimus Domini habitabit con-
fidenter in eo
quasi in thalamo tota die morabitur
et inter umeros illius requiescet
13 Ioseph quoque ait 13—16: Gn 27,28!
de benedictione Domini terra eius Gn 49,25
de pomis caeli et rore atque abysso
subiacente
14 de pomis fructuum solis ac lunae
15 de vertice antiquorum montium
de pomis collium aeternorum
16 et de frugibus terrae et plenitudine
eius
benedictio illius qui apparuit in rubo Gn 49,26

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 47 in terram OΣFS | 49 transituum FM cr] transitum *cet.* | in montem[3] AOΣΛ | 50 conscendes iungerisque C. | adpositus + est O || 33,1 quam AC | filios OCΣL | 2 synaa C.; sinai A c | 3 populus ALS | 7 eris r𝔐 | 8 tua[2] + a OTM; + leui Σ. | 9 uos] eos r𝔐 | illos] uos A c | pactum] praeceptum OC | tuum[2] *om.* C | 16 et[2] + de CΦ c |

veniat super caput Ioseph
et super verticem nazarei inter fratres suos
17 quasi primogeniti tauri pulchritudo eius
cornua rinocerotis cornua illius
Ps 43,6; Ier 15,7! in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terrae
hae sunt multitudines Ephraim et haec milia Manasse
18 et Zabulon ait
laetare Zabulon in exitu tuo
et Isachar in tabernaculis tuis
19 populos ad montem vocabunt
Ps 4,6! ibi immolabunt victimas iustitiae
qui inundationem maris quasi lac sugent et thesauros absconditos harenarum
20 et Gad ait
benedictus in latitudine Gad quasi leo requievit
cepitque brachium et verticem
21 et vidit principatum suum quod in parte sua doctor esset repositus
qui fuit cum principibus populi et
Gn 18,19! II Sm 8,15! Ier 22,3; Ez 45,9 fecit iustitias Domini et iudicium suum cum Israhel
22 Dan quoque ait
Dan catulus leonis fluet largiter de Basan
23 et Nepthalim dixit
Nepthalim abundantia perfruetur
et plenus erit benedictione Domini
mare et meridiem possidebit
24 Aser quoque ait
benedictus in filiis Aser
sit placens fratribus suis
tinguat in oleo pedem suum
25 ferrum et aes calciamentum eius
sicut dies iuventutis tuae ita et senectus tua
26 non est alius ut Deus rectissimi
ascensor caeli auxiliator tuus Ps 67,34
magnificentia eius discurrunt nubes
27 habitaculum eius sursum et subter brachia sempiterna
eiciet a facie tua inimicum dicetque conterere
28 habitabit Israhel confidenter et solus Nm 23,9; Ier 23,6
oculus Iacob in terra frumenti et vini
caelique caligabunt rore
29 beatus tu Israhel quis similis tui 4,7; Ps 32,12; 143,15!
popule qui salvaris
in Domino scutum auxilii tui et gladius gloriae tuae
negabunt te inimici tui et tu eorum Ios 10,24; Bar 4,25
colla calcabis

34 ascendit ergo Moses de campestribus Moab super montem Nebo in verticem Phasga contra Hiericho 3,27! II Mcc 2,4
ostenditque ei Dominus omnem terram Galaad usque Dan
2 et universum Nepthalim
terramque Ephraim et Manasse
et omnem terram usque ad mare Novissimum
3 et australem partem
et latitudinem campi Hiericho civitatis Palmarum usque Segor Idc 1,16!
4 dixitque Dominus ad eum
haec est terra pro qua iuravi Abraham Isaac et Iacob dicens Gn 50,23! Ex 32,13!
semini tuo dabo eam
vidisti eam oculis tuis et non transibis ad illam 32,52!
5 mortuusque est ibi Moses servus Domini in terra Moab iubente Domino Ios 1,2
6 et sepelivit eum in valle terrae Moab contra Phogor
et non cognovit homo sepulchrum eius usque in praesentem diem
7 Moses centum et viginti annorum erat quando mortuus est 31,2
non caligavit oculus eius nec dentes

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

17 primogenita CΣΛ | hae] haec ACΣΛLT cr | 19 ~ uocabunt ad montem c. | inundatione OCΣSΦ; inundatio T | 20 benedictus + ille OC. | 23 benedictionibus M c; benedictionis ΛLFSΦ; benedictiones T.; benedictio Σ. | mare] mane OΣMΦ | meridie OCΣF SΦ | 24 placens + in C | suis + et ΣTΦ c | 26 est + deus FΦ c | rectissimus CΣFM; rectissime L. | 28 et[1] *om.* AS | 29 beatus + es TΦ c ‖ **34**,2 terram + iuda cr𝔐 | 3 ciuitates AO | 4 transibis] intrabis ACS | 6 et[1] *om.* O |

illius moti sunt
Nm 20,30; I Sm 25,1! [8] fleveruntque eum filii Israhel in campestribus Moab triginta diebus
et conpleti sunt dies planctus lugentium Mosen
Ex 31,3! Nm 27,18; Sap 7,7; Sir 47,16 [9] Iosue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiae
Nm 27,22.23 quia Moses posuit super eum manus suas
Ios 1,17; 22,2! et oboedierunt ei filii Israhel
feceruntque sicut praecepit Dominus Mosi
[10] et non surrexit propheta ultra in Israhel sicut Moses
quem nosset Dominus facie ad faciem [11] in omnibus signis atque portentis quae misit per eum 5,4; Ex 33,11; Nm 12,8 / 4,34! 11,3! Act 2,43!
ut faceret in terra Aegypti
Pharaoni et omnibus servis eius
universaeque terrae illius
[12] et cunctam manum robustam
magnaque mirabilia quae fecit Moses coram universo Israhel

EXPLICIT LIBER HELLEADDABARIM
ID EST DEUTERONOMIUM

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

10 ultra *om.* O.; ~ ultra propheta A c ||

INCIPIT PRAEFATIO SANCTI HIERONYMI IN LIBRO IOSUE

Tandem finita Pentateucho Mosi, velut grandi fenore liberati, ad Iesum filium Nave manum mittimus, quem Hebraei Iosue Bennun id est Iosue filium Nun vocant, et ad Iudicum librum, quem Sopthim appellant, ad Ruth quoque et Hester, quos hisdem nominibus efferunt. Monemusque lectorem, ut silvam hebraicorum nominum et distinctiones per membra divisas diligens scriptura conservet, ne et noster labor et illius studium pereat; et ut in primis, quod saepe testatus sum, sciat me non in reprehensionem veterum nova cudere, sicut amici mei criminantur, sed pro virili parte offerre linguae meae hominibus, quos tamen nostra delectant, ut pro Graecorum ἐξαπλοῖς, quae et sumptu et labore maximo indigent, editionem nostram habeant et, sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint, haec illis conferentes inveniant quod requirunt, maxime cum apud Latinos tot sint exemplaria quot codices, et unusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit quod ei visum est, et utique non possit verum esse quod dissonet. Unde cesset arcuato vulnere contra nos insurgere scorpius et sanctum opus venenata carpere lingua desistat, vel suscipiens si placet vel contemnens si displicet, memineritque illorum versuum: «Os tuum abundavit malitia et lingua tua concinnabat dolos; sedens adversus fratrem tuum loquebaris et adversus filium matris tuae ponebas scandalum. Haec fecisti et tacui; existimasti inique quod ero tui similis; arguam te et statuam contra faciem tuam». Quae enim audientis utilitas est nos labore sudare et alios detrahendo laborare, dolere Iudaeos quod calumniandi eis et inridendi Christianos sit ablata occasio, et Ecclesiae homines id despicere, immo lacerare, unde adversarii torqueantur? Quod si vetus eis tantum interpretatio placet, quae et mihi non displicet, et nihil extra recipiendum putant, cur ea quae sub asteriscis et obelis vel addita sunt vel amputata, legunt et non legunt? Quare Danihelem iuxta Theodotionis translationem ecclesiae susceperunt? Cur Origenem mirantur et Eusebium Pamphili cunctas editiones similiter disserentes? Aut quae fuit stultitia, postquam vera dixerint, proferre quae falsa sunt? Unde autem in Novo Testamento probare poterunt adsumpta testimonia, quae in libris veteribus non habentur? Haec dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Ceterum, post sanctae Paulae dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est, et hos libros, quos Eustochiae virgini Christi negare non potui, decrevimus «dum spiritus hos regit artus» Prophe-

Ps 49,19–21

Vergil. Aen. IV, 336

Praefatio. *Citantur* AOC *et* ΣΛLFSTMΦ *ac* c (*edd.* 1593 *et* 1598) r. *Tit.* eiusdem in iosue praefatio c | 1 sic tandem CL | finito TMΦ c | mose C; moyse F. | 2 iosue bennun *hebr. litteris scr.* c | 3 sopthim *item hebr. litt. scr.* c | 4 hisdem AFT] eisdem c; idem CΛSM; isdem *cet.* | 5 scripturas LT; scriptor MΦ c | 7 in reprehensione OΛLΦ | 13 dissonat CΣLSTMΦ c | 14 ~ lingua carpere OT | desistat *om.* c. | suscipiant O | 15 abundabat A | 16 malitia] nequitia OΣTΦ *cum Psalt. Rom.* | concinnauit CL *cum Psalt. Rom.* | dolum A *cum Psalt. Rom.* | 18 tui] tibi O | audientis + uel legentis AL M c | 19 labore] laborare CF; laborando LMΦ c | 20 id] ad id CΛF | 23 non legunt] non eas legunt O; neglegunt STMΦ c | 26 dixerunt O | 27 potuerunt AS | 29 eustochio c |

AOC
ΣΛLFSTMΦ
cr

tarum explanationi incumbere, et omissum iam diu opus quodam postliminio repetere, praesertim cum et admirabilis sanctusque vir Pammachius hoc idem litteris flagitet, et nos ad patriam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debeamus aure transire. EXPLICIT PRAEFATIO

INCIPIT LIBER IOSUE BENNUN ID EST IESU NAVE

Et factum est ut post mortem
Mosi servi Domini loqueretur
Dominus ad Iosue filium
Nun ministrum Mosi
et diceret ei
Dt 34,5 [2] Moses servus meus mortuus est
Dt 11,31! surge et transi Iordanem istum tu et
omnis populus tecum in terram
quam ego dabo filiis Israhel
Dt 11,24! [3] omnem locum quem calcaverit vestigium
pedis vestri vobis tradam sicut
locutus sum Mosi
[4] a deserto et Libano usque ad fluvium
magnum Eufraten
omnis terra Hettheorum usque ad
mare Magnum contra solis occasum
erit terminus vester
Dt 7,24! [5] nullus vobis poterit resistere cunctis
diebus vitae tuae
17: 3,7; Dt 31,8! sicut fui cum Mose ero et tecum
non dimittam nec derelinquam te
Dt 31,7! [6] confortare et esto robustus
tu enim sorte divides populo huic
terram
pro qua iuravi patribus suis ut traderem
eam illis
23,6; 1 Par 22,13; 1 Mcc 2,64 [7] confortare igitur et esto robustus
valde
Dt 5,32.33! III Rg 2,3 ut custodias et facias omnem legem
quam praecepit tibi Moses servus
meus
ne declines ab ea ad dextram vel ad
sinistram ut intellegas cuncta quae
agis
[8] non recedat volumen legis huius de
ore tuo
sed meditaberis in eo diebus ac noctibus Dt 17,19! Ps 1,2!
ut custodias et facias omnia quae
scripta sunt in eo
tunc diriges viam tuam et intelleges Prv 23,19
eam
[9] ecce praecipio tibi confortare et esto
robustus
noli metuere et noli timere Gn 28,15! Ier 1,8!
quoniam tecum est Dominus Deus
tuus in omnibus ad quaecumque
perrexeris
[10] praecepitque Iosue principibus populi
dicens
transite per medium castrorum et 3,2.3
imperate populo ac dicite
[11] praeparate vobis cibaria quoniam
post diem tertium transibitis Ior- Dt 11,31!
danem
et intrabitis ad possidendam terram
quam Dominus Deus vester daturus
est vobis
[12] Rubenitis quoque et Gadditis et di- **12—15:** Dt 3,18–20
midiae tribui Manasse ait
[13] mementote sermonis quem praecepit
vobis Moses famulus Domini dicens
Dominus Deus vester dedit vobis re- Dt 25,19; IV Esr 2,24
quiem et omnem terram
[14] uxores vestrae et filii ac iumenta manebunt
in terra quam tradidit vobis
Moses trans Iordanem
vos autem transite armati ante frat- Nm 32,17.18!

AOC ΣΛLFSTMΦ 31 omisso O | iam dudum AL. | opus + quasi c | 32 flagitat C ||

cr Iosue. *Citantur* ΛOC *et* ΣΛLFSTMΦ *ac* cr. *Tit.* liber iosue hebraice iehosua c || **1,1** ~ post mortem mosi serui domini ut ΛLTM c | 2 in terra OΣF | 5 ~ poterit uobis c | mose + ita c | et *om.* ΛΣ c | 6 suis cr.𝔐] uestris AO.; tuis *cet.* | 7 ne] nec CΛST | 8 de] ab c | 12 tribu OΣ; tribus C | 14 in terram OCΛFST |

res vestros omnes fortes manu
et pugnate pro eis [15]donec det re-
22,4 quiem Dominus fratribus vestris
sicut et vobis dedit
13,8! et possideant ipsi quoque terram
quam Dominus Deus vester datu-
rus est eis
et sic revertemini in terram posses-
sionis vestrae et habitabitis in ea
quam vobis dedit Moses famulus
Domini trans Iordanem contra so-
lis ortum
[16]responderuntque ad Iosue atque di-
xerunt
omnia quae praecepisti nobis facie-
mus
et quocumque miseris ibimus
Dt 34,9 [17]sicut oboedivimus in cunctis Mosi
ita oboediemus et tibi
tantum sit Dominus Deus tecum sic-
ut fuit cum Mose
[18]qui contradixerit ori tuo et non ob-
oedierit cunctis sermonibus quos
praeceperis ei moriatur
Dt 31,6! tu tantum confortare et viriliter age
Nm 13,18.19! Idc 18,2 **2** misit ergo Iosue filius Nun de Set-
thim duos viros exploratores abs-
condito et dixit eis
7,2 ite et considerate terram urbemque
Hiericho
qui pergentes ingressi sunt domum
mulieris meretricis nomine Raab et
quieverunt apud eam
[2]nuntiatumque est regi Hiericho et
dictum
ecce viri ingressi sunt huc per noc-
tem de filiis Israhel ut explorarent
terram
[3]misitque rex Hiericho ad Raab di-
cens
educ viros qui venerunt ad te et in-
gressi sunt domum tuam
exploratores quippe sunt et omnem Gn 42,9!
terram considerare venerunt
[4]tollensque mulier viros abscondit et 6,17!
ait
fateor venerunt ad me sed nesciebam
unde essent
[5]cumque porta clauderetur in teneb-
ris et illi pariter exierunt
nescio quo abierunt
persequimini cito et conprehendetis
eos
[6]ipsa autem fecit ascendere viros in
solarium domus suae
operuitque eos lini stipula quae ibi
erat
[7]hii autem qui missi fuerant secuti Idc 3,28!
sunt eos per viam quae ducit ad va-
dum Iordanis
illisque egressis statim porta clausa
est
[8]necdum obdormierant qui latebant
et ecce mulier ascendit ad eos et ait
[9]novi quod tradiderit Dominus vobis 24! 9,24
terram
etenim inruit in nos terror vester Gn 35,5! Ex 15,15.16!
et elanguerunt omnes habitatores
terrae
[10]audivimus quod siccaverit Dominus 4,24; 9,9 10; Ex 14,21.22!
aquas maris Rubri ad vestrum in-
troitum
quando egressi estis ex Aegypto
et quae feceritis duobus Amorreo- Dt 29,7!
rum regibus qui erant trans Iorda-
nem
Seon et Og quos interfecistis
[11]et haec audientes pertimuimus et 5,1
elanguit cor nostrum
nec remansit in nobis spiritus ad in-
troitum vestrum
Dominus enim Deus vester ipse est Dt 4,39!
Deus in caelo sursum et in terra
deorsum

15 ~ dominus requiem SMc | reuertemini FMΦcr] reuertimini *cet.* | habitatis O | in eam OT | 16 ad *om.* O | 17 deus *om.* OL.; + tuus AΣc ‖ **2**,1 ergo] igitur c. | abscondite ALM; absconditos C; in abscondito c | 2 explorent CΛTΦ | 5 abierint OΦ | conprehenditis OFT; comprehendistis L.; conprehendite C. | 6 uiros] eos C | ~ stipula lini c | 9 ~ tradiderit uobis dominus CΣΛFSM; ~ dominus tradiderit uobis c | 10 feceritis + hic C |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

12 nunc ergo iurate mihi per Dominum
ut quomodo ego feci vobiscum misericordiam
ita et vos faciatis cum domo patris mei
Tb 5,2 detisque mihi signum verum 13 et sal-
6,23 vetis patrem meum et matrem
fratres ac sorores meas et omnia quae eorum sunt
et eruatis animas nostras de morte
14 qui responderunt ei
anima nostra sit pro vobis in mortem
si tamen non prodideris nos
cumque tradiderit nobis Dominus terram
Gn 47,29; Idc 1,24 faciemus in te misericordiam et veritatem
I Sm 19,12; Act 9,25; II Cor 11,33 15 dimisit ergo eos per funem de fenestra
domus enim eius herebat muro
16 dixitque ad eos
ad montana conscendite ne forte occurrant vobis revertentes
ibique latete diebus tribus donec redeant
et sic ibitis per viam vestram
17 qui dixerunt ad eam
20 innoxii erimus a iuramento hoc quo adiurasti nos
18 si ingredientibus nobis terram sig-
21 num fuerit funiculus iste coccineus
et ligaveris eum in fenestra per quam nos dimisisti
et patrem tuum ac matrem fratresque et omnem cognationem tuam congregaveris in domum tuam
19 qui ostium domus tuae egressus fuerit
sanguis ipsius erit in caput eius et nos erimus alieni
cunctorum autem sanguis qui tecum fuerint in domo
redundabit in caput nostrum si eos aliquis tetigerit
20 quod si nos prodere volueris et sermonem istum proferre in medium
erimus mundi ab hoc iuramento quo 17
adiurasti nos
21 et illa respondit sicut locuti estis ita fiat
dimittensque eos ut pergerent
adpendit funiculum coccineum in 18
fenestra
22 illi vero ambulantes pervenerunt ad montana
et manserunt ibi tres dies
donec reverterentur qui fuerant persecuti
quaerentes enim per omnem viam non reppererunt eos
23 quibus urbem ingressis reversi sunt et descenderunt exploratores de monte
et Iordane transmisso venerunt ad Iosue filium Nun
narraveruntque ei omnia quae acci- Gn 42,29
derant sibi 24 atque dixerunt
tradidit Dominus in manus nostras 9! 6,2! Idc 1,2
omnem terram hanc
et timore prostrati sunt cuncti habitatores eius
3 igitur Iosue de nocte consurgens movit castra
egredientesque de Setthim venerunt ad Iordanem
ipse et omnes filii Israhel
et morati sunt ibi per tres dies
2 quibus evolutis transierunt praeco- 1,10
nes per castrorum medium 3 et clamare coeperunt
quando videritis arcam foederis Do- 14
mini Dei vestri
et sacerdotes stirpis leviticae portan- 8! Dt 31,9! II Sm 15,24; III Rg 8,3.4
tes eam

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 12 ~ misericordiam feci uobiscum c | ~ uerum signum c | 13 et¹] ut S c | eorum] illorum c; meorum Σ | de] a c | 14 in morte OCLM | 15 demisit c | adherebat CΣ. | 16 latitate S c. | ~ tribus diebus ASM c | 18 in fenestram ΛΣT | demisisti O c | ~ demisisti nos c. | ac] et CS. | 19 alieni] innoxii CS | fuerit CS | in domum CF | ~ in domo fuerint c | 21 in fenestram OCΛF. | 23 ~ transmisso iordane c | 24 ~ omnem terram hanc in manus nostras c | 3,1 promouit C | per *om.* A c |

vos quoque consurgite et sequimini praecedentes
4 sitque inter vos et arcam spatium cubitorum duum milium
ut procul videre possitis et nosse per quam viam ingrediamini
quia prius non ambulastis per eam
et cavete ne adpropinquetis ad arcam
5 dixitque Iosue ad populum
Ex 4,30! Nm 11,18! sanctificamini cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia
6 et ait ad sacerdotes
14; 6,6! tollite arcam foederis et praecedite populum
qui iussa conplentes tulerunt et ambulaverunt ante eos
7 dixitque Dominus ad Iosue
4,14 hodie incipiam exaltare te coram omni Israhel
1,5 ut sciant quod sicut cum Mosi fui ita et tecum sim
3! 13,17 8 tu autem praecipe sacerdotibus qui portant arcam foederis et dic eis
cum ingressi fueritis partem aquae Iordanis state in ea
9 dixitque Iosue ad filios Israhel
accedite huc et audite verba Domini Dei vestri
Ex 8,22! 10 et rursum in hoc inquit scietis quod Dominus Deus vivens in medio vestri est
et disperdat in conspectu vestro
Ex 23,23! Chananeum Hettheum Eveum et Ferezeum
Gergeseum quoque et Amorreum et Iebuseum
4,11 11 ecce arca foederis Domini omnis terrae antecedet vos per Iordanem
4,2.4 12 parate duodecim viros de tribubus Israhel
singulos per singulas tribus

13 et cum posuerint vestigia pedum suorum sacerdotes qui portant arcam Domini Dei universae terrae in aquis Iordanis 15.16 8!
aquae quae inferiores sunt decurrent atque deficient 4,7!
quae autem desuper veniunt in una mole consistent
14 igitur egressus est populus de tabernaculis suis ut transirent Iordanem 3!
et sacerdotes qui portabant arcam foederis pergebant ante eum 6
15 ingressisque eis Iordanem et pedibus eorum tinctis in parte aquae 13; I Par 12,15
cum Iordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleret Sir 24,36
16 steterunt aquae descendentes in uno loco Ex 14,22; Sir 39,22
et instar montis intumescentes apparebant procul
ab urbe quae vocatur Adom usque ad locum Sarthan
quae autem inferiores erant in mare Solitudinis quod nunc vocatur Mortuum descenderunt
usquequo omnino deficerent
17 populus autem incedebat contra Iordanem 4,13
et sacerdotes qui portabant arcam foederis Domini 8! 4,10
stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti 4,3.9
omnisque populus per arentem alveum transiebat 4,22! Ps 65,6
4 quibus transgressis dixit Dominus ad Iosue
2 elige duodecim viros singulos per singulas tribus 3,12
3 et praecipe eis ut tollant de medio Iordanis alveo 8; 3,17!
ubi steterunt sacerdotum pedes
duodecim durissimos lapides 20

4 duorum S; duo C | 7 sum CΣT | 9 uerbum L c | 10 et[2]] ut O r | disperdet CMΦ c | chananeum + et TMΦ c | ~ iebusaeum et amorrhaeum c | 13 portabant A | 14 transiret CΣΛLF c | ante eam AO | 15 in partem AΛS | ~ in parte aquae tinctis c | cum] cumque L; *post* sui *transpon.* ΣΛ; *post* autem *transpon.* S.; *om.* TMΦ c | autem *om.* CL | impleuerat ΛTMΦ c | 16 ~ in loco uno M c | et ad instar OCLFS c | 17 contra iordanem] contra hiericho cr.𝔐𝔊 | transiebant OΣT || 4,3 ~ pedes sacerdotum c |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

quos ponetis in loco castrorum ubi
fixeritis hac nocte tentoria
3.12 [4]vocavitque Iosue duodecim viros
quos elegerat de filiis Israhel
singulos de tribubus singulis [5]et ait
ad eos
ite ante arcam Domini Dei vestri ad
Iordanis medium
et portate singuli singulos lapides in
umeris vestris
iuxta numerum filiorum Israhel
[6]ut sit signum inter vos
21 et quando interrogaverint vos filii
vestri cras dicentes
quid sibi volunt isti lapides
[7]respondebitis eis
3.13! Ps 113,3.5 defecerunt aquae Iordanis ante ar-
cam foederis Domini cum transiret
eum
idcirco positi sunt lapides isti in mo-
numentum filiorum Israhel usque
in aeternum
[8]fecerunt ergo filii Israhel sicut eis
praecepit Iosue
3.20 portantes de medio Iordanis alveo
duodecim lapides ut ei Dominus
imperarat
iuxta numerum filiorum Israhel
usque ad locum in quo castrametati
sunt
ibique posuerunt eos
[9]alios quoque duodecim lapides po-
suit Iosue in medio Iordanis alveo
3.17! ubi steterunt sacerdotes qui porta-
bant arcam foederis
et sunt ibi usque in praesentem diem
3.17! [10]sacerdotes autem qui portabant ar-
cam stabant in Iordanis medio
donec omnia conplerentur quae Io-
sue ut loqueretur ad populum prae-
ceperat Dominus et dixerat ei Mo-
ses
festinavitque populus et transiit
[11]cumque transissent omnes transivit
et arca Domini 3.11
sacerdotesque pergebant ante popu-
lum
[12]filii quoque Ruben et Gad et dimi- Nm 32,20!
diae tribus Manasse
armati praecedebant filios Israhel
sicut eis praeceperat Moses
[13]et quadraginta pugnatorum milia
per turmas et cuneos incedebant 3.17
per plana atque campestria urbis
Hiericho
[14]in illo die magnificavit Dominus Io- 3.7
sue coram omni Israhel
ut timerent eum sicut timuerant Mo-
sen dum adviveret
[15]dixitque ad eum
[16]praecipe sacerdotibus qui portant
arcam foederis ut ascendant de Ior-
dane
[17]qui praecepit eis dicens ascendite de
Iordane
[18]cumque ascendissent portantes ar-
cam foederis Domini
et siccam humum calcare coepis-
sent
reversae sunt aquae in alveum suum
et fluebant sicut ante consueverant
[19]populus autem ascendit de Iordane
decimo mensis primi die
et castrametati sunt in Galgalis 5,10; 9,6! Dt 11,30
contra orientalem plagam urbis Hie-
richo
[20]duodecim quoque lapides quos de 3.8
Iordanis alveo sumpserant
posuit Iosue in Galgalis
[21]et dixit ad filios Israhel
quando interrogaverint filii vestri 6
cras patres suos et dixerint eis

AOC ΣΛLFSTMΦ cr
4 ~ singulis tribubus Σ c | 5 portantes O; + inde ASM c | 6 isti *om.* O.; ~ lapides isti A | 8 ergo] enim CS. | ~ praecepit eis SM c | ~ dominus ei c. | 9 steterant OC | 10 ut loqueretur] adloqueretur O; loquebatur L. | populum + quae O | 11 sacerdotes quoque CΣ | 12 dimidia ΣL c | 13 per[2]] super CΣSTΦ | 14 ~ die illo A c | aduiueret ASTΦ cr] aduiuerent O.; adhuc uiueret *cet.* | 19 decimo mensis primi die AFSr] decimo mensis primo (prima T) die LT; decimo mense prima die O; decimo mense prima die mensis ΣΛ; decimo die primi mensis Φ; decimo die mensis primi c.; decimo die mensis prima die C. |

quid sibi volunt isti lapides
22 docebitis eos atque dicetis
3,17! IV Rg 2,8 per arentem alveum transivit Israhel
Iordanem istum
5,1; Ex 14,21.22! 23 siccante Domino Deo vestro aquas
eius in conspectu vestro donec
transiretis
2,10! 24 sicut fecerat prius in mari Rubro
quod siccavit donec transiremus
25 ut discant omnes terrarum populi
fortissimam Domini manum
Dt 6,13! et ut vos timeatis Dominum Deum
vestrum omni tempore
5 postquam ergo audierunt omnes re-
ges Amorreorum
qui habitabant trans Iordanem ad
occidentalem plagam
et cuncti reges Chanaan qui propin-
qua possidebant Magno mari loca
4,23! quod siccasset Dominus fluenta Ior-
danis coram filiis Israhel donec
transirent
2,11 dissolutum est cor eorum et non re-
mansit in eis spiritus
timentium introitum filiorum Israhel
2 eo tempore ait Dominus ad Iosue
fac tibi cultros lapideos et circum-
cide secundo filios Israhel
3 fecit quod iusserat Dominus et cir-
cumcidit filios Israhel in colle Prae-
putiorum
4 haec autem causa est secundae cir-
cumcisionis
omnis populus qui egressus est ex
Aegypto generis masculini
Dt 2,16 universi bellatores viri mortui sunt
in deserto
per longissimos viae circuitus
5 qui omnes circumcisi erant
populus autem qui natus est in de-
serto
Dt 2,7! 6 per quadraginta annos itineris latis-
simae solitudinis incircumcisus fuit
donec consumerentur qui non audie-
rant vocem Domini
et quibus ante iuraverat ut ostenderet Ex 3,8! Ez 20,6
eis terram lacte et melle manantem
7 horum filii in locum successerunt
patrum
et circumcisi sunt ab Iosue
quia sicut nati fuerant in praeputio
erant
nec eos in via aliquis circumciderat
8 postquam autem omnes circumcisi
sunt
manserunt in eodem castrorum loco
donec sanarentur
9 dixitque Dominus ad Iosue
hodie abstuli obprobrium Aegypti a Gn 30,23!
vobis
vocatumque est nomen loci illius
Galgala usque in praesentem diem
10 manseruntque filii Israhel in Galgalis 4,19!
et fecerunt phase quartadecima die Nm 9,2.3!
mensis ad vesperum in campestri-
bus Hiericho
11 et comederunt de frugibus terrae die
altero azymos panes et pulentam
eiusdem anni
12 defecitque manna postquam come-
derunt de frugibus terrae
nec usi sunt ultra illo cibo filii Israhel
sed comederunt de frugibus praesen- Ex 16,35
tis anni terrae Chanaan
13 cum autem esset Iosue in agro urbis
Hiericho
levavit oculos et vidit virum stantem Gn 18,2; Nm 22,31!
contra se
et evaginatum tenentem gladium
perrexitque ad eum et ait
noster es an adversariorum
14 qui respondit nequaquam
sed sum princeps exercitus Domini
et nunc venio
15 cecidit Iosue pronus in terram et ado-
rans ait

21 ~ lapides isti c | 23 uestro[1]] nostro OTMΦ | transiremus OTMΦ | 25 ~ manum domini C | ~ ut et CLFM c || 5,1 magno maris O.; magni maris LTMΦ c | timentes C | 4 ex] de L c | masculi OFM. | 6 audierunt CL | ut + non c | 10 ad uesperam OΣSM | 11 fructibus CΛLFS, *item bis v.seq.* | 12 ~ cibo illo A c | 13 et[2] *om.* c | 15 in terra C |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

quid dominus meus loquitur ad servum suum
Ex 3,5 16 solve inquit calciamentum de pedibus tuis
locus enim in quo stas sanctus est
fecitque Iosue ut sibi fuerat imperatum
6 Hiericho autem clausa erat atque munita timore filiorum Israhel
et nullus egredi audebat aut ingredi
2 dixitque Dominus ad Iosue
2,24! 8,1.7! Dt 7,24! ecce dedi in manus tuas Hiericho et regem eius omnesque fortes viros
3 circuite urbem cuncti bellatores semel per diem
sic facietis sex diebus
8 4 septimo autem die sacerdotes tollant septem bucinas quarum usus est in iobeleo
et praecedant arcam foederis
septiesque circuibitis civitatem
Nm 10,8! et sacerdotes clangent bucinis
20 5 cumque insonuerit vox tubae longior
Nm 10,5 atque concisior
et in auribus vestris increpuerit
conclamabit omnis populus vociferatione maxima
Hbr 11,30 et muri funditus corruent civitatis
ingredienturque singuli per locum contra quem steterint
6 vocavit ergo Iosue filius Nun sacerdotes et dixit ad eos
12.13: 3,6! tollite arcam foederis
et septem alii sacerdotes tollant septem iobeleorum bucinas
et incedant ante arcam Domini
7 ad populum quoque ait
vadite et circuite civitatem armati praecedentes arcam Domini
8 cumque Iosue verba finisset
4! et septem sacerdotes septem bucinis clangerent ante arcam foederis Domini
13 9 omnisque praecederet armatus exercitus
reliquum vulgus arcam sequebatur
ac bucinis omnia concrepabant
10 praeceperat autem Iosue populo dicens
non clamabitis nec audietur vox vestra
neque ullus sermo ex ore vestro egredietur
donec veniat dies in quo dicam vobis clamate et vociferamini
11 circuivit ergo arca Domini civitatem semel per diem 14
et reversa in castra mansit ibi
12 igitur Iosue de nocte consurgente tulerunt sacerdotes arcam Domini 6!
13 et septem ex eis septem bucinas
quarum in iobeleis usus est
praecedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes
et armatus populus ibat ante eos 9
vulgus autem reliquum sequebatur arcam et bucinis personabat
14 circumieruntque civitatem secundo die semel 11
et reversi sunt in castra
sic fecerunt sex diebus
15 die autem septimo diluculo consurgentes
circumierunt urbem sicut dispositum erat septies
16 cumque septimo circuitu clangerent bucinis sacerdotes
dixit Iosue ad omnem Israhel
vociferamini tradidit enim vobis Dominus civitatem
17 sitque civitas haec anathema et omnia quae in ea sunt Domino
sola Raab meretrix vivat cum universis qui cum ea in domo sunt 25; Hbr 11,31
abscondit enim nuntios quos direximus 2,4; Iac 2,25
18 vos autem cavete ne de his quae praecepta sunt quippiam contin- Dt 13,17!

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 16 calciamentum + tuum ΑΣLTMΦc ‖ 6,2 in manu tua LTMΦc | 4 quorum AT | 5 insonauerit CΣ. | 7 uadite] ite ΛTΦc; audite F. | armati + et OΣLF | 8 bucinas CΣ | 10 egrediatur C | in qua AOr. | 11 reuersa + est ATMΦ | mansitque TMΦ | 13 in iubileo Tc | personabant OLS | 16 omnem + populum AT. |

gatis
et sitis praevaricationis rei
et omnia castra Israhel sub peccato
sint atque turbentur
24 [19]quicquid autem auri et argenti fuerit
et vasorum aeneorum ac ferri
Domino consecretur repositum in
thesauris eius
5! [20]igitur omni vociferante populo et
clangentibus tubis
postquam in aures multitudinis vox
sonitusque increpuit
II Mcc 12,15.16 muri ilico corruerunt
et ascendit unusquisque per locum
qui contra se erat
ceperuntque civitatem [21]et interfece-
Dt 13,15! Idc 21,10: I Sm 15,3; 22,19; Ez 9,6 runt omnia quae erant in ea
a viro usque ad mulierem ab infante
usque ad senem
boves quoque et oves et asinos in ore
gladii percusserunt
[22]duobus autem viris qui exploratores
missi fuerant dixit Iosue
ingredimini domum mulieris mere-
tricis
et producite eam omniaque quae il-
lius sunt
sicut illi iuramento firmastis
2,13 [23]ingressique iuvenes eduxerunt Raab
et parentes eius
fratres quoque et cunctam supellec-
tilem ac cognationem illius
et extra castra Israhel manere fece-
runt
Dt 13,16! [24]urbem autem et omnia quae in ea
sunt succenderunt
19 absque argento et auro et vasis ae-
neis ac ferro
quae in aerarium Domini consecra-
runt
17! [25]Raab vero meretricem et domum
Idc 1,25 patris eius atque omnia quae habe-
bat fecit Iosue vivere
et habitaverunt in medio Israhel us-
que in praesentem diem
eo quod absconderit nuntios quos
miserat ut explorarent Hiericho
in tempore illo inprecatus est Iosue
dicens
[26]maledictus vir coram Domino qui III Rg 16,34
suscitaverit et aedificaverit civita-
tem Hiericho
in primogenito suo fundamenta il-
lius iaciat
et in novissimo liberorum ponat
portas eius
[27]fuit ergo Dominus cum Iosue et no-
men eius in omni terra vulgatum est
7 filii autem Israhel praevaricati sunt 11
mandatum
et usurpaverunt de anathemate 13; 22,20; 1 Par 2,7
nam Achan filius Charmi filii Zabdi
filii Zare de tribu Iuda
tulit aliquid de anathemate
iratusque est Dominus contra filios
Israhel
[2]cumque mitteret Iosue de Hiericho
viros contra Ahi quae est iuxta
Bethaven ad orientalem plagam op-
pidi Bethel
dixit eis ascendite et explorate ter- 2,1!
ram
qui praecepta conplentes explora-
verunt Ahi
[3]et reversi dixerunt ei
non ascendat omnis populus
sed duo vel tria milia virorum per-
gant et deleant civitatem
quare omnis populus frustra vexatur I Mcc 12,44
contra hostes paucissimos
[4]ascenderunt ergo tria milia pugna-
tores
qui statim terga vertentes [5]percussi
sunt a viris urbis Ahi

20 uociferanti OΣMΦ | ~ populo uociferante c. | 21 ~ in ea erant O | 22 ingredimini + in AOr | et omnia quae Λ c; et omnia quaeque CM | 23 ac] atque C | 24 in ea erant Σ; erant in ea c; in ea inuenta sunt ΛLMr | ~ auro et argento c | 25 atque] et c | 26 in primogenitorum (suo *om.*) CF | iaceat ACΣSTΦ; iaceant OL | 27 ~ uulgatum est in omni terra c ‖ 7,2 hai ΛFSTMΦ c, *et sic in seqq.* | 3 uexatur ACr] uexabitur c; uexetur *cet.* | 4 pugnatorum ΣΛSM c |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

Idc 20,31 et corruerunt ex eis triginta et sex homines
persecutique sunt eos adversarii de porta usque Sabarim
et ceciderunt per prona fugientes
pertimuitque cor populi et instar aquae liquefactum est
I Sm 4,12! Iob 2,12; I Mcc 4,39 [6] Iosue vero scidit vestimenta sua
et cecidit pronus in terram coram arca Domini usque ad vesperum
tam ipse quam omnes senes Israhel
Idt 4,16! I Mcc 3,47! miseruntque pulverem super capita sua
IV Esr 7,107 [7] et dixit Iosue
heu Domine Deus quid voluisti transducere populum istum Iordanem fluvium
ut traderes nos in manus Amorrei et perderes
utinam ut coepimus mansissemus trans Iordanem
[8] mi Domine Deus quid dicam
videns Israhelem hostibus suis terga vertentem
[9] audient Chananei et omnes habitatores terrae
ac pariter conglobati circumdabunt nos atque delebunt nomen nostrum de terra
et quid facies magno nomini tuo
[10] dixitque Dominus ad Iosue
surge cur iaces pronus in terra
1! [11] peccavit Israhel et praevaricatus est pactum meum
tuleruntque de anathemate et furati sunt atque mentiti
et absconderunt inter vasa sua
[12] nec poterit Israhel stare ante hostes suos eosque fugiet
quia pollutus est anathemate
non ero ultra vobiscum
donec conteratis eum qui huius sceleris reus est
Ex 19,10! [13] surge sanctifica populum et dic eis
sanctificamini in crastinum
haec enim dicit Dominus Deus Israhel
anathema in medio tui est Israhel 1!
non poteris stare coram hostibus tuis
donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere
[14] accedetisque mane singuli per tribus vestras I Sm 10,19
et quamcumque tribum sors invenerit
accedet per cognationes suas
et cognatio per domos domusque per viros
[15] et quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus I Sm 14,38
conburetur igni cum omni substantia sua
quoniam praevaricatus est pactum Domini et fecit nefas in Israhel
[16] surgens itaque Iosue mane adplicavit Israhel per tribus suas I Sm 10,20; 14,38
et inventa est tribus Iuda
[17] quae cum iuxta familias suas esset oblata
inventa est familia Zarai
illam quoque per viros offerens repperit Zabdi
[18] cuius domum in singulos dividens viros
invenit Achan filium Charmi filii Zabdi filii Zare de tribu Iuda
[19] et ait ad Achan
fili mi da gloriam Domino Deo Israhel I Sm 6,5; I Par 16,29! Is 42,12! Ier 13,16; Io 9,24!
et confitere atque indica mihi quid feceris ne abscondas I Sm 14,43
[20] responditque Achan Iosue et dixit ei
vere ego peccavi Domino Deo Israhel et sic et sic feci Ex 10,16!
[21] vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum
et ducentos siclos argenti Dt 7,25

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 5 et² *om.* A c. | usque + ad ACF c | et ad instar CΛLFS | 6 ~ pronus cecidit c | coram arcam OFS | ad uesperam ΛTMΦ c | senes *om.* O | 8 israhel ACL | 9 ac] et c | 10 in terram CFM | 13 dices ei O.; dices eis LM | 16 adplicuit LM c | 17 uiros] domos c. | 19 ait + iosue c. | 20 et sic² *om.* C |

regulamque auream quinquaginta siclorum
et concupiscens abstuli et abscondi in terra contra medium tabernaculi mei
argentumque fossa humo operui
22 misit ergo Iosue ministros
qui currentes ad tabernaculum illius
reppererunt cuncta abscondita in eodem loco et argentum simul
23 auferentesque de tentorio tulerunt ea ad Iosue et ad omnes filios Israhel
proieceruntque ante Dominum
24 tollens itaque Iosue Achan filium Zare
argentumque et pallium et auream regulam
filiosque eius et filias
boves et asinos et oves
ipsumque tabernaculum et cunctam supellectilem
et omnis Israhel cum eo
duxerunt eos ad vallem Achor
25 ubi dixit Iosue
quia turbasti nos exturbet te Dominus in die hac
Lv 24,14! lapidavitque eum omnis Israhel
Dt 13,16! et cuncta quae illius erant igne consumpta sunt
8,29; 10,27; II Sm 18,17 26 congregaverunt quoque super eum acervum magnum lapidum
qui permanet usque in praesentem diem
Dt 13,17 et aversus est furor Domini ab eis
vocatumque est nomen loci illius vallis Achor usque hodie
Dt 1,21! 8 dixit autem Dominus ad Iosue
ne timeas neque formides
tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum
et consurgens ascende in oppidum Ahi
6,2! ecce tradidi in manu tua regem eius et populum urbemque et terram
2 faciesque urbi Ahi et regi eius
sicut fecisti Hiericho et regi illius
praedam vero et omnia animantia diripietis vobis 27; 11,14; Dt 20,14!
pone insidias urbi post eam
3 surrexitque Iosue et omnis exercitus bellatorum cum eo ut ascenderent in Ahi
et electa triginta milia virorum fortium misit nocte
4 praecepitque eis dicens
ponite insidias post civitatem nec longius recedatis Idc 20,29
et eritis omnes parati
5 ego autem et reliqua multitudo quae mecum est accedemus ex adverso contra urbem 11
cumque exierint contra nos sicut ante fecimus fugiemus et terga vertemus 15; Idc 20,32
6 donec persequentes ab urbe longius protrahantur 16
putabunt enim fugere nos sicut prius
7 nobis ergo fugientibus et illis sequentibus
consurgetis de insidiis et vastabitis civitatem
tradetque eam Dominus Deus vester in manus vestras 6,2! 10,19.30
8 cumque ceperitis succendite eam
sic omnia facietis ut iussi
9 dimisitque eos et perrexerunt ad insidiarum locum
sederuntque inter Bethel et Ahi ad occidentalem plagam urbis Ahi
Iosue autem nocte illa in medio mansit populi
10 surgensque diluculo recensuit socios
et ascendit cum senioribus in fronte exercitus
vallatus auxilio pugnatorum
11 cumque venissent et ascendissent ex adverso civitatis 5
steterunt ad septentrionalem urbis

21 regulam quoque CΛF | 24 filios quoque et filias eius c | 26 congregaueruntque CΣSc | lapidem O || 8,5 accedimus AOLS; ascendemus Φ | fecerunt C | 6 ~ nos fugere LM c | 7 persequentibus Lc | 8 eam + et c. | 9 ~ ad locum insidiarum c | ahi ad] abiatha CF |

ΛOC ΣΛLFSTMΦ cr

plagam
inter quam et eos vallis media erat
12 quinque milia autem viros elegerat
et posuerat in insidiis inter Beth-
aven et Ahi ex occidentali parte
eiusdem civitatis
13 omnis vero reliquus exercitus ad
aquilonem aciem dirigebat
ita ut novissimi multitudinis occi-
dentalem plagam urbis adtingerent
abiit ergo Iosue nocte illa et stetit in
vallis medio
14 quod cum vidisset rex Ahi
festinavit mane et egressus est cum
Nm 21,33 omni exercitu civitatis
direxitque aciem contra desertum
ignorans quod post tergum laterent
insidiae
15 Iosue vero et omnis Israhel cesserunt
loco
5.6! simulantes metum et fugientes per
viam solitudinis
16 at illi vociferantes pariter et se mu-
6 tuo cohortantes persecuti sunt eos
cumque recessissent a civitate
17 et ne unus quidem in urbe Ahi et
Bethel remansisset qui non perse-
queretur Israhel
sicut eruperant aperta oppida relin-
quentes
18 dixit Dominus ad Iosue
26 leva clypeum qui in manu tua est
contra urbem Ahi quoniam tibi tra-
dam eam
19 cumque elevasset clypeum ex ad-
verso civitatis
insidiae quae latebant surrexerunt
confestim
et pergentes ad civitatem ceperunt
et succenderunt eam
20—22: Idc 20,39–43 20 viri autem civitatis qui persequeban-
tur Iosue
respicientes et videntes fumum urbis
ad caelum usque conscendere
non potuerunt ultra huc illucque dif-
fugere
praesertim cum hii qui simulaverant
fugam et tendebant ad solitudinem
contra persequentes fortissime re-
stitissent
21 vidensque Iosue et omnis Israhel
quod capta esset civitas et fumus ur-
bis ascenderet
reversus percussit viros Ahi
22 siquidem et illi qui ceperant et suc-
cenderant civitatem
egressi ex urbe contra suos medios
hostium ferire coeperunt
cum ergo ex utraque parte adversa-
rii caederentur
ita ut nullus de tanta multitudine
salvaretur
23 regem quoque urbis Ahi adprehen-
dere viventem et obtulerunt Iosue
24 igitur omnibus interfectis qui Isra-
helem ad deserta tendentem fue-
rant persecuti
et in eodem loco gladio corruentibus
reversi filii Israhel percusserunt civi-
tatem
25 erant autem qui in eo die concide-
rant a viro usque ad mulierem
duodecim milia hominum omnes
urbis Ahi
26 Iosue vero non contraxit manum Ex 17,12
quam in sublime porrexerat tenens 18
clypeum
donec interficerentur omnes habita-
tores Ahi
27 iumenta autem et praedam civitatis 2! 11,14
diviserunt sibi filii Israhel
sicut praeceperat Dominus Iosue
28 qui succendit urbem et fecit eam tu- Dt 13,16!
mulum sempiternum
29 regem quoque eius suspendit in pati- 10,26.27; Dt 21,22.23!
bulo usque ad vesperum et solis

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

11 ~ erat uallis media c. | 12 ~ autem milia Sc | bethauen] bethel c | ex] et C | 13 nouissimi + illius c. | 15 ~ solitudinis uiam c. | 17 in urbem O | remansissent ATM | persequerentur OS. | 19 leuasset AΣLSM | 20 simulauerunt O | 23 adprehenderunt CΛFTMΦc | obtulere ΣL | 24 israhel¹ C | 25 in eodem die CLSMc | omnis OΣΛF | 29 ad uesperam OΣFSTMΦc |

occasum
praecepitque et deposuerunt cadaver eius de cruce
proieceruntque in ipso introitu civitatis
7,26; II Sm 18,17 congesto super eum magno acervo lapidum qui permanet usque in praesentem diem
Gn 12,8! Idc 6,24.26! III Rg 18,32 30 tunc aedificavit Iosue altare Domino Deo Israhel in monte Hebal
30.31: Dt 27,5–7! 31 sicut praeceperat Moses famulus Domini filiis Israhel
Dt 29,20 et scriptum est in volumine legis Mosi
1 Mcc 4,47 altare de lapidibus inpolitis quos ferrum non tetigit
Ex 32,6! Idc 20,26; 21,4; III Rg 3,15 et obtulit super eo holocausta Domino
immolavitque pacificas victimas
Dt 17,18; 27,2.3 32 et scripsit super lapides deuteronomium legis Mosi
quod ille digesserat coram filiis Israhel
33 omnis autem populus et maiores natu ducesque ac iudices
stabant ex utraque parte arcae
Dt 31,9! in conspectu sacerdotum qui portabant arcam foederis Domini
Dt 27,12.13! ut advena ita et indigena
Lv 9,22! media eorum pars iuxta montem Garizim et media iuxta montem Hebal
sicut praeceperat Moses famulus Domini
et primum quidem benedixit populo Israhel
Dt 31,11.12! 34 post haec legit omnia verba benedictionis et maledictionis
et cuncta quae scripta erant in legis volumine
35 nihil ex his quae Moses iusserat reliquit intactum
sed universa replicavit coram omni multitudine Israhel
mulieribus ac parvulis et advenis qui inter eos morabantur
9 quibus auditis cuncti reges trans Iordanem 11,2.3; Nm 13,30! Dt 1,7
qui versabantur in montanis et in campestribus
in maritimis ac litore maris Magni
hii quoque qui habitabant iuxta Libanum
Hettheus et Amorreus et Chananeus 10,6; 12,8; III Rg 9,20; II Par 8,7
Ferezeus et Eveus et Iebuseus
2 congregati sunt pariter ut pugnarent contra Iosue et Israhel 11,5
uno animo eademque sententia
3 at hii qui habitabant in Gabaon 10,1
audientes cuncta quae fecerat Iosue Hiericho et Ahi 4 et callide cogitantes
tulerunt sibi cibaria
saccos veteres asinis inponentes
et utres vinarios scissos atque consutos 13
5 calciamentaque perantiqua quae ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant 13
induti veteribus vestimentis
panes quoque quos portabant ob viaticum duri erant et in frusta comminuti 12
6 perrexeruntque ad Iosue qui tunc morabatur in castris Galgalae 10,6 4,19!
et dixerunt ei atque omni simul Israheli
de terra longinqua venimus pacem vobiscum facere cupientes 9!
responderuntque viri Israhel ad eos atque dixerunt
7 ne forsitan in terra quae nobis sorte debetur habitetis
et non possimus foedus inire vobiscum Ex 34,15!

29 praecepitque + iosue c (*edd.* 1593 *et* 1598) | 31 altare + uero c. | super eum OL | holocaustum O | 33 et[1] + omnes OΣSTMΦ | ~ pars eorum c | israheli AΣFΦ || 9,1 in[2] *om.* CΛLFTΦc | in[3]] et AOr | ~ magni maris c | et[3] *om.* c | et[4] *om.* A | 6 galgalae] in galgala AΣΛF | israhel[1] CT | ~ simul omni israheli Tc; ~ israheli omni simul L. | ad eos *om.* OΦ; ~ ad eos uiri israhel T. | 7 ne forte Lc | qua O | possumus ACΣF SMΦ |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

11; Gn 44,16 8 at illi ad Iosue servi inquiunt tui su-
mus
quibus Iosue quinam ait estis et unde
venistis
6.22 9 responderunt de terra longinqua val-
de venerunt servi tui in nomine Do-
mini Dei tui
2,10; Dt 29,2! audivimus enim famam potentiae
eius
cuncta quae fecit in Aegypto
10 et duobus Amorreorum regibus
trans Iordanem
Seon regi Esebon et Og regi Basan
qui erat in Astharoth
11 dixeruntque nobis seniores et omnes
habitatores terrae nostrae
tollite in manibus cibaria ob longis-
simam viam
et occurrite eis ac dicite
8! Gn 26,28 servi vestri sumus foedus inite no-
biscum
12 en panes quando egressi sumus de
domibus nostris ut veniremus ad
vos calidos sumpsimus
5 nunc sicci facti sunt et vetustate ni-
mia comminuti
4 13 utres vini novos implevimus nunc
rupti sunt et soluti
5 vestes et calciamenta quibus indui-
mur et quae habemus in pedibus
ob longitudinem largioris viae trita
sunt et paene consumpta
14 susceperunt igitur de cibariis eorum
et os Domini non interrogaverunt
15 fecitque Iosue cum eis pacem
et inito foedere pollicitus est quod
non occiderentur
18.19; II Sm 21,2 principes quoque multitudinis iura-
verunt eis
16 post dies autem tres initi foederis
22 audierunt quod in vicino habita-
rent et inter eos futuri essent
17 moveruntque castra filii Israhel
et venerunt in civitates eorum die
tertio
quarum haec vocabula sunt
Gabaon et Caphira et Beroth et Ca- 18,25–28; I Esr 2,25.26; II Esr 7,29.30
riathiarim
18 et non percusserunt eos
eo quod iurassent eis principes mul- 15!
titudinis in nomine Domini Dei Is-
rahel
murmuravit itaque omne vulgus
contra principes
19 qui responderunt eis
iuravimus illis in nomine Domini Dei 15!
Israhel
et idcirco non possumus eos contin-
gere
20 sed hoc faciemus eis
reserventur quidem ut vivant
ne contra nos ira Domini concitetur
si peieraverimus
21 sed sic vivant ut in usus universae 27
multitudinis ligna caedant aquas- Dt 29,11
que conportent
quibus haec loquentibus 22 vocavit
Gabaonitas Iosue et dixit eis
cur nos decipere fraude voluistis
ut diceretis procul valde habitamus 9! 16
a vobis
cum in medio nostri sitis
23 itaque sub maledictione eritis
et non deficiet de stirpe vestra ligna Dt 29,11
caedens aquasque conportans in
domum Dei mei
24 qui responderunt
nuntiatum est nobis servis tuis quae
promisisset Dominus Deus tuus
Mosi servo suo
ut traderet vobis omnem terram 2,9!
et disperderet cunctos habitatores
eius
timuimus igitur valde et providimus
animabus nostris vestro terrore con-
pulsi
et hoc consilium inivimus
25 nunc autem in manu tua sumus

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 8 ~ quinam estis ait CS.; ~ ait quinam estis c; + uos OTMΦc | 10 ~ regibus amorreorum Lc; + qui fuerunt c.; + qui fuerant LM. | 11 ac] et Lc | 13 largioris] longioris C ΛFc | 18 omnis uulgus OΛF | 23 domum + domini CS | 24 quae] quod c; quia Σ |

quod tibi bonum et rectum videtur fac nobis
[26]fecit ergo Iosue ut dixerat
et liberavit eos de manibus filiorum Israhel ut non occiderentur
[27]decrevitque in illo die esse eos in ministerium cuncti populi et altaris Domini
21! caedentes ligna et aquas conportantes usque in praesens tempus
in loco quem Dominus elegisset
9,3 **10** quae cum audisset Adonisedec rex Hierusalem
quod scilicet cepisset Iosue Ahi et subvertisset eam
28.30.39 sicut enim fecerat Hiericho et regi eius sic fecit Ahi et regi illius
et quod transfugissent Gabaonitae ad Israhel et essent foederati eorum
[2]timuit valde
urbs enim magna erat Gabaon
et una regalium civitatum et maior oppido Ahi
omnesque bellatores eius fortissimi
[3]misit ergo Adonisedec rex Hierusalem
12,10–13 ad Oham regem Hebron et ad Pharam regem Hieremoth
ad Iaphie quoque regem Lachis et ad Dabir regem Eglon dicens
[4]ascendite ad me et ferte praesidium ut expugnemus Gabaon
quare transfugerit ad Iosue et filios Israhel
[5]congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorreorum
23; 12,10–12 rex Hierusalem rex Hebron rex Hieremoth rex Lachis rex Eglon
simul cum exercitibus suis
et castrametati sunt circa Gabaon obpugnantes eam
[6]habitatores autem Gabaon urbis obsessae
miserunt ad Iosue qui tunc morabatur in castris apud Galgalam et dixerunt ei 9,6!
ne retrahas manus tuas ab auxilio servorum tuorum
ascende cito et libera nos ferque praesidium
convenerunt enim adversum nos omnes reges Amorreorum qui habitant in montanis 9,1!
[7]ascenditque Iosue de Galgalis et omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi
[8]dixitque Dominus ad Iosue
ne timeas eos in manus enim tuas tradidi illos 21,42; Dt 7,24!
nullus tibi ex eis resistere poterit 23,9
[9]inruit itaque Iosue super eos repente Gn 14,15
tota ascendens nocte de Galgalis
[10]et conturbavit eos Dominus a facie Israhel
contrivitque plaga magna in Gabaon Is 28,21
ac persecutus est per viam ascensus Bethoron I Sm 13,18
et percussit usque Azeca et Maceda
[11]cumque fugerent filios Israhel et essent in descensu Bethoron
Dominus misit super eos lapides magnos de caelo usque Azeca Sir 46,6; Is 30,30! Ez 13,11! Apc 16,21
et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis quam quos gladio percusserant filii Israhel
[12]tunc locutus est Iosue Domino
in die qua tradidit Amorreum in conspectu filiorum Israhel
dixitque coram eis
sol contra Gabaon ne movearis et luna contra vallem Ahialon
[13]steteruntque sol et luna donec ulcisceretur se gens de inimicis suis Idc 5,20; Sir 46,5; Hab 3,11
nonne scriptum est hoc in libro Iustorum II Sm 1,18
stetit itaque sol in medio caeli

26 de manu AL c | 27 ~ eos esse c | in ministerio ΣLTMΦ c | in locum O || 10,2 ~ ciuitatum regalium c | 4 ~ ad me ascendite c | transfugerint O | et[2] + ad ΣLS c | 6 habitabant A | 8 tradam C | nullus + enim A | ~ ex eis tibi c | 9 ~ nocte ascendens c | 10 est + eos c | 11 in descensu] in ascensu C; in ascensum F. | usque + ad c | percusserunt CL | 12 amorreum] amorreorum CS; + reges C |

AOC
ΣΛLFSTMΦ
cr

et non festinavit occumbere spatio unius diei
[14]non fuit ante et postea tam longa dies
42; 23,3; Ex 14,14! Idt 5,16 oboediente Domino voci hominis et pugnante pro Israhel
43 [15]reversusque est Iosue cum omni Israhel in castra Galgalae
[16]fugerant enim quinque reges et se absconderant in spelunca urbis Maceda
[17]nuntiatumque est Iosue quod inventi
22.23 essent quinque reges latentes in spelunca Maceda
[18]qui praecepit sociis et ait
volvite saxa ingentia ad os speluncae
et ponite viros industrios qui clausos custodiant
[19]vos autem nolite stare
sed persequimini hostes et extremos quosque fugientium caedite
ne dimittatis eos urbium suarum intrare praesidia
8,7! quos tradidit Dominus Deus in manus vestras
Dt 7,23! [20]caesis igitur adversariis plaga magna et usque ad internicionem paene consumptis
hii qui Israhel effugere potuerunt ingressi sunt civitates munitas
[21]reversusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda ubi tunc erant castra
sani et integro numero
nullusque contra filios Israhel muttire ausus est
[22]praecepitque Iosue dicens
17 aperite os speluncae et producite ad me quinque reges qui in ea latitant
[23]fecerunt ministri ut sibi fuerat imperatum
17 et eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca
regem Hierusalem regem Hebron regem Hieremoth regem Lachis regem Eglon 5; 12,10–12
[24]cumque educti essent ad eum
vocavit omnes viros Israhel
et ait ad principes exercitus qui secum erant
ite et ponite pedes super colla regum istorum Dt 7,24!
qui cum perrexissent et subiectorum pedibus colla calcarent Dt 33,29!
[25]rursum ait ad eos
nolite timere nec paveatis confortamini et estote robusti Dt 31,6!
sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris adversum quos dimicatis
[26]percussitque Iosue et interfecit eos
atque suspendit super quinque stipites 8,29; Dt 21,22.23!
fueruntque suspensi usque ad vesperum
[27]cumque occumberet sol praecepit sociis ut deponerent eos de patibulis
qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant
et posuerunt super os eius saxa ingentia quae permanent usque in praesens 7,26; II Sm 18,17
[28]eodem die Macedam quoque cepit
Iosue et percussit in ore gladii 32.35.37.39; Dt 20,16.17!
regemque illius interfecit et omnes habitatores eius
non dimisit in ea saltim parvas reliquias
fecitque regi Maceda sicut fecerat regi Hiericho 1!
[29]transivit cum omni Israhel de Maceda in Lebna et pugnabat contra eam
[30]quam tradidit Dominus cum rege 8,7!

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 14 ante et] antea nec c | 15 israhele AΛF | 16 fugerunt OCSTΦ | absconderunt OCTΦ | 17 spelunca + urbis M c | 19 ne] nec STMΦ c | 20 igitur] ergo c. | israhelem A | potuerant T.; poterant O.; poterunt S | 21 erat CTM | integri OΣ | 23 feceruntque OΛLFT c | 24 ~ colla pedibus c. | 25 nec] neque O; ne SMΦ | 27 occubuisset C | os] eos C | 28 ~ quoque die macedam c | percussit + eam c. | 29 transiuitque Σ; + autem c. |

suo in manu Israhel
Dt 20,16.17! percusseruntque urbem in ore gladii
et omnes habitatores eius
non dimiserunt in ea ullas reliquias
1! feceruntque regi Lebna sicut fecerant regi Hiericho
31 de Lebna transivit in Lachis
et exercitu per gyrum disposito obpugnabat eam
32 tradiditque Dominus Lachis in manu Israhel
28! et cepit eam die altero atque percussit in ore gladii
omnemque animam quae fuerat in ea sicut fecerat Lebna
33 eo tempore ascendit Hiram rex Gazer ut auxiliaretur Lachis
Nm 21,35! quem percussit Iosue cum omni populo eius usque ad internicionem
34 transivitque de Lachis in Eglon
et circumdedit 35 atque expugnavit eam eadem die
28! percussitque in ore gladii omnes animas quae erant in ea
iuxta omnia quae fecerat Lachis
36 ascendit quoque cum omni Israhele
Idc 1,8.25 de Eglon in Hebron et pugnavit contra eam
28! 37 cepitque et percussit in ore gladii
regem quoque eius et omnia oppida regionis illius
universasque animas quae in ea fuerant commoratae
non reliquit in ea ullas reliquias
sicut fecerat Eglon sic fecit et Hebron
cuncta quae in ea repperit consumens gladio
15,15 38 inde reversus in Dabir 39 cepit eam atque vastavit
regem quoque eius et omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii
28!
non dimisit in ea ullas reliquias
sicut fecerat Hebron et Lebna et regibus earum 1!
sic fecit Dabir et regi illius
40 percussit itaque Iosue omnem terram montanam et meridianam atque campestrem 40—42: 11,16.17 Dt 1,7
et Asedoth cum regibus suis
non dimisit in ea ullas reliquias 11,8.11! Dt 20,16.17!
sed omne quod spirare poterat interfecit
sicut praeceperat ei Dominus Deus Israhel
41 a Cadesbarne usque Gazam
omnem terram Gosen usque Gabaon
42 universos reges et regiones eorum Dt 7,24!
uno cepit impetu atque vastavit
Dominus enim Deus Israhel pugnabat pro eo 14!
43 reversusque est cum omni Israhele 15
ad locum castrorum in Galgala
11 quae cum audisset Iabin rex Asor Idc 4,2
misit ad Iobab regem Madon 12,19.20
et ad regem Someron atque ad regem Acsaph
2 ad reges quoque aquilonis qui habitabant in montanis et in planitie 9,1!
contra meridiem Cheneroth
in campestribus quoque et in regionibus Dor iuxta mare 12,23
3 Chananeumque ab oriente et occidente
et Amorreum atque Hettheum ac Ferezeum et Iebuseum in montanis
Eveum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Masphe
4 egressique sunt omnes cum turmis suis populus multus nimis
sicut harena quae est in litore maris Gn 41,49! Idc 7,12; I Sm 13,5
equi quoque et currus inmensae mul-

30 in manum F.; in manus C c | fecerant] fecerunt OCΣ; fecit T. | 31 in lachis] *praem.* cum omni israhel MΦ; + cum omni israel c | 32 in manus T c | omnem animam C | 33 horam c | 35 omnia *om.* C | 36 israhele AΛF r] israhel et O.; israhel *cet.* | 37 cepitque eam et C.; cepit eam et c. | 38 in dabira CΣTMΦ; in dabiram S | 39 et[1]] atque c | earum] eorum C | 40 ei *om.* AS | 41 usque[1] + ad O | 42 uniuersosque c | ~ impetu cepit F c | pugnauit OC c | 43 israhel CLSTΦ c ‖ **11**,3 chananeum quoque C c; chananeum OΛ | habitant C | 4 cum turbis AΣ |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

titudinis
9,2 [5]convenerunt que omnes reges isti in
unum ad aquas Merom ut pugna-
rent contra Israhel
[6]dixitque Dominus ad Iosue ne ti-
meas eos
Dt 7,23 cras enim hac eadem hora ego tra-
dam omnes istos vulnerandos in
conspectu Israhel
9 equos eorum subnervabis et currus
igne conbures
[7]venitque Iosue et omnis exercitus
cum eo adversum illos ad aquas
Merom subito
et inruerunt super eos
[8]tradiditque illos Dominus in manu
Israhel
qui percusserunt eos et persecuti sunt
13,6 usque ad Sidonem magnam et
aquas Maserefoth
campumque Masphe qui est ad ori-
entalem illius partem
10,40! ita percussit omnes ut nullas dimit-
teret ex eis reliquias
[9]fecit sicut praeceperat ei Dominus
6 equos eorum subnervavit currusque
conbusit
[10]reversusque statim cepit Asor
et regem eius percussit gladio
Asor enim antiquitus inter omnia
regna haec principatum tenebat
[11]percussitque omnes animas quae ibi-
dem morabantur
10,40! I Sm 15,18; II Sm 2,26 non dimisit in ea ullas reliquias
sed usque ad internicionem universa
vastavit
ipsamque urbem permisit incendio
[12]et omnes per circuitum civitates re-
gesque earum
Dt 7,24! cepit percussit atque delevit
sicut praeceperat ei Moses famulus
Domini
[13]absque urbibus quae erant in colli-
bus et in tumulis sitae
ceteras succendit Israhel
unam tantum Asor munitissimam
flamma consumpsit
[14]omnemque praedam istarum urbium 8,2! 27
ac iumenta diviserunt sibi filii Is-
rahel
cunctis hominibus interfectis
[15]sicut praeceperat Dominus Mosi ser-
vo suo
ita praecepit Moses Iosue
et ille universa conplevit
non praeteriit de universis mandatis
ne unum quidem verbum quod ius-
serat Dominus Mosi
[16]cepit itaque Iosue omnem terram **16.17:** 10,40–42; 12,7.8
montanam et meridianam
terramque Gosen et planitiem et oc-
cidentalem plagam
montemque Israhel et campestria
eius
[17]et partem montis quae ascendit Seir
usque Baalgad per planitiem Libani 13,5
subter montem Hermon
omnes reges eorum cepit percussit
occidit
[18]multo tempore pugnavit Iosue con-
tra reges istos
[19]non fuit civitas quae se non traderet
filiis Israhel
praeter Eveum qui habitabat in Ga-
baon omnes bellando cepit
[20]Domini enim sententiae fuerat ut in- Ex 7,3!
durarentur corda eorum
et pugnarent contra Israhel et cade-
rent
et non mererentur ullam clementiam Dt 7,2!
ac perirent
sicut praeceperat Dominus Mosi
[21]in tempore illo venit Iosue et inter- 14,12
fecit Enacim
de montanis Hebron et Dabir et
Anab

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

6 ~ istos omnes uulnerandos CS; ~ omnes uuln. istos LM. | 8 in manibus Φ; in manus CΣΛLF c | 9 fecitque LSMΦ c; + eis M. | conbusit + igni L c(*edd.* 1593 *et* 1598). | 11 permisit] percussit AO; peremit Φ c | 15 praecepit] praeceperat C | ne] nec C c | 17 subter] super A | percussit + et Σ c | 19 non[2] *om.* cr | omnes + enim c. | 20 sententia ΣM c | 21 ~ in illo tempore c. ||

et de omni monte Iuda et Israhel
urbesque eorum delevit
22 non reliquit ullum de stirpe Enacim in terra filiorum Israhel
13,3 absque civitatibus Gaza et Geth et Azoto in quibus solis relicti sunt
14,1.2! 23 cepit ergo Iosue omnem terram sicut
Nm 26,52.53! locutus est Dominus ad Mosen
12,7; 23,4! et tradidit eam in possessionem filiis Israhel
secundum partes et tribus suas
14,15 quievitque terra a proeliis
Dt 7,24! **12** hii sunt reges quos percusserunt filii Israhel
Nm 32,19! et possederunt terram eorum trans Iordanem ad solis ortum
a torrente Arnon usque ad montem Hermon
et omnem orientalem plagam quae respicit solitudinem
Dt 1,4! 2 Seon rex Amorreorum qui habitavit
2—5: 13,9–13 in Esebon
dominatus est ab Aroer quae sita est
Dt 2,36! super ripam torrentis Arnon
et mediae partis in valle dimidiique Galaad
Nm 21,24! usque ad torrentem Iaboc qui est terminus filiorum Ammon
13,27; Nm 34,11.12! 3 et a solitudine usque ad mare Cheneroth contra orientem
et usque ad mare Deserti quod est mare Salsissimum ad orientalem plagam
13,20 per viam quae ducit Bethesimoth
et ab australi parte quae subiacent Asedothphasga
Dt 1,4! 4 terminus Og regis Basan de reliquiis Rafaim
qui habitavit in Astharoth et in Edrain
et dominatus est in monte Hermon
et in Salacha atque in universa Basan
usque ad terminos 5 Gesuri et Machathi et dimidiae partis Galaad
terminos Seon regis Esebon
6 Moses famulus Domini et filii Israhel percusserunt eos
tradiditque terram eorum Moses in possessionem
Rubenitis et Gadditis et dimidiae tribui Manasse Nm 32,33!
7 hii sunt reges terrae quos percussit Iosue et filii Israhel 11,16.17
trans Iordanem ad occidentalem plagam
a Baalgad in campo Libani usque ad montem cuius pars ascendit in Seir
tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israhel singulis partes suas 11,23!
8 tam in montanis quam in planis atque campestribus
in Aseroth et solitudine ac meridie 13,4
Hettheus fuit et Amorreus 9,1!
Chananeus et Ferezeus
Eveus et Iebuseus
9 rex Hiericho unus
rex Ahi quae est ex latere Bethel unus
10 rex Hierusalem unus 10—13: 10,3.5.23
rex Hebron unus
11 rex Hierimoth unus
rex Lachis unus
12 rex Eglon unus
rex Gazer unus
13 rex Dabir unus
rex Gader unus
14 rex Herma unus
rex Hered unus
15 rex Lebna unus
rex Odollam unus
16 rex Maceda unus
rex Bethel unus
17 rex Thaffua unus
rex Afer unus
18 rex Afec unus
rex Saron unus
19 rex Madon unus 11,1

12,1 a solis ortum C: a solis ortu Σ | a torrentem OΛF | respicit + ad CΛ | 2 dimidiaeque SMc | 3 subiacet Sc | 4 terminos OM | edrai cr | 5 galaad + ad C | terminus ΛΛF; terminum TΦ | 6 tribu C; tribus O. | 8 asedoth cr𝔐𝔊 | et¹ + in c | ac + in c. | amorreus + et C | ferezeus + et C | 9 est *om.* C | 17 opher c |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

rex Asor unus
20 rex Someron unus
rex Acsaph unus
21 rex Thenach unus
rex Mageddo unus
22 rex Cades unus
rex Iachanaem Chermeli unus
11,2 23 rex Dor et provinciae Dor unus
rex gentium Galgal unus
24 rex Thersa unus
omnes reges triginta et unus
Gn 18,11! I Sm 2,22 13 Iosue senex provectaeque aetatis erat
et dixit Dominus ad eum
23,1! senuisti et longevus es
terraque latissima derelicta est quae necdum est sorte divisa
2 omnis videlicet Galilea Philisthim et universa Gesuri
15,45–47 3 a fluvio turbido qui inrigat Aegyptum
usque ad terminos Accaron contra aquilonem
3—6: Idc 3,3 terra Chanaan quae in quinque regulos Philisthim dividitur
11,22: I Sm 6,17 Gazeos Azotios Ascalonitas Gettheos et Accaronitas
12,8 4 ad meridiem vero sunt Evei
omnis terra Chanaan et Maara Sidoniorum
usque Afeca et terminos Amorrei
5 eiusque confinia
11,17 Libani quoque regio contra orientem
a Baalgad sub monte Hermon donec ingrediaris Emath
6 omnium qui habitant in monte
11,8 a Libano usque ad aquas Masrefoth
universique Sidonii
Nm 34,2 ego sum qui delebo eos a facie filiorum Israhel
veniat ergo in parte hereditatis Israhel sicut praecepi tibi
7 et nunc divide terram in possessionem 14,2
novem tribubus et dimidiae tribui Manasse
8 cum qua Ruben et Gad possederunt terram 1,15! 18,7
quam tradidit eis Moses famulus Domini
trans fluenta Iordanis ad orientalem plagam
9 ab Aroer quae sita est in ripa torrentis Arnon et in vallis medio II Sm 24,5 9—13: 12,2–5
universaque campestria Medaba usque Dibon
10 et cunctas civitates Seon regis Amorrei qui regnavit in Esebon Nm 21,25.26!
usque ad terminos filiorum Ammon
11 et Galaad ac terminum Gesuri et Machathi
omnemque montem Hermon et universam Basan usque Saleca
12 omne regnum Og in Basan qui regnavit in Astharoth et Edraim Dt 1,4!
ipse fuit de reliquiis Rafaim
percussitque eos Moses atque delevit
13 nolueruntque disperdere filii Israhel Gesuri et Machathi
et habitaverunt in medio Israhel usque in praesentem diem
14 tribui autem Levi non dedit possessionem Dt 18,1!
sed sacrificia et victimae Domini Dei Israhel
ipsa est eius hereditas sicut locutus est illi
15 dedit ergo Moses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas Dt 3,12 15—23: Nm 32,37.38
16 fuitque terminus eorum
ab Aroer quae sita est in ripa torrentis Arnon Dt 2,36!

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

22 cades ΛCΣ c] caedes *cet.* | iachanaem + unus rex OCL | 23 dor¹ + unus O | gentium + rex C | 24 triginta unus Λ c; triginta tres O; triginta quattuor C || **13,1** ~ sorte diuisa est c | 3 terram O | gazeos + et TMΦ c | 5 eiusque] et usque in F.; usque OΦ | 6 habitabant ATΦ | in montem CF | in partem ΛLSTMΦ cr | 8 cum qua] cumque ACLS | possiderent CS; possiderint L | 11 omnemque] et omnem c | uniuersa OTΦ | usque + ad Σ c. | 12 omneque CL | edrai TΦ cr |

et in valle eiusdem torrentis media
universam planitiem quae ducit Me-
daba [17]et Esebon
Nm 21,25 cunctosque viculos earum qui sunt
in campestribus
Dibon quoque et Bamothbaal et op-
pidum Baalmaon
[18]Iessa et Cedmoth et Mepheeth
[19]Cariathaim et Sebama et Sarathasar
in monte convallis
12,3 [20]Bethpheor et Asedothphasga et
Bethaisimoth
[21]omnes urbes campestres
universaque regna Seon regis Amor-
rei qui regnavit in Esebon
quem percussit Moses cum principi-
bus Madian
Nm 31,8 Eveum et Recem et Sur et Ur et Ra-
bee duces Seon habitatores terrae
[22]et Balaam filium Beor ariolum occi-
derunt filii Israhel gladio cum ce-
teris interfectis
[23]factusque est terminus filiorum Ru-
ben Iordanis fluvius
haec est possessio Rubenitarum per
cognationes suas urbium et viculo-
rum
24—27: Nm 32,34–36 [24]deditque Moses tribui Gad et filiis
eius per cognationes suas posses-
sionem
cuius haec divisio est
Nm 32,1; II Sm 24,6 [25]terminus Iazer et omnes civitates
Galaad dimidiamque partem ter-
rae filiorum Ammon
usque ad Aroer quae est contra
Rabba
[26]et ab Esebon usque Ramoth Masphe
et Batanim
et a Manaim usque ad terminos Da-
bir
[27]in valle quoque Betharaam et Beth-
nemra et Soccoth et Saphon
reliquam partem regni Seon regis
Esebon

huius quoque Iordanis finis est us- 12,3; Nm 34,11.12!
que ad extremam partem maris
Chenereth
trans Iordanem ad orientalem pla-
gam
[28]haec est possessio filiorum Gad per
familias suas
civitates et villae earum
[29]dedit et dimidiae tribui Manasse fi- 29—31: Dt 3,13!
liisque eius
iuxta cognationes suas possessionem
[30]cuius hoc principium est
a Manaim universam Basan Dt 3,14!
et cuncta regna Og regis Basan
omnesque vicos Air qui sunt in Ba-
san
sexaginta oppida [31]et dimidiam par-
tem Galaad
Astharoth et Edrai urbes regni Og Dt 1,4!
in Basan
filiis Machir filii Manasse Nm 32,40
dimidiae parti filiorum Machir iuxta
cognationes suas
[32]hanc possessionem divisit Moses in
campestribus Moab
trans Iordanem contra Hiericho ad
orientalem plagam
[33]tribui autem Levi non dedit posses- Dt 10,9!
sionem
quoniam Dominus Deus Israhel ipse
est possessio eius ut locutus est illi
14 hoc est quod possederunt filii Isra- 11,23; 19,51!
hel in terra Chanaan
quam dederunt eis Eleazar sacerdos 17,4; Nm 34,17.18
et Iosue filius Nun
et principes familiarum per tribus
Israhel
[2]sorte omnia dividentes 13,7; Nm 26,55!
sicut praeceperat Dominus in manu Nm 34,13
Mosi
novem tribubus et dimidiae tribui
[3]duabus enim tribubus et dimidiae Nm 34,15!
dederat Moses trans Iordanem pos-
sessionem

17 qui] quae CΣF | 18 et iassa c | 19 et cariathaim Lc | 21 et omnes c. | eueum] eui r 𝔐𝔊 | 25 dimidiamque] et dimidiam c | 26 a *om.* ΛAS | 27 ~ finis iordanis c | 30 uniuersamque ΛL. | iair Lcr | 31 galaad + et c | urbis OFTΦ | filii] filiis CΛFSTΦ | parti] partis ΛASTMΦ | 33 ut] sicuti C.; et O || 14,1 in terram C |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

Nm 18,20! absque Levitis qui nihil terrae acce-
perunt inter fratres suos
4 sed in eorum successerant locum filii
Ioseph in duas divisi tribus Ma-
nasse et Ephraim
21,3; Nm 35,2.3! nec acceperunt Levitae aliam in ter-
ra partem
nisi urbes ad habitandum et subur-
bana earum
ad alenda iumenta et pecora sua
5 sicut praecepit Dominus Mosi ita fe-
cerunt filii Israhel et diviserunt ter-
ram
6 accesserunt itaque filii Iuda ad Iosue
in Galgala
Nm 32,12 locutusque est ad eum Chaleb filius
Iepphonne Cenezeus
nosti quid locutus sit Dominus ad
Mosen hominem Dei de me et te in
Cadesbarne
7 quadraginta annorum eram quando
Nm 13,18! me misit Moses famulus Domini de
Cadesbarne ut considerarem ter-
ram
nuntiavique ei quod mihi verum vi-
debatur
8 fratres autem mei qui ascenderant
mecum dissolverunt cor populi
Nm 14,24! et nihilominus ego secutus sum Do-
minum Deum meum
9 iuravitque Moses in die illo dicens
Dt 1,36; 11,24 terram quam calcavit pes tuus erit
possessio tua et filiorum tuorum in
aeternum
quia secutus es Dominum Deum
meum
10 concessit ergo Dominus vitam mihi
sicut pollicitus est usque in prae-
sentem diem
quadraginta et quinque anni sunt ex
quo locutus est Dominus verbum
istud ad Mosen
quando ambulabat Israhel per soli-
tudinem
hodie octoginta quinque annorum
sum
11 sic valens ut eo valebam tempore
quando ad explorandum missus
sum
illius in me temporis fortitudo usque Sir 46,11
hodie perseverat
tam ad bellandum quam ad gradien-
dum
12 da ergo mihi montem istum quem
pollicitus est Dominus te quoque
audiente
in quo Enacim sunt et urbes magnae 11,21; Nm 13,29!
atque munitae
si forte sit Dominus mecum et po-
tuero delere eos sicut promisit mihi
13 benedixitque ei Iosue et tradidit Heb- 15,13! 21,12; Idc 1,20
ron in possessionem
14 atque ex eo fuit Hebron Chaleb filio
Iepphonne Cenezeo usque in prae-
sentem diem
quia secutus est Dominum Deum Is-
rahel
15 nomen Hebron antea vocabatur Ca- 15,13! 54; Idc 1,10
riatharbe
Adam maximus ibi inter Enacim si-
tus est
et terra cessavit a proeliis 11,23
15 igitur sors filiorum Iudae per co- 20
gnationes suas ista fuit 1–4: Nm 34,3–5
a termino Edom desertum Sin con-
tra meridiem
et usque ad extremam partem aus-
tralis plagae
2 initium eius a summitate maris Sal-
sissimi et a lingua eius quae respicit
meridiem
3 egrediturque contra ascensum Scor-
pionis et pertransit in Sina
ascenditque in Cadesbarne et per-
venit in Esrom
ascendens Addara et circumiens Ca-

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

3 acceperant CLS | 4 successerunt CΣΛSc | filiis OΣΦ | in terram OCF | 5 praeceperat Cc | 6 accesserunt] ascenderunt CS | in galgal AFT | quid locutus sit] quod loc. est AC. | et + de CΛF | in² *om.* OF. | 7 ~ misit me c | 9 terra ACΣSMc | 10 istum C | octoginta + et OSM | 13 ei *om.* C | tradidit + ei Cc | 14 est] es C | 15 antea] ante ΣTMΦc | inter] in terra CΣΛFT; in terram S. || **15**,2 et *om.* OS. | 3 egredieturque CΛ | ad addar c. |

ricaa
4 atque inde pertransiens in Asemona et perveniens ad torrentem Aegypti
eruntque termini eius mare Magnum
hic erit finis meridianae plagae
5 ab oriente vero erit initium mare Salsissimum usque ad extrema Iordanis
et ea quae respiciunt aquilonem
a lingua maris usque ad eundem Iordanem fluvium
18,19.21.22 6 ascenditque terminus in Bethagla et transit ab aquilone in Betharaba
18,18 ascendens ad lapidem Boem filii Ruben
7—9: 18,14–18 7 et tendens usque ad terminos Debera
de valle Achor contra aquilonem respiciens Galgala
quae est ex adverso ascensionis Adommim ab australi parte torrentis
transitque aquas quae vocantur fons Solis
III Rg 1,9 et erunt exitus eius ad fontem Rogel
8 ascenditque per convallem filii Ennom ex latere Iebusei ad meridiem
haec est Hierusalem
et inde se erigens ad verticem montis qui est contra Gehennom ad occidentem
in summitate vallis Rafaim contra aquilonem
9 pertransitque a vertice montis usque ad fontem aquae Nepthoa
et pervenit usque ad vicos montis Ephron
inclinaturque in Bala quae est Cariathiarim id est urbs Silvarum
10 et circuit de Bala contra occidentem usque ad montem Seir
transitque iuxta latus montis Iarim
ad aquilonem in Cheslon
et descendit in Bethsames
transitque in Thamna 11 et pervenit contra aquilonem partis Accaron ex latere
inclinaturque Sechrona et transit montem Baala
pervenitque in Iebnehel
et maris Magni contra occidentem fine concluditur
12 hii sunt termini filiorum Iuda per circuitum in cognationibus suis
13 Chaleb vero filio Iepphonne dedit partem in medio filiorum Iuda 14,13! 19,1.2; 21,11.12 13—19: Idc 1,10–15
sicut praeceperat ei Dominus
Cariatharbe patris Enach ipsa est Hebron 14,15! 20,7
14 delevitque ex ea Chaleb tres filios Enach Nm 13,23! Idc 1,20
Sesai et Ahiman et Tholmai de stirpe Enach
15 atque inde conscendens venit ad habitatores Dabir 49; 10,38
quae prius vocabatur Cariathsepher
id est Civitas litterarum
16 dixitque Chaleb
qui percusserit Cariathsepher et ceperit eam
dabo illi Axam filiam meam uxorem
17 cepitque eam Othonihel filius Cenez frater Chaleb iunior Idc 3,9!
deditque ei Axam filiam suam uxorem
18 quae cum pergerent simul suasit viro ut peteret a patre suo agrum
suspiravitque ut sedebat in asino
cui Chaleb quid habes inquit
19 at illa respondit
da mihi benedictionem
terram australem et arentem dedisti mihi
iunge et inriguam

5 respiciunt + ad c | iordanem] iordanis S(*vid.*) c | 6 boen Σ cr; bohen C | 7 ex aduerso] aduersus C | torrentis] orientis CLF | 8 ascendit per C | qui] quae CL | 9 aquae *om.* OC | 10 descendit + inde CLS | 11 peruenitque] peruenit O | ~ magni maris c | 13 filio] filius AΣ | 16 illi] ei c | 18 quae] qui CΣL; quam S. | suasit uiro AO(uero) TΦr𝔐𝔊] suasit uir suus S; suasit ei uir eius ΣLM; suasa a uiro CΛF; suasa est a uiro suo c. |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

dedit itaque ei Chaleb inriguum superius et inferius
1 [20]haec est possessio tribus filiorum Iuda per cognationes suas
[21]erantque civitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom a meridie
Cabsehel et Eder et Iagur [22]et Cina et Dimona
Adeda [23]et Cedes et Asor Iethnan [24]Zif et Thelem
Baloth [25]et Asor nova et Cariothesrom haec est Asor [26]Aman
26—32: 19,2–7: I Par 4,28–32 Same et Molada [27]et Asergadda et Asemon
Bethfeleth [28]et Asersual et Bersabee et Baziothia [29]Bala et Hiim
Esem [30]et Heltholad Exiil et Harma
[31]Siceleg et Medemena et Sensenna
[32]Lebaoth et Selim et Aenremmon
omnes civitates viginti novem et villae earum
19,41; Idc 13,25! [33]in campestribus vero Esthaul et Saraa et Asena [34]et Azanoe
et Aengannim Thaffua et Aenaim [35]et Hierimoth
I Sm 17,1 Adulam Soccho et Azeca [36]et Saraim
Adithaim et Gedera et Giderothaim
urbes quattuordecim et villae earum
[37]Sanan et Adesa et Magdalgad
[38]Delean et Mesfa et Iecthel
[39]Lachis et Bascath et Aglon
[40]Thebbon et Lehemas et Chethlis [41]et Gideroth
Bethdagon et Neema et Maceda
civitates sedecim et villae earum
[42]Labana et Aether et Asan
[43]Ieptha et Esna et Nesib
[44]Ceila et Achzib et Maresa
civitates novem et villae earum
[45]Accaron cum vicis et villulis suis 45—47: 13,3
[46]ab Accaron usque ad mare omnia quae vergunt ad Azotum et viculos eius
[47]Azotus cum vicis et villulis suis
Gaza cum viculis et villulis suis usque ad torrentem Aegypti
mare Magnum terminus eius
[48]et in monte Samir et Iether et Soccho [49]et Edenna
Cariathsenna haec est Dabir 15
[50]Anab et Isthemo et Anim
[51]Gosen et Olon et Gilo
civitates undecim et villae earum
[52]Arab et Roma et Esaan
[53]Ianum et Bethafua et Afeca
[54]Ammatha et Cariatharbe haec est Hebron et Sior 14,15!
civitates novem et villae earum
[55]Maon et Chermel et Zif et Iotae
[56]Iezrehel et Iucadam et Zanoe
[57]Accaim Gebaa et Thamna
civitates decem et villae earum
[58]Alul et Bethsur et Gedor
[59]Mareth et Bethanoth et Elthecen
civitates sex et villae earum
[60]Cariathbaal haec est Cariathiarim urbs Silvarum et Arebba 9
civitates duae et villae earum
[61]in deserto Betharaba Meddin et Schacha
[62]Anepsan et civitas Salis et Engaddi
civitates sex et villae earum
[63]Iebuseum autem habitatorem Hie- Idc 1,21

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

19 inriguum] inriguam OCΣTMΦ | 22 dimona + et c | 23 asor + et c | 24 thelem + et Σc | 25 et[1] *om.* c. | 27 asemon + et c | 29 et baala c | hiim + et c. | 30 et exiil CΣΛLFS M; et xiil Φ; et cesil c. | 31 et siceleg Cc | 32 aen et remon c. | uiginti + et ASM | 34 et zanoe c | aengannim + et Σc | 35 hierimoth + et c. | adulam + et AS. | 36 sarim OΛLFSTMΦr; + et c | 38 masepha c. | 39 et lachis OLT. | 40 thebbon] chebbon c | leheman c. | 41 gideroth + et c | 44 et ceila c | 45 cum uicis et uillis ΣST; cum uillis et uicis O | 46 ad[2] *om.* OT. | 47 uicis et uillulis ACFSM cr] uicis et uiculis L; uicis et uillis Λ; uiculis et uillulis Σ; uiculis et uillis O; uiculis TΦ | uiculis et uillis[2] L; uicis et uillulis A cr | aegypti + et Φc | terminos OFM | 48 soccoth Ac | 49 et danna c.; + et Fc | 53 et ianum c | 55 maon et chermel] *ad v.* 54 *transpon.* C(*post* cariatharbe)F(*inter* cariath *et* arbe) | 61 betharaba + et ACLSM | sachacha c. | 62 nebsan Σ; et nepsan F; et nebsan c | ciuitas solis ΣΛ; ciuitates salis OFSMΦ | earum + fiunt simul centum quindecim OT |

rusalem non potuerunt filii Iuda
delere
II Sm 5,6; I Par 11,4 habitavitque Iebuseus cum filiis Iuda
in Hierusalem usque in praesentem
diem
16 cecidit quoque sors filiorum Ioseph
ab Iordane contra Hiericho et
aquas eius ab oriente
solitudo quae ascendit de Hiericho
ad montana Bethel 2 et egreditur de
18,13; Gn 28,19! Bethel Luzam
transitque terminum Archiatharoth
3 et descendit ad occidentem iuxta ter-
minum Ieflethi
18,13 usque ad terminos Bethoron inferio-
ris et Gazer
finiunturque regiones eius mari Mag-
no
4 possederuntque filii Ioseph Manasse
et Ephraim
5 et factus est terminus filiorum Eph-
raim per cognationes suas et pos-
sessio eorum
18,13 contra orientem Atharothaddar us-
que Bethoron superiorem
6 egrediunturque confinia in mare
Machmethath vero aquilonem re-
spicit
et circuit terminus contra orientem
in Thanathselo
et pertransit ab oriente Ianoe
7 descenditque de Ianoe in Atharoth
et Noaratha
et pervenit in Hiericho
et egreditur ad Iordanem 8 de Taffua
17,9 pertransitque contra mare in valle
Harundineti
suntque egressus eius in mare Sal-
sissimum
haec est possessio tribus filiorum
Ephraim per familias suas
9 urbesque quae separatae sunt filiis 17,9
Ephraim in medio possessionis fili-
orum Manasse et villae earum
10 et non interfecerunt filii Ephraim Idc 1,29
Chananeum qui habitabat in Gazer III Rg 9,16
habitavitque Chananeus in medio
Ephraim usque in diem hanc tri-
butarius
17 cecidit autem sors tribui Manasse Gn 48,17.18
ipse est enim primogenitus Ioseph
Machir primogenito Manasse patri Nm 32,40!
Galaad qui fuit vir pugnator 1–3: Nm 26,29–33;
habuitque possessionem Galaad et I Par 7,14–19
Basan
2 et reliquis filiorum Manasse iuxta
familias suas
filiis Abiezer et filiis Elech et filiis
Esrihel
et filiis Sechem et filiis Epher et filiis
Semida
isti sunt filii Manasse filii Ioseph ma-
res per cognationes suas
3 Salphaad vero filio Epher filii Ga- 3.4: Nm 27,1.2;
laad filii Machir filii Manasse 36,11.12
non erant filii sed solae filiae
quarum ista sunt nomina
Maala et Noa Egla et Melcha et
Thersa
4 veneruntque in conspectu Eleazari 14,1! Nm 36,1.2
sacerdotis et Iosue filii Nun et prin-
cipum dicentes
Dominus praecepit per manum Mosi
ut daretur nobis possessio in medio
fratrum nostrorum
deditque eis iuxta imperium Domini Nm 27,3.6
possessionem in medio fratrum pat-
ris earum
5 et ceciderunt funiculi Manasse de- 22,7
cem
absque terra Galaad et Basan trans
Iordanem

63 habitauit A ‖ **16**,1 ascendit] descendit AC. | de *om.* OTΦ | ad montem c | 3 inferiores OF.; in inferioribus TΦ | 6 circumiit OC | terminus AOFr𝔐] terminos *cet.* | pertransiit O. | 7 in² *om.* CΣ | et egreditur] egrediturque c. | 8 pertransit contra c | in uallem c | 9 urbesque quae *restituimus, cf.* 𝔐] urbesque ACT cr; urbes quae *cet.* | 10 habitabat] habitauit C ‖ **17**,1 enim *om.* Σ; ~ enim est c | primogenitus² AL | 2 et⁶ *om.* OT. | filio ioseph AOLST; filiorum ioseph M. | 3 noa + et CLM c | 4 in conspectum OCM | et²] ac C |

AOC
ΣΛLFSTMΦ
cr

6 filiae enim Manasse possederunt hereditatem in medio filiorum eius
terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant
7 fuitque terminus Manasse ab Aser Machmathath quae respicit Sychem
et egreditur ad dextram iuxta habitatores fontis Taffuae
8 etenim in sorte Manasse ceciderat terra Taffuae
quae est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim
16,8 9 descenditque terminus vallis Harun-
16,9 dineti in meridiem torrentis civitatum Ephraim quae in medio sunt urbium Manasse
terminus Manasse ab aquilone torrentis
et exitus eius pergit ad mare
10 ita ut ab austro sit possessio Ephraim
et ab aquilone Manasse
et utramque claudat mare
et coniungantur sibi in tribu Aser ab aquilone
et in tribu Isachar ab oriente
I Par 1,29 11 fuitque hereditas Manasse in Isachar et in Aser
11–13: Idc 1,27.28 Bethsan et viculi eius
et Ieblaam cum villulis suis
et habitatores Dor cum oppidis suis
habitatores quoque Hendor cum villulis suis
similiterque habitatores Thanach cum villulis suis
et habitatores Mageddo cum viculis suis
et tertia pars urbis Nofeth
12 nec potuerunt filii Manasse has subvertere civitates
sed coepit Chananeus habitare in terra ista
13 postquam autem convaluerunt filii Israhel
subiecerunt Chananeos et fecerunt III Rg 9,21; II Par 8,8
sibi tributarios nec interfecerunt eos
14 locutique sunt filii Ioseph ad Iosue atque dixerunt
quare dedisti mihi possessionem sortis et funiculi unius
cum sim tantae multitudinis et bene- Gn 48,19.20
dixerit mihi Dominus
15 ad quos Iosue ait
si populus multus es ascende in silvam
et succide tibi spatia in terra Ferezei et Rafaim
quia angusta est tibi possessio montis Ephraim
16 cui responderunt filii Ioseph
non poterimus ad montana conscendere
cum ferreis curribus utantur Chana- Idc 1,19; 4,3
nei
qui habitant in terra campestri
in qua sitae sunt Bethsan cum viculis suis
et Iezrahel mediam possidens vallem Idc 6,33
17 dixitque Iosue ad domum Ioseph Ephraim et Manasse
populus multus es et magnae fortitudinis
non habebis sortem unam 18 sed transibis ad montem
et succides tibi atque purgabis ad habitandum spatia
et poteris ultra procedere
cum subverteris Chananeum
quem dicis ferreos habere currus et esse fortissimum

18 congregatique sunt omnes filii Isra- 22,12; Idc 18,31
hel in Silo

AOC ΣΛLFSTMΦ cr
6 in sorte OΣ | 7 quae] qui A | 9 in meridie CF | 10 ~ possessio ephraim sit ab austro c | utrumque T; utraque C | 11 uiculi] uiculis AΣFST; uillis L. | uillulis[1] ASMr] uillis CΛFTΦ; uiculis OΣLc | uillulis[2] ASTMΦr] uillis CΛLF; uiculis OΣc | uillulis[3] ASTMΦr] uillis CΣΛLF; uiculis Oc | uiculis] uillulis Ar; uillis ΛF | 12 ~ has ciuitates subuertere c; ~ ciuitates has subuertere S. | ista] sua TMΦc | 14 atque] et c | 15 es] est O | in silua OΣ ||

Idc 20,27 ibique fixerunt tabernaculum testimonii
et fuit eis terra subiecta
[2] remanserant autem filiorum Israhel septem tribus
quae necdum acceperant possessiones suas
[3] ad quos Iosue ait
usquequo marcetis ignavia
Nm 14,30! et non intratis ad possidendam terram quam Dominus Deus patrum vestrorum dedit vobis
[4] eligite de singulis tribubus ternos viros
ut mittam eos et pergant atque circumeant terram
8 et describant eam iuxta numerum uniuscuiusque multitudinis
referantque ad me quod descripserint
[5] dividite vobis terram in septem partes
Iudas sit in terminis suis ab australi plaga
et domus Ioseph ab aquilone
9.10! [6] mediam inter hos terram in septem partes describite
et huc venietis ad me
8 ut coram Domino Deo vestro mittam vobis hic sortem
Dt 10,9! [7] quia non est inter vos pars Levitarum
13,8! sed sacerdotium Domini est eorum hereditas
Gad autem et Ruben et dimidia tribus Manasse
iam acceperant possessiones suas trans Iordanem ad orientalem plagam
quas dedit eis Moses famulus Domini
[8] cumque surrexissent viri ut pergerent
4 ad describendam terram
praecepit eis Iosue dicens
circuite terram et describite eam ac revertimini ad me
ut hic coram Domino Deo in Silo mittam vobis sortem 6!
[9] itaque perrexerunt et lustrantes eam in septem partes diviserunt scribentes in volumine
reversique sunt ad Iosue in castra Silo
[10] qui misit sortes coram Domino in Silo 19,51!
divisitque terram filiis Israhel in septem partes
[11] et ascendit sors prima filiorum Beniamin per familias suas
ut possiderent terram inter filios Iuda et filios Ioseph
[12] fuitque terminus eorum contra aquilonem ab Iordane
pergens iuxta latus Hiericho septentrionalis plagae
et inde contra occidentem ad montana conscendens
et perveniens in solitudinem Bethaven
[13] atque pertransiens iuxta Luzam ad meridiem ipsa est Bethel 16,2; Gn 28,19!
descenditque in Atharothaddar 16,5
in montem qui est ad meridiem Bethoron inferioris 16,3
[14] et inclinatur circumiens contra mare a meridie montis qui respicit Bethoron contra africum 14–18: 15,7–9
suntque exitus eius in Cariathbaal quae vocatur et Cariathiarim urbem filiorum Iuda
haec est plaga contra mare et occidentem
[15] a meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare
et pervenit usque ad fontem aquarum Nepthoa
[16] descenditque in partem montis qui respicit vallem filiorum Ennom
et est contra septentrionalem pla-

18,2 remanserunt ΟΣSTΦ | 7 sacerdotum ATΦ | dimidiam Σ; dimidium CΛFΦ | 8 deo *om.* c.; + uestro C | 12 in] ad F c | 14 ad meridie Λ; ad meridiem CF c | et[2] *om.* ALF SM | et[3]] ad c |

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

gam in extrema parte vallis Rafaim
descenditque Gehennom id est vallis
Ennom iuxta latus Iebusei ad austrum
et pervenit ad fontem Rogel
17 transiens ad aquilonem et egrediens
ad Aensemes id est fontem Solis
18 et pertransit usque ad tumulos qui
sunt e regione ascensus Adommim
15,6 descenditque ad Abenboen id est lapidem Boen filii Ruben
et pertransit ex latere aquilonis ad
campestria
descenditque in planitiem 19 et prae-
15,6 tergreditur contra aquilonem Bethagla
suntque exitus eius contra linguam
maris Salsissimi ab aquilone
in fine Iordanis ad australem plagam
20 qui est terminus illius ab oriente
28 haec est possessio filiorum Beniamin
per terminos suos in circuitu et familias singulas
21 fueruntque civitates eius Hiericho et
15,6 Bethagla et vallis Casis
22 Betharaba et Semaraim et Bethel
23 Avim et Affara et Ofra
24 villa Emona et Ofni et Gabee
civitates duodecim et villae earum
25—28: 9,17! 25 Gabaon et Rama et Beroth 26 et
Mesfe
Cafera et Ammosa 27 et Recem
Iarafei et Tharala 28 et Sela
15,8; Idc 19,10! Eleph et Iebus quae est Hierusalem
Gabaath et Cariath
civitates quattuordecim et villae earum
20 haec est possessio filiorum Beniamin
iuxta familias suas
19 et egressa est sors secunda filiorum
Symeon per cognationes suas
fuitque hereditas 2 eorum in medio 9: 15,13!
possessionis filiorum Iuda 2—7: 15,26–32
Bersabee et Sabee et Molada 3 et 2—9: I Par 4,28–33
Asersual
Bala et Asem 4 et Heltholath
Bethul Arma 5 et Seceleg et Bethmarchaboth
Asersusa 6 et Bethlebaoth et Saroen
civitates tredecim et villae earum
7 Ahin et Remmon et Athar et Asan
civitates quattuor et villae earum
8 omnes viculi per circuitum urbium
istarum
usque ad Balaath Berrameth contra
australem plagam
haec est hereditas filiorum Symeon
iuxta cognationes suas
9 in funiculo et possessione filiorum 1,2!
Iuda quia maior erat
et idcirco possederunt filii Symeon
in medio hereditatis eorum
10 cecidit quoque sors tertia filiorum
Zabulon per cognationes suas
et factus est terminus possessionis
eorum usque Sarith
11 ascenditque de mari et Medala ac
pervenit in Debbaseth
usque ad torrentem qui est contra
Iecennam
12 et revertitur de Sarith contra orientem in fines Ceseleththabor
et egreditur ad Dabereth
ascenditque contra Iafie
13 et inde pertransit ad orientalem plagam Getthefer Etthacasin
et egreditur in Remmon Ampthar et
Noa
14 et circuit ad aquilonem et Nathon
suntque egressus eius vallis Iepthahel

AOC ΣΛFSTMΦ cτ 16 descenditque[2] + in c. | uallis[2]] uallem c. | 18 pertransiit[1] AC. | pertransiit[2] AO | 20 illius *om.* O | singulas] suas c | 23 et auim AΛSM c | 26 mesfe + et c | 28 sela + et AOS | hierusalem + et AS | earum + fiunt omnes ciuitates uiginti sex AS. || **19**, 1 et *om.* AΣL | 3 asersual Cτ𝔐] hasersual c.; asersua *cet.* | 4 bethul + et Σc | 5 bethmarchaboth + et Sc | asersua AOΣΛLS | 8 berrameth] et ramoth CΣ.; beer ramath c. | plagam + fiunt omnes ciuitates decem et septem (octo S.) OS | 9 ~ in possessione et funiculo c | ~ filii simeon possederunt c | 10 ceciditque sors ΣΛFc | 11 et + de A | medala] merala c.; marala Σ | ac] et c | 12 ceseleth et thabor ALSM | 13 pertransit + usque Lc | et thacasin c. | 14 et nathon] ennathon CΣ; hanathon c. | ualles AF |

15 et Catheth et Nehalal et Semron et
Iedala et Bethleem
civitates duodecim et villae earum
16 haec est hereditas tribus filiorum Za-
bulon per cognationes suas urbes
et viculi earum
17 Isachar egressa est sors quarta per
cognationes suas
18 fuitque eius hereditas Hiezrahel et
Chasaloth et Sunem 19 et Afaraim
Seon et Anaarath 20 et Rabbith et
Cesion
Abes 21 et Rameth et Engannim et
Enadda et Bethfeses
22 et pervenit terminus usque Thabor
et Seesima et Bethsemes
eruntque exitus eius Iordanes
civitates sedecim et villae earum
23 haec est possessio filiorum Isachar
per cognationes suas urbes et vi-
culi earum
24 cecidit sors quinta tribui filiorum
Aser per cognationes suas
25 fuitque terminus eorum
Alchath et Oali et Beten et Axab
26 Elmelech et Amaad et Messal
et pervenit usque ad Carmelum ma-
ris et Siorlabanath
27 ac revertitur contra orientem Beth-
dagon
et pertransit usque Zabulon et val-
lem Iepthahel contra aquilonem in
Bethemech et Neihel
egrediturque ad levam Chabul 28 et
Achran et Roob et Amon et Canae
usque ad Sidonem magnam
29 revertiturque in Orma usque ad civi-
tatem munitissimam Tyrum et us-
que Osa
Gn 49,13; Idc 5,17 eruntque exitus eius in mare
de funiculo Acziba 30 et Amma et Idc 1,31
Afec et Roob
civitates viginti duae et villae earum
31 haec est possessio filiorum Aser per
cognationes suas urbes et viculi ea-
rum
32 filiorum Nepthalim sexta pars ceci-
dit per familias suas
33 et coepit terminus de Heleb et Helon
in Sananim et Adami quae est Ne-
ceb et Iebnahel usque Lecum
et egressus eorum usque ad Iorda-
nem
34 revertiturque terminus contra occi-
dentem in Aznoththabor
atque inde egreditur in Ucoca
et pertransit in Zabulon contra meri-
diem
et in Aser contra occidentem
et in Iuda ad Iordanem contra or-
tum solis
35 civitates munitissimae
Aseddim Ser et Ammath et Recchath
Chenereth 36 et Edema et Arama
Asor 37 et Cedes et Edrai
Nasor 38 et Ieron et Magdalel
Horem et Bethanath et Bethsemes Idc 1,33
civitates decem et novem et villae
earum
39 haec est possessio tribus filiorum
Nepthali per cognationes suas ur-
bes et viculi earum
40 tribui filiorum Dan per familias suas
egressa est sors septima
41 et fuit terminus possessionis eius
Saraa et Esthaol et Ahirsemes id est 15,33!
civitas Solis
42 Selebin et Ahialon et Iethela Idc 1,35
43 Helon et Themna et Acron
44 Helthecen et Gebthon et Baalath 21,23.24

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

15 iedala] ierala c. | 16 urbis AF.; urbi Σ.; *om.* O. | 18 hiezrahel et chasaloth] saloth iezrahel et chiana AS. | 19 afaraim + et c | 21 engannim CΣcr𝔐] enganni *cet.* | 22 terminus + eius ΣLSTMΦc | 24 ceciditque c | tribus AL | 25 olia AS.; chali c. | axaph Σc; axath O. | 26 et elmelech c; et lammelech C.; et melech A; et meleth L. | sior et labanath Σc | 27 orientem] occidentem AS. | 28 achran] abran c | canae Sr] cane A ΛF; cana c.; canaa CΣ; chananae OTMΦ; chanane L. | magnum OF | 30 afeca AOFT; afeci L. | 31 urbesque ΛFc | 32 pars] sors Ccr𝔐𝔊 | 33 heleph Cc; aleph ΣS; hebeth L. | 35 emath c | recchath + et c | 37 nasor] enhasor c. | 39 uiculi] uillae AS | 41 hirsemes c. | 44 et[1] *om.* c |

45 Iud et Benebarach et Gethremmon
46 aquae Hiercon et Areccon cum termino qui respicit Ioppen
Idc 18,27–29 47 et ipso fine concluditur
ascenderuntque filii Dan et pugnaverunt contra Lesem
ceperuntque eam et percusserunt in ore gladii
ac possederunt et habitaverunt in ea
vocantes nomen eius Lesemdan
ex nomine Dan patris sui
48 haec est possessio tribus filiorum Dan per cognationes suas urbes et viculi earum
49 cumque conplesset terram sorte dividere singulis per tribus suas
dederunt filii Israhel possessionem Iosue filio Nun in medio sui
50 iuxta praeceptum Domini urbem quam postulavit
24,30; Idc 2,9 Thamnathseraa in monte Ephraim
et aedificavit civitatem habitavitque in ea
14,1.2! 18,10! 51 hae sunt possessiones quas sorte diviserunt
21,1.2 Eleazar sacerdos et Iosue filius Nun
et principes familiarum ac tribuum filiorum Israhel
in Silo coram Domino ad ostium tabernaculi testimonii partitique sunt terram
20 et locutus est Dominus ad Iosue dicens
loquere filiis Israhel et dic eis
Nm 35,11.12! 2 separate urbes fugitivorum de quibus locutus sum ad vos per manum Mosi
3 ut confugiat ad eas quicumque animam percusserit nescius
Nm 35,27! et possit evadere iram proximi qui ultor est sanguinis
4 cum ad unam harum confugerit civitatum
stabitque ante portam civitatis
et loquetur senioribus urbis illius ea quae se conprobent innocentem
sicque suscipient eum et dabunt ei locum ad habitandum
5 cumque ultor sanguinis eum fuerit persecutus non tradent in manus eius
quia ignorans percussit proximum eius Dt 19,4
nec ante biduum triduumve eius probatur inimicus
6 et habitabit in civitate illa
donec stet ante iudicium causam reddens facti sui
et moriatur sacerdos magnus qui fuerit in illo tempore Nm 35,25.28
tunc revertetur homicida et ingredietur civitatem et domum suam de qua fugerat
7 decreveruntque Cedes in Galilea montis Nepthali
et Sychem in monte Ephraim 21,21
et Cariatharbe ipsa est Hebron in monte Iuda 15,13!
8 et trans Iordanem contra orientalem plagam Hiericho
statuerunt Bosor quae sita est in campestri solitudine de tribu Ruben Dt 4,43
et Ramoth in Galaad de tribu Gad 21,37
et Gaulon in Basan de tribu Manasse 21,27
9 hae civitates constitutae sunt cunctis filiis Israhel Nm 35,15!
et advenis qui habitant inter eos
ut fugeret ad eas qui animam nescius percussisset
et non moreretur in manu proximi effusum sanguinem vindicare cupientis
donec staret ante populum expositurus causam suam

AOC ΣΛLFSTMΦ cr
45 et iud c | benebarach] bane et barach c. | 46 aquae hiercon] atque hiercon AΣLSM; et meiarcon c. 47 et[1] + in ASMΦ | percusserunt + eam c | ac] et c | in eam A | 49 ~ sorte diuidere terram c. | 50 in montem OΛFTΦ | 51 haec ACΣΛLST || **20,1** dic] dices C; dicis A. | 3 confugiant CF | et] ut A | 4 ciuitatem[1] OT | stabit c.; statuitque O | 5 eius[2]] suum C | 6 ingreditur ACSM. | fugerit OΣ. | 9 haec ACΛLS | habitabant OΣLTΦc | cupientes OFT. ||

21 accesseruntque principes familia-
rum Levi
19.51 ad Eleazar sacerdotem et Iosue fili-
um Nun
et ad duces cognationum per singu-
las tribus filiorum Israhel
[2]locutique sunt ad eos in Silo terrae
Chanaan atque dixerunt
Nm 35,1–3! Dominus praecepit per manum Mosi
ut darentur nobis urbes ad habitan-
dum
et suburbana earum ad alenda iu-
menta
14.4! [3]dederuntque filii Israhel de posses-
sionibus suis iuxta imperium Do-
mini
civitates et suburbana earum
9.10 [4]egressaque est sors in familiam Ca-
ath filiorum Aaron sacerdotis
de tribubus Iuda et Symeon et Benia-
min civitates tredecim
20.21 [5]et reliquis filiorum Caath id est Le-
5—8: I Par 6,61–64 vitis qui superflui erant
de tribubus Ephraim et Dan et di-
midia tribu Manasse civitates de-
cem
27 [6]porro filiis Gerson egressa est sors
ut acciperent de tribubus Isachar
et Aser et Nepthalim
dimidiaque tribu Manasse in Basan
civitates numero tredecim
34 [7]et filiis Merari per cognationes suas
de tribubus Ruben et Gad et Zabu-
lon urbes duodecim
[8]dederuntque filii Israhel Levitis civi-
tates et suburbana earum
sicut praecepit Dominus per manum
Mosi singulis sorte tribuentes
4 [9]de tribubus filiorum Iuda et Symeon
9—19: I Par 6,54–60 dedit Iosue civitates quarum ista
sunt nomina
[10]filiis Aaron per familias Caath levi-
tici generis
prima enim sors illis egressa est
[11]Cariatharbe patris Enach quae vo- 15,13!
catur Hebron in monte Iuda et sub-
urbana eius per circuitum
[12]agros vero et villas eius dederat Cha- 14,13!
leb filio Iepphonne ad possidendum
[13]dedit ergo filiis Aaron sacerdotis
Hebron confugii civitatem ac sub-
urbana eius
et Lebnam cum suburbanis suis
[14]et Iether et Isthimon [15]et Helon
Dabir [16]et Ahin et Iethan et Bethse-
mes
cum suburbanis suis civitates novem
de tribubus ut dictum est duabus
[17]de tribu autem filiorum Beniamin Ier 1,1
Gabaon et Gabee [18]et Anathoth et
Almon
cum suburbanis suis civitates quat-
tuor
[19]omnes simul civitates filiorum Aaron
sacerdotis tredecim cum suburbanis
suis
[20]reliquis vero per familias filiorum 5
Caath levitici generis haec est data
possessio
[21]de tribu Ephraim urbs confugii Sy- 20,7
chem cum suburbanis suis in monte
Ephraim
et Gazer [22]et Cebsain et Bethoron
cum suburbanis suis civitates quat-
tuor
[23]de tribu quoque Dan
Elthece et Gebbethon [24]et Ahialon 19,44.45
et Gethremmon
cum suburbanis suis civitates quat-
tuor
[25]porro de dimidia tribu Manasse
Thanach et Gethremmon cum sub-
urbanis suis civitates duae
[26]omnes civitates decem et suburbana

21,1 familiarum] filiorum AS | ad eleazarum AS c | 2 terra AΣ | eorum OL | 4 in familia OΣLTΦ | caathi OLS | de tribu CΣLT | 5 superflui erant] superfuerant ΣΛT MΦ c | dimidia tribui Φ; dimidiae tribu CF; dimidiae tribui LTM; dimidiae tribus Σ | 6 tribu] tribui OT | 8 filiis israhel OΣS | singuli sorte ACFTΦ | 10 caathi OLS | 13 lebna AOΣ.; lobnam c. | 15 helon + et Σ c | 20 [*deest* L *usque ad* 22,5] | 21 urbes Σ M c; urbis TΦ | 25 duas AC |

AOC ΣΛ(L)FSTM Φ cr

earum datae sunt filiis Caath inferi-
27—40: 1 Par 6,71-81 oris gradus
6 [27]filiis quoque Gerson levitici generis
20,8; Dt 4,43 dedit de dimidia tribu Manasse con-
fugii civitatem Gaulon in Basan
et Bosram cum suburbanis suis civi-
tates duas
[28]porro de tribu Isachar Cesion et Da-
bereth [29]et Iaramoth et Engannim
cum suburbanis suis civitates quat-
tuor
[30]de tribu autem Aser Masal et Abdon
[31]et Elacoth et Roob
cum suburbanis suis civitates quat-
tuor
[32]de tribu quoque Nepthali civitatem
confugii Cedes in Galilea
et Ammothdor et Charthan cum sub-
urbanis suis civitates tres
[33]omnes urbes familiarum Gerson tre-
decim cum suburbanis suis
7 [34]filiis autem Merari Levitis inferioris
gradus per familias suas
data est de tribu Zabulon Iechenam
et Chartha [35]et Damna et Nalol
civitates quattuor cum suburbanis
suis
20,8; Dt 4,43 [37]et de tribu Gad civitates confugii
Ramoth in Galaad
et Manaim et Esebon et Iazer
civitates quattuor cum suburbanis
suis
[38]omnes urbes filiorum Merari per fa-
milias et cognationes suas duode-
cim
[39]itaque universae civitates Levitarum
in medio possessionis filiorum Is-
rahel

fuerunt quadraginta octo [40]cum sub- Nm 35,7
urbanis suis singulae per familias
distributae
[41]deditque Dominus Israheli omnem Gn 28,4!
terram quam traditurum se patri-
bus eorum iuraverat
et possederunt illam atque habita-
verunt in ea
[42]dataque est ab eo pax in omnes per 23,1; II Sm 7,1!
circuitum nationes
nullusque eis hostium resistere ausus 10,8!
est
sed cuncti in eorum dicionem redacti
sunt
[43]ne unum quidem verbum quod illis 23,14.15
praestaturum se esse promiserat ir-
ritum fuit
sed rebus expleta sunt omnia
22 eodem tempore vocavit Iosue Ru-
benitas et Gadditas et dimidiam
tribum Manasse [2]dixitque ad eos
fecistis omnia quae vobis praecepit Dt 34,9; IV Rg 21,8; II Par 33,8
Moses famulus Domini
mihi quoque in omnibus oboedistis
[3]nec reliquistis fratres vestros longo
tempore usque in praesentem diem
custodientes imperium Domini Dei
vestri
[4]quia igitur dedit Dominus Deus ves- 1,15!
ter fratribus vestris quietem ac pa-
cem sicut pollicitus est
revertimini et ite in tabernacula ves-
tra
et in terram possessionis quam tra-
didit vobis Moses famulus Domini
trans Iordanem
[5]ita dumtaxat ut custodiatis adtente Dt 11,22!
et opere conpleatis

ΛOC ΣΛFSTMΦ cr

27 de *om.* AOCΛFT | dimidiae CΣ; decima O. | tribui CS; tribus ΣΛ | ciuitates c | duae A | 30 et abdon ΣM cr𝔐] et achom et abdon acron O.; et aachom achron et abdon F.; et achom et abchrondon A.; et achom et abdon *cet.* | 31 helcath c | roob + acron C | 32 ciuitates CS c | 34 ~ de tribu zabulon data est O | 36 *versum om.* AOΛFTMΦr, *cf.* 𝔐 (*codd.*), *habent vero* CΣS c *et legunt*: de tribu quoque ruben ciuitates (ciuitatem Σ) confugii bosor in solitudine et (*om.* Σ) cedson et misor et ocho ciuitates quattuor cum suburbanis suis C(*ante v.* 37)Σ(*post v.* 37); et (*om.* c) de tribu ruben ultra iordanem contra hiericho ciuitatem (ciuitates c) refugii bosor in solitudine misor et iazer et iethson et masfa (mephaath c.) ciuitates quattuor cum suburbanis suis S c (*ante v.* 37) | 37 et de tribu] de tribu M c; de tribu quoque Σ | ciuitates[1]] ciuitatem ΣΛ; ciuitas r | 38 familias + suas A | 39 ~ ciuitates uniuersae c | 41 dominus + deus O c | 42 dicione CΣΦ; condicione O. || **22,2** ~ praecepit uobis c | 4 ac] et ΛF c |

mandatum et legem quam praecepit
vobis Moses servus Domini
ut diligatis Dominum Deum vestrum
et ambuletis in omnibus viis eius
Dt 11,13! et observetis mandata illius adhere-
atisque ei ac serviatis in omni corde
et in omni anima vestra
6 benedixitque eis Iosue et dimisit eos
qui reversi sunt in tabernacula sua
Dt 3,13 7 tribui autem Manasse mediae pos-
sessionem Moses dederat in Basan
17,5 et idcirco mediae quae superfuit de-
dit Iosue sortem inter ceteros frat-
res suos
trans Iordanem ad occidentalem eius
plagam
cumque dimitteret eos in taberna-
cula sua et benedixisset illis 8 dixit
ad eos
in multa substantia atque divitiis re-
vertimini ad sedes vestras
cum argento et auro aere ac ferro et
veste multiplici
Nm 31,27! dividite praedam hostium cum frat-
ribus vestris
Nm 32,29! 9 reversique sunt et abierunt filii Ru-
ben et filii Gad et dimidia tribus
Manasse a filiis Israhel
de Silo quae sita est in Chanaan
ut intrarent Galaad terram posses-
sionis suae
quam obtinuerant iuxta imperium
Domini in manu Mosi
10 cumque venissent ad tumulos Iorda-
nis in terra Chanaan
aedificaverunt iuxta Iordanem altare
infinitae magnitudinis
11 quod cum audissent filii Israhel et ad
eos certi nuntii detulissent
aedificasse filios Ruben et Gad et di-
midiae tribus Manasse altare

in terra Chanaan super Iordanis tu-
mulos contra filios Israhel
12 convenerunt omnes in Silo ut ascen- 18,1
derent et dimicarent contra eos
13 et interim miserunt ad illos in terram 30,31; Nm 31,6; I Par 9,20
Galaad Finees filium Eleazar sacer-
dotem
14 et decem principes cum eo singulos
de tribubus singulis
15 qui venerunt ad filios Ruben et Gad
et dimidiae tribus Manasse in ter-
ram Galaad
dixeruntque ad eos
16 haec mandat omnis populus Domini
quae est ista transgressio
cur reliquistis Dominum Deum Is- II Par 12,5! Ier 15,6!
rahel
aedificantes altare sacrilegum et a 19!
cultu illius recedentes
17 an parum vobis est quod peccastis Nm 25,3!
in Beelphegor
et usque in praesentem diem macula
huius sceleris in nobis permanet
multique de populo corruerunt
18 et vos hodie reliquistis Dominum Idc 10,13!
et cras in universum Israhel eius ira Nm 16,22!
desaeviet
19 quod si putatis inmundam esse ter-
ram possessionis vestrae
transite ad terram in qua tabernacu-
lum Domini est et habitate inter nos
tantum ut a Domino et a nostro con-
sortio non recedatis
aedificato altari praeter altare Do- 16,29
mini Dei vestri
20 nonne Achan filius Zare praeteriit 7,1!
mandatum Domini
et super omnem populum Israhel ira
eius incubuit
et ille erat unus homo
atque utinam solus perisset in sce-

5 seruus] famulus OS c | [*iterum adest* L] | 7 mediae¹] mediam C.; dimidiae ΣΛS c | ~ dimidiae autem tribui manasse c | eius *om.* TΦ c | illis] eis c | 8 ac] et CΣ | 9 dimidiae ACS | intrarent + in C; + terram L. | obtinuerunt ΛLS | 10 tumulum CS(*vid.*) | in terram c | 11 dimidia OΛFS; dimidiam L | tribum L | 13 in terra AΣLF | eleazari ΛFMΦ c | sacerdotis c | 14 ~ de singulis tribubus c | 15 in terra OLFTΦ | 18 dereliquistis AΣSM | ~ ira eius L c | 19 ad] in AS. | uestri] nostri cr𝔐 | 20 omnem] uniuersum AS. |

AOC
ΣΛ(L)FSTM
Φ cr

lere suo
21 responderuntque filii Ruben et Gad
et dimidiae tribus Manasse princi-
pibus legationis Israhel
22 fortissimus Deus Dominus fortissi-
mus Deus Dominus ipse novit
et Israhel simul intelleget
si praevaricationis animo hoc altare
construximus
non custodiat nos sed puniat in prae-
senti
27.29; Ex 40,27! III Rg 8,64! 23 et si ea mente fecimus ut holocausta
et sacrificium et pacificas victimas
super eo inponeremus
ipse quaerat et iudicet
24 et non ea magis cogitatione atque
tractatu ut diceremus
27 cras dicent filii vestri filiis nostris
Mt 8,29! Mc 5,7! quid vobis et Domino Deo Israhel
25 terminum posuit Dominus inter nos
et vos o filii Ruben et filii Gad Ior-
danem fluvium
et idcirco partem non habetis in Do-
mino
et per hanc occasionem avertent filii
vestri filios nostros a timore Domini
putavimus itaque melius 26 et diximus
34 extruamus nobis altare
non in holocausta neque ad victimas
offerendas
Gn 21,30 27 sed in testimonium inter nos et vos
et subolem nostram vestramque pro-
geniem
ut serviamus Domino et iuris nostri
23! sit offerre holocausta et victimas et
pacificas hostias
24 et nequaquam dicant cras filii vestri
filiis nostris
non est vobis pars in Domino
28 quod si voluerint dicere responde-
bunt eis
ecce altare Domini quod fecerunt
patres nostri
non in holocausta neque in sacrifi-
cium sed in testimonium vestrum
ac nostrum
29 absit a nobis hoc scelus
ut recedamus a Domino et eius vesti-
gia relinquamus
extructo altari ad holocausta et sac- 19! 23!
rificia et victimas offerendas
praeter altare Domini Dei nostri
quod extructum est ante taberna-
culum eius
30 quibus auditis Finees sacerdos et 13.14!
principes legationis Israhel qui
erant cum eo placati sunt
et verba filiorum Ruben et Gad et
dimidiae tribus Manasse libentis-
sime susceperunt
31 dixitque Finees filius Eleazari sacer- 13!
dos ad eos
nunc scimus quod nobiscum sit Do-
minus
quoniam alieni estis a praevaricati-
one hac
et liberastis filios Israhel de manu
Domini
32 reversusque est cum principibus a
filiis Ruben et Gad de terra Galaad
finium Chanaan ad filios Israhel et
rettulit eis
33 placuitque sermo cunctis audientibus
et laudaverunt Deum filii Israhel
et nequaquam ultra dixerunt ut a-
scenderent contra eos atque pug-
narent
et delerent terram possessionis eo-
rum
34 vocaveruntque filii Ruben et filii Gad
altare quod extruxerant 26.27!
Testimonium nostrum quod Domi-
nus ipse sit Deus
23 evoluto autem multo tempore post- 21,42!

AOC ΣΛLFSTMΦ cr 21 dimidia AΦc | 22 ~ dominus deus¹ CΣ | puniat + nos c | 23 sacrificia OL. | super eum CΣ | 25 habebitis OL | 27 domino¹ + deo nostro AO. | offerre + et c. | 28 holocaustum ASM. | ac] et C. | ~ nostrum ac uestrum Lc | 29 ~ hoc a nobis CS | derelinquamus AS. | 31 eleazar CL | dominus] deus A | 32 galaad + ad CLS | 33 deum] dominum AΛLFSM | 34 filii² *om.* AΣS. | extruxerunt AS | sit] est A ||

quam pacem Dominus dederat Is-
raheli
subiectis in gyro nationibus universis
13,1! I Sm 4,18; 17,12; III Rg 1,1! et Iosue iam longevo et persenilis
aetatis
24,1.2! Dt 31,28! 2 vocavit Iosue omnem Israhelem ma-
ioresque natu et principes ac duces
et magistros dixitque ad eos
ego senui et progressioris aetatis sum
3 vosque cernitis omnia quae fecerit
Dominus Deus vester cunctis per
circuitum nationibus
10,14! quomodo pro vobis ipse pugnaverit
11,23! Ps 77,54; Act 13,19 4 et nunc quia vobis sorte divisit om-
nem terram
ab orientali parte Iordanis usque ad
mare Magnum
multaeque adhuc supersunt nationes
Dt 12,29! 5 Dominus Deus vester disperdet eas
et auferet a facie vestra
et possidebitis terram sicut vobis pol-
licitus est
1,7! 6 tantum confortamini et estote solli-
citi
ut custodiatis cuncta quae scripta
sunt in volumine legis Mosi
et non declinetis ab eis nec ad dex-
tram nec ad sinistram
7 ne postquam intraveritis ad gentes
quae inter vos futurae sunt
Ex 23,13 iuretis in nomine deorum earum
et serviatis eis et adoretis illos
8 sed adhereatis Domino Deo vestro
quod fecistis usque in diem hanc
9 et tunc auferet Dominus in conspec-
tu vestro gentes magnas et robustis-
10,8! simas et nullus vobis resistere pot-
erit
10 unus e vobis persequetur hostium
mille viros
Ex 14,14! quia Dominus Deus vester pro vobis
ipse pugnabit sicut pollicitus est
11 hoc tantum diligentissime praeca-
vete
ut diligatis Dominum Deum vestrum Dt 11,13!
12 quod si volueritis gentium harum Idc 3,5.6!
quae inter vos habitant erroribus
adherere
et cum eis miscere conubia atque Dt 7,2.3!
amicitias copulare
13 iam nunc scitote quod Dominus De-
us vester non eas deleat ante faciem Idc 2,3 23
vestram
sed sint vobis in foveam ac laqueum Nm 33,55
et offendiculum ex latere vestro
et sudes in oculis vestris
donec vos auferat atque disperdat 16
de terra hac optima quam tradidit
vobis
14 en ego hodie ingrediar viam univer- III Rg 2,2
sae terrae et toto animo cognoscetis
quod de omnibus verbis quae se Do- 21,43
minus praestaturum nobis esse pol-
licitus est unum non praeterierit
in cassum
15 sicut ergo implevit opere quod pro-
misit et prospera cuncta venerunt
sic adducet super vos quicquid ma-
lorum comminatus est
donec vos auferat atque disperdat de
terra hac optima quam tradidit vo-
bis
16 eo quod praeterieritis pactum Do- Idc 2,20; IV Rg 17,38
mini Dei vestri quod pepigit vobis-
cum
et servieritis diis alienis et adorave- 24,20; Dt 7,4! Idc 2,17
ritis eos
cito atque velociter consurget in vos
furor Domini
et auferemini de terra hac optima 13
quam tradidit vobis
24 congregavitque Iosue omnes tribus 23,2! Dt 29,10!
Israhel in Sychem
et vocavit maiores natu ac principes
et iudices et magistros
steteruntque in conspectu Domini

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

23,1 ~ pacem dederat dominus Σ c; ~ dominus pacem dederat L | israhel AT; in israhel O. | iam] erat CFS | longeuus CΛFS | 2 uocauitque C | 4 diuisi r𝔐 | 6 nec[1]] neque c | nec[2]] neque LM c. | 7 eorum OΣ; ipsorum L. | 9 dominus + deus ΛF c | 13 et[1] + in CLF | 14 ingredior O c | ~ dominus praestaturum se C; se dom. praest. se S. | uobis Σ cr𝔐 | 16 ab hac terra c || **24,1** in conspectum C |

2 et ad populum sic locutus est
haec dicit Dominus Deus Israhel
14! trans fluvium habitaverunt patres
vestri ab initio
Gn 11,26 Thare pater Abraham et Nahor
servieruntque diis alienis
Gn 11,31! 3 tuli ergo patrem vestrum Abraham
de Mesopotamiae finibus
et adduxi eum in terram Chanaan
Gn 16,10! multiplicavique semen eius 4 et dedi
IV Esr 3,15 ei Isaac
illique rursum dedi Iacob et Esau
Dt 2,5 e quibus Esau dedi montem Seir ad
possidendum
Iacob vero et filii eius descenderunt
in Aegyptum
5 misique Mosen et Aaron et percussi
Ex 3,20 Aegyptum multis signis atque portentis
6 eduxique vos et patres vestros de
Lv 25,42! Aegypto et venistis ad mare
Ex 14,9! persecutique sunt Aegyptii patres
vestros cum curribus et equitatu
usque ad mare Rubrum
Ex 14,10; Idc 4,3 7 clamaverunt autem ad Dominum filii Israhel
Ex 14,20 qui posuit tenebras inter vos et Ae-
Ex 14,27! gyptios et adduxit super eos mare
et operuit illos
Dt 29,2! viderunt oculi vestri cuncta quae in
Aegypto fecerim
et habitastis in solitudine multo tempore
Dt 2,24! 8 et introduxi vos ad terram Amorrei
qui habitabat trans Iordanem
cumque pugnarent contra vos tradidi eos in manus vestras
et possedistis terram eorum atque
interfecistis illos
Dt 23,4.5! Idc 11,25 9 surrexit autem Balac filius Sepphor
rex Moab et pugnavit contra Israhelem
misitque et vocavit Balaam filium
Beor ut malediceret vobis
10 et ego nolui audire eum sed e contrario per illum benedixi vobis
et liberavi vos de manu eius
11 transistisque Iordanem et venistis ad
Hiericho
pugnaveruntque contra vos viri civitatis eius
Amorreus et Ferezeus et Chananeus Ex 23,23!
et Hettheus et Gergeseus et Eveus et
Iebuseus
et tradidi illos in manus vestras
12 misique ante vos crabrones et eieci Ex 23,28; Dt 7,20; Sap 12,8
eos de locis suis duos reges Amorreorum non in gladio et arcu tuo
13 dedique vobis terram in qua non laborastis Dt 6,10.11
et urbes quas non aedificastis ut habitaretis in eis
vineas et oliveta quae non plantastis
14 nunc ergo timete Dominum et servite ei perfecto corde atque verissimo Dt 10,12! I Sm 7,3; 12,24; Tb 14,10
et auferte deos quibus servierunt pat- 2: Idt 5,7
res vestri in Mesopotamia et in Aegypto ac servite Domino
15 sin autem malum vobis videtur ut
Domino serviatis
optio vobis datur eligite hodie quod
placet
cui potissimum servire debeatis
utrum diis quibus servierunt patres
vestri in Mesopotamia
an diis Amorreorum in quorum terra
habitatis
ego autem et domus mea serviemus
Domino
16 responditque populus et ait
absit a nobis ut relinquamus Dominum et serviamus diis alienis II Par 13,10; Idc 10,13!
17 Dominus Deus noster ipse eduxit Ex 3,17!
nos et patres nostros de terra Aegypti de domo servitutis

AOC ΣΛLFSTMΦ cr
3 tulit F | adduxit O | in terra OCF | multiplicauitque OF | 4 uero *om.* OM. | filiis OΣ. | 5 misitque AO | percussit A | 6 eduxitque A | 7 adduxi C | eos] illos A. | operui C. | illos] eos A c | 8 introduxit O | ad] in ΣL c | habitabant CSTM | illos] eos c | 11 ad] in C; *om.* Λ | et⁴ *om.* AΛFTM | 12 misitque OL | et²] nec c.; + in AΛFMΦ c | 15 ~ seruire potissimum OΣSMΦ c | in mesopotamiam OC |

Dt 6,22! fecitque videntibus nobis signa in-
gentia
et custodivit nos in omni via per
quam ambulavimus et in cunctis
populis per quos transivimus
Ex 33,2.3! [18]et eiecit universas gentes
Amorreum habitatorem terrae quam
nos intravimus
serviemus igitur Domino quia ipse
est Deus noster
[19]dixitque Iosue ad populum
non poteritis servire Domino
Ex 20,5! Deus enim sanctus et fortis aemula-
tor est
nec ignoscet sceleribus vestris atque
peccatis
23,16! [20]si dimiseritis Dominum et servieritis
diis alienis
convertet se et adfliget vos atque sub-
vertet postquam vobis praestiterit
bona
[21]dixitque populus ad Iosue
nequaquam ita ut loqueris erit sed
Domino serviemus
[22]et Iosue ad populum
Dt 26,17! testes inquit vos estis quia ipsi elege-
ritis vobis Dominum ut serviatis ei
responderuntque testes
Gn 35,2; Idc 10,16; I Sm 7,3 [23]nunc ergo ait auferte deos alienos de
medio vestrum
et inclinate corda vestra ad Domi-
num Deum Israhel
[24]dixitque populus ad Iosue
Dt 11,13! Domino Deo nostro serviemus ob-
oedientes praeceptis eius
[25]percussit igitur Iosue in die illo foe-
dus
et proposuit populo praecepta atque
iudicia in Sychem
Dt 31,24 [26]scripsitque omnia verba haec in vo-
lumine legis Dei
et tulit lapidem pergrandem posuit- I Sm 7,12
que eum subter quercum quae erat Idc 9,6
in sanctuario Domini
[27]et dixit ad omnem populum
en lapis iste erit vobis in testimonium Gn 31,48; Dt 31,26
quod audierit omnia verba Domini
quae locutus est vobis
ne forte postea negare velitis et men-
tiri Domino Deo vestro
[28]dimisitque populum singulos in pos- **28—31:** Idc 2,6–9
sessionem suam
[29]et post haec mortuus est Iosue filius Gn 50,25; I Sm 25,1!
Nun servus Domini centum decem
annorum
[30]sepelieruntque eum in finibus pos-
sessionis suae in Thamnathsare 19,50
quae sita est in monte Ephraim
a septentrionali parte montis Gaas
[31]servivitque Israhel Domino cunctis
diebus Iosue
et seniorum qui longo vixerunt tem-
pore post Iosue
et qui noverant omnia opera Domini
quae fecerat in Israhel
[32]ossa quoque Ioseph quae tulerant
filii Israhel de Aegypto sepelierunt
in Sychem
in parte agri quem emerat Iacob a Gn 33,19!
filiis Emmor patris Sychem centum
novellis ovibus
et fuit in possessione filiorum Ioseph Io 4,5
[33]Eleazar quoque filius Aaron mortuus
est et sepelierunt eum in Gaab Fi-
nees filii eius quae data est ei in
monte Ephraim

EXPLICIT LIBER IOSUE BENNUN

ID EST IESU NAVE

INCIPIT LIBER SOPTHIM

ID EST IUDICUM

AOC ΣΛLFSTMΦ cr

18 amorreorum AC | habitatores C | est + dominus AOLr | 21 ita *om.* A | 22 testis OF. | ut] et OL. | 23 uestrum] uestri ΣΛLTMc | 24 nostro *om.* C | oboedientes AOCΣSr] et oboedientes erimus *cet.* | 25 igitur] ergo Tc. | 26 scripsit quoque MΦc | ~ uerba omnia CS | dei] domini OTΦc | quae] qui AC. | in sanctuarium O | 27 audieritis CΣΛSΦ | 29 centum + et c. | 30 in finibus] in terram AS(*vid.*). | ~ est sita Fc | in montem OF. | 31 nouerunt Σc | 32 in partem OSTMΦ | in possessionem TMΦc | 33 gaba S; gabaam O.; gabaad CT; gabaath ΣLc | filii ΣMcr𝔐] et filii L; et filius T; filius *cet.* ||

20,18 Post mortem Iosue consuluerunt
filii Israhel Dominum dicentes
quis ascendet ante nos contra Cha-
naneum et erit dux belli
[2]dixitque Dominus Iudas ascendet
Ios 2,24! ecce tradidi terram in manus eius
[3]et ait Iudas Symeoni fratri suo
ascende mecum in sorte mea et pug-
na contra Chananeum
ut et ego pergam tecum in sorte tua
et abiit cum eo Symeon
[4]ascenditque Iudas et tradidit Domi-
nus Chananeum ac Ferezeum in
manus eorum
et percusserunt in Bezec decem milia
virorum
[5]inveneruntque Adonibezec in Bezec
et pugnaverunt contra eum ac per-
cusserunt Chananeum et Ferezeum
[6]fugit autem Adonibezec
quem secuti conprehenderunt caesis
summitatibus manuum eius ac pe-
dum
[7]dixitque Adonibezec
septuaginta reges amputatis manu-
um ac pedum summitatibus
colligebant sub mensa mea ciborum
reliquias
sicut feci ita reddidit mihi Deus
adduxeruntque eum in Hierusalem
et ibi mortuus est
Ios 10,36.37! [8]obpugnantes ergo filii Iuda Hierusa-
lem ceperunt eam
Dt 13,16! et percusserunt in ore gladii traden-
tes cunctam incendio civitatem
[9]et postea descendentes pugnaverunt
contra Chananeum
Dt 1,7! qui habitabat in montanis et ad meri-
diem et in campestribus
10—15: Ios 15,13–19 [10]pergensque Iudas contra Chanane-
Ios 14,15! um qui habitabat in Hebron
cui nomen fuit antiquitus Cariath-
arbe
percussit Sisai et Ahiman et Tholmai Nm 13,23!
[11]atque inde profectus abiit ad habi-
tatores Dabir
cuius nomen vetus erat Cariathse-
pher
id est civitas Litterarum
[12]dixitque Chaleb
qui percusserit Cariathsepher et vas-
taverit eam
dabo ei Axam filiam meam uxorem
[13]cumque cepisset eam Othonihel filius 3,9!
Cenez frater Chaleb minor
dedit ei filiam suam coniugem
[14]quam pergentem in itinere monuit
vir suus
ut peteret a patre suo agrum
quae cum suspirasset sedens asino
dixit ei Chaleb quid habes
[15]at illa respondit
da mihi benedictionem
quia terram arentem dedisti mihi
da et inriguam aquis
dedit ergo ei Chaleb inriguum supe-
rius et inriguum inferius
[16]filii autem Cinei cognati Mosi
ascenderunt de civitate Palmarum 3,13; Dt 34,3; II Par 28,15
cum filiis Iuda
in desertum sortis eius quod est ad Nm 21,1
meridiem Arad
et habitaverunt cum eo
[17]abiit autem Iudas cum Symeone frat-
re suo
et percusserunt simul Chananeum
qui habitabat in Sephath et inter-
fecerunt eum
vocatumque est nomen urbis Horma Nm 21,3
id est anathema
[18]cepitque Iudas Gazam cum finibus
suis
et Ascalonem atque Accaron cum
terminis suis

(V)AOC ΣΛL(F)STM Φ cr

Iudicum. *Citantur* VAOC *et* ΣΛLFSTMΦl *ac* cr. *Tit.* liber iudicum hebraice sophetim c ‖ 1,1 [*desunt* V *usque ad v.* 7, F *usque ad v.* 9, l *usque ad* 20,41] | 2 ascendat C; ascendit OLS | 3 in sortem meam c | in sortem tuam c | 5 ac] et AT; *om.* Σ. | 6 quem persecuti c | 7 reddit O | deus] dominus CΣLSTMΦ | [*incipit* V] | 9 [*iterum adest* F] | et[3] *om.* OS | 10 cui VOCFr] cuius *cet.* | 13 minor] iunior C | ei + axam c | 14 in asino OCΣΛLSMc | 15 in superius VF. |

19 fuitque Dominus cum Iuda et montana possedit
Ios 17,16 nec potuit delere habitatores vallis
4,3 quia falcatis curribus abundabant
Ios 14,13! 20 dederuntque Chaleb Hebron sicut dixerat Moses
Ios 15,14! qui delevit ex ea tres filios Enach
Ios 15,63! 21 Iebuseum autem habitatorem Hierusalem non deleverunt filii Beniamin
II Sm 5,6 habitavitque Iebuseus cum filiis Beniamin in Hierusalem usque in praesentem diem
22 domus quoque Ioseph ascendit in Bethel
fuitque Dominus cum eis
Gn 28,19! 23 nam cum obsiderent urbem quae prius Luza vocabatur
24 viderunt hominem egredientem de civitate
dixeruntque ad eum
ostende nobis introitum civitatis et
Gn 47,29; Ios 2,14 faciemus tecum misericordiam
25 qui cum ostendisset eis
Ios 10,36.37! percusserunt urbem in ore gladii
Ios 6,25 hominem autem illum et omnem cognationem eius dimiserunt
26 qui dimissus abiit in terram Etthim et aedificavit ibi civitatem
vocavitque eam Luzam
quae ita appellatur usque in praesentem diem
27,28; Ios 17,11–13 27 Manasses quoque non delevit Bethsan et Thanach cum viculis suis
et habitatores Dor et Ieblaam et Mageddo cum viculis suis
coepitque Chananeus habitare cum eis
28 postquam autem confortatus est Israhel
III Rg 9,21; II Par 8,8 fecit eos tributarios et delere noluit
Ios 16,10 29 Ephraim etiam non interfecit Cha-
III Rg 9,16 naneum qui habitabat in Gazer
sed habitavit cum eo

30 Zabulon non delevit habitatores Cetron et Naalon
sed habitavit Chananeus in medio eius
factusque est ei tributarius
31 Aser quoque non delevit habitatores Achcho et Sidonis
Alab et Achazib et Alba et Afec et Roob Ios 19,29.30
32 habitavitque in medio Chananei habitatoris illius terrae nec interfecit eum
33 Nepthali non delevit habitatores Bethsemes et Bethanath Ios 19,38
et habitavit inter Chananeum habitatorem terrae
fueruntque ei Bethsemitae et Bethanitae tributarii
34 artavitque Amorreus filios Dan in monte
nec dedit eis locum ut ad planiora descenderent
35 habitavitque in monte Hares quod interpretatur testaceo Ios 19,42
in Ahilon et Salabim
et adgravata est manus domus Ioseph
factusque est ei tributarius
36 fuit autem terminus Amorrei
ab ascensu Scorpionis Petra et superiora loca
2 ascenditque angelus Domini de Galgal ad locum Flentium et ait
eduxi vos de Aegypto et introduxi in terram Ex 33,1!
pro qua iuravi patribus vestris et pollicitus sum
ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum Gn 17,7!
2 ita dumtaxat ut non feriretis foedus cum habitatoribus terrae huius et Ex 23,32!
aras eorum subverteretis Ex 34,13!
et noluistis audire vocem meam 16; 6,10
cur hoc fecistis

27 et[2] *om.* O | uiculis[2]] uillis VT; uillulis S | 30 naalol c. | 33 nepthali + quoque c. | 34 in montem VCT | planitiora AL. | 35 in montem VCF | 36 scorpionis + et C | petrae OM || 2,1 galgala ΛFTMΦ; galgalis c. | 2 et[1]] ut O.; sed c. | cur] quum V |

VAOC ΣΛLFSTMΦ cr

23; Ios 23.13 3 quam ob rem nolui delere eos a facie
vestra
Dt 7.16 ut habeatis hostes et dii eorum sint
vobis in ruinam
I Sm 11.4 4 cumque loqueretur angelus Domini
verba haec ad omnes filios Israhel
Nm 14.1! elevaverunt vocem suam et fleverunt
5 et vocatum est nomen loci illius Flen-
tium sive Lacrimarum
Ex 18.12! I Sm 1.21! II Par 1.6 immolaveruntque ibi hostias Do-
mino
6—9: Ios 24.28–31 6 dimisit ergo Iosue populum
et abierunt filii Israhel unusquisque
in possessionem suam ut obtine-
rent eam
7 servieruntque Domino cunctis die-
bus eius
et seniorum qui longo post eum vi-
xerunt tempore
et noverant omnia opera Domini
quae fecerat cum Israhel
8 mortuus est autem Iosue filius Nun
famulus Domini centum et decem
annorum
9 et sepelierunt eum in finibus posses-
Ios 19.50 sionis suae in Thamnathsare in
monte Ephraim
a septentrionali plaga montis Gaas
10 omnisque illa generatio congregata
est ad patres suos
et surrexerunt alii qui non noverant
Dominum et opera quae fecerat
cum Israhel
3.12; 4.1; 6.1; 13.1; Dt 31.29! II Esr 9.28 11 feceruntque filii Israhel malum in
conspectu Domini
3.7! 10.6 et servierunt Baalim
III Rg 9.9; II Par 7.22 12 ac dimiserunt Dominum Deum pat-
rum suorum
Dt 29.25.26! qui eduxerat eos de terra Aegypti
et secuti sunt deos alienos
deos quoque populorum qui habita-
bant in circuitu eorum
et adoraverunt eos
et ad iracundiam concitaverunt Do- Dt 4.25!
minum
13 dimittentes eum et servientes Baal 3.7! 8.33; 10.6.10!
et Astharoth
14 iratusque Dominus contra Israhel 3.8; 10.7
tradidit eos in manibus diripientium
qui ceperunt eos et vendiderunt hos- II Esr 9.28
tibus qui habitabant per gyrum
nec potuerunt resistere adversariis
suis
15 sed quocumque pergere voluissent
manus Domini erat super eos
sicut locutus est et iuravit eis
et vehementer adflicti sunt
16 suscitavitque Dominus iudices qui 3.9! Act 13.20
liberarent eos de vastantium mani- I Sm 12.11
bus
sed nec illos audire voluerunt 2!
17 fornicantes cum diis alienis et ado- 8.33! Ios 23.16!
rantes eos
cito deseruerunt viam per quam in-
gressi fuerant patres eorum
et audientes mandata Domini omnia
fecere contraria
18 cumque Dominus iudices suscitaret
in diebus eorum flectebatur miseri-
cordia
et audiebat adflictorum gemitus
et liberabat eos de caede vastantium
19 postquam autem mortuus esset iudex 8.33
revertebantur et multo maiora facie-
bant quam fecerant patres sui
sequentes deos alienos et servientes
eis et adorantes illos
non dimiserunt adinventiones suas
et viam durissimam per quam ambu-
lare consueverant
20 iratusque est furor Domini in Israhel Ios 23.16!
et ait

(V)AOC ΣΛLFSTMΦ cr 4 ~ haec uerba c | eleuauerunt + ipsi c. | 5 uocatumque est AM | illius + locus c. | 8 ~ mortuus autem est VΛF; mortuusque est A. | 10 nouerunt VS | 12 eduxit AO | deos quoque] deosque AΣSTΦ cr; deos O | 14 [*deest* V *usque ad* 3,2] | in manus ACΣM c; manibus O | 15 erat *om.* S.; ~ super eos erat A c | 16 illos] eos c. | 17 fuerunt O | mandatum C | fecerunt ΛFM; facere OCLT | 18 adflictionem AO. | 19 esset] est C; est et F. | maiora faciebant] faciebant peiora c | sui AOT r] eorum *cet.* | et² *om.* c. | consuerant AF.; consueuerunt Λ c |

quia irritum fecit gens ista pactum
meum quod pepigeram cum patribus eorum
et vocem meam audire contempsit
3,1 21 et ego non delebo gentes quas dimisit Iosue et mortuus est
22 ut in ipsis experiar Israhel
Ex 16,28! utrum custodiant viam Domini et ambulent in ea
sicut custodierunt patres eorum an non
3; Ios 23,13 23 dimisit ergo Dominus omnes has nationes et cito subvertere noluit
nec tradidit in manibus Iosue
2,21.22 **3** hae sunt gentes quas Dominus dereliquit
ut erudiret in eis Israhelem et omnes qui non noverant bella Chananeorum
2 et postea discerent filii eorum certare cum hostibus
et habere consuetudinem proeliandi
Ios 13,3–6 3 quinque satrapas Philisthinorum
omnemque Chananeum et Sidonium atque Eveum qui habitabat in monte Libano
de monte Baalhermon usque ad introitum Emath
4 dimisitque eos ut in ipsis experiretur Israhelem
Ex 16,28! utrum audiret mandata Domini quae praeceperat patribus eorum per manum Mosi an non
Ios 23,12! Ps 105,35.36 5 itaque filii Israhel habitaverunt in medio Chananei et Hetthei et Amorrei et Ferezei et Evei et Iebusei
6 et duxerunt uxores filias eorum
I Esr 9,2! ipsique filias suas eorum filiis tradiderunt
et servierunt diis eorum
2,11! 7 feceruntque malum in conspectu Domini et obliti sunt Dei sui 2,13; IV Esr 1,6
servientes Baalim et Astharoth
8 iratusque Dominus contra Israhel 2,14!
tradidit eos in manus Chusanrasathaim regis Mesopotamiae
servieruntque ei octo annis
9 et clamaverunt ad Dominum qui suscitavit eis salvatorem et liberavit eos 15; II Esr 9,27; Is 19,20 2,16! IV Rg 13,5
Othonihel videlicet filium Cenez fratrem Chaleb minorem 1,13; Ios 15,17
10 fuitque in eo spiritus Domini et iudicavit Israhel 13,25; 14,6! Ex 31,3!
egressusque est ad pugnam et tradidit Dominus in manu eius Chusanrasathaim regem Syriae et oppressit eum
11 quievitque terra quadraginta annis 30; 5,32; 8,28
et mortuus est Othonihel filius Cenez
12 addiderunt autem filii Israhel facere malum in conspectu Domini 2,11! 4,1; II Sm 12,9
qui confortavit adversum eos Eglon regem Moab quia fecerunt malum in conspectu eius
13 et copulavit ei filios Ammon et Amalech
abiitque et percussit Israhel atque possedit Urbem palmarum 1,16! II Par 28,15
14 servieruntque filii Israhel Eglon regi Moab decem et octo annis
15 et postea clamaverunt ad Dominum 9!
qui suscitavit eis salvatorem vocabulo Ahoth filium Gera filii Iemini
qui utraque manu utebatur pro dextera 20,16
miseruntque filii Israhel per illum munera Eglon regi Moab
16 qui fecit sibi gladium ancipitem habentem in medio capulum longitudinis palmae manus
et accinctus est eo subter sagum in dextro femore

22 in eam OF | 23 ~ nationes has c | in manus SM c; in manu A. || 3,1 haec C | israhel C | nouerunt AO | 2 et[1]] ut AΣSM c | [*iterum adest* V] | haberent AΣ | 3 habitabant VAΣFSTΦ | 4 israhel ATΦ | mandatum CS: praecepta L | 5 et ferezei *om.* VT | 6 ~ filiis eorum c; eorum filiis eorum O. | 8 ~ contra israel dominus c. | in manu VΣΛ | 10 in manus OΣLSTMΦ c | 12 quia] qui A | 13 ei] eis VO; eos C | 15 eis *om.* A | ~ pro dextera utebatur c | 16 [*deest* V *usque ad* v. 28] | longitudine O |

(V)AOC ΣΛLFSTMΦ cr

17 obtulitque munera Eglon regi Moab
erat autem Eglon crassus nimis
18 cumque obtulisset ei munera
prosecutus est socios qui cum eo venerant
26 19 et reversus de Galgalis ubi erant idola dixit ad regem
verbum secretum habeo ad te o rex
et ille imperavit silentium
egressisque omnibus qui circa eum erant
20 ingressus est Ahoth ad eum
sedebat autem in aestivo cenaculo solus
dixitque verbum Dei habeo ad te
qui statim surrexit de throno
21 extenditque Ahoth manum sinistram
et tulit sicam de dextro femore suo
infixitque eam in ventre eius
22 tam valide ut capulus ferrum sequeretur in vulnere
ac pinguissimo adipe stringeretur
nec eduxit gladium sed ita ut percusserat reliquit in corpore
statimque per secreta naturae alvi stercora proruperunt
23 Ahoth autem clausis diligentissime ostiis cenaculi et obfirmatis sera
24 per posticam egressus est
servique regis ingressi viderunt clausas fores cenaculi atque dixerunt
forsitan purgat alvum in aestivo cubiculo
25 expectantesque diu donec erubescerent
et videntes quod nullus aperiret tulerunt clavem
Idt 14,14 et aperientes invenerunt dominum suum iacentem in terra mortuum
26 Ahoth autem dum illi turbarentur effugit
19 et pertransiit locum Idolorum unde reversus fuerat
venitque in Seirath
27 et statim insonuit bucina in monte Ephraim
descenderuntque cum eo filii Israhel ipso in fronte gradiente
28 qui dixit ad eos
sequimini me tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras 4,7.14; 7,9!
descenderuntque post eum 7,24; 12,5; Ios 2,7
et occupaverunt vada Iordanis quae transmittunt in Moab
et non dimiserunt transire quemquam
29 sed percusserunt Moabitas in tempore illo circiter decem milia
omnes robustos et fortes viros
nullus eorum evadere potuit
30 humiliatusque est Moab die illo sub manu Israhel 8,28
et quievit terra octoginta annis 11!
31 post hunc fuit Samgar filius Anath 5,6
qui percussit de Philisthim sescentos viros vomere
et ipse quoque defendit Israhel
4 addideruntque filii Israhel facere malum in conspectu Domini post mortem Ahoth 2,11! 3,12
2 et tradidit illos Dominus in manu Iabin regis Chanaan qui regnavit in Asor Ios 11,1
habuitque ducem exercitus sui nomine Sisaram 7; I Sm 12,9
ipse autem habitabat in Aroseth gentium
3 clamaveruntque filii Israhel ad Dominum Ex 14,10; Ios 24,7
nongentos enim habebat falcatos currus 1,19; Ios 17,16
et per viginti annos vehementer oppresserat eos
4 erat autem Debbora prophetis uxor Lapidoth quae iudicabat populum

(V)AOC ΣΛLFSTMΦ cr
21 ~ sinistram manum c | 22 ~ sequeretur ferrum Sc | aluei O | 24 per posticum ΣΛ c; et postica C. | 25 ~ in terra iacentem c | 26 dum] cum CF | 29 [*iterum adest* V] | 30 moab + in Σc | sub manus VF | 31 uiros + de AS. || 4,2 in manus VMc | 3 clamauerunt filii V | falcarios V | 4 prophetes VCΣTM | quae] qui C | populo VF |

in illo tempore
[5]et sedebat sub palma quae nomine illius vocabatur
inter Rama et Bethel in monte Ephraim
ascendebantque ad eam filii Israhel in omne iudicium
[6]quae misit et vocavit Barac filium Abinoem de Cedes Nepthalim
dixitque ad eum praecepit tibi Dominus Deus Israhel
vade et duc exercitum in montem Thabor
10 tollesque tecum decem milia pugnatorum
de filiis Nepthalim et de filiis Zabulon
13; III Rg 18,40 [7]ego autem ducam ad te in loco torrentis Cison
2! Sisaram principem exercitus Iabin
et currus eius atque omnem multitudinem
14; 3,28! et tradam eos in manu tua
[8]dixitque ad eam Barac
si venis mecum vadam
si nolueris venire non pergam
[9]quae dixit ad eum
ibo quidem tecum sed in hac vice tibi victoria non reputabitur
Idt 9,15! 16,7! quia in manu mulieris tradetur Sisara
surrexit itaque Debbora et perrexit cum Barac in Cedes
6 [10]qui accitis Zabulon et Nepthalim
ascendit cum decem milibus pugnatorum
habens Debboram in comitatu suo
[11]Aber autem Cineus recesserat quondam a ceteris Cineis fratribus suis
Nm 10,29 filiis Obab cognati Mosi
et tetenderat tabernacula usque ad vallem quae vocatur Sennim et erat iuxta Cedes
[12]nuntiatumque est Sisarae quod ascendisset Barac filius Abinoem in montem Thabor
[13]et congregavit nongentos falcatos currus omnemque exercitum 7
de Aroseth gentium ad torrentem Cison
[14]dixitque Debbora ad Barac
surge haec est enim dies in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas 7; 3,28!
en ipse ductor est tuus
descendit itaque Barac de monte Thabor
et decem milia pugnatorum cum eo
[15]perterruitque Dominus Sisaram et omnes currus eius universamque multitudinem in ore gladii ad conspectum Barac
in tantum ut Sisara de curru desiliens pedibus fugeret
[16]et Barac persequeretur fugientes currus et exercitum usque ad Aroseth gentium
et omnis hostium multitudo usque ad internicionem caderet Nm 21,35!
[17]Sisara autem fugiens pervenit ad tentorium Iahel uxoris Aber Cinei 5,24
erat enim pax inter Iabin regem Asor et domum Aber Cinei
[18]egressa igitur Iahel in occursum Sisarae dixit ad eum
intra ad me domine mi intra ne timeas
qui ingressus tabernaculum eius et opertus ab ea pallio [19]dixit ad eam
da mihi obsecro paululum aquae quia valde sitio 5,25; Gn 24,17!
quae aperuit utrem lactis et dedit ei

4 in *om.* A | 5 nomen O | in montem O | 6 praecipit O | in monte OΛLM | 7 adducam Φ c; educam AM | 8 uenire + mecum c | 9 ~ uictoria non reputabitur tibi c; uict. tibi non reput. S | in manus C | 10 accitis ΛΦ cr, *cf.* 𝔐] accinctis *cet.* | 11 [*deest* V *usque ad v.* 16] | cognatis CS; cognatus Σ. | uocabatur OLSTMΦ | 12 in monte ALFS | 13 omnemque] et omnem c. | 14 doctor C | ~ est ductor OΣSM | 15 resiliens C.; exiliens A | 16 et[2] *om.* O | exercitus OΣ. | [*iterum adest* V] | 18 ne timeas *om.* VC. | ingressus + est A | 19 ~ sitio ualde c |

(V)AOC ΣΛLFSTMΦ cr

bibere et operuit illum
20 dixitque Sisara ad eam
sta ante ostium tabernaculi
et cum venerit aliquis interrogans te et dicens
numquid hic est aliquis
respondebis nullus est
5,26 21 tulit itaque Iahel uxor Aber clavum tabernaculi
adsumens pariter malleum
et ingressa abscondite et cum silentio posuit supra tempus capitis eius clavum
percussumque malleo defixit in cerebrum usque ad terram
qui soporem morti socians defecit et mortuus est
22 et ecce Barac sequens Sisaram veniebat
egressaque Iahel in occursum eius dixit ei
veni et ostendam tibi virum quem quaeris
qui cum intrasset ad eam vidit Sisaram iacentem mortuum
et clavum infixum in tempore eius
23 humiliavit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanaan coram filiis Israhel
24 qui crescebant cotidie et forti manu opprimebant Iabin regem Chanaan donec delerent eum
Ex 15,1! 5 cecineruntque Debbora et Barac filius Abinoem in die illo dicentes
9.18; 9.17 2 qui sponte obtulistis de Israhel animas vestras ad periculum benedicite Domino
3 audite reges percipite auribus principes
I Par 16,9! Ps 46,7! 74,10; 80,2 ego sum ego sum quae Domino canam psallam Domino Deo Israhel
Dt 33,2 4 Domine cum exires de Seir et transires per regiones Edom
terra mota est caelique ac nubes stillaverunt aquis II Sm 22,8! Ps 67,9
5 montes fluxerunt a facie Domini et Sinai a facie Domini Dei Israhel Ps 45,4! 96,5! Is 64,1.3
6 in diebus Samgar filii Anath in diebus Iahel quieverunt semitae 3,31 Is 33,8
et qui ingrediebantur per eas ambulaverunt per calles devios
7 cessaverunt fortes in Israhel et quieverunt
donec surgeret Debbora surgeret mater in Israhel
8 nova bella elegit Dominus et portas hostium ipse subvertit
clypeus et hasta si apparuerint in quadraginta milibus Israhel
9 cor meum diligit principes Israhel
qui propria voluntate obtulistis vos discrimini benedicite Domino 2! 15
10 qui ascenditis super nitentes asinos et sedetis in iudicio et ambulatis in via loquimini
11 ubi conlisi sunt currus et hostium est suffocatus exercitus
ibi narrentur iustitiae Domini et clementia in fortes Israhel
tunc descendit populus Domini ad portas et obtinuit principatum
12 surge surge Debbora surge surge et loquere canticum
surge Barac et adprehende captivos tuos fili Abinoem
13 salvatae sunt reliquiae populi Dominus in fortibus dimicavit
14 ex Ephraim delevit eos in Amalech et post eum ex Beniamin
in populos tuos o Amalech de Machir principes descenderunt
et de Zabulon qui exercitum ducerent ad bellandum

VAOC ΣΛLFSTMΦ cr

21 pariter + et OLM c | egressa VOCΛLF | absconse VCΛFS | sopore OCLM | mortis OΣS | consocians A c. | 22 et[2] *om.* O | in tempora VCΛLF | 23 deus] dominus O CS | 24 crescebat OΣ. | opprimebat ... deleret O. || 5,1 ~ illo die c. | 2 dominum O | 3 ~ auribus percipite c | 4 distillauerunt Σ c; destillauerunt TΦ | 6 anach A.; anaph VCΛFM; enach L. | 7 in[1] *om.* VO. | 9 diliget ΛOT | qui] quia VF | dominum C | 11 conlisi] conclusi A | ~ suffocatus est c | 12 surge[4] *om.* CΣΛLM | filii VΛΛLFS; filios C | 14 ex[2]] est VCΣ; in Φ |

15 duces Isachar fuere cum Debbora et Barac vestigia sunt secuti
9! qui quasi in praeceps ac baratrum se discrimini dedit
diviso contra se Ruben magnanimorum repperta contentio est
Gn 49,14 16 quare habitas inter duos terminos ut audias sibilos gregum
diviso contra se Ruben magnanimorum repperta contentio est
17 Galaad trans Iordanem quiescebat et Dan vacabat navibus
Gn 49,13; Ios 19,29 Aser habitabat in litore maris et in portibus morabatur
18 Zabulon vero et Nepthalim obtulerunt animas suas morti in regione Merome 2!
19 venerunt reges et pugnaverunt
pugnaverunt reges Chanaan in Thanach iuxta aquas Mageddo
et tamen nihil tulere praedantes
20 de caelo dimicatum est contra eos
Ios 10,13! stellae manentes in ordine et cursu suo adversum Sisaram pugnaverunt
Idt 16,5 21 torrens Cison traxit cadavera eorum
torrens Cadumim torrens Cison
conculca anima mea robustos
22 ungulae equorum ceciderunt fugientibus impetu et per praeceps ruentibus fortissimis hostium
23 maledicite terrae Meroz dixit angelus Domini maledicite habitatoribus eius
quia non venerunt ad auxilium Domini in adiutorium fortissimorum eius
Idt 13,23; Lc 1,28! 24 benedicta inter mulieres Iahel uxor Aber Cinei benedicatur in tabernaculo suo 4,17
4,19! 25 aquam petenti lac dedit et in fiala principum obtulit butyrum
26 sinistram manum misit ad clavum et dexteram ad fabrorum malleos 4,21
percussitque Sisaram quaerens in capite vulneri locum et tempus valide perforans
27 inter pedes eius ruit defecit et mortuus est
ante pedes illius volvebatur et iacebat exanimis et miserabilis
28 per fenestram prospiciens ululabat mater eius et de cenaculo loquebatur
cur moratur regredi currus eius quare tardaverunt pedes quadrigarum illius
29 una sapientior ceteris uxoribus eius haec socrui verba respondit
30 forsitan nunc dividit spolia et pulcherrima feminarum eligitur ei
vestes diversorum colorum Sisarae traduntur in praedam
et supellex varia ad ornanda colla congeritur
31 sic pereant omnes inimici tui Domine Ps 9,4! 6! 91,10
qui autem diligunt te sicut sol in ortu suo splendet ita rutilent II Sm 23,4; Dn 12,3! Mt 13,43; IV Esr 7,97
32 quievitque terra per quadraginta annos 3,11!
6 fecerunt autem filii Israhel malum in conspectu Domini 2,11!
qui tradidit eos in manu Madian septem annis 13
2 et oppressi sunt valde ab eis 10,8.9; I Sm 13,6!
feceruntque sibi antra et speluncas in montibus
et munitissima ad repugnandum loca
3 cumque sevisset Israhel ascendebat Madian et Amalech et ceteri orientalium nationum 33; 7,12

15 magna animorum VF | contemptio CΣ | ~ est contentio c. | 16 diuiso—est *om.* A CΣT | magna animorum VF. | ~ est contentio c | 17 galaad] gad AΛSM; gath C | uagabat O; uocabat T. | 18 in regione merome cr., *cf.* 𝔐] in regionem rome VO(prome)Λ; in regionem romae ACST; in regione romae MΦ; in regione ramae ΣL.; in regionem romem F. | 19 reges[1] *om.* A. | pugnauerunt[2] *om.* VA | 20 in ordinem VC | 22 impetum AO. | 24 cinei + ei MΦc | 25 in *om.* A | 26 uulneris ACΣ | 27 uoluebatur ante pedes eius c | exanimus VO. | 28 respiciens VCΛLFTc | 30 diuidet VOCΣFS | 31 splendent VF. | 32 ~ annos quadraginta A || 6,1 eos] illos c | 3 seruisset A. | et ceteri] ceterique c. |

VAOC ΣΛLFSTMΦ cr

4 et apud eos figentes tentoria sicut
erant in herbis cuncta vastabant
usque ad introitum Gazae
nihilque omnino ad vitam pertinens
relinquebant in Israhel
non oves non boves non asinos
5 ipsi enim et universi greges eorum
veniebant cum tabernaculis
7,12; Idt 2,11; Ier 46,23 et instar lucustarum universa con-
plebant
innumera multitudo hominum et ca-
melorum quicquid tetigerant devas-
10,9; Ps 37,9! tantes
II Par 13,18; 28,19 6 humiliatusque est Israhel valde in
conspectu Madian
7 et clamavit ad Dominum postulans
auxilium contra Madianitas
8 qui misit ad eos virum prophetam
et locutus est
haec dicit Dominus Deus Israhel
ego vos feci conscendere de Aegypto
Ex 3,17! 1 Sm 10,18 et eduxi de domo servitutis
Ex 14,30! 9 et liberavi de manu Aegyptiorum et
omnium inimicorum qui adflige-
bant vos
eiecique eos ad introitum vestrum
et tradidi vobis terram eorum 10 et
dixi
ego Dominus Deus vester
ne timeatis deos Amorreorum in
quorum terra habitatis
2,2! et noluistis audire vocem meam
11 venit autem angelus Domini et sedit
8,32 sub quercu quae erat in Ephra
et pertinebat ad Ioas patrem familiae
Ezri
cumque Gedeon filius eius excuteret
atque purgaret frumenta in torcu-
lari ut fugeret Madian
12 apparuit ei et ait
II Par 15,2; Lc 1,28 Dominus tecum virorum fortissime
13 dixitque ei Gedeon
obsecro Domine si Dominus nobis-
cum est cur adprehenderunt nos
haec omnia
ubi sunt mirabilia eius quae narra-
verunt patres nostri atque dixerunt
de Aegypto eduxit nos Dominus Lv 25,42!
nunc autem dereliquit nos et tradidit 1
in manibus Madian
14 respexitque ad eum Dominus et ait
vade in hac fortitudine tua et libera- 8,22; 9,17
bis Israhel de manu Madian
scito quod miserim te
15 qui respondens ait
obsecro Domine mi in quo liberabo
Israhel
ecce familia mea infima est in Ma- I Sm 9,21
nasse
et ego minimus in domo patris mei Ps 151,1
16 dixitque ei Dominus
ego ero tecum et percuties Madian Ex 3,12!
quasi unum virum
17 et ille si inveni inquit gratiam coram Ex 33,13!
te
da mihi signum quod tu sis qui lo- III Rg 13,3! Is 7,11; Mt 12,38!
quaris ad me
18 ne recedas hinc donec revertar ad te
portans sacrificium et offerens tibi 13,16
qui respondit ego praestolabor ad-
ventum tuum
19 ingressus est itaque Gedeon et coxit 13,15
hedum et de farinae modio azymos
panes
carnesque ponens in canistro
et ius carnium mittens in ollam
tulit omnia sub quercum et obtulit ei
20 cui dixit angelus Domini
tolle carnes et panes azymos 13,19
et pone super petram illam et ius
desuper funde
cumque fecisset ita

VAOC ΣΛLFSTMΦ cr

5 tabernaculis + suis ΣLMΦ c | tetigerat O | 6 ~ ualde israhel ASM. | 8 eduxi + uos c | 11 sub quercum OCST; super quaercum A. | ephra] epharan V; epharam C. | 12 ei + angelus domini LM c | 13 domine] *praem.* mi c.; + mi M | ~ nobiscum est dominus V CS | omnia + mala CΣΛ | nos^3 + dominus O c. | in manus O; in manu AΣL c | 14 ~ dominus ad eum AT | 15 ~ mi domine c. | infima OΣSTΦ cr] infirma *cet.* | 17 loqueris ΣLF c | 18 ne] nec S c | 19 est *om.* AΦ | et^1 *om.* A | tulitque CL. | sub quercu LΦ c | 20 domini] dei A | ~ azymos panes c. | pones super O; pone supra C c |

21 extendit angelus Domini summitatem virgae quam tenebat in manu
et tetigit carnes et azymos panes
Lv 9,24 ascenditque ignis de petra et carnes azymosque consumpsit
Tb 12,21! angelus autem Domini evanuit ex oculis eius
13,21.22 22 vidensque Gedeon quod esset angelus Domini ait
Gn 32,30; Is 6,5 heu mihi Domine Deus quia vidi angelum Domini facie ad faciem
Tb 12,17! 23 dixitque ei Dominus pax tecum ne timeas non morieris
Ios 8,30! 24 aedificavit ergo ibi Gedeon altare Domino
vocavitque illud Domini pax usque in praesentem diem
cum adhuc esset in Ephra quae est familiae Ezri
25 nocte illa dixit Dominus ad eum
tolle taurum patris tui et alterum taurum annorum septem
30; Ex 34,13! IV Rg 11,18! II Par 34,4! destruesque aram Baal quae est patris tui
et nemus quod circa aram est succide
Ios 8,30! I Sm 7,17; 14,35 26 et aedificabis altare Domino Deo tuo
in summitate petrae huius super quam sacrificium ante posuisti
Lv 1,3! Nm 8,12; I Sm 6,14 tollesque taurum secundum et offeres holocaustum super lignorum struem
quae de nemore succideris
27 adsumptis igitur Gedeon decem viris de servis suis
fecit sicut praeceperat Dominus
timens autem domum patris sui et homines illius civitatis
per diem facere noluit sed omnia nocte conplevit
28 cumque surrexissent viri oppidi eius mane
viderunt destructam aram Baal lucumque succisum
et taurum alterum inpositum super altare quod tunc aedificatum erat
29 dixeruntque ad invicem quis hoc fecit
cumque perquirerent auctorem facti dictum est
Gedeon filius Ioas fecit haec omnia
30 et dixerunt ad Ioas
produc filium tuum ut moriatur
quia destruxit aram Baal et succidit nemus 25!
31 quibus ille respondit
numquid ultores estis Baal et pugnatis pro eo
qui adversarius eius est moriatur antequam lux crastina veniat
si deus est vindicet se de eo qui suffodit aram eius
32 ex illo die vocatus est Gedeon Hierobbaal 7,1
eo quod dixisset Ioas ulciscatur se de eo Baal qui suffodit altare eius
33 igitur omnis Madian et Amalech et orientales populi congregati sunt simul 3,4
et transeuntes Iordanem castrametati sunt in valle Iezrahel Ios 17,16
34 spiritus autem Domini induit Gedeon 11,29; 14,6! Nm 24,2!
qui clangens bucina convocavit domum Abiezer ut sequeretur
35 misitque nuntios in universum Manassen
qui et ipse secutus est eum
et alios nuntios in Aser et Zabulon et Nepthalim
qui occurrerunt ei
36 dixitque Gedeon ad Dominum

21 ~ panes azymos c. | azymosque + panes ALFc; azymos panesque C. | 22 mihi] mi ATMΦc | domini[2]] dei O | faciem ad faciem A | 24 domini] dominus VA.; *om.* L. | cumque LSTc; cum autem AM | 26 ~ ante sacrificium c tollensque AT | ~ struem lignorum c | 27 igitur] ergo c. | praeceperat + ei c | id facere noluit A.; noluit id facere c. | 30 tuum + huc c | quia] qui OΣ | 31 ut pugnetis Φc | ~ est eius Cc | 32 se de eo] se deo O; sed deo L. | ~ baal de eo AΣM | altare] aram c | 33 omnes OM | 34 sequeretur] *praem.* se LTMΦ; + se c | 36 dominum] deum c. |

VAOC ΣΛLFSTMΦ cr

si salvum facis per manum meam
Israhel sicut locutus es
37 ponam vellus hoc lanae in area
si ros in solo vellere fuerit et in omni
terra siccitas
sciam quod per manum meam sicut
locutus es liberabis Israhel
38 factumque est ita
et de nocte consurgens expresso vel-
lere concam rore conplevit
39 dixitque rursus ad Dominum
Gn 18,32 ne irascatur furor tuus contra me si
adhuc semel temptavero signum
quaerens in vellere
oro ut solum vellus siccum sit et om-
nis terra rore madens
40 fecitque Dominus nocte illa ut pos-
tulaverat
et fuit siccitas in solo vellere et ros in
omni terra
6,32 **7** igitur Hierobbaal qui est et Gedeon
de nocte consurgens et omnis popu-
lus cum eo venit ad fontem qui vo-
catur Arad
8 erant autem castra Madian in valle
ad septentrionalem plagam collis
Excelsi
2 dixitque Dominus ad Gedeon
multus tecum est populus nec trade-
tur Madian in manus eius
ne glorietur contra me Israhel et dicat
meis viribus liberatus sum
Dt 20,8 3 loquere ad populum et cunctis au-
dientibus praedica
qui formidolosus et timidus est re-
vertatur
recesseruntque de monte Galaad
et reversa sunt ex populo viginti duo
milia virorum
et tantum decem milia remanserunt
4 dixitque Dominus ad Gedeon
adhuc populus multus est
duc eos ad aquas et ibi probabo illos
et de quo dixero tibi ut tecum vadat
ipse pergat
quem ire prohibuero revertatur
5 cumque descendisset populus ad
aquas
dixit Dominus ad Gedeon
qui lingua lambuerint aquas sicut
solent canes lambere separabis eos
seorsum
qui autem curvatis genibus biberint
in altera parte erunt
6 fuit itaque numerus eorum qui manu
ad os proiciente aquas lambuerant
trecenti viri
omnis autem reliqua multitudo flexo
poplite biberat
7 et ait Dominus ad Gedeon
in trecentis viris qui lambuerunt
aquas liberabo vos
et tradam Madian in manu tua
omnis autem reliqua multitudo re- 9,55
vertatur in locum suum
8 sumptis itaque pro numero cibariis
et tubis
omnem reliquam multitudinem abire
praecepit ad tabernacula sua
et ipse cum trecentis viris se certa-
mini dedit
castra autem Madian erant subter in 1
valle
9 eadem nocte dixit Dominus ad eum
surge et descende in castra quia tra- 14,15; 3,28!
didi eos in manu tua
10 sin autem solus ire formidas descen-
dat tecum Phara puer tuus
11 et cum audieris quid loquantur
tunc confortabuntur manus tuae
et securior ad hostium castra descen-
des
descendit ergo ipse et Phara puer
eius in partem castrorum ubi erant
armatorum vigiliae
12 Madian autem et Amalech et omnes 6,3
orientales populi
fusi iacebant in valle ut lucustarum 6,5; Idt 2,11

VAOC 36 facies VΣ | 37 ∼ hoc uellus c | 38 impleuit c | 39 dominum] deum O c | 40 do-
ΣΛLFSTMΦ minus] deus c. || 7,1 est *om.* ΣTMΦ c | et[1] *om.* O | 2 gedeonem V | 3 reuersi AS c |
cr ex] de A c. | 6 proicientes AS | ∼ lambuerant aquas c. | 7 gedeonem V | ∼ in manu
tua madian c | 8 erat OT | 11 in parte OMΦ | 12 orientalium AS. |

multitudo
cameli quoque innumerabiles erant
Ios 11,4! sicut harena quae iacet in litoribus
maris
[13]cumque venisset Gedeon narrabat
aliquis somnium proximo suo
et in hunc modum referebat quod viderat
vidi somnium et videbatur mihi quasi
subcinericius panis ex hordeo
volvi et in Madian castra descendere
cumque pervenisset ad tabernaculum
percussit illud atque subvertit et terrae funditus coaequavit
[14]respondit is cui loquebatur
non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filii Ioas viri israhelitae
9! tradidit Deus in manu eius Madian
et omnia castra eius
[15]cumque audisset Gedeon somnium
et interpretationem eius adoravit
et reversus ad castra Israhel ait
9! surgite tradidit enim Dominus in
manus nostras castra Madian
[16]divisitque trecentos viros in tres partes
et dedit tubas in manibus eorum
lagoenasque vacuas ac lampadas in
medio lagoenarum
[17]et dixit ad eos
quod me facere videritis hoc facite
ingrediar partem castrorum et quod
fecero sectamini
[18]quando personaverit tuba in manu
mea
vos quoque per castrorum circuitum
20 clangite et conclamate Domino et
Gedeoni
[19]ingressusque est Gedeon et trecenti
viri qui erant cum eo in parte castrorum
incipientibus vigiliis noctis mediae
et custodibus suscitatis coeperunt
bucinis clangere et conplodere inter
se lagoenas
[20]cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis et hydrias
confregissent
tenuerunt sinistris manibus lampadas et dextris sonantes tubas
clamaveruntque gladius Domini et 18
Gedeonis
[21]stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium
omnia itaque castra turbata sunt I Sm 14,19
et vociferantes ululantesque fugerunt
[22]et nihilominus insistebant trecenti
viri bucinis personantes
inmisitque Dominus gladium in omnibus castris
et mutua se caede truncabant I Sm 14,20
[23]fugientes usque Bethseta et crepidinem Abelmeula in Tebbath
conclamantes autem viri Israhel
de Nepthali et Aser et omni Manasse
persequebantur Madian
[24]misitque Gedeon nuntios in omnem
montem Ephraim dicens
descendite in occursum Madian et 3,28! 12,5
occupate aquas usque Bethbera atque Iordanem
clamavitque omnis Ephraim
et praeoccupavit aquas atque Iordanem usque Bethbera
[25]adprehensosque duos viros Madian
Oreb et Zeb interfecit
Oreb in petra Oreb Zeb vero in torculari Zeb
et persecuti sunt Madian
capita Oreb et Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis
8 dixeruntque ad eum viri Ephraim 12,1
quid est hoc quod facere voluisti
ut non nos vocares cum ad pugnam

12 in litore OTΦc | 13 in¹ *om.* O | ~ castra madian Lc | uenisset AΣ | 14 hoc *om.* AO. | tradidit + enim LSTMc | deus] dominus VCΣΛFSTc | in manus OΣΛLFSTc; in manum C. | 15 reuersus + est TΦc | israhel + et FTΦc | 18 personuerit OΣLTMc | ~ circuitum castrorum A | 19 in partem AΛSTMc | 23 usque + ad Cc | madian + et (rex L.) dedit dominus uictoriam populo israhel (suo C.) in die illa (illo M.) CLM | 25 madian¹ + et VF. || **8**,1 ~ nos non Ac |

VAOC ΣΛLFSTMΦ cr

pergeres contra Madian
iurgantes fortiter et prope vim inferentes
2 quibus ille respondit
quid enim tale facere potui quale vos fecistis
nonne melior est racemus Ephraim vindemiis Abiezer
3 in manus vestras tradidit Dominus
Ps 82,1 principes Madian Oreb et Zeb
quid tale facere potui quale vos fecistis
quod cum locutus esset requievit spiritus eorum quo tumebant contra eum
4 cumque venisset Gedeon ad Iordanem
transivit eum cum trecentis viris qui secum erant
et prae lassitudine fugientes persequi non poterant
5 dixitque ad viros Soccoth
date obsecro panes populo qui mecum est quia valde defecerunt
I Sm 14,31! ut possimus persequi Zebee et Salmana reges Madian
6 responderunt principes Soccoth
15 forsitan palmae manuum Zebee et Salmana in manu tua sunt
et idcirco postulas ut demus exercitui tuo panes
7 quibus ille ait
cum ergo tradiderit Dominus Zebee et Salmana in manus meas
16 conteram carnes vestras cum spinis tribulisque deserti
8 et inde conscendens venit in Phanuhel
locutusque est ad viros eius loci similia
cui et illi responderunt sicut responderant viri Soccoth
9 dixit itaque et eis
cum reversus fuero victor in pace destruam turrem hanc
10 Zebee autem et Salmana requiescebant cum omni exercitu suo
quindecim milia enim viri remanserant ex omnibus turmis orientalium populorum
caesis centum viginti milibus bellatorum et educentium gladium
11 ascendensque Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur
ad orientalem partem Nobee et Iecbaa
percussit castra hostium
qui securi erant et nihil adversi suspicabantur
12 fugeruntque Zebee et Salmana
quos persequens Gedeon conprehendit turbato omni exercitu eorum
13 revertensque de bello ante solis ortum 14 adprehendit puerum de viris Soccoth
interrogavitque eum nomina principum et seniorum Soccoth
et descripsit septuaginta septem viros
15 venitque ad Soccoth et dixit eis
en Zebee et Salmana super quibus exprobrastis mihi dicentes
forsitan manus Zebee et Salmana in manibus tuis sunt 6
et idcirco postulas ut demus viris qui lassi sunt et defecerunt panes
16 tulit ergo seniores civitatis et spinas deserti ac tribulos 7
et contrivit cum eis atque comminuit viros Soccoth
17 turrem quoque Phanuhel subvertit occisis habitatoribus civitatis
18 dixitque ad Zebee et Salmana
quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor
qui responderunt similes tui et unus ex eis quasi filius regis
19 quibus ille ait
fratres mei fuerunt filii matris meae

VAOC ΣΛLF(S)TM Φ cr

2 potuit A | 3 uestras] nostras CΣ. | ~ dominus tradidit c | tumebat CΣF. | 4 uenissent O | 5 possemus AO. | 8 eius loci] loci illius ASM c | et² *om.* A | responderant¹ AM. | 9 et *om.* OΣ | [*deest* S *usque ad* 9,16] | in pacem C | 10 ~ enim milia ΣΦ c | et² *om.* OΣ c | 11 aduerse CΣ | 19 ait] respondit c |

vivit Dominus si servassetis eos non vos occiderem
20 dixitque Ietther primogenito suo
surge et interfice eos
qui non eduxit gladium
timebat enim quia adhuc puer erat
Ps 82,12 21 dixeruntque Zebee et Salmana
tu surge et inrue in nos
quia iuxta aetatem robur est hominis
surrexit Gedeon et interfecit Zebee et Salmana
et tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent
22 dixeruntque omnes viri Israhel ad Gedeon
dominare nostri tu et filius tuus et filius filii tui
6,14; 9,17 quia liberasti nos de manu Madian
23 quibus ille ait
non dominabor vestri nec dominabitur in vos filius meus sed dominabitur Dominus
24 dixitque ad eos unam petitionem postulo a vobis
Ex 32,2 date mihi inaures ex praeda vestra
inaures enim aureas Ismahelitae habere consuerant
25 qui responderunt libentissime dabimus
expandentesque super terram pallium
proiecerunt in eo inaures de praeda
26 et fuit pondus postulatarum inaurium mille septingenti auri sicli
absque ornamentis et monilibus et veste purpurea
quibus Madian reges uti soliti erant
et praeter torques aureos camelorum
17,5! 27 fecitque ex eo Gedeon ephod et posuit illud in civitate sua Ephra
fornicatusque est omnis Israhel in eo
et factum est Gedeoni et omni domui eius in ruinam
28 humiliatus est autem Madian coram filiis Israhel 3,30
nec potuerunt ultra elevare cervices
sed quievit terra per quadraginta annos quibus praefuit Gedeon 3,11!
29 abiit itaque Hierobbaal filius Ioas et habitavit in domo sua 9,2.5
30 habuitque septuaginta filios qui egressi sunt de femore eius IV Rg 10,1
eo quod plures haberet uxores
31 concubina autem illius quam habebat in Sychem
genuit ei filium nomine Abimelech
32 mortuusque est Gedeon filius Ioas in senectute bona Gn 25,8! I Par 29,28
et sepultus in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri 6,11
33 postquam autem mortuus est Gedeon 2,19!
aversi sunt filii Israhel et fornicati cum Baalim 2,13! 17!
percusseruntque cum Baal foedus ut esset eis in deum 9,46
34 nec recordati sunt Domini Dei sui
qui eruit eos de manu omnium inimicorum suorum per circuitum I Sm 12,11
35 nec fecerunt misericordiam cum domo Hierobbaal Gedeon
iuxta omnia bona quae fecerat Israheli
9 abiit autem Abimelech filius Hierobbaal in Sychem ad fratres matris suae
et locutus est ad eos et ad omnem cognationem domus patris matris suae dicens
2 loquimini ad omnes viros Sychem
quid vobis est melius ut dominentur

VAOC ΣΛLFTMΦ cr

19 dominus + quia CΣc | 20 ietther] ieptae V.; ihepte C. | 23 dominabitur[2] + uobis Λc | 24 consueuerant OLMΦc; consuerunt ΛT | 26 auri] aurei C.; *om.* O | ~ reges madian c | aureos VOLr] *om.* F.; aureas *cet.* | 27 fornicatus est VO. | in ruina VΛ | 28 leuare AL | ~ ceruices eleuare c | per *om.* AOΣ. | ~ gedeon praefuit c | 29 itaque] quoque VC | 32 sepultus + est OCc | in[3] *om.* V | 33 fornicati + sunt AT MΦc | 34 de manu VOΣr] de manibus *cet.* | omnium *om.* A; ~ inimicorum suorum omnium c ||

5; 8,29.30 vestri septuaginta viri omnes filii Hierobbaal
an ut dominetur vobis unus vir
Gn 2,23! simulque considerate quia os vestrum et caro vestra sum
3 locutique sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sychem universos sermones istos
et inclinaverunt cor eorum post Abimelech dicentes frater noster est
4 dederuntque illi septuaginta pondo argenti de fano Baalbrith
11,3; I Sm 22,2; III Rg 11,24 qui conduxit sibi ex eo viros inopes et vagos
secutique sunt eum
8,29.30 5 et venit in domum patris sui Ephra
2.18.24.56; IV Rg 10,7 et occidit fratres suos filios Hierobbaal septuaginta viros super lapidem unum
remansitque Ioatham filius Hierobbaal minimus et absconditus est
20 6 congregati sunt autem omnes viri Sychem
et universae familiae urbis Mello
16.18 abieruntque et constituerunt regem
Ios 24,26 Abimelech iuxta quercum quae stabat in Sychem
7 quod cum nuntiatum esset Ioatham
ivit et stetit in vertice montis Garizim
elevataque voce clamavit et dixit
audite me viri Sychem ita audiat vos Deus
8 ierunt ligna ut unguerent super se regem
dixeruntque olivae impera nobis
9 quae respondit
numquid possum deserere pinguedinem meam qua et dii utuntur et homines
et venire ut inter ligna promovear
10 dixeruntque ligna ad arborem ficum 14
veni et super nos regnum accipe
11 quae respondit eis
numquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suavissimos
et ire ut inter cetera ligna commovear
12 locuta sunt quoque ligna ad vitem
veni et impera nobis
13 quae respondit
numquid possum deserere vinum meum quod laetificat Deum et homines Ps 103,15!
et inter ligna cetera commoveri
14 dixeruntque omnia ligna ad ramnum 10
veni et impera super nos
15 quae respondit eis
si vere me regem vobis constituitis
venite et sub mea umbra requiescite
sin autem non vultis egrediatur ignis de ramno et devoret cedros Libani
16 nunc igitur si recte et absque peccato constituistis super vos regem Abimelech 6
et bene egistis cum Hierobbaal et cum domo eius
et reddidistis vicem beneficiis eius
qui pugnavit pro vobis 17 et animam suam dedit periculis 5,2!
ut erueret vos de manu Madian 6,14; 8,22
18 qui nunc surrexistis contra domum patris mei 5!
et interfecistis filios eius septuaginta viros super unum lapidem
et constituistis regem Abimelech filium ancillae eius super habitatores Sychem 6
eo quod frater vester sit
19 si ergo recte et absque vitio egistis cum Hierobbaal et domo eius
hodie laetamini in Abimelech et ille

VAOC ΣΛLF(S)TM Φ cr

9,2 hierobbaal + id est gedeon O | ut² *om.* C | uobis²] uestri ΛLM.; *om.* c. | quia] quod c | 5 in domo ΛΣ | sui + in c | 6 autem *om.* A | et² *om.* VL. | 7 in uerticem AOCΣTM | ita + ut ΛΛTMΦ | deus] dominus VCΛF | 9 respondit + eis A | et¹ *om.* VCΛF | 11 ut *om.* O | promouear Σc; commoueri O. | 12 ~ locuta quoque sunt Σ.; locutaque sunt c | ligna + et ΛΣT | 13 respondit + eis c | promoueri c | 15 uobis constituistis VOF; constituistis uobis A | ~ sub umbra mea c; sub meam umbram LΦ; sub mea arbore O. | si autem LMΦc | 16 [*iterum adest* S] | beneficii VL | 19 laetemini VCΣTMΦ |

laetetur in vobis
20 sin autem perverse
egrediatur ignis ex eo et consumat
6 habitatores Sychem et oppidum
Mello
egrediaturque ignis de viris Sychem
et de oppido Mello et devoret Abi-
melech
21 quae cum dixisset fugit et abiit in
Bera
habitavitque ibi metu Abimelech
fratris sui
22 regnavit itaque Abimelech super Is-
rahel tribus annis
1 Sm 16,15 23 misitque Deus spiritum pessimum
inter Abimelech et habitatores Sy-
chem
qui coeperunt eum detestari
5! 24 et scelus interfectionis septuaginta
filiorum Hierobbaal et effusionem
sanguinis eorum
conferre in Abimelech fratrem suum
et in ceteros Sycimarum principes
qui eum adiuverant
25 posueruntque insidias adversum eum
in montium summitate
et dum illius praestolantur adventum
exercebant latrocinia agentes prae-
das de praetereuntibus
nuntiatumque est Abimelech
31 26 venit autem Gaal filius Obed cum
fratribus suis et transivit in Syci-
mam
ad cuius adventum erecti habitatores
Sychem 27 egressi sunt in agros
vastantes vineas uvasque calcantes
46 et factis cantantium choris ingressi
sunt fanum dei sui
et inter epulas et pocula maledice-
bant Abimelech
28 clamante Gaal filio Obed
quis est Abimelech et quae est Sy- 38
chem ut serviamus ei
numquid non est filius Hierobbaal
et constituit principem Zebul servum
suum super viros Emmor patris
Sychem
cur igitur servimus ei
29 utinam daret aliquis populum istum
sub manu mea ut auferrem de me-
dio Abimelech
dictumque est Abimelech
congrega exercitus multitudinem et
veni
30 Zebul enim princeps civitatis auditis
sermonibus Gaal filii Obed iratus
est valde
31 et misit clam ad Abimelech nuntios
dicens
ecce Gaal filius Obed venit in Syci- 26
mam cum fratribus suis
et obpugnat adversum te civitatem
32 surge itaque nocte cum populo qui
tecum est et latita in agro
33 et primo mane oriente sole inrue su-
per civitatem
illo autem egrediente adversum te
cum populo suo fac ei quod potu-
eris
34 surrexit itaque Abimelech cum omni
exercitu suo nocte
et tetendit insidias iuxta Sycimam in
quattuor locis
35 egressusque est Gaal filius Obed et
stetit in introitu portae civitatis
surrexit autem Abimelech et omnis
exercitus cum eo de insidiarum loco
36 cumque vidisset populum Gaal dixit
ad Zebul
ecce de montibus multitudo descen-
dit
cui ille respondit

20 mello[1] + eo quod frater uester sit C | egrediaturque—mello[2] *om.* O | egrediatur ignis VL | 21 metu] ob metum M c. | 23 deus] dominus AFS c; dominus deus L. | 24 effusionis VA.; effusione L | sycimorum ΣLΦ cr | adiuuauerant AC; adiuuarunt S.; adirauerant Σ. | 25 in montium summitatem ACT; in summitate montium c | praestolabantur c; praestolarentur M | 26 in sycima VF; in sichima C.; in sichem L. | 28 clamantes AO | obedi V.; houedi C. | quis] qui AOF. | igitur] ergo c. | seruimus] seruiemus OCM c | 30 filio VA | obede V.; houedi C. | 31 in sycima O.; in sychima C. | 35 in introitum CS | 36 [*deest* S *usque ad* 11,2] |

VAOC
ΣΛLF(S)TM
Φ cr

umbras montium vides quasi hominum capita et hoc errore deciperis
37 rursumque Gaal ait
ecce populus de umbilico terrae descendit
et unus cuneus venit per viam quae respicit quercum
38 cui dixit Zebul
ubi est nunc os tuum quo loquebaris
28 quis est Abimelech ut serviamus ei
nonne iste est populus quem despiciebas
egredere et pugna contra eum
39 abiit ergo Gaal spectante Sycimarum populo
et pugnavit contra Abimelech
40 qui persecutus est eum fugientem et in urbem conpulit
ceciderunt que ex parte eius plurimi usque ad portam civitatis
41 et Abimelech sedit in Ruma
Zebul autem Gaal et socios eius expulit de urbe nec in ea passus est commorari
42 sequenti ergo die egressus est populus in campum
quod cum nuntiatum esset Abimelech
43 tulit exercitum suum et divisit in tres turmas
tendens insidias in agris
vidensque quod egrederetur populus de civitate
surrexit et inruit in eos 44 cum cuneo suo
obpugnans et obsidens civitatem
duae autem turmae palantes per campum adversarios sequebantur
45 porro Abimelech omni illo die obpugnabat urbem
quam cepit interfectis habitatoribus eius
ipsaque destructa ita ut sal in ea dispergeret
46 quod cum audissent qui habitabant in turre Sycimorum
ingressi sunt fanum dei sui Berith 27; 8,33
ubi foedus cum eo pepigerant et ex eo locus nomen acceperat
qui erat valde munitus
47 Abimelech quoque audiens viros turris Sycimorum pariter conglobatos
48 ascendit in montem Selmon cum omni populo suo
et arrepta securi praecidit arboris ramum
inpositumque ferens umero dixit ad socios
quod me vidistis facere cito facite
49 igitur certatim ramos de arboribus praecidentes sequebantur ducem
quos circumdantes praesidio succenderunt
atque ita factum est ut fumo et igne mille hominum necarentur
viri pariter ac mulieres habitatorum turris Sychem
50 Abimelech autem inde proficiscens venit ad oppidum Thebes
quod circumdans obsidebat exercitu
51 erat autem turris excelsa in media civitate
ad quam confugerant viri simul ac mulieres et omnes principes civitatis
clausa firmissime ianua et super turris tectum stantes per propugnacula
52 accedensque Abimelech iuxta turrem pugnabat fortiter
et adpropinquans ostio ignem subponere nitebatur
53 et ecce una mulier fragmen molae desuper iaciens inlisit capiti Abi- II Sm 11,21; Idt 9,15! 13,19!

VAOC ΣΛLFTMΦ cr

36 ~ capita hominum c. | et *om.* A | 38 quo] quod CΣTΦ; qui L. | iste] hic c | ~ populus est c | 39 expectante FMΦ; speculante ΣΛ; expectantes CL | sycimorum OCΣLΦ cr | 41 roma V.; rama CΣ | autem + et CL | 44 persequebantur ΑΛΦ c | 45 ~ die illo c | in eam C | 46 in turrem C; in turres VTΦ | qui²] quia VM | ~ munitus ualde c | 48 uidetis TMΦ c; uideritis A | 49 quos] qui c | praesidium CΦ c | homines ALM c. | ac] et c | habitatores A | 50 exercitum VOC; exercitus ΛF | 51 ~ simul uiri TΦ c | 52 nitebantur O | 53 ~ mulier una OTΦ | fragmentum ATΦ |

melech
et confregit cerebrum eius
I Sm 31,4; I Par 10,4 54 qui vocavit cito armigerum suum et
ait ad eum
evagina gladium tuum et percute me
ne forte dicatur quod a femina interfectus sim
qui iussa perficiens interfecit eum
55 illoque mortuo omnes qui cum eo
7,7 erant de Israhel reversi sunt in sedes suas
56 et reddidit Deus malum quod fecerat
Abimelech contra patrem suum
5! interfectis septuaginta fratribus suis
57 Sycimitis quoque quod operati erant
retributum est
et venit super eos maledictio Ioatham filii Hierobbaal
10 post Abimelech surrexit dux in Israhel Thola filius Phoa patrui Abimelech vir de Isachar
qui habitavit in Sanir montis Ephraim
2 et iudicavit Israhel viginti et tribus
annis
mortuusque ac sepultus est in Sanir
3 huic successit Iair Galaadites qui iudicavit Israhel per viginti et duos
annos
12,14 4 habens triginta filios sedentes super
triginta pullos asinarum
et principes triginta civitatum
Dt 3,14! quae ex nomine eius appellatae sunt
Avothiair id est oppida Iair usque
in praesentem diem in terra Galaad
5 mortuusque est Iair ac sepultus in
loco cui est vocabulum Camon
6 filii autem Israhel peccatis veteribus
iungentes nova
2,11! 13 fecerunt malum in conspectu Domini
et servierunt idolis Baalim et Astharoth
et diis Syriae ac Sidonis et Moab et
filiorum Ammon et Philisthim
dimiseruntque Dominum et non colebant eum
7 contra quos iratus tradidit eos in 2,14! 13,1! I Sm 12,9
manu Philisthim et filiorum Ammon
8 adflictique sunt et vehementer op- 6,2!
pressi per annos decem et octo
omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrei quae est in
Galaad
9 in tantum ut filii Ammon Iordane
transmisso vastarent Iudam et Beniamin et Ephraim
adflictusque est Israhel nimis 6,2! 6!
10 et clamantes ad Dominum dixerunt
peccavimus tibi quia dereliquimus 2,13! I Sm 12,10; III Rg 18,18!
Deum nostrum et servivimus Baalim
11 quibus locutus est Dominus
numquid non Aegyptii et Amorrei
filiique Ammon et Philisthim
12 Sidonii quoque et Amalech et Chanaan oppresserunt vos
et clamastis ad me et erui vos de ma- I Sm 12,10; II Sm 22,4; Ps 17,4; Bar 4,21; I Mcc 9,46
nu eorum
13 et tamen reliquistis me et coluistis Ios 22,18; 24,16; I Par 5,25!
deos alienos
idcirco non addam ut ultra vos liberem
14 ite et invocate deos quos elegistis Is 57,13!
ipsi vos liberent in tempore angus- Ier 2,28!
tiae
15 dixeruntque filii Israhel ad Dominum
peccavimus redde tu nobis quicquid
tibi placet
tantum nunc libera nos
16 quae dicentes omnia de finibus suis
alienorum deorum idola proiece- Ios 24,23!

56 deus] dominus V | 57 sycimites V.; sychimis C; sichimi Σ. || **10**,2 israelem c. | et² *om.* A | tres V | ~ est ac sepultus AO cr | 3 dair VF. | israelem c. | per *om.* AΣ | 4 supra C | ~ sunt appellatae c | [*deest* F *usque ad* 13,8] | 5 sepultus + est VOCL | 6 sydoniis C | coluerunt c. | 7 quos + dominus c. | in manu AOΛ r(*cf. errata corr.*)] in manus *cet.* | 8 quae] qui A c. | 10 deum] dominum CΛ; dominum deum c | 11 filii quoque AC. | 13 ut ultra uos liberem] ultra uos liberare AL. | 15 tu *om.* A | 16 quae dicentes] qui haec dicentes CΣ; qui eicientes L.; qui aedificantes V. |

VAOC ΣΛL(F)TM Φ cr

runt
et servierunt Deo
qui doluit super miseriis eorum
17 itaque filii Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria
20,1! I Sm 7,5; 10,17 contra quos congregati filii Israhel in Maspha castrametati sunt
18 dixeruntque principes Galaad singuli ad proximos suos
11,8 qui primus e nobis contra filios Ammon coeperit dimicare erit dux populi Galaad
11 fuit illo tempore Iepthae Galaadites vir fortissimus atque pugnator
filius meretricis mulieris qui natus est de Galaad
2 habuit autem Galaad uxorem de qua suscepit filios
qui postquam creverant eiecerunt Iepthae dicentes
heres in domo patris nostri esse non poteris quia de altera matre generatus es
3 quos ille fugiens atque devitans habitavit in terra Tob
9,4; I Sm 22,2; III Rg 11,24 congregatique sunt ad eum viri inopes et latrocinantes
et quasi principem sequebantur
4 in illis diebus pugnabant filii Ammon contra Israhel
5 quibus acriter instantibus perrexerunt maiores natu de Galaad
ut tollerent in auxilium sui Iepthae de terra Tob
6 dixeruntque ad eum
veni et esto princeps noster et pugna contra filios Ammon
7 quibus ille respondit
Gn 26,27 nonne vos estis qui odistis me et eiecistis de domo patris mei
et nunc venistis ad me necessitate conpulsi
8 dixeruntque principes Galaad ad Iepthae
ob hanc igitur causam nunc ad te venimus
ut proficiscaris nobiscum et pugnes contra filios Ammon 10,18
sisque dux omnium qui habitant in Galaad
9 Iepthae quoque dixit eis
si vere venistis ad me ut pugnem pro vobis contra filios Ammon I Sm 8,20
tradideritque eos Dominus in manus meas ego ero princeps vester
10 qui responderunt ei
Dominus qui haec audit ipse mediator ac testis est quod nostra promissa faciamus Ier 42,5
11 abiit itaque Iepthae cum principibus Galaad
fecitque eum omnis populus principem sui
locutusque est Iepthae omnes sermones suos coram Domino in Maspha
12 et misit nuntios ad regem filiorum Ammon qui ex persona sua dicerent
quid mihi et tibi est quia venisti contra me ut vastares terram meam Io 2,4!
13 quibus ille respondit
quia tulit Israhel terram meam quando ascendit de Aegypto
a finibus Arnon usque Iaboc atque Iordanem
nunc igitur cum pace redde mihi eam
14 per quos rursum mandavit Iepthae et imperavit eis ut dicerent regi Ammon
15 haec dicit Iepthae
non tulit Israhel terram Moab nec terram filiorum Ammon Dt 2,9.19
16 sed quando de Aegypto conscenderunt
ambulavit per solitudinem usque ad Nm 14,25!

(V)AOC ΣΛL(S)TMΦ cr 16 deo] domino ΣLTMΦ; domino deo c. | super miserias O | 17 fixerunt O | masphat VCΛ || 11,1 [*deest* V *usque ad v.* 8] | ~ mulieris meretricis AΣM c | 2 altera CLTΦ cr, *cf.* 𝔐𝔊(*codd.* AN, ετερας)] adultera AOΣΛM, *cf.* 𝔊(*codd.* BM, εταιρας) | [*iterum adest* S] | generatus] natus OΣ c | 5 tollerent] colligerent C | 6 et[1] *om.* CΛ | 8 [*iterum adest* V] | 9 ~ uester princeps Λ c | 10 faciemus c | 11 sui] sibi A | 13 igitur] ergo c. |

mare Rubrum et venit in Cades
Nm 20.14 17 misitque nuntios ad regem Edom dicens
Nm 20.17! dimitte ut transeam per terram tuam
qui noluit adquiescere precibus eius
misit quoque et ad regem Moab
qui et ipse transitum praebere contempsit
Nm 20.1! mansit itaque in Cades 18 et circuivit
Nm 21.4 ex latere terram Edom et terram Moab
Nm 21.11; Dt 2.8 venitque contra orientalem plagam terrae Moab
Nm 21.13! et castrametatus est trans Arnon
nec voluit intrare terminos Moab
Arnon quippe confinium est terrae Moab
19—22: Nm 21.21–24; Dt 2.26–36 19 misit itaque Israhel nuntios ad Seon regem Amorreorum qui habitabat in Esebon et dixerunt ei
dimitte ut transeam per terram tuam usque ad fluvium
20 qui et ipse Israhel verba despiciens
non dimisit eum transire per terminos suos
sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iassa et fortiter resistebat
21 tradiditque eum Dominus in manu Israhel cum omni exercitu suo
qui percussit eum et possedit omnem terram Amorrei habitatoris regionis illius
22 et universos fines eius de Arnon usque Iaboc
et de solitudine usque ad Iordanem
23 Dominus ergo Deus Israhel subvertit Amorreum pugnante contra illum populo suo Israhel
et tu nunc vis possidere terram eius
24 nonne ea quae possedit Chamos deus tuus tibi iure debentur
quae autem Dominus Deus noster victor obtinuit in nostram cedent possessionem
25 nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab Ios 24.9
aut docere potes quod iurgatus sit contra Israhel et pugnaverit contra eum
26 quando habitavit in Esebon et viculis eius Nm 21.25!
et in Aroer et villis illius
vel in cunctis civitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos
quare tanto tempore nihil super hac repetitione temptastis
27 igitur non ego pecco in te sed tu contra me male agis indicens mihi bella non iusta
iudicet Dominus arbiter huius diei
inter Israhel et inter filios Ammon
28 noluitque adquiescere rex filiorum Ammon verbis Iepthae quae per nuntios mandaverat
29 factus est ergo super Iepthae spiritus Domini 6.34!
et circumiens Galaad et Manasse
Maspha quoque Galaad
et inde transiens ad filios Ammon
30 votum vovit Domino dicens
si tradideris filios Ammon in manus meas
31 quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meae
mihique occurrerit revertenti cum pace a filiis Ammon
eum holocaustum offeram Domino
32 transivitque Iepthae ad filios Ammon ut pugnaret contra eos
quos tradidit Dominus in manus eius
33 percussitque ab Aroer usque dum venias in Mennith viginti civitates
et usque ad Abel quae est vineis con-

17 dimitte + me ASM c | et[1] *om.* ALS c | 19 israhel *om.* AOΣ.; ~ nuntios israhel V | dimitte + me A | 20 israhelis A | 21 in manus CΛTMΦ c | 22 [*deest* S *usque ad* 19,9] | 23 pugnantem VCΣLT | 24 possidet ΣΛ c | 25 es] est VC. | filius VC | regem OΣTM: rex C. | 26 eius] suis O | illius] eius AC | 27 indices O: incidens Σ. | 29 factusque est AM | 31 ~ primus egressus fuerit AM.; ~ fuerit primus egressus Σ | mihi quoque A CM | 33 percussit itaque A | ueniens C |

VAOC
ΣΛL(S)TMΦ
cr

sita plaga magna nimis
humiliatique sunt filii Ammon a filiis Israhel
Ex 15,20; 1 Sm 18,6 34 revertenti autem Iepthae in Maspha domum suam
occurrit unigenita filia cum tympanis et choris
non enim habebat alios liberos
35 qua visa scidit vestimenta sua et ait
heu filia mi decepisti me et ipsa decepta es
aperui enim os meum ad Dominum et aliud facere non potero
36 cui illa respondit
pater mi si aperuisti os tuum ad Dominum fac mihi quodcumque pollicitus es
concessa tibi ultione atque victoria de hostibus tuis
37 dixitque ad patrem hoc solum mihi praesta quod deprecor
dimitte me ut duobus mensibus circumeam montes
et plangam virginitatem meam cum sodalibus meis
38 cui ille respondit vade et dimisit eam duobus mensibus
cumque abisset cum sociis ac sodalibus suis
flebat virginitatem suam in montibus
39 expletisque duobus mensibus reversa est ad patrem suum
Lc 1,34 et fecit ei sicut voverat quae ignorabat virum
exinde mos increbuit in Israhel et consuetudo servata est
40 ut post anni circulum conveniant in unum filiae Israhel
et plangant filiam Iepthae Galaaditae diebus quattuor
12 ecce autem in Ephraim orta seditio est
nam transeuntes contra aquilonem dixerunt ad Iepthae
quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisti ut pergeremus tecum 8,1
igitur incendimus domum tuam
2 quibus ille respondit
disceptatio erat mihi et populo meo contra filios Ammon vehemens
vocavique vos ut mihi praeberetis auxilium et facere noluistis
3 quod cernens posui in manibus meis animam meam 1 Sm 19,5; 28,21; Iob 13,14!
transivique ad filios Ammon
et tradidit eos Dominus in manus meas
quid commerui ut adversum me consurgatis in proelium
4 vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephraim
percusseruntque viri Galaad Ephraim
quia dixerat fugitivus est Galaad de Ephraim
et habitat in medio Ephraim et Manasse
5 occupaveruntque Galaaditae vada Iordanis per quae Ephraim reversurus erat 3,28! 7,24
cumque venisset ad ea de Ephraim numero fugiens atque dixisset
obsecro ut me transire permittas
dicebant ei Galaaditae
numquid Ephrateus es
quo dicente non sum 6 interrogabant eum
dic ergo sebboleth quod interpretatur spica
qui respondebat tebboleth
eadem littera spicam exprimere non

(V)AOC ΣΛ(L)TMΦ cr

34 reuertente A c | occurrit + ei ATMΦ c | filia + sua c. | 35 [*deest* V *usque ad* 12,1] | heu + me c | mi] mea c; *om.* C | 36 quaecumque C | 39 increbuit OΛ r] increbruit A LT c; increuit CΣMΦ | 40 filiae] filii O || **12**,1 ~ est seditio TΦ c | [*iterum adest* V] | incendemus ΣΛL c | 2 ~ praeberetis mihi auxilium c.; ~ mihi auxilium praeberitis A. | 3 ~ animam meam in manibus meis c. | 4 [*deest* L *usque ad* 13,11] | uiri] filii AC | galaad² + de O | dixerunt V | 5 permittatis A c.; dimittas Λ | numquid] num A | 6 sedbolech VC.; scibboleth c. | tebbolech C; tebblech V.; gebboleth Φ; sebboleth T; sibboleth c. |

valens
statimque adprehensum iugulabant
in ipso Iordanis transitu
et ceciderunt in illo tempore de Eph-
raim quadraginta duo milia
[7]iudicavitque Iepthae Galaadites Is-
rahel sex annis
et mortuus est ac sepultus in civitate
sua Galaad
[8]post hunc iudicavit Israhel Abessan
de Bethleem
[9]qui habuit triginta filios et totidem
filias
quas emittens foras maritis dedit
et eiusdem numeri filiis suis accepit
uxores introducens in domum suam
qui septem annis iudicavit Israhel
[10]mortuusque est ac sepultus in Beth-
leem
[11]cui successit Ahialon Zabulonites
et iudicavit Israhelem decem annis
[12]mortuusque est ac sepultus in Zabu-
lon
[13]post hunc iudicavit in Israhel Abdon
filius Hellel Farathonites
10,4 [14]qui habuit quadraginta filios et tri-
ginta ex eis nepotes
ascendentes super septuaginta pullos
asinarum
et iudicavit in Israhel octo annis
[15]mortuusque est ac sepultus in Fara-
thon terrae Ephraim in monte Ama-
lech
2,11! **13** rursumque filii Israhel fecerunt ma-
lum in conspectu Domini
10,7! 14,4! qui tradidit eos in manus Philisthi-
norum quadraginta annis
[2]erat autem vir quidam de Saraa et de
stirpe Dan nomine Manue
habens uxorem sterilem
[3]cui apparuit angelus Domini et dixit
ad eam

sterilis es et absque liberis Gn 11,30!
sed concipies et paries filium 7; Gn 16,11!
[4]cave ergo ne vinum bibas ac siceram 14; Nm 6,3! I Sm 1,15
ne inmundum quicquam comedas
[5]quia concipies et paries filium cuius
non tanget caput novacula 16,17; Nm 6,5; I Sm 1,11
erit enim nazareus Dei ab infantia 7
sua et ex matris utero
et ipse incipiet liberare Israhel de I Sm 7,3! 14; 9,16; II Sm 19,9
manu Philisthinorum
[6]quae cum venisset ad maritum dixit
ei
vir Dei venit ad me habens vultum I Sm 2,27!
angelicum terribilis nimis
quem cum interrogassem quis esset 17,18; Gn 32,29
et unde venisset et quo nomine vo-
caretur
noluit mihi dicere [7]sed hoc respondit
ecce concipies et paries filium 3!
cave ne vinum bibas et siceram 4!
et ne aliquo vescaris inmundo
erit enim puer nazareus Dei ab in- 5!
fantia sua et ex utero matris usque
ad diem mortis suae
[8]oravit itaque Manue Deum et ait
obsecro Domine ut vir Dei quem mi-
sisti veniat iterum
et doceat nos quid debeamus facere
de puero qui nasciturus est
[9]exaudivitque Dominus precantem
Manue
et apparuit rursum angelus Domini
uxori eius sedenti in agro
Manue autem maritus eius non erat
cum ea
quae cum vidisset angelum [10]festi-
navit et cucurrit ad virum suum
nuntiavitque ei dicens
ecce apparuit mihi vir quem ante vi-
deram
[11]qui surrexit et secutus est uxorem
suam

7 iudicauit itaque c | et *om.* VC. | 8 iudicauit + in A | 9 ~ accepit uxores filiis suis VC (*om.* suis). | 11 israhel VCΣTM c | 13 in *om.* CΣΛTΦ c | 14 in *om.* VΣΛT c | 15 terra VC || **13**,1 in manu AΣ | 2 ~ quidam uir c | 3 et² *om.* VC | 4 ~ bibas uinum c | ne²] nec c | 6 maritum + suum ALM c | 7 et² VOΣr] ac C.; nec *cet.* | sicera VOC. | et⁴ *om.* A c | matris + suae c | 8 deum] dominum ATMΦ c; ad dominum Σ | [*iterum adest* F] | 9 deprecantem C c; precem A. | domini] dei OTMΦ c | 10 ei] illi Σ; *om.* A | 11 [*iterum adest* L] |

VAOC ΣΛ(LF)TM Φ cr

veniensque ad virum dixit ei
tu es qui locutus es mulieri
et ille respondit ego sum
12 cui Manue
quando inquit sermo tuus fuerit explctus
quid vis ut faciat puer aut a quo se observare debebit
13 dixitque angelus Domini ad Manue
ab omnibus quae locutus sum uxori tuae abstineat se
4! Nm 6,4 14 et quicquid ex vinea nascitur non comedat
vinum et siceram non bibat
nullo vescatur inmundo
et quod ei praecepi impleat atque custodiat
15 dixitque Manue ad angelum Domini
obsecro te ut adquiescas precibus meis
6,19 et faciamus tibi hedum de capris
16 cui respondit angelus
si me cogis non comedam panes tuos
6,18 sin autem vis holocaustum facere offer illud Domino
et nesciebat Manue quod angelus Dei esset
6; Gn 32,29 17 dixitque ad eum quod est tibi nomen
ut si sermo tuus fuerit expletus honoremus te
18 cui ille respondit
cur quaeris nomen meum quod est mirabile
6,20; Lv 1,10! 19 tulit itaque Manue hedum de capris et libamenta
et posuit super petram
offerens Domino qui facit mirabilia
ipse autem et uxor eius intuebantur
20 cumque ascenderet flamma altaris in caelum
angelus Domini in flamma pariter ascendit
quod cum vidisset Manue et uxor eius proni ceciderunt in terram
21 et ultra non eis apparuit angelus Domini
statimque intellexit Manue angelum esse Domini 22 et dixit ad uxorem suam 6,22
morte moriemur quia vidimus Deum Ex 33,20; Is 6,5
23 cui respondit mulier
si Dominus nos vellet occidere
de manibus nostris holocaustum et libamenta non suscepisset
nec ostendisset nobis haec omnia
neque ea quae sunt ventura dixisset
24 peperit itaque filium et vocavit nomen eius Samson
crevitque puer et benedixit ei Dominus I Sm 2,21.26; 3,19; Lc 1,80; 2,40!
25 coepitque spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa et Esthaol 3,10! 16,31; 18,11; Ios 15,33!
14 descendit igitur Samson in Thamnatha
vidensque ibi mulierem de filiabus Philisthim
2 ascendit et nuntiavit patri suo et matri dicens Gn 34,4!
vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum
quam quaeso ut mihi accipiatis uxorem
3 cui dixerunt pater et mater sua Gn 34,4!
numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum et in omni populo meo
quia vis accipere uxorem de Philisthim qui incircumcisi sunt
dixitque Samson ad patrem suum
hanc mihi accipe quia placuit oculis meis
4 parentes autem eius nesciebant quod res a Domino fieret
et quaereret occasionem contra Philisthim
eo enim tempore Philisthim dominabantur Israheli 13,1! 15,11

VA(O)C ΣΛLFTMΦ cr 12 ~ expletus fuerit O | a *om.* O | 14 sicera VOF | 15 faciemus O; faciam Σ | 16 si autem c | dei] domini AOC cr𝔐 | 19 fecit O | 20 ascenderet] ascendisset V | ~ pariter in flamma c | [*deest* O *usque ad* 21,24] | uidissent ΑΣΛFΦ c | 21 ~ eis non c | ~ domini esse LM c || **14**,1 igitur] ergo c. | 2 matri + suae c | 4 eo—philisthim] qui VCF | israhel VCMΦ |

5 descendit itaque Samson cum patre suo et matre in Thamnatha
cumque venissent ad vineas oppidi
apparuit catulus leonis saevus rugiens et occurrit ei
19: 3.10! 6.34! 15.14; I Sm 11.6.7! 6 inruit autem spiritus Domini in Samson
et dilaceravit leonem quasi hedum in frusta concerperet nihil omnino habens in manu
9.16 et hoc patri et matri noluit indicare
7 descenditque et locutus est mulieri quae placuerat oculis eius
8 et post aliquot dies revertens ut acciperet eam
declinavit ut videret cadaver leonis
et ecce examen apium in ore leonis erat ac favus mellis
9 quem cum sumpsisset in manibus comedebat in via
veniensque ad patrem suum et matrem dedit eis partem
qui et ipsi comederunt
6.16 nec tamen eis voluit indicare quod mel de corpore leonis adsumpserat
10 descendit itaque pater eius ad mulierem et fecit filio suo Samson convivium
sic enim iuvenes facere consuerant
11 cum igitur cives loci vidissent eum dederunt ei sodales triginta qui essent cum eo
12 quibus locutus est Samson
proponam vobis problema
quod si solveritis mihi intra septem dies convivii
dabo vobis triginta sindones et totidem tunicas
13 sin autem non potueritis solvere
vos dabitis mihi triginta sindones et eiusdem numeri tunicas
qui responderunt ei propone problema ut audiamus
14 dixitque eis
de comedente exivit cibus et de forte est egressa dulcedo
nec potuerunt per tres dies propositionem solvere
15 cumque adesset dies septimus
dixerunt ad uxorem Samson
blandire viro tuo et suade ei ut indicet tibi quid significet problema
quod si facere nolueris incendimus et te et domum patris tui 15.6
an idcirco nos vocastis ad nuptias ut spoliaretis
16 quae fundebat apud Samson lacrimas et querebatur dicens
odisti me et non diligis
idcirco problema quod proposuisti filiis populi mei non vis mihi exponere
at ille respondit
patri meo et matri nolui dicere et tibi indicare potero 6.9
17 septem igitur diebus convivii flebat apud eum
tandemque die septimo cum ei molesta esset exposuit
quae statim indicavit civibus suis
18 et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum
quid dulcius melle et quid leone fortius
qui ait ad eos
si non arassetis in vitula mea non invenissetis propositionem meam
19 inruit itaque in eo spiritus Domini 6!
descenditque Ascalonem et percussit ibi triginta viros

(V)AC ΣΛLFTMΦ cr

5 uenisset VCF | saeuus + et c | eis ALTMΦ | 6 decerperet Φ; concerpens LT.; discerpens Ac. | 8 aliquos AΣ | 9 et¹ + ad A | 10 consuerant VAΛFr.] consueuerant *cet.* | 11 igitur] ergo c. | loci + illius Σc | qui] ut Ac. | 12 problemam Σ.; problema προβλημα A.; προβλημα quaestionem V; problemae quaestionem C. | quod] quam C | 13 problemam Σ.; προβλημα VL.; problemae quaestionem C. | 14 est *om.* L; ~ egressa est ACTΦc | 15 προβλημα VL; problema quaestio C | incendemus ΣΛLMΦc et² *om.* ALc | ~ uocastis nos c | 17 apud] ante c. | ~ esset molesta c | 18 ~ fortius leone c | in uitulam meam CΣ. | inueniretis A; inuenistis V. | 19 in eum Ac | [*deest* V *usque ad* 15,5] |

quorum ablatas vestes dedit his qui
problema solverant
iratusque nimis ascendit in domum
patris sui
15,21 [20]uxor autem eius accepit maritum
unum de amicis eius et pronubis
15 post aliquantum autem temporis
cum dies triticeae messis instarent
venit Samson invisere volens uxorem
Gn 38,17! suam et adtulit ei hedum de capris
cumque cubiculum eius solito vellet
intrare prohibuit eum pater illius
dicens
[2]putavi quod odisses eam et ideo tra-
6; 14,20 didi illam amico tuo
sed habet sororem quae iunior et
pulchrior illa est sit tibi pro ea uxor
[3]cui respondit Samson
ab hac die non erit culpa in me con-
tra Philistheos faciam enim vobis
mala
[4]perrexitque et cepit trecentas vulpes
caudasque earum iunxit ad caudas
et faces ligavit in medio
II Sm 14,30; Idt 2,17 [5]quas igne succendens dimisit ut huc
illucque discurrerent
quae statim perrexerunt in segetes
Philisthinorum
quibus succensis et conportatae iam
fruges et adhuc stantes in stipula
concrematae sunt
in tantum ut vineas quoque et olive-
ta flamma consumeret
[6]dixeruntque Philisthim quis fecit
hanc rem
quibus dictum est Samson gener
Thamnathei
2! quia tulit uxorem eius et alteri tradi-
dit haec operatus est

ascenderuntque Philisthim et con-
buserunt tam mulierem quam pat- 14,15
rem eius
[7]quibus ait Samson
licet haec feceritis tamen adhuc ex
vobis expetam ultionem et tunc
quiescam
[8]percussitque eos ingenti plaga I Sm 23,5
ita ut stupentes suram femori inpo-
nerent
et descendens habitavit in spelunca 11
petrae Aetham
[9]igitur ascendentes Philisthim in terra
Iuda castrametati sunt
et in loco qui postea vocatus est Lehi 17
id est Maxilla eorum est fusus exer-
citus
[10]dixeruntque ad eos de tribu Iuda
cur ascendistis adversum nos
qui responderunt
ut ligemus Samson venimus et red-
damus ei quae in nos operatus est
[11]descenderunt ergo tria milia virorum 8
de Iuda ad specum silicis Aetham
dixeruntque ad Samson
nescis quod Philisthim imperent no- 14,4!
bis quare hoc faccre voluisti
quibus ille ait sicut fecerunt mihi
feci eis
[12]ligare inquiunt te venimus et tradere
in manus Philisthinorum
iurate respondit mihi quod non me
occidatis
[13]dixerunt non te occidimus sed vinc-
tum tradimus
ligaveruntque eum duobus novis fu- 16,11
nibus et tulerunt de petra Aetham
[14]qui cum venisset ad locum Maxillae
et Philisthim vociferantes occurris-

(V)AC ΣΛLFTMΦ cr

19 his] eis A.; iis c. || **15**,1 aliquantulum c | adstarent Σ.; instaret ATΦ; insisteret C. | 3 ~ samson respondit c | 5 conportatae] confortatae ACTMΦ; portatae Σ. | [*iterum adest* V] | 8 aetham *om.* VCF | 9 in terram AΛΦ c | et *om.* ΣTΦ c | maxilla + ibi V; + ubi Lc | ~ fusus est AC; est effusus TMΦ; effusus est c | 10 de tribu] tribus A | et] ut VCFT | quae] quod A | 11 [*deest* V *usque ad* 16,14] | imperant AΣM | mihi + sic c | 12 iurate respondit CLr.] respondit iurate Σ; iurate et respondete FT; iurate et spondite Φ; respondit iurate ayt et spondite Λ; quibus respondit iurate respondentes (et spondite M) AM; quibus samson iurate ait et spondete c. | ~ me non occidatis A; ~ non occidatis me c | 13 occidemus ΣΛ c | trademus Σ c | tulerunt + eum TΦ c | 14 uenissent A |

sent ei
14,6! inruit spiritus Domini in eum
16,9 et sicut solent ad odorem ignis lina consumi
ita vincula quibus ligatus erat dissipata sunt et soluta
15 inventamque maxillam id est mandibulam asini quae iacebat arripiens
interfecit in ea mille viros 16 et ait
in maxilla asini in mandibula pulli asinarum delevi eos et percussi mille viros
17 cumque haec canens verba conplesset
9 proiecit mandibulam de manu et vocavit nomen loci illius Ramathlehi
quod interpretatur elevatio Maxillae
18 sitiensque valde clamavit ad Dominum et ait
tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam atque victoriam
et en siti morior incidamque in manus incircumcisorum
19 aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini
et egressae sunt ex eo aquae
quibus haustis refocilavit spiritum et vires recepit
idcirco appellatum est nomen loci illius Fons invocantis de maxilla usque in praesentem diem
16,31 20 iudicavitque Israhel in diebus Philisthim viginti annis
16 abiit quoque in Gazam et vidit ibi meretricem mulierem ingressusque est ad eam
2 quod cum audissent Philisthim et percrebruisset apud eos intrasse urbem Samson
circumdederunt eum positis in porta civitatis custodibus
et ibi tota nocte cum silentio praestolantes ut facto mane exeuntem occiderent

3 dormivit autem Samson usque ad noctis medium
et inde consurgens adprehendit ambas portae fores cum postibus suis et sera
inpositasque umeris portavit ad verticem montis qui respicit Hebron
4 post haec amavit mulierem quae habitabat in valle Sorech et vocabatur Dalila
5 veneruntque ad eam principes Philisthinorum atque dixerunt
decipe eum et disce ab illo in quo tantam habeat fortitudinem
et quomodo eum superare valeamus et vinctum adfligere
quod si feceris dabimus tibi singuli mille centum argenteos
6 locuta est ergo Dalila ad Samson
dic mihi obsecro in quo sit tua maxima fortitudo 15
et quid sit quo ligatus erumpere nequeas
7 cui respondit Samson
si septem nervicis funibus necdum siccis et adhuc humentibus ligatus fuero
infirmus ero ut ceteri homines
8 adtuleruntque ad eam satrapae Philisthinorum septem funes ut dixerat
quibus vinxit eum 9 latentibus apud se insidiis et in cubiculo finem rei expectantibus 12
clamavitque ad eum Philisthim super te Samson 14,20
qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum de stuppae tortum putamine cum odorem ignis acceperit 15,14
et non est cognitum in quo esset fortitudo eius
10 dixitque ad eum Dalila 13
ecce inlusisti mihi et falsum locutus es

14 in] super C | lina cr𝔐] ligna *cet.* | 16 asinarum] asinorum A | 17 ~ uerba canens c. | 18 et² *om.* c. | 19 idcircoque CF ‖ **16,1** ~ mulierem meretricem ALc | 2 apud] ad A | in portam C | 3 ~ medium noctis c | umeris + suis c. | 5 ~ habeat tantam c | mille + et c. | 6 quo² ΣΛFcr] quod *cet.* | 9 si erumpat C | stuppa CΣLM |

AC ΣΛLFTMΦ cr

saltim nunc indica quo ligari debeas
[11] cui ille respondit
15.13 si ligatus fuero novis funibus qui numquam fuerunt in opere
infirmus ero et aliorum hominum similis
8 [12] quibus rursum Dalila vinxit eum et clamavit
9.14.20 Philisthim super te Samson
in cubiculo insidiis praeparatis
qui ita rupit vincula quasi fila telarum
10 [13] dixitque Dalila rursum ad eum
usquequo decipis me et falsum loqueris
ostende quo vinciri debeas
si inquit septem crines capitis mei cum licio plexueris et clavum his circumligatum terrae fixeris infirmus ero
[14] quod cum fecisset Dalila dixit ad eum
9.12.20 Philisthim super te Samson
qui consurgens de somno extraxit clavum cum crinibus et licio
[15] dixitque ad eum Dalila
quomodo dicis quod ames me cum animus tuus non sit mecum
per tres vices mentitus es mihi et noluisti dicere in quo sit tua maxima fortitudo (6)
[16] cumque molesta ei esset et per multos dies iugiter adhereret
spatium ad quietem non tribuens
defecit anima eius et ad mortem usque lassata est
[17] tunc aperiens veritatem rei dixit ad eam
13.5! ferrum numquam ascendit super caput meum
quia nazareus id est consecratus Deo sum de utero matris meae
si rasum fuerit caput meum recedet a me fortitudo mea et deficiam
eroque ut ceteri homines
[18] videns illa quod confessus ei esset omnem animum suum
misit ad principes Philisthinorum atque mandavit
ascendite adhuc semel quia nunc mihi aperuit cor suum
qui ascenderunt adsumpta pecunia quam promiserant
[19] at illa dormire eum fecit super genua sua et in sinu suo reclinare caput
vocavitque tonsorem et rasit septem crines eius
et coepit abicere eum et a se repellere
statim enim ab eo fortitudo discessit
[20] dixitque Philisthim super te Samson 9.12 14
qui de somno consurgens dixit in animo suo
egrediar sicut ante feci et me excutiam
nesciens quod Dominus recessisset ab eo
[21] quem cum adprehendissent Philisthim statim eruerunt oculos eius
et duxerunt Gazam vinctum catenis
et clausum in carcere molere fecerunt
[22] iamque capilli eius renasci coeperant
[23] et principes Philisthinorum convenerunt in unum
ut immolarent hostias magnificas Dagon deo suo et epularentur dicentes Gn 31,54!
tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras
[24] quod etiam populus videns laudabat deum suum eademque dicebat
tradidit deus noster in manus nostras adversarium qui delevit terram nostram et occidit plurimos

(V)AC ΣΛLFTMΦ cr

10 indica + mihi in AM.; + mihi Φ c | 13 uinci A | debeas + cui respondit samson L M c | inquit *om.* c. | 14 [*iterum adest* V] | 15 dices VCΛF | amas L c | ~ maxima fortitudo tua c | 16 ~ esset ei c. | 17 ~ sum deo AM | ut] sicut c | 18 uidensque T c | atque] ac c. | ascendite + et VCF. | [*deest* V *usque ad v.* 29] | 19 abigere c | 20 discessisset A; recessit F | ~ recessisset ab eo dominus c | 23 magnificas] pacificas A | 24 aduersarium + nostrum M c | ~ aduersarium (nostrum) in manus nostras Σ c. |

25 laetantesque per convivia sumptis iam epulis praeceperunt ut vocaretur Samson et ante eos luderet
qui adductus de carcere ludebat ante eos
feceruntque eum stare inter duas columnas
26 qui dixit puero regenti gressus suos
dimitte me ut tangam columnas quibus omnis inminet domus
ut recliner super eas et paululum requiescam
27 domus autem plena erat virorum ac mulierum
et erant ibi omnes principes Philisthinorum
ac de tecto et solario circiter tria milia utriusque sexus spectabant ludentem Samson
28 at ille invocato Domino ait
Domine Deus memento mei
et redde nunc mihi pristinam fortitudinem Deus meus
ut ulciscar me de hostibus meis
et pro amissione duorum luminum unam ultionem recipiam
29 et adprehendens ambas columnas quibus innitebatur domus
alteramque earum dextera et alteram leva tenens 30 ait
moriatur anima mea cum Philisthim
concussisque fortiter columnis cecidit domus
super omnes principes et ceteram multitudinem quae ibi erat
multoque plures interfecit moriens quam ante vivus occiderat
31 descendentes autem fratres eius et universa cognatio
tulerunt corpus eius et sepelierunt
13,25! inter Saraa et Esthaol in sepulchro patris Manue
iudicavitque Israhel viginti annis 15,20

17 fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim nomine Michas
2 qui dixit matri suae
mille centum argenteos quos separaveras tibi
et super quibus me audiente iuraveras
ecce ego habeo et apud me sunt
cui illa respondit
benedictus filius meus Domino
3 reddidit ergo eos matri suae quae dixerat ei
consecravi et vovi argentum hoc Domino
ut de manu mea suscipiat filius meus
et faciat sculptile atque conflatile Dt 9,12! III Rg 14,9!
et nunc trado illud tibi
4 reddidit igitur matri suae
quae tulit ducentos argenteos et dedit eos argentario
ut faceret ex eis sculptile atque conflatile quod fuit in domo Micha Dt 9,12!
5 qui aediculam quoque in ea Deo separavit
et fecit ephod ac therafin id est vestem sacerdotalem et idola 8,27; 18,14.17
implevitque unius filiorum suorum manum et factus est ei sacerdos 12; Nm 3,3! III Rg 13,33!
6 in diebus illis non erat rex in Israhel 18,1.31; 21,24
sed unusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat
7 fuit quoque alter adulescens de Bethleem Iuda et cognatione eius
eratque ipse Levites et habitabat ibi
8 egressusque de civitate Bethleem
peregrinari voluit ubicumque sibi commodum repperisset
cumque venisset in monte Ephraim iter faciens 18,2! I Sm 9,3
et declinasset parumper in domum Micha

26 ut2] et A c | 27 ~ erat plena c | et2 + de A | expectabant CΣΛFM: spectantes c | 28 ~ mihi nunc CΛF c | ~ fortitudinem pristinam c. | 29 [*iterum adest* V] | dexteram C; dextram T | 30 cetera multitudine CL | erant C | 31 patris + sui ΛTΦ c | israhel + centum VF. || 17,2 mille + et c. | 3 ~ hoc argentum c. | 4 igitur + eos c | michae L Φ c; micae Σ. | 5 in eam C | ac] et A c | 7 et1] ex ΛF c | habitauit A | 8 in montem CΛLMΦ c | michae CLMΦ c; micae Σ. |

(V)AC ΣΛLFTMΦ cr

[9]interrogatus est ab eo unde venis
qui respondit Levita sum de Beth-
leem Iuda
et vado ut habitem ubi potuero et
utile mihi esse perspexero
18,19 [10]mane inquit apud me et esto mihi
parens ac sacerdos
daboque tibi per annos singulos de-
cem argenteos ac vestem duplicem
et quae ad victum necessaria sunt
[11]adquievit et mansit apud hominem
fuitque illi quasi unus de filiis
5! [12]implevitque Micha manum eius et
habuit apud se puerum sacerdotem
[13]nunc scio dicens quod bene mihi fa-
ciat Deus habenti levitici generis
sacerdotem
17,6! **18** in diebus illis non erat rex in Israhel
et tribus Dan quaerebat possessio-
nem sibi ut habitaret in ea
usque ad illum enim diem inter ce-
teras tribus sortem non acceperat
[2]miserunt igitur filii Dan stirpis et fa-
miliae suae
quinque viros fortissimos de Saraa
et Esthaol
14; Ios 2,1! ut explorarent terram et diligenter
inspicerent
dixeruntque eis ite et considerate ter-
ram
13,15; 17,8; I Sm 9,3 qui cum pergentes venissent in mon-
tem Ephraim et intrassent domum
Micha requieverunt ibi
[3]et agnoscentes vocem adulescentis
Levitae
utentesque illius diversorio dixerunt
ad eum
quis te huc adduxit quid hic agis
quam ob causam huc venire vo-
luisti
[4]qui respondit eis haec et haec prae-
stitit mihi Michas et me mercede
conduxit ut sim ei sacerdos
[5]rogaveruntque eum ut consuleret Nm 27,21
Dominum
et scire possent an prospero itinere
pergerent et res haberet effectum
[6]qui respondit eis ite cum pace
Dominus respicit viam vestram et
iter quo pergitis
[7]euntes itaque quinque viri venerunt
Lais
videruntque populum habitantem in
ea absque ullo timore
iuxta Sidoniorum consuetudinem se-
curum et quietum nullo eis penitus
resistente
magnarumque opum et procul a Si-
done atque a cunctis hominibus se-
paratum
[8]reversique ad fratres suos in Saraa
et Esthaol et quid egissent scisci-
tantibus responderunt
[9]surgite et ascendamus ad eos
vidimus enim terram valde opulen- Nm 14,7!
tam et uberem
nolite neglegere nolite cessare
eamus et possideamus eam
nullus erit labor [10]intrabimus ad se-
curos in regionem latissimam
tradetque nobis Dominus locum in
quo nullius rei est penuria eorum
quae gignuntur in terra
[11]profecti igitur sunt de cognatione
Dan id est de Saraa et Esthaol 13,25!
sescenti viri accincti armis bellicis
[12]ascendentesque manserunt in Cari-
athiarim Iudae
qui locus ex eo tempore castrorum
Dan nomen accepit et est post ter-
gum Cariathiarim
[13]inde transierunt in montem Ephraim 2!

VAC ΣΛLFTMΦ cr

9 uenisset c | praespexero VACΣT; prospexero M | 10 mane inquit] dixitque michas mane c. | ~ sunt necessaria c | 12 michas c; micam Σ | ~ puerum sacerdotem apud se c | 13 benefaciet mihi c || **18**,2 igitur] ergo CΣc | suae *om.* C | in monte AT | michae CLMΦc; micae Σ. | 4 me *om.* VCΣ | mercedem A | 5 rogauerunt autem ΛFc | et[1]] ut c | 6 in pace Ac | 7 itaque] igitur c. | ~ consuetudinem sidoniorum c. | eis] ei c | opum] operum V | a[2] *om.* C | 8 reuersique + sunt A | 9 et[1] *om.* Fc. | 10 in terram VC. | 11 accinctis A | 12 iudeae C | 13 et inde C |

cumque venissent ad domum Micha
2! 14 dixerunt quinque viri qui prius missi
fuerant ad considerandam terram
Lais ceteris fratribus suis
17,5! nostis quod in domibus istis sit ephod
et therafin et sculptile atque conflatile
videte quid vobis placeat
15 et cum paululum declinassent
2,3 ingressi sunt domum adulescentis
Levitae qui erat in domo Micha
salutaveruntque eum verbis pacificis
16 sescenti autem viri ita ut erant armati
stabant ante ostium
17 at illi qui ingressi fuerant domum iuvenis
17,5! sculptile et ephod et therafin atque
conflatile tollere nitebantur
et sacerdos stabat ante ostium sescentis
viris fortissimis haut procul
expectantibus
Gn 31,19! 18 tulerunt igitur qui intraverant sculptile
ephod et idola atque conflatile
quibus dixit sacerdos quid facitis
19 cui responderunt tace et pone digitum
super os tuum
17,10 venique nobiscum ut habeamus te
patrem et sacerdotem
quid tibi melius est ut sis sacerdos in
domo unius viri
an in una tribu et familia in Israhel
20 quod cum audisset adquievit sermonibus
eorum
Gn 31,19! et tulit ephod et idola ac sculptile
et cum eis profectus est
21 qui cum pergerent et ante se ire fecissent
parvulos et iumenta et omne
quod erat pretiosum
22 iamque a domo Michae essent procul
viri qui habitabant in aedibus Michae
conclamantes secuti sunt
23 et post tergum clamare coeperunt
qui cum respexissent dixerunt ad Micham
quid tibi vis cur clamas
24 qui respondit deos meos quos mihi Gn 31,30
feci tulistis et sacerdotem et omnia
quae habeo
et dicitis quid tibi est
25 dixeruntque ei filii Dan
cave ne ultra loquaris ad nos
et veniant ad te viri animo concitati
et ipse cum omni domo tua pereas
26 et sic coepto itinere perrexerunt
videns autem Micha quod fortiores
se essent reversus est in domum
suam
27 sescenti autem viri tulerunt sacerdo- 27—29: Ios 19,47
tem et quae supra diximus
veneruntque in Lais ad populum
quiescentem atque securum
et percusserunt eos in ore gladii
urbemque incendio tradiderunt
28 nullo penitus ferente praesidium
eo quod procul habitarent a Sidone
et cum nullo hominum haberent
quicquam societatis ac negotii
erat autem civitas sita in regione
Roob
quam rursum extruentes habitaverunt
in ea
29 vocato nomine civitatis Dan
iuxta vocabulum patris sui quem genuerat
Israhel
quae prius Lais dicebatur
30 posueruntque sibi sculptile
et Ionathan filium Gersan filii Mosi
ac filios eius sacerdotes in tribu Dan
usque ad diem captivitatis suae
31 mansitque apud eos idolum Michae
omni tempore quo fuit domus Dei 21,2; Ios 18,1
in Silo
in diebus illis non erat rex in Israhel 17,6!
19 fuit quidam vir Levites habitans in

13 michae Φ c; mice Σ. | 14 terram *om.* VC | 15 qui] quae VF. | michae Φ c; micae Σ. | 17 [*deest* L *usque ad* 19,5] | 19 ut[1]] et VCF | et[2]] ac C c | in[3] *om.* VCF | 20 ~ profectus est cum eis c. | 21 et[2]] ac c | 22 iamque] et iam c. | micheae *bis* VΛF; micaeae *bis* C | 23 [*deest* V *usque ad v.* 28] | 25 ei *om.* CF | 26 michas FΦ c | se *om.* A | 28 struentes ΛF; instruentes C. | [*iterum adest* V] | 31 micheae V | in diebus—israhel *om.* VC || 19,1 in latere montis] in monte VC |

(V)AC ΣΛ(L)FTM Φ cr

latere montis Ephraim
qui accepit uxorem de Bethleem Iuda
Gn 38,11; Lv 22,13 2 quae reliquit eum et reversa est in domum patris sui Bethleem
mansitque apud eum quattuor mensibus
3 secutusque est eam vir suus
volens ei reconciliari atque blandiri et secum reducere
habens in comitatu puerum et duos asinos
quae suscepit eum et introduxit in domum patris sui
quod cum audisset socer eius eumque vidisset
occurrit ei laetus 4 et amplexatus est hominem
mansitque gener in domo soceri tribus diebus
comedens cum eo et bibens familiariter
8 5 die autem quarto de nocte consurgens proficisci voluit
quem tenuit socer et ait ad eum
Gn 18,5; I Sm 28,22 gusta prius pauxillum panis et conforta stomachum et sic proficisceris
6 sederuntque simul et comederunt ac biberunt
dixitque pater puellae ad generum suum
quaeso te ut hodie hic maneas pariterque laetemur
7 at ille consurgens coepit velle proficisci
et nihilominus obnixe eum socer tenuit et apud se fecit manere
5 8 mane facto parabat Levites iter
cui rursum socer
oro te inquit ut paululum cibi capias
et adsumptis viribus donec increscat dies postea proficiscaris
comederunt ergo simul
9 surrexitque adulescens ut pergeret cum uxore sua et puero
cui rursum locutus est socer
considera quod dies ad occasum declivior sit et propinquet ad vesperum Lc 24,29
mane apud me etiam hodie et duc laetum diem II Sm 11,12
et cras proficisceris ut vadas in domum tuam
10 noluit gener adquiescere sermonibus eius
sed statim perrexit et venit contra Iebus Ios 15,8; 18,28; I Par 11,4
quae altero nomine vocabatur Hierusalem
ducens secum duos asinos onustos et concubinam
11 iamque aderant iuxta Iebus et dies mutabatur in noctem
dixitque puer ad dominum suum
veni obsecro declinemus ad urbem Iebuseorum et maneamus in ea II Sm 5,6
12 cui respondit dominus
non ingrediar oppidum gentis alienae quae non est de filiis Israhel
sed transibo usque Gabaa
13 et cum illuc pervenero manebimus in ea
aut certe in urbe Rama
14 transierunt igitur Iebus et coeptum carpebant iter
occubuitque eis sol iuxta Gabaa 20,4
quae est in tribu Beniamin
15 deverteruntque ad eam ut manerent ibi
quo cum intrassent sedebant in platea civitatis et nullus eos recipere volebat hospitio 18; Lc 2,7
16 et ecce apparuit homo senex revertens de agro et de opere suo vespere
qui et ipse erat de monte Ephraim

(V)AC ΣΛ(L)F(S)T MΦ cr

2 sui + in ΣT c | 3 ~ reconciliari ei c | 5 [*deest* V *usque ad v.* 10] | pauxillum] pusillum C; pauxillulum ΛΦ | [*iterum adest* L] | 6 ~ ac comederunt et c. | 7 at] et C | 8 mane + autem c | ~ socer rursum c | comederuntque ergo CF | 9 [*iterum adest* S] | propinquat C c. | 10 [*iterum adest* V] | uocatur CΛF c | 11 aderat TΦ; erant c | in nocte A | 14 igitur] ergo c | ei sol VΣS | 15 diuerteruntque VCΣSM c | quo] quod CFSTM; quam L. | uoluit c | 16 ~ de monte erat c |

et peregrinus habitabat in Gabaa
homines autem regionis illius erant
filii Iemini
17 elevatisque oculis vidit senex seden-
tem hominem cum sarcinulis suis in
platea civitatis et dixit ad eum
Gn 32,17; Idc 10,11 unde venis et quo vadis
18 qui respondit ei
Rt 1,1 profecti sumus de Bethleem Iuda et
pergimus ad locum nostrum qui
est in latere montis Ephraim unde
ieramus Bethleem
et nunc vadimus ad domum Dei
15! nullusque nos sub tectum suum vult
recipere
19 habentes paleas et faenum in asino-
rum pabulum
et panem ac vinum in meos et ancil-
lae tuae usus et pueri qui mecum
est
nulla re indigemus nisi hospitio
20 cui respondit senex
pax tecum sit ego praebebo omnia
quae necessaria sunt
tantum quaeso ne in platea maneas
Gn 24,32! 21 introduxitque eum in domum suam
21—24: Gn 19,2–8 et pabulum asinis praebuit
Gn 18,4! ac postquam laverunt pedes suos re-
cepit eos in convivium
22 illis epulantibus et post laborem iti-
neris cibo ac potu reficientibus cor-
pora
Dt 13,13! I Sm 25,17 venerunt viri civitatis illius filii Belial
id est absque iugo
20,5 et circumdantes domum senis fores
pulsare coeperunt
clamantes ad dominum domus atque
dicentes
educ virum qui ingressus est domum
tuam ut abutamur eo
23 egressusque est ad eos senex et ait
nolite fratres nolite facere malum
hoc
quia ingressus est homo hospitium
meum et cessate ab hac stultitia
24 habeo filiam virginem et hic homo
habet concubinam
educam eas ad vos ut humilietis eas
et vestram libidinem conpleatis
tantum obsecro ne scelus hoc contra
naturam operemini in virum
25 nolebant adquiescere sermonibus
eius
quod cernens homo eduxit ad eos
concubinam suam et eis tradidit
inludendam
qua cum tota nocte abusi essent di- 20,5
miserunt eam mane
26 at mulier recedentibus tenebris venit
ad ostium domus ubi manebat do-
minus suus et ibi corruit
27 mane facto surrexit homo et aperuit
ostium ut coeptam expleret viam
et ecce concubina eius iacebat ante
ostium sparsis in limine manibus
28 cui ille putans eam quiescere loque-
batur
surge ut ambulemus
qua nihil respondente intellegens
quod erat
tulit eam et inposuit asino
reversusque est in domum suam
29 quam cum esset ingressus arripuit
gladium
et cadaver uxoris cum ossibus suis in 20,6
duodecim partes ac frusta conci- I Sm 11,7
dens
misit in omnes terminos Israhel
30 quod cum vidissent singuli concla-
mabant
numquam res talis facta est in Isra- Gn 34,7!
hel
ex eo die quo ascenderunt patres 20,7
nostri de Aegypto usque in prae-
sens tempus
ferte sententiam et in commune de-
cernite quid facto opus sit
20 egressi sunt itaque omnes filii Isra-

16 [*deest* V *usque ad v.* 27] | 17 ~ senex uidit CS | 18 ieramus + in TMΦc; + de Σ | ~ sub tectum suum nos c | 19 panes C | est] sunt C | 21 lauerant A | 22 ac] et c | 25 eius] illius c | qua] quam ACLSM | abusissent CT | 27 [*iterum adest* V] | sparsas Σ.; expansis C | 28 ut] et Lc | quod erat VATr] + mortua *cet.* || **20**,1 ~ itaque sunt c |

(V)AC
ΣΛLFSTMΦ
cr

I Sm 11,7 hel et pariter congregati quasi vir
unus
I Sm 3,20! II Sm 3,10! 17,11! de Dan usque Bersabee et terra Ga-
10,17! I Mcc 3,46 laad ad Dominum in Maspha
2 omnesque anguli populorum et cunc-
I Mcc 3,13; 5,16 tae tribus Israhel in ecclesiam po-
puli Dei convenerunt
quadringenta milia peditum pugna-
torum
3 nec latuit filios Beniamin quod a-
scendissent filii Israhel in Maspha
interrogatusque Levita maritus mu-
lieris interfectae
quomodo tantum scelus perpetra-
tum esset 4 respondit
19,14.15 veni in Gabaa Beniamin cum uxore
mea illucque deverti
19,22 5 et ecce homines civitatis illius cir-
cumdederunt nocte domum in qua
manebam
19,25 volentes me occidere et uxorem me-
am incredibili libidinis furore ve-
xantes
denique mortua est
19,29.30 6 quam arreptam in frusta concidi
misique partes in omnes terminos
possessionis vestrae
Gn 34,7! quia numquam tantum nefas et tam
grande piaculum factum est in Is-
rahel
19,30 7 adestis omnes filii Israhel decernite
quid facere debeatis
8 stansque omnis populus quasi unius
hominis sermone respondit
non recedemus in tabernacula nostra
nec suam quisquam intrabit domum
9 sed hoc contra Gabaa in commune
faciemus
10 decem viri eligantur e centum
ex omnibus tribubus Israhel
et centum de mille
et mille de decem milibus
ut conportent exercitui cibaria
et possimus pugnantes contra Ga-
baa Beniamin reddere ei pro sce-
lere quod meretur
11 convenitque universus Israhel ad ci-
vitatem quasi unus homo eadem
mente unoque consilio
12 et miserunt nuntios ad omnem tri-
bum Beniamin qui dicerent
cur tantum nefas in vobis reppertum
est
13 tradite homines de Gabaa qui hoc Dt 17,12!
flagitium perpetrarunt ut morian-
tur et auferatur malum de Israhel
qui noluerunt fratrum suorum filio-
rum Israhel audire mandatum
14 sed ex cunctis urbibus quae suae sor-
tis erant convenerunt in Gabaa ut
illis ferrent auxilium
et contra universum Israhel popu-
lum dimicarent
15 inventique sunt viginti quinque milia
de Beniamin educentium gladium
praeter habitatores Gabaa
16 qui septingenti erant viri fortissimi
ita sinistra ut dextra proeliantes 3,15
et sic fundis ad certum iacientes la-
pides
ut capillum quoque possent percu-
tere et nequaquam in alteram par-
tem ictus lapidis deferretur
17 virorum quoque Israhel absque filiis
Beniamin inventa sunt quadrin-
genta milia educentium gladios et
paratorum ad pugnam
18 qui surgentes venerunt in domum 1,1.2; I Sm 1,24!
Dei hoc est in Silo
consulueruntque eum atque dixe-
runt
quis erit in exercitu nostro princeps
certaminis contra filios Beniamin
quibus respondit Dominus Iudas sit

(V)AC ΣΛLFSTMΦ cr

2 quadringenta CFΦ cr 𝔐𝔊] quadringenti Σ.; quadraginta *cet., sed cf. infra v.* 17 | 4 diuerti CΣLSM c | 5 ~ furore libidinis c | denique + et AS. | 8 populus + et C | recedimus VALFT | quisque VTΦ | 9 faciamus A c. | 10 cibariam VC. | possemus A | pugnare ... et reddere c | 11 ~ homo unus c | 12 in nobis VΛ | 14 ~ sortis suae c | ~ populum israhel S c | 16 [*deest* V *usque ad v.* 22] | ~ lapides ad certum iacientes c | ictus] iactus A | 17 quadringenta] quadraginta AST | 18 eum] deum CL c.; dominum S |

dux vester
19 statimque filii Israhel surgentes mane
castrametati sunt iuxta Gabaa
20 et inde procedentes ad pugnam contra Beniamin urbem obpugnare
coeperunt
25 21 egressique filii Beniamin de Gabaa
occiderunt de filiis Israhel die illo
viginti duo milia viros
22 rursum filii Israhel et fortitudine et
numero confidentes
in eodem loco in quo prius certaverant aciem direxerunt
21,2; Nm 14,1! 23 ita tamen ut prius ascenderent et flerent coram Domino usque ad noctem
consulerentque eum et dicerent
28 debeo ultra procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres meos an non
quibus ille respondit
ascendite ad eum et inite certamen
24 cumque filii Israhel altero die contra
Beniamin ad proelium processissent
21 25 eruperunt filii Beniamin de portis
Gabaa
et occurrentes eis tanta in illos caede
baccati sunt
ut decem et octo milia virorum educentium gladium prosternerent
26 quam ob rem omnes filii Israhel ve-
21,2 nerunt in domum Dei
Nm 11,4! II Sm 15,23 et sedentes flebant coram Domino
ieiunaveruntque illo die usque ad vesperam
Ios 8,31! et obtulerunt ei holocausta et pacificas victimas
27 et super statu suo interrogaverunt
Ios 18,1 eo tempore ibi erat arca foederis Dei
28 et Finees filius Eleazari filii Aaron Nm 25,7!
praepositus domus
consuluerunt igitur Dominum atque dixerunt
exire ultra debemus ad pugnam con- 23
tra filios Beniamin fratres nostros an quiescere
quibus ait Dominus ascendite
cras enim tradam eos in manus vestras
29 posueruntque filii Israhel insidias Ios 8,4
per circuitum urbis Gabaa
30 et tertia vice sicut semel et bis contra
Beniamin exercitum produxerunt
31 sed et filii Beniamin audacter eruperunt de civitate
et fugientes adversarios longius persecuti sunt
ita ut vulnerarent ex eis sicut primo et secundo die
et caederent per duas semitas terga vertentes
quarum una ferebat in Bethel
altera in Gabaa
atque prosternerent triginta circiter Ios 7,5
viros
32 putaverunt enim solito eos more cedere
qui fugam arte simulantes iniere con- Ios 8,5.6!
silium
ut abstraherent eos de civitate et quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent
33 omnes itaque filii Israhel surgentes de sedibus suis
tetenderunt aciem in loco qui vocatur Baalthamar
insidiae quoque quae circa urbem erant paulatim se aperire coepe-
runt 34 et ab occidentali urbis parte

21 uirorum TMΦϲ | 22 rursumque CS | [*iterum adest* V] | 23 consulueruntque CM | beniamin + et CΛF. | ad eum] ad eos ΑΛΦϲ | 24 altera Lϲ. | contra + filios Lϲ. | 26 dei] domini C; *om.* S | ~ die illo Sϲ | et³] atque ϲ. | 27 dei] domini VCLFST | 28 eleazar VCΛLF | domus + dei C; + domini A. | 31 ~ die et secundo ϲ | cederent ΣLSTΦ; ceciderunt A | ~ uertentes terga ϲ | ferebatur CLTMΦϲ | bethleem AL; + et TMΦϲ | gabaad Σ; gabaath VCTM | 32 solito eos more (morte F) ΣΛFΦ cr] solito more eos VLTM; eos solito more AC; eos more solito S. | caedere VCΛF | inire VCΣLSTM; inierunt ϲ | eos² *om.* VC. | et *om.* S.; ~ quasi fugientes et C | 33 [*deest* V *usque ad v.* 43] | quae] qui C |

(V)AC ΣΛLFSTMΦ cr

procedere
sed et alia decem milia virorum de
universo Israhel habitatores urbis
ad certamina provocabant
ingravatumque est bellum contra fi-
lios Beniamin
et non intellexerunt quod ex omni
parte illis instaret interitus
35 percussitque eos Dominus in con-
spectu filiorum Israhel
46 et interfecerunt ex eis in illo die vi-
ginti quinque milia et centum viros
omnes bellatores et educentes gla-
dium
36 filii autem Beniamin cum se inferio-
res esse vidissent coeperunt fugere
quod cernentes filii Israhel dederunt
eis ad fugiendum locum
ut ad praeparatas insidias deveni-
rent quas iuxta urbem posuerant
37 qui cum repente de latibulis surre-
xissent
et Beniamin terga caedentibus daret
ingressi sunt civitatem et percusse-
runt eam in ore gladii
38 signum autem dederant filii Israhel
his quos in insidiis conlocaverant
ut postquam urbem cepissent ignem
accenderent
et ascendente in altum fumo captam
urbem demonstrarent
39—43: Ios 8,20–22 39 quod cum cernerent filii Israhel in
ipso certamine positi
putaverunt enim filii Beniamin eos
fugere
et instantius sequebantur caesis de
exercitu eorum triginta viris
40 et viderent quasi columnam fumi de
civitate conscendere
Beniamin quoque retro aspiciens
captam cerneret civitatem et flam-
mas in sublime ferri
41 qui prius simulaverant fugam versa
facie fortius resistebant
quod cum vidissent filii Beniamin in
fugam versi sunt
42 et ad viam deserti ire coeperunt
illuc quoque eos adversariis perse-
quentibus
sed et hii qui urbem succenderant
occurrerunt eis
43 atque ita factum est ut ex utraque
parte ab hostibus caederentur
nec erat ulla morientium requies
ceciderunt atque prostrati sunt ad
orientalem plagam urbis Gabaa
44 fuerunt autem qui in eodem loco in-
terfecti sunt decem et octo milia vi-
rorum
omnes robustissimi pugnatores
45 quod cum vidissent qui remanserant 21,13
de Beniamin
fugerunt in solitudinem et pergebant
ad petram cuius vocabulum est
Remmon
in illa quoque fuga palantes et in di-
versa tendentes occiderunt quinque
milia viros
et cum ultra tenderent persecuti sunt
eos
et interfecerunt etiam alios duo milia
46 et sic factum est ut omnes qui ceci- 35
derant de Beniamin in diversis locis
essent viginti quinque milia pugnato-
res ad bella promptissimi
47 remanserunt itaque de omni numero 21,13
Beniamin qui evadere potuerant et
fugere in solitudinem sescenti viri
sederuntque in petra Remmon men-
sibus quattuor

(V)AC ΣΛLFSTMΦ (l) cr

35 ex illis CΛF; *om.* A. | in[2] *om.* CΣΛLFSM | 37 darent CF | 38 dederunt CTMΦ | in[1] *om.* AΛ | et] ut TMΦc | ~ fumo in altum A | 39 putauerant CΣLTMΦ | persequebantur Lc. | 40 uiderent AS cr, *cf. v.* 39 cernerent] uiderunt *cet.* | ~ aspiciens retro c.: + cum CΣΛLc | 41 [*adest passim* l *usque ad* 21,24] | 43 [*iterum adest* V] | ulla] ultra C | ~ requies morientium c | ceciderunt que atque AF; ceciderunt itaque L. | 44 eodem] eo VCFS | pugnatores] bellatores ΛL. | 45 in solitudine C | uirorum LSc | alia L STMΦc | 46 sic *om.* V | ceciderant] occiderant VC | pugnatorum AL | 47 potuerunt ATMΦc; poterant ΣL | in solitudine ATΦ | ~ et fugere in solitudinem potuerunt c. | in petre C.; petrae V ||

Dt 13,15! 48 regressi autem filii Israhel omnes re-
liquias civitatis a viris usque ad iu-
menta gladio percusserunt
cunctasque urbes et viculos Benia-
min vorax flamma consumpsit
21 iuraverunt quoque filii Israhel in
Maspha et dixerunt
nullus nostrum dabit filiis Beniamin
de filiabus suis uxorem
18,31; 20,26! 2 veneruntque omnes ad domum Dei
in Silo
20,23 et in conspectu eius sedentes usque
ad vesperam
II Sm 15,23 levaverunt vocem et magno ululatu
coeperunt flere dicentes
3 quare Domine Deus Israhel factum
est hoc malum in populo tuo
6 ut hodie una tribus auferretur ex no-
bis
4 altera autem die diluculo consurgen-
tes extruxerunt altare
Ios 8,31! obtuleruntque ibi holocausta et pa-
cificas victimas et dixerunt
8 5 quis non ascendit in exercitu Domini
de universis tribubus Israhel
grandi enim se iuramento constrin-
xerant cum essent in Maspha
interfici eos qui defuissent
15 6 ductique paenitentia filii Israhel
super fratre suo Beniamin coeperunt
dicere
3 ablata est una tribus de Israhel
7 unde uxores accipient
18 omnes enim in commune iuravimus
non daturos nos his filias nostras
5 8 idcirco dixerunt quis est de universis
tribubus Israhel qui non ascendit
ad Dominum in Maspha
et ecce inventi sunt habitatores Iabis-
galaad in illo exercitu non fuisse
9 eo quoque tempore cum essent in
Silo nullus ex eis ibi reppertus est
10 miserunt itaque decem milia viros
robustissimos et praeceperunt eis
ite et percutite habitatores Iabisga- Dt 13,15! Ios 6,21
laad in ore gladii tam uxores quam
parvulos eorum
11 et hoc erit quod observare debetis
omne generis masculini et mulieres Nm 31,17.18!
quae cognoverunt viros interficite
12 inventaeque sunt de Iabisgalaad
quadringentae virgines quae nesci-
erunt viri torum
et adduxerunt eas in castra in Silo in
terra Chanaan
13 miseruntque nuntios ad filios Ben- 20,45.47
iamin qui erant in petra Remmon
et praeceperunt eis ut eos in pace
susciperent
14 veneruntque filii Beniamin in illo
tempore
et datae sunt eis uxores de filiabus
Iabisgalaad
alias autem non reppererunt quas si-
mili modo traderent
15 universusque Israhel valde doluit et 6
egit paenitudinem
super interfectione unius tribus ex
Israhel
16 dixeruntque maiores natu
quid faciemus reliquis qui non ac-
ceperunt uxores
omnes in Beniamin feminae concide-
runt
17 et magna nobis cura ingentique stu-
dio providendum est
ne una tribus deleatur ex Israhel
18 filias nostras eis dare non possumus 7
constricti iuramento et maledictione
qua diximus
maledictus qui dederit de filiabus
suis uxorem Beniamin

21,1 iurauerant VCΛLF | dixerant CΛL | 2 eleuauerunt AS | 5 quis] qui VCFS | ~ iuramento se Tc | constrixerunt V | 6 [*deest* V *usque ad v.* 13] | ~ tribus una c. | 7 ~ filias nostras his A | 11 debeatis MΦ; debebitis ΣΛLFST1c | omnes CΣΛLFS | interficite + uirgines reseruate ΣΛM1; + uirgines autem reseruate c | 12 ad castra ΛLSTMΦc | in terram Mc | 13 [*iterum adest* V] | ~ susciperent in pace c | 14 reppererunt] receperunt VF. | 15 poenitentiam c | super interfectionem ACΣSTΦ | ex] in C.; *om.* AM | 18 filias + enim c. | possimus AS. |

(V)AC ΣΛLFSTMΦ lcr

19 ceperuntque consilium atque dixerunt
ecce sollemnitas Domini est in Silo anniversaria
quae sita est ad septentrionem urbis Bethel
et ad orientalem plagam viae quae de Bethel tendit ad Sycimam
et ad meridiem oppidi Lebona
20 praeceperuntque filiis Beniamin atque dixerunt
ite et latete in vineis
Ex 15,20; I Sm 18,6 21 cumque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere
exite repente de vineis et rapite eas
singuli uxores singulas
et pergite in terram Beniamin
22 cumque venerint patres earum ac fratres
et adversum vos queri coeperint atque iurgari
dicemus eis miseremini eorum
non enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum
sed rogantibus ut acciperent non dedistis
et a vestra parte peccatum est
23 feceruntque filii Beniamin ut sibi fuerat imperatum
et iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quae ducebant choros uxores singulas
abieruntque in possessionem suam aedificantes urbes et habitantes in eis
24 filii quoque Israhel reversi sunt per tribus et familias in tabernacula sua
17,6! in diebus illis non erat rex in Israhel
sed unusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat

EXPLICIT LIBER SOPTHIM

ID EST IUDICUM

INCIPIT LIBER RUTH

In diebus unius iudicis quando iudices praeerant facta est fames in terra Gn 12,10! IV Rg 4,38
abiitque homo de Bethleem Iuda ut peregrinaretur in regione moabitide cum uxore sua ac duobus liberis Idc 19,18
2 ipse vocabatur Helimelech uxor eius Noemi
e duobus filiis alter Maalon et alter Chellion
Ephrathei de Bethleem Iuda I Sm 17,12
ingressique regionem moabitidem morabantur ibi
3 et mortuus est Helimelech maritus Noemi
remansitque ipsa cum filiis
4 qui acceperunt uxores moabitidas
quarum una vocabatur Orpha altera Ruth
manseruntque ibi decem annis
5 et ambo mortui sunt
Maalon videlicet et Chellion
remansitque mulier orbata duobus liberis ac marito Gn 27,45
6 et surrexit ut in patriam pergeret cum utraque nuru sua de regione moabitide
audierat enim quod respexisset Dominus populum suum et dedisset eis escas
7 egressa est itaque de loco peregrinationis suae cum utraque nuru
et iam in via posita revertendi in terram Iuda
8 dixit ad eas

VAC ΣΛLFS(T)M Φl cr 19 ad septentrionalem VΣSM | 20 latitate LSTMΦ c | 21 derepente C | eas] ex eis L M c. | 22 [*deest* T *usque ad v.* 24] | earum] eorum V | ac] aut VCΣ | iurgare CΛFl | rapuerant A | 23 suum *om.* VC ||

(V)ACΣ ΛLFSMΦl crb **Ruth.** *Citantur* VACΣ *et* ΛLFSMΦ l *ac* cr. *Tit.* liber ruth c || **1,1** [*deest* V *usque ad v.* 7, *adest passim* l *usque ad* 4,5] | 2 et uxor CΣc; uxor autem M | e duobus filiis ΣΛr] et duobus filiis CLΦ l; et duobus filii F; et duo filii c; et duo filii eius AM; filii uero eius S. | alter[1]] unus CLS.; + uocabatur Σ | egressique in regionem A. | 4 et altera ACΣS; altera uero c. | 5 remansitque + ibi A. | 6 et[1] *om.* CΣL l | in *om.* A | ei C | 7 nuru + sua ΣΛ | positae AΣΛ | [*adest* V] | reuertenti CΣS | ~ reuertendi posita c | 8 dixitque A |

ite in domum matris vestrae
2,20 faciat Dominus vobiscum misericordiam
sicut fecistis cum mortuis et mecum
9 det vobis invenire requiem in domibus virorum quos sortiturae estis
14; Gn 29,11! et osculata est eas
quae elevata voce flere coeperunt
10 et dicere
tecum pergemus ad populum tuum
11 quibus illa respondit
revertimini filiae mi cur venitis mecum
num ultra habeo filios in utero meo
ut viros ex me sperare possitis
12 revertimini filiae mi abite
iam enim senectute confecta sum nec apta vinculo coniugali
etiam si possem hac nocte concipere et parere filios
13 si eos expectare velitis donec crescant et annos impleant pubertatis
ante eritis vetulae quam nubatis
nolite quaeso filiae mi quia vestra angustia me magis premit
et egressa est manus Domini contra me
9! 14 elevata igitur voce rursum flere coeperunt
Orpha osculata socrum est ac reversa
Ruth adhesit socrui suae
15 cui dixit Noemi
en reversa est cognata tua ad populum suum et ad deos suos vade cum ea
16 quae respondit
ne adverseris mihi ut relinquam te et abeam
II Sm 15,21! quocumque perrexeris pergam
ubi morata fueris et ego pariter morabor
populus tuus populus meus et Deus tuus Deus meus
17 quae te morientem terra susceperit in ea moriar
ibique locum accipiam sepulturae
haec mihi faciat Deus et haec addat si non sola mors me et te separaverit
18 videns ergo Noemi quod obstinato Ruth animo decrevisset secum pergere
adversari noluit nec ultra ad suos reditum persuadere
19 profectaeque sunt simul et venerunt in Bethleem 22!
quibus urbem ingressis velox apud cunctos fama percrebuit
dicebantque mulieres haec est illa Noemi
20 quibus ait ne vocetis me Noemi id est pulchram
sed vocate me Mara hoc est amaram Ex 15,23
quia valde me amaritudine replevit Omnipotens Iob 9,18; Lam 3,15
21 egressa sum plena et vacuam reduxit me Dominus
cur igitur vocatis me Noemi
quam humiliavit Dominus et adflixit Omnipotens Ps 37,9!
22 venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua de terra peregrinationis suae 19; 2,6
ac reversa est in Bethleem quando primum hordea metebantur
2 erat autem vir Helimelech consanguineus 3,2!
homo potens et magnarum opum nomine Booz

(V)ACΣ ΛLFSMΦl crb

8 matris uestrae] patris uestri AΣΛF | ~ uobiscum dominus CL c | mortuis + meis AL | 9 quae leuata VAΣL | 11 mi] meae c | uenistis ΣΛF; uenietis L. | habebo CΣΛFM l; habere potero L. | ~ possitis sperare Σ | 12 mi abite VAΛFr] mi et abite CΣLSM; meae et abite c; moabitae Φ | 13 uelletis VCL.; uellitis ΛS | ~ pubertatis impleant c | mi] meae c | ~ magis me c | premit] pressit Σ | 14 [*deest* V *usque ad* 2,15] | ~ est socrum ΣSMΦ c | reuersa + est S c | 16 auerseris A | quocumque + enim c. | pergam + et c | et[3] *om.* ALS. | 17 moriente CΛ | ~ terra morientem c | deus] dominus c | me a te CM | 18 ~ animo ruth c | auersari A | ~ ad suos ultra c | 19 sunt simul et] simul Σ | ad cunctos Σ | 20 hoc] id AS c | amara CSΦ | ~ amaritudine ualde repleuit me c | 21 igitur] ergo c. | ~ dominus humiliauit c | 22 ergo] igitur AC. || **2,** 1 uiro c.; uiri LMΦ | et] ac AS. | opum] facultatum Σ |

2 dixitque Ruth Moabitis ad socrum
suam
si iubes vadam in agrum et colligam
spicas quae metentium fugerint ma-
nus
ubicumque clementis in me patris
familias repperero gratiam
cui illa respondit vade filia mi
15 3 abiit itaque et colligebat spicas post
terga metentium
accidit autem ut ager ille haberet do-
minum Booz qui erat de cognatione
Helimelech
4 et ecce ipse veniebat de Bethleem
dixitque messoribus Dominus vo-
biscum
qui responderunt ei benedicat tibi
Dominus
5 dixitque Booz iuveni qui messoribus
praeerat
cuius est haec puella
6 qui respondit
1,22! haec est Moabitis quae venit cum
Noemi de regione moabitide
7 et rogavit ut spicas colligeret rema-
nentes sequens messorum vestigia
et de mane usque nunc stat in agro
et ne ad momentum quidem domum
reversa est
8 et ait Booz ad Ruth
audi filia ne vadas ad colligendum in
alterum agrum nec recedas ab hoc
loco
21,23; 3,2 sed iungere puellis meis 9 et ubi mes-
suerint sequere
15 mandavi enim pueris meis ut nemo
tibi molestus sit
sed etiam si sitieris vade ad sarcinulas
et bibe aquas de quibus et pueri bi-
bunt
Gn 18,2,3; Ex 34,8,9; 10 quae cadens in faciem suam et ado-
rans super terram dixit ad eum 1 Sm 25,23! II Sm 14,22
unde mihi hoc ut invenirem gratiam
ante oculos tuos
et nosse me dignareris peregrinam
mulierem
11 cui ille respondit
nuntiata sunt mihi omnia quae fe-
ceris socrui tuae post mortem viri
tui
et quod dereliqueris parentes tuos et Gn 24,7
terram in qua nata es
et veneris ad populum quem ante
nesciebas
12 reddat tibi Dominus pro opere tuo
et plenam mercedem recipias a Do- II Io 8
mino Deo Israhel
ad quem venisti et sub cuius confu-
gisti alas
13 quae ait
inveni gratiam ante oculos tuos do-
mine mi
qui consolatus es me et locutus es ad
cor ancillae tuae
quae non sum similis unius puella-
rum tuarum
14 dixitque ad eam Booz
quando hora vescendi fuerit
veni huc et comede panem et intin-
gue buccellam tuam in aceto
sedit itaque ad messorum latus et
congessit pulentam sibi
comeditque et saturata est et tulit
reliquias
15 atque inde surrexit ut spicas ex more 3
colligeret
praecepit autem Booz pueris suis di- 9
cens
etiam si vobiscum metere voluerit ne
prohibeatis eam
16 et de vestris quoque manipulis proi-
cite de industria et remanere per-

(V)ACΣ ΛLFSMΦI crb

2 moabitidis ACM; moabitides ΣL | ~ fugerint manus metentium c | clementis in me] clementissime l.; clementissimi CΣL | patris familiae CΛFS l | mi] mea c | 3 post tergum CΛLF | dominum + nomine ALMΛc | 5 ~ haec est CLF | 6 qui] cui c. | moabitidis M; *om.* CL | 7 usque + ad C | ne] nec C | 8 ~ in alterum agrum ad colligendum c | coniungere C.; iunge te Σ | 9 ~ molestus sit tibi c | uadas Σ | 11 ille *om.* A | ~ mihi sunt ΣΦ | reliqueris MΦc | uenires A | antea SMΦc | 12 recipies C; accipias ΣM | 13 ante] apud ΛLFΦc | mi quia C: tu S. | es[2] *om.* CLSΦ | 16 [*iterum adest* V] |

mittite
ut absque rubore colligat
et colligentem nemo corripiat
17 collegit ergo in agro usque ad vesperam
et quae collegerat virga caedens et excutiens
invenit hordei quasi oephi mensuram id est tres modios
3.15 18 quos portans reversa est in civitatem et ostendit socrui suae
insuper protulit et dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat
19 dixitque ei socrus
ubi hodie collegisti et ubi fecisti opus
sit benedictus qui misertus est tui
indicavitque ei apud quem esset operata
et nomen dixit viri quod Booz vocaretur
20 cui respondit Noemi
benedictus sit a Domino
1.8 quoniam eandem gratiam quam praebuerat vivis servavit et mortuis
3,2! rursumque propinquus ait noster est homo
21 et Ruth hoc quoque inquit praecepit mihi
8.9! ut tamdiu messoribus eius iungerer
donec omnes segetes meterentur
22 cui dixit socrus
melius est filia mi ut cum puellis eius exeas ad metendum
ne in alieno agro quispiam resistat tibi
8! 3.2 23 iuncta est itaque puellis Booz
et tamdiu cum eis messuit donec hordea et triticum in horreis conderentur
3 postquam autem reversa est ad socrum suam audivit ab ea
filia mi quaeram tibi requiem et providebo ut bene sit tibi
2 Booz iste cuius puellis in agro iuncta es propinquus est noster 2.8! 23 2.1.20
et hac nocte aream hordei ventilat
3 lava igitur et unguere et induere cultioribus vestimentis ac descende in aream Idt 10,3
non te videat homo donec esum potumque finierit
4 quando autem ierit ad dormiendum
nota locum in quo dormiat
veniesque et discoperies pallium quo operitur a parte pedum 7
et proicies te et ibi iacebis
ipse autem dicet tibi quid agere debeas
5 quae respondit quicquid praeceperis faciam
6 descenditque in aream et fecit omnia quae sibi imperaverat socrus
7 cumque comedisset Booz et bibisset et factus esset hilarior
issetque ad dormiendum iuxta acervum manipulorum
venit abscondite et discoperto a pedibus eius pallio se proiecit 4
8 et ecce nocte iam media expavit homo et conturbatus est
viditque mulierem iacentem ad pedes suos
9 et ait illi quae es
illaque respondit
ego sum Ruth ancilla tua
expande pallium tuum super famulam tuam quia propinquus es Ez 16.8
10 et ille benedicta inquit es Domino filia
et priorem misericordiam posteriore superasti
quia non es secuta iuvenes pauperes sive divites
11 noli ergo metuere sed quicquid dixeris mihi faciam tibi
scit enim omnis populus qui habitat

17 ad uesperum A | [*deest* L *usque ad* 3,16] | 19 socrus + sua VCΣMc | esset] fuisset Ac. | 20 ~ ait propinquus CΣc | 21 [*deest* V *usque ad* 4,22] | 22 mi] mea c.; *om.* S | 23 itaque] igitur CΣΛF || **3**,1 mi] mea c. | 2 ~ noster est AΣc | 3 laua ACSΦlr] lauare *cet.* | ac] et c | 4 ueniesque et] ueniensque Σ | operietur AΣ | 5 praeceperis + mihi C | 7 factus fuisset Σ | ~ pallio a pedibus eius c | 9 illi *om.* Σ | illa respondit CΣ | 10 es[1] + a AΣ cr | posteriorem AC | iuuenes] + siue Σ | 11 enim] autem Σ

(V)ACΣ
Λ(L)FSMΦ
lcrb

intra portas urbis meae mulierem
te esse virtutis
4,1 12 nec abnuo me propinquum
sed est alius me propinquior
13 quiesce hac nocte et facto mane si te
4,4! voluerit propinquitatis iure retinere
bene res acta est
sin autem ille noluerit ego te absque
ulla dubitatione suscipiam vivit
Dominus
dormi usque mane
14 dormivit itaque ad pedes eius usque
ad noctis abscessum
surrexitque antequam homines se
cognoscerent mutuo
et dixit Booz
cave ne quis noverit quod huc ve-
neris
15 et rursum expande inquit palliolum
tuum quo operiris et tene utraque
manu
qua extendente et tenente mensus
est sex modios hordei et posuit su-
per eam
2,18 quae portans ingressa est civitatem
16 et venit ad socrum suam
quae dixit ei quid egisti filia
narravitque ei omnia quae sibi fecis-
set homo 17 et ait
ecce sex modios hordei dedit mihi
et ait
nolo vacuam te reverti ad socrum
tuam
18 dixitque Noemi expecta filia donec
videamus quem res exitum habeat
neque enim cessabit homo nisi con-
pleverit quod locutus est
Gn 19,1; II Sm 18,24; 19,8; Iob 29,7; Ier 26,10! 4 ascendit ergo Booz ad portam et se-
dit ibi
3,12 cumque vidisset propinquum prae-
terire de quo prius sermo habitus
est dixit ad eum
declina paulisper et sede hic vocans
eum nomine suo
qui devertit et sedit
2 tollens autem Booz decem viros de
senioribus civitatis dixit ad eos se-
dete hic
3 quibus residentibus locutus est ad
propinquum
partem agri fratris nostri Helimelech
vendit Noemi quae reversa est de
regione moabitide
4 quod audire te volui et tibi dicere 3,13; Lv 25,25! Ier 32,7
coram cunctis sedentibus et maio-
ribus natu de populo meo
si vis possidere iure propinquitatis
eme et posside
sin autem tibi displicet hoc ipsum
indica mihi ut sciam quid facere
debeam
nullus est enim propinquus excepto
te qui prior es et me qui secundus
sum
at ille respondit ego agrum emam
5 cui dixit Booz
quando emeris agrum de manu mu-
lieris
Ruth quoque Moabitidem quae uxor 10; Dt 25,5!
defuncti fuit debes accipere
ut suscites nomen propinqui tui in
hereditate sua
6 qui respondit
cedo iure propinquitatis
neque enim posteritatem familiae
meae delere debeo
tu meo utere privilegio quo me liben-
ter carere profiteor
7 hic autem erat mos antiquitus in Is-
rahel inter propinquos
et si quando alter alteri suo iure ce-
debat
ut esset firma concessio
solvebat homo calciamentum suum Dt 25,9
et dabat proximo suo
hoc erat testimonium cessionis in

ACΣ Λ(LF)SMΦ (l) crb

13 sin] si C | ille *om.* CΣS | 14 ad *om.* Σ | surrexit itaque AMΦ c | 15 pallium ΣS c | 16 [*iterum adest* L] ei^2 *om.* LΣ | fecisset] dixit Σ ‖ 4,1 diuertit CΣSMΦ c | 3 sedentibus c; respondentibus F | uendet C c; uendidit L | 4 et tibi dicerem Σ; ut tibi dicerem ΛM | ~ displicet tibi c. | enim *om.* ΛF.; ~ enim est c. | 5 tui *om.* A | 6 [*deest* l *usque ad v.* 22] | iuri c., *item v.* 7 | [*deest* F *usque ad v.* 22] | 7 et si] si CΣL; ut si c; ut S. |

Israhel
8 dixit ergo propinquus Booz
tolle calciamentum quod statim solvit de pede suo
9 at ille maioribus natu et universo populo
testes inquit vos estis hodie
quod possederim omnia quae fuerunt Helimelech et Chellion et Maalon tradente Noemi
5; Dt 25,5.6! 10 et Ruth Moabitidem uxorem Maalon in coniugium sumpserim
ut suscitem nomen defuncti in hereditate sua
ne vocabulum eius de familia sua ac fratribus et populo deleatur
vos inquam huius rei testes estis
11 respondit omnis populus qui erat in porta et maiores natu nos testes sumus
faciat Dominus hanc mulierem quae ingreditur domum tuam
sicut Rachel et Liam quae aedificaverunt domum Israhel
ut sit exemplum virtutis in Ephrata
et habeat celebre nomen in Bethleem
I Par 2,4 12 fiatque domus tua sicut domus Phares quem Thamar peperit Iudae de semine quod dederit Dominus tibi ex hac puella
13 tulit itaque Booz Ruth et accepit uxorem
ingressusque est ad eam et dedit illi Dominus ut conciperet et pareret filium Gn 16,4
14 dixeruntque mulieres ad Noemi
benedictus Dominus qui non est passus ut deficeret successor familiae tuae
et vocaretur nomen eius in Israhel
15 et habeas qui consoletur animam tuam et enutriat senectutem
de nuru enim tua natus est quae te diligit et multo tibi est melior quam si septem haberes filios
16 susceptumque Noemi puerum posuit in sinu suo
et nutricis ac gerulae officio fungebatur
17 vicinae autem mulieres congratulantes ei et dicentes natus est filius Noemi vocaverunt nomen eius Obed Lc 1,58!
hic est pater Isai patris David
18 hae sunt generationes Phares 18–22: I Par 2,9–12; Mt 1,3–5; Lc 3,31–33
Phares genuit Esrom
19 Esrom genuit Aram
Aram genuit Aminadab
20 Aminadab genuit Naasson Nm 1,7!
Naasson genuit Salma
21 Salma genuit Booz
Booz genuit Obed
22 Obed genuit Isai
Isai genuit David

EXPLICIT LIBER RUTH

8 propinquo CΣΛΦ c; + suo c | calciamentum + tuum Λ c | 9 populo + ait ΣΛ | ~ uos inquit L c | 10 moabitide CS. | 12 ~ peperit thamar A | ~ tibi dederit dominus c; ~ dederit tibi dominus L | ~ ex hac puella tibi Σ | 15 consolaretur A | quae A c r. 𝔐] qui *cet.* | diliget Σ | [*deest* L *usque ad v.* 22] | ~ melior est A c; melius est S | 16 ~ fungebatur officio A c. | 18 haec CS | 19 ram *bis* S𝔐 | 20 salmo S., *item v.* 21; salmon CΣMΦ c, *item v.* 21; salomon A., *item v.* 21 | 22 dauid + regem AΦ ||

ACΣ Λ(L)SMΦ c r b

INCIPIT PROLOGUS SANCTI HIERONYMI IN LIBRO REGUM

Viginti et duas esse litteras apud Hebraeos, Syrorum quoque et Chaldeorum lingua testatur, quae hebraeae magna ex parte confinis est; nam et ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diversis caracteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Mosi totidem litteris scriptitant, figuris tantum et apicibus discrepantes. Certumque est Ezram scribam legisque doctorem post captam Hierosolymam et instaurationem templi sub Zorobabel alias litteras repperisse, quibus nunc utimur, cum ad illud usque tempus idem Samaritanorum et Hebraeorum
Nm 3.39 caracteres fuerint. In libro quoque Numerorum haec eadem supputatio sub Levitarum ac sacerdotum censu mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam graecis voluminibus usque hodie antiquis expressum litteris invenimus. Sed et psalmi tricesimus sextus, et centesimus decimus, et centesimus undecimus, et centesimus octavus decimus, et centesimus quadragesimus quartus, quamquam diverso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alfabeto. Et Hieremiae Lamentati-
Prv 31.10 ones et oratio eius, Salomonis quoque in fine Proverbia ab eo loco in quo ait: «Mulierem fortem quis inveniet», hisdem alfabetis vel incisionibus supputantur. Porro quinque litterae duplices apud eos sunt: chaph, mem, nun, phe, sade; aliter enim per has scribunt principia medietatesque verborum, aliter fines. Unde et quinque a plerisque libri duplices aestimantur: Samuhel, Malachim, Dabreiamin, Ezras, Hieremias cum Cinoth, id est Lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quae scribimus hebraice omne quod loquimur, et eorum initiis vox humana conprehenditur, ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi litteris et exordiis, in Dei doctrina, tenera adhuc et lactans viri iusti eruditur infantia.

Primus apud eos liber vocatur Bresith, quem nos Genesim dicimus; secundus Hellesmoth, qui Exodus appellatur; tertius Vaiecra, id est Leviticus; quartus Vaiedabber, quem Numeros vocamus; quintus Addabarim, qui Deuteronomium praenotatur. Hii sunt quinque libri Mosi, quos proprie Thorath, id est Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt, et incipiunt ab Iesu filio Nave, qui apud eos Iosue Bennum dicitur. Deinde subtexunt Sopthim, id est Iudicum librum; et in eundem conpingunt Ruth, quia in diebus Iudicum facta narratur historia. Tertius sequitur Samuhel, quem nos Regnorum primum et secundum dicimus. Quartus Malachim, id est Regum, qui tertio et quarto Regnorum volumine continetur; meliusque multo est Malachim, id est Regum, quam Malachoth, id est Regnorum dicere, non

RAC ΣΛΦ cr **Prologus.** *Citantur* RAC *et* ΣΛΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* hieronymi prologus galeatus c | 1 ~ litteras esse Σc | ~ lingua et chaldeorum Φc | 3 uiginti + et C | 8 fuerunt R Σ | 12 ~ decimus octauus c. | 16 eos] hebraeos ΛΦc | 17 scribuntur Σc; ~ scrib. per has c | 22 lactens c | 23 bresith] *praem. nomen hebr. litteris scriptum* c., *et sic in sequentibus nominibus* | ueelle semoth c. | 25 numerum CΦ; numerorum Λ | helleaddabarim RΛc | 26 thora c | 27 ~ ordinem prophetarum RC | 29 facta + eius c | 30 regnorum] regum c, *item l.* 31 |

enim multarum gentium regna describit, sed unius israhelitici populi qui tribubus duodecim continetur. Quintus est Esaias, sextus Hieremias, septimus Hiezecihel, octavus liber duodecim Prophetarum, qui apud illos vocatur Thareasra.

Tertius ordo αγιογραφα possidet, et primus liber incipit ab Iob, secundus a David, quem quinque incisionibus et uno Psalmorum volumine conprehendunt. Tertius est Salomon, tres libros habens: Proverbia, quae illi Parabolas, id est Masaloth appellant, et Ecclesiasten, id est Accoeleth, et Canticum canticorum, quem titulo Sirassirim praenotant. Sextus est Danihel, septimus Dabreiamin, id est Verba dierum, quod significantius χρονικον totius divinae historiae possumus appellare, qui liber apud nos Paralipomenon primus et secundus scribitur; octavus Ezras, qui et ipse similiter apud Graecos et Latinos in duos libros divisus est, nonus Hester.

Atque ita fiunt pariter veteris legis libri viginti duo, id est Mosi quinque, Prophetarum octo, Agiograforum novem. Quamquam nonnulli Ruth et Cinoth inter Agiografa scriptitent et libros hos in suo putent numero supputandos, ac per hoc esse priscae legis libros viginti quattuor, quos sub numero viginti quattuor seniorum Apocalypsis Io- Apc 4.4–10
hannis inducit adorantes Agnum et coronas suas prostratis vultibus offerentes, stantibus coram quattuor animalibus oculatis retro et ante, id est et in praeteritum et in futurum, et indefessa voce clamantibus: «Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omni- Apc 4.8
potens, qui erat et qui est et qui futurus est».

Hic prologus Scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris, quos de hebraeo vertimus in latinum, convenire potest, ut scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrifa seponendum. Igitur Sapientia, quae vulgo Salomonis inscribitur, et Iesu filii Sirach liber et Iudith et Tobias et Pastor non sunt in canone. Macchabeorum primum librum hebraicum repperi, secundus graecus est, quod et ex ipsa φρασιν probari potest.

Quae cum ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum reprehensionem aestimes antiquorum. In tabernaculum Dei offert unusquisque quod potest: alii aurum Ex 25.2–7; 35.5–9
et argentum et lapides pretiosos, alii byssum et purpuram, coccum offerunt et hyacinthum; nobiscum bene agetur, si obtulerimus pelles et caprarum pilos. Et tamen Apos- I Cor 12.22
tolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Unde et tota illa tabernaculi Ex 26.7–14; 36.14–19
pulchritudo et per singulas species Ecclesiae praesentis futuraeque distinctio pellibus tegitur et ciliciis, ardoremque solis et iniuriam imbrium ea quae viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuhel et Malachim meum; meum, inquam, meum: quicquid enim crebrius vertendo et emendando sollicitius et didicimus et tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas, vel interpretem me aestimato, si gratus es, vel παραφραστην, si ingratus, quamquam mihi omnino conscius non sim mutasse me quippiam de hebraica veritate. Certe si incredulus es, lege graecos codices et latinos et confer cum his opusculis, et ubicumque inter se videris discrepare, inter-

33 ~ describit regna c. | 35 there asar c. | 38 masaloth] misle c. | ~ misle id est parabolas c. | 39 et[1]] quartus CΛΦ c | coheleth c | et[2]] quintus CΛΦ c | 40 dibre haiamim c. | 42 inscribitur ΛΦ c | 44 quinque + et c | 46 scriptitant C | ~ hos libros c | ~ putent in suo R | 47 quos] quod C | 49 ~ ante et retro c | et[2] *om.* RΣΦ c | 50 futurum + respicientes CΣΛΦ; + respicientibus c | 51 futurus] uenturus CΣΛ c | 53 uertimur C | 54 seponendum] esse ponendum ΣΛ c | scribitur RC. | 56 et *om.* ΣΛΦ c | ipsa + quoque c. | φρασι A; phrasi c; historia R; *praem.* storia C.; + id est storia ΣΛ | 59 extimes CΣ; existimes R c. | in tabernaculo CΛΦ; in templo c | 60 et[1] *om.* c. | coccumque Σ; et coccum CΛΦ c | 61 agitur RΣΛΦ c | 65 primo RΣ | meum[2] *om.* C | 66 et didicimus] edidicimus A; edidimus C. | 67 ante C | 68 parafrasten Λ c; historiografum R | sum R | 70 iis c | opusculis + quae nuper emendauimus c. | ~ discrepare inter se uideris c |

RAC ΣΛΦ cr

roga quemlibet Hebraeorum cui magis accomodare debeas fidem, et si nostra firmaverit, puto quod eum non aestimes coniectorem, ut in eodem loco mecum similiter divinarit.

Mt 26,7; Mc 14,3 Sed et vos famulas Christi rogo, quae Domini discumbentis pretiosissimo fidei
Io 20,15–17 myro unguitis caput, quae nequaquam Salvatorem quaeritis in sepulchro, quibus iam
Ps 58,7.15 ad Patrem Christus ascendit, ut contra latrantes canes, qui adversum me rabido ore
desaeviunt et circumeunt civitatem atque in eo se doctos arbitrantur, si aliis detrahant,
orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper
Ps 38,2–3 sententiae recordabor: «Custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea; posui
ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversum me; obmutui et humiliatus
sum, et silui a bonis». EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER SAMUHELIS
ID EST REGUM PRIMUS ET SECUNDUS

Fuit vir unus de Ramathaimsophim de monte Ephraim
et nomen eius Helcana
1 Par 6,27.34.35 filius Hieroam filii Heliu filii Thau filii Suph Ephratheus
2 et habuit duas uxores
nomen uni Anna et nomen secundae Fenenna
fueruntque Fenennae filii
Annae autem non erant liberi
21! 24 3 et ascendebat vir ille de civitate sua statutis diebus
ut adoraret et sacrificaret Domino exercituum in Silo
2,34! 4,4; 14,3 erant autem ibi duo filii Heli Ofni et Finees sacerdotes Domini
4 venit ergo dies et immolavit Helcana
deditque Fenennae uxori suae et cunctis filiis eius et filiabus partes
5 Annae autem dedit partem unam tristis
quia Annam diligebat Dominus autem concluserat vulvam eius Gn 16,2!
6 adfligebat quoque eam aemula eius et vehementer angebat
in tantum ut exprobraret quod conclusisset Dominus vulvam eius Gn 16,2!
7 sicque faciebat per singulos annos
cum redeunte tempore ascenderent templum Domini
et sic provocabat eam
porro illa flebat et non capiebat cibum
8 dixit ergo ei Helcana vir suus
Anna cur fles et quare non comedis III Rg 21,5
et quam ob rem adfligitur cor tuum Ps 41,6!
numquid non ego melior sum tibi quam decem filii
9 surrexit autem Anna postquam comederat in Silo et biberat
et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini
10 cum esset amaro animo IV Esr 9,41
oravit Dominum flens largiter 11 et votum vovit dicens Ps 119,1!
Domine exercituum
si respiciens videris adflictionem famulae tuae Gn 29,32! Lc 1,48; IV Esr 9,45
et recordatus mei fueris nec oblitus

RAC ΣΛΦ cr 71 hebraeum RC | 72 extimes CΣ; existimes R | 74 rogo] oro C | pretiosissima fidei myrrha c | 78 clipeis obponatis C.; clypeo subponatis RA | semper *om.* R | 79 recordabor + dixi CΛΦ c | 80 cum] dum RC | consistit C | ~ aduersum me peccator A | 81 a] de AΦ ||

Samuhel. *Citantur* RAC *et* ΣΛDΦ hkm *ac* cr. *Tit.* liber primus samuelis quem nos primum regum dicimus c || 1,1 [*desunt* D *usque ad* 2,5, h *usque ad* 18,4, k *usque ad* 8,19, m *usque ad* 13,14] | 6 ~ dominus conclusisset c. | 7 ascenderent + ad c | capiebat] accipiebat C | 8 ~ tibi sum c. | 9 ~ et biberat in silo c | 10 esset + anna Φ c | domino Σ; ad dominum c |

ancillae tuae
dederisque servae tuae sexum virilem
28 dabo eum Domino omnes dies vitae eius
Idc 13,5' et novacula non ascendet super caput eius
12 factum est ergo cum illa multiplicaret preces coram Domino
ut Heli observaret os eius
13 porro Anna loquebatur in corde suo
tantumque labia illius movebantur
et vox penitus non audiebatur
aestimavit igitur eam Heli temulentam
14 dixitque ei usquequo ebria eris
digere paulisper vinum quo mades
15 respondens Anna nequaquam inquit domine mi
nam mulier infelix nimis ego sum
Nm 6,3! Idc 13,4! vinumque et omne quod inebriare potest non bibi
Idt 6,14! Ps 41,5; 61,9; Lam 2,19 sed effudi animam meam in conspectu Domini
16 ne reputes ancillam tuam quasi unam de filiabus Belial
quia ex multitudine doloris et maeroris mei locuta sum usque in praesens
17 tunc Heli ait ei
27; I Esr 7,6! Ps 19,7; 36,4; 105,15 vade in pace et Deus Israhel det tibi petitionem quam rogasti eum
18 et illa dixit utinam inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis
et abiit mulier in viam suam et comedit
vultusque eius non sunt amplius in diversa mutati
19 et surrexerunt mane et adoraverunt coram Domino
2,11 reversique sunt et venerunt in domum suam Ramatha
cognovit autem Helcana Annam
uxorem suam
et recordatus est eius Dominus
20 et factum est post circulum dierum
concepit Anna et peperit filium Gn 4,25!
vocavitque nomen eius Samuhel eo quod a Domino postulasset eum
21 ascendit autem vir Helcana et omnis domus eius 3
ut immolaret Domino hostiam sollemnem et votum suum 2,19; Idc 2,5! Ion 1,16; II Mcc 3,35
22 et Anna non ascendit
dixit enim viro suo
non vadam donec ablactetur infans
et ducam eum et appareat ante conspectum Domini et maneat ibi iugiter
23 et ait ei Helcana vir suus
fac quod bonum tibi videtur 3,18; 14,36.40
et mane donec ablactes eum
precorque ut impleat Dominus verbum suum
mansit ergo mulier et lactavit filium suum donec amoveret eum a lacte
24 et adduxit eum secum postquam ablactaverat
in vitulis tribus et tribus modiis farinae et amphora vini 3
et adduxit eum ad domum Domini in Silo Idc 20,18
puer autem erat adhuc infantulus
25 et immolaverunt vitulum et obtulerunt puerum Heli Lv 1,5!
26 et ait obsecro mi domine
vivit anima tua domine
ego sum illa mulier quae steti coram te hic orans Dominum 27 pro puero isto
oravi et dedit Dominus mihi petitionem meam quam postulavi eum 17!
28 idcirco et ego commodavi eum Domino cunctis diebus quibus fuerit accommodatus Domino 11; 2,20
et adoraverunt ibi Dominum
et oravit Anna et ait

11 omnibus diebus c | 12 ergo] autem ΛΦc | 13 illius] eius R | igitur] ergo ΛΦc | 17 ei *om.* A | petitionem + tuam c. | 18 eius] illius ΛΦc | 21 uir *om.* ΛΦ; + eius c | 22 et[3]] ut c | 24 anforae R.; amphoram C | ~ adhuc erat R | 26 ait + anna ΛΦc | 27 ~ mihi dominus CΛΦc | 28 commendaui C | commodatus c. ||

RAC ΣΛΦ cr

Ps 34,9; 83,3; 88,18! Za 10,7 2 Exultavit cor meum in Domino
Ps 74,11! exaltatum est cornu meum in Domino
dilatatum est os meum super inimicos meos
Ps 9,16! Is 25,9; 61,10! Lc 1,47 quia laetata sum in salutari tuo
Dt 4,35! II Sm 7,22; 2 non est sanctus ut est Dominus
Ex 15,11! II Sm 22,32! neque enim est alius extra te
Iob 36,22! et non est fortis sicut Deus noster
Ps 16,10! 3 nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes
recedant vetera de ore vestro
quoniam Deus scientiarum Dominus est
et ipsi praeparantur cogitationes
Ps 36,15; 45,10; 75,4 4 arcus fortium superatus est
et infirmi accincti sunt robore
5 saturati prius pro pane se locaverunt
et famelici saturati sunt
donec sterilis peperit plurimos
Is 54,1! Ier 15,9 et quae multos habebat filios infirmata est
IV Esr 8,13 Dt 32,39! Sap 16,13; 6 Dominus mortificat et vivificat
Ps 15,10! 70,20! Tb 13,2 deducit ad infernum et reducit
Ps 74,8; 146,6! Iob 5,11! 7 Dominus pauperem facit et ditat
Sir 7,12; Ez 21,26 humiliat et sublevat
Ps 112,7.8 8 suscitat de pulvere egenum et de stercore elevat pauperem
Ps 9,10 H
Iob 36,7 ut sedeat cum principibus et solium gloriae teneat
Ex 19,5! Ps 71,8; 92,1! Domini enim sunt cardines terrae et posuit super eos orbem
Ps 120,3! 9 pedes sanctorum suorum servabit
et impii in tenebris conticescent
quia non in fortitudine roborabitur vir
7,10! II Sm 22,14; Ps 17,14! 10 Dominum formidabunt adversarii eius super ipsos in caelis tonabit
Ps 9,9! I Par 16,33 Dominus iudicabit fines terrae et dabit imperium regi suo
Ps 131,17! Ez 29,21 et sublimabit cornu christi sui
1,19 11 et abiit Helcana Ramatha in domum suam
18; 3,1 puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis
12 porro filii Heli filii Belial Dt 13,13!
nescientes Dominum 13 neque officium sacerdotum ad populum
sed quicumque immolasset victimam
veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes
et habebat fuscinulam tridentem in manu sua
14 et mittebat eam in lebetem vel in caldariam
aut in ollam sive in caccabum
et omne quod levabat fuscinula tollebat sacerdos sibi
sic faciebant universo Israheli venientium in Silo
15 etiam antequam adolerent adipem
veniebat puer sacerdotis et dicebat immolanti
da mihi carnem ut coquam sacerdoti
non enim accipiam a te carnem coctam sed crudam
16 dicebatque illi immolans
incendatur primum iuxta morem hodie adeps
et tolle tibi quantumcumque desiderat anima tua
qui respondens aiebat ei nequaquam
nunc enim dabis alioquin tollam vi
17 erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino
quia detrahebant homines sacrificio Domini
18 Samuhel autem ministrabat ante faciem Domini puer 11; 3,1
accinctus ephod lineo II Sm 6,14; I Par 15,27
19 et tunicam parvam faciebat ei mater sua
quam adferebat statutis diebus ascendens cum viro suo ut immolaret hostiam sollemnem 1,21!
20 et benedixit Heli Helcanae et uxori eius

RAC ΣΛ(D)Φ cr 2,1 domino[1] + et ΣΛΦc | cornu] cor R | domino[2] + meo Σ; deo meo RCc | laetatus C | 3 quoniam] quia c | deus] dominus R | 5 saturati] repleti c | panibus c | [*adest* D] | 6 inferos RΛc | 9 fortitudine + sua ΣΛDc | 10 eius + et c | 14 israhel CD | 16 aiebat] agebat CΣΛD | uim C | 17 retrahebant c. | homines + a c | 20 helcana ΑΣ |

dixitque reddat Dominus tibi semen
de muliere hac
1,28! pro fenore quod commodasti Domino
et abierunt in locum suum
Gn 21,1.2 21 visitavit ergo Dominus Annam
et concepit et peperit tres filios et duas filias
Idc 13,24! et magnificatus est puer Samuhel apud Dominum
Ios 13,1! 22 Heli autem erat senex valde
et audivit omnia quae faciebant filii sui universo Israheli
Ex 38,8 et quomodo dormiebant cum mulieribus quae observabant ad ostium tabernaculi
23 et dixit eis quare facitis res huiuscemodi
quas ego audio res pessimas ab omni populo
24 nolite filii mi
non enim est bona fama quam ego audio
ut transgredi faciatis populum Domini
25 si peccaverit vir in virum placari ei potest Deus
si autem in Domino peccaverit vir quis orabit pro eo
et non audierunt vocem patris sui
quia voluit Dominus occidere eos
3,19; Idc 13,24 26 puer autem Samuhel proficiebat atque crescebat
Tb 14,17! Prv 3,4; Sir 46,16; Lc 2,52! et placebat tam Deo quam hominibus
Idc 13,6; III Rg 2,27; 13,1 27 venit autem vir Dei ad Heli
et ait ad eum haec dicit Dominus
numquid non aperte revelatus sum domui patris tui
cum essent in Aegypto in domo Pharaonis
Nm 3,10 28 et elegi eum ex omnibus tribubus Israhel mihi in sacerdotem
Ex 30,20! ut ascenderet altare meum et adoleret mihi incensum
et portaret ephod coram me
et dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israhel Nm 18,8!
29 quare calce abicitis victimam meam Dt 12,5.6!
et munera mea quae praecepi ut offerrentur in templo
et magis honorasti filios tuos quam me
ut comederetis primitias omnis sacrificii Israhel populi mei
30 propterea ait Dominus Deus Israhel
loquens locutus sum
ut domus tua et domus patris tui
ministraret in conspectu meo usque in sempiternum
nunc autem dicit Dominus absit hoc a me
sed quicumque glorificaverit me glorificabo eum Mt 10,32.33!
qui autem contemnunt me erunt ignobiles
31 ecce dies veniunt
et praecidam brachium tuum et brachium domus patris tui
ut non sit senex in domo tua
32 et videbis aemulum tuum in templo in universis prosperis Israhel
et non erit senex in domo tua omnibus diebus
33 verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo
sed ut deficiant oculi tui et tabescat anima tua
et pars magna domus tuae morietur cum ad virilem aetatem venerit
34 hoc autem erit tibi signum Ex 3,12!
quod venturum est duobus filiis tuis Ofni et Finees 1,3! 4,11
in die uno morientur ambo
35 et suscitabo mihi sacerdotem fidelem Hbr 2,17; 3,1.2
qui iuxta cor meum et animam me-

20 dixitque] et dixit RΣ; dicens D.; + ei c | ~ tibi dominus Λ c | 22 israhel RAD | 24 mi] mei c | ~ est enim CΣΛΦ | 25 in dominum ΑΣΛDc | 26 deo] domino c | 27 esset CΛ | 28 ascenderet + ad ΣΦ c | 29 abiecistis RΛ c; abitis C | 32 uidebis + christum RΣΛ | 33 ~ penitus ex te uirum C; ~ uirum penitus ex te ΛDΦ | ab altario RΣ |

RAC ΣΛDΦ cr

25,28; III Rg 11,38; I Par 17,10 am faciat
et aedificabo ei domum fidelem
et ambulabit coram christo meo cunctis diebus
36 futurum est autem ut quicumque remanserit in domo tua
veniat ut oretur pro eo
et offerat nummum argenteum et tortam panis
dicatque dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem
ut comedam buccellam panis
2.11.18 3 puer autem Samuhel ministrabat Domino coram Heli
et sermo Domini erat pretiosus in diebus illis
Ps 73,9! non erat visio manifesta
2 factum est ergo in die quadam
Heli iacebat in loco suo
4,15; Gn 27,1! III Rg 14,4 et oculi eius caligaverant nec poterat videre
3 lucerna Dei antequam extingueretur
Samuhel autem dormiebat in templo Domini ubi erat arca Dei
4 et vocavit Dominus Samuhel
qui respondens ait ecce ego
8.9 5 et cucurrit ad Heli et dixit
ecce ego vocasti enim me
qui dixit non vocavi revertere dormi
et abiit et dormivit
6 et adiecit Dominus vocare rursum Samuhel
consurgensque Samuhel abiit ad Heli et dixit
ecce ego quia vocasti me
qui respondit non vocavi te fili mi
revertere et dormi
7 porro Samuhel necdum sciebat Dominum
neque revelatus fuerat ei sermo Domini
8 et adiecit Dominus et vocavit adhuc Samuhel tertio
qui consurgens abiit ad Heli 9 et ait
ecce ego quia vocasti me
intellexit igitur Heli quia Dominus vocaret puerum
et ait ad Samuhel vade et dormi
et si deinceps vocaverit te
dices loquere Domine quia audit servus tuus
abiit ergo Samuhel et dormivit in loco suo
10 et venit Dominus et stetit
et vocavit sicut vocaverat secundo Samuhel Samuhel
et ait Samuhel loquere quia audit servus tuus
11 et dixit Dominus ad Samuhel
ecce ego facio verbum in Israhel
quod quicumque audierit tinnient ambae aures eius
12 in die illo suscitabo adversum Heli
omnia quae locutus sum super domum eius III Rg 2,27
incipiam et conplebo
13 praedixi enim ei quod iudicaturus essem domum eius in aeternum propter iniquitatem
eo quod noverat indigne agere filios suos et non corripuit eos
14 idcirco iuravi domui Heli
quod non expietur iniquitas domus eius victimis et muneribus usque in aeternum
15 dormivit autem Samuhel usque mane
aperuitque ostia domus Domini
et Samuhel timebat indicare visionem Heli
16 vocavit ergo Heli Samuhelem et dixit
Samuhel fili mi
qui respondens ait praesto sum
17 et interrogavit eum
quis est sermo quem locutus est ad te
oro te ne celaveris me
haec faciat tibi Deus et haec addat

RAC ΣΛDΦ cr 35 faciet Λ c ‖ 3,3 autem *om.* c. | 5 revertere + et c | et³ *om.* A | 6 ~ rursum vocare c | samuelem¹ c | quia] quoniam CD. | 7 ~ ei fuerat R | 8 samuelem c | 9 igitur] ergo c. | ad samuelem c | 10 loquere + domine ΣΛDΦ c | 11 ad samuelem Σ c | 12 illa c | 13 corripuerit c. | 15 usque + in CΣ. | ~ timebat visionem indicare R; ~ indicare timebat visionem Σ | 17 est² + dominus ΣΛ c ‖

si absconderis a me sermonem ex
omnibus verbis quae dicta sunt tibi
18 indicavit itaque ei Samuhel universos
sermones
et non abscondit ab eo
1,23! et ille respondit Dominus est quod
bonum est in oculis suis faciat
2,26; Idc 13,24 19 crevit autem Samuhel et Dominus
erat cum eo
et non cecidit ex omnibus verbis eius
in terram
Idc 20,1! II Sm 24,2.15 20 et cognovit universus Israhel a Dan
usque Bersabee
Sir 46,16; 48,25 quod fidelis Samuhel propheta esset
Domini
21 et addidit Dominus ut appareret in
Silo
quoniam revelatus fuerat Dominus
Samuheli in Silo iuxta verbum Do-
mini
et evenit sermo Samuhelis universo
Israheli
28,1; 29,1 **4** egressus est namque Israhel obviam
Philisthim in proelium
et castrametatus est iuxta lapidem
Adiutorii
31,1; III Rg 20,26 porro Philisthim venerunt in Afec
2 et instruxerunt aciem contra Israhel
17 inito autem certamine terga vertit
Israhel Philistheis
et caesa sunt in illo certamine pas-
sim per agros quasi quattuor milia
virorum
3 et reversus est populus ad castra
dixeruntque maiores natu de Israhel
quare percussit nos Dominus hodie
coram Philisthim
adferamus ad nos de Silo arcam foe-
deris Domini
et veniat in medium nostri
ut salvet nos de manu inimicorum
nostrorum
4 misit ergo populus in Silo

et tulerunt inde arcam foederis Do- Ex 25,22! II Sm 6,2; IV Rg 19,15; Ps 98,1! Is 37,16
mini exercituum sedentis super che-
rubin
erantque duo filii Heli cum arca foe- 1,3!
deris Domini Ofni et Finees
5 cumque venisset arca foederis Do- 14,18
mini in castra
vociferatus est omnis Israhel clamore
grandi et personuit terra
6 et audierunt Philisthim vocem cla-
moris
dixeruntque quaenam haec est vox 14!
clamoris magni in castris Hebraeo-
rum
et cognoverunt quod arca Domini
venisset in castra
7 timueruntque Philisthim dicentes ve-
nit Deus in castra
et ingemuerunt 8 vae nobis
non enim fuit tanta exultatio heri et
nudius tertius
vae nobis quis nos servabit de manu
deorum sublimium istorum
hii sunt dii qui percusserunt Aegyp- Idt 5,10; Is 19,22
tum omni plaga in deserto
9 confortamini et estote viri Philisthim
ne serviatis Hebraeis sicut illi servie-
runt vobis
confortamini et bellate
10 pugnaverunt ergo Philisthim et cae-
sus est Israhel
et fugit unusquisque in tabernacu-
lum suum
et facta est plaga magna nimis 17
et ceciderunt de Israhel triginta milia
peditum
11 et arca Dei capta est 19.21
duoque filii Heli mortui sunt Ofni et 17; 2,34!
Finees
12 currens autem vir de Beniamin ex 16; II Sm 1,2
acie
venit in Silo in die illo scissa veste Ios 7,6! II Sm 13,19!
et conspersus pulvere caput

4,1 egressus] *praem.* et factum est in diebus illis conuenerunt philisthim in pugnam (+ et c.) ΣΛ c𝔊 | namque *om.* c. | 2 israhel[2] + a CΣ | 3 nostri] nostrum C | ut] et RΣ | 4 domini[2]] dei ΛΦ c | 6 ~ est haec DΦ c | 7 ingemuerunt + dicentes c | 8 seruabit] saluabit c | 9 sicut + et c | uobis] nobis R | 11 duoque RAr] duo quoque *cet.* | 12 in die illa c; die illo A; *om.* Σ |

RAC ΣΛDΦ cr

13 cumque ille venisset Heli sedebat super sellam contra viam aspectans
erat enim cor eius pavens pro arca Domini
vir autem ille postquam ingressus est nuntiavit urbi
et ululavit omnis civitas
14 et audivit Heli sonitum clamoris
6; III Rg 1,41 dixitque quis est hic sonitus tumultus huius
at ille festinavit et venit et adnuntiavit Heli
15 Heli autem erat nonaginta et octo annorum
3,2! et oculi eius caligaverant et videre non poterat
16 et dixit ad Heli
12; II Sm 1,3.4 ego sum qui veni de proelio
et ego qui de acie fugi hodie
cui ille ait quid actum est fili mi
17 respondens autem qui nuntiabat
2 fugit inquit Israhel coram Philisthim
10 et ruina magna facta est in populo
11 insuper et duo filii tui mortui sunt Ofni et Finees
et arca Dei capta est
18 cumque ille nominasset arcam Dei
cecidit de sella retrorsum iuxta ostium
et fractis cervicibus mortuus est
senex enim erat vir et grandevus
17,12; Ios 23,1! et ipse iudicavit Israhel quadraginta annis
19 nurus autem eius uxor Finees praegnans erat vicinaque partui
11 et audito nuntio quod capta esset arca Dei
et mortuus socer suus et vir suus
incurvavit se et peperit
inruerant enim in eam dolores subiti
20 in ipso autem momento mortis eius
dixerunt ei quae stabant circa eam
ne timeas quia filium peperisti
quae non respondit eis neque animadvertit
21 et vocavit puerum Hicabod
dicens translata est gloria de Israhel Is 17,4; Ez 23,26!
quia capta est arca Dei 11
et pro socero suo et pro viro suo
22 et ait translata est gloria ab Israhel
eo quod capta esset arca Dei
5 Philisthim autem tulerunt arcam Dei
et asportaverunt eam a lapide Adiutorii in Azotum
2 tulerunt Philisthim arcam Dei et intulerunt eam in templum Dagon
et statuerunt eam iuxta Dagon
3 cumque surrexissent diluculo Azotii altera die
ecce Dagon iacebat pronus in terram ante arcam Domini
et tulerunt Dagon et restituerunt eum in loco suo
4 rursumque mane die alio consurgentes
invenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terram coram arca Domini
caput autem Dagon et duae palmae manuum eius abscisae erant super limen
5 porro Dagon truncus solus remanserat in loco suo
propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon et omnes qui ingrediuntur templum eius
super limen Dagon in Azoto usque in hodiernum diem
6 adgravata autem est manus Domini 9,12
super Azotios et demolitus est eos Dt 28,27
et percussit in secretiori parte natium Azotum et fines eius Ps 77,66

RAC ΣΛDΦ cr 13 aspectans RCΛr] spectans AΦc; espectans D.; expectans Σ | domini] dei c | 14 et nuntiauit Σc | 15 poterant RA | 17 autem + ille Ac | 19 mortuus + esset c; + est D || 5,2 tuleruntque Dc | 3 in terra ΣΛΦc | in locum suum c | 4 alio] altero ΛDΦ; altera c. | in terra AΣΛDΦc | abscissae c | 5 ~ solus truncus c | 6 ~ est autem CΛDΦc | azotos CΣΛDΦ | eos + et ebullierunt uillae et agri in medio regionis illius et nati sunt mures et facta est confusio mortis magnae (magna Λ) in ciuitate ΣΛ𝔊; *eadem habet* c *post* eius |

[7]videntes autem viri azotii huiuscemodi plagam dixerunt
non maneat arca Dei Israhel apud nos
quoniam dura est manus eius super nos et super Dagon deum nostrum
11; 6,16 [8]et mittentes congregaverunt omnes satrapas Philisthinorum ad se et dixerunt
6,2 quid faciemus de arca Dei Israhel
responderuntque Getthei
circumducatur arca Dei Israhel
et circumduxerunt arcam Dei Israhel
[9]illis autem circumducentibus eam
6,12 fiebat manus Dei per singulas civitates interfectionis magnae nimis
et percutiebat viros uniuscuiusque urbis a parvo usque ad maiorem
et conputrescebant prominentes extales eorum
[10]miserunt ergo arcam Dei in Accaron
cumque venisset arca Dei in Accaron
exclamaverunt Accaronitae dicentes
adduxerunt ad nos arcam Dei Israhel
ut interficiat nos et populum nostrum
8 [11]miserunt itaque et congregaverunt omnes satrapas Philisthinorum
6,2; I Par 15,3! qui dixerunt dimittite arcam Dei Israhel et revertatur in locum suum
et non interficiat nos cum populo nostro
[12]fiebat enim pavor mortis in singulis urbibus
et gravissima valde manus Dei
viri quoque qui mortui non fuerant
percutiebantur in secretiori parte natium
et ascendebat ululatus uniuscuiusque civitatis in caelum
6 fuit ergo arca Domini in regione Philisthinorum septem mensibus
[2]et vocaverunt Philisthim sacerdotes et divinos dicentes
quid faciemus de arca Dei indicate nobis 5,8
quomodo remittemus eam in locum suum 5,11!
qui dixerunt [3]si remittitis arcam Dei Israhel
nolite dimittere eam vacuam
sed quod debetis reddite ei pro peccato Lv 5,16!
et tunc curabimini
et scietis quare non recedat manus eius a vobis
[4]qui dixerunt quid est quod pro delicto reddere debeamus ei
responderuntque illi
[5]iuxta numerum provinciarum Philisthim
quinque anos aureos facietis
et quinque mures aureos
quia plaga una fuit omnibus vobis et satrapis vestris
facietisque similitudines anorum vestrorum
et similitudines murium qui demoliti sunt terram
et dabitis Deo Israhel gloriam Ios 7,19!
si forte relevet manum suam a vobis et a diis vestris et a terra vestra
[6]quare gravatis corda vestra
sicut adgravavit Aegyptus et Pharao cor suum Ex 8,32!
nonne postquam percussus est tunc dimisit eos et abierunt
[7]nunc ergo arripite et facite plaustrum novum unum
et duas vaccas fetas quibus non est inpositum iugum iungite in plaustro 10,11; Nm 19,2; Dt 21,3
et recludite vitulos earum domi
[8]tolletisque arcam Domini et ponetis in plaustro II Sm 6,3
et vasa aurea quae exsolvistis ei pro delicto 15
ponetis in capsella ad latus eius

7 azoti CΛDΦ | 9 dei] domini CΛDΦ c | eorum + inieruntque getthei consilium et fecerunt sibi sedes pellicias Σ c | 12 dei] domini CD || 6,1 mensibus + et ebulliuit terra illorum mures R., *cf.* 𝔊 | 2 dei] domini Σ c | remittamus c; dimittemus C. | 3 remiseritis C | 4 debemus R; debeatis D. | 5 philisthinorum ΛDΦ c | eleuet R | 6 aggrauatis c | grauauit R | 8 exsoluetis R | in capsellam c |

RΛC ΣΛDΦ cr

et dimittite eam ut vadat 9 et aspicietis
et si quidem per viam finium suorum
ascenderit contra Bethsames
ipse fecit nobis malum hoc grande
sin autem minime
sciemus quia nequaquam manus
eius tetigit nos sed casu accidit
10 fecerunt ergo illi hoc modo
7.8 et tollentes duas vaccas quae lactabant vitulos iunxerunt ad plaustrum
vitulosque earum concluserunt domi
II Sm 6,3; I Par 13,7 11 et posuerunt arcam Dei super plaustrum
et capsellam quae habebat mures aureos et similitudinem anorum
12 ibant autem in directum vaccae per viam quae ducit Bethsames
et itinere uno gradiebantur pergentes et mugientes
et non declinabant neque ad dextram neque ad sinistram
sed et satrapae Philisthinorum sequebantur usque ad terminos Bethsames
13 porro Bethsamitae metebant triticum in valle
et elevantes oculos viderunt arcam
et gavisi sunt cum vidissent
14 et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitae et stetit ibi
erat autem ibi lapis magnus
Idc 6,26 et conciderunt ligna plaustri
vaccasque inposuerunt super ea holocaustum Domino
15 Levitae autem deposuerunt arcam Dei
8 et capsellam quae erat iuxta eam in qua erant vasa aurea
et posuerunt super lapidem grandem
viri autem bethsamitae obtulerunt holocausta
Ex 18,12! et immolaverunt victimas in die illa Domino

16 et quinque satrapae Philisthinorum viderunt 5.8
et reversi sunt in Accaron in die illa
17 hii sunt autem ani aurei quos reddiderunt Philisthim pro delicto Domino
Azotus unum Gaza unum Ascalon unum Geth unum Accaron unum Ios 13,3
18 et mures aureos secundum numerum urbium Philisthim quinque provinciarum
ab urbe murata usque ad villam quae erat absque muro
et usque ad Abel magnum super quem posuerunt arcam Domini
quae erat usque in illa die in agro Iosue Bethsamitis
19 percussit autem de viris bethsamitibus eo quod vidissent arcam Domini
et percussit de populo septuaginta viros et quinquaginta milia plebis
luxitque populus quod percussisset Dominus plebem plaga magna
20 et dixerunt viri bethsamitae
quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius
et ad quem ascendet a nobis
21 miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim dicentes
reduxerunt Philisthim arcam Domini
descendite et ducite eam ad vos
7 venerunt ergo viri Cariathiarim et duxerunt arcam Domini
et intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa II Sm 6,3
Eleazarum autem filium eius sanctificaverunt ut custodiret arcam Domini
2 et factum est ex qua die mansit arca in Cariathiarim
multiplicati sunt dies
erat quippe iam annus vicesimus

RAC ΣΛDΦ cr

9 confinium CΣ | ~ hoc malum c | 11 similitudines c | 12 philisthiim c. | 13 oculos + suos c | 14 iosue] hiesu A; ihesu C | 15 dei] domini R | illo AΛ | 18 in illo die RΦ; in illum diem c.; in die illa Σ | iosue] ihesu C. | bethsamites C; bethsamite Σ. | 19 populus + eo c | ~ dominus percussisset c. | 21 ducite] reducite ΛΦc || 7,1 reduxerunt ΛΦc | abinadab Acr𝔐] aminadab *cet.* | 2 arca + domini RΣc |

et requievit omnis domus Israhel post Dominum
3 ait autem Samuhel ad universam domum Israhel dicens
Ios 24,14! si in toto corde vestro revertimini ad Dominum
Ios 24,23! auferte deos alienos de medio vestrum et Astharoth
et praeparate corda vestra Domino
Dt 10,20! et servite ei soli
8; 17,37; Idc 13,5! et eruet vos de manu Philisthim
II Sm 3,18 4 abstulerunt ergo filii Israhel Baalim et Astharoth
et servierunt Domino soli
5 dixit autem Samuhel
10,17; Idc 10,17! congregate universum Israhel in Masphat
ut orem pro vobis Dominum
6 et convenerunt in Masphat
II Sm 23,16 hauseruntque aquam et effuderunt in conspectu Domini
et ieiunaverunt in die illa
et dixerunt ibi peccavimus Domino
16 iudicavitque Samuhel filios Israhel in Masphat
7 et audierunt Philisthim quod congregati essent filii Israhel in Masphat
et ascenderunt satrapae Philisthinorum ad Israhel
quod cum audissent filii Israhel timuerunt a facie Philisthinorum
8 dixeruntque ad Samuhel
12,23; IV Rg 19,4; Is 37,4! Ier 37,3 ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum
3! ut salvet nos de manu Philisthinorum
9,10; Sir 46,19–21 9 tulit autem Samuhel agnum lactantem unum
Lv 12,6! I Par 29,21; Ez 46,13.15 et obtulit illum holocaustum integrum Domino
et clamavit Samuhel ad Dominum pro Israhel 12,18; IV Esr 7,107
et exaudivit eum Dominus
10 factum est ergo cum Samuhel offerret holocaustum
Philistheos inire proelium contra Israhel
intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthim 2,10! IV Rg 7,6
et exterruit eos et caesi sunt a filiis Israhel
11 egressique viri Israhel de Masphat persecuti sunt Philistheos
et percusserunt eos usque ad locum qui erat subter Bethchar
12 tulit autem Samuhel lapidem unum Ios 24,26
et posuit eum inter Masphat et inter Sen
et vocavit nomen eius lapis Adiutorii
dixitque hucusque auxiliatus est nobis Dominus
13 et humiliati sunt Philisthim
nec adposuerunt ultra ut venirent in terminos Israhel
facta est itaque manus Domini super Philistheos cunctis diebus Samuhel
14 et redditae sunt urbes quas tulerant Philisthim ab Israhel Israheli
ab Accaron usque Geth
et terminos suos liberavit Israhel de manu Philisthinorum Idc 13,5!
eratque pax inter Israhel et Amorreum
15 iudicabat quoque Samuhel Israhel cunctis diebus vitae suae
16 et ibat per singulos annos circumiens Bethel et Galgal et Masphat
et iudicabat Israhelem in supradictis locis 6
17 revertebaturque in Ramatha 15,34; 16,13

3 uestrum] uestri c; + baalim Cc | 6 fuderunt RDΦ | et[4]] atque c. | ibi peccauimus RAC
domino Σcr𝔐] tibi pecc. domino ADΦ; tibi pecc. domine RCΛ | 8 ad samuhelem Φc | ΣΛDΦ
~ clamare pro nobis CΣ | 9 lactentem c | 10 ergo] autem ΣDΦc | philisthei inierunt cr
D.; philisthiim iniere c. | illo C | a filiis] a facie Φc | 11 uiri] filii CΣΛ | subter]
super RA | 12 eius] illius Σ; loci eius D.; loci illius Φc | est *om.* C | dominus] deus
R | 13 samuelis Σc; samuheli C. | 14 ab israhel *om.* CD. | israheli *om.* Σ | liberauitque
Φc | 15 iudicabit Σ.; iudicauit RC | israelem c.; *om.* Λ | 16 galgala Cc | iudicauit C ||

ibi enim erat domus eius
et ibi iudicabat Israhelem
Idc 6,26! II Sm 24,25 aedificavit etiam ibi altare Domino
8 factum est autem cum senuisset Samuhel
posuit filios suos iudices Israhel
[2]fuitque nomen filii eius primogeniti Iohel
et nomen secundi Abia iudicum in Bersabee
Dt 16,18.19 [3]et non ambulaverunt filii illius in viis eius
sed declinaverunt post avaritiam
acceperuntque munera et perverterunt iudicium
[4]congregati ergo universi maiores natu Israhel
venerunt ad Samuhel in Ramatha
[5]dixeruntque ei
ecce tu senuisti et filii tui non ambulant in viis tuis
10! 19.20! 10,19; Dt 17,14 constitue nobis regem ut iudicet nos
sicut universae habent nationes
[6]displicuitque sermo in oculis Samuhelis
eo quod dixissent da nobis regem ut iudicet nos
et oravit Samuhel Dominum
22 [7]dixit autem Dominus ad Samuhel
12,1 audi vocem populi in omnibus quae loquuntur tibi
non enim te abiecerunt sed me ne regnem super eos
[8]iuxta omnia opera sua quae fecerunt
II Sm 7,6; I Par 17,5; II Par 6,5; Ier 11,7; Bar 1,19 a die qua eduxi eos de Aegypto usque ad diem hanc
Dt 29,25.26! sicut dereliquerunt me et servierunt diis alienis
sic faciunt etiam tibi
[9]nunc ergo audi vocem eorum
verumtamen contestare eos
et praedic eis ius regis qui regnaturus est super eos
[10]dixit itaque Samuhel omnia verba Domini ad populum qui petierat a se regem [11]et ait 10,25 5! Act 13,21
hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis
filios vestros tollet et ponet in curribus suis II Sm 15,1; III Rg 1,5
facietque sibi equites et praecursores quadrigarum suarum
[12]et constituet sibi tribunos et centuriones
et aratores agrorum suorum et messores segetum
et fabros armorum et curruum suorum
[13]filias quoque vestras faciet sibi unguentarias et focarias et panificas
[14]agros quoque vestros et vineas et oliveta optima tollet et dabit servis suis
[15]sed et segetes vestras et vinearum reditus addecimabit
ut det eunuchis et famulis suis
[16]servos etiam vestros et ancillas et iuvenes optimos et asinos auferet et ponet in opere suo
[17]greges vestros addecimabit
vosque eritis ei servi
[18]et clamabitis in die illa a facie regis Prv 1,28!
vestri quem elegistis vobis
et non exaudiet vos Dominus in die illa
[19]noluit autem populus audire vocem Samuhel
sed dixerunt nequaquam rex enim erit super nos 5! 10,19; 12,12; Dt 17,14; Os 13,10
[20]et erimus nos quoque sicut omnes gentes
et iudicabit nos rex noster Idc 11,9
et egredietur ante nos et pugnabit bella nostra pro nobis
[21]et audivit Samuhel omnia verba populi et locutus est ea in auribus Domini Gn 44,18!

RAC ΣΛDΦ(k) cr
8,1 israheli R | 3 illius] eius R | 4 ad samuelem c | 5 ut] et C | sicut + et AΣΛΦc | 6 displicuit c. | samuhel + ad ΛDΦc | 7 ad samuhelem ΛΦc | audiui CD | 8 ad] in C | 9 ~ uocem eorum audi c. | 17 greges + quoque ΛDΦc | 18 illa² + quia petistis uobis regem Σc𝔊 | 19 [*adest* k *usque ad* 11,8] | ~ audire populus R | samuelis Σc |

7 22 dixit autem Dominus ad Samuhel
12,1 audi vocem eorum et constitue super eos regem
et ait Samuhel ad viros Israhel
10,25! vadat unusquisque in civitatem suam
10,21 **9** et erat vir de Beniamin nomine Cis filius Abihel
filii Seror filii Bechoreth
filii Afia
filii viri Iemini fortis robore
14,51; I Par 8,33; 9,39; 26,28 2 et erat ei filius vocabulo Saul electus et bonus
II Sm 14,25! et non erat vir de filiis Israhel melior illo
10,23 ab umero et sursum eminebat super omnem populum
3 perierant autem asinae Cis patris Saul
et dixit Cis ad Saul filium suum
tolle tecum unum de pueris et consurgens vade et quaere asinas
Idc 17,8; 18,2! qui cum transissent per montem Ephraim
4 et per terram Salisa et non invenissent
transierunt etiam per terram Salim et non erant
sed et per terram Iemini et minime reppererunt
5 cum autem venissent in terram Suph
dixit Saul ad puerum suum qui erat cum eo
veni et revertamur ne forte dimiserit
10,2! pater meus asinas et sollicitus sit pro nobis
10 6 qui ait ei ecce est vir Dei in civitate hac vir nobilis
omne quod loquitur absque ambiguitate venit
nunc ergo eamus illuc
si forte indicet nobis de via nostra propter quam venimus
7 dixitque Saul ad puerum suum
ecce ibimus quid feremus ad virum
panis defecit in sitarciis nostris
et sportulam non habemus ut demus homini Dei nec quicquam aliud
8 rursum puer respondit Sauli et ait
ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti
demus homini Dei ut indicet nobis viam nostram
9 olim in Israhel sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum
venite et eamus ad videntem
qui enim propheta dicitur hodie vocabatur olim videns II Sm 24,11; IV Rg 17,13
10 et dixit Saul ad puerum suum
optimus sermo tuus veni eamus
et ierunt in civitatem in qua erat vir Dei 6
11 cumque ascenderent clivum civitatis
invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam Gn 24,11!
et dixerunt eis num hic est videns
12 quae respondentes dixerunt illis hic est
ecce ante te festina nunc
hodie enim venit in civitate
quia sacrificium est hodie populo in excelso
13 ingredientes urbem statim invenietis eum antequam ascendat excelsum ad vescendum
neque enim comesurus est populus donec ille veniat
quia ipse benedicit hostiae et deinceps comedunt qui vocati sunt
nunc ergo conscendite quia hodie repperietis eum
14 et ascenderunt in civitatem
cumque illi ambularent in medio urbis
apparuit Samuhel egrediens obviam eis ut ascenderet in excelsum
15 Dominus autem revelaverat auricu-

22 ad samuhelem ΛDΦc | audiui CD || 9,1 seror ADcr𝔐] sareth C., *cf.* 𝔊; seor *cet.* | 3 perierunt C | 5 suum *om.* c. | 6 est *om.* DΦ; ~ uir dei est c | nobilis + et C | absque] sine c. | 7 uirum + dei ΣΛc | 8 saul ΛDΦ | 9 et *om.* CΣD | 10 in ciuitate A | 12 in ciuitate RACkr] in ciuitatem *cet.* | populo RDk𝔐𝔊] populi *cet.* | 13 benedicet RΣ |

RAC ΣΛDΦk cr

Iam Samuhel ante unam diem quam veniret Saul dicens
16 hac ipsa quae nunc est hora cras mittam ad te virum de terra Beniamin
10,1! 15,1.17! III Rg 1,34! 19,16! et ungues eum ducem super populum meum Israhel
Idc 13,5! II Sm 19,9 et salvabit populum meum de manu Philisthinorum
quia respexi populum meum
Ex 2,23! venit enim clamor eorum ad me
17 cumque aspexisset Samuhel Saulem Dominus ait ei ecce vir quem dixeram tibi iste dominabitur populo meo
18 accessit autem Saul ad Samuhelem in medio portae et ait
indica oro mihi ubi est domus videntis
19 et respondit Samuhel Sauli dicens
ego sum videns ascende ante me in excelsum
ut comedatis mecum hodie et dimittam te mane
et omnia quae sunt in corde tuo indicabo tibi
10,2.16 20 et de asinis quas perdidisti nudius tertius
ne sollicitus sis quia inventae sunt
et cuius erunt optima quaeque Israhel
nonne tibi et omni domui patris tui
21 respondens autem Saul ait
numquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israhel
Idc 6,15 et cognatio mea novissima inter omnes familias de tribu Beniamin
quare ergo locutus es mihi sermonem istum
22 adsumens itaque Samuhel Saulem et puerum eius
introduxit eos in triclinium
et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati
erant enim quasi triginta viri
23 dixitque Samuhel coco
da partem quam dedi tibi et praecepi ut reponeres seorsum apud te
24 levavit autem cocus armum et posuit ante Saul
dixitque Samuhel ecce quod remansit pone ante te et comede
quia de industria servatum est tibi quando populum vocavi
et comedit Saul cum Samuhel in die illa
25 et descenderunt de excelso in oppidum
et locutus est cum Saul in solario
26 cumque mane surrexissent et iam dilucesceret
vocavit Samuhel Saul in solarium dicens
surge ut dimittam te
et surrexit Saul egressique sunt ambo ipse videlicet et Samuhel
27 cumque descenderent in extrema parte civitatis
Samuhel dixit ad Saul
dic puero ut antecedat nos et transeat
tu autem subsiste paulisper ut indicem tibi verbum Domini
10 tulit autem Samuhel lenticulam olei et effudit super caput eius 16,13! III Rg 1,39! IV Rg 9,3.6
et deosculatus eum ait
ecce unxit te Dominus super hereditatem suam in principem 9,16! 15,17! IV Rg 9,12
2 cum abieris hodie a me
invenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie
dicentque tibi inventae sunt asinae ad quas ieras perquirendas 16; 9,5.20

RAC ΣΛDΦk cr

15 samuelis c | 16 quae] qua C | ~ hora quae nunc est c | ~ uirum ad te c. | 17 ait] dixit c | 18 oro mihi] mihi horo te C. | 20 ~ nudiustertius perdidisti c | 24 cum samuhele ΣΛDΦkc | 25 cum saule CΛΦc | solario + strauitque saul (+ in solario Σc) et dormiuit CΣc𝔊 | 26 cum enim AΣD | delucesceret RCDk; elucesceret c. | saulem[1] c | in solario RΣkc | ut] et Dkc || 10,1 eum] est eum et RΣkc | principem + et liberabis populum eius (suum c.) de manibus inimicorum eius (*om.* Λ) qui in circuitu eius (*om.* Σ) sunt et hoc tibi signum quia unxit te dominus (deus c) in principem ΣΛc𝔊 | 2 in[2] *om.* RΛDΦ |

et intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro vobis
et dicit quid faciam de filio meo
3 cumque abieris inde et ultra transieris
et veneris ad quercum Thabor
invenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Bethel
unus portans tres hedos
et alius tres tortas panis
et alius portans lagoenam vini
4 cumque te salutaverint dabunt tibi duos panes
et accipies de manu eorum
5 post haec venies in collem Domini ubi est statio Philisthinorum
et cum ingressus fueris ibi urbem
obviam habebis gregem prophetarum descendentium de excelso
I Par 13,8; 15,16! 25,1! IV Rg 3,15 et ante eos psalterium et tympanum
et tibiam et citharam ipsosque prophetantes
10! 11,6; 19,23; IV Rg 19,7! 6 et insiliet in te spiritus Domini et
Nm 11,25! prophetabis cum eis
et mutaberis in virum alium
7 quando ergo evenerint signa haec omnia tibi
fac quaecumque invenerit manus tua quia Dominus tecum est
8 et descendes ante me in Galgala
ego quippe descendam ad te
11,15; Lv 7,29! ut offeras oblationem et immoles victimas pacificas
13,8 septem diebus expectabis donec veniam ad te
et ostendam tibi quae facias
9 itaque cum avertisset umerum suum ut abiret a Samuhele
Ps 50,12! inmutavit ei Deus cor aliud
et venerunt omnia signa haec in die illa
10 veneruntque ad praedictum collem
19,20 et ecce cuneus prophetarum obvius ei
et insilivit super eum spiritus Dei et 6! 16,13
prophetavit in medio eorum 19,24
11 videntes autem omnes qui noverant eum heri et nudius tertius
quod esset cum prophetis et prophetaret
dixerunt ad invicem
quaenam res accidit filio Cis num et 19,24
Saul in prophetis
12 responditque alius ad alterum dicens
et quis pater eorum
propterea versum est in proverbium 19,24
num et Saul inter prophetas
13 cessavit autem prophetare et venit ad excelsum
14 dixitque patruus Saul ad eum et ad puerum eius quo abistis
qui responderunt quaerere asinas
quas cum non repperissemus venimus ad Samuhelem
15 et dixit ei patruus suus
indica mihi quid dixerit tibi Samuhel
16 et ait Saul ad patruum suum
indicavit nobis quia inventae essent 2; 9,20
asinae
de sermone autem regni non indicavit ei quem locutus illi fuerat Samuhel
17 et convocavit Samuhel populum ad 7,5; Idc 10,17! 20,1!
Dominum in Maspha
18 et ait ad filios Israhel
haec dicit Dominus Deus Israhel
ego eduxi Israhel de Aegypto Idc 6,8.9
et erui vos de manu Aegyptiorum Ex 14,30!
et de manu omnium regum qui adfligebant vos
19 vos autem hodie proiecistis Deum vestrum
qui solus salvavit vos de universis 26,24! Gn 48,16! II Sm 22,3!
malis et tribulationibus vestris Tb 3,11.21!
et dixistis nequaquam
sed regem constitue super nos 8,5! 19! 12,12

3 deum] dominum RΛ | 5 domini] dei c | obuium DΦc | 7 ~ tibi signa haec omnia R | 8 quae] quid Φc | 9 ut iret Ck. | 10 insiliuit RCr] insiluit *cet.* | dei] domini Λc | 11 in prophetis] inter prophetas CΣkc | 12 in prophetis RΛ | 15 pater suus C | 16 ei fuerat ΛDΦ; fuerat ei c | 19 dominum deum ΣΛ; dominum Rk | constitues CD. |

RAC ΣΛDΦk cr

Ios 7,14 nunc ergo state coram Domino per tribus vestras et per familias
Ios 7,16 20 et adplicuit Samuhel omnes tribus Israhel
et cecidit sors tribus Beniamin
9,1.2! 21 et adplicuit tribum Beniamin et cognationes eius
et cecidit cognatio Metri et pervenit usque ad Saul filium Cis
quaesierunt ergo eum et non est inventus
22 et consuluerunt post haec Dominum
utrumnam venturus esset illuc
responditque Dominus ecce absconditus est domi
23 cucurrerunt itaque et tulerunt eum inde
stetitque in medio populi
9,2 et altior fuit universo populo ab umero et sursum
24 et ait Samuhel ad omnem populum
certe videtis quem elegit Dominus
quoniam non sit similis ei in omni populo
III Rg 1,39! et clamavit cunctus populus et ait vivat rex
8,10.11 25 locutus est autem Samuhel ad populum legem regni
et scripsit in libro et reposuit coram Domino
8,22; 13,2; II Sm 6,19! III Rg 8,66 et dimisit Samuhel omnem populum singulos in domum suam
15,34 26 sed et Saul abiit in domum suam in Gabaath
et abiit cum eo pars exercitus quorum tetigerat Deus corda
27 filii vero Belial dixerunt
11,12 num salvare nos poterit iste
et despexerunt eum et non adtulerunt ei munera
ille vero dissimulabat se audire

11 ascendit autem Naas Ammonites et pugnare coepit adversus Iabesgalaad 12,12
dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas
habeto nos foederatos et serviemus tibi
2 et respondit ad eos Naas Ammonites
in hoc feriam vobiscum foedus
ut eruam omnium vestrum oculos dextros
ponamque vos obprobrium in universo Israhel
3 et dixerunt ad eum seniores Iabes
concede nobis septem dies ut mittamus nuntios in universos terminos Israhel
et si non fuerit qui defendat nos egrediemur ad te
4 venerunt ergo nuntii in Gabaath Saulis
et locuti sunt verba audiente populo Idc 2,4
et levavit omnis populus vocem suam et flevit Nm 14,1!
5 et ecce Saul veniebat sequens boves de agro
et ait quid habet populus quod plorat
et narraverunt ei verba virorum Iabes
6 et insilivit spiritus Domini in Saul cum audisset verba haec 10,6! Idc 14,6!
et iratus est furor eius nimis
7 et adsumens utrumque bovem concidit in frusta Idc 19,29
misitque in omnes terminos Israhel per manum nuntiorum dicens
quicumque non exierit secutusque fuerit Saul et Samuhelem
sic fiet bubus eius
invasit ergo timor Domini populum
et egressi sunt quasi vir unus Idc 20,1

RAC ΣΛDΦk cr

19 familias] milia ADk | 20 applicauit C | 21 adplicauit CD | tribus AΣ.; tribu R; tribuum Λ. | 24 sit] est RΣΛk | ei] illi DΦc | ~ ei similis C | cunctus] omnis kc | 26 gabaa c | 27 ~ poterit nos CΣ ‖ **11**,1 ascendit] *praem.* et factum est quasi post mensem Σc𝔊 | autem] uero C.; *om.* Σc | aduersus] contra C | 3 in] ad DΦc | 4 gabaa c | uerba + haec c | et leuabit AΣ; eleuauit R | 6 insiluit AΛDΦ | domini] dei CΣ | 7 et secutus fuerit c | samuel c |

[8]et recensuit eos in Bezec
fueruntque filiorum Israhel trecenta milia
virorum autem Iuda triginta milia
[9]et dixerunt nuntiis qui venerant
sic dicetis viris qui sunt in Iabesgalaad
cras erit vobis salus cum incaluerit sol
venerunt ergo nuntii et adnuntiaverunt viris Iabes
qui laetati sunt [10]et dixerunt mane exibimus ad vos
et facietis nobis omne quod placuerit vobis
[11]et factum est cum venisset dies crastinus
constituit Saul populum in tres partes
et ingressus est media castra in vigilia matutina
et percussit Ammon usque dum incalesceret dies
reliqui autem dispersi sunt ita ut non relinquerentur in eis duo pariter
[12]et ait populus ad Samuhel
10,27 quis est iste qui dixit Saul non regnabit super nos
date viros et interficiemus eos
II Sm 19,22 [13]et ait Saul non occidetur quisquam in die hac
14,23; 19,5; II Sm 23,10 quia hodie fecit Dominus salutem in Israhel
[14]dixit autem Samuhel ad populum
venite et eamus in Galgala et innovemus ibi regnum
[15]et perrexit omnis populus in Galgala
et fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala
10,8; Lv 7,29! et immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino
et laetatus est ibi Saul et cuncti viri Israhel nimis
8,7.22 **12** dixit autem Samuhel ad universum Israhel
ecce audivi vocem vestram iuxta omnia quae locuti estis ad me et constitui super vos regem
[2]et nunc rex graditur ante vos
ego autem senui et incanui
porro filii mei vobiscum sunt
itaque conversatus coram vobis ab adulescentia mea usque ad diem hanc ecce praesto sum
[3]loquimini de me coram Domino et coram christo eius Sir 46,22
utrum bovem cuiusquam tulerim an asinum
si quempiam calumniatus sum
si oppressi aliquem
si de manu cuiusquam munus accepi
et contemnam illud hodie restituamque vobis
[4]et dixerunt non es calumniatus nos
neque oppressisti
neque tulisti de manu alicuius quippiam
[5]dixitque ad eos
testis Dominus adversus vos et testis christus eius in die hac
quia non inveneritis in manu mea quippiam
et dixerunt testis
[6]et ait Samuhel ad populum
Dominus qui fecit Mosen et Aaron
et eduxit patres nostros de terra Aegypti Dt 20,1!
[7]nunc ergo state ut iudicio contendam adversum vos coram Domino
de omnibus misericordiis Domini quas fecit vobiscum et cum patribus vestris
[8]quomodo ingressus est Iacob in Aegyptum Gn 46,6!
et clamaverunt patres vestri ad Dominum Ex 2,23
et misit Dominus Mosen et Aaron
et eduxit patres vestros ex Aegypto Dt 26,8.9!

RAC ΣΛDΦ(k) cr

9 [*deest* k *usque ad* II Sm 2,13] | in *om.* CΣ | 11 ~ dies crastinus uenisset c. | ex eis C | 12 ad samuhelem CΛΦ c; ad saul A | non] num c.; *om.* AΛ | 14 et[1] *om.* C || **12**,2 ~ hanc diem c. | 3 an] aut Σ c | 5 testis[1] + est D c | christus eius] christus est RA; est christus D. | 8 ~ iacob ingressus est c | uestros] nostros C | ex] de D c |

et conlocavit eos in loco hoc
9 qui obliti sunt Domini Dei sui
Idc 4.2! et tradidit eos in manu Sisarae magistri militiae Asor
Idc 3.12; 10.7! et in manu Philisthinorum et in manu regis Moab
et pugnaverunt adversum eos
Idc 10.12! 10 postea autem clamaverunt ad Dominum et dixerunt
Idc 10.10! peccavimus quia dereliquimus Dominum
et servivimus Baalim et Astharoth
Lc 1.74 nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum et serviemus tibi
Hbr 11.32 11 et misit Dominus Hierobaal et Bedan et Ieptha et Samuhel
Idc 2.16! 8.34 et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum
et habitastis confidenter
11.1 12 videntes autem quod Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos
8.19! 10.19 dixistis mihi nequaquam sed rex imperabit nobis
cum Dominus Deus vester regnaret in vobis
13 nunc ergo praesto est rex vester quem elegistis et petistis
ecce dedit vobis Dominus regem
14 si timueritis Dominum et servieritis ei
et audieritis vocem eius et non exasperaveritis os Domini
eritis et vos et rex qui imperat vobis sequentes Dominum Deum vestrum
15 si autem non audieritis vocem Domini
sed exasperaveritis sermonem Domini
erit manus Domini super vos et super patres vestros
16 sed et nunc state et videte rem istam grandem quam facturus est Dominus in conspectu vestro
17 numquid non messis tritici est hodie
invocabo Dominum et dabit voces et pluvias
et scietis et videbitis quia grande malum feceritis vobis in conspectu Domini petentes super vos regem
18 et clamavit Samuhel ad Dominum 7.9
et dedit Dominus voces et pluviam in die illa
19 et timuit omnis populus nimis Dominum et Samuhelem
dixitque universus populus ad Samuhel
ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum ut non moriamur II Esr 1.6; Bar 1.13; Dn 9.20; Iac 5.16
addidimus enim universis peccatis nostris malum ut peteremus nobis regem
20 dixit autem Samuhel ad populum nolite timere
vos fecistis universum malum hoc
verumtamen nolite recedere a tergo Domini
et servite Domino in omni corde vestro
21 et nolite declinare post vana quae non proderunt vobis
neque eruent vos quia vana sunt
22 et non derelinquet Dominus populum suum propter nomen suum magnum Ps 93.14!
quia iuravit Dominus facere vos sibi populum Dt 7.6!
23 absit autem a me hoc peccatum in Domino ut cessem orare pro vobis 7.8!
et docebo vos viam bonam et rectam II Par 6.27! Ps 24.9; 118.27
24 igitur timete Dominum et servite ei in veritate et ex toto corde vestro Ios 24.14!
vidistis enim magnifica quae in vobis gesserit
25 quod si perseveraveritis in malitia
et vos et rex vester pariter peribitis

RAC ΣΛDΦ cr 9 in manus¹ C | 11 benedan A; barach C.; + et barach ΣΦ | 13 ~ dedit dominus uobis AD; ~ dominus dedit uobis Σ | 15 sermones c; os Σ | domini²] eius c | 18 pluuias ΛDΦc; pluuia R. | ~ in illa die Cc. | 19 samuhel¹ ΛDΦ | et dixit c | ad samuhelem Φc | 20 et] sed Cc | 23 in domino RΣΦr] in dominum *cet.* | 24 et ex] ex RΣ; et A ||

13 filius unius anni Saul cum regnare coepisset
duobus autem annis regnavit super Israhel
2 et elegit sibi Saul tria milia de Israhel
et erant cum Saul duo milia in Machmas et in monte Bethel
mille autem cum Ionathan in Gabaath Beniamin
10,25! porro ceterum populum remisit unumquemque in tabernacula sua
3 et percussit Ionathan stationem Philisthim quae erat in Gabaa
quod cum audissent Philisthim
Saul cecinit bucina in omni terra dicens audiant Hebraei
4 et universus Israhel audivit huiuscemodi famam
percussit Saul stationem Philisthinorum
et erexit se Israhel adversum Philisthim
clamavit ergo populus post Saul in Galgala
17,1! 5 et Philisthim congregati sunt ad proeliandum contra Israhel
triginta milia curruum et sex milia equitum
Ios 11,4! et reliquum vulgus sicut harena quae est in litore maris plurima
11.16 et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethaven
6 quod cum vidissent viri Israhel se in arto sitos
Idc 6,2! adflictus est enim populus
14,11.22; Is 2,19! absconderunt se in speluncis et in abditis
in petris quoque et in antris et in cisternis
7 Hebraei autem transierunt Iordanem terram Gad et Galaad
cumque adhuc esset Saul in Galgal
universus populus perterritus est qui sequebatur eum
8 et expectavit septem diebus iuxta placitum Samuhel 10,8
et non venit Samuhel in Galgala 11
dilapsusque est populus ab eo
9 ait ergo Saul adferte mihi holocaustum et pacifica
et obtulit holocaustum
10 cumque conplesset offerens holocaustum
ecce Samuhel veniebat
et egressus est Saul obviam ei ut salutaret eum
11 locutusque est ad eum Samuhel quid fecisti
respondit Saul
quia vidi quod dilaberetur populus a me 8
et tu non veneras iuxta placitos dies
porro Philisthim congregati fuerant in Machmas 5.16
12 dixi nunc descendent Philisthim ad me in Galgala
et faciem Domini non placavi
necessitate conpulsus obtuli holocaustum
13 dixitque Samuhel ad Saul
stulte egisti nec custodisti mandata Domini Dei tui quae praecepit tibi I Par 10,13
quod si non fecisses iam nunc praeparasset Dominus regnum tuum super Israhel in sempiternum
14 sed nequaquam regnum tuum ultra consurget 15.23! 28! 28.17!
quaesivit sibi Dominus virum iuxta cor suum Act 13,22
et praecepit ei Dominus ut esset dux super populum suum 25,30; II Sm 5,2! 6,21!
eo quod non servaveris quae praecepit Dominus
15 surrexit autem Samuhel et ascendit

13,1 anni + erat c | 2 ionathan] *sic semper* r, *exc.* 19,6; 20,38(2[0] *loco*); 23,18; *in* c *hoc nomen declinatur*: -as, -a, -ae, -am *vel* -an, -a | gabaa c | 3 philisthinorum[1] ΛΦ c | 4 ergo] autem R | 6 uidissent] audissent A | sitos] positos Σ c | erat enim Φ; enim erat c; est C. | populus + et AC | 7 iordanem + in Λ c | in galgal RAΣ𝔐] in galgat D.; in galgala *cet.* | 8 samuhel[1] R r.] samuhelem AΛDΦ; samuhelis CΣ c | 11 ~ populus dilaberetur c. | 14 [*adest* m *usque ad* 25,3] | ~ dominus sibi AΣ c | esset] sit C | praeceperit[2] RDΦ |

RAC ΣΛDΦ(m) cr

de Galgalis in Gabaa Beniamin
14,2 et recensuit Saul populum qui inventi fuerant cum eo quasi sescentos viros
[16] et Saul et Ionathan filius eius
populusque qui inventus fuerat cum eis erat in Gabaa Beniamin
5,11 porro Philisthim consederant in Machmas
[17] et egressi sunt ad praedandum de castris Philisthim tres cunei
unus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Saul
Ios 10,10 [18] porro alius ingrediebatur per viam Bethoron
tertius autem verterat se ad iter termini inminentis valli Seboim contra desertum
[19] porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israhel
caverant enim Philisthim ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam
[20] descendebat ergo omnis Israhel ad Philisthim
ut exacueret unusquisque vomerem suum et ligonem et securim et sarculum
[21] retunsae itaque erant acies vomerum et ligonum et tridentum et securium usque ad stimulum corrigendum
[22] cumque venisset dies proelii
non est inventus ensis et lancea in manu totius populi qui erat cum Saul et cum Ionathan
excepto Saul et Ionathan filio eius
[23] egressa est autem statio Philisthim ut transcenderet in Machmas
14 et accidit quadam die ut diceret Ionathan filius Saul ad adulescentem armigerum suum
veni et transeamus ad stationem Philisthim quae est trans locum illum 6
patri autem suo hoc ipsum non indicavit
[2] porro Saul morabatur in extrema parte Gabaa
sub malogranato quae erat in Magron
et erat populus cum eo quasi sescentorum virorum 13,15
[3] et Ahias filius Achitob fratris Ichabod filii Finees 1,3!
qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo portabat ephod
sed et populus ignorabat quod isset Ionathan
[4] erant autem inter ascensus per quos nitebatur Ionathan transire ad stationem Philisthinorum
eminentes petrae ex utraque parte
et quasi in modum dentium scopuli hinc inde praerupti
nomen uni Boses et nomen alteri Sene
[5] unus scopulus prominens ad aquilonem ex adverso Machmas
et alter a meridie contra Gabaa
[6] dixit autem Ionathan ad adulescentem armigerum suum
veni transeamus ad stationem incircumcisorum horum 1
si forte faciat Dominus pro nobis
quia non est Domino difficile salvare vel in multitudine vel in paucis II Par 14,11; I Mcc 3,18
[7] dixitque ei armiger suus
fac omnia quae placent animo tuo
perge quo cupis ero tecum ubicumque volueris
[8] et ait Ionathan ecce nos transimus ad viros istos

RAC ΣΛDΦm cr
15 beniamin + et reliqui populi ascenderunt post saul obuiam populo qui expugnabant eos uenientes ex (de c.) galgala in gabaa in colle beniamin Σc𝔊 | 17 philisthinorum c | saul] sual cr𝔐, *cf.* 𝔊 | 18 uallis eboim A; uallis seboim Cm | 19 hebraeis R | 22 erant Rm | cum saule c | cum² *om.* ΛDΦc | 23 transcenderent CΣDΦ || **14**,1 philisthinorum ΣΛc | 2 in magron] in agrum gabaa R.; in agro gabaa ΣΦ | 3 quod] quo DΦc | 4 erat C | inter] iter CΣ | hinc + et A c. | 5 ad meridiem Φc | 6 multitudine] multis c | 7 ei *om.* Cm | cupis + et c |

cumque apparuerimus eis
9 si taliter locuti fuerint ad nos manete
donec veniamus ad vos
stemus in loco nostro nec ascendamus ad eos
10 si autem dixerint ascendite ad nos
ascendamus quia tradidit eos Dominus in manibus nostris
hoc erit nobis signum
11 apparuit igitur uterque stationi Philisthinorum
dixeruntque Philisthim
13,6! en Hebraei egrediuntur de cavernis in quibus absconditi fuerant
12 et locuti sunt viri de statione ad Ionathan et ad armigerum eius
dixeruntque ascendite ad nos et ostendimus vobis rem
et ait Ionathan ad armigerum suum
ascendamus sequere me
tradidit enim eos Dominus in manu Israhel
I Mcc 4,30 13 ascendit autem Ionathan reptans manibus et pedibus
et armiger eius post eum
itaque alii cadebant ante Ionathan
alios armiger eius interficiebat sequens eum
14 et facta est plaga prima quam percussit Ionathan et armiger eius
quasi viginti virorum in media parte iugeri
quam par boum in die arare consuevit
15 et factum est miraculum in castris per agros
sed et omnis populus stationis eorum qui ierant ad praedandum
obstipuit et conturbata est terra
et accidit quasi miraculum a Deo
16 et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Beniamin
et ecce multitudo prostrata et huc illucque diffugiens
17 et ait Saul populo qui erat cum eo
requirite et videte quis abierit ex nobis
cumque requisissent reppertum est non adesse Ionathan et armigerum eius
18 et ait Saul ad Ahiam adplica arcam Dei
erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Israhel 4,5
19 cumque loqueretur Saul ad sacerdotem
tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum Idc 7,21
crescebatque paulatim et clarius reboabat
et ait Saul ad sacerdotem
contrahe manum tuam
20 conclamavit ergo Saul et omnis populus qui erat cum eo
et venerunt usque ad locum certaminis
et ecce versus fuerat gladius uniuscuiusque ad proximum suum Idc 7,22
et caedes magna nimis
21 sed et Hebraei qui fuerant cum Philisthim heri et nudius tertius
ascenderantque cum eis in castris
reversi sunt ut essent cum Israhele
qui erant cum Saul et Ionathan
22 omnes quoque Israhelitae qui se absconderant in monte Ephraim 13,6!
audientes quod fugissent Philisthim
sociaverunt se cum suis in proelio
23 et salvavit Dominus in die illa Israhel 11,13!
pugna autem pervenit usque Bethaven
24 et vir Israhel sociatus sibi est in die illa
adiuravit autem Saul populum dicens 28; II Sm 3,35

10 eos] illos C m. | 12 ostendemus ΛΦ c | ~ dominus eos c | in manus ΑΣΦ c | 13 ~ manibus et pedibus reptans c. | 14 quam[1]] qua c | 15 ierant] erant ΑΣ | 18 dei[1]] domini RΣΦ | 19 reboabat] resonabat ACΣ c | 21 cum israhel ΣΛΦ c | erat RA; fuit C. | 22 philisthaei c | proelio + et erant cum saul quasi decem milia uirorum Σ c 𝔊 | 23 usque + ad R c | 24 uiri[1] c | ~ sociatus est sibi ΛDΦ; sociatus est ibi m.; sociati sunt sibi c |

RAC ΣΛDΦm cr

maledictus vir qui comederit panem
usque ad vesperam
donec ulciscar de inimicis meis
et non manducavit universus populus panem
25 omneque terrae vulgus venit in saltum
in quo erat mel super faciem agri
26 ingressus est itaque populus saltum
et apparuit fluens mel
nullusque adplicuit manum ad os suum
timebat enim populus iuramentum
27 porro Ionathan non audierat cum
adiuraret pater eius populum
43 extenditque summitatem virgae
quam habebat in manu
et intinxit in favo mellis
et convertit manum suam ad os suum et inluminati sunt oculi eius
28 respondensque unus de populo ait
24! iureiurando constrinxit pater tuus
populum dicens
maledictus qui comederit panem hodie
defecerat autem populus
29 dixitque Ionathan
turbavit pater meus terram
vidistis ipsi quia inluminati sunt oculi mei
eo quod gustaverim paululum de melle isto
30 quanto magis si comedisset populus
de praeda inimicorum suorum
quam repperit
nonne maior facta fuisset plaga in Philisthim
31 percusserunt ergo in die illa Philistheos a Machmis usque in Ahialon
Idc 8,5; II Sm 16,14 defatigatus est autem populus nimis
32 et versus ad praedam tulit oves et boves et vitulos
et mactaverunt in terra comeditque
populus cum sanguine
33 nuntiaverunt autem Saul dicentes
quod populus peccasset Domino
comedens cum sanguine
qui ait praevaricati estis volvite ad
me iam nunc saxum grande
34 et dixit Saul dispergimini in vulgus
et dicite eis
ut adducat ad me unusquisque bovem suum et arietem
et occidite super istud et vescimini
et non peccabitis Domino comedentes cum sanguine
adduxit itaque omnis populus unusquisque bovem in manu sua usque
ad noctem et occiderunt ibi
35 aedificavit autem Saul altare Domini Idc 6,26!
tuncque primum coepit aedificare altare Domini
36 et dixit Saul inruamus super Philisthim nocte
et vastemus eos usque dum inlucescat mane
nec relinquamus de eis virum
dixitque populus omne quod bonum 1,23!
videtur in oculis tuis fac
et ait sacerdos accedamus huc ad Deum
37 et consuluit Saul Deum 23,2; 28,6! 30,8; II Sm 5,19
num persequar Philisthim
si trades eos in manu Israhel
et non respondit ei in die illa
38 dixitque Saul adplicate huc universos angulos populi Ios 7,16
et scitote et videte per quem acciderit Ios 7,15
peccatum hoc hodie
39 vivit Dominus salvator Israhel quia
si per Ionathan filium meum factum est
absque retractatione morietur
ad quod nullus contradixit ei de omni populo
40 et ait ad universum Israhel

RAC ΣΛDΦm cr

25 omnisque RDΦ | 26 est *om.* C | 27 uirgulae DΦm | in fauum Dc; fauo Λ | 28 maledictus + uir c | 30 ~ plaga facta fuisset c.; ~ plaga fuisset facta C; fuisset plaga RDΦ | 33 sauli Σc | comedens cum] comedentes C. | grandem AC | 35 domini¹ RAr] domino *cet.* | domini²] domino Σc | 36 philisthaeos c | dum lucescat Rm | de] ex c | deum] dominum RCΣr | 37 deum] dominum RΣc | in manus Λc | 39 israhelis RΣm |

separamini vos in partem unam
et ego cum Ionathan filio meo ero in parte una
respondit populus ad Saul
1,23! quod bonum videtur in oculis tuis fac
41 et dixit Saul ad Dominum Deum Israhel
da indicium
et deprehensus est Ionathan et Saul
populus autem exivit
Ion 1,7 42 et ait Saul mittite sortem inter me et inter Ionathan filium meum
et captus est Ionathan
Ios 7,19! 43 dixit autem Saul ad Ionathan indica mihi quid feceris
et indicavit ei Ionathan et ait
27 gustans gustavi in summitate virgae
quae erat in manu mea paululum mellis
et ecce ego morior
44 et ait Saul haec faciat mihi Deus et haec addat
quia morte morieris Ionathan
45 dixitque populus ad Saul
ergone Ionathan morietur qui fecit salutem hanc magnam in Israhel
hoc nefas est
vivit Dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram
quia cum Deo operatus est hodie
liberavit ergo populus Ionathan ut non moreretur
46 recessitque Saul nec persecutus est Philisthim
porro Philisthim abierunt in loca sua
47 at Saul confirmato regno super Israhel
pugnabat per circuitum adversum omnes inimicos eius
contra Moab et filios Ammon II Sm 8,2
et Edom et reges Suba et Philistheos
et quocumque se verterat superabat
48 congregatoque exercitu percussit Amalech
et eruit Israhel de manu vastatorum eius
49 fuerunt autem filii Saul Ionathan et Iesui et Melchisua 31,2; I Par 8,33; 9,39
nomina duarum filiarum eius
nomen primogenitae Merob et nomen minoris Michol 18,17 18,20
50 et nomen uxoris Saul Ahinoem filia Ahimaas
et nomina principum militiae eius 26,5; II Sm 2,8; III Rg 2,5.32
Abner filius Ner patruelis Saul
51 Cis fuerat pater Saul et Ner pater Abner filius Abihel 9,2!
52 erat autem bellum potens adversum Philistheos omnibus diebus Saul
nam quemcumque viderat Saul virum fortem et aptum ad proelium sociabat eum sibi
15 et dixit Samuhel ad Saul
me misit Dominus ut unguerem te in regem super populum eius Israhel 9,16!
nunc ergo audi vocem Domini
2 haec dicit Dominus exercituum
recensui quaecumque fecit Amalech Israheli Dt 25,17!
quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto
3 nunc igitur vade et percute Amalech et demolire universa eius 18; Nm 24,20
non parcas ei sed interfice a viro usque ad mulierem 22,19; Ios 6,21!
et parvulum atque lactantem
bovem et ovem camelum et asinum

RAC ΣΛDΦm cr

40 in partem unam[2] C; in parte altera Λc | responditque ΛΦc | 41 deum] domine deus ΛΦ | israhel + domine deus Σ; + domine deus israel c | indicium + quid est quod non responderis seruo tuo hodie si in me aut in ionathan filio meo haec iniquitas est (~ est iniq. haec c) da ostensionem aut si ita (*om.* c) est in populo tuo haec iniquitas (~ haec iniq. est in pop. tuo c.) da sanctitatem Σc𝔊 | 42 inter[2] *om.* RΣm | ~ filium meum ionathan R | 43 in summitatem RΣ | et[3] *om.* AΛDm | 44 deus] dominus R | 45 hanc *om.* C | deo] domino C | 47 at] et Cc | 49 melchisua + et Dc | 50 nomen principis Σcr𝔐𝔊 | 51 cis] *praem.* porro ΣΛΦc | fuit c | 52 uidebat CΛ ‖ **15**,3 igitur] ergo RΣc | ei] eis ACΣ; + et non concupisces ex ipsis aliquid Σ; + et non concupiscas ex rebus ipsius aliquid c. | lactentem c | ouem + et R |

4 praecepit itaque Saul populo
et recensuit eos quasi agnos
ducenta milia peditum et decem milia virorum Iuda
5 cumque venisset Saul usque ad civitatem Amalech
tetendit insidias in torrente
6 dixitque Saul Cineo
abite recedite atque descendite ab Amalech
ne forte involvam te cum eo
tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israhel cum ascenderent de Aegypto
et recessit Cineus de medio Amalech
Ex 17,13 7 percussitque Saul Amalech
27,8; Gn 25,18 ab Evila donec venias Sur quae est e regione Aegypti
Nm 24,7 8 et adprehendit Agag regem Amalech vivum
omne autem vulgus interfecit in ore gladii
Ps 7,5 H 9 et pepercit Saul et populus Agag
15! et optimis gregibus ovium et armentorum
et vestibus et arietibus et universis quae pulchra erant
nec voluerunt disperdere ea
quicquid vero vile fuit et reprobum hoc demoliti sunt
10 factum est autem verbum Domini ad Samuhel dicens
35 11 paenitet me quod constituerim Saul regem
quia dereliquit me et verba mea opere non implevit
contristatusque est Samuhel et clamavit ad Dominum tota nocte
12 cumque de nocte surrexisset Samuhel ut iret ad Saul mane
nuntiatum est Samuheli eo quod venisset Saul in Carmelum
et erexisset sibi fornicem triumphalem
et reversus transisset descendissetque in Galgala
venit ergo Samuhel ad Saul et
13 dixit ei Saul
benedictus tu Domino implevi verbum Domini
14 dixitque Samuhel
et quae est haec vox gregum quae resonat in auribus meis
et armentorum quam ego audio
15 et ait Saul de Amalech adduxerunt ea
pepercit enim populus melioribus ovibus et armentis 9,21
ut immolarentur Domino Deo tuo
reliqua vero occidimus
16 dixit autem Samuhel ad Saul
sine me et indicabo tibi quae locutus sit Dominus ad me nocte
dixitque ei loquere
17 et ait Samuhel
nonne cum parvulus esses in oculis tuis
caput in tribubus Israhel factus es
unxitque te Dominus regem super Israhel 9,16! 10,1! II Sm 12,7; III Rg 16,2!
18 et misit te Dominus in via et ait
vade et interfice peccatores Amalech 3; Nm 24,20; Ios 11,11!
et pugnabis contra eos usque ad internicionem eorum
19 quare ergo non audisti vocem Domini
sed versus ad praedam es
et fecisti malum in oculis Domini
20 et ait Saul ad Samuhelem
immo audivi vocem Domini et ambulavi in via per quam misit me Dominus
et adduxi Agag regem Amalech et Amalech interfeci
21 tulit autem populus de praeda oves 15!

RAC ΣΛDΦm cr 5 in torrentem CΣ; ad torrente D. | 6 descendite] discedite CΣΛΦ | 7 uenias sur RAm r𝔐] uenias ad sur c.; ueniat sur D; ueniat assur Λ; uenit assur CΣΦ | e *om.* R | 12 et[3] + saul offerebat holocaustum domino de initiis praedarum quae adtulerat ex amalech [13] et dum (cum c) uenisset samuhel ad saul ΣΛ c𝔊 | 13 tu + a C | 16 dixit] ait ΛΦ c | me[1] *om.* C | 17 in tribus CΣDm | regem ACm r] in regem *cet.* | 18 in uiam c | et[3] *om.* CΣD | 20 audi Am | 21 ~ de praeda populus c |

et boves
primitias eorum quae caesa sunt
ut immolet Domino Deo suo in Gal-
galis
22 et ait Samuhel
Ps 39,7–9! Ecl 4,17; Os 6,6! numquid vult Dominus holocausta
aut victimas
et non potius ut oboediatur voci Do-
mini
melior est enim oboedientia quam
victimae
et auscultare magis quam offerre adi-
pem arietum
23 quoniam quasi peccatum ariolandi
est repugnare
et quasi scelus idolatriae nolle ad-
quiescere
26; 28,17.18 pro eo ergo quod abiecisti sermonem
Domini
13,14; 16,1 abiecit te ne sis rex
24 dixitque Saul ad Samuhel
II Esr 13,27 peccavi quia praevaricatus sum ser-
monem Domini et verba tua
timens populum et oboediens voci
eorum
25 sed nunc porta quaeso peccatum
meum
et revertere mecum ut adorem Do-
minum
26 et ait Samuhel ad Saul
23! non revertar tecum quia proiecisti
sermonem Domini
et proiecit te Dominus ne sis rex su-
per Israhel
27 et conversus est Samuhel ut abiret
ille autem adprehendit summitatem
pallii eius quae et scissa est
28 et ait ad eum Samuhel
13,14; 28,17; II Sm 3,10! III Rg 11,11! I Par 12,23 scidit Dominus regnum Israhel a te
hodie
et tradidit illud proximo tuo meliori
te
29 porro Triumphator in Israhel non
parcet
et paenitudine non flectetur
neque enim homo est ut agat paeni- Nm 23,19!
tentiam
30 at ille ait peccavi sed nunc honora
me coram senibus populi mei et co-
ram Israhel
et revertere mecum ut adorem Do-
minum Deum tuum
31 reversus ergo Samuhel secutus est
Saulem
et adoravit Saul Dominum
32 dixitque Samuhel adducite ad me
Agag regem Amalech
et oblatus est ei Agag pinguissimus
et dixit Agag
sicine separat amara mors
33 et ait Samuhel
sicut fecit absque liberis mulieres
gladius tuus
sic absque liberis erit inter mulieres
mater tua
et in frusta concidit Samuhel Agag
coram Domino in Galgalis
34 abiit autem Samuhel in Ramatha 7,17; 16,13
Saul vero ascendit in domum suam 10,26
in Gabaath
35 et non vidit Samuhel ultra Saul us-
que ad diem mortis suae
verumtamen lugebat Samuhel Saul 16,1
quoniam Dominum paenitebat quod 11
constituisset regem Saul super Is-
rahel
16 dixitque Dominus ad Samuhel
usquequo tu luges Saul cum ego pro- 15,35
iecerim eum ne regnet super Israhel 15,23!
imple cornu tuum oleo et veni ut mit-
tam te ad Isai Bethleemitem
providi enim in filiis eius mihi regem
2 et ait Samuhel quomodo vadam
audiet enim Saul et interficiet me
et ait Dominus vitulum de armento
tolles in manu tua

22 aut] et ΣDΦ c | 23 idololatriae A c. | te + dominus Φ c | 24 ad samuhelem ΛΦ c | 30 senioribus ΛΦm c; *om.* D. | 32 pinguissimus + tremens Σ; + et tremens c | 33 samuhel agag] eum samuhel ΛΦ c; samuhel D. | 34 gabaa c; + saul R; + sauli D. | 35 saulem¹ C | saulem² C c | ~ saul regem Σ; eum regem C c. || **16**,1 ad samuhelem Λ c | ut *om.* RΛ | ~ mihi in filiis eius CΣD |

RAC ΣΛDΦm cr

et dices ad immolandum Domino veni
[3]et vocabis Isai ad victimam
et ego ostendam tibi quid facias
12 et ungues quemcumque monstravero tibi
[4]fecit ergo Samuhel sicut locutus est ei Dominus
venitque in Bethleem
et admirati sunt seniores civitatis occurrentes ei
III Rg 2,13 dixeruntque pacificus ingressus tuus
[5]et ait pacificus
ad immolandum Domino veni
sanctificamini et venite mecum ut immolem
sanctificavit ergo Isai et filios eius et vocavit eos ad sacrificium
[6]cumque ingressi essent vidit Heliab et ait
num coram Domino est christus eius
[7]et dixit Dominus ad Samuhel
Dt 10,17! I Pt 1,17 ne respicias vultum eius neque altitudinem staturae eius
quoniam abieci eum
nec iuxta intuitum hominis iudico
homo enim videt ea quae parent
Dominus autem intuetur cor
[8]et vocavit Isai Abinadab
et adduxit eum coram Samuhel
qui dixit nec hunc elegit Dominus
[9]adduxit autem Isai Samma de quo ait
etiam hunc non elegit Dominus
[10]adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuhel
et ait Samuhel ad Isai
non elegit Dominus ex istis
[11]dixitque Samuhel ad Isai
numquid iam conpleti sunt filii
19 qui respondit adhuc reliquus est parvulus et pascit oves
et ait Samuhel ad Isai
mitte et adduc eum
nec enim discumbemus priusquam ille huc venerit
[12]misit ergo et adduxit eum
erat autem rufus et pulcher aspectu decoraque facie 17,42; Gn 29,17! 39,6; II Sm 14,25; III Rg 1,6; Est 2,7
et ait Dominus
surge ungue eum ipse est enim 3
[13]tulit igitur Samuhel cornu olei 10,1!
et unxit eum in medio fratrum eius II Sm 2,4! 5,3! Ps 88,21
et directus est spiritus Domini in David a die illa et in reliquum 10,10!
surgensque Samuhel abiit in Ramatha 7,17; 15,34
[14]spiritus autem Domini recessit a Saul 18,12; 28,15.16
et exagitabat eum spiritus nequam a Domino 18,10; 19,9
[15]dixeruntque servi Saul ad eum
ecce spiritus Dei malus exagitat te Idc 9,23
[16]iubeat dominus noster 18,10; 19,9
et servi tui qui coram te sunt
quaerant hominem scientem psallere cithara
ut quando arripuerit te spiritus Dei malus 23
psallat manu sua et levius feras
[17]et ait Saul ad servos suos
providete mihi aliquem bene psallentem et adducite eum ad me
[18]et respondens unus de pueris ait
ecce vidi filium Isai Bethleemitem
scientem psallere et fortissimum robore
et virum bellicosum et prudentem in verbis
et virum pulchrum et Dominus est cum eo 18,12
[19]misit ergo Saul nuntios ad Isai dicens
mitte ad me David filium tuum qui est in pascuis 11
[20]tulitque Isai asinum plenum panibus et lagoenam vini et hedum de capris unum

RAC ΣΛDΦm cr

4 dixeruntque + ei C | pacificusne CΛΦ; pacificusne est c | 7 ad samuhelem CΦm c | hominis + ego c | 8 coram samuele c, *item v.* 10 | 11 ~ huc ille c; huc *om.* D | ueniat DΦ c | 13 igitur] ergo c; itaque C. | ~ a die illa in dauid c. | in reliquum] deinceps c | 15 dei] domini C; *om.* D. | 16 noster + rex CΣ | quaerent AΛΦ c | citharam RΣ | dei] domini Σ c | 17 prouidete + ergo c | 20 tulit itaque CΛΦ c; tulit Σ. |

et misit per manum David filii sui
Saul
19,7 21 et venit David ad Saul et stetit coram
eo
at ille dilexit eum nimis
et factus est eius armiger
22 misitque Saul ad Isai dicens
stet David in conspectu meo
invenit enim gratiam in oculis meis
16: 18,10; 19,9 23 igitur quandocumque spiritus Dei arripiebat Saul
Ps 151,2 tollebat David citharam et percutiebat manu sua
et refocilabatur Saul et levius habebat
recedebat enim ab eo spiritus malus
13,5; I Par 11,13 17 congregantes vero Philisthim agmina sua in proelium convenerunt
in Soccho Iudae
Ios 15,35 et castrametati sunt inter Soccho et
Azeca in finibus Dommim
19 2 porro Saul et viri Israhel congregati
venerunt in valle Terebinthi
et direxerunt aciem ad pugnandum
contra Philisthim
3 et Philisthim stabant super montem
ex hac parte
26,13 et Israhel stabat super montem ex
altera parte
vallisque erat inter eos
23 4 et egressus est vir spurius de castris
Philisthinorum
nomine Goliath de Geth
altitudinis sex cubitorum et palmo
5 et cassis aerea super caput eius
et lorica hamata induebatur
porro pondus loricae eius quinque
milia siclorum aeris
6 et ocreas aereas habebat in cruribus
et clypeus aereus tegebat umeros eius
II Sm 21,19 7 hastile autem hastae eius erat quasi
liciatorium texentium
ipsum autem ferrum hastae eius sescentos siclos habebat ferri
et armiger eius antecedebat eum
8 stansque clamabat adversum falangas Israhel et dicebat eis
quare venitis parati ad proelium
numquid ego non sum Philistheus et
vos servi Saul
eligite ex vobis virum et descendat
ad singulare certamen
9 si quiverit pugnare mecum et percusserit me erimus vobis servi
si autem ego praevaluero et percussero eum vos servi eritis et servietis
nobis
10 et aiebat Philistheus
ego exprobravi agminibus Israhelis
hodie
date mihi virum et ineat mecum singulare certamen
11 audiens autem Saul et omnes viri israhelitae sermones Philisthei huiuscemodi
stupebant et metuebant nimis
12 David autem erat filius viri ephrathei de quo supra dictum est de Rt 1,2
Bethleem Iuda
cui erat nomen Isai
qui habebat octo filios
et erat vir in diebus Saul senex et 4,18; Ios 23,1!
grandevus inter viros
13 abierunt autem tres filii eius maiores
post Saul in proelium
et nomina trium filiorum eius qui
perrexerant ad bellum
Heliab primogenitus et secundus I Par 2,13
Abinadab tertiusque Samma
14 David autem erat minimus Ps 151,1
tribus ergo maioribus secutis Saulem
15 abiit David et reversus est a Saul ut Ps 151,1

20 saul ACDr] sauli *cet.* | 23 dei] domini c; + malus CΛΦc | ~ dauid tollebat c | cithara RCD || 17,1 uero] autem c | 2 uiri] filii c | in uallem Λc | 3 ~ parte hac ΛΦc | super²] supra c | 4 palmi c. | 5 hamata AΛmr] amata RΣDΦ; armata C; squamata c. | aeris + erat ΣΛc | 7 ~ habebat siclos R | 8 uenitis RAr] uenistis *cet.* | 10 aiebat] agebat CΣD | israhel CΛc; israhel his R. | 11 uiri *om.* DΦc | sermonem C | 12 uiri *om.* CD. | iudae R | ~ nomen erat Cc | 13 perrexerunt RΛDΦc | aminadab CΣ | 15 a saule Σ; ad saul C |

RAC ΣΛDΦm cr

34 pasceret gregem patris sui in Bethleem
[16] procedebat vero Philistheus mane et vespere et stabat quadraginta diebus
[17] dixit autem Isai ad David filium suum
accipe fratribus tuis oephi pulentae et decem panes istos
et curre in castra ad fratres tuos
[18] et decem formellas casei has deferes ad tribunum
22; Gn 37,14 et fratres tuos visitabis si recte agant
et cum quibus ordinati sint disce
2 [19] Saul autem et illi et omnes filii Israhel in valle Terebinthi pugnabant adversum Philisthim
[20] surrexit itaque David mane et commendavit gregem custodi
et onustus abiit sicut praeceperat ei Isai
et venit ad locum Magala
et ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine
[21] direxerat enim aciem Israhel
sed et Philisthim ex adverso fuerant praeparati
[22] derelinquens ergo David vasa quae adtulerat
sub manu custodis ad sarcinas
cucurrit ad locum certaminis
18; Gn 37,14 et interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos
[23] cumque adhuc ille loqueretur eis
4 apparuit vir ille spurius ascendens
Goliath nomine Philistheus de Geth ex castris Philisthinorum
et loquente eo haec eadem verba audivit David
[24] omnes autem Israhelitae cum vidissent virum fugerunt a facie eius timentes eum valde
[25] et dixit unus quispiam de Israhel
num vidisti virum hunc qui ascendit
ad exprobrandum enim Israheli ascendit 10
virum ergo qui percusserit eum ditabit rex divitiis magnis
et filiam suam dabit ei
et domum patris eius faciet absque tributo in Israhel
[26] et ait David ad viros qui stabant secum dicens
quid dabitur viro qui percusserit Philistheum hunc 36
et tulerit obprobrium de Israhel Sir 47,4
quis est enim hic Philistheus incircumcisus
qui exprobravit acies Dei viventis
[27] referebat autem ei populus eundem sermonem dicens
haec dabuntur viro qui percusserit eum
[28] quod cum audisset Heliab frater eius maior
loquente eo cum aliis iratus est contra David et ait
quare venisti et quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto
ego novi superbiam tuam et nequitiam cordis tui
quia ut videres proelium descendisti
[29] et dixit David quid feci numquid non verbum est
[30] et declinavit paululum ab eo ad alium
dixitque eundem sermonem
et respondit ei populus verbum sicut et prius
[31] audita sunt autem verba quae locutus est David
et adnuntiata in conspectu Saul
[32] ad quem cum fuisset adductus locutus est ei
non concidat cor cuiusquam in eo
ego servus tuus vadam et pugnabo adversus Philistheum
[33] et ait Saul ad David

RAC ΣΛDΦm cr 16 uero] ergo C | 18 agunt R. | sunt R c | 19 illi et] illi DΦ; *om.* C | 23 ille[1] *om.* C; ~ ille adhuc m | ex] de c | 25 uidistis c | israheli RAm cr] israhel *cet.* | uirum[2] *om.* C. | ditauit ΣD; dabit C | 26 ~ enim est c. | 30 et[3] *om.* ΛDΦ c |

non vales resistere Philistheo isti
nec pugnare adversum eum quia puer es
hic autem vir bellator ab adulescentia sua
[34]dixitque David ad Saul
15 pascebat servus tuus patris sui gregem
Sir 47,3 et veniebat leo vel ursus
tollebatque arietem de medio gregis
[35]et sequebar eos et percutiebam
eruebamque de ore eorum
et illi consurgebant adversum me
et adprehendebam mentum eorum
et suffocabam interficiebamque eos
[36]nam et leonem et ursum interfeci ego servus tuus
26 erit igitur et Philistheus hic incircumcisus quasi unus ex eis
quia ausus est maledicere exercitum Dei viventis
[37]et ait David
Dominus qui eruit me de manu leonis et de manu ursi
7,3! ipse liberabit me de manu Philisthei huius
dixit autem Saul ad David
vade et Dominus tecum sit
[38]et induit Saul David vestimentis suis
et inposuit galeam aeream super caput eius
et vestivit eum lorica
[39]accinctus ergo David gladio eius super veste sua
coepit temptare si armatus posset incedere
non enim habebat consuetudinem
dixitque David ad Saul
non possum sic incedere quia nec usum habeo
et deposuit ea [40]et tulit baculum suum quem semper habebat in manibus
et elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente
et misit eos in peram pastoralem quam habebat secum
et fundam manu tulit
et processit adversum Philistheum
[41]ibat autem Philistheus incedens et adpropinquans adversum David
et armiger eius ante eum
[42]cumque inspexisset Philistheus et vidisset David despexit eum
erat enim adulescens rufus et pulcher aspectu 16,12!
[43]et dixit Philistheus ad David
numquid ego canis sum quod tu venis ad me cum baculo II Sm 3,8
et maledixit Philistheus David in diis suis
[44]dixitque ad David
veni ad me et dabo carnes tuas volatilibus caeli et bestiis terrae Dt 28,26!
[45]dixit autem David ad Philistheum
tu venis ad me cum gladio et hasta et clypeo
ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Israhel quibus exprobrasti [46]hodie
et dabit te Dominus in manu mea
et percutiam te et auferam caput tuum a te 51
et dabo cadaver castrorum Philisthim hodie volatilibus caeli et bestiis terrae Dt 28,26!
ut sciat omnis terra quia est Deus in Israhel Ex 7,5! IV Rg 5,15; Sir 36,19; Bar 2,15; Ez 36,23
[47]et noverit universa ecclesia haec
quia non in gladio nec in hasta salvat Dominus
ipsius est enim bellum et tradet vos in manus nostras
[48]cum ergo surrexisset Philistheus et veniret et adpropinquaret contra David

33 bellator + est c | 34 tollebantque AΣm; et tollebat c | 35 et persequebar c | 36 eis + nunc uadam et auferam obprobrium populi (+ quoniam quis est iste philisthaeus incircumcisus c) ΣΛc𝔊 | quia RCDr𝔐] qui *cet.* | exercitui ΛΣc | 37 eruit] eripuit c | ~ me liberabit c | 38 loricam Rm | 39 super uestem suam DΦc | possit CD | nec] non c. | 40 philysthim R | 46 cadauera CΦc | philisthinorum C | 47 ~ enim est ΛDΦc |

RAC ΣΛDΦm cr

festinavit David et cucurrit ad pugnam ex adverso Philisthei
[49] et misit manum suam in peram
tulitque unum lapidem et funda iecit
et percussit Philistheum in fronte
et infixus est lapis in fronte eius
et cecidit in faciem suam super terram
19,5; Sir 47,5; I Mcc 4,30 [50] praevaluitque David adversus Philistheum in funda et in lapide
percussumque Philistheum interfecit
cumque gladium non haberet in manu David
[51] cucurrit et stetit super Philistheum
et tulit gladium eius et eduxit de vagina sua
46 et interfecit eum praeciditque caput eius
videntes autem Philisthim quod mortuus esset fortissimus eorum fugerunt
[52] et consurgentes viri Israhel et Iuda
vociferati sunt et persecuti Philistheos usque dum venirent in vallem
et usque ad portas Accaron
cecideruntque vulnerati de Philisthim in via Sarim usque ad Geth et usque Accaron
[53] et revertentes filii Israhel postquam persecuti fuerant Philistheos
invaserunt castra eorum
[54] adsumens autem David caput Philisthei
adtulit illud in Hierusalem
arma vero eius posuit in tabernaculo suo
[55] eo autem tempore quo viderat Saul David egredientem contra Philistheum
ait ad Abner principem militiae
de qua stirpe descendit hic adulescens Abner
dixitque Abner
vivit anima tua rex si novi
[56] et ait rex interroga tu cuius filius sit iste puer
[57] cumque regressus esset David percusso Philistheo
tulit eum Abner et introduxit coram Saul
caput Philisthei habentem in manu
[58] et ait ad eum Saul
de qua progenie es o adulescens
dixitque David
filius servi tui Isai Bethleemitae ego sum

18 et factum est cum conplesset loqui ad Saul
anima Ionathan conligata est animae David 19,1
et dilexit eum Ionathan quasi animam suam 20,17!
[2] tulitque eum Saul in die illa
et non concessit ei ut reverteretur in domum patris sui
[3] inierunt autem Ionathan et David foedus 20,16; 22,8; 23,18
diligebat enim eum quasi animam suam 19,1; 20,17
[4] nam expoliavit se Ionathan tunicam qua erat vestitus
et dedit eam David
et reliqua vestimenta sua usque ad gladium et arcum suum et usque ad balteum
[5] egrediebatur quoque David ad omnia quaecumque misisset eum Saul 14!
et prudenter se agebat
posuitque eum Saul super viros belli
et acceptus erat in oculis universi populi 16
maximeque in conspectu famulorum Saul
[6] porro cum reverteretur percusso Phi-

RAC ΣΛDΦ(h)m cr

48 ex aduerso philistheum R m; aduerso philisthiim D. | 49 iecit et + circumducens ΣΛ c | 50 in[2] RACmr𝔐] *om. cet.* | 51 eduxit + eum c | 52 persecuti + sunt Φ c | sarim + et DΦ c | ad[2] *om.* Am | usque ad accaron Σ c; usque ad charon R. | 57 coram saule c; coram sauli D. | 58 o *om.* CD || **18**,1 conligata] conglutinata c | 3 ~ dauid et ionathas c. | 4 [*adest* h *usque ad* 20,38] | tunica Λ c | qua] quam D.; quae RCΣΛ | uestitus] indutus c |

listheo David
Ex 15,20.21; Idc 11,34; 21,21 egressae sunt mulieres de universis urbibus Israhel
Idt 3,10 cantantes chorosque ducentes in occursum Saul regis
in tympanis laetitiae et in sistris
[7] et praecinebant mulieres ludentes atque dicentes
21,11; 29,5 percussit Saul mille et David decem milia
[8] iratus est autem Saul nimis
et displicuit in oculis eius iste sermo
dixitque dederunt David decem milia et mihi dederunt mille
quid ei superest nisi solum regnum
[9] non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David ex die illa et deinceps
16,14! 16,23; 19,9.10 [10] post diem autem alteram invasit spiritus Dei malus Saul
et prophetabat in medio domus suae
David autem psallebat manu sua sicut per singulos dies
20,33 tenebatque Saul lanceam [11] et misit eam putans quod configere posset David cum pariete
et declinavit David a facie eius secundo
28,29 [12] et timuit Saul David eo quod esset
16,14.18; 28,15.16 Dominus cum eo et a se recessisset
[13] amovit ergo eum Saul a se
et fecit eum tribunum super mille viros
16 et egrediebatur et intrabat in conspectu populi
5; Gn 21,22! IV Rg 18,7 [14] in omnibus quoque viis suis David prudenter agebat et Dominus erat cum eo
[15] vidit itaque Saul quod prudens esset nimis
et coepit cavere eum
5 [16] omnis autem Israhel et Iuda diligebat David

ipse enim egrediebatur et ingrediebatur ante eos 13
[17] dixit autem Saul ad David
ecce filia mea maior Merob 14,49
ipsam dabo tibi uxorem
tantummodo esto vir fortis et proeliare bella Domini
Saul autem reputabat dicens 25
non sit manus mea in eo sed sit super illum manus Philisthinorum 21
[18] ait autem David ad Saul 23
quis ego sum aut quae est vita mea aut cognatio patris mei in Israhel
ut fiam gener regis
[19] factum est autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul David
data est Hadrihel Molathitae uxor II Sm 21,8
[20] dilexit autem Michol filia Saul altera David 14,49
et nuntiatum est Saul et placuit ei
[21] dixitque Saul dabo eam illi ut fiat ei in scandalum
et sit super eum manus Philisthinorum 17,25
dixit ergo Saul ad David
in duabus rebus gener meus eris hodie
[22] et mandavit Saul servis suis
loquimini ad David clam me dicentes
ecce places regi et omnes servi eius diligunt te
nunc ergo esto gener regis
[23] et locuti sunt servi Saul in auribus David omnia verba haec
et ait David 18
num parum vobis videtur generum esse regis
ego autem sum vir pauper et tenuis
[24] et renuntiaverunt servi Saul dicentes
huiuscemodi verba locutus est David
[25] dixit autem Saul sic loquimini ad David

6 ducentes] docentes Σ.; dicentes C | in[3] *om.* CΣΛDΦ | 7 dicebant ΑDΦ | 8 ∼ sermo iste c | ∼ mille dederunt c | 9 ex] a ΛΦh c | 10 alterum C | malus + in ΑΣ | 11 possit ΣΛDΦm | 12 dauid *om.* C | ∼ dominus esset c. | 13 tribunum + et centurionem C | 16 ∼ ingrediebatur et egrediebatur DΦ c | 17 dixitque saul c | in eum c | super eum RΛDΦh c | 19 tempus + et RΛ | hadrieli c | 20 ∼ dauid michol filia saul altera c | 21 dixit ergo] dixit autem Ch; dixitque c. | 23 ∼ uidetur uobis Λ c |

RAC ΣΛDΦhm cr

non habet necesse rex sponsalia
nisi tantum centum praeputia Phi-
listhinorum
ut fiat ultio de inimicis regis
17.21 porro Saul cogitabat tradere David
in manibus Philisthinorum
26 cumque renuntiassent servi eius Da-
vid verba quae diximus
placuit sermo in oculis David ut fie-
ret gener regis
27 et post dies paucos surgens David
abiit cum viris qui sub eo erant
et percussis Philisthim ducentis viris
II Sm 3,14 adtulit praeputia eorum et adnume-
ravit ea regi ut esset gener eius
25,44 dedit itaque ei Saul Michol filiam
suam uxorem
12 28 et vidit Saul et intellexit quia Domi-
nus esset cum David
Michol autem filia Saul diligebat eum
29 et Saul magis coepit timere David
factusque est Saul inimicus David
cunctis diebus
30 et egressi sunt principes Philisthino-
rum
a principio autem egressionis eorum
prudentius se gerebat David quam
omnes servi Saul
et celebre factum est nomen eius ni-
mis
19 locutus est autem Saul ad Ionathan
filium suum
et ad omnes servos suos ut occide-
rent David
18,1.3; 20,17 porro Ionathan filius Saul diligebat
David valde
2 et indicavit Ionathan David dicens
quaerit Saul pater meus occidere te
quapropter observa te quaeso mane
et manebis clam et absconderis
3 ego autem egrediens stabo iuxta pat-
rem meum in agro ubicumque fue-
ris
et ego loquar de te ad patrem meum
et quodcumque videro nuntiabo tibi
4 locutus est ergo Ionathan de David
bona ad Saul patrem suum
dixitque ad eum
ne pecces rex in servum tuum David
quia non peccavit tibi
et opera eius bona sunt tibi valde
5 et posuit animam suam in manu sua Idc 12,3!
et percussit Philistheum 17,50!
et fecit Dominus salutem magnam 11,13! II Sm 23,10
universo Israhel
vidisti et laetatus es
quare ergo peccas in sanguine inno-
xio
interficiens David qui est absque
culpa
6 quod cum audisset Saul placatus vo-
ce Ionathae iuravit
vivit Dominus quia non occidetur
7 vocavit itaque Ionathan David
et indicavit ei omnia verba haec
et introduxit Ionathan David ad 16,21
Saul
et fuit ante eum sicut fuerat heri et
nudius tertius
8 motum est autem rursus bellum
et egressus David pugnavit adversus
Philisthim
percussitque eos plaga magna et fu-
gerunt a facie eius
9 et factus est spiritus Domini malus 16,14! 16,23; 18,10.11
in Saul
sedebat autem in domo sua et tene-
bat lanceam
porro David psallebat in manu sua
10 nisusque est Saul configere lancea 20,33

RAC ΣΛDΦhm cr

25 sponsalia] spolia C | ∼ rex necesse sponsalia R; ∼ rex sponsalia necesse c. | in manus c; in manu CΛ | 26 diximus RADhmr] dixit C.; dixerat ΛΦ; dixerat saul Σc | 27 ∼ paucos dies c. | percussis Am] percussit *cet.*; + ex Φc | in ducentis uiris h; ducentos uiros ΣΦc; + et Σhc | ∼ eorum praeputia c. | eius] regis CΣD | ei *om.* C; ∼ saul ei c | uxorem + dauid C. | 28 quia] quod c | 30 et regressi CDΦh | gerebat] agebat AΦm || **19**,1 occideret AD | 3 fuerit RCΣΛh | 5 sua] tua CΛ | uniuerso israhel RCr] uniuerso israheli ΣΛhc; in uniuerso israhel ADm; in uniuerso israheli Φ | 8 philistheum R | 9 domini] dei Ahm | in[3] *om.* c | 10 lanceam R |

David in pariete
et declinavit David a facie Saul
lancea autem casso vulnere perlata
est in parietem
et David fugit et salvatus est nocte
illa
Ps 58,1 [11]misit ergo Saul satellites suos in do-
mum David ut custodirent eum et
interficeretur mane
quod cum adnuntiasset David Mi-
chol uxor sua dicens
nisi salvaveris te nocte hac cras mo-
rieris
Ios 2,15! [12]deposuit eum per fenestram
18 porro ille abiit et aufugit atque sal-
vatus est
16 [13]tulit autem Michol statuam et po-
suit eam super lectum
et pellem pilosam caprarum posuit
ad caput eius et operuit eam vesti-
mentis
20 [14]misit autem Saul apparitores qui ra-
perent David
et responsum est quod aegrotaret
[15]rursumque misit Saul nuntios ut vi-
derent David dicens
adferte eum ad me in lecto ut occi-
datur
[16]cumque venissent nuntii
13 inventum est simulacrum super lec-
tum
et pellis caprarum ad caput eius
[17]dixitque Saul ad Michol
quare sic inlusisti mihi
et dimisisti inimicum meum ut fu-
geret
et respondit Michol ad Saul
quia ipse locutus est mihi dimitte me
alioquin interficiam te
12 [18]David autem fugiens salvatus est et
venit ad Samuhel in Ramatha
et nuntiavit ei omnia quae fecerat si-
bi Saul
et abierunt ipse et Samuhel et morati
sunt in Nahioth
[19]nuntiatum est autem Sauli a dicenti-
bus
ecce David in Nahioth in Rama 22
[20]misit ergo Saul lictores ut raperent 14
David
qui cum vidissent cuneum prophe- 10,10!
tarum vaticinantium
et Samuhel stantem super eos
factus est etiam in illis spiritus Do-
mini
et prophetare coeperunt etiam ipsi
[21]quod cum nuntiatum esset Sauli mi-
sit alios nuntios
prophetaverunt autem et illi
et rursum Saul misit tertios nun-
tios
qui et ipsi prophetaverunt
[22]abiit autem etiam ipse in Ramatha
et venit usque ad cisternam magnam
quae est in Soccho
et interrogavit et dixit
in quo loco sunt Samuhel et David
dictumque est ei ecce in Nahioth 19
sunt in Rama
[23]et abiit in Nahioth in Rama
et factus est etiam super eum spiritus 10,6!
Dei
et ambulabat ingrediens et propheta-
bat usque dum veniret in Nahioth
in Rama
[24]et expoliavit se etiam ipse vestimentis
suis
et prophetavit cum ceteris coram Sa- 10,10!
muhel
et cecidit nudus tota die illa et nocte
unde et exivit proverbium
num et Saul inter prophetas 10,11.12

10 ~ dauid lancea Σc. | in parietem[1] C | in pariete[2] DΦh | 12 et fugit CD | 15 eum] illum C | 16 pelles Φm | 19 in ramatha c | 20 samuelem c | ~ spiritus domini in illis c. | 21 misit[1] + et c | ~ rursum misit saul Cc | prophetauerunt[2] + et iratus iracundia saul Σc𝔊 | 22 autem *om.* Σc | etiam] et Ah | in rama] in ramatha c, *item v.* 23 *bis* | 23 in[1] *om.* AΣ | super eo Rh. | dei] domini ΣΛhc | in[3] *om.* Am | 24 ~ etiam ipse se c. | coram samuele c | cecidit RADmcr𝔐𝔊] cecinit *cet.* | et[5] *om.* CDh ||

RAC
ΣΛDΦhm
cr

20 fugit autem David de Nahioth quae
erat in Rama
veniensque locutus est coram Iona-
than
26,18 quid feci quae est iniquitas mea
et quod peccatum meum in patrem
tuum
quia quaerit animam meam
[2]qui dixit ei absit non morieris
neque enim faciet pater meus quic-
quam grande vel parvum nisi prius
indicaverit mihi
hunc ergo celavit me pater meus ser-
monem tantummodo
nequaquam erit istud
[3]et iuravit rursum David
et ille ait
scit profecto pater tuus quia inveni
gratiam in oculis tuis
et dicet nesciat hoc Ionathan ne forte
tristetur
quinimmo vivit Dominus et vivit
anima tua
quia uno tantum ut ita dicam gradu
ego morsque dividimur
[4]et ait Ionathan ad David
quodcumque dixerit mihi anima tua
faciam tibi
[5]dixit autem David ad Ionathan
ecce kalendae sunt crastino
et ego ex more sedere soleo iuxta re-
gem ad vescendum
dimitte ergo me ut abscondar in agro
usque ad vesperam diei tertiae
[6]si requisierit me pater tuus respon-
debis ei
28,29 rogavit me David ut iret celeriter in
Bethleem civitatem suam
quia victimae sollemnes ibi sunt uni-
versis contribulibus eius
[7]si dixerit bene pax erit servo tuo
si autem fuerit iratus scito quia con-
pleta est malitia eius
[8]fac ergo misericordiam in servum
tuum
quia foedus Domini me famulum tu- 42!
um tecum inire fecisti
si autem est in me aliqua iniquitas
tu me interfice
et ad patrem tuum ne introducas me
[9]et ait Ionathan absit hoc a te
neque enim fieri potest
ut si certo cognovero conpletam pat- 13
ris mei esse malitiam contra te
non adnuntiem tibi
[10]responditque David ad Ionathan
quis nuntiabit mihi si quid forte re-
sponderit tibi pater tuus dure
[11]et ait Ionathan ad David
veni egrediamur in agrum Gn 4,8
cumque exissent ambo in agrum
[12]ait Ionathan ad David
Domine Deus Israhel
si investigavero sententiam patris
mei crastino vel perendie
et aliquid boni fuerit super David
et non statim misero ad te et notum
tibi fecero
[13]haec faciat Dominus Ionathan et
haec augeat
si autem perseveraverit patris mei 9
malitia adversum te
revelabo aurem tuam et dimittam te
ut vadas in pace
et sit Dominus tecum sicut fuit cum
patre meo
[14]et si vixero facies mihi misericordiam II Sm 9,3
Domini
si vero mortuus fuero
[15]non auferas misericordiam tuam a 24,22; II Sm 9,1!
domo mea usque in sempiternum
quando eradicaverit Dominus inimi-

RAC ΣΛ(D)Φhm cr

20,1 erat] est CΛDΦm c | in ramatha c | ionathan + dicens C | 2 me] a me RΣΛ | 3 dauidi c. | 6 si + respiciens Σ c | eius] suis C c; *om.* D. | 7 quia] quoniam C | 8 sin autem C | [*deest* D *usque ad v.* 24] | ~ in me est aliqua iniquitas CΣ; ~ est iniq. aliq. in me c. | 9 certe c | ~ esse patris mei malitiam ΛΦ c; ~ malitiam patris mei esse h.; esse *om.* Σ | 10 renuntiabit ΛΦh c; annuntiauit Σ. | dure + de me Σ c | 11 ueni + et R c | egrediamur + foras c | 13 faciat + mihi C. | dominus[1]] deus CΛΦ | in ionathan RΣ; ionathae m c; *om.* C. | augeat] addat c | 15 auferes AΛΦh c |

cos David unumquemque de terra
18,3! 23,18 [16]pepigit ergo foedus Ionathan cum domo David
et requisivit Dominus de manu inimicorum David
[17]et addidit Ionathan deierare David eo quod diligeret illum
18,1.3; 19,1 sicut animam enim suam ita diligebat eum
[18]dixitque ad eum Ionathan
cras kalendae sunt et requireris
[19]requiretur enim sessio tua usque perendie
descendes ergo festinus et venies in locum ubi celandus es in die qua operari licet
et sedebis iuxta lapidem cui est nomen Ezel
[20]et ego tres sagittas mittam iuxta eum
et iaciam quasi exercens me ad signum
36 [21]mittam quoque et puerum dicens ei
vade et adfer mihi sagittas
[22]si dixero puero ecce sagittae intra te sunt tolle eas
tu veni ad me quia pax tibi est et nihil est mali vivit Dominus
37 si autem sic locutus fuero puero
ecce sagittae ultra te sunt
vade quia dimisit te Dominus
[23]de verbo autem quod locuti fuimus ego et tu
sit Dominus inter me et te usque in sempiternum
[24]absconditus est ergo David in agro
et venerunt kalendae
et sedit rex ad comedendum panem
[25]cumque sedisset rex super cathedram suam
secundum consuetudinem quae erat iuxta parietem
surrexit Ionathan et sedit Abner ex latere Saul
vacuusque apparuit locus David
[26]et non est locutus Saul quicquam in die illa
cogitabat enim quod forte evenisset ei ut non esset mundus nec purificatus
[27]cumque inluxisset dies secunda post kalendas
rursum vacuus apparuit locus David
dixitque Saul ad Ionathan filium suum
cur non venit filius Isai nec heri nec hodie ad vescendum
[28]et respondit Ionathan Sauli
rogavit me obnixe ut iret in Bethleem 6
[29]et ait dimitte me quoniam sacrificium sollemne est in civitate
unus de fratribus meis accersivit me
nunc ergo si inveni gratiam in oculis tuis
vadam cito et videbo fratres meos
ob hanc causam non venit ad mensam regis
[30]iratus autem Saul adversus Ionathan dixit ei
fili mulieris virum ultro rapientis
numquid ignoro quia diligis filium Isai
in confusionem tuam et in confusionem ignominiosae matris tuae
[31]omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram
non stabilieris tu neque regnum tuum
itaque iam nunc mitte et adduc eum ad me quia filius mortis est 26,16!
[32]respondens autem Ionathan Sauli patri suo ait
quare moritur quid fecit

RAC ΣΛ(D)Φhm cr

15 dauid] tuos C | terra + auferat ionathan de domo sua et requirat dominus de manu inimicorum dauid Σc𝔊 | 16 ~ ionathan foedus ΛΦc | 17 deierare] iurare RC | illum] eum CΛΦh | enim *om.* CΣ; ~ enim animam c | ita] sic C | 19 requiritur C | descende C | in loco R; ad locum h. | ~ nomen est ΣΛΦc | 22 est[1]] erit C | ~ mali est A.; est *om.* Σ | uade + in pace c | 23 fuerimus R.; sumus c | 24 [*iterum adest* D] | 26 uenisset A | 27 ~ apparuit uacuus c | 28 responditque c. | 30 iratus + est C | dixitque C | fili] filius Rh | 31 stabilis eris ACΣΛ | 32 moritur RAr] moriatur C; morietur *cet.* |

18.10.11; 19.10 33 et arripuit Saul lanceam ut percuteret eum
et intellexit Ionathan quod definitum esset patri suo ut interficeret David
34 surrexit ergo Ionathan a mensa in ira furoris
et non comedit in die kalendarum secunda panem
contristatus est enim super David
eo quod confudisset eum pater suus
35 cumque inluxisset mane
venit Ionathan in agrum iuxta placitum David
et puer parvulus cum eo
21 36 et ait ad puerum suum
vade et adfer mihi sagittas quas ego iacio
cumque puer cucurrisset iecit aliam sagittam trans puerum
37 venit itaque puer ad locum iaculi quod miserat Ionathan
22 et clamavit Ionathan post tergum pueri et ait
ecce ibi est sagitta porro ultra te
38 clamavitque Ionathan post tergum pueri
festina velociter ne steteris
collegit autem puer Ionathae sagittas et adtulit ad dominum suum
39 et quid ageretur penitus ignorabat
tantummodo enim Ionathan et David rem noverant
40 dedit igitur Ionathan arma sua puero
et dixit ei vade defer in civitatem
41 cumque abisset puer
surrexit David de loco qui vergebat ad austrum
24,9! Gn 33,3.4! et cadens pronus in terram adoravit tertio
Gn 29,11! et osculantes alterutrum fleverunt pariter
David autem amplius
42 dixit ergo Ionathan ad David
vade in pace
quaecumque iuravimus ambo in nomine Domini dicentes 8; II Sm 21,7
Dominus sit inter me et te et inter semen meum et semen tuum usque in sempiternum
43 et surrexit et abiit
sed et Ionathan ingressus est civitatem
21 venit autem David in Nobe ad Ahimelech sacerdotem 22,9!
et obstipuit Ahimelech eo quod venisset David et dixit ei
quare tu solus et nullus est tecum
2 et ait David ad Ahimelech sacerdotem
rex praecepit mihi sermonem et dixit
nemo sciat rem propter quam a me missus es
et cuiusmodi tibi praecepta dederim
nam et pueris condixi in illum et illum locum
3 nunc igitur si quid habes ad manum
vel quinque panes da mihi aut quicquid inveneris
4 et respondens sacerdos David ait ei
non habeo panes laicos ad manum
sed tantum panem sanctum
si mundi sunt pueri maxime a mulieribus
5 et respondit David sacerdoti et dixit ei
equidem si de mulieribus agitur
continuimus nos ab heri et nudius tertius quando egrediebamur
et fuerunt vasa puerorum sancta
porro via haec polluta est
sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis
6 dedit ergo ei sacerdos sanctificatum 22,10; Mt 12,4 par.

RAC ΣΛDΦ(h)m cr 33 a patre Φ c | 34 pane Rh. | 38 clamauitque + iterum c | pueri + dicens ΣΛ c; + et ait h | [*deest* h *usque ad* 21,8] | 40 igitur] ergo c.; enim D. | uade + et ΣΛ c | defers RC.; fer m. | in ciuitate R | 41 in terra R | osculantes + se c | 43 surrexit + dauid c || **21**,2 ~ missus es a me c | ~ praecepta tibi c | conduxi C | et illum] et in illum RΣ; *om.* D | 3 igitur] ergo c.; autem Σ | 4 ad dauid C c | ei] illi c | ~ laicos panes c. | a muliere D; cum muliere R. | 5 uasis + meis CΛ |

panem
neque enim erat ibi panis nisi tan-
Lv 24,7.8 tum panes propositionis
qui sublati fuerant a facie Domini
ut ponerentur panes calidi
7 erat autem ibi vir de servis Saul in
die illa intus in tabernaculo Domini
et nomen eius Doec Idumeus
22,9.22 potentissimus pastorum Saul
8 dixit autem David ad Ahimelech
si habes hic ad manum hastam aut
gladium
quia gladium meum et arma mea non
tuli mecum
sermo enim regis urguebat
9 et dixit sacerdos
22,10 gladius Goliath Philisthei quem per-
cussisti in valle Terebinthi
est involutus pallio post ephod
si istum vis tollere tolle
neque enim est alius hic absque eo
et ait David non est huic alter similis
da mihi eum
10 surrexit itaque David et fugit in die
illa a facie Saul
27,2; III Rg 2,39.40 et venit ad Achis regem Geth
11 dixeruntque ei servi Achis
numquid non iste est David rex ter-
rae
nonne huic cantabant per choros di-
centes
18,7; 29,5 percussit Saul mille et David decem
milia
Gn 37,11; Dn 7,28; Lc 2,19.51 12 posuit autem David sermones istos
in corde suo
et extimuit valde a facie Achis regis
Geth
13 et inmutavit os suum coram eis
et conlabebatur inter manus eorum
et inpingebat in ostia portae
defluebantque salivae eius in barbam
14 et ait Achis ad servos suos
vidistis hominem insanum
quare adduxistis eum ad me
15 an desunt nobis furiosi
quod introduxistis istum ut fureret
me praesente
hicine ingredietur domum meam
22 abiit ergo inde David et fugit in II Sm 23,13; Ps 56,1!
speluncam Odollam
quod cum audissent fratres eius et
omnis domus patris eius
descenderunt ad eum illuc
2 et convenerunt ad eum omnes qui Idc 9,4; 11,3; III Rg 11,24
erant in angustia constituti
et oppressi aere alieno et amaro ani-
mo
et factus est eorum princeps
fueruntque cum eo quasi quadrin- 25,13
genti viri
3 et profectus est David inde in Mas-
pha quae est Moab
et dixit ad regem Moab
maneat oro pater meus et mater mea
vobiscum
donec sciam quid faciat mihi Deus
4 et reliquit eos ante faciem regis Moab
manseruntque apud eum cunctis die-
bus quibus David fuit in praesidio II Sm 5,17; 23,14
5 dixitque Gad propheta ad David noli II Sm 24,11.12.18; I Par 21,11.18
manere in praesidio
proficiscere et vade in terram Iuda
et profectus David venit in saltum
Hareth
6 et audivit Saul quod apparuisset Da-
vid et viri qui erant cum eo
Saul autem cum maneret in Gabaa
et esset in nemore quod est in Rama
hastam manu tenens
cunctique socii eius circumstarent
eum
7 ait ad servos suos qui adsistebant ei
audite filii Iemini
numquid omnibus vobis dabit filius

6 panes[1]] panis C | 7 uir + quidam ΛΦ c | 8 urguebat + me R | 9 [*adest* h *usque ad* 22,8] | sacerdos + ecce hic ΣΛ c | ~ hic est alius Σ c.; ~ est hic alius h | dauid + si C | 11 ei *om.* c | achis + ad eum cum uidissent dauid c; + cum uidissent dauid ΣΛ | 15 hicine] hicne CΛDΦ; dimittite illum hinc et ne Σ || **22**,1 inde *om.* AΣ.; ~ dauid inde c | 2 aere] a rege CΣ. | 3 deus] dominus CD | 5 profectus est dauid et c | 6 socii] serui ΛDΦ c | 7 audite + nunc Σ c; + me ΛDΦ |

RAC ΣΛDΦ(h)m cr

Isai agros et vineas
et universos vos faciet tribunos et centuriones
[8]quoniam coniurastis omnes adversum me
et non est qui mihi renuntiet
18,3! maxime cum et filius meus foedus iunxerit cum filio Isai
non est qui vicem meam doleat ex vobis
nec qui adnuntiet mihi
eo quod suscitaverit filius meus servum meum adversum me insidiantem mihi usque hodie
21,7; Ps 51,2 [9]respondens autem Doec Idumeus
qui adsistebat et erat primus inter servos Saul
21,1 vidi inquit filium Isai in Nobe apud Ahimelech filium Achitob
Nm 27,21! IV Rg 8,8! [10]qui consuluit pro eo Dominum et
13; 21,6 cibaria dedit ei
21,9 sed et gladium Goliath Philisthei dedit illi
[11]misit ergo rex ad accersiendum Ahimelech filium Achitob sacerdotem
et omnem domum patris eius sacerdotum qui erant in Nobe
qui venerunt universi ad regem
[12]et ait Saul
audi fili Achitob
qui respondit praesto sum domine
[13]dixitque ad eum Saul
quare coniurastis adversum me tu et filius Isai
10 et dedisti ei panes et gladium
et consuluisti pro eo Deum
ut consurgeret adversum me insidiator usque hodie permanens
[14]respondensque Ahimelech regi ait
et quis in omnibus servis tuis sicut David fidelis
et gener regis et pergens ad imperium tuum
et gloriosus in domo tua
[15]num hodie coepi consulere pro eo Deum
absit hoc a me
ne suspicetur rex adversus servum suum rem huiuscemodi in universa domo patris mei
non enim scivit servus tuus quicquam super hoc negotio vel modicum vel grande
[16]dixitque rex morte morieris Ahimelech tu et omnis domus patris tui
[17]et ait rex emissariis qui circumstabant eum
convertimini et interficite sacerdotes 21
Domini
nam manus eorum cum David est
scientes quod fugisset non indicaverunt mihi
noluerunt autem servi regis extendere manum suam in sacerdotes Domini
[18]et ait rex Doec
convertere tu et inrue in sacerdotes
conversusque Doec Idumeus inruit in sacerdotes
et trucidavit in die illa octoginta quinque viros vestitos ephod lineo
[19]Nobe autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii
viros et mulieres parvulos et lactan- 15,3; Ios 6,21!
tes
bovem et asinum et ovem in ore gladii
[20]evadens autem unus filius Ahime- 23,6
lech filii Achitob
cuius nomen erat Abiathar fugit ad David
[21]et adnuntiavit ei quod occidisset 17
Saul sacerdotes Domini
[22]et ait David ad Abiathar

RAC ΣΛDΦ(h)m cr

8 iunxerit] inierit CΣΛ c | [*desinit* h] | 9 achitob + sacerdotem Λ c | 11 ~ sacerdotem filium achitob c. | erat R | ~ uniuersi uenerunt c | 12 saul + ad achimelech ΣΛ c | 13 deum] dominum RΛDΦ | 15 ~ pro eo consulere c | deum] dominum RΣΛDΦ | 17 fugisset + et ΛΦm c | manus suas c | 18 ad doec[1] CΣΛΦ c; + idumeo A | sacerdotes[1] + domini CΣ | et trucidauit] domini dauit C. | 19 mulieres + et c. | lactentes bouemque c |

21,7 sciebam in die illa quod cum ibi esset Doec Idumeus procul dubio adnuntiaret Saul
ego sum reus omnium animarum patris tui
23 mane mecum ne timeas
si quis quaesierit animam meam quaeret et animam tuam mecumque servaberis
23 et nuntiaverunt David dicentes
ecce Philisthim obpugnant Ceila et diripiunt areas
14,37! 30,8; II Sm 2,1; 21,1; 5,19 2 consuluit igitur David Dominum dicens
num vadam et percutiam Philistheos istos
et ait Dominus ad David
vade et percuties Philistheos et salvabis Ceila
3 et dixerunt viri qui erant cum David ad eum
ecce nos hic in Iudaea consistentes timemus
quanto magis si ierimus in Ceila adversum agmina Philisthinorum
4 rursum ergo David consuluit Dominum
qui respondens ei ait
surge et vade in Ceila
ego enim tradam Philistheos in manu tua
5 abiit David et viri eius in Ceila
et pugnavit adversum Philistheos
Idc 15,8 et abegit iumenta eorum et percussit eos plaga magna
et salvavit David habitatores Ceilae
22,20 6 porro eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Ahimelech ad David in Ceila
ephod secum habens descenderat
7 nuntiatum est autem Saul quod venisset David in Ceila
et ait Saul
tradidit eum Deus in manus meas
conclususque est introgressus urbem in qua portae et serae
8 et praecepit Saul omni populo ut ad pugnam descenderet in Ceila
et obsideret David et viros eius
9 quod cum rescisset David quia praepararet ei Saul clam malum
dixit ad Abiathar sacerdotem 30,7
adplica ephod
10 et ait David
Domine Deus Israhel
audivit famam servus tuus
quod disponat Saul venire ad Ceila ut evertat urbem propter me
11 si tradent me viri Ceila in manus eius
et si descendet Saul sicut audivit servus tuus
Domine Deus Israhel indica servo tuo
et ait Dominus descendet
12 dixitque David
si tradent viri Ceilae me et viros qui sunt mecum in manu Saul
et dixit Dominus tradent
13 surrexit ergo David et viri eius quasi sescenti 27,2! 30,9
et egressi de Ceila huc atque illuc vagabantur incerti
nuntiatumque est Saul quod fugisset David de Ceila
quam ob rem dissimulavit exire
14 morabatur autem David in deserto in locis firmissimis
mansitque in monte solitudinis Ziph
quaerebat tamen eum Saul cunctis diebus
et non tradidit eum Deus in manus eius

22 sauli ΣΛc || **23**,1 et adnuntiauerunt DΦc | ceilam c, *item vv.* 2.3.4 | 2 igitur] ergo c. | ~ ceilam saluabis c. | 4 ei ait ACmr] ait ei ΣΛc; ait RDΦ | 5 abiit + ergo c | in ceilam c, *item vv.* 6.7.8 | 7 sauli[1] Λc | serae + sunt ΛΦc | 8 descenderent C | 9 ~ dauid rescisset c. | 10 ad ceilam ADΦ; in ceila ΣΛ.; in ceilam c | 11 ceilae ΣΛDΦc | in manu AΛDΦm | descendit[1] RCm | 12 ~ me uiri ceilae c | in manus c | 13 sauli Λc | ceila[2] + et saluatus est (esset c) ΣΛc𝔊 | 14 ziph + in monte opaco Σc | ~ eum tamen Cc | deus] dominus R |

RAC ΣΛDΦm cr

9 15 et vidit David quod egressus esset
Saul ut quaereret animam eius
porro David erat in deserto Ziph in
silva
16 et surrexit Ionathan filius Saul
et abiit ad David in silva
et confortavit manus eius in Deo
dixitque ei 17 ne timeas
neque enim inveniet te manus Saul
patris mei
24,21 et tu regnabis super Israhel
et ego ero tibi secundus
sed et Saul pater meus scit hoc
18,3! 20,16 18 percussit igitur uterque foedus co-
ram Domino
mansitque David in silva
Ionathas autem reversus est in do-
mum suam
26,1; Ps 53,2 19 ascenderunt autem Ziphei ad Saul in
Gabaa dicentes
nonne David latitat apud nos in locis
tutissimis silvae
in colle Achilae quae est ad dexte-
ram deserti
20 nunc ergo sicut desideravit anima
tua ut descenderes descende
nostrum autem erit ut tradamus eum
in manus regis
21 dixitque Saul
Ps 113,23! benedicti vos a Domino quia doluis-
tis vicem meam
22 abite oro et diligentius praeparate et
curiosius agite
et considerate locum ubi sit pes eius
vel quis viderit eum ibi
recogitat enim de me quod callide
insidier ei
23 considerate et videte omnia latibula
eius in quibus absconditur
Mt 2,8 et revertimini ad me ad rem certam
ut vadam vobiscum
quod si etiam in terra se abstruserit
perscrutabor eum in cunctis milibus
Iuda

24 at illi surgentes abierunt in Ziph ante 26,2
Saul
David autem et viri eius erant in de- 25,2
serto Maon in campestribus ad dex-
tram Iesimuth
25 ivit ergo Saul et socii eius ad quae- 24,3; 26,2
rendum
et nuntiatum est David
statimque descendit ad petram et
versabatur in deserto Maon
quod cum audisset Saul persecutus
est David in deserto Maon
26 et ibat Saul ad latus montis ex parte
una
David autem et viri eius erant in la-
tere montis ex parte altera
porro David desperabat se posse
evadere a facie Saul
itaque Saul et viri eius
in modum coronae cingebant David
et viros eius ut caperent eos
27 et nuntius venit ad Saul dicens fes-
tina et veni
quoniam infuderunt se Philisthim
super terram
28 reversus est ergo Saul desistens per-
sequi David
et perrexit in occursum Philisthino- 24,2
rum
propter hoc vocaverunt locum illum
petram Dividentem
24 ascendit ergo David inde et habita-
vit in locis tutissimis Engaddi
2 cumque reversus esset Saul post- 23,28
quam persecutus est Philistheos
nuntiaverunt ei dicentes
ecce David in deserto est Engaddi
3 adsumens ergo Saul tria milia elec- 23,25; 26,2
torum virorum ex omni Israhel
perrexit ad investigandum David et
viros eius
etiam super abruptissimas petras
quae solis hibicibus perviae sunt
4 et venit ad caulas quoque ovium

RAC ΣΛDΦm cr
16 in siluam ΣΛ c | 18 igitur] ergo c. | ionathas RAΦ cr] ionatha CD.; ionathan *cet.* | 19 nonne + ecce ΣΛΦ c | in collem RD. | hachila c | 20 in manu RΛ | 21 a *om.* R | 22 oro] ergo ΛDΦ; ergo oro c; *om.* C. | 23 in terram ΛΦ c | 24 iesimon c | 25 quaerendum + eum CΣΛΦ c || 24,4 quoque *om.* CΛΦ c |

quae se offerebant vianti
eratque ibi spelunca quam ingressus
est Saul ut purgaret ventrem
porro David et viri eius in interiori
parte speluncae latebant
5 et dixerunt servi David ad eum
ecce dies de qua locutus est Dominus
ad te
ego tradam tibi inimicum tuum ut
facias ei sicut placuerit in oculis
tuis
12 surrexit ergo David et praecidit
oram clamydis Saul silenter
6 post haec percussit cor suum David
eo quod abscidisset oram clamydis
Saul
7 dixitque ad viros suos
26,11; II Sm 23,17 propitius mihi sit Dominus ne faciam hanc rem domino meo christo
Domini
11: 26,9.23; II Sm 1,14; Ps 104,15! ut mittam manum meam in eum
quoniam christus Domini est
8 et confregit David viros suos sermonibus
et non permisit eos ut consurgerent
in Saul
porro Saul exsurgens de spelunca
pergebat coepto itinere
9 surrexit autem et David post eum
II Sm 18,28 et egressus de spelunca clamavit post
tergum Saul dicens
III Rg 1,23.24 domine mi rex
et respexit Saul post se
20,41! et inclinans se David pronus in terram adoravit
10 dixitque ad Saul
quare audis verba hominum loquentium
David quaerit malum adversum te
26,23 11 ecce hodie viderunt oculi tui quod
tradiderit te Dominus in manu mea
in spelunca
et cogitavi ut occiderem te sed percit tibi oculus meus
dixi enim non extendam manum meam in domino meo quia christus 7! 26,9.11; II Sm 1,14
Domini est
12 quin potius pater mi
vide et cognosce oram clamydis tuae
in manu mea
quoniam cum praeciderem summitatem clamydis tuae 5
nolui extendere manum meam in te
animadverte et vide quoniam non Ps 7,4
est in manu mea malum neque iniquitas neque peccavi in te
tu autem insidiaris animae meae ut
auferas eam
13 iudicet Dominus inter me et te Gn 16,5!
et ulciscatur me Dominus ex te Ps 53,3 H
manus autem mea non sit in te
14 sicut et in proverbio antiquo dicitur II Sm 20,18
ab impiis egredietur impietas
manus ergo mea non sit in te
15 quem sequeris rex Israhel quem persequeris 26,20
canem mortuum sequeris et pulicem
unum
16 sit Dominus iudex et iudicet inter Gn 16,5!
me et te
et videat et diiudicet causam meam
et eruat me de manu tua
17 cum autem conplesset David loquens
sermones huiuscemodi ad Saul
dixit Saul numquid vox haec tua est 26,17
fili mi David
et levavit Saul vocem suam et flevit
18 dixitque ad David
iustior tu es quam ego Gn 38,26
tu enim tribuisti mihi bona ego autem reddidi tibi mala
19 et tu indicasti hodie quae feceris mihi bona
quomodo tradiderit me Dominus in
manu tua et non occideris me
20 quis enim cum invenerit inimicum

4 ut purgaret] purgare CD | 7 ~ sit mihi Σc | ~ rem hanc C | quoniam] quia Σc; qui Λ. | 9 in terra RDm | 10 loquentium + et dicentium C | 11 in dominum meum c | 12 praescinderem c | meam *om.* ADm | 15 sequeris[1] RAΣmr] queris CD.; persequeris ΛΦc | sequeris[2]] queris C.; persequeris c | 16 diiudicet RAr] iudicet *cet.* | 17 ~ haec uox C | 19 in manum tuam Ac |

RAC ΣΛDΦm cr

suum dimittet eum in via bona
sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc
pro eo quod hodie operatus es in me
21 et nunc quia scio quod certissime
23,17 regnaturus sis
et habiturus in manu tua regnum Israhel
Gn 21,23 22 iura mihi in Domino ne deleas semen meum post me
20,15! neque auferas nomen meum de domo patris mei
23 et iuravit David Sauli
abiit ergo Saul in domum suam
et David et viri eius ascenderunt ad tutiora loca
28,3; Ios 24,29.30 **25** mortuus est autem Samuhel
Nm 20,30 et congregatus est universus Israhel
Dt 34,8; III Rg 14,13! Idt 16,29; I Mcc 2,70! et planxerunt eum et sepelierunt in domo sua in Rama
consurgensque David descendit in desertum Pharan
23,24 2 erat autem vir quispiam in solitudine Maon
et possessio eius in Carmelo
Gn 26,13.14! et homo ille magnus nimis
erantque ei oves tria milia et mille caprae
et accidit ut tonderetur grex eius in Carmelo
3 nomen autem viri illius erat Nabal
et nomen uxoris eius Abigail
II Sm 11,2! eratque mulier illa prudentissima et speciosa
porro vir eius durus et pessimus et malitiosus
erat autem de genere Chaleb
4 cum ergo audisset David in deserto
Gn 38,12; II Sm 13,23 quod tonderet Nabal gregem suum
5 misit decem iuvenes et dixit eis
ascendite in Carmelum et venietis ad Nabal
et salutabitis eum ex nomine meo
pacifice
6 et dicetis sic fratribus meis et tibi pax et domui tuae pax
et omnibus quaecumque habes sit pax
7 audivi quod tonderent pastores tui
qui erant nobiscum in deserto
numquam eis molesti fuimus
nec aliquando defuit eis quicquam 21
de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo
8 interroga pueros tuos et indicabunt tibi
nunc ergo inveniant pueri gratiam in oculis tuis
in die enim bona venimus
quodcumque invenerit manus tua da servis tuis et filio tuo David
9 cumque venissent pueri David
locuti sunt ad Nabal omnia verba haec ex nomine David et siluerunt
10 respondens autem Nabal pueris David ait
quis est David et quis est filius Isai
hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos
11 tollam ergo panes meos et aquas meas et carnes pecorum quae occidi tonsoribus meis
et dabo viris quos nescio unde sint
12 regressi sunt itaque pueri David per viam suam
et reversi venerunt et nuntiaverunt ei omnia verba quae dixerat
13 tunc David ait viris suis
accingatur unusquisque gladio suo
et accincti sunt singuli gladio suo
accinctusque est et David ense suo
et secuti sunt David quasi quadringenti viri 22,2
porro ducenti remanserunt ad sarcinas
14 Abigail autem uxori Nabal nuntia-

RAC ΣΛDΦ(m) cr
20 reddet R ‖ **25**,1 sepelierunt + eum c | in domum suam CΣ. | ramaa RC.; ramatha ΣΛDΦ c | 3 eius[1]] illius A | [*deest* m *usque ad v.* 13] | ~ illa mulier CΛDΦ | 6 dicetis + ei C | sic CDΦ] sit *cet.* | 7 ~ quicquam eis Σ c | 8 pueri + tui ΣΛDΦ c | da *om.* R AD. | 10 fugiant RΛ; fugerant A. | 13 ~ ait dauid c | uiris] pueris c | et[1]—suo[2] *om.* R | gladiis suis[2] c | 14 [*adest* m *usque ad* 27,5] |

vit unus de pueris dicens
ecce misit David nuntios de deserto
ut benedicerent domino nostro
et aversus est eos
15 homines isti boni satis fuerunt nobis
et non molesti
nec quicquam aliquando periit omni
tempore quo sumus conversati cum
eis in deserto
16 pro muro erant nobis tam in nocte
quam in die
omnibus diebus quibus pavimus
apud eos greges
17 quam ob rem considera et recogita
quid facias
quoniam conpleta est malitia adver-
sum virum tuum et adversus do-
mum tuam
Idc 19,22! et ipse filius est Belial
ita ut nemo ei possit loqui
18 festinavit igitur Abigail
II Sm 16,1 et tulit ducentos panes
et duos utres vini
et quinque arietes coctos
et quinque sata pulentae
et centum ligaturas uvae passae
et ducentas massas caricarum
et inposuit super asinos
19 dixitque pueris suis
praecedite me ecce ego post tergum
sequar vos
viro autem suo Nabal non indicavit
20 cum ergo ascendisset asinum et de-
scenderet ad radices montis
David et viri eius descendebant in
occursum eius
quibus et illa occurrit
21 et ait David
vere frustra servavi omnia quae hu-
ius erant in deserto
7 et non periit quicquam de cunctis
quae ad eum pertinebant
et reddidit mihi malum pro bono

22 haec faciat Deus inimicis David et
haec addat
si reliquero de omnibus quae ad eum 34! III Rg 16,11
pertinent usque mane mingentem
ad parietem
23 cum autem vidisset Abigail David
festinavit et descendit de asino
et procidit coram David super faci- 41; Rt 2,10! II Sm 14,4
em suam
et adoravit super terram
24 et cecidit ad pedes eius et dixit
in me sit domine mi haec iniquitas II Sm 14,9
loquatur obsecro ancilla tua in auri- Gn 44,18! II Sm 14,12
bus tuis
et audi verba famulae tuae
25 ne ponat oro dominus meus rex cor
suum super virum istum iniquum
Nabal
quia secundum nomen suum stultus
est
et est stultitia cum eo
ego autem ancilla tua non vidi pue-
ros tuos domine mi quos misisti
26 nunc ergo domine mi vivit Dominus
et vivit anima tua
qui prohibuit te ne venires in san- 33
guine
et salvavit manum tuam tibi
et nunc fiant sicut Nabal inimici tui
et qui quaerunt domino meo malum
27 quapropter suscipe benedictionem Gn 33,11; IV Rg 5,15
hanc
quam adtulit ancilla tua tibi domino
meo
et da pueris qui sequuntur te domi- II Sm 17,29
num meum
28 aufer iniquitatem famulae tuae
faciens enim faciet tibi Dominus do- 2,35!
mino meo domum fidelem
quia proelia Domini domine mi tu
proeliaris
malitia ergo non inveniatur in te om-
nibus diebus vitae tuae

14 pueris + suis c | ~ dauid misit m c | auersatus Φ c; aduersatus Λ m | 15 sumus] fuimus c. | 17 ~ est filius c | ei *om.* CD.; ~ possit ei Σ c | 18 et posuit c. | 19 sequor R | 20 descendisset[1] RC. | radicem RΣΛDΦ | 22 deus] dominus R | eum] ipsum c. | 24 mi *om.* C | 25 iniquissimum RΣ | quia] quoniam c | ~ stultitia est c | 26 in sanguinem C c | 28 ~ dominus tibi ADΦ cr |

RAC ΣΛDΦm cr

29 si enim surrexerit aliquando homo
persequens te et quaerens animam
tuam
erit anima domini mei custodita
quasi in fasciculo viventium apud
Dominum Deum tuum
porro anima inimicorum tuorum ro-
tabitur quasi in impetu et circulo
fundae
II Sm 3,9 30 cum ergo fecerit tibi Dominus domi-
no meo omnia quae locutus est bo-
na de te
13,14! et constituerit te ducem super Israhel
31 non erit tibi hoc in singultum et in
scrupulum cordis domino meo
quod effuderis sanguinem innoxium
aut ipse te ultus fueris
et cum benefecerit Dominus domino
meo
recordaberis ancillae tuae
Gn 24,27; III Rg 1,48; Ps 40,14! Lc 1,68 32 et ait David ad Abigail
benedictus Dominus Deus Israhel
qui misit te hodie in occursum meum
et benedictum eloquium tuum
26 33 et benedicta tu quae prohibuisti me
hodie ne irem ad sanguinem
et ulciscerer me manu mea
34 alioquin vivit Dominus Deus Israhel
qui prohibuit me malum facere tibi
nisi cito venisses in occursum mihi
22! III Rg 14,10! non remansisset Nabal usque ad lu-
cem matutinam mingens ad parie-
tem
35 suscepit ergo David de manu eius
omnia quae adtulerat ei
dixitque ei vade pacifice in domum
tuam
ecce audivi vocem tuam et honoravi
faciem tuam
36 venit autem Abigail ad Nabal
et ecce erat ei convivium in domo
eius quasi convivium regis
et cor Nabal iucundum
erat enim ebrius nimis
et non indicavit ei verbum pusillum
aut grande usque in mane
37 diluculo autem cum digessisset vi-
num Nabal
indicavit ei uxor sua verba haec
et emortuum est cor eius intrinsecus
et factus est quasi lapis
38 cumque pertransissent decem dies
percussit Dominus Nabal et mor-
tuus est
39 quod cum audisset David mortuum
Nabal ait
benedictus Dominus qui iudicavit
causam obprobrii mei de manu
Nabal
et servum suum custodivit a malo
et malitiam Nabal reddidit Dominus
in caput eius
misit ergo David et locutus est ad
Abigail
ut sumeret eam sibi in uxorem
40 et venerunt pueri David ad Abigail
in Carmelum
et locuti sunt ad eam dicentes
David misit nos ad te ut accipiat te
sibi in uxorem
41 quae consurgens adoravit prona in 23!
terram et ait
ecce famula tua sit in ancillam ut la-
vet pedes servorum domini mei
42 et festinavit et surrexit Abigail
et ascendit super asinum
et quinque puellae ierunt cum ea pe-
disequae eius
et secuta est nuntios David
et facta est illi uxor
43 sed et Ahinoem accepit David de 27,3! 30,5
Iezrahel
et fuit utraque uxor eius
44 Saul autem dedit Michol filiam su- 18,27
am uxorem David
Falti filio Lais qui erat de Gallim II Sm 3,15
26 et venerunt Ziphei ad Saul in Ga- 23,19; Ps 53,2
baa dicentes

RAC ΣΛDΦm cr
29 ~ inimicorum tuorum anima c | in[2] *om.* Cm | 30 ~ dominus tibi RAΛcr | 32 ~ hodie te c. | 34 me ne malum facerem ΣΛDΦ c | 35 pacifica C.; in pace R | 36 in[2] *om.* ΣΛ c | 37 et mortuum RC | 39 dominus[2]] deus D.; *om.* C | in[2] *om.* CD | 40 in[2] *om.* RC | 41 in terra R ||

ecce David absconditus est in colle Achilae quae est ex adverso solitudinis
23,24 [2]et surrexit Saul et descendit in desertum Ziph
23,25; 24,3 et cum eo tria milia virorum de electis Israhel
ut quaereret David in deserto Ziph
[3]et castrametatus est Saul in Gabaa Achilae quae erat ex adverso solitudinis in via
David autem habitabat in deserto
videns autem quod venisset Saul post se in desertum
[4]misit exploratores et didicit quod venisset certissime
[5]et surrexit David et venit ad locum ubi erat Saul
cumque vidisset locum in quo dormiebat Saul
14,50! et Abner filius Ner princeps militiae eius
Saulem dormientem in tentorio et reliquum vulgus per circuitum eius
[6]ait David ad Ahimelech Cettheum
II Sm 2,18! 18,2; 21,17; 23,18 et Abisai filium Sarviae fratrem Ioab dicens
quis descendet mecum ad Saul in castra
dixitque Abisai ego descendam tecum
[7]venerunt ergo David et Abisai ad populum nocte
et invenerunt Saul iacentem et dormientem in tentorio
11 et hastam fixam in terra ad caput eius
Abner autem et populum dormientes in circuitu eius
[8]dixitque Abisai ad David
conclusit Deus hodie inimicum tuum in manus tuas
nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel et secundo opus non erit
[9]et dixit David ad Abisai ne interficias eum
quis enim extendit manum suam in christum Domini et innocens erit 24,7! 11! II Sm 1,14
[10]et dixit David
vivit Dominus quia nisi Dominus percusserit eum
aut dies eius venerit ut moriatur
aut in proelium descendens perierit
[11]propitius mihi sit Dominus ne extendam manum meam in christum Domini 24,7! 11! II Sm 1,14
nunc igitur tolle hastam quae est ad caput eius 7
et scyphum aquae et abeamus
[12]tulit ergo David hastam et scyphum aquae qui erat ad caput Saul et abierunt 16
et non erat quisquam qui videret et intellegeret et vigilaret
sed omnes dormiebant quia sopor Domini inruerat super eos
[13]cumque transisset David ex adverso
et stetisset in vertice montis de longe 17,3
et esset grande intervallum inter eos
[14]clamavit David ad populum
et ad Abner filium Ner dicens
nonne respondebis Abner
et respondens Abner ait
quis es tu qui clamas et inquietas regem
[15]et ait David ad Abner
numquid non vir tu es et quis alius similis tui in Israhel
quare ergo non custodisti dominum tuum regem
ingressus est enim unus de turba ut interficeret regem dominum tuum
[16]non est bonum hoc quod fecisti
vivit Dominus quoniam filii mortis 20,31; II Sm 12,5

26,1 hachila c., *item v.* 3 | 4 quod + huc Φ; + illuc c | 5 dauid + clam ΣΛΦc | eius[1] + et c | 6 gettheum C; hettheum m; hethaeum c. | 8 deus] dominus R | ~ inimicum tuum hodie c | perfodiam eum ΣΛΦ cr𝔐𝔊] perfodi eum RACDm | in terram RΣ | 9 ad *om.* A | extendet ΛΦc | 11 ~ sit mihi Σc | habeamus CΣD | 12 ergo] igitur Rc | qui[1]] quae R | quispiam C | et euigilaret AΛDΦc | 14 nonne] non CD. | 15 ~ dominum tuum regem[2] CΣ | 16 quoniam] quia RΣ |

RAC ΣΛDΦm cr

estis vos
qui non custodistis dominum vestrum christum Domini
12 nunc ergo vide ubi sit hasta regis
et ubi scyphus aquae qui erat ad caput eius
17 cognovit autem Saul vocem David et dixit
24,17 num vox tua est haec fili mi David
et David vox mea domine mi rex
20,1 18 et ait quam ob causam dominus meus persequitur servum suum
quid feci aut quod est in manu mea malum
19 nunc ergo audi oro domine mi rex verba servi tui
si Dominus incitat te adversum me odoretur sacrificium
si autem filii hominum maledicti sunt in conspectu Domini
II Sm 14,16 qui eiecerunt me hodie ut non habitem in hereditate Domini dicentes
vade servi diis alienis
20 et nunc non effundatur sanguis meus in terra coram Domino
24,15 quia egressus est rex Israhel ut quaerat pulicem unum
sicut persequitur perdix in montibus
21 et ait Saul peccavi revertere fili mi David
nequaquam enim ultra male tibi faciam
Ps 71,14 H eo quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie
II Sm 24,10 apparet quod stulte egerim et ignoraverim multa nimis
22 et respondens David ait
ecce hasta regis transeat unus de pueris et tollat eam
II Sm 22,21! Ps 17,21! 61,13! 23 Dominus autem retribuet unicuique secundum iustitiam suam et fidem
tradidit enim te Dominus hodie in manu mea 24,11!
et nolui levare manum meam in christum Domini 24,7!
24 et sicuti magnificata est anima tua hodie in oculis meis
sic magnificetur anima mea in oculis Domini 10,19! II Sm 4,9; III Rg 1,29;
et liberet me de omni angustia Iob 36,15.16; Prv 11,8
25 ait ergo Saul ad David
benedictus tu fili mi David
et quidem faciens facies et potens poteris
abiit autem David in viam suam
et Saul reversus est in locum suum
27 et ait David in corde suo
aliquando incidam in uno die in manu Saul
nonne melius est ut fugiam et salver in terra Philisthinorum
ut desperet Saul cessetque me quaerere in cunctis finibus Israhel
fugiam ergo manus eius
2 et surrexit David et abiit ipse et sescenti viri cum eo 23,13; 30,9; II Sm 15,18
ad Achis filium Mahoc regem Geth 21,10; III Rg 2,39.40
3 et habitavit David cum Achis in Geth ipse et viri eius vir et domus eius
David et duae uxores eius 25,43; 30,5; II Sm 2,2
Ahinoem Iezrahelites et Abigail uxor Nabal Carmeli II Sm 3,2.3; I Par 3,1
4 et nuntiatum est Saul quod fugisset David in Geth
et non addidit ultra ut quaereret eum
5 dixit autem David ad Achis
si inveni gratiam in oculis tuis
detur mihi locus in una urbium regionis huius ut habitem ibi
cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum

RAC ΣΛDΦ(m) cr

16 ubi[2] + sit Cc | 17 dixit] ait R | numquid c | ~ tua haec est ΛDΦ; haec tua c. | et[2] + ait c | 18 meus + rex RC | ~ persequitur dominus meus rex C | ~ in mea manu malum R.; ~ malum in manu mea Σc | 19 sint C | in hereditatem AC | 20 in terram ACcr | 21 enim *om.* RΣ | ~ tibi malefaciam c | apparet + enim Λc | 22 pueris + regis ΛDΦc | 23 in manum meam c | leuare] extendere c || **27,1** in[2] *om.* c | una die c | in manus AΛDΦc | 3 eius[2] + et c. | iezrahelitis Dc | 4 sauli c | ut quaereret] quaerere ΛDΦc | [*deest* m *usque ad* 28,2] |

6 dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg
propter quam causam facta est Siceleg regum Iuda usque in diem hanc
7 fuit autem numerus dierum quibus habitavit David in regione Philisthinorum quattuor mensuum
8 et ascendit David et viri eius
et agebant praedas de Gesuri et de Gedri et de Amalechitis
hii enim pagi habitabantur in terra antiquitus
15,7; Gn 25,18 euntibus Sur usque ad terram Aegypti
9 et percutiebat David omnem terram
nec relinquebat viventem virum et mulierem
tollensque oves et boves et asinos et camelos et vestes
revertebatur et veniebat ad Achis
10 dicebat autem ei Achis
in quem inruisti hodie
respondebatque David contra meridiem Iudae
30,29 et contra meridiem Hiramel
et contra meridiem Ceni
11 virum et mulierem non vivificabat David nec adducebat in Geth dicens
ne forte loquantur adversum nos haec fecit David
et hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitavit in regione Philisthinorum
12 credidit ergo Achis David dicens
multa mala operatus est contra populum suum Israhel
erit igitur mihi servus sempiternus
4,1! 29,1 **28** factum est autem in diebus illis
congregaverunt Philisthim agmina sua
ut praepararentur ad bellum contra Israhel
29,2 dixitque Achis ad David
sciens nunc scito quoniam mecum egredieris in castris tu et viri tui
2 dixitque David ad Achis
nunc scies quae facturus est servus tuus
et ait Achis ad David
et ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus
3 Samuhel autem mortuus est planxitque eum omnis Israhel 25,1!
et sepelierunt eum in Rama urbe sua
et Saul abstulit magos et ariolos de terra 9
4 congregatique sunt Philisthim
et venerunt et castrametati sunt in Sunam
congregavit autem et Saul universum Israhel
et venit in Gelboe
5 et vidit Saul castra Philisthim et timuit et expavit cor eius nimis
6 consuluitque Dominum et non respondit ei 14,37!
neque per somnia neque per sacerdotes neque per prophetas 15
7 dixitque Saul servis suis
quaerite mihi mulierem habentem pythonem I Par 10,13; Act 16,16
et vadam ad eam et sciscitabor per illam
et dixerunt servi eius ad eum
est mulier habens pythonem in Aendor
8 mutavit ergo habitum suum vestitusque est aliis vestimentis
abiit ipse et duo viri cum eo
veneruntque ad mulierem nocte
et ait divina mihi in pythone
et suscita mihi quem dixero tibi
9 et ait mulier ad eum
ecce tu nosti quanta fecerit Saul
et quomodo eraserit magos et ariolos de terra 3
quare ergo insidiaris animae meae ut

8 gedri] gerzi c. | pagi] uagi CΦ | 10 inruistis R | respondebat dauid c | iuda ADΦ | 11 loquatur R | omnibus] cunctis RΣ || **28**,2 [*adest* m *usque ad* II Sm 22,34] | 3 in ramatha c | 5 philisthinorum R | 7 ~ pythonem habens c. | 8 est *om.* ADΦm | uestimentis + et c | ait + illi c. | in pythonem RΣm |

RAC ΣΛDΦ(m) cr

occidar
10 et iuravit ei Saul in Domino dicens
vivit Dominus quia non veniet tibi quicquam mali propter hanc rem
11 dixitque ei mulier
quem suscitabo tibi
qui ait Samuhelem suscita mihi
12 cum autem vidisset mulier Samuhelem
exclamavit voce magna et dixit ad Saul
quare inposuisti mihi tu es enim Saul
13 dixitque ei rex noli timere quid vidisti
et ait mulier ad Saul
deos vidi ascendentes de terra
14 dixitque ei qualis est forma eius
quae ait vir senex ascendit et ipse amictus est pallio
intellexit Saul quod Samuhel esset
et inclinavit se super faciem suam in terra et adoravit
15 dixit autem Samuhel ad Saul
quare inquietasti me ut suscitarer
et ait Saul
II Sm 24,14 coartor nimis siquidem Philisthim pugnant adversum me
16,14; 18,12 et Deus recessit a me et exaudire me noluit
6 neque in manu prophetarum neque per somnia
vocavi ergo te ut ostenderes mihi quid faciam
16 et ait Samuhel
16,14; 18,12 quid interrogas me cum Dominus recesserit a te
et transierit ad aemulum tuum
17 faciet enim Dominus tibi sicut locutus est in manu mea
13,14; 15,23! 28; II Sm 3,10; I Par 12,23 et scindet regnum de manu tua
et dabit illud proximo tuo David
18 quia non oboedisti voci Domini
neque fecisti iram furoris eius in Amalech
idcirco quod pateris fecit tibi Dominus hodie
19 et dabit Dominus etiam Israhel tecum in manu Philisthim
cras autem tu et filii tui mecum eritis
sed et castra Israhel tradet Dominus in manu Philisthim
20 statimque Saul cecidit porrectus in terram
extimuerat enim verba Samuhel
et robur non erat in eo
quia non comederat panem tota die illa
21 ingressa est itaque mulier ad Saul et ait
conturbatus enim erat valde
dixitque ad eum
ecce oboedivit ancilla tua voci tuae
et posui animam meam in manu mea Idc 12,3!
et audivi sermones tuos quos locutus es ad me
22 nunc igitur audi et tu vocem ancillae tuae
ut ponam coram te buccellam panis Gn 18,5; Idc 19,5
et comedens convalescas
ut possis iter facere
23 qui rennuit et ait non comedam
coegerunt autem eum servi sui et mulier
et tandem audita voce eorum
surrexit de terra et sedit super lectum
24 mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo
et festinavit et occidit eum
tollensque farinam miscuit eam et coxit azyma
25 et posuit ante Saul et ante servos eius
qui cum comedissent surrexerunt
et ambulaverunt per totam noctem illam

RAC ΣΛDΦm cr

10 non eueniet ΑΛDΦc | 11 ~ mihi suscita c. | 13 uidisti + indica mihi C | 14 pallio + et c | 16 recessit R | 17 deus tibi R.; tibi dominus Cc | regnum + tuum c | 19 in manum¹ A.; in manus Rc | philisthinorum¹ R | in manus² c | 20 in terra R | samuhelis ΣΛc | 21 mulier + illa Σc | et ait *om.* Σc | 22 ut¹] et RΛΦc | et²] ut CΛc | ut²] et RΣΛDΦc | facere] agere ΛDΦc | 23 sui *om.* Rm | 25 per—illam] tota nocte illa C ||

4,1.2! 28,1 **29** congregata sunt ergo Philisthim
universa agmina in Afec
sed et Israhel castrametatus est su-
per fontem qui erat in Iezrahel
2 et satrapae quidem Philisthim ince-
debant in centuriis et milibus
28,1 David autem et viri eius erant in no-
vissimo agmine cum Achis
3 dixeruntque principes Philisthim
quid sibi volunt Hebraei isti
et ait Achis ad principes Philisthim
num ignoratis David qui fuit servus
Saul regis Israhel
et est apud me multis diebus vel an-
nis
6 et non inveni in eo quicquam
ex die qua transfugit ad me usque ad
diem hanc
4 irati sunt autem adversus eum prin-
cipes Philisthim
et dixerunt ei
revertatur vir et sedeat in loco suo in
quo constituisti eum
9 et non descendat nobiscum in proe-
lium
ne fiat nobis adversarius cum proe-
liari coeperimus
I Par 12,19 quomodo enim aliter placare poterit
dominum suum
nisi in capitibus nostris
5 nonne iste est David cui cantabant
in choro dicentes
18,7; 21,11 percussit Saul in milibus suis
et David in decem milibus suis
6 vocavit ergo Achis David et ait ei
vivit Dominus quia rectus es tu
et bonus in conspectu meo
et exitus tuus et introitus tuus me-
cum est in castris
3 et non inveni in te quicquam mali
ex die qua venisti ad me usque ad
diem hanc
sed satrapis non places
7 revertere ergo et vade in pace
et non offendes oculos satraparum
Philisthim
8 dixitque David ad Achis
quid enim feci et quid invenisti in me
servo tuo
a die qua fui in conspectu tuo usque
in diem hanc
ut non veniam et pugnem contra ini-
micos domini mei regis
9 respondens autem Achis locutus est
ad David
scio quia bonus es tu in oculis meis II Sm 14,17!
sicut angelus Dei
sed principes Philisthim dixerunt
non ascendet nobiscum in proelium 4
10 igitur consurge mane tu et servi do-
mini tui qui venerunt tecum
et cum de nocte surrexeritis et coe-
perit dilucescere pergite
11 surrexit itaque de nocte David
ipse et viri eius ut proficiscerentur
mane
et reverterentur ad terram Philisthim
Philisthim autem ascenderunt in Iez-
rahel
30 cumque venissent David et viri eius 26; I Par 12,20
in Siceleg die tertia
Amalechitae impetum fecerant ex
parte australi in Siceleg
et percusserant Siceleg
et succenderant eam igni
2 et captivas duxerant mulieres ex ea
et a minimo usque ad magnum
et non interfecerant quemquam
sed secum duxerant et pergebant in
itinere suo
3 cum ergo venisset David et viri eius
ad civitatem
et invenissent eam succensam igni
et uxores suas et filios suos et filias

29,2 milibus] militibus C | 3 philisthim[1] + ad achis CΣΛc | usque in C | 4 uir + iste Λc. | ~ potarit placare c | 5 in choris ΛΔΦc; in choros Σ; *om.* R. | 6 usque in c | 7 offendas ΛΣc | satrapum RΣΛΦ | 8 usque ad R | 9 philisthinorum c || **30**,1 uenisset Rm | fecerunt RCm | percusserunt RCm | succenderunt RCm; succenderent Σ. | 2 duxerunt[1] RCΣD | et[2] *om.* ΣDΦc | interfecerunt RΣ | duxerunt[2] R | in ACt𝔐𝔊] *om. cet.* | 3 uenisset] uenissent c |

RAC ΣΛΔΦm cr

ductas esse captivas
4 levaverunt David et populus qui erat cum eo voces suas
et planxerunt donec deficerent in eis lacrimae
5 siquidem et duae uxores David captivae ductae fuerant
25,43; 27,3! Ahinoem Iezrahelites et Abigail uxor Nabal Carmeli
6 et contristatus est David valde
Nm 14,10! volebat enim eum populus lapidare
quia amara erat anima uniuscuiusque viri super filiis suis et filiabus
confortatus est autem David in Domino Deo suo
23,9 7 et ait ad Abiathar sacerdotem filium Ahimelech
adplica ad me ephod
et adplicuit Abiathar ephod ad David
14,37! 23,2! II Sm 2,1 8 et consuluit David Dominum dicens
persequar an non latrunculos hos et conprehendam eos
dixitque ei persequere
absque dubio enim conprehendes eos et excuties praedam
23,13; 27,2! 9 abiit ergo David ipse et sescenti viri qui erant cum eo
et venerunt usque ad torrentem Besor
et lassi quidam substiterunt
10 persecutus est autem David ipse et quadringenti viri
substiterant enim ducenti qui lassi transire non poterant torrentem Besor
11 et invenerunt virum aegyptium in agro
et adduxerunt eum ad David
dederuntque ei panem ut comederet et ut biberet aquam
12 sed et fragmen massae caricarum
et duas ligaturas uvae passae
quae cum comedisset reversus est spiritus eius et refocilatus est
non enim comederat panem neque biberat aquam tribus diebus et tribus noctibus
13 dixit itaque ei David
cuius es tu vel unde quo pergis
qui ait ei puer aegyptius ego sum servus viri amalechitae
dereliquit autem me dominus meus quia aegrotare coepi nudius tertius
14 siquidem nos erupimus ad australem partem Cerethi
et contra Iudam et ad meridiem Chaleb
et Siceleg succendimus igni
15 dixitque ei David
potes me ducere ad istum cuneum
qui ait iura mihi per Deum quod non occidas me
et non tradas me in manu domini mei
et ducam te ad cuneum istum
16 qui cum duxisset eum ecce illi discumbebant super faciem universae terrae
comedentes et bibentes et quasi festum celebrantes diem Is 9,3
pro cuncta praeda et spoliis quae ceperant de terra Philisthim et de terra Iuda
17 et percussit eos David a vespere usque ad vesperam alterius diei
et non evasit ex eis quisquam
nisi quadringenti viri adulescentes
qui ascenderant camelos et fugerant
18 eruit ergo David omnia quae tulerant Amalechitae
et duas uxores suas eruit
19 nec defuit quicquam a parvo usque ad magnum
tam de filiis quam de filiabus et de spoliis Gn 14,16

RAC ΣΛDΦm cr

7 adplicauit CΛDΦ c; applicabit Σ | 8 ~ latrunculos hos et comprehendam eos an non c | ei + dominus Σ c | 10 potuerant ΛDΦ; potuerunt A | 11 ut^{2} *om.* ΣΛΦm c | 13 unde + et ΣΦ c | ei^{2} *om.* DΦ c | 14 partem] plagam c | 15 ~ cuneum istum c | me^{3} *om.* A | in manum C; in manus c | et^{2} + ego c | istum^{2} + et iurauit ei dauid ΣΛ c | 16 celebrabant Am | 17 a uespera RDΦ; uespere Σ | 19 quisquam RΛ; *om.* DΦ |

et quaecumque rapuerant omnia reduxit David
20 et tulit universos greges et armenta
et minavit ante faciem suam
dixeruntque haec est praeda David
21 venit autem David ad ducentos viros
qui lassi substiterant nec sequi potuerant David
et residere eos iusserat in torrente Besor
qui egressi sunt obviam David et populo qui erat cum eo
accedens autem David ad populum salutavit eos pacifice
22 respondensque omnis vir pessimus et iniquus
de viris qui ierant cum David dixit
quia non venerunt nobiscum
non dabimus eis quicquam de praeda quam eruimus
sed sufficiat unicuique uxor sua et filii
quos cum acceperint recedant
23 dixit autem David
non sic facietis fratres mei de his quae tradidit Dominus nobis
et custodivit nos et dedit latrunculos qui eruperant adversum nos in manu nostra
24 nec audiet vos quisquam super sermone hoc
Nm 31,27! aequa enim pars erit
descendentis ad proelium et remanentis ad sarcinas
et similiter divident
25 et factum est hoc ex die illa et deinceps
constitutum et praefinitum et quasi lex in Israhel usque ad diem hanc
1: I Par 12,20 26 venit ergo David in Siceleg et misit dona de praeda senioribus Iuda proximis suis dicens
accipite benedictionem de praeda hostium Domini
27 his qui erant in Bethel et qui in Ramoth ad meridiem
et qui in Iether 28 et qui in Aroer
et qui in Sefamoth et qui in Esthama
29 et qui in Rachal et qui in urbibus Ierameli et qui in urbibus Ceni 27,10
30 et qui in Arama et qui in lacu Asan
et qui in Athac 31 et qui in Hebron
et reliquis qui erant in his locis
in quibus commoratus fuerat David ipse et viri eius
31 Philisthim autem pugnabant adversum Israhel 4,1.2! 1—13: 1 Par 10,1–12
et fugerunt viri Israhel ante faciem Philisthim
et ceciderunt interfecti in monte Gelboe
2 inrueruntque Philisthim in Saul et filios eius
et percusserunt Ionathan et Abinadab et Melchisue filios Saul 14,49; I Par 8,33; 9,39
3 totumque pondus proelii versum est in Saul
et consecuti sunt eum viri sagittarii
et vulneratus est vehementer a sagittariis
4 dixitque Saul ad armigerum suum Idc 9,54
evagina gladium tuum et percute me
ne forte veniant incircumcisi isti et interficiant me inludentes mihi
et noluit armiger eius
fuerat enim nimio timore perterritus
arripuit itaque Saul gladium et inruit super eum
5 quod cum vidisset armiger eius
videlicet quod mortuus esset Saul
inruit etiam ipse super gladium suum et mortuus est cum eo
6 mortuus est ergo Saul et tres filii eius
et armiger illius et universi viri eius in die illa pariter
7 videntes autem viri Israhel qui erant trans vallem et trans Iordanem
quod fugissent viri israhelitae

21 poterant CΣΛ | in torrentem RΣDΦ | 22 omnis] unus CΣ | ierant A cr] erat Σ; erant *cet.* | 23 ~ nobis dominus R c | in manum nostram C.; in manus nostras c | 25 usque in c | 27 bethel] bethlem C | 28 esthamo c. | 30 arama] rama RΣ; herma Am. || **31**,2 et¹ + in c | 4 timore] terrore c |

RAC ΣΛDΦm cr

et quod mortuus esset Saul et filii eius
reliquerunt civitates suas et fugerunt
veneruntque Philisthim et habitaverunt ibi
8 facta autem die altera venerunt Philisthim ut spoliarent interfectos
et invenerunt Saul et tres filios eius iacentes in monte Gelboe
9 et praeciderunt caput Saul et expoliaverunt eum armis
et miserunt in terram Philisthinorum per circuitum
ut adnuntiaretur in templo idolorum et in populis
10 et posuerunt arma eius in templo Astharoth
corpus vero eius suspenderunt in muro Bethsan
II Sm 21,12 11 quod cum audissent habitatores Iabesgalaad
quaecumque fecerant Philisthim Saul
12 surrexerunt omnes viri fortissimi et ambulaverunt tota nocte
II Sm 2,4 et tulerunt cadaver Saul et cadavera filiorum eius de muro Bethsan
veneruntque Iabes et conbuserunt ea ibi
13 et tulerunt ossa eorum et sepelierunt in nemore Iabes
et ieiunaverunt septem diebus

II Regum Factum est autem postquam mortuus est Saul
ut David reverteretur a caede Amalech
et maneret in Siceleg dies duos
2 in die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul
I Sm 4,12! veste conscissa et pulvere aspersus caput
et ut venit ad David cecidit super faciem suam et adoravit
3 dixitque ad eum David unde venis
qui ait ad eum de castris Israhel fugi I Sm 4,16.17
4 et dixit ad eum David
quod est verbum quod factum est indica mihi Lc 2,15
qui ait fugit populus e proelio
et multi corruentes e populo mortui sunt
sed et Saul et Ionathan filius eius interierunt
5 dixitque David ad adulescentem qui nuntiabat
unde scis quia mortuus est Saul et Ionathan filius eius
6 ait adulescens qui narrabat ei
casu veni in montem Gelboe
et Saul incumbebat super hastam suam
porro currus et equites adpropinquabant ei
7 et conversus post tergum suum vidensque me vocavit
cui cum respondissem adsum
8 dixit mihi quisnam es tu
et aio ad eum Amalechites sum
9 et locutus est mihi
sta super me et interfice me
quoniam tenent me angustiae
et adhuc tota anima in me est
10 stansque super eum occidi illum
sciebam enim quod vivere non poterat post ruinam
et tuli diadema quod erat in capite eius
et armillam de brachio illius
et adtuli ad te dominum meum huc
11 adprehendens autem David vestimenta sua scidit 3,31
omnesque viri qui erant cum eo
12 et planxerunt et fleverunt et ieiunaverunt usque ad vesperam 17
super Saul et super Ionathan filium

RAC ΣΛDΦm cr

8 expoliarent CΣΛΦ; explorarent D | 9 spoliauerunt Dc | in terra A | 12 cadauera] cadauer^{2} R | iabes + galaad c | 13 dies R ||
II Regum. *Tit.* liber secundus samuelis quem nos secundum regum dicimus c || **1,1** ~ duos dies c | 2 conspersus c | ut *om.* CΣ | 4 e^{1}] de C; a Σm | 5 nuntiabat + ei CΛDΦc | 6 et ait CΛΦc | narrabat] nunciabat c | in monte AΣ | 8 ego sum c. | 9 anima + mea RΣΛDΦc | 10 illum] eum Rm | 11 omnes uiri R |

eius
et super populum Domini
et super domum Israhel quod corruissent gladio
13 dixitque David ad iuvenem qui nuntiaverat ei unde es
qui respondit filius hominis advenae amalechitae ego sum
14 et ait ad eum David
I Sm 24,7! 11! 26,9.11 quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum Domini
4,12 15 vocansque David unum de pueris ait accedens inrue in eum
qui percussit illum et mortuus est
16 et ait ad eum David
sanguis tuus super caput tuum
Iob 9,20; 15,6; Lc 19,22! os enim tuum locutum est adversum te dicens
ego interfeci christum Domini
12 17 planxit autem David planctum huiuscemodi super Saul et super Ionathan filium eius
18 et praecepit ut docerent filios Iuda arcum
Ios 10,13! sicut scriptum est in libro Iustorum
19 incliti Israhel super montes tuos interfecti sunt
25,27; I Par 10,1 quomodo ceciderunt fortes
Mi 1,10 20 nolite adnuntiare in Geth
neque adnuntietis in conpetis Ascalonis
ne forte laetentur filiae Philisthim
ne exultent filiae incircumcisorum
21 montes Gelboe nec ros nec pluviae veniant super vos
neque sint agri primitiarum
quia ibi abiectus est clypeus fortium clypeus Saul
quasi non esset unctus oleo
Is 34,6! 22 a sanguine interfectorum ab adipe fortium
sagitta Ionathan numquam rediit retrorsum
et gladius Saul non est reversus inanis
23 Saul et Ionathan amabiles et decori in vita sua
in morte quoque non sunt divisi
aquilis velociores leonibus fortiores
24 filiae Israhel super Saul flete
qui vestiebat vos coccino in deliciis
qui praebebat ornamenta aurea cultui vestro
25 quomodo ceciderunt fortes in proelio 19!
Ionathan in excelsis tuis occisus est
26 doleo super te frater mi Ionathan
decore nimis et amabilis super amorem mulierum
27 quomodo ceciderunt robusti et perierunt arma bellica 19!
2 igitur post haec consuluit David Dominum dicens I Sm 23,2! 30,8
num ascendam in unam de civitatibus Iuda
et ait Dominus ad eum ascende
dixitque David quo ascendam
et respondit ei in Hebron
2 ascendit ergo David et duae uxores eius I Sm 27,3!
Ahinoem Iezrahelites et Abigail uxor Nabal Carmeli
3 sed et viros qui erant cum eo duxit David singulos cum domo sua
et manserunt in oppidis Hebron
4 veneruntque viri Iuda et unxerunt ibi David ut regnaret super domum Iuda 5,3.17; I Sm 16,13!
et nuntiatum est David quod viri Iabesgalaad sepelissent Saul I Sm 31,12
5 misit ergo David nuntios ad viros Iabesgalaad dixitque ad eos
benedicti vos Domino
qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro Saul et sepelistis eum
6 et nunc retribuet quidem vobis Dominus misericordiam et veritatem

12 eo quod c | 13 es + tu CΛc | respondit + ei Am. | 15 pueris + suis ΛΦc | 18 iustorum + et ait considera israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua uulnerati c𝔊 | 21 pluuia RΣc | 25 est] es RCΣΛD | 26 mulierum mr𝔐𝔊] mulieris R.; mulierum sicut mater unicum amat filium (+ suum D) AΛD; mulierum sicut mater unicum amat filium (+ suum Φ c) ita ego (*om.* Φ) te diligebam CΣΦc || **2,1** ei *om.* C | 6 ~ uobis quidem Σc; quidem *om.* D |

RAC ΣΛDΦm cr

sed et ego reddam gratiam eo quod feceritis verbum istud
7 confortentur manus vestrae et estote filii fortitudinis
licet enim mortuus sit dominus vester Saul
tamen me unxit domus Iuda regem sibi
1 Sm 14,50! 8 Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul
tulit Hisboseth filium Saul et circumduxit eum per Castra
9 regemque constituit super Galaad et super Gesuri
et super Iezrahel et super Ephraim
et super Beniamin et super Israhel universum
10 quadraginta annorum erat Hisboseth filius Saul cum regnare coepisset super Israhel
et duobus annis regnavit
sola autem domus Iuda sequebatur David
11 et fuit numerus dierum quos commoratus est David imperans in
5,5; III Rg 2,11; I Par 3,4; 29,27 Hebron super domum Iuda
septem annorum et sex mensuum
12 egressusque Abner filius Ner
et pueri Hisboseth filii Saul de Castris in Gabaon
13 porro Ioab filius Sarviae et pueri David egressi sunt
et occurrerunt eis iuxta piscinam Gabaon
et cum in unum convenissent e regione sederunt
hii ex una parte piscinae et illi ex altera
14 dixitque Abner ad Ioab
surgant pueri et ludant coram nobis
et respondit Ioab surgant
15 surrexerunt ergo et transierunt numero duodecim de Beniamin ex parte Hisboseth filii Saul
et duodecim de pueris David
16 adprehensoque unusquisque capite conparis sui
defixit gladium in latus contrarii et ceciderunt simul
vocatumque est nomen loci illius ager Robustorum in Gabaon
17 et ortum est bellum durum satis in die illa
fugatusque est Abner et viri Israhel 18,7
a pueris David
18 erant autem ibi tres filii Sarviae Ioab 1 Sm 26,6! I Par 2,16
et Abisai et Asahel
porro Asahel cursor velocissimus fuit
quasi unus ex capreis quae morantur in silvis
19 persequebatur autem Asahel Abner
et non declinavit ad dexteram sive ad sinistram omittens persequi Abner
20 respexit itaque Abner post tergum suum et ait
tune es Asahel
qui respondit ego sum
21 dixitque ei Abner
vade ad dextram sive ad sinistram
et adprehende unum de adulescentibus et tolle tibi spolia eius
noluit autem Asahel omittere quin urgueret eum
22 rursumque locutus est Abner ad Asahel
recede noli me sequi ne conpellar confodere te in terra
et levare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum
23 qui audire contempsit et noluit declinare
percussit ergo eum Abner aversa 3,27; 4,6; 20,10
hasta in inguine et transfodit
et mortuus est in eodem loco
omnesque qui transiebant per locum in quo ceciderat Asahel et mortuus

RAC ΣΛDΦ(k)m cr
6 fecistis c | 7 iuda + in c | 12 egressusque + est ΣΛDΦm c | in *om.* R | 13 [*adest* k *usque ad* 4,9] | 17 satis *om.* R | 18 ex] de c. | 19 autem *om.* R | siue] neque ΛΦ c | 21 ei *om.* C | 22 in terram ΛDΦ c | 23 locum + illum c. |

erat subsistebant
24 persequentibus autem Ioab et Abisai fugientem Abner sol occubuit
et venerunt usque ad collem Aquaeductus qui est ex adverso vallis et itineris deserti in Gabaon
25 congregatique sunt filii Beniamin ad Abner
et conglobati in unum cuneum steterunt in summitate tumuli unius
26 et exclamavit Abner ad Ioab et ait
Ios 11,11! num usque ad internicionem tuus mucro desaeviet
an ignoras quod periculosa sit desperatio
usquequo non dicis populo ut omittat persequi fratres suos
27 et ait Ioab
vivit Dominus si locutus fuisses mane recessisset populus persequens fratrem suum
18,16 28 insonuit ergo Ioab bucina et stetit omnis exercitus
nec persecuti sunt ultra Israhel neque iniere certamen
29 Abner autem et viri eius abierunt per campestria tota nocte illa et transierunt Iordanem
et lustrata omni Bethoron venerunt ad Castra
30 porro Ioab reversus omisso Abner congregavit omnem populum
et defuerunt de pueris David decem et novem viri excepto Asahele
31 servi autem David percusserunt de Beniamin et de viris qui erant cum Abner
trecentos sexaginta qui et mortui sunt
32 tuleruntque Asahel et sepelierunt eum in sepulchro patris sui in Bethleem
et ambulaverunt tota nocte Ioab et viri qui erant cum eo
et in ipso crepusculo pervenerunt in Hebron
3 facta est ergo longa concertatio inter domum Saul et inter domum David 6
David proficiens et semper se ipso robustior
domus autem Saul decrescens cotidie
2 nati quoque sunt filii David in Hebron 2–5: I Par 3,1–4
fuitque primogenitus eius Amnon de Ahinoem Iezrahelitide 13,1 1 Sm 27,3!
3 et post eum Chelaab de Abigail uxore Nabal Carmeli
porro tertius Absalom filius Maacha filiae Tholomai regis Gessur 13,37; I Par 3,2
4 quartus autem Adonias filius Aggith III Rg 1,5.11
et quintus Safathia filius Abital
5 sextus quoque Iethraam de Agla uxore David
hii nati sunt David in Hebron
6 cum ergo esset proelium inter domum Saul et domum David 1
Abner filius Ner regebat domum Saul
7 fuerat autem Sauli concubina nomine Respha filia Ahia 21,8
dixitque Hisboseth ad Abner
8 quare ingressus es ad concubinam patris mei 16,22; Gn 35,22
qui iratus nimis propter verba Hisboseth ait
numquid caput canis ego sum adversum Iuda hodie 1 Sm 17,43
qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui
et super fratres et proximos eius
et non tradidi te in manu David
et tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie
9 haec faciat Deus Abner et haec addat ei
nisi quomodo iuravit Dominus David sic faciam cum eo 1 Sm 25,30
10 ut transferatur regnum de domo Saul 1 Sm 15,28! 28,17!

24 et[3] *om.* D ϲ | 26 deseuit C | dices Ck | 28 bucinam R | inire RCΣDk | 30 asahel RΣΛΦ ‖ 3,1 inter[2] *om.* RCr | proficiscens ϲ | 2 natique sunt ΛDΦm ϲ | 3 uxorem R; uxor Σ | 5 egla ϲ | 8 iudam ΣDΦ ϲ | in manus Σk ϲ |

RAC ΣΛDΦkm cr

I Par 10,14; 12,23 Idc 20,1! III Rg 4,25 et elevetur thronus David super Is-
rahel et super Iudam a Dan usque
Bersabee
11 et non potuit respondere ei quicquam
quia metuebat illum
12 misit ergo Abner nuntios ad David
pro se dicentes cuius est terra
21 et loquerentur fac mecum amicitias
et erit manus mea tecum
et reducam ad te universum Israhel
13 qui ait optime ego faciam tecum ami-
citias
sed unam rem peto a te dicens
non videbis faciem meam antequam
adduxeris Michol filiam Saul
et sic venies et videbis me
14 misit autem David nuntios ad His-
boseth filium Saul dicens
I Sm 18,27 redde uxorem meam Michol
quam despondi mihi centum prae-
putiis Philisthim
15 misit ergo Hisboseth et tulit eam a
I Sm 25,44 viro suo Faltihel filio Lais
16 sequebaturque eam vir suus plorans
usque Baurim
et dixit ad eum Abner vade revertere
qui reversus est
17 sermonem quoque intulit Abner ad
seniores Israhel dicens
tam heri quam nudius tertius quae-
rebatis David ut regnaret super vos
18 nunc ergo facite quoniam Dominus
locutus est ad David dicens
in manu servi mei David salvabo po-
pulum meum Israhel
I Sm 7,3! de manu Philisthim et omnium ini-
micorum eius
19 locutus est autem Abner etiam ad
Beniamin
et abiit ut loqueretur ad David in
Hebron omnia quae placuerant Is-
rahel et universo Beniamin
20 venitque ad David in Hebron cum
viginti viris
et fecit David Abner et viris eius qui
venerant cum eo convivium
21 et dixit Abner ad David
surgam ut congregem ad te domi- 12
num meum regem omnem Israhel
et ineam tecum foedus et imperes
omnibus sicut desiderat anima tua
cum ergo deduxisset David Abner
et ille isset in pace
22 statim pueri David et Ioab venerunt
caesis latronibus cum praeda mag-
na nimis
Abner autem non erat cum David in
Hebron
quia iam dimiserat eum et profectus
fuerat in pace
23 et Ioab et omnis exercitus qui erat
cum eo postea venerant
nuntiatum est itaque Ioab a narran-
tibus
venit Abner filius Ner ad regem et
dimisit eum et abiit in pace
24 et ingressus est Ioab ad regem et ait
quid fecisti ecce venit Abner ad te
quare dimisisti eum et abiit et re-
cessit
25 ignoras Abner filium Ner quoniam
ad hoc venit ut deciperet te
et sciret exitum tuum et introitum
tuum et nosset omnia quae agis
26 egressus itaque Ioab a David
misit nuntios post Abner et reduxit
eum a cisterna Sira ignorante Da-
vid
27 cumque redisset Abner in Hebron
seorsum abduxit eum Ioab ad me-
dium portae ut loqueretur ei in dolo
et percussit illum ibi in inguine et 2,23!
mortuus est in ultionem sanguinis 30; III Rg 2,5.32
Asahel fratris eius
28 quod cum audisset David rem iam
gestam ait
mundus ego sum et regnum meum
apud Dominum usque in sempiter-

RAC ΣΛDΦkm cr
10 iuda RCr | 12 et[1] + ut ΣΛΦc | 16 uade + et c | 19 placuerunt C; placuerat R | israheli Σkc | 23 uenerunt Ckcr | 25 uenit + ad te c | 27 adduxit RCkcr | illum] eum C | in inguinem CD. | 28 apud deum R; *om.* D |

num
a sanguine Abner filii Ner
III Rg 2,32! 33 29 et veniat super caput Ioab et super
omnem domum patris eius
nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens et leprosus
tenens fusum et cadens gladio et indigens pane
30 igitur Ioab et Abisai frater eius inter-
27! fecerunt Abner
eo quod occidisset Asahel fratrem eorum in Gabaon in proelio
31 dixit autem David ad Ioab et ad omnem populum qui erat cum eo
1,11.12! scindite vestimenta vestra et accingimini saccis
et plangite ante exequias Abner
porro rex David sequebatur feretrum
4,12 32 cumque sepelissent Abner in Hebron
levavit rex vocem suam et flevit super tumulum Abner
flevit autem et omnis populus
33 plangensque rex Abner ait
nequaquam ut mori solent ignavi mortuus est Abner
34 manus tuae non sunt ligatae et pedes tui non sunt conpedibus adgravati
sed sicut solent cadere coram filiis iniquitatis corruisti
congeminansque omnis populus flevit super eum
35 cumque venisset universa multitudo cibum capere cum David clara adhuc die iuravit David dicens
haec faciat mihi Deus et haec addat
I Sm 14,24! si ante occasum solis gustavero panem vel aliud quicquam
36 omnisque populus audivit et placuerunt eis cuncta quae fecit rex in conspectu totius populi
37 et cognovit omne vulgus et universus Israhel in die illa
quoniam non actum fuisset a rege ut occideretur Abner filius Ner
38 dixit quoque rex ad servos suos
num ignoratis quoniam princeps et maximus cecidit hodie in Israhel
39 ego autem adhuc delicatus et unctus rex
porro viri isti filii Sarviae duri mihi sunt
retribuat Dominus facienti malum iuxta malitiam suam
4 audivit autem filius Saul quod cecidisset Abner in Hebron
et dissolutae sunt manus eius omnisque Israhel perturbatus est
2 duo autem viri principes latronum erant filio Saul
nomen uni Baana et nomen alteri Rechab
filii Remmon Berothitae de filiis Beniamin
siquidem et Beroth reputata est in Beniamin
3 et fugerunt Berothitae in Getthaim
fueruntque ibi advenae usque in tempus illud
4 erat autem Ionathan filio Saul filius 9,3.13!
debilis pedibus
quinquennis enim fuit quando venit nuntius de Saul et Ionathan ex Iezrahel
tollens itaque eum nutrix sua fugit
cumque festinaret ut fugeret cecidit et claudus effectus est
habuitque vocabulum Mifiboseth 9,6! I Par 8,34; 9,40
5 venientes igitur filii Remmon Berothitae Rechab et Baana
ingressi sunt fervente die domum Hisboseth
qui dormiebat super stratum suum meridie
6 ingressi sunt autem domum adsumentes spicas tritici
et percusserunt eum in inguine 2,23!
Rechab et Baana frater eius et fugerunt

29 leprosus + et c. | panem CDΦk | 32 rex + dauid c | 33 rex + et lugens Σk c | est] es CΣΛk | 34 ~ ligatae non sunt c. | iniquitatis + sic c | 39 ~ sunt mihi c || 4,1 autem + isboseth c | 3 usque ad Σc | 4 quinque annis C | tollensque eum CΣDΦm | 5 meridie + et ostiaria purgans triticum obdormiuit ΣΛΦk(*vid.*)c𝔊 | 6 domum + latenter c |

RAC ΣΛDΦkm cr

7 cum autem ingressi fuissent domum
ille dormiebat super lectulum suum
in conclavi
et percutientes interfecerunt eum
sublatoque capite eius abierunt per
viam deserti tota nocte
8 et adtulerunt caput Hisboseth ad
David in Hebron
dixeruntque ad regem
ecce caput Hisboseth filii Saul ini-
mici tui qui quaerebat animam
tuam
et dedit Dominus domino meo regi
ultiones hodie de Saul et de semine
eius
9 respondens autem David Rechab et
Baana fratri eius filiis Remmon Be-
rothei dixit ad eos
I Sm 26,24! vivit Dominus qui eruit animam me-
am de omni angustia
10 quoniam eum qui adnuntiaverat mi-
hi et dixerat mortuus est Saul
qui putabat se prospera nuntiare te-
nui et occidi in Siceleg
cui oportebat me dare mercedem
pro nuntio
11 quanto magis nunc cum homines
impii interfecerint virum innoxium
in domo sua super lectulum suum
non quaeram sanguinem eius de ma-
nu vestra
et auferam vos de terra
1,15 12 praecepit itaque David pueris et in-
terfecerunt eos
praecidentesque manus et pedes eo-
rum
suspenderunt eos super piscinam in
Hebron
caput autem Hisboseth tulerunt et
3,32 sepelierunt in sepulchro Abner in
Hebron
1–3: I Par 11,1–3 5 et venerunt universae tribus Israhel
ad David in Hebron dicentes
ecce nos os tuum et caro tua sumus Gn 2,23!
2 sed et heri et nudius tertius cum esset
Saul rex super nos
tu eras educens et reducens Israhel
dixit autem Dominus ad te tu pasces Ez 34,23! Io 21,17!
populum meum Israhel 6,21! 7,8! I Sm 13,14!
et tu eris dux super Israhel I Par 28,4!
3 venerunt quoque et senes de Israhel
ad regem in Hebron
et percussit cum eis rex David foedus
in Hebron coram Domino
unxeruntque David in regem super 17; 2,4; I Sm 16,13!
Israhel
4 filius triginta annorum erat David
cum regnare coepisset
et quadraginta annis regnavit III Rg 2,11; I Par 29,27
5 in Hebron regnavit super Iudam sep- 2,11; I Par 3,4
tem annis et sex mensibus 5–10: I Par 11,4–9
in Hierusalem autem regnavit tri-
ginta tribus annis super omnem
Israhel et Iudam
6 et abiit rex et omnes viri qui erant 6,2
cum eo in Hierusalem ad Iebuseum Ios 15,63! Idc 1,21; 19,11
habitatorem terrae
dictumque est ad David ab eis
non ingredieris huc nisi abstuleris
caecos et claudos dicentes
non ingredietur David huc
7 cepit autem David arcem Sion I Mcc 1,35; Is 29,1
haec est civitas David
8 proposuerat enim in die illa prae-
mium
qui percussisset Iebuseum et teti-
gisset domatum fistulas
et claudos et caecos odientes animam
David
idcirco dicitur in proverbio
caecus et claudus non intrabunt
templum
9 habitavit autem David in arce et vo-
cavit eam civitatem David
et aedificavit per gyrum a Mello et III Rg 9,15! 24!
intrinsecus

RAC ΣΛDΦ(k)m cr 7 lectum ΣΛDΦkm c | caput Rk. | 8 ultionem Σ c | 9 berotitei Σ.; berothitae c | 10 [*desinit* k] | occidi + eum DΦ c | mercedem me (*om.* c.) dare ΛΦ c | 11 cum *om.* AΣ | interfecerunt AΣΛDΦ c | lectum CΣΛDΦ c | 12 pueris + suis c || 5,3 seniores C c | de *om.* c | 6 ad² *om.* Λ c | 8 enim + dauid ΛΦ c | et² + abstulisset ΛΦ c | ~ caecos et claudos Σ c | intrabunt + in R c |

10 et ingrediebatur proficiens atque
succrescens
et Dominus Deus exercituum erat
cum eo
III Rg 5,1; I Par 14,1.2; II Par 2,3 11 misit quoque Hiram rex Tyri nun-
tios ad David et ligna cedrina
et artifices lignorum artificesque la-
pidum ad parietes
et aedificaverunt domum David
12 et cognovit David quoniam confir-
masset eum Dominus regem super
Israhel
et quoniam exaltasset regnum eius
super populum suum Israhel
13—16: I Par 14,3–7 13 accepit ergo adhuc concubinas et
uxores de Hierusalem
postquam venerat de Hebron
natique sunt David et alii filii et filiae
14—16: I Par 3,5–8 14 et haec nomina eorum qui nati sunt
ei in Hierusalem
Samua et Sobab et Nathan et Salo-
mon 15 et Ibaar et Helisua
et Nepheg 16 et Iafia et Helisama et
Helida et Helifeleth
17—25: I Par 14,8–16 17 audierunt vero Philisthim quod un-
3! 2,4! xissent David regem super Israhel
et ascenderunt universi ut quaere-
rent David
23,14; I Sm 22,4 quod cum audisset David descendit
in praesidium
22; 23,13; I Par 11,15! 18 Philisthim autem venientes diffusi
sunt in valle Raphaim
I Sm 14,37! 23,2! 19 et consuluit David Dominum dicens
si ascendam ad Philisthim et si dabis
eos in manu mea
et dixit Dominus ad David ascende
quia tradens dabo Philisthim in ma-
nu tua
20 venit ergo David in Baalpharasim
et percussit eos ibi
Is 28,21 et dixit divisit Dominus inimicos me-
os coram me sicut dividuntur aquae
propterea vocatum est nomen loci
illius Baalpharasim
21 et reliquerunt ibi sculptilia sua quae
tulit David et viri eius
22 et addiderunt adhuc Philisthim ut 18!
ascenderent et diffusi sunt in valle
Raphaim
23 consuluit autem David Dominum
qui respondit non ascendas sed gyra
post tergum eorum
et venies ad eos ex adverso pirorum
24 et cum audieris sonitum gradientis
in cacumine pirorum tunc inibis
proelium
quia tunc egredietur Dominus ante
faciem tuam ut percutiat castra
Philisthim
25 fecit itaque David sicut ei praecepe-
rat Dominus
et percussit Philisthim de Gabee us- 8,1! I Par 20,4
que dum venias Gezer
6 congregavit autem rursum David 1—11: I Par 13,5–14
omnes electos ex Israhel triginta
milia
2 surrexitque et abiit 12; 5,6
et universus populus qui erat cum eo I Sm 4,4! III Rg 8,5; I Par 15,3!
de viris Iuda ut adducerent arcam
Dei
super quam invocatum est nomen
Domini exercituum sedentis in che-
rubin super eam
3 et inposuerunt arcam Domini super I Sm 6,8.11
plaustrum novum
tuleruntque eam de domo Abinadab I Sm 7,1
qui erat in Gabaa
Oza autem et Haio filii Abinadab
minabant plaustrum novum
4 cumque tulissent eam de domo Abi-
nadab qui erat in Gabaa custodiens
arcam Dei

RAC ΣΛDΦm cr

10 proficiscens RC. | 13 ergo + dauid ΛΦ c | 15 iebahar c. | 16 elioda c | 17 uero] ergo c | dauid[1] + in c | 23 dominum + si ascendam contra philistheos et tradas eos in manus meas ΣΛ c | ascendas + obuiam eis Σ; + contra eos c | 24 et percutiet Σ; ut percutias R | 25 ~ praeceperat ei ΛΦ c; praecepit ei D | gabaa ΛΦ c | uenies R || 6,2 surrexit itaque R; + dauid c | super qua RA. | 3 domini] dei Σ c | abinadab[1] R cr] aminadab *cet.* | abinadab[2] RAD cr] aminadab *cet.* | 4 abinadab RA cr] aminadab *cet.* | dei] domini R |

Haio praecedebat arcam
14 5 David autem et omnis Israhel ludebant coram Domino
in omnibus lignis fabrefactis et citharis et lyris et tympanis et sistris et cymbalis
6 postquam autem venerunt ad aream Nachon
extendit manum Oza ad arcam Dei et tenuit eam quoniam calcitrabant boves
7 iratusque est indignatione Dominus contra Ozam et percussit eum super temeritate
qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei
8 contristatus autem est David eo quod percussisset Dominus Ozam
et vocatum est nomen loci illius Percussio Oza usque in diem hanc
9 et extimuit David Dominum in die illa dicens
quomodo ingredietur ad me arca Domini
10 et noluit devertere ad se arcam Domini in civitate David
sed devertit eam in domo Obededom Getthei
11 et habitavit arca Domini in domo Obededom Getthei tribus mensibus
et benedixit Dominus Obededom et omnem domum eius
12—19: I Par 15,25–16,3 12 nuntiatumque est regi David
benedixit Dominus Obededom et omnia eius propter arcam Dei
21! abiit ergo David et adduxit arcam Dei de domo Obededom in civitatem David cum gaudio
13 cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus
Lv 23,18! II Par 5,6; 15,11; I Esr 7,17 immolabat bovem et arietem
14 et David saltabat totis viribus ante Dominum
porro David erat accinctus ephod lineo 1 Sm 2,18
15 et David et omnis domus Israhel ducebant arcam testamenti Domini in iubilo et in clangore bucinae
16 cumque intrasset arca Domini civitatem David
Michol filia Saul prospiciens per fenestram
vidit regem David subsilientem atque saltantem coram Domino
et despexit eum in corde suo
17 et introduxerunt arcam Domini et posuerunt eam in loco suo III Rg 8,6! I Par 15,1; II Par 5,7
in medio tabernaculi quod tetenderat ei David
et obtulit David holocausta coram Domino et pacifica 24,25! Ex 32,6! III Rg 8,62.63; I Par 16,1.2; II Par 7,7; Ez 43,27; 46,2.12
18 cumque conplesset offerens holocaustum et pacifica
benedixit populo in nomine Domini exercituum
19 et partitus est multitudini universae Israhel
tam viro quam mulieri
singulis collyridam panis unam
et assaturam bubulae carnis unam
et similam frixam oleo
et abiit omnis populus unusquisque in domum suam 1 Sm 10,25! I Par 16,43
20 reversusque est et David ut benediceret domui suae
et egressa Michol filia Saul in occursum David ait
quam gloriosus fuit hodie rex Israhel
discoperiens se ante ancillas servorum suorum
et nudatus est quasi si nudetur unus de scurris
21 dixitque David ad Michol

RAC ΣΛDΦm cr 6 ~ oza manum c. | boues + et declinauerant eam ΛΦ; + et declinauerunt eam Σc | 7 super temeritatem ADΦ | 8 ~ est autem ΣΛDΦc | uocauit nomen R | ozae[2] c; ozam D | 9 dauid *om.* R | 10 diuertere Rc | in ciuitatem ΛDc | diuertit RΣc | in domum Λc | 12 benedixit] quia benedixit Σ; quia benedixisset CΛΦ; quod benedixisset c | dei[1]] domini RΛ | in ciuitate RCr | gaudio + et erant cum dauid septem chori et uictima uituli Σc𝔊 | 13 immolabant CΛDΦ | 14 ~ accinctus erat RΛDΦ | 16 ciuitate C.; in ciuitatem Φc; in ciuitate RD | 17 et imposuerunt c | ~ et pacifica coram domino c | 18 holocausta Σc | 19 ~ uniuersae multitudini ΛDΦc | 20 et[1] *om.* ΣDΦc | dauid[2] + et R |

ante Dominum qui elegit me potius
quam patrem tuum
et quam omnem domum eius
5,2! 7,7.8; I Sm 13,14! I Par 17,6 et praecepit mihi ut essem dux super
populum Domini Israhel
22 et ludam et vilior fiam plus quam
factus sum
et ero humilis in oculis meis
et cum ancillis de quibus locuta es
gloriosior apparebo
23 igitur Michol filiae Saul non est na-
tus filius usque ad diem mortis suae
1—29: I Par 17,1–27 7 factum est autem cum sedisset rex in
domo sua
11; Ios 21,42! III Rg 4,24; 5,4; I Par 22,9; II Par 15,15! et Dominus dedisset ei requiem un-
dique ab universis inimicis suis
2 dixit ad Nathan prophetam
videsne quod ego habitem in domo
cedrina
et arca Dei posita sit in medio pel-
lium
3 dixitque Nathan ad regem
III Rg 8,18 omne quod est in corde tuo vade fac
quia Dominus tecum est
12,1; 24,11.12! Sir 47,1 4 factum est autem in nocte illa et ecce
sermo Domini ad Nathan dicens
5 vade et loquere ad servum meum
David
haec dicit Dominus
III Rg 8,18! numquid tu aedificabis mihi domum
ad habitandum
6 neque enim habitavi in domo
I Sm 8,8! III Rg 8,16 ex die qua eduxi filios Israhel de terra
Aegypti usque in diem hanc
sed ambulans ambulabam in taber-
naculo et in tentorio
7 per cuncta loca quae transivi cum
omnibus filiis Israhel
numquid loquens locutus sum ad
unam de tribubus Israhel
6,21! cui praecepi ut pasceret populum
meum Israhel dicens
quare non aedificastis mihi domum
cedrinam

8 et nunc haec dices servo meo David
haec dicit Dominus exercituum 5,2!
ego tuli te de pascuis sequentem gre- Ps 77,70.71! Am 7,15; Ps 151,4
ges
ut esses dux super populum meum 6,21!
Israhel
9 et fui tecum in omnibus ubicumque 8,6.14
ambulasti
et interfeci universos inimicos tuos
a facie tua
fecique tibi nomen grande iuxta no-
men magnorum qui sunt in terra
10 et ponam locum populo meo Israhel
et plantabo eum et habitabit sub eo
et non turbabitur amplius
nec addent filii iniquitatis ut adfli- Ps 88,23; IV Esr 2,28
gant eum sicut prius
11 ex die qua constitui iudices super
populum meum Israhel
et requiem dabo tibi ab omnibus ini- 1!
micis tuis
praedicitque tibi Dominus quod do- 27
mum faciat tibi Dominus
12 cumque conpleti fuerint dies tui et
dormieris cum patribus tuis III Rg 1,21; 2,1.10!
suscitabo semen tuum post te quod Ier 23,5!
egredietur de utero tuo III Rg 8,19!
et firmabo regnum eius
13 ipse aedificabit domum nomini meo III Rg 5,5! I Par 28,6.7!
et stabiliam thronum regni eius us- II Mcc 14,35 16! III Rg 2,12!
que in sempiternum Ps 88,5! I Mcc 2,57
14 ego ero ei in patrem et ipse erit mihi II Cor 6,18; Hbr 1,5;
in filium Apc 21,7
qui si inique aliquid gesserit
arguam eum in virga virorum et in Ps 88,33
plagis filiorum hominum
15 misericordiam autem meam non au- Ps 88,34; Is 54,10
feram ab eo
sicut abstuli a Saul quem amovi a
facie tua
16 et fidelis erit domus tua et regnum 26; 23,5
tuum usque in aeternum ante fa- 13! Sir 47,13; Is 9,7;
ciem tuam Lc 1,32.33
et thronus tuus erit firmus iugiter

21 domini + in RDc | 23 usque in c || 7,2 dixitque R | 3 quia] quoniam RΣ | 4 ~ illa nocte c. | 6 die + illa c. | usque ad C | ambulans ACmr] *om. cet.* | 8 dicis RA | 11 praedicetque CΣDΦ | dominus2] deus C; *om.* Σ | 15 tua] mea Φc | 16 firmissimus C |

RAC ΣΛDΦm cr

[17]secundum omnia verba haec
et iuxta universam visionem istam
sic locutus est Nathan ad David
[18]ingressus est autem rex David et sedit coram Domino et dixit
quis ego sum Domine Deus
et quae domus mea
quia adduxisti me hucusque
[19]sed et hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus
nisi loquereris etiam de domo servi tui in longinquum
ista est enim lex Adam Domine Deus
[20]quid ergo addere poterit adhuc David ut loquatur ad te
tu enim scis servum tuum Domine Deus [21]propter verbum tuum
Ex 4,30! Ps 76,14.15! et secundum cor tuum fecisti omnia magnalia haec
ita ut notum faceres servo tuo
Ps 103,1; 138,14; Is 33,5 Ex 15,11! I Sm 2,2! [22]idcirco magnificatus es Domine Deus
quia non est similis tui
neque est deus extra te
in omnibus quae audivimus auribus nostris
Dt 4,34! Est 10,9! [23]quae est autem ut populus tuus Israhel gens in terra
propter quam ivit Deus ut redimeret
Is 63,14 eam sibi in populum
et poneret sibi nomen faceretque eis magnalia et horribilia super terram
Est 13,16 a facie populi tui quem redemisti tibi ex Aegypto
gentem et deum eius
Ex 6,7! [24]et firmasti tibi populum tuum Israhel in populum sempiternum
et tu Domine factus es eis in Deum
III Rg 2,4 [25]nunc ergo Domine Deus
verbum quod locutus es super servum tuum et super domum eius
suscita in sempiternum et fac sicut locutus es
I Par 17,24; Ps 85,12; [26]et magnificetur nomen tuum usque
in sempiternum atque dicatur Ez 36,23; Mt 6,9!
Dominus exercituum Deus super Israhel
et domus servi tui David erit stabilita coram Domino 16!
[27]quia tu Domine exercituum Deus Israhel revelasti aurem servi tui dicens
domum aedificabo tibi 11
propterea invenit servus tuus cor suum ut oraret te oratione hac
[28]nunc ergo Domine Deus
tu es Deus et verba tua erunt vera
locutus es enim ad servum tuum bona haec
[29]incipe igitur et benedic domui servi tui
ut sit in sempiternum coram te
quia tu Domine Deus locutus es
et benedictione tua benedicetur domus servi tui in sempiternum
8 factum est autem post haec 1—14: I Par 18,1–13
percussit David Philisthim et humiliavit eos 5,25! 21,15; I Par 20,4
et tulit David frenum tributi de manu Philisthim
[2]et percussit Moab et mensus est eos funiculo coaequans terrae I Sm 14,47
mensus est autem duos funiculos
unum ad occidendum et unum ad vivificandum
factusque est Moab David serviens sub tributo 6
[3]et percussit David Adadezer filium Roob regem Soba 12; 10,6; III Rg 11,23
quando profectus est ut dominaretur super flumen Eufraten
[4]et captis David ex parte eius mille septingentis equitibus et viginti milibus peditum
subnervavit omnes iugales curruum
dereliquit autem ex eis centum currus
[5]venit quoque Syria Damasci ut praesidium ferret Adadezer regi Soba

RAC ΣΛDΦm cr 18 usque huc CΣ. | 22 neque + enim RΣ | 23 ibit ACΣΛ | 24 et firmasti] firmasti enim c. | domine + deus c. | ei R | 26 et¹] ut c | super *om.* C | 27 te *om.* RΣ | 29 igitur] ergo c | domui] domum RΦ ||

10,18 et percussit David de Syria viginti
duo milia virorum
[6]et posuit David praesidium in Syria
Damasci
2 factaque est Syria David serviens sub
tributo
14; 7,9 servavit Dominus David in omnibus
ad quaecumque profectus est
[7]et tulit David arma aurea quae habebant servi Adadezer
et detulit ea in Hierusalem
[8]et de Bete et de Beroth civitatibus
Adadezer
tulit rex David aes multum nimis
[9]audivit autem Thou rex Emath quod
percussisset David omne robur
Adadezer
[10]et misit Thou Ioram filium suum ad
regem David
ut salutaret eum congratulans et gratias ageret
eo quod expugnasset Adadezer et
percussisset eum
hostis quippe erat Thou Adadezer
III Rg 7,51; II Par 5,1 et in manu eius erant vasa argentea
et vasa aurea et vasa aerea
I Par 26,26 [11]quae et ipsa sanctificavit rex David
Domino
cum argento et auro quae sanctificaverat de universis gentibus quas
subegerat
[12]de Syria et Moab et filiis Ammon et
Philisthim et Amalech
3! et de manubiis Adadezer filii Roob
regis Soba
[13]fecit quoque sibi David nomen cum
reverteretur capta Syria
IV Rg 14,7; II Par 25,11! Ps 59,2 in valle Salinarum caesis duodecim
milibus
[14]et posuit in Idumea custodes statuitque praesidium
Nm 24,18! et facta est universa Idumea serviens
David
6; 7,9 et servavit Dominus David in omnibus ad quaecumque profectus est 15—18: III Rg 4,1–6; I Par 18,14–17
[15]et regnavit David super omnem Israhel III Rg 10,9; I Par 18,14; II Par 9,8; Ier 23,5!
faciebat quoque David iudicium et
iustitiam omni populo suo Dt 33,21! Prv 21,21! Ier 33,15
[16]Ioab autem filius Sarviae erat super I Par 11,6; 18,15
exercitum 16—18: 20,23–26
porro Iosaphat filius Ahilud erat a
commentariis
[17]et Sadoc filius Achitob et Ahimelech filius Abiathar sacerdotes I Par 6,8; 24,6!
et Saraias scriba
[18]Banaias autem filius Ioiada super
Cherethi et Felethi 23,20; III Rg 1,38.44; I Par 27,5!
filii autem David sacerdotes erant
9 et dixit David
putasne est aliquis qui remanserit de
domo Saul
ut faciam cum eo misericordiam 7; I Sm 20,15!
propter Ionathan
[2]erat autem de domo Saul servus nomine Siba 16,1; 19,17
quem cum vocasset rex ad se dixit
ei tune es Siba
et ille respondit ego sum servus tuus
[3]et ait rex num superest aliquis de
domo Saul
ut faciam cum eo misericordiam Dei I Sm 20,14
dixitque Siba regi
superest filius Ionathan debilis pedibus 13! 4,4
[4]ubi inquit est
et Siba ad regem
ecce ait in domo est Machir filii Amihel in Lodabar 17,27
[5]misit ergo rex David et tulit eum de
domo Machir filii Amihel de Lodabar
[6]cum autem venisset Mifiboseth filius 4,4! 19,24; 21,7
Ionathan filii Saul ad David
corruit in faciem suam et adoravit Gn 50,18
dixitque David Mifiboseth
qui respondit adsum servus tuus
[7]et ait ei David ne timeas quia faciens 1!

8,6 seruauitque c | 10 ~ uasa aurea et uasa argentea c | 12 manubiis] manibus R | 13 ~ dauid sibi R | duodecim] duodeuiginti r.; decem et octo c | 15 faciebatque dauid C | suo *om.* C | 17 abimelech RCΣ | abiathar + erant c | sacerdotis RADΦ | 18 ioiadae ΣΛ c; ioiadab D. ‖ 9,1 ut] et CΦ | 3 numquid c | 7 ei *om.* R |

RAC ΣΛDΦm cr

faciam in te misericordiam
propter Ionathan patrem tuum
et restituam tibi omnes agros Saul
patris tui
10.11.13; 19,28; III Rg 2,7; IV Rg 25,29 et tu comedes panem in mensa mea
semper
[8] qui adorans eum dixit
quis ego sum servus tuus
quoniam respexisti super canem
mortuum similem mei
[9] vocavit itaque rex Sibam puerum
Saul et dixit ei
omnia quaecumque fuerunt Saul et
universam domum eius dedi filio
domini tui
[10] operare igitur ei terram tu et filii tui
et servi tui
et inferes filio domini tui cibos ut
alatur
Mifiboseth autem filius domini tui
7! comedet semper panem super men-
sam meam
19,17 erant autem Sibae quindecim filii et
viginti servi
[11] dixitque Siba ad regem
sicut iussisti domine mi rex servo tuo
sic faciet servus tuus
7! et Mifiboseth comedet super men-
sam tuam quasi unus de filiis regis
I Par 8,34 [12] habebat autem Mifiboseth filium
parvulum nomine Micha
omnis vero cognatio domus Siba
serviebat Mifiboseth
[13] porro Mifiboseth habitabat in Hieru-
salem
7! quia de mensa regis iugiter vesceba-
tur
3; 4,4! 19,26 et erat claudus utroque pede
1—19: I Par 19,1–19 **10** factum est autem post haec ut mo-
reretur rex filiorum Ammon
et regnaret Anon filius eius pro eo
[2] dixitque David faciam misericordi-
am cum Anon filio Naas
sicut fecit pater eius mecum miseri-
cordiam
misit ergo David consolans eum per
servos suos super patris interitu
cum autem venissent servi David in
terram filiorum Ammon
[3] dixerunt principes filiorum Ammon
ad Anon dominum suum
putas quod propter honorem patris
tui David miserit ad te consolatores
et non ideo ut investigaret et explo-
raret civitatem et everteret eam
misit David servos suos ad te
[4] tulit itaque Anon servos David
rasitque dimidiam partem barbae
eorum
et praecidit vestes eorum medias us-
que ad nates et dimisit eos
[5] quod cum nuntiatum esset David
misit in occursum eorum
erant enim viri confusi turpiter valde
et mandavit eis David
manete Hiericho donec crescat barba
vestra et tunc revertimini
[6] videntes autem filii Ammon quod in-
iuriam fecissent David
miserunt et conduxerunt mercede
Syrum Roob et Syrum Soba vi- 8,3!
ginti milia peditum
et a rege Maacha mille viros
et ab Histob duodecim milia viro-
rum
[7] quod cum audisset David misit Ioab 11,1
et omnem exercitum bellatorum
[8] egressi sunt ergo filii Ammon et dire-
xerunt aciem ante ipsum introitum
portae
Syrus autem Soba et Roob et His-
tob et Maacha seorsum erant in
campo
[9] videns igitur Ioab quod praeparatum
esset adversum se proelium et ex
adverso et post tergum
elegit ex omnibus electis Israhel
et instruxit aciem contra Syrum

RAC ΣΛDΦm cr 8 quoniam] quia Cm. | 9 siba R | 11 tuam] meam c. | 12 sibae c || **10**,1 regnauit c | 2 interitum RΣD | in terra RCr | 3 ~ miserit dauid c | 4 praescidit c. | 5 manete + in Dc | 8 ergo] autem RΣ | ipsum + in CΣ | 9 et¹ *om.* R | electos AΣD |

18,2 [10]reliquam autem partem populi tradidit Abisai fratri suo
qui direxit aciem adversum filios Ammon
[11]et ait Ioab si praevaluerint adversum me Syri eris mihi in adiutorium
si autem filii Ammon praevaluerint adversum te auxiliabor tibi
[12]esto vir fortis et pugnemus pro populo nostro et civitate Dei nostri
Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo
[13]iniit itaque Ioab et populus qui erat cum eo certamen contra Syros
18 qui statim fugerunt a facie eius
[14]filii autem Ammon videntes quod fugissent Syri
fugerunt et ipsi a facie Abisai et ingressi sunt civitatem
reversusque est Ioab a filiis Ammon et venit Hierusalem
[15]videntes igitur Syri quoniam corruissent coram Israhel
congregati sunt pariter
[16]misitque Adadezer et eduxit Syros qui erant trans Fluvium
et adduxit exercitum eorum
Sobach autem magister militiae Adadezer erat princeps eorum
[17]quod cum nuntiatum esset David
contraxit omnem Israhelem et transivit Iordanem venitque in Helema
et direxerunt aciem Syri ex adverso David et pugnaverunt contra eum
13 [18]fugeruntque Syri a facie Israhel
8,5; Ps 59,2 et occidit David de Syris septingentos currus et quadraginta milia equitum
et Sobach principem militiae percussit qui statim mortuus est
[19]videntes autem universi reges qui erant in praesidio Adadezer
victos se ab Israhel
fecerunt pacem cum Israhel et servierunt eis
timueruntque Syri auxilium praebere filiis Ammon

11 factum est ergo vertente anno
eo tempore quo solent reges ad bella procedere I Par 20,1
misit David Ioab et servos suos cum eo et universum Israhel 10,7; 12,26
et vastaverunt filios Ammon et obsederunt Rabba Ez 25,5
David autem remansit in Hierusalem
[2]dum haec agerentur accidit ut surgeret David de stratu suo post meridiem
et deambularet in solario domus regiae
viditque mulierem se lavantem ex adverso super solarium suum Gn 29,17! 1 Sm 25,3; III Rg 1,4; Est 1,11
erat autem mulier pulchra valde
[3]misit ergo rex et requisivit quae esset mulier
nuntiatumque ei est quod ipsa esset Bethsabee filia Heliam uxor Uriae Hetthei I Par 3,5
[4]missis itaque David nuntiis tulit eam
quae cum ingressa esset ad illum dormivit cum ea 12,24
statimque sanctificata est ab inmunditia sua
[5]et reversa est domum suam concepto fetu Gn 38,18.19
mittensque nuntiavit David et ait concepi
[6]misit autem David ad Ioab dicens
mitte ad me Uriam Hettheum
misitque Ioab Uriam ad David
[7]et venit Urias ad David
quaesivitque David quam recte ageret Ioab et populus
et quomodo administraretur bellum
[8]et dixit David ad Uriam
vade in domum tuam et lava pedes

RAC ΣΛDΦm cr

14 quod] quia c. | est + et A | 16 ~ eorum exercitum c | 17 israhel CΣ | helama R; helima C.; helam c | 19 uictos se] se uictos esse c | israhel + expauerunt et fugerunt quinquaginta et octo milia coram israhel et Σc | praebere + ultra c || 11,1 ergo] autem ΛΦc | 3 ei *om.* R.; ~ est ei ΛDΦc | 4 est + mulier C | 5 domum RΛDΦ] in domum *cet.* |

tuos
egressus est Urias de domo regis
secutusque est eum cibus regius
13 [9]dormivit autem Urias ante portam domus regiae
cum aliis servis domini sui
et non descendit ad domum suam
[10]nuntiatumque est David a dicentibus
non ivit Urias ad domum suam
et ait David ad Uriam
numquid non de via venisti
quare non descendisti ad domum tuam
[11]et ait Urias ad David
arca et Israhel et Iuda habitant in papilionibus
et dominus meus Ioab et servi domini mei super faciem terrae manent
et ego ingrediar domum meam
ut comedam et bibam et dormiam cum uxore mea
per salutem tuam et per salutem animae tuae quod non faciam rem hanc
[12]ait ergo David ad Uriam
Idc 19,9 mane hic etiam hodie et cras dimittam te
mansit Urias in Hierusalem die illa et altera
[13]et vocavit eum David ut comederet coram se et biberet et inebriavit eum
9 qui egressus vespere dormivit in stratu suo cum servis domini sui
et in domum suam non descendit
[14]factum est ergo mane et scripsit David epistulam ad Ioab
misitque per manum Uriae [15]scribens in epistula
ponite Uriam ex adverso belli ubi fortissimum proelium est
et derelinquite eum ut percussus intereat
[16]igitur cum Ioab obsideret urbem
posuit Uriam in loco quo sciebat viros esse fortissimos
[17]egressique viri de civitate bellabant adversum Ioab
et ceciderunt de populo servorum David 24
et mortuus est etiam Urias Hettheus 21
[18]misit itaque Ioab et nuntiavit David omnia verba proelii
[19]praecepitque nuntio dicens
cum conpleveris universos sermones belli ad regem
[20]si eum videris indignari et dixerit
quare accessistis ad murum ut proeliaremini
an ignorabatis quod multa desuper ex muro tela mittantur
[21]quis percussit Abimelech filium Hieroboseth Idc 9,53!
nonne mulier misit super eum fragmen molae de muro
et interfecit eum in Thebes
quare iuxta murum accessistis
dices etiam servus tuus Urias Hettheus occubuit 17.24
[22]abiit ergo nuntius et venit et narravit David omnia quae ei praeceperat Ioab
[23]et dixit nuntius ad David
praevaluerunt adversum nos viri
et egressi sunt ad nos in agrum
nos autem facto impetu persecuti eos sumus usque ad portam civitatis
[24]et direxerunt iacula sagittarii ad servos tuos ex muro desuper
mortuique sunt de servis regis 17
quin etiam servus tuus Urias Hettheus mortuus est 21
[25]et dixit David ad nuntium haec dices Ioab
non te frangat ista res

RAC ΣΛDΦm cr 8 et egressus est c; egressusque C. | 10 ad[1.3]] in c | 11 arca + dei ΣΛc | ut] et CD | quod] quia Λ; *om.* c | 12 in die c | 15 ~ est proelium c | 16 quo RΣr] in quo A; ubi CΛDΦc | 18 dauid *om.* C | 21 hieroboseth] hierobaal ΣΛc | 22 quae praeceperat R; quae praecepit ei C. | 23 ad[2]] aduersum RΛD |

varius enim eventus est proelii
et nunc hunc nunc illum consumit gladius
conforta bellatores tuos adversum urbem
ut destruas eam et exhortare eos
26 audivit autem uxor Uriae quod mortuus esset Urias vir suus et planxit eum
27 transactoque luctu misit David et introduxit eam domum suam
12,9.10.14.15 et facta est ei uxor peperitque ei filium
et displicuit verbum hoc quod fecerat David coram Domino
7,4.5! Sir 47,1 **12** misit ergo Dominus Nathan ad David
qui cum venisset ad eum dixit ei
duo viri erant in civitate una
unus dives et alter pauper
2 dives habebat oves et boves plurimos valde
3 pauper autem nihil habebat omnino praeter ovem unam parvulam
quam emerat et nutrierat et quae creverat apud eum cum filiis eius simul
de pane illius comedens et de calice eius bibens
et in sinu illius dormiens
eratque illi sicut filia
4 cum autem peregrinus quidam venisset ad divitem
parcens ille sumere de ovibus et de bubus suis ut exhiberet convivium peregrino illi qui venerat ad se
tulit ovem viri pauperis et praeparavit cibos homini qui venerat ad se
5 iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis dixit ad Nathan
I Sm 26,16! vivit Dominus quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc
Ex 22,1 6 ovem reddet in quadruplum eo quod fecerit verbum istud et non pepercerit
7 dixit autem Nathan ad David tu es ille vir
haec dicit Dominus Deus Israhel
ego unxi te in regem super Israhel I Sm 15,17!
et ego erui te de manu Saul·
8 et dedi tibi domum domini tui
et uxores domini tui in sinu tuo
dedique tibi domum Israhel et Iuda
et si parva sunt ista adiciam tibi multo maiora
9 quare ergo contempsisti verbum Domini ut faceres malum in conspectu meo Nm 15,31
Uriam Hettheum percussisti gladio
et uxorem illius accepisti uxorem 11,27
et interfecisti eum gladio filiorum Ammon
10 quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum
eo quod despexeris me et tuleris uxorem Uriae Hetthei ut esset uxor tua 11,27
11 itaque haec dicit Dominus
ecce ego suscitabo super te malum de domo tua
et tollam uxores tuas in oculis tuis et dabo proximo tuo
et dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius 16,22
12 tu enim fecisti abscondite
ego vero faciam verbum istud in conspectu omnis Israhel et in conspectu solis
13 et dixit David ad Nathan peccavi Domino 24,10!
dixitque Nathan ad David
Dominus quoque transtulit peccatum tuum non morieris Sir 47,13
14 verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini propter verbum hoc Lv 24,16!
filius qui natus est tibi morte morie- 11,27

25 proelii] belli c | hunc + et m; ~ nunc hunc et c. | consumet R | 27 transactoque] transacto autem A c. | eam + in CΣΛΦ c | ei² *om.* R || **12,**6 reddat CΣ | 7 uir + qui fecisti hanc rem CΣΛ𝔊 | 8 iudam C | multa RC | 9 uxorem²] in uxorem tibi c. | 12 uero] autem c |

RAC ΣΛDΦm cr

tur
15 et reversus est Nathan domum suam
11.27 percussitque Dominus parvulum
quem pepererat uxor Uriae David
et desperatus est
16 deprecatusque est David Dominum
pro parvulo
et ieiunavit David ieiunio et ingres-
sus seorsum iacuit super terram
17 venerunt autem seniores domus eius
cogentes eum ut surgeret de terra
qui noluit neque comedit cum eis ci-
bum
18 accidit autem die septima ut more-
retur infans
timueruntque servi David nuntiare
ei quod mortuus esset parvulus
dixerunt enim ecce cum parvulus ad-
huc viveret
loquebamur ad eum et non audiebat
vocem nostram
quanto magis si dixerimus mortuus
est puer se adfliget
19 cum ergo vidisset David servos suos
musitantes
intellexit quod mortuus esset infan-
tulus
dixitque ad servos suos
num mortuus est puer
qui responderunt ei mortuus est
20 surrexit igitur David de terra et lotus
unctusque est
cumque mutasset vestem ingressus
est domum Domini et adoravit et
venit in domum suam
petivitque ut ponerent ei panem et
comedit
21 dixerunt autem ei servi sui
quis est sermo quem fecisti propter
infantem
cum adhuc viveret ieiunasti et flebas
mortuo autem puero surrexisti et
comedisti panem
22 qui ait propter infantem dum adhuc
viveret ieiunavi et flevi
dicebam enim quis scit si forte donet
eum mihi Dominus et vivet infans
23 nunc autem quia mortuus est quare
ieiuno
numquid potero revocare eum am-
plius
ego vadam magis ad eum ille vero Iob 7.10
non revertetur ad me
24 et consolatus est David Bethsabee
uxorem suam
ingressusque ad eam dormivit cum 11.4
ea
quae genuit filium et vocavit nomen Mt 1.6
eius Salomon
et Dominus dilexit eum 25 misitque
in manu Nathan prophetae
et vocavit nomen eius Amabilis Do-
mino
eo quod diligeret eum Dominus
26 igitur pugnabat Ioab contra Rab- 11.1; I Par 20.1
bath filiorum Ammon
et expugnabat urbem regiam
27 misitque Ioab nuntios ad David di-
cens
dimicavi adversum Rabbath et ca-
pienda est urbs Aquarum
28 nunc igitur congrega reliquam par-
tem populi
et obside civitatem et cape eam
ne cum a me vastata fuerit urbs
nomini meo adscribatur victoria
29 congregavit itaque David omnem
populum
et profectus est adversum Rabbath
cumque dimicasset cepit eam
30 et tulit diadema regis eorum de ca- IV Rg 11.12; Ps 20.4!
pite eius pondo auri talentum 30.31: I Par 20.2.3
habens gemmas pretiosissimas
et inpositum est super caput David
sed et praedam civitatis asportavit
multam valde
31 populum quoque eius adducens ser-
ravit

RAC ΣΛDΦm cr

15 nathan + in C c | percussit quoque c. | 17 neque] nec c | 18 si *om.* RD | 19 uidisset] audisset RΣΦ | ~ dauid uidisset c. | 20 igitur] ergo c | 21 ei *om.* A | 22 qui scit CΣ. | uiuat c | 23 ieiunem c | 28 nomine CΛ | 30 pondus A | 31 populum autem Σ.; populumque C |

et circumegit super eos ferrata carpenta
divisitque cultris et transduxit in typo laterum
sic fecit universis civitatibus filiorum Ammon
et reversus est David et omnis exercitus Hierusalem
13 factum est autem post haec
I Par 3,9 ut Absalom filii David sororem speciosissimam vocabulo Thamar
3,2 adamaret Amnon filius David [2]et
deperiret eam valde
ita ut aegrotaret propter amorem eius
quia cum esset virgo difficile ei videbatur ut quippiam inhoneste ageret cum ea
[3]erat autem Amnonis amicus nomine
32 Ionadab filius Semaa fratris David
vir prudens valde [4]qui dixit ad eum
quare sic adtenuaris macie fili regis per singulos dies
cur non indicas mihi
dixitque ei Amnon
Thamar sororem Absalom fratris mei amo
[5]cui respondit Ionadab
cuba super lectulum tuum et languorem simula
cumque venerit pater tuus ut visitet te dic ei
veniat oro Thamar soror mea ut det mihi cibum
et faciat pulmentum ut comedam de manu eius
[6]accubuit itaque Amnon et quasi aegrotare coepit
cumque venisset rex ad visitandum eum
ait Amnon ad regem
veniat obsecro Thamar soror mea
ut faciat in oculis meis duas sorbitiunculas et cibum capiam de manu eius
[7]misit ergo David ad Thamar domum dicens
veni in domum Amnon fratris tui et fac ei pulmentum
[8]venitque Thamar in domum Amnon fratris sui
ille autem iacebat
quae tollens farinam commiscuit
et liquefaciens in oculis eius coxit sorbitiunculas
[9]tollensque quod coxerat effudit et posuit coram eo
et noluit comedere
dixitque Amnon eicite universos a me
cumque eiecissent omnes
[10]dixit Amnon ad Thamar
infer cibum in conclave ut vescar de manu tua
tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat
et intulit ad Amnon fratrem suum in conclave
[11]cumque obtulisset ei cibum adprehendit eam et ait
veni cuba mecum soror mea
[12]quae respondit ei
noli frater mi noli opprimere me
neque enim hoc fas est in Israhel
noli facere stultitiam hanc
[13]et ego enim ferre non potero obprobrium meum
et tu eris quasi unus de insipientibus in Israhel
quin potius loquere ad regem et non negabit me tibi
[14]noluit autem adquiescere precibus eius
sed praevalens viribus oppressit eam et cubavit cum illa Gn 34,2
[15]et exosam eam habuit Amnon magno

31 exercitus + in ΛΦc ‖ **13**,1 filii] filius C; filio ΣΛ | sororem speciosissimam] esset soror speciosissima Σ | adamaretque eam amnon ΣΛ | 2 ~ propter amorem eius aegrotaret c | ei *om.* R | 3 amnon ΣΦc | 4 ~ fratris mei absalom ΛDΦc | 5 lectum CΛc | ut[2]] et RΣDm | faciet C | 6 aegrotari R | ut] et A | et[2]] ut A. | 13 et[1] *om.* Σc | 14 autem] itaque C | illa] ea c | 15 ~ odio magno c |

RAC ΣΛDΦm cr

odio nimis
ita ut maius esset odium quo oderat eam amore quo ante dilexerat
dixitque ei Amnon surge vade
16 quae respondit ei
maius est hoc malum quod nunc agis adversum me quam quod ante fecisti expellens me
et noluit audire eam
17 sed vocato puero qui ministrabat ei dixit
eice hanc a me foras et claude ostium post eam
18 quae induta erat talari tunica
huiuscemodi enim filiae regis virgines vestibus utebantur
eiecit itaque eam minister illius foras clausitque fores post eam
I Sm 4,12! Est 4,1! 19 quae aspergens cinerem capiti suo
IV Esr 9,38 scissa talari tunica
Ier 2,37 inpositisque manibus super caput suum
ibat ingrediens et clamans
20 dixit autem ei Absalom frater suus
num Amnon frater tuus concubuit tecum
sed nunc soror tace frater tuus est
neque adfligas cor tuum pro re hac
mansit itaque Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui
21 cum autem audisset rex David verba haec contristatus est valde
22 porro non est locutus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum
oderat enim Absalom Amnon eo quod violasset Thamar sororem suam
23 factum est autem post tempus biennii
Gn 38,12; I Sm 25,4 ut tonderentur oves Absalom in Baalasor quae est iuxta Ephraim
et vocavit Absalom omnes filios regis
24 venitque ad regem et ait ad eum
ecce tondentur oves servi tui
veniat oro rex cum servis suis ad servum suum
25 dixitque rex ad Absalom
noli fili mi noli rogare ut veniamus omnes et gravemus te
cum autem cogeret eum et noluisset ire benedixit ei
26 et ait Absalom si non vis venire veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus
dixitque ad eum rex non est necesse ut vadat tecum
27 coegit itaque eum Absalom et dimisit cum eo Amnon et universos filios regis
28 praeceperat autem Absalom pueris suis dicens
observate cum temulentus fuerit Amnon vino
et dixero vobis percutite eum et interficite nolite timere
ego enim sum qui praecepi vobis
roboramini et estote viri fortes
29 fecerunt ergo pueri Absalom adversum Amnon sicut praeceperat eis Absalom
surgentesque omnes filii regis ascenderunt singuli mulas suas et fugerunt
30 cumque adhuc pergerent in itinere
fama praevenit ad David dicens
percussit Absalom omnes filios regis
et non remansit ex eis saltem unus
31 surrexit itaque rex et scidit vestimenta sua et cecidit super terram
et omnes servi ipsius qui adsistebant ei sciderunt vestimenta sua
32 respondens autem Ionadab filius Samaa fratris David dixit 3
ne aestimet dominus meus quod omnes pueri filii regis occisi sint

RAC ΣΛDΦm cr

15 quo[1]] quod ACΣD | surge + et CΣΛDΦ c | 20 numquid A c | ~ hac re c | 21 ualde + et noluit contristari (contristare Φ c) spiritum amnon (*om.* Φ) filii sui quoniam diligebat eum quia primogenitus erat ei ΣΦ c 𝔊 | 22 ~ nec bonum nec malum RΣ | suam] eius R | 26 uadat] ueniat C | 27 ~ absalom eum c | regis + feceratque absalom conuiuium quasi conuiuium regis Λ c 𝔊 | 28 praecepi RACr𝔐] praecipio *cet.* | 30 peruenit CΣ c | 31 ipsius] illius c; eius C | 32 meus + rex ΣΛ c |

Amnon solus mortuus est
quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius
33 nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud dicens
omnes filii regis occisi sunt
quoniam Amnon solus mortuus est
34 fugit autem Absalom
et levavit puer speculator oculos suos et aspexit
et ecce populus multus veniebat per iter devium ex latere montis
35 dixit autem Ionadab ad regem
ecce filii regis adsunt iuxta verbum servi tui sic factum est
36 cumque cessasset loqui apparuerunt et filii regis
et intrantes levaverunt vocem suam et fleverunt
sed et rex et omnes servi eius fleverunt ploratu magno nimis
37 porro Absalom fugiens abiit ad Tho-
3,3; I Par 3,2 lomai filium Amiur regem Gessur
luxit ergo David filium suum cunctis diebus
38 Absalom autem cum fugisset et ve-
15,8 nisset in Gessur fuit ibi tribus annis
39 cessavitque David rex persequi Absalom
eo quod consolatus esset super Amnon interitu
14 intellegens autem Ioab filius Sarviae quod cor regis versum esset ad Absalom
2 misit Thecuam et tulit inde mulierem sapientem dixitque ad eam
lugere te simula et induere veste lugubri et ne unguaris oleo
ut sis quasi mulier plurimo iam tempore lugens mortuum
3 et ingredieris ad regem et loqueris ad eum sermones huiuscemodi
posuit autem Ioab verba in ore eius
4 itaque cum ingressa fuisset mulier thecuites ad regem
cecidit coram eo super terram et ado- I Sm 25,23!
ravit et dixit serva me rex
5 et ait ad eam rex quid causae habes
quae respondit heu mulier vidua ego sum
mortuus est enim vir meus
6 et ancillae tuae erant duo filii
qui rixati sunt adversum se in agro
nullusque erat qui eos prohibere posset
et percussit alter alterum et interfecit eum
7 et ecce consurgens universa cognatio adversum ancillam tuam dicit
trade eum qui percussit fratrem su- Dt 19,12!
um
ut occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit
et deleamus heredem
et quaerunt extinguere scintillam meam quae relicta est
ut non supersit viro meo nomen et reliquiae super terram
8 et ait rex ad mulierem
vade in domum tuam et ego iubebo pro te
9 dixitque mulier thecuites ad regem
in me domine mi rex iniquitas et in I Sm 25,24
domum patris mei
rex autem et thronus eius sit innocens
10 et ait rex qui contradixerit tibi adduc eum ad me et ultra non addet ut tangat te
11 quae ait recordetur rex Domini Dei sui
ut non multiplicentur proximi sanguinis ad ulciscendum
et nequaquam interficient filium meum
qui ait vivit Dominus quia non cadet Lc 21,18!

34 et eleuauit c | per iter] pariter CD | 36 et¹ *om.* CΣ | 37 ammiud c | 39 ~ rex dauid c | interitum CDΦ ‖ 14,2 ~ iam plurimo c | 3 huiusmodi AD | 4 thecuitis RDΦc | 5 heu heu C | 7 eum²] illum AΣΛ | derelicta R | 9 thecuitis RDc | rex¹ + sit c | 10 addet] audet RΣ | 11 ut] et RΦ | interficiant c |

RAC ΣΛDΦm cr

de capillis filii tui super terram
I Sm 25,24! 12 dixit ergo mulier loquatur ancilla tua
ad dominum meum regem verbum
et ait loquere
13 dixitque mulier
quare cogitasti istiusmodi rem contra populum Dei
et locutus est rex verbum istud ut
peccet et non reducat eiectum suum
Gn 49,4; Ps 21,15 14 omnes morimur et quasi aquae delabimur in terram quae non revertuntur
Ez 18,23; 33,11! nec vult perire Deus animam
sed retractat cogitans ne penitus pereat qui abiectus est
15 nunc igitur veni ut loquar ad regem
dominum meum verbum hoc praesente populo
et dixit ancilla tua loquar ad regem
si quo modo faciat rex verbum ancillae suae
16 et audivit rex ut liberaret ancillam suam
I Sm 26,19 de manu omnium qui volebant delere me et filium meum simul de hereditate Dei
17 dicat ergo ancilla tua ut fiat verbum
domini mei regis quasi sacrificium
20; 19,27; I Sm 29,9; Est 15,16; Za 12,8 sicut enim angelus Dei sic est dominus meus rex
ut nec benedictione nec maledictione moveatur
unde et Dominus Deus tuus est tecum
18 et respondens rex dixit ad mulierem
ne abscondas a me verbum quod te interrogo
dixitque mulier loquere domine mi rex
19 et ait rex numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis
respondit mulier et ait
per salutem animae tuae domine mi rex
nec ad dextram nec ad sinistram est
ex omnibus his quae locutus est dominus meus rex
servus enim tuus Ioab ipse praecepit mihi
et ipse posuit in os ancillae tuae omnia verba haec
20 ut verterem figuram sermonis huius
servus tuus Ioab praecepit istud
tu autem domine mi sapiens es sicut 17!
habet sapientiam angelus Dei
ut intellegas omnia super terram
21 et ait rex ad Ioab ecce placatus feci verbum tuum
vade igitur et revoca puerum Absalom
22 cadensque Ioab super faciem suam Gn 18,2.3; Ex 34,8.9; Rt 2,10
in terram
adoravit et benedixit regi
et dixit Ioab
hodie intellexit servus tuus quia inveni gratiam in oculis tuis domine mi rex
fecisti enim sermonem servi tui
23 surrexit ergo Ioab et abiit in Gessur
et adduxit Absalom in Hierusalem
24 dixit autem rex revertatur in domum
suam et faciem meam non videat
reversus est itaque Absalom in domum suam et faciem regis non vidit
25 porro sicut Absalom vir non erat I Sm 9,2; 16,12! III Rg 1,6
pulcher in omni Israhel et decorus nimis
a vestigio pedis usque ad verticem
non erat in eo ulla macula
26 et quando tondebatur capillum
semel autem in anno tondebatur
quia gravabat eum caesaries
ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico

RAC ΣΛDΦm cr
11 de capillis] capillus C | 13 huiuscemodi c | 14 delabimur RAr] dilabimur *cet.* | reuertantur R; reuertentur ΛDΦ | ~ deus perire ΛΦc | 15 ~ dominum meum regem CΣc | uerba² RC. | 16 dei] domini CΛDΦ | ~ de hereditate (dei) delere me et filium meum simul ΛDΦc | 17 fiat] faciat CD | quasi] sicut DΦc | 18 dixitque + ei Cc | 19 ~ ad sinistram nec ad dexteram c | 20 mi + rex ΣΛc | 21 igitur] ergo c. | 22 ~ in faciem suam super terram C. | intellexi CD | 26 tondebat capillum c; tondebat capillos Φ |

27 nati sunt autem Absalom filii tres
et filia una nomine Thamar eleganti forma
28 mansitque Absalom Hierusalem duobus annis et faciem regis non vidit
29 misit itaque ad Ioab ut mitteret eum ad regem qui noluit venire ad eum
cumque secundo misisset et ille noluisset venire 30 dixit servis suis
scitis agrum Ioab iuxta agrum meum habentem messem hordei
ite igitur et succendite eum igni
Idc 15,5; Idt 2,17 succenderunt ergo servi Absalom segetem igni
31 surrexitque Ioab et venit ad Absalom in domum eius et dixit
quare succenderunt servi tui segetem meam igni
32 et respondit Absalom ad Ioab
misi ad te obsecrans ut venires ad me
et mitterem te ad regem ut diceres ei quare veni de Gessur
melius mihi erat ibi esse
obsecro ergo ut videam faciem regis
quod si memor est iniquitatis meae interficiat me
33 ingressus Ioab ad regem nuntiavit ei
vocatusque Absalom intravit ad regem
et adoravit super faciem terrae coram eo
osculatusque est rex Absalom
I Sm 8,11; III Rg 1,5 **15** igitur post haec fecit sibi Absalom currum et equites et quinquaginta viros qui praecederent eum
18,4; Iob 29,7! 2 et mane consurgens Absalom stabat iuxta introitum portae
et omnem virum qui habebat negotium ut veniret ad regis iudicium
vocabat Absalom ad se et dicebat
de qua civitate es tu
qui respondens aiebat ex una tribu Israhel ego sum servus tuus
3 respondebatque ei Absalom
videntur mihi sermones tui boni et iusti
sed non est qui te audiat constitutus a rege
dicebatque Absalom
4 quis me constituat iudicem super terram
ut ad me veniant omnes qui habent negotium et iuste iudicem
5 sed et cum accederet ad eum homo ut salutaret illum
extendebat manum suam et adprehendens osculabatur eum
6 faciebatque hoc omni Israhel qui veniebat ad iudicium ut audiretur a rege
et sollicitabat corda virorum Israhel
7 post quattuor autem annos dixit Absalom ad regem
vadam et reddam vota mea quae vovi Domino in Hebron
8 vovens enim vovit servus tuus cum esset in Gessur Syriae dicens 13,38
si reduxerit me Dominus in Hierusalem sacrificabo Domino
9 dixitque ei rex vade in pace
et surrexit et abiit in Hebron
10 misit autem Absalom exploratores in universas tribus Israhel dicens
statim ut audieritis clangorem bucinae dicite regnavit Absalom in Hebron
11 porro cum Absalom ierunt ducenti viri de Hierusalem vocati
euntes simplici corde et causam penitus ignorantes
12 accersivit quoque Absalom Ahitofel Gilonitem consiliarium David de 23,34; I Par 27,33

27 elegantis formae Φ c; eliganti formae CD. | 28 absalom + in C c | 29 uenire[2] + ad eum c | 30 igni[2] + et uenientes serui ioab scissis uestibus suis dixerunt succenderunt serui (pueri Σ) absalom partem agri igni Σ c 𝔊 | 31 ad *om.* R | 32 et[2]] ut R | ut[2]] et ΛDΦ c | 33 ingressus + itaque c | ei + omnia c | absalom[1]] est absalom Σ; est absalom et c ‖ **15**, 1 currus Σ c | 2 sum *om.* C; ~ sum ego Σ. | 4 [*deest* D *usque ad* 22,16] | 6 israheli[1] AΣ | qui ueniebat] uenienti c. | 7 quattuor] quadraginta A c 𝔐 | regem + dauid ΣΛΦ c | 8 essem R | 9 rex + dauid Σ c |

RAC ΣΛ(D)Φm cr

civitate sua Gilo
cum immolaret victimas
IV Rg 14,19 et facta est coniuratio valida
populusque concurrens augebatur cum Absalom
13 venit igitur nuntius ad David dicens
toto corde universus Israhel sequitur Absalom
14 et ait David servis suis qui erant cum eo in Hierusalem
surgite fugiamus neque enim erit nobis effugium a facie Absalom
festinate egredi ne forte veniens occupet nos
et inpellat super nos ruinam
et percutiat civitatem in ore gladii
15 dixeruntque servi regis ad eum
omnia quaecumque praeceperit dominus noster rex libenter exsequimur servi tui
16 egressus est ergo rex et universa domus eius pedibus suis
16,21; 20,3 et dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum
17 egressusque rex et omnis Israhel pedibus suis
stetit procul a domo
18 et universi servi eius ambulabant iuxta eum
IV Rg 11,19 et legiones Cherethi et Felethi
I Sm 27,2! et omnes Getthei sescenti viri qui secuti eum fuerant de Geth praecedebant regem
18,2 19 dixit autem rex ad Ethai Gettheum
cur venis nobiscum
revertere et habita cum rege
quia peregrinus es et egressus de loco tuo
20 heri venisti et hodie inpelleris nobiscum egredi
ego autem vadam quo iturus sum
revertere et reduc tecum fratres tuos
ostendisti gratiam et fidem
21 et respondit Ethai regi dicens
vivit Dominus et vivit dominus meus rex
quoniam in quocumque loco fueris domine mi rex Rt 1,16; Io 12,26!
sive in morte sive in vita
ibi erit servus tuus
22 et ait David Ethai veni et transi
et transivit Ethai Gettheus
et omnes viri qui cum eo erant
et reliqua multitudo
23 omnesque flebant voce magna Idc 20,26! 21,2
et universus populus transiebat
rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron Io 18,1
et cunctus populus incedebat contra viam quae respicit ad desertum
24 venit autem et Sadoc et universi Levitae cum eo
portantes arcam foederis Dei Ios 3,3! III Rg 8,3.4
et deposuerunt arcam Dei
et ascendit Abiathar
donec expletus est omnis populus qui egressus fuerat de civitate
25 et dixit rex ad Sadoc
reporta arcam Dei in urbem
si invenero gratiam in oculis Domini Gn 18,3!
reducet me et ostendet mihi eam et tabernaculum suum
26 si autem dixerit non places
praesto sum faciat quod bonum est coram se
27 et dixit rex ad Sadoc sacerdotem
o videns revertere in civitatem in pace
et Achimaas filius tuus et Ionathan filius Abiathar 36; 17,17; III Rg 1,42
duo filii vestri sint vobiscum
28 ecce ego abscondar in campestribus deserti 17,16
donec veniat sermo a vobis indicans mihi
29 reportaverunt igitur Sadoc et Abiathar arcam Dei Hierusalem et man- III Rg 2,26

RAC ΣΛΦm cr

12 cum[1]] cumque Φ c | et *om.* Φ c | 15 exsequemur Φ c | 18 getthei + pugnatores (+ et Σ) ualidi ΣΛΦ c | geth + pedites c | 19 egressus + es c | 20 compelleris c | tuos + et dominus faciet tecum misericordiam et ueritatem (+ quia c) ΣΛ c 𝔊 | 22 ~ erant cum eo R | 24 sadoc + sacerdos ΣΛ c | dei[1]] domini R | est] esset A c | 26 dixerit + mihi Λ c | 27 in ciuitate RCr | 29 igitur] ergo c.; *om.* Σ. | dei] domini R; + in RΣ c |

serunt ibi
30 porro David ascendebat clivum
Olivarum scandens et flens
operto capite et nudis pedibus incedens
sed et omnis populus qui erat cum eo
operto capite ascendebat plorans
31 nuntiatum est autem David quod et
Ahitofel esset in coniuratione cum
Absalom
34; 17,14 dixitque David infatua quaeso consilium Ahitofel Domine
16,1 32 cumque ascenderet David summitatem montis
in quo adoraturus erat Dominum
ecce occurrit ei Husai Arachites
scissa veste et terra pleno capite
33 et dixit ei David
19,35 si veneris mecum eris mihi oneri
34 si autem in civitatem revertaris et dixeris Absalom servus tuus sum rex
16,19 sicut fui servus patris tui sic ero servus tuus
31; 17,14 dissipabis consilium Ahitofel
17,15 35 habes autem tecum Sadoc et Abiathar sacerdotes
et omne verbum quodcumque audieris de domo regis
indicabis Sadoc et Abiathar sacerdotibus
36 sunt autem cum eis duo filii eorum
27; 17,17; III Rg 1,42 Achimaas Sadoc et Ionathan Abiathar
17,16 et mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis
16,16; I Par 27,33 37 veniente ergo Husai amico David in civitatem
16,15 Absalom quoque ingressus est Hierusalem
15,32 **16** cumque David transisset paululum montis verticem
9,2; 19,17 apparuit Siba puer Mifiboseth in occursum eius cum duobus asinis I Sm 25,18
qui onerati erant ducentis panibus
et centum alligaturis uvae passae
et centum massis palatarum et utribus vini
2 et dixit rex Sibae quid sibi volunt haec
responditque Siba asini domestici regis ut sedeant
et panes et palatae ad vescendum pueris tuis
vinum autem ut bibat si quis defecerit in deserto
3 et ait rex ubi est filius domini tui
responditque Siba regi
remansit in Hierusalem dicens
hodie restituet mihi domus Israhel regnum patris mei
4 et ait rex Sibae
tua sint omnia quae fuerunt Mifiboseth
dixitque Siba adoro
inveniam gratiam coram te domine mi rex
5 venit ergo rex David usque Baurim 19,16; III Rg 2,8
et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul nomine Semei filius Gera
procedebat egrediens et maledicebat
6 mittebatque lapides contra David et contra universos servos regis David
omnis autem populus et universi bellatores
a dextro et sinistro latere regis incedebant
7 ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi
egredere egredere vir sanguinum et vir Belial Dt 13,13!
8 reddidit tibi Dominus universum sanguinem domus Saul
quoniam invasisti regnum pro eo

30 ~ nudis pedibus incedens et operto capite c. | 31 ~ domine consilium ahitofel ΛΦ c | 34 sin autem AΛΦm | in ciuitate CΣ | 36 achimaas + filius Σ c | ionathan + filius Σ c || 16,1 alligaturas RCΦ; ligaturis ΣΛ | massas R | utre c. | 2 domesticis AΛ c | et[2] *om.* c | 4 adoro] oro ΛΦ c; + ut Σ c | 5 usque + in C; + ad Σ | procedebatque c. | 6 et[3] + a ΛΦ c | 8 reddet RΛ |

RAC ΣΛΦm cr

et dedit Dominus regnum in manu
Absalom filii tui
et ecce premunt te mala tua
quoniam vir sanguinum es
19,21 9 dixit autem Abisai filius Sarviae regi
quare maledicit canis hic moriturus
domino meo regi
vadam et amputabo caput eius
19,22 10 et ait rex
quid mihi et vobis filii Sarviae
dimittite eum maledicat
Dominus enim praecepit ei ut male-
diceret David
et quis est qui audeat dicere quare
sic fecerit
11 et ait rex Abisai et universis servis
suis
ecce filius meus qui egressus est de
utero meo quaerit animam meam
quanto magis nunc filius Iemini
dimittite eum ut maledicat iuxta
praeceptum Domini
Ex 4,31! 12 si forte respiciat Dominus adflictio-
nem meam
et reddat mihi bonum pro maledic-
tione hac hodierna
13 ambulabat itaque David et socii eius
per viam cum eo
Semei autem per iugum montis ex
latere contra illum gradiebatur ma-
ledicens
et mittens lapides adversum eum
terramque spargens
I Sm 14,31! 14 venit itaque rex et universus populus
cum eo lassus et refocilati sunt ibi
15,37 15 Absalom autem et omnis populus
Israhel ingressi sunt Hierusalem
sed et Ahitofel cum eo
15,37; I Par 27,33 16 cum autem venisset Husai Arachites
amicus David ad Absalom
locutus est ad eum salve rex salve
rex
17 ad quem Absalom
haec est inquit gratia tua ad amicum
tuum
quare non isti cum amico tuo
18 responditque Husai ad Absalom
nequaquam quia illius ero quem ele-
git Dominus
et omnis hic populus et universus Is-
rahel
et cum eo manebo
19 sed ut et hoc inferam
cui ego serviturus sum nonne filio 15,34
regis
sicut parui patri tuo sic parebo et tibi
20 dixit autem Absalom ad Ahitofel
inite consilium quid agere debea-
mus
21 et ait Ahitofel ad Absalom
ingredere ad concubinas patris tui 15,16; 20,3
quas dimisit ad custodiendam do-
mum
ut cum audierit omnis Israhel quod
foedaveris patrem tuum
roborentur manus eorum tecum
22 tetenderunt igitur Absalom taberna-
culum in solario
ingressusque est ad concubinas pat- 3,8; 12,11; Gn 35,22
ris sui coram universo Israhel
23 consilium autem Ahitofel quod da-
bat in diebus illis
quasi si quis consuleret Deum sic
erat omne consilium Ahitofel
et cum esset cum David et cum esset
cum Absalom
17 dixit igitur Ahitofel ad Absalom
eligam mihi duodecim milia viro-
rum
et consurgens persequar David hac
nocte
2 et inruens super eum quippe qui las-
sus est et solutis manibus percutiam
eum
cumque fugerit omnis populus qui
cum eo est percutiam regem deso-
latum
3 et reducam universum populum quo-

RAC ΣΛΦm cr
9 mortuus R c | 10 uobis + est Φ c | eum + et Σ; + ut CΛΦ c | 11 dimitte AC | 12 dominus] deus R | mihi + dominus c. | 15 israhel] eius c | 17 iuisti c; uenisti Σ | 18 et[3] *om.* R | 19 sic] ita c | 20 autem] ergo R | 21 ~ tecum manus eorum c | 22 igitur] ergo c. | 23 si quis] qui R || **17**,1 igitur] ergo c. |

modo omnis reverti solet
Io 11,50 unum enim virum tu quaeris
et omnis populus erit in pace
4 placuitque sermo eius Absalom et
cunctis maioribus natu Israhel
5 ait autem Absalom
vocate et Husai Arachiten
et audiamus quid etiam ipse dicat
6 cumque venisset Husai ad Absalom
ait Absalom ad eum
huiuscemodi sermonem locutus est
Ahitofel
facere debemus an non
quod das consilium
7 et dixit Husai ad Absalom
non bonum consilium quod dedit
Ahitofel hac vice
8 et rursum intulit Husai
tu nosti patrem tuum et viros qui
cum eo sunt esse fortissimos et
amaro animo
Prv 17,12; Os 13,8 veluti si ursa raptis catulis in saltu
saeviat
sed et pater tuus vir bellator est
nec morabitur cum populo
9 forsitan nunc latitat in foveis aut in
uno quo voluerit loco
et cum ceciderit unus quilibet in
principio
audiet quicumque audierit et dicet
facta est plaga in populo qui seque-
batur Absalom
10 et fortissimus quoque cuius cor est
quasi leonis pavore solvetur
scit enim omnis populus Israhel
fortem esse patrem tuum et robustos
omnes qui cum eo sunt
11 sed hoc mihi videtur rectum esse con-
silium
congregetur ad te universus Israhel
Idc 20,1! II Par 30,5 Gn 32,12! III Rg 4,20 a Dan usque Bersabee quasi harena
maris innumerabilis
et tu eris in medio eorum
12 et inruemus super eum in quocum-
que loco fuerit inventus
et operiemus eum sicut cadere solet
ros super terram
et non relinquemus de viris qui cum
eo sunt ne unum quidem
13 quod si urbem aliquam fuerit in-
gressus
circumdabit omnis Israhel civitati
illi funes
et trahemus eam in torrentem
ut non repperiatur nec calculus qui-
dem ex ea
14 dixitque Absalom et omnis vir Israhel
melius consilium Husai Arachitae
consilio Ahitofel
Domini autem nutu dissipatum est 15,31.34
consilium Ahitofel utile
ut induceret Dominus super Absa-
lom malum
15 et ait Husai Sadoc et Abiathar sacer- 15,35
dotibus
hoc et hoc modo consilium dedit
Ahitofel Absalom et senibus Israhel
et ego tale et tale dedi consilium
16 nunc ergo mittite cito et nuntiate 15,36
David dicentes
ne moremini nocte hac in campestri- 15,28
bus deserti
sed absque dilatione transgredere
ne forte absorbeatur rex et omnis
populus qui cum eo est
17 Ionathan autem et Achimaas sta- 15,27! 36!
bant iuxta fontem Rogel
abiit ancilla et nuntiavit eis
et illi profecti sunt ut referrent ad
regem David nuntium
non enim poterant videri aut introire
civitatem
18 vidit autem eos quidam puer et indi-
cavit Absalom

RAC ΣΛΦm cr

3 omnis reuerti solet R r] omne reu. solet A; omnes reu. solent C; amnis reu. solet Φm; omnis unus reu. solet Λ.; unus homo reu. solet c; unus homo reuertenti solet Σ. | 5 et¹ *om.* c | 6 sermonem + quem R | 7 non + est c | 9 forsan RA. | 10 quoque] quique CΛ; quisque c | 12 ~ inuentus fuerit c | 13 nec] ne A c | 14 omnis uir RΛΦ.𝔐𝔊] omnes uiri *cet.* | melius + est Σ c | 15 senioribus ΣΛΦ c | ~ consilium dedi R | 16 ne moreris Σ c; + in C | 17 introire + in R |

illi vero concito gradu ingressi sunt
domum cuiusdam viri in Baurim
qui habebat puteum in vestibulo suo
et descenderunt in eum
19 tulit autem mulier et expandit velamen super os putei quasi siccans ptisanas
et sic res latuit
20 cumque venissent servi Absalom ad mulierem in domum
dixerunt ubi est Achimaas et Ionathan
et respondit eis mulier
transierunt gustata paululum aqua
at hii qui quaerebant cum non repperissent reversi sunt Hierusalem
21 cumque abissent ascenderunt illi de puteo
et pergentes nuntiaverunt regi David atque dixerunt
surgite transite cito fluvium
quoniam huiuscemodi dedit consilium contra vos Ahitofel
22 surrexit ergo David et omnis populus qui erat cum eo
et transierunt Iordanem donec dilucesceret
et ne unus quidem residuus fuit qui non transisset fluvium
23 porro Ahitofel videns quod non fuisset factum consilium suum
stravit asinum suum et surrexit et abiit in domum suam et in civitatem suam
et disposita domo sua suspendio interiit
et sepultus est in sepulchro patris sui
27 24 David autem venit in Castra
et Absalom transivit Iordanem
ipse et omnis vir Israhel cum eo
25 Amasam vero constituit Absalom pro Ioab super exercitum
III Rg 2,5.32 Amasa autem erat filius viri qui vocabatur Iethra de Hiesreli
qui ingressus est ad Abigail filiam Naas I Par 2,16.17
sororem Sarviae quae fuit mater Ioab
26 et castrametatus est Israhel cum Absalom in terra Galaad
27 cumque venisset David in Castra 24
Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon
et Machir filius Ammihel de Lodabar 9,4
et Berzellai Galaadites de Rogelim 19,31
28 obtulerunt ei stratoria et tappetia et vasa fictilia
frumentum et hordeum et farinam
pulentam et fabam et lentem
frixum cicer 29 et mel et butyrum
oves et pingues vitulos
dederuntque David et populo qui cum eo erat ad vescendum 1 Sm 25,27
suspicati enim sunt populum fame et siti fatigari in deserto

18 igitur considerato David populo suo
constituit super eum tribunos et centuriones
2 et dedit populi tertiam partem sub manu Ioab
et tertiam in manu Abisai filii Sarviae fratris Ioab 10,10; I Sm 26,6!
et tertiam sub manu Ethai qui erat de Geth 15,19
dixitque rex ad populum
egrediar et ego vobiscum
3 et respondit populus non exibis
sive enim fugerimus non magnopere ad eos de nobis pertinebit
sive media pars ceciderit e nobis non satis curabunt
quia tu unus pro decem milibus conputaris
melius est igitur ut sis nobis in urbe praesidio

RAC ΣΛΦm cr 19 ~ latuit res ΛΦ c | 20 in domo R | ~ in domum ad mulierem c. | transierunt] *praem.* festinanter Σ; + festinanter c; + festinantes Λ | at] et C | sunt – in c | 21 atque] et c | surgite + et AΣ c | 22 ~ cum eo erat c | 23 et surrexit] surrexitque c; *om.* Σ. | 24 omnis uir RΛ𝔐𝔊] omnes uiri *cet.* | 28 farinam + et Σ c | lentem + et ΛΦ c | 29 erant CΛΦ || 18,1 eum] eos A c | 2 tertiam 2.3 + partem c | in] sub ΣΦ c | 3 magno opere R |

4 ad quos rex ait
quod vobis rectum videtur hoc faciam
15,21! stetit ergo rex iuxta portam
egrediebaturque populus per turmas suas centeni et milleni
12 5 et praecepit rex Ioab et Abisai et Ethai dicens
servate mihi puerum Absalom
et omnis populus audiebat praecipientem regem cunctis principibus pro Absalom
6 itaque egressus est populus in campum contra Israhel
et factum est proelium in saltu Ephraim
2,17 7 et caesus est ibi populus Israhel ab exercitu David
factaque est ibi plaga magna in die illa viginti milium
8 fuit autem ibi proelium dispersum super faciem omnis terrae
et multo plures erant quos saltus consumpserat de populo
quam hii quos voraverat gladius in die illa
9 accidit autem ut occurreret Absalom servis David sedens mulo
cumque ingressus fuisset mulus subter condensam quercum et magnam
adhesit caput eius quercui
et illo suspenso inter caelum et terram
mulus cui sederat pertransivit
10 vidit autem hoc quispiam et nuntiavit Ioab dicens
vidi Absalom pendere de quercu
11 et ait Ioab viro qui nuntiaverat ei
si vidisti quare non confodisti eum cum terra
et ego dedissem tibi decem argenti siclos et unum balteum
12 qui dixit ad Ioab
si adpenderes in manibus meis mille argenteos
nequaquam mitterem manum meam in filium regis
audientibus enim nobis praecepit rex 5
tibi et Abisai et Ethai dicens
custodite mihi puerum Absalom
13 sed et si fecissem contra animam meam audacter
nequaquam hoc regem latere potuisset et tu stares ex adverso
14 et ait Ioab non sicut tu vis sed adgrediar eum coram te
tulit ergo tres lanceas in manu sua et infixit eas in corde Absalom
cumque adhuc palpitaret herens in quercu
15 cucurrerunt decem iuvenes armigeri Ioab
et percutientes interfecerunt eum
16 cecinit autem Ioab bucina 2,28
et retinuit populum ne persequeretur fugientem Israhel
volens parcere multitudini
17 et tulerunt Absalom et proiecerunt Ios 10,27
eum in saltu in foveam grandem
et conportaverunt super eum acer- Ios 7,26; 8,29
vum lapidum magnum nimis
omnis autem Israhel fugit in taber- 19,8
nacula sua
18 porro Absalom erexerat sibi cum adhuc viveret titulum qui est in valle Regis
dixerat enim non habeo filium et hoc erit monumentum nominis mei
vocavitque titulum nomine suo
et appellatur manus Absalom usque ad hanc diem
19 Achimaas autem filius Sadoc ait
curram et nuntiabo regi
quia iudicium fecerit ei Dominus de 31
manu inimicorum eius
20 ad quem Ioab dixit
non eris nuntius in hac die sed nun-

4 ~ uidetur rectum c | 7 ibi² ACmr𝔐] *om. cet.* | 8 illo ΑΣΛΦ | 9 sedebat C; insederat c; insedebat Σ | 12 et² *om.* C | 14 sicut tu] sicuti A; sicut Rr | in quercum CΛ | 17 in saltum R | 18 appellauit A |

RAC ΣΛΦm cr

tiabis in alia
hodie nolo te nuntiare
filius enim regis est mortuus
21 et ait Ioab Chusi vade et nuntia regi
quae vidisti
adoravit Chusi Ioab et cucurrit
22 rursum autem Achimaas filius Sadoc
dixit ad Ioab
quid inpedit si etiam ego curram
post Chusi
dixitque Ioab
quid vis currere fili mi
non eris boni nuntii baiulus
23 qui respondit quid enim si cucurrero
et ait ei curre
currens ergo Achimaas per viam
conpendii transivit Chusi
19,8; Rt 4,1! 24 David autem sedebat inter duas portas
speculator vero qui erat in fastigio
portae super murum
elevans oculos vidit hominem currentem solum
25 et exclamans indicavit regi
dixitque rex si solus est bonus est
nuntius in ore eius
properante autem illo et accedente
propius
26 vidit speculator hominem alterum
currentem
et vociferans in culmine ait
apparet mihi homo currens solus
dixitque rex et iste bonus est nuntius
27 speculator autem contemplor ait
cursum prioris quasi cursum Achimaas filii Sadoc
et ait rex vir bonus est et nuntium
portans bonum venit
28 clamans autem Achimaas dixit ad
I Sm 24,9! regem salve
et adorans regem coram eo pronus
in terram ait
benedictus Dominus Deus tuus qui
conclusit homines qui levaverunt
manus suas contra dominum meum regem
29 et ait rex estne pax puero Absalom 32
dixitque Achimaas
vidi tumultum magnum cum mitteret
Ioab servus tuus o rex me servum
tuum nescio aliud
30 ad quem rex transi ait et sta hic
cumque ille transisset et staret
31 apparuit Chusi et veniens ait
bonum adporto nuntium domine mi
rex
iudicavit enim pro te Dominus hodie 19
de manu omnium qui surrexerunt
contra te
32 dixit autem rex ad Chusi
estne pax puero Absalom 29
cui respondens Chusi
fiant inquit sicut puer inimici domini
mei regis
et universi qui consurgunt adversum
eum in malum
33 contristatus itaque rex ascendit cenaculum portae
et flevit et sic loquebatur vadens
fili mi Absalom fili mi Absalom 19,4
quis mihi tribuat ut ego moriar pro te
Absalom fili mi fili mi
19 nuntiatum est autem Ioab quod rex
fleret et lugeret filium suum
2 et versa est victoria in die illa in luctum omni populo
audivit enim populus in die illa dici
dolet rex super filio suo
3 et declinabat populus in die illa ingredi civitatem
quomodo declinare solet populus
versus et fugiens de proelio
4 porro rex operuit caput suum et clamabat voce magna
fili mi Absalom Absalom fili mi fili mi 18,33
5 ingressus ergo Ioab ad regem in do-

RAC ΣΛΦm cr

21 et[2] *om.* C | 22 dixitque + ei ΑΛΦc | 23 ei *om.* RC | 26 homo] *praem.* alter c; + alter CΛ | 28 salue + rex CΣΛΦc | in terra R | 29 tumultum] tumulum C | 30 ille transiret R | 31 surrexerant A | 32 puer + absalom R | 33 fili mi absalom[2]] absalom fili mi ΛΦc | fili mi[4] *om.* m.; + absalom ΣΛΦc || **19**,2 in luctu R | ~ in luctum in die illa ΛΦc | 3 declinabit m; declinauit CΛΦc |

mo dixit
confudisti hodie vultus omnium servorum tuorum
qui salvam fecerunt animam tuam
et animam filiorum tuorum et filiarum tuarum
et animam uxorum tuarum et animam concubinarum tuarum
6 diligis odientes te et odio habes diligentes te
et ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis et de servis tuis
et vere cognovi modo quia si Absalom viveret et nos omnes occubuissemus tunc placeret tibi
7 nunc igitur surge et procede et adloquens satisfac servis tuis
iuro enim tibi per Dominum quod si non exieris ne unus quidem remansurus sit tecum nocte hac
et peius erit hoc tibi quam omnia mala quae venerunt super te ab adulescentia tua usque in praesens
18,24; Rt 4,1! 8 surrexit ergo rex et sedit in porta
et omni populo nuntiatum est quod rex sederet in porta
venitque universa multitudo coram rege
18,17 Israhel autem fugit in tabernacula sua
9 omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israhel dicens
rex liberavit nos de manu inimicorum nostrorum
Idc 13,5! I Sm 9,16 ipse salvavit nos de manu Philisthinorum
et nunc fugit de terra propter Absalom
10 Absalom autem quem unximus super nos mortuus est in bello
usquequo siletis et non reducitis regem
11 rex vero David misit ad Sadoc et ad Abiathar sacerdotes dicens
loquimini ad maiores natu Iuda dicentes
cur venitis novissimi ad reducendum regem in domum suam
sermo autem omnis Israhel pervenerat ad regem in domo eius
12 fratres mei vos os meum et caro mea vos Gn 2,23!
quare novissimi reducitis regem
13 et Amasae dicite nonne os meum es et caro mea Gn 2,23!
haec faciat mihi Deus et haec addat
si non magister militiae fueris coram me omni tempore pro Ioab
14 et inclinavit cor omnium virorum Iuda quasi viri unius
miseruntque ad regem dicentes
revertere tu et omnes servi tui
15 et reversus est rex et venit usque ad Iordanem
et Iuda venit in Galgala
ut occurreret regi et transduceret eum Iordanem
16 festinavit autem Semei filius Gera filii Iemini de Baurim 16,5; III Rg 2,8
et descendit cum viris Iuda in occursum regis David
17 cum mille viris de Beniamin
et Siba puer de domo Saul et quindecim filii eius ac viginti servi erant cum eo 9,2.10; 16,1
et inrumpentes Iordanem ante regem
18 transierunt vada
ut transducerent domum regis et facerent iuxta iussionem eius
Semei autem filius Gera prostratus coram rege cum iam transisset Iordanem
19 dixit ad eum
ne reputes mihi domine mi iniquitatem Gn 50,17; Ex 32,31; Nm 12,11
neque memineris iniuriam servi tui in die qua egressus es domine mi rex de Hierusalem
neque ponas rex in corde tuo

5 in domum Λc; + et ACΣ | 6 diliges A.; diligens RC. | habens C | ~ omnes nos c | 7 quae euenerunt A | 9 omnisque RCr | 10 reducetis R | 11 ad[2] *om.* CΛc | uenistis RΛΦ | 13 ~ et caro mea es c | 15 et[3] + omnis ΣΛc | uenit[2] + usque c | in galgalam Rc. | 17 et[2] *om.* RA. | 18 transisset] transissent A | 19 iniuriarum AΛΦc | RAC ΣΛΦm cr

24,10; Nm 5,7! [20]agnosco enim servus tuus peccatum meum
et idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph
descendique in occursum domini mei regis
16,9 [21]respondens vero Abisai filius Sarviae dixit
numquid pro his verbis non occidetur Semei quia maledixit christo Domini
16,10 [22]et ait David quid mihi et vobis filii Sarviae
cur efficimini mihi hodie in Satan
I Sm 11,13 ergone hodie interficietur vir in Israhel
an ignoro hodie me factum regem super Israhel
III Rg 2,8 [23]et ait rex Semei non morieris iuravitque ei
9,6! [24]Mifiboseth quoque filius Saul descendit in occursum regis inlotis pedibus et intonsa barba
vestesque suas non laverat a die qua egressus fuerat rex usque ad diem reversionis eius in pace
[25]cumque Hierusalem occurrisset regi dixit ei rex
quare non venisti mecum Mifiboseth
[26]qui respondens ait
domine mi rex servus meus contempsit me
dixi ei ego famulus tuus ut sterneret mihi asinum et ascendens abirem cum rege
9,13! claudus enim sum servus tuus
[27]insuper et accusavit me servum tuum ad te dominum meum regem
14,17! Est 15,16 tu autem domine mi rex sicut angelus Dei
fac quod placitum est tibi
[28]neque enim fuit domus patris mei nisi morti obnoxia domino meo regi
tu autem posuisti me servum tuum inter convivas mensae tuae 9,7!
quid igitur habeo iustae querellae
aut quid possum ultra vociferari ad regem
[29]ait ergo ei rex
quid ultra loqueris fixum est quod locutus sum
tu et Siba dividite possessiones
[30]responditque Mifiboseth regi
etiam cuncta accipiat postquam reversus est dominus meus rex pacifice in domum suam
[31]Berzellai quoque Galaadites descendens de Rogelim transduxit regem Iordanem 17,27
paratus etiam ultra fluvium prosequi eum
[32]erat autem Berzellai Galaadites senex valde id est octogenarius
et ipse praebuit alimenta regi cum moraretur in Castris
fuit quippe vir dives nimis
[33]dixit itaque rex ad Berzellai
veni mecum ut requiescas secure mecum in Hierusalem
[34]et ait Berzellai ad regem
quot sunt dies annorum vitae meae Ps 118,84
ut ascendam cum rege Hierusalem
[35]octogenarius sum hodie
numquid vigent sensus mei ad discernendum suave aut amarum
aut delectare potest servum tuum cibus et potus
vel audire ultra possum vocem cantorum atque cantricum
quare servus tuus fit oneri domino meo regi 15,33
[36]paululum procedam famulus tuus ab Iordane tecum
nec indigeo hac vicissitudine
[37]sed obsecro ut revertar servus tuus
et moriar in civitate mea iuxta sepulchrum patris mei et matris meae

RAC ΣΛΦm cr 20 omni *om.* RC | 21 quia] qui CΣΛΦ | 22 ~ hodie mihi A; mihi *om.* Σ | 26 qui] et c | dixique CΦc | 27 dei + es c | 28 igitur] ergo c | 33 securus Φc | mecum[2] *om.* CΣ | 34 rege + in Σc | 35 ultra *om.* Σ; ~ possum ultra c | cantricium R.; cantatricum CΣΦc | fit] sit c | 36 nec] non c | 37 mea + et sepeliar ΣΛΦc |

est autem servus tuus Chamaam
ipse vadat tecum domine mi rex
et fac ei quod tibi bonum videtur
[38]dixitque rex mecum transeat Chamaam
et ego faciam ei quicquid tibi placuerit
et omne quod petieris a me inpetrabis
[39]cumque transisset universus populus et rex Iordanem
osculatus est rex Berzellai et benedixit ei
Gn 18,33; 31,55 et ille reversus est in locum suum
[40]transivit ergo rex in Galgalam et Chamaam cum eo
omnis autem populus Iuda transduxerat regem
et media tantum pars adfuerat de populo Israhel
[41]itaque omnes viri Israhel concurrentes ad regem dixerunt ei
quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda
et transduxerunt regem et domum eius Iordanem
omnesque viros David cum eo
[42]et respondit omnis vir Iuda ad viros Israhel
quia propior mihi est rex
cur irasceris super hac re
numquid comedimus aliquid ex rege
aut munera nobis data sunt
[43]et respondit vir Israhel ad viros Iuda et ait
decem partibus maior ego sum apud regem
magisque ad me pertinet David quam ad te
cur mihi fecisti iniuriam
et non mihi nuntiatum est priori ut reducerem regem meum
durius autem responderunt viri Iuda viris Israhel
21 **20** accidit quoque ut ibi esset vir Belial
nomine Seba filius Bochri vir iemineus
et cecinit bucina et ait
non est nobis pars in David neque hereditas in filio Isai III Rg 12,16; II Par 10,16
vir in tabernacula tua Israhel
[2]et separatus est omnis Israhel a David
secutusque est Seba filium Bochri
viri autem Iuda adheserunt regi suo a Iordane usque Hierusalem
[3]cumque venisset rex in domum suam Hierusalem
tulit decem mulieres concubinas 15,16; 16,21
quas dereliquerat ad custodiendam domum
et tradidit eas in custodiam alimenta eis praebens
et non est ingressus ad eas
sed erant clausae usque ad diem mortis suae in viduitate viventes
[4]dixit autem rex Amasae
convoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium et tu adesto praesens
[5]abiit ergo Amasa ut convocaret Iudam
et moratus est extra placitum quod ei constituerat
[6]ait autem David ad Abisai
nunc magis adflicturus est nos Seba filius Bochri quam Absalom
tolle igitur servos domini tui et persequere eum
ne forte inveniat civitates munitas et effugiat nos
[7]egressi sunt ergo cum eo viri Ioab
Cherethi quoque et Felethi et omnes robusti exierunt de Hierusalem
ad persequendum Seba filium Bochri
[8]cumque illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon
Amasa veniens occurrit eis
porro Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui

37 quod] quidquid c. | 38 dixit itaque ei rex c | 42 ~ mihi propior c | 43 ~ ego maior R | ~ fecisti mihi c || 20,1 in[1] + domo RΣ | uir[3] RAmr] redi uir C.; uade Σ; reuertere ΛΦc | 2 usque + ad CΛΦ; + in Σ | 3 suam + in ΣΛΦc | concubinas + suas CΛΦ | ~ ingressus est RΦ | usque in c | 5 constituerat + rex ΣΛΦc | 8 qui[1]] quae C |

RAC ΣΛΦm cr

et desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina
qui fabrefactus levi motu egredi poterat et percutere
Mt 26,49! 9 dixit itaque Ioab ad Amasa salve mi frater
et tenuit manu dextra mentum Amasae quasi osculans eum
10 porro Amasa non observavit gladium quem habebat Ioab
2,23! qui percussit eum in latere et effudit intestina eius in terram
nec secundum vulnus adposuit
Ioab autem et Abisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri
11 interea quidam viri cum stetissent iuxta cadaver Amasae de sociis Ioab dixerunt
ecce qui esse voluit pro Ioab comes David pro Ioab
12 Amasa autem conspersus sanguine iacebat in media via
vidit hoc quidam vir quod subsisteret omnis populus ad videndum eum
et amovit Amasam de via in agrum
operuitque eum vestimento ne subsisterent transeuntes propter eum
13 amoto igitur illo de via
transiebat omnis vir sequens Ioab
ad persequendum Seba filium Bochri
14 porro ille transierat per omnes tribus Israhel in Abelam et in Bethmacha
omnesque electi congregati fuerant ad eum
15 venerunt itaque et obpugnabant eum in Abela et in Bethmacha
et circumdederunt munitionibus civitatem et obsessa est urbs
omnis autem turba quae erat cum Ioab
moliebatur destruere muros
16 et exclamavit mulier sapiens de civitate
audite audite dicite Ioab adpropinqua huc et loquar tecum
17 qui cum accessisset ad eam ait illi
tu es Ioab et ille respondit ego
ad quem sic locuta est
audi sermones ancillae tuae
qui respondit audio
18 rursumque illa
sermo inquit dicebatur in veteri proverbio I Sm 24,14
qui interrogant interrogent in Abela et sic perficiebant
19 nonne ego sum quae respondeo veritatem Israhel
et tu quaeris subruere civitatem et evertere matrem in Israhel
quare praecipitas hereditatem Domini
20 respondensque Ioab ait
absit absit hoc a me
non praecipito neque demolior
21 non se sic habet res
sed homo de monte Ephraim Seba filius Bochri cognomine 1
levavit manum contra regem David
tradite illum solum et recedemus a civitate
et ait mulier ad Ioab
ecce caput eius mittetur ad te per murum
22 ingressa est ergo ad omnem populum
et locuta est eis sapienter
qui abscisum caput Seba filii Bochri proiecerunt ad Ioab
et ille cecinit tuba et recesserunt ab urbe unusquisque in tabernacula sua
Ioab autem reversus est Hierusalem ad regem
23 fuit ergo Ioab super omnem exercitum Israhel 23—26: 8,16–18; III Rg 4,3–6; I Par 18,15–17
Banaias autem filius Ioiadae super

RAC ΣΛΦm cr 8 fabrefactus] fabricatus c | 9 ad amasam Φc | 10 adposuit + et mortuus est c | 11 ~ uoluit esse C | pro ioab comes dauid pro ioab Am(*vid.*)r, *cf.* 𝔐] pro ioab R.; pro ioab comes dauid ΣΛΦc; comes dauid pro ioab C | 13 igitur] ergo c. | 14 transiebat C | in^2 *om.* RC cr | omnesque + uiri ΣΛc | 15 in^2 *om.* C | 19 ueritatem + in AΣc | quaeres R | subruere RAr] subuertere *cet.* | 21 ~ sic se Cc | manum + suam Φc | 22 abscissum c |

Cheretheos et Feletheos
III Rg 12,18; II Par 10,18! 24 Aduram vero super tributa
porro Iosaphat filius Ahilud a commentariis
25 Sia autem scriba
III Rg 4,4; I Par 24,6! Sadoc vero et Abiathar sacerdotes
26 Hira autem Hiaiarites erat sacerdos David
21 facta est quoque fames in diebus David tribus annis iugiter
I Sm 23,2! et consuluit David oraculum Domini
dixitque Dominus propter Saul et domum eius et sanguinem
quia occidit Gabaonitas
2 vocatis ergo Gabaonitis rex dixit ad eos
porro Gabaonitae non sunt de filiis Israhel
sed reliquiae Amorreorum
Ios 9,15! filii quippe Israhel iuraverant eis
et voluit Saul percutere eos zelo quasi pro filiis Israhel et Iuda
3 dixit ergo David ad Gabaonitas
quid faciam vobis et quod erit vestri piaculum
ut benedicatis hereditati Domini
4 dixeruntque ei Gabaonitae
non est nobis super argento et auro quaestio contra Saul et contra domum eius
neque volumus ut interficiatur homo de Israhel
ad quos ait quid ergo vultis ut faciam vobis
5 qui dixerunt regi
virum qui adtrivit nos et oppressit inique
ita delere debemus ut ne unus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israhel
6 dentur nobis septem viri de filiis eius
et crucifigamus eos Domino in Gabaath Saul quondam electi Domini
et ait rex ego dabo
7 pepercitque rex Mifiboseth filio Ionathan filii Saul 9,6!
propter iusiurandum Domini quod fuerat inter David et inter Ionathan filium Saul 1 Sm 20,42!
8 tulit itaque rex duos filios Respha filiae Ahia quos peperit Saul Armoni et Mifiboseth 3,7
et quinque filios Michol filiae Saul quos genuerat Hadriheli filio Berzellai qui fuit de Molathi I Sm 18,19
9 et dedit eos in manu Gabaonitarum
qui crucifixerunt illos in monte coram Domino
et ceciderunt hii septem simul
occisi in diebus messis primis incipiente messione hordei
10 tollens autem Respha filia Ahia cilicium substravit sibi super petram
ab initio messis donec stillaret aqua super eos de caelo
et non dimisit aves lacerare eos per diem neque bestias per noctem
11 et nuntiata sunt David quae fecerat Respha filia Ahia concubina Saul
12 et abiit David et tulit ossa Saul et ossa Ionathan filii eius I Sm 31,11.12
a viris Iabesgalaad qui furati fuerant ea de platea Bethsan in qua suspenderant eos Philisthim
cum interfecissent Saul in Gelboe
13 et asportavit inde ossa Saul et ossa Ionathan filii eius
et colligentes ossa eorum qui adfixi fuerant
14 sepelierunt ea cum ossibus Saul et Ionathan filii eius
in terra Beniamin in latere in sepulchro Cis patris eius
feceruntque omnia quae praeceperat rex

RAC ΣΛΦm cr

25 sia RAmr.] siua c.: siba *cet.* | uero] autem C || **21**,1 et[3]] est R.; *om.* c | sanguinum c | 2 sunt] erant Φc | 4 quaestio + sed CΣΛΦc | contra[2] *om.* C | ait] *praem.* rex Σc; + rex ΛΦ | 6 et[1]] ut ΣΛΦc | gabaa c | 8 sauli[1] c | michel RA; merob CΣΛ | 9 in manus Σc | illos] eos ΣΛΦc | 10 super[1]] supra c | petram] terram C | 14 et sepelierunt C | in sepulchro] sepulchri AΦ |

et repropitiatus est Deus terrae post haec
8,11 [15]factum est autem rursum proelium Philisthinorum adversum Israhel
et descendit David et servi eius cum eo et pugnabant contra Philisthim
deficiente autem David
[16]Iesbidenob qui fuit de genere Arafa
cuius ferrum hastae trecentas uncias adpendebat
et accinctus erat ense novo
nisus est percutere David
1 Sm 26,6! [17]praesidioque ei fuit Abisai filius Sarviae
et percussum Philistheum interfecit
tunc iuraverunt viri David dicentes
non egredieris nobiscum in bellum
ne extinguas lucernam Israhel
18—22: I Par 20,4–8 [18]secundum quoque fuit bellum in Gob contra Philistheos
23,27; I Par 11,29; 27,11 tunc percussit Sobbochai de Usathi Seph de stirpe Arafa
[19]tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philistheos
in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius bethleemites Goliath Gettheum
I Sm 17,7 cuius hastile hastae erat quasi liciatorium texentium
[20]quartum bellum fuit in Geth
in quo vir excelsus qui senos in manibus pedibusque habebat digitos id est viginti et quattuor
et erat de origine Arafa
[21]blasphemavit Israhel
percussit autem eum Ionathan filius Sammaa fratris David
[22]hii quattuor nati sunt de Arafa in Geth
et ceciderunt in manu David et servorum eius
Ps 17,1 **22** locutus est autem David Domino verba carminis huius
in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum
et de manu Saul [2]et ait
Dominus petra mea et robur meum et salvator meus 2—51: Ps 17,3–51
[3]Deus meus fortis meus sperabo in eum
scutum meum et cornu salutis meae
elevator meus et refugium meum Ps 58,17! 1 Sm 10,19!
salvator meus de iniquitate liberabis me I Esr 9,13; Ps 38,9; Tit 2,14
[4]laudabilem invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero Idc 10,12!
[5]quia circumdederunt me contritiones mortis torrentes Belial terruerunt me Ps 54,5 5—7: Ps 114,3.4
[6]funes inferi circumdederunt me praevenerunt me laquei mortis
[7]in tribulatione mea invocabo Dominum et ad Deum meum clamabo Ex 2,23! Ps 101,2
et exaudiet de templo suo vocem meam et clamor meus veniet ad aures eius
[8]commota est et contremuit terra Idc 5,4! Ps 17,8!
fundamenta montium concussa sunt Dt 32,22! Idt 16,18!
et conquassata quoniam iratus est
[9]ascendit fumus de naribus eius et ignis de ore eius voravit 13
carbones incensi sunt ab eo
[10]et inclinavit caelos et descendit et caligo sub pedibus eius Ps 143,5
[11]et ascendit super cherubin et volavit et lapsus est super pinnas venti
[12]posuit tenebras in circuitu suo latibulum Dt 4,11! Ps 96,2
cribrans aquas de nubibus caelorum
[13]prae fulgore in conspectu eius succensi sunt carbones ignis 9
[14]tonabit de caelis Dominus et Excelsus dabit vocem suam I Sm 2,10!
[15]misit sagittas et dissipavit eos fulgur et consumpsit eos Dt 32,23! Ps 143,6

RAC ΣΛΦm cr 14 et propitiatus CΛ | deus] dominus AΛΦ | 16 nisusque est C | 17 iam non Σc | lucernam + in R | 18 ~ bellum fuit c | arafa + de genere gigantum Φc | 20 uir + fuit c | et[1] *om.* Σc | 21 blasphemauit] *praem.* et ΛΦc; *praem.* qui m || **22**,1 suorum] eius C | 3 meus[1] *om.* c | in eo AΣ | 6 inferni c | 8 est[2] + eis c | 9 uorabit RΣΛΦc | succensi Cc | 10 et[1] *om.* Σc | 14 de caelo ΣΛΦc |

16 et apparuerunt effusiones maris et
revelata sunt fundamenta orbis
ab increpatione Domini ab inspiratione spiritus furoris eius
Ps 143,7 17 misit de excelso et adsumpsit me extraxit me de aquis multis
18 liberavit me ab inimico meo potentissimo
Ps 68,15; 105,10; 141,7; Lc 1,71 ab his qui oderant me quoniam robustiores me erant
19 praevenit me in die adflictionis meae
et factus est Dominus firmamentum meum
20 et eduxit me in latitudinem liberavit me quia placuit ei
25; 1 Sm 26,23! Ps 7,9! 21 retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam
et secundum munditiam manuum mearum reddet mihi
22 quia custodivi vias Domini et non egi impie a Deo meo
23 omnia enim iudicia eius in conspectu meo
Ps 118,102 et praecepta eius non amovi a me
24 et ero perfectus cum eo et custodiam me ab iniquitate mea
21! 25 et restituet Dominus mihi secundum iustitiam meam
et secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum
26 cum sancto sanctus eris et cum robusto perfectus
27 cum electo electus eris et cum perverso perverteris
28 et populum pauperem salvum facies
oculisque tuis excelsos humiliabis
29 quia tu lucerna mea Domine et Domine inluminabis tenebras meas
30 in te enim curram accinctus in Deo meo transiliam murum
31 Deus inmaculata via eius Dt 32,4! Ps 144,17!
eloquium Domini igne examinatum Ps 11,7; Prv 30,5!
scutum est omnium sperantium in se
32 quis est deus praeter Dominum et 1 Sm 2,2! Ps 88,9
quis fortis praeter Deum nostrum
33 Deus qui accingit me fortitudine et
conplanavit perfectam viam meam
34 coaequans pedes meos cervis et super excelsa mea statuens me Hab 3,19
35 docens manus meas ad proelium et Ps 143,1
conponens quasi arcum aereum brachia mea
36 dedisti mihi clypeum salutis tuae et
mansuetudo mea multiplicavit me
37 dilatabis gressus meos subtus me et
non deficient tali mei
38 persequar inimicos meos et conteram et non revertar donec consumam eos
39 consumam eos et confringam ut non
consurgant cadent sub pedibus meis
40 accinxisti me fortitudine ad proelium
incurvabis resistentes mihi sub me
41 inimicos meos dedisti mihi dorsum Ex 23,27; Ps 20,13
odientes me et disperdam eos
42 clamabunt et non erit qui salvet ad
Dominum et non exaudiet eos
43 delebo eos ut pulverem terrae
quasi lutum platearum comminuam Is 10,6; Mi 7,10
eos atque conpingam
44 salvabis me a contradictionibus populi mei
custodies in caput gentium
populus quem ignoro serviet mihi
45 filii alieni resistent mihi auditu auris Iob 42,5!
oboedient mihi
46 filii alieni defluxerunt et contrahentur in angustiis suis
47 vivit Dominus et benedictus Deus Ps 143,1
meus et exaltabitur Deus fortis sa-

RAC ΣΛ(D)Φ(m) cr

16 [*iterum adest* D] | 17 et extraxit CΣc | 18 ab¹] de R | potentissimo + et c | oderunt CΣ | 20 in latitudine RΣ | placui ΣΛΦ; complacui c | 21 retribuit RCDΦ | reddit D.; reddidit C | 25 ~ mihi dominus ΣΛDΦc | 26 cum² + uiro C | 27 cum¹] *praem.* et RΛDΦ | subuerteris R | 29 et domine RΦmr] et tu domine CΛc; domine A.; et Σ.; *om.* D. | 33 accinget m.; accinxit Σc | fortitudinem ACDΦ | 34 [*deest* m *usque ad* 23,1] | 36 mea] tua cr𝔐𝔊 | 38 reuertatur Σ.; conuertar c | 40 incuruasti ΛDΦc | sub] subtus c | 43 conpingam] confringam Cc | 44 custodies + me Cc |

lutis meae
Ps 143,2 48 Deus qui das vindictas mihi et deicis
populos sub me
Ps 17,48.49! 58,2.3! 49 qui educis me ab inimicis meis et a
resistentibus mihi elevas me
a viro iniquo liberabis me
I Par 16,35! I Esr 10,11! 50 propterea confitebor tibi Domine in
Ps 17,50! gentibus et nomini tuo cantabo
Ps 17,51! 19,7 51 magnificanti salutes regis sui et fa-
cienti misericordiam christo suo
III Rg 2,33! David et semini eius in sempiternum
23 haec autem sunt verba novissima
quae dixit David filius Isai
dixit vir cui constitutum est de chris-
to Dei Iacob
egregius psalta Israhel
Mt 10,20! 2 spiritus Domini locutus est per me et
sermo eius per linguam meam
3 dixit Deus Israhel mihi locutus est
Fortis Israhel
dominator hominum iustus
dominator in timore Dei
Idc 5,31! 4 sicut lux aurorae oriente sole mane
absque nubibus rutilat
et sicut pluviis germinat herba de
terra
7,16! 5 nec tanta est domus mea apud Deum
ut pactum aeternum iniret mecum
firmum in omnibus atque munitum
cuncta enim salus mea et omnis vo-
luntas nec est quicquam ex ea quod
non germinet
6 praevaricatores autem quasi spinae
evellentur universi
quae non tolluntur manibus
7 et si quis tangere voluerit eas
armabitur ferro et ligno lanceato
igneque succensae conburentur us-
que ad nihilum
8–39: I Par 11,10–41 8 haec nomina fortium David
Sedens in cathedra sapientissimus
princeps inter tres
ipse est quasi tenerrimus ligni vermi-
culus
qui octingentos interfecit impetu uno
9 post hunc Eleazar filius patrui eius
Ahoi
inter tres fortes qui erant cum David
quando exprobraverunt Philisthim
et congregati sunt illuc in proelium
10 cumque ascendissent viri Israhel
ipse stetit et percussit Philistheos do-
nec deficeret manus eius et obriges-
ceret cum gladio
fecitque Dominus salutem magnam I Sm 19,5; 11,13!
in die illa
et populus qui fugerat reversus est
ad caesorum spolia detrahenda
11 et post hunc Semma filius Age de 33
Arari
et congregati sunt Philisthim in sta-
tione
erat quippe ibi ager plenus lente
cumque fugisset populus a facie Phi-
listhim
12 stetit ille in medio agri et tuitus est
eum
percussitque Philistheos et fecit Do-
minus salutem magnam
13 nec non ante descenderant tres qui
erant principes inter triginta
et venerant tempore messis ad Da-
vid in speluncam Odollam I Sm 22,1!
castra autem Philisthim erant posita 5,18!
in valle Gigantum
14 et David erat in praesidio 5,17; I Sm 22,4
porro statio Philisthinorum tunc
erat in Bethleem
15 desideravit igitur David et ait
si quis mihi daret potum aquae de
cisterna quae est in Bethleem iuxta
portam
16 inruperunt ergo tres fortes castra
Philisthinorum
et hauserunt aquam de cisterna Beth- I Sm 7,6
leem quae erat iuxta portam et ad-
tulerunt ad David
at ille noluit bibere sed libavit illam

RAC ΣΛDΦ(m) cr 51 magnificans DΦc | salutem C | facientis R; faciens DΦc || 23,1 uerba + dauid Λc | quae *om.* ADΦc | psaltes c | [*adest* m *usque ad* 24,25] | 5 deum] dominum A | 9 ahoi] ahohiles c; *om.* D | 10 deficerent AC | obrigescerent C | 11 ~ lente plenus c. | 13 nec non + et ΣΛc | philisthinorum c | 15 igitur] ergo c | ait + o c | 16 illam] eam c |

Domino 17 dicens
I Sm 24,7 propitius mihi sit Dominus ne fa-
ciam hoc
num sanguinem hominum istorum
qui profecti sunt et animarum peri-
culum bibam
noluit ergo bibere
haec fecerunt tres robustissimi
I Sm 26,6! 18 Abisai quoque frater Ioab filius Sar-
viae princeps erat de tribus
ipse est qui elevavit hastam suam
contra trecentos quos interfecit
nominatus in tribus 19 et inter tres
nobilior
eratque eorum princeps
sed usque ad tres primos non per-
venerat
8,18! 20 et Banaias filius Ioiada viri fortissimi
magnorum operum de Capsehel
ipse percussit duos leones Moab
et ipse descendit et percussit leonem
in media cisterna diebus nivis
21 ipse quoque interfecit virum aegyp-
tium
virum dignum spectaculo
habentem in manu hastam
itaque cum descendisset ad eum in
virga
vi extorsit hastam de manu Aegyptii
et interfecit eum hasta sua
I Par 27,5.6! 22 haec fecit Banaias filius Ioiadae
23 et ipse nominatus inter tres robustos
qui erant inter triginta nobiliores
verumtamen usque ad tres non per-
venerat
fecitque eum David sibi auriculari-
um a secreto
I Par 27,7 24 Asahel frater Ioab inter triginta
Eleanan filius patrui eius de Beth-
leem
25 Semma de Arari
Helica de Arodi
I Par 27,10 26 Helas de Felthi
Hira filius Aces de Thecua

27 Abiezer de Anathoth 21,18; I Par 11,28.29; 27,12.11
Mobonnai de Usathi
28 Selmon Aohites
Maharai Netophathites
29 Heled filius Banaa et ipse Netopha-
thites
Hithai filius Ribai de Gebeeth filio-
rum Beniamin
30 Banahi Aufrathonites I Par 27,14
Heddai de torrente Gaas
31 Abialbon Arbathites
Azmaveth de Beromi
32 Eliaba de Salboni
filii Iasen Ionathan
33 Semma de Horodi 11
Haiam filius Sarar Arorites
34 Elifeleth filius Aasbai filii Maachathi
Heliam filius Ahitofel Gelonites 15,12
35 Esrai de Carmelo
Farai de Arbi
36 Igaal filius Nathan de Soba
Bonni de Gaddi
37 Selech de Ammoni
Naharai Berothites armiger Ioab
filii Sarviae
38 Hira Hiethrites
Gareb et ipse Hiethrites
39 Urias Hettheus
omnes triginta septem
24 et addidit furor Domini irasci con- I Par 27,24
tra Israhel 1—25: I Par 21,1-26
commovitque David in eis dicentem
vade numera Israhel et Iudam
2 dixitque rex ad Ioab principem exer-
citus sui
perambula omnes tribus Israhel a 15; I Sm 3,20!
Dan usque Bersabee
et numerate populum ut sciam nu-
merum eius
3 dixitque Ioab regi
adaugeat Dominus Deus tuus ad po-
pulum quantus nunc est
iterumque centuplicet in conspectu
domini mei regis

17 ~ sit mihi c | 18 qui leuauit ΛDΦc; qui leuabit Σ | 20 ioiadae ΣΛc | in diebus D Φc | 23 ~ sibi dauid RΣΛDΦc | 24 triginta + et C | 25 arari . . . arodi] harodi . . . harodi c(*edd.* 1593 *et* 1598).; harodi . . . arori c(*ed.* 1592). | 29 de gabaath Cc | 30 pharathonites c | 33 horodi] orori c. | 37 filius RΛ || **24**,3 deus *om.* RΛ | populum + tuum ΣΛc | quantum CΣΛD |

RΛC ΣΛDΦm cr

sed quid sibi dominus meus rex vult
in re huiuscemodi
4 obtinuit autem sermo regis verba
Ioab et principum exercitus
I Par 27,24 egressusque est Ioab et principes mi-
litum a facie regis ut numerarent
populum Israhel
5 cumque pertransissent Iordanem ve-
Ios 13,9 nerunt in Aroer
ad dextram urbis quae est in valle
Gad
Nm 32,1; Ios 13,25 6 et per Iazer transierunt in Galaad et
in terram inferiorem Hodsi
et venerunt in Dan silvestria
circumeuntesque iuxta Sidonem
7 transierunt propter moenia Tyri
et omnem terram Hevei et Chananei
veneruntque ad meridiem Iuda in
Bersabee
8 et lustrata universa terra adfuerunt
post novem menses et viginti dies
in Hierusalem
9 dedit ergo Ioab numerum descripti-
onis populi regi
et inventa sunt de Israhel octingenta
milia virorum fortium qui educe-
rent gladium
et de Iuda quingenta milia pugnato-
rum
10 percussit autem cor David eum post-
quam numeratus est populus
et dixit David ad Dominum
12,13; 19,20! peccavi valde in hoc facto
sed precor Domine ut transferas ini-
I Sm 26,21 quitatem servi tui quia stulte egi
nimis
11 surrexit itaque David mane
7,4.5! I Sm 9,9; 22,5; I Par 21,18 et sermo Domini factus est ad Gad
propheten et videntem David di-
cens
12 vade et loquere ad David
haec dicit Dominus
trium tibi datur optio
elige unum quod volueris ex his ut
faciam tibi
13 cumque venisset Gad ad David nun-
tiavit ei dicens
aut septem annis veniet tibi fames Gn 41,27; IV Rg 8,1
in terra tua
aut tribus mensibus fugies adversa-
rios tuos et illi persequentur
aut certe tribus diebus erit pestilentia
in terra tua
nunc ergo delibera et vide quem re-
spondeam ei qui me misit sermonem
14 dixit autem David ad Gad artor ni- I Sm 28,15
mis
sed melius est ut incidam in manu I Par 21,13! Mt 17,21!
Domini
multae enim misericordiae eius sunt
quam in manu hominis
15 inmisitque Dominus pestilentiam in
Israhel
de mane usque ad tempus constitu-
tum
et mortui sunt ex populo a Dan us- 2; I Sm 3,20!
que Bersabee septuaginta milia
virorum
16 cumque extendisset manum angelus
Dei super Hierusalem ut disperde-
ret eam
misertus est Dominus super adflicti-
one
et ait angelo percutienti populum
sufficit nunc contine manum tuam
erat autem angelus Domini iuxta
aream Areuna Iebusei
17 dixitque David ad Dominum cum IV Esr 7,108
vidisset angelum caedentem popu-
lum
ego sum qui peccavi ego inique egi III Rg 8,47! I Par 21,17; Dn 9,15
isti qui oves sunt quid fecerunt
vertatur obsecro manus tua contra
me et contra domum patris mei
18 venit autem Gad ad David in die illa I Sm 22,5! I Par 21,11
et dixit ei

RAC ΣΛDΦm cr 4 principes] princeps CΣ. | 6 circueuntes R | iuxta] per C | 7 propter] prope c | 10 est] esset R | 11 prophetam Cc | et² *om.* C | 13 illi + te ΣΛc | 14 coartor ΛΦ c | in manu¹] in manum AC; in manus ΣΛc | in manu²] in manum AC; in manus Rc | hominum c | 15 inmisit itaque C | usque² + ad c | 16 manum + suam ΛΦc | dei] domini RΛDΦc | super adflictionem RΣDΦ | 18 autem] itaque C; *om.* Σ. |

II Par 3,1! ascende constitue Domino altare in
area Areuna Iebusei
19 et ascendit David iuxta sermonem
Gad quem praeceperat ei Dominus
20 conspiciensque Areuna animadvertit
regem et servos eius transire ad se
21 et egressus adoravit regem prono
vultu in terra et ait
quid causae est ut veniat dominus
meus rex ad servum suum
cui David ait
ut emam a te aream et aedificem altare Domino
et cesset interfectio quae grassatur
in populo
22 et ait Areuna ad David
accipiat et offerat dominus meus rex
sicut ei placet
habes boves in holocaustum
et plaustrum et iuga boum in usum
lignorum
23 omnia dedit Areuna rex regi
dixitque Areuna ad regem
Dominus Deus tuus suscipiat votum
tuum
24 cui respondens rex ait
nequaquam ut vis sed emam pretio
a te
et non offeram Domino Deo meo
holocausta gratuita
emit ergo David aream et boves argenti siclis quinquaginta
I Sm 7,17! III Rg 9,25; I Par 21,26 25 et aedificavit ibi David altare Domino
6,17.18! et obtulit holocausta et pacifica
Dt 32,43 et repropitiatus est Dominus terrae
Nm 25,8! et cohibita est plaga ab Israhel

EXPLICIT LIBER SAMUHELIS

ID EST REGUM PRIMUS ET SECUNDUS

INCIPIT LIBER MALACHIM

ID EST REGUM TERTIUS ET QUARTUS

Et rex David senuerat habebatque Ios 23,1! I Par 23,1
aetatis plurimos dies
cumque operiretur vestibus non calefiebat
2 dixerunt ergo ei servi sui Est 2,2
quaeramus domino nostro regi adulescentulam virginem
et stet coram rege et foveat eum
dormiatque in sinu tuo et calefaciat
dominum nostrum regem
3 quaesierunt igitur adulescentulam Est 2,3
speciosam in omnibus finibus Israhel
et invenerunt Abisag Sunamitin et
adduxerunt eam ad regem
4 erat autem puella pulchra nimis II Sm 11,2!
dormiebatque cum rege et ministrabat ei
rex vero non cognovit eam
5 Adonias autem filius Aggith eleva- 11,18; II Sm 3,4
batur dicens ego regnabo
fecitque sibi currum et equites I Sm 8,11; II Sm 15,1
et quinquaginta viros qui ante eum
currerent
6 nec corripuit eum pater suus aliquando dicens quare hoc fecisti
erat autem et ipse pulcher valde se- I Sm 16,12! II Sm 14,25!
cundus natu post Absalom
7 et sermo ei cum Ioab filio Sarviae et 19; 2,22
cum Abiathar sacerdote
qui adiuvabant partes Adoniae
8 Sadoc vero sacerdos et Banaias filius Ioiadae
et Nathan propheta et Semei et
Rhei
et robur exercitus David non erat
cum Adonia
9 immolatis ergo Adonias arietibus et 19,25; Gn 31,54!

18 ascende + et Σ c | ~ altare domino c | 21 in terram ΣΛD c | causa R | [*deest* D *usque ad* v. 25] | 22 ~ placet ei Φ c | in usu R | 23 rex ACm cr𝔐] *om. cet.* | 25 propitiatus c || RAC ΣΛ(D)Φm cr

Malachim. *Citantur* RAC *et* ΣΛDΦkm *ac* cr. *Tit.* liber regum tertius secundum hebraeos primus malachim c || 1,1 [*adest* m *usque ad* IV,23,25; *deest* k *usque ad* 7,27] | 2 tuo] suo ΛDΦ c | 3 sunamitidem c. | 5 currus ΣΛ c; curros C. | ~ currerent ante eum c. | 8 banaia RA | et rhei] ethrei RΣm |

vitulis et universis pinguibus
Ios 15,7 iuxta lapidem Zoheleth qui erat vicinus fonti Rogel
vocavit universos fratres suos filios regis
et omnes viros Iuda servos regis
26 10 Nathan autem prophetam et Banaiam et robustos quosque et Salo-
19 monem fratrem suum non vocavit
11 dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis
5,18; II Sm 3,4 num audisti quod regnaverit Adonias filius Aggith
et dominus noster David hoc ignorat
12 nunc ergo veni accipe a me consilium
et salva animam tuam filiique tui Salomonis
13 vade et ingredere ad regem David et dic ei
17.18.30! nonne tu domine mi rex iurasti mihi ancillae tuae dicens
quod Salomon filius tuus regnabit post me
et ipse sedebit in solio meo
quare ergo regnavit Adonias
14 et adhuc ibi te loquente cum rege
ego veniam post te et conplebo sermones tuos
15 ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculo
rex autem senuerat nimis
et Abisag Sunamitis ministrabat ei
31 16 inclinavit se Bethsabee et adoravit regem
ad quam rex quid tibi inquit vis
17 quae respondens ait
13.30! domine mi tu iurasti per Dominum Deum tuum ancillae tuae
Salomon filius tuus regnabit post me
et ipse sedebit in solio meo
11! 18 et ecce nunc Adonias regnavit te domine mi rex ignorante
9! 25 19 mactavit boves et pinguia quaeque et arietes plurimos
et vocavit omnes filios regis
Abiathar quoque sacerdotem et Ioab principem militiae 7; 2,22
Salomonem autem servum tuum non vocavit 10.26
20 verumtamen domine mi rex in te oculi respiciunt totius Israhel
ut indices eis qui sedere debeat in solio tuo domine mi rex post te
21 eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis 2,10! II Sm 7,12!
erimus ego et filius meus Salomon peccatores
22 adhuc illa loquente cum rege Nathan prophetes venit
23 et nuntiaverunt regi dicentes adest Nathan propheta
cumque introisset ante conspectum regis
et adorasset eum pronus in terram I Sm 24,9!
24 dixit Nathan
domine mi rex tu dixisti
Adonias regnet post me et ipse sedeat super thronum meum
25 quia descendit hodie et immolavit boves et pinguia et arietes plurimos 9! 19
et vocavit universos filios regis et principes exercitus
Abiathar quoque sacerdotem
illisque vescentibus et bibentibus coram eo
et dicentibus vivat rex Adonias
26 me servum tuum et Sadoc sacerdotem et Banaiam filium Ioiadae 10
et Salomonem famulum tuum non vocavit 19
27 numquid a domino meo rege exivit hoc verbum
et mihi non indicasti servo tuo
qui sessurus esset super thronum domini mei regis post eum
28 et respondit rex David dicens
vocate ad me Bethsabee
quae cum fuisset ingressa coram rege

RAC ΣΛDΦm cr
12 ~ consilium a me c | 13 quod *om.* c. | regnauit^1 ACΣΛ | regnabit^2 Λ; regnat Σ c | 15 in cubiculum c | 18 et *om.* Rm. | regnat Σ c | 19 regis + et C | 20 qui] quis Σ c | 21 ~ salomon filius meus C | 22 prophetis RD.; propheta c | 23 in conspectu c | in terra CΦ | 27 qui] quis A c |

et stetisset ante eum
29 iuravit rex et ait
1 Sm 26,24! vivit Dominus qui eruit animam me-
am de omni angustia
13.17 30 quia sicut iuravi tibi per Dominum
Deum Israhel dicens
Salomon filius tuus regnabit post me
35! 46! 48! 2,12! et ipse sedebit super solium meum
pro me
sic faciam hodie
16 31 submissoque Bethsabee in terram
vultu adoravit regem dicens
II Esr 2,3! vivat dominus meus rex David in
aeternum
32—37: 44–47 32 dixit quoque rex David
vocate mihi Sadoc sacerdotem et
Nathan propheten et Banaiam fili-
um Ioiadae
qui cum ingressi fuissent coram rege
33 dixit ad eos
tollite vobiscum servos domini vestri
et inponite Salomonem filium meum
super mulam meam
et ducite eum in Gion
39; 1 Sm 9,16! 34 et unguat eum ibi Sadoc sacerdos et
Nathan propheta in regem super
Israhel
IV Rg 9,13 et canetis bucina atque dicetis
vivat rex Salomon
35 et ascendetis post eum et veniet
30! I Par 28,5! et sedebit super solium meum et ipse
regnabit pro me
43; I Par 23,1 illique praecipiam ut sit dux super
Israhel et super Iudam
36 et respondit Banaias filius Ioiadae
regi dicens amen
sic loquatur Dominus Deus domini
mei regis
37 quomodo fuit Dominus cum domino
meo rege sic sit cum Salomone
et sublimius faciat solium eius a solio
domini mei regis David
38 descendit ergo Sadoc sacerdos et
II Sm 8,18! Nathan propheta et Banaias filius
Ioiadae
et Cherethi et Felethi IV Rg 11,19
et inposuerunt Salomonem super
mulam regis David
et adduxerunt eum in Gion
39 sumpsitque Sadoc sacerdos cornu 34! I Sm 10,1!
olei de tabernaculo et unxit Salo- I Par 29,22
monem
et cecinerunt bucina IV Rg 9,13
et dixit omnis populus vivat rex Sa- I Sm 10,24
lomon
40 et ascendit universa multitudo post
eum
et populus canentium tibiis et lae- IV Rg 11,14! Is 30,29!
tantium gaudio magno
et insonuit terra ad clamorem eorum
41 audivit autem Adonias et omnes qui
invitati fuerant ab eo
iamque convivium finitum erat
sed et Ioab audita voce tubae ait
quid sibi vult clamor civitatis tumul- I Sm 4,14!
tuantis
42 adhuc illo loquente Ionathan filius II Sm 15,27! 36!
Abiathar sacerdotis venit
cui dixit Adonias ingredere quia vir
fortis es et bona nuntians
43 responditque Ionathan Adoniae
nequaquam dominus enim noster 35! I Par 23,1
rex David regem constituit Salo-
monem
44 misitque cum eo Sadoc sacerdotem 44—47: 32–37
et Nathan prophetam et Banaiam II Sm 8,18!
filium Ioiadae
et Cherethi et Felethi
et inposuerunt eum super mulam re-
gis
45 unxeruntque eum Sadoc sacerdos et
Nathan propheta regem in Gion
et ascenderunt inde laetantes et in-
sonuit civitas
haec est vox quam audistis
46 sed et Salomon sedit super solio regni 30! 2,12! IV Rg 11,19
47 et ingressi servi regis benedixerunt
domino nostro regi David dicentes

31 in terra RD | rex *om.* Dc.; ~ dauid rex Σ | 32 prophetam RΣc | 35 ueniet cr𝔐] uenietis *cet.* | 36 domino meo regi RC. | 37 sit + et R | 38 cherethei ACΣ | felethei A CΣ | 40 a clamore ΣΛΦc | 46 sedit ACDr] sedet *cet.* | super solio RAr] super solium *cet.* |

RAC ΣΛDΦm cr

amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum
et magnificet thronum eius super thronum tuum
et adoravit rex in lectulo suo
48 insuper et haec locutus est
I Sm 25,32! benedictus Dominus Deus Israhel
30! 3,6 qui dedit hodie sedentem in solio meo videntibus oculis meis
49 territi sunt ergo et surrexerunt omnes qui invitati fuerant ab Adonia
et ivit unusquisque in viam suam
50 Adonias autem timens Salomonem
2,28 surrexit et abiit tenuitque cornu altaris
51 et nuntiaverunt Salomoni dicentes
ecce Adonias timens regem Salomonem tenuit cornu altaris dicens
iuret mihi hodie rex Salomon quod non interficiat servum suum gladio
52 dixitque Salomon
si fuerit vir bonus non cadet ne unus quidem capillus eius in terram
sin autem malum inventum fuerit in eo morietur
53 misit ergo rex Salomon et eduxit eum ab altari
et ingressus adoravit regem Salomonem
dixitque ei Salomon vade in domum tuam
II Sm 7,12! 2 adpropinquaverant autem dies David ut moreretur
praecepitque Salomoni filio suo dicens
Ios 23,14 2 ego ingredior viam universae terrae
confortare et esto vir
Ios 1,7! 3 et observa custodias Domini Dei tui
ut ambules in viis eius
et custodias caerimonias eius et praecepta eius
et iudicia et testimonia
sicut scriptum est in lege Mosi
ut intellegas universa quae facis
et quocumque te verteris
4 ut confirmet Dominus sermones suos 6,12! 8,25! II Sm 7,25; II Par 6,16
quos locutus est de me dicens
si custodierint filii tui viam suam
et ambulaverint coram me in veritate 3,6; Dt 26,16!
in omni corde suo et in omni anima sua
non auferetur tibi vir de solio Israhel Ier 33,17
5 tu quoque nosti quae fecerit mihi Ioab filius Sarviae
quae fecerit duobus principibus exercitus Israhel 32; I Sm 14,50!
Abner filio Ner et Amasa filio Iether II Sm 17,25
quos occidit et effudit sanguinem belli in pace
et posuit cruorem proelii in balteo suo qui erat circa lumbos eius
et in calciamento suo quod erat in pedibus eius
6 facies ergo iuxta sapientiam tuam
et non deduces canitiem eius pacifice ad inferos
7 sed et filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam
eruntque comedentes in mensa tua II Sm 9,7!
occurrerunt enim mihi quando fugiebam a facie Absalom fratris tui
8 habes quoque apud te Semei filium Gera filii Iemini de Baurim II Sm 16,5; 19,16
qui maledixit mihi maledictione pessima quando ibam ad Castra
sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem
et iuravi ei per Dominum dicens non te interficiam gladio II Sm 19,23
9 tu noli pati esse eum innoxium
vir autem sapiens es et scies quae facias ei
deducesque canos eius cum sanguine ad infernum
10 dormivit igitur David cum patribus suis 1,21; 11,21.43! II Sm 7,12!

RAC ΣΛDΦm cr 47 deus] dominus RΣ | in lecto CD | 48 insuper et haec] insuper haec Σ; et c. | 50 cornua A | 51 cornua RAD | ~ rex salomon hodie c || 2,1 adpropinquauerunt CΣΛDΦ c | 3 et²] ut D c | 4 uias suas c.; uias meas ΣΛ | israhel] suo C | 5 amasae CΣΛD c | in pacem RD. | 6 ergo + ei CΣΛ | 7 galaaditidis RΣΛ | 9 ~ eum pati innoxium esse R.; ~ eum pati esse innoxium C.; ~ pati eum esse innoxium ΣΛΦ c | ut scias c. | facies Σ ΛD c | ad inferos c |

Act 2,29; 13,36 et sepultus est in civitate David
II Sm 5,4.5; I Par 29,27.28 [11]dies autem quibus regnavit David
super Israhel quadraginta anni sunt
II Sm 2,11; I Par 3,4 in Hebron regnavit septem annis
in Hierusalem triginta tribus
24; 1,30! 46! I Par 29,23 [12]Salomon autem sedit super thronum
David patris sui
3,1; II Sm 7,13! II Par 1,1 et firmatum est regnum eius nimis
[13]et ingressus est Adonias filius Aggith ad Bethsabee matrem Salomonis
I Sm 16,4.5 quae dixit ei pacificusne ingressus tuus
qui respondit pacificus [14]addiditque
sermo mihi est ad te
cui ait loquere
et ille [15]tu inquit nosti quia meum erat regnum
et me proposuerat omnis Israhel sibi in regem
sed translatum est regnum et factum est fratris mei
a Domino enim constitutum est ei
20 [16]nunc ergo petitionem unam deprecor a te ne confundas faciem meam
quae dixit ad eum loquere
[17]et ille ait
precor ut dicas Salomoni regi
neque enim negare tibi quicquam potest
21 ut det mihi Abisag Sunamitin uxorem
[18]et ait Bethsabee bene ego loquar pro te regi
[19]venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem ut loqueretur ei pro Adonia
et surrexit rex in occursum eius
adoravitque eam et sedit super thronum suum
positus quoque est thronus matri regis
quae sedit ad dexteram eius [20]dixitque ei
petitionem unam parvulam ego deprecor a te 16
ne confundas faciem meam
dixit ei rex pete mater mi
neque enim fas est ut avertam faciem tuam
[21]quae ait detur Abisag Sunamitis Adoniae fratri tuo uxor 17
[22]responditque rex Salomon et dixit matri suae
quare postulas Abisag Sunamitin Adoniae
postula ei et regnum
ipse est enim frater meus maior me
et habet Abiathar sacerdotem et Ioab filium Sarviae 1,7.19
[23]iuravit itaque rex Salomon per Dominum dicens
haec faciat mihi Deus et haec addat
quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc
[24]et nunc vivit Dominus qui firmavit me et conlocavit super solium David patris mei 12!
et qui fecit mihi domum sicut locutus est
quia hodie occidetur Adonias
[25]misitque rex Salomon per manum Banaiae filii Ioiadae 34.46
qui interfecit eum et mortuus est
[26]Abiathar quoque sacerdoti dixit rex
vade in Anathot ad agrum tuum
es quidem vir mortis sed hodie te non interficiam
quia portasti arcam Domini Dei coram David patre meo II Sm 15,29
et sustinuisti laborem in omnibus in quibus laboravit pater meus
[27]eiecit ergo Salomon Abiathar ut non esset sacerdos Domini
ut impleretur sermo Domini quem locutus est super domum Heli in Silo I Sm 2,27! 3,12

11 anni sunt] annis R | annis + et CΣ | 13 quae] qui R | pacificusne + est c | 15 praeposuerat c | 16 precor c | 17 sunamitidem c., *item v.* 22 | in uxorem Am | 19 positusque est CΣc | matris AΣDΦ | 20 dixit] dixitque CΣ; et dixit c. | mi] mea c | 24 conlocauit + me DΦc | 25 filio ioiadae CDΦ | 26 equidem uir mortis es c. | RAC ΣΛDΦm cr

28 venit autem nuntius ad Ioab
quod Ioab declinasset post Adoniam
et post Absalom non declinasset
1,50 fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini et adprehendit cornu altaris
29 nuntiatumque est regi Salomoni
quod fugisset Ioab in tabernaculum Domini et esset iuxta altare
misitque Salomon Banaiam filium Ioiadae dicens vade interfice eum
30 venit Banaias ad tabernaculum Domini et dixit ei
haec dicit rex egredere
qui ait non egrediar sed hic moriar
renuntiavit Banaias regi sermonem dicens
haec locutus est Ioab et haec respondit mihi
31 dixitque ei rex fac sicut locutus est et interfice eum et sepeli
et amovebis sanguinem innocentem qui effusus est a Ioab
a me et a domo patris mei
37; II Sm 3,29; Mt 23,35! 32 et reddat Dominus sanguinem eius super caput eius
5 quia interfecit duos viros iustos melioresque se
II Sm 3,27! et occidit eos gladio patre meo David ignorante
I Sm 14,50! Abner filium Ner principem militiae Israhel
II Sm 17,25 et Amasa filium Iether principem exercitus Iuda
II Sm 3,29 33 et revertetur sanguis illorum in caput Ioab
et in caput seminis eius in sempiternum
45; II Sm 22,51! Ps 17,51! David autem et semini eius et domui et throno illius sit pax usque in aeternum a Domino
25.46 34 ascendit itaque Banaias filius Ioiadae et adgressus eum interfecit
sepultusque est in domo sua in deserto

35 et constituit rex Banaiam filium Ioiadae pro eo super exercitum 4,4
et Sadoc sacerdotem posuit pro Abiathar I Par 29,22
36 misit quoque rex et vocavit Semei dixitque ei
aedifica tibi domum in Hierusalem et habita ibi
et non egredieris inde huc atque illuc
37 quacumque autem die egressus fueris et transieris torrentem Cedron 42
scito te interficiendum
sanguis tuus erit super caput tuum 32!
38 dixitque Semei regi bonus sermo
sicut locutus est dominus meus rex sic faciet servus tuus
habitavit itaque Semei in Hierusalem diebus multis
39 factum est autem post annos tres
ut fugerent servi Semei ad Achis filium Maacha regem Geth I Sm 21,10; 27,2
nuntiatumque est Semei quod servi eius essent in Geth
40 et surrexit Semei et stravit asinum suum
ivitque in Geth ad Achis ad requirendos servos suos I Sm 21,10; 27,2
et adduxit eos de Geth
41 nuntiatum est autem Salomoni quod isset Semei in Geth de Hierusalem et redisset
42 et mittens vocavit eum dixitque illi
nonne testificatus sum tibi per Dominum et praedixi tibi
quacumque die egressus ieris huc et illuc scito te esse moriturum 37
et respondisti mihi bonus sermo audivi
43 quare ergo non custodisti iusiurandum Domini
et praeceptum quod praeceperam tibi
44 dixitque rex ad Semei
tu nosti omne malum cuius tibi con-

RAC ΣΛDΦm cr 28 ad ioab RADm cr] ad salomonem *cet.* | post absalom Amr𝔐] post salomon C.; post salomonem *cet.* | cornua ADm | 30 et uenit c | 31 ei *om.* R | 32 reddet Σc | amasam CΣc | 33 aeternum] sempiternum RΣ | 39 essent] issent Φc | 40 ~ ad achis in geth c | ad requirendum Σc | 42 ieris] fueris CΦ | sermo + quem ΣΦc |

scium est cor tuum
quod fecisti David patri meo
reddidit Dominus malitiam tuam in
caput tuum
45 et rex Salomon benedictus
33! et thronus David erit stabilis coram
Domino usque in sempiternum
25.34 46 iussit itaque rex Banaiae filio Ioiadae
qui egressus percussit eum et mortuus est
2,12! II Par 1,1 3 confirmatum est igitur regnum in
manu Salomonis
et adfinitate coniunctus est Pharaoni
regi Aegypti
7,8! accepit namque filiam eius et adduxit in civitatem David
7,1; 9,1.10.15; II Par 8,1 donec conpleret aedificans domum
suam et domum Domini
et murum Hierusalem per circuitum
2 et tamen populus immolabat in excelsis
non enim aedificatum erat templum
nomini Domini usque in die illo
Dt 11,22! 3 dilexit autem Salomon Dominum
ambulans in praeceptis David patris sui
excepto quod in excelsis immolabat
et accendebat thymiama
II Par 1,3 4 abiit itaque in Gabaon ut immolaret
4—15: II Par 1,3–13 ibi
illud quippe erat excelsum maximum
Ex 18,12! 1 Par 16,39.40; II Par 1,6! mille hostias in holocaustum obtulit
Salomon super altare illud
in Gabaon 5 apparuit Dominus Sa-
9,2; Gn 20,3! lomoni per somnium nocte dicens
IV Rg 2,9! postula quod vis ut dem tibi
6 et ait Salomon
tu fecisti cum servo tuo David patre
meo misericordiam magnam
2,4! sicut ambulavit in conspectu tuo in
veritate et iustitia et recto corde tecum

custodisti ei misericordiam tuam
grandem
et dedisti ei filium sedentem super 1,48
thronum eius sicut et hodie
7 et nunc Domine Deus tu regnare fecisti servum tuum pro David patre
meo
ego autem sum puer parvus et igno- 1 Par 22,5; 29,1; Sap 9,5
rans egressum et introitum meum
8 et servus tuus in medio est populi
quem elegisti
populi infiniti qui numerari et supputari non potest prae multitudine
9 dabis ergo servo tuo cor docile 12!
ut iudicare possit populum tuum et
discernere inter malum et bonum
quis enim potest iudicare populum
istum populum tuum hunc multum
10 placuit ergo sermo coram Domino
quod Salomon rem huiuscemodi
postulasset
11 et dixit Deus Salomoni
quia postulasti verbum hoc et non
petisti tibi dies multos
nec divitias aut animam inimicorum
tuorum
sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium
12 ecce feci tibi secundum sermones
tuos 9; 4,29! 5,12; 10,23.24;
et dedi tibi cor sapiens et intellegens Ex 31,3! Sap 7,7; Is 11,2!
in tantum ut nullus ante te similis
tui fuerit
nec post te surrecturus sit
13 sed et haec quae non postulasti dedi
tibi
divitias scilicet et gloriam 10,23; 1 Par 29,25;
ut nemo fuerit similis tui in regibus II Par 1,12! 9,22; Sap 7,11
cunctis retro diebus
14 si autem ambulaveris in viis meis
et custodieris praecepta mea et man- Dt 6,2!
data mea

44 tuam *om.* R || 3,1 in ciuitate C | 2 attamen RΣΛΦc | in die illa R; in diem illum Λc | 4 illud[1]] illuc RΣ | 5 apparuit + autem Σc | 6 ei] enim C | et[5]] est CΣΛΦc; *om.* D. | 7 paruulus ΛΦc | 9 docibile CΛDΦ | ~ populum tuum iudicare possit c. | ~ bonum et malum RΣc | potest] poterit c | populum tuum] populum CΣ.; *om.* D. | 10 ~ postulasset huiuscemodi rem c. | 11 deus] dominus RAcr | animas RΣc | 12 te[1] *om.* RD. | 13 et[1] *om.* R |

RAC ΣΛDΦm cr

sicut ambulavit pater tuus
longos faciam dies tuos
15 igitur evigilavit Salomon
et intellexit quod esset somnium
cumque venisset Hierusalem
stetit coram arca foederis Domini
Ios 8,31! et obtulit holocausta
et fecit victimas pacificas et grande
Gn 40,20! convivium
universis famulis suis
16 tunc venerunt duae mulieres meretrices ad regem
steteruntque coram eo
17 quarum una ait obsecro mi domine
ego et mulier haec habitabamus in domo una et peperi apud eam in cubiculo
18 tertia vero die postquam ego peperi peperit et haec et eramus simul
nullusque alius in domo nobiscum exceptis nobis duabus
19 mortuus est autem filius mulieris huius nocte
dormiens quippe oppressit eum
20 et consurgens intempesta nocte silentio
tulit filium meum de latere meo ancillae tuae dormientis
et conlocavit in sinu suo
suum autem filium qui erat mortuus posuit in sinu meo
21 cumque surrexissem mane ut darem lac filio meo apparuit mortuus
quem diligentius intuens clara luce
deprehendi non esse meum quem genueram
22 responditque altera mulier non est ita
sed filius tuus mortuus est meus autem vivit
e contrario illa dicebat mentiris
filius quippe meus vivit et filius tuus mortuus est
atque in hunc modum contendebant
coram rege
23 tunc rex ait
haec dicit filius meus vivit et filius tuus mortuus est
et ista respondit non
sed filius tuus mortuus est et filius meus vivit
24 dixit ergo rex
adferte mihi gladium
cumque adtulissent gladium coram rege
25 dividite inquit infantem vivum in duas partes
et date dimidiam partem uni et dimidiam partem alteri
26 dixit autem mulier cuius filius erat vivus ad regem
commota sunt quippe viscera eius super filio suo
obsecro domine date illi infantem vivum et nolite interficere eum
contra illa dicebat
nec mihi nec tibi sit dividatur
27 respondens rex ait
date huic infantem vivum et non occidatur
haec est mater eius
28 audivit itaque omnis Israhel iudicium quod iudicasset rex et timuerunt regem
videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium
4 erat autem rex Salomon regnans super omnem Israhel 1—6: II Sm 8,15–18; I Par 18,14–17
2 et hii principes quos habebat
Azarias filius Sadoc sacerdos I Par 6,8.9
3 Helioreph et Ahia filii Sesa scribae 3—6: II Sm 20,23–26
Iosaphat filius Ahilud a commentariis
4 Banaias filius Ioiadae super exercitum 2,35!
Sadoc autem et Abiathar sacerdotes II Sm 20,25!
5 Azarias filius Nathan super eos qui adsistebant regi

RAC ΣΛDΦm cr 18 uero] autem c | ~ nobiscum in domo c | 20 intempestae noctis c | 22 ita + ut dicis ΣΛc | 23 et filius meus] meus autem Σ c | 26 e contra CΛ; e contrario ΣΦ c | sit] sed ΣΛ; sit sed Φ c | 27 respondens rex] respondit rex et c | est + enim ΛΦ c; + autem Σ || 4,2 sacerdotis CΣ c |

Zabud filius Nathan sacerdos amicus regis
6 et Ahisar praepositus domus
5,14; II Par 10,18! et Adoniram filius Abda super tributa
7 habebat autem Salomon duodecim praefectos super omnem Israhel
27 qui praebebant annonam regi et domui eius
per singulos enim menses in anno singuli necessaria ministrabant
8 et haec nomina eorum
Benhur in monte Ephraim
9 Bendecar in Macces
et in Salebbim et in Bethsemes et Helon Bethanan
10 Benesed in Araboth
ipsius erat Soccho et omnis terra Epher
11 Benabinadab cuius omnis Nepthad Dor Tapheth filiam Salomonis habebat uxorem
12 Bana filius Ahilud regebat Thanac et Mageddo et universam Bethsan quae est iuxta Sarthana
subter Hiezrahel a Bethsan usque Abelmeula e regione Iecmaan
13 Bengaber in Ramoth Galaad habebat Avothiair filii Manasse in Galaad
Dt 3,4.5 ipse praeerat in omni regione Argob quae est in Basan sexaginta civitatibus magnis atque muratis quae habebant seras aereas
14 Ahinadab filius Addo praeerat in Manaim
15 Ahimaas in Nepthali
sed et ipse habebat Basmath filiam Salomonis in coniugio
16 Baana filius Usi in Aser et in Balod
17 Iosaphat filius Pharue in Isachar
18 Semei filius Hela in Beniamin
19 Gaber filius Uri in terra Galaad in
Dt 1,4! terra Seon regis Amorrei et Og regis Basan super omnia quae erant in illa terra
20 Iuda et Israhel innumerabiles sicut harena maris in multitudine II Sm 17,11!
comedentes et bibentes atque laetantes
21 Salomon autem erat in dicione sua habens omnia regna II Par 9,26
sicut a flumine terrae Philisthim usque ad terminum Aegypti
offerentium sibi munera et servientium ei cunctis diebus vitae eius
22 erat autem cibus Salomonis per dies singulos
triginta chori similae et sexaginta chori farinae
23 decem boves pingues et viginti boves pascuales et centum arietes
excepta venatione cervorum capREARUM atque bubalorum et avium altilium
24 ipse enim obtinebat omnem regionem quae erat trans flumen
quasi a Thapsa usque Gazam
et cunctos reges illarum regionum
et habebat pacem ex omni parte in circuitu 5,4; II Sm 7,1! I Par 22,9
25 habitabatque Iudas et Israhel absque timore ullo
unusquisque sub vite sua et sub ficu sua I Mcc 14,12!
a Dan usque Bersabee cunctis diebus Salomonis II Sm 3,10!
26 et habebat Salomon quadraginta milia praesepia equorum currulium 10,26; II Par 1,14; 9,25
et duodecim milia equestrium
27 nutriebantque eos supradicti regis praefecti
sed et necessaria mensae regis Salomonis cum ingenti cura praebebant in tempore suo 7
28 hordeum quoque et paleas equorum et iumentorum
deferebant in locum ubi erat rex

9 et helon] et in elon et in c; + de C | 12 usque ad belmeula A | et regione A; regionem D | 21 [*hic incip. cap.* 5 𝔐] | sicut] secum ΣΛ; *om.* c | 24 quasi *om.* c | usque gaza C; usque ad gazan c | 25 iuda CΦc | 26 currulium RAmr] currilium *cet.* |

RAC ΣΛDΦm cr

iuxta constitutum sibi
3,12! 5,12; Sir 47,16 29 dedit quoque Deus sapientiam Salo-
moni et prudentiam multam nimis
et latitudinem cordis quasi harenam
quae est in litore maris
10,23 30 et praecedebat sapientia Salomonis
sapientiam omnium Orientalium et
Aegyptiorum
31 et erat sapientior cunctis hominibus
sapientior Aethan Ezraita et Heman
et Chalcal et Dorda filiis Maol
et erat nominatus in universis genti-
bus per circuitum
Prv 1,1! Sir 47,18 32 locutus est quoque Salomon tria mi-
lia parabolas
et fuerunt carmina eius quinque et
mille
33 et disputavit super lignis
a cedro quae est in Libano usque ad
hysopum quae egreditur de pariete
et disseruit de iumentis et volucribus
et reptilibus et piscibus
10,24; II Par 9,23 34 et veniebant de cunctis populis ad
audiendam sapientiam Salomonis
et ab universis regibus terrae qui au-
diebant sapientiam eius
II Sm 5,11; I Par 14,1 **5** misit quoque Hiram rex Tyri servos
suos ad Salomonem
audivit enim quod ipsum unxissent
regem pro patre eius
quia amicus fuerat Hiram David
omni tempore
2—11: II Par 2,3–16 2 misit autem et Salomon ad Hiram
dicens
3 tu scis voluntatem David patris mei
I Par 22,8; 28,3 et quia non potuerit aedificare do-
mum nomini Domini Dei sui
propter bella inminentia per circui-
tum
donec daret Dominus eos sub vesti-
gio pedum eius
4,24; II Sm 7,1! I Par 22,9 4 nunc autem requiem dedit Deus me-
us mihi per circuitum
non est Satan neque occursus malus
5 quam ob rem cogito aedificare tem- 8,18; I Par 22,7! 28,2!
plum nomini Domini Dei mei II Par 2,1
sicut locutus est Dominus David 8,20! I Par 28,5.6
patri meo dicens
filius tuus quem dabo pro te super
solium tuum ipse aedificabit do- II Sm 7,13! I Par 22,10
mum nomini meo 6,14!
6 praecipe igitur ut praecidant mihi
cedros de Libano
et servi mei sint cum servis tuis
mercedem autem servorum tuorum
dabo tibi quamcumque praeceperis
scis enim quoniam non est in populo
meo vir qui noverit ligna caedere
sicut Sidonii
7 cum ergo audisset Hiram verba Sa-
lomonis
laetatus est valde et ait
benedictus Dominus hodie 10,9; II Par 9,8
qui dedit David filium sapientissi- Sir 47,14
mum
super populum hunc plurimum
8 et misit Hiram ad Salomonem dicens
audivi quaecumque mandasti mihi
ego faciam omnem voluntatem tuam
in lignis cedrinis et abiegnis
9 servi mei deponent ea de Libano ad
mare
et ego conponam ea in ratibus in
mari
usque ad locum quem significaveris
mihi
et adplicabo ea ibi et tu tolles ea
praebebisque necessaria mihi ut de-
tur cibus domui meae
10 itaque Hiram dabat Salomoni ligna
cedrina et ligna abiegna iuxta om-
nem voluntatem eius
11 Salomon autem praebebat Hiram vi-
ginti milia chororum tritici in ci-
bum domui eius
et viginti choros purissimi olei

RAC ΣΛDΦm cr 29 deditque deus C | 30 sapientia² AC | 31 in *om.* R | 32 quinque et mille] quinque milia CΣΦ || 5,2 et *om.* c. | 3 potuerat D; potuit R | 4 dedit + dominus c | circuitum + et ΛΦc | 6 mihi + serui tui c | praeceperis] petieris ΛDΦc | quoniam] quia Σm; quomodo c. | 7 dominus + deus Cc | 8 omnem *om.* C | 11 choruum Σ; coros c | ~ coros tritici uiginti millia c. |

haec tribuebat Salomon Hiram per
annos singulos
3,12! 4,29! [12]dedit quoque Dominus sapientiam
Salomoni sicut locutus est ei
et erat pax inter Hiram et Salomo-
nem
et percusserunt foedus ambo
[13]legitque rex Salomon operas de omni
Israhel
et erat indictio triginta milia virorum
[14]mittebatque eos in Libanum
decem milia per menses singulos vi-
cissim
ita ut duobus mensibus essent in do-
mibus suis
4,6; II Par 10,18! et Adoniram erat super huiuscemodi
indictione
II Par 2,2.18 [15]fuerunt itaque Salomoni septuaginta
milia eorum qui onera portabant
et octoginta milia latomorum in
monte
9,23 [16]absque praepositis qui praeerant sin-
gulis operibus numero trium mili-
um et trecentorum
praecipientium populo et his qui fa-
ciebant opus
[17]praecepitque rex ut tollerent lapides
grandes
lapides pretiosos in fundamentum
templi et quadrarent eos
6,7 [18]quos dolaverunt cementarii Salomo-
nis et cementarii Hiram
porro Biblii praeparaverunt ligna et
lapides ad aedificandam domum
1—3: II Par 3,2–4 6 factum est igitur quadringentesimo
et octogesimo anno egressionis fili-
orum Israhel de terra Aegypti
37 in anno quarto mense zio ipse est
mensis secundus regis Salomonis
super Israhel
aedificare coepit domum Domino
[2]domus autem quam aedificabat rex
Salomon Domino
habebat sexaginta cubitos in longi-
tudine
et viginti cubitos in latitudine
et triginta cubitos in altitudine
[3]et porticus erat ante templum viginti Ez 40,49; 41,2
cubitorum longitudinis
iuxta mensuram latitudinis templi
et habebat decem cubitos latitudinis
ante faciem templi
[4]fecitque in templo fenestras obliquas Ez 40,16!
[5]et aedificavit super parietem templi
tabulata per gyrum
in parietibus domus per circuitum
templi et oraculi
et fecit latera in circuitu
[6]tabulatum quod subter erat quinque
cubitos habebat latitudinis
et medium tabulatum sex cubitorum
latitudinis
et tertium tabulatum septem habens
cubitos latitudinis
trabes autem posuit in domo per cir-
cuitum forinsecus
ut non hererent muris templi
[7]domus autem cum aedificaretur lapi- 5,18
dibus dedolatis atque perfectis aedi-
ficata est
et malleus et securis et omne ferra-
mentum non sunt audita in domo
cum aedificaretur
[8]ostium lateris medii in parte erat do- Ez 41,7
mus dexterae
et per cocleam ascendebant in me-
dium cenaculum
et a medio in tertium
[9]et aedificavit domum et consumma- 14!
vit eam
texit quoque domum laquearibus
cedrinis
[10]et aedificavit tabulatum super om-
nem domum quinque cubitis alti-

11 ~ singulos annos Σc | 12 deditque CΣDΦm | ei *om.* R | ~ ambo foedus c | 13 legit- que AΛDmr] elegitque *cet.* | rex *om.* C | operas] operarios Φc | 14 in libano A | 15 fueruntque c | eorum] equorum RΦ; uirorum C | latomorum] lapidariorum C | 18 biblii] giblii c. ‖ 6,1 igitur] ergo c.; autem DΦ; *om.* Σ. | regis] regni c; salomonis Σ. | aedificari coepit domus c. | 6 subter] super AC | 7 de lapidibus dolatis c | 9 texitque domum C |

RAC ΣΛDΦm cr

tudinis
et operuit domum lignis cedrinis
11 et factus est sermo Domini ad Salomonem dicens
12 domus haec quam aedificas
2,4! 8,24; 9,4! si ambulaveris in praeceptis meis
et iudicia mea feceris
et custodieris omnia mandata mea gradiens per ea
firmabo sermonem meum tibi quem locutus sum ad David patrem tuum
Ex 29,45! 13 et habitabo in medio filiorum Israhel
et non derelinquam populum meum Israhel
9; 5,5! Act 7,47 14 igitur aedificavit Salomon domum et consummavit eam
15 et aedificavit parietes domus intrinsecus tabulatis cedrinis
a pavimento domus usque ad summitatem parietum et usque ad laquearia operuit lignis intrinsecus
et texit pavimentum domus tabulis abiegnis
16 aedificavitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina
a pavimento usque ad superiora
et fecit interiorem domum oraculi in sanctum sanctorum
17 porro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi
18 et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur
habens tornaturas suas et iuncturas fabrefactas et celaturas eminentes
omnia cedrinis tabulis vestiebantur
nec omnino lapis apparere poterat in pariete
19—21: II Par 3,8.9 19 oraculum autem in medio domus in
8,6! interiori parte fecerat
ut poneret ibi arcam foederis Domini
Ez 41,4 20 porro oraculum habebat viginti cubitos longitudinis
et viginti cubitos latitudinis
et viginti cubitos altitudinis
et operuit illud atque vestivit auro purissimo
sed et altare vestivit cedro
21 domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo
et adfixit lamminas clavis aureis
22 nihilque erat in templo quod non auro tegeretur
sed et totum altare oraculi texit auro
23 et fecit in oraculo duo cherubin de lignis olivarum 23—28: II Par 3,10–13
decem cubitorum altitudinis
24 quinque cubitorum ala cherub una
et quinque cubitorum ala cherub altera
id est decem cubitos habentes
a summitate alae usque ad alae alterius summitatem
25 decem quoque cubitorum erat cherub secundus mensura pari
et opus unum erat in duobus cherubin
26 id est altitudinem habebat unus cherub decem cubitorum
et similiter cherub secundus
27 posuitque cherubin in medio templi interioris
extendebant autem alas suas cherubin
et tangebat ala una parietem
et ala cherub secundi tangebat parietem alterum
alae autem alterae in media parte templi se invicem contingebant
28 texit quoque cherubin auro
29 et omnes parietes templi per circuitum scalpsit variis celaturis et torno
et fecit in eis cherubin et palmas et picturas varias 32.35; II Par 3,5; Ez 41,18
quasi prominentes de pariete et egredientes
30 sed et pavimentum domus texit auro intrinsecus et extrinsecus

RAC 15 lignis + cedrinis c | 18 ∼ et iuncturas suas ΛΦc | 19 in[2] *om.* R | 23 duos ΣΛc; duae
ΣΛDΦm D. | 24 cherub] cherubin CD *utroque loco, item vv.* 25. 26(*bis*). 27 | alae[1] + unius c. |
cr 25 in mensura c | 27 tangebant[1] R | 29 sculpsit c; sclupsit ΣΛ. |

31 et in ingressu oraculi fecit ostiola de
lignis olivarum
postesque angulorum quinque
32 et duo ostia de lignis olivarum
29! 35 et scalpsit in eis picturam cherubin
et palmarum species et anaglyfa val-
de prominentia
et texit ea auro
et operuit tam cherubin quam pal-
mas et cetera auro
33 fecitque in introitum templi postes
de lignis olivarum quadrangulatos
Ez 41,24.25 34 et duo ostia de lignis abiegnis altrin-
secus
et utrumque ostium duplex erat
et se invicem tenens aperiebatur
29! 32 35 et scalpsit cherubin et palmas et ce-
laturas valde eminentes
operuitque omnia lamminis aureis
opere quadro ad regulam
7,12 36 et aedificavit atrium interius tribus
I Esr 6,4 ordinibus lapidum politorum
et uno ordine lignorum cedri
1 37 anno quarto fundata est domus Do-
mini in mense zio
38 et in anno undecimo mense bul
ipse est mensis octavus
perfecta est domus in omni opere suo
et in universis utensilibus
aedificavitque eam annis septem
3,1! 7 domum autem suam aedificavit Sa-
lomon tredecim annis
et ad perfectum usque perduxit
2 aedificavit quoque domum saltus Li-
bani
centum cubitorum longitudinis
et quinquaginta cubitorum latitudi-
nis
et triginta cubitorum altitudinis
et quattuor deambulacra inter co-
lumnas cedrinas
ligna quippe cedrina exciderat in
columnas
3 et tabulatis cedrinis vestivit totam
cameram
quae quadraginta quinque columnis
sustentabatur
unus autem ordo habebat columnas
quindecim 4 contra se invicem po-
sitas
5 et e regione se respicientes aequali
spatio inter columnas
et super columnas quadrangulata
ligna in cunctis aequalia
6 et porticum columnarum fecit
quinquaginta cubitorum longitudi-
nis
et triginta cubitorum latitudinis
et alteram porticum in facie maioris
porticus
et columnas et epistylia super co-
lumnas
7 porticum quoque solii in qua tribu-
nal est fecit
et texit lignis cedrinis a pavimento
usque ad summitatem
8 et domuncula in qua sedetur ad iudi-
candum erat in media porticu simili
opere
domum quoque fecit filiae Pharao- 3,1; 9,24; II Par 8,11
nis quam uxorem duxerat Salomon
tali opere quali et hanc porticum
9 omnia lapidibus pretiosis
qui ad normam quandam atque men-
suram
tam intrinsecus quam extrinsecus
serrati erant
a fundamento usque ad summita-
tem parietum
et intrinsecus usque ad atrium maius
10 fundamenta autem de lapidibus pre-
tiosis lapidibus magnis
decem sive octo cubitorum
11 et desuper lapides pretiosi aequalis
mensurae secti erant similiterque
de cedro
12 et atrium maius rotundum trium or- 6,36
dinum de lapidibus sectis I Esr 6,4

32 sculpsit Λ c; sclupsit Σ., *item v.* 35 | 33 in introitu CΣΛ c | 34 aperiebantur R | 38 uten- RAC
silibus + suis c. || 7,2 quippe] quoque C | 3 sustinebatur R; sustinebitur D. | 5 se in- ΣΛDΦm
uicem conspicientes C. | 6 in faciem R | 8 domunculam C | sederetur C; sedebatur ΛΦc | cr
porticus¹ R; porticum Dm | 9 intrinsecus²] extrinsecus cr | 11 aequales CD. |

et unius ordinis dolata cedro
nec non et in atrio domus Domini interiori et in porticu domus
II Par 2,13.14 13 misit quoque rex Salomon et tulit Hiram de Tyro
14 filium mulieris viduae de tribu Nepthali patre Tyrio
artificem aerarium et plenum sapientia et intellegentia et doctrina
ad faciendum omne opus ex aere
II Par 4,11 qui cum venisset ad regem Salomonem fecit omne opus eius
II Par 3,15.16; Ier 52,21 15 et finxit duas columnas aereas
decem et octo cubitorum altitudinis columnam unam
IV Rg 25,17 et linea duodecim cubitorum ambiebat columnam utramque
Ier 52,22 16 duo quoque capitella fecit quae ponerentur super capita columnarum fusili aere
quinque cubitorum altitudinis capitellum unum
et quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum
17 et quasi in modum retis et catenarum sibi invicem miro opere contextarum
utrumque capitellum columnarum fusile erat
septena versuum retiacula in capitello uno
et septena retiacula in capitello altero
IV Rg 25,17; Ier 52,22.23 18 et perfecit columnas et duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum
II Par 3,16 ut tegerent capitella quae erant super summitatem malogranatorum
eodem modo fecit et capitello secundo
19 capitella autem quae erant super capita columnarum
quasi opere lilii fabricata erant in porticu quattuor cubitorum
20 et rursum alia capitella in summitate columnarum desuper
iuxta mensuram columnae contra retiacula
malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi
21 et statuit duas columnas in porticum templi II Par 3,17!
cumque statuisset columnam dexteram vocavit eam nomine Iachin
similiter erexit columnam secundam et vocavit nomen eius Booz
22 et super capita columnarum opus in modum lilii posuit
perfectumque est opus columnarum
23 fecit quoque mare fusile 23—26: II Par 4,2–5
decem cubitorum a labio usque ad labium
rotundum in circuitu
quinque cubitorum altitudo eius
et resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum
24 et scalptura subter labium circumibat illud decem cubitis ambiens mare
duo ordines scalpturarum histriatarum erant fusiles
25 et stabat super duodecim boves II Par 4,15; Ier 52,20
e quibus tres respiciebant ad aquilonem
et tres ad occidentem et tres ad meridiem et tres ad orientem
et mare super eos desuper erat
quorum posteriora universa intrinsecus latitabant
26 grossitudo autem luteris trium unciarum erat

RAC ΣΛDΦm cr 12 de dolata c | in interiori C | in porticum CDΦ | 15 lineam RC | 16 fusilia RΛD Φc | aere] aerea R.; ex aere ΛΦc | 19 in porticum C | 20 in summitatem A | 21 in porticu AΛDc | statuissent R | iachin + firmitas AΣ; + id est firmitas C | booz + in robore AΣ; + id est robore C | 23 in circuitum CΣ | 24 sculptura Λc; scalpturas D; sclupturas Σ. | subter] super RΣD | sculpturarum Λc; sclupturarum Σ. | histriarum R; striatarum Σc; *om.* C. | 25 stabant CΣΛDΦ | super²] desuper RΣ | 26 luteris] lateris RCDΦ |

labiumque eius quasi labium calicis
et folium repandi lilii
duo milia batos capiebat
37 27 et fecit bases decem aereas quattuor
cubitorum longitudinis bases singulas
et quattuor cubitorum latitudinis
et trium cubitorum altitudinis
28 et ipsum opus basium interrasile erat
et scalpturae inter iuncturas
29 et inter coronulas et plectas leones et
boves et cherubin
et in iuncturis similiter desuper
et subter leones et boves
quasi lora ex aere dependentia
30 et quattuor rotae per bases singulas
et axes aerei
et per quattuor partes quasi umeruli
subter luterem fusiles contra se invicem respectantes
31 os quoque luteris intrinsecus erat in
capitis summitate
et quod forinsecus apparebat unius
cubiti erat totum rotundum
pariterque habebat unum cubitum et
dimidium
in angulis autem columnarum variae
celaturae erant
et media intercolumnia quadrata non
rotunda
32 quattuor quoque rotae quae per
quattuor angulos basis erant coherebant subter basi
una rota habebat altitudinis cubitum
et semis
33 tales autem rotae erant quales solent
in curru fieri
et axes earum et radii et canti et modioli omnia fusilia
34 nam et umeruli illi quattuor per singulos angulos basis unius ex ipsa
basi fusiles et coniuncti erant
35 in summitate autem basis erat quaedam rotunditas dimidii cubiti
ita fabrefacta ut luter desuper possit
inponi
habens celaturas suas et scalpturas
varias ex semet ipso
36 scalpsit quoque in tabulatis illis quae
erant ex aere et in angulis
cherubin et leones et palmas quasi in
similitudinem stantis hominis
ut non celata sed adposita per circuitum viderentur
37 in hunc modum fecit decem bases 27
fusura una et mensura scalpturaque
consimili
38 fecit quoque decem luteres aereos
quadraginta batos capiebat luter
unus eratque quattuor cubitorum
singulosque luteres per singulas id
est decem bases posuit
39 et constituit decem bases quinque ad II Par 4,6
dexteram partem templi et quinque
ad sinistram
mare autem posuit ad dexteram par- II Par 4,10
tem templi contra orientem ad meridiem
40 fecit ergo Hiram lebetas et scutras et 40—50: II Par 4,11–22
amulas
et perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini
41 columnas duas et funiculos capitulorum super capitella columnarum
duos
et retiacula duo ut operirent duos
funiculos qui erant super capita columnarum
42 et malogranata quadringenta in duobus retiaculis
duos versus malogranatorum in retiaculis singulis

26 labium quoque R | 27 ~ decem bases c. | aeneas ΛDΦc | [*adest* k *usque ad* 8,15] | 28 sculpturae c; sclupture Σ. | 29 subter] super CΣΛDΦm | 32 bases[1] A | coherebant + sibi c | subter basi RAkmr] subter basim *cet.* | et *om.* Ck. | 35 dimidii ADmcr.] unius et dimidii *cet.* | posset Φc | et scalpt. uarias] uariasque sculpt. c | sculpturas Rc; sclupturas Σ. | ipsa ΣΛcr | 36 sculpsit Dc; sclupsit Σ. | in similitudine C | ~ hominis stantis c | 37 sculpturaque c; sclupturaque Σ. | 38 aeneos ΛDΦc | singulos quoque c | 40 lebetes Σc | 41 capitellorum ΛDΦc | super[1]] subter A | 42 mala granata R | quadraginta RΣk |

RAC ΣΛDΦ(k)m cr

ad operiendos funiculos capitello-
rum qui erant super capita colum-
narum
43 et bases decem et luteres decem su-
per bases
44 et mare unum et boves duodecim
subter mare
45 et lebetas et scutras et amulas
omnia vasa quae fecit Hiram regi
Salomoni in domo Domini de auri-
chalco erant
46 in campestri regione Iordanis fudit
ea rex in argillosa terra inter Soc-
choth et Sarthan
47 et posuit Salomon omnia vasa
propter multitudinem autem nimiam
non erat pondus aeris
48 fecitque Salomon omnia vasa in do-
mo Domini
altare aureum et mensam super quam
Ex 25,30! ponerentur panes propositionis au-
ream
II Par 4,7 49 et candelabra aurea quinque ad dex-
teram et quinque ad sinistram con-
tra oraculum ex auro primo
et quasi lilii flores et lucernas desu-
per aureas et forcipes aureos
50 et hydrias et fuscinulas et fialas et
mortariola et turibula de auro pu-
rissimo
et cardines ostiorum domus interio-
ris sancti sanctorum et ostiorum do-
mus templi ex auro erant
II Par 5,1 51 et perfecit omne opus quod faciebat
Salomon in domo Domini
II Sm 8,10.11 et intulit quae sanctificaverat David
pater suus
I Par 26,26 argentum et aurum et vasa reposuit-
que in thesauris domus Domini
1–10: II Par 5,2–11 8 tunc congregavit omnes maiores na-
tu Israhel cum principibus tribuum
et duces familiarum filiorum Israhel
ad regem Salomonem in Hierusalem
ut deferrent arcam foederis Domini
de civitate David id est de Sion
2 convenitque ad regem Salomonem
universus Israhel
in mense hethanim in sollemni die
ipse est mensis septimus
3 veneruntque cuncti senes ex Israhel Ios 3,3! II Sm 15,24
et tulerunt sacerdotes arcam
4 et portaverunt arcam Domini et ta-
bernaculum foederis
et omnia vasa sanctuarii quae erant
in tabernaculo
et ferebant ea sacerdotes et Levitae
5 rex autem Salomon et omnis multi- II Sm 6,2!
tudo Israhel quae convenerat ad
eum gradiebatur cum illo ante ar-
cam
et immolabant oves et boves absque Nm 15,3!
aestimatione et numero
6 et intulerunt sacerdotes arcam foe- 6,19; II Sm 6,17! I Par 22,19
deris Domini in locum suum
in oraculum templi in sanctum sanc-
torum subter alas cherubin
7 siquidem cherubin expandebant alas Ex 25,20!
super locum arcae
et protegebant arcam et vectes eius
desuper
8 cumque eminerent vectes et appare-
rent summitates eorum foris sanc-
tuarium ante oraculum
non apparebant ultra extrinsecus
qui et fuerunt ibi usque in praesen-
tem diem
9 in arca autem non est aliud nisi duae
tabulae lapideae quas posuerat in
ea Moses in Horeb
quando pepigit foedus Dominus cum 21
filiis Israhel cum egrederentur de
terra Aegypti
10 factum est autem cum exissent sa-
cerdotes de sanctuario Is 6,4; Apc 15,8!
nebula implevit domum Domini Ex 40,32.33! Ez 10,4
11 et non poterant sacerdotes stare et II Par 5,14
ministrare propter nebulam
impleverat enim gloria Domini do-

RAC ΣΛDΦkm cr 45 lebetes c | 49 primo] puro CΣΛc || 8,1 congregati sunt ΛΦc | 3 ex] de c; *om.* Λ. | ~ arcam sacerdotes c | 5 conuenerant RDk | gradiebantur RD; egrediebatur A. | 7 expandebat CD | 9 est] erat c | domini RD. | ~ dominus foedus Cc |

mum Domini
12—49: II Par 6,1–39 12 tunc ait Salomon
Ex 19,9! Dominus dixit ut habitaret in nebula
13 aedificans aedificavi domum in habitaculum tuum
firmissimum solium tuum in sempiternum
14 convertitque rex faciem suam et benedixit omni ecclesiae Israhel
omnis enim ecclesia Israhel stabat
15 et ait
benedictus Dominus Deus Israhel qui locutus est ore suo ad David patrem meum
et in manibus eius perfecit dicens
II Sm 7,6.7! 16 a die qua eduxi populum meum Israhel de Aegypto
non elegi civitatem de universis tribubus Israhel
ut aedificaretur domus et esset nomen meum ibi
sed elegi David ut esset super populum meum Israhel
I Par 22,7! 28,2; II Par 6,7 17 voluitque David pater meus aedificare domum nomini Domini Dei Israhel
18 et ait Dominus ad David patrem meum
5,5! II Sm 7,3.5; I Par 22,7! IV Esr 3,24 quod cogitasti in corde tuo aedificare domum nomini meo bene fecisti hoc ipsum mente tractans
19 verumtamen tu non aedificabis domum
II Sm 7,12.13! I Par 17,11.12 sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis
I Par 22,10 ipse aedificabit domum nomini meo
20 confirmavit Dominus sermonem suum quem locutus est
stetique pro David patre meo
5,5! I Par 28,5.6 et sedi super thronum Israhel sicut locutus est Dominus
Sap 9,7.8 et aedificavi domum nomini Domini Dei Israhel

21 et constitui ibi locum arcae in qua foedus est Domini 9
quod percussit cum patribus nostris
quando egressi sunt de terra Aegypti
22 stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiae Israhel 22—30: Sir 52,1–13 IV Esr 7,108
et expandit manus suas in caelum Ex 9,22!
23 et ait
Domine Deus Israhel non est similis tui Deus in caelo desuper et super terra deorsum Dt 3,24! 4,39! Ps 85,8! 88,7
qui custodis pactum et misericordiam servis tuis
qui ambulant coram te in toto corde suo
24 qui custodisti servo tuo David patri meo quae locutus es ei 6,12!
ore locutus es et manibus perfecisti ut et haec dies probat
25 nunc igitur Domine Deus Israhel
conserva famulo tuo David patri meo quae locutus es ei dicens 2,4! 9,4.5
non auferetur de te vir coram me qui sedeat super thronum Israhel II Par 7,18 Ps 131,12
ita tamen si custodierint filii tui viam suam ut ambulent coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo
26 et nunc Deus Israhel firmentur verba tua quae locutus es servo tuo David patri meo
27 ergone putandum est quod vere Deus habitet super terram
si enim caelum et caeli caelorum te capere non possunt quanto magis domus haec quam aedificavi II Par 2,6
28 sed respice ad orationem servi tui et ad preces eius Domine Deus meus
audi hymnum et orationem quam servus tuus orat coram te hodie
29 ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte et die 52; 9,3! 11,36! II Par 6,20; Za 12,4
super domum de qua dixisti erit nomen meum ibi Dt 12,5! IV Rg 21,4; II Par 33,4
ut exaudias orationem qua orat te

15 ait + salomon c | [*deest* k *usque ad* 11,15] | 17 nominis RDm. | 18 pertractans CΣ; tractare D. | 19 domum¹] *praem.* mihi ΛDΦc; + michi C. | 20 stetitque RD | 21 ~ domini est c | 23 super terram ADΦc; sub terra Σ | 24 et² *om.* RΣΛDΦc | 26 nunc + domine CΦc | 28 quam] qua RD. | 29 et] ac c | qua²] quam CΣΛΦc | te] ad te Φc; *om.* R |

RAC ΣΛDΦ(k)m cr

servus tuus in loco isto
30 ut exaudias deprecationem servi tui
et populi tui Israhel
quodcumque oraverint in loco isto
et exaudies in loco habitaculi tui in
caelo
et cum exaudieris propitius eris
31 si peccaverit homo in proximum su-
um
et habuerit aliquod iuramentum quo
teneatur adstrictus
et venerit propter iuramentum co-
ram altari tuo in domum tuam
32 tu exaudies in caelo et facies
et iudicabis servos tuos
condemnans impium et reddens viam
suam super caput eius
iustificansque iustum et retribuens ei
secundum iustitiam suam
33 si fugerit populus tuus Israhel inimi-
cos suos
quia peccaturus est tibi
et agentes paenitentiam et confiten-
tes nomini tuo
venerint et oraverint et deprecati te
fuerint in domo hac
Mt 6,12! 34 exaudi in caelo et dimitte peccatum
populi tui Israhel
et reduces eos in terram quam de-
disti patribus eorum
35 si clausum fuerit caelum et non plue-
rit propter peccata eorum
et orantes in loco isto paenitentiam
egerint nomini tuo
et a peccatis suis conversi fuerint
propter adflictionem suam
36 exaudi eos in caelo et dimitte pec-
cata servorum tuorum et populi tui
Israhel
et ostende eis viam bonam per quam
ambulent
et da pluviam super terram tuam
quam dedisti populo tuo in posses-
sionem

37 fames si oborta fuerit in terra aut 37—39: II Par 20,9!
pestilentia aut corruptus aer
aurugo lucusta rubigo et adflixerit
eum
et inimicus eius portas obsidens
omnis plaga universa infirmitas
38 cuncta devotatio et inprecatio quae
acciderit omni homini de populo
tuo Israhel
si quis cognoverit plagam cordis sui
et expanderit manus suas in domo Ps 27,2!
hac
39 tu audies in caelo in loco habitationis 43.45.49! Dt 26,15!
tuae et repropitiaberis
et facies ut des unicuique secundum Sir 16,15! Ier 17,10! 32,19!
omnes vias suas
sicut videris cor eius quia tu nosti
solus cor omnium filiorum homi-
num
40 ut timeant te cunctis diebus quibus
vivunt super faciem terrae quam
dedisti patribus nostris
41 insuper et alienigena qui non est de 41—43: Is 56,6.7!
populo tuo Israhel
cum venerit de terra longinqua prop-
ter nomen tuum
audietur enim nomen tuum magnum
et manus tua fortis et brachium tu-
um 42 extentum ubique
cum venerit ergo et oraverit in loco
hoc
43 tu exaudies in caelo in firmamento 391
habitaculi tui
et facies omnia pro quibus invoca-
verit te alienigena
ut discant universi populi terrarum Ps 101,16!
nomen tuum timere sicut populus
tuus Israhel
et probent quia nomen tuum invo- I Mcc 7,37
catum est super domum hanc quam
aedificavi
44 si egressus fuerit populus tuus ad
bellum contra inimicos suos per
viam quocumque miseris eos

RAC ΣΛDΦm cr
29 ~ in loco isto ad te seruus tuus c. | 31 altario CΣ | 36 exaudi eos] exaudies CΣ | 37 aurugo Amr.] aurigo D.; aut rugo R.; aut aerugo CΣΛΦ; aut aerugo aut c | lucusta + uel c | et² *om.* c | 39 audias Σ.; exaudies CΛDΦc | ~ solus nosti R | 42 ~ hoc loco c. | 44 quodcumque D.; quamcumque RΛ |

orabunt te contra viam civitatis
quam elegisti
et contra domum quam aedificavi
nomini tuo
39! [45]et exaudies in caelo orationem eo-
rum et preces eorum
et facies iudicium eorum
II Par 6,36; Prv 20,9; Ecl 7,21; Sir 8,6; Rm 3,23! [46]quod si peccaverint tibi
non est enim homo qui non peccet
et iratus tradideris eos inimicis suis
et capti ducti fuerint in terram ini-
micorum longe vel prope
[47]et egerint paenitentiam in corde suo
in loco captivitatis
II Par 6,37 et conversi deprecati te fuerint in
captivitate sua dicentes
II Sm 24,17! Idt 7,19; Ps 105,6! Bar 2,12 peccavimus inique egimus impie ges-
simus
[48]et reversi fuerint ad te in universo
corde suo et tota anima sua
in terra inimicorum suorum ad quam
captivi ducti sunt
et oraverint te contra viam terrae
suae quam dedisti patribus eorum
et civitatis quam elegisti et templi
quod aedificavi nomini tuo
39! II Par 6,25; 7,14 [49]exaudies in caelo in firmamento solii
tui orationem eorum et preces
et facies iudicium eorum
Dt 21,8! Ps 24,11! 77,38! [50]et propitiaberis populo tuo qui pec-
cavit tibi
Ier 31,34! et omnibus iniquitatibus eorum qui-
bus praevaricati sunt in te
Ex 3,21! Ps 105,46 et dabis misericordiam coram eis qui
eos captivos habuerint ut misere-
antur eis
[51]populus enim tuus est et hereditas
tua
Dt 4,20! quos eduxisti de terra Aegypti de
medio fornacis ferreae
29! [52]ut sint oculi tui aperti ad deprecatio-
nem servi tui et populi tui Israhel
et exaudias eos in universis pro qui-
bus invocaverint te

[53]tu enim separasti eos tibi in heredi- Dt 14,2!
tatem de universis populis terrae
sicut locutus es per Mosen servum
tuum
quando eduxisti patres nostros de Dt 20,1!
Aegypto Domine Deus
[54]factum est autem cum conplesset Sa- II Par 7,1
lomon orans Dominum omnem
orationem et deprecationem hanc
surrexit de conspectu altaris Domini
utrumque enim genu in terram fixerat I Esr 9,5!
et manus expanderat ad caelum
[55]stetit ergo et benedixit omni eccle-
siae Israhel voce magna dicens
[56]benedictus Dominus qui dedit re-
quiem populo suo Israhel iuxta om-
nia quae locutus est
non cecidit ne unus quidem sermo ex
omnibus bonis quae locutus est per
Mosen servum suum
[57]sit Dominus Deus noster nobiscum
sicut fuit cum patribus nostris non
derelinquens nos neque proiciens
[58]sed inclinet corda nostra ad se Ps 118,36
ut ambulemus in universis viis eius 61! Lv 18,4! Ez 11,20; 20,19
et custodiamus mandata eius et cae-
rimonias et iudicia
quaecumque mandavit patribus nos-
tris
[59]et sint sermones mei isti quibus de-
precatus sum coram Domino
adpropinquantes Domino Deo nos-
tro die et nocte
ut faciat iudicium servo suo et po-
pulo suo Israhel per singulos dies
[60]et sciant omnes populi terrae quia Dt 4,35! IV Rg 19,19! Tb 8,19; 13,4!
Dominus ipse est Deus
et non est ultra absque eo
[61]sit quoque cor nostrum perfectum I Par 29,19; II Par 30,12; I Esr 7,10! Ps 107,2
cum Domino Deo nostro
ut ambulemus in decretis eius et cus- 58! Ps 118,5.6
todiamus mandata eius sicut et
hodie
[62]igitur rex et omnis Israhel cum eo 62—66: II Par 7,4–10

45 orationes Dc | 46 capti RAmr.] captiui *cet.* | 47 te *om.* RD | 48 et² + in C | sunt] fuerint ΛΦc | 49 orationes Cc | preces + eorum c | 50 peccauerit C | 54 in terra R Cr | ad] in c. | 58 caerimonias + eius Σc. | 59 et²] ac c | 60 et¹] ut c | RAC ΣΛDΦm cr

Gn 46,1! II Sm 6,17! I Par 29,21; II Par 9,4; 11,16; II Esr 12,42; II Mcc 2,9 immolabant victimas coram Domino
63 mactavitque Salomon hostias pacificas quas immolavit Domino
Lv 22,21! boum viginti duo milia
ovium centum viginti milia
I Esr 6,16 et dedicaverunt templum Domini rex et filii Israhel
64 in die illa sanctificavit rex medium atrii quod erat ante domum Domini
Ios 22,23! Ier 17,26; 33,18 fecit quippe ibi holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum
IV Rg 16,14 quia altare aereum quod erat coram Domino minus erat
et capere non poterat holocausta et sacrificium et adipem pacificorum
II Mcc 2,12 65 fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem et omnis Israhel cum eo multitudo magna
ab introitu Emath usque ad rivum Aegypti coram Domino Deo nostro
septem diebus et septem diebus id est quattuordecim diebus
I Sm 10,25! 66 et in die octava dimisit populos
qui benedicentes regi profecti sunt in tabernacula sua
Ex 18,9! laetantes et alacri corde
super omnibus bonis quae fecerat Dominus David servo suo et Israhel populo suo
1–9: II Par 7,11–22 10: 3,1! II Par 8,1 9 factum est autem cum perfecisset Salomon aedificium domus Domini et aedificium regis et omne quod optaverat et voluerat facere
3,5! 11,9 2 apparuit Dominus ei secundo sicut apparuerat ei in Gabaon
3 dixitque Dominus ad eum
8,29! exaudivi orationem tuam et deprecationem tuam qua deprecatus es coram me
sanctificavi domum hanc quam aedificasti
ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum I Esr 6,12
et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus
4 tu quoque si ambulaveris coram me sicut ambulavit pater tuus 6,12! 8,25.26! 11,38!
in simplicitate cordis et in aequitate Ps 24,21 H
et feceris omnia quae praecepi tibi
et legitima mea et iudicia mea servaveris
5 ponam thronum regni tui super Israhel in sempiternum
sicut locutus sum David patri tuo dicens
non auferetur de genere tuo vir de solio Israhel
6 si autem aversione aversi fueritis vos et filii vestri
non sequentes me nec custodientes mandata mea et caerimonias quas proposui vobis 11,10
sed abieritis et colueritis deos alienos et adoraveritis eos
7 auferam Israhel de superficie terrae quam dedi eis
et templum quod sanctificavi nomini meo proiciam a conspectu meo Ps 45,5
eritque Israhel in proverbium et in fabulam cunctis populis Dt 28,37!
8 et domus haec erit in exemplum 8.9: Dt 29,24–27; Ier 22,8.9
omnis qui transierit per eam stupebit et sibilabit et dicet Lv 26,32!
quare fecit Dominus sic terrae huic et domui huic
9 et respondebunt quia dereliquerunt Dominum Deum suum Idc 2,12!
qui eduxit patres eorum de terra Aegypti
et secuti sunt deos alienos
et adoraverunt eos et coluerunt
idcirco induxit Dominus super eos omne malum hoc Gn 42,21
10 expletis autem annis viginti post-

RAC ΣΛDΦm cr

63 milia[1] + et Φc | 64 ~ holocaustum ibi c; ibi *om.* m. | adipe[1.2] A | quia] quoniam c | aeneum CΛDΦm | holocaustum[2] c || 9,1 uoluerat] uouerat RCr | 2 ~ ei dominus Σmc | 3 qua AΛmr] quae RΣ; quam CDΦc | 5 ~ uir de genere tuo c; tibi uir Σ | 6 caerimonias + meas c. | 7 de superfacie Cr; de superfacia D.; de super faciem R | in fabula R | 9 coluerunt + eos c |

1: 3,1! quam aedificaverat Salomon duas
domos
id est domum Domini et domum re-
gis
11 Hiram rege Tyri praebente Salomoni
ligna cedrina et abiegna et aurum
iuxta omne quod opus habuerat
tunc dedit Salomon Hiram viginti
oppida in terra Galileae
12 egressusque est Hiram de Tyro ut vi-
deret oppida quae dederat ei Salo-
mon et non placuerunt ei
13 et ait haecine sunt civitates quas de-
disti mihi frater
et appellavit eas terram Chabul us-
que in diem hanc
14 misit quoque Hiram ad regem cen-
tum viginti talenta auri
3,1! II Sm 5,9! II Par 32,5 15 haec est summa expensarum quam
obtulit rex Salomon ad aedifican-
dam domum Domini et domum
suam et Mello et murum Hierusa-
lem
et Eser et Mageddo et Gazer
16 Pharao rex Aegypti ascendit et cepit
Ios 16,10; Idc 1,29 Gazer succenditque eam igni
et Chananeum qui habitabat in civi-
tate interfecit
et dedit eam in dote filiae suae uxori
Salomonis
II Par 8,4.5 17 aedificavit ergo Salomon Gazer et
Bethoron inferiorem
18 et Baalath et Palmyram in terra soli-
tudinis
19—23: II Par 8,6–10 19 et omnes vicos qui ad se pertinebant
et erant absque muro munivit
et civitates curruum et civitates equi-
tum
et quodcumque ei placuit ut aedifica-
ret in Hierusalem et in Libano et in
omni terra potestatis suae
20 universum populum qui remanserat
Ios 9,1! de Amorreis et Hettheis et Ferezeis
et Eveis et Iebuseis
qui non sunt de filiis Israhel
21 horum filios qui remanserant in terra
quos scilicet non potuerant filii Isra- Ios 17,13; Idc 1,28
hel exterminare
fecit Salomon tributarios usque ad
diem hanc
22 de filiis autem Israhel non constituit
Salomon servire quemquam
sed erant viri bellatores et ministri
eius et principes et duces
et praefecti curruum et equorum
23 erant autem principes super omnia 5,16
opera Salomonis praepositi quin-
genti quinquaginta
qui habebant subiectum populum et
statutis operibus imperabant
24 filia autem Pharaonis ascendit de 7,8! II Par 8,11.12
civitate David in domum suam
quam aedificaverat ei
tunc aedificavit Mello 11,27; II Sm 5,9!
25 offerebat quoque Salomon tribus vi-
cibus per annos singulos
holocausta et pacificas victimas su- II Sm 24,25!
per altare quod aedificaverat Do-
mino
et adolebat thymiama coram Do-
mino
perfectumque est templum
26 classem quoque fecit rex Salomon in 22,49
Asiongaber 26—28: II Par 8,17.18
quae est iuxta Ahilam in litore maris
Rubri in terra Idumea
27 misitque Hiram in classe illa servos 10,11.22!
suos viros nauticos et gnaros maris
cum servis Salomonis II Par 9,10
28 qui cum venissent in Ophir sump- 22,49; I Par 29,4
tum inde aurum quadringentorum
viginti talentorum detulerunt ad
regem Salomonem
10 sed et regina Saba audita fama Sa- Mt 12,42!
lomonis in nomine Domini 1—13: II Par 9,1–12
venit temptare eum in enigmatibus
2 et ingressa Hierusalem multo comi-
tatu et divitiis

11 regem CΦ | 12 et egressus est Dc | 13 terra CΣ | 14 regem + salomonem c | 15 est *om.* R | 16 in dotem ΣΛΦc | 21 poterant A | usque in c | 24 ei + salomon ΛΦc | 26 ahilam] ailath c. | idumeae ΣΛc || **10**,2 multo + cum c. |

RAC ΣΛDΦm cr

Gn 24,10 camelis portantibus aromata et aurum infinitum nimis et gemmas pretiosas
venit ad Salomonem et locuta est ei universa quae habebat in corde suo
[3]et docuit eam Salomon omnia verba quae proposuerat
non fuit sermo qui regem posset latere et non responderet ei
[4]videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis
et domum quam aedificaverat [5]et
cibos mensae eius
et habitacula servorum et ordinem ministrantium vestesque eorum et pincernas
et holocausta quae offerebat in domo Domini
non habebat ultra spiritum
[6]dixitque ad regem
verus est sermo quem audivi in terra mea
[7]super sermonibus tuis et super sapientia tua
et non credebam narrantibus mihi
donec ipsa veni et vidi oculis meis et probavi
quod media pars mihi nuntiata non fuerit
maior est sapientia et opera tua quam rumor quem audivi
[8]beati viri tui et beati servi tui hii qui stant coram te semper et audiunt sapientiam tuam
5,7; II Par 2,11.12 [9]sit Dominus Deus tuus benedictus cui placuisti et posuit te super thronum Israhel
eo quod dilexerit Dominus Israhel in sempiternum
II Sm 8,15! et constituit te regem ut faceres iudicium et iustitiam
[10]dedit ergo regi centum viginti talenta auri
et aromata multa nimis et gemmas pretiosas
non sunt adlata ultra aromata tam multa quam ea quae dedit regina Saba regi Salomoni
[11]sed et classis Hiram quae portabat aurum de Ophir 9,27.28! II Par 8,18!
adtulit ex Ophir ligna thyina multa nimis et gemmas pretiosas
[12]fecitque rex de lignis thyinis fulchra domus Domini et domus regiae
et citharas lyrasque cantoribus
non sunt adlata huiuscemodi ligna thyina neque visa usque in praesentem diem
[13]rex autem Salomon dedit reginae Saba omnia quae voluit et petivit ab eo
exceptis his quae ultro obtulerat ei munere regio
quae reversa est et abiit in terram suam cum servis suis
[14]erat autem pondus auri quod adferebatur Salomoni per annos singulos 14–28: II Par 9,13–28
sescentorum sexaginta sex talentorum auri
[15]excepto eo quod offerebant viri qui super vectigalia erant
et negotiatores universique scruta vendentes et omnes reges Arabiae ducesque terrae
[16]fecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro puro 14,26; II Par 12,9
sescentos auri siclos dedit in lamminas scuti unius
[17]et trecentas peltas ex auro probato
trecentae minae auri unam peltam vestiebant
posuitque ea rex in domo silvae Libani
[18]fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem
et vestivit eum auro fulvo nimis
[19]qui habebat sex gradus

RAC ΣΛDΦm cr 2 ad + regem c | 3 possit ΛΣDΦ | 5 ordine R.; ordines c | 7 super sapientiam tuam C | 8 hii *om.* c | 9 cui complacuisti Φc | 10 ~ ultra adlata C | 15 afferebant Φc | scruta] scuta AΦ; scrutamina Λ | 16 purissimo c | 17 probato + et C | ea] eas Φc; *om.* D | siluae] saltus ΛΦc | 18 grande AΣ |

et summitas throni rotunda erat in
parte posteriori
et duae manus hinc atque inde te-
nentes sedile
et duo leones stabant iuxta manus
singulas
20 et duodecim leunculi stantes super
sex gradus hinc atque inde
non est factum tale opus in universis
regnis
21 sed et omnia vasa de quibus potabat
rex Salomon erant aurea
et universa supellex domus saltus
Libani de auro purissimo
non erat argentum nec alicuius pretii
putabatur in diebus Salomonis
9,27; II Par 8,18; 9,21; 20,36 22 quia classis regis per mare cum classe
Hiram semel per tres annos ibat in
Tharsis
deferens inde aurum et argentum
dentes elefantorum et simias et pavos
3,12! 13! 4,30; I Par 29,25! II Par 1,1 23 magnificatus est ergo rex Salomon
super omnes reges terrae divitiis et
sapientia
4,34; Ps 44,13 24 et universa terra desiderabat vultum
Salomonis
3,12! Mt 12,42 ut audiret sapientiam eius quam de-
derat Deus in corde eius
Ps 67,30! 25 et singuli deferebant ei munera
vasa argentea et aurea
vestes et arma bellica
aromata quoque et equos et mulos
per annos singulos
26–29: II Par 1,14–17 26 congregavitque Salomon currus et
equites
4,26; II Par 9,25 et facti sunt ei mille quadringenti
currus et duodecim milia equitum
et disposuit eos per civitates munitas
et cum rege in Hierusalem
27 fecitque ut tanta esset abundantia
argenti in Hierusalem quanta lapi-
dum
et cedrorum praebuit multitudinem
quasi sycomoros quae nascuntur in
campestribus
28 et educebantur equi Salomoni de
Aegypto et de Coa
negotiatores enim regis emebant de
Coa et statuto pretio perducebant
29 egrediebatur autem quadriga ex Ae-
gypto sescentis siclis argenti
et equus centum quinquaginta
atque in hunc modum cuncti reges
Hettheorum et Syriae equos venun-
dabant
11 rex autem Salomon amavit mulie- Sir 47,21
res alienigenas multas
filiam quoque Pharaonis et Moabiti-
das et Ammanitidas Idumeas et
Sidonias et Chettheas
2 de gentibus super quibus dixit Do- Ex 34,16!
minus filiis Israhel
non ingrediemini ad eas
neque de illis ingredientur ad vestras
certissimo enim avertent corda ves-
tra ut sequamini deos earum
his itaque copulatus est Salomon
ardentissimo amore
3 fueruntque ei uxores quasi reginae
septingentae et concubinae trecen-
tae
et averterunt mulieres cor eius
4 cumque iam esset senex depravatum Dt 17,17; II Esr 13,26; Sir 9,9!
est per mulieres cor eius ut seque-
retur deos alienos
nec erat cor eius perfectum cum Do-
mino Deo suo sicut cor David pat-
ris eius
5 sed colebat Salomon Astharthen de- 33; IV Rg 23,13
am Sidoniorum
et Moloch idolum Ammanitarum
6 fecitque Salomon quod non placue-
rat coram Domino
et non adimplevit ut sequeretur Do-
minum sicut pater eius
7 tunc aedificavit Salomon fanum 12,31; 14,23; IV Rg 23,13
Chamos idolo Moab in monte qui
est contra Hierusalem

21 de[1] *om.* c. | portabat CΣ | 22 argentum + et Σc | 27 quanta + et c | 29 equus[1]] equis R; equos C || 11,1 adamauit c; amabat Σ. | hetthaeas c | 2 certissime CΛΦc | 4 ~ cor eius per mulieres c | 6 sicut + dauid Φc | 7 idolum[1] RΛ |

RAC ΣΛDΦm cr

et Moloch idolo filiorum Ammon
8 atque in hunc modum fecit universis uxoribus suis alienigenis
quae adolebant tura et immolabant diis suis
9 igitur iratus est Dominus Salomoni
quod aversa esset mens eius a Domino Deo Israhel
9,2! qui apparuerat ei secundo
9,6 10 et praeceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos
et non custodivit quae mandavit ei Dominus
11 dixit itaque Dominus Salomoni
quia habuisti hoc apud te
31; 14,8; I Sm 15,28! et non custodisti pactum meum et praecepta mea quae mandavi tibi
disrumpens scindam regnum tuum et dabo illud servo tuo
35; 21,29 12 verumtamen in diebus tuis non faciam propter David patrem tuum
de manu filii tui scindam illud
34 13 nec totum regnum auferam
12,20 sed tribum unam dabo filio tuo propter David servum meum et Hierusalem quam elegi
14 suscitavit autem Dominus adversarium Salomoni Adad Idumeum de semine regio qui erat in Edom
I Par 18,12! 15 cum enim esset David in Idumea
et ascendisset Ioab princeps militiae ad sepeliendos eos qui fuerant interfecti
et occidisset omne masculinum in Idumea
16 sex enim mensibus ibi moratus est Ioab et omnis Israhel
donec interimerent omne masculinum in Idumea
17 fugit Adad ipse et viri idumei de servis patris eius cum eo ut ingrederetur Aegyptum
erat autem Adad puer parvulus
18 cumque surrexissent de Madian venerunt in Pharan
tuleruntque secum viros de Pharan
et introierunt Aegyptum ad Pharaonem regem Aegypti
qui dedit ei domum et cibos constituit et terram delegavit Gn 47,11.12
19 et invenit Adad gratiam coram Pharao valde
in tantum ut daret ei uxorem sororem uxoris suae germanam Tafnes reginae
20 genuitque ei soror Tafnes Genebath filium
et nutrivit eum Tafnes in domo Pharaonis
eratque Genebath habitans apud Pharaonem cum filiis eius
21 cumque audisset Adad in Aegypto dormisse David cum patribus suis 2,10! Gn 30,25!
et mortuum esse Ioab principem militiae
dixit Pharaoni dimitte me ut vadam in terram meam
22 dixitque ei Pharao qua enim re apud me indiges ut quaeras ire ad terram tuam
at ille respondit nulla sed obsecro ut dimittas me
23 suscitavit quoque ei Deus adversarium Razon filium Heliada qui fugerat Adadezer regem Soba dominum suum II Sm 8,3!
24 et congregavit contra eum viros Idc 9,4; 11,3; I Sm 22,2
et factus est princeps latronum cum interficeret eos David
abieruntque Damascum et habitaverunt ibi
et constituerunt eum regem in Damasco
25 eratque adversarius Israhel cunctis diebus Salomonis
et hoc est malum Adad et odium contra Israhel regnavitque in Syria
26 Hieroboam quoque filius Nabath 12,2; II Par 13,6

RAC ΣΛDΦ(k)m cr
7 idolum² CΣ | 13 quem C | 15 ad sepeliendum c | [*adest* k *usque ad v.* 33] | omnem RΣDk | masculum R | 16 interimeret c; interficerent R; interficeret Σ | omnem RΣD | 19 coram pharaone Σc | 20 in domum RΣ | 21 in aegyptum RD | 22 obsecro + te c | 25 israeli¹ c. |

Ephratheus de Sareda
cuius mater erat nomine Sarva mu-
lier vidua servus Salomonis
levavit manum contra regem
27 et haec causa rebellionis adversus
eum
9,24! quia Salomon aedificavit Mello
et coaequavit voraginem civitatis
David patris sui
28 erat autem Hieroboam vir fortis et
potens
vidensque Salomon adulescentem
bonae indolis et industrium
constituerat eum praefectum super
tributa universae domus Ioseph
29 factum est igitur in tempore illo ut
Hieroboam egrederetur de Hieru-
salem
14,2 et inveniret eum Ahias Silonites pro-
pheta in via opertus pallio novo
erant autem duo tantum in agro
30 adprehendensque Ahia pallium su-
um novum quo opertus erat scidit
in duodecim partes
12,15! 31 et ait ad Hieroboam tolle tibi decem
scissuras
haec enim dicit Dominus Deus Isra-
hel
11! 14,8 ecce ego scindam regnum de manu
Salomonis
35 et dabo tibi decem tribus
32 porro una tribus remanebit ei prop-
ter servum meum David et Hieru-
14,21! salem civitatem
quam elegi ex omnibus tribubus Is-
rahel
33 eo quod dereliquerint me
5,6! et adoraverint Astharoth deam Sido-
niorum
et Chamos deum Moab
et Melchom deum filiorum Ammon
et non ambulaverint in viis meis
ut facerent iustitiam coram me et
praecepta mea et iudicia sicut Da-
vid pater eius
34 nec auferam omne regnum de manu 13
eius
sed ducem ponam eum cunctis die-
bus vitae suae
propter David servum meum quem Dt 26,18!
elegi
qui custodivit mandata mea et prae-
cepta mea
35 auferam autem regnum de manu filii 12
eius
et dabo tibi decem tribus 31
36 filio autem eius dabo tribum unam
ut remaneat lucerna David servo 15,4! IV Rg 8,19
meo cunctis diebus coram me
in Hierusalem civitatem quam elegi 8,29! 14,21; IV Rg 21,7;
ut esset nomen meum ibi 23,27; II Par 6,6!
37 te autem adsumam et regnabis super
omnia quae desiderat anima tua
erisque rex super Israhel
38 si igitur audieris omnia quae praece- Ex 15,26! Ps 80,14
pero tibi
et ambulaveris in viis meis 9,4! II Esr 10,29
et feceris quod rectum est coram me 14,8! IV Rg 22,2!
custodiens mandata mea et praecepta
mea sicut fecit David servus meus
ero tecum et aedificabo tibi domum I Sm 2,35!
fidelem
quomodo aedificavi David
et tradam tibi Israhel
39 et adfligam semen David super hoc
verumtamen non cunctis diebus
40 voluit ergo Salomon interficere Hie- 12,2
roboam
qui surrexit et aufugit in Aegyptum II Par 10,2
ad Susac regem Aegypti 14,25; II Par 12,2.9
et fuit in Aegypto usque ad mortem
Salomonis
41 reliquum autem verborum Salomo- 41—43: II Par 9,29–31
nis
et omnia quae fecit et sapientia eius
ecce universa scripta sunt in libro

26 seruus salomonis] *ante* cuius *transpon.* c | 27 haec + est c | 30 ahias c | quo] quod Ck; *om.* Λ | coopertus AΛΦm c | 33 dereliquerunt ... adorauerunt R.; dereliquerit ... adorauerit ΣΛDΦ c | astarthen CΛΦ c | [*desinit* k] | melchom] moloch RΦ c; molocho Σ.; meihco D. | ambulauerunt R.; ambulauerit CΣΛDΦ c | faceret CΣΛDΦ c | 36 ciuitate AΛ c | 38 dauid[2]] *praem.* domum ΣΛΦ; + domum c |

RAC ΣΛDΦ(k)m cr

verborum Salomonis
[42] dies autem quos regnavit Salomon in Hierusalem super omnem Israhel
quadraginta anni sunt
2,101 Sir 47,26 [43] dormivitque Salomon cum patribus suis
et sepultus est in civitate David patris sui
regnavitque Roboam filius eius pro eo
1—19: II Par 10,1-19 **12** venit autem Roboam in Sychem
illuc enim congregatus erat omnis Israhel ad constituendum eum regem
11,26.40 [2] at Hieroboam filius Nabath cum adhuc esset in Aegypto profugus a facie regis Salomonis
audita morte eius reversus est de Aegypto
[3] miseruntque et vocaverunt eum
venit ergo Hieroboam et omnis multitudo Israhel
et locuti sunt ad Roboam dicentes
[4] pater tuus durissimum iugum inposuit nobis
tu itaque nunc inminue paululum de imperio patris tui durissimo
et de iugo gravissimo quod inposuit nobis et serviemus tibi
[5] qui ait eis
12 ite usque ad tertium diem et revertimini ad me
cumque abisset populus [6] iniit consilium rex Roboam cum senibus
qui adsistebant coram Salomone patre eius dum adviveret
et ait quod mihi datis consilium ut respondeam populo
[7] qui dixerunt ei
si hodie oboedieris populo huic et servieris
et petitioni eorum cesseris
locutusque fueris ad eos verba lenia
erunt tibi servi cunctis diebus
[8] qui dereliquit consilium senum quod dederant ei 13
et adhibuit adulescentes qui nutriti fuerant cum eo et adsistebant illi
[9] dixitque ad eos quod mihi datis consilium ut respondeam populo huic
qui dixerunt mihi levius fac iugum quod inposuit pater tuus super nos
[10] et dixerunt ei iuvenes qui nutriti fuerant cum eo
sic loquere populo huic qui locuti sunt ad te dicentes
pater tuus adgravavit iugum nostrum tu releva nos
sic loqueris ad eos
minimus digitus meus grossior est dorso patris mei
[11] et nunc pater meus posuit super vos iugum grave 14
ego autem addam super iugum vestrum
pater meus cecidit vos flagellis ego autem caedam scorpionibus
[12] venit ergo Hieroboam et omnis populus ad Roboam die tertia
sicut locutus fuerat rex dicens
revertimini ad me die tertia 5
[13] responditque rex populo dura
derelicto consilio seniorum quod ei dederant 8
[14] et locutus est eis secundum consilium iuvenum dicens
pater meus adgravavit iugum vestrum 11
ego autem addam iugo vestro
pater meus cecidit vos flagellis et ego caedam scorpionibus
[15] et non adquievit rex populo II Par 10,15
quoniam aversatus eum fuerat Dominus
ut suscitaret verbum suum 14,18; 15,29
quod locutus fuerat in manu Ahiae Silonitae ad Hieroboam filium Nabath 11,30.31

RAC ΣΛDΦm cr
41 uerborum² + dierum c ‖ 12,2 at + uero ΛΦc | 6 cum senioribus DΦc | dum] cum c | aduiueret] adhuc uiueret CΣΛΦc | quid R | ~ datis mihi c | populo + huic c | 10 loquere] loqueris Ac | 11 caedam + uos AΛΦc | 14 et ego] ego Σ; ego autem Λc | caedam + uos ΣΛDΦc | 15 ~ fuerat eum CΛDΦc |

16 videns itaque populus quod noluisset eos audire rex
respondit ei dicens
II Sm 20,1 quae nobis pars in David
vel quae hereditas in filio Isai
in tabernacula tua Israhel
nunc vide domum tuam David
et abiit Israhel in tabernacula sua
17 super filios autem Israhel quicumque
14,21 habitabant in civitatibus Iuda regnavit Roboam
II Sm 20,24 18 misit igitur rex Roboam Aduram qui erat super tributum
et lapidavit eum omnis Israhel et mortuus est
porro rex Roboam festinus ascendit currum et fugit in Hierusalem
IV Rg 17,21 19 recessitque Israhel a domo David usque in praesentem diem
20 factum est autem cum audisset omnis Israhel quod reversus esset Hieroboam
miserunt et vocaverunt eum congregato coetu
IV Rg 17,21 et constituerunt regem super omnem Israhel
11,13 nec secutus est quisquam domum David praeter tribum Iuda solam
21—24: II Par 11,1–4 21 venit autem Roboam Hierusalem
et congregavit universam domum Iuda et tribum Beniamin
centum octoginta milia electorum virorum et bellatorum
ut pugnaret contra domum Israhel
et reduceret regnum Roboam filio Salomonis
II Par 12,5.7 22 factus est vero sermo Domini ad Semeiam virum Dei dicens
23 loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda
et ad omnem domum Iuda et Beniamin et reliquos de populo dicens
24 haec dicit Dominus
non ascendetis nec bellabitis contra fratres vestros filios Israhel
revertatur vir in domum suam
a me enim factum est verbum hoc
audierunt sermonem Domini et reversi sunt de itinere
sicut eis praeceperat Dominus
25 aedificavit autem Hieroboam Sychem in monte Ephraim et habitavit ibi
et egressus inde aedificavit Phanuhel
26 dixitque Hieroboam in corde suo
nunc revertetur regnum ad domum David
27 si ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo Domini in Hierusalem
et convertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regem Iuda
interficientque me et revertentur ad eum
28 et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos et dixit eis Ex 32,4! IV Rg 17,16; II Par 11,15; 13,8!
nolite ultra ascendere Hierusalem
ecce dii tui Israhel qui eduxerunt te de terra Aegypti
29 posuitque unum in Bethel et alterum in Dan IV Rg 10,29
30 et factum est verbum hoc in peccatum
ibat enim populus ad adorandum vitulum usque in Dan Os 13,2
31 et fecit fana in excelsis 11,7; 13,32! 33! 14,23; IV Rg 17,32; II Par 11,15; 13,9
et sacerdotes de extremis populi qui non erant de filiis Levi
32 constituitque diem sollemnem in mense octavo quintadecima die mensis
in similitudinem sollemnitatis quae celebratur in Iuda
et ascendens altare similiter fecit in Bethel

16 isai + uade CΛΦc; + reuertere Σ | 18 igitur] ergo c | tributa c | 20 constituerunt + eum Cc | 21 tribu R | et³ *om.* RΣc | pugnarent Λc | reducerent ΣΛc | 22 factum est RΛ | uero] ergo Λm; igitur C.; autem c; *om.* Φ | domini] dei Am | 24 nec] neque Rc | audierunt + enim C | 28 in ierusalem c | ~ te eduxerunt c | 31 populis CD | 32 celebrabatur CDΦc | RAC ΣΛDΦm cr

Os 10,5 ut immolaret vitulis quos fabricatus
erat
constituitque in Bethel sacerdotes
excelsorum quae fecerat
IV Rg 23,15 33 et ascendit super altare quod extruxerat in Bethel
quintadecima die mensis octavi
quem finxerat de corde suo
et fecit sollemnitatem filiis Israhel
13,1; Ex 30,20! et ascendit super altare ut adoleret
incensum
20,35; I Sm 2,27! IV Rg 23,17 **13** et ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Bethel
12,33! Hieroboam stante super altare et tus
iaciente
2 et exclamavit contra altare in sermone Domini et ait
altare altare haec dicit Dominus
ecce filius nascetur domui David Iosias nomine
IV Rg 23,20 et immolabit super te sacerdotes excelsorum
qui nunc in te tura succendunt
II Par 34,5 et ossa hominum incendet super te
3 deditque in die illa signum dicens
Ex 3,12! 31,13! IV Rg 19,29! 20,9! Idc 6,17! hoc erit signum quod locutus est Dominus
ecce altare scinditur et effunditur cinis qui in eo est
4 cumque audisset rex sermonem hominis Dei quem inclamaverat contra altare in Bethel
extendit manum suam de altari dicens adprehendite eum
et exaruit manus eius quam extenderat contra eum
nec valuit retrahere eam ad se
5 altare quoque scissum est et effusus
cinis de altari
iuxta signum quod praedixerat vir
Dei in sermone Domini
6 et ait rex ad virum Dei
deprecare faciem Domini Dei tui et
ora pro me
ut restituatur manus mea mihi
oravit vir Dei faciem Domini et reversa est manus regis ad eum et
facta est sicut prius fuerat
7 locutus est autem rex ad virum Dei
veni mecum domum ut prandeas
et dabo tibi munera
8 responditque vir Dei ad regem
si dederis mihi mediam partem domus tuae non veniam tecum
nec comedam panem neque bibam
aquam in loco isto
9 sic enim mandatum est mihi in sermone Domini praecipientis
non comedes panem neque bibes
aquam
nec reverteris per viam qua venisti
10 abiit ergo per aliam viam et non est Mt 2,12
reversus per iter quo venerat in
Bethel
11 prophetes autem quidam senex habitabat in Bethel IV Rg 23,17
ad quem venit filius suus
et narravit ei omnia opera quae fecerat vir Dei illa die in Bethel
et verba quae locutus fuerat ad regem 32
et narraverunt patri suo
12 et dixit eis pater eorum
per quam viam abiit
ostenderunt ei filii sui viam per quam
abierat vir Dei qui venerat de Iuda
13 et ait filiis suis 27.28
sternite mihi asinum
qui cum stravissent ascendit 14 et abiit
post virum Dei
et invenit eum sedentem subtus terebinthum
et ait illi tune es vir Dei qui venisti
de Iuda
respondit ille ego sum
15 dixit ad eum veni mecum domum ut 15—17: IV Rg 13,7–9

RAC ΣΛDΦm cr 32 erat] fuerat DΦc || 13,1 stantem RΣD | iacientem R; iacentem D. | 2 ~ super te incendet c | 3 ~ illa die c | scindetur ... effundetur RΣΛDΦc | 5 effusus + est RΣc | 6 orauitque c | 9 qua] quam RD; in quo m. | 10 quo] quod RΛD | 11 uenit filius eius et narrauit R.; uenerunt filii sui et narrauerunt Σc | in illa die Σ; in die illa R | et³ *om.* Σc | 14 qui uenit RD | 15 dixitque c |

comedas panem
16 qui ait non possum reverti neque venire tecum
nec comedam panem nec bibam aquam in loco isto
17 quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini dicens
non comedes panem et non bibes ibi aquam nec reverteris per viam qua ieris
18 qui ait illi et ego propheta sum similis tui
et angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens
reduc eum tecum in domum tuam
et comedat panem et bibat aquam
fefellit eum 19 et reduxit secum
comedit ergo panem in domo eius et bibit aquam
20 cumque sederent ad mensam
factus est sermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum
26 21 et exclamavit ad virum Dei qui venerat de Iuda dicens
haec dicit Dominus quia inoboediens fuisti ori Domini
et non custodisti mandatum quod praecepit tibi Dominus Deus tuus
22 et reversus es et comedisti panem et bibisti aquam
in loco in quo praecepit tibi ne comederes panem neque biberes aquam
non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum
23 cumque comedisset et bibisset
stravit asinum prophetae quem reduxerat
20,36 24 qui cum abisset invenit eum leo in via et occidit
et erat cadaver eius proiectum in itinere
asinus autem stabat iuxta illum
et leo stabat iuxta cadaver
25 et ecce viri transeuntes viderunt cadaver proiectum in via 28
et leonem stantem iuxta cadaver
et venerunt et divulgaverunt in civitate in qua prophetes senex ille habitabat
26 quod cum audisset propheta ille qui reduxerat eum de via ait
vir Dei est qui inoboediens fuit ori Domini 21
et tradidit eum Dominus leoni
et confregit eum et occidit
iuxta verbum Domini quod locutus est ei
27 dixitque ad filios suos 13
sternite mihi asinum
qui cum stravissent 28 et ille abisset
invenit cadaver eius proiectum in via 25
et asinum et leonem stantes iuxta cadaver
non comedit leo de cadavere nec laesit asinum
29 tulit ergo prophetes cadaver viri Dei et posuit illud super asinum
et reversus intulit in civitatem prophetae senis ut plangerent eum
30 et posuit cadaver eius in sepulchro suo
et planxerunt eum heu frater
31 cumque planxissent eum dixit ad filios suos
cum mortuus fuero sepelite me in sepulchro in quo vir Dei sepultus est IV Rg 23,17
iuxta ossa eius ponite ossa mea
32 profecto enim veniet sermo quem praedixit in sermone Domini 11; IV Rg 23,16.17
contra altare quod est in Bethel 12,31! IV Rg 17,29;
et contra omnia fana excelsorum quae sunt in urbibus Samariae 23,19
33 post verba haec non est reversus Hieroboam de via sua pessima

16 neque] nec R | nec^{2}] neque R c | 17 ~ aquam ibi ΛDΦ c; ibi *om.* Σ | qua] quam CΣ | 18 et^{3}] ut c | 21 quia non oboediens DΦ c | tibi *om.* R | 22 praecepit tibi Λ cr, *cf.* 𝔐𝔊] praeceperam tibi R.; praecepi tibi *cet.* | in sepulchro C | 23 asinum prophetae A r, *cf.* 𝔐𝔊] as. prophetae illi C.; as. suum prophetae RD c (*edd.* 1593 *et* 1598); as. suum propheta ΣΛΦ c (*ed.* 1592) | 25 in ciuitatem CΣD | ~ ille senex c | 29 et inposuit C | plangeret c | 30 eheu m.; + heu Σ; + heu mi ΛΦ c |

RAC ΣΛDΦm cr

12,31! II Par 13,9 sed e contrario fecit de novissimis
populi sacerdotes excelsorum
Idc 17,5! quicumque volebat implebat manum
suam et fiebat sacerdos excelsorum
14,10; 15,29.30 34 et propter hanc causam peccavit do-
mus Hieroboam
et eversa est et deleta de superficie
terrae
14 in tempore illo aegrotavit Abia fili-
us Hieroboam
2 dixitque Hieroboam uxori suae
surge et commuta habitum ne co-
gnoscaris quod sis uxor Hieroboam
11,29 et vade in Silo ubi est Ahia propheta
qui locutus est mihi quod regnatu-
rus essem super populum hunc
3 tolle quoque in manu tua decem pa-
nes et crustula et vas mellis et vade
ad illum
ipse indicabit tibi quid eventurum
sit huic puero
4 fecit ut dixerat uxor Hieroboam
et consurgens abiit in Silo
et venit in domum Ahia
I Sm 3,2! at ille non poterat videre quia caliga-
verant oculi eius prae senectute
5 dixit autem Dominus ad Ahiam
ecce uxor Hieroboam ingreditur ut
consulat te super filio suo qui aegro-
tat
haec et haec loqueris ei
cum ergo illa intraret et dissimularet
se esse quae erat
6 audivit Ahias sonitum pedum eius
introeuntis per ostium et ait
ingredere uxor Hieroboam
quare aliam esse te simulas
ego autem missus sum ad te durus
nuntius
7 vade et dic Hieroboam
haec dicit Dominus Deus Israhel
16,2 quia exaltavi te de medio populi
et dedi te ducem super populum me-
um Israhel
8 et scidi regnum domus David et dedi 11,11! 31
illud tibi
et non fuisti sicut servus meus David 15,5
qui custodivit mandata mea 11,38!
et secutus est me in toto corde suo
faciens quod placitum esset in con-
spectu meo
9 sed operatus es male super omnes
qui fuerunt ante te
et fecisti tibi deos alienos et confla- Dt 9,12! Idc 17,3; Os 13,2
tiles
ut me ad iracundiam provocares
me autem proiecisti post corpus tu-
um
10 idcirco ecce ego inducam mala super 13,34!
domum Hieroboam
et percutiam de Hieroboam mingen- 15,29; 21,21; I Sm 25,34! IV Rg 9,8
tem ad parietem
et clausum et novissimum in Israhel
et mundabo reliquias domus Hiero-
boam
sicut mundari solet fimus usque ad
purum
11 qui mortui fuerint de Hieroboam in 16,4; 21,24
civitate comedent eos canes
qui autem mortui fuerint in agro vo-
rabunt eos aves caeli
quia Dominus locutus est
12 tu igitur surge et vade in domum tu-
am et in ipso introitu pedum tuo-
rum in urbem
morietur puer 13 et planget eum om-
nis Israhel et sepeliet 18; I Sm 25,1!
iste enim solus infertur de Hierobo-
am in sepulchrum
quia inventus est super eo sermo bo-
nus ad Dominum Deum Israhel in
domo Hieroboam
14 constituet autem sibi Dominus re-
gem super Israhel
qui percutiat domum Hieroboam in
hac die et in hoc tempore

RAC ΣΛDΦm cr

33 populis C | 34 de superfacie RCDr || **14**,2 ahias Cc | hunc] israhel C | 3 crustulam ΣΛDΦc | ipse + enim c | quod uenturum C | ~ puero huic c | 4 ahiae Σc | caligauerunt R | 5 ad ahia AD. | qui] quia ΑΣΛΦ | dissimulasset C | 6 ahia ΑΣDΦm | ~ te esse CΣΛDΦc | 9 mala Ac | 10 ecce] et D.; *om.* RΣ | 13 plangent R | infertur RCr] ingredietur Σ; inferetur *cet.* | a domino deo Λc | 14 percutiet Σc |

[15]et percutiet Dominus Israhel
sicut moveri solet harundo in aqua
et evellet Israhel de terra bona hac
quam dedit patribus eorum
IV Rg 17,23 et ventilabit eos trans Flumen
23! quia fecerunt sibi lucos ut inritarent
Dominum
[16]et tradet Dominus Israhel propter
15,30! Sir 47,29 peccata Hieroboam qui peccavit et
peccare fecit Israhel
[17]surrexit itaque uxor Hieroboam et
abiit et venit in Thersa
cumque illa ingrederetur limen do-
mus puer mortuus est
13! [18]et sepelierunt eum
12,15! 15,29 et planxit illum omnis Israhel iuxta
sermonem Domini quem locutus
est in manu servi sui Ahiae prophe-
tae
[19]reliqua autem verborum Hieroboam
quomodo pugnaverit et quomodo
regnaverit
ecce scripta sunt in libro verborum
dierum regum Israhel
[20]dies autem quibus regnavit Hiero-
boam viginti duo anni sunt
et dormivit cum patribus suis
15,25 regnavitque Nadab filius eius pro eo
12,17 [21]porro Roboam filius Salomonis reg-
21.22: II Par 12,13.14 navit in Iuda
quadraginta et unius anni erat Ro-
boam cum regnare coepisset
et decem et septem annis regnavit in
11,32.36! Hierusalem civitatem quam elegit
Dominus
ut poneret nomen suum ibi ex omni-
bus tribubus Israhel
31 nomen autem matris eius Naama
Ammanites
[22]et fecit Iudas malum coram Do-
mino
et inritaverunt eum super omnibus
quae fecerant patres eorum
in peccatis suis quae peccaverant

[23]aedificaverunt enim et ipsi sibi aras 15; 11,7; 12,31! 16,32.33!
et statuas et lucos IV Rg 17,10.16!
super omnem collem excelsum et IV Rg 16,4!
subter omnem arborem frondosam Is 57,5!
[24]sed et effeminati fuerunt in terra Lv 18,24!
feceruntque omnes abominationes
gentium
quas adtrivit Dominus ante faciem
filiorum Israhel
[25]in quinto autem anno regni Roboam II Par 12,2
ascendit Sesac rex Aegypti in Hie- 11,40!
rusalem
[26]et tulit thesauros domus Domini 10,16; 15,18; IV Rg 12,18;
et thesauros regios et universa diri- 14,14; 16,8!
puit 26—28: II Par 12,9–11
scuta quoque aurea quae fecerat Sa-
lomon
[27]pro quibus fecit rex Roboam scuta
aerea
et tradidit ea in manu ducum scuta-
riorum et eorum qui excubabant
ante ostium domus regis
[28]cumque ingrederetur rex in domum
Domini
portabant ea qui praeeundi habebant
officium
et postea reportabant ad armamen-
tarium scutariorum
[29]reliqua autem sermonum Roboam 29—31: II Par 12,15.16
et omnium quae fecit
ecce scripta sunt in libro verborum
dierum regum Iuda
[30]fuitque bellum inter Roboam et Hie- 15,6
roboam cunctis diebus
[31]dormivit itaque Roboam cum patri-
bus suis et sepultus est cum eis in
civitate David
nomen autem matris eius Naama 21
Ammanites
et regnavit Abiam filius eius pro eo
15 igitur in octavodecimo anno regni II Par 13,1.2
Hieroboam filii Nabath
regnavit Abiam super Iudam
[2]tribus annis regnavit in Hierusalem

15 dominus + deus ΣΛΦc | 18 illum] eum c | 21 et[2] *om.* c. | annos[2] c. | ciuitate ΑΛ Dc | ammanitis mc | 22 peccauerunt CΣc | 23 sibi *om.* C | 27 in manum c | 28 reportabant + ea CΛ | 29 omnia ΛΦc | uerborum] sermonum c | 31 dormiuitque roboam ΣΛDΦc | ammanitis Σc | abia RCΣΛDΦ || **15**,1 abia CΣΛDΦ |

RAC ΣΛDΦm cr

10; II Par 11,20 nomen matris eius Maacha filia Absalom
3 ambulavitque in omnibus peccatis patris sui quae fecerat ante eum
nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo sicut cor David patris eius
11,36! IV Rg 8,19; 19,34! Is 37,35; II Par 21,7 4 sed propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Hierusalem
ut suscitaret filium eius post eum et staret Hierusalem
14,8! 5 eo quod fecisset David rectum in oculis Domini
et non declinasset ab omnibus quae praeceperat ei cunctis diebus vitae suae
excepto sermone Uriae Hetthei
14,30 6 attamen bellum fuit inter Roboam et inter Hieroboam omni tempore vitae eius
II Par 13,22 7 reliqua autem sermonum Abiam et omnia quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda
II Par 13,2 fuitque proelium inter Abiam et inter Hieroboam
II Par 14,1 8 et dormivit Abiam cum patribus suis
et sepelierunt eum in civitate David
regnavitque Asa filius eius pro eo
9 in anno ergo vicesimo Hieroboam regis Israhel regnavit Asa rex Iuda
10 et quadraginta uno anno regnavit in Hierusalem
2! nomen matris eius Maacha filia Absalom
II Par 14,2 11 et fecit Asa rectum ante conspectum Domini sicut David pater eius
22,47; IV Rg 23,7 12 et abstulit effeminatos de terra
purgavitque universas sordes idolorum quae fecerant patres eius
13–16: II Par 15,16–19 13 insuper et Maacham matrem suam amovit
ne esset princeps in sacris Priapi et in luco eius quem consecraverat
subvertitque specum eius et confregit simulacrum turpissimum
et conbusit in torrente Cedron
14 excelsa autem non abstulit 22,43.44!
verumtamen cor Asa perfectum erat cum Deo cunctis diebus suis
15 et intulit ea quae sanctificaverat pater suus et voverat in domum Domini argentum et aurum et vasa
16 bellum autem erat inter Asa et Baasa 32
regem Israhel cunctis diebus eorum
17 ascendit quoque Baasa rex Israhel in Iudam 17–22: II Par 16,6–10
et aedificavit Rama ut non possit quispiam egredi vel ingredi de parte Asa regis Iudae
18 tollens itaque Asa omne argentum et 14,26; IV Rg 12,18; 14,14; 16,8!
aurum quod remanserat in thesauris domus Domini et in thesauris domus regiae
dedit illud in manu servorum suorum
et misit ad Benadad filium Tabremmon filii Ezion regem Syriae qui habitabat in Damasco dicens
19 foedus est inter me et te
et inter patrem meum et patrem tuum
ideo misi tibi munera argentum et IV Rg 15,19
aurum
et peto ut venias et irritum facias foedus quod habes cum Baasa rege Israhel et recedat a me
20 adquiescens Benadad regi Asa misit 20,1; IV Rg 6,24
principes exercitus sui in civitates Israhel
et percusserunt Ahion et Dan et IV Rg 15,29
Abel domum Maacha
et universam Cenneroth omnem scilicet terram Nepthalim
21 quod cum audisset Baasa intermisit aedificare Rama

RAC ΣΛDΦm cr 2 abessalom RΦc | 4 staret] statueret Σc | 6 inter[2] *om.* RΣc | 7 abia[1] CΣΛΦ | abia[2] CΛD | inter[2] *om.* R | 8 abia CΣΛDΦ | 10 quadraginta + et c | abessalom RΦc | 13 in lucos Σ; in loco RD | in torrentem RΣ | 14 cum domino c; coram domino R.; cum domino deo suo Σ | 17 in iuda C | posset ΣΛc | iuda c | 18 regiae + et c | in manus ΑΛDΦc | 20 in ciuitates ΛΦcr] in ciuitatem Σ; in ciuitate RACDm |

et reversus est in Thersa
22 rex autem Asa nuntium misit in om-
nem Iudam nemo sit excusatus
et tulerunt lapides Rama et ligna
eius quibus aedificaverat Baasa
et extruxit de eis rex Asa Gaba Ben-
iamin et Maspha
23.24: II Par 16,11–14 23 reliqua autem omnium sermonum
Asa
et universae fortitudines eius et cunc-
ta quae fecit
et civitates quas extruxit
nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum regum Iuda
verumtamen in tempore senectutis
suae doluit pedes
24 et dormivit cum patribus suis et se-
pultus est cum eis in civitate David
patris sui
22,41; II Par 17,1 regnavitque Iosaphat filius eius pro
eo
14,20 25 Nadab vero filius Hieroboam regna-
vit super Israhel anno secundo Asa
regis Iuda
regnavitque super Israhel duobus
annis
34! 16,19 26 et fecit quod malum est in conspectu
Domini
et ambulavit in viis patris sui et in
peccatis eius quibus peccare fecit
Israhel
27 insidiatus est autem ei Baasa filius
Ahia de domo Isachar
16,15 et percussit eum in Gebbethon quae
est urbs Philisthinorum
siquidem Nadab et omnis Israhel ob-
sidebant Gebbethon
16,10; IV Rg 15,10! 28 interfecit igitur illum Baasa
in anno tertio Asa regis Iuda et reg-
navit pro eo
13,34; 14,10 29 cumque regnasset percussit omnem
domum Hieroboam
non dimisit ne unam quidem ani-
mam de semine eius
donec deleret eum iuxta verbum Do- 12,15! 14,18; 16,12.13
mini quod locutus fuerat in manu
servi sui Ahiae Silonitis
30 propter peccata Hieroboam quae 13,34; 14,16!
peccaverat
et quibus peccare fecerat Israhel
et propter delictum quo inritaverat
Dominum Deum Israhel
31 reliqua autem sermonum Nadab et
omnia quae operatus est
nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum regum Israhel
32 fuitque bellum inter Asa et Baasa 16
regem Israhel cunctis diebus eorum
33 anno tertio Asa regis Iuda
regnavit Baasa filius Ahia super om-
nem Israhel in Thersa viginti quat-
tuor annis
34 et fecit malum coram Domino 26; 16,19; 22,53!
ambulavitque in via Hieroboam 16,26; IV Rg 3,3
et in peccatis eius quibus peccare fe-
cit Israhel
16 factus est autem sermo Domini ad 7
Hieu filium Anani contra Baasa II Par 19,2
dicens
2 pro eo quod exaltavi te de pulvere et 14,7; I Sm 15,17!
posui ducem super populum meum
Israhel
tu autem ambulasti in via Hierobo-
am
et peccare fecisti populum meum Is-
rahel
ut me inritares in peccatis eorum
3 ecce ego demetam posteriora Baasa 21,22
et posteriora domus eius
et faciam domum tuam sicut domum 7; IV Rg 9,9
Hieroboam filii Nabath
4 qui mortuus fuerit de Baasa in civi- 14,11; 21,24
tate comedent eum canes
et qui mortuus fuerit ex eo in regione
comedent eum volucres caeli
5 reliqua autem sermonum Baasa et
quaecumque fecit et proelia eius
nonne haec scripta sunt in libro ver-

22 iudam + dicens ΣΛ c | rama] darama Λ.; de rama Σ c | 23 ~ sermonum omnium C; omnium *om.* Σ | 27 est[1] *om.* C | ahiae c | 28 igitur] ergo c. | 30 fecit R | 33 ahiae c | 34 in uiis R || 16,2 posui + te c |

RAC ΣΛDΦm cr

borum dierum regum Israhel
6 dormivit ergo Baasa cum patribus
suis sepultusque est in Thersa
et regnavit Hela filius eius pro eo
1; II Par 19,2 7 cum autem in manu Hieu filii Anani
prophetae
verbum Domini factum esset contra
3! Baasa et contra domum eius et
contra omne malum quod fecerat
coram Domino
ad inritandum eum in operibus ma-
nuum suarum
ut fieret sicut domus Hieroboam
ob hanc causam occidit eum
8 anno vicesimo sexto Asa regis Iuda
regnavit Hela filius Baasa super Is-
rahel in Thersa duobus annis
9 et rebellavit contra eum servus suus
Zamri
dux mediae partis equitum
erat autem Hela in Thersa bibens et
temulentus in domo Arsa praefecti
Thersa
15,28; IV Rg 9,31; 15,10! 10 inruens ergo Zamri percussit et oc-
cidit eum
anno vicesimo septimo Asa regis
Iuda
et regnavit pro eo
11 cumque regnasset et sedisset super
solium eius
percussit omnem domum Baasa
1 Sm 25,22! et non dereliquit ex eo mingentem
ad parietem
et propinquos et amicos eius
12 delevitque Zamri omnem domum
Baasa
15,29.30! iuxta verbum Domini quod locutus
fuerat ad Baasa in manu Hieu pro-
phetae
13 propter universa peccata Baasa et
peccata Hela filii eius
qui peccaverunt et peccare fecerunt
Israhel
provocantes Dominum Deum Isra-
hel in vanitatibus suis
14 reliqua autem sermonum Hela et
omnia quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum regum Israhel
15 anno vicesimo et septimo Asa regis
Iuda
regnavit Zamri septem diebus in
Thersa
porro exercitus obsidebat Gebbe- 15,27
thon urbem Philisthinorum
16 cumque audisset rebellasse Zamri et
occidisse regem
fecit sibi regem omnis Israhel Amri
qui erat princeps militiae super Isra-
hel in die illa in castris
17 ascendit ergo Amri et omnis Israhel
cum eo de Gebbethon et obside-
bant Thersa
18 videns autem Zamri quod expugnan-
da esset civitas
ingressus est palatium et succendit
secum domum regiam
et mortuus est 19 in peccatis suis quae
peccaverat
faciens malum coram Domino et 15,26.34!
ambulans in via Hieroboam
et in peccato eius quo fecit peccare
Israhel
20 reliqua autem sermonum Zamri
et insidiarum eius et tyrannidis
nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum regum Israhel
21 tunc divisus est populus Israhel in
duas partes
media pars populi sequebatur Theb-
ni filium Gineth ut constitueret
eum regem
et media pars Amri
22 praevaluit autem populus qui erat
cum Amri populo qui sequebatur
Thebni filium Gineth
mortuusque est Thebni et regnavit
Amri

RAC ΣΛDΦm cr 7 eum[2] RAmr𝔐𝔊] + hoc est hieu filium anani prophetam *cet.* | 11 ex ea ΛΦc | 15 et *om.* Rc | 18 se cum domo regia Σc | 19 in uiam RC | ~ peccare fecit RΣ | 21 constituerent CΦ | 22 mortuus est CD.; mortuus est autem ΛΦ |

23 anno tricesimo primo Asa regis Iuda
regnavit Amri super Israhel duodecim annis
in Thersa regnavit sex annis
24 emitque montem Samariae a Somer
duobus talentis argenti
et aedificavit eam et vocavit nomen
civitatis quam extruxerat nomine
Somer domini montis Samariae
25 fecit autem Amri malum in conspectu Domini
et operatus est nequiter super omnes
qui fuerant ante eum
15,34! 26 ambulavitque in omni via Hieroboam filii Nabath
et in peccatis eius quibus peccare fecerat Israhel
ut inritaret Dominum Deum Israhel
in vanitatibus suis
27 reliqua autem sermonum Amri et
proelia eius quae gessit
nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Israhel
28 et dormivit Amri cum patribus suis
et sepultus est in Samaria
regnavitque Ahab filius eius pro eo
29 Ahab vero filius Amri regnavit super
Israhel anno tricesimo octavo Asa
regis Iuda
et regnavit Ahab filius Amri super
Israhel in Samaria viginti et duobus
annis
21,25 30 et fecit Ahab filius Amri malum in
conspectu Domini
super omnes qui fuerunt ante eum
31 nec suffecit ei ut ambularet in peccatis Hieroboam filii Nabath
insuper duxit uxorem Hiezabel filiam
Ethbaal regis Sidoniorum
18,18! 22,54; IV Rg 10,18 et abiit et servivit Baal et adoravit
eum
IV Rg 3,2 32 et posuit aram Baal in templo Baal
14,23! IV Rg 21,3! quod aedificaverat in Samaria

33 et plantavit lucum
et addidit Ahab in opere suo inritans
Dominum Deum Israhel
super omnes reges Israhel qui fuerant
ante eum
34 in diebus eius aedificavit Ahiel de Ios 6,26
Bethel Hiericho
in Abiram primitivo suo fundavit
eam
et in Segub novissimo suo posuit
portas eius
iuxta verbum Domini quod locutus
fuerat in manu Iosue filii Nun
17 et dixit Helias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Ahab 18,15
vivit Dominus Deus Israhel in cuius IV Rg 3,14; 5,16
conspectu sto
si erit annis his ros et pluvia nisi iuxta Is 5,6; Agg 1,10; Iac 5,17; Apc 11,6
oris mei verba
2 et factum est verbum Domini ad
eum dicens
3 recede hinc et vade contra orientem
et abscondere in torrente Charith
qui est contra Iordanem
4 et ibi de torrente bibes
corvisque praecepi ut pascant te ibi
5 abiit ergo et fecit iuxta verbum Domini
cumque abisset sedit in torrente Charith qui est contra Iordanem
6 corvi quoque deferebant panem et
carnes mane
similiter panem et carnes vesperi
et bibebat de torrente
7 post dies autem siccatus est torrens
non enim pluerat super terram
8 factus est igitur sermo Domini ad
eum dicens
9 surge et vade in Sareptha Sidoniorum et manebis ibi Lc 4,26
praecepi enim ibi mulieri viduae ut
pascat te
10 surrexit et abiit Sareptham

RAC ΣΛDΦm cr

24 eam] eum Cc | samariam² c | 25 fuerunt Cc; erant Σ | 27 gessit] fecit C | 28 et dormiuit] dormiuitque c | 29 ~ in samaria super israhel C | et² *om.* C | 31 sufficuit Σ; sufficit ADΦ | ethbaal A cr 𝔐] methbaal RCΣΛD; methabaal Φ | 33 fuerunt AΣΛDΦc | 34 ahiel] hiel c. ‖ **17**,2 eum] heliam C | 3 in torrentem RΣ | 5 in torrentem RΣΛ | 6 deferebant + ei Dc | 8 igitur] ergo c.; *om.* C. | 10 abiit + in RCΣcr | sareptha Φ; sarephta c. |

cumque venisset ad portam civitatis
apparuit ei mulier vidua colligens
ligna
et vocavit eam dixitque
Gn 24,17! da mihi paululum aquae in vase ut
bibam
11 cumque illa pergeret ut adferret
clamavit post tergum eius dicens
adfer mihi obsecro et buccellam pa-
nis in manu tua
12 quae respondit
vivit Dominus Deus tuus quia non
habeo panem nisi quantum pugillus
capere potest farinae in hydria
et paululum olei in lecytho
en colligo duo ligna ut ingrediar et
faciam illud mihi et filio meo ut
comedamus et moriamur
13 ad quam Helias ait noli timere
sed vade et fac sicut dixisti
verumtamen mihi primum fac de
ipsa farinula subcinericium panem
parvulum et adfer ad me
tibi autem et filio tuo facies postea
14 haec autem dicit Dominus Deus Is-
rahel
hydria farinae non deficiet
nec lecythus olei minuetur
usque ad diem in qua daturus est
Dominus pluviam super faciem ter-
rae
15 quae abiit et fecit iuxta verbum He-
liae
et comedit ipse et illa et domus eius
et ex illa die 16 hydria farinae non
defecit
et lecythus olei non est inminutus
iuxta verbum Domini quod locutus
fuerat in manu Heliae
17 factum est autem post verba haec
aegrotavit filius mulieris matris fa-
miliae
et erat languor fortis nimis ita ut non
remaneret in eo halitus
18 dixit ergo ad Heliam
quid mihi et tibi vir Dei
ingressus es ad me ut rememoraren-
tur iniquitates meae
et interficeres filium meum
19 et ait ad eam da mihi filium tuum
tulitque eum de sinu illius
et portavit in cenaculum ubi ipse
manebat
et posuit super lectulum suum
20 et clamavit ad Dominum et dixit
Domine Deus meus etiamne viduam
apud quam ego utcumque susten-
tor adflixisti ut interficeres filium
eius
21 et expandit se atque mensus est super IV Rg 4,34.35!
puerum tribus vicibus
clamavitque ad Dominum et ait IV Esr 7,109
Domine Deus meus revertatur oro
anima pueri huius in viscera eius
22 exaudivit Dominus vocem Heliae et
reversa est anima pueri intra eum
et revixit
23 tulitque Helias puerum et deposuit
eum de cenaculo in inferiorem do-
mum
et tradidit matri suae et ait illi
en vivit filius tuus Io 4,50
24 dixitque mulier ad Heliam
nunc in isto cognovi quoniam vir
Dei es tu
et verbum Domini in ore tuo verum
est
18 post dies multos verbum Domini 21,17.18!
factum est ad Heliam in anno ter-
tio dicens
vade et ostende te Ahab ut dem plu-
viam super faciem terrae
2 ivit ergo Helias ut ostenderet se Ahab
erat autem fames vehemens in Sa- IV Rg 6,25; Lc 4,25
maria
3 vocavitque Ahab Abdiam dispensa-

RAC ΣΛDΦm cr

10 dixitque + ei ΛΦ c | 12 illud] illum c. | 14 ~ dominus daturus est c. | 17 uerba *om.* c.; ~ haec uerba Φ | matris familias C c | fortis nimis] fortissimis D; fortissimus c | 19 eam + helias Φ c | illius] eius c | lectum RΛDΦ | 21 clamauitque] et clamauit c | oro] obsecro c; *om.* m. | 22 et exaudiuit c | 23 en] ecce C || **18**,1 ~ factum est uerbum domini c |

torem domus suae
Abdias autem timebat Dominum valde
13; 19,10! 14 4 nam cum interficeret Hiezabel prophetas Domini
tulit ille centum prophetas et abscondit eos quinquagenos in speluncis
et pavit eos pane et aqua
5 dixit ergo Ahab ad Abdiam
vade in terram ad universos fontes aquarum et in cunctas valles
si forte invenire possimus herbam
et salvare equos et mulos
et non penitus iumenta intereant
6 diviseruntque sibi regiones ut circuirent eas
Ahab ibat per viam unam et Abdias per viam alteram seorsum
7 cumque esset Abdias in via Helias occurrit ei
qui cum cognovisset eum cecidit super faciem suam et ait
num tu es domine mi Helias
8 cui ille respondit ego
11.14 vade dic domino tuo adest Helias
9 et ille quid peccavi inquit quoniam trades me servum tuum in manu Ahab ut interficiat me
10 vivit Dominus Deus tuus non est gens aut regnum quo non miserit dominus meus te requirens
et respondentibus cunctis non est hic
adiuravit regna singula et gentes eo quod minime reppererireris
8.14 11 et nunc dicis mihi vade et dic domino tuo adest Helias
12 cumque recessero a te spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro
ingressus nuntiabo Ahab et non inveniet te et interficiet me
servus autem tuus timet Dominum ab infantia sua
13 numquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim
cum interficeret Hiezabel prophetas Domini 4
quod absconderim de prophetis Domini centum viros quinquagenos et quinquagenos in speluncis
et paverim eos pane et aqua
14 et nunc tu dicis vade et dic domino 8.11
tuo adest Helias ut interficiat me
15 dixit Helias 17,1!
vivit Dominus exercituum ante cuius vultum sto quia hodie apparebo ei
16 abiit ergo Abdias in occursum Ahab et indicavit ei
venitque Ahab in occursum Heliae
17 et cum vidisset eum ait
tune es ille qui conturbas Israhel Lc 23,2!
18 et ille ait
non turbavi Israhel sed tu et domus
patris tui qui dereliquistis mandata Idc 10,10!
Domini et secuti estis Baalim 16,31!
19 verumtamen nunc mitte et congrega 22,6; IV Rg 10,19
ad me universum Israhel in monte Carmeli
et prophetas Baal quadringentos 22
quinquaginta
prophetasque lucorum quadringentos
qui comedunt de mensa Hiezabel
20 misit Ahab ad omnes filios Israhel et congregavit prophetas in monte Carmeli
21 accedens autem Helias ad omnem populum ait
usquequo claudicatis in duas partes
si Dominus est Deus sequimini eum
si autem Baal sequimini illum
et non respondit ei populus verbum
22 et ait rursum Helias ad populum
ego remansi propheta Domini solus 19,10! 14
prophetae autem Baal quadringenti 19!

4 quinquagenos + et quinquagenos Λ c | 5 possumus R | ~ possimus inuenire Σ c | 8 uade + et c | 9 et] at RΣ | tradis AΦ c | 10 tuus + quia c | quo] quod RΣD | 11 nunc + tu c. | et^2 *om.* A | 12 ignoro + et Φ c | inueniens ΛΦ c | et^2 *om.* ΛDΦ c | 15 et dixit Σ c | 18 non + ego ΣΛDΦ c | 19 in montem Rm | 20 in montem Am |

RAC ΣΛDΦm cr

et quinquaginta viri sunt
23 dentur nobis duo boves
et illi eligant bovem unum
et in frusta caedentes ponant super ligna
ignem autem non subponant
et ego faciam bovem alterum
et inponam super ligna
ignemque non subponam
24 invocate nomina deorum vestrorum
et ego invocabo nomen Domini
et deus qui exaudierit per ignem ipse sit Deus
respondens omnis populus ait optima propositio
25 dixit ergo Helias prophetis Baal
eligite vobis bovem unum
et facite primi quia vos plures estis
24.23 et invocate nomina deorum vestrorum
ignemque non subponatis
26 qui cum tulissent bovem quem dederat eis
fecerunt et invocabant nomen Baal
de mane usque ad meridiem dicentes
Baal exaudi nos
et non erat vox nec qui responderet
transiliebantque altare quod fecerant
27 cumque esset iam meridies
inludebat eis Helias dicens
clamate voce maiore
deus enim est et forsitan loquitur
aut in diversorio est aut in itinere
aut certe dormit ut excitetur
28 clamabant ergo voce magna et incidebant se iuxta ritum suum cultris et lanceolis
donec perfunderentur sanguine
29 postquam autem transiit meridies et illis prophetantibus venerat tempus
IV Rg 3,20 quo sacrificium offerri solet
nec audiebatur vox neque aliquis respondebat nec adtendebat orantes
30 dixit Helias omni populo venite ad me
et accedente ad se populo
curavit altare Domini quod destructum fuerat
31 et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob
ad quem factus est sermo Domini dicens
Israhel erit nomen tuum Gn 32,28! IV Rg 17,34
32 et aedificavit lapidibus altare in nomine Domini Ios 8,30!
fecitque aquaeductum quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris
33 et conposuit ligna
divisitque per membra bovem
et posuit super ligna 34 et ait
implete quattuor hydrias aqua
et fundite super holocaustum et super ligna
rursumque dixit etiam secundo hoc facite
qui cum fecissent et secundo ait
etiam tertio id ipsum facite
feceruntque et tertio 35 et currebant aquae circa altare
et fossa aquaeductus repleta est
36 cumque iam tempus esset ut offerretur holocaustum
accedens Helias propheta ait
Domine Deus Abraham Isaac et Israhel Ex 3,6!
hodie ostende quia tu es Deus Israhel et ego servus tuus
et iuxta praeceptum tuum feci omnia verba haec
37 exaudi me Domine exaudi me
ut discat populus iste quia tu es Dominus Deus
et tu convertisti cor eorum iterum
38 cecidit autem ignis Domini et vora- Lv 9,24!

RAC ΣΛDΦm cr 22 sunt + et prophetae lucorum quadringenti Λ | 23 eligant + sibi c. | ignemque] ignem autem c | 24 domini + mei c; ~ dei mei Σ | 27 eis] illis c. | et *om.* R | 29 neque] nec c. | 30 se + omni C | 31 tribuum *om.* C | 32 aedificauit + de Σc; + ex ΛΦ | 34 aquae Rm | et effundite CΛDΦ | et[4] *om.* Σc | et[5] *om.* c | 35 circum c | 36 abraham + et ΛDΦc; + deus Σ. | ~ ostende hodie c. |

vit holocaustum et ligna et lapides
pulverem quoque et aquam quae
erat in aquaeductu lambens
39 quod cum vidisset omnis populus
cecidit in faciem suam et ait
Dominus ipse est Deus Dominus ipse
est Deus
40 dixitque Helias ad eos
adprehendite prophetas Baal et ne
unus quidem fugiat ex eis
19,1 quos cum conprehendissent
Idc 4,7 duxit eos Helias ad torrentem Cison
et interfecit eos ibi
41 et ait Helias ad Ahab
ascende comede et bibe quia sonus
multae pluviae est
42 ascendit Ahab ut comederet et bi-
beret
Helias autem ascendit in vertice
Carmeli
et pronus in terram posuit faciem in-
ter genua sua
43 et dixit ad puerum suum
ascende et prospice contra mare
qui cum ascendisset et contemplatus
esset ait non est quicquam
et rursum ait illi revertere septem
vicibus
44 in septima autem vice ecce nubicula
parva quasi vestigium hominis a-
scendebat de mari
qui ait ascende et dic Ahab iunge et
descende ne occupet te pluvia
45 cumque se verterent huc atque illuc
ecce caeli contenebrati sunt et nubes
Iac 5,18; IV Esr 7,109 et ventus et facta est pluvia grandis
ascendens itaque Ahab abiit in Hiez-
rahel
46 et manus Domini facta est super He-
liam
accinctisque lumbis currebat ante
Ahab donec veniret in Hiezrahel
19 nuntiavit autem Ahab Hiezabel
omnia quae fecerat Helias
et quomodo occidisset universos pro- 18,40
phetas gladio
2 misitque Hiezabel nuntium ad He-
liam dicens
haec mihi faciant dii et haec addant
nisi hac hora cras posuero animam
tuam sicut animam unius ex illis
3 timuit ergo Helias et surgens abiit
quocumque eum ferebat voluntas
venitque in Bersabee Iuda
et dimisit ibi puerum suum 4 et per-
rexit in desertum via unius diei
cumque venisset et sederet subter
unam iuniperum
petivit animae suae ut moreretur et Ion 4,8
ait
sufficit mihi Domine tolle animam
meam
neque enim melior sum quam patres
mei
5 proiecitque se et obdormivit in um-
bra iuniperi
et ecce angelus tetigit eum et dixit Act 12,7
illi surge comede
6 respexit et ecce ad caput suum sub-
cinericius panis et vas aquae
comedit ergo et bibit et rursum ob-
dormivit
7 reversusque est angelus Domini se-
cundo et tetigit eum dixitque illi
surge comede grandis enim tibi re-
stat via
8 qui cum surrexisset comedit et bibit
et ambulavit in fortitudine cibi illius
quadraginta diebus et quadraginta
noctibus
usque ad montem Dei Horeb
9 cumque venisset illuc mansit in spe-
lunca
et ecce sermo Domini ad eum dixit- 13,14
que illi
quid hic agis Helia
10 at ille respondit
zelo zelatus sum pro Domino Deo Nm 25,13!

38 in aquaeductum RΣDΦ | 40 effugiat c | apprehendissent c | 41 ascende + et RΣ | sonus] sonitus Cm. | 42 in uerticem AΣΛΦm c | faciem + suam c | 44 iunge + currum tuum ΛΦ c | 45 uerteret c || 19,1 prophetas + baal C | 4 in deserto R | uiam AΣΛ DΦm c | 5 angelus + domini ΣΛΦ c | surge + et ΛDΦ c |

RAC ΣΛDΦm cr

exercituum
quia dereliquerunt pactum Domini
filii Israhel
18,4; II Esr 9,26! Ier 2,30; Rm 11,3! altaria tua destruxerunt et prophetas
tuos occiderunt gladio
18,22! et derelictus sum ego solus et quae-
runt animam meam ut auferant
eam
11 et ait ei egredere et sta in monte co-
ram Domino
et ecce Dominus transit
et spiritus grandis et fortis subver-
tens montes et conterens petras
ante Dominum
non in spiritu Dominus
et post spiritum commotio non in
commotione Dominus
12 et post commotionem ignis non in
igne Dominus
et post ignem sibilus aurae tenuis
13 quod cum audisset Helias operuit
vultum suum pallio
et egressus stetit in ostio speluncae
9.10! et ecce vox ad eum dicens
quid agis hic Helia
14 et ille respondit
zelo zelatus sum pro Domino Deo
exercituum
quia dereliquerunt pactum tuum filii
Israhel
18,4 altaria tua destruxerunt et prophetas
tuos occiderunt gladio
18,22! et derelictus sum ego solus et quae-
runt animam meam ut auferant
eam
15 et ait Dominus ad eum
vade et revertere in viam tuam per
desertum in Damascum
IV Rg 8,13; Sir 48,8 cumque perveneris ungues Azahel
regem super Syriam
I Sm 9,16! IV Rg 9,3.6.12 16 et Hieu filium Namsi ungues regem
super Israhel
Heliseum autem filium Saphat qui
est de Abelmaula ungues prophe-
tam pro te
17 et erit quicumque fugerit gladium
Azahel occidet eum Hieu
et qui fugerit gladium Hieu interfi-
ciet eum Heliseus
18 et derelinquam mihi in Israhel sep- Rm 11,4
tem milia
universorum genua quae non sunt
incurvata Baal
et omne os quod non adoravit eum
osculans manum
19 profectus ergo inde repperit Helise-
um filium Saphat arantem duode-
cim iugis boum
et ipse in duodecim arantibus unus
erat
cumque venisset Helias ad eum
misit pallium suum super illum
20 qui statim relictis bubus cucurrit post
Heliam et ait
osculer oro te patrem meum et mat- Lc 9,61
rem meam et sic sequar te
dixitque ei vade et revertere
quod enim meum erat feci tibi
21 reversus autem ab eo tulit par boum
et mactavit illud
et in aratro boum coxit carnes et de-
dit populo et comederunt
consurgensque abiit et secutus est
Heliam et ministrabat ei
20 porro Benadad rex Syriae congrega- 15,20
vit omnem exercitum suum
et triginta et duos reges secum et 16; 22,31; IV Rg 6,24
equos et currus
et ascendens pugnabat contra Sama-
riam et obsidebat eam
2 mittensque nuntios ad Ahab regem
Israhel in civitatem 3 ait
haec dicit Benadad
argentum tuum et aurum tuum me-

RAC Σ(Λ)DΦm cr

10 domini] tuum c | et[1] *om.* c | et[2] *om.* c. | 12 tenuis + in eo dominus A. | 13 ~ hic agis RΣΛ c | 14 et[2] *om.* C c | et[3] *om.* c. | 15 [*deest* Λ *usque ad* 22,54] | et[2] *om.* R | uiam] domum CΣ | perueneris + illuc Φ c | 16 abelmeula c | 17 qui] quicumque C c | 18 uniuersorum genua quae] uirorum quorum genua Φ c | incuruata + ante C c | manus c.; manu CΣ | 19 inde + elias C c | arantem + in Σ c | duodecim[2] + iugis boum Φ c | suum *om.* A | 20 te[1] *om.* c || **20,1** et[2] *om.* c | 2 in ciuitate RDΦ | 3 tuum[1] *om.* C |

um est
et uxores tuae et filii tui optimi mei sunt
4 responditque rex Israhel
iuxta verbum tuum domine mi rex tuus sum ego et omnia mea
5 revertentesque nuntii dixerunt
haec dicit Benadad qui misit nos ad te
argentum tuum et aurum tuum et uxores tuas et filios tuos dabis mihi
6 cras igitur hac eadem hora mittam servos meos ad te
et scrutabuntur domum tuam et domum servorum tuorum
et omne quod eis placuerit ponent in manibus suis et auferent
7 vocavit autem rex Israhel omnes seniores terrae et ait
animadvertite et videte quoniam insidietur nobis
misit enim ad me pro uxoribus meis et filiis
et pro argento et auro et non abnui
8 dixeruntque omnes maiores natu et universus populus ad eum
non audias neque adquiescas illi
9 respondit itaque nuntiis Benadad
dicite domino meo regi
omnia propter quae misisti ad me servum tuum initio faciam
hanc autem rem facere non possum
10 reversique nuntii rettulerunt ei
qui remisit et ait
haec faciant mihi dii et haec addant
si suffecerit pulvis Samariae pugillis omnis populi qui sequitur me
11 et respondens rex Israhel ait
dicite ei ne glorietur accinctus aeque ut discinctus
12 factum est autem cum audisset verbum istud
16 bibebat ipse et reges in umbraculis
et ait servis suis
circumdate civitatem
et circumdederunt eam
13 et ecce propheta unus accedens ad Ahab regem Israhel ait 22
haec dicit Dominus
certe vidisti omnem multitudinem hanc nimiam
ecce ego tradam eam in manu tua hodie
ut scias quia ego sum Dominus Ex 8,22!
14 et ait Ahab per quem
dixitque ei haec dicit Dominus
per pedisequos principum provinciarum
et ait quis incipiet proeliari
et ille dixit tu
15 recensuit ergo pueros principum provinciarum
et repperit numerum ducentorum triginta duum
et post eos recensuit populum omnes filios Israhel septem milia
16 et egressi sunt meridie
Benadad autem bibebat temulentus in umbraculo suo 12
et reges triginta duo cum eo qui ad auxilium eius venerant 1; 22,31
17 egressi sunt autem pueri principum provinciarum in prima fronte
misit itaque Benadad qui nuntiaverunt ei dicentes
viri egressi sunt de Samaria
18 at ille sive ait pro pace veniunt adprehendite eos vivos
sive ut proelientur vivos eos capite
19 egressi sunt ergo pueri principum provinciarum ac reliquus exercitus sequebatur
20 et percussit unusquisque virum qui contra se venerat
fugeruntque Syri et persecutus est eos Israhel
fugit quoque Benadad rex Syriae in equo cum equitibus
21 nec non et egressus rex Israhel per-

4 sum + et C | 6 hac] haec C | domos[2] R | 7 insidiatur CΣ | 9 in initio c | 10 sequuntur RΣ | 12 audisset + benadad Φc | 13 ait + ei c | 15 duorum c | ~ recensuit post eos c | 18 at] et c. | ~ ait siue c | 20 ueniebat Φc | equitibus + suis c | 21 et[1] *om.* RΣc |

RAC ΣDΦm cr

cussit equos et currus
et percussit Syriam plaga magna
13 22 accedens autem propheta ad regem
Israhel dixit ei
vade et confortare et scito et vide
quid facias
sequenti enim anno rex Syriae a-
scendet contra te
23 servi vero regis Syriae dixerunt ei
dii montium sunt dii eorum ideo su-
peraverunt nos
sed melius est ut pugnemus contra
eos in campestribus et obtinebimus
eos
24 tu ergo verbum hoc fac
amove reges singulos ab exercitu suo
et pone principes pro eis
25 et instaura numerum militum qui ce-
ciderunt de tuis
et equos secundum equos pristinos
et currus secundum currus quos ante
habuisti
et pugnabimus contra eos in campes-
tribus et videbis quod obtinebimus
eos
credidit consilio eorum et fecit ita
26 igitur postquam annus transierat
I Sm 4,1 recensuit Benadad Syros et ascendit
in Afec
ut pugnaret contra Israhel
27 porro filii Israhel recensiti sunt et
acceptis cibariis profecti ex adverso
castraque metati contra eos quasi
duo parvi greges caprarum
Syri autem repleverunt terram
28 et accedens unus vir Dei dixit ad
regem Israhel
haec dicit Dominus
quia dixerunt Syri deus montium est
Dominus et non est deus vallium
dabo omnem multitudinem grandem
hanc in manu tua
et scietis quia ego Dominus Ex 8,22!
29 dirigebant septem diebus ex adverso
hii atque illi acies
septima autem die commissum est
bellum
percusseruntque filii Israhel de Syris IV Rg 13,17
centum milia peditum in die una
30 fugerunt autem qui remanserant in
Afec in civitatem
et cecidit murus super viginti septem
milia hominum qui remanserant
porro Benadad fugiens ingressus est
civitatem in cubiculum quod erat
intra cubiculum
31 dixeruntque ei servi sui
ecce audivimus quod reges domus
Israhel clementes sint
ponamus itaque saccos in lumbis
nostris et funiculos in capitibus nos-
tris
et egrediamur ad regem Israhel
forsitan salvabit animas nostras
32 accinxerunt saccis lumbos suos et
posuerunt funes in capitibus
veneruntque ad regem Israhel et di-
xerunt
servus tuus Benadad dicit vivat oro
te anima mea
et ille ait si adhuc vivit frater meus
est
33 quod acceperunt viri pro omine
et festinantes rapuerunt verbum ex
ore eius atque dixerunt
frater tuus Benadad
et dixit eis ite et adducite eum
egressus est ergo ad eum Benadad
et levavit eum in currum suum
34 qui dixit ei
civitates quas tulit pater meus a patre
tuo reddam
et plateas fac tibi in Damasco sicut
fecit pater meus in Samaria

RAC ΣDΦm cr
21 syria RΦ | 24 ergo] uero AC | suo] tuo Σ c | 27 metati + sunt Σ c | 28 ~ hanc grandem Σ c; grandem *om.* R. | scies C | ego + sum ΣDΦ c | 29 dirigebantque c.; et dirigebant C. | 30 in ciuitate[1] R; ciuitatem Σ | uiginti + et Cm | 31 domus *om.* C | 32 funiculos Φ c | capitibus + suis CΣDΦ c | dixerunt + ei Σ c | te *om.* R | 33 pro homine RΣDΦm; pro nomine C | et[3] *om.* RD | eum[1] + ad me c | est *om.* RD | et leuauit] eleuauit R |

et ego foederatus recedam a te
pepigit ergo foedus et dimisit eum
13.1! 35 tunc vir quidam de filiis propheta-
rum dixit ad socium suum in ser-
mone Domini percute me
at ille noluit percutere
36 cui ait
quia noluisti audire vocem Domini
13.24 ecce recedes a me et percutiet te leo
cumque paululum recessisset ab eo
invenit eum leo atque percussit
37 sed et alterum conveniens virum
dixit ad eum percute me
qui percussit eum et vulneravit
38 abiit ergo propheta et occurrit regi
in via
et mutavit aspersione pulveris os et
oculos suos
39 cumque rex transiret clamavit ad re-
gem et ait
servus tuus egressus est ad proelian-
dum comminus
IV Rg 10.24 cumque fugisset vir unus
adduxit eum quidam ad me et ait
custodi virum istum
qui si lapsus fuerit erit anima tua pro
anima eius aut talentum argenti ad-
pendes
40 dum autem ego turbatus huc illucque
me verterem
subito non conparuit
et ait rex Israhel ad eum
hoc est iudicium tuum quod ipse de-
crevisti
41 at ille statim abstersit pulverem de
facie sua
et cognovit eum rex Israhel quod es-
set de prophetis
42 qui ait ad eum
haec dicit Dominus
quia dimisisti virum dignum morte
de manu tua
erit anima tua pro anima eius
et populus tuus pro populo eius
43 reversus est igitur rex Israhel in do-
mum suam
audire contemnens et furibundus ve-
nit Samariam
21 post verba autem haec vinea erat
Naboth Hiezrahelitae qui erat in
Hiezrahel
iuxta palatium Ahab regis Samariae
2 locutus est ergo Ahab ad Naboth di-
cens
da mihi vineam tuam ut faciam mihi 6
hortum holerum
quia vicina est et prope domum me-
am
daboque tibi pro ea vineam melio-
rem
aut si tibi commodius putas argenti
pretium quanto digna est
3 cui respondit Naboth
propitius mihi sit Dominus Lv 23.28!
ne dem hereditatem patrum meorum
tibi
4 venit ergo Ahab in domum suam in-
dignans et frendens super verbo
quod locutus fuerat ad eum Naboth
Hiezrahelites dicens
non do tibi hereditatem patrum me-
orum
et proiciens se in lectulum suum
avertit faciem ad parietem et non Is 38.2
comedit panem
5 ingressa est autem ad eum Hiezabel
uxor sua dixitque ei
quid est hoc unde anima tua contris- 1 Sm 1,8!
tata est et quare non comedis pa-
nem
6 qui respondit ei
locutus sum Naboth Hiezrahelitae
et dixi ei
da mihi vineam tuam accepta pecu- 2
nia
aut si tibi placet dabo tibi vineam

37 conueniens] inueniens Φ c | 39 transisset c | 40 illucque] atque illuc C | conparauit AD | 42 ~ morte dignum C | 43 samaria R; in samaria Φ; in samariam c | **21**, 1 haec + tempore illo Φ c | qui] *sic* c *in tribus edd.*; quae c *in indice err. corrig. ed.* 1598 | 2 et *om.* R | ~ commodius tibi c | 3 ~ sit mihi c | 4 dabo DΦ c | faciem + suam AΣDΦ c | 5 comedes RΣD | 6 uineam² + meliorem ΣD c |

RAC ΣDΦm cr

pro ea
et ille ait non do tibi vineam meam
7 dixit ergo ad eum Hiezabel uxor eius
grandis auctoritatis es et bene regis
regnum Israhel
surge et comede panem et aequo
esto animo
ego dabo tibi vineam Naboth Hiez-
rahelitae
8 scripsit itaque litteras ex nomine
Ahab
et signavit eas anulo eius
et misit ad maiores natu et ad opti-
mates
qui erant in civitate eius et habita-
bant cum Naboth
9 litterarum autem erat ista sententia
praedicate ieiunium
et sedere facite Naboth inter primos
populi
13; Dt 13,13! 10 et submittite duos viros filios Belial
contra eum
Mt 26,60 et falsum testimonium dicant
benedixit Deum et regem
et educite eum et lapidate sicque mo-
riatur
11 fecerunt ergo cives eius maiores natu
et optimates qui habitabant cum eo
in urbe
sicut praeceperat eis Hiezabel
et sicut scriptum erat in litteris quas
miserat ad eos
12 praedicaverunt ieiunium et sedere
fecerunt Naboth inter primos po-
puli
10! 13 et adductis duobus viris filiis diaboli
fecerunt eos sedere contra eum
at illi scilicet ut viri diabolici dixe-
runt contra eum testimonium co-
ram multitudine
benedixit Naboth Deo et regi
Lv 24,14! quam ob rem eduxerunt eum extra
civitatem et lapidibus interfecerunt
14 miseruntque ad Hiezabel dicentes
lapidatus est Naboth et mortuus est
15 factum est autem cum audisset Hie-
zabel lapidatum Naboth et mor-
tuum
locuta est ad Ahab surge posside vi-
neam Naboth Hiezrahelitae
qui noluit tibi adquiescere et dare
eam accepta pecunia
non enim vivit Naboth sed mortuus
est
16 quod cum audisset Ahab mortuum
videlicet Naboth
surrexit et descendebat in vineam
Naboth Hiezrahelitae ut possideret
eam
17 factus est igitur sermo Domini ad 18,1: IV Rg 1,3.15
Heliam Thesbiten dicens
18 surge et descende in occursum Ahab
regis Israhel qui est in Samaria
ecce ad vineam Naboth descendit ut
possideat eam
19 et loqueris ad eum dicens haec dicit
Dominus
occidisti insuper et possedisti
et post haec addes haec dicit Domi-
nus
in loco hoc in quo linxerunt canes 22,38
sanguinem Naboth
lambent tuum quoque sanguinem
20 et ait Ahab ad Heliam
num invenisti me inimice mee
qui dixit inveni
eo quod venundatus sis ut faceres
malum in conspectu Domini
21 ecce ego inducam super te malum 21—23: IV Rg 9,8–10
et demetam posteriora tua
et interficiam de Ahab mingentem 14,10!
ad parietem et clausum et ultimum
in Israhel
22 et dabo domum tuam sicut domum 16,31!

RAC ΣDΦm cr 6 do] dabo ΣDΦc | 7 es et] est et m.; est R. | reges RD. | ~ animo esto c | 8 ad² *om.* Σc | 9 erat ista] haec erat c | 11 fecerunt ergo] feceruntque C | eius *om.* A | in urbem C | 13 filii RΣ | deo et regi Ar] deum et regi R; deo et regem Σ.; deum et regem *cet.* | 15 surge + et RΣc | 18 et *om.* AΦm | 19 ~ quoque tuum sanguinem ΣΦ; ~ quoque sanguinem tuum c | 20 inimice mee m] inimice meae ACD; inimice mei Σr; inimice meus R; inimicum tibi Φc |

Hieroboam filii Nabath
et sicut domum Baasa filii Ahia
quia egisti ut me ad iracundiam provocares et peccare fecisti Israhel
IV Rg 9,36 23 sed et de Hiezabel locutus est Dominus dicens
IV Rg 9,10 canes comedent Hiezabel in agro Hiezrahel
14,11; 16,4 24 si mortuus fuerit Ahab in civitate comedent eum canes
si autem mortuus fuerit in agro comedent eum volucres caeli
16,30 25 igitur non fuit alter talis ut Ahab
qui venundatus est ut faceret malum in conspectu Domini
concitavit enim eum Hiezabel uxor sua
26 et abominabilis effectus est
in tantum ut sequeretur idola quae fecerant Amorrei
quos consumpsit Dominus a facie filiorum Israhel
27 itaque cum audisset Ahab sermones istos
scidit vestem suam
et operuit cilicio carnem suam
ieiunavitque et dormivit in sacco
et ambulabat dimisso capite
28 factus est autem sermo Domini ad Heliam Thesbiten dicens
29 nonne vidisti humiliatum Ahab coram me
quia igitur humiliatus est mei causa
11,12 non inducam malum in diebus eius
sed in diebus filii sui inferam malum domui eius
22 transierunt igitur tres anni absque bello inter Syriam et Israhel
2—35: II Par 18,2–34 2 in anno autem tertio descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israhel
3 dixitque rex Israhel ad servos suos
ignoratis quod nostra sit Ramoth Galaad
et neglegimus tollere eam de manu
regis Syriae
4 et ait ad Iosaphat IV Rg 3,7
veniesne mecum ad proeliandum in Ramoth Galaad
5 dixitque Iosaphat ad regem Israhel
sicut ego sum ita et tu
populus meus et populus tuus unum sunt
et equites mei et equites tui
dixitque Iosaphat ad regem Israhel
quaere oro te hodie sermonem Domini
6 congregavit ergo rex Israhel prophetas quadringentos circiter viros 18,19! IV Rg 10,19
et ait ad eos
ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandum an quiescere 12,15
qui responderunt ascende et dabit Dominus in manu regis
7 dixit autem Iosaphat IV Rg 3,11
non est hic propheta Domini quispiam ut interrogemus per eum
8 et ait rex Israhel ad Iosaphat
remansit vir unus per quem possimus interrogare Dominum
sed ego odi eum quia non prophetat mihi bonum sed malum 18
Micheas filius Hiemla
cui Iosaphat ait
ne loquaris ita rex
9 vocavit ergo rex Israhel eunuchum quendam et dixit ei
festina adducere Micheam filium Hiemla
10 rex autem Israhel et Iosaphat rex Iuda sedebat unusquisque in solio suo
vestiti cultu regio in area iuxta ostium portae Samariae
et universi prophetae prophetabant in conspectu eorum
11 fecit quoque sibi Sedecias filius Chanaan cornua ferrea et ait
haec dicit Dominus his ventilabis

23 de *om.* RΣ | 25 ut[1]] sicut Σc | 26 effectus] factus Cc | 27 uestimenta sua c | ambulauit Φc | demisso c | 28 factus est autem] et factus est c. || **22**,5 et[4] *om.* c | quaero A | 6 dabit + eam ΣΦc | 8 possumus CΦc | ita] ista RD. | 10 sedebant Φc | 11 chanaana c; chanana m | his] in his C | RAC ΣDΦm cr

Syriam donec deleas eam
12 omnesque prophetae similiter prophetabant dicentes
6,15 ascende in Ramoth Galaad et vade prospere et tradet Dominus in manu regis
13 nuntius vero qui ierat ut vocaret Micheam
locutus est ad eum dicens
ecce sermones prophetarum ore uno
Is 30,10 bona regi praedicant
sit ergo et sermo tuus similis eorum et loquere bona
14 cui Micheas ait
Nm 24,13! vivit Dominus quia quodcumque dixerit mihi Dominus hoc loquar
15 venit itaque ad regem et ait illi rex
6,12 Michea ire debemus in Ramoth Galaad ad proeliandum an cessare
cui ille respondit
ascende et vade prospere et tradet Dominus in manu regis
16 dixit autem rex ad eum
iterum atque iterum adiuro te ut non loquaris mihi nisi quod verum est in nomine Domini
II Par 18,16! 17 et ille ait
Nm 27,17; Idt 11,15; Is 53,6! Ier 50,6! Mt 9,36; Mc 6,34 vidi cunctum Israhel dispersum in montibus quasi oves non habentes pastorem
et ait Dominus non habent dominum isti
36; IV Esr 12,49 revertatur unusquisque in domum suam in pace
18 dixit ergo rex Israhel ad Iosaphat
numquid non dixi tibi quia non pro-
8 phetat mihi bonum sed semper malum
19 ille vero addens ait
propterea audi sermonem Domini
Is 6,1! Dn 7,9! vidi Dominum sedentem super solium suum
et omnem exercitum caeli adsistentem ei a dextris et a sinistris
20 et ait Dominus quis decipiet Ahab regem Israhel
ut ascendat et cadat in Ramoth Galaad
et dixit unus verba huiuscemodi et alius aliter
21 egressus est autem spiritus et stetit coram Domino et ait
ego decipiam illum
cui locutus est Dominus in quo
22 et ille ait egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius
et dixit Dominus decipies et praevalebis egredere et fac ita
23 nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum qui hic sunt
et Dominus locutus est contra te malum
24 accessit autem Sedecias filius Chanaan et percussit Micheam in ma- Iob 16,11!
xillam et dixit
mene ergo dimisit spiritus Domini et locutus est tibi
25 et ait Micheas
visurus es in die illa quando ingredieris cubiculum intra cubiculum ut abscondaris
26 et ait rex Israhel
tollite Micheam et maneat apud Amon principem civitatis
et apud Ioas filium Ammelech
27 et dicite eis haec dicit rex
mittite virum istum in carcerem II Par 16,10!
et sustentate eum pane tribulationis Is 30,20!
et aqua angustiae
donec revertar in pace
28 dixitque Micheas
si reversus fueris in pace non est lo-
cutus Dominus in me Dt 18,22
et ait audite populi omnes

RAC ΣDΦm cr 12 in manus c | 13 ut uocaret] uocare R | ~ regi bona c | et¹ *om.* Dc | 15 tradet + eam c(*ed.* 1598); + eum c(*edd.* 1592 *et* 1593). | in manus Dc | 17 ~ isti dominum c | 18 prophetet ADΦ | 24 chanaana c; chanana m | mene] me AC | 25 michea RAΣ | 26 amo RA; amos D. | 27 in carcere RΦ | panem CD. | aquam CD | 28 ~ in me dominus c |

29 ascendit itaque rex Israhel et Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad
30 dixitque rex Israhel ad Iosaphat
sume arma et ingredere proelium et induere vestibus tuis
porro rex Israhel mutavit habitum et ingressus est bellum
20,1.16 31 rex autem Syriae praeceperat principibus curruum triginta duobus dicens
non pugnabitis contra minorem et maiorem quempiam
nisi contra regem Israhel solum
32 cum ergo vidissent principes curruum Iosaphat
suspicati sunt quod ipse esset rex Israhel
et impetu facto pugnabant contra eum
et exclamavit Iosaphat
33 intellexeruntque principes curruum quod non esset rex Israhel
et cessaverunt ab eo
34 unus autem quidam tetendit arcum in incertum sagittam dirigens
et casu percussit regem Israhel inter pulmonem et stomachum
at ille dixit aurigae suo
II Par 35,23 verte manum tuam et eice me de exercitu
quia graviter vulneratus sum
35 commissum est ergo proelium in die illa
et rex Israhel stabat in curru suo contra Syros et mortuus est vesperi
fluebat autem sanguis plagae in sinum currus
36 et praeco personuit in universo exercitu antequam sol occumberet dicens
17! unusquisque revertatur in civitatem et in terram suam
37 mortuus est autem rex et perlatus est Samariam
sepelieruntque regem in Samaria
38 et laverunt currum in piscina Samariae
et linxerunt canes sanguinem eius 21,19
et habenas laverunt iuxta verbum Domini quod locutus fuerat
39 reliqua vero sermonum Ahab
et universa quae fecit
et domus eburneae quam aedificavit
cunctarumque urbium quas extruxit
nonne scripta sunt haec in libro verborum dierum regum Israhel
40 dormivit ergo Ahab cum patribus suis
et regnavit Ohozias filius eius pro eo 52
41 Iosaphat filius Asa regnare coeperat super Iudam anno quarto Ahab regis Israhel 15,24; II Par 17,1 41—50: II Par 20,31–37
42 triginta quinque annorum erat cum regnare coepisset
et viginti et quinque annos regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Azuba filia Salai
43 et ambulavit in omni via Asa patris sui et non declinavit ex ea II Par 17,3
fecitque quod rectum est in conspectu Domini 15,14; IV Rg 12,2.3; 14,3.4; 15,3.4. 34.35
44 verumtamen excelsa non abstulit
adhuc enim populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis IV Rg 16,4; 17,11
45 pacemque habuit Iosaphat cum rege Israhel
46 reliqua autem verborum Iosaphat
et opera eius quae gessit et proelia
nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda
47 sed et reliquias effeminatorum qui remanserant in diebus Asa patris eius abstulit de terra 15,12; IV Rg 23,7
48 nec erat tunc rex constitutus in Edom
49 rex vero Iosaphat fecerat classes in mari quae navigarent in Ophir 9,26 9,28! II Par 8,18!

30 dixit itaque c | tuis] meis C | habitum + suum c | 32 currum A | 34 unus] uir c | sagitla C | 35 in sinu RΣD | 36 insonuil c | 37 samaria[1] RΣ; in samariam Φ c | 38 currum + eius Σ c | 39 ucro] autem c | eburnea Σ c | ~ haec scripta sunt Φ c | ucrborum] sermonum DΦ c | 41 iosaphat + uero c | 42 et[2] *om.* Φ c | annis[2] Σ c | 43 est] erat DΦ c | RAC ΣDΦm cr

propter aurum
et ire non potuerunt quia confractae sunt in Asiongaber
50 tunc ait Ohozias filius Ahab ad Iosaphat
vadant servi mei cum servis tuis in navibus
et noluit Iosaphat
II Par 21,1 51 dormivitque cum patribus suis
IV Rg 8,16 et sepultus est cum eis in civitate David patris sui
regnavitque Ioram filius eius pro eo
52 Ohozias autem filius Ahab regnare coeperat super Israhel in Samaria
anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda
regnavitque super Israhel duobus annis
15,34! IV Rg 13,2! 53 et fecit malum in conspectu Domini
et ambulavit in via patris sui et matris suae
et in via Hieroboam filii Nabath qui peccare fecit Israhel
16,31! 54 servivit quoque Baal et adoravit eum
et inritavit Dominum Deum Israhel iuxta omnia quae fecerat pater eius

3,5 **IV Regum** Praevaricatus est autem Moab in Israhel postquam mortuus est Ahab
Act 20,9 2 ceciditque Ohozias per cancellos cenaculi sui quod habebat in Samaria
et aegrotavit misitque nuntios dicens ad eos
ite consulite Beelzebub deum Accaron
8,8 utrum vivere queam de infirmitate mea hac
15,16; III Rg 21,17.18! 3 angelus autem Domini locutus est ad Heliam Thesbiten
surge ascende in occursum nuntiorum regis Samariae et dices ad eos
6! numquid non est Deus in Israhel ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron
4 quam ob rem haec dicit Dominus
de lectulo super quem ascendisti non descendes sed morte morieris
et abiit Helias 5 reversique sunt nuntii ad Ohoziam
qui dixit eis quare reversi estis
6 at illi responderunt ei
vir occurrit nobis et dixit ad nos
ite revertimini ad regem qui misit vos
et dicetis ei haec dicit Dominus 16
numquid quia non erat Deus in Israhel mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron 3
idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes sed morte morieris
7 qui dixit eis cuius figurae et habitu est vir qui occurrit vobis
et locutus est verba haec
8 at illi dixerunt vir pilosus et zona pellicia accinctis renibus Mt 3,4!
qui ait Helias Thesbites est
9 misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo
qui ascendit ad eum sedentique in vertice montis ait
homo Dei rex praecepit ut descendas
10 respondensque Helias dixit quinquagenario
si homo Dei sum descendat ignis e caelo et devoret te et quinquaginta tuos
descendit itaque ignis e caelo et devoravit eum et quinquaginta qui erant cum eo Lv 10,2! Lc 9,54; Apc 20,9
11 rursum misit ad eum principem quinquagenarium alterum et quinquaginta cum eo
qui locutus est illi
homo Dei haec dicit rex festina descende

RAC Σ(Λ)DΦm cr 51 dormiuitque + iosaphat c | 52 iudae CΣm | 54 seruiuitque baal CΣ || **IV Regum.** *Tit.* liber regum quartus secundum hebraeos malachim secundus c || **1,1** [*iterum adest* Λ] | 2 queam] possum C | 3 thesbiten + dicens Σm c | surge + et c | 6 ite + et AΛDΦm c | quia] *post* israhel *transpon.* C; *om.* m | deum² A | 7 habitus CΣΛ c | uir + ille c | 8 accinctus DΦ c | 10 e caelo *bis* RA r] de caelo *bis cet.* | 11 rursumque c |

12 respondens Helias ait
si homo Dei ego sum descendat ignis e caelo et devoret te et quinquaginta tuos
descendit ergo ignis Dei e caelo et devoravit illum et quinquaginta eius
13 iterum misit principem quinquagenarium tertium et quinquaginta qui erant cum eo
qui cum venisset curvavit genua contra Heliam
et precatus est eum et ait
homo Dei noli despicere animam meam et animam servorum tuorum qui mecum sunt
14 ecce descendit ignis de caelo
et devoravit duos principes quinquagenarios primos
et quinquagenos qui cum eis erant
sed nunc obsecro ut miserearis animae meae
3.4; III Rg 21,17! 15 locutus est autem angelus Domini ad Heliam dicens
descende cum eo ne timeas
surrexit igitur et descendit cum eo ad regem
6! 16 et locutus est ei haec dicit Dominus
quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron
quasi non esset Deus in Israhel a quo possis interrogare sermonem
ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes sed morte morieris
17 mortuus est ergo iuxta sermonem Domini quem locutus est Helias
et regnavit Ioram frater eius pro eo anno secundo Ioram filii Iosaphat regis Iudae
non enim habebat filium
18 reliqua autem verborum Ohoziae quae operatus est
nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israhel
2 factum est autem cum levare vellet Dominus Heliam per turbinem in caelum 11!
ibant Helias et Heliseus de Galgalis
2 dixitque Helias ad Heliseum
sede hic quia Dominus misit me usque Bethel
cui ait Heliseus vivit Dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te 4.30
cumque descendissent Bethel
3 egressi sunt filii prophetarum qui erant Bethel ad Heliseum et dixerunt ei 5.22; 6,1
numquid nosti quia hodie Dominus tollat dominum tuum a te
qui respondit et ego novi silete
4 dixit autem Helias ad Heliseum
sede hic quia Dominus misit me in Hiericho
et ille ait vivit Dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te
cumque venissent Hierichum
5 accesserunt filii prophetarum qui erant in Hiericho ad Heliseum et dixerunt ei
numquid nosti quia hodie Dominus tollet dominum tuum a te
et ait et ego novi silete
6 dixit autem ei Helias
sede hic quia Dominus misit me ad Iordanem
qui ait vivit Dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te
ierunt igitur ambo pariter
7 et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt
qui et steterunt e contra longe
illi autem ambo stabant super Iordanem

12 e caelo[1] RAmr] de caelo *cet.* | dei[2] *om.* CΣΛDc | e caelo[2] RAΣr] de caelo *cet.* | 13 genua + sua A | animas[2] Σc | 14 e caelo A | 16 posses RΛc || 2,2 usque + in C Φc | 3 erant + in ΣDc; + de C | ~ dominus hodie A | tollet ΣΛΦc; tollit D | silete] tacete C. | 4 hierichum RAr] in hiericho D; hiericho *cet.* | 5 ~ hodie tollet dominus R; ~ dominus hodie tollet c | silete] tacete C | 6 ad] usque Σ; usque ad Cc | igitur] ergo A | 7 sunt + eos ΣΛc | et[2] *om.* CD | e contra longe] contra e longe R |

RAC ΣΛDΦm cr

14 8 tulitque Helias pallium suum et involvit illud et percussit aquas
Ios 4,22.23! quae divisae sunt in utramque partem
et transierunt ambo per siccum
9 cumque transissent Helias dixit ad Heliseum
4,2! III Rg 3,5 postula quod vis ut faciam tibi antequam tollar a te
dixitque Heliseus
obsecro ut fiat duplex spiritus tuus in me
10 qui respondit rem difficilem postulasti
attamen si videris me quando tollor a te erit quod petisti
si autem non videris non erit
11 cumque pergerent et incedentes sermocinarentur
ecce currus igneus et equi ignei diviserunt utrumque
1; Sir 48,9.13; I Mcc 2,58 et ascendit Helias per turbinem in caelum
12 Heliseus autem videbat et clamabat
13,14 pater mi pater mi currus Israhel et auriga eius
et non vidit eum amplius
adprehenditque vestimenta sua et scidit illa in duas partes
13 et levavit pallium Heliae quod ceciderat ei
reversusque stetit super ripam Iordanis
8! 14 et pallio Heliae quod ceciderat ei percussit aquas
et dixit ubi est Deus Heliae etiam nunc
percussitque aquas et divisae sunt huc atque illuc et transiit Heliseus
5 15 videntes autem filii prophetarum qui erant in Hiericho de contra dixerunt
requievit spiritus Heliae super Heliseum Sir 48,13
et venientes in occursum eius adoraverunt eum proni in terram Gn 18,2! 19,1!
16 dixeruntque illi
ecce cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes
qui possint ire et quaerere dominum tuum
ne forte tulerit eum spiritus Domini
et proiecerit in uno montium aut in una vallium
qui ait nolite mittere
17 coegeruntque eum donec adquiesceret et diceret mittite
et miserunt quinquaginta viros
qui cum quaesissent tribus diebus
non invenerunt 18 et reversi sunt ad eum
at ille habitabat in Hiericho
dixitque eis numquid non dixi vobis nolite ire
19 dixerunt quoque viri civitatis ad Heliseum
ecce habitatio civitatis huius optima est
sicut tu ipse domine perspicis
sed aquae pessimae sunt et terra sterilis
20 at ille ait adferte mihi vas novum et mittite in illud sal
qui cum adtulissent 21 egressus ad
fontem aquarum misit in eum sal et ait
haec dicit Dominus sanavi aquas has
et non erit ultra in eis mors neque sterilitas
22 sanatae sunt ergo aquae usque ad diem hanc iuxta verbum Helisei quod locutus est
23 ascendit autem inde Bethel
cumque ascenderet per viam

RAC ΣΛDΦm cr
8 in utraque parte RΣ | 9 ~ in me duplex spiritus tuus c | 10 tollar CΣΛDΦc | erit[1] + tibi c | 14 aquas[1] + et (quae Λ) non sunt diuisae CΛΦc | 15 de] e c | in terra C | 16 possunt ΛΦc | proiecerit + eum Σc | in unum Λc | in unam Λc | 17 coegerunt eum C | 18 in *om.* R | dixitque] et dixit c. | ire] mittere CΣΛDΦc | 19 domine *om.* C | 20 qui] quod c | 21 eum] illum c; illud Φ | ~ in eis ultra CD | 22 usque in c | ~ hanc diem R | est] fuerat C | 23 inde + in c |

pueri parvi egressi sunt de civitate et
inludebant ei dicentes
ascende calve ascende calve
24 qui cum se respexisset vidit eos
et maledixit eis in nomine Domini
egressique sunt duo ursi de saltu
et laceraverunt ex eis quadraginta
duos pueros
4,25 25 abiit autem inde in montem Carmeli
et inde reversus est Samariam

3 Ioram vero filius Ahab regnavit super Israhel in Samaria
anno octavodecimo Iosaphat regis Iudae
regnavitque duodecim annis
2 et fecit malum coram Domino
III Rg 16,32! sed non sicut pater suus et mater
tulit enim statuas Baal quas fecerat pater eius
III Rg 15,34! 3 verumtamen in peccatis Hieroboam filii Nabath
qui peccare fecit Israhel adhesit
nec recessit ab eis
4 porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa
et solvebat regi Israhel centum milia agnorum
et centum milia arietum cum velleribus suis
1,1 5 cumque mortuus fuisset Ahab
praevaricatus est foedus quod habebat cum rege Israhel
6 egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria et recensuit universum Israhel
III Rg 22,4.5 7 misitque ad Iosaphat regem Iuda dicens
rex Moab recessit a me
veni mecum contra Moab ad proelium
qui respondit ascendam
qui meus est tuus est
populus meus populus tuus equi mei equi tui
8 dixitque per quam viam ascendemus
at ille respondit per desertum Idumeae
9 perrexerunt igitur rex Israhel et rex 12
Iuda et rex Edom
et circumierunt per viam septem dierum
nec erat aqua exercitui et iumentis quae sequebantur eos
10 dixitque rex Israhel
eheu eheu eheu
congregavit nos Dominus tres reges
ut traderet in manu Moab
11 et ait Iosaphat estne hic propheta III Rg 22,7; II Par 18,6
Domini ut deprecemur Dominum per eum
et respondit unus de servis regis Israhel
est hic Heliseus filius Saphat qui fundebat aquam super manus Heliae
12 et ait Iosaphat est apud eum sermo Domini
descenditque ad eum rex Israhel et 9
Iosaphat et rex Edom
13 dixit autem Heliseus ad regem Israhel
quid mihi et tibi est vade ad prophetas patris tui et matris tuae
et ait illi rex Israhel
quare congregavit Dominus tres reges hos ut traderet eos in manu Moab
14 dixit autem Heliseus
vivit Dominus exercituum in cuius III Rg 17,1!
conspectu sto
quod si non vultum Iosaphat regis Iudae erubescerem
ne adtendissem quidem te nec respexissem
15 nunc autem adducite mihi psalten I Sm 10,5.6!
cumque caneret psaltes
facta est super eum manus Domini et ait
16 haec dicit Dominus

24 se ACr] post se Σ; *om. cet.* | quadraginta + et ΑΣΛΦ | 25 est + in c || 3,1 decimo octauo c | 7 iudae ΑΛDΦ | moab²] eum c | tuus² + et Φc | mei + et C | 10 heu *ter* ΑΣΦc | in manus c | 12 iosaphat² + rex iuda c | 13 in manus c | 14 dixit autem] dixitque ad eum c | ne] nec Σ; non c. |

RAC ΣΛDΦm cr

facite alveum torrentis huius fossas et fossas
17 haec enim dicit Dominus
non videbitis ventum neque pluviam
et alveus iste replebitur aquis
et bibetis vos et familiae vestrae et iumenta vestra
18 parumque hoc est in conspectu Domini
insuper tradet etiam Moab in manu vestra
25! 19 et percutietis omnem civitatem munitam et omnem urbem electam
et universum lignum fructiferum succidetis
cunctosque fontes aquarum obturabitis
et omnem agrum egregium operietis lapidibus
III Rg 18.29 20 factum est igitur mane quando sacrificium offerri solet
et ecce aquae veniebant per viam Edom et repleta est terra aquis
21 universi autem Moabitae audientes quod ascendissent reges ut pugnarent adversum eos
convocaverunt omnes qui accincti erant balteo desuper
et steterunt in terminis
22 primoque mane surgentes et orto iam sole ex adverso aquarum
viderunt Moabitae contra aquas rubras quasi sanguinem
23 dixeruntque sanguis est gladii
pugnaverunt reges contra se et caesi sunt mutuo
nunc perge ad praedam Moab
24 perrexeruntque in castra Israhel
porro consurgens Israhel percussit Moab
at illi fugerunt coram eis
venerunt igitur qui vicerant et percusserunt Moab
19 25 et civitates destruxerunt
et omnem agrum optimum mittentes singuli lapides repleverunt
et universos fontes aquarum obturaverunt
et omnia ligna fructifera succiderunt Idt 2.17
ita ut muri tantum fictiles remanerent
et circumdata est civitas a fundibalariis
et magna ex parte percussa
26 quod cum vidisset rex Moab praevaluisse scilicet hostes
tulit secum septingentos viros educentes gladium
ut inrumperet ad regem Edom et non potuerunt
27 arripiensque filium suum primogenitum Gn 22.2! 10; Sir 34.24; Is 57.5
qui regnaturus erat pro eo
obtulit holocaustum super murum
et facta est indignatio magna in Israhel
statimque recesserunt ab eo et reversi sunt in terram suam
4 mulier autem quaedam de uxoribus prophetarum
clamabat ad Heliseum dicens
servus tuus vir meus mortuus est
et tu nosti quia servus tuus fuit timens Dominum
et ecce creditor venit ut tollat duos filios meos ad serviendum sibi
2 cui dixit Heliseus 13.14; 2.9! Mt 20.32!
quid vis ut faciam tibi dic mihi
quid habes in domo tua
at illa respondit non habeo ancilla tua quicquam in domo mea
nisi parum olei quo unguear
3 cui ait vade pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca
4 et ingredere et claude ostium cum intrinsecus fueris tu et filii tui
et mitte inde in omnia vasa haec
et cum plena fuerint tolles

RAC ΣΛDΦm cr
17 enim *om.* C | 18 ~ est hoc c; est *om.* Σ | in manus uestras ΛΦc | 22 contra] e contra RΣΛΦc | 23 ~ gladii est c | pugnaueruntque C | 24 percusserant RΣ. | 26 inrumperent ΣΛΦc || 4,1 dominum] deum CΣ | 4 ostium + tuum c | et[4] *om.* R |

[5]ivit itaque mulier et clusit ostium
super se et super filios suos
illi offerebant vasa et illa infundebat
[6]cumque plena fuissent vasa dixit ad
filium suum
adfer mihi adhuc vas
et ille respondit non habeo
stetitque oleum
[7]venit autem illa et indicavit homini
Dei
et ille vade inquit vende oleum et
redde creditori tuo
tu autem et filii tui vivite de reliquo
[8]facta est autem quaedam dies et
transiebat Heliseus per Sunam
erat autem ibi mulier magna quae
tenuit eum ut comederet panem
cumque frequenter inde transiret
devertebat ad eam ut comederet panem
[9]quae dixit ad virum suum
animadverto quod vir Dei sanctus
est iste qui transit per nos frequenter
[10]faciamus ergo cenaculum parvum
et ponamus ei in eo lectulum et mensam et sellam et candelabrum
ut cum venerit ad nos maneat ibi
[11]facta est igitur dies quaedam et veniens devertit in cenaculum et requievit ibi
[12]dixitque ad Giezi puerum suum voca
Sunamitin istam
qui cum vocasset eam et illa stetisset
coram eo [13]dixit ad puerum
loquere ad eam ecce sedule in omnibus ministrasti nobis
2! quid vis ut faciam tibi
numquid habes negotium et vis ut
loquar regi sive principi militiae
quae respondit in medio populi mei
habito
2! [14]et ait quid ergo vult ut faciam ei
dixitque Giezi ne quaeras
filium enim non habet et vir eius
senex est
[15]praecepit itaque ut vocaret eam
quae cum vocata fuisset et stetisset
ad ostium [16]dixit ad eam
in tempore isto et in hac eadem hora Gn 18,10!
si vita comes fuerit habebis in utero
filium
at illa respondit noli quaeso domine
mi vir Dei noli mentiri ancillae tuae
[17]et concepit mulier et peperit filium Gn 21,2!
in tempore et in hora eadem quam
dixerat Heliseus
[18]crevit autem puer et cum esset quaedam dies et egressus isset ad patrem suum ad messores
[19]ait patri suo caput meum caput meum
at ille dixit puero tolle et duc eum ad
matrem suam
[20]qui cum tulisset et adduxisset eum ad
matrem suam
posuit eum illa super genua sua usque ad meridiem et mortuus est
[21]ascendit autem et conlocavit eum super lectulum hominis Dei
et clusit ostium et egressa [22]vocavit
virum suum et ait
mitte mecum obsecro unum de pueris et asinam
ut excurram usque ad hominem Dei
et revertar
[23]qui ait illi quam ob causam vadis ad
eum hodie
non sunt kalendae neque sabbatum
quae respondit vale
[24]stravitque asinam et praecepit puero
mina et propera ne mihi moram facias in eundo
et hoc age quod praecipio tibi
[25]profecta est igitur et venit ad virum 2,25
Dei in montem Carmeli

7 inquit + et R | 8 diuertebat RΣΛc | 9 est] sit A; *om.* Λ | 10 ergo + ei c | lectum AΣ | 11 igitur] ergo c. | diuertit RΣΛc | 12 sunamitidem c. | 13 puerum + suum Σc | 15 ad] ante c. | 17 quam RAr] qua *cet.* | 19 meum[1.2] + doleo Φc | 20 et duxisset c | 21 lectulo R.; lectum AΛDΦm | 22 asinum C | excurramus usque RA | 23 uale] uadam Σc | 24 asinum C | 25 in monte RD |

RAC ΣΛDΦm cr

cumque vidisset eam vir Dei de contra
ait ad Giezi puerum suum
ecce Sunamitis illa [26] vade ergo in occursum eius et dic ei
rectene agitur circa te et circa virum tuum et circa filium tuum
quae respondit recte
[27] cumque venisset ad virum Dei in monte
adprehendit pedes eius
et accessit Giezi ut amoveret eam
et ait homo Dei dimitte illam
anima enim eius in amaritudine est
et Dominus celavit me et non indicavit mihi
[28] quae dixit illi numquid petivi filium a domino meo
numquid non dixi tibi ne inludas me
9,1; Ex 12,11! Ier 1,17 [29] et ille ait ad Giezi accinge lumbos tuos
et tolle baculum meum in manu tua et vade
si occurrerit tibi homo non salutes eum
Lc 10,4 et si salutaverit te quispiam non respondeas illi
et pones baculum meum super faciem pueri
[30] porro mater pueri ait
2,2 vivit Dominus et vivit anima tua non dimittam te
surrexit ergo et secutus est eam
[31] Giezi autem praecesserat eos et posuerat baculum super faciem pueri
et non erat vox neque sensus
reversusque est in occursum eius et nuntiavit ei dicens non surrexit puer
[32] ingressus est ergo Heliseus domum
et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius
Mt 6,6 [33] ingressusque clusit ostium super se et puerum
et oravit ad Dominum
[34] et ascendit et incubuit super puerum III Rg 17,21
posuitque os suum super os eius
et oculos suos super oculos eius
et manus suas super manus eius
et incurvavit se super eum et calefacta est caro pueri
[35] at ille reversus deambulavit in domo semel huc et illuc
et ascendit et incubuit super eum III Rg 17,21; Act 20,10
et oscitavit puer septies aperuitque oculos
[36] et ille vocavit Giezi et dixit ei voca Sunamitin hanc
quae vocata ingressa est ad eum
qui ait tolle filium tuum
[37] venit illa et corruit ad pedes eius et adoravit super terram
tulitque filium suum et egressa est
[38] et Heliseus reversus est in Galgala
erat autem fames in terra Rt 1,1!
et filii prophetarum habitabant coram eo 6,1
dixitque uni de pueris suis pone ollam grandem et coque pulmentum filiis prophetarum
[39] et egressus est unus in agrum ut colligeret herbas agrestes
invenitque quasi vitem silvestrem et collegit ex ea colocyntidas agri
et implevit pallium suum et reversus concidit in ollam pulmenti
nesciebat enim quid esset
[40] infuderunt ergo sociis ut comederent
cumque gustassent de coctione
exclamaverunt dicentes mors in olla vir Dei
et non potuerunt comedere
[41] at ille adferte inquit farinam
et misit in ollam et ait
infunde turbae et comedat
et non fuit amplius quicquam amari-

RAC ΣΛDΦm cr 25 e contra c | 27 in montem ΛΦc | me ADmr] a me *cet.* | 30 tua + quia C | 31 ante eos c | 33 et super puerum Σc | ad *om.* R | 34 puerum] eum RΦ | 35 et¹] atque ΛΦc | oculos ÷ suos R | 36 at ille ADΦc | sunamitidem c. | 39 in olla C | 40 clamauerunt c. | 41 et¹] cumque attulissent Λ; cumque tulissent c. | in olla¹ RCr; illam D. | et comedant m; ut comedat ΣΛ; ut comedant c |

tudinis in olla
42 vir autem quidam venit de Balsalisa
42—44: Mt 14,19.20; Io 6,9–13 deferens viro Dei panes primitiarum
et viginti panes hordiacios et frumentum novum in pera sua
at ille dixit da populo ut comedat
43 responditque ei minister eius
quantum est hoc ut adponam coram centum viris
rursum ille da ait populo ut comedat
haec enim dicit Dominus comedent et supererit
44 posuit itaque coram eis
qui comederunt et superfuit iuxta verbum Domini
5 Naaman princeps militiae regis Syriae
erat vir magnus apud dominum suum et honoratus
per illum enim dedit Dominus salutem Syriae
erat autem vir fortis et dives sed leprosus
6,23 2 porro de Syria egressi fuerant latrunculi
et captivam duxerant de terra Israhel puellam parvulam
quae erat in obsequio uxoris Naaman
3 quae ait ad dominam suam
utinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria
profecto curasset eum a lepra quam habet
4 ingressus est itaque Naaman ad dominum suum et nuntiavit ei dicens
sic et sic locuta est puella de terra Israhel
5 dixitque ei rex Syriae
vade et mittam litteras ad regem Israhel
qui cum profectus esset et tulisset secum decem talenta argenti et sex milia aureos et decem mutatoria vestimentorum
6 detulit litteras ad regem Israhel in haec verba
cum acceperis epistulam hanc
scito quod miserim ad te Naaman servum meum ut cures eum a lepra sua
7 cumque legisset rex Israhel litteras scidit vestimenta sua et ait
numquid Deus sum ut occidere possim et vivificare Dt 32,39!
quia iste misit ad me ut curem hominem a lepra sua
animadvertite et videte quod occasiones quaerat adversum me
8 quod cum audisset Heliseus vir Dei
scidisse videlicet regem Israhel vestimenta sua
misit ad eum dicens
quare scidisti vestimenta tua
veniat ad me et sciat esse prophetam in Israhel
9 venit ergo Naaman cum equis et curribus
et stetit ad ostium domus Helisei
10 misitque ad eum Heliseus nuntium dicens
vade et lavare septies in Iordane et recipiet sanitatem caro tua atque mundaberis 14
11 iratus Naaman recedebat dicens
putabam quod egrederetur ad me et stans invocaret nomen Domini Dei sui
et tangeret manu sua locum leprae et curaret me
12 numquid non meliores sunt Abana et Pharphar fluvii Damasci omnibus aquis Israhel ut laver in eis et munder
cum ergo vertisset se et abiret indignans
13 accesserunt ad eum servi sui et locuti sunt ei

41 in ollam² RΣ | 42 et¹ *om.* c | 43 coram *om.* Ac | ~ ait da Σc | comedant CD || RAC ΣΛDΦm cr
5,1 naaman + autem C | 7 deus + ego c | 10 in iordanem CDΦ | 11 manum suam R |

pater si rem grandem dixisset tibi
propheta certe facere debueras
quanto magis quia nunc dixit tibi
lavare et mundaberis
14 descendit et lavit in Iordane septies
iuxta sermonem viri Dei
et restituta est caro eius sicut caro
pueri parvuli et mundatus est
15 reversusque ad virum Dei cum universo comitatu suo
venit et stetit coram eo et ait
I Sm 17,46! vere scio quod non sit Deus in universa terra nisi tantum in Israhel
Gn 33,11; I Sm 25,27 obsecro itaque ut accipias benedictionem a servo tuo
16 at ille respondit
III Rg 17,1! vivit Dominus ante quem sto quia
non accipiam
cumque vim faceret penitus non adquievit
17 dixitque Naaman ut vis
sed obsecro concede mihi servo tuo
ut tollam onus duorum burdonum
de terra
non enim faciet ultra servus tuus holocaustum aut victimam diis alienis
nisi Domino
18 hoc autem solum est de quo depreceris Dominum pro servo tuo
quando ingreditur dominus meus
templum Remmon ut adoret
et illo innitente super manum meam
si adoravero in templo Remmon
adorante me in eodem loco
ut ignoscat mihi Dominus servo tuo
pro hac re
19 qui dixit ei vade in pace
abiit ergo ab eo electo terrae tempore
20 dixitque Giezi puer viri Dei
pepercit dominus meus Naaman Syro isti
ut non acciperet ab eo quae adtulit
vivit Dominus quia curram post eum
et accipiam ab eo aliquid
21 et secutus est Giezi post tergum Naaman
quem cum vidisset ille currentem ad se
desilivit de curru in occursum eius et
ait rectene sunt omnia
22 et ille ait recte
dominus meus misit me dicens
modo venerunt ad me duo adulescentes de monte Ephraim ex filiis 2,3
prophetarum
da eis talentum argenti et vestes mutatorias duplices Gn 45,22
23 dixitque Naaman
melius est ut accipias duo talenta
et coegit eum ligavitque duo talenta
argenti in duobus saccis
et duplicia vestimenta
et inposuit duobus pueris suis qui et
portaverunt coram eo
24 cumque venisset iam vesperi
tulit de manu eorum et reposuit in
domo
dimisitque viros et abierunt
25 ipse autem ingressus stetit coram domino suo
et dixit Heliseus unde venis Giezi
qui respondit non ivit servus tuus
quoquam
26 at ille nonne ait cor meum in praesenti erat
quando reversus est homo de curru
suo in occursum tui
nunc igitur accepisti argentum et accepisti vestes
ut emas oliveta et vineta et oves et
boves et servos et ancillas
27 sed et lepra Naaman adherebit tibi
et semini tuo in sempiternum
et egressus est ab eo leprosus quasi Ex 4,6; Nm 12,10
nix
6 dixerunt autem filii prophetarum ad 2,3
Heliseum
ecce locus in quo habitamus coram 4,38

RAC ΣΛDΦm cr
13 si] et si c | 15 deus] *praem.* alius c; + alius Φ | 18 ingredietur c. | adorante me r.𝔐] adorantem C.; adorante R.; adorante eo *cet.* | tuo²] suo R | 21 desiluit ΑΛD; desiliit c | 22 me¹] ad te Σ; + ad te c | 26 non aitne D.; ait nonne ait Σ.; ait nonne ΛΦc; ait m. | uineta] uineas Φc | 27 in] usque in c ||

te angustus est nobis
2 eamus usque ad Iordanem
et tollant singuli de silva materias singulas
ut aedificemus nobis ibi locum ad habitandum
qui dixit ite
3 et ait unus ex illis veni ergo et tu cum servis tuis
respondit ego veniam 4 et abiit cum eis
cumque venissent ad Iordanem caedebant ligna
5 accidit autem ut cum unus materiem succidisset
caderet ferrum securis in aquam
exclamavitque ille et ait
eheu eheu eheu domine mi et hoc ipsum mutuo acceperam
6 dixit autem homo Dei ubi cecidit
at ille monstravit ei locum
praecidit ergo lignum et misit illuc
natavitque ferrum 7 et ait tolle
qui extendit manum et tulit illud
8 rex autem Syriae pugnabat contra Israhel
consiliumque iniit cum servis suis dicens
in loco illo et illo ponamus insidias
9 misit itaque vir Dei ad regem Israhel dicens
cave ne transeas in loco illo quia ibi Syri in insidiis sunt
10 misit rex Israhel ad locum quem dixerat ei vir Dei
et praeoccupavit eum
et observavit se ibi non semel neque bis
11 conturbatumque est cor regis Syriae pro hac re
et convocatis servis suis ait
quare non indicastis mihi quis proditor mei sit apud regem Israhel
12 dixitque unus servorum eius nequaquam domine mi rex
sed Heliseus propheta qui est in Israhel
indicat regi Israhel omnia verba quaecumque locutus fueris in conclavi tuo
13 dixit eis ite et videte ubi sit ut mittam et capiam eum
adnuntiaveruntque ei dicentes ecce in Dothan Gn 37,17
14 misit ergo illuc equos et currus et robur exercitus
qui cum venissent nocte circumdederunt civitatem
15 consurgens autem diluculo minister viri Dei egressus est
viditque exercitum in circuitu civitatis et equos et currus
nuntiavitque ei dicens
eheu eheu domine mi quid faciemus
16 at ille respondit noli timere II Par 32,7
plures enim nobiscum sunt quam cum illis
17 cumque orasset Heliseus ait
Domine aperi oculos huius ut videat
et aperuit Dominus oculos pueri et vidit
et ecce mons plenus equorum et curruum igneorum in circuitu Helisei
18 hostes vero descenderunt ad eum
porro Heliseus oravit Dominum dicens
percute obsecro gentem hanc caecitate Gn 19,11
percussitque eos Dominus ne viderent iuxta verbum Helisei
19 dixit autem ad eos Heliseus
non est haec via nec ista est civitas
sequimini me et ostendam vobis virum quem quaeritis
duxit ergo eos in Samariam
20 cumque ingressi fuissent in Samaria
dixit Heliseus

RAC ΣΛDΦm cr

6,2 ~ ibi nobis C; ibi *om.* D | locum] domum AΦ | 5 materiaem RD.; materiam CΣΦ c | in aqua C | heu *ter* ΣΦ c | 9 in locum illum c | 10 misit + itaque c; + ergo Σ | 11 indicatis ΑΛΦ c | 12 israhel[1] + ipse C | 13 dixitque c | 15 est uiditque] uidit c | ei *om.* RΛ. | eheu *ter* D ; heu *bis* ΑΣΛ; heu *ter* Φ c | 18 orauit + ad c | caecitatem RCΣD | 19 nec] neque c. | 20 in samariam ΣΛDΦ c; samariam R |

17 Domine aperi oculos istorum ut videant
Gn 21,19! aperuitque Dominus oculos eorum et viderunt esse se in medio Samariae
21 dixitque rex Israhel ad Heliseum cum vidisset eos
numquid percutiam eos pater mi
22 at ille ait non percuties
neque enim cepisti eos gladio et arcu tuo ut percutias
Prv 25,21! pone panem et aquam coram eis
ut comedant et bibant et vadant ad dominum suum
23 adpositaque est eis ciborum magna praeparatio
et comederunt et biberunt et dimisit eos
abieruntque ad dominum suum
5,2 et ultra non venerunt latrones Syriae in terram Israhel
III Rg 15,20; 20,1 24 factum est autem post haec
congregavit Benadad rex Syriae universum exercitum suum
et ascendit et obsidebat Samariam
III Rg 18,2! 25 factaque est fames magna in Samaria
et tamdiu obsessa est donec venundaretur caput asini octoginta argenteis
et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis
26 cumque rex Israhel transiret per murum
mulier exclamavit ad eum dicens
salva me domine mi rex
27 qui ait non te salvet Dominus
unde salvare te possum
de area an de torculari
dixitque ad eam rex quid tibi vis
quae respondit
Lv 26,29! 28 mulier ista dixit mihi da filium tuum ut comedamus eum hodie
et filium meum comedemus cras
29 coximus ergo filium meum et comedimus Lv 26,29! Lam 2,20; 4,10
dixique ei die altera da filium tuum ut comedamus eum
quae abscondit filium suum
30 quod cum audisset rex scidit vestimenta sua
et transiebat super murum
viditque omnis populus cilicium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus
31 et ait haec mihi faciat Deus et haec addat si steterit caput Helisei filii Saphat super eum hodie
32 Heliseus autem sedebat in domo sua
et senes sedebant cum eo
praemisit itaque virum
et antequam veniret nuntius
ille dixit ad senes
numquid scitis quod miserit filius homicidae hic ut praecidatur caput meum
videte ergo cum venerit nuntius cludite ostium
et non sinatis eum introire
ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est
33 et adhuc illo loquente eis apparuit nuntius qui veniebat ad eum
et ait ecce tantum malum a Domino est
quid amplius expectabo a Domino
7 dixit autem Heliseus
audite verbum Domini haec dicit Dominus
in tempore hoc cras modius similae uno statere erit 16.18
et duo modii hordei statere uno in porta Samariae
2 respondens unus de ducibus super cuius manum rex incumbebat homini Dei ait 17
si Dominus fecerit etiam cataractas in caelo 19

RAC ΣΛDΦm cr 20 ~ se esse RΣΛDΦc | 22 percutias + sed Λc | 23 in terra RCr | 25 magna *om.* R | cabi] caui RC; capi D | 26 mulier + quaedam ΛΦc | 27 saluat c. | ~ te saluare possum C; ~ te possum saluare c | an] uel c | 28 comedemus] comedimus RA.; comedamus ΛD | 30 super] per CΣDΦc | uidit omnis CD. | 31 ait + rex Σc | eum] ipsum c | 32 sonitum Σ.; sonus Cm. | 33 et[1] *om.* RΣΛDΦc || 7,2 dei + et C |

numquid poterit esse quod loqueris
qui ait videbis oculis tuis et inde non comedes
Lv 13,46! 3 quattuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portae
qui dixerunt ad invicem
quid hic esse volumus donec moriamur
4 sive ingredi voluerimus civitatem fame moriemur
sive manserimus hic moriendum nobis est
venite igitur et transfugiamus ad castra Syriae
si pepercerint nobis vivemus
si autem occidere voluerint nihilominus moriemur
5 surrexerunt igitur vesperi ut venirent ad castra Syriae
cumque venissent ad principium castrorum Syriae
nullum ibidem reppererunt
I Sm 7,10! 6 siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriae
curruum et equorum et exercitus plurimi
dixeruntque ad invicem
ecce mercede conduxit adversum nos rex Israhel reges Hettheorum et Aegyptiorum
et venerunt super nos
7 surrexerunt ergo et fugerunt in tenebris
et dereliquerunt tentoria sua et equos et asinos in castris
fugeruntque animas tantum suas salvare cupientes
8 igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum
ingressi sunt unum tabernaculum et comederunt et biberunt
tuleruntque inde argentum et aurum et vestes
et abierunt et absconderunt
et rursum reversi sunt ad aliud tabernaculum
et inde similiter auferentes absconderunt
9 dixeruntque ad invicem non recte facimus
haec enim dies boni nuntii est
si tacuerimus et noluerimus nuntiare usque mane sceleris arguemur
venite eamus et nuntiemus in aula regis
10 cumque venissent ad portam civitatis
narraverunt eis dicentes
ivimus ad castra Syriae et nullum ibidem repperimus hominum
nisi equos et asinos alligatos et fixa tentoria
11 ierunt ergo portarii et nuntiaverunt in palatio regis intrinsecus
12 qui surrexit nocte et ait ad servos suos
dico vobis quid fecerint nobis Syri
sciunt quia fame laboramus et idcirco egressi sunt de castris et latitant in agris dicentes
cum egressi fuerint de civitate capiemus eos viventes
et tunc civitatem ingredi poterimus
13 respondit autem unus servorum eius
tollamus quinque equos qui remanserunt in urbe
quia ipsi tantum sunt in universa multitudine Israhel
alii enim consumpti sunt
et mittentes explorare poterimus
14 adduxerunt ergo duos equos
misitque rex ad castra Syrorum dicens ite videte
15 qui abierunt post eos usque ad Iordanem
ecce autem omnis via plena erat vestibus et vasis quae proiecerant Syri cum turbarentur
reversique nuntii indicaverunt regi

4 igitur] ergo c, *item v.* 5 | 7 ~ suas tantum R | 10 ibidem] ibi Cm | hominem ΣΛ Φc | 12 fecerunt RΣΛ | uiuentes] uiuos Φc | 13 eius + et ait C | 14 in castra c | ite + et ΣΛΦc |

RAC ΣΛDΦm cr

[16]et egressus populus diripuit castra Syriae
1 factusque est modius similae statere uno
et duo modii hordei statere uno iuxta verbum Domini
2 [17]porro rex ducem illum in cuius manu incubuerat constituit ad portam
20 quem conculcavit turba in introitu et mortuus est
iuxta quod locutus fuerat vir Dei quando descenderat rex ad eum
[18]factumque est secundum sermonem viri Dei quem dixerat regi
1 quando ait duo modii hordei statere uno erunt
et modius similae statere uno
hoc eodem tempore cras in porta Samariae
[19]quando responderat dux ille viro Dei et dixerat
2 etiam si Dominus fecerit cataractas in caelo
numquid fieri poterit quod loqueris
et dixit ei videbis oculis tuis et inde non comedes
[20]evenit ergo ei sicut praedictum erat
17 et conculcavit eum populus in porta et mortuus est
8 Heliseus autem locutus est ad mulierem
5 cuius vivere fecerat filium dicens
surge vade tu et domus tua et peregrinare ubicumque reppereris
Ps 104,16! vocavit enim Dominus famem et veniet super terram septem annis Gn 41,27; II Sm 24,13
[2]quae surrexit et fecit iuxta verbum hominis Dei
et vadens cum domo sua peregrinata est in terra Philisthim diebus multis
[3]cumque finiti essent anni septem
reversa est mulier de terra Philisthim
et egressa est ut interpellaret regem pro domo sua et agris suis
[4]rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei dicens
narra mihi omnia magnalia quae fecit Heliseus
[5]cumque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset
apparuit mulier cuius vivificaverat filium 1
clamans ad regem pro domo sua et pro agris suis
dixitque Giezi
domine mi rex haec est mulier et hic filius eius quem suscitavit Heliseus
[6]et interrogavit rex mulierem quae narravit ei
deditque ei rex eunuchum unum dicens
restitue ei omnia quae sua sunt
et universos reditus agrorum
a die qua reliquit terram usque ad praesens
[7]venit quoque Heliseus Damascum
et Benadad rex Syriae aegrotabat
nuntiaveruntque ei dicentes venit vir Dei huc
[8]et ait rex ad Azahel
tolle tecum munera et vade in occursum viri Dei I Sm 22,9.10!
et consule Dominum per eum dicens 1,2
si evadere potero de infirmitate mea hac
[9]ivit igitur Azahel in occursum eius
habens secum munera et omnia bona Damasci
onera quadraginta camelorum
cumque stetisset coram eo ait
filius tuus Benadad rex Syriae misit me ad te dicens
si sanari potero de infirmitate mea hac
[10]dixitque ei Heliseus vade dic ei sanaberis 14
porro ostendit mihi Dominus quia morte morietur

RAC ΣΛDΦm cr
17 incumbebat ΛΦc | introitu + portae c | 19 caelo + aperire C | ~ poterit fieri c | 20 erat] fuerat ΛDΦc || **8**,1 uocabit RΣΦ | 3 et² + pro c | 5 dixitque + regi A; + ei Σ | hic + est ΛDΦc | 9 sanare C | 10 uade + et CΣ | quia] qua A |

11 stetitque cum eo et conturbatus est
Lc 19,41! usque ad suffusionem vultus flevitque vir Dei
12 cui Azahel ait quare dominus meus flet
10,32! 13,22 at ille respondit quia scio quae facturus sis filiis Israhel mala
Is 13,16! civitates eorum munitas igne succendes
et iuvenes eorum interficies gladio
15,16 et parvulos eorum elides et praegnantes divides
13 dixitque Azahel
quid enim sum servus tuus canis ut faciam rem istam magnam
et ait Heliseus
III Rg 19,15 ostendit mihi Dominus te regem Syriae fore
14 qui cum recessisset ab Heliseo venit ad dominum suum
qui ait ei quid tibi dixit Heliseus
at ille respondit
dixit mihi recipiet sanitatem
15 cumque venisset dies altera
tulit sagulum et infudit aqua et expandit super faciem eius
quo mortuo regnavit Azahel pro eo
16 anno quinto Ioram filii Ahab regis Israhel et Iosaphat regis Iuda
III Rg 22,51; II Par 21,1 regnavit Ioram filius Iosaphat rex Iuda
17—22: II Par 21,5–10 17 triginta duorum erat annorum cum regnare coepisset
et octo annis regnavit in Hierusalem
18 ambulavitque in viis regum Israhel
sicut ambulaverat domus Ahab
filia enim Ahab erat uxor eius
et fecit quod malum est coram Domino
19 noluit autem Dominus disperdere Iudam propter David servum suum
III Rg 11,36; 15,4! sicut promiserat ei ut daret illi lucernam et filiis eius cunctis diebus
20 in diebus eius recessit Edom ne esset sub Iuda
et constituit sibi regem
21 venitque Ioram Seira et omnis currus cum eo
et surrexit nocte percussitque Idumeos qui eum circumdederant et principes curruum
populus autem fugit in tabernacula sua 14,12
22 recessit ergo Edom ne esset sub Iuda usque ad diem hanc
tunc recessit et Lobna in tempore illo
23 reliqua autem sermonum Ioram et universa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda
24 et dormivit Ioram cum patribus suis
sepultusque est cum eis in civitate David
et regnavit Ahazias filius eius pro eo
25 anno duodecimo Ioram filii Ahab regis Israhel 9,29 25—29: II Par 22,1–6
regnavit Ahazias filius Ioram regis Iudae
26 viginti duorum annorum erat Ahazias cum regnare coepisset
et uno anno regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israhel 11,1
27 et ambulavit in viis domus Ahab
et fecit quod malum est coram Domino sicut domus Ahab
gener enim domus Ahab fuit
28 abiit quoque cum Ioram filio Ahab 9,14.15
ad proeliandum contra Azahel regem Syriae in Ramoth Galaad
et vulneraverunt Syri Ioram
29 qui reversus est ut curaretur in Hiezrahel 9,16
quia vulneraverant eum Syri in Rama
proeliantem contra Azahel regem Syriae
porro Ahazias filius Ioram rex Iuda
descendit invisere Ioram filium Ahab

12 respondit] dixit c. | 13 fore] futurum C | 14 ~ dixit tibi c | recipies Φc | 15 stragulum ΣΛDΦc | aquam Cc | 17 ~ annorum erat c | 18 coram domino] in conspectu domini c | 21 omnis currus ΣΛDΦ𝔐𝔊] omnes currus *cet.* | 24 ochozias c, *et sic semper pro rege Iuda* | 26 duo Σ; duum CΛD | 29 in ramoth c |

RAC ΣΛDΦm cr

in Hiezrahel quia aegrotabat
9 Heliseus autem prophetes vocavit
unum de filiis prophetarum et ait illi
4,29! accinge lumbos tuos et tolle lenticu-
lam olei hanc in manu tua
et vade in Ramoth Galaad
2 cumque veneris illuc
videbis Hieu filium Iosaphat filii
Namsi
et ingressus suscitabis eum de medio
fratrum suorum
et introduces interius cubiculum
I Sm 10,1! 3 tenensque lenticulam olei fundes su-
per caput eius
et dices haec dicit Dominus
III Rg 19,16! unxi te regem super Israhel
aperiesque ostium et fugies et non ibi
subsistes
4 abiit ergo adulescens puer prophetae
Ramoth Galaad 5 et ingressus est
ecce autem principes exercitus sede-
bant
et ait verbum mihi ad te princeps
dixitque Hieu ad quem ex omnibus
nobis
at ille dixit ad te o princeps
6 et surrexit et ingressus est cubiculum
I Sm 10,1! at ille fudit oleum super caput eius
et ait
haec dicit Dominus Deus Israhel
III Rg 19,16! II Par 22,7 unxi te regem super populum Do-
mini Israhel
7 et percuties domum Ahab domini tui
Dt 32,43! Lc 11,50 ut ulciscar sanguinem servorum me-
orum prophetarum
et sanguinem omnium servorum Do-
mini de manu Hiezabel
10,11.17 8 perdamque omnem domum Ahab
III Rg 14,10! et interficiam de Ahab mingentem
8—10: III Rg 21,21–23 ad parietem
et clausum et novissimum in Israhel
III Rg 16,3! 9 et dabo domum Ahab sicut domum
Hieroboam filii Nabath
et sicut domum Baasa filii Ahia

10 Hiezabel quoque comedent canes in 36; III Rg 21,23
agro Hiezrahel
nec erit qui sepeliat eam
aperuitque ostium et fugit
11 Hieu autem egressus est ad servos
domini sui
qui dixerunt ei rectene sunt omnia
quid venit insanus iste ad te
qui ait eis nostis hominem et quid
locutus sit
12 at illi responderunt falsum est sed
magis narra nobis
qui ait eis haec et haec locutus est
mihi
et ait haec dicit Dominus
unxi te regem super Israhel I Sm 10,1! III Rg 19,16!
13 festinaverunt itaque et unusquisque
tollens pallium suum Mt 21,8!
posuerunt sub pedibus eius in simili-
tudinem tribunalis
et cecinerunt tuba atque dixerunt III Rg 1,34.39
regnavit Hieu
14 coniuravit ergo Hieu filius Iosaphat 10,9
filii Namsi contra Ioram
porro Ioram obsederat Ramoth Ga- 8,28.29
laad ipse et omnis Israhel contra
Azahel regem Syriae
15 et reversus fuerat ut curaretur in
Hiezrahel propter vulnera
quia percusserant eum Syri proelian-
tem contra Azahel regem Syriae
dixitque Hieu
si placet vobis nemo egrediatur pro-
fugus de civitate
ne vadat et nuntiet in Hiezrahel
16 et ascendit et profectus est in Hiez- 8,29
rahel
Ioram enim aegrotabat ibi
et Ahazia rex Iuda descenderat ad
visitandum Ioram
17 igitur speculator qui stabat super
turrem Hiezrahel
vidit globum Hieu venientis et ait
video ego globum

RAC ΣΛDΦm c t

29 aegrotabat + ibi Λ c ‖ 9,2 in interius Λ c; interius in C. | 3 funde CDm; fundens R | 4 prophetae + in CΣc | 5 est + illuc ΣΛ c | te¹ + o c | 7 ut] et D c | hiezabel] hiezrahel CD | 11 sit] est C | 16 ahazias R; ochozias c |

dixitque Ioram tolle currum et mitte
in occursum eorum
et dicat vadens rectene sunt omnia
18 abiit igitur qui ascenderat currum in
occursum eius
et ait haec dicit rex pacata sunt om-
nia
dixitque ei Hieu quid tibi et paci
transi et sequere me
nuntiavit quoque speculator dicens
venit nuntius ad eos et non revertitur
19 misit etiam currum equorum secun-
dum
venitque ad eos et ait
haec dicit rex num pax est
et ait Hieu quid tibi et paci
transi et sequere me
20 nuntiavit autem speculator dicens
venit usque ad eos et non revertitur
est autem incessus quasi incessus
Hieu filii Namsi
praeceps enim graditur
21 et ait Ioram iunge currum
iunxeruntque currum eius
et egressus est Ioram rex Israhel
et Ahazias rex Iuda singuli in curri-
bus suis
II Par 22,7 egressique sunt in occursum Hieu
et invenerunt eum in agro Naboth
Hiezrahelitis
22 cumque vidisset Ioram Hieu dixit
pax est Hieu
at ille respondit quae pax
adhuc fornicationes Hiezabel matris
tuae et veneficia eius multa vigent
23 convertit autem Ioram manum suam
et fugiens ait ad Ahaziam insidiae
Ahazia
24 porro Hieu tetendit arcum manu et
percussit Ioram inter scapulas
et egressa est sagitta per cor eius sta-
timque corruit in curru suo
25 dixitque Hieu ad Baddacer ducem
tolle proice eum in agro Naboth
Hiezrahelitae
memini enim quando ego et tu se-
dentes in curru sequebamur Ahab
patrem huius
quod Dominus onus hoc levaverit
super eum dicens
26 si non pro sanguine Naboth et pro
sanguine filiorum eius quem vidi
heri ait Dominus
reddam tibi in agro isto dicit Domi-
nus
nunc igitur tolle proice eum in agro
iuxta verbum Domini
27 Ahazias autem rex Iuda videns hoc
fugit per viam domus horti
persecutusque est eum Hieu et ait
etiam hunc percutite in curru suo in
ascensu Gaber qui est iuxta Ieb-
laam
qui fugit in Mageddo et mortuus est
ibi
28 et inposuerunt eum servi eius super
currum suum et tulerunt Hierusa-
lem
sepelieruntque in sepulchro cum pat-
ribus suis in civitate David
29 anno undecimo Ioram filii Ahab re- 8,25
ge Ahazia super Iudam 30 venit Hieu II Par 22,1
Hiezrahel
porro Hiezabel introitu eius audito
depinxit oculos suos stibio et ornavit Ier 4,30
caput suum
et respexit per fenestram 31 ingredi-
entem Hieu per portam et ait
numquid pax esse potest Zamri qui III Rg 16,10
interfecit dominum suum
32 levavitque Hieu faciem suam ad fe-
nestram et ait quae est ista
et inclinaverunt se ad eum duo vel
tres eunuchi

18 igitur] ergo c. | pacatane sunt Λ c | ei *om.* Σ c | 19 num] numquid D c | 20 autem[2]] enim R | 21 ahazia AΛDΦ; ochozias c | hiezrahelites CΣ; hiezrahelitae ΛDΦ c | 22 beneficia AΣΛ | 26 igitur] ergo c. | tolle + et Λ c | in agrum c | 27 suo + et percusserunt eum c | 28 tulerunt + in Σ c | sepelieruntque + eum ΣDΦ c | 29 rege r] regis RACΦ; regnauit Σ c; regnante ΛD | ahazias RΣ; ochozias c; ahaziae Φ | 30 uenitque c | hieu + in ΛDΦ c | despexit A | 31 ~ potest esse ΛDΦ c |

RAC ΣΛDΦm cr

33 at ille dixit eis praecipitate eam de-
orsum
et praecipitaverunt eam
aspersusque est sanguine paries
et equorum ungulae qui conculca-
verunt eam
34 cumque ingressus esset et comederet
bibissetque ait
ite videte maledictam illam et sepe-
lite eam quia filia regis est
35 cumque issent ut sepelirent eam
non invenerunt nisi calvariam et pe-
des et summas manus
36 reversique nuntiaverunt ei
et ait Hieu sermo Domini est quem
locutus est per servum suum He-
liam Thesbiten dicens
10; III Rg 21,23 in agro Hiezrahel comedent canes
carnes Hiezabel
Is 5,25! 37 et erunt carnes Hiezabel sicut stercus
super faciem terrae in agro Hiez-
rahel
ita ut praetereuntes dicant haecine
est illa Hiezabel
Idc 8,30 **10** erant autem Ahab septuaginta filii
in Samaria
scripsit ergo Hieu litteras et misit in
Samariam ad optimates civitatis et
ad maiores natu et ad nutricios
Ahab dicens
2 statim ut acceperitis litteras has
qui habetis filios domini vestri et
currus et equos et civitates firmas et
arma
3 eligite meliorem et eum qui vobis
placuerit de filiis domini vestri
et ponite eum super solium patris sui
et pugnate pro domo domini vestri
4 timuerunt illi vehementer et dixerunt
ecce duo reges non potuerunt stare
coram eo
et quomodo nos valebimus resistere
5 miserunt ergo praepositus domus et
praefectus civitatis et maiores natu
et nutricii ad Hieu dicentes
servi tui sumus quaecumque iusseris
faciemus
nec constituemus regem
quodcumque tibi placet fac
6 rescripsit autem eis litteras secundo
dicens
si mei estis et oboeditis mihi
tollite capita filiorum domini vestri
et venite ad me hac eadem hora cras
in Hiezrahel
porro filii regis septuaginta viri apud
optimates civitatis nutriebantur
7 cumque venissent litterae ad eos
tulerunt filios regis et occiderunt sep- Idc 9,5!
tuaginta viros
et posuerunt capita eorum in cofinis
et miserunt ad eum in Hiezrahel
8 venit autem nuntius et indicavit ei
dicens
adtulerunt capita filiorum regis
qui respondit ponite ea duos acervos
iuxta introitum portae usque mane
9 cumque diluxisset egressus est
et stans dixit ad omnem populum
iusti estis si ego coniuravi contra do- 9,14
minum meum et interfeci eum
quis percussit omnes hos
10 videte ergo nunc quoniam non ceci-
dit de sermonibus Domini in terram
quos locutus est Dominus super do-
mum Ahab
et Dominus fecit quod locutus est in 17
manu servi sui Heliae
11 percussit igitur Hieu omnes qui reli- 9,8
qui erant de domo Ahab in Hiez-
rahel
et universos optimates eius et notos
et sacerdotes
donec non remanerent ex eo reli-
quiae
12 et surrexit et venit in Samariam

RAC ΣΛDΦm cr
33 qui *om.* c | 34 introgressus c | et[1]] ut ΣΛDΦ c | et bibissetque C; biberetque c; et biberetque D. | ite + et AΣΛΦ c | 36 hieu + hic C || **10**,1 in samariam[1] C | ad[2] *om.* R | 2 qui] quia AD | 3 ~ eum ponite c | 5 praepositi ΣΦ c; praepositos AC | praefecti Σ c; praefectos C | constituemus + nobis c | quaecumque tibi placent c. | 6 hac] haec RD | 8 ea + in Σ; + ad ΛΦ c | 9 quis] qui AΣD | 12 in samaria R |

cumque venisset ad Camaram pasto-
rum in via
II Par 22,8 13 invenit fratres Ahaziae regis Iuda
dixitque ad eos quinam estis vos
at illi responderunt fratres Ahaziae
sumus
et descendimus ad salutandos filios
regis et filios reginae
14 qui ait conprehendite eos vivos
quos cum conprehendissent vivos
iugulaverunt eos in cisterna iuxta Ca-
maram quadraginta duos viros
et non reliquit ex eis quemquam
15 cumque abisset inde
23; Ier 35,6.8 invenit Ionadab filium Rechab in oc-
cursum sibi et benedixit ei
et ait ad eum
numquid est cor tuum rectum sicut
cor meum cum corde tuo
et ait Ionadab est
si est inquit da manum tuam
qui dedit manum suam
at ille levavit eum ad se in curru
16 dixitque ad eum
veni mecum et vide zelum meum pro
Domino
et inpositum currui suo 17 duxit in
Samariam
10.11; 9,8 et percussit omnes qui reliqui fu-
erant de Ahab in Samaria usque
ad unum
iuxta verbum Domini quod locutus
est per Heliam
18 congregavit ergo Hieu omnem po-
pulum et dixit ad eos
III Rg 16,31! Ahab coluit Baal parum ego autem
colam eum amplius
III Rg 18,19! III Rg 22,6 19 nunc igitur omnes prophetas Baal et
universos servos eius
et cunctos sacerdotes ipsius vocate
ad me
nullus sit qui non veniat
sacrificium enim grande est mihi
Baal
quicumque defuerit non vivet
porro Hieu faciebat hoc insidiose ut
disperderet cultores Baal
20 dixit sanctificate diem sollemnem
Baal
vocavitque 21 et misit in universos
terminos Israhel
et venerunt cuncti servi Baal 11,18
non fuit residuus ne unus quidem
qui non veniret
et ingressi sunt templum Baal et re-
pleta est domus Baal a summo us-
que ad summum
22 dixitque his qui erant super vestes
proferte vestimenta universis servis
Baal
et protulerunt eis vestes
23 ingressusque Hieu et Ionadab filius 15!
Rechab templum Baal
et ait cultoribus Baal
perquirite et videte ne quis forte vo-
biscum sit de servis Domini sed ut
sint soli servi Baal
24 ingressi sunt igitur ut facerent victi-
mas et holocausta
Hieu autem praeparaverat sibi foris
octoginta viros et dixerat eis
quicumque fugerit de hominibus his III Rg 20,39
quos ego adduxero in manus ves-
tras
anima eius erit pro anima illius
25 factum est ergo cum conpletum esset
holocaustum
praecepit Hieu militibus et ducibus
suis
ingredimini et percutite eos nullus
evadat
percusseruntque eos ore gladii et
proiecerunt milites et duces
et ierunt in civitatem templi Baal
26 et protulerunt statuam de fano Baal 11,18! II Par 23,17
et conbuserunt 27 et comminuerunt

13 fratrem[1] ADΦ | eos] eum ADΦ | at illi] qui c. | 14 in cisternam CD | duo R | 15 dedit + ei Σc | in currum Λc | 16 currui] in curru c | 17 in samaria[1] RΣ | fuerunt A; erant D. | 18 eos] eum RΛDΦ | 19 me + et C | 20 et dixit c; dixitque R | 23 et[2] *om.* RΣΛc | ~ serui baal soli c.; soli *om.* D | 24 foras R | hominibus] omnibus C | 25 ergo] autem ΛDΦc | in ore CΣΛΦcr |

RAC ΣΛDΦm cr

eam
destruxerunt quoque aedem Baal et
fecerunt pro ea latrinas usque ad
diem hanc
28 delevit itaque Hieu Baal de Israhel
29 verumtamen a peccatis Hieroboam
filii Nabath qui peccare fecerat Is-
rahel non recessit
III Rg 12,29 nec dereliquit vitulos aureos qui erant
in Bethel et in Dan
15,12 30 dixit autem Dominus ad Hieu
quia studiose fecisti quod rectum
erat et placebat in oculis meis
et omnia quae erant in corde meo
fecisti contra domum Ahab
filii tui usque ad quartam generatio-
nem sedebunt super thronum Isra-
hel
31 porro Hieu non custodivit ut am-
bularet in lege Domini Dei Israhel
in toto corde suo
non enim recessit a peccatis Hiero-
boam qui peccare fecerat Israhel
13,3 32 in diebus illis coepit Dominus taedere
super Israhel
8,12; 13,22 percussitque eos Azahel in universis
finibus Israhel
33 a Iordane contra orientalem plagam
omnem terram Galaad et Gad et Ru-
ben et Manasse
ab Aroer quae est super torrentem
Arnon et Galaad et Basan
34 reliqua autem verborum Hieu et uni-
versa quae fecit et fortitudo eius
nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum regum Israhel
35 et dormivit Hieu cum patribus suis
sepelieruntque eum in Samaria
13,1 et regnavit Ioachaz filius eius pro eo
36 dies autem quos regnavit Hieu super
Israhel
viginti et octo anni sunt in Samaria
8,26 **11** Athalia vero mater Ahaziae videns
1–3: II Par 22,10–12 mortuum filium suum
surrexit et interfecit omne semen re-
gium
2 tollens autem Iosaba filia regis Io-
ram soror Ahaziae
Ioas filium Ahaziae I Par 3,11
furata est eum de medio filiorum re-
gis qui interficiebantur
et nutricem eius de triclinio
et abscondit eum a facie Athaliae ut
non interficeretur
3 eratque cum ea in domo Domini
clam sex annis
porro Athalia regnavit super terram
4 anno autem septimo misit Ioiada 4–16: II Par 23,1–15
et adsumens centuriones et milites
introduxit ad se in templum Domini
pepigitque cum eis foedus
et adiurans eos in domo Domini
ostendit eis filium regis
5 et praecepit illis dicens
iste sermo quem facere debetis
6 tertia pars vestrum introeat sabbato
et observet excubitum domus regis
tertia autem pars sit ad portam Sir
et tertia pars ad portam quae est post
habitaculum scutariorum
et custodietis excubitum domus
Messa
7 duae vero partes e vobis omnes egre-
dientes sabbato
custodiant excubias domus Domini Nm 3,25!
circum regem
8 et vallabitis eum habentes arma in
manibus vestris
si quis autem ingressus fuerit septum
templi interficiatur
eritisque cum rege introeunte et egre-
diente
9 et fecerunt centuriones iuxta omnia
quae praeceperat eis Ioiada sacer-
dos
et adsumentes singuli viros suos qui
ingrediebantur sabbatum cum his
qui egrediebantur e sabbato

RAC ΣΛDΦm cr
27 destruxeruntque aedem CΣ | usque in ΑΣΛDΦ c | 29 fecit ΣΛΦ c | 30 fecisti[1]] egisti c | 36 annis CΣD || **11**,3 ~ sex annis clam in domo domini c. | 4 templum] domum C | 5 iste + est CΣΛΦ c | 6 sabbatum R | excubias *utraque vice* c | sir] sur c.; seir ΣΦ | pars[3] + sit c | 7 circa regem c | 8 introeuntes et egredientes C | 9 e *om.* c |

venerunt ad Ioiada sacerdotem
10 qui dedit eis hastas et arma regis Da-
vid quae erant in domo Domini
11 et steterunt singuli habentes arma in
manu sua
a parte templi dextra usque ad par-
tem sinistram altaris et aedis cir-
cum regem
II Sm 12,30! 12 produxitque filium regis et posuit
super eum diadema et testimonium
feceruntque eum regem et unxerunt
et plaudentes manu dixerunt vivat
rex
13 audivit Athalia vocem currentis po-
puli
et ingressa ad turbas in templum Do-
mini
14 vidit regem stantem super tribunal
iuxta morem
et cantores et tubas propter eum
20: III Rg 1,40! omnemque populum terrae laetan-
tem et canentem tubis
et scidit vestimenta sua clamavitque
coniuratio coniuratio
15 praecepit autem Ioiada centurioni-
bus qui erant super exercitum et
ait eis
educite eam extra consepta templi
et quicumque secutus eam fuerit feri-
atur gladio
Ex 21,14 dixerat enim sacerdos non occidatur
in templo Domini
16 inposueruntque ei manus et inpege-
runt eam per viam introitus equo-
rum iuxta palatium et interfecta est
ibi
II Par 15,12 17 pepigit igitur Ioiada foedus inter Do-
17—20: II Par 23,16–21 minum et inter regem et inter po-
pulum
ut esset populus Domini
et inter regem et populum
10.21.26.27! 18 ingressusque est omnis populus ter-
rae templum Baal
Idc 6,25! et destruxerunt aras eius et imagines
contriverunt valide
Matthan quoque sacerdotem Baal
occiderunt coram altari
et posuit sacerdos custodias in domo
Domini
19 tulitque centuriones et Cherethi et II Sm 15,18; III Rg 1,38
Felethi legiones
et omnem populum terrae
deduxeruntque regem de domo Do-
mini
et venerunt per viam portae scutari-
orum in palatium
et sedit super thronum regum III Rg 1,46!
20 laetatusque est omnis populus terrae 14!
et civitas conquievit
Athalia autem occisa est gladio in
domo regis
21 septemque annorum erat Ioas cum 21—12,14: II Par 24,1–14
regnare coepisset
12 anno septimo Hieu regnavit Ioas
quadraginta annis regnavit in Hieru-
salem
nomen matris eius Sebia de Bersabee
2 fecitque Ioas rectum coram Domino III Rg 22,43.44!
cunctis diebus quibus docuit eum Io-
iada sacerdos
3 verumtamen excelsa non abstulit
adhuc populus immolabat et adole-
bat in excelsis incensum
4 dixitque Ioas ad sacerdotes
omnem pecuniam sanctorum quae 10; 22,4
inlata fuerit in templum Domini a
praetereuntibus
quae offertur pro pretio animae
et quam sponte et arbitrio cordis sui
inferunt in templum Domini
5 accipiant illam sacerdotes iuxta or- 22,5
dinem suum
et instaurent sarta tecta domus
si quid necessarium viderint instau-
ratione
6 igitur usque ad vicesimum tertium
annum regis Ioas non instaurave-
runt sacerdotes sarta tecta templi

9 ad ioiadae ACDΦ; ad ioiadam ΣΛ c | 13 audiuit + autem Φ c | ~ populi currentis c | in templum] in domo R | 14 propter] prope c | 15 extra septa c | ~ eam secutus C c | dixerunt enim sacerdotes C | 17 igitur] ergo c | 20 est[1] *om.* C || **12**,1 ioas + et c | 3 adhuc + enim C c | 4 in templo[1] R |

RAC ΣΛDΦm cr

[7] vocavitque rex Ioas Ioiada pontificem et sacerdotes dicens eis
quare sarta tecta non instaurastis templi
nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum
sed ad instaurationem templi reddite eam
[8] prohibitique sunt sacerdotes ultra accipere pecuniam a populo
et instaurare sarta tecta domus
[9] et tulit Ioiada pontifex gazofilacium unum
aperuitque foramen desuper
et posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini
mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia omnem pecuniam quae deferebatur ad templum Domini
[10] cumque viderent nimiam pecuniam esse in gazofilacio
ascendebat scriba regis et pontifex
4! effundebantque et numerabant pecuniam quae inveniebatur in domo Domini
11.12: 22.5.6 [11] et dabant eam iuxta numerum atque mensuram
in manu eorum qui praeerant cementariis domus Domini
qui inpendebant eam in fabris lignorum et in cementariis
his qui operabantur in domo Domini [12] et sarta tecta faciebant
et in his qui caedebant saxa
et ut emerent ligna et lapides qui excidebantur
ita ut impleretur instauratio domus Domini
in universis quae indigebant expensa ad muniendam domum
[13] verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriae templi Domini
et fuscinulae et turibula et tubae
omne vas aureum et argenteum
de pecunia quae inferebatur in templum Domini
[14] his enim qui faciebant opus dabatur
ut instauraretur templum Domini
[15] et non fiebat ratio his hominibus qui accipiebant pecuniam 22.7
ut distribuerent eam artificibus
sed in fide tractabant eam
[16] pecuniam vero pro delicto et pecuniam pro peccatis
non inferebant in templum Domini
quia sacerdotum erat
[17] tunc ascendit Azahel rex Syriae II Par 24.23
et pugnabat contra Geth cepitque eam
et direxit faciem suam ut ascenderet in Hierusalem
[18] quam ob rem tulit Ioas rex Iuda
omnia sanctificata quae consecraverant Iosaphat et Ioram et Ahazia patres eius reges Iuda
et quae ipse obtulerat
et universum argentum quod inveniri potuit in thesauris templi Domini et in palatio regis III Rg 14.26; 15.18; 14.14; 16.8!
misitque Azaheli regi Syriae et recessit ab Hierusalem
[19] reliqua autem sermonum Ioas et universa quae fecit 19—21: II Par 24,25–27
nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda
[20] surrexerunt autem servi eius et coniuraverunt inter se 14.5; 21.23; II Par 33.24
percusseruntque Ioas in domo Mello in descensu Sela
[21] Iozachar namque filius Semath et Iozabad filius Somer servi eius
percusserunt eum et mortuus est
et sepelierunt eum cum patribus suis in civitate David
regnavitque Amasias filius eius pro eo 14.1

RAC ΣΛDΦm cr 7 ioiadam ΣΛc | instauratis CΣΦc | 10 uideret C | 11 his] iis c., *item vv.* 12.14.15 | 12 in[1] *om.* R | et[3] *om.* CΣ. | 13 tubae + et c | 18 consecrauerat R | ochozias c | pater R ||

13 anno vicesimo tertio Ioas filii Aha-
ziae regis Iudae
10,35: II Par 28,27 regnavit Ioachaz filius Hieu super Is-
rahel in Samaria decem et septem
annis
11; 14,24; 15,9. 7! 2 et fecit malum coram Domino
III Rg 22,53! secutusque est peccata Hieroboam
Ier 4,23 6.9.14.20.24.29 3! filii Nabath
qui peccare fecit Israhel
non declinavit ab eis
120,2! 133,3! 3 iratusque est furor Domini contra
Israhel
et tradidit eos in manu Azahelis regis
Syriae
et in manu Benadad filii Azahel
cunctis diebus
4 deprecatus est autem Ioachaz faciem
Domini et audivit eum Dominus
14,26; Ex 4,31! Ps 135,7–9 Act 7,34 vidit enim angustiam Israhel qua ad-
triverat eos rex Syriae
5 et dedit Dominus Israheli salvato-
rem
20,6! Idc 3,9 et liberatus est de manu Syriae
habitaveruntque filii Israhel in taber-
naculis suis sicut heri et nudius ter-
tius
6 verumtamen non recesserunt a pec-
catis domus Hieroboam
qui peccare fecit Israhel
in ipsis ambulaverunt
siquidem et lucus permansit in Sa-
maria
7—9: III Rg 13,15–17 7 et non sunt derelicti Ioachaz de po-
pulo
nisi quinquaginta equites et decem
currus et decem milia peditum
interfecerat enim eos rex Syriae et
redegerat quasi pulverem in tritura
areae
8 reliqua autem sermonum Ioachaz
et universa quae fecit sed et fortitudo
eius
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Israhel

9 dormivitque Ioachaz cum patribus
suis et sepelierunt eum in Samaria
regnavitque Ioas filius eius pro eo
10 anno tricesimo septimo Ioas regis
Iuda
regnavit Ioas filius Ioachaz super Is-
rahel in Samaria sedecim annis
11 et fecit quod malum est in conspectu 2!
Domini
non declinavit ab omnibus peccatis 3!
Hieroboam filii Nabath
qui peccare fecit Israhel
in ipsis ambulavit
12 reliqua autem sermonum Ioas et uni- Dt 17,17; II Esr 13,26; Sir 9,9!
versa quae fecit
sed et fortitudo eius quomodo pug- 35,9–11 9,12! 7!
naverit contra Amasiam regem Iuda 2,7! Dt 4,32!
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum regum Israhel
13 et dormivit Ioas cum patribus suis
Hieroboam autem sedit super soli-
um eius 33; IV Rg 23,13
porro Ioas sepultus est in Samaria
cum regibus Israhel
14 Heliseus autem aegrotabat infirmi-
tate qua et mortuus est
descenditque ad eum Ioas rex Israhel 28; 9,1
et flebat coram eo dicebatque
pater mi pater mi currus Israhel et 2,12
auriga eius
15 et ait illi Heliseus
adfer arcum et sagittas
cumque adtulisset ad eum arcum et 8,17; 9,7;
sagittas 16 dixit ad regem Israhel
pone manum tuam super arcum
et cum posuisset ille manum suam
superposuit Heliseus manus suas ma-
nibus regis
17 et ait aperi fenestram orientalem 4,25! 17,19;
cumque aperuisset dixit Heliseus 6,9! 23
iace sagittam et iecit
et ait Heliseus sagitta salutis Domini
et sagitta salutis contra Syriam
percutiesque Syriam in Aphec donec III Rg 20,29.30

13, 1 iuda D c | 2 israhel + et c | 3 in manu hazael c | 4 qua] quia ΣΛDΦ c | 5 ~ sal-
uatorem israeli c | manu + regis Φ c | 6 israhel + sed Λ c | 8 sed *om.* c. | 11 israhel
+ sed c. | 12 sed *om.* c | sermonum + dierum ΛDΦ cr |

RAC ΣΛDΦm cr

consumas eam
18 et ait tolle sagittas
qui cum tulisset rursum dixit ei
percute iaculo terram
et cum percussisset tribus vicibus et stetisset
19 iratus est contra eum vir Dei et ait
si percussisses quinquies aut sexies sive septies
percussisses Syriam usque ad consummationem
25 nunc autem tribus vicibus percuties eam
20 mortuus est ergo Heliseus et sepelierunt eum
latrunculi quoque de Moab venerunt in terra in ipso anno
21 quidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos
et proiecerunt cadaver in sepulchro Helisei
quod ambulavit et tetigit ossa Helisei
et revixit homo et stetit super pedes suos
8,12; 10,32! 22 igitur Azahel rex Syriae adflixit Israhel cunctis diebus Ioachaz
23 et misertus est Dominus eorum
et reversus est ad eos
Ex 2,24! propter pactum suum quod habebat cum Abraham Isaac et Iacob
et noluit disperdere eos neque proicere penitus usque in praesens tempus
24 mortuus est autem Azahel rex Syriae
et regnavit Benadad filius eius pro eo
25 porro Ioas filius Ioachaz
tulit urbes de manu Benadad filii Azahel
quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure proelii
19 tribus vicibus percussit eum Ioas
et reddidit civitates Israheli
14 anno secundo Ioas filii Ioachaz regis Israhel
regnavit Amasias filius Ioas regis Iuda 12,21
2 viginti quinque annorum erat cum regnare coepisset 2—6: II Par 25,1–4
viginti autem et novem annis regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Ioaden de Hierusalem
3 et fecit rectum coram Domino III Rg 22,43.44!
verumtamen non ut David pater eius
iuxta omnia quae fecit Ioas pater suus fecit
4 nisi hoc tantum quod excelsa non abstulit
adhuc enim populus immolabat et adolebat in excelsis
5 cumque obtinuisset regnum
percussit servos suos qui interfecerant regem patrem suum 12,20!
6 filios autem eorum qui occiderant non occidit Dt 24,16!
iuxta quod scriptum est in libro legis Mosi
sicut praecepit Dominus dicens
non morientur patres pro filiis
neque filii morientur pro patribus
sed unusquisque in peccato suo morietur
7 ipse percussit Edom in valle Salinarum decem milia II Sm 8,13; II Par 25,11! Ps 59,2
et adprehendit Petram in proelio
vocavitque nomen eius Iecethel usque in praesentem diem
8 tunc misit Amasias nuntios ad Ioas filium Ioachaz filii Hieu regis Israhel dicens 8—14: II Par 25,17–24
veni et videamus nos
9 remisitque Ioas rex Israhel ad Amasiam regem Iuda dicens
carduus Libani misit ad cedrum quae est in Libano dicens
da filiam tuam filio meo uxorem
transieruntque bestiae saltus quae sunt in Libano et conculcaverunt

RAC ΣΛDΦm cr 19 ~ uir dei contra eum c | consumptionem Ac. | 20 quoque] autem c. | in terram RΛ DΦc | 21 quod — helisei[2] *om.* C | ambulauit et tetigit] dum tetigit Φ; cum tetigisset c | et[3] *om.* Φc | 23 abraham + et ΛDΦc | 25 israhel Rc || 14,1 in anno c | 2 ioadan c. | 4 adolebat + incensum ΛΦc |

carduum
10 percutiens invaluisti super Edom et sublevavit te cor tuum
contentus esto gloria et sede in domo tua
quare provocas malum ut cadas tu et Iuda tecum
11 et non adquievit Amasias
ascenditque Ioas rex Israhel
et viderunt se ipse et Amasias rex Iuda in Bethsames oppido Iudae
12 percussusque est Iuda coram Israhel
8,21 et fugerunt unusquisque in tabernacula sua
13 Amasiam vero regem Iuda filium Ioas filii Ahaziae
cepit Ioas rex Israhel in Bethsames
et adduxit eum in Hierusalem
et interrupit murum Hierusalem
a porta Ephraim usque ad portam Anguli quadringentis cubitis
12,18; 16,8! III Rg 14,26; 15,18 14 tulitque omne aurum et argentum et universa vasa quae inventa sunt in domo Domini et in thesauris regis et obsides
et reversus est Samariam
15.16: 13,12.13 15 reliqua autem verborum Ioas quae fecit
et fortitudo eius qua pugnavit contra Amasiam regem Iuda
nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israhel
16 dormivitque Ioas cum patribus suis et sepultus est in Samaria cum regibus Israhel
23 et regnavit Hieroboam filius eius pro eo
17—22: II Par 25,25–26,2 17 vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda
postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israhel
viginti quinque annis
18 reliqua autem sermonum Amasiae
nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda
19 factaque est contra eum coniuratio in Hierusalem II Sm 15,12
at ille fugit in Lachis
miseruntque post eum in Lachis
et interfecerunt eum ibi
20 et asportaverunt in equis
sepultusque est in Hierusalem cum patribus suis in civitate David
21 tulit autem universus populus Iudae Azariam annos natum sedecim 21.22: II Par 26,1.2
et constituerunt eum regem pro patre eius Amasia 15,1
22 ipse aedificavit Ahilam
et restituit eam Iudae
postquam dormivit rex cum patribus suis
23 anno quintodecimo Amasiae filii Ioas regis Iuda
regnavit Hieroboam filius Ioas regis Israhel in Samaria quadraginta et uno anno 16: 13,13
24 et fecit quod malum est coram Domino 13,2!
non recessit ab omnibus peccatis Hieroboam filii Nabath
qui peccare fecit Israhel
25 ipse restituit terminos Israhel
ab introitu Emath usque ad mare Solitudinis
iuxta sermonem Domini Dei Israhel
quem locutus est per servum suum Ionam filium Amathi prophetam Ion 1,1
qui erat de Geth quae est in Opher
26 vidit enim Dominus adflictionem Israhel amaram nimis 13,4!
et quod consumpti essent usque ad clausos carcere et extremos
et non esset qui auxiliaretur Israhel
27 nec locutus est Dominus ut deleret nomen Israhel sub caelo
sed salvavit eos in manu Hieroboam filii Ioas
28 reliqua autem sermonum Hierobo-

10 contemtus esto gloriae C | 14 samaria RΛ.; in samariam Σc | 15 dierum *om.* C | 17 quindecim cr | 18 regis AD. | 19 miseruntque—lachis² *om.* C | 21 amasiam R | 22 ahilam] aelath c | 25 israheli¹ Am. | 26 israheli² Σc | 27 sub] de sub Cc |

RAC ΣΛDΦm cr

am et universa quae fecit
et fortitudo eius qua proeliatus est
et quomodo restituit Damascum et
Emath Iudae in Israhel
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Israhel
29 dormivitque Hieroboam cum patri-
bus suis regibus Israhel
15,8 et regnavit Zaccharias filius eius pro
eo
15 anno vicesimo septimo Hieroboam
regis Israhel
14,21; I Par 3,12 regnavit Azarias filius Amasiae regis
Iudae
II Par 26,3.4 2 sedecim annorum erat cum regnare
coepisset
et quinquaginta duobus annis regna-
vit in Hierusalem
nomen matris eius Iecelia de Hieru-
salem
III Rg 22,43.44! 3 fecitque quod erat placitum coram
Domino
iuxta omnia quae fecit Amasias pa-
ter eius
4 verumtamen excelsa non est demoli-
tus
adhuc populus sacrificabat et adole-
bat incensum in excelsis
5—7: II Par 26,21–23 5 percussit autem Dominus regem
Lv 13,46! et fuit leprosus usque in diem mortis
suae
et habitabat in domo libera seorsum
Ioatham vero filius regis gubernabat
palatium
et iudicabat populum terrae
6 reliqua autem sermonum Azariae et
universa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum regum Iuda
7 et dormivit Azarias cum patribus
suis
sepelieruntque eum cum maioribus
suis in civitate David
32 et regnavit Ioatham filius eius pro eo

8 anno tricesimo octavo Azariae regis
Iudae
regnavit Zaccharias filius Hieroboam 14,29
super Israhel in Samaria sex mensi-
bus
9 et fecit quod malum est coram Domi- 13,2!
no sicut fecerant patres eius
non recessit a peccatis Hieroboam
filii Nabath qui peccare fecit Israhel
10 coniuravit autem contra eum Sellum 25,30
filius Iabes
percussitque eum palam et interfecit 14; III Rg 15,28; 16,10
regnavitque pro eo
11 reliqua autem verborum Zacchariae
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Israhel
12 ipse est sermo Domini quem locutus 10,30
est ad Hieu dicens
filii usque ad quartam generationem
sedebunt de te super thronum Is-
rahel
factumque est ita
13 Sellum filius Iabes regnavit tricesimo
nono anno Azariae regis Iudae
regnavit autem uno mense in Sa-
maria
14 et ascendit Manahem filius Gaddi de
Thersa venitque Samariam
et percussit Sellum filium Iabes in 10!
Samaria et interfecit eum regnavit-
que pro eo
15 reliqua autem verborum Sellum
et coniuratio eius per quam tetendit
insidias
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Israhel
16 tunc percussit Manahem Thapsam
et omnes qui erant in ea et terminos
eius de Thersa
noluerant enim aperire ei
et interfecit omnes praegnantes eius 8,12
et scidit eas
17 anno tricesimo nono Azariae regis
Iuda

RAC ΣΛDΦm cr
29 zaccharias] hazarias C || **15**,1 iuda c | 8 azariae] hoziae C | iuda ΛΦc | 9 fecerant] fecerunt C | 12 ipse] iste c. | filii + tui ΣΛΦc | de te *om.* c. | 13 iuda Dc. | 14 samaria¹ R.; in samariam Φc | in samariam² CΣD | 16 in eam R | 17 iudae RΣ |

regnavit Manahem filius Gaddi super
Israhel decem annis in Samaria
13,2! 18 fecitque quod erat malum coram
Domino
non recessit a peccatis Hieroboam
filii Nabath qui peccare fecit Israhel
cunctis diebus eius 19 veniebat Phul
rex Assyriorum in terram
III Rg 15,19 et dabat Manahem Phul mille ta-
lenta argenti
ut esset ei in auxilio et firmaret reg-
num eius
20 indixitque Manahem argentum su-
per Israhel cunctis potentibus et
divitibus
ut daret regi Assyriorum
quinquaginta siclos argenti per sin-
gulos
reversusque est rex Assyriorum et
non est moratus in terra
21 reliqua autem sermonum Manahem
et universa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Israhel
22 et dormivit Manahem cum patribus
suis
regnavitque Phaceia filius eius pro eo
23 anno quinquagesimo Azariae regis
Iudae
regnavit Phaceia filius Manahem su-
per Israhel in Samaria biennio
13,2! 24 et fecit quod erat malum coram Do-
mino
non recessit a peccatis Hieroboam
filii Nabath qui peccare fecit Israhel
10! 25 coniuravit autem adversum eum
Phacee filius Romeliae dux eius
et percussit eum in Samaria in turre
domus regiae iuxta Argob et iuxta
Ari
et cum eo quinquaginta viros de filiis
Galaaditarum
et interfecit eum regnavitque pro eo
26 reliqua autem sermonum Phaceia et
universa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Israhel
27 anno quinquagesimo secundo Aza-
riae regis Iudae
regnavit Phacee filius Romeliae su-
per Israhel in Samaria viginti annis
28 et fecit quod malum erat coram Do- 13,2!
mino
non recessit a peccatis Hieroboam
filii Nabath qui peccare fecit Israhel
29 in diebus Phacee regis Israhel
venit Theglathfalassar rex Assur I Par 5,26!
et cepit Aiom et Abel domum Maa- III Rg 15,20
cha
et Ianoe et Cedes et Asor
et Galaad et Galileam universam
terram Nepthalim
et transtulit eos in Assyrios 17,6; 18,11
30 coniuravit autem et tetendit insidias 10!
Osee filius Hela contra Phacee fili-
um Romeliae
et percussit eum et interfecit
regnavitque pro eo vicesimo anno
Ioatham filii Oziae
31 reliqua autem sermonum Phacee et
universa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Israhel
32 anno secundo Phacee filii Romeliae
regis Israhel
regnavit Ioatham filius Oziae regis 7
Iuda
33 viginti quinque annorum erat cum 33–38: II Par 27,1–9
regnare coepisset
et sedecim annis regnavit in Hieru-
salem
nomen matris eius Hierusa filia Sa-
doc
34 fecitque quod erat placitum coram 34.35: III Rg 22,43.44!
Domino
iuxta omnia quae fecerat Ozias pater

18 ~ malum erat CΣ | 19 terram AΛm cr 𝔐𝔊] thersam RΣ; thersa CΦ; *legi nequit* D. | in auxilium Σ c | 20 terra AΛ cr 𝔐𝔊] thersa RCΣΦ; *legi nequit* D. | 23 iuda c. | regnauitque A | 24 ~ malum erat C | 25 arie c.; arib Φ; aribet Σ | 27 iuda c | 28 ~ erat malum c | 29 aion ΛΦ c; ayzom C.; ioam Σ. | galileam + et c | 32 iudae C | 34 fecit quod RD |

RAC ΣΛDΦm cr

suus operatus est
35 verumtamen excelsa non abstulit
adhuc populus immolabat et adolebat incensum in excelsis
ipse aedificavit portam domus Domini sublimissimam
36 reliqua autem sermonum Ioatham et universa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda
16,5 37 in diebus illis coepit Dominus mit-
Is 7,1 tere in Iudam Rasin regem Syriae
et Phacee filium Romeliae
38 et dormivit Ioatham cum patribus suis
sepultusque est cum eis in civitate David patris sui
16,1 et regnavit Ahaz filius eius pro eo
16 anno septimodecimo Phacee filii
15,38 Romeliae regnavit Ahaz filius Ioatham regis Iuda
2—5: II Par 28,1–5 2 viginti annorum erat Ahaz cum regnare coepisset
et sedecim annis regnavit in Hierusalem
non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui sicut David pater eius
3 sed ambulavit in via regum Israhel
Dt 12,31! II Par 28,3 insuper et filium suum consecravit
17,8! 11; 21,2 transferens per ignem secundum idola gentium quae dissipavit Dominus coram filiis Israhel
III Rg 14,23! 22,44! 4 immolabat quoque victimas et ado-
Ez 6,13! 20,28 lebat incensum in excelsis et in collibus et sub omni ligno frondoso
15,37; Is 7,1 5 tunc ascendit Rasin rex Syriae et Phacee filius Romeliae rex Israhel in Hierusalem ad proeliandum
cumque obsiderent Ahaz non valuerunt superare eum
6 in tempore illo restituit Rasin rex Syriae Ahilam Syriae
et eiecit Iudaeos de Ahilam
et Idumei venerunt in Ahilam et habitaverunt ibi usque in diem hanc
7 misit autem Ahaz nuntios ad Theg- II Par 28,16
lathfalassar regem Assyriorum dicens
servus tuus et filius tuus ego sum
ascende et salvum me fac de manu regis Syriae et de manu regis Israhel
qui consurrexerunt adversum me
8 et cum collegisset argentum et au- 12,18; 14,14; 18,15;
rum III Rg 14,26; 15,18
quod invenire potuit in domo Domini et in thesauris regis
misit regi Assyriorum munera II Par 28,21
9 qui et adquievit voluntati eius
ascendit enim rex Assyriorum in Damascum et vastavit eam
et transtulit habitatores eius Cyrenen Is 8,4; Am 1,5
Rasin autem interfecit
10 perrexitque rex Ahaz in occursum Theglathfalassar regis Assyriorum in Damascum
cumque vidisset altare Damasci
misit rex Ahaz ad Uriam sacerdotem exemplar eius et similitudinem iuxta omne opus eius
11 extruxitque Urias sacerdos altare iuxta omnia quae praeceperat rex Ahaz de Damasco ita fecit Urias sacerdos
donec veniret rex Ahaz de Damasco
12 cumque venisset rex de Damasco
vidit altare et veneratus est illud
ascenditque et immolavit holocausta Lv 23,37!
et sacrificium suum
13 et libavit libamina et fudit sanguinem pacificorum quae obtulerat super altare
14 porro altare aeneum quod erat co- III Rg 8,64
ram Domino
transtulit de facie templi et de loco altaris et de loco templi Domini
posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem

RAC ΣΛDΦm cr 37 in iuda R ‖ 16,1 decimo septimo c. | iudae RΣ | 6 idumei RΣc𝔐𝔊] syri ACDr; + et syri ΛΦ | 8 inueniri ΣΛDΦc | in thesauro Σ; in thesauros R | regiis ADΦ | 10 regis] regi CΦc | 11 ~ sacerdos urias[2] c; sacerdos *om.* Σ. | 12 cumque—damasco *om.* C | 14 aereum RΣΛDΦc, *item v. seq.* |

15 praecepit quoque rex Ahaz Uriae sacerdoti dicens
Ex 40,27! Nm 28,3.4! super altare maius offer holocaustum matutinum et sacrificium vespertinum
et holocaustum regis et sacrificium eius
Lv 23,37! et holocaustum universi populi terrae et sacrificia eorum et libamina eorum
et omnem sanguinem holocausti
et universum sanguinem victimae super illud effundes
altare vero aeneum erit paratum ad voluntatem meam
16 fecit igitur Urias sacerdos iuxta omnia quae praeceperat rex Ahaz
17 tulit autem rex Ahaz celatas bases et luterem qui erat desuper
et mare deposuit de bubus aeneis qui sustentabant illud
et posuit super pavimentum stratum lapide
18 Musach quoque sabbati quod aedificaverat in templo
et ingressum regis exterius convertit in templo Domini propter regem Assyriorum
II Par 28,26.27 19 reliqua autem verborum Ahaz quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda
20 dormivitque Ahaz cum patribus suis
et sepultus est cum eis in civitate David
18,1 et regnavit Ezechias filius eius pro eo
17 anno duodecimo Ahaz regis Iuda regnavit Osee filius Hela in Samaria super Israhel novem annis
2 fecitque malum coram Domino sed non sicut reges Israhel qui ante eum fuerant
18,9; Tb 1,2; IV Esr 13,40 3 contra hunc ascendit Salmanassar rex Assyriorum
et factus est ei Osee servus reddebatque illi tributa
4 cumque deprehendisset rex Assyriorum Osee
quod rebellare nitens misisset nuntios ad Sua regem Aegypti
ne praestaret tributa regi Assyriorum sicut singulis annis solitus erat
obsedit eum et vinctum misit in carcerem
5 pervagatusque est omnem terram
et ascendens Samariam obsedit eam tribus annis 18,9.10
6 anno autem nono Osee cepit rex Assyriorum Samariam I Par 5,26!
et transtulit Israhel in Assyrios 15,29; 18,11
posuitque eos in Ala et in Habor iuxta fluvium Gozan in civitatibus Medorum
7 factum est enim cum peccassent filii Israhel Domino Deo suo
qui eduxerat eos de terra Aegypti de manu Pharaonis regis Aegypti Ex 32,7! Dt 29,25.26!
coluerunt deos alienos 8 et ambulaverunt iuxta ritum gentium 11; 16,3! I Par 5,25
quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israhel
et regum Israhel quia similiter fecerant
9 et operuerunt filii Israhel verbis non rectis Dominum Deum suum
et aedificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis
a turre custodum usque ad civitatem munitam
10 feceruntque sibi statuas et lucos in omni colle sublimi et subter omne lignum nemorosum 16! III Rg 14,23!
11 et adolebant ibi incensum super aras III Rg 22,44!
in more gentium quas transtulerat Dominus a facie eorum 8! 16,3
feceruntque verba pessima inritantes Dominum
12 et coluerunt inmunditias

17 aereis RΣc | lapidem C | 18 aedificauerant R. | in templum² Λc || **17**,3 tributum R | 5 praeuagatusque RΣ(*vid.*); preuaricatusque C. | 7 enim] autem CΣ | 8 fecerunt C | 9 operucrunt] offenderunt c; irritauerunt Σ | 11 in more ACr] in morem *cet.* |

RAC ΣΛDΦm cr

15 de quibus praecepit Dominus eis ne
facerent verbum hoc
13 et testificatus est Dominus in Israhel
et in Iuda
I Sm 9,9 per manum omnium prophetarum
et videntum dicens
revertimini a viis vestris pessimis
et custodite praecepta mea et caeri-
monias
iuxta omnem legem quam praecepi
patribus vestris
et sicut misi ad vos in manu servo-
rum meorum prophetarum
II Par 36,13; II Esr 9,16.29; Ier 7,26! 14 qui non audierunt sed induraverunt
cervicem suam
iuxta cervicem patrum suorum qui
noluerunt oboedire Domino Deo
suo
I Par 5,25! 15 et abiecerunt legitima eius
et pactum quod pepigit cum patribus
eorum
et testificationes quibus contestatus
est eos
secutique sunt vanitates et vane ege-
runt
et secuti sunt gentes quae erant per
circuitum eorum
12 super quibus praeceperat Dominus
eis ut non facerent sicut et illae fa-
ciebant
16 et dereliquerunt omnia praecepta
Domini Dei sui
10; 21,3! III Rg 12,28! feceruntque sibi conflatiles duos vi-
III Rg 14,23! tulos et lucos
23,5 et adoraverunt universam militiam
caeli
21,6; Dt 12,31! 18,10! II Par 28,3; 33,6 servieruntque Baal 17 et consecrabant
ei filios suos et filias suas per ignem
et divinationibus inserviebant et au-
guriis
et tradiderunt se ut facerent malum
coram Domino et inritarent eum
18 iratusque est Dominus vehementer
Israhel
et abstulit eos de conspectu suo
et non remansit nisi tribus Iuda tan-
tummodo
19 sed nec ipse Iuda custodivit man-
data Domini Dei sui
verum ambulavit in erroribus Israhel
quos operatus fuerat
20 proiecitque Dominus omne semen Is-
rahel
et adflixit eos et tradidit in manu di-
ripientium
donec proiceret eos a facie sua
21 ex eo iam tempore quo scissus est III Rg 12,19
Israhel a domo David
et constituerunt sibi regem Hiero- III Rg 12,20
boam filium Nabath
separavit enim Hieroboam Israhel a
Domino et peccare eos fecit pecca-
tum magnum
22 et ambulaverunt filii Israhel in uni-
versis peccatis Hieroboam quae fe-
cerat
non recesserunt ab eis
23 usquequo auferret Dominus Israhel
a facie sua
sicut locutus fuerat in manu omnium
servorum suorum prophetarum
translatusque est Israhel de terra sua III Rg 14,15
in Assyrios usque in diem hanc
24 adduxit autem rex Assyriorum
de Babylone et de Chutha et de Ha-
iath
et de Emath et de Sepharvaim
et conlocavit eos in civitatibus Sa- I Esr 4,10
mariae pro filiis Israhel
qui possederunt Samariam et habita-
verunt in urbibus eius
25 cumque ibi habitare coepissent non
timebant Dominum
et inmisit eis Dominus leones qui
interficiebant eos
26 nuntiatumque est regi Assyriorum et
dictum
gentes quas transtulisti et habitare

RAC ΣΛDΦm cr 12 ~ eis dominus c | 14 noluerant AD | 17 consecrauerunt c | ei *om.* c | seruiebant R | et inritauerunt RΣ; ut irritarent c | 18 israheli CΣΛDΦc | de] a c | 20 tradidit + eos Cc | 22 non] et non c | 23 ~ dominus auferret c | usque ad R | 24 haiath] auah c. | 25 eis] in eos Σc | 26 dictum + est ei C |

fecisti in civitatibus Samariae
ignorant legitima Dei terrae
et inmisit in eos Dominus leones et
ecce interficiunt eos
eo quod ignorent ritum Dei terrae
27 praecepit autem rex Assyriorum dicens
ducite illuc unum de sacerdotibus
quos inde captivos adduxistis
et vadat et habitet cum eis et doceat
eos legitima Dei terrae
28 igitur cum venisset unus de sacerdotibus his qui captivi ducti fuerant
de Samaria
habitavit in Bethel et docebat eos
quomodo colerent Dominum
29 et unaquaeque gens fabricata est deum suum
III Rg 13,32! posueruntque eos in fanis excelsis
quae fecerant Samaritae
gens et gens in urbibus suis in quibus
habitabant
30 viri enim babylonii fecerunt Socchothbenoth
viri autem chutheni fecerunt Nergel
et viri de Emath fecerunt Asima
31 porro Evei fecerunt Nebaaz et Tharthac
hii autem qui erant de Sepharvaim
Dt 12,31! Ier 19,5 conburebant filios suos igni
Adramelech et Anamelech diis Sepharvaim
I Esr 4,2 32 et nihilominus colebant Dominum
III Rg 12,31! fecerunt autem sibi de novissimis sacerdotes excelsorum
et ponebant eos in fanis sublimibus
41 33 et cum Dominum colerent diis quoque suis serviebant
iuxta consuetudinem gentium de quibus translati fuerant Samariam
34 usque in praesentem diem morem
sequuntur antiquum
non timent Dominum neque custodiunt caerimonias eius
et iudicia et legem et mandatum
quod praeceperat Dominus filiis Iacob quem cognominavit Israhel Gn 32,28! III Rg 18,31
35 et percusserat cum eis pactum et
mandaverat eis dicens
nolite timere deos alienos
et non adoretis eos neque colatis Ex 23,24!
et non immoletis eis
36 sed Dominum Deum vestrum qui Ex 6,6!
eduxit vos de terra Aegypti
in fortitudine magna et in brachio
extento
ipsum timete illum adorate et ipsi
immolate
37 caerimonias quoque et iudicia et le- Dt 28,13.14!
gem et mandatum quod scripsit vobis custodite
ut faciatis cunctis diebus et non timeatis deos alienos
38 et pactum quod percussi vobiscum Ios 23,16!
nolite oblivisci
nec colatis deos alienos
39 sed Dominum Deum vestrum timete
et ipse eruet vos de manu omnium
inimicorum vestrorum
40 illi vero non audierunt
sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant
41 fuerunt igitur gentes istae timentes 33
quidem Dominum sed nihilominus
et idolis suis servientes
nam et filii eorum et nepotes
sicut fecerunt parentes sui ita faciunt
usque in praesentem diem
18 anno tertio Osee filii Hela regis Is- 1—3: II Par 29,1.2
rahel
regnavit Ezechias filius Ahaz regis 16,20
Iuda
2 viginti quinque annorum erat cum
regnare coepisset
et viginti et novem annis regnavit in
Hierusalem
nomen matris eius Abi filia Zacchariae

26 in eos] in eis C | 29 habitabat c. | 30 chutheni] chutaei c | et *om.* C | 34 et[1] *om.* c | 35 colatis + eos Λc | 36 timete + et ΣΦc | 38 percussit c: pepigit Σ | nec] ne CD | 41 suis *om.* CD. | seruiebant R | et[2] *om.* CDm | parentes] patres c | usque *om.* C || **18**,2 et[2] *om.* CΣc | abi] abia CΣΛ |
RAC ΣΛDΦm cr

20,3; II Par 31,20; Sir 48,25 3 fecitque quod erat bonum coram Domino
iuxta omnia quae fecerat David pater suus
21,3 4 ipse dissipavit excelsa et contrivit
Ex 34,13! II Par 31,1! 34,4! statuas et succidit lucos
Nm 21,9! confregitque serpentem aeneum quem fecerat Moses
siquidem usque ad illud tempus filii Israhel adolebant ei incensum
vocavitque eum Naasthan
5 in Domino Deo Israhel speravit
23,25 itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda
sed neque in his qui ante eum fuerunt
6 et adhesit Domino et non recessit a vestigiis eius
Dt 11,22! fecitque mandata eius quae praeceperat Dominus Mosi
I Sm 18,14! 7 unde et erat Dominus cum eo
et in cunctis ad quae procedebat sapienter se agebat
rebellavit quoque contra regem Assyriorum et non servivit ei
8 ipse percussit Philistheos usque Gazam et omnes terminos eorum
a turre custodum usque ad civitatem muratam
9 anno quarto regis Ezechiae qui erat annus septimus Osee filii Hela regis Israhel
17,3! 5! 6 ascendit Salmanassar rex Assyriorum Samariam et obpugnavit eam
10 et cepit
nam post annos tres anno sexto Ezechiae id est nono anno Osee regis Israhel capta est Samaria
15,29; 17,6; 1 Par 5,26! 11 et transtulit rex Assyriorum Israhel in Assyrios
conlocavitque eos in Ala et in Habor fluviis Gozan in civitatibus Medorum
12 quia non audierunt vocem Domini Dei sui
sed praetergressi sunt pactum eius
omnia quae praeceperat Moses servus Domini non audierunt neque fecerunt
13 anno quartodecimo regis Ezechiae ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad universas civitates Iuda munitas et cepit eas Is 36,1 II Par 32,1; Sir 48,20
14 tunc misit Ezechias rex Iuda nuntios ad regem Assyriorum Lachis dicens
peccavi recede a me et omne quod inposueris mihi feram
indixit itaque rex Assyriorum Ezechiae regi Iudae
trecenta talenta argenti
et triginta talenta auri
15 deditque Ezechias omne argentum 16,8!
quod reppertum fuerat in domo Domini et in thesauris regis
16 in tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini
et lamminas auri quas ipse adfixerat
et dedit eas regi Assyriorum
17 misit autem rex Assyriorum II Par 32,9; Sir 48,20; Is 20,1
Tharthan et Rabsaris et Rabsacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Hierusalem 17–37: Is 36,2–22
qui cum ascendissent venerunt in Hierusalem et steterunt iuxta aquaeductum piscinae superioris Is 7,3
quae est in via agri Fullonis
18 vocaveruntque regem
egressus est autem ad eos Eliachim filius Helciae praepositus domus 26.37; 19,2; Is 22,20
et Sobna scriba et Ioahe filius Asaph a commentariis
19 dixitque ad eos Rabsaces
loquimini Ezechiae
haec dicit rex magnus rex Assyriorum quae est ista fiducia qua niteris 28; II Par 32,10
20 forsitan inisti consilium ut praepares

RAC ΣΛDΦm cc
3 fecitque] fecit CD | coram domino] in conspectu domini R | suus] eius ΣΛΦc | 4 aereum RΣΛDΦ | eum] nomen eius c | noesthan Φ; nohestan c. | 5 fuerant R | 8 usque[1] + ad Σc | muratam] munitam Cc | 9 samaria R; in samariam c | 11 gazam RD | 14 assyriorum + in Cc | feram] faciam C | triginta] trecenta C | 15 regiis AD Φ | 17 ualida + in R | in[1] *om.* ΛDΦc | 18 sobnas CΣ; somna R; somnas ΛDΦ. |

te ad proelium
in quo confidis ut audeas rebellare
Is 30,2.3! Ez 29,6.7! 21 an speras in baculo harundineo at-
que confracto Aegypto
super quem si incubuerit homo
comminutus ingreditur manum eius
et perforabit eam
sic est Pharao rex Aegypti omnibus
qui confidunt in se
22 quod si dixeritis mihi in Domino
Deo nostro habemus fiduciam
II Par 32,12 nonne iste est cuius abstulit Ezechias
excelsa et altaria
et praecepit Iudae et Hierusalem
ante altare hoc adorabitis in Hieru-
salem
23 nunc igitur transite ad dominum me-
um regem Assyriorum
et dabo vobis duo milia equorum
et videte an habere valeatis ascenso-
res eorum
24 et quomodo potestis resistere
ante unum satrapam de servis do-
mini mei minimis
Is 31,1! an fiduciam habes in Aegypto prop-
ter currus et equites
25 numquid sine Domini voluntate a-
scendi ad locum istum ut demo-
lirer eum
Is 10,6! Dominus dixit mihi ascende ad ter-
ram hanc et demolire eam
18! 26 dixerunt autem Eliachim filius Hel-
ciae et Sobna et Ioahe Rabsaci
precamur ut loquaris nobis servis
tuis syriace
siquidem intellegimus hanc linguam
et non loquaris nobis iudaice audi-
ente populo qui est super murum
27 responditque eis Rabsaces
numquid ad dominum tuum et ad te
II Par 32,18 misit me dominus meus ut loquerer
sermones hos
et non ad viros qui sedent super mu-
rum
ut comedant stercora sua et bibant
urinam suam vobiscum
28 stetit itaque Rabsaces et clamavit
voce magna iudaice et ait
audite verba regis magni regis Assy- 19
riorum
29 haec dicit rex
non vos seducat Ezechias II Par 32,15
non enim poterit eruere vos de manu
mea
30 neque fiduciam vobis tribuat super 19,10
Domino dicens
eruens liberabit nos Dominus
et non tradetur civitas haec in manu
regis Assyriorum
31 nolite audire Ezechiam haec enim di-
cit rex Assyriorum
facite mecum quod vobis est utile
et egredimini ad me
et comedet unusquisque de vinea sua I Mcc 14,12!
et de ficu sua
et bibetis aquas de cisternis vestris
32 donec veniam et transferam vos in
terram quae similis terrae vestrae
est
in terram fructiferam et fertilem vini
terram panis et vinearum
terram olivarum et olei ac mellis
et vivetis et non moriemini
nolite audire Ezechiam qui vos deci-
pit dicens Dominus liberabit nos
33 numquid liberaverunt dii gentium 19,12; II Par 32,13
terram suam de manu regis Assy-
riorum
34 ubi est deus Emath et Arfad 19,13; Is 10,9!
ubi est deus Sepharvaim Ana et Ava
numquid liberaverunt Samariam de
manu mea
35 quinam illi sunt in universis diis ter- II Par 32,14.22; Is 36,20
rarum qui eruerunt regionem suam
de manu mea
ut possit eruere Dominus Hierusa-
lem de manu mea
36 tacuit itaque populus et non respon-

20 confides R | 21 ingredietur Σ c | in se] in eo C; in eum Φ | 22 ezechias + rex C | 24 satrapem RΣD. | 27 eis] ei ADΦ; *om.* C | rabsaces + dicens Φ c | non – potius Σ c | 28 et exclamauit c | 29 ~ uos eruere R | 30 super dominum ΣΦ c | 32 ~ est terrae uestrae C c | liberauit CΛD | 34 est² *om.* C | RAC ΣΛDΦm cr

dit ei quicquam
siquidem praeceptum regis accepe-
rant ut non responderent ei
18! 37 venitque Eliachim filius Helciae
praepositus domus
et Sobna scriba et Ioahe filius Asaph
a commentariis
ad Ezechiam scissis vestibus et nun-
tiaverunt ei verba Rabsacis
1—7: Is 37,1–7 19 quae cum audisset rex Ezechias
scidit vestimenta sua et opertus est
sacco
ingressusque est domum Domini
18,18! 2 et misit Eliachim praepositum do-
mus
et Sobnam scribam
et senes de sacerdotibus
opertos saccis ad Esaiam prophetam
filium Amos
Is 22,5 3 qui dixerunt haec dicit Ezechias
Is 26,18! dies tribulationis et increpationis et
blasphemiae dies iste
venerunt filii usque ad partum et vi-
res non habet parturiens
4 si forte audiat Dominus Deus tuus
universa verba Rabsacis
quem misit rex Assyriorum dominus
suus
ut exprobraret Deum viventem
et argueret verbis quae audivit Do-
minus Deus tuus
I Sm 7,8! et fac orationem pro reliquiis quae
reppertae sunt
5 venerunt ergo servi regis Ezechiae
ad Esaiam
6 dixitque eis Esaias
haec dicetis domino vestro
haec dicit Dominus
noli timere a facie sermonum quos
audisti
23; I Mcc 7,41 quibus blasphemaverunt pueri regis
Assyriorum me
I Sm 10,6! I Par 12,18! Ez 37,5! 7 ecce ego inmittam ei spiritum et au-
diet nuntium
et revertetur in terram suam et dei- II Par 32,21!
ciam eum gladio in terra sua
8 reversus est igitur Rabsaces et inve- 8—13: Is 37,8–13
nit regem Assyriorum expugnan-
tem Lobnam
audierat enim quod recessisset de
Lachis
9 cumque audisset de Tharaca rege
Aethiopiae dicentes
ecce egressus est ut pugnet adversum
te
et iret contra eum
misit nuntios ad Ezechiam dicens
10 haec dicite Ezechiae regi Iudae
non te seducat Deus tuus in quo ha- 18,30
bes fiduciam
neque dicas non tradetur Hierusa-
lem in manu regis Assyriorum
11 tu enim ipse audisti quae fecerint re- 17
ges Assyriorum universis terris
quomodo vastaverint eas
num ergo solus poteris liberari
12 numquid liberaverunt dii gentium 18,33; II Par 32,13
singulos quos vastaverunt patres
mei
Gozan videlicet et Aran et Reseph
et filios Eden qui erant in Thelassar
13 ubi est rex Emath 18,34; Is 10,9!
et rex Arfad et rex civitatis Sephar-
vaim Ana et Ava
14 itaque cum accepisset Ezechias lit- 14—19: Is 37,14–20
teras de manu nuntiorum et legis-
set eas
ascendit in domum Domini et ex-
pandit eas coram Domino
15 et oravit in conspectu eius dicens
Domine Deus Israhel qui sedes super I Sm 4,4!
cherubin
tu es Deus solus regum omnium ter-
rae
tu fecisti caelum et terram Est 13,10!
16 inclina aurem tuam et audi II Par 6,40! Is 37,17
aperi Domine oculos tuos et vide Bar 2,16.17; Dn 9,18
et audi omnia verba Sennacherib IV Esr 7,110

RAC ΣΛDΦm cr
37 sobnas C; somnas ΛDΦ ‖ 19,1 ~ ezechias rex c | 4 reliquis A | 7 ego mittam C | in terram suam[2] C | 8 igitur] ergo c. | audierant C | 10 iuda Dc | in manus c | 11 fecerunt CΣc | uastauerunt RΣc | 13 et[1]] ubi C | 16 domine *om.* R | et audi[2]] exaudi D.; audi c. |

qui misit ut exprobraret nobis Deum
viventem
11 [17]vere Domine dissipaverunt reges As-
syriorum gentes et terras omnium
[18]et miserunt deos eorum in ignem
Dt 4,28! non enim erant dii sed opera manu-
um hominum e ligno et lapide
et perdiderunt eos
Is 37,20; Ez 13,21! [19]nunc igitur Domine Deus noster sal-
vos nos fac de manu eius
III Rg 8,60! Idt 9,19 ut sciant omnia regna terrae quia tu
es Dominus Deus solus
20—34: Is 37,21–35 [20]misit autem Esaias filius Amos ad
Ezechiam dicens
haec dicit Dominus Deus Israhel
quae deprecatus es me super Senna-
cherib rege Assyriorum audivi
[21]iste est sermo quem locutus est Do-
minus de eo
sprevit te et subsannavit virgo filia
Sion
Iob 16,5! post tergum tuum caput movit filia
Hierusalem
Is 1,4! [22]cui exprobrasti et quem blasphemasti
contra quem exaltasti vocem
et elevasti in excelsum oculos tuos
contra Sanctum Israhel
6! [23]per manum servorum tuorum ex-
probrasti Domino et dixisti
in multitudine curruum meorum
ascendi excelsa montium in summi-
tate Libani
et succidi sublimes cedros eius elec-
tas abietes eius
et ingressus sum usque ad terminos
eius
saltum Carmeli eius [24]ego succidi
et bibi aquas alienas et siccavi vesti-
giis pedum meorum omnes aquas
clausas
[25]numquid non audisti quid ab initio
fecerim
ex diebus antiquis plasmavi illud et
nunc adduxi
eruntque in ruinam collium pugnan-
tium civitates munitae
[26]et qui sedent in eis humiles manu
contremuerunt et confusi sunt
facti sunt quasi faenum agri et virens Ps 128,6!
herba tectorum
quae arefacta est antequam veniret
ad maturitatem
[27]habitaculum tuum et egressum tuum Ps 120,8
et viam tuam ego praescivi et furo- Ps 138,4
rem tuum contra me
[28]insanisti in me et superbia tua a-
scendit in aures meas
ponam itaque circulum in naribus Ez 38,4!
tuis et camum in labris tuis
et reducam te in viam per quam ve- 33
nisti
[29]tibi autem Ezechia hoc erit signum III Rg 13,3!
comede hoc anno quod reppereris
in secundo autem anno quae sponte
nascuntur
porro in anno tertio seminate et me-
tite
plantate vineas et comedite fructum
earum
[30]et quodcumque reliquum fuerit de
domo Iuda
mittet radicem deorsum et faciet Ps 79,10!
fructum sursum
[31]de Hierusalem quippe egredientur
reliquiae et quod salvetur de monte
Sion
zelus Domini exercituum faciet hoc Is 9,7!
[32]quam ob rem haec dicit Dominus de
rege Assyriorum
non ingredietur urbem hanc
nec mittet in eam sagittam
nec occupabit eam clypeus

18 e] de C; et DΦ; *om.* Σ | 19 eius] eorum CDΦ | 20 regem RΣ | 21 subsannauit RAr] + te *cet.* | 22 uocem + tuam Φc | et leuasti CΛ | 23 in multitudinem CD | eius[1] + et RAΛc | eius[2]] illius c | eius[3] + et ΛDΦc | 25 in ruina R | 26 quasi] uelut c | 27 tuum[2] *om.* CΣΛDΦ | et[2] Rr𝔐] + introitum A; + introitum et ΣΛDΦ; + introitum tuum et Cc | 28 labris] labiis CΦc | in uia per R.; per uiam per C.; per uiam Λ | 29 quod] quae Cc. | ~ tertio anno c | 31 quippe] quoque C | egredietur Σ.; egrediuntur R |

RAC ΣΛDΦm cr

nec circumdabit eam munitio
28 33 per viam qua venit revertetur
et civitatem hanc non ingredietur di-
cit Dominus
20,6; Idt 13,7; III Rg 15,4! 34 protegamque urbem hanc et salvabo
eam
propter me et propter David servum
meum
35—37: Is 37,36–38 35 factum est igitur in nocte illa
II Par 32,21; Tb 1,21; Is 31,8; Sir 48,24; I Mcc 7,41; II Mcc 8,19; 15,22 venit angelus Domini et percussit
castra Assyriorum
centum octoginta quinque milia
cumque diluculo surrexisset
vidit omnia corpora mortuorum
et recedens abiit 36 et reversus est Sen-
Tb 1,21 nacherib rex Assyriorum et mansit
in Nineve
II Par 32,21 37 cumque adoraret in templo Nesrach
deum suum
Tb 1,24 Adramelech et Sarasar filii eius per-
cusserunt eum gladio
fugeruntque in terram Armeniorum
et regnavit Eseraddon filius eius pro
eo
II Par 32,24 20 in diebus illis aegrotavit Ezechias
1—6: Is 38,1–6 usque ad mortem
et venit ad eum Esaias filius Amos
prophetes
dixitque ei haec dicit Dominus Deus
praecipe domui tuae morieris enim
et non vives
2 qui convertit faciem suam ad pari-
etem
et oravit Dominum dicens
3 obsecro Domine
memento quomodo ambulaverim co-
ram te in veritate et in corde per-
fecto
18,3! II Par 29,2; 31,20 et quod placitum est coram te fece-
rim
flevit itaque Ezechias fletu magno
4 et antequam egrederetur Esaias me-
diam partem atrii
factus est sermo Domini ad eum di-
cens
5 revertere et dic Ezechiae duci populi
mei
haec dicit Dominus Deus David pat-
ris tui
audivi orationem tuam
vidi lacrimam tuam et ecce sanavi te
die tertio ascendes templum Domini
6 et addam diebus tuis quindecim an-
nos
sed et de manu regis Assyriorum li- 13,5: II Par 32,11!
berabo te et civitatem hanc
et protegam urbem istam propter me 19,34!
et propter David servum meum
7 dixitque Esaias adferte massam fico- Is 38,21.22
rum
quam cum adtulissent et posuissent
super ulcus eius curatus est
8 dixerat autem Ezechias ad Esaiam
quod erit signum quia Dominus me
sanabit
et quia ascensurus sum die tertio
templum Domini
9 cui ait Esaias 9—11: Is 38,7.8
hoc erit signum a Domino quod fac- III Rg 13,3! Mc 13,4; Io 2,18
turus sit Dominus sermonem quem Ex 4,30!
locutus est
vis ut accedat umbra decem lineis
an ut revertatur totidem gradibus
10 et ait Ezechias
facile est umbram crescere decem
lineis
nec hoc volo ut fiat
sed ut revertatur retrorsum decem
gradibus
11 invocavit itaque Esaias propheta
Dominum
et reduxit umbram per lineas quibus
iam descenderat in horologio Ahaz
retrorsum decem gradibus
12 in tempore illo misit Berodach Bala- 12—19: Is 39,1–8
dan filius Baladan rex Babylonio-

RAC ΣΛDΦm cr 33 quam RAD | 35 in *om.* C | castra] in castris c | 37 nesroch c | in terra C || **20,1** et uenit ad eum] uenit autem C | propheta c | deus *om.* CΛ | enim + tu c | 3 memento + quaeso c. | 5 deus *om.* C | tuam¹ + et c | lacrymas tuas c | 7 curatus] sanatus C | 8 sanauit C | tertia Σ c; + in R | 9 accedat] ascendat Φ c; descendat Σ. | 10 umbra A | 12 filium C |

rum litteras et munera ad Ezechiam
audierat enim quod aegrotasset Ezechias
13 laetatus est autem in adventum eorum Ezechias
et ostendit eis domum aromatum
II Par 32,27 et aurum et argentum et pigmenta varia
unguenta quoque et domum vasorum suorum
et omnia quae habere potuerat in thesauris suis
non fuit quod non monstraret eis Ezechias
in domo sua et in omni potestate sua
14 venit autem Esaias propheta ad regem Ezechiam dixitque ei
quid dixerunt viri isti aut unde venerunt ad te
cui ait Ezechias
de terra longinqua venerunt de Babylone
15 at ille respondit
quid viderunt in domo tua
ait Ezechias
omnia quae sunt in domo mea viderunt
nihil est quod non monstraverim eis in thesauris meis
16 dixit itaque Esaias Ezechiae
audi sermonem Domini
24,13! Ier 20,5 17 ecce dies venient et auferentur omnia quae sunt in domo tua
et quae condiderunt patres tui usque in diem hanc in Babylone
non remanebit quicquam ait Dominus
18 sed et de filiis tuis qui egredientur ex te quos generabis tollentur et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis
19 dixit Ezechias ad Esaiam
bonus sermo Domini quem locutus est
sit pax et veritas in diebus meis

20 reliqua autem sermonum Ezechiae II Par 32,30! 32,33
et omnis fortitudo eius
et quomodo fecerit piscinam et aquaeductum Is 22,9
et introduxerit aquas in civitatem Sir 48,19!
nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda
21 dormivitque Ezechias cum patribus suis
et regnavit Manasses filius eius pro eo
21 duodecim annorum erat Manasses cum regnare coepisset **1–10:** II Par 33,1–10
et quinquaginta quinque annis regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Aphsiba
2 fecitque malum in conspectu Domini
iuxta idola gentium quas delevit Dominus a facie filiorum Israhel 16,3!
3 conversusque est et aedificavit excelsa quae dissipaverat Ezechias pater eius 18,4! II Par 33,3
et erexit aras Baal et fecit lucos sicut fecerat Ahab rex Israhel 17,16! III Rg 16,32.33!
et adoravit omnem militiam caeli et coluit eam 23,5
4 extruxitque aras in domo Domini Ier 7,30!
de qua dixit Dominus III Rg 8,29!
in Hierusalem ponam nomen meum
5 et extruxit altaria universae militiae caeli in duobus atriis templi Domini 23,12
6 et transduxit filium suum per ignem 17,17!
et ariolatus est et observavit auguria
et fecit pythones et aruspices multiplicavit
ut faceret malum coram Domino et inritaret eum
7 posuit quoque idolum luci quem fecerat in templo Domini
super quo locutus est Dominus ad David et ad Salomonem filium eius
in templo hoc et in Hierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israhel III Rg 11,36!
ponam nomen meum in sempiter-

13 in aduentu AΛDΦc | poterat RΣΛΦc | 14 uenerunt² + ad me c | 15 quae] quaecumque CDΦc | 17 ueniunt C | in babylonem AΣΛDc | 19 dixitque R; dixit itaque C. | bonus + est C | locutus es c || **21**,7 posuitque idolum C | super quod Σc |

RAC ΣΛDΦm cr

num
II Par 33,8 [8]et ultra non faciam commoveri pedem Israhel de terra quam dedi patribus eorum
Ios 22,2! sic tamen si custodierint opere omnia quae praecepi eis
et universam legem quam mandavit eis servus meus Moses
[9]illi vero non audierunt sed seducti sunt a Manasse
ut facerent malum super gentes quas contrivit Dominus a facie filiorum Israhel
[10]locutusque est Dominus in manu servorum suorum prophetarum dicens
23,26; 24,3; Ier 15,4 [11]quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas super omnia quae fecerunt Amorrei ante eum
16 et peccare fecit etiam Iudam in inmunditiis suis
[12]propterea haec dicit Dominus Deus Israhel
ecce ego inducam mala super Hierusalem et Iudam
ut quicumque audierit tinniant ambae aures eius
[13]et extendam super Hierusalem funiculum Samariae et pondus domus Ahab et delebo Hierusalem sicut deleri solent tabulae
delens vertam et ducam crebrius stilum super faciem eius
[14]dimittam vero reliquias hereditatis meae
Ier 20,5 et tradam eas in manu inimicorum eius
eruntque in vastitate et rapina cunctis adversariis suis
[15]eo quod fecerint malum coram me et perseveraverint inritantes me
ex die qua egressi sunt patres eorum
ex Aegypto usque ad diem hanc
[16]insuper et sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis 24,4; Ier 19,4
donec impleret Hierusalem usque ad os
absque peccatis suis quibus peccare fecit Iudam 11
ut faceret malum coram Domino
[17]reliqua autem sermonum Manasse et universa quae fecit et peccatum eius quod peccavit 17.18: II Par 33,18–20
nonne haec scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda
[18]dormivitque Manasses cum patribus suis et sepultus est in horto domus suae in horto Aza
et regnavit Amon filius eius pro eo
[19]viginti et duo annorum erat Amon cum regnare coepisset 19—24: II Par 33,21–25
duobusque annis regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Mesallemeth filia Arus de Iethba
[20]fecitque malum in conspectu Domini sicut fecerat Manasses pater eius
[21]et ambulavit in omni via per quam ambulaverat pater eius
servivitque inmunditiis quibus servierat pater suus et adoravit eas
[22]et dereliquit Dominum Deum patrum suorum et non ambulavit in via Domini
[23]tetenderuntque ei insidias servi sui et interfecerunt regem in domo sua 12,20!
[24]percussit autem populus terrae omnes qui coniuraverant contra regem Amon
et constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo
[25]reliqua autem sermonum Amon quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ser-

RAC ΣΛDΦm cr 8 sic tamen si] si tamen R c | opera AΦ; per Σ | moysi A | 11 iuda² R; *om.* D. | 12 malum R | iuda R | 13 et¹ *om.* R | tabulae + et c. | 14 in manus c | in uastitatem c | et² + in CΛDΦ c | rapinam c | 15 perseuerauerunt R | ~ hanc diem c. | 16 iuda R. | 18 azam Φ; oza Σ c | 19 et duo] duo R; duorum c | duobus quoque c; et duobus C | 21 suus] eius R c | 22 reliquit R | 23 ei *om.* R |

monum dierum regum Iuda
26 sepelieruntque eum in sepulchro suo
in horto Aza
et regnavit Iosias filius eius pro eo
1.2: II Par 34,1.2 22 octo annorum erat Iosias cum regnare coepisset
et triginta uno anno regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Idida filia Phadaia de Besecath
III Rg 11,38! 2 fecitque quod placitum erat coram Domino
Dt 5,32.33! et ambulavit per omnes vias David patris sui
non declinavit ad dextram sive ad sinistram
3—6: II Par 34,8–11 3 anno autem octavodecimo regis Iosiae
misit rex Saphan filium Aslia filii Mesullam scribam templi Domini dicens ei
4 vade ad Helciam sacerdotem magnum
12,4! ut confletur pecunia quae inlata est in templum Domini
quam collegerunt ianitores a populo
12,5.11.12; II Par 24,12 5 deturque fabris per praepositos in domo Domini
qui et distribuent eam his qui operantur in templo Domini
ad instauranda sarta tecta templi
6 tignariis videlicet et cementariis
et his qui interrupta conponunt
et ut emantur ligna et lapides de lapidicinis ad instaurandum templum
12.15 7 verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt
sed in potestate habeant et in fide
8—20: II Par 34,15–28 8 dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam
23.24 librum legis repperi in domo Domini
deditque Helcias volumen Saphan
qui et legit illud
9 venit quoque Saphan scriba ad regem et renuntiavit ei quod praeceperat et ait
conflaverunt servi tui pecuniam quae repperta est in domo Domini
et dederunt ut distribueretur fabris a praefectis operum templi Domini
10 narravitque Saphan scriba regi dicens
librum dedit mihi Helcias sacerdos
quem cum legisset Saphan coram rege
11 et audisset rex verba libri legis Domini
scidit vestimenta sua
12 et praecepit Helciae sacerdoti
et Ahicham filio Saphan 25,22! Ier 26,24
et Achobor filio Micha
et Saphan scribae
et Asaiae servo regis dicens
13 ite et consulite Dominum Nm 9,8
super me et super populo et super omni Iuda
de verbis voluminis istius quod inventum est
magna enim ira Domini succensa est contra nos
quia non audierunt patres nostri verba libri huius
ut facerent omne quod scriptum est nobis
14 ierunt itaque Helcias sacerdos et Ahicham et Achobor et Saphan et Asaia
ad Oldam propheten uxorem Sellum filii Thecue
filii Araas custodis vestium
quae habitabat in Hierusalem in secunda
locutique sunt ad eam
15 et illa respondit eis
haec dicit Dominus Deus Israhel
dicite viro qui misit vos ad me
16 haec

26 azam Φ; oza RΣDc ‖ 22,1 et *om.* c. | triginta + et ΛΣc | phadaia] hadaia Rc | 2 siue] neque C | 3 ei *om.* RD | 4 ianitores + templi c | 5 in domo] domus ΛDΦc | distribuant ΣΛΦc | ad] et A | 6 iis c. | lapidiciniis R; lapicidinis Cc | templum + domini ΛΦc | 9 uenitque saphan A | 10 narrauit quoque c | 12 scriba R | 14 prophetem ΛΣ; prophetam D; prophetidem c. | quae] qui C |

RAC ΣΛDΦm cr

dicit Dominus
ecce ego adducam mala super locum
hunc
et super habitatores eius omnia ver-
ba legis quae legit rex Iuda
17 quia dereliquerunt me
Dt 29,26.27! et sacrificaverunt diis alienis
inritantes me in cunctis operibus
manuum suarum
Ier 7,20! et succendetur indignatio mea in lo-
co hoc et non extinguetur
18 regi autem Iuda qui misit vos ut con-
suleretis Dominum sic dicetis
haec dicit Dominus Deus Israhel
pro eo quod audisti verba voluminis
19 et perterritum est cor tuum
et humiliatus es coram Domino
auditis sermonibus contra locum is-
tum et habitatores eius
quo videlicet fierent in stuporem et
in maledictum
et scidisti vestimenta tua et flevisti
coram me
et ego audivi ait Dominus
Is 57,1! 20 idcirco colligam te ad patres tuos
et colligeris ad sepulchrum tuum in
pace
ut non videant oculi tui omnia mala
quae inducturus sum super locum
istum
1—3: II Par 34,29–31 **23** et renuntiaverunt regi quod dixerat
qui misit et congregati sunt ad eum
omnes senes Iuda et Hierusalem
2 ascenditque rex templum Domini et
omnes viri Iuda universique qui ha-
bitant in Hierusalem cum eo
Dt 31,11.12! sacerdotes et prophetae et omnis po-
pulus a parvo usque ad magnum
Ex 24,7 legitque cunctis audientibus omnia
verba libri foederis
qui inventus est in domo Domini
3 stetitque rex super gradum
et percussit foedus coram Domino
ut ambularent post Dominum
et custodirent praecepta eius et testi- Dt 26,16!
monia et caerimonias
in omni corde et in tota anima
et suscitarent verba foederis huius
quae scripta erant in libro illo
adquievitque populus pacto
4 et praecepit rex Helciae pontifici
et sacerdotibus secundi ordinis et
ianitoribus
ut proicerent de templo Domini
omnia vasa quae facta fuerant Baal
et in luco
et universae militiae caeli
et conbusit ea foris Hierusalem in
convalle Cedron
et tulit pulverem eorum in Bethel
5 et delevit aruspices quos posuerant
reges Iuda ad sacrificandum in ex-
celsis
per civitates Iuda et in circuitu Hie-
rusalem
et eos qui adolebant incensum Baal 17,16; 21,3!
et soli et lunae et duodecim signis et
omni militiae caeli
6 et efferri fecit lucum de domo Domi-
ni foras Hierusalem in convalle Ced-
ron
et conbusit eum ibi et redegit in pul-
verem
et proiecit super sepulchrum vulgi
7 destruxit quoque aediculas effemina- III Rg 15,12; 22,47
torum quae erant in domo Domini
pro quibus mulieres texebant quasi
domunculas luci
8 congregavitque omnes sacerdotes de
civitatibus Iuda
et contaminavit excelsa ubi sacrifica-
bant sacerdotes
de Gabaa usque Bersabee
et destruxit aras portarum in introitu
ostii Iosue principis civitatis
quod erat ad sinistram portae civi-
tatis
9 verumtamen non ascendebant sacer-

RAC ΣΛDΦm cr

16 hunc] istum c | 19 quo RCr] quod *cet.* | in stupore R | ait] dicit R || **23**,2 uniuersique qui] uniuersi quique D.: uniuersi qui C; uniuersique Σ. | habitabant ΣΛDΦc | 3 ~ foedus percussit c | 5 posuerunt R | 6 sepulchrum RCr𝔐] sepulchra *cet.* | 8 portam^2 C |

dotes excelsorum ad altare Domini
in Hierusalem
sed tantum comedebant azyma in
medio fratrum suorum
Ier 7,31.32; 19,6 10 contaminavit quoque Thafeth quod
est in convalle filii Ennom
ut nemo consecraret filium suum aut
filiam per ignem Moloch
11 abstulit quoque equos quos dede-
rant reges Iudae soli in introitu
templi Domini
iuxta exedram Nathanmelech eunu-
chi qui erat in Farurim
currus autem solis conbusit igni
21,5 12 altaria quoque quae erant super tecta
cenaculi Ahaz
quae fecerant reges Iuda
et altaria quae fecerat Manasses in
duobus atriis templi Domini de-
struxit rex
et cucurrit inde et dispersit cinerem
eorum in torrentem Cedron
13 excelsa quoque quae erant in Hieru-
salem ad dexteram partem montis
Offensionis
III Rg 11,5! 7 quae aedificaverat Salomon rex Is-
rahel Astharoth idolo Sidoniorum
et Chamos offensioni Moab
et Melchom abominationi filiorum
Ammon
Ez 6,4 polluit rex 14 et contrivit statuas et
succidit lucos
replevitque loca eorum ossibus mor-
tuorum
III Rg 12,33 15 insuper et altare quod erat in Bethel
excelsum quod fecerat Hieroboam
filius Nabath qui peccare fecit Is-
rahel
et altare illud et excelsum destruxit
atque conbusit
et comminuit in pulverem
succenditque etiam lucum
16 et conversus Iosias vidit ibi sepul-
chra quae erant in monte
misitque et tulit ossa de sepulchris
et conbusit ea super altare et pol-
luit illud
iuxta verbum Domini quod locutus III Rg 13,32!
est vir Dei qui praedixerat verba
haec
17 et ait quis est titulus ille quem video
responderuntque ei cives illius urbis
sepulchrum est hominis Dei qui ve- III Rg 13,1! 11. 31.32!
nit de Iuda
et praedixit verba haec quae fecisti
super altare Bethel
18 et ait dimittite eum nemo commo-
veat ossa eius
et intacta manserunt ossa illius cum
ossibus prophetae qui venerat de
Samaria
19 insuper et omnia fana excelsorum III Rg 13,32! II Par 34,6
quae erant in civitatibus Samariae
quae fecerant reges Israhel ad inri-
tandum Dominum abstulit Iosias
et fecit eis secundum omnia opera
quae fecerat in Bethel
20 et occidit universos sacerdotes ex-
celsorum qui erant ibi super altaria
et conbusit ossa humana super ea III Rg 13,2; II Par 34,5
reversusque est Hierusalem
21 et praecepit omni populo dicens
facite phase Domino Deo vestro Dt 16,1!
secundum quod scriptum est in libro
foederis huius
22 nec enim factum est phase tale a die- 22.23: II Par 35,18.19
bus iudicum qui iudicaverunt Isra-
hel
et omnium dierum regum Israhel et
regum Iuda
23 sicut in octavodecimo anno regis Io-
siae factum est phase istud Domino Dt 16,1!
in Hierusalem
24 sed et pythones et ariolos et figuras
idolorum
et inmunditias abominationesque
quae fuerant in terra Iuda et in Hie-
rusalem abstulit Iosias

10 filiam + suam A | 11 iuda Σc | erant CΣ | 15 bethel + et RΣΛDΦc | et³ *om.* CΣΛ DΦ | 17 ei *om.* C | ~ urbis illius c | 18 dimitte AΣDΦ | 19 fecerant³ A | 23 domino + deo R | 24 et abominationes c. | fuerunt RΛDΦ | in² *om.* CΛΦc | RAC ΣΛDΦm cr

22.8 ut statueret verba legis quae scripta
sunt in libro quem invenit Helcias
sacerdos in templo Domini
18.5 25 similis illi non fuit ante eum rex
Dt 26,16! II Par 30,19 qui reverteretur ad Dominum
in omni corde suo et in tota anima
sua et in universa virtute sua
iuxta omnem legem Mosi
neque post eum surrexit similis illi
24.20 26 verumtamen non est aversus Domi-
nus ab ira furoris sui magni
21,11.12; 24,3; Ier 15,4 quo iratus est furor eius contra Iu-
dam
propter inritationes quibus provoca-
verat eum Manasses
27 dixit itaque Dominus
24.3 etiam Iudam auferam a facie mea
sicut abstuli Israhel
III Rg 11,36! et proiciam civitatem hanc quam ele-
gi Hierusalem
et domum de qua dixi erit nomen
meum ibi
II Par 35,26.27 28 reliqua autem verba Iosiae et uni-
versa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ver-
borum dierum regum Iuda
II Par 35,20; Ier 46,2 29 in diebus eius ascendit Pharao Ne-
cho rex Aegypti contra regem As-
syriorum ad flumen Eufraten
et abiit Iosias rex in occursum eius
et occisus est in Mageddo cum vidis-
set eum
II Par 35,24 30 et portaverunt eum servi sui mor-
30—37: II Par 36,1–5 tuum de Mageddo
et pertulerunt in Hierusalem
et sepelierunt eum in sepulchro suo
tulitque populus terrae Ioahaz fili-
um Iosiae
et unxerunt eum et constituerunt
eum regem pro patre suo
31 viginti trium annorum erat Ioahaz
cum regnare coepisset
et tribus mensibus regnavit in Hieru-
salem
nomen matris eius Amithal filia Hie- 24.18
remiae de Lobna
32 et fecit malum coram Domino iuxta
omnia quae fecerant patres eius
33 vinxitque eum Pharao Necho in 25.21
Rebla quae est in terra Emath ne
regnaret in Hierusalem
et inposuit multam terrae centum
talentis argenti et talento auri
34 regemque constituit Pharao Necho
Eliachim filium Iosiae pro Iosia
patre eius
vertitque nomen eius Ioiachim
porro Ioahaz tulit et duxit in Aegyp- Ier 22,12
tum
35 argentum autem et aurum dedit Io-
iachim Pharaoni
cum indixisset terrae per singulos ut
conferretur iuxta praeceptum Pha-
raonis
et unumquemque secundum vires
suas exegit
tam argentum quam aurum de po-
pulo terrae ut daret Pharaoni Ne-
cho
36 viginti quinque annorum erat Ioia-
chim cum regnare coepisset
et undecim annis regnavit in Hieru-
salem
nomen matris eius Zebida filia Pha-
daia de Ruma
37 et fecit malum coram Domino iuxta
omnia quae fecerant patres eius
24 in diebus eius ascendit Nabucho- II Par 36,6!
donosor rex Babylonis
et factus est ei Ioiachim servus tri-
bus annis
et rursum rebellavit contra eum
2 inmisitque ei Dominus latrunculos
Chaldeorum et latrunculos Syriae
latrunculos Moab et latrunculos fili-
orum Ammon

RAC ΣΛDΦ(m) cr 25 [*deest* m *usque ad* 25,30] | in[3] *om.* A | 28 uerba] uerborum RCΛ; sermonum c | 29 nechao CΦc, *item vv.* 33.34.35; nechac Σ., *item vv.* 33.34, *sed v.* 35 necao | 33 reblatha CΛΦ | talento] talentum CD; talenti Σ. | 34 ioakim c., *item vv.* 35.36 | aegyptum + et mortuus est ibi c. | 35 secundum] iuxta c || **24**,1 ioakim c., *item v.* 5(*bis*) | 2 syriae + et ΣΛc |

et inmisit eos in Iudam ut disperde-
rent eum iuxta verbum Domini
quod locutus erat per servos suos
prophetas
23,26.27 3 factum est autem hoc per verbum
Domini contra Iudam
ut auferret eum coram se
21,11.12; Ier 15,4 propter peccata Manasse universa
quae fecit
21,16 4 et propter sanguinem innoxium
quem effudit
et implevit Hierusalem cruore inno-
centium
et ob hanc rem noluit Dominus pro-
pitiari
II Par 36,8 5 reliqua autem sermonum Ioiachim
et universa quae fecit
nonne haec scripta sunt in libro ser-
monum dierum regum Iuda
et dormivit Ioiachim cum patribus
suis
6 regnavitque Ioiachin filius eius pro
eo
7 et ultra non addidit rex Aegypti ut
egrederetur de terra sua
tulerat enim rex Babylonis a rivo
Aegypti usque ad fluvium Eufraten
omnia quae fuerant regis Aegypti
8—10: II Par 36,9.10 8 decem et octo annorum erat Ioia-
chin cum regnare coepisset
et tribus mensibus regnavit in Hie-
rusalem
nomen matris eius Naestha filia Hel-
nathan de Hierusalem
9 et fecit malum coram Domino iuxta
omnia quae fecerat pater eius
10 in tempore illo ascenderunt servi Na-
buchodonosor regis Babylonis in
Hierusalem
et circumdata est urbs munitionibus
11 venitque Nabuchodonosor rex Ba-
bylonis ad civitatem cum servi eius
obpugnarent eam
12 egressusque est Ioiachin rex Iuda ad
regem Babylonis
ipse et mater eius et servi eius et
principes eius et eunuchi eius
et suscepit eum rex Babylonis anno II Par 36,6.7!
octavo regni sui
13 et protulit inde omnes thesauros do- 20,17; II Par 36,18; Is 39,6; Ier 20,5
mus Domini et thesauros domus
regiae
et concidit universa vasa aurea quae
fecerat Salomon rex Israhel in
templo Domini iuxta verbum Do-
mini
14 et transtulit omnem Hierusalem I Par 6,15; Ier 24,1!
et universos principes et omnes for- Is 3,2.3
tes exercitus decem milia in capti-
vitatem
et omnem artificem et clusorem
nihilque relictum est exceptis pau- 25,12; Ier 40,7
peribus populi terrae
15 transtulit quoque Ioiachin in Baby- Est 2,6; 11,4; Ier 27,20!
lonem
et matrem regis et uxores regis et eu- Ier 22,26
nuchos eius et iudices terrae
duxit in captivitatem de Hierusalem
in Babylonem
16 et omnes viros robustos septem mi-
lia et artifices et clusores mille
omnes viros fortes et bellatores
duxitque eos rex Babylonis captivos I Par 9,1
in Babylonem
17 et constituit Matthaniam patruum II Par 36,10; Ier 37,1
eius pro eo
inposuitque nomen ei Sedeciam
18 vicesimum et primum annum aetatis 18—20: II Par 36,11–13; Ier 52,1–3
habebat Sedecias cum regnare coe-
pisset
et undecim annis regnavit in Hieru-
salem
nomen matris eius erat Amithal filia 23,31
Hieremiae de Lobna

RAC ΣΛDΦ cr

2 in iuda R | erat] est C; fuerat Σc | 3 manasse + et C | 4 cruorem R | 6 et regnauit c. | ioiachim R.: ioachim D | 8 ioiachim R.: ioacim D | nohesta c. | 9 fecerant patres C: fecerat patres Σ.; fecerunt patres D | 11 cum serui eius] cum seruis suis ut CΣ Φc | 12 ioiachim R.: iohachim C | octauo + decimo RC. | 15 ioiachim RA.; ihoachim C. | uxorem CΣΦ | eius] regis C | in captiuitate R | in babylone2 R. | 16 in babylone R |

[19]et fecit malum coram Domino
iuxta omnia quae fecerat Ioiachim
23,26.27 [20]irascebatur enim Dominus contra
Hierusalem et contra Iudam
donec proiceret eos a facie sua
recessitque Sedecias a rege Babylonis
Ez 24,1.2 **25** factum est autem anno nono regni
1—12: Ier 39,1–10; 52,4–16 eius mense decimo decima die
mensis
Ier 32,2! 34,1 venit Nabuchodonosor rex Babylonis
ipse et omnis exercitus eius in Hierusalem
Is 29,3! et circumdederunt eam
et extruxerunt in circuitu eius munitiones
[2]et clausa est civitas atque vallata
usque ad undecimum annum regis
Sedeciae [3]nona die mensis
praevaluitque fames in civitate
nec erat panis populo terrae
[4]et interrupta est civitas
et omnes viri bellatores nocte fugerunt
per viam portae quae est inter duplicem murum ad hortum regis
porro Chaldei obsidebant in circuitu civitatem
fugit itaque per viam quae ducit ad campestria solitudinis
[5]et persecutus est exercitus Chaldeorum regem
conprehenditque eum in planitie Hiericho
et omnes bellatores qui erant cum eo
dispersi sunt et reliquerunt eum
Ier 32,4! [6]adprehensum ergo regem duxerunt
ad regem Babylonis in Reblatha
qui locutus est cum eo iudicium
[7]filios autem Sedeciae occidit coram
eo et oculos eius effodit
vinxitque eum catenis et adduxit in
Babylonem
[8]mense quinto septima die mensis Bar 1,2
ipse est annus nonusdecimus regis
Babylonis
venit Nabuzardan princeps exercitus
servus regis Babylonis Hierusalem
[9]et succendit domum Domini et domum II Par 36,19!
regis et domos Hierusalem Sir 49,8!
omnemque domum conbusit igni
[10]et muros Hierusalem in circuitu destruxit II Esr 1,3!
omnis exercitus Chaldeorum
qui erat cum principe militum
[11]reliquam autem populi partem qui
remanserat in civitate
et perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis
et reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiae
[12]et de pauperibus terrae reliquit vinitores 24,14; Ier 40,7
et agricolas
[13]columnas autem aereas quae erant Ier 27,19
in templo Domini et bases 13—17: Ier 52,17–23
et mare aereum quod erat in domo
Domini
confregerunt Chaldei et transtulerunt Ier 27,22
aes omnium in Babylonem
[14]ollas quoque aereas et trullas et tridentes et scyphos
et omnia vasa aerea in quibus ministrabant tulerunt
[15]nec non turibula et fialas
quae aurea aurea et quae argentea
argentea
tulit princeps militiae
[16]id est columnas duas mare unum et
bases quas fecerat Salomon in
templo Domini
non erat pondus aeris omnium vasorum
[17]decem et octo cubitos altitudinis habebat III Rg 7,15!
columna una
et capitellum aereum super se altitu-

RAC ΣΛDΦ cr 19 ioakim c.(*edd.* 1593 *et* 1598); ioachin ΛDΦ; ioacin Σ; ioakin c.(*ed.* 1592) || **25**,1 autem + in R | 4 itaque + rex RC.: + sedecias ΛΦc | 7 effudit RD | 8 babylonis[2] + in CΣc | 9 domos] domum CΣ | 11 ~ reliquam autem partem populi R; reliquum autem populi C. | qui[1]] quae ΣΦc | remanserant R | 13 domo] templo C | aes omne Φc; omnem aes C. | 14 tridentes et scyphos] *praem.* mortariola et Σ; + mortariola C; + et mortariola ΛΦc | 15 nec non – et Σc |

dinis trium cubitorum
III Rg 7,18! et reticulum et malogranata super
capitellum columnae omnia aerea
similem et columna secunda habebat
ornatum
18—21: Ier 52,24-27 [18] tulit quoque princeps militiae Serai-
an sacerdotem primum
et Sophoniam sacerdotem secundum
et tres ianitores
[19] et de civitate eunuchum unum qui
erat praefectus super viros bellato-
res
et quinque viros de his qui steterant
coram rege quos repperit in civi-
tate
et Sopher principem exercitus qui
probabat tirones de populo terrae
et sex viros e vulgo qui inventi fue-
rant in civitate
[20] quos tollens Nabuzardan princeps
militum duxit ad regem Babylonis
in Reblatha
[21] percussitque eos rex Babylonis et in-
23,33 terfecit in Reblatha in terra Emath
et translatus est Iuda de terra sua
[22] populo autem qui relictus erat in ter-
ra Iuda
quem dimiserat Nabuchodonosor
rex Babylonis
22,12! Ier 39,14; 40,5.6; 41,18 praefecit Godoliam filium Ahicham
filii Saphan
23.24: Ier 40,7-9 [23] quod cum audissent omnes duces
militum
ipsi et viri qui erant cum eis
videlicet quod constituisset rex Ba-
bylonis Godoliam
venerunt ad Godoliam in Maspha
Ismahel filius Nathaniae
et Iohanan filius Caree
et Sareia filius Thenaameth Netho-
phathites
et Iezonias filius Maachathi

ipsi et socii eorum
[24] iuravitque eis Godolias et sociis eo-
rum dicens
nolite timere servire Chaldeis
manete in terra et servite regi Baby-
lonis et bene erit vobis
[25] factum est autem in mense septimo Ier 41,1-3
venit Ismahel filius Nathaniae filii
Elisama de semine regio et decem
viri cum eo
percusseruntque Godoliam qui mor- Ier 41,18
tuus est
sed et Iudaeos et Chaldeos qui erant
cum eo in Maspha
[26] consurgens autem omnis populus a
parvo usque ad magnum et princi- Ier 43,5.6
pes militum
venerunt in Aegyptum timentes Ier 41,17.18; 43,7
Chaldeos
[27] factum est vero anno tricesimo sep- 27—30: Ier 52,31-34
timo transmigrationis Ioiachin re-
gis Iudae
mense duodecimo vicesima septima
die mensis
sublevavit Evilmerodach rex Baby-
lonis anno quo regnare coeperat
caput Ioiachin regis Iuda de carcere
[28] et locutus est ei benigna
et posuit thronum eius super thro-
num regum qui erant cum eo in Ba-
bylone
[29] et mutavit vestes eius quas habuerat
in carcere
et comedebat panem semper in con- II Sm 9,7!
spectu eius cunctis diebus vitae suae
[30] annonam quoque constituit ei abs- Idt 12,1; Dn 1,5
que intermissione
quae et dabatur ei a rege per singu-
los dies omnibus diebus vitae suae

EXPLICIT LIBER MALACHIM

ID EST REGUM TERTIUS ET QUARTUS

17 retiaculum CΛc | 19 [*deest* R *usque ad v.* 30] | ~ bellatores uiros c | sex] sexaginta c | 21 interfecit + eos c | ~ in reblata et interfecit C | 23 thanehumeth c. | 24 eis godolias] godolias ipsis c. | in terram C | 25 [*deest* D *usque ad v.* 30] | qui[1] + et c | 26 consurgensque omnis ΛΦc | 27 uero] autem C; + in Φc | ihoachim[1.2] C | iuda[1] c | 28 benigne ΣΛΦc | 30 absque] sine c ||

(R)AC ΣΛ(D)Φ cr

INCIPIT PROLOGUS SANCTI HIERONYMI IN LIBRO PARALIPOMENON

Si Septuaginta interpretum pura et ut ab eis in graecum versa est editio permaneret, superflue me, mi Cromati, episcoporum sanctissime atque doctissime, inpelleres, ut hebraea volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupaverat et nascentis Ecclesiae roboraverat fidem, iustum erat etiam nostro silentio conprobari. Nunc vero cum pro varietate regionum diversa ferantur exemplaria et germana illa antiquaque translatio corrupta sit atque violata, nostri arbitrii putas, aut e pluribus iudicare quid verum sit, aut novum opus in veteri Cic. Mur. 25 opere condere, inludentibusque Iudaeis «cornicum», ut dicitur, «oculos configere». Alexandria et Aegyptus in Septuaginta suis Hesychium laudat auctorem, Constantinopolis usque Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat, mediae inter has provinciae palestinos codices legunt, quos ab Origene elaboratos Eusebius et Pamphilius vulgaverunt, totusque orbis hac inter se trifaria varietate conpugnat. Et certe Origenes non solum exempla conposuit quattuor editionum e regione singula verba describens, ut unus dissentiens statim ceteris inter se consentientibus arguatur, sed, quod maioris audaciae est, in editione Septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quae minus fuerint, et virgulis quae ex superfluo videantur adposita. Si igitur aliis licuit non tenere quod semel susceperant, et post septuaginta cellulas, quae vulgo sine auctore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocque in ecclesiis legitur quod Septuaginta nescierunt, cur me non suscipiant Latini mei, qui inviolata editione veteri ita novam condidi, ut laborem meum Hebraeis et, quod his maius est, Apostolis auctoribus Ep. 57 ad Pammachium probem? Scripsi nuper librum De optimo genere interpretandi, ostendens illa de Evan- Mt 2,15.23 gelio: «Ex Aegypto vocavi filium meum» et: «Quoniam Nazareus vocabitur» et: Io 19,37 I Cor 2,9 «Videbunt in quem conpunxerunt» et illud Apostoli: «Quae oculus non vidit, nec auris audivit, et in cor hominis non ascenderunt, quae praeparavit Deus diligentibus se» ceteraque his similia in Hebraeorum libris inveniri. Certe Apostoli et Evangelistae Septuaginta interpretes noverant, et unde eis haec dicere quae in Septuaginta non habentur? Christus Deus noster utriusque Testamenti conditor in Evangelio secun- Io 7,38 dum Iohannem, «Qui credit», inquit, «in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae». Utique scriptum est quod Salvator scriptum esse testatur.

AGC ΣΛDSΦ cr **Prologus.** *Citantur* AG(= N *apud* r)C *et* ΣΛDS(= U *apud* r)Φ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. [*adv. Ruf.* = *Hieronymus, Apologia adv. Rufinum* II,27]. *Tit.* eiusdem in librum paralipomenon praefatio c | 2 me mi r *adv. Ruf.*] me CΣc.; mi *cet.* | 3 inpelleris AS | hebraea] *praem.* tibi AS *adv. Ruf.*; + tibi c. | 7 indicare C | 8 condere] cudere ASc *adv. Ruf.* | 10 usque + ad *adv. Ruf.* | 11 laboratos CΣ | pamphilus Λc | 13 exemplum D.; exemplaria A; exapla GΛ | 14 inter] in A | ~ inter se consentientibus ceteris CΣ. | 15 asteriscis + uidelicet *adv. Ruf.* | 16 fuerant CΣc *adv. Ruf.* | uidebantur CΣc *adv. Ruf.* | 18 hoc quoque AS; hoc quia CΣ. | 19 nouum G | 21 comprobem c. | 24 et] nec CΣΛDΦc *adv. Ruf.* | non *om.* ΛDΦc *adv. Ruf.* | deus] dominus *adv. Ruf.* | se] illum c. | 25 inuenire S.; inueni CΣ. | apostolus *adv. Ruf.* | et *om.* A | 26 haec] hoc D *adv. Ruf.* | diceretur Σ.; *om.* c. | quae] quod *adv. Ruf.* | septuaginta + interpretibus c | 27 habetur et *adv. Ruf.* | deus] dominus c *adv. Ruf.* | 28 dicit AΦc *adv. Ruf.* |

Ubi scriptum est? Septuaginta non habent, apocrifa nescit Ecclesia; ad Hebraeos igitur revertendum est, unde et Dominus loquitur et discipuli exempla praesumunt. Haec pace veterum loquar et obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, legentes in angulis, idem et accusatores et defensores, cum in aliis probent quod in me reprobant, quasi virtus et vitium non in rebus sit, sed cum auctore mutetur. Ceterum memini editionem Septuaginta translatorum olim de graeco emendatam tribuisse me nostris, nec inimicum debere aestimari eorum quos in conventu fratrum semper edissero. Et quod nunc Dabreiamin, id est Verba dierum, interpretatus sum, idcirco feci, ut inextricabiles moras et silvam nominum, quae scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque barbariem apertius et per versuum cola digererem, «mihimet ipsi et meis» iuxta Hismenium «canens», si aures surdae sunt ceterorum. EXPLICIT PROLOGUS Cic. Brut. 187 Val. Max. 3,7

INCIPIT LIBER DABREIAMIN ID EST VERBA DIERUM QUI GRAECE DICITUR PARALIPOMENON

1—4: Gn 5,4–31! Adam Seth Enos [2]Cainan Malelehel Iared [3]Enoch Matusale Lamech [4]Noe Sem Ham et Iafeth
5—7: Gn 10,2–4 [5]filii Iafeth Gomer Magog Madai et Iavan
Thubal Mosoch Thiras
[6]porro filii Gomer Aschenez et Rifath et Thogorma
[7]filii autem Iavan Elisa et Tharsis Cetthim et Dodanim
8—10: Gn 10,6–8 [8]filii Ham Chus et Mesraim Phut et Chanaan
[9]filii autem Chus Saba et Evila
Sabatha et Rechma et Sabathaca
porro filii Rechma Saba et Dadan
[10]Chus autem genuit Nemrod
iste coepit esse potens in terra
11—16: Gn 10,13–18 [11]Mesraim vero genuit Ludim et Anamim et Laabim et Nepthuim
[12]Phethrosim quoque et Chasluim
de quibus egressi sunt Philisthim et Capthurim
[13]Chanaan vero genuit Sidonem primogenitum et Heth
[14]Iebuseum quoque et Amorreum et Gergeseum
[15]Evheumque et Aruceum et Asineum
[16]Aradium quoque et Samareum et Ematheum
[17]filii Sem Aelam et Assur et Arfaxad et Lud et Aram 17—23: Gn 10,22–29
et Us et Hul et Gothor et Mosoch
[18]Arfaxad autem genuit Sala qui et ipse genuit Heber
[19]porro Heber nati sunt duo filii
nomen uni Phaleg quia in diebus eius divisa est terra
et nomen fratris eius Iectan
[20]Iectan autem genuit Helmodad et Saleph et Asermoth et Iare
[21]Aduram quoque et Uzal et Decla
[22]Ebal etiam et Abimahel et Saba
nec non [23]et Ophir et Evila et Iobab
omnes isti filii Iectan
[24]Sem Arfaxad Sale [25]Heber Phaleg Raau [26]Serug Nahor Thare [27]Abram 24—27: Gn 11,10–26; Lc 3,34–36

31 est *om. adv. Ruf.* | 32 loquar AC.] loquor *cet. et adv. Ruf.* | 33 detrahentes + et c. | 36 deberi CΣD | existimari c *adv. Ruf.* | 37 in conuentum AS | dabreiamin *litteris hebr. scr.* c. | 40 ismeniam c *adv. Ruf.* | surdae sunt] surdescunt C || AGC ΣΛDSΦ cr

Verba Dierum. *Citantur* AG(= N *apud* r)C *et* ΣΛDS(= U *apud* r)Φil *ac* cr. *Tit.* liber primus paralipomenon hebraice dibre haiamim c || 1,1 [*desunt* i *usque ad* 11,5,9, *et* l *usque ad* 1,21,22] | 5 gomer + et c. | magog + et c | 8 mesraim + et c | 13 primogenitum + suum Φc | et *om.* c. | hettheum GCΣc | 14 quoque et iebusaeum et c. | 15 sineum A c | 17 et[5]] filii aram CΣ, *cf.* Gn 10,23; hii sunt filii aram A. | 22 ebal] et bal CΣS. |

iste est Abraham
28—31: Gn 25,12–16 28 filii autem Abraham Isaac et Ismahel
29 et hae generationes eorum
primogenitus Ismahelis Nabaioth et
Cedar et Adbeel et Mabsam
30 Masma et Duma Massa Adad et
Thema 31 Iathur Naphis Cedma
hii sunt filii Ismahelis
32.33: Gn 25,1–4 32 filii autem Cetthurae concubinae
Abraham quos genuit
Zamram Iecsan Madan Madian Iesboc Sue
porro filii Iecsan Saba et Dadan
33 filii autem Madian Epha et Apher et
Enoch et Abida et Eldaa
omnes hii filii Cetthurae
Gn 25,19! 34 generavit autem Abraham Isaac cuius fuerunt filii Esau et Israhel
Gn 36,4.5! 35 filii Esau Eliphaz Rauhel Iaus Ialam
35—54: Gn 36,10–43 Core
36 filii Eliphaz Theman Omer Sepphu
Gethem Cenez Thamna Amalech
37 filii Rauhel Naath Zara Samma Maza
38 filii Seir Lothan Sobal Sebeon Ana
Dison Eser Disan
39 filii Lothan Horri Humam
soror autem Lothan fuit Thamna
40 filii Sobal Alian et Manaath et Ebal
et Sepphi et Onam
filii Sebeon Aia et Ana
filii Ana Dison
41 filii Dison Amaran et Eseban et Iethran et Charan
42 filii Eser Balaan et Zaban et Iacan
filii Dison Us et Aran
43 isti sunt reges qui imperaverunt in
terra Edom
antequam esset rex super filios Israhel
Bale filius Beor et nomen civitatis
eius Denaba
44 mortuus est autem Bale et regnavit
pro eo Iobab filius Zare de Bosra
45 cumque et Iobab fuisset mortuus
regnavit pro eo Husam de terra
Themanorum
46 obiit quoque et Husam et regnavit
pro eo Adad filius Badad
qui percussit Madian in terra Moab
et nomen civitatis eius Avith
47 cumque et Adad fuisset mortuus
regnavit pro eo Semla de Masreca
48 sed et Semla mortuus est et regnavit
pro eo Saul de Rooboth quae iuxta
amnem sita est
49 mortuo quoque Saul regnavit pro eo
Baalanan filius Achobor
50 sed et hic mortuus est et regnavit pro
eo Adad cuius urbis fuit nomen
Phou
et appellata est uxor eius Mehetabel
filia Matred filiae Mezaab
51 Adad autem mortuo duces pro regibus in Edom esse coeperunt
dux Thamna dux Alva dux Ietheth
52 dux Oolibama dux Hela dux Phinon
53 dux Cenez dux Theman dux Mabsar
54 dux Magdihel dux Iram
hii duces Edom
2 filii autem Israhel Ruben Symeon 1.2: Gn 35,23–26; Ex 1,1–4
Levi Iuda Isachar et Zabulon
2 Dan Ioseph Beniamin Nepthali Gad
Aser
3 filii Iuda Her Aunan Sela tres nati Gn 38,2–7; Nm 26,19.20
sunt ei de filia Sue Chananitidis 3—5: Gn 46,12
fuit autem Her primogenitus Iuda
malus coram Domino et occidit
eum
4 Thamar autem nurus eius peperit ei Rt 4,12
Phares et Zara
omnes ergo filii Iuda quinque

AGC ΣΛDSΦ cr

30 et masma Φc | 32 iesboc + et c | dadan + filii autem dadan asurim et latussim et laomim CΣΛ(*om.* et lat.)c, *cf.* Gn 25,3 | 34 genuit Φc | 35 ialam + et c. | 36 thamna] de thamna (tamar Σ) autem (*om.* Σ) concubina genuit CΣ, *cf.* Gn 36,12 | 38 disan + filii sobal alian et hebul CΣ, *ex v.* 40 | 40 et³ *om.* c. | dison + oolibama CΣ, *cf.* Gn 36,25 | 41 filii dison *om.* A | 42 disan CΣc | 43 in terram C | 44 de + matre CΣ. | 45 pro eo *om.* A | 46 obiit quoque] obiitque A | et¹ *om.* ΛΛ | 49 mortuo autem S.; mortuusque CΣ. | 50 ~ nomen fuit ΛDΦc | 51 ~ esse coeperunt in edom CΣ. || **2**,2 gad + et c. | 3 onan c; + et CΣc | sela + hii CΣc | chananitide CΣc. |

Nm 26,20.21 5 filii autem Phares Esrom et Hamul
6 filii quoque Zarae Zamri et Ethan et Eman
Chalchal quoque et Darda simul quinque
Ios 7,1! 7 filii Carmi Achar qui turbavit Israhel et peccavit in furto anathematis
8 filii Ethan Azarias
9—12: Rt 4,18–22 9 filii autem Esrom qui nati sunt ei Ieremahel et Ram et Chalubi
10 porro Ram genuit Aminadab
Aminadab autem genuit Naasson principem filiorum Iuda
11 Naasson quoque genuit Salma de quo ortus est Boez
12 Boez vero genuit Obed qui et ipse genuit Isai
I Sm 17,13 13 Isai autem genuit primogenitum Heliab secundum Abinadab
tertium Samaa 14 quartum Nathanahel quintum Raddai
15 sextum Asom septimum David
16 quorum sorores fuerunt Sarvia et Abigail
II Sm 2,18! 17,25 filii Sarviae Abisai Ioab et Asahel tres
17 Abigail autem genuit Amasa cuius pater fuit Iether Ismahelites
18 Chaleb vero filius Esrom accepit uxorem nomine Azuba de qua genuit Ierioth
fueruntque filii eius Iesar et Sobab et Ardon
19 cumque mortua fuisset Azuba accepit uxorem Chaleb Ephrath quae peperit ei Ur
Ex 31,2! 20 porro Ur genuit Uri et Uri genuit Beselehel
21 post haec ingressus est Esrom ad filiam Machir patris Galaad
et accepit eam cum esset annorum sexaginta quae peperit ei Segub
Nm 32,41! 22 sed et Segub genuit Iair et possedit viginti tres civitates in terra Galaad
23 cepitque Gessur et Aram oppida Iair et Canath et viculos eius sexaginta civitatum Nm 32,42
omnes isti filii Machir patris Galaad
24 cum autem mortuus esset Esrom ingressus est Chaleb ad Ephrata
habuit quoque Esrom uxorem Abia quae peperit ei Assur patrem Thecue 4,5
25 nati sunt autem filii Hieramehel primogeniti Esrom
Ram primogenitus eius et Buna et Aran et Asom et Ahia
26 duxit quoque uxorem alteram Hieramehel nomine Atara quae fuit mater Onam
27 sed et filii Ram primogeniti Hieramehel fuerunt Moos et Iamin et Achar
28 Onam autem habuit filios Semmei et Iada
filii autem Semmei Nadab et Abisur
29 nomen vero uxoris Abisur Abiail quae peperit Ahobban et Molid
30 filii autem Nadab fuerunt Saled et Apphaim
mortuus est autem Saled absque liberis
31 filius vero Apphaim Iesi qui Iesi genuit Sesan
porro Sesan genuit Oholi
32 filii autem Iada fratris Semmei Iether et Ionathan
sed et Iether mortuus est absque liberis
33 porro Ionathan genuit Phaleth et Ziza
isti fuerunt filii Hieramehel
34 Sesan autem non habuit filios sed filias et servum aegyptium nomine Ieraa
35 deditque ei filiam suam uxorem quae peperit ei Eththei
36 Eththei autem genuit Nathan et Na-

6 et¹ *om.* GΛS | 7 filii carmi achar] filius zabdi charmi filius charmi achan CΣ, *cf.* Ios 7,1 | 12 uero] autem A | 13 ~ primogenitum genuit CΣ. | 23 aram + et CΣS. | septuaginta ciuitates A | 27 et² *om.* c. | 28 et¹ *om.* A | 29 peperit + ei c | 35 ei¹ *om.* G |

AGC ΣΛDSΦ cr

than genuit Zabad
37 Zabad quoque genuit Ophlal et
Ophlal genuit Obed
38 Obed genuit Ieu
Ieu genuit Azariam
39 Azarias genuit Helles
Helles genuit Elasa
40 Elasa genuit Sisamoi
Sisamoi genuit Sellum
41 Sellum genuit Icamian
Icamian genuit Elisama
42 filii autem Chaleb fratris Hieramehel
Mosa primogenitus eius ipse est pa-
ter Ziph
et filii Maresa patris Hebron
43 porro filii Hebron Core et Thapphu
et Recem et Samma
44 Samma autem genuit Raam patrem
Iercaam et Recem genuit Semmei
45 filius Semmei Maon et Maon pater
Bethsur
46 Epha autem concubina Chaleb pe-
perit Arran et Musa et Gezez
porro Arran genuit Gezez
47 filii Iadai Regom et Iotham et Ge-
sum et Phaleth et Epha et Saaph
48 concubina Chaleb Maacha peperit
Saber et Tharana
49 genuit autem Saaph pater Madmena
Sue patrem Machbena et patrem
Gabaa
filia vero Chaleb fuit Achsa
50 hii erant filii Chaleb
filii Ur primogeniti Ephrata
Sobal pater Cariathiarim
51 Salma pater Bethleem
Ariph pater Bethgader
52 fuerunt autem filii Sobal patris Ca-
riathiarim qui videbat dimidium
requietionum
53 et de cognatione Cariathiarim Ieth-
rei et Apphutei et Semathei et Ma-
serei
ex his egressi sunt Saraitae et Estha-
olitae
54 filii Salma Bethleem et Netophathi
coronae domus Ioab et dimidium
requietionis Sarai
55 cognationes quoque scribarum ha-
bitantium in Iabis canentes atque
resonantes et in tabernaculis com-
morantes
hii sunt Cinei qui venerunt de calore
patris domus Rechab
3 David vero hos habuit filios qui ei 1—4: II Sm 3,2–5
nati sunt in Hebron
primogenitum Amnon ex Achinaam I Sm 27,3!
Iezrahelitide
secundum Danihel de Abigail Car-
melitide
2 tertium Absalom filium Maacha fi-
liae Tholmei regis Gessur II Sm 3,3; 13,37
quartum Adoniam filium Aggith
3 quintum Saphatiam ex Abital
sextum Iethraam de Egla uxore sua
4 sex ergo nati sunt ei in Hebron ubi
regnavit septem annis et sex mensi- 29,27; II Sm 2,11; 5,5; III Rg 2,11
bus
triginta autem et tribus annis regna-
vit in Hierusalem
5 porro in Hierusalem nati sunt ei filii 5—8: 14,4–7; II Sm 5,14–16
Samaa et Sobab et Nathan et Sa-
lomon quattuor de Bethsabee filia II Sm 11,3
Amihel
6 Iebaar quoque et Elisama 7 et Eli-
phalet et Noge et Napheg et Iaphie
8 nec non Elisama et Heliade et Eli-
phalet novem
9 omnes hii filii David absque filiis
concubinarum habuerunt sororem II Sm 13,1
Thamar
10 filius autem Salomonis Roboam cu- 10—19: Mt 1,7–12
ius Abia filius genuit Asa
de hoc quoque natus est Iosaphat
11 pater Ioram IV Rg 11,2
qui Ioram genuit Ohoziam ex quo
ortus est Ioas
12 et huius Amasias filius genuit Aza- IV Rg 15,1

AGC ΣΛDSΦ cr

39 helles²] *praem.* et c; + autem A. | 41 icamian² + autem c | 47 filii + autem c. | 52 autem *om.* G || 3,1 ~ nati sunt ei CΣS | primogenitus CΣ. | iezrahelitide Λ cr𝔐] israhelitide *cet.* | 5 in *om.* G | et¹·² *om.* CΣ. | 7 et² *om.* GCΣ | 8 nec non + et CΣ | 9 habueruntque c. | 11 ochoziam CΛ c; oziam AD |

riam
porro Azariae filius Ioatham [13]pro-
creavit Achaz patrem Ezechiae de
quo natus est Manasses
[14]sed et Manasses genuit Amon pat-
rem Iosiae
[15]filii autem Iosiae fuerunt primogeni-
tus Iohanan secundus Ioiacim ter-
tius Sedecias quartus Sellum
Ier 22,24 [16]de Ioiacim natus est Iechonias et Se-
decias
[17]filii Iechoniae fuerunt Asir Salathi-
hel [18]Melchiram Phadaia
Sennaser et Iecemia Sama et Na-
dabia
[19]de Phadaia orti sunt Zorobabel et
Semei
Zorobabel genuit Mosollam Ana-
niam et Salomith sororem eorum
[20]Asabamque et Ohol et Barachiam
et Asadiam Iosabesed quinque
[21]filius autem Ananiae Phaltias pater
Ieseiae cuius filius Raphaia
huius quoque filius Arnam de quo
natus est Obdia cuius filius fuit Se-
chenia
II Esr 3,29 [22]filius Secheniae Semeia
cuius filii Attus et Iegal et Baria et
Naaria et Saphat sex numero
[23]filius Naariae Helioenai et Ezechias
et Ezricam tres
[24]filii Helioenai Oduia et Heliasub et
Pheleia et Accub et Iohanan et Da-
laia et Anani septem
Gn 46,12 **4** filii Iuda Phares Esrom et Carmi et
Ur et Subal
[2]Reaia vero filius Subal genuit Ieth
de quo nati sunt Ahimai et Laed
hae cognationes Sarathi
[3]ista quoque stirps Hetam Iezrahel et
Iesema et Iedebos
nomenque sororis eorum Asalel-
phuni
[4]Phunihel autem pater Gedor et Ezer
pater Osa
isti sunt filii Ur primogeniti Ephrata
patris Bethleem
[5]Asur vero patris Thecue erant duae 2,24
uxores Halaa et Naara
[6]peperit autem ei Naara Oozam et
Epher et Themani et Asthari
isti sunt filii Naara
[7]porro filii Halaa Sereth Isaar et Eth-
nan
[8]Cos autem genuit Anob et Sobaba
et cognationem Aral filii Arum
[9]fuit autem Iabes inclitus prae fratri-
bus suis
et mater eius vocavit nomen illius Ia-
bes dicens
quia peperi eum in dolore
[10]invocavit vero Iabes Deum Israhel
dicens
si benedicens benedixeris mihi et di-
lataveris terminos meos
et fuerit manus tua mecum et feceris
me a malitia non opprimi
et praestitit Deus quae precatus est
[11]Chaleb autem frater Suaa genuit
Machir qui fuit pater Esthon
[12]porro Esthon genuit Bethrapha et
Phesse et Thena patrem urbis Naas
hii sunt viri Recha
[13]filii autem Cenez Othonihel et Sa-
raia
porro filii Othonihel Athath [14]et Ma-
onathi genuit Ophra
Saraias autem genuit Ioab patrem
vallis Artificum
ibi quippe artifices erant
[15]filii vero Chaleb filii Iephonne Hir et
Hela et Nahem
filiique Hela et Cenez
[16]filii quoque Iallelel Ziph et Zipha
Thiria et Asrahel
[17]et filii Ezra Iether et Mered et Epher

AGC ΣΛDSΦ cr

15 ioa(c)im ACΣΛΦ cr, *item v.* 16 | 18 phadaias et CΣ. | 20 asabamque] hasaban quoque c | 21 abdia AΛDr | 22 saphat + sessa ACΣ, *cf. in* 𝔐 *vocem quae* sex *significat* | ~ numero sex AΛ | 23 filii A | 24 septem] octo A || 4,3 istae quoque stirpes CΣ. | nomen quoque GΣΛ c | 5 patri c | 6 ahasthari c | 8 aral] aharehel c. | 9 illius] eius A | 10 a *om.* A | 13 athath + et maonathi c | 14 et *om.* c | 15 filiique] filii quoque G c; filii Λ; filius CΣ. | et[3] *om.* CΣΛ c | 16 filius CΣ. | 17 et[1] *om.* A |

et Ialon
genuitque Mariam et Sammai et Iesba patrem Esthamo
18 uxor quoque eius Iudaia peperit Iared patrem Gedor et Heber patrem Soccho et Hicuthihel patrem Zano
hii autem filii Beththiae filiae Pharaonis quam accepit Mered
19 et filii uxoris Odaiae sororis Naham patris Ceila
Garmi et Esthamo qui fuit de Machathi
20 filii quoque Simon Amnon et Rena filius Anan et Thilon
et filii Iesi Zoeth et Benzoeth
21 filii Sela filii Iuda Her pater Lecha et Laada pater Maresa
et cognationes Domus operantium byssum in domo Iuramenti
22 et Qui stare fecit solem virique Mendacii et Securus et Incendens
qui principes fuerunt in Moab et qui reversi sunt in Leem
haec autem verba vetera
23 hii sunt figuli habitantes in plantationibus et in praesepibus apud regem in operibus eius commoratique sunt ibi
Gn 46,10; Ex 6,15; Nm 26,12.13
24 filii Symeon Namuhel et Iamin Iarib Zara Saul
25 Sellum filius eius Mabsam filius eius Masma filius eius
26 filii Masma Amuhel filius eius Zacchur filius eius Semei filius eius
27 filii Semei sedecim et filiae sex
fratres autem eius non habuerunt filios multos
et universa cognatio non potuit adaequare summam filiorum Iuda
28—32: Ios 15,26–32 28—33: Ios 19,2–9
28 habitaverunt autem in Bersabee et
Molada et Asarsual 29 et in Ballaa
et in Asom et in Tholad 30 et in Ba-
thuhel et in Orma et in Siceleg 31 et
in Bethmarchaboth et in Asarsusim
et in Bethberai et in Saarim
hae civitates eorum usque ad regem David
32 villae quoque eorum Etham et Aen et Remmon et Thochen et Asan civitates quinque
33 et universi viculi eorum per circuitum civitatum istarum usque ad Baal
haec est habitatio eorum et sedum distributio
34 Masobab quoque et Iemlech
et Iosa filius Amasiae 35 et Iohel
et Ieu filius Iosabiae filii Saraiae filii Asihel
36 et Helioenai et Iacoba et Isuaia et Asaia et Adihel et Isimihel et Banaia
37 Ziza quoque filius Sephei filii Allon filii Idaia filii Semri filii Samaia
38 isti sunt nominati principes in cognationibus suis
et in domo adfinitatum suarum multiplicati sunt vehementer
39 et profecti sunt ut ingrederentur in Gador usque ad orientem vallis
et ut quaererent pascua gregibus suis
40 inveneruntque pascuas uberes et valde bonas
et terram latissimam et quietam et fertilem
in qua ante habitaverunt de stirpe Ham
41 hii ergo venerunt quos supra descripsimus nominatim in diebus Ezechiae regis Iuda
et percusserunt tabernacula eorum et habitatores qui inventi fuerant ibi
et deleverunt eos usque in praesentem diem habitaveruntque pro eis
quoniam uberrimas ibidem pascuas reppererunt
42 de filiis quoque Symeon abierunt in

AGC ΣΛDSΦ cr

22 et[3]] est GΦ.; *om.* C. | incedens CΛΦ | ~ uetera uerba AΦ | 23 in[2] *om.* CΣ. | sepibus c | 31 haec GCΣS | 32 et[2] *om.* c. | 38 in domum CΣ. | 40 habitauerant ΣDSΦc | 41 eos] eum G; eam Φ | ~ pascuas ibidem c. |

montem Seir viri quingenti
habentes principes Phaltiam et Nahariam et Raphaiam et Ozihel filios Iesi
[43]et percusserunt reliquias quae evadere potuerant Amalechitarum
et habitaverunt ibi pro eis usque ad diem hanc
5 filii quoque Ruben primogeniti Israhel
ipse quippe fuit primogenitus eius
Gn 49,4 sed cum violasset torum patris sui data sunt primogenita eius filiis Ioseph filii Israhel
et non est ille reputatus in primogenitum
[2]porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos de stirpe eius principes germinati sunt
primogenita autem reputata sunt Ioseph
Gn 46,9; Ex 6,14; Nm 26,5.6 [3]filii ergo Ruben primogeniti Israhel
Enoch et Phallu Esrom et Charmi
[4]filii Iohel Samaia filius eius Gog filius eius Semei filius eius [5]Micha filius eius Reeia filius eius Baal filius eius [6]Beera filius eius
quem captivum duxit Theglathphalnasar rex Assyriorum
et fuit princeps in tribu Ruben
[7]fratres autem eius et universa cognatio quando numerabantur per familias suas
habuerunt principes Ieihel et Zacchariam
[8]porro Bala filius Azaz filii Samma filii Iohel ipse habitavit in Aroer usque ad Nebo et Beelmeon
[9]contra orientalem quoque plagam habitavit usque ad introitum heremi et flumen Eufraten
multum quippe iumentorum numerum possidebat in terra Galaad
[10]in diebus autem Saul proeliati sunt contra Agareos et interfecerunt illos
habitaveruntque pro eis in tabernaculis eorum
in omni plaga quae respicit ad orientem Galaad
[11]filii vero Gad e regione eorum habitaverunt in terra Basan usque Selcha
[12]Iohel in capite et Saphan secundus
Ianai autem et Saphat in Basan
[13]fratres vero eorum secundum domos cognationum suarum
Michahel et Mosollam et Sebe et Iori et Iachan et Zie et Heber septem
[14]hii filii Abiahil filii Uri filii Iaro filii Galaad filii Michahel filii Iesesi filii Ieddo filii Buz
[15]fratres quoque filii Abdihel filii Guni princeps domus in familiis suis
[16]et habitaverunt in Galaad et in Basan et in viculis eius
et in cunctis suburbanis Saron usque ad terminos
[17]omnes hii numerati sunt in diebus Ioatham regis Iuda et in diebus Hieroboam regis Israhel
[18]filii Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse
viri bellatores scuta portantes et gladios
et tendentes arcum eruditique ad proelia quadraginta quattuor milia et septingenti sexaginta
procedentes ad pugnam [19]dimicaverunt contra Agarenos
Iturei vero et Naphei et Nodab [20]praebuerunt eis auxilium
traditique sunt in manus eorum Agareni
et universi qui fuerant cum eis
quia Deum invocaverunt cum proeliarentur
et exaudivit eos eo quod credidis-

42 filios] filius ΛS; filium CΣ | 43 potuerunt CS; poterant ΛDΦ | ibi *om.* S; ~ pro eis ibi CΣ ‖ 5,1 israhelis[1] Λ | 4 eius[1] *om.* GΣ. | 7 cognatio + eius c | 9 possidebant c | 10 agarenos CΣ | 11 in terram CΣS. | 15 principes ΛCΣ | 18 quadraginta + et ΛD | 19 agareos c. | naphis c. | 20 in manibus CΣS | agarei c. | et[2] *om.* Λ |

AGC ΣΛDSΦ cr

sent in eum
21 ceperuntque omnia quae possederant
camelorum quinquaginta milia et
ovium ducenta quinquaginta milia
asinos duo milia et animas hominum centum milia
22 vulnerati autem multi corruerunt
fuit enim bellum Domini
habitaveruntque pro eis usque ad
transmigrationem
23 filii quoque dimidiae tribus Manasse
possederunt terram
a finibus Basan usque Baalhermon
et Sanir et montem Hermon
ingens quippe numerus erat
24 et hii fuerunt principes domus cognationis eorum
Epher et Iesi et Helihel Ezrihel et
Hieremia et Odoia et Iedihel
viri fortissimi et potentes et nominati duces in familiis suis
Idc 10,13! IV Rg 17,8! 15; II Par 28,6 25 reliquerunt autem Deum patrum suorum
et fornicati sunt post deos populorum terrae quos abstulit Dominus
coram eis
IV Rg 15,29; 17,6; 18,11 26 et suscitavit Deus Israhel spiritum
Ful regis Assyriorum
et spiritum Theglathphalnasar regis
Assur
et transtulit Ruben et Gad et dimidium tribus Manasse
et adduxit eos in Alae et Abor et
Ara et fluvium Gozan usque ad
diem hanc
6,16! Ex 6,16; Nm 3,17! 6 filii Levi Gersom Caath Merari
18; 23,12; Nm 3,19! 2 filii Caath Amram Isaar Hebron et
Ozihel
23,13; Nm 26,59.60 3 filii Amram Aaron Moses et Maria
24,1; Ex 6,23! Nm 3,2 filii Aaron Nadab et Abiu Eleazar
et Ithamar
4—9: 50–53 4 Eleazar genuit Finees et Finees genuit Abisue
4—14: I Esr 7,1–5 5 Abisue vero genuit Bocci et Bocci
genuit Ozi
6 Ozi genuit Zaraiam et Zaraias genuit Meraioth
7 porro Meraioth genuit Amariam et
Amarias genuit Ahitob
8 Ahitob genuit Sadoc Sadoc genuit II Sm 8,17; III Rg 4,2
Achimaas
9 Achimaas genuit Azariam Azarias
genuit Iohanan 10 Iohanan genuit
Azariam
ipse est qui sacerdotio functus est in
domo quam aedificavit Salomon in
Hierusalem
11 genuit autem Azarias Amariam et
Amarias genuit Ahitob
12 Ahitob genuit Sadoc et Sadoc genuit
Sellum
13 Sellum genuit Helciam et Helcias
genuit Azariam
14 Azarias genuit Saraiam et Saraias
genuit Iosedec
15 porro Iosedec egressus est quando
transtulit Dominus Iudam et Hierusalem per manus Nabuchodonosor IV Rg 24,14
16 filii ergo Levi Gersom Caath et Merari I! 23,6 16—19: Ex 6,16–19! Nm 26,57.58!
17 et haec nomina filiorum Gersom Lobeni et Semei 23,7
18 filii Caath Amram et Isaar et Hebron et Ozihel 2! 23,12
19 filii Merari Mooli et Musi
hae autem cognationes Levi secundum familias eorum
20 Gersom Lobeni filius eius Iaath filius eius Zamma filius eius 21 Ioaa
filius eius Addo filius eius Zara filius
eius Iethrai filius eius
22 filii Caath Aminadab filius eius Core
filius eius Asir filius eius 23 Helcana Ex 6,24
filius eius Abiasaph filius eius Asir
filius eius 24 Thaath filius eius Urihel filius eius Ozias filius eius Saul
filius eius

AGC ΣΛDSΦ cr 21 milia² + et c. | 23 et sanir et montem hermon *om.* C | 24 helihel + et ΣΛDΦc | 25 dominus] deus c. | 26 dimidiam tribum c | alae] lalae G.; lahela c. | et in abor Λc || 6,1 caath + et c | 3 abiu + et GΛ | 5 et bocci] bocci A; *om.* S. | 7 et *om.* A | 8 sadoc¹ + et AΣc | achimaas—12 genuit² *om.* A | 13 et *om.* CΦ | 16 [*hic incip. cap.* 6 𝔐] | 19 haec GCDS |

25 filii Helcana Amasai et Ahimoth
26 Helcana
filii Helcana Sophai filius eius Naath
filius eius 27 Heliab filius eius Hie-
34; I Sm 1,1 roam filius eius Helcana filius eius
28 filii Samuhel primogenitus Vasseni
et Abia
29 filii autem Merari Mooli Lobeni fi-
lius eius Semei filius eius Oza filius
eius 30 Samaa filius eius Aggia filius
eius Asaia filius eius
16,4 31 isti sunt quos constituit David super
cantores domus Domini ex quo
conlocata est arca
32 et ministrabant coram tabernaculo
testimonii canentes
donec aedificaret Salomon domum
Domini in Hierusalem
stabant autem iuxta ordinem suum
in ministerio
33 hii vero sunt qui adsistebant cum
filiis suis
15,17 de filiis Caath Heman cantor filius
27; I Sm 1,1 Iohel filii Samuhel 34 filii Helcana
filii Hieroam filii Helihel filii Thou
35 filii Suph filii Helcana filii Maath
filii Amasai 36 filii Helcana filii Io-
hel filii Azariae filii Sophoniae 37 fi-
lii Thaath filii Asir filii Abiasaph
filii Core 38 filii Isaar filii Caath filii
Levi filii Israhel
15,17 39 et fratres eius Asaph qui stabat a
dextris eius
Asaph filius Barachiae filii Samaa
40 filii Michahel filii Basiae filii Mel-
chiae 41 filii Athnai filii Zara filii
Adaia 42 filii Ethan filii Zamma filii
Semei 43 filii Ieth filii Gersom filii
Levi
15,17 44 filii autem Merari fratres eorum ad
sinistram
Ethan filius Cusi filii Abdi filii Ma-
loch 45 filii Asabiae filii Amasiae
filii Helciae 46 filii Amasai filii Bon-
ni filii Somer 47 filii Mooli filii Musi
filii Merari filii Levi
48 fratres quoque eorum Levitae
qui ordinati sunt in cunctum minis-
terium tabernaculi domus Domini
49 Aaron vero et filii eius adolebant in- 23,13! Ex 30,7!
censum super altare holocausti
et super altare thymiamatis in omne
opus sancti sanctorum
et ut precarentur pro Israhel iuxta
omnia quae praecepit Moses ser-
vus Dei
50 hii sunt autem filii Aaron Eleazar 50—53: 4–9;
filius eius Finees filius eius Abisue 1 Esr 7,2–5
filius eius 51 Bocci filius eius Ozi
filius eius Zaraia filius eius 52 Me-
raioth filius eius Amaria filius eius
Ahitob filius eius 53 Sadoc filius eius
Achimaas filius eius
54 et haec habitacula eorum per vicos 54—60: Ios 21,9–19
atque confinia
filiorum scilicet Aaron iuxta cogna-
tiones Caathitarum
ipsis enim sorte contigerat
55 dederunt igitur eis Hebron in terra
Iuda et suburbana eius per circui-
tum
56 agros autem civitatis et villas Cha-
leb filio Iephonne
57 porro filiis Aaron dederunt civitates
ad confugiendum
Hebron et Lobna et suburbana eius
58 Iether quoque et Esthmo cum sub-
urbanis suis
sed et Helon et Dabir cum subur-
banis suis
59 Asan quoque et Bethsemes et sub-
urbana eorum
60 de tribu autem Beniamin Gabee et
suburbana eius et Almath cum sub-
urbanis suis
Anathoth quoque cum suburbanis
suis
omnes civitates tredecim per cogna-

26 helcana¹] *praem.* et c | 27 ~ helcana filius eius hieroam CΣ. | 29 filii] filius C | 31 conlata est A | 32 in ministerium CΣ. | 35 filii³—36 helcana *om.* A | 39 fratris CΣ.; frater c | stabant CΛ | 49 praeceperat c. | dei] domini ΛΣ. | 50 autem *om.* CΣ. | 54 habitacula] tabernacula CΣ. | contigerat ACDr.𝔐𝔊] contigerant *cet.* | 59 earum CΛc |

AGC ΣΛDSΦ cr

tiones suas
61—64: Ios 21,5-8 61 filiis autem Caath residuis de cognatione sua
dederunt ex dimidia tribu Manasse in possessionem urbes decem
62 porro filiis Gersom per cognationes suas de tribu Isachar et de tribu Aser et de tribu Nepthali et de tribu Manasse in Basan urbes tredecim
63 filiis autem Merari per cognationes suas de tribu Ruben et de tribu Gad et de tribu Zabulon
dederunt sorte civitates duodecim
64 dederunt quoque filii Israhel Levitis civitates et suburbana earum
65 dederuntque per sortem ex tribu filiorum Iuda et ex tribu filiorum Symeon et ex tribu filiorum Beniamin
urbes has quas vocaverunt nominibus suis
66 et his qui erant ex cognatione filiorum Caath
fueruntque civitates in terminis eorum de tribu Ephraim
67 dederunt ergo eis urbes ad confugiendum
Sychem cum suburbanis suis in monte Ephraim et Gazer cum suburbanis suis
68 Hicmaam quoque cum suburbanis suis et Bethoron similiter
69 nec non et Helon cum suburbanis suis et Gethremmon in eundem modum
70 porro ex dimidia tribu Manasse Aner et suburbana eius
Balaam et suburbana eius
his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant
71—81: Ios 21,27-40 71 filiis autem Gersom de cognatione dimidiae tribus Manasse
Dt 4,43 Gaulon in Basan et suburbana eius
et Astharoth cum suburbanis suis
72 de tribu Isachar
Cedes et suburbana eius et Dabereth cum suburbanis suis
73 Ramoth quoque et suburbana illius et Anem cum suburbanis suis
74 de tribu vero Aser
Masal cum suburbanis suis et Abdon similiter
75 Acac quoque et suburbana eius et Roob cum suburbanis suis
76 porro de tribu Nepthali
Cedes in Galilea et suburbana eius
Amon cum suburbanis suis et Cariathaim et suburbana eius
77 filiis autem Merari residuis
de tribu Zabulon
Remmono et suburbana eius et Thabor cum suburbanis suis
78 trans Iordanem quoque ex adverso Hiericho contra orientem Iordanis Dt 4,43
de tribu Ruben
Bosor in solitudine cum suburbanis suis et Iasa cum suburbanis suis
79 Cademoth quoque et suburbana eius et Miphaath cum suburbanis suis
80 nec non de tribu Gad Dt 4,43
Ramoth in Galaad et suburbana eius et Manaim cum suburbanis suis
81 sed et Esbon cum suburbanis eius et Iezer cum suburbanis suis
7 porro filii Isachar Thola et Phua Iasub et Samaron quattuor Gn 46,13 1—5: Nm 26,23-25
2 filii Thola Ozi et Raphaia et Ierihel et Iemai et Iebsem et Samuhel
principes per domos cognationum suarum de stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus David viginti duo milia sescenti
3 filii Ozi Iezraia de quo nati sunt Michahel et Obadia et Iohel et Iesia

AGC ΣΛDSΦ cr 61 filii GDS | de cognatione sua] cognationibus suis CΣ. | 62 et^{3} *om.* CΣ. | 63 sortem CΣSΦ; sortes A | 64 eorum GDS | 65 et$^{1.2}$ *om.* C | 66 ex] de c. | 70 eius^{2}] illius Λ DSΦr | 73 illius] eius A c | 75 eius + ramoth quoque et suburbana eius et anem cum suburbanis suis A, *ex v.*73 | 78 aduerso] transuerso CΣ. | in solitudinem AS | et—suis^{2} *om.* G | 80 nec non + et GΣDSΦc | 81 eius] suis GCΣΦc || 7,1 filiis G | 2 princeps G | 3 obadia] madia A |

quinque omnes principes
4 cumque eis per familias et populos
suos accincti ad proelium viri for-
tissimi triginta sex milia
multas enim habuere uxores et filios
5 fratresque eorum per omnem co-
gnationem Isachar robustissimi ad
pugnandum octoginta septem milia
numerati sunt
8,1–5; Gn 46,21 6 Beniamin Bale et Bochor et Iadihel
6—10: Nm 26,38–40 tres
7 filii Bale Esbon et Ozi et Ozihel et
Ierimoth et Urai quinque
principes familiarum et ad pugnan-
dum robustissimi
numerus autem eorum viginti duo
milia et triginta quattuor
8 porro filii Bochor Zamira et Ioas et
Eliezer et Helioenai et Amri et Ie-
rimoth et Abia et Anathoth et Al-
mathan
omnes hii filii Bochor
9 numerati sunt autem per familias
suas principes cognationum ad bel-
la fortissimi viginti milia et ducenti
10 porro filii Iadihel Balan
filii autem Balan Hieus et Beniamin
et Ahoth et Chanana et Iothan et
Tharsis et Haisaar
11 omnes hii filii Iadihel
principes cognationum suarum viri
fortissimi decem et septem milia
et ducenti ad proelium procedentes
12 Sephan quoque et Apham filii Hir
et Asim filii Aer
Gn 46,24.25; Nm 26,48.49 13 filii autem Nepthali Iasihel et Guni
et Asar et Sellum filii Balaa
14—19: Nm 26,29–33; Ios 17,1–3 14 porro filius Manasse Esrihel
concubinaque eius syra peperit Ma-
chir patrem Galaad
15 Machir autem accepit uxores filiis
suis Happhim et Sepham
et habuit sororem nomine Maacha
nomen autem secundi Salphaad
nataeque sunt Salphaad filiae
16 et peperit Maacha uxor Machir fili-
um vocavitque nomen eius Phares
porro nomen fratris eius Sares et filii
eius Ulam et Recem
17 filius autem Ulam Badan
hii sunt filii Galaad filii Machir filii
Manasse
18 soror autem eius Regina peperit vi-
rum Decorum et Abiezer et Moola
19 erant autem filii Semida Ahin et Se-
chem et Leci et Aniam
20 filii autem Ephraim Suthala Bareth Nm 26,35
filius eius Thaath filius eius Elada
filius eius Thaath filius eius
et huius filius Zabad
21 et huius filius
Suthala et huius filius Ezer et Elad
occiderunt autem eos viri Geth indi-
genae
quia descenderant ut invaderent pos-
sessiones eorum
22 luxit igitur Ephraim pater eorum
multis diebus
et venerunt fratres eius ut consola-
rentur eum
23 ingressusque est ad uxorem suam
quae concepit et peperit filium
et vocavit nomen eius Beria eo quod
in malis domus eius ortus esset
24 filia autem eius fuit Sara
quae aedificavit Bethoron inferio-
rem et superiorem et Ozensara
25 porro filius eius Rapha et Reseph et
Thale de quo natus est Thaan
26 qui
genuit Laadan
huius quoque filius Ammiud genuit
Elisama
27 de quo ortus est Nun qui habuit fi-

4 cumque] et cum CΣ; cum S | habuerunt c | 5 fratres quoque A c; et fratres S. | robus- AGC
tissimi + atque CΣ. | 6 beniamin] *praem.* filii ACΣ c; *praem.* filii quoque S. | 7 triginta + ΣΛDSΦ
et A | 8 et abia et anathoth *om.* G | 9 autem *om.* AC | cognationum + et A.; + suarum cr
c | 10 iothan] zethan c. | 11 et[2] *om.* A | 13 asar] ieser c. | 15 uxorem G | 16 filii]
filius AS. | 20 suthala] sunt thala GDΦ | et *om.* c. | 21 filius[1] *om.* A | filius[2] *om.*
AS. | indigne CDΦ | quia + geth A | descenderunt A; ascenderant Λ | 23 ortus est
ADΦ | 24 filii GD | 26 ammiud + qui c; + ammiud S. |

lium Iosue
28 possessio autem eorum et habitatio
Bethel cum filiabus suis
et contra orientem Noran
ad occidentalem plagam Gazer et
filiae eius
Sychem quoque cum filiabus suis
usque Aza et filias eius
Ios 17,11! 29 iuxta filios quoque Manasse Bethsan
et filias eius Thanach et filias eius
Mageddo et filias eius Dor et filias
eius
in his habitaverunt filii Ioseph filii
Israhel
30.31: Gn 46,17; Nm 26,44–46 30 filii Aser Iomna et Iesua et Isui et
Baria et Sara soror eorum
31 filii autem Baria Heber et Melchihel
ipse est pater Barzaith
32 Heber autem genuit Iephlat et Somer et Otham et Suaa sororem eorum
33 filii Iephlat Phosech et Chamaal et
Asoth
hii filii Iephlat
34 porro filii Somer Ahi et Roaga et
Iaba et Aram
35 filii autem Helem fratris eius Supha
et Iemna et Selles et Amal
36 filii Supha Sue Arnaphed et Sual et
Beri et Iamra
37 Bosor et Od et Samma et Salusa et
Iethran et Bera
38 filii Iether Iephonne et Phaspha et
Ara
39 filii autem Olla Aree et Anihel et
Resia
40 omnes hii filii Aser
principes cognationum electi atque
fortissimi duces ducum
numerus autem eorum aetatis quae
apta esset ad bellum viginti sex
milia
1–5: 7,6.7; Gn 46,21; Nm 26,38–40 8 Beniamin autem genuit Bale primogenitum suum Asbal secundum
Ohora tertium 2 Nuaha quartum
et Rapha quintum
3 fueruntque filii Bale Addaor et Gera
et Abiud
4 Abisue quoque et Neman et Ahoe
5 sed et Gera et Sephuphan et Uram
6 hii sunt filii Aod principes cognationum habitantium in Gabaa
qui translati sunt in Manath
7 Nooman autem et Achia et Gera
ipse transtulit eos et genuit Oza et
Ahiud
8 porro Saarim genuit in regione Moab postquam dimisit Usim et Bara
uxores suas
9 genuit autem de Edes uxore sua Iobab et Sebia et Mosa et Molchom
10 Iehus quoque et Sechia et Marma
hii sunt filii eius principes in familiis
suis
11 Meusim vero genuit Abitob et Elphaal
12 porro filii Elphaal Heber et Misaam
et Samad
hic aedificavit Ono et Lod et filias
eius
13 Bara autem et Samma principes cognationum habitantium in Aialon
hii fugaverunt habitatores Geth
14 et Haio et Sesac et Ierimoth 15 et Zabadia et Arod et Eder
16 Michahel quoque et Iespha et Ioaa
filii Baria
17 et Zabadia et Mosollam et Ezeci et
Heber 18 et Iesamari et Iezlia et Iobab filii Elphaal
19 et Iacim et Zechri et Zabdi 20 et Helioenai et Selethai et Helihel 21 et
Adaia et Baraia et Samarath filii
Semei
22 et Iesphan et Heber et Helihel 23 et
Abdon et Zechri et Hanan 24 et Anania et Ailam et Anathothia 25 et
Iephdaia et Phanuhel filii Sesac

AGC ΣΛDSΦ cr

28 contra orientalem CΣ. | ad] ac c. | usque + ad c. | et filias ACr] et filius Σ; et filiabus GΛDSΦ; cum filiabus c | 29 thanach et filias eius *om.* AS | 34 roaga] goaza CΣ | 40 bellum] proelium CΣ. || 8,4 et neman] eneman ΛD. | et² *om.* CΣ. | 8 in regionem C | 10 iebus ACΣ; iesus S. | 15 et arod — 17 zabadia *om.* A |

26 et Samsari et Sooria et Otholia 27 et
Iersia et Helia et Zechri filii Ieroam
28 hii patriarchae et cognationum principes qui habitaverunt in Hierusalem
29—38: 9,35–44 29 in Gabaon autem habitaverunt Abigabaon et nomen uxoris eius Maacha
30 filiusque eius primogenitus Abdon et Sur et Cis et Baal et Nadab
31 Gedor quoque et Ahio et Zacher
32 et Macelloth genuit Samaa
habitaveruntque ex adverso fratrum suorum in Hierusalem cum fratribus suis
I Sm 9,2! 33 Ner autem genuit Cis et Cis genuit Saul
I Sm 14,49; 31,2 porro Saul genuit Ionathan et Melchisuae et Abinadab et Esbaal
9,40; II Sm 4,4! 9,12 34 filius autem Ionathan Meribbaal et Meribbaal genuit Micha
35 filii Micha Phithon et Melech et Thara et Ahaz
36 et Ahaz genuit Ioada et Ioada genuit Almoth et Azmoth et Zamari
porro Zamari genuit Mosa
37 et Mosa genuit Baana cuius filius fuit Rapha
de quo ortus est Elasa qui genuit Asel
38 porro Asel sex filii fuere his nominibus Ezricam Bochru Ismahel Saria Abadia Anan
omnes hii filii Asel
39 filii autem Esec fratris eius
Ulam primogenitus et Us secundus et Eliphalet tertius
40 fueruntque filii Ulam viri robustissimi et magno robore tendentes arcum
et multos habentes filios ac nepotes
usque ad centum quinquaginta
omnes hii filii Beniamin
9 universus ergo Israhel dinumeratus
est et summa eorum scripta est in II Par 16,11!
libro regum Israhel et Iuda
translatique sunt in Babylonem propter delictum suum IV Rg 24,16
2 qui autem habitaverunt primi in possessionibus et in urbibus suis Israhel et sacerdotes Levitae et Nathinnei 2—17: II Esr 11,3–19
3 commorati sunt in Hierusalem de filiis Iuda et de filiis Beniamin
de filiis quoque Ephraim et Manasse
4 Othei filius Amiud filius Emri filii Omrai filii Bonni
de filiis Phares filii Iuda 5 et de Siloni
Asaia primogenitus et filii eius
6 de filiis autem Zara Ieuhel et fratres eorum sescenti nonaginta
7 porro de filiis Beniamin Salo filius Mosollam filii Oduia filii Asana
8 et Iobania filius Hieroam
et Hela filius Ozi filii Mochori
et Mosollam filius Saphatiae filii Rahuhel filii Iebaniae
9 et fratres eorum per familias suas nongenti quinquaginta sex
omnes hii principes cognationum per domos patrum suorum
10 de sacerdotibus autem Iedaia Ioiarib et Iachin
11 Azarias quoque filius Helciae filii Mosollam filii Sadoc filii Maraioth filii Ahitob pontifex domus Dei
12 porro Adaias filius Hieroam filii Phasor filii Melchia
et Masaia filius Adihel filii Iezra filii Mosollam filii Mosollamoth filii Emmer
13 fratres quoque eorum principes per

27 ieroam] eorum ACΣD. | 29 abigabaon + et iaihel CΣ, *cf. infra* 9,35 | 30 filius quoque GC | baal + et ner CΣ., *cf. infra* 9,36 | 32 macelloth + et macelloth A c; + machelloth quoque CΣ. | 36 et azmoth et] et halmoth genuit C | 37 raphaim CΣ.; raphaia Φ | 38 fuerunt CΛS c | abadia] obdia et c | 39 et us] et iehus c.; eius et us A | 40 fuerunt quoque D.: fuerunt AΣ. | quinquaginta cr𝔐𝔊] + milia *cet.* ‖ 9,1 translati sunt A | in babylone CΣ. | 2 sacerdotes + et CΣΛ c | 3 et[1] *om.* CΣ | 4 filius[2]] filii Φ c | filii[1]] filius A | 5 filius AD | 7 beniamin + in AD. | 10 (ioi)aribus CΣD | 11 dei] domini A |

AGC ΣΛDSΦ cr

familias suas mille septingenti sexa-
ginta fortissimi robore
ad faciendum opus ministerii in do-
mo Dei
14 de Levitis autem Semeia filius Assub
filii Ezricam filii Asebiu de filiis
Merari
15 Bacbacar quoque carpentarius et
Galal
et Mathania filius Micha filii Zechri
filii Asaph
16 et Obdia filius Semeiae filii Galal
filii Idithun
et Barachia filius Asa filii Helcana
qui habitavit in atriis Netophathi
I Esr 2,42 17 ianitores autem Sellum et Acub et
Telmon et Ahiman
et frater eorum Sellum princeps
18 usque ad illud tempus in porta Regis
ad orientem observabant per vices
suas de filiis Levi
19 Sellum vero filius Core filii Abiasaph
filii Core cum fratribus suis et do-
mo patris sui
hii sunt Coritae super opera minis-
terii
custodes vestibulorum tabernaculi
et familiae eorum per vices castro-
rum Domini custodientes introi-
tum
Ios 22,13! 20 Finees autem filius Eleazar erat dux
eorum coram Domino
26,2 21 porro Zaccharias filius Mosollamia
ianitor portae tabernaculi testimo-
nii
22 omnes hii electi in ostiarios per por-
tas ducenti duodecim et descripti
in villis propriis
quos constituerunt David et Samu-
hel videns in fide sua
23 tam ipsos quam filios eorum in ostiis
domus Domini et in tabernaculo
vicibus suis
24 per quattuor ventos erant ostiarii id
est ad orientem et ad occidentem
ad aquilonem et ad austrum
25 fratres autem eorum in viculis mo-
rabantur
et veniebant in sabbatis suis de tem-
pore usque ad tempus
26 his quattuor Levitis creditus erat
omnis numerus ianitorum
et erant super exedras et thesauros
domus Domini
27 per gyrum quoque templi Domini
morabantur in custodiis suis
ut cum tempus fuisset ipsi mane ape-
rirent fores
28 de horum grege erant et super vasa
ministerii
ad numerum enim et inferebantur
vasa et efferebantur
29 de ipsis et qui credita habebant uten-
silia sanctuarii praeerant similae et
vino et oleo et turi et aromatibus
30 filii autem sacerdotum unguenta ex
aromatibus conficiebant
31 et Matthathias Levites primogenitus
Sellum Coritae praefectus erat eo-
rum quae in sartagine frigebantur
32 porro de filiis Caath fratribus eorum
super panes erant propositionis
ut semper novos per singula sab- Lv 24,8
bata praepararent
33 hii sunt principes cantorum per fa-
milias Levitarum qui in exedris mo-
rabantur
ita ut die et nocte iugiter suo minis-
terio deservirent
34 capita Levitarum per familias suas
principes manserunt in Hierusalem
35 in Gabaon autem commorati sunt 35—44: 8,29–38
pater Gabaon Iaihel
et nomen uxoris eius Maacha
36 filius primogenitus eius Abdon et
Sur et Cis et Baal et Ner et Nadab
37 Gedor quoque et Ahio et Zaccharias
et Macelloth

AGC ΣΛDSΦ cr

13 dei] domini AΣSΦ | 14 filii[1] Σcr𝔐] et filii *cet.* | 21 mosollam ACΣ | 24 occidentem + et AGc | 25 et inueniebant A | 26 erant] erat A | 27 domini *om.* AD. | 28 grege] genere GΦc | 31 eorum] omnium A | 33 ita *om.* c. | et] ac c. | suo *om.* C |

38 porro Macelloth genuit Semmaam
isti habitaverunt e regione fratrum suorum in Hierusalem cum fratribus suis
I Sm 9,2! 39 Ner autem genuit Cis et Cis genuit Saul
I Sm 14,49; 31,2 et Saul genuit Ionathan et Melchisuae et Abinadab et Esbaal
8,34; II Sm 4,4! 40 filius autem Ionathan Meribbaal et Meribbaal genuit Micha
41 porro filii Micha Phiton et Malech et Thara
42 Ahaz autem genuit Iara
et Iara genuit Alamath et Azmoth et Zamri
et Zamri genuit Mosa 43 Mosa vero genuit Baana
cuius filius Raphaia genuit Elasa de quo ortus est Esel
44 porro Esel sex filios habuit his nominibus Ezricam Bochru Ismahel Saria Obdia Anan
hii filii Esel
1–12: I Sm 31,1–13 **10** Philisthim autem pugnabant contra Israhel
fugeruntque viri Israhel Palestinos
II Sm 1,19! et ceciderunt vulnerati in monte Gelboe
2 cumque adpropinquassent Philisthei persequentes Saul et filios eius
percusserunt Ionathan et Abinadab et Melchisuae filios Saul
3 et adgravatum est proelium contra Saul
inveneruntque eum sagittarii et vulneraverunt iaculis
Idc 9,54 4 et dixit Saul ad armigerum suum
evagina gladium tuum et interfice me
ne forte veniant incircumcisi isti et inludant mihi
noluit autem armiger eius hoc facere timore perterritus
arripuit igitur Saul ensem et inruit in eum
5 quod cum vidisset armiger eius videlicet mortuum esse Saul
inruit etiam ipse in gladium suum et mortuus est
6 interiit ergo Saul et tres filii eius et omnis domus illius pariter concidit
7 quod cum vidissent viri Israhel qui habitabant in campestribus fugerunt
et Saul ac filiis eius mortuis dereliquerunt urbes suas et huc illucque dispersi sunt
veneruntque Philisthim et habitaverunt in eis
8 die igitur altero detrahentes Philisthim spolia caesorum
invenerunt Saul et filios eius iacentes in monte Gelboe
9 cumque spoliassent eum et amputassent caput armisque nudassent miserunt in terram suam
ut circumferretur et ostenderetur idolorum templis et populis
10 arma autem eius consecraverunt in fano dei sui
et caput adfixerunt in templo Dagon
11 hoc cum audissent viri Iabesgalaad
omnia scilicet quae Philisthim fecerunt super Saul
12 consurrexerunt singuli virorum fortium
et tulerunt cadavera Saul et filiorum eius
adtuleruntque ea in Iabes
et sepelierunt ossa eorum subter quercum quae erat in Iabes
et ieiunaverunt septem diebus
13 mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas
eo quod praevaricatus sit mandatum Domini quod praeceperat et I Sm 13,13

41 thara + et achaz CΣc, *cf. supra* 8,35 | 42 et zamri²] zamri autem c.; *om.* Φ | 44 hii + sunt c. || 10,1 pugnabat CΣD. | uiri] filii CΣS; *om.* D. | 3 eum + uiri CΣ | 4 igitur] ergo c. | 5 ~ mortuum uidelicet esse CΣ.; ~ uidelicet esse mortuum DΦ | 6 omnes CS | 7 filius eius mortuus C; filii eius mortui A; filios eius mortuos Σ. | reliquerunt CΣ. | 9 circumferrentur CD | 11 fecerant GCΣc | 12 cadauer AΣ |

AGC ΣΛDSΦ cr

non custodierit illud
1 Sm 28,7 sed insuper etiam pythonissam con-
suluerit
14 nec speraverit in Domino
12,23! II Sm 3,10! propter quod et interfecit eum
et transtulit regnum eius ad David
filium Isai
1—3: II Sm 5,1–3 **11** congregatus est igitur omnis Isra-
hel ad David in Hebron dicens
Gn 2,23! os tuum sumus et caro tua
2 heri quoque et nudius tertius cum
adhuc regnaret Saul tu eras qui
educebas et introducebas Israhel
tibi enim dixit Dominus Deus tuus
Ez 34,23! tu pasces populum meum Israhel et
tu eris princeps super eum
3 venerunt ergo omnes maiores natu
Israhel ad regem in Hebron
et iniit David cum eis foedus coram
Domino
unxeruntque eum regem super Isra-
hel iuxta sermonem Domini quem
locutus est in manu Samuhel
4—9: II Sm 5,5–10 4 abiit quoque David et omnis Israhel
Idc 19,10! in Hierusalem haec est Iebus
Ios 15,63! ubi erant Iebusei habitatores terrae
5 dixeruntque qui habitabant in Iebus
ad David
non ingredieris huc
porro David cepit arcem Sion quae
est civitas David
6 dixitque omnis qui percusserit Ie-
buseum in primis erit princeps et
dux
18,15; II Sm 8,16 ascendit igitur primus Ioab filius
Sarviae et factus est princeps
7 habitavit autem David in arce
et idcirco appellata est civitas David
8 aedificavitque urbem in circuitu a
Mello usque ad gyrum
Ioab autem reliqua urbis extruxit
9 proficiebatque David vadens et cres-
cens
et Dominus exercituum erat cum eo

10 hii principes virorum fortium David 10—41: II Sm 23,8–39
qui adiuverunt eum ut rex fieret su-
per omnem Israhel
iuxta verbum Domini quod locutus
est ad Israhel
11 et iste numerus robustorum David
Iesbaam filius Achamoni princeps
inter triginta
iste levavit hastam suam super tre-
centos vulneratos una vice
12 et post eum Eleazar filius patrui eius
Ahoites qui erat inter tres potentes
13 iste fuit cum David in Aphesdom- I Sm 17,1!
mim quando Philisthim congregati
sunt ad locum illum in proelium
et erat ager regionis illius plenus
hordeo
fugeratque populus a facie Philis-
thinorum
14 hic stetit in medio agri et defendit
eum
cumque percussisset Philistheos de-
dit Dominus salutem magnam po-
pulo suo
15 descenderunt autem tres de triginta
principibus ad petram in qua erat
David ad speluncam Odollam
quando Philisthim fuerant castra- 14,9; II Sm 5,18!
metati in valle Raphaim
16 porro David erat in praesidio et sta-
tio Philisthinorum in Bethleem
17 desideravit igitur David et dixit
o si quis daret mihi aquam de cis-
terna Bethleem quae est in porta
18 tres ergo isti per media castra Phi-
listhinorum perrexerunt
et hauserunt aquam de cisterna Beth-
leem quae erat in porta
et adtulerunt ad David ut biberet
qui noluit sed magis libavit illam
Domino 19 dicens
absit ut in conspectu Dei mei hoc fa-
ciam et sanguinem virorum isto-
rum bibam

AGC ΣΛDSΦ cr

14 et[1] *om.* c || **11**,2 pascis AS. | meum] tuum C.; *om.* AS. | 3 domini *om.* A | 9 proficiebat dauid CΣ. | 14 hi steterunt ... defenderunt c | percussissent Σc | 15 speluncam modollam ΑΣΦ | castrametati] congregati CΣ. | 17 aqua G.; *om.* A | 19 ~ istorum uirorum c |

quia in periculo animarum suarum
adtulerunt mihi aquam
et ob hanc causam noluit bibere
haec fecerunt tres robustissimi
20 Abisai quoque frater Ioab ipse erat
princeps trium
et ipse levavit hastam suam contra
trecentos vulneratos
et ipse erat inter tres nominatissimus
21 inter tres secundos inclitus et prin-
ceps eorum
verumtamen usque ad tres primos
non pervenerat
27,5.6! 22 Banaia filius Ioiadae viri robustissi-
mi qui multa opera perpetrarat de
Capsehel
ipse percussit duos Arihel Moab
et ipse descendit et interfecit leonem
in media cisterna tempore nivis
23 et ipse percussit virum aegyptium
cuius statura erat quinque cubito-
rum
et habebat lanceam ut liciatorium
texentium
descendit ergo ad eum cum virga
et rapuit hastam quam tenebat manu
et interfecit eum hasta sua
27,5.6! 24 haec fecit Banaia filius Ioiada
qui erat inter tres robustos nomina-
tissimus 25 inter triginta primus
verumtamen ad tres usque non per-
venerat
posuit autem eum David ad auricu-
lam suam
26 porro fortissimi in exercitu
Asahel frater Ioab
et Eleanan filius patrui eius de Beth-
leem
27 Semmoth Arorites
Helles Phallonites
28 Iras filius Acces Thecuites
27,11; II Sm 21,18; 23,27 Abiezer Anathothites
29 Sobbochai Asothites
Ilai Ahoites
30 Marai Netophathites
Heled filius Baana Netophathites
31 Ethai filius Ribai de Gabaath filio-
rum Beniamin
Banaia Pharathonites
32 Uri de torrente Gaas
Abial Arabathites
Azmoth Bauramites
Eliaba Salabonites
33 filii Asom Gezonites
Ionathan filius Sega Ararites
34 Ahiam filius Sachar Ararites
35 Eliphal filius Ur
36 Apher Mechurathites
Ahia Phellonites
37 Asrai Carmelites
Noorai filius Azbi
38 Iohel frater Nathan
Mabar filius Agarai
39 Sellec Ammonites
Noorai Berothites armiger Ioab filii
Sarviae
40 Iras Iethreus
Gareb Iethreus
41 Urias Ettheus
Zabad filius Ooli
42 Adina filius Seza Rubenites prin-
ceps Rubenitarum et cum eo tri-
ginta
43 Hanan filius Maacha
et Iosaphat Mathanites
44 Ozias Astharothites
Semma et Iaihel filii Hotam Aroe-
rites
45 Iedihel filius Samri et Ioha frater
eius Thosaites
46 Elihel Maumites
et Ieribai et Iosaia filii Elnaem
et Iethma Moabites
Elihel et Obed et Iasihel de Masobia
12 hii quoque venerunt ad David in
Siceleg cum adhuc fugeret Saul
filium Cis
qui erant fortissimi et egregii pugna-

20 in tres AD. | 21 et inter c. | secundos AΣcr𝔐] secundus *cet.* | primus GDS | 23 ergo] igitur c | 24 ioiadae GΣSΦc | nominatissimos CΣD | 25 primos CΛD | ~ usque ad tres G | 26 fortissimi + uiri DΦc | elchanan c | 29 asothites] husathites c. | 32 uri] uiri AG | 37 asrai] hesro c. | 39 filius CΦ ||

AGC ΣΛDSΦ cr

tores 2 tendentes arcum
et utraque manu fundis saxa iacien-
tes et dirigentes sagittas
de fratribus Saul ex Beniamin
3 princeps Ahiezer et Ioas filii Sam-
maa Gabathites
et Iazihel et Phallet filii Azmoth
et Baracha et Ieu Anathothites
4 Samaias quoque Gabaonites fortissi-
mus inter triginta et super triginta
Hieremias et Iezihel et Iohanan et
Iezbad Gaderothites
5 Eluzai et Ierimuth et Baalia et Sa-
maria et Saphatia Aruphites
6 Helcana et Iesia et Azrahel et Ioezer
et Iesbaam de Careim
7 Ioeela quoque et Zabadia filii Iero-
am de Gedor
8 sed et de Gaddi transfugerunt ad
David cum lateret in deserto
viri robustissimi et pugnatores opti-
mi tenentes clypeum et hastam
facies eorum quasi facies leonis
et veloces quasi capreae in montibus
9 Ezer princeps Obdias secundus
Eliab tertius 10 Masmana quartus
Hieremias quintus 11 Hetthi sextus
Helihel septimus 12 Iohanan octa-
vus
Helzebad nonus 13 Hieremias deci-
mus Bachannai undecimus
14 hii de filiis Gad principes exercitus
novissimus centum militibus prae-
erat et maximus mille
Ios 3,15! 15 isti sunt qui transierunt Iordanem
mense primo
quando inundare consuevit super ri-
pas suas
et omnes fugaverunt qui moraban-
tur in vallibus ad orientalem pla-
gam et occidentalem
16 venerunt autem et de Beniamin et de
Iuda ad praesidium in quo mora-
batur David
17 egressusque est David obviam eis et
ait
si pacifice venistis ad me ut auxilie-
mini mihi cor meum iungatur vobis
si autem insidiamini mihi pro adver-
sariis meis cum ego iniquitatem in
manibus non habeam
videat Deus patrum nostrorum et
iudicet
18 spiritus vero induit Amessai princi- IV Rg 19,7! II Par 20,14; 24,20
pem inter triginta et ait
tui sumus o David et tecum fili Isai
pax
pax tibi et pax adiutoribus tuis
te enim adiuvat Deus tuus
suscepit ergo eos David et constituit
principes turmae
19 porro de Manasse transfugerunt ad
David
quando veniebat cum Philisthim ad-
versum Saul ut pugnaret
et non dimicavit cum eis
quia inito consilio remiserunt eum
principes Philisthinorum dicentes
periculo capitis nostri revertetur ad I Sm 29,4
dominum suum Saul
20 quando igitur reversus est in Siceleg I Sm 30,1.26
transfugerunt ad eum de Manasse
Ednas et Iozabad et Iedihel et Mi-
chahel et Iozabad et Heliu et Sa-
lathi
principes milium in Manasse
21 hii praebuerunt auxilium David ad-
versum latrunculos
omnes enim erant viri fortissimi et
facti sunt principes in exercitu
22 sed et per singulos dies veniebant ad
David ad auxiliandum ei
usque dum fieret grandis numerus
quasi exercitus Dei
23 iste quoque est numerus principum
exercitus qui venerunt ad David

AGC ΣΛDSΦ cr

12,2 ex] et A | 3 principes C | 4 et super triginta *om.* G | 5 et luzai CΣ; et eluzai c. | 8 caprae A; capra S. | 13 bachannai] machannai Λ.; machbanai c. | 14 princeps A | 15 et² + ad GΦ | 17 pacifici GC | uenitis GΛDΦ | ~ iniquitatem ego CΣ. | 18 amasai c. | 20 michahel + et nas DΦ; + et ednas c. | milium] militum GCΣΦ | 21 in exercitum GD | 23 uenerant CS |

cum esset in Hebron
10,14: I Sm 15.28! 28,17! II Sm 3,10 ut transferrent regnum Saul ad eum
iuxta verbum Domini
24 filii Iuda portantes clypeum et hastam sex milia octingenti expediti ad proelium
25 de filiis Symeon virorum fortissimorum ad pugnandum septem milia centum
26 de filiis Levi quattuor milia sescenti
27 Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron et cum eo tria milia septingenti
28 Sadoc etiam puer egregiae indolis et domus patris eius principes viginti duo
29 de filiis autem Beniamin fratribus Saul tria milia
magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul
30 porro de filiis Ephraim viginti milia octingenti
fortissimi robore viri nominati in cognationibus suis
31 et ex dimidia parte tribus Manasse decem et octo milia singuli per nomina sua
venerunt ut constituerent regem David
32 de filiis quoque Isachar viri eruditi
qui norant singula tempora ad praecipiendum quid facere deberet Israhel principes ducenti
omnis autem reliqua tribus eorum consilium sequebatur
33 porro de Zabulon qui egrediebantur ad proelium
et stabant in acie instructi armis bellicis quinquaginta milia
venerunt in auxilium non in corde duplici
34 et de Nepthali principes mille
et cum cis instructa clypeo et hasta triginta septem milia
35 de Dan etiam praeparata ad proelium viginti octo milia sescentorum
36 et de Aser egredientes ad pugnam et in acie provocantes quadraginta milia
37 trans Iordanem autem de filiis Ruben et Gad et dimidia parte tribus Manasse instructa armis bellicis centum viginti milia
38 omnes isti viri bellatores et expediti ad pugnandum corde perfecto venerunt in Hebron
ut constituerent regem David super universum Israhel
sed et omnes reliqui ex Israhel uno corde erant ut rex fieret David
39 fueruntque ibi apud David tribus diebus comedentes et bibentes
praeparaverunt enim eis fratres sui
40 sed et qui iuxta eos erant usque ad Isachar et Zabulon et Nepthalim adferebant panes
in asinis et camelis et mulis et bubus ad vescendum
farinam palatas uvam passam vinum oleum boves arietes ad omnem copiam
gaudium quippe erat in Israhel
13 iniit autem consilium David cum tribunis et centurionibus et universis principibus
2 et ait ad omnem coetum Israhel
si placet vobis et a Domino Deo nostro egreditur sermo quem loquor
mittamus ad fratres nostros reliquos in universas regiones Israhel
et ad sacerdotes et Levitas qui habitant in suburbanis urbium ut congregentur ad nos
3 et reducamus arcam Dei nostri ad

23 transferret GC | 25 septem] sex C | 27 tria] septem A | 31 parte tribus] tribu c. | 32 nouerant ΛDSΦc | sequebantur ACr | 34 mille + centum CΣ. | instructi ACΣcr; structa D. | triginta + et c | 35 praeparati ACΣcr | uiginti] triginta CΣ. | sexcenti c | 37 et¹ + de GΛDSΦc | instructi ACΣcr | 38 ~ uiri isti CΣ. | et¹ *om.* c | et constituerunt CΣ. | 39 praeparauerant GDSΦc | 40 boues + et A || 13,2 et⁴ + ad G | ut] et CΣ. | 3 nostri *om.* CΦ |

AGC ΣΛDSΦ cr

nos
non enim requisivimus eam in diebus Saul
4 et respondit universa multitudo ut ita fieret
placuerat enim sermo omni populo
5—14: II Sm 6,1–11 5 congregavit ergo David cunctum Israhel a Sior Aegypti usque dum ingrediaris Emath
ut adduceret arcam Dei de Cariathiarim
6 et ascendit David et omnis vir Israhel ad collem Cariathiarim quae est in Iuda
ut adferrent inde arcam Dei Domini sedentis super cherubin ubi invocatum est nomen eius
I Sm 6,11 7 inposueruntque arcam Dei super plaustrum novum de domo Aminadab
Oza autem et fratres eius minabant plaustrum
8 porro David et universus Israhel ludebant coram Deo omni virtute
I Sm 10,5! in canticis et in citharis et psalteriis et tympanis et cymbalis et tubis
9 cum autem pervenissent ad aream Chidon
tetendit Oza manum suam ut sustentaret arcam
bos quippe lasciviens paululum inclinaverat eam
10 iratus est itaque Dominus contra Ozam
et percussit eum eo quod contigisset arcam
et mortuus est ibi coram Deo
11 contristatusque David eo quod divisisset Dominus Ozam
vocavit locum illum Divisio Oza usque in praesentem diem
12 et timuit Deum tunc temporis dicens
quomodo possum ad me introducere arcam Dei
13 et ob hanc causam non eam adduxit ad se hoc est in civitatem David
sed avertit in domum Obededom Getthei
14 mansit ergo arca Dei in domo Obededom tribus mensibus
et benedixit Dominus domui eius et omnibus quae habebat
14 misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad David II Par 2,3; II Sm 5,11.12; III Rg 5,1
et ligna cedrina et artifices parietum lignorumque ut aedificarent ei domum
2 cognovitque David eo quod confirmasset eum Dominus in regem super Israhel
et sublevatum esset regnum suum super populum eius Israhel
3 accepit quoque David alias uxores in Hierusalem genuitque filios et filias 3—7: II Sm 5,13–16
4 et haec nomina eorum qui nati sunt ei in Hierusalem 4—7: 3,5–8
Sammu et Sobab Nathan et Salomon 5 Iebar et Helisu et Eliphaleth
6 Noga quoque et Napheg et Iaphiae
7 Elisama et Baliada et Eliphaleth
8 audientes autem Philisthim eo quod unctus esset David in regem super universum Israhel 8—16: II Sm 5,17–25
ascenderunt omnes ut quaererent eum
quod cum audisset David egressus est obviam eis
9 porro Philisthim venientes diffusi sunt in valle Raphaim 11,15!
10 consuluitque David Deum dicens
si ascendam ad Philistheos si trades eos in manu mea
et dixit ei Dominus

AGC ΣΛDSΦ cr

5 cunctum + populum CΣ. | 6 omnes uiri CΣDΦ; omnis G | quae] qui c | adferret GΛΦ c; auferret DS. | ~ domini dei CΣΦ c | 7 abinadab S c. | frater S c. | 8 in[2] *om.* GCΣ | 10 tetigisset DΦ c | coram deo AG𝔐] coram domino *cet.* | 11 contristatusque + est Σ c | uocauitque c | ozae c | 12 deum] dominum CΣ | 13 ~ adduxit eam c. | in ciuitate ACD | 14 in domum CΦ | **14**,1 aedificaret G | 2 eo *om.* c | israhel[2] *om.* C | 7 et elisama CΣ. | 10 deum] dominum ΣΦ c | philistheos + et CΛ c | ei *om.* CΣ. |

ascende et tradam eos in manu tua
11 cumque illi ascendissent in Baalpharasim percussit eos ibi David et dixit
Is 28,21 divisit Deus inimicos meos per manum meam sicuti dividuntur aquae
et idcirco vocatum est nomen loci illius Baalpharasim
12 dereliqueruntque ibi deos suos quos David iussit exuri
13 alia etiam vice Philisthim inruerunt et diffusi sunt in valle
14 consuluitque rursum David Deum et dixit ei Deus
non ascendas post eos recede ab eis et venies contra illos ex adverso pirorum
15 cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pirorum
tunc egredieris ad bellum
egressus est enim Deus ante te ut percutiat castra Philisthim
16 fecit ergo David sicut praeceperat ei Deus
et percussit castra Philisthinorum de Gabaon usque Gazera
17 divulgatumque est nomen David in universis regionibus
et Dominus dedit pavorem eius super omnes gentes
15 fecit quoque sibi domos in civitate David
II Sm 6,17! et aedificavit locum arcae Dei tetenditque ei tabernaculum
2 tunc dixit David
Dt 10,8! inlicitum est ut a quocumque portetur arca Dei
nisi a Levitis quos elegit Dominus ad portandum eam et ad ministrandum sibi usque in aeternum
II Sm 6,2! 3 congregavitque universum Israhel in Hierusalem
12; I Sm 5,11! II Par 1,4 ut adferretur arca Dei in locum suum quem praeparaverat ei
4 nec non et filios Aaron et Levitas
5 de filiis Caath Urihel princeps fuit et fratres eius centum viginti
6 de filiis Merari Asaia princeps et fratres eius ducenti viginti
7 de filiis Gersom Iohel princeps et fratres eius centum triginta
8 de filiis Elisaphan Semeias princeps et fratres eius ducenti
9 de filiis Hebron Elihel princeps et fratres eius octoginta
10 de filiis Ozihel Aminadab princeps et fratres eius centum duodecim
11 vocavitque David Sadoc et Abiathar sacerdotes
et Levitas Urihel Asaiam Iohel Semeiam Elihel et Aminadab
12 et dixit ad eos
vos qui estis principes familiarum leviticarum sanctificamini cum fratribus vestris
et adferte arcam Domini Dei Israhel 3!
ad locum qui ei praeparatus est
13 ne ut a principio quia non eratis praesentes percussit nos Dominus sic et nunc fiat
inlicitum quid nobis agentibus
14 sanctificati sunt ergo sacerdotes et Levitae ut portarent arcam Domini Dei Israhel Dt 31,9!
15 et tulerunt filii Levi arcam Dei sicut praeceperat Moses iuxta verbum Domini umeris suis in vectibus
16 dixit quoque David principibus Levitarum ut constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum I Sm 10,5! II Esr 12,27; I Mcc 13,51
nablis videlicet et lyris et cymbalis
ut resonaret in excelsum sonitus laetitiae
17 constitueruntque Levitas Heman filium Iohel 6,33
et de fratribus eius Asaph filium Barachiae 6,39
de filiis vero Merari fratribus eorum 6,44

11 ascenderent A | ~ illius loci c. | 12 dereliquerunt autem CΣ.; dereliquerunt SΦ | 13 etiam] autem CΣ | 14 ueniens GC. || 15,5 centum] ducenti GΦ | 10 centum duodecim] octoginta A | 12 paratus GCΣ | 16 dixitque GDΦ c | in excelso S; in excelsis c |

AGC ΣΛDSΦ cr

Ethan filium Casaiae
18 et cum eis fratres eorum in secundo ordine
Zacchariam et Ben et Iazihel et Semiramoth et Iahihel et Ani
Eliab et Banaiam et Maasiam et Matthathiam et Eliphalu et Macheniam et Obededom et Ieihel ianitores
19 porro cantores Heman Asaph et Ethan in cymbalis aeneis concrepantes
20 Zaccharias autem et Ozihel et Semiramoth et Iahihel et Ani et Eliab et Maasias et Banaias in nablis arcana cantabant
21 porro Matthathias et Eliphalu et Machenias et Obededom et Ieihel et Ozaziu in citharis pro octava canebant επινικιον
26,29 22 Chonenias autem princeps Levitarum prophetiae praeerat ad praecinendam melodiam
erat quippe valde sapiens
23 et Barachias et Helcana ianitores arcae
24 porro Sebenias et Iosaphat et Nathanahel et Amasai et Zaccharias et Banaias et Eliezer sacerdotes
16,6; Nm 10,8! II Par 5,12; 7,6 clangebant tubis coram arca Dei
et Obededom et Ahias erant ianitores arcae
25—16,3: II Sm 6,12–19 25 igitur David et maiores natu Israhel et tribuni
ierunt ad deportandam arcam foederis Domini de domo Obededom cum laetitia
26 cumque adiuvisset Deus Levitas qui portabant arcam foederis Domini
immolabantur septem tauri et septem arietes
27 porro David erat indutus stola byssina et universi Levitae qui portabant arcam
cantoresque et Chonenias princeps prophetiae inter cantores
David autem indutus erat etiam ephod lineo I Sm 2,18
28 universusque Israhel deducebant arcam foederis Domini
in iubilo et sonitu bucinae et tubis et cymbalis et nablis et citharis concrepantes
29 cumque pervenisset arca foederis Domini usque ad civitatem David
Michol filia Saul prospiciens per fenestram
vidit regem David saltantem atque ludentem et despexit eum in corde suo
16 adtulerunt igitur arcam Dei et constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei David
et obtulerunt holocausta et pacifica coram Deo II Sm 6,17.18!
2 cumque conplesset David offerens holocausta et pacifica benedixit populo in nomine Domini
3 et divisit universis per singulos a viro usque ad mulierem
tortam panis et partem assae carnis bubulae et frixam oleo similam
4 constituitque coram arca Domini de Levitis qui ministrarent et recordarentur operum eius 6,31.32
et glorificarent atque laudarent Dominum Deum Israhel
5 Asaph principem et secundum eius Zacchariam
porro Iahihel et Semiramoth et Ieihel et Matthathiam et Eliab et Banaiam et Obededom et Ieihel super organa psalterii et lyras
Asaph autem ut cymbalis personaret
6 Banaiam vero et Azihel sacerdotes canere tuba iugiter coram arca foederis Domini 15,24!
7 in illo die fecit David principem ad

AGC ΣΛDSΦ cr — 18 ani + et CΣ | 20 et ani] et anani C.; et ethani A | 21 επινικιον *om.* A | 22 praeerat + et GCΣΦ | 24 in tubis A | arcae + dei CΣ. | 25 et[1] + omnes Φc | 26 deus] dominus G | 27 cantoresque—cantores] cantatores C. | ~ etiam indutus erat DΦc | 28 deducebat GCA || **16**,5 et[8] *om.* c. |

confitendum Domino Asaph et
fratres eius
Is 12,4 8 confitemini Domino invocate nomen
8—22: Ps 104,1–15 eius
24! Ps 9,12 notas facite in populis adinventiones
illius
29,13! Idc 5,3! Tb 12,18! 20! Ps 26,6! 94,2; 99,4! 9 canite ei et psallite et narrate omnia
mirabilia eius
10 laudate nomen sanctum eius laetetur cor quaerentium Dominum
11 quaerite Dominum et virtutem eius
quaerite faciem eius semper
Dt 6,22! Iob 5,9! 12 recordamini mirabilium eius quae
fecit signorum illius et iudiciorum
oris eius
Is 41,8! 13 semen Israhel servi eius filii Iacob
electi illius
14 ipse Dominus Deus noster in universa terra iudicia eius
15 recordamini in sempiternum pacti
eius sermonis quem praecepit in
mille generationes
16 quem pepigit cum Abraham et iuramenti illius cum Isaac
17 et constituit illud Iacob in praeceptum et Israhel in pactum sempiternum
Ex 32,13! 18 dicens tibi dabo terram Chanaan
funiculum hereditatis vestrae
Gn 34,30! 19 cum essent pauci numero parvi et
coloni eius
20 et transierunt de gente in gentem et
de regno ad populum alterum
21 non dimisit quemquam calumniari
eos sed increpuit pro eis reges
Ps 104,15! 22 nolite tangere christos meos et in
prophetis meis nolite malignari
Ps 65,1! 97,4; 99,2 23 canite Domino omnis terra adnuntiate ex die in diem salutare eius
23—33: Ps 95,1–13
8! Ps 104,1; 106,21! II Mcc 3,34 24 narrate in gentibus gloriam eius in
cunctis populis mirabilia illius
25 quia magnus Dominus et laudabilis
nimis et horribilis super omnes deos
26 omnes enim dii populorum idola
Dominus autem caelos fecit
27 confessio et magnificentia coram eo
fortitudo et gaudium in loco eius
28 adferte Domino familiae populorum Dt 32,3! Ps 21,28! 28,2; 95,7.8
adferte Domino gloriam et imperium
29 date Domino gloriam nomini eius Ios 7,19! Mal 2,2
levate sacrificium
et venite in conspectu eius et adorate
Dominum in decore sancto
30 commoveatur a facie illius omnis
terra ipse enim fundavit orbem inmobilem
31 laetentur caeli et exultet terra et dicant in nationibus Dominus regnavit
32 tonet mare et plenitudo eius exultent agri et omnia quae in eis sunt
33 tunc laudabunt ligna saltus coram
Domino quia venit iudicare terram I Sm 2,10!
34 confitemini Domino quoniam bonus 41! II Par 5,13; I Esr 3,11! Idt 13,21; Ps 105,1!
quoniam in aeternum misericordia
eius
35 et dicite salva nos Deus salvator noster et congrega nos et erue de gentibus Ps 105,47.48! Is 45,20
ut confiteamur nomini sancto tuo II Sm 22,50! II Esr 9,5; Ps 7,18! 68,31! 95,2
et exultemus in carminibus tuis
36 benedictus Dominus Deus Israhel
ab aeterno usque in aeternum
et dicat omnis populus amen et hymnus Domino
37 dereliquit itaque ibi coram arca foederis Domini Asaph et fratres eius
ut ministrarent in conspectu arcae
iugiter per singulos dies et vices
suas
38 porro Obededom et fratres eius sexaginta octo et Obededom filium
Idithun et Osa constituit ianitores
39 Sadoc autem sacerdotem et fratres
illius sacerdotes coram tabernaculo

AGC ΣΛDSΦ cr

8 domino + et CΣS c | illius GCΛ] eius *cet.* | 9 canite ACS r] cantate *cet.* | psallite + ei c | 10 nomine sancto C.; in nomine sancto S. | 13 illius GΛDΦ] eius *cet.* | 19 esset C | 21 increpauit AΛΦ cr | 23 cantate c | 24 illius GΛ] eius *cet.* | 25 et[2] *om.* C | 30 illius] eius S c. | 35 ~ tuo sancto Λ; sancto *om.* DΦ | 36 hymnos A.; hymnum Φ c | 37 reliquit A c. | ibi *om.* C | 38 octo] nouem A; septe D. | 39 illius] eius c. |

21,29! III Rg 3,4! Domini in excelso quod erat in Gabaon
Lv 10,19! Nm 28,3.4! 40 ut offerrent holocausta Domino super altare holocaustomatis iugiter mane et vespere
iuxta omnia quae scripta sunt in lege Domini quam praecepit Israheli
41 et post eum Heman et Idithun et reliquos electos unumquemque vocabulo suo
34! II Par 5,13! 7,3.6! 20,21 ad confitendum Domino quoniam in aeternum misericordia eius
42 Heman quoque et Idithun canentes tuba et quatientes cymbala et omnia musicorum organa ad canendum Deo
filios autem Idithun fecit esse portarios
II Sm 6,19.20! 43 reversusque est omnis populus in domum suam
et David ut benediceret etiam domui suae
1—27: II Sm 7,1-29 **17** cum autem habitaret David in domo sua dixit ad Nathan prophetam
ecce ego habito in domo cedrina arca autem foederis Domini sub pellibus est
2 et ait Nathan ad David
omnia quae in corde tuo sunt fac Deus enim tecum est
3 igitur nocte illa factus est sermo Dei ad Nathan dicens
4 vade et loquere David servo meo
haec dicit Dominus non aedificabis tu mihi domum ad habitandum
5 neque enim mansi in domo ex eo
I Sm 8,8! tempore quo eduxi Israhel usque ad hanc diem
sed fui semper mutans loca tabernaculi et in tentorio 6 manens cum omni Israhel
numquid locutus sum saltim uni iu-
II Sm 6,21! dicum Israhel quibus praeceperam ut pascerent populum meum et dixi
quare non aedificastis mihi domum cedrinam
7 nunc itaque sic loqueris ad servum meum David
haec dicit Dominus exercituum
ego tuli te cum in pascuis sequereris gregem ut esses dux populi mei Israhel
8 et fui tecum quocumque perrexisti
et interfeci omnes inimicos tuos coram te
fecique tibi nomen quasi unius magnorum qui celebrantur in terra
9 et dedi locum populo meo Israhel
plantabitur et habitabit in eo et ultra non commovebitur
nec filii iniquitatis adterent eos sicut a principio
10 ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israhel
et humiliavi universos inimicos tuos
adnuntio ergo tibi quod aedificatu- I Sm 2,35!
rus sit domum tibi Dominus
11 cumque impleveris dies tuos ut vadas ad patres tuos
suscitabo semen tuum post te quod III Rg 8,19
erit de filiis tuis
et stabiliam regnum eius
12 ipse aedificabit mihi domum et fir- 22,10; 28,6.7!
mabo solium eius usque in aeternum
13 ego ero ei in patrem et ipse erit mihi IV Esr 1,29
in filium
et misericordiam meam non auferam ab eo sicut abstuli ab eo qui ante te fuit
14 et statuam eum in domo mea et in regno meo usque in sempiternum
et thronus eius erit firmissimus in perpetuum
15 iuxta omnia verba haec et iuxta universam visionem istam sic locutus est Nathan ad David

AGC ΣΛDSΦ cr 39 domino G | 40 ~ uespere et mane CΣ. || 17,3 dei] domini CΣDSΦ | 5 eduxi + filios CΣ. | israhel + de terra aegypti CΣ | ~ diem hanc G c | 6 aedificasti AΛDΦr | 8 quocumque] ubicumque CΣ. | 9 nec] neque AD. | 10 ~ tibi dominus domum c |

16 cumque venisset rex David et sedisset
coram Domino dixit
quis ego sum Domine Deus et quae
domus mea ut praestares mihi talia
17 sed et hoc parum visum est in con-
spectu tuo
ideoque locutus es super domum
servi tui etiam in futurum
et fecisti me spectabilem super om-
nes homines Domine Deus meus
18 quid ultra addere potest David cum
ita glorificaveris servum tuum et
cognoveris eum 19 Domine propter
famulum tuum
iuxta cor tuum fecisti omnem mag-
nificentiam hanc
et nota esse voluisti universa mag-
nalia
20 Domine non est similis tui et non
est alius deus absque te ex omnibus
quos audivimus auribus nostris
21 quis autem est alius ut populus tuus
Israhel gens una in terra ad quam
perrexit Deus ut liberaret et faceret
populum sibi
et magnitudine sua atque terroribus
eiceret nationes a facie eius quem
de Aegypto liberarat
22 et posuisti populum tuum Israhel tibi
in populum usque in aeternum
et tu Domine factus es Deus eius
23 nunc igitur Domine sermo quem lo-
cutus es famulo tuo et super do-
mum eius confirmetur in perpetuum
et fac sicut locutus es
II Sm 7,26! 24 permaneatque et magnificetur no-
men tuum usque in sempiternum
et dicatur Dominus exercituum Deus
Israhel
et domus David servi eius perma-
nens coram eo
25 tu enim Domine Deus meus reve-
lasti auriculam servi tui ut aedifi-
cares ei domum
et idcirco invenit servus tuus fiduci-
am ut oret coram te
26 nunc ergo Domine tu es Deus et lo-
cutus es ad servum tuum tanta be-
neficia
27 et coepisti benedicere domui servi
tui ut sit semper coram te
te enim Domine benedicente bene-
dicta erit in perpetuum
18 factum est autem post haec ut per- 1—13: II Sm 8,1–14
cuteret David Philisthim et humili-
aret eos
et tolleret Geth et filias eius de manu
Philisthim
2 percuteretque Moab et fierent Moa-
bitae servi David offerentes ei mu-
nera
3 eo tempore percussit David etiam
Adadezer regem Suba regionis
Emath
quando perrexit ut dilataret impe-
rium suum usque ad flumen Eu-
fraten
4 cepit ergo David mille quadrigas
eius et septem milia equites ac vi-
ginti milia virorum peditum
subnervavitque omnes equos curru-
um exceptis centum quadrigis quas
reservavit sibi
5 supervenit autem et Syrus damasce-
nus ut auxilium praeberet Adade-
zer regi Suba
sed et huius percussit David viginti
duo milia virorum
6 et posuit milites in Damasco
ut Syria quoque serviret sibi et offer-
ret munera
adiuvitque eum Dominus in cunctis
ad quae perrexerat
7 tulit quoque David faretras aureas
quas habuerant servi Adadezer
et adtulit eas in Hierusalem
8 nec non de Thebath et Chun urbibus
Adadezer aeris plurimum

16 deus + meus CΣ. | 17 paruum AGΛS | expectabilem CΣDS | meus *om.* G c | 21 autem est] enim est Φ c: est autem C.; est enim Σ. | eicerent CD. | liberarat] liberaret A: liberaueras C.; liberasti S | 23 super domo AGΛ | in perpetuo GS. | 25 oraret A | 27 domine *om.* AΣ. **18**,4 equitum c | 6 in damascum A | 8 nec non – et CΣ | chun] cunctis CΣ | AGC ΣΛDSΦ cr

de quo fecit Salomon mare aeneum
et columnas et vasa aenea
9 quod cum audisset Thou rex Emath
percussisse videlicet David omnem
exercitum Adadezer regis Suba
10 misit Aduram filium suum ad regem
David ut postularet ab eo pacem
et congratularetur ei eo quod expugnasset et percussisset Adadezer
adversarius quippe Thou erat Adadezer
11 sed et omnia vasa aurea et argentea
et aenea consecravit rex David Domino
cum argento et auro quod tulerat ex
universis gentibus
tam de Idumea et Moab et filiis Ammon quam de Philisthim et Amalech
III Rg 11,15; II Par 25,11! 12 Abisai vero filius Sarviae percussit
Edom in valle Salinarum decem et
octo milia
13 et constituit in Edom praesidium ut
serviret Idumea David
salvavitque Dominus David in cunctis ad quae perrexerat
14—17: II Sm 8,15–18! III Rg 4,1–6 14 regnavit ergo David super universum Israhel
et faciebat iudicium atque iustitiam
cuncto populo suo
11,6 15 porro Ioab filius Sarviae erat super
15—17: II Sm 20,23–26 exercitum et Iosaphat filius Ahilud
a commentariis
24,6 16 Sadoc autem filius Ahitob et Ahimelech filius Abiathar sacerdotes
et Susa scriba
17 Banaias vero filius Ioiada super legiones Cherethi et Felethi
porro filii David primi ad manum
regis
1—19: II Sm 10,1–19 **19** accidit autem ut moreretur Naas
rex filiorum Ammon et regnaret
filius eius pro eo
2 dixitque David faciam misericordiam cum Hanon filio Naas
praestitit enim pater eius mihi gratiam
misitque David nuntios ad consolandum eum super morte patris sui
qui cum pervenissent in terram filiorum Ammon ut consolarentur Hanon
3 dixerunt principes filiorum Ammon
ad Hanon
tu forsitan putas quod David honoris causa in patrem tuum miserit
qui consolentur te
nec animadvertis quod ut explorent
et investigent et scrutentur terram
tuam venerint ad te servi eius
4 igitur Hanon pueros David decalvavit et rasit
et praecidit tunicas eorum a natibus
usque ad pedes et dimisit eos
5 qui cum abissent et hoc mandassent
David
misit in occursum eorum
grandem enim contumeliam sustinuerant
et praecepit ut manerent in Hiericho
donec cresceret barba eorum et
tunc reverterentur
6 videntes autem filii Ammon quod
iniuriam fecissent David tam Hanon quam reliquus populus
miserunt mille talenta argenti ut
conducerent sibi de Mesopotamia
et de Syria Macha et de Suba currus et equites
7 conduxeruntque triginta duo milia
curruum et regem Macha cum populo eius

AGC ΣΛDSΦ cr 9 ~ dauid uidelicet G | 10 eo[2] *om.* c. | et percussisset *om.* CD.; ~ percussisset et expugnasset c. | ~ erat thou CΣc | 11 rex *om.* AG.; ~ dauid rex c | 12 octo] nouem AΦ | 13 edom] eodem CD. | 14 suo *om.* A | 16 sacerdotis AD | 17 uero] autem A; quoque c | ioiadae CΣc || **19**,1 ~ pro eo filius eius A | 2 ~ mihi pater eius Cc | super mortem CΣ; post mortem DΦ | in terra ACΣS. | 3 consolarentur ΛDΦr; consolaretur C | ut *om.* AC. | uenerunt CΣΦ | 4 rasit + eis dimidias barbas C | et[2] *om.* GC. | 5 sustinuerunt C | 6 de[3] *om.* C | 7 eius] suo CΣ |

qui cum venissent castrametati sunt
e regione Medaba
filii quoque Ammon congregati de
urbibus suis venerunt ad bellum
8 quod cum audisset David misit Ioab
et omnem exercitum virorum fortium
9 egressique filii Ammon direxerunt
aciem iuxta portam civitatis
reges autem qui ad auxilium venerant separatim in agro steterunt
10 igitur Ioab intellegens bellum et ex
adverso et post tergum contra se
fieri
elegit viros fortissimos de universo
Israhel et perrexit contra Syrum
11 reliquam autem partem populi dedit
sub manu Abisai fratris sui
et perrexerunt contra filios Ammon
12 dixitque si vicerit me Syrus auxilio
eris mihi
sin autem superaverint te filii Ammon ero tibi in praesidium
13 confortare et agamus viriliter pro
populo nostro et pro urbibus Dei
nostri
Dominus autem quod in conspectu
suo bonum est faciet
14 perrexit ergo Ioab et populus qui
cum eo erat contra Syrum ad proelium et fugavit eos
15 porro filii Ammon videntes quod fugisset Syrus
ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem
eius et ingressi sunt civitatem
reversusque est etiam Ioab in Hierusalem
16 videns autem Syrus quod cecidisset coram Israhel
misit nuntios et adduxit Syrum qui
erat trans Fluvium
Sophach autem princeps militiae
Adadezer erat dux eorum
17 quod cum nuntiatum esset David
congregavit universum Israhel
et transivit Iordanem inruitque in
eos
et direxit ex adverso aciem illis contra pugnantibus
18 fugit autem Syrus Israhel
et interfecit David de Syris septem
milia curruum et quadraginta milia
peditum et Sophach exercitus principem
19 videntes autem servi Adadezer se ab
Israhel esse superatos
transfugerunt ad David et servierunt ei
noluitque ultra Syria auxilium praebere filiis Ammon

20 factum est autem post anni circulum eo tempore quo solent reges II Sm 11,1
ad bella procedere
congregavit Ioab exercitum et robur II Sm 12,26
militiae et vastavit terram filiorum
Ammon
perrexitque et obsedit Rabba
porro David manebat in Hierusalem
quando Ioab percussit Rabba et
destruxit eam
2 tulit autem David coronam Melchom de capite eius **2.3:** II Sm 12,30.31
et invenit in ea auri pondo talentum
et pretiosissimas gemmas
fecitque sibi inde diadema
manubias quoque urbis plurimas
tulit
3 populum autem qui erat in ea eduxit
et fecit super eos tribulas et trahas et
ferrata carpenta transire ita ut dissicarentur et contererentur
sic fecit David cunctis urbibus filiorum Ammon
et reversus est cum omni populo suo
in Hierusalem
4 post haec initum est bellum in Gazer II Sm 5,25; 8,1!
adversus Philistheos **4–8:** II Sm 21,18–22
in quo percussit Sobbochai Usathi-

7 c] in GS. | 9 auxilium + eius c | uenerunt AS | separati ACΦ. | 10 et¹ GCΣ] *om. cet.* | 12 si autem CΣD c | 13 uiriliter] fiducialiter CΣ. 19 nolueruntque AS; noluit D. | ultra syri Λ: syri ultra S. ‖ 20,1 autem *om.* AS. | obsedit] possedit AS. | 3 dissicerentur GΛDΦ | suo *om.* A |

AGC ΣΛDSΦ cr

tes Saphai de genere Raphaim et humiliavit eos
5 aliud quoque bellum gestum est adversum Philistheos
in quo percussit Adeodatus filius Saltus Lehemites fratrem Goliath Getthei
cuius hastae lignum erat quasi liciatorium texentium
6 sed et aliud bellum accidit in Geth
in quo fuit homo longissimus habens digitos senos id est simul viginti quattuor
qui et ipse de Rapha fuerat stirpe generatus
7 hic blasphemavit Israhel
et percussit eum Ionathan filius Sammaa fratris David
hii sunt filii Rapha in Geth qui ceciderunt in manu David et servorum eius
1—26: II Sm 24.1–25 **21** consurrexit autem Satan contra Israhel et incitavit David ut numeraret Israhel
2 dixitque David ad Ioab et ad principes populi
ite et numerate Israhel a Bersabee usque Dan et adferte mihi numerum ut sciam
3 responditque Ioab
augeat Dominus populum suum centuplum quam sunt
nonne domine mi rex omnes servi tui sunt
quare hoc quaerit dominus meus quod in peccatum reputetur Israheli
4 sed sermo regis magis praevaluit
egressusque est Ioab et circuivit universum Israhel
et reversus est Hierusalem 5 deditque David numerum eorum quos circumierat
et inventus est omnis Israhel numerus mille milia et centum milia virorum educentium gladium
de Iuda autem trecenta septuaginta milia bellatorum
6 nam Levi et Beniamin non numeravit eo quod invitus exsequeretur regis imperium 27.24
7 displicuit autem Deo quod iussum erat et percussit Israhel
8 dixitque David ad Deum
peccavi nimis ut hoc facerem
obsecro aufer iniquitatem servi tui quia insipienter egi
9 et locutus est Dominus ad Gad videntem David dicens
10 vade et loquere ad David et dic
haec dicit Dominus trium tibi optionem do
unum quod volueris elige et faciam tibi
11 cumque venisset Gad ad David dixit ei I Sm 22,5! II Sm 24.18
haec dicit Dominus elige quod volueris
12 aut tribus annis pestilentiam
aut tribus mensibus fugere te hostes tuos et gladium eorum non posse evadere
aut tribus diebus gladium Domini et mortem versari in terra et angelum Domini interficere in universis finibus Israhel
nunc igitur vide quid respondeam ei qui misit me
13 et dixit David ad Gad
ex omni parte me angustiae premunt II Sm 24.14; Dn 13.22.23; Sir 2.22
sed melius mihi est ut incidam in manus Domini quia multae sunt

AGC ΣADSΦ cr 5 bethleemites CΣΛ c | 6 ~ senos habens digitos c | raphaim CΣ, *item v.* 7 || **21**, 1 concitauit c. | 2 ad² *om.* GS. | 3 ioab + et dixit CΣ. | israhel GCDΦ | 5 dauidi c. | ~ israhel mille milia numerus D.; ~ numerus israel mille millia c | trecenta] quadringenta c. | 6 quod + ioab c. | 7 iussum erat] iusserat GΣΦ | 8 deum] dominum AAS | obsecro + domine CΣ. | 9 dauidis GD c; *om.* Σ. | 10 et dic *om.* G; + ei Φ c | 12 pestilentiam] famem cr; + famis CΣ | ~ te fugere CΣ c. | et¹] ut AS | possis AS | morte C; pestilentiam c. | in terram CΣ | 13 ~ est mihi G |

miserationes eius quam in manus
hominum
[14]misit ergo Dominus pestilentiam in
Israhel
et ceciderunt de Israhel septuaginta
milia virorum
[15]misit quoque angelum in Hierusa-
lem ut percuteret eam
cumque percuteretur vidit Dominus
et misertus est super magnitudinem
mali
et imperavit angelo qui percutiebat
sufficit iam cesset manus tua
porro angelus Domini stabat iuxta
aream Ornan Iebusei
[16]levansque David oculos suos vidit
angelum Domini stantem inter ter-
ram et caelum
et evaginatum gladium in manu eius
et versum contra Hierusalem
et ceciderunt tam ipse quam maiores
natu vestiti ciliciis et proni in terram
[17]dixitque David ad Deum
nonne ego sum qui iussi ut numera-
retur populus
II Sm 24,17! ego qui peccavi ego qui malum feci
iste grex quid commeruit
Domine Deus meus vertatur obsecro
manus tua in me et in domum pat-
ris mei
populus autem tuus non percutiatur
II Sm 24,11.12 [18]angelus autem Domini praecepit
I Sm 22,5! Gad ut diceret David
II Par 3,1! et ascenderet extrueretque altare Do-
mino Deo in area Ornan Iebusei
[19]ascendit ergo David iuxta sermonem
Gad quem locutus fuerat ex no-
mine Domini
[20]porro Ornan cum suspexisset et vi-
disset angelum quattuorque filii
eius cum eo absconderunt se
nam eo tempore terebat in area tri-
ticum
[21]igitur cum venisset David ad Ornan
conspexit eum Ornan et processit ei
obviam de area et adoravit illum
pronus in terram
[22]dixitque ei David
da mihi locum areae tuae ut aedifi-
cem in ea altare Domini
ita ut quantum valet argenti accipias
et cesset plaga a populo
[23]dixit autem Ornan ad David
tolle et faciat dominus meus rex
quodcumque ei placet
sed et boves do in holocaustum et
tribulas in ligna et triticum in sa-
crificium omnia libens praebeo
[24]dixitque ei rex David
nequaquam ita fiet sed argentum da-
bo quantum valet
neque enim tibi auferre debeo et sic
offerre Domino holocausta gratuita
[25]dedit ergo David Ornan pro loco sic-
los auri iustissimi ponderis sescen-
tos
[26]et aedificavit ibi altare Domino II Sm 24,25!
obtulitque holocausta et pacifica et
invocavit Dominum
et exaudivit eum in igne de caelo su- Lv 9,24!
per altare holocausti
[27]praecepitque Dominus angelo et
convertit gladium suum in vagi-
nam
[28]protinus ergo David videns quod
exaudisset eum Dominus in area
Ornan Iebusei immolavit ibi victi-
mas
[29]tabernaculum autem Domini quod
fecerat Moses in deserto et altare 16,39.40! II Par 1,3
holocaustorum
ea tempestate erat in excelso Gabaon
[30]et non praevaluit David ire ad altare
ut ibi obsecraret Deum
nimio enim fuerat timore perterritus
videns gladium angeli Domini

15 super magnitudine Λc | 16 inter] in GDS | ~ caelum et terram Φc | et[5] *om.* CΛΦ cr | 17 deum] dominum AΛ | numeraret AS. | 18 dauidi c. | et] ut c | 19 locutus + ei AΛScr | 21 ueniret GΦc | illum] eum DSΦc | 22 areae tuae] in area CΣ. | domino Σc | [*adest* l] | 23 faciet A | in[3] *om.* AG. | praebebo c.; offero Σ. | 24 argenlo A | 29 ea] eadem AS | 30 deum] dominum CΣSl | fuerat + in c. ||

AGC ΣΛDSΦ(l) cr

22 dixitque David haec est domus Dei
et hoc altare in holocaustum Israhel
II Par 2,17 2 et praecepit ut congregarentur omnes proselyti de terra Israhel
II Par 2,18! et constituit ex eis latomos ad caedendos lapides et poliendos ut aedificaretur domus Dei
3 ferrum quoque plurimum ad clavos ianuarum et ad commissuras atque iuncturas praeparavit David
et aeris pondus innumerabile
4 ligna quoque cedrina non poterant aestimari quae Sidonii et Tyrii deportaverant ad David
5 et dixit David
29,1.2; III Rg 3,7! Salomon filius meus puer parvulus est et delicatus
domus autem quam aedificari volo Domino talis esse debet ut in cunctis regionibus nominetur
14 praeparabo ergo ei necessaria
et ob hanc causam ante mortem suam omnes paravit inpensas
6 vocavitque Salomonem filium suum et praecepit ei ut aedificaret domum Domino Deo Israhel
7 dixitque David ad Salomonem
28,2; III Rg 5,5! 8,17.18! II Par 6,7 fili mi voluntatis meae fuit ut aedificarem domum nomini Domini Dei mei
8 sed factus est ad me sermo Domini dicens
multum sanguinem effudisti et plurima bella bellasti
28,3; III Rg 5,3 non poteris aedificare domum nomini meo tanto effuso sanguine coram me
9 filius qui nascetur tibi et erit vir quietissimus
II Sm 7,1! III Rg 4,24; 5,4 faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum
et ob hanc causam pacificus vocabitur
et pacem et otium dabo in Israhel cunctis diebus eius
10 ipse aedificabit domum nomini meo 17,12.13! 28,6.7! III Rg 5,5! 8,19
et ipse erit mihi in filium et ego ero ei in patrem
firmaboque solium regni eius super Israhel in aeternum
11 nunc ergo fili mi sit Dominus tecum et prosperare et aedifica domum Domino Deo tuo sicut locutus est de te
12 det quoque tibi Dominus prudentiam et sensum Dt 4,6!
ut regere possis Israhel et custodire legem Domini Dei tui
13 tunc enim proficere poteris si custodieris mandata et iudicia
quae praecepit Dominus Mosi ut doceret Israhel I Esr 7,10
confortare viriliter age ne timeas neque paveas Dt 31,6! Ios 1,7!
14 ecce ego in paupertatula mea praeparavi inpensas domus Domini 5; 29,2.19
auri talenta centum milia et argenti mille milia talentorum
aeris vero et ferri non est pondus
vincitur enim numerus magnitudine
ligna et lapides praeparavi ad universa inpendia
15 habes quoque plurimos artifices latomos et cementarios
artificesque lignorum et omnium artium ad faciendum opus prudentissimos II Par 2,7
16 in auro et argento aere et ferro cuius non est numerus
surge igitur et fac et erit Dominus tecum
17 praecepit quoque David cunctis principibus Israhel ut adiuvarent Salomonem filium suum
18 cernitis inquiens quod Dominus De-

AGC ΣΛDSΦI cr **22**,2 eis] his AS | ad edendos AS. | 4 deportauerunt AI | 5 aedificare CSΦ | parauit AGSI] praeparauit *cet.* | 7 nomine D.; *om.* AS. | 8 ~ sermo domini ad me c; ad me *om.* Σ | 9 filius + autem CΣ. | et[1] AGS] *om. cet.* | 10 ei] illi c. | 13 confortare + et c | 14 in paupertacula D; in paupertaticula Φ; in paupertate c | in inpensas G | 15 habens A | 16 argento + et CΣS c; + in A. |

us vester vobiscum sit
et dederit vobis requiem per circuitum
et tradiderit omnes inimicos in manu vestra
et subiecta sit terra coram Domino et coram populo eius
19 praebete igitur corda vestra et animas vestras ut quaeratis Dominum Deum vestrum
III Rg 8,6! et consurgite et aedificate sanctuarium Domino Deo
ut introducatur arca foederis Domini et vasa Domino consecrata in domum quae aedificatur nomini Domini
III Rg 1,1! 23 igitur David senex et plenus dierum
III Rg 1,35! 43 regem constituit Salomonem filium suum super Israhel
2 et congregavit omnes principes Israhel et sacerdotes atque Levitas
Nm 4,46.47! 3 numeratique sunt Levitae a triginta annis et supra
et inventa sunt triginta octo milia virorum
4 ex his electi sunt et distributi in ministerium domus Domini viginti quattuor milia
praepositorum autem et iudicum sex milia
5 porro quattuor milia ianitores et totidem psaltae canentes Domino in organis quae fecerat ad canendum
II Par 23,18! 6 et distribuit eos David per vices filio-
6,16! Ex 6,16; Nm 3,17! 26,57 rum Levi Gersom videlicet et Caath et Merari
6,17! Ex 6,17 7 Gersom Leedan et Semei
8 filii Leedan princeps Ieihel et Zetham et Iohel tres
9 filii Semei Salomith et Ozihel et Aran tres
isti principes familiarum Leedan
10 porro filii Semei Ieeth et Ziza et Iaus et Baria
isti filii Semei quattuor
11 erat autem Ieeth prior Ziza secundus
porro Iaus et Baria non habuerunt plurimos filios
et idcirco in una familia unaque domo conputati sunt
12 filii Caath Amram et Isaar Hebron 6,2.18! Ex 6,18
et Ozihel quattuor
13 filii Amram Aaron et Moses 6,3! 49!
separatusque est Aaron ut ministra- Ex 28,1
ret in sancto sanctorum ipse et filii eius in sempiternum
et adoleret incensum Domino se- Lc 1,8.9
cundum ritum suum
ac benediceret nomini eius in perpe- Dt 10,8!
tuum
14 Mosi quoque hominis Dei filii adnumerati sunt in tribu Levi
15 filii Mosi Gersom et Eliezer Ex 18,3.4
16 filii Gersom Subuhel primus
17 fuerunt autem filii Eliezer Roobia primus
et non erant Eliezer filii alii
porro filii Roobia multiplicati sunt nimis
18 filii Isaar Salumith primus
19 filii Hebron Ieriau primus Amarias secundus Iazihel tertius Iecmaam quartus
20 filii Ozihel Micha primus Iesia secundus
21 filii Merari Mooli et Musi 24,26
filii Mooli Eleazar et Cis 21—24: 24,28–31
22 mortuus est autem Eleazar et non habuit filios sed filias
acceperuntque eas filii Cis fratres earum
23 filii Musi Mooli et Eder et Ierimuth tres
24 hii filii Levi in cognationibus et fa- 24,19; 28,21; Nm 4,46.47!

18 inimicos *om.* G; + uestros c | in manus uestras CΣc. | 19 ut[2]] et ADS | aedificabitur CΣ. ‖ **23**,5 psalterium C | canentes] concinentes CΣ. | 7 filii gersom CΣc.: et gersom Φ | 8 principes CΣS | 9 aran] erant A | 10 ieeth Sr𝔐, *cf. v. seq.*] leheth c.; leeth *cet.* | 11 ieeth AGDSr𝔐, *cf. v. praeced.*] leheth c.; leeth *cet.* | 12 isaar + et C | 13 in sancta CΣDΦI | adolerent CΣ | benedicerent C.; benedicere A | nomen C | 17 ~ eliezer filii CΣ. | roobia[1]] roob AS | 22 [*deest* D *usque ad* 24,6] |

AGC ΣΛ(D)SΦI cr

II Par 31,17; I Esr 3,8 miliis suis
principes per vices et numerum ca-
pitum singulorum
qui faciebant opera ministerii domus
Domini a viginti annis et supra
[25]dixit enim David
requiem dedit Dominus Deus Isra-
hel populo suo et habitationem
Hierusalem usque in aeternum
[26]nec erit officii Levitarum ut ultra
portent tabernaculum et omnia vasa
eius ad ministrandum
[27]iuxta praecepta quoque David no-
vissima supputabitur numerus fili-
orum Levi a viginti annis et supra
Nm 1,50! [28]et erunt sub manu filiorum Aaron in
cultum domus Domini
in vestibulis et in exedris et in loco
purificationis et in sanctuario
et in universis operibus ministerii
templi Domini
[29]sacerdotes autem super panes pro-
positionis et ad similae sacrificium
et ad lagana et azyma et sartaginem
et ad ferventem similam
et super omne pondus atque mensu-
ram
Nm 10,10! II Par 8,14; 23,18! [30]Levitae vero ut stent mane ad confi-
tendum et canendum Domino
similiterque ad vesperam
[31]tam in oblatione holocaustorum Do-
mini
quam in sabbatis et kalendis et sol-
lemnitatibus reliquis
iuxta numerum et caerimonias uni-
uscuiusque rei iugiter coram Do-
mino
Nm 1,50! 3,6–8 [32]et custodiant observationes taberna-
culi foederis et ritum sanctuarii
et observationem filiorum Aaron
fratrum suorum ut ministrent in
domo Domini

24 porro filiis Aaron hae partitiones 6,3; Ex 6,23! Nm 3,2; 26,60
erunt
filii Aaron Nadab et Abiu et Eleazar
et Ithamar
[2]mortui sunt autem Nadab et Abiu Nm 3,4!
ante patrem suum absque liberis
sacerdotioque functus est Eleazar et
Ithamar
[3]et divisit eos David id est Sadoc de
filiis Eleazar et Ahimelech de filiis
Ithamar secundum vices suas et
ministerium
[4]inventique sunt multo plures filii
Eleazar in principibus viris quam
filii Ithamar
divisit autem eis hoc est filiis Eleazar
principes per familias sedecim
et filiis Ithamar per familias et do-
mos suas octo
[5]porro divisit utrasque inter se fami-
lias sortibus
erant enim principes sanctuarii et
principes Dei tam de filiis Eleazar
quam de filiis Ithamar
[6]descripsitque eos Semeias filius Na-
thanahel scriba Levites coram rege
et principibus et Sadoc sacerdote et 18,16; II Sm 8,17; 20,25; III Rg 4,4
Ahimelech filio Abiathar
principibus quoque familiarum sa-
cerdotalium et leviticarum
unam domum quae ceteris praeerat
Eleazar
et alteram domum quae sub se ha-
bebat ceteros Ithamar
[7]exivit autem sors prima Ioiarib se-
cunda Iedeiae
[8]tertia Arim quarta Seorim
[9]quinta Melchia sexta Maiman
[10]septima Accos octava Abia
[11]nona Hiesu decima Sechenia
[12]undecima Eliasib duodecima Iacim
[13]tertiadecima Oppa quartadecima Is-

AGC ΣΛ(D)SΦI cr
24 suis + et AS | numero A | 25 habitatione GC. | aeternum] sempiternum AS | 28 in[6] *om.* A | 29 et[2] *om.* GΣΛΦI | et[3] *om.* Λc. | azyma et] azymae A | feruentem similam] torrendum c | 30 ad uesperum CΣ. | 32 ut *om.* A | ministrarent AΛS || **24**,1 partitiones GΣIc] partiones ASr; portiones CΛ; portitiones Φ | erant c | 3 eleazari c. | 5 principes[2] + domus CΣ | 6 [*iterum adest* D] | 7 ioiaribus AD | 13 decimaquarta c., *et sic deinceps usque ad v.* 16 decimanona |

baal
14 quintadecima Belga sextadecima Emmer
15 septimadecima Ezir octavadecima Hapses
16 nonadecima Phetheia vicesima Iezecel
17 vicesima prima Iachin vicesima secunda Gamul
18 vicesima tertia Dalaiau vicesima quarta Mazziau
23,24! 19 hae vices eorum secundum ministeria sua ut ingrediantur domum Domini
et iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum sicut praecepit Dominus Deus Israhel
20 porro filiorum Levi qui reliqui fuerant
de filiis Amram erat Subahel
et filiis Subahel Iedeia
21 de filiis quoque Roobiae princeps Iesias
22 Isaaris vero Salemoth filiusque Salemoth Iaath
23 filiusque eius Ieriahu Amarias secundus Iazihel tertius Iecmaam quartus
24 filius Ozihel Micha
filius Micha Samir
25 frater Micha Iesia
filiusque Iesiae Zaccharias
23,21 26 filii Merari Mooli et Musi
filius Ioziau Benno
27 filius quoque Merari Oziau et Soem et Zacchur et Hebri
28—31: 23,21-24 28 porro Mooli filius Eleazar qui non habebat liberos
29 filius vero Cis Ierahemel
30 filii Musi Mooli Eder et Ierimoth
isti filii Levi secundum domos familiarum suarum
31 miseruntque et ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram David rege et Sadoc et Ahimelech
et principibus familiarum sacerdotalium et leviticarum
tam maiores quam minores omnes sors aequaliter dividebat

25 igitur David et magistratus exercitus secreverunt in ministerium 6; II Par 29,25
filios Asaph et Heman et Idithun II Par 5,12
qui prophetarent in citharis et psalteriis et cymbalis I Sm 10,5!
secundum numerum suum dedicato sibi officio servientes
2 de filiis Asaph Zacchur et Ioseph et Nathania et Asarela
filii Asaph sub manu Asaph prophetantis iuxta regem
3 porro Idithun filii Idithun Godolias Sori Iesaias et Sabias et Matthathias sex sub manu patris sui Idithun
qui in cithara prophetabat super confitentes et laudantes Dominum
4 Heman quoque filii Heman Bocciau Matthaniau Ozihel Subuhel et Ierimoth
Ananias Anani Elietha Geddelthi et Romemthiezer
et Iesbacasa Mellothi Othir Mazioth
5 omnes isti filii Heman videntis regis in sermonibus Dei ut exaltaret cornu
deditque Deus Heman filios quattuordecim et filias tres
6 universi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant 1! II Par 29,25
in cymbalis et psalteriis et citharis in ministeria domus Domini iuxta regem
Asaph videlicet et Idithun et Heman
7 fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui erudiebant canticum

19 haec CDl | domini GCΣc] dei *cet.* | et *om.* CΣΛ. | praeceperat lc. | 20 et filiis] et filius CΣΛr; et filii GDSΦl; de filiis A; et de filiis c | 22 uero + filius c. | 23 ieriahu] *praem.* primus CΣ.; + primus c | 25 filius quoque C; filius D | 27 filii CΣΛ || 25,1 [*usque ad 27,1 adsunt in* l, *qui legi nequit, nonnisi 6 vel 7 versus*] | segregauerunt CΣΛSΦc | 2 prophetantis cr.𝔐] prophetantes *cet.* | 3 domino S.; deum C | 5 uidentes ACΣSΦ |

AGC ΣΛDSΦl cr

Domini cuncti doctores ducenti
octoginta octo
26,13 8 miseruntque sortes per vices suas ex
aequo tam maior quam minor doc-
tus pariter et indoctus
9 egressaque est sors prima Ioseph qui
erat de Asaph
secunda Godoliae ipsi et filiis eius et
fratribus duodecim
10 tertia Zacchur filiis et fratribus eius
duodecim
11 quarta Isari filiis et fratribus eius
duodecim
12 quinta Nathaniae filiis et fratribus
eius duodecim
13 sexta Bocciau filiis et fratribus eius
duodecim
14 septima Israhela filiis et fratribus
eius duodecim
15 octava Isaiae filiis et fratribus eius
duodecim
16 nona Matthaniae filiis et fratribus
eius duodecim
17 decima Semeiae filiis et fratribus
eius duodecim
18 undecima Ezrahel filiis et fratribus
eius duodecim
19 duodecima Asabiae filiis et fratribus
eius duodecim
20 tertiadecima Subahel filiis et fratri-
bus eius duodecim
21 quartadecima Matthathiae filiis et
fratribus eius duodecim
22 quintadecima Ierimoth filiis et frat-
ribus eius duodecim
23 sextadecima Ananiae filiis et fratri-
bus eius duodecim
24 septimadecima Iesbocasae filiis et
fratribus eius duodecim
25 octavadecima Anani filiis et fratribus
eius duodecim
26 nonadecima Mellothi filiis et fratri-
bus eius duodecim
27 vicesima Eliatha filiis et fratribus
eius duodecim
28 vicesima prima Othir filiis et fratri-
bus eius duodecim
29 vicesima secunda Godollathi filiis et
fratribus eius duodecim
30 vicesima tertia Maziuth filiis et frat-
ribus eius duodecim
31 vicesima quarta Romamthiezer filiis
et fratribus eius duodecim
26 divisiones autem ianitorum de Co-
ritis Mesellemia filius Core de filiis
Asaph
2 filii Mesellemiae 9,21
Zaccharias primogenitus Iadihel se-
cundus Zabadias tertius Iathanahel
quartus 3 Ahilam quintus Iohanan
sextus Helioenai septimus
4 filii autem Obededom
Semeias primogenitus Iozabad se-
cundus Iohaa tertius Sachar quar-
tus Nathanahel quintus 5 Amihel
sextus Isachar septimus Phollathi
octavus quia benedixit illi Dominus
6 Semeiae autem filio eius nati sunt
filii praefecti familiarum suarum
erant enim viri fortissimi
7 filii ergo Semeiae Othni et Raphahel
et Obedihel Zabad fratres eius viri
fortissimi
Heliu quoque et Samachias
8 omnes hii de filiis Obededom
ipsi et filii et fratres eorum fortissimi
ad ministrandum sexaginta duo de
Obededom
9 porro Mesellamiae filii et fratres ro-
bustissimi decem et octo
10 de Hosa autem id est de filiis Merari
Semri princeps
non enim habuerat primogenitum et
idcirco posuerat eum pater eius in
principem
11 Helchias secundus Tabelias tertius
Zaccharias quartus
omnes hii filii et fratres Hosa trede-
cim
12 hii divisi sunt in ianitores ut semper

AGC 8 per uicos suos A | 9 asaph + filiis et fratribus eius duodecim CΣ | fratribus + eius CΛ
ΣΛDSΦI Φc || 26,7 obed elzabad c | 8 de filiis] filii A | eorum + uiri CΣ | 9 fratres + eius S;
cr + eorum c. |

principes custodiarum sicut et fratres eorum ministrarent in domo Domini
25,8 13 missae sunt autem sortes ex aequo et parvis et magnis per familias suas in unamquamque portarum
14 cecidit igitur sors orientalis Selemiae
porro Zacchariae filio eius viro prudentissimo et erudito sortito obtigit plaga septentrionalis
15 Obededom vero et filiis eius ad austrum in qua parte domus erat seniorum concilium
16 Sepphima et Hosa ad occidentem iuxta portam quae ducit ad viam ascensionis custodia contra custodiam
17 ad orientem vero Levitae sex et ad aquilonem quattuor per diem
atque ad meridiem similiter in die quattuor et ubi erat concilium bini et bini
18 in cellulis quoque ianitorum ad occidentem quattuor in via binique per cellulas
19 hae sunt divisiones ianitorum filiorum Core et Merari
20 porro Achias erat super thesauros domus Dei ac vasa sanctorum
21 filii Ledan filii Gersonni de Ledan principes familiarum Ledan et Gersonni Ieiheli
22 filii Ieiheli Zathan et Iohel frater eius super thesauros domus Domini
23 Amramitis et Isaaritis et Hebronitis et Ozihelitibus
24 Subahel autem filius Gersom filii Mosi praepositus thesauris
25 fratres quoque eius Eliezer cuius filius Raabia et huius filius Isaias et
huius filius Ioram
huius quoque filius Zechri sed et huius filius Selemith
26 ipse Selemith et fratres eius super thesauros sanctorum II Par 5,1; II Sm 8,11; III Rg 7,51
quae sanctificavit David rex et principes familiarum et tribuni et centuriones et duces exercitus
27 de bellis et manubiis proeliorum quae consecraverant ad instaurationem et supellectilem templi Domini
28 haec autem universa sanctificavit Samuhel videns et Saul filius Cis et Abner filius Ner et Ioab filius Sarviae I Sm 9,2!
omnes qui sanctificaverunt ea per manum Salemith et fratrum eius
29 Saaritis vero praeerat Chonenias et filii eius ad opera forinsecus super Israhel ad docendum et ad iudicandum eos 15,22
30 porro de Hebronitis Asabias et fratres eius viri fortissimi mille septingenti praeerant Israheli trans Iordanem contra occidentem
in cunctis operibus Domini et in ministerium regis
31 Hebronitarum autem princeps fuit Hieria secundum familias et cognationes eorum
quadragesimo anno regni David recensiti sunt et inventi viri fortissimi in Iazer Galaad
32 fratresque eius robustioris aetatis duo milia septingenti principes familiarum
praeposuit autem eos David rex Rubenitis et Gadditis et dimidio tribus Manasse in omne ministerium Dei et regis

13 autem] ergo DΦc | 14 igitur] ergo c | sortito] sorte CΣ | 16 custodiam[1] ACΣ. | 17 et[1] *om.* ADS. | ad[3] *om.* GCDS | 18 binique per cellulas] per cellulas bini CΣ. | 19 haec CΣD | 20 ac] et c. | sanctorum + filiorum chore et merari CΣ | 22 frater GΛ𝔐] et fratres S.; fratres *cet.* | 23 ozihelitis Λc | 24 thesauri A | 25 frater C | sed *om.* c. | 27 [*deest* S *usque ad* 27,19] | consecrauerat CΣ. | 28 sanctificauerant[2] GΛc | 29 operas A | ad ducendum A; ad occidendum CΣ. | ad[3] *om.* CΣc | 30 israheliti D.: israhel G | in[2] *om.* A | 31 inuenit D.; + sunt c | 32 robustiores CΣ | dimidiae tribus CΣΛ; dimidio tribu Φ.; dimidiae tribui c ||

AGC ΣΛD(S)ΦI cr

II Par 1.2 27 filii autem Israhel secundum nume-
rum suum principes familiarum
tribuni et centuriones et praefecti qui
ministrabant regi iuxta turmas suas
ingredientes et egredientes per singu-
los menses in anno
viginti quattuor milibus singuli prae-
erant
2 primae turmae in primo mense Is-
boam praeerat filius Zabdihel
et sub eo viginti quattuor milia
3 de filiis Phares princeps cunctorum
principum in exercitu mense primo
4 secundi mensis habebat turmam Du-
di Ahohites
et post se alterum nomine Macelloth
qui regebat partem exercitus viginti
quattuor milium
5 dux quoque turmae tertiae in mense
11.22.24.25; II Sm 8,18! 23.22.23 tertio erat Banaias filius Ioiadae
sacerdos
et in divisione sua viginti quattuor
milia
6 ipse est Banaias fortissimus inter tri-
ginta et super triginta
praeerat autem turmae ipsius Ami-
zabad filius eius
II Sm 23.24 7 quartus mense quarto Asahel frater
Ioab et Zabadias filius eius post
eum
et in turma eius viginti quattuor
milia
8 quintus mense quinto princeps Sa-
maoth Iezarites
et in turma eius viginti quattuor
milia
9 sextus mense sexto Hira filius Acces
Thecuites
et in turma eius viginti quattuor
milia
II Sm 23.26 10 septimus mense septimo Helles Phal-
lonites de filiis Ephraim
et in turma eius viginti quattuor
milia

11 octavus mense octavo Sobochai Aso- 11.12: 11.29: II Sm 21,18; 23,27
thites de stirpe Zarai
et in turma eius viginti quattuor
milia
12 nonus mense nono Abiezer Anatho-
thites de filiis Iemini
et in turma eius viginti quattuor
milia
13 decimus mense decimo Marai et ipse
Netophathites de stirpe Zarai
et in turma eius viginti quattuor
milia
14 undecimus mense undecimo Banaias II Sm 23,30
Pharathonites de filiis Ephraim
et in turma eius viginti quattuor
milia
15 duodecimus mense duodecimo Hol-
dai Netophathites de stirpe Gotho-
nihel
et in turma eius viginti quattuor
milia
16 porro tribubus praeerant Israhel
Rubenitis dux Eliezer filius Zechri
Symeonitis dux Saphatias filius Ma-
cha
17 Levitis Asabias filius Camuhel
Aaronitis Sadoc
18 Iuda Heliu frater David
Isachar Amri filius Michahel
19 Zabulonitis Iesmaias filius Abdiae
Nepthalitibus Ierimoth filius Ozihel
20 filiis Ephraim Osee filius Ozaziu
dimidio tribus Manasse Iohel filius
Phadiae
21 et dimidio tribus Manasse in Galaad
Iaddo filius Zacchariae
Beniamin autem Iasihel filius Abner
22 Dan vero Ezrihel filius Hieroam
hii principes filiorum Israhel
23 noluit autem David numerare eos a
viginti annis inferius
quia dixerat Dominus ut multipli-
caret Israhel quasi stellas caeli
24 Ioab filius Sarviae coeperat nume- 21.6.7: II Sm 24,4

AGC ΣΛD(S)ΦΙ cr **27**,1 regredientes C | 3 principes[1] CΣΦ | 4 alter c. | 6 et super triginta *om.* G | 8 ieza-rites *om.* CΣ. | 11 husathites c. | 18 iudae CΣ. | 19 [*iterum adest* S] | 20 dimidio tribu C.; dimidiae tribus ΣΛΦ; dimidiae tribui c | 21 dimidiae tribus CΛ; dimidiae tribu Σ; dimidiae tribui Φ c | 23 dixit CS. |

II Sm 24,1 rare nec conplevit quia super hoc
ira inruerat in Israhel
et idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti non est relatus in fastos regis David
25 super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adihel
his autem thesauris qui erant in urbibus et in vicis et in turribus praesidebat Ionathan filius Oziae
26 operi autem rustico et agricolis qui exercebant terram praeerat Ezri filius Chelub
27 vinearumque cultoribus Semeias Ramathites
cellis autem vinariis Zabdias Aphonites
28 nam super oliveta et ficeta quae erant in campestribus Balanan Gaderites
super apothecas autem olei Ioas
29 porro armentis quae pascebantur in Sarona praepositus fuit Setrai Saronites
et super boves in vallibus Saphat filius Adli
30 super camelos vero Ubil Ismahelites
et super asinos Iadias Meronathites
31 super oves quoque Iaziz Agarenus
omnes hii principes substantiae regis David
32 Ionathan autem patruus David consiliarius vir prudens et litteratus
ipse et Iaihel filius Achamoni erant cum filiis regis
II Sm 15,12 33 Ahitophel etiam consiliarius regis et
II Sm 15,37; 16,16 Husi Arachites amicus regis
34 post Ahitophel fuit Ioiada filius Banaiae et Abiathar
princeps autem exercitus regis erat Ioab

28 convocavit igitur David omnes principes Israhel
duces tribuum et praepositos turmarum qui ministrabant regi
tribunos quoque et centuriones et qui praeerant substantiae et possessionibus regis
filiosque suos cum eunuchis et potentes et robustissimos quosque in exercitu Hierusalem
2 cumque surrexisset rex et stetisset ait
audite me fratres mei et populus meus
cogitavi ut aedificarem domum in qua requiesceret arca foederis Domini et scabillum pedum Dei nostri 22,7; III Rg 5,5! 8,17; II Par 6,7
et ad aedificandum omnia praeparavi
3 Deus autem dixit mihi
non aedificabis domum nomini meo 22,8; III Rg 5,3
eo quod sis vir bellator et sanguinem fuderis
4 sed elegit Dominus Deus Israhel me II Sm 5,2! II Par 6,6; Ps 77,70.71!
de universa domo patris mei ut essem rex super Israhel in sempiternum
de Iuda enim elegit principes
porro de domo Iuda domum patris mei
et de filiis patris mei placuit ei ut me eligeret regem super cunctum Israhel
5 sed et de filiis meis
filios enim multos dedit mihi Dominus
elegit Salomonem filium meum ut sederet in throno regni Domini super Israhel III Rg 1,35! 5,5! 8,20! II Par 1,9! II Esr 13,26
6 dixitque mihi
Salomon filius tuus aedificabit domum meam et atria mea 17,12.13! 22,10! II Sm 7,13.14!
ipsum enim elegi mihi in filium et ego ero ei in patrem
7 et firmabo regnum eius usque in aeternum
si perseveraverit facere praecepta Dt 4,5.6!
mea et iudicia sicut et hodie

24 in fastus AS; in fasto CΣ | 25 praesidebant CΣ. | 30 iadias] iudas DΦ; madias CΣ. | 31 azarenus G; agareus c. | 32 et[2]] est AS | achamoni + hii AS || **28**,1 filios quoque AΛS | quosque] quoque AS | 2 ad *om.* G | 4 elegerit[1] ADS. | de iudaea GC. | 5 ~ mihi multos dedit c. |

AGC ΣΛDSΦI cr

8 nunc igitur coram universo coetu Is-
rahel audiente Deo nostro custodite
et perquirite cuncta mandata Do-
mini Dei nostri
ut possideatis terram bonam et re-
linquatis eam filiis vestris post vos
usque in sempiternum
9 tu autem Salomon fili mi scito De-
um patris tui et servi ei corde per-
fecto et animo voluntario
29,17! Ps 7,10! Ier 17,10! Rm 8,27 omnia enim corda scrutatur Domi-
nus et universas mentium cogita-
tiones intellegit
II Par 15,2; Ier 29,13! si quaesieris eum invenies
si autem dereliqueris illum proiciet
te in aeternum
10 nunc ergo quia elegit te Dominus ut
aedificares domum sanctuarii con-
fortare et perfice
11 dedit autem David Salomoni filio
suo descriptionem porticus et templi
et cellariorum et cenaculi et cubi-
culorum in adytis et domus propi-
tiationis
12 nec non et omnium quae cogitaverat
atriorum et exedrarum per circui-
tum in thesauros domus Domini et
in thesauros sanctorum
13 divisionumque sacerdotalium et le-
viticarum in omnia opera domus
Domini et in universa vasa minis-
terii templi Domini
14 aurum in pondere per singula vasa
ministerii
argenti quoque pondus pro vasorum
ad opera diversitate
15 sed et ad candelabra aurea et ad lu-
cernas eorum aurum pro mensura
uniuscuiusque candelabri et lucer-
narum
similiter et in candelabris argenteis
et in lucernis eorum pro diversitate
mensurae pondus argenti tradidit
16 aurum quoque dedit in mensas pro-
positionis pro diversitate mensa-
rum
similiter et argentum in alias mensas
argenteas
17 ad fuscinulas quoque et fialas et tu-
ribula ex auro purissimo et leun-
culos aureos
pro qualitate mensurae pondus dis-
tribuit in leunculum et leunculum
similiter et in leones argenteos diver-
sum argenti pondus separavit
18 altari autem in quo adoletur incen-
sum aurum purissimum dedit
ut ex ipso fieret similitudo quadrigae Ex 25,20!
cherubin extendentium alas et ve-
lantium arcam foederis Domini
19 omnia inquit venerunt scripta manu
Domini ad me ut intellegerem uni-
versa opera exemplaris
20 dixit quoque David Salomoni filio
suo
viriliter age et confortare et fac ne
timeas et ne paveas
Dominus enim Deus meus tecum
erit et non dimittet te nec derelin-
quet
donec perficias omne opus ministe-
rii domus Domini
21 ecce divisiones sacerdotum et Levita- 23,24!
rum in omne ministerium domus
Domini adsistunt tibi
et parati sunt et noverunt tam prin-
cipes quam populus facere omnia
praecepta tua
29 locutusque est David rex ad om- 22,5
nem ecclesiam
Salomonem filium meum unum ele-
git Deus adhuc puerum et tenellum III Rg 3,7!

AGC ΣΛDSΦI cr

8 igitur] ergo c. | deo] domino G; domino deo AS | ea GDΦ | 9 seruito ei c. | illum] eum AG c | 11 ~ filio suo salomoni CΣ. | in abditis CS | 12 et[3] *om.* A | thesauris[2] A | 14 ad operum Φ; atque operum Λ.; et operum C c | 15 ad[1]] in c.; *om.* CDS | ad[2] *om.* CS | in candelabra argentea c. | in[2] *om.* C | lucernis] lucernas c. | 16 mensarum] mensurarum A; mensurae DΦ | 18 altario CΣ.; altaria D | adoleretur C; adolebat Φ | dedit + et CΣΛ | 20 erit] est AΛS || **29**,1 ~ rex dauid C | rex + et AG | et *om.* AS | tenerolum C.; tenerum AS |

opus autem grande est neque enim
homini praeparatur habitatio sed
Deo
19; 22,14 2 ego autem totis viribus meis prae-
paravi inpensas domus Dei mei
aurum ad vasa aurea et argentum in
argentea aes in aenea ferrum in fer-
rea lignum ad lignea
lapides onychinos et quasi stibinos
et diversorum colorum
omnem pretiosum lapidem et mar-
mor parium abundantissime
3 et super haec quae obtuli in domum
Dei mei de peculio meo aurum et
argentum do in templum Dei mei
exceptis his quae paravi in aedem
sanctam
III Rg 9,28; II Par 8,18 4 tria milia talenta auri de auro Ophir
et septem milia talentorum argenti
probatissimi
ad deaurandos parietes templi
5 ut ubicumque opus est aurum de
auro
et ubicumque opus est argentum ar-
genti opera fiant per manus artifi-
cum
et si quis sponte offert impleat ma-
num suam hodie et offerat quod
voluerit Domino
6 polliciti sunt itaque principes famili-
arum et proceres tribuum Israhel
tribuni quoque et centuriones et
principes possessionum regis
7 dederuntque in opera domus Dei
auri talenta quinque milia et solidos
decem milia
argenti talenta decem milia et aeris
talenta decem et octo milia
ferri quoque centum milia talento-
rum
8 et apud quemcumque inventi sunt
lapides dederunt in thesaurum do-
mus Domini per manum Ieihel
Gersonitis
9 laetatusque est populus cum vota
sponte promitterent quia corde toto
offerebant ea Domino
sed et David rex laetatus est gaudio
magno 10 et benedixit Domino co-
ram universa multitudine et ait
benedictus es Domine Deus Israhel I Esr 7,27; II Esr 9,5;
patris nostri ab aeterno in aeternum Tb 8,17; Dn 3,52!
11 tua est Domine magnificentia et po-
tentia et gloria atque victoria et tibi
laus
cuncta enim quae in caelo sunt et in Ps 88,12!
terra tua sunt
tuum Domine regnum et tu es super
omnes principes
12 tuae divitiae et tua est gloria
tu dominaris omnium II Par 20,6; Est 13,11
in manu tua virtus et potentia Sir 10,4
in manu tua magnitudo et imperium
omnium
13 nunc igitur Deus noster confitemur 16,9! I Esr 10,11! Ps 29,13! 117,28!
tibi et laudamus nomen tuum in- 144,2; Is 25,1
clitum
14 quis ego et quis populus meus ut pos-
simus haec tibi universa promittere
tua sunt omnia et quae de manu tua
accepimus dedimus tibi
15 peregrini enim sumus coram te et Gn 23,4! Ps 38,13;
advenae sicut omnes patres nostri Hbr 11,13
dies nostri quasi umbra super ter- Iob 8,9! Ecl 7,1! Sap 2,5; 5,9;
ram et nulla est mora Iac 4,14!
16 Domine Deus noster omnis haec co-
pia quam paravimus ut aedificare-
tur domus nomini sancto tuo de
manu tua est et tua sunt omnia
17 scio Deus meus quod probes corda 28,9! Ps 65,10!
et simplicitatem diligas
unde et ego in simplicitate cordis mei
laetus obtuli universa haec
et populum tuum qui hic reppertus

1 autem] enim GDΦ; namque c. | 2 in inpensas G; inmensas C. | domus + domini CΣ | lignum] ligna ΛDΦc | lignea + et c. | omnemque c. | 3 domum + domini CΣ | paraui CΣIr] parui A.; praeparaui *cet.* | sanctorum A | 5 ut] et AΛDΦcr; *om.* S | aurum — est[2] *om.* G | argenti] de argento Σc.; de argenti C. | ~ offert sponte CΣ. | 7 dei] domini ACΣS | 8 in thesauros Sc. | 13 confitebimur ACS | laudabimus C | 14 et[1]] aut CS. | damus CΣ. | 15 super terra GC | 16 aedificetur C | 17 simplicitate] simplicitatem G |

AGC ΣΛDSΦI cr

est vidi cum ingenti gaudio tibi of-
ferre donaria
18 Domine Deus Abraham et Isaac et
Israhel patrum nostrorum
custodi in aeternum hanc volunta-
tem cordis eorum
et semper in venerationem tui mens
ista permaneat
III Rg 8,61! 19 Salomoni quoque filio meo da cor
perfectum ut custodiat mandata
tua testimonia tua caerimonias tuas
2; 22,14 et faciat universa et aedificet aedem
cuius inpensas paravi
20 praecepit autem David universae ec-
clesiae benedicite Domino Deo
nostro
et benedixit omnis ecclesia Domino
Deo patrum suorum
et inclinaverunt se et adoraverunt
Deum et deinde regem
III Rg 8,62! 21 immolaveruntque victimas Domino
Nm 7,15! I Sm 7,9! et obtulerunt holocausta die se-
quenti
tauros mille arietes mille agnos mille
cum libaminibus suis et universo
ritu abundantissime in omnem Is-
rahel
22 et comederunt et biberunt coram
Domino in die illo cum grandi lae-
titia
et unxerunt secundo Salomonem fi-
lium David
III Rg 1,39! 2,35! unxerunt autem Domino in princi-
pem et Sadoc in pontificem
III Rg 2,12! 23 seditque Salomon super solium Do-
mini in regem pro David patre suo
et cunctis placuit et paruit illi omnis
Israhel
24 sed et universi principes et potentes
et cuncti filii regis David dederunt
manum et subiecti fuerunt Salo-
moni regi
25 magnificavit ergo Dominus Salomo- III Rg 10,23; II Par 1,1; 9,22
nem super omnem Israhel
et dedit illi gloriam regni qualem nul- III Rg 3,13! II Par 1,12
lus habuit ante eum rex Israhel
26 igitur David filius Isai regnavit su-
per universum Israhel
27 et dies quibus regnavit super Israhel II Sm 2,11; III Rg 2,11.12
fuerunt quadraginta anni
in Hebron regnavit septem annis et 3,4; II Sm 5,4.5
in Hierusalem triginta tribus
28 et mortuus est in senectute bona ple- Gn 25,8! Idc 8,32
nus dierum et divitiis et gloria
regnavitque Salomon filius eius pro
eo
29 gesta autem David regis priora et II Par 9,29; 29,25
novissima
scripta sunt in libro Samuhel viden-
tis et in libro Nathan prophetae at-
que in volumine Gad videntis
30 universique regni eius et fortitudinis
et temporum quae transierunt sub
eo
sive in Israhel sive in cunctis regnis
terrarum

II Paralipomenon Confortatus est
ergo Salomon filius David in regno III Rg 2,12! 3,1
suo
et Dominus erat cum eo et magnifi- III Rg 10,23; I Par 29,25
cavit eum in excelsum
2 praecepitque Salomon universo Is- I Par 27,1
raheli
tribunis et centurionibus et ducibus
et iudicibus omnis Israhel et princi-
pibus familiarum
3 et abiit cum universa multitudine in 3–13: III Rg 3,4–15 III Rg 3,4; I Par 21,29!
excelsum Gabaon
ubi erat tabernaculum foederis Dei
quod fecit Moses famulus Dei in
solitudine
4 arcam autem Dei adduxerat David

AGC ΣΛDSΦl cr 18 in ueneratione C | 19 tua[1] + et ACΣSΦ | tua[2] + et CΣΦ c | 20 dauid + et AΛ | 21 mille[1] + et CDΦ | 22 autem + eum CΣΛ c | 23 regem + et A | parauit A | 24 ~ regi salomoni A | 27 hierusalem + annis GΛDSΦl c | 28 et regnauit c. | 29 samuelis c | et[2] *om.* A | 30 quae] quaeque G ||
II Paralipomenon. *Tit.* liber secundus paralipomenon hebraice dibre haiamim c || 1,1 est *om.* GS. | dominus + deus eius c. | 2 israhel[1] GΛDS | 3 dei[1]] domini ACr | 4 autem *om.* CΣ. |

de Cariathiarim
I Par 15,3! in locum quem paraverat ei et ubi
fixerat illi tabernaculum hoc est in
Hierusalem
5 altare quoque aeneum quod fabrica-
Ex 31,2–4 tus fuerat Beselehel filius Uri filii
Ur ibi erat coram tabernaculo Do-
mini
quod et requisivit Salomon et omnis
ecclesia
6 ascenditque Salomon ad altare aene-
um coram tabernaculo foederis Do-
Idc 2,5! III Rg 3,4! mini et obtulit in eo mille hostias
7 ecce autem in ipsa nocte apparuit ei
Deus dicens
postula quod vis ut dem tibi
8 dixitque Salomon Deo
tu fecisti cum David patre meo mi-
sericordiam magnam et constituisti
me regem pro eo
9 nunc igitur Domine Deus impleatur
sermo tuus quem pollicitus es Da-
vid patri meo
I Par 28,5! Sap 9,7 tu enim fecisti me regem super po-
pulum tuum multum
qui tam innumerabilis est quam pul-
vis terrae
10 da mihi sapientiam et intellegentiam
ut egrediar coram populo tuo et in-
grediar
quis enim potest hunc populum tu-
um digne qui tam grandis est iudi-
care
11 dixit autem Deus ad Salomonem
quia hoc magis placuit cordi tuo et
non postulasti divitias et substan-
tiam et gloriam
neque animas eorum qui te ode-
runt sed nec dies vitae plurimos
petisti autem sapientiam et scienti-
am ut iudicare possis populum me-
um super quem constitui te regem
12 sapientia et scientia data sunt tibi
17,5! III Rg 3,13! divitias autem et substantiam et glo-
riam dabo tibi I Par 29,25!
ita ut nullus in regibus nec ante te
nec post te fuerit similis tui
13 venit ergo Salomon ab excelso Ga-
baon in Hierusalem coram taber-
naculo foederis et regnavit super
Israhel
14 congregavitque sibi currus et equites 14—17: III Rg 10,26–29
et facti sunt ei mille quadringenti 9,25; III Rg 4,26
currus et duodecim milia equitum
et fecit eos esse in urbibus quadri-
garum et cum rege in Hierusalem
15 praebuitque rex argentum et aurum 9,27.28; Sir 47,20
in Hierusalem quasi lapides
et cedros quasi sycomoros quae nas-
cuntur in campestribus multitudine
magna
16 adducebantur autem ei et equi de
Aegypto et de Coa a negotiatoribus
regis
qui ibant et coemebant pretio 17 quad-
rigam equorum sescentis argenteis
et equum centum quinquaginta
similiter de universis regnis Cetthe-
orum et a regibus Syriae emptio ce-
lebrabatur
2 decrevit autem Salomon aedificare III Rg 5,5!
domum nomini Domini et pala-
tium sibi
2 et numeravit septuaginta milia viro- 18; III Rg 5,15.16
rum portantium umeris
et octoginta milia qui caederent lapi-
des in montibus
praepositosque eorum tria milia ses-
centos
3 misit quoque ad Hiram regem Tyri II Sm 5,11; I Par 14,1
dicens 3—16: III Rg 5,2–11
sicut egisti cum David patre meo et
misisti ei ligna cedrina ut aedifica-
ret sibi domum in qua et habitavit
4 sic fac mecum ut aedificem domum
nomini Domini Dei mei
et consecrem eam ad adolendum in- 13,11; Ex 30,7!
censum coram illo et fumiganda

4 praeparauerat SΦc | 5 ibi] ubi D; qui AΛ; quod S. | 9 igitur] ergo c. | ~ me fecisti GDSΦc | 10 ~ ingrediar et egrediar coram populo tuo c | 11 ad salomon G; salomoni S | oderant GΣΛΦc | 15 multitudinem magnam CΣS. | 16 ei et] ei c; et AD | emebant AΦc | 17 ettaeorum G.; hethaeorum c. || **2**,3 et[2] *om.* AΛ | 4 et[1]] ut c. |

AGC ΣΛDSΦl cr

aromata
Nm 28,3.4! I Esr 3,5; II Esr 10,33; Ez 45,17 et ad propositionem panum sempi-
ternam et holocaustomata mane et
vespere
8,13 sabbatis quoque et neomeniis et sol-
lemnitatibus Domini Dei nostri in
sempiternum quae mandata sunt
Israheli
5 domus autem quam aedificare cupio
magna est
Ex 18,11! Ps 94,3; 95,4; 96,9 magnus est enim Deus noster super
omnes deos
6 quis ergo poterit praevalere ut aedi-
ficet ei dignam domum
III Rg 8,27 si caelum et caeli caelorum capere
eum non queunt
quantus ego sum ut possim ei aedi-
ficare domum
sed ad hoc tantum ut adoleatur in-
censum coram illo
7 mitte igitur mihi virum eruditum qui
I Par 22,15.16 noverit operari in auro et argento
aere ferro purpura coccino et hya-
cintho
et qui sciat scalpere celata cum his
artificibus quos mecum habeo in
Iudaea et in Hierusalem quos prae-
paravit David pater meus
8 sed et ligna cedrina mitte mihi et
arceuthina et pinea de Libano
scio enim quod servi tui noverint
caedere ligna de Libano
et erunt servi mei cum servis tuis 9 ut
parentur mihi ligna plurima
domus enim quam cupio aedificare
magna est nimis et inclita
10 praeterea operariis qui caesuri sunt
ligna servis tuis dabo in cibaria
tritici choros viginti milia et hordei
choros totidem olei quoque sata vi-
ginti milia
11 dixit autem Hiram rex Tyri per lit-
teras quas miserat Salomoni
quia dilexit Dominus populum suum 9,8; III Rg 10,9!
idcirco te regnare fecit super eum
12 et addidit dicens Idt 13,24!
benedictus Dominus Deus Israhel qui
fecit caelum et terram
qui dedit David regi filium sapien-
tem et eruditum et sensatum atque
prudentem
ut aedificaret domum Domino et
palatium sibi
13 misi ergo tibi virum prudentem et III Rg 7,13.14
scientissimum Hiram patrem meum
14 filium mulieris de filiabus Dan cuius
pater Tyrius fuit
qui noverit operari in auro et ar- Ex 35,32.33.35!
gento et aere et ferro et marmore
et lignis
in purpura quoque et hyacintho et
bysso et coccino
et qui sciat celare omnem scalpturam
et adinvenire prudenter quodcum-
que in opere necessarium est
cum artificibus tuis et cum artifici-
bus domini mei David patris tui
15 triticum ergo et hordeum et oleum
et vinum quae pollicitus es domine
mi mitte servis tuis
16 nos autem caedemus ligna de Libano
quot necessaria habueris
et adplicabimus ea ratibus per mare
in Ioppe
tuum erit transferre ea in Hierusa-
lem
17 numeravit igitur Salomon omnes vi- I Par 22,2
ros proselytos qui erant in terra Is-
rahel
post dinumerationem quam dinu-

AGC ΣΛDSΦI cr 4 ad[2] *om.* AΛ | sempiternum[1] GCDS | et[4] + ad c. | sollemnitatibus + nomini CΣ. | israhel ADSΦ | 5 autem] enim CΣΦc | est[2] *om.* A | 6 non queunt] nequeunt c | ~ aedificare ei c. | 7 igitur] ergo c. | argento + et GD | aere + et DSΦc | sculpere Cc | celatura DΦ; caelaturas c | in[3] *om.* GΣΛDc | 8 mihi + et cypressina CΣ. | serui tui cum seruis meis CΣ. | 10 milia[2] + et uini metretas uiginti milia CΣ.; *eadem habet* c. *supra post* totidem | 12 ~ regi dauid C | 14 tyrus fuit ADSΦ; fuit tyrius c | nouit c. | et[2] *om.* GΦc | et[8] *om* CΛ | sciet D.; scit c. | sculpturam CDSc | tuis] suis C | 16 quot cr] quod GΛDSΦI; quae ACΣ | tuum + autem c | 17 dinumerauit ΛΦIcr] dinumerauerat C.; denumeraret et A.; numerauit GDS; numerauerat Σ. |

meravit David pater eius
et inventi sunt centum quinquaginta
milia et tria milia sescenti
2; III Rg 5,15.16 18 fecitque ex eis septuaginta milia qui
umeris onera portarent
I Par 22,2 et octoginta milia qui lapides in montibus caederent
tria milia autem et sescentos praepositos operum populi
II Sm 24,18 3 et coepit Salomon aedificare domum
Domini in Hierusalem in monte
Moria
qui demonstratus fuerat David patri
eius
I Par 21,18 in loco quem paraverat David in
area Ornan Iebusei
2—4: III Rg 6,1–3 2 coepit autem aedificare mense se-
cundo anno quarto regni sui
3 et haec sunt fundamenta quae iecit
Salomon ut aedificaret domum Dei
longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta latitudinis cubitos viginti
4 porticum vero ante frontem quae
tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus cubitorum viginti
porro altitudo centum viginti cubitorum erat
et deauravit eam intrinsecus auro
mundissimo
5 domum quoque maiorem texit tabulis ligneis abiegnis
et lamminas auri obrizi adfixit per
totum
III Rg 6,29! scalpsitque in ea palmas et quasi catenulas se invicem conplectentes
6 stravit quoque pavimentum templi
pretiosissimo marmore decore multo
7 porro aurum erat probatissimum de
cuius lamminis texit domum et trabes eius et postes et parietes et ostia
et celavit cherubin in parietibus
8 fecit quoque domum sancti sancto- 8.9: III Rg 6,19–21
rum
longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum viginti
et latitudinem similiter viginti cubitorum
et lamminis aureis texit eam quasi
talentis sescentis
9 sed et clavos fecit aureos ita ut sin-
guli clavi siclos quinquagenos ad-
penderent
cenacula quoque texit auro
10 fecit etiam in domo sancti sanctorum 10—13: III Rg 6,23–28
cherubin duo opere statuario et texit eos auro
11 alae cherubin viginti cubitis exten-
debantur
ita ut una ala haberet cubitos quinque et tangeret parietem domus
et altera quinque cubitos habens
alam tangeret alterius cherub
12 similiter cherub alterius ala quinque
habebat cubitos et tangebat parietem
et ala eius altera quinque cubitorum
alam cherub alterius contingebat
13 igitur alae utriusque cherubin ex- Ex 37,8.9
pansae erant et extendebantur per
cubitos viginti
ipsi autem stabant erectis pedibus et
facies eorum versae erant ad exteriorem domum
14 fecit quoque velum ex hyacintho pur- Ex 26,1!
pura coccino et bysso et intexuit ei
cherubin
15 ante fores etiam templi duas colum- III Rg 7,15.16!
nas quae triginta et quinque cubitos habebant altitudinis
porro capita earum quinque cubitorum
16 nec non et quasi catenulas in oraculo
et superposuit eas capitibus colum- III Rg 7,18!

18 ~ autem milia c. || 3,1 in montem oria GCD; in monte oria ΛS | praeparauerat C | 3 cubitorum[1.2] CΣ. | 4 qua tendebantur AΛ | 5 sculpsitque S c | 8 longitudine GCΣΛ DΦ | 10 duos c | 11 cherubin + in hutriusque C.; + utrisque Σ. | alam *om.* C | cherub] cherubin CΛS | 12 cherub[1]] cherubin CS | eius] eiusdem CΣ. | 13 ~ erant uersae c | ad interiorem CΣ | 14 coccino] cocco Φ c |

AGC ΣΛDSΦl cr

narum
malagranata etiam centum quae ca-
tenulis interposuit
III Rg 7,21; Ez 40,49 17 ipsas quoque columnas posuit in ves-
tibulo templi unam a dextris et al-
teram a sinistris
eam quae a dextris erat vocavit Ia-
chin et quae ad levam Booz
4 fecit quoque altare aeneum viginti
cubitorum longitudinis et viginti
cubitorum latitudinis et decem cu-
bitorum altitudinis
2—5: III Rg 7,23–26 2 mare etiam fusile decem cubitis a la-
bio usque ad labium rotundum per
circuitum
quinque cubitos habebat altitudinis
et funiculus triginta cubitorum amb-
iebat gyrum eius
3 similitudo quoque boum erat subter
illud
et decem cubitis quaedam extrinse-
cus celaturae quasi duobus versibus
alvum maris circuibant
boves autem erant fusiles
4 et ipsum mare super duodecim bo-
ves inpositum erat
quorum tres respiciebant aquilonem
et alii tres occidentem
porro tres alii meridiem et tres qui
reliqui erant orientem
mare habentes superpositum
posteriora autem boum erant intrin-
secus sub mari
5 porro vastitas eius habebat mensu-
ram palmi
et labium illius erat quasi labium ca-
licis vel repandi lilii
capiebatque mensurae tria milia met-
retas
III Rg 7,39 6 fecit quoque concas decem
et posuit quinque a dextris et quin-
que a sinistris
ut lavarent in eis omnia quae in ho- Ez 40,38
locaustum oblaturi erant
porro in mari sacerdotes lavabantur
7 fecit autem et candelabra aurea de- III Rg 7,49
cem secundum speciem qua iussa
erant fieri
et posuit ea in templo quinque a
dextris et quinque a sinistris
8 nec non et mensas decem
posuitque eas in templo quinque a
dextris et quinque a sinistris
fialas quoque aureas centum
9 fecit etiam atrium sacerdotum et ba-
silicam grandem
et ostia in basilica quae texit aere
10 porro mare posuit in latere dextro III Rg 7,39
contra orientem ad meridiem
11 fecit autem Hiram lebetas quoque et 11—22: III Rg 7,40–50
creagras et fialas
et conplevit omne opus regis in do- III Rg 7,14
mo Dei
12 hoc est columnas duas et epistylia et
capita et quasi quaedam retiacula
quae capita tegerent super epistylia
13 malagranata quoque quadringenta
et retiacula duo
ita ut bini ordines malagranatorum
singulis retiaculis iungerentur
quae protegerent epistylia et capita
columnarum
14 bases etiam fecit et concas quas su-
perposuit basibus
15 mare unum bovesque duodecim sub III Rg 7,25!
mari
16 et lebetas et creagras et fialas
omnia vasa fecit Salomoni Hiram
pater eius in domo Domini ex aere
mundissimo
17 in regione Iordanis fudit ea rex in
argillosa terra inter Socchoth et Sa-
redatha
18 erat autem multitudo vasorum in-

AGC ΣΛDSΦI cr

16 malogranata CΣc | 17 ipsasque AGΛ ‖ **4**.4 respiciebant + ad DΦc | tres² + ad DΦc | ~ habentes mare c | 5 mensurae *om.* c. | metras GΦ. | 7 iussa erant GΣΛ cr] iussi erant S.; iusserant C.; iusserat DΦI(*vid.*); ius erat A. | 8 et posuit c. | 11 autem] etiam Λ: + etiam A | lebetes c | quoque *om.* c | 13 malogranata CΣc | quadraginta GΦ | ordinis CD | malogranatorum CΣc | 15 boues quoque Σc | 16 lebetes c | salomon A |

numerabilis ita ut ignoraretur pon-
dus aeris
19 fecitque Salomon omnia vasa do-
mus Dei et altare aureum et men-
Ex 25,30! sas et super eas panes propositionis
20 candelabra quoque cum lucernis suis
ut lucerent ante oraculum iuxta ri-
tum ex auro purissimo
21 et florentia quaedam et lucernas et
forcipes aureos
omnia de auro mundissimo facta
sunt
22 thymiamateria quoque et turibula et
fialas et mortariola ex auro puris-
simo
et ostia celavit templi interioris id
est in sancto sanctorum et ostia
templi forinsecus aurea
sicque conpletum est omne opus
quod fecit Salomon in domo Do-
mini
III Rg 7,51 **5** intulit igitur Salomon omnia quae
voverat David pater suus
II Sm 8,10.11; I Par 26,26 argentum et aurum et universa vasa
posuit in thesauris domus Dei
2—11: III Rg 8,1–10 2 post quae congregavit maiores natu
Israhel et cunctos principes tribu-
um et capita familiarum de filiis Is-
rahel in Hierusalem
ut adducerent arcam foederis Do-
mini de civitate David quae est
Sion
3 venerunt igitur ad regem omnes viri
Israhel in die sollemni mensis sep-
timi
4 cumque venissent cuncti seniorum
Israhel portaverunt Levitae arcam
5 et intulerunt eam et omnem paratu-
ram tabernaculi
porro vasa sanctuarii quae erant in
tabernaculo portaverunt sacerdo-
tes cum Levitis
6 rex autem Salomon et universus coe-
tus Israhel et omnes qui fuerant
congregati ante arcam
immolabant arietes et boves absque II Sm 6,13!
ullo numero
tanta enim erat multitudo victima-
rum
7 et intulerunt sacerdotes arcam foe- II Sm 6,17!
deris Domini in locum suum
id est ad oraculum templi in sancta
sanctorum subter alas cherubin
8 ita ut cherubin expanderent alas suas Ex 25,20!
super locum in quo posita erat arca
et ipsam arcam tegerent cum vecti-
bus eius
9 vectium autem quibus portabatur
arca quia paululum longiores erant
capita parebant ante oraculum
si vero quis paululum fuisset extrin-
secus eos videre non poterat
fuit itaque arca ibi usque in prae-
sentem diem
10 nihilque erat aliud in arca nisi duae 6,11; Dt 10,5!
tabulae quas posuerat Moses in
Horeb
quando legem dedit Dominus filiis
Israhel egredientibus ex Aegypto
11 egressis autem sacerdotibus de sanc-
tuario
omnes enim sacerdotes qui ibi potu-
erant inveniri sanctificati sunt
nec adhuc illo tempore vices et minis-
teriorum ordo inter eos divisus erat
12 tam Levitae quam cantores
id est et qui sub Asaph erant et qui I Par 25,1!
sub Heman et qui sub Idithun
filii et fratres eorum
vestiti byssinis cymbalis et psalteriis
et citharis concrepabant
stantes ad orientalem plagam altaris I Par 15,24!

19 dei] domini CΣ | 21 mundissimo] purissimo C | 22 thymiateria GΦc; tymiamaria C. | sancto] sancta CΣΦc | in domum G; in templo CΣ. || 5,1 dei] domini C | 2 et capita] ac CΣ. | 3 igitur] itaque c; *om.* S. | 5 ~ tabernaculi paraturam CΣ. | 6 [*deest partim* D *usque ad* 6,2] | fuerunt c | enim *om.* C | 7 in² *om.* AS | 8 expanderet CS. | eius] suis c | 9 portabant arcam AΛ | [*adest* i *usque ad* 6,8] | 10 fuit aliud Λ.; aliud erat Gi | 11 potuerunt GCl | adhuc + in Φc | 12 et qui¹] qui et AΛ | qui² *om.* AΛ | byssinis + et CΣSi | citharis + et A |

AGC ΣΛ(D)SΦ(i)l cr

cumque eis sacerdotes centum viginti
canentes tubis
I Par 16,41.42! I Esr 3,11! [13]igitur cunctis pariter et tubis et voce et
cymbalis et organis et diversi gene-
ris musicorum concinentibus
et vocem in sublime tollentibus longe
sonitus audiebatur
ita ut cum Dominum laudare coepis-
sent et dicere
I Par 16,34! confitemini Domino quoniam bo-
nus quoniam in aeternum miseri-
cordia eius
Ex 40,32.33! impleretur domus Domini nube
III Rg 8,11! [14]nec possent sacerdotes stare et minis-
trare propter caliginem
conpleverat enim gloria Domini do-
mum Dei
1—39: III Rg 8,12–49 **6** tunc Salomon ait
Ex 19,9! Dominus pollicitus est ut habitaret
in caligine
[2]ego autem aedificavi domum nomini
eius ut habitaret ibi in perpetuum
[3]et convertit faciem suam et benedixit
universae multitudini Israhel
nam omnis turba stabat intenta et ait
[4]benedictus Dominus Deus Israhel
qui quod locutus est David patri
meo opere conplevit
I Sm 8,8! dicens [5]a die qua eduxi populum
meum de terra Aegypti
non elegi civitatem de cunctis tribu-
bus Israhel
ut aedificaretur in ea domus nomini
meo
neque elegi quemquam alium virum
ut esset dux in populo meo Israhel
12,13; 33,7; III Rg 11,36! [6]sed elegi Hierusalem ut sit nomen
meum in ea
I Par 28,4! Ps 77,70.71! et elegi David ut constituerem eum
super populum meum Israhel
III Rg 8,17; I Par 22,7! 28,2 [7]cumque fuisset voluntatis David pat-
ris mei ut aedificaret domum no-
mini Domini Dei Israhel
[8]dixit Dominus ad eum
quia haec fuit voluntas tua ut aedifi-
cares domum nomini meo
bene quidem fecisti habere huiusce-
modi voluntatem
[9]sed non tu aedificabis domum
verum filius tuus qui egredietur de
lumbis tuis
ipse aedificabit domum nomini meo
[10]conplevit ergo Dominus sermonem
suum quem locutus fuerat
et ego surrexi pro David patre meo
et sedi super thronum Israhel sicut
locutus est Dominus
et aedificavi domum nomini Domini
Dei Israhel
[11]et posui in ea arcam in qua est pac- 5,10!
tum Domini quod pepigit cum filiis
Israhel
[12]stetit ergo coram altare Domini ex
adverso universae multitudinis Isra-
hel
et extendit manus suas
[13]siquidem fecerat Salomon basem
aeneam et posuerat eam in medio
basilicae
habentem quinque cubitos longitu-
dinis et quinque cubitos latitudinis
et tres cubitos in altum
stetitque super eam
et deinceps flexis genibus contra uni- 13—21: Sir 52,1–13
versam multitudinem Israhel
et palmis in caelum levatis [14]ait
Domine Deus Israhel non est similis Dt 3,24!
tui Deus in caelo et in terra
qui custodis pactum et misericordi- Dt 7,9!
am cum servis tuis qui ambulant
coram te in toto corde suo
[15]qui praestitisti servo tuo David patri
meo quaecumque locutus fueras ei
et quae ore promiseras opere con-

AGC ΣΛ(D)SΦ(i)l cr 12 cumque eis AGilr] cum eisque Σ.; et cum eis CΛc; cum eis SΦ | 13 diuersis AΛS | dicerent CΣS. | domini ΛCΛr𝔐] domini dei l(*vid.*); dei *cet.* | 14 possint Φ; poterant CΣ. | et ministrare *om.* A | dei] domini CΛS || 6,3 [*iterum adest* D] | conuertit + rex c | multitudinis CDl | intente CΣ. | 8 ~ habere uoluntatem huiuscemodi A; ~ huiuscemodi habere uol. DΦc | [*deest* i *usque ad* 7,13] | 12 coram altari ΣΛDΦc | 13 in altum] altitudinis Φc | eleuatis C.; leuans A |

plesti sicut et praesens tempus pro-
bat
II Rg 2,4! 16 nunc ergo Domine Deus Israhel
imple servo tuo patri meo David
quaecumque locutus es dicens
Ier 33,17 non deficiet ex te vir coram me qui
sedeat super thronum Israhel
ita tamen si custodierint filii tui vias
suas et ambulaverint in lege mea
sicut et tu ambulasti coram me
17 et nunc Domine Deus Israhel firme-
tur sermo tuus quem locutus es ser-
vo tuo David
18 ergone credibile est ut habitet Deus
cum hominibus super terram
si caelum et caeli caelorum non te
capiunt quanto magis domus ista
quam aedificavi
19 sed ad hoc tantum facta est ut respi-
cias orationem servi tui
et obsecrationem eius Domine Deus
meus audias
et preces quas fundit famulus tuus
coram te
III Rg 8,29! 20 ut aperias oculos tuos super domum
istam diebus et noctibus
super locum in quo pollicitus es ut
invocaretur nomen tuum
21 et exaudires orationem quam servus
tuus orat in eo
exaudi preces famuli tui et populi
tui Israhel
quicumque oraverit in loco isto
et exaudi de habitaculo tuo id est de
caelis et propitiare
22 si peccaverit quispiam in proximum
suum
et iurare contra eum paratus vene-
rit
seque maledicto constrinxerit coram
altari in domo ista
23 tu audies de caelo et facies iudicium
servorum tuorum
ita ut reddas iniquo viam suam in
caput proprium
et ulciscaris iustum retribuens ei se-
cundum iustitiam suam
24 si superatus fuerit populus tuus Is-
rahel ab inimicis
peccabunt enim tibi
et conversi egerint paenitentiam et 7,14!
obsecraverint nomen tuum et fue-
rint deprecati in loco isto
25 tu exaudi de caelo et propitiare pec- III Rg 8,49.50!
cato populi tui Israhel
et reduc eos in terram quam dedisti
eis et patribus eorum
26 si clauso caelo pluvia non fluxerit
propter peccata populi
et deprecati te fuerint in loco isto et
confessi nomini tuo
et conversi a peccatis suis cum eos
adflixeris
27 exaudi de caelo Domine et dimitte
peccata servis tuis et populi tui Is-
rahel
et doce eos viam bonam per quam I Sm 12,23! Is 2,3; Mi 4,2
ingrediantur
et da pluviam terrae quam dedisti
populo tuo ad possidendum
28 fames si orta fuerit in terra et pesti- 28—30: 20,9!
lentia erugo et aurugo et lucusta et
brucus
et hostes vastatis regionibus portas
obsederint civitatis
omnisque plaga et infirmitas presse-
rit
29 si quis de populo tuo Israhel fuerit
deprecatus cognoscens plagam et
infirmitatem suam
et expanderit manus suas in domo
hac
30 tu exaudi de caelo de sublimi scilicet
habitaculo tuo et propitiare

15 et[2] *om.* A | 16 ~ dauid patri meo CΣ | suas] meas CΛI | et[2] *om.* AD | 18 ergo nec C | ista] haec CΣ. | 19 audias et] audias Φ; ut audias CΣ; et audias c | fudit GΦ | 20 et] ac CSc | 21 exaudieris AS; exaudias ΣΛ | quam] qua GΛDI | exaudi[1]] exaudias c; *praem.* et Dc | et[3] *om.* CΛDΦ cr | 23 et[2]] ut ACD. | 24 superatus] suspiratus C | 25 exaudies Φc | 26 populi + tui AS | te *om.* G; ~ fuerint te D | 28 et[1] *om.* AΛS | erugo] eruca CΣ; *om.* AΛS | uastitatis G; uastitates I | 30 exaudies CΣΛΦc |

AGC ΣΛDSΦI cr

et redde unicuique secundum vias
suas quas nosti eum habere in corde suo
tu enim solus nosti corda filiorum hominum
Sir 2,18! 31 ut timeant te et ambulent in viis tuis
cunctis diebus quibus vivunt super faciem terrae quam dedisti patribus nostris
32 externum quoque qui non est de populo tuo Israhel si venerit de terra longinqua
propter nomen tuum magnum et propter manum tuam robustam et brachium tuum extentum
et adoraverit in loco isto
33 tu exaudies de caelo firmissimo habitaculo tuo
et facies cuncta pro quibus invocaverit te ille peregrinus
ut sciant omnes populi terrae nomen tuum et timeant te sicut populus tuus Israhel
et cognoscant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam aedificavi
34 si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra adversarios suos per viam in qua miseris eos
adorabunt te contra viam in qua civitas haec est quam elegisti
et domus quam aedificavi nomini tuo
35 ut exaudias de caelo preces eorum et obsecrationem et ulciscaris
36 si autem et peccaverint tibi
III Rg 8,46! neque enim est homo qui non peccet
et iratus fueris eis et tradideris hostibus
et captivos eos duxerint in terram longinquam vel certe quae iuxta est
7,14! III Rg 8,4 37 et conversi corde suo in terra ad
quam captivi ducti fuerant egerint paenitentiam
et deprecati te fuerint in terra captivitatis suae dicentes
peccavimus inique fecimus iniuste egimus
38 et reversi fuerint ad te in toto corde suo et in tota anima sua in terra captivitatis suae ad quam ducti sunt
adorabunt te contra viam terrae suae quam dedisti patribus eorum et urbis quam elegisti et domus quam aedificavi nomini tuo
39 ut exaudias de caelo hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum
et facias iudicium et dimittas populo tuo quamvis peccatori
40 tu es enim Deus meus
aperiantur quaeso oculi tui et aures tuae intentae sint ad orationem quae fit in loco isto 7,15: IV Rg 19,16! II Esr 1,6!
41 nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuam
tu et arca fortitudinis tuae
sacerdotes tui Domine Deus induantur salute et sancti tui laetentur in bonis 7,10! Is 61,10! Ps 131,8–10.16
42 Domine Deus ne averseris faciem christi tui memento misericordiarum David servi tui Ps 131,1
7 cumque conplesset Salomon fundens preces III Rg 8,54
ignis descendit de caelo et devoravit holocausta et victimas Lv 9,24! II Mcc 2,10
et maiestas Domini implevit domum Ex 40,32.33!
2 nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini
eo quod implesset maiestas Domini templum Domini
3 sed et omnes filii Israhel videbant descendentem ignem et gloriam

AGC ΣΛDSΦl cr

32 exterum Λ; externus CΣ | 33 et[2]] ut AS | aedificaui + nomini tuo AΛS | 34 tuus + israhel CΣ. | domum AS | 35 ut exaudies G; tu exaudies c; exaudies C. | 36 et[1] *om.* ADSΦ cr | ~ duxerint eos c | 37 conuersi + in c | fuerant + et CΣ | iniuste] impie CΣ. | egimus] gessimus CΣDΦ | 38 in[2] *om.* GΛDSΦ | 39 ut exaudias] tu exaudies G c | de[2] *om.* AS. | facies A | 41 salutem Φ c; salutare l; iustitiam C.; iustitia Σ. | 42 aduerseris G.; auerteris ADSΦ cr || 7,2 templum[1]—templum[2]] templum AS; domum C. | domini[3] *om.* CΣ. |

Domini super domum
Lv 9,24 et corruentes proni in terram super
pavimentum stratum lapide adora-
verunt
I Par 16,41! et laudaverunt Dominum quoniam
bonus quoniam in aeternum mise-
ricordia eius
4—10: III Rg 8,62–65 4 rex autem et omnis populus immola-
bant victimas coram Domino
Lv 9,4! 5 mactavit igitur rex Salomon hostias
boum viginti duo milia arietum
centum viginti milia
I Esr 6,16 et dedicavit domum Dei rex et uni-
versus populus
6 sacerdotes autem stabant in officiis
suis
20,21; 29,27; I Esr 3,10 et Levitae in organis carminum Do-
I Par 16,41! mini quae fecit David rex ad lau-
dandum Dominum quoniam in
aeternum misericordia eius
hymnos David canentes per manus
suas
I Par 15,24! porro sacerdotes canebant tubis ante
eos cunctusque Israhel stabat
7 sanctificavit quoque Salomon me-
dium atrii ante templum Domini
II Sm 6,17.18! obtulerat enim ibi holocausta et adi-
pes pacificorum
quia altare aeneum quod fecerat non
poterat sustinere holocausta et sac-
rificia et adipes
8 fecit ergo Salomon sollemnitatem in
tempore illo septem diebus
et omnis Israhel cum eo ecclesia
magna valde
ab introitu Emath usque ad torren-
tem Aegypti
9 fecitque die octavo collectam eo
quod dedicasset altare septem die-
bus et sollemnitatem celebrasset
diebus septem
10 igitur in die vicesimo tertio mensis
septimi dimisit populos ad taber-
nacula sua

laetantes atque gaudentes super bo- 6,41; Ex 18,9; Ps 91,5!
no quod fecerat Dominus David et
Salomoni et Israhel populo suo
11 conplevitque Salomon domum Do- 11—22: III Rg 9,1–9
mini et domum regis
et omnia quae disposuerat in corde
suo ut faceret in domo Domini et
in domo sua et prosperatus est
12 apparuit autem ei Dominus nocte et
ait
audivi orationem tuam et elegi lo-
cum istum mihi in domum sacrificii
13 si clausero caelum et pluvia non flu-
xerit
et mandavero et praecepero lucus-
tae ut devoret terram
et misero pestilentiam in populum
meum
14 conversus autem populus meus su- 6,37
per quos invocatum est nomen me-
um deprecatus me fuerit
et exquisierit faciem meam et egerit 6,24.25; Lv 5,5; Ez 18,30! Act 8,22
paenitentiam a viis suis pessimis
et ego exaudiam de caelo et propi- III Rg 8,49.50!
tius ero peccatis eorum et sanabo
terram eorum
15 oculi quoque mei erunt aperti et au- 6,40!
res meae erectae ad orationem eius
qui in loco isto oraverit
16 elegi enim et sanctificavi locum is- Dt 12,5
tum ut sit nomen meum ibi in sem-
piternum
et permaneant oculi mei et cor meum
ibi cunctis diebus
17 tu quoque si ambulaveris coram me
sicut ambulavit David pater tuus
et feceris iuxta omnia quae praecepi
tibi et iustitias meas iudiciaque ser-
vaveris
18 suscitabo thronum regni tui sicut III Rg 8,25!
pollicitus sum David patri tuo di-
cens
non auferetur de stirpe tua vir qui
sit princeps in Israhel

3 aeternum] saeculum DΦ c | 4 immolabat G | 5 boum—milia[2]] xii l. | uiginti[2] + duo G | 6 cantantes AGS; adcanentes C. | 10 uicesima et tertia CΣ. | populum[1] Φ.; populus AS | super bona quae AΛS | dauidi c. | israheli CΣΛ c | 14 [*adest* i *usque ad* 8,6] | sanabo] saluabo AS. | 16 cor meum] ero CΣ. |

AGC ΣΛDSΦ(i)l cr

Lv 26,15! 19 si autem aversi fueritis et derelique-
ritis iustitias meas et praecepta mea
quae proposui vobis
et abeuntes servieritis diis alienis et
adoraveritis eos
20 evellam vos de terra mea quam dedi
vobis
et domum hanc quam sanctificavi
nomini meo proiciam a facie mea
Dt 28,37! et tradam eam in parabolam et in
exemplum cunctis populis
21.22: Dt 29,24–27; Ier 22,8.9 21 et domus ista erit in proverbium uni-
versis transeuntibus
et dicent stupentes quare fecit Do-
minus sic terrae huic et domui huic
Idc 2,12! 22 respondebuntque quia dereliquerunt
Dominum Deum patrum suorum
qui eduxit eos de terra Aegypti
et adprehenderunt deos alienos et
adoraverunt eos atque coluerunt
idcirco venerunt super eos universa
haec mala
III Rg 3,1! 9,1 8 expletis autem viginti annis post-
quam aedificavit Salomon domum
Domini et domum suam
2 civitates quas dederat Hiram Salo-
moni aedificavit et habitare ibi fecit
filios Israhel
3 abiit quoque in Emath Suba et obti-
nuit eam
III Rg 9,17.18 4 et aedificavit Palmyram in deserto
et alias civitates munitissimas aedi-
ficavit in Emath
III Rg 9,17 5 extruxitque Bethoron superiorem et
Bethoron inferiorem
civitates muratas habentes portas et
vectes et seras
6–10: III Rg 9,19–23 6 Baalath etiam et omnes urbes firmis-
simas quae fuerunt Salomonis
cunctasque urbes quadrigarum et
urbes equitum
omnia quae voluit Salomon atque
disposuit aedificavit
in Hierusalem et in Libano et in uni-
versa terra potestatis suae
7 omnem populum qui derelictus fu-
erat de Hettheis et Amorreis et Fe- Ios 9,1!
rezeis et Eveis et Iebuseis qui non
erant de stirpe Israhel
8 de filiis eorum et de posteris quos
non interfecerant filii Israhel
subiugavit Salomon in tributarios Ios 17,13; Idc 1,28
usque in diem hanc
9 porro de filiis Israhel non posuit ut
servirent operibus regis
ipsi enim erant viri bellatores et du-
ces primi et principes quadrigarum
et equitum eius
10 omnes autem principes exercitus re-
gis Salomonis fuerunt ducenti quin-
quaginta qui erudiebant populum
11 filiam vero Pharaonis transtulit de 11.12: III Rg 9,24.25
civitate David in domum quam III Rg 7,8!
aedificaverat ei
dixit enim non habitabit uxor mea
in domo David regis Israhel
eo quod sanctificata sit quia ingressa
est eam arca Domini
12 tunc obtulit Salomon holocausta
Domino super altare Domini quod 15,8
extruxerat ante porticum
13 ut per singulos dies offerretur in eo 2,4!
iuxta praeceptum Mosi
in sabbatis et in kalendis et in festis
diebus
ter per annum id est in sollemnitate
azymorum et in sollemnitate ebdo-
madarum et in sollemnitate taber-
naculorum
14 et constituit iuxta dispositionem Da- 23,18! I Par 23,30.31! II Esr 12,24!
vid patris sui officia sacerdotum in
ministeriis suis
et Levitas in ordine suo ut laudarent
et ministrarent coram sacerdotibus

AGC ΣΛDSΦ(il) cr

19 ~ auersi autem AΛS | 20 [*deest* l *usque ad* 18,5] | sanctificaui cr𝔐𝔊] aedificasti S; aedificaui *cet.* | 22 atque] et c || 8,3 eum Σ.; *om.* A | 6 quae²] quaecumque DΦc | et in¹] et AS. | et in²] et C; *om.* AS. | [*deest* i *usque ad* 36,23] | 7 et¹ *om.* CΣ. | erat CΣ | 8 posteris] potestatibus AS. | 9 enim *om.* AD. | 10 regis *om.* CΣ. | fuere CΣ. | 11 enim + rex Φc | in eam SΦc; ad eam C | 13 ut] et CΣ. | offertur CΣ. | in⁵ *om.* AS | sollemnitatem¹ CS | sollemnitatem² C |

iuxta ritum uniuscuiusque diei
et ianitores in divisionibus suis per
portam et portam
sic enim praeceperat David homo
Dei
15 nec praetergressi sunt de mandatis
regis tam sacerdotes quam Levitae
ex omnibus quae praeceperat
et in custodiis thesaurorum 16 omnes
inpensas praeparatas habuit Salo-
mon
ex eo die quo fundavit domum Do-
mini usque in diem quo perfecit
eam
17.18: III Rg 9,26–28 17 tunc abiit Salomon in Hesiongaber
et in Ahilath ad oram maris Rubri
quae est in terra Edom
III Rg 10,11.22! 18 misit autem ei Hiram per manum
servorum suorum naves et nautas
gnaros maris
9,10; III Rg 22,49 et abierunt cum servis Salomonis in
Ophir
I Par 29,4 tuleruntque inde quadringenta quin-
quaginta talenta auri et adtulerunt
ad regem Salomonem
1—12: III Rg 10,1–13 9 regina quoque Saba cum audisset
famam Salomonis venit ut tempta-
ret eum enigmatibus in Hierusalem
cum magnis opibus et camelis qui
portabant aromata et auri pluri-
mum gemmasque pretiosas
cumque venisset ad Salomonem lo-
cuta est ei quaecumque erant in cor-
de suo
2 et exposuit ei Salomon omnia quae
proposuerat
nec quicquam fuit quod ei non per-
spicuum fecerit
3 quod postquam vidit sapientiam sci-
licet Salomonis et domum quam
aedificaverat
4 nec non cibaria mensae eius et habi-
tacula servorum et officia minis-
trorum eius et vestimenta eorum
pincernas quoque et vestes eorum III Rg 8,62!
et victimas quas immolabat in do-
mo Domini
non erat prae stupore ultra in ea spi-
ritus
5 dixitque ad regem
verus sermo quem audieram in terra
mea de virtutibus et sapientia tua
6 non credebam narrantibus donec
ipsa venissem et vidissent oculi mei
et probassem vix medietatem mihi
sapientiae tuae fuisse narratam
vicisti famam virtutibus tuis
7 beati viri tui et beati servi tui hii qui
adsistunt coram te in omni tempore
et audiunt sapientiam tuam
8 sit Dominus Deus tuus benedictus 2,11.12! III Rg 5,7
qui voluit te ordinare super thro-
num suum regem Domini Dei tui
quia diligit Deus Israhel et vult ser-
vare eum in aeternum
idcirco posuit te super eum regem II Sm 8,15!
ut facias iudicia atque iustitiam
9 dedit autem regi centum viginti ta-
lenta auri et aromata multa nimis
et gemmas pretiosissimas
non fuerunt aromata talia ut haec
quae dedit regina Saba regi Salo-
moni
10 sed et servi Hiram cum servis Salo- 8,18! III Rg 9,27.28!
monis adtulerunt aurum de Ophir
et ligna thyina et gemmas pretiosis-
simas
11 de quibus fecit rex de lignis scilicet
thyinis gradus in domo Domini et
in domo regia
citharas quoque et psalteria canto-
ribus
numquam visa sunt in terra Iuda
ligna talia

AGC ΣΛDSΦ cr

14 in diuisionibus suis] iuxta dispositionibus suis C.; iuxta dispositiones suas Σ. | 17 ad ora G; ad orem D. | quae] quod Σ.; qui C. | 18 ei] et C | per manus ΛDΦ c ‖ 9,1 eum + in CΣ c | 2 prespicuum CΣ. | ~ non perspicuum ei c | 3 quod] quae c | 4 nec non + et Φ c | eius[2] *om.* A | quoque eius et uestimenta CΣ. | 5 uerus + est c | 6 probassent AGΛS | ~ sapientiae tuae mihi c | 7 hii *om.* c | in *om.* c | 8 seruare] saluare CΣ | 11 ~ talia ligna CΣ. |

12 rex autem Salomon dedit reginae Saba cuncta quae voluit et quae postulavit
multo plura quam adtulerat ad eum
quae reversa abiit in terram suam cum servis suis
13—28: III Rg 10,14–28 13 erat autem pondus auri quod adferebatur Salomoni per annos singulos sescenta sexaginta sex talenta auri
14 excepta ea summa quam legati diversarum gentium et negotiatores adferre consueverant
omnesque reges Arabiae et satrapae terrarum qui conportabant aurum et argentum Salomoni
15 fecit igitur rex Salomon ducentas hastas aureas de summa sescentorum aureorum qui in hastis singulis expendebantur
16 trecenta quoque scuta aurea trecentorum aureorum quibus tegebantur scuta singula
posuitque ea rex in armamentario quod erat consitum nemore
17 fecit quoque rex solium eburneum grande et vestivit illud auro mundissimo
18 sexque gradus quibus ascendebatur ad solium et scabillum aureum
et brachiola duo altrinsecus et duos leones stantes iuxta brachiola
19 sed et alios duodecim leunculos stantes super sex gradus ex utraque parte
non fuit tale solium in universis regnis
20 omnia quoque vasa convivii regis erant aurea
et vasa domus saltus Libani ex auro purissimo
argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur
21 siquidem naves regis ibant in Tharsis cum servis Hiram semel in annis tribus 20,36; III Rg 10,22!
et deferebant inde aurum et argentum et ebur et simias et pavos
22 magnificatus est igitur Salomon super omnes reges terrae divitiis et gloria III Rg 3,13! I Par 29,25!
23 omnesque reges terrarum desiderabant faciem videre Salomonis III Rg 4,34; Ps 44,13
ut audirent sapientiam quam dederat Deus in corde eius
24 et deferebant ei munera vasa argentea et aurea et vestes et arma et aromata equos et mulos per singulos annos Ps 67,30!
25 habuit quoque Salomon quadraginta milia equorum in stabulis et curruum equitumque duodecim milia 1,14; III Rg 4,26; 10,26
constituitque eos in urbibus quadrigarum et ubi erat rex in Hierusalem
26 exercuit etiam potestatem super cunctos reges a fluvio Eufraten usque ad terram Philisthinorum id est usque ad terminos Aegypti III Rg 4,21
27 tantamque copiam praebuit argenti in Hierusalem quasi lapidum 1,15.16
et cedrorum tantam multitudinem velut sycaminorum quae gignuntur in campestribus
28 adducebantur autem ei equi de Aegypto cunctisque regionibus
29 reliqua vero operum Salomonis priorum et novissimorum 29—31: III Rg 11,41–43
scripta sunt in verbis Nathan prophetae et in libris Ahiae Silonitis 12,15; 13,22; I Par 29,29
in visione quoque Iaddo videntis contra Hieroboam filium Nabath
30 regnavit autem Salomon in Hierusalem super omnem Israhel quadra-

AGC ΣΛDSΦ cr 12 quae[2] *om.* C | postulauit + et c. | quam] quae Σ.; + quae C. | 13 ~ singulos annos c | sex + milia CΣΛ. | 14 et[1] *om.* GC. | consuerant Σ.; consuerunt A. | 15 qui—16 aureorum *om.* AS. | ~ singulis hastis c | expendebantur + trecenti CΣ. | 16 ~ singula scuta c. | in armamentarium AS | 18 sex quoque DΦc | 19 regnis] regionibus CΣ. | 20 quoque] quaeque AΣS | 22 terrarum AS; terrae prae Φc; et prae D. | 23 ~ uidere faciem c | et audire CΣ. | 25 et equitumque C.; equitum AΛS | 26 fluuio] flumine DΦc | eufraten GΣDΦ] euphrates C.; eufrate *cet.* | id est] et Φc | ad terminum AS | 27 sicomorum CΣSΦ; sycomororum c | gignitur AΛS | 29 uero] autem c | opera AS |

ginta annis
31 dormivitque cum patribus suis et se-
pelierunt eum in civitate David
regnavitque pro eo Roboam filius
eius
1—19: III Rg 12,1–19 **10** profectus est autem Roboam in Sy-
chem
illuc enim cunctus Israhel convene-
rat ut constituerent eum regem
III Rg 11,40 2 quod cum audisset Hieroboam filius
Nabath qui erat in Aegypto
fugerat quippe illuc ante Salomo-
nem statim reversus est
3 vocaveruntque eum et venit cum
universo Israhel
et locuti sunt ad Roboam dicentes
4 pater tuus durissimo iugo nos pressit
tu leviora impera patre tuo qui nobis
gravem inposuit servitutem
et paululum de onere subleva ut ser-
viamus tibi
5 qui ait post tres dies revertimini ad
me
cumque abisset populus
6 iniit consilium cum senibus qui ste-
terant coram patre eius Salomone
dum adviveret dicens
quid datis consilii ut respondeam po-
pulo
7 qui dixerunt ei
si placueris populo huic et lenieris eos
verbis clementibus servient tibi om-
ni tempore
8 at ille reliquit consilium senum
et cum iuvenibus tractare coepit qui
cum eo nutriti fuerant et erant in
comitatu illius
9 dixitque ad eos
quid vobis videtur vel respondere
quid debeo populo huic
qui dixit mihi subleva iugum quod
inposuit nobis pater tuus
10 at illi responderunt ut iuvenes et nut-
riti cum eo in deliciis atque dixerunt
sic loqueris populo qui dixit tibi pa-
ter tuus adgravavit iugum nostrum
tu subleva
et sic respondebis eis
minimus digitus meus grossior est
lumbis patris mei
11 pater meus inposuit vobis iugum
grave et ego maius pondus adpo-
nam
pater meus cecidit vos flagellis ego
vero caedam scorpionibus
12 venit ergo Hieroboam et universus
populus ad Roboam die tertio sicut
praeceperat eis
13 responditque rex dura derelicto con-
silio seniorum
14 locutusque est iuxta iuvenum volun-
tatem
pater meus grave vobis inposuit iu-
gum quod ego gravius faciam
pater meus cecidit vos flagellis ego
vero caedam scorpionibus
15 et non adquievit populi precibus III Rg 12,15!
erat enim voluntatis Dei ut conple-
retur sermo eius quem locutus fu-
erat per manum Ahiae Silonitis ad
Hieroboam filium Nabath
16 populus autem universus rege du-
riora dicente sic locutus est ad eum
non est nobis pars in David neque II Sm 20,1
hereditas in filio Isai
revertere in tabernacula tua Israhel
tu autem pasce domum tuam David
et abiit Israhel in tabernacula sua
17 super filios autem Israhel qui habi-
tabant in civitatibus Iuda regnavit
Roboam
18 misitque rex Roboam Aduram qui II Sm 20,24; III Rg 4,6; 5,14

31 ~ roboam filius eius pro eo c || **10,1** constitueret GCΣD | 3 israheli C | 4 nos oppressit AS; nos conpressit GΦ | impera + a AS. | ~ imposuit grauem c | 6 steterunt A | aduiueret] adhuc uiueret CΣΛΦ c | 7 leniueris c.; linieris Σ; linueris C. | 8 et erant *om.* GDΦ | 10 eis] ei c; *om.* Σ. | grassior ACΣ. | 11 ~ uobis graue iugum c.; ~ iugum uobis graue D | caedit GΣΛDS | caedam] uos S.; + uos c; *om.* Λ | 13 senum AS | 14 locutus est C | caedit ΣΛDS | caedam + uos Σ c | 15 precibus] principibus AS. | 16 regi C | dicentes sic GDS | 18 rex[1] *om.* AΣΛ. ||

AGC ΣΛDSΦ cr

praeerat tributis
et lapidaverunt eum filii Israhel et
mortuus est
porro rex Roboam currum festinavit
ascendere et fugit in Hierusalem
19 recessitque Israhel a domo David
usque ad diem hanc
1—4: III Rg 12,21–24 **11** venit autem Roboam in Hierusa-
lem
et convocavit universam domum Iu-
da et Beniamin in centum octoginta
milibus electorum atque bellan-
tium
ut dimicaret contra Israhel et con-
verteret ad se regnum suum
12,5.7 2 factusque est sermo Domini ad Se-
meiam hominem Dei dicens
3 loquere ad Roboam filium Salomo-
nis regem Iuda et ad universum Is-
rahel qui est in Iuda et Beniamin
4 haec dicit Dominus non ascendetis
neque pugnabitis contra fratres
vestros
revertatur unusquisque in domum
suam quia mea hoc gestum est vo-
luntate
qui cum audissent sermonem Domi-
ni reversi sunt nec perrexerunt
contra Hieroboam
5 habitavit autem Roboam in Hieru-
salem et aedificavit civitates mura-
tas in Iuda
6 extruxitque Bethleem et Aetham et
Thecue
7 Bethsur quoque et Soccho et Odol-
lam
8 nec non Geth et Maresa et Ziph 9 sed
et Aduram et Lachis et Azecha
10 Saraa quoque et Ahilon et Hebron
quae erant in Iuda et Beniamin ci-
vitates munitissimas
11 cumque clausisset eas muris posuit
in eis principes
ciborumque horrea hoc est olei et
vini
12 sed et in singulis urbibus fecit arma-
mentaria scutorum et hastarum
firmavitque eas multa diligentia et
imperavit super Iudam et Benia-
min
13 sacerdotes autem et Levitae qui erant
in universo Israhel venerunt ad
eum de cunctis sedibus suis
14 relinquentes suburbana et possessio-
nes suas
et transeuntes ad Iudam et Hierusa-
lem
eo quod abiecisset eos Hieroboam et 13,9
posteri eius ne sacerdotio Domini
fungerentur
15 qui constituit sibi sacerdotes excel- III Rg 12,31!
sorum et daemonum vitulorumque III Rg 12,28!
quos fecerat
16 sed et de cunctis tribubus Israhel
quicumque dederant cor suum ut
quaererent Dominum Deum Isra-
hel
venerunt Hierusalem ad immolan- 15,10.11; III Rg 8,62!
das victimas Domino Deo patrum
suorum
17 et roboraverunt regnum Iuda et con- 12,1
firmaverunt Roboam filium Salo-
monis per tres annos
ambulaverunt enim in viis David et
Salomonis annis tantum tribus
18 duxit autem Roboam uxorem Maa-
lath filiam Hierimuth filii David
Abiail quoque filiam Heliab filii Isai
19 quae peperit ei filios Ieus et Somo-
riam et Zoom
20 post hanc quoque accepit Maacha III Rg 15,2
filiam Absalom
quae peperit ei Abia et Ethai et Ziza
et Salumith

AGC ΣΛDSΦ cr **11**, 1 uenit autem] uenitque A.; uenit G. | iudam C | in² *om.* ASc | milium G.; milia c | conuerterent AS. | 2 domini] dei AD | 4 neque] et non AS. | 8 nec non + et CΣc | 10 et in beniamin GΛ; et beniamin in C | munitas AΛS | 11 eis] eas CΣ. | 12 armamentarium Ac. | multa] summa Φc | 14 posteriora AS | domini *om.* GD. | 15 daemoniorum D Φc | 16 uenerunt + in CSc | ad immolandum uictimas suas coram domino c | 17 confirmauerunt] corroborauerunt C | 20 post *om.* AS. | maacham AΛSΦ |

[21]amavit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes uxores suas et concubinas
nam uxores decem et octo duxerat concubinasque sexaginta
et genuit viginti octo filios et sexaginta filias
[22]constituit vero in capite Abiam filium Maacha ducem super fratres suos
ipsum enim regem facere cogitabat
[23]qui sapientior fuit et potentior super omnes filios eius
et in cunctis finibus Iuda et Beniamin et in universis civitatibus muratis
praebuitque eis escas plurimas et multas petivit uxores
11,17; 26,16 **12** cumque roboratum fuisset regnum Roboam et confortatum
dereliquit legem Domini et omnis Israhel cum eo
III Rg 14,25 [2]anno autem quinto regni Roboam
III Rg 11,40! ascendit Sesac rex Aegypti in Hierusalem quia peccaverunt Domino
[3]cum mille ducentis curribus et sexaginta milibus equitum
nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Aegypto
Lybies scilicet et Trogoditae et Aethiopes
[4]cepitque civitates munitissimas in Iuda et venit usque Hierusalem
11,2.3; III Rg 12,22.23 [5]Semeias autem propheta ingressus est ad Roboam et principes Iuda qui congregati fuerant in Hierusalem fugientes Sesac
dixitque ad eos haec dicit Dominus
Ios 22,16; Ier 2,19; 15,6 vos reliquistis me et ego reliqui vos in manu Sesac
[6]consternatique principes Israhel et rex dixerunt iustus est Dominus
[7]cumque vidisset Dominus quod humiliati essent factus est sermo Domini ad Semeiam dicens 11,2: III Rg 12,22
quia humiliati sunt non disperdam eos daboque eis pauxillum auxilii
et non stillabit furor meus super Hierusalem per manum Sesac
[8]verumtamen servient ei ut sciant distantiam servitutis meae et servitutis regni terrarum
[9]recessit itaque Sesac rex Aegypti ab III Rg 11,40!
Hierusalem sublatis thesauris domus Domini et domus regis 9–11: III Rg 14,26–28
omniaque secum tulit et clypeos aureos quos fecerat Salomon III Rg 10,16
[10]pro quibus fecit rex aeneos
et tradidit illos principibus scutariorum qui custodiebant vestibulum palatii
[11]cumque introiret rex domum Domini veniebant scutarii et tollebant eos
iterumque referebant ad armamentarium suum
[12]verumtamen quia humiliati sunt aversa est ab eis ira Domini nec deleti sunt penitus
siquidem et in Iuda inventa sunt opera bona
[13]confortatus est igitur rex Roboam in Hierusalem atque regnavit 13.14: III Rg 14,21.22
quadraginta autem et unius anni erat cum regnare coepisset
et decem septemque annis regnavit
in Hierusalem urbe quam elegit Dominus 6,6!
ut confirmaret nomen suum ibi de cunctis tribubus Israhel
nomenque matris eius Naama Ammanitis
[14]fecit autem malum et non praeparavit cor suum ut quaereret Domi-

21 maacham AS | filia CD. | concubinasque] concubinas autem Φc; concubinas D. | et[4]] ac GΛ | ∼ filias sexaginta CΣΛ. | 22 super + omnes Φc | 23 qui] quia ΣΛΦc; qua S. | **12**,2 peccauerant GΛDSc | 3 et[2] *om.* AD. | 4 usque + in Φc | 6 ∼ et rex israhel CΣ. | 7 per manus CD. | 8 seruitutem[2] C | 11 referebant + eos c | 13 igitur] ergo c | et[2] *om.* C | decem et septem Φc | urbem quam Φr; urbem quem CΣ. | nomenque—ammanitis *om.* C. | nomen quoque Σ.; nomen autem c || AGC ΣΛDSΦ cr

num
15.16: III Rg 14,29–31 15 opera vero Roboam prima et novis-
sima
9,29; 13,22 scripta sunt in libris Semeiae pro-
phetae et Addo videntis et diligen-
ter exposita
pugnaveruntque adversum se Robo-
am et Hieroboam cunctis diebus
16 et dormivit Roboam cum patribus
suis sepultusque est in civitate Da-
vid
et regnavit Abia filius eius pro eo
1.2: III Rg 15,1.2 **13** anno octavodecimo regis Hierobo-
am regnavit Abia super Iudam
2 tribus annis regnavit in Hierusalem
nomenque matris eius Michaia filia
Urihel de Gabaa
III Rg 15,7 et erat bellum inter Abia et Hiero-
boam
3 cumque inisset Abia certamen et ha-
beret bellicosissimos viros et electo-
rum quadringenta milia
Hieroboam instruxit e contra aciem
octingenta milia virorum qui et ipsi
electi erant et ad bella fortissimi
4 stetit igitur Abia super montem So-
meron qui erat in Ephraim et ait
audi Hieroboam et omnis Israhel
5 num ignoratis quod Dominus Deus
Israhel dederit regnum David super
Israhel in sempiternum
Nm 18,19! ipsi et filiis eius pactum salis
III Rg 11,26 6 et surrexit Hieroboam filius Nabath
servus Salomonis filii David et re-
bellavit contra dominum suum
7 congregatique sunt ad eum viri va-
nissimi et filii Belial
et praevaluerunt contra Roboam fi-
lium Salomonis
porro Roboam erat rudis et corde
pavido nec potuit resistere eis
8 nunc ergo vos dicitis quod resistere
possitis regno Domini quod possi-
det per filios David
habetisque grandem populi multitu-
dinem atque vitulos aureos quos fe- III Rg 12,28! Tb 1,5
cit vobis Hieroboam in deos
9 et eiecistis sacerdotes Domini filios 11,14.15
Aaron atque Levitas
et fecistis vobis sacerdotes sicut om- III Rg 12,31! 13,33!
nes populi terrarum
quicumque venerit et initiaverit ma-
num suam in tauro in bubus et in
arietibus septem
fit sacerdos eorum qui non sunt dii
10 noster autem Dominus Deus est Ios 24,16
quem non relinquimus
sacerdotesque ministrant Domino de
filiis Aaron et Levitae sunt in ordine
suo
11 holocausta quoque offerunt Domino 2,4! Nm 28,3.4!
per singulos dies mane et vespere
et thymiama iuxta legis praecepta
confectum
et proponuntur panes in mensa mun- Lv 24,6!
dissima
estque apud nos candelabrum aure- Lv 24,2.3!
um et lucernae eius ut accendantur
semper ad vesperam
nos quippe custodimus praecepta
Domini Dei nostri quem vos reli-
quistis
12 ergo in exercitu nostro dux Deus est
et sacerdotes eius qui clangunt tu- Nm 10,8!
bis et resonant contra vos
filii Israhel nolite pugnare contra
Dominum Deum patrum vestro-
rum quia non vobis expedit
13 haec illo loquente Hieroboam retro
moliebatur insidias
cumque ex adverso hostium staret
ignorantem Iudam suo ambiebat
exercitu
14 respiciensque Iudas vidit instare bel-
lum ex adverso et post tergum
et clamavit ad Dominum ac sacer-

AGC ΣΛDSΦ cr **13**,2 abiam c | 3 quadringenta] quadraginta GCΣSΦ | octingenta] octoginta GCΦ | et[4] *om.* AG | 4 igitur] ergo c. | 5 filii eius G; + in GΦc | salis] solis GΦ.; salutis CΣ | 7 congregati sunt CΣ | 9 terrae A | in[2]] et in S; de c. | et[4] *om.* CΣ | sint GΦ. | 10 sacerdotes qui A; + eius CΣ. | 11 uesperam] uesperum CΣS | 12 clangent CΣ | 14 iuda GC | ex aduersum CS.; *praem.* et GΣD |

Nm 10,8! dotes tubis canere coeperunt
15 omnesque viri Iuda vociferati sunt
et ecce illis clamantibus perterruit
Deus Hieroboam
et omnem Israhel qui stabat ex adverso Abia et Iuda
16 fugeruntque filii Israhel Iudam et
tradidit eos Deus in manu eorum
17 percussit ergo eos Abia et populus
eius plaga magna
et corruerunt vulnerati ex Israhel
quingenta milia virorum fortium
Idc 6,6! 18 humiliatique sunt filii Israhel in tempore illo
et vehementissime confortati filii Iuda eo quod sperassent in Domino
Deo patrum suorum
19 persecutus est autem Abia fugientem Hieroboam et cepit civitates
eius
Bethel et filias eius et Hiesena cum
filiabus suis Ephron quoque et filias
eius
20 nec valuit ultra resistere Hieroboam
in diebus Abia
quem percussit Dominus et mortuus
est
21 igitur Abia confortato imperio suo
accepit uxores quattuordecim
procreavitque viginti duos filios et
sedecim filias
III Rg 15,7 22 reliqua autem sermonum Abia via-
9,29; 12,15 rumque et operum eius
scripta sunt diligentissime in libro
prophetae Addo
III Rg 15,8 **14** dormivit autem Abia cum patribus
suis et sepelierunt eum in civitate
David
regnavitque Asa filius eius pro eo
in cuius diebus quievit terra annis
decem
III Rg 15,11 2 fecit autem Asa quod bonum et placitum erat in conspectu Dei sui
et subvertit altaria peregrini cultus
et excelsa
3 et confregit statuas lucosque succidit
4 ac praecepit Iudae ut quaereret Do- 15,12; 19,3!
minum Deum patrum suorum
et faceret legem et universa mandata Dt 11,22!
5 et abstulit e cunctis urbibus Iuda
aras et fana et regnavit in pace
6 aedificavit quoque urbes munitas in
Iuda
quia quietus erat et nulla temporibus
eius bella surrexerant pacem Domino largiente
7 dixit autem Iudae aedificemus civitates istas
et vallemus muris et roboremus turribus et portis et seris
donec a bellis quieta sunt omnia eo
quod quaesierimus Dominum Deum patrum nostrorum
et dederit nobis pacem per gyrum 15,15! 20,30
aedificaverunt igitur et nullum in extruendo inpedimentum fuit
8 habuit autem Asa in exercitu suo
portantium scuta et hastas de Iuda
trecenta milia
de Beniamin vero scutariorum et sagittariorum ducenta octoginta milia
omnes isti viri fortissimi
9 egressus est autem contra eos Zara
Aethiops cum exercitu decies centena milia et curribus trecentis et
venit usque Maresa
10 porro Asa perrexit obviam et instruxit aciem ad bellum in valle Sephata quae est iuxta Maresa
11 et invocavit Dominum Deum et ait
Domine non est apud te ulla distan- I Sm 14,6; I Mcc 3,18
tia utrum in paucis auxilieris an in
pluribus
adiuva nos Domine Deus noster

14 cecinere CΣ. | 15 clamantibus] uociferantibus A | stabant CΛD. | 16 fugerunt filii ADS | deus] dominus CΣ | 17 quinquaginta milia GΦ | 19 et² + castella CΣ. | 21 procreauit CΣD | uiginti et duos DΦ; duodecim CΣS. | et sedecim] et decem CΣ.; decemque D. | 22 ~ addo prophetae c || **14**,4 ac] et c. | facere G | 5 e] de ΛΦc; a CΣ.; *om.* D | 6 surrexerunt CΣ | 8 scutatorum G | 9 exercitu + suo Φc | milium GΛDΦ | trecentis] trecenta milia CΣ. | 10 obuiam + ei c | in uallem Σ.; et uallem C. | AGC ΣΛDSΦ cr

in te enim et in tuo nomine habentes
fiduciam venimus contra hanc mul-
titudinem
Ps 9,20! Domine Deus noster tu es non prae-
valeat contra te homo
[12]exterruit itaque Dominus Aethiopas
coram Asa et Iuda
fugeruntque Aethiopes [13]et persecu-
Dt 7,2! tus est eos Asa et populus qui cum
eo erat usque Gerar
et ruerunt Aethiopes usque ad inter-
nicionem
quia Domino caedente contriti sunt
et exercitu illius proeliante
tulerunt ergo spolia multa [14]et per-
cusserunt omnes civitates per cir-
cuitum Gerare
Gn 35,5! grandis quippe cunctos terror inva-
serat
et diripuerunt urbes et multam prae-
dam asportaverunt
[15]sed et caulas ovium destruentes tu-
lerunt pecorum infinitam multitu-
dinem et camelorum
reversique sunt Hierusalem
15 Azarias autem filius Oded facto in
se spiritu Dei [2]egressus est in oc-
cursum Asa et dixit ei
audite me Asa et omnis Iuda et Ben-
iamin
Idc 6,12! Dominus vobiscum quia fuistis cum
eo
I Par 28,9! Ier 29,13! Am 5,4 si quaesieritis eum invenietis si au-
24,20 tem dereliqueritis derelinquet vos
[3]transibunt autem multi dies in Isra-
hel absque Deo vero et absque sa-
cerdote doctore et absque lege
[4]cumque reversi fuerint in angustia
sua ad Dominum Deum Israhel et
quaesierint eum repperient
Za 8,10 [5]in tempore illo non erit pax egredi-
enti et ingredienti 5.6: IV Esr 15,15–17
sed terrores undique in cunctis habi-
tatoribus terrarum
[6]pugnabit enim gens contra gentem Is 19,2! Mt 24,7; Mc 13,8; Lc 21,10
et civitas contra civitatem
quia Dominus conturbabit eos in
omni angustia
[7]vos ergo confortamini et non dissol-
vantur manus vestrae
erit enim merces operi vestro
[8]quod cum audisset Asa verba scili-
cet et prophetiam Oded prophetae
confortatus est et abstulit idola de
omni terra Iuda et Beniamin
et ex urbibus quas ceperat montis 17,2
Ephraim
et dedicavit altare Domini quod erat 8,12
ante porticum Domini
[9]congregavitque universum Iuda et
Beniamin
et advenas cum eis de Ephraim et de
Manasse et de Symeon
plures enim ad eum confugerant ex
Israhel videntes quod Dominus
Deus illius esset cum eo
[10]cumque venissent Hierusalem mense 11,16
tertio anno quintodecimo regni Asa
[11]immolaverunt Domino in die illa de
manubiis et praeda quam adduxe-
rant
boves septingentos et arietes septem II Sm 6,13!
milia
[12]et intravit ex more ad corroboran- 23,16; IV Rg 11,17
dum foedus ut quaererent Domi- 14,4!
num Deum patrum suorum in toto
corde et in tota anima sua
[13]si quis autem inquit non quaesierit
Dominum Deum Israhel moriatur
a minimo usque ad maximum a viro
usque ad mulierem
[14]iuraveruntque Domino voce magna

AGC ΣΛDSΦ cr 11 domine[3]] dominus GΦ | 12 aethiopes[1] c | 13 erant C | gerara CΣc | 14 ~ ciuitates omnes c. | gerarae GCc; gerar Λ. | ~ terror cunctos AΛ | 15 sunt + in DSΦc || **15**,1 dei] domini CΣ. | 2 dereliqueritis + eum DΦc; + et Λ. | 4 repperientque Φ; nec repperierint C.; + eum Φc | 5 egrediendi et ingrediendi GΦ | 6 enim *om.* G | 7 ergo] autem C | 8 prophetiam + azariae filii ΣΛΦc; + zaccharie filii C. | et[3] + de GCΣDSc | quas susceperat A | porticum + domus AΛ | 9 iudam GΛSΦc | ex + hierusalem et ex A | 10 uenissent + in c | decimo quinto c. | 13 deum + suum A |

in iubilo et in clangore tubae et in sonitu bucinarum
15 omnes qui erant in Iuda cum execratione
in omni enim corde suo iuraverunt
et in tota voluntate quaesierunt eum et invenerunt
14,7; 20,30; II Sm 7,1! praestititque eis Dominus requiem per circuitum
16—19: III Rg 15,13–16 16 sed et Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio
eo quod fecisset in luco simulacrum Priapi
quod omne contrivit et in frusta comminuens conbusit in torrente Cedron
17 excelsa autem derelicta sunt in Israhel
attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius
18 ea quae voverat pater suus et ipse intulit in domum Domini
argentum et aurum vasorumque diversam supellectilem
19 bellum vero non fuit usque ad tricesimum quintum annum regni Asa
1—6: III Rg 15,17–22 **16** anno autem tricesimo sexto regni eius ascendit Baasa rex Israhel in Iudam et muro circumdabat Rama
ut nullus tute posset egredi et ingredi de regno Asa
2 protulit ergo Asa argentum et aurum de thesauris domus Domini et de thesauris regis
misitque ad Benadad regem Syriae qui habitabat in Damasco dicens
3 foedus inter me et te est
pater quoque meus et pater tuus habuere concordiam
quam ob rem misi tibi argentum et aurum
ut rupto foedere quod habes cum Baasa rege Israhel facias eum a me recedere
4 quo conperto Benadad misit principes exercituum suorum ad urbes Israhel
qui percusserunt Ahion et Dan et Abelmaim et universas urbes muratas Nepthalim
5 quod cum audisset Baasa desivit aedificare Rama et intermisit opus suum
6 porro Asa rex adsumpsit universum Iudam
et tulerunt lapides Rama et ligna quae aedificationi praeparaverat Baasa
aedificavitque ex eis Gabaa et Maspha
7 in tempore illo venit Anani propheta ad Asam regem Iuda et dixit ei
quia habuisti fiduciam in rege Syriae et non in Domino Deo tuo
idcirco evasit Syriae regis exercitus de manu tua
8 nonne Aethiopes et Lybies multo plures erant quadrigis et equitibus et multitudine nimia
quos cum Domino credidisses tradidit in manu tua
9 oculi enim eius contemplantur universam terram Prv 15,3! Sir 23,28!
et praebent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum
stulte igitur egisti et propter hoc ex praesenti tempore contra te bella consurgent
10 iratusque Asa adversus videntem iussit eum mitti in nervum 18,26; III Rg 22,27; Ier 20,2; 29,26
valde quippe supe.· hoc fuerat indig-

15 ~ corde enim CΣ. | uoluntate + sua CΣΛ | 16 maacha matrem GΣ; maacha mater C | in loco ΣD; in loci C. | in torrentem AΣΦ | 17 eius] uitae eius Φ.; *om.* C | 18 eaque quae GΛSc | 19 quintum cr𝔐𝔊] *om. cet.* ‖ **16**,1 israhel *om.* G | possit GCDSΦ | ~ possit tute C.; ~ posset tute Σ | de *om.* CΣ. | 3 habuere] habere AΛ | eum *om.* CΣ. | 4 ~ nephthali muratas c. | 5 desiit c; demisit A | 6 lapides + de Φc | 7 ananias CΣΛ. | ad asa AΦc | rege] regem ACΣ | ~ regis syriae C.; rex siriae Σ. | 8 et[3] *om.* G | 9 eius] domini Φc | contra] aduersum DΦc |

AGC ΣΛDSΦ cr

natus
et interfecit de populo in tempore
illo plurimos
11—14: III Rg 15,23.24 [11]opera autem Asa prima et novissima
25,26; 27,7; 36,8; I Par 9,1 scripta sunt in libro regum Iuda et
Israhel
[12]aegrotavit etiam Asa anno tricesimo
nono regni sui dolore pedum vehe-
mentissimo
et nec in infirmitate sua quaesivit
Dominum sed magis in medicorum
arte confisus est
[13]dormivitque cum patribus suis et
mortuus est anno quadragesimo
primo regni sui
Gn 50,5! [14]et sepelierunt eum in sepulchro suo
quod foderat sibi in civitate David
posueruntque eum super lectulum
suum plenum aromatibus et un-
guentis meretriciis quae erant pig-
mentariorum arte confecta
et conbuserunt super eum ambitione
nimia
III Rg 15,24; 22,41 **17** regnavit autem Iosaphat filius eius
pro eo et invaluit contra Israhel
[2]constituitque militum numeros in
cunctis urbibus Iudae quae erant
vallatae muris
praesidiaque disposuit in terra Iuda
15,8 et in civitatibus Ephraim quas ce-
perat Asa pater eius
[3]et fuit Dominus cum Iosaphat quia
III Rg 22,43 ambulavit in viis David patris sui
primis
et non speravit in Baalim [4]sed in Deo
patris sui
et perrexit in praeceptis illius et non
iuxta peccata Israhel
[5]confirmavitque Dominus regnum in
manu eius
et dedit omnis Iuda munera Iosaphat
1,12! 18,1 factaeque sunt ei infinitae divitiae et
multa gloria
[6]cumque sumpsisset cor eius auda-
ciam propter vias Domini etiam ex-
celsa et lucos de Iuda abstulit
[7]tertio autem anno regni sui misit de
principibus suis Benail et Obdiam
et Zaccharíam et Nathanahel et Mi-
cheam
ut docerent in civitatibus Iuda
[8]et cum eis Levitas Semciam et Natha-
niam et Zabadiam
Asahel quoque et Semiramoth et Io-
nathan
Adoniam et Tobiam et Tobadoniam
Levitas
et cum eis Elisama et Ioram sacer-
dotes
[9]docebantque in Iuda habentes lib-
rum legis Domini
et circuibant cunctas urbes Iuda at-
que erudiebant populum
[10]itaque factus est pavor Domini super
omnia regna terrarum quae erant
per gyrum Iuda
nec audebant bellare contra Iosa-
phat
[11]sed et Philisthei Iosaphat munera de-
ferebant et vectigal argenti
Arabes quoque adducebant pecora
arietum septem milia septingentos
et hircos totidem
[12]crevit ergo Iosaphat et magnificatus
est usque in sublime
atque aedificavit in Iuda domos ad
instar turrium urbesque muratas
[13]et multa opera patravit in urbibus
Iuda
viri quoque bellatores et robusti erant
in Hierusalem
[14]quorum iste numerus per domos at-
que familias singulorum
in Iuda principes exercitus Ednas

AGC ΣΛDSΦ cr 10 interfecit + asa CΣ. | 11 iudae G | 12 etiam] autem G | dominum] deum CΣ. | 14 lectum DΦc | conbuserunt + et conposuerunt A | super eo AΛ | ambitione] ambustione C || 17,2 iuda[1] Φc | 3 quia] qui ADΦ | 4 et non *om.* C | 5 ei *om.* A | 7 ~ regni sui anno A | 8 adoniamque et Φc; et adoniam et A | et tobadoniam] adon CΣ. | eis *om.* C | 9 docebantque + populum Φc | in iudam C | 11 septingenta Dc. | hircorum c. | 13 parauit GDSΦc | 14 iste + est CΣΛ | princeps ACΣΦ |

dux et cum eo robustissimorum tre-
centa milia
15 post hunc Iohanan princeps et cum
eo ducenta octoginta milia
16 post istum quoque Amasias filius
Zechri consecratus Domino et cum
eo ducenta milia virorum fortium
17 hunc sequebatur robustus ad proe-
lia Heliada et cum eo tenentium
arcum et clypeum ducenta milia
18 post istum etiam Iozabath et cum eo
centum octoginta milia expedito-
rum militum
19 hii omnes erant ad manum regis
exceptis aliis quos posuerat in urbi-
bus muratis et in universo Iuda
17,5! **18** fuit ergo Iosaphat dives et inclitus
multum
et adfinitate coniunctus est Ahab
2—34: III Rg 22,2–35 2 descenditque post annos ad eum
in Samariam
ad cuius adventum mactavit Ahab
arietes et boves plurimos et populo
qui venerat cum eo
persuasitque illi ut ascenderet in Ra-
moth Galaad
3 dixitque Ahab rex Israhel ad Iosa-
phat regem Iuda
veni mecum in Ramoth Galaad
cui ille respondit
ut ego et tu sicut populus tuus sic et
populus meus tecumque erimus in
bello
4 dixitque Iosaphat ad regem Israhel
consule obsecro inpraesentiarum
sermonem Domini
5 congregavitque rex Israhel prophe-
tarum quadringentos viros et dixit
ad eos
in Ramoth Galaad ad bellandum ire
debemus an quiescere
at illi ascende inquiunt et tradet De-
us in manu regis
IV Rg 3,11 6 dixitque Iosaphat
numquid non est hic prophetes Do-
mini ut ab illo etiam requiramus
7 et ait rex Israhel ad Iosaphat
est vir unus a quo possumus quae-
rere Domini voluntatem
sed ego odi eum quia non prophetat
mihi bonum sed malum omni tem-
pore
est autem Micheas filius Iembla
dixitque Iosaphat
ne loquaris rex hoc modo
8 vocavit ergo rex Israhel unum de eu-
nuchis et dixit ei
voca cito Micheam filium Iembla
9 porro rex Israhel et Iosaphat rex Iu-
da uterque sedebant in solio suo
vestiti cultu regio
sedebant autem in area iuxta por-
tam Samariae
omnesque prophetae vaticinabantur
coram eis
10 Sedecias vero filius Chanana fecit si-
bi cornua ferrea et ait
haec dicit Dominus his ventilabis Sy-
riam donec conteras eam
11 omnesque prophetae similiter pro-
phetabant atque dicebant
ascende in Ramoth Galaad et pro-
speraberis et tradet eos Dominus in
manu regis
12 nuntius autem qui ierat ad vocan-
dum Micheam ait illi
en verba omnium prophetarum uno
ore bona regi adnuntiant
quaeso ergo te ut et sermo tuus ab
eis non dissentiat loquarisque pro-
spera
13 cui respondit Micheas
vivit Dominus quia quodcumque di- Nm 24,13!
xerit Deus meus hoc loquar
14 venit ergo ad regem
cui rex ait Michea ire debemus in
Ramoth Galaad ad bellandum an
quiescere

14 robustissimi uiri Φ c | 19 et *om.* AΛ c. ‖ **18,2** ~ ad eum post annos AΛ | plurimos + ipsi CΣ c. | 5 [*adest* l *usque ad* 21,14] | congregauit igitur Φ c | at] et CΣ. | inquit A | 7 israhel *om.* A | 9 sedebat[1] AGD | in aream GCΣΦ. | 11 in manum regis Σ.; in manus tuas A | 12 et *om.* CΣDΦl | 13 dixerit + mihi Σ c | deus] dominus CΣD | 14 requiescere G |

AGC ΣΛDSΦ(l) cr

cui ille respondit ascendite
cuncta enim prospera evenient et tradentur hostes in manus vestras
15 dixitque rex iterum atque iterum te adiuro ut non mihi loquaris nisi quod verum est in nomine Domini
III Rg 22,17! Ez 34,5! 6; Na 3,18; Za 10,2
16 at ille ait vidi universum Israhel dispersum in montibus sicut oves absque pastore
et dixit Dominus non habent isti dominos revertatur unusquisque ad domum suam in pace
17 et ait rex Israhel ad Iosaphat
nonne dixi tibi quod non propheta-ret iste mihi quicquam boni sed ea quae mala sunt
18 at ille idcirco ait audite verbum Domini
vidi Dominum sedentem in solio suo et omnem exercitum caeli adsistentem ei a dextris et sinistris
19 et dixit Dominus quis decipiet Ahab regem Israhel ut ascendat et corruat in Ramoth Galaad
cumque diceret unus hoc modo et alter alio
20 processit spiritus et stetit coram Domino et ait ego decipiam eum
cui Dominus in quo inquit decipies
21 at ille respondit egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius
dixitque Dominus decipies et praevalebis egredere et fac ita
22 nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum et Dominus locutus est de te mala
23 accessit autem Sedecias filius Chanana et percussit Micheae maxillam et ait
per quam viam transivit spiritus Domini a me ut loqueretur tibi
24 dixitque Micheas
tu ipse videbis in die illo quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo ut abscondaris
25 praecepit autem rex Israhel dicens
tollite Micheam et ducite eum ad Amon principem civitatis et ad
Ioas filium Ammelech
26 et dicetis haec dicit rex 16,10!
mittite hunc in carcerem et date ei panis modicum et aquae pauxillum donec revertar in pace
27 dixitque Micheas si reversus fueris in pace non est locutus Dominus in me
et ait audite populi omnes
28 igitur ascenderunt rex Israhel et Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad
29 dixitque rex Israhel ad Iosaphat
mutabo habitum et sic ad pugnandum vadam tu autem induere vestibus tuis
mutatoque rex Israhel habitu venit ad bellum
30 rex autem Syriae praeceperat ducibus equitatus sui dicens
ne pugnetis contra minimum aut contra maximum nisi contra solum regem Israhel
31 itaque cum vidissent principes equitatus Iosaphat dixerunt rex Israhel iste est
et circumdederunt eum dimicantes
at ille clamavit ad Dominum et auxiliatus est ei atque avertit eos ab illo
32 cum enim vidissent duces equitatus quod non esset rex Israhel reliquerunt eum
33 accidit autem ut unus e populo sagittam in incertum iaceret

AGC ΣΛ(D)SΦI cr
14 prospera uenient A; prosperae uenient D. | 15 [*deest* D *passim usque ad v.* 31] | ~ non loquaris mihi Φ; ~ mihi non loquaris c. | 16 at] et CΣ. | ad] in AIc | 18 et² + a GΣD Φc | 19 corruat] cadat AS. | 21 eius] suorum Σ.; suarum C. | 22 ~ dominus dedit CΣc. | 26 hunc] eum A | pauxillulum GSI; paululum A. | reuertatur AG | 27 ~ dominus locutus C | ~ omnes populi c | 29 pugnandum] pugnam CΦc | 31 ~ est iste Φc; iste *om.* D; est *om.* A. | eum *om.* AΣ. | [*iterum adest* D] | 33 in *om.* AG |

et percuteret regem Israhel inter cervicem et scapulas
at ille aurigae suo ait
converte manum tuam et educ me de acie quia vulneratus sum
34 et finita est pugna in die illo
porro rex Israhel stabat in curru suo contra Syros usque ad vesperam et mortuus est occidente sole
19 reversus est autem Iosaphat rex Iuda domum suam pacifice in Hierusalem
III Rg 16,1.7 2 cui occurrit Hieu filius Anani videns et ait ad eum
impio praebes auxilium et his qui oderunt Dominum amicitia iungeris
et idcirco iram quidem Domini merebaris
3 sed bona opera inventa sunt in te
eo quod abstuleris lucos de terra Iuda et praeparaveris cor tuum ut requireres Dominum 14,4! 22,9
4 habitavit ergo Iosaphat in Hierusalem
rursumque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim
et revocavit eos ad Dominum Deum patrum suorum
5 constituitque iudices terrae in cunctis civitatibus Iuda munitis per singula loca
6 et praecipiens iudicibus videte ait quid faciatis
non enim hominis exercetis iudicium sed Domini
et quodcumque iudicaveritis in vos redundabit
7 sit timor Domini vobiscum et cum diligentia cuncta facite
Dt 10,17! Ps 5,5; Iob 34,19; Sap 6,8; Sir 35,15.16 non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum
8 in Hierusalem quoque constituit Iosaphat Levitas et sacerdotes et principes familiarum ex Israhel Dt 17,9
ut iudicium et causam Domini iudicarent habitatoribus eius
9 praecepitque eis dicens sic agetis in timore Dei fideliter et corde perfecto
10 omnem causam quae venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in urbibus suis inter cognationem et cognationem
ubicumque quaestio est de lege de mandato de caerimoniis de iustificationibus ostendite eis
ut non peccent in Dominum et ne veniat ira super vos et super fratres vestros
sic ergo agetis et non peccabitis
11 Amarias autem sacerdos et pontifex vester in his quae ad Dominum pertinent praesidebit
porro Zabadias filius Ismahel qui est dux in domo Iuda super ea opera erit quae ad regis officium pertinent
habetisque magistros Levitas coram vobis
confortamini et agite diligenter et erit Dominus cum bonis
20 post haec congregati sunt filii Moab et filii Ammon et cum eis de Ammanitis ad Iosaphat ut pugnarent contra eum
2 veneruntque nuntii et indicaverunt Iosaphat dicentes
venit contra te multitudo magna de his locis quae trans mare sunt et de Syria
et ecce consistunt in Asasonthamar quae est Engaddi
3 Iosaphat autem timore perterritus

33 suo] suae AC | ait + uulneratus A | 34 porro—suo *om.* CΣ. || **19**,1 est *om.* GS | iuda + in Λc | 3 dominum] deum Σ; + deum patrum tuorum Φc | 7 enim *om.* CΣ. | 8 et¹ *om.* CΣ. | eius] suis CΣ. | 9 dei] domini CΣΦc | 10 quaesitio AΣD. | dominum] deum CΣ | ne *om.* CΣ | agentes et DΦ; agentes c | 11 dominum ADSr𝔐] deum *cet.* | cum bonis GDSΦlr, *cf.* 𝔐] uobiscum AΛ; uobiscum in bonis c; uobiscum in bono CΣ. ||

AGC ΣΛDSΦl cr

totum se contulit ad rogandum Dominum
I Esr 8,21; Ier 36,9 et praedicavit ieiunium universo Iuda
13 4 congregatusque Iudas ad precandum Dominum
sed et omnes de urbibus suis venerunt ad obsecrandum eum
5 cumque stetisset Iosaphat in medio coetu Iudae et Hierusalem in domo
Domini ante atrium novum 6 ait
Domine Deus patrum nostrorum tu
I Par 29,12! Sap 11,22! es Deus in caelo et dominaris cunctis regnis gentium
in manu tua est fortitudo et potentia
Gn 50,19! Est 13,9! nec quisquam tibi potest resistere
7 nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terrae huius coram populo tuo Israhel
Idt 8,22! Is 41,8! et dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum
8 habitaveruntque in ea et extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo dicentes
6,28–30 III Rg 8,37–39 9 si inruerint super nos mala gladius iudicii pestilentia et fames
stabimus coram domo hac in conspectu tuo in qua invocatum est nomen tuum
et clamabimus ad te in tribulationibus nostris et exaudies salvosque facies
10 nunc igitur ecce filii Ammon et Moab et mons Seir
Nm 20,21 per quos non concessisti Israheli ut transirent quando egrediebantur de Aegypto
sed declinaverunt ab eis et non interfecerunt illos
11 e contrario agunt et nituntur eicere nos de possessione quam tradidisti
nobis 12 Deus noster
ergo non iudicabis eos
in nobis quidem non tanta est fortitudo ut possimus huic multitudini resistere quae inruit super nos
sed cum ignoremus quid agere debeamus
hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te
13 omnis vero Iuda stabat coram Domino cum parvulis et uxoribus et liberis suis 4
14 erat autem Hiazihel filius Zachariae filii Banaiae filii Hiehihel filii Mathaniae Levites de filiis Asaph
super quem factus est spiritus Domini in medio turbae 24,20; I Par 12,18!
15 et ait
adtendite omnis Iuda et qui habitatis Hierusalem et tu rex Iosaphat
haec dicit Dominus vobis
nolite timere nec paveatis hanc multitudinem
non est enim vestra pugna sed Dei
16 cras descendetis contra eos
ascensuri enim sunt per clivum nomine Sis
et invenietis illos in summitate torrentis qui est contra solitudinem Hieruhel
17 non eritis vos qui dimicabitis sed Dt 20,3.4!
tantummodo confidenter state et videbitis auxilium Domini super vos Gn 26,24; Nm 14,9
o Iuda et Hierusalem nolite timere nec paveatis
cras egredimini contra eos et Dominus erit vobiscum
18 Iosaphat ergo et Iuda et omnes habitatores Hierusalem ceciderunt proni in terram coram Domino et adoraverunt eum II Esr 8,6; Idt 6,14; Sir 50,19; I Mcc 4,55
19 porro Levitae de filiis Caath et de filiis Core laudabant Dominum Deum Israhel voce magna in excel-

AGC ΣΛDSΦl cr

20,3 dominum] deum CΛ | 4 congregatusque + est CΣΦlc | ad deprecandum Cc | dominum] deum CΣ. | et *om.* AD | eum] deum CΣ. | 5 iuda c; iudaea D. | 6 ~ potest tibi A | 7 tu + domine C | 9 facias A | 10 israhel ΣDSlc(*et* r *lapsu*); filiis israhel Φ | transiret GΣΛDSl | egrediebatur G | 11 e] et GS | 12 ~ est tanta c | 14 leuitis AC | 15 rex + o CΣ. | 16 enim *om.* G | qui] quae CΦ | hieruhel] hierusalem AG | 17 confidentes Al | egrediemini ΛDSΦc | 18 eum *om.* A |

sum
[20]cumque mane surrexissent egressi sunt per desertum Thecuae
profectisque eis stans Iosaphat in medio eorum dixit
audite me Iuda et omnes habitatores Hierusalem
Ex 14,31; Io 14,1 credite in Domino Deo vestro et securi eritis
credite prophetis eius et cuncta evenient prospera
7,6! [21]deditque consilium populo et statuit cantores Domini ut laudarent eum in turmis suis
et antecederent exercitum ac voce consona dicerent
I Par 16,41! confitemini Domino quoniam in aeternum misericordia eius
[22]cumque coepissent laudes canere vertit Dominus insidias eorum in semet ipsos
filiorum scilicet Ammon et Moab et montis Seir qui egressi fuerant ut pugnarent contra Iudam et percussi sunt
[23]namque filii Ammon et Moab consurrexerunt adversum habitatores montis Seir ut interficerent et delerent eos
cumque hoc opere perpetrassent etiam in semet ipsos versi mutuis concidere vulneribus
[24]porro Iudas cum venisset ad speculam quae respicit solitudinem
vidit procul omnem late regionem plenam cadaveribus
nec superesse quemquam qui necem potuisset evadere
[25]venit ergo Iosaphat et omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum
inveneruntque inter cadavera variam supellectilem
vestes quoque et vasa pretiosissima
et diripuerunt
ita ut omnia portare non possent
nec per tres dies spolia auferre pro praedae magnitudine
[26]die autem quarto congregati sunt in valle Benedictionis
etenim quoniam ibi benedixerant Domino vocaverunt locum illum vallis Benedictionis usque in praesentem diem
[27]reversusque est omnis vir Iuda et habitatores Hierusalem
et Iosaphat ante eos in Hierusalem cum laetitia magna
eo quod dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis
[28]ingressique sunt Hierusalem cum psalteriis et citharis et tubis in domum Domini
[29]inruit autem pavor Domini super universa regna terrarum
cum audissent quod pugnasset Dominus contra inimicos Israhel
[30]quievitque regnum Iosaphat et praebuit ei Deus pacem per circuitum 14,7; 15,15!
[31]regnavit igitur Iosaphat super Iudam 31–37: III Rg 22,41–50
et erat triginta quinque annorum cum regnare coepisset
viginti autem et quinque annis regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Azuba filia Selachi
[32]et ambulavit in via patris sui Asa nec declinavit ab ea faciens quae placita erant coram Domino
[33]verumtamen excelsa non abstulit
et adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum
[34]reliqua autem gestorum Iosaphat priorum et novissimorum
scripta sunt in verbis Hieu filii Anani
quae digessit in libro regum Israhel
[35]post haec iniit amicitias Iosaphat

20 me + uiri c. | 21 quoniam + bonus quoniam A | 23 mutuis se conciderunt A | 24 iuda c | ad speluncam GΦ | necem] nec est D.; nec C | 25 possint CΣ. | pro] prae CΣΛ c | 26 uallem[2] CΣ | 28 sunt + in SΦ c | 30 deus] dominus CDΦ | 31 super iuda A | et nomen Φ c | 34 primorum AC | uerbis] libris DΦ; libro A | in libros c.; in librum CΣ. |

AGC ΣΛDSΦl cr

rex Iuda cum Ochozia rege Israhel
cuius opera fuerunt impiissima
9,21; III Rg 10,22! 36 et particeps fuit ut facerent naves
quae irent in Tharsis
feceruntque classem in Asiongaber
37 prophetavit autem Eliezer filius Dodoau de Maresa ad Iosaphat dicens
quia habuisti foedus cum Ochozia
percussit Dominus opera tua
contritaeque sunt naves nec potuerunt ire in Tharsis
III Rg 22,51 **21** dormivit autem Iosaphat cum patribus suis et sepultus est cum eis
in civitate David
IV Rg 8,16 regnavitque Ioram filius eius pro eo
2 qui habuit fratres filios Iosaphat
Azariam et Hiahihel et Zacchariam
et Azariam et Michahel et Saphatiam
omnes hii filii Iosaphat regis Israhel
3 deditque eis pater suus multa munera argenti et auri et pensitationes
cum civitatibus munitissimis in Iuda
regnum autem tradidit Ioram eo
quod esset primogenitus
4 surrexit ergo Ioram super regnum
patris sui
cumque se confirmasset occidit omnes fratres suos gladio et quosdam
de principibus Israhel
20 5 triginta duo annorum erat Ioram
5—10: IV Rg 8,17–22 cum regnare coepisset
et octo annis regnavit in Hierusalem
22,3 6 ambulavitque in viis regum Israhel
sicut egerat domus Ahab
filia quippe Ahab erat uxor eius
et fecit malum in conspectu Domini
7 noluit autem Dominus disperdere
domum David propter pactum
quod inierat cum eo
III Rg 15,4! et quia promiserat ut daret illi lucernam et filiis eius omni tempore
8 in diebus illis rebellavit Edom ne esset subditus Iudae et constituit sibi
regem
9 cumque transisset Ioram cum principibus suis et cuncto equitatu qui
erat secum
surrexit nocte et percussit Edom qui
se circumdederat et omnes duces
equitatus eius
10 attamen rebellavit Edom ne esset
sub dicione Iuda usque ad hanc
diem
eo tempore et Lobna recessit ne esset sub manu illius
dereliquerat enim Dominum Deum
patrum suorum
11 insuper et excelsa fabricatus est in
urbibus Iuda
et fornicari fecit habitatores Hierusalem et praevaricari Iudam 33,9
12 adlatae sunt autem ei litterae ab Helia propheta in quibus scriptum erat
haec dicit Dominus Deus David patris tui
quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui et in viis Asa regis
Iuda
13 sed incessisti per iter regum Israhel
et fornicari fecisti Iudam et habitatores Hierusalem imitatus fornicationem domus Ahab
insuper et fratres tuos domum patris
tui meliores te occidisti
14 ecce Dominus percutiet te plaga
magna cum populo tuo et filiis et
uxoribus tuis universaque substantia tua
15 tu autem aegrotabis pessimo languore uteri donec egrediantur vitalia 18
tua paulatim per dies singulos
16 suscitavit ergo Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum et
Arabum qui confines sunt Aethiopibus

AGC ΣΛDSΦ(l) cr 36 faceret GCΣΛl | fecerunt GΣ. || **21,2** et azariam *om.* CS | israhel] iuda ΛΛc | 3 in *om.* CΣD. | 5 duo] duorum c; *om.* D. | 7 illi] ei ASc. | 9 secum] cum eo A | circumdederant A | 10 et tamen GC | 11 et¹ *om.* C | 12 autem *om.* GΣS | ei *om.* AD. | deus *om.* A | 13 fornicare GS | 14 [*deest* l *usque ad* 36,23] | tua *om.* GCΣ | 15 uteri + tui c. | ~ singulos dies Σc |

[17] et ascenderunt in terram Iuda et vastaverunt eam
diripueruntque cunctam substantiam quae inventa est in domo regis
insuper et filios eius et uxores
nec remansit ei filius nisi Ioachaz qui minimus natu erat
[18] et super haec omnia percussit eum Dominus alvi languore insanabili
Ier 34,5 [19] cumque diei succederet dies et temporum spatia volverentur duorum annorum expletus est circulus
et sic longa consumptus tabe ita ut egereret etiam viscera sua languore pariter et vita caruit
mortuusque est in infirmitate pessima
et non fecit ei populus secundum morem conbustionis exequias sicut fecerat maioribus eius
[20] triginta duum annorum fuit cum regnare coepisset
et octo annis regnavit in Hierusalem
ambulavitque non recte
24,25; 28,27 et sepelierunt eum in civitate David
verumtamen non in sepulchro regum
1–6: IV Rg 8,25–29 **22** constituerunt autem habitatores Hierusalem Ochoziam filium eius minimum regem pro eo
omnes enim maiores natu qui ante eum fuerant interfecerant latrones Arabum qui inruerant in castra
IV Rg 9,29 regnavitque Ochozias filius Ioram regis Iuda
[2] filius quadraginta duo annorum erat Ochozias cum regnare coepisset
et uno anno regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Otholia filia Amri
21,6 [3] sed et ipse ingressus est per vias domus Ahab
mater enim eius inpulit eum ut impie ageret
[4] fecit igitur malum in conspectu Domini sicut domus Ahab
ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui in interitum eius
[5] ambulavitque in consiliis eorum
et perrexit cum Ioram filio Ahab rege Israhel in bellum contra Azahel regem Syriae in Ramoth Galaad
vulneraveruntque Syri Ioram
[6] qui reversus est ut curaretur in Hiezrahel
multas enim plagas acceperat in supradicto certamine
igitur Azarias filius Ioram rex Iuda descendit ut inviseret Ioram filium Ahab in Hiezrahel aegrotantem
[7] voluntatis quippe fuit Dei adversum Ochoziam ut veniret ad Ioram
et cum venisset egrederetur cum eo adversum Hieu filium Namsi IV Rg 9,21
quem unxit Dominus ut deleret domum Ahab IV Rg 9,6.7
[8] cum ergo subverteret Hieu domum Ahab
invenit principes Iuda et filios fratrum Ochoziae qui ministrabant ei IV Rg 10,13
et interfecit illos
[9] ipsumque perquirens Ochoziam conprehendit latentem in Samaria
adductumque ad se occidit
et sepelierunt eum eo quod esset filius Iosaphat qui quaesierat Dominum in toto corde suo 19,3!
nec erat ultra spes aliqua ut de stirpe regnaret Ochoziae
[10] siquidem Otholia mater eius videns quod mortuus esset filius suus 10–12: IV Rg 11,1–3
surrexit et interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram

17 iudam DS; iudae C | ei *om.* CΣ. | in natu G.; natus CΛDSΦ | 19 consumptus + est AGDSΦ | in *om.* AGΣ | fecerat] fecerant CΣ. | eius *om.* AS. | 20 duum] duorum CΣΦc | fuerat S; erat C || **22**,1 interfecerunt A | inruerunt A | regnauit autem CΣ.; regnauit DS | 2 filius AGDr𝔐] *om. cet.* | duorum Σc | et nomen c | 4 in interitu AD.; interitum A | 5 rege] regis AS | uulnerauerunt A | 6 azarias ADr𝔐] ochozias *cet.* | 7 egrederetur ASr, *cf.* 𝔐] *praem.* et *cet.* | 8 cum—ahab *om.* C | euerteret DΦc | ei *om.* A | 9 ipsum quoque c. | latitantem c. | in samariam A | dominum] deum C | stirpe + quis c. | 10 suus] eius CΣ |

AGC ΣΛDSΦ cr

11 porro Iosabeth filia regis tulit Ioas
filium Ochoziae
et furata est eum de medio filiorum
regis cum interficerentur
absconditque eum nutrice sua in cu-
biculo lectulorum
Iosabeth autem quae absconderat
eum erat filia regis Ioram uxor Io-
iadae pontificis soror Ochoziae
et idcirco Otholia non interfecit eum
12 fuit ergo cum eis in domo Dei abs-
conditus sex annis quibus regnavit
Otholia super terram
1—15: IV Rg 11,4–16 23 anno autem septimo confortatus
Ioiadae adsumpsit centuriones
Azariam videlicet filium Hieroam et
Ismahel filium Iohanan
Azariam quoque filium Oded et Ma-
asiam filium Adaiae et Elisaphat
filium Zechri
et iniit cum eis foedus
2 qui circumeuntes Iudam congrega-
verunt Levitas de cunctis urbibus Iu-
da et principes familiarum Israhel
veneruntque in Hierusalem
3 iniit igitur omnis multitudo pactum
in domo Domini cum rege
dixitque ad eos Ioiadae
ecce filius regis regnabit sicut locu-
tus est Dominus super filios David
4 iste est ergo sermo quem facietis
5 tertia pars vestrum qui veniunt ad
sabbatum sacerdotum et Levitarum
et ianitorum erit in portis
tertia vero pars ad domum regis
et tertia in porta quae appellatur
Fundamenti
omne vero reliquum vulgus sit in at-
riis domus Domini
6 nec quisquam alius ingrediatur do-
mum Domini nisi sacerdotes et qui
ministrant de Levitis
ipsi tantummodo ingrediantur quia
sanctificati sunt
et omne reliquum vulgus observet
custodias Domini
7 Levitae autem circumdent regem ha-
bentes singuli arma sua
et si quis alius ingressus fuerit tem-
plum interficiatur
sintque cum rege et intrante et egre-
diente
8 fecerunt igitur Levitae et universus
Iuda iuxta omnia quae praeceperat
Ioiadae pontifex
et adsumpserunt singuli viros qui
sub se erant et veniebant per ordi-
nem sabbati
cum his qui iam impleverant sabba-
tum et egressuri erant
siquidem Ioiadae pontifex non dimi-
serat abire turmas quae sibi per sin-
gulas ebdomadas succedere con-
sueverant
9 deditque Ioiadae sacerdos centurio-
nibus lanceas clypeosque et peltas
regis David quas consecraverat in
domo Domini
10 constituitque omnem populum te-
nentium pugiones
a parte templi dextra usque ad par-
tem templi sinistram
coram altari et templo per circuitum
regis
11 et eduxerunt filium regis et inposu-
erunt ei diadema
dederuntque in manu eius tenendam Dt 17,18!
legem et constituerunt eum regem
unxit quoque illum Ioiadae pontifex
et filii eius
inprecatique sunt atque dixerunt vi-
vat rex
12 quod cum audisset Otholia vocem
scilicet currentium atque laudan-

AGC 11 ioam CΣ. | absconditque + eum ΛΦ c | lecticulorum CΣ.; lectorum D. || **23,**1 ioiada
ΣΛDSΦ ΛΦ c | 3 igitur] ergo c | multitudo + israhel AΛS | domini] dei c. | dixit ad AS. |
cr ioiada CΛΦ c | regnauit ACΣΛS | 5 in porta] ad portam DΦ c; in parte C. | 6 quis-
piam c. | in domum C | ingrediatur² A | 7 egrediente] ingrediente ΛΣ. | 8 igitur]
ergo c. | ioiada¹ CΛΦ c | iam *om.* S c. | ioiada² Φ c | consuerant AG. | 9 ioiada CΣΛ
Φ c | 11 diadema + et testimonium c | unxitque GΦ | ioiada CΣΛΦ c | sunt + ei c |

tium regem
ingressa est ad populum in templum
Domini
[13]cumque vidisset regem stantem super gradum in introitu et principes turmasque circa eum
omnem quoque populum terrae gaudentem atque clangentem tubis
et diversi generis organis concinentem vocemque laudantium
scidit vestimenta sua et ait insidiae insidiae
[14]egressus autem Ioiadae pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis
educite illam extra septa templi et interficiatur foris gladio
praecepitque sacerdos ne occideretur in domo Domini
[15]et inposuerunt cervicibus eius manus
cumque intrasset portam Equorum domus regis interfecerunt eam ibi
15,12 [16]pepigit autem Ioiadae foedus inter
16–21: IV Rg 11,17–20 se universumque populum et regem ut esset populus Domini
IV Rg 10,26.27! [17]itaque ingressus est omnis populus domum Baal et destruxerunt eam
et altaria ac simulacra illius confregerunt
Matthan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras
8,14; 31,2; 35,4.5; I Par 23,6.30.31! I Esr 6,18! [18]constituit autem Ioiadae praepositos in domo Domini et sub manibus sacerdotum ac Levitarum
quos distribuit David in domo Domini ut offerrent holocausta Domino
sicut scriptum est in lege Mosi
in gaudio et canticis iuxta dispositionem David
[19]constituit quoque ianitores in portis domus Domini
ut non ingrederetur eam inmundus
in omni re
[20]adsumpsitque centuriones et fortissimos viros ac principes populi et omne vulgus terrae
et fecerunt descendere regem de domo Domini et introire per medium portae superioris in domum regis
et conlocaverunt eum in solio regali
[21]laetatusque est omnis populus terrae et urbs quievit
porro Otholia interfecta est gladio
24 septem annorum erat Ioas cum regnare coepisset 1–14: IV Rg 11,21–12,14
et quadraginta annis regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Sebia de Bersabee
[2]fecitque quod bonum est coram Domino cunctis diebus Ioiadae sacerdotis
[3]accepit autem ei Ioiadae uxores duas
e quibus genuit filios et filias
[4]post quae placuit Ioas ut instauraret domum Domini
[5]congregavitque sacerdotes et Levitas et dixit eis
egredimini ad civitates Iuda et colligite de universo Israhel pecuniam ad sarta tecta templi Dei vestri per singulos annos
festinatoque hoc facite
porro Levitae egere neglegentius
[6]vocavitque rex Ioiadae principem et dixit ei
quare non tibi fuit curae ut cogeres Levitas inferre de Iuda et de Hierusalem pecuniam quae constituta est Ex 30,16
a Mose servo Domini
ut inferret eam omnis multitudo Israhel in tabernaculum testimonii Nm 31,54
[7]Otholia enim impiissima et filii eius destruxerunt domum Domini
et de universis quae sanctificata fu-

13 in introitum CD | omnemque C c | 14 ioiada CΣΛΦ c | illam] eam C | 16 ioiada CΣΛΦ c | 17 ac] et C | 18 ioiada CΣΛΦ c | et[1]] ut D; *om.* c | ac] et DΦ c | 19 constituitque C | in eam AS || **24**,3 ei ΣΛ cr 𝔐] *om. cet.* | ioiada CΣΛ c; ioas Φ | 5 egerunt ACΣS | 6 rex + iuda AS. | ioiada Φ; ioiadam CΣΛ c | et dixit] dixitque CΣ. | ~ non fuit tibi DΦ; ~ tibi non fuit AS c | de[2] *om.* AGΛS | 7 destruxerant ADΦ | domini AG CΣ] dei *cet.* |

AGC ΣΛDSΦ cr

erant templo Domini ornaverunt
fanum Baalim
8 praecepit ergo rex et fecerunt arcam
posueruntque eam iuxta portam do-
mus Domini forinsecus
9 et praedicatum est in Iuda et Hieru-
salem ut deferrent singuli pretium
Domino
quod constituit Moses servus Dei su-
per omnem Israhel in deserto
10 laetatique sunt cuncti principes et
omnis populus
et ingressi contulerunt in arcam Do-
mini atque miserunt ita ut implere-
tur
11 cumque tempus esset ut deferrent
arcam coram rege per manus Levi-
tarum
videbant enim multam pecuniam
ingrediebatur scriba regis et quem
primus sacerdos constituerat
effundebantque pecuniam quae erat
in arca
porro arcam reportabant ad locum
suum
sicque faciebant per singulos dies
et congregata est infinita pecunia
IV Rg 22,5.6 12 quam dederunt rex et Ioiada his qui
praeerant operibus domus Domini
at illi conducebant ex ea caesores la-
pidum et artifices operum singulo-
rum ut instaurarent domum Do-
mini
fabros quoque ferri et aeris ut quod
cadere coeperat fulciretur
13 egeruntque hii qui operabantur in-
dustrie
et obducebatur parietum cicatrix per
manus eorum
ac suscitaverunt domum Domini in
statum pristinum et firme eam stare
fecerunt
14 cumque conplessent omnia opera de-
tulerunt coram rege et Ioiadae reli-
quam partem pecuniae
de qua facta sunt vasa templi in mi-
nisterium et ad holocausta
fialae quoque et cetera vasa aurea et
argentea
et offerebantur holocausta in domo
Domini iugiter cunctis diebus Ioia-
dae
15 senuit autem Ioiadae plenus dierum
et mortuus est cum centum triginta
esset annorum
16 sepelieruntque eum in civitate David
cum regibus
eo quod fecisset bonum cum Israhel
et cum domo eius
17 postquam autem obiit Ioiada ingressi
sunt principes Iuda et adoraverunt
regem
qui delinitus obsequiis eorum adqui-
evit eis
18 et dereliquerunt templum Domini
Dei patrum suorum
servieruntque lucis et sculptilibus
et facta est ira contra Iudam et Hie- 29,6.8: 32,25
rusalem propter hoc peccatum
19 mittebatque eis prophetas ut rever- 36,15.16: II Esr 9,26! 30: Ier 7,25.26!
terentur ad Dominum
quos protestantes illi audire nole-
bant
20 spiritus itaque Dei induit Zacchari- 20,14: I Par 12,18!
am filium Ioiadae sacerdotem
et stetit in conspectu populi et dixit
eis
haec dicit Dominus
quare transgredimini praeceptum
Domini quod vobis non proderit
et dereliquistis Dominum ut derelin- 15,2
queret vos
21 qui congregati adversus eum mise-
runt lapides iuxta regis imperium in
atrio domus Domini
22 et non est recordatus Ioas rex mise-

AGC ΣΛDSΦ cr 7 fuerant + in c | ornauerant G; ornauerat DΦ | 8 domus C cr.𝔐𝔊] *om. cet.* | 9 dei] domini AC | 10 ingressi] uniuersi CΣ. | 11 instituerat CΣ. | 12 ioiadae A | 13 firmiter c | 14 ioiada[1] CΣΛ c | offerebatur G | 15 ioiada CΣΛ c | ~ centum esset et triginta DΦ; ~ esset centum triginta c. | 16 israhel + et cum deo r𝔐 | 20 sacerdotis A | dominus + deus c. | relinqueret GS |

ricordiae quam fecerat Ioiadae pater illius secum
sed interfecit filium eius
qui cum moreretur ait videat Dominus et requirat
IV Rg 12,17 [23]cumque evolutus esset annus ascendit contra eum exercitus Syriae
venitque in Iudam et Hierusalem et interfecit cunctos principes populi
atque universam praedam miserunt regi Damascum
[24]et certe cum permodicus venisset numerus Syrorum
tradidit Dominus manibus eorum infinitam multitudinem
eo quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum
in Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia
25—27: IV Rg 12,19–21 [25]et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis
surrexerunt autem contra eum servi sui in ultionem sanguinis filii Ioiadae sacerdotis
25,3 et occiderunt eum in lectulo suo et mortuus est
21,20; 28,27 sepelieruntque eum in civitate David sed non in sepulchris regum
[26]insidiati vero sunt ei Zabath filius Semath Ammanitidis
et Iozabath filius Semarith Moabitidis
[27]porro filii eius ac summa pecuniae quae adunata fuerat sub eo et instauratio domus Dei
scripta sunt diligentius in libro regum
regnavitque Amasias filius eius pro eo
1—4: IV Rg 14,2–6 **25** viginti quinque annorum erat Amasias cum regnare coepisset
et viginti novem annis regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Ioaden de Hierusalem
[2]fecitque bonum in conspectu Domini verumtamen non in corde perfecto
[3]cumque roboratum sibi videret imperium
iugulavit servos qui occiderant regem patrem suum 24,25
[4]sed filios eorum non interfecit
sicut scriptum est in libro legis Mosi ubi praecepit Dominus dicens
non occidentur patres pro filiis neque filii pro patribus suis Dt 24,16!
sed unusquisque in suo peccato morietur
[5]congregavit igitur Amasias Iudam et constituit eos per familias
tribunosque et centuriones in universo Iuda et Beniamin
et recensuit a viginti annis sursum Nm 1,18!
invenitque triginta milia iuvenum qui egrederentur ad pugnam et tenerent hastam et clypeum
[6]mercede quoque conduxit de Israhel centum milia robustorum centum talentis argenti
[7]venit autem homo Dei ad illum et ait
o rex ne egrediatur tecum exercitus Israhel
non est enim Dominus cum Israhel et cunctis filiis Ephraim
[8]quod si putas in robore exercitus bella consistere superari te faciet Deus ab hostibus
Dei quippe est et adiuvare et in fugam vertere
[9]dixitque Amasias ad hominem Dei quid ergo fiet de centum talentis quae dedi militibus Israhel

AGC ΣΛDSΦ cr

22 ioiada CΣSc | 23 regi + in CΣc. | 24 in manibus CΦc | dereliquissent AΛc | ignominiose exercuerunt CΣ. | 25 sepelierunt ADΦ | eum[4]] illum GΛ | 26 ~ sunt uero C | 27 instaurata CΣ | dei] domini AΛS | regnauit autem DΦc || **25**,2 domini] dei GΣDS | 3 uidisset CΣ. | occiderunt GDΦ | 4 ~ peccato suo CΛ | 5 sursum CDΦr] sursumque Σ.; ct sursum AS; rursum G; supra c.; et supra Λ | triginta] trecenta cr𝔐𝔊 | 6 centum[2] + milia CΣ. | 7 ~ ad illum homo dei AΣ | 8 hostibus + tuis A | et[1] *om.* CΣDΦ | conuertere c | 9 fiat A | talentis + argenti CΣ. |

et respondit ei homo Dei
habet Dominus unde tibi dare possit multo his plura
10 separavit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim ut reverteretur in locum suum
at illi contra Iudam vehementer irati reversi sunt in regionem suam
11 porro Amasias confidenter eduxit populum suum
II Sm 8,13; IV Rg 14,7; I Par 18,12! Ps 59,2 et abiit in vallem Salinarum percussitque filios Seir decem milia
12 et alia decem milia virorum ceperunt filii Iuda
et adduxerunt ad praeruptum cuiusdam petrae
praecipitaveruntque eos de summo in praeceps qui universi crepuerunt
13 at ille exercitus quem remiserat Amasias ne secum iret ad proelium
diffusus est in civitatibus Iuda a Samaria usque Bethoron
et interfectis tribus milibus diripuit praedam magnam
14 Amasias vero post caedem Idumeorum et adlatos deos filiorum Seir statuit illos in deos sibi
et adorabat eos et illis adolebat incensum
15 quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam misit ad illum prophetam qui diceret ei
cur adorasti deos qui non liberaverunt populum suum de manu tua
16 cumque haec ille loqueretur respondit ei
num consiliarius regis es quiesce ne interficiam te
discedensque propheta scio inquit quod cogitaverit Dominus occidere te
qui et fecisti hoc malum et insuper non adquievisti consilio meo
17 igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio misit ad Ioas filium Ioachaz filii Hieu regem Israhel dicens 17—24: IV Rg 14,8-14
veni videamus nos mutuo
18 at ille remisit nuntium dicens
carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani dicens
da filiam tuam filio meo uxorem
et ecce bestiae quae erant in silva Libani transierunt et conculcaverunt carduum
19 dixisti percussi Edom et idcirco erigitur cor tuum in superbiam
sede in domo tua
cur malum adversum te provocas ut cadas et tu et Iudas tecum
20 noluit audire Amasias
eo quod Domini esset voluntas ut traderetur in manibus hostium propter deos Edom
21 ascendit igitur Ioas rex Israhel et mutuos sibi praebuere conspectus
Amasias autem rex Iuda erat in Bethsames Iudae
22 corruitque Iudas coram Israhel et fugit in tabernacula sua
23 porro Amasiam regem Iuda filium Ioas filii Ioachaz cepit Ioas rex Israhel in Bethsames et adduxit in Hierusalem
destruxitque murum eius a porta Ephraim usque ad portam Anguli quadringentis cubitis
24 omne quoque aurum et argentum et universa vasa quae reppererat in domo Dei et apud Obededom in thesauris etiam domus regiae
nec non et filios obsidum reduxit Samariam 28,8!
25 vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israhel quinde- 25—26,2: IV Rg 14,17-22

AGC ΣΛDSΦ 𝔠𝔯 10 itaque] autem CΣ. | ad eum *om.* CΣ. | 13 quem miserat G; qui remanserat C. | ad] in A | usque + ad 𝔠 | 14 illos] eos CDΦ | 16 discendensque A | dominus] deus 𝔠. | qui et] quia A𝔠 | 17 ueni + et CΣ. | 18 at—nuntium] remisitque ioas rex israhel ad amasiam regem iuda CΣ. | nuntios DΦ𝔠 | in siluam A | 19 et[2] *om.* ADΦ | iuda C𝔠. | 20 in manus CΣΛ𝔠 | 21 mutuo AΣ | iuda[2] 𝔠. | 22 iuda 𝔠. | 24 dei GCΣS𝔠𝔐] domini *cet.* | in samariam ADSΦ𝔠 |

cim annis
16,11! 26 reliqua vero sermonum Amasiae pri-
orum et novissimorum scripta sunt
in libro regum Iuda et Israhel
27 qui postquam recessit a Domino te-
tenderunt ei insidias in Hierusalem
cumque fugisset Lachis miserunt et
interfecerunt eum ibi
28 reportantesque super equos sepeli-
erunt eum cum patribus suis in ci-
vitate David
1,2: IV Rg 14,21.22 **26** omnis autem populus Iuda filium
eius Oziam annorum sedecim con-
stituit regem pro patre suo Amasia
2 ipse aedificavit Ahilath et restituit
eam dicioni Iudae postquam dor-
mivit rex cum patribus suis
3,4: IV Rg 15,2.3 3 sedecim annorum erat Ozias cum
regnare coepisset
et quinquaginta duobus annis regna-
vit in Hierusalem
nomen matris eius Hiechelia de Hie-
rusalem
27,2 4 fecitque quod erat rectum in oculis
Domini iuxta omnia quae fecerat
Amasias pater eius
5 et exquisivit Deum in diebus Zac-
chariae intellegentis et videntis
Deum
cumque requireret Dominum dire-
xit eum in omnibus
6 denique egressus est et pugnavit
contra Philisthim
et destruxit murum Geth et murum
Iabniae murumque Azoti
aedificavit quoque oppida in Azoto
et in Philisthim
7 et adiuvit eum Deus contra Philis-
thim et contra Arabas qui habita-
bant in Gurbaal et contra Amma-
nitas
8 pendebantque Ammanitae munera
Oziae
et divulgatum est nomen eius usque
ad introitum Aegypti propter cre-
bras victorias
9 aedificavitque Ozias turres in Hieru- II Esr 3,13; Ier 31,38
salem super portam Anguli et super
portam Vallis
et reliquas in eodem muri latere fir-
mavitque eas
10 extruxit etiam turres in solitudine et
fodit cisternas plurimas
eo quod haberet multa pecora tam
in campestribus quam in heremi
vastitate
vineas quoque habuit et vinitores in
montibus et in Carmelo
erat quippe homo agriculturae de-
ditus
11 fuit autem exercitus bellatorum eius
qui procedebant ad proelia
sub manu Hiehihel scribae Maasiae-
que doctoris
et sub manu Ananiae qui erat de du-
cibus regis
12 omnisque numerus principum per
familias virorum fortium duum
milium sescentorum
13 et sub eis universus exercitus trecen-
torum et septem milium quingen-
torum
qui erant apti ad bella et pro rege
contra adversarios dimicabant
14 praeparavit quoque eis Ozias id est
cuncto exercitui clypeos et hastas
et galeas et loricas
arcusque et fundas ad iaciendos la-
pides
15 et fecit in Hierusalem diversi generis
machinas
quas in turribus conlocavit et in an-
gulis murorum
ut mitterent sagittas et saxa grandia

26 uero] autem AΛc | primorum A | 27 ei *om.* A | in lachis c. || 26,1 ~ amasia patre suo c. | 2 iuda c. | 4 ~ rectum erat A | 5 deum¹] dominum AGΦc | dominum] deum CΣDΦ | 6 aedificauitque C | 7 arabes Cc | 8 appendebantque Λc; expandebantque Φ.; praebebantque C. | 9 aedificauit quoque CΣS | 10 in solitudinem CΣ | et effodit Φc | heremis C | 11 erant C | 12 duum milium GΛ] duorum milium CΣc; duo milium S.; duo milia DΦr; LII milia A. | 13 septem] octo CΣ. | 15 mitteret G |

AGC ΣΛDSΦ cr

egressumque est nomen eius procul
eo quod auxiliaretur ei Dominus et
corroborasset illum
12,1 16 sed cum roboratus esset elevatum
est cor eius in interitum suum et
neglexit Dominum Deum suum
Ex 30,7! ingressusque templum Domini ado-
lere voluit incensum super altare
thymiamatis
17 statimque ingressus post eum Aza-
rias sacerdos
et cum eo sacerdotes Domini octo-
ginta viri fortissimi 18 restiterunt
regi atque dixerunt
Nm 16,40 non est tui officii Ozia ut adoleas in-
censum Domino
sed sacerdotum hoc est filiorum Aa-
ron qui consecrati sunt ad huiusce-
modi ministerium
egredere de sanctuario ne contem-
pseris
quia non reputabitur tibi in gloriam
hoc a Domino Deo
19 iratusque est Ozias et tenens in manu
turibulum ut adoleret incensum
minabatur sacerdotibus
statimque orta est lepra in fronte
eius coram sacerdotibus in domo
Domini super altare thymiamatis
20 cumque respexisset eum Azarias
pontifex et omnes reliqui sacerdotes
viderunt lepram in fronte eius et fes-
tinato expulerunt eum
sed et ipse perterritus adceleravit
egredi eo quod sensisset ilico pla-
gam Domini
21—23: IV Rg 15,5–7 21 fuit igitur Ozias rex leprosus usque
ad diem mortis suae
Lv 13,46! et habitavit in domo separata plenus
lepra
ob quam et eiectus fuerat de domo
Domini
porro Ioatham filius eius rexit do-
mum regis et iudicabat populum
terrae
22 reliqua autem sermonum Oziae pri-
orum et novissimorum scripsit
Esaias filius Amos propheta
23 dormivitque Ozias cum patribus suis
et sepelierunt eum in agro regalium
sepulchrorum eo quod esset lepro-
sus
regnavitque Ioatham filius eius pro
eo
27 viginti quinque annorum erat Ioa- 1—9: IV Rg 15,33–38
tham cum regnare coepisset
et sedecim annis regnavit in Hieru-
salem
nomen matris eius Hierusa filia Sa-
doc
2 fecitque quod rectum erat coram Do- 26,4!
mino iuxta omnia quae fecerat
Ozias pater suus
excepto quod non est ingressus
templum Domini et adhuc populus
delinquebat
3 ipse aedificavit portam domus Do-
mini Excelsam et in muro Ophel
multa construxit
4 urbes quoque aedificavit in monti-
bus Iuda et in saltibus castella et
turres
5 ipse pugnavit contra regem filiorum
Ammon et vicit eos
dederuntque ei filii Ammon in tem-
pore illo centum talenta argenti
et decem milia choros tritici ac toti-
dem choros hordei
haec ei praebuerunt filii Ammon in
anno secundo et tertio
6 corroboratusque est Ioatham eo
quod direxisset vias suas coram
Domino Deo suo
7 reliqua autem sermonum Ioatham
et omnes pugnae eius et opera
scripta sunt in libro regum Israhel 16,11!
et Iuda
8 viginti quinque annorum erat cum

AGC 18 in gloria A; ad gloriam CΣ. | 19 est[1] *om.* c | et *om.* c | 21 rex *om.* CΣ; ~ rex ozias
ΣΛDSΦ A. | ei iectus A.; eiectus CΣΦc | 22 primorum AΣ | ~ propheta filius amos A ||
cr 27,1 annos[2] GS | 5 ac] et GΛ. |

regnare coepisset
et sedecim annis regnavit in Hierusalem
9 dormivitque Ioatham cum patribus suis et sepelierunt eum in civitate David
et regnavit Achaz filius eius pro eo
1—5: IV Rg 16,2–5 **28** viginti annorum erat Achaz cum regnare coepisset
et sedecim annis regnavit in Hierusalem
non fecit rectum in conspectu Domini sicut David pater eius
2 sed ambulavit in viis regum Israhel
insuper et statuas fudit Baalim
3 ipse est qui adolevit incensum in valle Benennon
IV Rg 16,3! 17,17! et lustravit filios suos in igne iuxta ritum gentium quas interfecit Dominus in adventu filiorum Israhel
4 sacrificabat quoque et thymiama succendebat in excelsis et in collibus et sub omni ligno frondoso
5 tradiditque eum Dominus Deus eius in manu regis Syriae
qui percussit eum magnamque praedam de eius cepit imperio et adduxit in Damascum
manibus quoque regis Israhel traditus est et percussus plaga grandi
6 occiditque Phacee filius Romeliae de Iuda centum viginti milia in die uno
omnes viros bellatores
I Par 5,25! eo quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum
7 eodem tempore occidit Zechri vir potens ex Ephraim Masiam filium regis et Ezricam ducem domus eius
Helcanam quoque secundum a rege
29,9 8 ceperuntque filii Israhel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum et puellarum et infinitam praedam
pertuleruntque eam in Samariam 25,24
9 ea tempestate erat ibi propheta Domini nomine Oded
qui egressus obviam exercitui venientium in Samariam dixit eis
ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iudam tradidit eos manibus vestris
et occidistis illos atrociter ita ut caelum pertingeret vestra crudelitas
10 insuper filios Iuda et Hierusalem vultis vobis subicere in servos et ancillas
quod nequaquam facto opus est
peccatis enim super hoc Domino Deo vestro
11 sed audite consilium meum et reducite captivos quos adduxistis de fratribus vestris
quia magnus furor Domini inminet vobis
12 steterunt itaque viri de principibus filiorum Ephraim
Azarias filius Iohanan Barachias filius Mosollamoth
Hiezechias filius Sellum et Amasa filius Adali
contra eos qui veniebant de proelio
13 et dixerunt eis
non introducetis huc captivos ne peccemus Domino
quare vultis adicere super peccata nostra et vetera cumulare delicta
grande quippe peccatum est et ira furoris Domini inminet super Israhel
14 dimiseruntque viri bellatores praedam et universa quae ceperant coram principibus et omni multitudine
15 steteruntque viri quos supra memoravimus
et adprehendentes captivos omnes-

9 ioatham *om.* CΣ. ‖ **28**,4 et¹ *om.* CΣ. | 5 deus eius *om.* CΣ. | in manus GD | ~ cepit de eius c | in damasco CΣ. | 8 puerorumque et C; et S. | infinitam] infantium A | 9 uenienti c | iuda c | eos + deus in D.; + in CΣΦ c | illos] eos DΦ c | ut + ad C c | 10 insuper + et A | [*deest* D *usque ad v.* 23] | peccastis CΣΦ cr | 12 steterunt igitur Λ; steteruntque CΣ. | 13 introducitis AS | 15 omnesque *om.* CΣ. |

AGC ΣΛ(D)SΦ cr

que qui nudi erant vestierunt de spoliis
cumque vestissent eos et calciassent et refecissent cibo ac potu
unxissent quoque propter laborem et adhibuissent eis curam
quicumque ambulare non poterant et erant inbecillo corpore inposuerunt eos iumentis
Idc 1,16! 3,13 et adduxerunt Hierichum civitatem Palmarum ad fratres eorum
ipsique reversi sunt Samariam
IV Rg 16,7 16 tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum auxilium postulans
17 veneruntque Idumei et percusserunt multos ex Iuda et ceperunt praedam magnam
18 Philisthim quoque diffusi sunt per urbes campestres et ad meridiem Iuda
ceperuntque Bethsames et Ahilon et Gaderoth
Soccho quoque et Thamnam et Gamzo cum viculis suis et habitaverunt in eis
Idc 6,6! 19 humiliaverat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda
eo quod nudasset eum auxilio et contemptui habuisset Dominum
20 adduxitque contra eum Thaglathphalnasar regem Assyriorum
qui et adflixit eum et nullo resistente vastavit
IV Rg 16,8! 21 igitur Achaz spoliata domo Domini et domo regum et principum
dedit regi Assyriorum munera et tamen nihil ei profuit
22 insuper et in tempore angustiae suae auxit contemptum in Dominum
ipse per se rex Achaz 23 immolavit diis Damasci victimas percussoribus suis et dixit
dii regum Syriae auxiliantur eis quos ego placabo hostiis et aderunt mihi
cum e contrario ipsi fuerint ruina eius et universo Israhel
24 direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei atque confractis clusit 29,7
ianuas templi Dei
et fecit sibi altaria in universis angu- 30,14
lis Hierusalem
25 in omnibus quoque urbibus Iuda extruxit aras ad cremandum tus 34,25! I Esr 5,12!
atque ad iracundiam provocavit Do- Is 65,3
minum Deum patrum suorum
26 reliqua autem sermonum eius et om- IV Rg 16,19.20
nium operum priorum et novissimorum
scripta sunt in libro regum Iuda et Israhel
27 dormivitque Achaz cum patribus
suis et sepelierunt eum in civitate 21,20; 24,25
Hierusalem
neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israhel
regnavitque Ezechias filius eius pro IV Rg 18,1
eo
29 igitur Ezechias regnare coepit cum 1,2: IV Rg 18,1–3
viginti quinque esset annorum
et viginti novem annis regnavit in Hierusalem
nomen matris eius Abia filia Zacchariae
2 fecitque quod erat placitum in con- 31,20; IV Rg 20,3; Sir 48,25
spectu Domini
iuxta omnia quae fecerat David pater eius
3 ipse anno et mense primo regni sui aperuit valvas domus Domini et instauravit eas
4 adduxitque sacerdotes atque Levitas et congregavit eos in plateam orientalem 5 dixitque ad eos
audite me Levitae et sanctificamini mundate domum Domini Dei pat-

AGC ΣΛ(D)SΦ cr unxissentque C c | adduxerunt + eos A | hiericho CΛS c | ipsi quoque A | sunt + in c | 16 ~ postulans auxilium Φ c | 19 dominum] deum CS. | 21 et²] ac c | 22 in¹ *om.* Φ c | 23 ~ uictimas diis damasci A | syriae] assyriae CΣ. | [*iterum adest* D] | ruinae eius ΛDΦ; ruinae ei c | israheli C | 24 dei¹] domini CΣD | 26 operum + suorum c | primorum G | 27 receperant GΣΛS || **29**,3 ipse GD cr 𝔐] *om.* A.; ipso *cet.* |

rum vestrorum
auferte omnem inmunditiam de sanctuario
Lv 26,40! Dt 4,25! Is 59,12.13 6 peccaverunt patres nostri et fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri derelinquentes eum
24,18 averterunt facies suas a tabernaculo Domini et praebuerunt dorsum
28,24 7 cluserunt ostia quae erant in porticu et extinxerunt lucernas
incensumque non adoleverunt et holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israhel
24,18; 32,25 8 concitatus est itaque furor Domini super Iudam et Hierusalem
tradiditque eos in commotionem et in interitum et in sibilum sicut ipsi cernitis oculis vestris
9 en corruerunt patres nostri gladiis
28,8! filii nostri et filiae nostrae et coniuges captivae ductae sunt propter hoc scelus
10 nunc igitur placet mihi ut ineamus foedus cum Domino Deo Israhel
et avertat a nobis furorem irae suae
11 filii mi nolite neglegere
Nm 18,6! vos elegit Dominus ut stetis coram eo et ministretis illi
colatis eum et cremetis incensum
12 surrexerunt ergo Levitae Maath filius Amasiae et Iohel filius Azariae de filiis Caath
porro de filiis Merari Cis filius Abdai et Azarias filius Iallelel
de filiis autem Gersom Ioha filius Zemma et Eden filius Ioaha
13 at vero de filiis Elisaphan Samri et Iahihel
de filiis quoque Asaph Zaccharias et Mathanias
14 nec non de filiis Heman Iahihel et Semei
sed et de filiis Idithun Semeias et Ozihel
15 congregaveruntque fratres suos et sanctificati sunt
et ingressi iuxta mandatum regis et imperium Domini ut expiarent domum Dei
16 sacerdotes quoque ingressi templum Domini ut sanctificarent illud
extulerunt omnem inmunditiam quam intro reppererant in vestibulum domus Domini
quam tulerunt Levitae et asportaverunt ad torrentem Cedron foras
17 coeperunt autem prima die mensis primi mundare
et in die octava eiusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini
expiaveruntque templum diebus octo
et in die sextadecima mensis eiusdem quod coeperant impleverunt
18 ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem et dixerunt ei
sanctificavimus omnem domum Domini et altare holocaustoseos vasaque eius
nec non et mensam propositionis cum omnibus vasis suis
19 cunctamque templi supellectilem
quam polluerat rex Achaz in regno suo postquam praevaricatus est
et ecce exposita sunt omnia coram altari Domini
20 consurgensque diluculo Ezechias rex adunavit omnes principes civitatis
et ascendit domum Domini 21 obtuleruntque simul tauros septem arietes septem agnos septem et hircos septem Lv 5,15! Nm 7,15.16! I Esr 6,17!
pro peccato pro regno pro sanctua-

5 uestrorum + et CΣc | 6 domini² + dei nostri GΦ | 7 in porticum CΣD | dei C | 10 igitur] ergo c. | auertet c; auferat CΣ. | 11 fili mi CΣΛSΦ; filii mei c | colatisque c | cremetis + ei c | 12 amasai c. | 14 ozihel + hii fuerunt (fuere C) quattuordecim C ΣΛ.; + quinquaginta D. | 15 ingressi + sunt c. | dei] domini A | 16 in uestibulo AΛDΦ cr | 17 coeperunt autem] coeperuntque CΣ. | in die octauo CΣc | 18 holocaustoseos A Gr] olocaustos eius D.; holocausti eius ΛΦ; holocausti CΣc; holocaustc S. | suis] eius CΣ | 19 coram altare CSΦc | 20 ascendit + in c | ~ ascendit domum domini et adunauit omnes principes ciuitatis CΣ. | 21 septem¹ + et ΛDSΦc | et *om.* G | AGC ΣΛDSΦ cr

rio pro Iuda
dixit quoque sacerdotibus filiis Aaron ut offerrent super altare Domini
22 mactaverunt igitur tauros et susceperunt sacerdotes sanguinem et fuderunt illud super altare
mactaverunt etiam arietes et illorum sanguinem super altare fuderunt
immolaverunt agnos et fuderunt super altare sanguinem
Lv 4,23.24! 23 adplicaverunt hircos pro peccato coram rege et universa multitudine
inposueruntque manus suas super eos
24 et immolaverunt illos sacerdotes
et asperserunt sanguinem eorum altari pro piaculo universi Israhelis
pro omni quippe Israhel praeceperat rex ut holocaustum fieret et pro peccato Lv 10,19! Ez 40,39!
1 Par 25,1! 6 25 constituit quoque Levitas in domo Domini cum cymbalis et psalteriis et citharis
1 Par 29.29 secundum dispositionem David et Gad videntis regis et Nathan prophetae
siquidem Domini praeceptum fuit per manum prophetarum eius
26 steteruntque Levitae tenentes organa David et sacerdotes tubas
27 et iussit Ezechias ut offerrent holocaustum super altare
31! 30,22! Nm 10,10! Sir 50,18 cumque offerrentur holocausta coeperunt laudes canere Domino et clangere tubis
7,6! atque in diversis organis quae David rex Israhel reppererat concrepare
28 omni autem turba adorante cantores et hii qui tenebant tubas erant in officio suo donec conpleretur holocaustum
29 cumque finita esset oblatio incurvatus est rex et omnes qui erant cum eo et adoraverunt
30 praecepitque Ezechias et principes Levitis ut laudarent Dominum sermonibus David et Asaph videntis
qui laudaverunt eum magna laetitia et curvato genu adoraverunt Est 3,2; Dn 6,10
31 Ezechias autem etiam haec addidit
implestis manus vestras Domino accedite et offerte victimas et laudes in domo Domini Ex 32,29 27! I Mcc 4,56
obtulit ergo universa multitudo hostias et laudes et holocausta mente devota
32 porro numerus holocaustorum quae obtulit multitudo hic fuit
tauros septuaginta arietes centum agnos ducentos Nm 7,15!
33 sanctificaveruntque Domino boves sescentos et oves tria milia Nm 15,3!
34 sacerdotes vero pauci erant nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent 30,3; 35,11
unde et Levitae fratres eorum adiuverunt eos
donec impleretur opus et sanctificarentur antistites
Levitae quippe faciliori ritu sanctificantur quam sacerdotes
35 fuerunt igitur holocausta plurima adipes pacificorum et libamina holocaustorum Lv 23,37!
et conpletus est cultus domus Domini
36 laetatusque est Ezechias et omnis populus eo quod ministerium Domini esset expletum
de repente quippe hoc fieri placuerat

AGC ΣΛDSΦ cr 21 dixitque c | 22 ~ sanguinem sacerdotes c | illud] illum ΣΛ c; *om.* GS. | immolaueruntque c | 23 adplicuerunt GDΦ c | posueruntque CΣ. | 24 illos] eos C | altari] coram altari ΛΦ; coram altare c | et³ *om.* C | 25 regi GDS.; *om.* Σ; ~ regis et gad uidentis C c | ~ praeceptum domini G | per manus CΣ | 27 holocausta CΣΛ c | reppererat] reparauerat D.; praeparauerat Φ c | 28 omnia autem CDS | et *om.* G | 30 eum] cum C | incuruato DΦ c | 31 etiam haec] haec etiam G; etiam A.; haec CΣD | addit GDS | 32 quae] quem GC.; quam Φ. | 35 igitur] ergo c. ||

30 misit quoque Ezechias ad omnem
Israhel et Iudam scripsitque epi-
stulas ad Ephraim et Manassem
ut venirent ad domum Domini in
Hierusalem et facerent phase Do-
mino Deo Israhel
2 inito ergo consilio regis et principum
et universi coetus Hierusalem
Nm 9,10.11! decreverunt ut facerent phase mense
secundo
3 non enim occurrerant facere in tem-
pore suo
29,34 quia sacerdotes qui possent sufficere
sanctificati non fuerant
et populus necdum congregatus erat
in Hierusalem
4 placuitque sermo regi et omni multi-
tudini
II Sm 17,11! 5 et decreverunt ut mitterent nuntios
in universum Israhel de Bersabee
usque Dan
ut venirent et facerent phase Domino
Deo Israhel in Hierusalem
multi enim non fecerant sicut lege
praescriptum est
6 perrexeruntque cursores cum epistu-
lis ex regis imperio et principum
eius in universum Israhel et Iudam
iuxta quod rex iusserat praedicantes
Idt 5,23; Is 19,22! 35,10; 51,11; Os 14,2! filii Israhel revertimini ad Dominum
Deum Abraham et Isaac et Israhel
et revertetur ad reliquias quae effu-
gerunt manum regis Assyriorum
7 nolite fieri sicut patres vestri et frat-
res
qui recesserunt a Domino Deo pat-
rum suorum
et tradidit eos in interitum ut ipsi
cernitis
8 nolite indurare cervices vestras sicut
patres vestri
tradite manus Domino et venite ad
sanctuarium eius quod sanctificavit
in aeternum
servite Domino Deo patrum vestro-
rum et avertetur a vobis ira furoris
eius
9 si enim vos reversi fueritis ad Domi-
num
fratres vestri et filii habebunt miseri-
cordiam coram dominis suis qui il-
los duxere captivos
et revertentur in terram hanc
pius enim et clemens est Dominus
Deus vester
et non avertet faciem suam a vobis
si reversi fueritis ad eum
10 igitur cursores pergebant velociter
de civitate in civitatem per terram
Ephraim et Manasse usque Zabu-
lon
illis inridentibus et subsannantibus
eos
11 attamen quidam viri ex Aser et Ma-
nasse et Zabulon adquiescentes
consilio venerunt Hierusalem
12 in Iuda vero facta est manus Domini
ut daret eis cor unum III Rg 8,61!
et facerent iuxta praeceptum regis et
principum verbum Domini
13 congregatique sunt in Hierusalem
populi multi
ut facerent sollemnitatem azymo-
rum in mense secundo
14 et surgentes destruxerunt altaria 28,24.25
quae erant in Hierusalem
atque universa in quibus idolis ado-
lebatur incensum subvertentes pro-
iecerunt in torrentem Cedron
15 immolaverunt autem phase quarta- Nm 9,10.11! I Esr 6,20
decima die mensis secundi
sacerdotes quoque atque Levitae tan-
dem sanctificati obtulerunt holo-
causta in domo Domini

AGC ΣΛDSΦ cr

30,2 principum et] uniuersorum principum CΣ. | 3 occurrerunt A.; potuerant c | in[1] *om.* AΛ | possint CΣDSΦ | necdum] nondum c | erat] fuerat DΦc | 4 regis C | 5 israhel[2] *om.* A | fecerant] fecerunt A; fuerant DΦ.; ferunt C. | 6 iuxta + id GΣΛSc | filiis A | et[3] *om.* CΣ | manus CΣ; manu D. | 7 et[2]] qui c. | 8 auertitur S.; auferetur CΣ. | 9 duxerunt ΣDΦc; duxerit S. | 10 usque + ad c. | 11 uenerunt + in A | 12 in iudea C | et[1]] ut Cc. | 13 in[1] *om.* GDΦ | in[2] *om.* C | 15 autem *om.* C | leuitas A |

[16] steteruntque in ordine suo iuxta dis-
positionem et legem Mosi hominis
Dei
sacerdotes vero suscipiebant effun-
dendum sanguinem de manibus Le-
vitarum
[17] eo quod multa turba sanctificata non
esset
et idcirco Levitae immolarent phase
his qui non occurrerant sanctificari
Domino
[18] magna etiam pars populi de Eph-
raim et Manasse et Isachar et Za-
bulon quae sanctificata non fuerat
comedit phase non iuxta quod scrip-
tum est
et oravit pro eis Ezechias dicens
Dominus bonus propitiabitur
IV Rg 23,25 [19] cunctis qui in toto corde requi-
runt Dominum Deum patrum su-
orum
et non inputabit eis quod minus
sanctificati sunt
[20] quem exaudivit Dominus et placatus
est populo
35,17; Ex 34,18! I Esr 6,22 [21] feceruntque filii Israhel qui inventi
sunt in Hierusalem sollemnitatem
azymorum septem diebus in laetitia
magna
laudantes Dominum per singulos
dies
Levitae quoque et sacerdotes per or-
gana quae suo officio congruebant
[22] et locutus est Ezechias ad cor om-
nium Levitarum qui habebant intel-
legentiam bonam super Domino
et comederunt septem diebus sol-
lemnitatis
29,27! 33,16; Gn 46,1! immolantes victimas pacificorum et
laudantes Dominum Deum patrum
suorum
[23] placuitque universae multitudini ut
celebrarent etiam alios dies septem
quod et fecerunt cum ingenti gaudio
[24] Ezechias enim rex Iuda praebuerat 35,7
multitudini mille tauros et septem
milia ovium
principes vero dederant populo tau- 35,8.9
ros mille et oves decem milia
sanctificata ergo est sacerdotum
plurima multitudo
[25] et hilaritate perfusa omnis turba Iuda
tam sacerdotum et Levitarum quam
universae frequentiae quae venerat
ex Israhel
proselytorum quoque de terra Isra-
hel et habitantium in Iuda
[26] factaque est grandis celebritas in
Hierusalem
qualis a diebus Salomonis filii David
regis Israhel in ea urbe non fuerat
[27] surrexerunt autem sacerdotes atque
Levitae benedicentes populo
et exaudita est vox eorum pervenit-
que oratio in habitaculum sanctum
caeli
31 cumque haec fuissent rite celebrata
egressus est omnis Israhel qui inven-
tus fuerat in urbibus Iuda
et fregerunt simulacra succiderunt- 34,4; IV Rg 18,4
que lucos
demoliti sunt excelsa et altaria de- Is 36,7!
struxerunt
non solum de universo Iuda et Ben-
iamin sed de Ephraim quoque et
Manasse donec penitus everterent
reversique sunt omnes filii Israhel in
possessiones et civitates suas
[2] Ezechias vero constituit turmas sa- 23,18! 35,4.5; I Esr 6,18!
cerdotales et leviticas per divisiones
suas
unumquemque in officio proprio
tam sacerdotum videlicet quam Le-
vitarum ad holocausta et pacifica
ut ministrarent et confiterentur ca-
nerentque in portis castrorum Do-

AGC ΣΛDSΦ cr
17 ~ immolarent leuitae DΦc | 18 etiam] enim CS. | 19 inputabitur AGΦ | 21 in[1] *om.* A | 22 et locutus] locutusque CΣ. | 23 etiam *om.* CΣ | et *om.* CΣ | 24 dederunt ACΣS | est *om.* C.; ~ est ergo ΣDΦc | 25 perfusa + est CΣ. | turba] terra CΣ || 31,1 sed + et CDΦc | 2 uero] autem c; *om.* A. | uidelicet *om.* CΣ. | et[2] + ad AS | et[3]] ei CΣ. |

mini
3 pars autem regis erat ut de propria
Nm 28,3.4! eius substantia offerretur holocaustum mane semper et vespere
sabbatis quoque et kalendis et sollemnitatibus ceteris sicut scriptum est in lege Mosi
4 praecepit etiam populo habitantium Hierusalem
Nm 18,21! ut darent partes sacerdotibus et Levitis et possent vacare legi Domini
5 quod cum percrebruisset in auribus multitudinis
Lv 27,30! Dt 26,2! II Esr 10,35.39; 13,5.12 plurimas obtulere primitias filii Israhel frumenti vini et olei
mellis quoque et omnium quae gignit humus decimas obtulerunt
6 sed et filii Israhel et Iuda qui habita-
Lv 27,32 bant in urbibus Iuda obtulerunt decimas boum et ovium
decimasque sanctorum quae voverant Domino Deo suo
atque universa portantes fecerunt acervos plurimos
7 mense tertio coeperunt acervorum iacere fundamenta
et mense septimo conpleverunt eos
8 cumque ingressi fuissent Ezechias et principes eius
viderunt acervos et benedixerunt Domino ac populo Israhel
9 interrogavitque Ezechias sacerdotes et Levitas cur ita iacerent acervi
10 respondit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc dicens
ex quo coeperunt offerri primitiae in domo Domini comedimus et saturati sumus
remanseruntque plurima eo quod benedixerit Dominus populo suo
reliquiarum autem copia est ista quam cernis
11 praecepit igitur Ezechias ut praepararent horrea in domo Domini
quod cum fecissent 12 intulerunt tam
primitias quam decimas et quaecumque voverant fideliter Ex 22,29!
fuit autem praefectus eorum Chonenias Levita et Semei frater eius secundus
13 post quem Ieihel et Azazias et Naath et Asahel et Ierimoth
Iozabath quoque et Helihel et Iesmachias et Maath et Banaias praepositi
sub manibus Choneniae et Semei fratris eius
ex imperio Ezechiae regis et Azariae pontificis domus Domini ad quos omnia pertinebant
14 Core vero filius Iemna Levites et ianitor orientalis portae
praepositus erat his quae sponte offerebantur Domino
primitiisque et consecratis in sancta sanctorum
15 et sub cura eius Eden et Meniamin Hiesue et Sameias
Amarias quoque et Sechenias in civitatibus sacerdotum
ut fideliter distribuerent fratribus suis partes minoribus atque maioribus
16 exceptis maribus ab annis tribus et Nm 4,46.47!
supra cunctis qui ingrediebantur templum Domini
et quicquid per dies singulos conducebat in ministerio atque observationibus iuxta divisiones suas
17 sacerdotibus per familias I Par 23,14!
et Levitis a vicesimo anno et supra per ordines et turmas suas
18 universaeque multitudini tam uxoribus quam liberis eorum utriusque

4 et[2]] ut ASc | possint CΣDSΦ | uacari C; uagare S. | 5 filiis CD | 6 uouerunt C; uocarent A. | 8 ac] et CΣ | 10 et remanserunt DΦc | reliquarum AΛS | ~ autem est copia CΦ; ~ est autem copia Σ. | cernitis AS | 12 tulerunt CΣ. | uouerunt AC. | 13 azazias GS𝔐] azarias *cet.* | domus dei c.; *om.* C. | 14 leuitis C | iis c. | in sancto AGΣD; in consancto S. | 15 meniamin Λ.𝔐] beniamin *cet.* | suis *om.* CΣ. | 16 maribus] maioribus A | supra] super ADΦ | ~ singulos dies ACΣc | conducebant ACΣΛ |

AGC ΣΛDSΦ cr

sexus
fideliter cibi de his quae sanctificata fuerant praebebantur
[19] sed et filiorum Aaron per agros et suburbana urbium singularum dispositi erant viri
qui partes distribuerent universo sexui masculino de sacerdotibus et Levitis
[20] fecit ergo Ezechias universa quae diximus in omni Iuda
29,2; IV Rg 18,3! 20,3 operatusque est bonum et rectum et verum coram Domino Deo suo
Dt 26,16! [21] in universa cultura ministerii domus Domini iuxta legem et caerimonias
volens requirere Deum suum in toto corde suo
fecitque et prosperatus est
IV Rg 18,13; Sir 48,20; Is 36,1 **32** post quae et huiuscemodi veritatem venit Sennacherib rex Assyriorum
et ingressus Iudam obsedit civitates munitas volens eas capere
[2] quod cum vidisset Ezechias
venisse scilicet Sennacherib et totum belli impetum verti contra Hierusalem
[3] inito cum principibus consilio virisque fortissimis ut obturarent capita fontium quae erant extra urbem
et hoc omnium decernente sententia
[4] congregavit plurimam multitudinem
et obturaverunt cunctos fontes et rivum qui fluebat in medio terrae dicentes
ne veniant reges Assyriorum et inveniant aquarum abundantiam
[5] aedificavit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus
et extruxit turres desuper et forinsecus alterum murum
III Rg 9,15! instauravitque Mello in civitate David
et fecit universi generis armaturam et clypeos
[6] constituitque principes bellatorum in exercitu
et convocavit universos in platea portae civitatis ac locutus est ad cor eorum dicens
[7] viriliter agite et confortamini nolite timere
nec paveatis regem Assyriorum et universam multitudinem quae est cum eo
multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo IV Rg 6,16
[8] cum illo est brachium carneum nobiscum Dominus Deus noster Ier 17,5
qui auxiliator est noster pugnatque pro nobis
confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiae regis Iuda
[9] quae postquam gesta sunt misit Sennacherib rex Assyriorum servos suos Hierusalem IV Rg 18,17; Is 36,2
ipse enim cum universo exercitu obsidebat Lachis
ad Ezechiam regem Iuda et ad omnem populum qui erat in urbe dicens
[10] haec dicit Sennacherib rex Assyriorum IV Rg 18,19; Is 36,4.5
in quo habentes fiduciam sedetis obsessi in Hierusalem
[11] num Ezechias decipit vos ut tradat morti in fame et siti
adfirmans quod Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum IV Rg 20,6! Is 38,6
[12] numquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius et altaria IV Rg 18,22; Is 36,7
et praecepit Iudae et Hierusalem dicens
coram altari uno adorabitis et in ipso conburetis incensum
[13] an ignoratis quae ego fecerim et pat-

AGC ΣΛDSΦ cr

19 singulorum C | 20 omni] domo CΣ.; *om.* A. | 21 deum GDSc𝔐𝔊] dominum deum *cet.* || **32**,1 post quae et] et post Σ.; post C | 3 quae] qui c | 4 ne *om.* C | 5 industria A | 8 illo + enim c | 9 suos AGΣS] + in *cet.* | 10 habetis CΣD | 11 decepit GΛSΦ | regis assyriorum] mea CΣ. | 12 iuda Σc |

res mei cunctis terrarum populis
IV Rg 18,33; 19,12 numquid praevaluerunt dii gentium
omniumque terrarum liberare regionem suam de manu mea
IV Rg 18,35; Is 36,18.20! 14 quis est de universis diis gentium
quas vastaverunt patres mei qui poterit eruere populum suum de manu mea
ut possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu
IV Rg 18,29; Is 36,14.15! 15 non vos ergo decipiat Ezechias nec vana persuasione deludat neque credatis ei
si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu mea et de manu patrum meorum
consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de hac manu
16 sed et alia multa locuti sunt servi eius contra Dominum Deum et contra Ezechiam servum eius
17 epistulas quoque scripsit plenas blasphemiae in Dominum Deum Israhel et locutus est adversus eum
sicut dii gentium ceterarum non potuerunt liberare populos suos de manu mea
sic et Deus Ezechiae eruere non poterit populum suum de manu ista
IV Rg 18,27.28; Is 36,13 18 insuper et clamore magno lingua iudaica contra populum qui sedebat in muris Hierusalem personabat
ut terreret eos et caperet civitatem
19 locutusque est contra Deum Hierusalem
Ps 113,12! sicut adversum deos populorum terrae opera manuum hominum
20 oraverunt igitur Ezechias rex et Esaias filius Amos prophetes adversum hanc blasphemiam ac vociferati sunt usque in caelum
IV Rg 19,35! Is 37,36–38 21 et misit Dominus angelum qui percussit omnem virum robustum et bellatorem et principem exercitus regis Assyriorum
reversusque est cum ignominia in terram suam IV Rg 19,7; Is 37,7
cumque ingressus esset domum dei IV Rg 19,37
sui filii qui egressi fuerant de utero Tb 1,24!
eius interfecerunt eum gladio
22 salvavitque Dominus Ezechiam et IV Rg 18,35!
habitatores Hierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum et de manu omnium
et praestitit ei quietem per circuitum
23 multi etiam deferebant hostias et Ex 40,27! Ps 67,30!
sacrificia Domino Hierusalem et Is 18,7; Am 5,25
munera Ezechiae regi Iuda
qui exaltatus est post haec coram cunctis gentibus
24 in diebus illis aegrotavit Ezechias us- IV Rg 20,1; Is 38,1
que ad mortem
et oravit Dominum exaudivitque eum et dedit ei signum
25 sed non iuxta beneficia quae acceperat retribuit quia elevatum est cor eius
et facta est contra eum ira et contra 24,18; 29,8
Iudam ac Hierusalem
26 humiliatusque est postea eo quod exaltatum fuisset cor eius tam ipse quam habitatores Hierusalem
et idcirco non venit super eos ira Is 39,8
Domini in diebus Ezechiae
27 fuit autem Ezechias dives et inclitus Gn 13,2; 36,7
valde
et thesauros sibi plurimos congregavit argenti auri et lapidis pretiosi
aromatum et armorum universi ge- IV Rg 20,13; Is 39,2
neris et vasorum magni pretii
28 apothecas quoque frumenti vini et olei
et praesepia omnium iumentorum
caulasque pecoribus
29 et urbes exaedificavit

14 eruere[1]] eripere A | 15 meorum] suorum A | de hac manu] de manu mea c | 17 ~ plenas scripsit A | populum suum[1] c | 19 deum] dominum A; dominum deum Λ | 22 regis assyriorum *om.* CΣ. | ei] eis Φc | 23 in hierusalem ACΣΛcr | regis C | 25 ac] et CΣ Λc | 26 fuisset] est C | 27 argenti + et Ac | 28 pecorum Cc | 29 exaedificauit ΣDr, *cf.* 𝔐] sex aedificauit AΦ; aedificauit GCΛS; aedificauit sibi c. |

AGC ΣΛDSΦ cr

Gn 13,5.6; Nm 32,1 habebat quippe greges ovium et armentorum innumerabiles
eo quod dedisset ei Dominus substantiam multam nimis
3; IV Rg 20,20! 30 ipse est Ezechias qui obturavit superiorem fontem aquarum Gion
et avertit eas subter ad occidentem urbis David
in omnibus operibus suis fecit prospere quae voluit
31 attamen in legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum
ut interrogarent de portento quod acciderat super terram
dereliquit eum Deus ut temptaretur et nota fierent omnia quae erant in corde eius
32.33: IV Rg 20,20.21 32 reliqua autem sermonum Ezechiae et misericordiarum eius
scripta sunt in visione Esaiae filii Amos prophetae et in libro regum Iuda et Israhel
33 dormivitque Ezechias cum patribus suis et sepelierunt eum supra sepulchra filiorum David
et celebravit eius exequias universus Iuda et omnes habitatores Hierusalem
regnavitque Manasses filius eius pro eo
1—10: IV Rg 21,1–10 33 duodecim annorum erat Manasses cum regnare coepisset
et quinquaginta quinque annis regnavit in Hierusalem
2 fecit autem malum coram Domino iuxta abominationes gentium quas subvertit Dominus coram filiis Israhel
IV Rg 21,3! 3 et conversus instauravit excelsa quae demolitus fuerat Ezechias pater eius
construxitque aras Baalim et fecit lucos
et adoravit omnem militiam caeli et coluit eam
4 aedificavit quoque altaria in domo Domini de qua dixerat Dominus in Hierusalem erit nomen meum in aeternum III Rg 8,29!
5 aedificavit autem ea cuncto exercitui caeli in duobus atriis domus Domini
6 transireque fecit filios suos per ignem in valle Benennon IV Rg 17,17!
observabat somnia sectabatur auguria maleficis artibus inserviebat
habebat secum magos et incantatores
multaque mala operatus est coram Domino ut inritaret eum
7 sculptile quoque et conflatile signum posuit in domo Domini
de qua locutus est Dominus ad David et ad Salomonem filium eius dicens
in domo hac et in Hierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israhel ponam nomen meum in sempiternum 6,6!
8 et movere non faciam pedem Israhel de terra quam tradidi patribus eorum IV Rg 21,8!
ita dumtaxat si custodierint facere quae praecepi eis Ios 22,21
cunctamque legem et caerimonias atque iudicia per manum Mosi
9 igitur Manasses seduxit Iudam et habitatores Hierusalem 21,11
ut facerent malum super omnes gentes quas subverterat Dominus a facie filiorum Israhel
10 locutusque est Dominus ad eum et ad populum illius et adtendere noluerunt
11 idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum
ceperuntque Manassen et vinctum catenis atque conpedibus duxerunt Babylonem Ier 20,4

AGC ΣΛDSΦ ct 33 sepelieruntque CΣ. | super CΣΛSc || 33,4 quoque *om.* A | 5 aedificauitque ea CΣ. | 6 transire quoque CΣ. | somnia] omnia G; omina D. | maleficiis AS | 7 domini] dei ADSΦc | dominus] deus GDΦc | 8 moueri CΣc. | 11 duxeruns + in CSc |

Or Man 1 12 qui postquam coangustatus est oravit Dominum Deum suum
et egit paenitentiam valde coram Deo patrum suorum
13 deprecatusque est eum et obsecravit intente
et exaudivit orationem eius reduxitque eum Hierusalem in regnum suum
et cognovit Manasses quod Dominus ipse esset Deus
14 post haec aedificavit murum extra civitatem David ad occidentem Gion in convalle
ab introitu portae Piscium per circuitum usque ad Ophel
et exaltavit illum vehementer
constituitque principes exercitus in cunctis civitatibus Iuda munitis
15 et abstulit deos alienos et simulacrum de domo Domini
aras quoque quas fecerat in monte domus Domini et in Hierusalem
et proiecit omnia extra urbem
16 porro instauravit altare Domini et
30,22! immolavit super illud victimas et pacifica et laudem
praecepitque Iudae ut serviret Domino Deo Israhel
17 attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo
18—20: IV Rg 21,17.18 18 reliqua autem gestorum Manasse et obsecratio eius ad Deum suum
verba quoque videntium qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israhel continentur in sermonibus regum Israhel
19 oratio quoque eius et exauditio et cuncta peccata atque contemptus
loca etiam in quibus aedificavit excelsa et fecit lucos et statuas antequam ageret paenitentiam scripta sunt in sermonibus Ozai
20 dormivit ergo Manasses cum patribus suis et sepelierunt eum in domo sua
regnavitque pro eo filius eius Amon
21 viginti duo annorum erat Amon cum regnare coepisset 21—25: IV Rg 21,19–24
et duobus annis regnavit in Hierusalem
22 fecitque malum in conspectu Domini sicut fecerat Manasses pater eius
et cunctis idolis quae Manasses fuerat fabricatus immolavit atque servivit
23 et non est reveritus faciem Domini sicut reveritus est Manasses pater eius
et multo maiora deliquit
24 cumque coniurassent adversus eum IV Rg 12,20!
servi sui interfecerunt eum in domo sua
25 porro reliqua populi multitudo caesis his qui Amon percusserant constituit regem Iosiam filium eius pro eo
34 octo annorum erat Iosias cum regnare coepisset 1.2: IV Rg 22,1.2!
et triginta et uno annis regnavit in Hierusalem
2 fecitque quod erat rectum in conspectu Domini
et ambulavit in viis David patris sui
non declinavit neque ad dexteram neque ad sinistram
3 octavo autem anno regni sui cum adhuc esset puer coepit quaerere Deum patris sui David
et duodecimo anno postquam coeperat mundavit Iudam et Hierusalem ab excelsis et lucis simulacrisque et sculptilibus

12 angustatus CΣΛ | orauit + ad AS | 13 ~ eum est et A.; eum est G. | obsecrauit] obseruauit C | eum² + in AS | esset] est AGΣS | 14 per circuitum *om.* CΣ. | 15 in² *om.* A | 16 seruirent CΣ. | 18 gestorum] sermonum CΣ. | deum] dominum ΣS; dominum deum AC | 19 peccata] praecepta AS. | 20 sepelieruntque CΣ. | 21 duo] duum A.; duorum Φc | amon *om.* CΣ; ~ cum regnare coepisset ammon S. | 23 domini] dei CΣ. | 24 sui *om.* GD. | 25 his] iis c | percusserunt AS || **34**,1 annis] anno ΣΛDΦcr | 2 ~ rectum erat AS | 3 postquam + regnare Cc | hierusalem + usque CΣ. |

AGC ΣΛDSΦ cr

Idc 6,25! 4 destruxeruntque coram eo aras Baalim et simulacra quae superposita fuerant demoliti sunt
31,1; IV Rg 18,4!
lucos etiam et sculptilia succidit atque comminuit
et super tumulos eorum qui eis immolare consueverant fragmenta dispersit
III Rg 13,2; IV Rg 23,20 5 ossa praeterea sacerdotum conbusit in altaribus idolorum
mundavitque Iudam et Hierusalem
IV Rg 23,19! 6 sed et in urbibus Manasse et Ephraim et Symeon usque Nepthalim cuncta subvertit
7 cumque altaria dissipasset et lucos et sculptilia contrivisset in frusta
cunctaque delubra demolitus esset de universa terra Israhel reversus est Hierusalem
8—11: IV Rg 22,3–6 8 igitur anno octavodecimo regni sui mundata iam terra et templo Domini
misit Saphan filium Eseliae et Maasiam principem civitatis et Ioha filium Ioachaz a commentariis
ut instaurarent domum Domini Dei sui
9 qui venerunt ad Helciam sacerdotem magnum
acceptamque ab eo pecuniam quae inlata fuerat in domum Domini
et quam congregaverant Levitae ianitores de Manasse et Ephraim et universis reliquiis Israhel
ab omni quoque Iuda et Beniamin et habitatoribus Hierusalem
10 tradiderunt in manibus eorum qui praeerant operariis in domo Domini
ut instaurarent templum et infirma quaeque sarcirent
11 at illi dederunt eam artificibus et cementariis
ut emerent lapides de lapidicinis et ligna ad commissuras aedificii
et ad contignationem domorum quas destruxerant reges Iuda
12 qui fideliter cuncta faciebant
erant autem praepositi operantium Iaath et Abdias de filiis Merari
Zaccharias et Mosollam de filiis Caath qui urguebant opus
omnes Levitae scientes organis canere
13 super eos vero qui ad varios usus onera portabant erant scribae et magistri de Levitis ianitores
14 cumque efferrent pecuniam quae inlata fuerat in templum Domini
repperit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Mosi
15 et ait ad Saphan scribam librum legis inveni in domo Domini et tradidit ei 15—28: IV Rg 22,8–20
16 at ille intulit volumen ad regem et nuntiavit ei dicens
omnia quae dedisti in manu servorum tuorum ecce conplentur
17 argentum quod reppertum est in domo Domini conflaverunt
datumque est praefectis artificum et diversa opera fabricantium
18 praeterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librum Dt 17,18!
quem cum rege praesente recitasset
19 audissetque ille verba legis scidit vestimenta sua
20 et praecepit Helciae et Ahicam filio Saphan et Abdon filio Micha
Saphan quoque scribae et Asaiae servo regis dicens
21 ite et orate Dominum pro me et pro reliquiis Israhel et Iuda

AGC ΣΛDSΦ cr

4 destruxitque AS. | quae + eis CΣ. | consuerant G; consuerunt A. | 5 praeterea] quoque CΣ. | 6 et[1] *om.* GD. | 7 est + in CSΦc | 8 dei *om.* GΣD | 9 uenerant A | in domo GC | leuitae + et Φc | 10 operariis] operibus CΛ: operi D. | 11 eam] ea ADS. | artificibus] sacerdotibus AS. | lapicidinis c. | 12 in organis AΛS | 13 super eis AS. | uarios] diuersos c | 14 in templo C | legis + in domo CΣ. | 15 in domum GD | 16 in manum G.; in manus ΣΛDΦ | 17 est[2] *om.* AS. | 21 dominum pro me] pro me dominum deum AS |

super universis sermonibus libri is-
tius qui reppertus est
magnus enim furor Domini stillavit
super nos
eo quod non custodierint patres
nostri verba Domini
ut facerent omnia quae scripta sunt
in isto volumine
[22] abiit igitur Helcias et hii qui simul a
rege missi fuerant
ad Holdan propheten uxorem Sel-
lum filii Thecuath filii Hasra custo-
dis vestium
quae habitabat Hierusalem in se-
cunda
et locuti sunt ei verba quae supra
narravimus
[23] at illa respondit eis
haec dicit Dominus Deus Israhel
dicite viro qui misit vos ad me
[24] haec dicit Dominus
ecce ego inducam mala super locum
istum et super habitatores eius
cunctaque maledicta quae scripta
sunt in libro hoc quem legerunt co-
ram rege Iuda
28,25! Dt 32,16! Is 1,20! Ier 7,18! [25] quia dereliquerunt me et sacrificave-
runt diis alienis
ut me ad iracundiam provocarent in
cunctis operibus manuum suarum
idcirco stillavit furor meus super lo-
cum istum et non extinguetur
[26] ad regem autem Iuda qui misit vos
pro Domino deprecando sic loqui-
mini
haec dicit Dominus Deus Israhel
quoniam audisti verba voluminis
[27] atque emollitum est cor tuum et
humiliatus es in conspectu Dei
super his quae dicta sunt contra lo-
cum hunc et habitatores Hierusa-
lem
reveritusque faciem meam scidisti
vestimenta tua et flevisti coram me
ego quoque exaudivi te dicit Domi-
nus
[28] iam enim colligam te ad patres tuos
et infereris in sepulchrum tuum in
pace
nec videbunt oculi tui omne malum
quod ego inducturus sum super lo-
cum istum et super habitatores eius
rettulerunt itaque regi cuncta quae
dixerat
[29] at ille convocatis universis maiori- 29—31: IV Rg 23,1-3
bus natu Iuda et Hierusalem [30] a-
scendit domum Domini
unaque omnes viri Iuda et habita-
tores Hierusalem
sacerdotes et Levitae et cunctus po-
pulus a minimo usque ad maximum
quibus audientibus in domo Domini
legit rex omnia verba voluminis
[31] et stans in tribunali suo percussit
foedus coram Domino
ut ambularet post eum et custodiret Dt 26,16!
praecepta et testimonia et iustifica-
tiones eius
in toto corde suo et in tota anima sua
faceretque quae scripta sunt in vo-
lumine illo quem legerat
[32] adiuravit quoque super hoc omnes
qui repperti fuerant in Hierusalem
et Beniamin
et fecerunt habitatores Hierusalem
iuxta pactum Domini Dei patrum
suorum
[33] abstulit ergo Iosias cunctas abomi-
nationes de universis regionibus fili-
orum Israhel
et fecit omnes qui residui erant in Is-
rahel servire Domino Deo suo
cunctis diebus eius non recesserunt
a Domino Deo patrum suorum

21 stillabit C | 22 igitur] ergo c. | prophetam S.; prophetidem c. | uestimentorum AS. | habitabat + in Λc | 24 ego *om.* G | 25 stillabit DΦc | 27 mollitum GD. | 28 effereris CΣ; in inferis D. | in¹ *om.* G | eius] suos CΣ. | regi] ei CΣ. | 29 conuocatis] congregatis CΣ. | 30 in domum¹ c; in domo C | unaque] atque CΣ. | 31 quem] quod CΣc | 33 israhel²] hierusalem G; *praem.* hierusalem ex C. | deo patrum suorum *om.* CΣ. ||

AGC ΣΛDSΦ cr

Nm 9,2.3! 35 fecit autem Iosias in Hierusalem
1—19: III Esr 1,1–22 phase Domino
quod immolatum est quartadecima
die mensis primi
[2]et constituit sacerdotes in officiis
suis
hortatusque est eos ut ministrarent
in domo Domini
[3]Levitis quoque ad quorum eruditio-
nem omnis Israhel sanctificabatur
Domino locutus est
ponite arcam in sanctuario templi
quod aedificavit Salomon filius Da-
vid rex Israhel
nequaquam enim eam ultra porta-
bitis
nunc autem ministrate Domino Deo
vestro et populo eius Israhel
4.5: 23,18! 31,2; I Esr 6,18! [4]et praeparate vos per domos et co-
gnationes vestras in divisionibus
singulorum
sicut praecepit David rex Israhel et
descripsit Salomon filius eius
[5]ministrate in sanctuario per familias
turmasque leviticas [6]et sanctificati
immolate phase
fratres etiam vestros ut possint iuxta
verba quae locutus est Dominus in
manu Mosi facere praeparate
30,24 [7]dedit praeterea Iosias omni populo
qui ibi fuerat inventus in sollemni-
tatem phase
agnos et hedos de gregibus et reliqui
pecoris triginta milia boumque tria
milia
haec de regis universa substantia
[8]duces quoque eius sponte quod vo-
luerant obtulerunt
tam populo quam sacerdotibus et
Levitis
porro Helcias et Zaccharias et Iehi-
hel principes domus Domini dede- 30,24
runt sacerdotibus ad faciendum
phase
pecora commixtim duo milia ses-
centa et boves trecentos
[9]Chonenias autem Semeias etiam et
Nathanahel fratres eius
nec non Asabias et Iahihel et Ioza-
bath principes Levitarum 30,24
dederunt ceteris Levitis ad celebran-
dum phase quinque milia pecorum
et boves quingentos
[10]praeparatumque est ministerium et
steterunt sacerdotes in officio suo
Levitae quoque in turmis iuxta regis
imperium
[11]et immolatum est phase asperserunt- Ex 24,8
que sacerdotes manu sua sanguinem
et Levitae detraxerunt pelles holo- 29,34
caustorum
[12]et separaverunt ea ut darent per do-
mos et familias singulorum
et offerrentur Domino sicut scrip- Lv 1,5!
tum est in libro Mosi
de bubus quoque fecere similiter
[13]et assaverunt phase super ignem iux- Ex 12,8
ta quod lege praeceptum est
pacificas vero hostias coxerunt in le-
betis et caccabis et ollis
et festinato distribuerunt universae
plebi
[14]sibi autem et sacerdotibus postea pa-
raverunt
nam in oblatione holocaustorum et
adipum usque ad noctem sacerdo-
tes fuerant occupati
unde Levitae et sibi et sacerdotibus
filiis Aaron paraverunt novissimis
[15]porro cantores filii Asaph stabant in
ordine suo
iuxta praeceptum David et Asaph et

AGC ΣΛ(D)SΦ cr

35,1 in hierusalem *om.* CΣ. | 3 eam *om.* A; ~ ultra eam S. | eius + in G | 5 et ministrate c | 6 sanctificate ADSΦ | etiam] autem C | 7 in sollemnitate ACΣSc | boum quoque CΣΛc | 8 [*deest* D *usque ad* 36,23] | uoluerant] uouerant CΣc | conmixtum C; mixtim Σ. | 9 autem + et GΦc | et¹ *om.* c. | frater ACS | 11 phase + domino CΣ | manus suas GΣΦ | 12 libro] lege AΣΛ | fecere GΣ] facere C.; fecerunt *cet.* | ~ similiter fecerunt AS. | 13 in lege Sc | praeceptum] scriptum c | in lebetibus c. | 14 fuerunt SΦc | et³ *om.* Σc | parauere² GΛ. |

Heman et Idithun prophetarum regis
ianitores vero per portas singulas observabant
ita ut ne puncto quidem discederent a ministerio
quam ob rem et fratres eorum Levitae paraverunt eis cibos
16 omnis igitur cultura Domini rite conpleta est in die illa ut facerent phase
et offerrent holocausta super altare Domini iuxta praeceptum regis Iosiae
30,21! I Esr 6,22 17 feceruntque filii Israhel qui repperti fuerant ibi phase in tempore illo et sollemnitatem azymorum septem diebus
18.19: IV Rg 23,22.23 18 non fuit phase simile huic in Israhel a diebus Samuhelis prophetae
sed nec quisquam de cunctis regibus Israhel fecit phase sicut Iosias
sacerdotibus et Levitis et omni Iuda et Israhel qui reppertus fuerat et habitantibus in Hierusalem
19 octavodecimo anno regni Iosiae hoc phase celebratum est
20—27: III Esr 1,25–33 20 postquam instauraverat Iosias templum
IV Rg 23,29; Ier 46,2 ascendit Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Charchamis iuxta Eufraten
et processit in occursum eius Iosias
21 at ille missis ad eum nuntiis ait
quid mihi et tibi est rex Iuda non adversum te hodie venio
sed contra aliam pugno domum ad quam me Deus festinato ire praecepit
desine adversum Deum facere qui mecum est ne interficiat te
22 noluit Iosias reverti sed praeparavit contra eum bellum
nec adquievit sermonibus Nechao ex ore Dei
verum perrexit ut dimicaret in campo Mageddo
23 ibique vulneratus a sagittariis dixit pueris suis III Rg 22,34
educite me de proelio quia oppido vulneratus sum
24 qui transtulerunt eum de curru in alterum currum qui sequebatur eum more regio
et asportaverunt in Hierusalem IV Rg 23,30
mortuusque est et sepultus in mausoleo patrum suorum
et universus Iuda et Hierusalem luxerunt eum
25 Hieremias maxime cuius omnes cantores atque cantrices usque in praesentem diem lamentationes super Iosia replicant Ier 9,17.18
et quasi lex obtinuit in Israhel
ecce scriptum fertur in Lamentationibus
26 reliqua autem sermonum Iosiae et misericordiarum eius quae lege praecepta sunt Domini IV Rg 23,28
27 opera quoque illius prima et novissima scripta sunt in libro regum Israhel et Iuda
36 tulit ergo populus terrae Ioachaz filium Iosiae 1—5: IV Rg 23,30–37 1—21: III Esr 1,34–58
et constituit regem pro patre suo in Hierusalem
2 viginti trium annorum erat Ioachaz cum regnare coepisset
et tribus mensibus regnavit in Hierusalem
3 amovit autem eum rex Aegypti cum venisset Hierusalem
et condemnavit terram centum talentis argenti et talento auri
4 constituitque regem pro eo Eliacim fratrem eius super Iudam et Hieru-

15 ne] nec CΦc | et[4] *om.* G | 16 illo CΣ. | 18 phase[1] + domini AS | iudae Φc | in[2] *om.* AΣS | 21 ~ domum pugno CΣ. | deus] dominus AS | ~ deus me CΣΦ | ~ te interficiat AS | 22 parauit C | 24 asportauerunt + eum Σc | 25 cantrices GΛSr] cantatrices *cet.* | super iosiam CΣΦc | 27 ~ iuda et israhel AΣSc || 36,2 ioachaz *om.* CΣ. | 3 eum *om.* CS | uenisset + in c | 4 ~ pro eo regem c. |

AGC ΣΛSΦ cr

salem
et vertit nomen eius Ioacim
ipsum vero Ioachaz tulit secum et
adduxit in Aegyptum
5 viginti quinque annorum erat Ioa-
cim cum regnare coepisset
et undecim annis regnavit in Hieru-
salem
fecitque malum coram Domino Deo
suo
IV Rg 24,1. 12.13; Dn 1,1.2 6 contra hunc ascendit Nabuchodono-
sor rex Chaldeorum
et vinctum catenis duxit in Babylo-
nem
I Esr 1,7! 7 ad quam et vasa Domini transtulit
et posuit ea in templo suo
IV Rg 24.5.6 8 reliqua autem verborum Ioacim et
abominationum eius quas operatus
est et quae inventa sunt in eo
16,11! continentur in libro regum Israhel
et Iuda
regnavitque Ioachin filius eius pro eo
9.10: IV Rg 24,8–10 9 octo annorum erat Ioachin cum reg-
nare coepisset
et tribus mensibus ac decem diebus
regnavit in Hierusalem
fecitque malum in conspectu Domini
10 cumque anni circulus volveretur mi-
Ez 17,12 sit Nabuchodonosor rex qui et ad-
duxerunt eum in Babylonem
asportatis simul pretiosissimis vasis
domus Domini
IV Rg 24,17; Ier 37,1; Est 2,6! regem vero constituit Sedeciam frat-
rem eius super Iudam et Hierusa-
lem
11–13: IV Rg 24,18–20; Ier 52,1–3 11 viginti et unius anni erat Sedecias
cum regnare coepisset
et undecim annis regnavit in Hieru-
salem
Ier 37,2 12 fecitque malum in oculis Domini
Dei sui
nec erubuit faciem Hieremiae pro-
phetae loquentis ad se ex ore Do-
mini
13 a rege quoque Nabuchodonosor re- Ier 52,3; Ez 17,18
cessit qui adiuraverat eum per De-
um
et induravit cervicem suam et cor ut IV Rg 17,14!
non reverteretur ad Dominum De-
um Israhel
14 sed et universi principes sacerdotum
et populus praevaricati sunt inique
iuxta universas abominationes gen-
tium
et polluerunt domum Domini quam
sanctificaverat sibi in Hierusalem
15 mittebat autem Dominus Deus pat- 24,19! Ier 7,25!
rum suorum ad illos per manum
nuntiorum suorum
de nocte consurgens et cotidie com-
monens eo quod parceret populo
et habitaculo suo
16 at illi subsannabant nuntios Dei et
parvipendebant sermones eius in-
ludebantque prophetis
donec ascenderet furor Domini in I Esr 5,12!
populum eius et esset nulla curatio
17 adduxit enim super eos regem Chal-
deorum
et interfecit iuvenes eorum gladio in
domo sanctuarii sui
non est misertus adulescentis et vir- Ier 51,22; Lam 2,21
ginis et senis nec decrepiti quidem
sed omnes tradidit manibus eius
18 universaque vasa domus Domini
tam maiora quam minora
et thesauros templi et regis et princi- IV Rg 24,13!
pum transtulit in Babylonem
19 incenderunt hostes domum Dei de- IV Rg 25,9.10! Ps 73,7; Is 64,11
struxerunt murum Hierusalem
universas turres conbuserunt et quic- II Esr 1,3!
quid pretiosum fuerat demoliti sunt
20 si quis evaserat gladium ductus in
Babylonem servivit regi et filiis eius
donec imperaret rex Persarum 21 et
conpleretur sermo Domini ex ore

AGC ΣΛSΦ cr 4 abduxit GΣΛc; duxit C. | 5 deo *om.* A | 8 inuentae AGCΣS | ~ iuda et israhel c. | regnauit ergo Φ; regnauit autem c | ioachin] ioachim GS; ioiachim A. | 9 ioachim GS; ioiachim A. | 10 circulum CΣ. | et[1] *om.* Cc | abduxerunt AS. | fratrem] patruum Φc | 12 in oculis] in conspectu CΣ | 17 nec] ne AΣ; *om.* G. | in manibus Cc | 19 dei] domini AG | destruxeruntque c. | 20 gladio CΣ | ductus + est C |

Hieremiae
Lv 26,34.35.42.43 et celebraret terra sabbata sua
cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum conplerentur septuaginta anni
22.23: I Esr 1,1–3; III Esr 2,1–5
22 anno autem primo Cyri regis Persarum
ad explendum sermonem Domini quem locutus fuerat per os Hieremiae
suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum
qui iussit praedicari in universo regno suo etiam per scripturam dicens
23 haec dicit Cyrus rex Persarum I Esr 5,13; 6,3! Is 44,28
omnia regna terrae dedit mihi Dominus Deus caeli
et ipse praecepit mihi ut aedificarem ei domum in Hierusalem quae est in Iudaea
quis ex vobis est in omni populo eius sit Dominus Deus suus cum eo et ascendat

EXPLICIT LIBER DABREIAMIN

ID EST VERBA DIERUM

22 fuerat] est CΣ. | 23 quis] quisquis AS | in³] ex AS | suus] eius AS || AGC ΣΛSΦ cr

INCIPIT PROLOGUS EUSEBII HIERONYMI IN LIBRO EZRAE

Utrum difficilius sit facere quod poscitis an negare necdum statui; nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere sententiae est, et magnitudo oneris inpositi ita cervices premit, ut ante sub fasce ruendum sit quam levandum. Accedunt ad hoc invidorum studia, qui omne quod scribimus reprehendendum putant et, interdum contra se conscientia repugnante, publice lacerant quae Ps 119.2 occulte legunt, in tantum ut clamare conpellar et dicere: «Domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.» Tertius annus est quod semper scribitis atque rescribitis, ut Ezrae librum vobis de hebraeo transferam, quasi non habeatis graeca et latina volumina, aut quicquid illud est quod a nobis vertitur, non statim ab omnibus Sallust Iug. 3 conspuendum sit. «Frustra autem,» ut ait quidam, «niti neque aliud fatigando nisi odium quaerere, extremae dementiae est.» Itaque obsecro vos, mi Domnion et Rogatiane carissime, ut privata lectione contenti librum non efferatis in publicum nec fastidiosis ingeratis cibos vitetisque eorum supercilium qui iudicare tantum de aliis et ipsi facere nil noverunt. Si qui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar, admonentes ut hebraea nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distincte et per intervalla transcribant. Nihil enim proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur.

Nec quemquam moveat, quod unus a nobis editus liber est, nec apocriforum tertii et quarti libri somniis delectetur; quia et apud Hebraeos Ezrae Neemiaeque sermones in unum volumen coartantur, et quae non habentur apud illos nec de viginti quattuor senibus sunt, procul abicienda. Si quis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata et eversa demonstrat, nec potest utique verum adseri quod diversum est, mittite eum ad Evangelia, in quibus multa ponuntur quasi de Veteri Testamento, quae apud Septuaginta interpretes non habentur, velut Mt 2.23.15 illud: «Quoniam Nazareus vocabitur», et: «Ex Aegypto vocavi filium meum», et: Io 19.37 «Videbunt quem conpunxerunt», multaque alia quae latiori operi reservamus; et quaerite ab eo ubi scripta sint, cumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quae nuper a nobis edita maledicorum cotidie linguis confodiuntur.

Sed, ut ad conpendium veniam, certe quod inlaturus sum aequissimum est. Edidi aliquid quod non habetur in graeco vel aliter habetur quam a me versum est. Quid interpretem laniant? Interrogent Hebraeos et ipsis auctoribus translationi meae vel adrogent vel derogent fidem. Porro aliud est, si clausis, quod dicitur, oculis mihi volunt maledicere et non imitantur Graecorum studium et benivolentiam, qui post Sep-

AGC ΣΛKSMΦ cr **Prologus.** *Citantur* AG(= N *apud* r)C *et* ΣΛKSMΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem ad domnionem et rogatianum in esdram et nehemiam praefatio c | 5 quod c | 6 et dicere *om.* A | 7 scriptis AΛM | 8 rescriptis M; scriptis A. | librum + et esther c | 10 ut *om.* AΛ. | 12 carissimi ΛKSMΦc | libros c | 13 ~ cibos ingeratis c | 14 nil Ar] nihil *cet.* | 18 ~ liber editus est c.; ~ editus est liber KS | 19 libri *om.* c | 22 inuersa c. | 24 uelut] uel A; ut CΣ. | 26 uidebunt + in ΛKSMΦcr | 30 uel] aut c. | 33 et[2]] ac GKSc |

tuaginta translatores iam Christi Evangelio coruscante Iudaeos et Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, Symmachum et Theodotionem, et curiose legunt et per Origenis laborem in εξαπλοις ecclesiis dedicarunt. Quanto magis Latini grati esse deberent, quod exultantem cernerent Graeciam a se aliquid mutuari. Primum enim magnorum sumptuum est et infinitae difficultatis exemplaria posse habere omnia, deinde etiam qui habuerint et hebraei sermonis ignari sunt, magis errabunt ignorantes quis e multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Graecos accidit, ut interdum Scripturae sensum relinquens uniuscuiuslibet interpretis sequeretur errorem. Nos autem, qui hebraeae linguae saltim parvam habemus scientiam et latinus nobis utcumque sermo non deest, et de aliis magis possumus iudicare et ea quae ipsi intellegimus in nostra lingua expromere. Itaque licet excetra sibilet «victorque Sinon incendia iactet», numquam meum iuvante Christo silebit eloquium, (Vergil Aen. 2,329) etiam praecisa lingua balbuttiet. Legant qui volunt, qui nolunt abiciant. Eventilent apices, litteras calumnientur, magis vestra caritate provocabor ad studium, quam illorum detractione et odio deterrebor. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER EZRAE

1—3: II Par 36,22.23; 1—11: III Esr 2,1–15

In anno primo Cyri regis Persarum
ut conpleretur verbum Domini ex ore Hieremiae
suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum
et transduxit vocem in universo regno suo etiam per scripturam dicens
5,13; 6,3! Is 44,28
2 haec dicit Cyrus rex Persarum
omnia regna terrae dedit mihi Dominus Deus caeli
et ipse praecepit mihi ut aedificarem ei domum in Hierusalem quae est in Iudaea
3 quis est in vobis de universo populo eius
sit Deus illius cum ipso
ascendat Hierusalem quae est in Iudaea
et aedificet domum Domini Dei Israhel
ipse est Deus qui est in Hierusalem
4 et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant
adiuvent eum viri de loco suo
argento et auro et substantia et pecoribus
excepto quod voluntarie offerunt templo Dei quod est in Hierusalem
5 et surrexerunt principes patrum de Iuda et Beniamin
et sacerdotes et Levitae
omnis cuius suscitavit Deus spiritum
ut ascenderent ad aedificandum templum Domini quod erat in Hierusalem
6 universique qui erant in circuitu
adiuverunt manus eorum
in vasis argenteis et aureis
in substantia in iumentis in supellectili
exceptis his quae sponte obtulerunt
7 rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini quae tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem 5,14; 6,5; II Par 36,7! Dn 5,2; III Esr 4,44!

35 et symmachum ΣΜΦϲ; simmacumque Λ. | et^{2} *om.* A | 37 mutari C | 38 exemplar Φ; exemplari M.; exempla CKS; exapla G.; εξαπλα A. | 41 uniuscuiusque ϲ | 44 expromere GKSτ] exprimere CΣΛ; promere AMΦϲ | excetra] extra A.; hydra ϲ | 46 etiam + si CΣ | euentilent] et uentilent A || AGC ΣΛKSMΦ ϲr

Ezras. *Citantur* AG(= N *apud* τ)C *et* ΣΛLKSMΦ *ac* ϲr. *Tit.* liber primus esdrae ϲ || **1**,1 [*deest* L *usque ad* 3,9] | impleretur AΦ | uniuerso] omni ϲ | 3 ascendat + in K ϲ | 4 uir GCΣ | 5 de iudaea ACΣ. | et^{2}] de CΣ. | leuitae + et S ϲ | ~ deus suscitauit ϲ | ascenderet GΛ | 6 in^{4}] et ASΦϲ | obtulerant GKΦϲ; adtulerunt A.; adtulerant S |

et posuerat ea in templo dei sui
8 protulit autem ea Cyrus rex Persarum
per manum Mitridatis filii Gazabar
et adnumeravit ea Sasabassar principi Iudae
9 et hic est numerus eorum
fialae aureae triginta
fialae argenteae mille
cultri viginti novem
scyphi aurei triginta
10 scyphi argentei secundi quadringenti decem
vasa alia mille
11 omnia vasa aurea et argentea quinque milia quadringenta
universa tulit Sasabassar
cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Hierusalem

1—70: II Esr 7,6–73; III Esr 5,7–46
2 hii sunt autem filii provinciae
qui ascenderunt de captivitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem
et reversi sunt in Hierusalem et Iudam unusquisque in civitatem suam
3,2! II Esr 12,1
2 qui venerunt cum Zorobabel
Hiesua Neemia Saraia
Rahelaia Mardochai Belsan Mesphar
Beguai Reum Baana
numerus virorum populi Israhel
3 filii Pharos duo milia centum septuaginta duo
4 filii Sephetia trecenti septuaginta duo
5 filii Area septingenti septuaginta quinque
6 filii Phaethmoab filiorum Iosue Ioab duo milia octingenti duodecim
7 filii Helam mille ducenti quinquaginta quattuor
8 filii Zeththua nongenti quadraginta quinque
9 filii Zacchai septingenti sexaginta
10 filii Bani sescenti quadraginta duo
11 filii Bebai sescenti viginti tres
12 filii Azgad mille ducenti viginti duo
13 filii Adonicam sescenti sexaginta sex
14 filii Beguai duo milia quinquaginta sex
15 filii Adin quadringenti quinquaginta quattuor
16 filii Ater qui erant ex Hiezechia nonaginta octo
17 filii Besai trecenti viginti tres
18 filii Iora centum duodecim
19 filii Asom ducenti viginti tres
20 filii Gebbar nonaginta quinque
21 filii Bethleem centum viginti tres
22 viri Netupha quinquaginta sex
23 viri Anathoth centum viginti octo
24 filii Azmaveth quadraginta duo
25 filii Cariathiarim Caephira et Beroth septingenti quadraginta tres — Ios 9,17!
26 filii Arama et Gaba sescenti viginti unus
27 viri Machmas centum viginti duo
28 viri Bethel et Gai ducenti viginti tres
29 filii Nebo quinquaginta duo
30 filii Megbis centum quinquaginta sex
31 filii Helam alterius mille ducenti quinquaginta quattuor
32 filii Arim trecenti viginti
33 filii Lod Adid et Ono septingenti viginti quinque
34 filii Hiericho trecenti quadraginta quinque
35 filii Sennaa tria milia sescenti triginta
36 sacerdotes
filii Idaia in domo Hiesue nongenti septuaginta tres
37 filii Emmer mille quinquaginta duo
38 filii Phessur mille ducenti quadraginta septem
39 filii Arim mille decem et septem

AGC ΣΛKSMΦ cr 8 ea[2]] eas C | iuda Λ c | **2,1** ~ prouinciae filii c | iuda AΦ; iudeam Λ | 5 septuaginta] quinquaginta CΣM.; uiginti A. | 6 octingenti] nongenti AKSΦ | 7 ducenti] septingenti CΣ. | 11 sescenti] septingenti A | 26 arama] rama ACΣSΦ c | unum GC; duo M. | 28 hai CΣc | 31 quattuor] tres AM. | 35 sescenti] nongenti CΣ | 36 sacerdotes *om.* CΣ. |

II Esr 12,24 40 Levitae
filii Hiesue et Cedmihel filiorum
Odevia septuaginta quattuor
41 cantores
filii Asaph centum viginti octo
I Par 9,17 42 filii ianitorum
filii Sellum filii Ater
filii Telmon filii Accub
filii Atita filii Sobai
universi centum triginta novem
43 Nathinnei
filii Sia filii Asupha
filii Tebbaoth 44 filii Ceros
filii Siaa filii Phadon
45 filii Levana filii Agaba
filii Accub 46 filii Agab
filii Selmai filii Anan
47 filii Gaddel filii Gaer
filii Rahaia 48 filii Rasin
filii Nechoda filii Gazem
49 filii Aza filii Phasea
filii Besee 50 filii Asenaa
filii Munim filii Nephusim
51 filii Becbuc filii Acupha
filii Arur 52 filii Besluth
filii Maida filii Arsa
53 filii Bercos filii Sisara
filii Thema 54 filii Nasia
filii Atupha
55 filii servorum Salomonis
filii Sotei filii Suphereth
filii Pharuda 56 filii Iala
filii Dercon filii Gedel
57 filii Saphatia filii Athil
filii Phocereth qui erant de Asebaim
filii Ammi
II Esr 7,60; 11,3 58 omnes Nathinnei et filii servorum
Salomonis trecenti nonaginta duo
59 et hii qui ascenderunt de Thelmela
Thelarsa
Cherub et Don et Mer
et non potuerunt indicare domum
patrum suorum et semen suum
utrum ex Israhel essent
60 filii Delaia filii Tobia
filii Necoda sescenti quinquaginta
duo
61 et de filiis sacerdotum
filii Obia filii Accos
filii Berzellai qui accepit de filiabus
Berzellai Galaditis uxorem
et vocatus est nomine eorum
62 hii quaesierunt scripturam genealogiae suae et non invenerunt
et eiecti sunt de sacerdotio
63 et dixit Athersatha eis ut non comederent de sancto sanctorum
donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus
64 omnis multitudo quasi unus quadraginta duo milia trecenti sexaginta
65 exceptis servis eorum et ancillis
qui erant septem milia trecenti triginta septem
et in ipsis cantores atque cantrices
ducentae
66 equi eorum septingenti triginta sex
muli eorum ducenti quadraginta
quinque
67 cameli eorum quadringenti triginta
quinque
asini eorum sex milia septingenti viginti
68 et de principibus patrum
cum ingrederentur templum Domini
quod est in Hierusalem
sponte obtulerunt in domum Dei
ad extruendam eam in loco suo
69 secundum vires suas dederunt in inpensas operis
auri solidos sexaginta milia et mille
argenti minas quinque milia
et vestes sacerdotales centum
70 habitaverunt ergo sacerdotes et Levitae et de populo
et cantores et ianitores et Nathinnei

40 leuitae *om.* CΣ. | odeuiae AΦ; odouiae c. | 41 octo] nouem CΣ; quattuor S | 42 triginta] uiginti C | 43 nathinnei *om.* CΣ. | 57 filio⁴ GΛ | 59 ascenderant G | adon et emer c. | 63 de sancta CΣKΦ | 64 sexaginta] quadraginta AΦ | 65 cantatrices ΣSMΦc | ducenti Sc | 66 septingenti Λcr𝔐𝔊] sescenti *cet.* | 68 et *om.* CΣ. | dei] domini A | 69 in *om.* ΣΛMc | sexaginta cr𝔐𝔊] quadringenta CΣ; quadraginta *cet.* | mnas Ac | 70 et² *om.* ASΦ ||

AGC ΣΛKSMΦ cr

in urbibus suis
universusque Israhel in civitatibus suis
II Esr 8,1 3 iamque venerat mensis septimus
1—13: III Esr 5,47–65 et erant filii Israhel in civitatibus suis
congregatus est ergo populus quasi vir unus in Hierusalem
8; 2,2; 5,2! Agg 1,1! 14 2 et surrexit Iosue filius Iosedech et fratres eius sacerdotes
Lc 3,27! et Zorobabel filius Salathihel et fratres eius
et aedificaverunt altare Dei Israhel
ut offerrent in eo holocaustomata
sicut scriptum est in lege Mosi viri Dei
3 conlocaverunt autem altare super bases suas
4,4 deterrentibus eos per circuitum populis terrarum
Nm 28,3.4! et obtulerunt super illud holocaustum Domino mane et vespere
Lv 23,34! 4 feceruntque sollemnitatem tabernaculorum sicut scriptum est
et holocaustum diebus singulis per ordinem secundum praeceptum opus diei in die suo
II Par 2,4! 5 et post haec holocaustum iuge
tam in kalendis quam in universis sollemnitatibus Domini quae erant consecratae
et in omnibus in quibus ultro offerebatur munus Deo
6 a primo die mensis septimi coeperunt offerre holocaustum Domino
porro templum Dei fundatum necdum erat
7 dederunt autem pecunias latomis et cementariis
cibum quoque et potum et oleum Sidoniis Tyriisque
ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppes
iuxta quod praeceperat Cyrus rex Persarum eis 4,3
8 anno autem secundo adventus eorum ad templum Dei in Hierusalem mense secundo
coeperunt Zorobabel filius Salathihel et Iosue filius Iosedech 2!
et reliqui de fratribus eorum sacerdotes et Levitae
et omnes qui venerant de captivitate in Hierusalem
et constituerunt Levitas a viginti annis et supra ut urguerent opus Domini I Par 23,24!
9 stetitque Iosue filii eius et fratres eius
Cedmihel et filii eius et filii Iuda quasi unus
ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei
filii Enadad filii eorum et fratres eorum Levitae
10 fundato igitur a cementariis templo Domini
steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis II Par 7,6!
et Levitae filii Asaph in cymbalis
ut laudarent Deum per manus David regis Israhel
11 et concinebant in hymnis et confessione Domino II Par 5,13; Ps 99,4! 146,7; I Mcc 4,24.33 II Mcc 10,38
quoniam bonus I Par 16,34!
quoniam in aeternum misericordia eius super Israhel
omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum
eo quod fundatum esset templum Domini
12 plurimi etiam de sacerdotibus et Levitis
et principes patrum seniores
qui viderant templum prius Agg 2,4

AGC ΣΛ(L)KSMΦ cr

3,3 altare + dei c. | 4 diei] dei CΣ | 5 offerebantur A | deo] domino KSMΦc | 6 nondum fundatum c | 7 ioppen K; ioppe c | eis *om.* AΛ | 9 stetitque] fecitque C; fecit quoque Σ | iosue + et ΣMc | filius[1] AGΛKS | quasi unus] quasi uir unus c; unianimiter ΛM | ut instaurarent A.; ut indicarent S; *om.* ΛM | in *om.* CΣ. | dei] domini AΛMr | enadad + et c. | 10 [*incipit* L] | 11 aeternum] saeculum AΣL | 12 patrum GΛKM𝔐] + et *cet.* | uiderunt CΣΛ. |

cum fundatum esset et hoc templum
in oculis eorum
flebant voce magna
et multi vociferantes in laetitia elevabant vocem
13 nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris laetantium et vocem fletus populi
commixtim enim populus vociferabatur clamore magno
et vox audiebatur procul
1—5: III Esr 5,66–73 4 audierunt autem hostes Iudae et Beniamin
quia filii captivitatis aedificarent templum Domino Deo Israhel
2 et accedentes ad Zorobabel et ad principes patrum dixerunt eis
aedificemus vobiscum quia ita ut vos
IV Rg 17,32 quaerimus Deum vestrum
ecce nos immolamus victimas ex diebus Asoraddan regis Assur qui adduxit nos huc
3 et dixit eis Zorobabel et Iosue et reliqui principes patrum Israhel
II Esr 2,20 non est vobis et nobis ut aedificemus domum Deo nostro
sed nos ipsi soli aedificabimus Domino Deo nostro
3,7 sicut praecepit nobis rex Cyrus rex Persarum
3,3 4 factum est igitur ut populus terrae inpediret manus populi Iudae
et turbaret eos in aedificando
5 conduxerunt quoque adversum eos consiliatores ut destruerent consilium eorum
omnibus diebus Cyri regis Persarum et usque ad regnum Darii regis Persarum
6 in regno autem Asueri principio regni eius
scripserunt accusationem adversum habitatores Iudae et Hierusalem
7 et in diebus Artarxersis 7—24: III Esr 2,16–31
scripsit Beselam Mitridatis et Tabel
et reliqui qui erant in consilio eorum
ad Artarxersen regem Persarum
epistula autem accusationis scripta erat syriace
et legebatur sermone syro
8 Reum Beelteem et Samsai scriba
scripserunt epistulam unam de Hierusalem
Artarxersi regi huiuscemodi
9 Reum Beelteem et Samsai scriba
et reliqui consiliatores eorum
Dinei et Apharsathei Terphalei Apharsei
Erchuei Babylonii
Susannechei Deaei Aelamitae
10 et ceteri de gentibus quas transtulit Asennaphar magnus et gloriosus
et habitare eas fecit in civitatibus Samariae IV Rg 17,24
et in reliquis regionibus trans Flumen in pace
11 hoc est exemplar epistulae quam miserunt ad eum
Artarxersi regi servi tui viri qui sunt trans Fluvium salutem dicunt
12 notum sit regi quia Iudaei qui ascenderunt a te ad nos
venerunt in Hierusalem civitatem rebellem et pessimam quam aedificant
extruentes muros eius et parietes conponentes
13 nunc igitur notum sit regi quia si civitas illa aedificata fuerit et muri eius instaurati
tributum et vectigal et annuos reditus non dabunt
et usque ad reges haec noxa perveniet

12 et³ *om.* GCΣK ‖ 4,2 immolavimus AL cr; immolabimus SΦ; sacrificamus ΛM | ex] a ΛLM c | 3 domum + domino CΣ | aedificauimus ALK; aedificamus M. | rex cyrus rex G.𝔐] rex cyrus L; cyrus rex *cet.* | 4 ~ populus terrae ut AΦ | 5 quoque] autem ASΦ c | et usque—persarum² *om.* G | 6 in principio c | 7 mithridates GΛ c | 8 scriba + artarxerxes CΣ. | 9 apharsathei] apharsathachaei c. | dieui et c. | 11 uiri *om.* AGC |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

14 nos ergo memores salis quod in palatio comedimus
et quia laesiones regis videre nefas ducimus
idcirco misimus et nuntiavimus regi
5,17; 6,1; Est 2,23; 6,1 15 ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum
et invenies scriptum in commentariis et scies
quoniam urbs illa urbs rebellis est
et nocens regibus et provinciis
et bella concitant in ea ex diebus antiquis
quam ob rem et civitas ipsa destructa est
16 nuntiamus nos regi
quoniam si civitas illa aedificata fuerit
et muri ipsius instaurati
possessionem trans Fluvium non habebis
17 verbum misit rex ad Reum Beelteem et Samsai scribam
et ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariae et ceteris trans Fluvium
salutem dicens et pacem
18 accusationem quam misistis ad nos manifeste lecta est coram me
19 et a me praeceptum est et recensuerunt inveneruntque
quoniam civitas illa a diebus antiquis adversum reges rebellat
et seditiones et proelia concitantur in ea
20 nam et reges fortissimi fuerunt in Hierusalem
qui et dominati sunt omni regioni quae trans Fluvium est
tributum quoque et vectigal et reditus accipiebant
21 nunc ergo audite sententiam
ut prohibeatis viros illos et urbs illa non aedificetur
donec si forte a me iussum fuerit
22 videte ne neglegenter hoc impleatis
et paulatim crescat malum contra reges
23 itaque exemplum edicti Artarxersis regis lectum est coram Reum et Samsai scriba et consiliariis eorum
et abierunt festini in Hierusalem ad Iudaeos
et prohibuerunt eos in brachio et robore
24 tunc intermissum est opus domus Dei in Hierusalem III Esr 5,73
et non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum
5 prophetaverunt autem Aggeus propheta et Zaccharias filius Addo 6,14; Agg 1,1; Za 1,1! 1—17: III Esr 6,1–22
prophetantes ad Iudaeos qui erant in Iudaea et Hierusalem
in nomine Dei Israhel
2 tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathihel et Iosue filius Iosedech 3,2! Sir 49,13.14
et coeperunt aedificare templum Dei in Hierusalem
et cum eis prophetae Dei adiuvantes eos
3 in ipso tempore venit ad eos Tatannai qui erat dux trans Flumen 6.6.13
et Starbuzannai et consiliarii eorum
sicque dixerunt eis
quis dedit vobis consilium ut domum hanc aedificaretis
et muros hos instauraretis
4 ad quod respondimus eis
quae essent nomina hominum auctorum illius aedificationis
5 oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudaeorum
et non potuerunt inhibere eos
placuitque ut res ad Darium referretur
et tunc satisfacerent adversus accu-

AGC ΣΛLKSMΦ cr

14 ergo] autem c. | 15 concitantur SM c | 18 accusationem quam ACΣKSr] accusatio quam *cet.* | 21 ut *om.* c. | et] ut CΣΛ c | 22 ne *om.* A | 23 reum + beelteem CΣLS c | scribam AGCLM; scribis S | et in robore CΣ. | 24 domus *om.* GK | dei] domini A c ‖ 5,1 dei] domini C.; domini dei ΛM | 2 dei[1]] domini CΣ. | 3 ipso + autem SΦ c | hos] eius c. | instauretis ASM | 4 ~ aedificationis illius c |

sationem illam
[6]exemplar epistulae quam misit Tatannai dux regionis trans Flumen
et Starbuzannai et consiliatores eius Apharsacei qui erant trans Flumen ad Darium regem
[7]sermo quem miserant ei sic scriptus erat
Dario regi pax omnis
[8]notum sit regi isse nos ad Iudaeam provinciam
ad domum Dei magni quae aedificatur lapide inpolito
et ligna ponuntur in parietibus
opusque illud diligenter extruitur
et crescit in manibus eorum
[9]interrogavimus ergo senes illos et ita diximus eis
quis dedit vobis potestatem ut domum hanc aedificaretis et muros instauraretis
[10]sed et nomina eorum quaesivimus ab eis ut nuntiaremus tibi
quae scripsimus nomina virorum qui sunt principes in eis
[11]huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis dicentes
nos sumus servi Dei caeli et terrae
et aedificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos
quodque rex Israhel magnus aedificaverat et extruxerat
II Par 28.25! 36.16.17; Bar 4.6; Za 8.14 [12]postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum caeli
et tradidit eos in manu Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldei
domum quoque hanc destruxit et populum eius transtulit in Babylonem
1.2; 6.3! II Par 36.23! [13]anno autem primo Cyri regis Babylonis
Cyrus rex proposuit edictum
ut domus Dei aedificaretur
[14]nam et vasa templi Dei aurea et argentea 1.7.8! 6.5
quae Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Hierusalem
et asportaverat ea in templum Babylonis
protulit Cyrus rex de templo Babylonis
et data sunt Sasabassar vocabulo
quem et principem constituit [15]dixitque ei
haec vasa tolle et vade et pone ea in templo quod est in Hierusalem
et domus Dei aedificetur in loco suo
[16]tunc itaque Sasabassar ille venit
et posuit fundamenta templi Dei in Hierusalem
et ex eo tempore usque nunc aedificatur et necdum conpletum est
[17]nunc ergo si videtur regi bonum
recenseat in bibliotheca regis quae est in Babylone 4.15; 6.1
utrumnam a Cyro rege iussum sit 6.3!
ut aedificaretur domus Dei in Hierusalem
et voluntatem regis super hac re mittat ad nos
6 tunc Darius rex praecepit et recensuerunt in bibliotheca librorum qui erant repositi in Babylone 4.15; 5.17 1—12: III Esr 6,23–34
[2]et inventum est in Ecbathanis quod est castrum in Madena provincia volumen unum
talisque scriptus erat in eo commentarius
[3]anno primo Cyri regis Cyrus rex decrevit 1.2! 5.13.17; II Par 36.23!
ut domus Dei quae est in Hierusalem aedificaretur in loco ubi immolent hostias

AGC ΣΛLKSMΦ cr

7 sermonem quem A | sic *om.* GCΣLMΦ | 9 aedificetis A. | muros + hos AΛK c | instauretis ALSM | 10 tibi scripsimusque c | uirorum] eorum SMΦ; eorum uirorum c | 11 sermones L.; sermone CΣ. | ~ dei serui CΣ. | 12 et¹ *om.* c | in manus ASΦ c | in² *om.* GΛΦ | 13 in anno A | preposuit CL. | dei + haec A c | 14 dei *om.* CΣ. | in templum] in templo AKM | 17 sit] fuerit c. | aedificetur ALS || 6,1 in babylonem C | 3 in anno A | aedificetur CΣ. | ~ aedificaretur quae est in ierusalem c. |

et ut ponant fundamenta subportantia
altitudinem cubitorum sexaginta et latitudinem cubitorum sexaginta
III Rg 6,36; 7,12 4 ordines de lapididibus inpolitis tres
et sic ordines de lignis novis
sumptus autem de domo regis dabuntur
1,7! 5,14 5 sed et vasa templi Dei aurea et argentea
quae Nabuchodonosor tulerat de templo Hierusalem
et adtulerat ea in Babylonem
reddantur et referantur in templo Hierusalem in locum suum
quae et posita sunt in templo Dei
13; 5,3 6 nunc ergo Tatannai dux regionis quae est trans Flumen
Starbuzannai et consiliarii vestri Apharsacei qui estis trans Flumen
procul recedite ab illis
7 et dimittite fieri templum Dei illud a duce Iudaeorum et a senioribus eorum
domum Dei illam aedificent in loco suo
8 sed et a me praeceptum est quid oporteat fieri a presbyteris Iudaeorum illis
ut aedificetur domus Dei
scilicet ut de arca regis
id est de tributis quae dantur de regione trans Flumen
studiose sumptus dentur viris illis ne inpediatur opus
9 quod si necesse fuerit et vitulos et agnos et hedos in holocaustum Deo caeli
frumentum sal vinum et oleum
secundum ritum sacerdotum qui sunt in Hierusalem
detur eis per dies singulos ne sit in aliquo querimonia
10 et offerant oblationes Deo caeli Lv 7,38! Sir 14,11; Mal 1,11; Bar 1,10.11; I Mcc 7,33; I Tim 2,1.2
orentque pro vita regis et filiorum eius
11 a me ergo positum est decretum
ut omnis homo qui hanc mutaverit iussionem
tollatur lignum de domo ipsius et erigatur et configatur in eo
domus autem eius publicetur
12 Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi III Rg 9,3!
dissipet omnia regna et populum qui extenderit manum suam
ut repugnet et dissipet domum Dei illam quae est in Hierusalem
ego Darius statui decretum quod studiose impleri volo
13 igitur Tatannai dux regionis trans Flumen 6; 5,3 13—22: III Esr 7,1–15
et Starbuzannai et consiliarii eius
secundum quod praeceperat Darius rex
sic diligenter exsecuti sunt
14 seniores autem Iudaeorum aedificabant et prosperabantur 5,1! Za 4,8.9
iuxta prophetiam Aggei prophetae et Zacchariae filii Addo
et aedificaverunt et construxerunt Za 1,16
iubente Deo Israhel
et iubente Cyro et Dario et Artarxerse regibus Persarum
15 et conpleverunt domum Dei istam usque ad diem tertium mensis adar
qui est annus sextus regni Darii regis
16 fecerunt autem filii Israhel
sacerdotes et Levitae
et reliqui filiorum transmigrationis
dedicationem domus Dei in gaudio III Rg 8,63; II Par 7,5
17 et obtulerunt in dedicationem domus Dei
vitulos centum II Par 29,21!
arietes ducentos
agnos quadringentos

AGC ΣΛLKSMΦ cr

5 ea *om.* A | in templo[1]] in templum L c; in A; + in c. | 6 illis] eis CΣ | 7 eorum + ut c | loco + sancto CΣ. | 8 quid] quod CΣΛKS | 9 dei A | et[4] *om.* A | ~ per singulos dies M c | 10 dei A | 12 facit ΛM r; *om.* A. | 14 deo] domino deo CΣ. | dario et regibus persarum et artarxerxe CΣ. | 15 tertiam AL. | regni *om.* CΣ. | 17 in dedicatione GKM; in die dedicationis L. | centum + et A |

8,35; Ez 43,22 hircos caprarum pro peccato totius
Israhel duodecim
iuxta numerum tribuum Israhel
II Par 23,18! 31,2; 35,4.5; II Esr 13,30 18 et statuerunt sacerdotes in ordinibus
suis
et Levitas in vicibus suis
super opera Dei in Hierusalem
sicut scriptum est in libro Mosi
Nm 9,2.3! 19 fecerunt autem filii transmigrationis
pascha
quartadecima die mensis primi
20 purificati enim fuerant sacerdotes et
Levitae quasi unus
II Par 30,15 omnes mundi ad immolandum pascha
universis filiis transmigrationis et
fratribus suis sacerdotibus et sibi
21 et comederunt filii Israhel
qui reversi fuerant de transmigratione
10,11; II Esr 9,2! 10,28 et omnis qui se separaverat a coinquinatione gentium terrae ad eos
ut quaererent Dominum Deum Israhel
II Par 30,21! 35,17 22 et fecerunt sollemnitatem azymorum
septem diebus in laetitia
quoniam laetificaverat eos Dominus
7,27 et converterat cor regis Assur ad eos
ut adiuvaret manus eorum in opere
domus Domini Dei Israhel
1—5: I Par 6,4–14; IV Esr 1,1–3 1—28: III Esr 8,1–30 7 post haec autem verba
in regno Artarxersis regis Persarum
Ezras filius Saraiae
2—5: I Par 6,50–53 filii Azariae filii Helciae 2 filii Sellum
filii Sadoc filii Achitob 3 filii Amariae
filii Azariae filii Maraioth 4 filii Zaraiae
filii Ozi filii Bocci 5 filii Abisue filii
Finees filii Eleazar
filii Aaron sacerdotis ab initio
6 ipse Ezras ascendit de Babylone
II Esr 8,1 et ipse scriba velox in lege Mosi
quam dedit Dominus Deus Israhel
et dedit ei rex secundum manum Domini Dei eius super eum omnem
petitionem eius I Sm 1,17! II Esr 2,8; Est 5,8
7 et ascenderunt de filiis Israhel
et de filiis sacerdotum 24; II Esr 10,28
et de filiis Levitarum
et de cantoribus
et de ianitoribus
et de Nathinneis in Hierusalem
anno septimo Artarxersis regis
8 et venerunt in Hierusalem mense
quinto
ipse est annus septimus regis
9 quia in primo die mensis primi coepit ascendere de Babylone 8,31
et in primo mensis quinti venit in
Hierusalem
iuxta manum Dei sui bonam super se
10 Ezras enim paravit cor suum ut investigaret legem Domini III Rg 8,61! Sir 38,39
et faceret et doceret in Israhel praeceptum et iudicium I Par 22,13
11 hoc est autem exemplar epistulae
edicti
quod dedit rex Artarxersis Ezrae sacerdoti
scribae erudito in sermonibus et
praeceptis Domini
et caerimoniis eius in Israhel
12 Artarxersis rex regum
Ezrae sacerdoti scribae legis Dei
caeli doctissimo salutem
13 a me decretum est
ut cuicumque placuerit in regno meo
de populo Israhel et de sacerdotibus
eius et de Levitis
ire in Hierusalem tecum vadat
14 a facie enim regis et septem consiliatorum eius missus es Est 1,14
ut visites Iudaeam et Hierusalem
in lege Dei tui quae est in manu tua
15 et ut feras argentum et aurum 8,25
quod rex et consiliatores eius sponte
obtulerunt Deo Israhel

19 filii + israel c | die *om.* GLKΦ | 21 omnes qui se separauerant KSc; omnis qui separauerat ΣΛ | 22 domini *om.* AS || 7,6 ~ dominus deus dedit c. | 7 in anno A | 9 primo2] prima AKr; primo die ΛSc; *stichum om.* C. | 11 est] erat CΣ. | autem] enim L.; *om.* AM. |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

cuius in Hierusalem tabernaculum
est
8,28 16 et omne argentum et aurum
quodcumque inveneris in universa
provincia Babylonis
et populus offerre voluerit
et de sacerdotibus qui sponte obtu-
lerint domui Dei sui quae est in
Hierusalem
17 libere accipe et studiose eme de hac
pecunia
Lv 3,7! II Sm 6,13! vitulos arietes agnos et sacrificia et
libamina eorum
et offer ea super altare templi Dei
vestri quod est in Hierusalem
18 sed et si quid tibi et fratribus tuis
placuerit
de reliquo argento et auro ut faciatis
iuxta voluntatem Dei vestri facite
Ier 27,22 19 vasa quoque quae dantur tibi in mi-
nisterium domus Dei tui
trade in conspectu Dei Hierusalem
20 sed et cetera quibus opus fuerit in
domo Dei tui
quantumcumque necesse est ut ex-
pendas
dabis de thesauro et de fisco regis
21 et a me
ego Artarxersis rex statui atque de-
crevi
omnibus custodibus arcae publicae
qui sunt trans Flumen
ut quodcumque petierit a vobis Ez-
ras sacerdos scriba legis Dei caeli
absque mora detis
22 usque ad argenti talenta centum
et usque ad frumenti choros centum
et usque ad vini batos centum
et usque ad batos olei centum
sal vero absque mensura
23 omne quod ad ritum Dei caeli per-
tinet
tribuatur diligenter in domo Dei
caeli
ne forte irascatur contra regnum re-
gis et filiorum eius
24 vobisque notum facimus
de universis sacerdotibus et Levitis 7!
cantoribus ianitoribus Nathinneis et
ministris domus Dei huius
ut vectigal et tributum et annonas
non habeatis potestatem inponendi
super eos
25 tu autem Ezras secundum sapientiam
Dei tui quae est in manu tua
constitue iudices et praesides ut iudi- Ex 18,21.22! Dt 16,18
cent omni populo qui est trans Flu-
men
his videlicet qui noverunt legem Dei
tui
sed et inperitos docete libere
26 et omnis qui non fecerit legem Dei
tui et legem regis diligenter
iudicium erit de eo
sive in mortem sive in exilium
sive in condemnationem substantiae
eius vel certe in carcerem
27 benedictus Dominus Deus patrum I Par 29,10!
nostrorum
qui dedit hoc in corde regis 6,22
ut glorificaret domum Domini quae
est in Hierusalem
28 et in me inclinavit misericordiam co- 9,9
ram rege et consiliatoribus eius
et universis principibus regis poten-
tibus
et ego confortatus manu Domini Dei
mei quae erat in me
congregavi de Israhel principes qui
ascenderent mecum
8 hii sunt ergo principes familiarum 1—36: III Esr 8,31-68
et genealogia eorum qui ascenderunt
mecum
in regno Artarxersis regis de Baby-
lone
2 de filiis Finees Gersom
de filiis Ithamar Danihel
de filiis David Attus

AGC ΣΛLKSMΦ cr 16 qui] quae c. | obtulerunt ACΣLr | 19 tibi *om.* A | trade—20 dei tui *om.* AΛ | dei² + in CΣLSc | 20 in domum c | dabitur c. | 24 uobis quoque Lc | cantoribus] *praem.* et c.; + et Ac | 25 ezra AΦ; esdra c | ut] et A | et² *om.* AL | 28 misericordiam + suam AΛKSΦc | consiliariis CΣ. ||

3 de filiis Secheniae et de filiis Pharos Zaccharias
et cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta
4 de filiis Phaethmoab Helioenai filius Zareae et cum eo ducenti viri
5 de filiis Secheniae filius Hiezihel et cum eo trecenti viri
6 de filiis Adden Abeth filius Ionathan et cum eo quinquaginta viri
7 de filiis Helam Isaias filius Athaliae et cum eo septuaginta viri
8 de filiis Saphatiae Zebedia filius Michahel et cum eo octoginta viri
9 de filiis Ioab Obedia filius Iehihel et cum eo ducenti decem et octo viri
10 de filiis Selomith filius Iosphiae et cum eo centum sexaginta viri
11 de filiis Bebai Zaccharias filius Bebai et cum eo viginti octo viri
12 de filiis Ezgad Iohanan filius Eccetan et cum eo centum decem viri
13 de filiis Adonicam qui erant novissimi
et haec nomina eorum
Helifeleth et Heihel et Samaias et cum eis sexaginta viri
14 de filiis Beggui Uthai et Zacchur et cum eo septuaginta viri
15 congregavi autem eos ad fluvium qui decurrit ad Ahavva
et mansimus ibi diebus tribus
quaesivique in populo et in sacerdotibus de filiis Levi et non inveni ibi
16 itaque misi Heliezer et Arihel et Semeam
et Helnathan et Iarib et alterum Helnathan
et Nathan et Zacchariam et Mesolam principes
et Ioarib et Helnathan sapientes
17 et misi eos ad Heddo qui est primus in Casphiae loco
et posui in ore eorum verba quae loquerentur ad Addom et ad fratres eius Nathinneos in loco Casphiae
ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri
18 et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos
virum doctissimum de filiis Moolli filii Levi filii Israhel
et Sarabiam et filios eius et fratres eius decem et octo
19 et Asabiam et cum eo Isaiam de filiis Merari fratres eius et filios eius viginti
20 et de Nathinneis quos dederat David et principes ad ministeria Levitarum Nathinneos ducentos viginti
omnes hii suis nominibus vocabantur
21 et praedicavi ibi ieiunium iuxta fluvium Ahavva — II Par 20,3!
ut adfligeremur coram Domino Deo nostro
et peteremus ab eo viam rectam nobis et filiis nostris
universaeque substantiae nostrae
22 erubui enim petere regem auxilium et equites
qui defenderent nos ab inimico in via
quia dixeramus regi manus Dei nostri est super omnes qui quaerunt eum in bonitate
et imperium eius et fortitudo eius et furor super omnes qui derelinquunt eum
23 ieiunavimus autem et rogavimus Deum nostrum pro hoc
et evenit nobis prospere

AGC ΣΛLKSMΦ cr

8,3 et de *om.* c.; de *om.* SΦ | 10 filius LS cr 𝔐𝔊] filii *cet.* | 12 ezgad r, *cf.* 𝔐] azgad c.; ezegat K.; ezeat L; ezeath CΣ; ezead *cet.* | centum + et S c. | 14 eo] eis AΣS c | 15 ~ tribus diebus c | 16 iarib et] iaribeth Φ.; iaribel A.; zarib et M.; iaribus et CΣL. | ioarib] ioaribus CΣL. | 17 heddo … addom] eddo … eddo c | et ad fratrem G; et fratres CΣ c. | dei nostri] domini CΣL. | 19 fratresque c | 20 uocitabantur CΣ. | 22 regem] regi L; a rege CΣ c | est *om.* AK. | 23 deum] dominum S.; dominum deum CΣ | pro] per c. | et uenit AΣΛK |

24 et separavi de principibus sacerdotum duodecim
Sarabian Asabian et cum eis de fratribus eorum decem
7,15 25 adpendique eis argentum et aurum et vasa consecrata domus Dei nostri
quae obtulerat rex et consiliatores eius
et principes eius universusque Israhel eorum qui inventi fuerant
26 et adpendi in manibus eorum argenti talenta sescenta quinquaginta
et vasa argentea centum
auri centum talenta
27 et crateras aureos viginti
qui habebant solidos millenos
et vasa aeris fulgentis optimi duo pulchra ut aurum
28 et dixi eis
Lv 21,6! vos sancti Domini et vasa sancta
7,16 et argentum et aurum quod sponte oblatum est Domino Deo patrum vestrorum
29 vigilate et custodite
donec adpendatis coram principibus sacerdotum et Levitarum
et ducibus familiarum Israhel
in Hierusalem et thesaurum domus Domini
30 susceperunt autem sacerdotes et Levitae
pondus argenti et auri et vasorum
ut deferrent in Hierusalem in domum Dei nostri
7,9 31 promovimus ergo a flumine Ahavva
duodecimo die mensis primi
ut pergeremus Hierusalem
et manus Dei nostri fuit super nos
et liberavit nos de manu inimici et insidiatoris in via
II Esr 2,11 32 et venimus Hierusalem
et mansimus ibi diebus tribus
33 die autem quarta adpensum est argentum et aurum et vasa in domo Dei nostri
per manum Meremoth filii Uriae sacerdotis II Esr 3,31
et cum eo Eleazar filius Finees
cumque eis Iozaded filius Iosue et Noadaia filius Bennoi Levitae
34 iuxta numerum et pondus omnium
descriptumque est omne pondus in tempore illo
35 sed et qui venerant de captivitate filii transmigrationis
obtulerunt holocaustomata Deo Israhel
vitulos duodecim pro omni Israhel
arietes nonaginta sex
agnos septuaginta septem
hircos pro peccato duodecim 6,17!
omnia in holocaustum Domino
36 dederunt autem edicta regis satrapis qui erant de conspectu regis et ducibus trans Flumen II Esr 2,7; Est 3,12
et elevaverunt populum et domum Dei
9 postquam autem haec conpleta sunt 1—15: III Esr 8,69–91
accesserunt ad me principes dicentes
non est separatus populus Israhel
et sacerdotes et Levitae a populis terrarum
et de abominationibus eorum
Chananei videlicet et Hetthei et Ferezei
et Iebusei et Ammanitarum et Moabitarum
et Aegyptiorum et Amorreorum ·
2 tulerunt enim de filiabus eorum sibi et filiis suis 10,2! Idc 3,6! Ps 105,35; Mal 2,11
et commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum
manus etiam principum et magistra-

AGC ΣΛLKSMΦ cr 24 sarabian + et c | 26 et auri CΣ | 27 crateres c | aureos AG cr] aureas *cet.* | 28 nostrorum CΣSΦ c | 29 et thesaurum GCΣ] et in thesaurum A.; in thesaurum KSΦ cr; in thesauro ΛM; in thesauris L | domini] dei ASΦ | 30 in[1] *om.* GSΦ c | 32 uenimus + in AK | ~ tribus diebus c | 33 quarto AΛKM r | dei] domini A | meremoth cr., *cf.* 𝔐 *et* II Esr 3,3.21] remmoth S; remoth *cet.* | 34 descriptum est A | 35 omni + populo c | 36 qui—regis[2] *om.* CΣ. || 9,1 et[1] *om.* c. | de *om.* c. | et moabitarum *om.* GM. |

tuum fuit in transgressione hac prima
3 cumque audissem sermonem istum
scidi pallium meum et tunicam
et evelli capillos capitis mei et barbae et sedi maerens
4 convenerunt autem ad me omnes qui timebant verbum Dei Israhel
pro transgressione eorum qui de captivitate venerant
et ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum
5 et in sacrificio vespertino surrexi de adflictione mea
et scisso pallio et tunica
Gn 14,22! III Rg 8,54; II Esr 8,6 curvavi genua mea et expandi manus meas ad Dominum Deum meum
6 et dixi
Deus meus confundor et erubesco levare Deus meus faciem meam ad te
Ps 37,5! 39,13! Ez 33,10 quoniam iniquitates nostrae multiplicatae sunt super caput
et delicta nostra creverunt usque in caelum
7 a diebus patrum nostrorum
sed et nos ipsi peccavimus granditer usque ad diem hanc
Idt 5,18! 22; Tb 3,4 et in iniquitatibus nostris traditi sumus
ipsi et reges nostri et sacerdotes nostri
in manum regum terrarum
in gladium in captivitatem in rapinam et in confusionem vultus
sicut et die hac
8 et nunc quasi parum et ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum
ut dimitterentur nobis reliquiae
et daretur paxillus in loco sancto eius Sir 14,25; Is 22,23
et inluminaret oculos nostros Deus noster Ps 12,4; Sir 34,20
et daret nobis vitam modicam in servitute nostra
9 quia servi sumus et in servitute nostra non dereliquit nos Deus noster
et inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum 7,28
ut daret nobis vitam
et sublimaret domum Dei nostri
et extrueret solitudines eius
et daret nobis sepem in Iuda et in Hierusalem
10 et nunc quid dicemus Deus noster post haec
quia dereliquimus mandata tua
11 quae praecepisti in manu servorum tuorum prophetarum dicens
terram ad quam vos ingredimini ut possideatis eam
terra inmunda est
iuxta inmunditiam populorum ceterarumque terrarum
abominationibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua
12 nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum Dt 7,2.3! II Esr 10,30
et filias eorum non accipiatis filiis vestris
et non quaeratis pacem eorum et prosperitatem eorum usque in aeternum
ut confortemini et comedatis quae bona sunt terrae
et heredes habeatis filios vestros usque in saeculum
13 et post omnia quae venerunt super nos

2 in transmigratione hac CΣL.; in hac transmigratione A. | 3 barbam CΣL | 4 conuenerunt ergo CΣ.; et conuenerunt A. | 6 deus meus[2] *om.* CΣLSΦc; ~ deus meus leuare Λ. | caput + nostrum Sc | usque ad CΣΛKMcr | 7 granditer] grauiter ΛLSMΦc | in manu CΣKMΦr | in[3.4]] et in SΦc | in[5]] et in c | et[5] *om.* A | in confusione ACKr; in confusiones S; in confessionem Λ. | et[6]] est Λ; *om.* CL. | 8 daretur + nobis ΛKc | paxillus Scr𝔐] pax illius *cet.* | modicum A | in seruitutem nostram GΛLKΦ | 9 et[2]] sed c. | sepem] spem CΣLMΦ; partem S | in iudeam A | et in hierusalem *om.* G. | in[3] *om.* CΣMc | 11 terram] terra GΣΛSMc | in abominationibus AK; abominatione S | 12 non[1]] ne Ac |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

in operibus nostris pessimis et in delicto nostro magno
II Sm 22,3! quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra
et dedisti nobis salutem sicut est hodie
14 ut non converteremur et irrita faceremus mandata tua
neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum
numquid iratus es nobis usque ad consummationem
ne dimitteres nobis reliquias et salutem
II Esr 9,33! Ier 12,1; 23,6; Lam 1,18 15 Domine Deus Israhel iustus tu
quoniam derelicti sumus qui salvaremur sicut die hac
Est 14,6.7; Ps 50,6! ecce coram te sumus in delicto nostro
non enim stari potest coram te super hoc
1—44: III Esr 8,92–9,36 **10** sic ergo orante Ezra et inplorante eo
II Esr 1,4 et flente et iacente ante templum Dei
collectus est ad eum de Israhel coetus grandis nimis
virorum et mulierum puerorumque
et flevit populus multo fletu
2 et respondit Sechenia filius Iehihel de filiis Helam et dixit Ezrae
nos praevaricati sumus in Deum nostrum
10; 9,2! II Esr 13,27 et duximus uxores alienigenas de populis terrae
et nunc si est paenitentia Israhel super hoc
3 percutiamus foedus cum Deo nostro
ut proiciamus universas uxores et eos qui de his nati sunt
iuxta voluntatem Domini et eorum qui timent praeceptum Dei nostri secundum legem fiat
4 surge tuum est decernere
nosque erimus tecum
confortare et fac
5 surrexit ergo Ezras et adiuravit principes sacerdotum Levitarum et omnem Israhel
ut facerent secundum verbum hoc
et iuraverunt
6 et surrexit Ezras ante domum Dei
et abiit ad cubiculum Iohanan filii Eliasib
et ingressus est illuc
panem non comedit et aquam non bibit Ex 34,28!
lugebat enim in transgressione eorum qui de captivitate venerant
7 et missa est vox in Iuda et in Hierusalem
omnibus filiis transmigrationis
ut congregarentur in Hierusalem
8 et omnis qui non venerit in tribus diebus
iuxta consilium principum et seniorum
auferetur universa substantia eius
et ipse abicietur de coetu transmigrationis
9 convenerunt igitur omnes viri Iuda et Beniamin in Hierusalem tribus diebus
ipse est mensis nonus vicesimo die mensis
et sedit omnis populus in platea domus Dei
trementes pro peccato et pluviis
10 et surrexit Ezras sacerdos et dixit ad eos
vos transgressi estis et duxistis uxores alienigenas 2!
ut adderetis super delictum Israhel
11 et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum II Sm 22,50! I Par 29,13! Ps 9,2! Dn 2,23
et facite placitum eius

AGC ΣΛLKSMΦ cr

14 es] est AL. | et²] ad Lc. | 15 iustus + es c | stare CΣΛLSM || **10,1** plorante A | eo Scr, *cf.* 𝔐] eum *cet.* | est *om.* CΣM. | et puerorum c | ~ fletu multo Ac. | 2 ~ alienigenas uxores CΣ. | israhel] *praem.* in ASΦc, *om.* G. | 3 cum domino deo SΦc | ut] et ASΦ | dei] domini dei c | 5 sacerdotum G𝔐] + et *cet.* | 6 in transgressionem CΣM; transgressionem SΦc; in transmigrationem L. | uenerunt CΣ. | ~ uenerant de captiuitate c |

6,21! et separamini a populis terrae et ab uxoribus alienigenis
12 et respondit universa multitudo dixitque voce magna
iuxta verbum tuum ad nos sic fiat
13 verumtamen quia populus multus est et tempus pluviae
et non sustinemus stare foris
et opus non est diei unius vel duorum
vehementer quippe peccavimus in sermone isto
14 constituantur principes in universa multitudine
et omnes in civitatibus nostris qui duxerunt uxores alienigenas
veniant in temporibus statutis
et cum his seniores per civitatem et civitatem et iudices eius
donec avertatur ira Dei nostri a nobis super peccato hoc
15 igitur Ionathan filius Asahel et Iaazia filius Thecuae steterunt super hoc
et Mesollam et Sebethai Levites adiuverunt eos
16 feceruntque sic filii transmigrationis
et abierunt Ezras sacerdos et viri principes familiarum in domum patrum suorum
et omnes per nomina sua
et sederunt in die primo mensis decimi ut quaererent rem
17 et consummati sunt omnes viri qui duxerant uxores alienigenas usque ad diem primam mensis primi
18 et inventi sunt de filiis sacerdotum qui duxerant uxores alienigenas
de filiis Iosue filii Iosedech
et fratres eius Maasia et Eliezer et Iarib et Godolia
19 et dederunt manus suas ut eicerent uxores suas
Lv 5,15! et pro delicto suo arietem de ovibus offerrent
20 et de filiis Emmer Anani et Zebedia
21 et de filiis Erim Masia et Helia et Semeia et Hiehihel et Ozias
22 et de filiis Phessur Helioenai Maasia Ismahel Nathanahel Iozabeth et Elasa
23 et de filiis Levitarum Iozabeth et Semei et Celaia ipse est Calita Phataia Iuda et Eliezer
24 et de cantoribus Eliasub
et de ianitoribus Sellum et Telem et Uri
25 et ex Israhel
de filiis Pharos Remia et Ezia et Melchia et Miamin et Eliezer et Melchia et Banea
26 et de filiis Helam Mathania Zaccharias et Hiehil et Abdi et Irimoth et Helia
27 et de filiis Zethua Helioenai Eliasib Mathania et Ierimuth et Zabeth et Aziza
28 et de filiis Bebai Iohanan Anania Zabbai Athalai
29 et de filiis Bani Mosollam et Melluch et Adaia Iasub et Saal et Ramoth
30 et de filiis Phaethmoab Edna et Chalal Banaias Maasias Mathanias Beselehel et Bennui et Manasse
31 et de filiis Erem Eliezer Iesue Melchias Semeias Symeon
32 Beniamin Maloch Samarias
33 de filiis Asom Matthanai Matthetha Zabed Elipheleth Iermai Manasse Semei
34 de filiis Bani Maaddi Amram et Huhel
35 Baneas et Badaias Cheiliau
36 Vannia Marimuth et Eliasib
37 Matthanias Mathanai et Iasi
38 et Bani
et Bennui Semei
39 et Salmias et Nathan

14 ~ alienigenas uxores CΣ. | cum his senioribus AL. | 16 in domo A.; in domos SΦc | prima A | 17 duxerunt ASMΦ; deduxerant L. | 24 et[1] *om.* CΣ. | 27 et[1] *om.* CΣ | 30 banaias + et M c | et[3] *om.* c | 31 et *om.* CΣ. | 33 et de AK c | 34 uel Σ c. |

AGC
ΣΛLKSMΦ
cr

et Adaias [40] Mechnedabai Sisai Sarai
[41] Ezrel et Selemau Scmeria [42] Sellum Amaria Ioseph
[43] de filiis Nebu Iaihel Matthathias Zabed Zabina Ieddu et Iohel Banaia
[44] omnes hii acceperunt uxores alienigenas
et fuerunt ex eis mulieres quae pepererant filios

II Esdrae Verba Neemiae filii Echliae
et factum est in mense casleu
Dn 8,2 anno vicesimo et ego eram in Susis castro
7,2 [2] et venit Anani unus de fratribus meis ipse et viri ex Iuda
et interrogavi eos de Iudaeis qui remanserant et supererant de captivitate
et de Hierusalem
[3] et dixerunt mihi
qui remanserunt et derelicti sunt de captivitate ibi in provincia
2,17 in adflictione magna sunt et in obprobrio
2,3.13; IV Rg 25,10; II Par 36,19 et murus Hierusalem dissipatus est
et portae eius conbustae sunt igni
4,5; Dn 9,4.5 [4] cumque audissem verba huiuscemodi
I Esr 10,1 sedi et flevi et luxi diebus
et ieiunabam et orabam ante faciem Dei caeli [5] et dixi
9,32; Dt 7,9! 21! quaeso Domine Deus caeli fortis magne atque terribilis
qui custodis pactum et misericordiam
cum his qui te diligunt et custodiunt mandata tua
11; II Par 6,40! Ps 5,2.3! 16,6; 129,2 [6] fiat auris tua auscultans
et oculi tui aperti
ut audias orationem servi tui
I Sm 12,19! quam ego oro coram te hodie nocte
et die pro filiis Israhel servis tuis
et confiteor pro peccatis filiorum Israhel quibus peccaverunt tibi
et ego et domus patris mei peccavimus
[7] vanitate seducti sumus
et non custodivimus mandatum
et caerimonias et iudicia quae praecepisti Mosi servo tuo
[8] memento verbi quod mandasti Mosi famulo tuo dicens
cum transgressi fueritis ego dispergam vos in populos Dt 28,64!
[9] et si revertamini ad me et custodiatis mandata mea et faciatis ea Dt 30,8!
etiam si abducti fueritis ad extrema caeli inde congregabo vos
et inducam in locum quem elegi ut habitaret nomen meum ibi
[10] et ipsi servi tui et populus tuus quos redemisti
in fortitudine tua magna et in manu tua valida
[11] obsecro Domine sit auris tua adtendens ad orationem servi tui 6!
et ad orationem servorum tuorum
qui volunt timere nomen tuum
et dirige servum tuum hodie
et da ei misericordiam ante virum hunc Gn 39,21!
ego enim eram pincerna regis
2 factum est autem in mense nisan
anno vicesimo Artarxersis regis
et vinum erat ante eum
et levavi vinum et dedi regi Gn 40,11
et non eram quasi languidus ante faciem eius
[2] dixitque mihi rex
quare vultus tuus tristis cum te aegrotum non videam Gn 40,7; IV Esr 5,16
non est hoc frustra

AGC ΣΛLKSMΦ cr
40 mechnedabai] *praem.* et c | 41 selemau + et CΣ. | 43 iohel + et c. | 44 acceperant c | peperant KΦ; pepererunt AC; peperunt Σ.; pepererent M. ||
II Esdrae. *Tit.* liber nehemiae qui et esdrae secundus dicitur c || **1**,2 et de] et CΣc; *om.* A. | 3 remanserant CL | et² — qui CΣ. | relicti AKc | 4 diebus + tribus CΣ; + multis ΛKSc | et³ *om.* c. | 6 fiant aures tuae auscultantes SΦc | quam] qua GLSΦ; quae AM. | et⁴ *om.* c. | 7 mandatum + tuum SΦc | seruo] famulo c | 8 famulo] seruo c | cumque CΣL. | 9 mandata] praecepta c | adducti CΣLSΦ | adducam K; reducam c; ducam SΦ | in loco AΦ | 11 eis GL || **2**,1 non AGK𝔐] *om. cet.* | 2 tristis + est ΛKSΦc |

sed malum nescio quid in corde tuo
est
et timui valde ac nimis
3 et dixi regi
III Rg 1,31; Dn 2,4! rex in aeternum vive
quare non maereat vultus meus
17; 1,3; Is 64,10 quia civitas domus sepulchrorum
patris mei deserta est
et portae eius conbustae sunt igni
4 et ait mihi rex
pro qua re postulas
et oravi Deum caeli 5 et dixi ad re-
gem
si videtur regi bonum
et si placet servus tuus ante faciem
tuam
ut mittas me in Iudaeam
ad civitatem sepulchri patris mei
et aedificabo eam
6 dixitque mihi rex et regina quae se-
debat iuxta eum
usque ad quod tempus erit iter tuum
et quando reverteris
et placuit ante vultum regis
et misit me
et constitui ei tempus
7 et dixi regi
si regi videtur bonum
I Esr 8,36! III Esr 4,48 epistulas det mihi ad duces regionis
trans Flumen
ut transducant me donec veniam in
Iudaeam
8 et epistulam ad Asaph custodem sal-
tus regis
ut det mihi ligna et tegere possim
portas turris domus
et muri civitatis
et domum quam ingressus fuero
I Esr 7,6! et dedit mihi rex iuxta manum Dei
mei bonam mecum
9 et veni ad duces regionis trans Flu-
men
dedique eis epistulas regis
miserat autem mecum rex principes
militum et equites
10 et audierunt Sanaballat Horonites et 19!
Tobias servus ammanites
et contristati sunt adflictione magna
quod venisset homo qui quaereret
prosperitatem filiorum Israhel
11 et veni Hierusalem I Esr 8,32
et eram ibi diebus tribus
12 et surrexi nocte ego et viri pauci me-
cum
et non indicavi cuiquam
quid Deus dedisset in corde meo ut
facerem in Hierusalem
et iumentum non erat mecum nisi
animal cui sedebam
13 et egressus sum per portam Vallis 12,31
nocte
et ante fontem Draconis
et ad portam Stercoris
et considerabam murum Hierusa- 1,3!
lem dissipatum
et portas eius consumptas igni
14 et transivi ad portam Fontis 12,36
et ad aquaeductum Regis
et non erat locus iumento cui sede-
bam ut transiret
15 et ascendi per torrentem nocte
et considerabam murum
et reversus veni ad portam Vallis et
redii
16 magistratus autem nesciebant quo
abissem aut quid ego facerem
sed et Iudaeis et sacerdotibus et opti-
matibus et magistratibus
et reliquis qui faciebant opus
usque ad id locorum nihil indicave-
ram
17 et dixi eis
vos nostis adflictionem in qua sumus 1,3!
quia Hierusalem deserta est 3; Is 64,10
et portae eius consumptae sunt igni
venite et aedificemus muros Hieru-

2 quid] quod GALM c | ~ in corde tuo nescio quid est CΣ. | 3 mereatur AK. | 6 constituit mihi CΣ.; constitui GL | 8 et²] ut c | turres CΣLK; templi SΦ | muros c | 9 ei A | ~ rex mecum c | principem A | 11 ~ tribus diebus c | 12 ~ dedisset deus A | 13 per noctem CΣL. | 14 ad² *om.* CΣL | 16 nesciebat CΣKM | quo] quod AC; quid Λ. | id loci ΛM c | 17 consumptae] conbustae AΣ. |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

salem
et non simus ultra obprobrium
18 et indicavi eis manum Dei mei quod
esset bona mecum
et verba regis quae locutus est mihi
et aio
surgamus et aedificemus
et confortatae sunt manus eorum in
bono
10; 4,7; 6,1 19 audierunt autem Sanaballat Horoni-
tes
et Tobias servus ammanites
6,6 et Gosem Arabs
et subsannaverunt nos et despexe-
runt dixeruntque
quae est haec res quam facitis
numquid contra regem vos rebellatis
20 et reddidi eis sermonem dixique ad
eos
Deus caeli ipse nos iuvat
et nos servi eius sumus
I Esr 4,3 surgamus et aedificemus
vobis autem non est pars et iustitia
et memoria in Hierusalem
3 et surrexit Eliasib sacerdos magnus
et fratres eius sacerdotes
12,38 et aedificaverunt portam Gregis
ipsi sanctificaverunt eam
et statuerunt valvas eius
et usque ad turrem centum cubito-
rum sanctificaverunt eam
usque ad turrem Ananehel
2 et iuxta eum aedificaverunt viri Hie-
richo
et iuxta eum aedificavit Zecchur fili-
us Amri
3 portam autem Piscium aedificave-
runt filii Asanaa
6.13.14.15 ipsi texerunt eam et statuerunt val-
vas eius et seras et vectes
21; I Esr 8,33 et iuxta eos aedificavit Marimuth fili-
us Uriae filii Accus
6.18 4 et iuxta eos aedificavit Mosollam
filius Barachiae filii Mesezebel
et iuxta eos aedificavit Sadoc filius
Baana
5 et iuxta eos aedificaverunt Thecueni
optimates autem eorum non subpo-
suerunt colla sua in opere Domini
sui
6 et portam Veterem aedificaverunt Io-
iada filius Fasea
et Mosollam filius Besodia
ipsi texerunt eam et statuerunt val- 3!
vas eius et seras et vectes
7 et iuxta eos aedificavit Meletias Ga-
baonites
et Iadon Meronathites
viri de Gabaon et Maspha
pro duce qui erat in regione trans
Flumen
8 et iuxta eum aedificavit Ezihel filius
Araia aurifex
et iuxta eum aedificavit Anania filius
pigmentarii
et dimiserunt Hierusalem usque ad
murum plateae latioris
9 et iuxta eum aedificavit Rafaia filius
Ahur
princeps vici Hierusalem
10 et iuxta eos aedificavit Ieiada filius
Aromath contra domum suam
et iuxta eum aedificavit Attus filius
Asebeniae
11 mediam partem vici aedificavit Mel-
chias filius Erem
et Asub filius Phaethmoab
et turrem Furnorum
12 iuxta eum aedificavit Sellum filius
Alloes
princeps mediae partis vici Hierusa-
lem
ipse et filiae eius
13 et portam Vallis aedificavit Anun et II Par 26,9
habitatores Zanoe
ipsi aedificaverunt eam

AGC 17 sumus ultra in A | 18 est AΣSΦr] esset *cet.* | 19 rebellastis AM. | 20 uobiscum CΣ. ||
ΣΛLKSMΦ 3,1 gregis] regis CΣLKS | sanctificauerunt¹] aedificauerunt A | 3 marimuth—4 aedi-
cr ficauit¹ *om.* G | 4 eos¹] eum Φc | 5 in opera LS; in operibus A. | 7 aedificauerunt Λ
SΦc | et³ + de CΣ. | 8 aedificauit² + rafaia filius ahur et iuxta eum aedificauit CΣL., *ex v. seq.* | 9 hur c. | 10 eos] eum SΦc | 12 et iuxta AKSΦc | ipse AK cr𝔐𝔊] osee *cet.* |

3! et statuerunt valvas eius et seras et vectes
et mille cubitos in muro usque ad portam Sterquilinii
14 et portam Sterquilinii aedificavit Melchias filius Rechab
princeps vici Bethaccharem
3! ipse aedificavit eam et statuit valvas eius et seras et vectes
12,36 15 et portam Fontis aedificavit Sellum filius Choloozai
princeps pagi Maspha
3! ipse aedificavit eam et texit
et statuit valvas eius et seras et vectes
et muros piscinae Siloae in hortum regis
et usque ad gradus qui descendunt de civitate David
16 post eum aedificavit Neemias filius Azboc
princeps dimidiae partis vici Bethsur
usque contra sepulchra David
et usque ad piscinam quae grandi opere constructa est
et usque ad domum Fortium
17 post eum aedificaverunt Levitae Reum filius Benni
post eum aedificavit Asebias princeps dimidiae partis vici Ceilae in vico suo
18 post eum aedificaverunt fratres eorum
Behui filius Enadad princeps dimidiae partis Ceila
19 et aedificavit iuxta eum Azer filius Iosue princeps Maspha mensuram secundam
contra ascensum firmissimi anguli
20 post eum in monte aedificavit Baruch filius Zacchai mensuram secundam
ab angulo usque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni
3! 21 post eum aedificavit Meremuth filius Uriae filii Accus
mensuram secundam a porta domus Eliasib
donec extenderetur domus Eliasib
22 et post eum aedificaverunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis
23 post eum aedificavit Beniamin et Asub contra domum suam
et post eum aedificavit Azarias filius Maasiae filii Ananiae contra domum suam
24 post eum aedificavit Bennui filius Enadda mensuram secundam
a domo Azariae usque ad flexuram
et usque ad angulum
25 Falel filius Ozi contra flexuram et turrem
quae eminet de domo regis excelsa Ier 32,2
id est in atrio carceris
post eum Phadaia filius Pheros
26 Nathinnei autem habitabant in Ofel 11,21
usque contra portam Aquarum ad orientem
et turrem quae prominebat
27 post eum aedificaverunt Thecueni mensuram secundam e regione
a turre magna et eminenti usque ad murum templi
28 sursum autem a porta Equorum aedificaverunt sacerdotes
unusquisque contra domum suam
29 post eos aedificavit Seddo filius Emmer contra domum suam
et post eum aedificavit Semeia filius Secheniae custos portae orientalis I Par 3,22
30 post eum aedificavit Anania filius Selemiae
et Anon filius Selo sextus mensuram secundam
post eum aedificavit Mosollam filius Barachiae contra gazofilacium suum
post eum aedificavit Melchias filius aurificis

15 sellum + aedificauit CΣ. | 16 sepulchrum ASΦc | 18 bauai c. | 18–19 ceila et] ceilae et K c; ceilae CΣLM; ceilei A. | 20 ~ aedificauit in monte A | 21 filii] filius AKS. | 29 sadoc c. | 30 eum[1]] eam M.; *om.* A | selo] seleph c. |

AGC ΣALKSMΦ cr

usque ad domum Nathinneorum et
scruta vendentium
contra portam Iudicialem
et usque ad cenaculum Anguli
31 et inter cenaculum Anguli in porta
Gregis
aedificaverunt artifices et negotiatores
4 factum est autem cum audisset Sanaballat quod aedificaremus murum
iratus est valde
et motus nimis subsannavit Iudaeos
2 et dixit
coram fratribus suis et frequentia
Samaritanorum
quid Iudaei inbecilli faciunt
num dimittent eos gentes
num sacrificabunt et conplebunt in
una die
numquid aedificare poterunt lapides de acervis pulveris qui conbusti
sunt
3 sed et Tobias Ammanites proximus
eius ait aedificent
si ascenderit vulpis transiliet murum
eorum lapideum
4 audi Deus noster
quia facti sumus despectio
Ioel 3,4! converte obprobrium super caput
eorum
et da eos in despectionem in terra
captivitatis
5 ne operias iniquitatem eorum
et peccatum eorum coram facie tua
non deleatur
quia inriserunt aedificantes
6 itaque aedificavimus murum
et coniunximus totum usque ad partem dimidiam
et provocatum est cor populi ad operandum
7 factum est autem cum audisset Sanaballat et Tobias 2,19! 6,1
et Arabes et Ammanitae et Azotii
quod obducta esset cicatrix muri
Hierusalem
et quod coepissent interrupta concludi
irati sunt nimis
8 et congregati omnes pariter
ut venirent et pugnarent contra Hierusalem et molirentur insidias
9 et oravimus Deum nostrum
et posuimus custodes super murum
die et nocte contra eos
10 dixit autem Iudas
debilitata est fortitudo portantis
et humus nimia est
et nos non poterimus aedificare murum
11 et dixerunt hostes nostri
nesciant et ignorent
donec veniamus in medio eorum et
interficiamus eos
et cessare faciamus opus
12 factum est autem venientibus Iudaeis
qui habitabant iuxta eos
et dicentibus nobis per decem vices
ex omnibus locis quibus venerant
ad nos
13 statui in loco post murum per circuitum populum in ordine cum gladiis
suis et lanceis et arcis
14 perspexi atque surrexi
et aio ad optimates et ad magistratus
et ad reliquam partem vulgi
nolite timere a facie eorum
Domini magni et terribilis mementote
et pugnate pro fratribus vestris filiis
vestris et filiabus vestris

AGC ΣΛLKSMΦ cr

30 scruta L cr] scuta *cet.* | et^{3} *om.* C | 31 gregis] regis CΣLKM | artifices] aurifices c. || 4,2 quid] quod CΣ.; qui Λ. | inbecilles CΣc; inbecilla SΦ | ~ faciunt imbecilles c | dimittunt AΛK | potuerunt AΛΦ | 4 despectio] despectui ASΦc | 5 et peccatum eorum *om.* CΣ. | 6 operandum] aedificandum CΣ.: aedificandum murum L. | 7 [*hic incip. cap.* 4 𝔐] | 8 congregati + sunt Kc | molierunt CΣ. | 9 et^{3}] ac c | 10 portantis] operantis CΣL. | 11 in medium c | 12 ex] et CΣM. | 13 et statui CΣ. | in ordinem ΛLKMΦc | et arcubus CΣLSc; *om.* Λ. | 14 perspexi] *praem.* et AKc | ad^{2} *om.* ΛSΦc | filiis—uestris^{3} *om.* Λ |

uxoribus vestris et domibus
15 factum est autem cum audissent inimici nostri nuntiatum esse nobis
Iob 5,12.13; Ps 32,10; Is 8,10 dissipavit Deus consilium eorum
et reversi sumus omnes ad muros
unusquisque ad opus suum
16 et factum est a die illa
5,16 media pars iuvenum eorum faciebant opus
et media parata erat ad bellum
et lanceae et scuta et arcus et loricae
et principes post eos in omni domo Iuda
17 aedificantium in muro et portantium onera et inponentium
una manu sua faciebat opus
et altera tenebat gladium
18 aedificantium enim unusquisque gladio erat accinctus renes
et aedificabant et clangebant bucina iuxta me
19 et dixi ad optimates et ad magistratus
et ad reliquam partem vulgi
opus grande est et latum
et nos separati sumus in muro procul alter ab altero
20 in loco quocumque audieritis clangorem tubae illuc concurrite ad nos
Dt 1,30! Deus noster pugnabit pro nobis
21 et nos ipsi faciamus opus
et media pars nostrum teneat lanceas
ab ascensu aurorae donec egrediantur astra
22 in tempore quoque illo dixi populo
unusquisque cum puero suo maneat in medio Hierusalem
et sint vobis vices per noctem et diem ad operandum
23 ego autem et fratres mei et pueri mei
et custodes qui erant post me
non deponebamus vestimenta nostra
unusquisque tantum nudabatur ad baptismum

5 et factus est clamor populi et uxorum eius magnus
adversus fratres suos iudaeos
2 et erant qui dicerent 2—5: Gn 47,18.19
filii nostri et filiae nostrae multae sunt nimis
accipiamus pro pretio eorum frumentum
et comedamus et vivamus
3 et erant qui dicerent
agros nostros et vineas et domos nostras opponamus
et accipiamus frumentum in fame
4 et alii dicebant
mutuo sumamus pecunias in tributa regis
demusque agros nostros et vineas
5 et nunc sicut carnes fratrum nostrorum sic carnes nostrae sunt
sicut filii eorum ita filii nostri
ecce nos subiugamus filios nostros et filias nostras in servitutem
et de filiabus nostris sunt famulae
nec habemus unde possint redimi
et agros nostros et vineas alii possident
6 et iratus sum nimis
cum audissem clamorem eorum secundum verba haec
7 cogitavitque cor meum mecum
et increpui optimates et magistratus et dixi eis
usurasne singuli a fratribus vestris exigatis
et congregavi adversus eos contionem magnam
8 et dixi eis
nos ut scitis redemimus fratres nostros iudaeos qui venditi fuerant gentibus
secundum possibilitatem nostram
et vos igitur vendite fratres vestros et

14 et uxoribus uestris et domibus (+ uestris c) ALSΦ c; et domibus uxoribusque uestris Λ; et domibus uxoribus M. | 16 faciebat GΛLM c | 18 gladium CL | 21 nostrorum AK; nostra CΣΛLM | astra] castra A | 22 uobis] nobis c | 23 erunt AG. ‖ 5,2 uiuamus] bibamus AΣSΦ | 5 sunt¹ + et SΦ c | ita + et CΣK c | uineas + nostras Λ c | 7 mecum *om.* CΣ | increpaui CΣLK c | exigitis GCΣΛM c | contionem] contentionem AKΦ; congregationem S | 8 redimimus CΣLKM | uendetis Λ c | uestros CL cr𝔐] nostros *cet.* |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

emimus eos
et siluerunt nec invenerunt quid responderent
9 dixique ad eos
non est bona res quam facitis
quare non in timore Dei nostri ambulatis
ne exprobretur nobis a gentibus inimicis nostris
10 et ego et fratres mei et pueri mei
commodavimus plurimis pecuniam et frumentum
non repetamus in commune istud aes alienum
concedamus quod debetur nobis
11 reddite eis hodie agros suos vineas suas oliveta sua et domos suas
quin potius et centesimam pecuniae frumenti vini et olei
quam exigere soletis ab eis date pro illis
12 et dixerunt reddimus
et ab eis nihil quaerimus
sicque faciemus ut loqueris
et vocavi sacerdotes
et adiuravi eos ut facerent iuxta quod dixeram
13 insuper et sinum meum excussi et dixi
sic excutiat Deus omnem virum qui non conpleverit verbum istud
de domo sua et de laboribus suis
sic excutiatur et vacuus fiat
et dixit universa multitudo amen
et laudaverunt Deum
fecit ergo populus sicut dictum erat
14 a die autem illa qua praeceperat mihi
ut essem dux in terra Iuda
ab anno vicesimo usque ad annum tricesimum secundum Artarxersis regis per annos duodecim
ego et fratres mei annonas quae ducibus debebantur non comedimus
15 duces autem primi qui fuerant ante me
gravaverunt populum
et acceperunt ab eis in pane vino et pecunia cotidie siclos quadraginta
sed et ministri eorum depresserant populum
ego autem non feci ita propter timorem Dei
16 quin potius in opere muri aedificavi
et agrum non emi
et omnes pueri mei congregati ad opus erant 4,16
17 Iudaei quoque et magistratus centum quinquaginta viri
et qui veniebant ad nos de gentibus quae in circuitu nostro sunt
in mensa mea erant
18 parabatur autem mihi per dies singulos
bos unus arietes sex electi exceptis volatilibus
et inter dies decem vina diversa
et alia multa tribuebam
insuper et annonas ducatus mei non quaesivi
valde enim erat adtenuatus populus
19 memento mei Deus meus in bonum 13,14.22.31
secundum omnia quae feci populo huic
6 factum est autem cum audisset Sanaballat et Tobia et Gosem Arabs 2,19! 4,7
et ceteri inimici nostri
quod aedificassem ego murum
et non esset in ipso residua interruptio
usque ad tempus autem illud valvas non posueram in portis
2 miserunt Sanaballat et Gosem ad me dicentes
veni et percutiamus foedus pariter in

AGC ΣΛLKSMΦ cr
8 ememus GΣΦ; redimemus ΛMc | 10 alienum + et AK | debetur] detur AM. | 11 et uineas suas et c. | centesimum G | 12 reddemus AGΛΦc | quaeremus GΛΦc | 13 et¹ *om.* Lc | ~ excussi sinum meum c | ~ erat dictum c | 14 qua] quae AL | praeceperat + rex c | ~ duodecim annos CΣ. | 15 fuerunt AGSΦ | me *om.* GK | grauauerant GΣ. | acceperant AGΣK. | pane + et ΛMc | depresserunt ALSΦc | 18 ~ attenuatus erat c. || 6,1 non inposueram CΣ |

viculis in campo Ono
ipsi autem cogitabant ut facerent mihi malum
[3]misi ergo ad eos nuntios dicens
opus grande ego facio
et non possum descendere ne forte neglegatur cum venero et descendero ad vos
[4]miserunt autem ad me secundum verbum hoc per quattuor vices
et respondi eis iuxta sermonem priorem
[5]et misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum suum
et epistulam habebat in manu scriptam hoc modo
2.19 [6]in gentibus auditum est et Gosem dixit
quod tu et Iudaei cogitetis rebellare
et propterea aedifices murum
et levare te velis super eos regem
propter quam causam [7]et prophetas posueris
qui praedicent de te in Hierusalem dicentes
rex in Iudaea est
auditurus est rex verba haec
idcirco nunc veni ut ineamus consilium pariter
[8]et misi ad eos dicens
non est factum secundum verba haec quae tu loqueris
de corde enim tuo tu conponis haec
[9]omnes autem hii terrebant nos cogitantes
quod cessarent manus nostrae ab opere et quiesceremus
quam ob causam magis confortavi manus meas
[10]et ingressus sum domum Samaiae filii Dalaiae filii Metabehel secreto
qui ait
tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi
et claudamus portas aedis
quia venturi sunt ut interficiant te
et nocte venturi sunt ad occidendum te
[11]et dixi
num quisquam similis mei fugit
et quis ut ego ingredietur templum et vivet
non ingrediar
[12]et intellexi quod Deus non misisset eum
sed quasi vaticinans locutus esset ad me
et Tobia et Sanaballat conduxissent eum
[13]acceperat enim pretium
ut territus facerem et peccarem
et haberent malum quod exprobrarent mihi
[14]memento Domine mei pro Tobia et Sanaballat
iuxta opera eorum talia
sed et Noadiae prophetae et ceterorum prophetarum qui terrebant me
[15]conpletus est autem murus vicesimo quinto die mensis elul quinquaginta duobus diebus
[16]factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri
ut timerent universae gentes quae erant in circuitu nostro
et conciderent intra semet ipsos
et scirent quod a Deo factum esset opus hoc
[17]sed et in diebus illis multae optimatium Iudaeorum epistulae mittebantur ad Tobiam
et a Tobia veniebant ad eos
[18]multi enim erant in Iudaea habentes iuramentum eius
quia gener erat Secheniae filii Orei
et Iohanan filius eius acceperat filiam Mosollam filii Barachiae 3,4
[19]sed et laudabant eum coram me

2 in uiculis cr, *cf.* 𝔐] in uitulis *cet.* | ono G cr 𝔐] uno *cet.* | 5 manu + sua A c | 8 ~ secundum uerba haec factum CΣ. | conpones AC | 9 autem] enim Φ c | manum meam ASΦ | 11 fugit] fuit ΑΛSΦ | 14 domine mei AGΣ] mei domine *cet.* | 16 ergo] autem ΑΣΛKS | 17 multi C | 18 filii orei K r] fili ihorei C; filii area c.; filii iorei *cet.* ||

AGC ΣΛLKSMΦ cr

et verba mea nuntiabant ei
et Tobias mittebat epistulas ut terreret me
Sir 49,15 7 postquam autem aedificatus est murus et posui valvas
et recensui ianitores et cantores et Levitas
1,2 [2]praecepi Aneni fratri meo
et Ananiae principi domus de Hierusalem
ipse enim quasi vir verax et timens Deum plus ceteris videbatur
[3]et dixi eis
non aperiantur portae Hierusalem usque ad calorem solis
cumque adhuc adsisterent
clausae portae sunt et oppilatae
et posui custodes de habitatoribus Hierusalem
singulos per vices suas
et unumquemque contra domum suam
[4]civitas autem erat lata nimis et grandis
Dt 28,62! et populus parvus in medio eius
et non erant domus aedificatae
[5]dedit autem Deus in corde meo
et congregavi optimates et magistratus et vulgum
ut recenserem eos
et inveni librum census eorum qui ascenderant primum
et inventum est scriptum in eo
6—73: I Esr 2,1–70 [6]isti filii provinciae qui ascenderunt de captivitate migrantium
quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis
et reversi sunt in Hierusalem et in Iudaeam unusquisque in civitatem suam
[7]qui venerunt cum Zorobabel
Hiesuae Neemias Azarias
Raamias Naamni Mardocheus
Belsar Mespharath
Beggoai Naum Baana
numerus virorum populi Israhel
[8]filii Pharos duo milia centum septuaginta duo
[9]filii Saphatiae trecenti septuaginta duo
[10]filii Area sescenti quinquaginta duo
[11]filii Phaethmoab filiorum Hiesuae et Ioab duo milia octingenti decem et octo
[12]filii Helam mille octingenti quinquaginta quattuor
[13]filii Zethua octingenti quadraginta quinque
[14]filii Zacchai septingenti sexaginta
[15]filii Bennui sescenti quadraginta octo
[16]filii Bebai sescenti viginti octo
[17]filii Azgad duo milia trecenti viginti duo
[18]filii Adonicam sescenti sexaginta septem
[19]filii Baggoaim duo milia sexaginta septem
[20]filii Adin sescenti quinquaginta quinque
[21]filii Ater filii Ezechiae nonaginta octo
[22]filii Asem trecenti viginti octo
[23]filii Besai trecenti viginti quattuor
[24]filii Areph centum duodecim
[25]filii Gabaon nonaginta quinque
[26]viri Bethleem et Netupha centum octoginta octo
[27]viri Anathoth centum viginti octo
[28]viri Bethamoth quadraginta duo
[29]viri Cariathiarim Cephira et Beroth septingenti quadraginta tres Ios 9,17!
[30]viri Rama et Geba sescenti viginti unus
[31]viri Machmas centum viginti duo
[32]viri Bethel et Hai centum viginti tres
[33]viri Nebo alterius quinquaginta duo
[34]viri Helam alterius mille ducenti quinquaginta quattuor
[35]filii Arem trecenti viginti

AGC ΣΛ(L)KSMΦ cr — 7,2 enim – erat CΣΛK | 5 ~ deus autem dedit Lc | uulgus SΦc | recenserent C; recensirent Σ. | 6 [*deest* L *usque ad* 8,5] | in² *om.* GΛM | iudaea CΣ. | 7 uenerant G | 12 octingenti] ducenti c𝔐𝔊 *et* I Esr 2,7 | 26 uiri] filii Φc | 30 unum GM |

36 filii Hiericho trecenti quadraginta quinque
37 filii Lod Adid et Ono septingenti viginti unus
38 filii Senaa tria milia nongenti triginta
39 sacerdotes
filii Idaia in domo Iosua nongenti septuaginta tres
40 filii Emmer mille quinquaginta duo
41 filii Phassur mille ducenti quadraginta septem
42 filii Arem mille decem et septem
Levitae
43 filii Iosue et Cadmihel filiorum 44 Oduia septuaginta quattuor
cantores
45 filii Asaph centum quadraginta octo
46 ianitores
filii Sellum filii Ater filii Telmon filii Accub
filii Atita filii Sobai centum triginta octo
47 Nathinnei
filii Soa filii Asfa filii Tebaoth
48 filii Ceros filii Siaa
filii Fado filii Lebana filii Agaba
filii Selmon 49 filii Anan
filii Geddel filii Gaer
50 filii Raaia filii Rasim
filii Necoda 51 filii Gezem
filii Aza filii Fasea
52 filii Besai filii Munim
filii Nephusim 53 filii Becbuc filii Acupha
filii Arur 54 filii Besloth
filii Meida filii Arsa
55 filii Bercos filii Sisara
filii Thema 56 filii Nesia filii Atipha
57 filii servorum Salomonis
filii Sotai filii Sophereth
filii Pherida 58 filii Iahala filii Dercon
filii Geddel 59 filii Saphatia
filii Athil filii Phocereth
qui erat ortus ex Sabaim filio Amon
60 omnes Nathinnei et filii servorum Salomonis trecenti nonaginta duo 11,3; I Esr 2,58
61 hii sunt autem qui ascenderunt de Thelmella Thelarsa
Cherub Addon et Emmer
et non potuerunt indicare domum patrum suorum
et semen suum utrum ex Israhel essent
62 filii Dalaia filii Tobia
filii Necoda sescenti quadraginta duo
63 et de sacerdotibus
filii Abia filii Accos
filii Berzellai qui accepit de filiabus Berzellai Galaditis uxorem
et vocatus est nomine eorum
64 hii quaesierunt scripturam suam in censu
et non invenerunt
et eiecti sunt de sacerdotio
65 dixitque Athersatha eis
ut non manducarent de sanctis sanctorum
donec staret sacerdos doctus et eruditus
66 omnis multitudo quasi unus quadraginta duo milia sescenti sexaginta
67 absque servis et ancillis eorum
qui erant septem milia trecenti triginta et septem
et inter eos cantores et cantrices ducentae quadraginta quinque
69 cameli quadringenti triginta quinque
asini sex milia septingenti viginti
70 nonnulli autem de principibus fami-

37 unum GM | 39 sacerdotes *om.* CΣ. | tres] quattuor AΦ; septem S | 42 leuitae *om.* CΣ. | 44 oduiae c. | 46 triginta] quinquaginta CΣ.; decem K | 47 asfa] hasupha c | 48 selmon] selmai c | 59 ex sabaim G cr, *cf.* 𝔐] ex abiam KS; ex abaim *cet.* | 62 quadraginta] quinquaginta CΣ | 64 in censum ASΦ | et iecti A | 65 de sancta CΣSΦ | staret] surgeret CΣΛ; surgeret taret G. | 66 quasi + uir c | sescenti] trecenti c𝔐𝔊 *et* I Esr 2,64 | 67 et[2] *om.* GSΦ c | cantatrices ΣSM c | ducenti SM c | quinque + 68 equi eorum septingenti trigintasex muli eorum ducenti quadragintaquinque c., *cf.* I Esr 2,66 | 69 cameli + eorum c | uiginti + hucusque refertur quid (quod M.) in commentario scriptum fuerit exin (ex hinc S) neemiae historia texitur ΛSM c |

AGC ΣΛKSMΦ cr

liarum dederunt in opus
Athersatha dedit in thesaurum auri
dragmas mille
fialas quinquaginta
tunicas sacerdotales quingentas tri-
ginta
71 et de principibus familiarum dede-
runt in thesaurum operis auri drag-
mas viginti milia
et argenti minas duo milia ducentas
72 et quod dedit reliquus populus
auri dragmas viginti milia
et argenti minas duo milia
et tunicas sacerdotales sexaginta sep-
tem
73—8.12: III Esr 9,37–56 73 habitaverunt autem sacerdotes et Le-
vitae
et ianitores et cantores
et reliquum vulgus et Nathinnei et
omnis Israhel in civitatibus suis
I Esr 3,1 **8** et venerat mensis septimus
filii autem Israhel erant in civitatibus
suis
congregatusque est omnis populus
quasi vir unus ad plateam quae est
ante portam Aquarum
I Esr 7,6 et dixerunt Ezrae scribae ut adferret
librum legis Mosi
quam praecepit Dominus Israheli
2 adtulit ergo Ezras sacerdos legem
Dt 31,11.12! coram multitudine virorum et muli-
erum
cunctisque qui poterant intellegere
in die prima mensis septimi
7.8! 3 et legit in eo aperte
in platea quae erat ante portam
Aquarum
de mane usque ad mediam diem in
conspectu virorum et mulierum et
sapientium
et aures omnis populi erant erectae
ad librum
4 stetit autem Ezras scriba super gra-
dum ligneum quem fecerat ad lo-
quendum
et steterunt iuxta eum
Matthathia et Sema et Ania et Uria
et Helcia et Maasia ad dextram eius
et ad sinistram Phadaia Misahel et
Melchia et Asum
et Asephdana Zaccharia et Mosollam
5 et aperuit Ezras librum coram omni
populo
super universum quippe populum
eminebat
et cum aperuisset eum stetit omnis
populus
6 et benedixit Ezras Domino Deo
magno
et respondit omnis populus amen
amen elevans manus suas I Esr 9,5!
et incurvati sunt et adoraverunt De- II Par 20,18!
um proni in terram
7 porro Hiesue et Baani et Serebia
Iamin Accub Septhai
Odia Maasia Celita
Azarias Iozabed Anam Phalaia Levi-
tae
silentium faciebant in populo ad
audiendam legem **7.8:** 3! 9,3; 13,1
populus autem stabat in gradu suo
8 et legerunt in libro legis Dei
distincte et adposite ad intellegen-
dum
et intellexerunt cum legeretur
9 dixit autem Neemias 10,1; 12,26
ipse est Athersatha
et Ezras sacerdos scriba
et Levitae interpretantes universo po-
pulo
dies sanctificatus est Domino Deo
nostro
nolite lugere et nolite flere
flebat enim omnis populus cum au-
diret verba legis
10 et dixit eis

AGC ΣΛ(L)KSMΦ cr 71 mnas A c, *item v. seq.* | 72 et[3] *om.* CΣ. | 73 suis *om.* CΣM. || **8,1** erant *om.* CΣ. | quam] quem ASΦ | praeceperat c | 2 ergo] autem AΦ | 3 in plateam CΣ. | ad medium G CΣ | 4 et[1] *om.* ASΦ | asephdana] hasbadana c. | 5 [*iterum adest* L] | 6 magno] uoce magna ASΦ | 7 phalaia + et CΣK | 8 adposite] aperte c | 9 sacerdos + et L c | enim] autem AΦ | ~ legis uerba CΣ. |

ite comedite pinguia
et bibite mulsum
et mittite partes ei qui non praeparavit sibi
quia sanctus dies Domini est
et nolite contristari
gaudium enim Domini est fortitudo nostra
11 Levitae autem silentium faciebant in omni populo dicentes
tacete quia dies sanctus est et nolite dolere
12 abiit itaque omnis populus ut comederet et biberet
et mitteret partes
et faceret laetitiam magnam
quia intellexerant verba quae docuerat eos
13 et in die secundo congregati sunt principes familiarum universi populi
sacerdotes et Levitae ad Ezram scribam
ut interpretaretur eis verba legis
14 et invenerunt scriptum in lege
praecepisse Dominum in manu Mosi
Lv 23,43 ut habitent filii Israhel in tabernaculis
in die sollemni mense septimo
15 et ut praedicent et divulgent vocem
in universis urbibus suis et in Hierusalem dicentes
egredimini in montem et adferte frondes olivae
et frondes ligni pulcherrimi
frondes myrti et ramos palmarum
et frondes ligni nemorosi
ut fiant tabernacula sicut scriptum est
16 et egressus est populus
et adtulerunt feceruntque sibi tabernacula
unusquisque in domate suo
et in atriis suis et in atriis domus Dei
et in platea portae Aquarum et in platea portae Ephraim
17 fecit ergo universa ecclesia eorum qui redierant de captivitate tabernacula
et habitaverunt in tabernaculis
non enim fecerant a diebus Iosue filii Nun taliter filii Israhel usque ad diem illum
et fuit laetitia magna nimis
18 legit autem in libro legis Dei per dies singulos Dt 31,11!
a die primo usque ad diem novissimum
et fecerunt sollemnitatem septem diebus Lv 23,36!
et in die octavo collectum iuxta ritum
9 in die autem vicesimo quarto mensis huius
convenerunt filii Israhel
in ieiunio et in saccis et humus super eos
2 et separatum est semen filiorum Israhel ab omni filio alienigena 10,28; 13,3.30; I Esr 6,21!
et steterunt et confitebantur peccata sua Lv 26,40! Ier 7,10
et iniquitates patrum suorum
3 et consurrexerunt ad standum 8,7.8!
et legerunt in volumine legis Domini Dei sui quater in die
et quater confitebantur et adorabant Dominum Deum suum
4 surrexit autem super gradum Levitarum
Iosue et Bani Cedmihel Sebnia Bani Sarebias
Bani Chanani
et inclamaverunt voce magna Dominum Deum suum
5 et dixerunt Levitae
Iosue et Cedmihel
Bonni Asebia Serebia
Odoia Sebna Fataia

10 comedite] et edite ASΦ | ei] eis K; his c.; et G. | praeparauerunt c | etenim SΦc | 18 et² *om.* CΣ. | collectum ACΛLr.] collecta K; collectam *cet.* || 9,1 in³ *om.* CΣΛL Mr | 3 et adorabant *om.* AM. | 4 surrexerunt Kc; stetit ΛM | bani¹ + et c. | bani²] bonni c.; + et ASΦ | bani³ + et c | et clamauerunt SΦc | magna + ad SΦc | 5 serebia + arebia ASΦ |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

I Par 29,10! surgite benedicite Domino Deo vestro
ab aeterno usque in aeternum
I Par 16,35! Ps 68,31 et benedicant nomini gloriae tuae excelso
in omni benedictione et laude
Ex 20,11! Act 4,24! 17,24; Apc 10,6! 6 tu ipse Domine solus tu fecisti caelum
caelum caelorum et omnem exercitum eorum
terram et universa quae in ea sunt
maria et omnia quae in eis sunt
et tu vivificas omnia haec
et exercitus caeli te adorat
7 tu ipse Domine Deus
Gn 11,31! IV Esr 3,13 qui elegisti Abram et eduxisti eum de igne Chaldeorum
Gn 17,5 et posuisti nomen eius Abraham
8 et invenisti cor eius fidele coram te
Ex 6,4 et percussisti cum eo foedus
Gn 15,20.21! ut dares ei terram Chananei Chetthei Amorrei
et Ferezei et Iebusei et Gergesei
ut dares semini eius
et implesti verba tua quoniam iustus es
Ex 3,7! IV Rg 13,4! 9 et vidisti adflictionem patrum nostrorum in Aegypto
clamoremque eorum audisti super mare Rubrum
Dt 11,3! Ier 32,20 10 et dedisti signa et portenta
in Pharao et in universis servis eius
et in omni populo terrae illius
cognovisti enim quia superbe egerant contra eos
et fecisti tibi nomen sicut et in hac die
Ex 14,21.22! 11 et mare divisisti ante eos
et transierunt per medium maris in sicca
Ex 15,5 persecutores autem eorum proiecisti in profundum
quasi lapidem in aquas validas
Ex 13,21! 12 et in columna nubis ductor eorum fuisti per diem
et in columna ignis per noctem
ut appareret eis via per quam ingrediebantur
13 ad montem quoque Sinai descendisti Ex 19,20!
et locutus es cum eis de caelo
et dedisti eis iudicia recta et legem veritatis
caerimonias et praecepta bona
14 et sabbatum sanctificatum tuum ostendisti eis
et mandata et caerimonias et legem praecepisti eis
in manu Mosi servi tui
15 panem quoque de caelo dedisti eis in fame eorum Ex 16,8!
et aquam de petra eduxisti eis sitientibus Ex 17,6! Ps 77,16!
et dixisti eis ut ingrederentur et possiderent terram Ex 6,8!
super quam levasti manum tuam ut traderes eis
16 ipsi vero et patres nostri superbe egerunt 29
et induraverunt cervices suas IV Rg 17,14!
et non audierunt mandata tua 17 et noluerunt audire
et non sunt recordati mirabilium tuorum quae feceras eis
et induraverunt cervices suas et dederunt caput
ut converterentur ad servitutem suam quasi per contentionem
tu autem Deus propitius clemens et misericors 31; Ex 34,6! Sir 2,13; Dn 9,9; Ioel 2,13! Ion 4,2
longanimis et multae miserationis
non dereliquisti eos
18 et quidem cum fecissent sibi vitulum conflatilem Ex 32,4!
et dixissent iste est Deus tuus qui eduxit te de Aegypto
feceruntque blasphemias magnas
19 tu autem in misericordiis tuis multis
non dimisisti eos in deserto

AGC ΣΛL(K)SMΦ cr

5 surgite + et CΣL | 6 caelum[2] AGr𝔐] et caelum Λc; *om. cet.* | sunt[2] *om.* G | [*deest* K *usque ad v.* 20] | 7 dominus AΛMr | abram] abraham GCΣΛLMΦ | 8 chetthei + et CΣLc | et[5] *om.* AΣΦ | 10 et[2]] atque c. | in pharaone ΣLc | 11 in sicco c; in siccum CΣ | 14 tuum *om.* AΣΦ | 15 in famem CΣ. |

Dt 1,33! columna nubis non recessit ab eis
per diem
ut duceret eos in via
et columna ignis in nocte
ut ostenderet eis iter per quod ingre-
derentur
Nm 11,25! Ps 142,10 [20] et spiritum tuum bonum dedisti qui
doceret eos
et manna tuum non prohibuisti ab
ore eorum
et aquam dedisti eis in siti
Ex 16,35! Dt 2,7! 8,4; 29,5 [21] quadraginta annis pavisti eos in de-
serto
nihilque eis defuit
vestimenta eorum non inveterave-
runt
et pedes eorum non sunt adtriti
[22] et dedisti eis regna et populos
et partitus es eis sortes
Nm 21,33.34! Ps 134,11.12; 135,19–22 et possederunt terram Seon et ter-
ram regis Esebon
et terram Og regis Basan
Gn 26,4! [23] et filios eorum multiplicasti sicut
stellas caeli
et adduxisti eos ad terram de qua
dixeras patribus eorum
ut ingrederentur et possiderent
[24] et venerunt filii et possederunt ter-
ram
et humiliasti coram eis habitatores
terrae Chananeos
et dedisti eos in manu eorum
et reges eorum et populos terrae
ut facerent eis sicut placebat illis
[25] ceperunt itaque urbes munitas et hu-
mum pinguem
et possederunt domos plenas cunctis
bonis
cisternas ab aliis fabricatas
vineas et oliveta et ligna pomifera
multa
et comederunt et saturati sunt
et inpinguati sunt et abundavere de-
liciis in bonitate tua magna
[26] provocaverunt autem te ad iracun- Is 30,9!
diam
et recesserunt a te
et proiecerunt legem tuam post terga
sua
et prophetas tuos occiderunt III Rg 19,10! II Par 24,19!
qui contestabantur eos ut reverte- Mt 23,37! Act 7,52!
rentur ad te
feceruntque blasphemias grandes
[27] et dedisti eos in manu hostium suo-
rum
et adflixerunt eos
et in tempore tribulationis suae cla- Idc 3,9!
maverunt ad te
et tu de caelo audisti
et secundum miserationes tuas mul-
tas
dedisti eis salvatores qui salvaverunt
eos de manu hostium suorum
[28] cumque requievissent reversi sunt ut
facerent malum in conspectu tuo Idc 2,11!
et dereliquisti eos in manu inimico- Idc 2,14!
rum suorum et possederunt eos
conversique sunt et clamaverunt ad
te
tu autem de caelo audisti
et liberasti eos in misericordiis tuis
multis temporibus
[29] et contestatus es eos ut reverterentur
ad legem tuam
ipsi vero superbe egerunt 16.17; IV Rg 17,14!
et non audierunt mandata tua
et in iudiciis tuis peccaverunt
quae faciet homo et vivet in eis Lv 18,5!
et dederunt umerum recedentem
et cervicem suam induraverunt
nec audierunt
[30] et protraxisti super eos annos multos
et contestatus es eos in spiritu tuo II Par 24,19!
per manum prophetarum tuorum et
non audierunt
et tradidisti eos in manu populorum

19 in uiam ASΦc | in noctem A; per noctem SΦc | egrederentur A | 20 dedisti[1] + eis CΣ | doceret] duceret AΦ | [*iterum adest* K] | 22 et[5] *om.* ASΦ | 23 ~ multiplicasti filios eorum c. | de qua] quam CΣ. | 24 in manibus K; in manus GL | 25 abundauere GΛLMr] abundauerunt *cet.* | 27 saluarent CΣΛLMc | 28 exaudisti SΦc | 30 es *om.* GΣΛ | in spiritu suo A.; in spiritum tuum CΣ. |

AGC ΣΛL(K)SMΦ cr

terrarum
Lam 3.22 31 in misericordiis autem tuis plurimis
non fecisti eos in consumptione nec
17! dereliquisti eos
quoniam Deus miserationum et clemens tu es
1,5: Dt 7,9! 32 nunc itaque Deus noster Deus magne fortis et terribilis
custodiens pactum et misericordiam
Ex 4,31! ne avertas a facie tua omnem laborem qui invenit nos
reges nostros principes nostros et sacerdotes nostros
prophetas nostros et patres nostros et omnem populum tuum
a diebus regis Assur usque in diem hanc
I Esr 9,15! Tb 3,2! Bar 2,9; Dn 3,27.28! 9,7! 33 et tu iustus in omnibus quae venerunt super nos
quia veritatem fecisti
nos autem impie egimus
Dn 9,6 34 reges nostri principes nostri sacerdotes nostri et patres nostri
non fecerunt legem tuam
et non adtenderunt mandata tua et testimonia tua
quae testificatus es in eis
35 et ipsi in regnis suis bonis
et in bonitate tua multa quam dederas eis
et in terra latissima et pingui quam tradideras in conspectu eorum
non servierunt tibi nec reversi sunt ab studiis suis pessimis
36 ecce nos ipsi hodie servi sumus
et terram quam dedisti patribus nostris
ut comederent panem eius et quae bona sunt eius
et nos ipsi servi sumus in ea
Dt 28,33! 37 et fruges eius multiplicantur regibus
quos posuisti super nos propter peccata nostra
et in corporibus nostris dominantur
et in iumentis nostris
secundum voluntatem suam
et in tribulatione magna sumus
38 super omnibus ergo his
nos ipsi percutimus foedus et scribimus
et signant principes nostri Levitae nostri et sacerdotes nostri
10 signatores autem fuerunt 1—9: 12,1–8
Neemias Athersatha filius Achelai 8,9
et Sedecias 2 Saraias
Azarias Hieremias
3 Phessur Amaria
Melchia 4 Attus Sebenia
Melluc 5 Arem Mermuth
Obdias 6 Danihel Genton
Baruch 7 Mosollam
Abia Miamin 8 Mazia
Belga Semaia hii sacerdotes
9 porro Levitae
Iosue filius Azaniae
Bennui de filiis Enadad
Cedmihel 10 et fratres eorum
Sechenia Odevia
Celita Phalaia Anan
11 Micha Roob Asebia
12 Zacchur Serebia
Sabania 13 Odia Bani Baninu
14 capita populi
Pheros Phaethmoab
Helam Zethu Bani
15 Bonni Azgad Bebai
16 Adonia Beggoai Adin
17 Ater Ezechia Azur
18 Odevia Asum Besai
19 Ares Anathoth Nebai
20 Mecphia Mosollam
Azir 21 Mesizabel Sadoc
Ieddua 22 Felthia Anan
Ania 23 Osee Anania
Asub 24 Aloes Phaleam
Sobec 25 Reum Asebna

AGC ΣΛLKSMΦ cr
31 in consumptionem c; in consummationem CΣKS | ~ es tu ΛMc | 32 deus[2] *om.* ΛSMΦc | a facie tua] faciem tuam CΣLK | in omni labore CΣL | nostros[1] + et c | nostros[3] + et AKc | 33 iustus + es Λc | 34 et reges nostri et A. | 35 bonis *om.* c. | et in pingui CΣ | 36 terra quam AGLc | 37 in[1] ACΣKr, *cf.* 𝔐] *om. cet.* | in[2] ACΣr, *cf.* 𝔐] *om. cet.* | magna + nos AK | **10,** 10 sebenia odaia c. | 18 odaia c. | 19 hareph Kc |

Madsia 26 et Haia Hanam
Anan 27 Melluc Arem Baana
I Esr 7,7! 28 et reliqui de populo
sacerdotes Levitae ianitores et cantores
9,2! I Esr 6,21! Nathinnei et omnes qui se separaverunt de populis terrarum ad legem Dei
uxores eorum filii eorum et filiae eorum
29 omnis qui poterat sapere
spondentes pro fratribus suis
optimates eorum et qui veniebant ad pollicendum et iurandum
III Rg 11,38! ut ambularent in lege Dei quam dederat in manu Mosi servi Dei
Ps 118,106; Ez 44,24 ut facerent et custodirent universa mandata Domini Dei nostri
et iudicia eius et caerimonias eius
Dt 7,3! I Esr 9,12 30 et ut non daremus filias nostras populo terrae
et filias eorum non acciperemus filiis nostris
13,15; Ier 17,21 31 populi quoque terrae qui inportant venalia et omnia ad usum
per diem sabbati ut vendant
non accipiemus ab eis in sabbato et in die sanctificata
et dimittemus annum septimum et exactionem universae manus
32 et statuemus super nos praecepta
ut demus tertiam partem sicli per annum
ad opus domus Dei nostri
II Par 2,4! 33 ad panes propositionis
et ad sacrificium sempiternum
et in holocaustum sempiternum
in sabbatis in kalendis in sollemnitatibus et in sanctificatis
et pro peccato ut exoretur pro Israhel
et in omnem usum domus Dei nostri
34 sortes ergo misimus super oblatione lignorum
inter sacerdotes et Levitas et populos
ut inferrentur in domum Dei nostri
per domos patrum nostrorum
per tempora a temporibus anni usque ad annum
ut arderent super altare Domini Dei nostri Lv 6,12
sicut scriptum est in lege Mosi
35 et ut adferremus primogenita terrae nostrae II Par 31,5!
et primitiva universi fructus omnis ligni
ab anno in annum in domo Domini
36 et primitiva filiorum nostrorum et pecorum nostrorum Ex 13,12!
sicut scriptum est in lege
et primitiva boum nostrorum et ovium nostrarum
ut offerrentur in domo Dei nostri
sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri
37 et primitias ciborum nostrorum Nm 15,20.21!
et libaminum nostrorum
et poma omnis ligni
vindemiae quoque et olei
adferemus sacerdotibus ad gazofilacium Dei nostri
et decimam partem terrae nostrae Levitis Nm 18,21!
ipsi Levitae decimas accipient ex omnibus civitatibus operum nostrorum
38 erit autem sacerdos filius Aaron cum Levitis in decimis Levitarum
et Levitae offerent decimam partem decimae suae Nm 18,21!
in domum Dei nostri ad gazofilacium in domo thesauri

25 maasia c. | 26 et haia] echaia c. | 27 haran Λc. | 28 sacerdotes + et CΣK; + autem et L. | 29 omnes qui poterant ALKc | 30 et ut] ut SΦ; et CΣ. | acciperimus A.; accipiemus CL. | 31 qui portant A | sanctificato ΛSMΦc | exactione GK | 32 statuimus CΣKM | 33 et ad panes CΣ. | et in holocaustum sempiternum *om.* GCΣLSΦ | 34 super oblatione AGSΦ] super orationes Λ.; super oblationem *cet.* | populum c | inferrent MΦ; inferremus CΣ. | a *om.* CΣ | 35 adferamus A | in¹] ad GCΣ | in domum CΣ | 36 ministrabant CΣL. | 37 nostrarum² K; *om.* GSΦ | 38 in domum] in domo KΦc | in domo] in domum ALc; *om.* Σ. |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

13.5 39 ad gazofilacium enim deportabunt
13.12; II Par 31.5! filii Israhel et filii Levi
primitias frumenti vini et olei
et ibi erunt vasa sanctificata
et sacerdotes et cantores et ianitores et ministri
et non dimittemus domum Dei nostri
11 habitaverunt autem principes populi in Hierusalem
reliqua vero plebs misit sortem ut tollerent unam partem de decem
qui habitaturi essent in Hierusalem in civitate sancta
novem vero partes in civitatibus
2 benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerunt ut habitarent in Hierusalem
3—19: I Par 9,2–17 3 hii sunt itaque principes provinciae qui habitaverunt in Hierusalem
et in civitatibus Iuda habitavit unusquisque in possessione sua in urbibus suis
7.60: I Esr 2.58 Israhel sacerdotes Levitae Nathinnei et filii servorum Salomonis
4 et in Hierusalem habitaverunt
de filiis Iuda et de filiis Beniamin
de filiis Iuda
Athaias filius Aziam
filii Zacchariae filii Amariae
filii Saphatia filii Malelehel
de filiis Phares
5 Imaasia filius Baruch
filius Coloza filius Azia filius Adaia
filius Ioiarib filius Zacchariae filius Silonites
6 omnes filii Phares qui habitaverunt in Hierusalem quadringenti sexaginta octo viri fortes
7 hii sunt autem filii Beniamin
Sellum filius Mosollam filius Ioed
filius Phadaia filius Colaia filius Masia
filius Ethehel filius Isaia
8 et post eum Gabbai Sellai nongenti viginti octo
9 et Iohel filius Zechri praepositus eorum
et Iuda filius Sennua super civitatem secundus
10 et de sacerdotibus
Idaia filius Ioarib Iachin 11 Saraia filius Elcia filius Mesollam
filius Sadoc filius Meraioth filius Ahitub
princeps domus Dei
12 et fratres eorum facientes opera templi octingenti viginti duo
et Adaia filius Ieroam
filius Felelia filius Amsi filius Zachariae
filius Phessur filius Melchiae
13 et fratres eius principes patrum ducenti quadraginta duo
et Amassai filius Azrihel filius Aazi
filius Mosollamoth filius Emmer
14 et fratres eorum potentes nimis centum viginti octo
et praepositus eorum Zabdihel filius potentium
15 et de Levitis
Sebenia filius Asob
filius Azaricam filius Asabia filius Boni
16 et Sabathai et Iozabed
super opera quae erant forinsecus in domo Dei a principibus Levitarum
17 et Mathania filius Micha filius Zebdaei filius Asaph 12.8
princeps ad laudandum et confitendum in oratione
et Becbecia secundus de fratribus eius

AGC ΣΛLKSMΦ cr

39 deportabant AG. | frumenti + et GK | dimittimus CΣLKSMΦ || **11**,1 plebs] sors CΣ. | in³ *om.* ACΣ c | ciuitatem sanctam CΣL. | nouem—ciuitatibus *om.* CΣ. | 2 obtulerant CΣLSΦ c | 3 habitauit + autem ASΦ c | suis + in AK | israhel] hierusalem A | 4 saphatiae LK c | 5 silonitis c | 6 omnes + hi c. | 9 iudas AΦ c | 11 helciae CΣLK c | princeps ΣLSMΦ cr, *cf.* 𝔐] principes *cet.* | 13 eius] eorum L; *om.* A | 15 sebenia] semeia c | 16 super opera] superiora K; super omnia opera c. | erat A; sunt M. | 17 principes ACΣL | et² + ad Φ c | eius] suis CΣ. |

et Abda filius Sammua
filius Galal filius Idithun
18 omnes Levitae in civitate sancta ducenti octoginta quattuor
19 et ianitores
Accob Telmon et fratres eorum qui custodiebant ostia centum septuaginta duo
20 et reliqui ex Israhel
sacerdotes et Levitae
in universis civitatibus Iuda
unusquisque in possessione sua
3,26 21 et Nathinnei qui habitabant in Ofel
et Siaha et Gaspha de Nathinneis
22 et episcopus Levitarum in Hierusalem
Azzi filius Bani filius Asabiae filius Matthaniae filius Michae
de filiis Asaph cantores in ministerio domus Dei
23 praeceptum quippe regis super eos erat
et ordo in cantoribus per dies singulos
24 et Fataia filius Mesezebel de filiis Zera filii Iuda
in manu regis iuxta omne verbum populi
25 et in domibus per omnes regiones eorum
de filiis Iuda habitaverunt in Cariatharbe et in filiabus eius
et in Dibon et in filiabus eius
et in Capsel et in viculis eius
26 et in Iesue et in Molada
et in Bethfaleth 27 et in Asersual
et in Bersabee et in filiabus eius
28 et in Siceleg et in Mochona et in filiabus eius
29 et in Ainremmon et in Sara et in Irimuth
30 Zanoa Odollam et villis earum
Lachis et regionibus eius
Azeca et filiabus eius
et manserunt in Bersabee usque ad vallem Ennom
31 filii autem Beniamin
a Geba Mechmas et Aia et Bethel et filiabus eius
32 Anathoth Nob Anania
33 Asor Rama Getthaim
34 Adid Seboim Neballa
Loth 35 et Ono valle Artificum
36 et de Levitis partitiones Iuda et Beniamin
12 hii autem sacerdotes et Levitae 1—8: 10,1–9
qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathihel et Iosue I Esr 2,2!
Saraia Hieremias Ezra
2 Amaria Melluch Attus
3 Sechenia Reum Meremuth 4 Addo
Genthon Abia 5 Miamin
Madia Belga 6 Semaia
et Ioarib Idaia Sellum
Amoc Elceia 7 Idaia
isti principes sacerdotum et fratres eorum
in diebus Iosue
8 porro Levitae
Iesua Bennui Cedmihel
Sarabia Iuda Mathanias super hymnos 11,17
ipsi et fratres eorum
9 et Becbecia atque et Hanni fratres eorum
unusquisque in officio suo
10 Hiesue autem genuit Ioachim
et Ioachim genuit Eliasib 22
et Eliasib genuit Ioiada 13,28
11 et Ioiada genuit Ionathan

AGC ΣΛLKSMΦ cr

22 de filiis] filius CΣM. | cantatores M; cantoris CΣ | 23 cantatoribus C | 25 uiculis] filiabus A | 29 in ainremmon Lr𝔐] ainremmon AG; nainremmon C.; naimremmon Σ.; in remmon *cet.* | et in irimuth S𝔐] et in ierimuth Φc; et in rimuth CΛLM; et in rimath Σ.; et rimuth G; et hirimuth A; et irimuth Kr | 30 et[1] + in CΣLSΦc | eorum GΛ | et[2]] in K; et in CΣLSΦ | azeca] et zeca Λ.; et zecha S.; et azeca c. | 31 et[2] *om.* CΣ. | 34 seboim + et c. | 36 partitiones GCΛ] partitionis M; partiones AΣΦr; portiones KSc; portionis L. | iudae c || 12,1 hii autem] hii L.; et hii CΣ; hii sunt autem Sc | et[2] *om.* ASΦ | 3 sebenias c. | 6 helcias c. | 9 atque et hanni] atque hanni et c.; et anni et CΣ.; et anni K | 10 et[2] *om.* CΣΛMr | 11 et[1] *om.* G |

et Ionathan genuit Ieddoa
12 in diebus autem Ioachim erant sa-
cerdotes principes familiarum
Saraiae Amaria
Hieremiae Anania
13 Ezrae Mosollam
Amariae Iohanan
14 Milico Ionathan
Sebeniae Ioseph
15 Arem Edna
Maraioth Elci
16 Addaiae Zaccharia
Genthon Mosollam
17 Abiae Zecheri
Miamin et Moadiae Felti
18 Belgae Sammua
Semaiae Ionathan
19 Ioiarib Matthanai
Iadaiae Azzi
20 Sellaiae Celai
Amoc Eber
21 Elciae Asebia
Idaiae Nathanahel
10.11! 22 Levitae in diebus Eliasib et Ioiada et
Ionan et Ieddoa
scripti principes familiarum
et sacerdotes in regno Darii Persae
23 filii Levi principes familiarum
scripti in libro verborum dierum
et usque ad dies Ionathan filii Eliasib
45; II Par 8,14! 24 et principes Levitarum Asebia Sere-
bia
I Esr 2,40 et Iesue filius Cedmihel
et fratres eorum per vices suas
ut laudarent et confiterentur
iuxta praeceptum David viri Dei
et observarent aeque per ordinem
25 Matthania et Becbecia Obedia
Mosollam Thelmon Accub
custodes portarum et vestibulorum
ante portas
26 hii in diebus Ioachim filii Iesue filii
Iosedech
8.9 et in diebus Neemiae ducis
et Ezrae sacerdotis scribaeque
27 in dedicatione autem muri Hierusa-
lem
requisierunt Levitas de omnibus locis
suis
ut adducerent eos in Hierusalem
et facerent dedicationem et laeti- I Par 15,16!
tiam
in actione gratiarum et in cantico
in cymbalis psalteriis et citharis
28 congregati sunt ergo filii cantorum
et de campestribus circa Hierusalem
et de villis Netuphati
29 et de domo Galgal
et de regionibus Geba et Azmaveth
quoniam villas aedificaverunt sibi
cantores in circuitu Hierusalem
30 et mundati sunt sacerdotes et Levitae
et mundaverunt populum et portas
et murum
31 ascendere autem feci principes Iuda
super murum
et statui duos choros laudantium
magnos
et ierunt ad dexteram super murum
ad portam Sterquilinii 2.13
32 et ivit post eos Osaias et media pars
principum Iuda
33 et Azarias Ezras et Mosollam
Iuda et Beniamin et Semeia et Hie-
remia
34 et de filiis sacerdotum in tubis
Zaccharias filius Ionathan
filius Semeiae filius Mathaniae filius
Michaiae
filius Zecchur filius Asaph
35 et fratres eius Semeia et Azarel Ma-
lalai Galalai
Maai Nathanel et Iuda et Anani
in vasis cantici David viri Dei
et Ezras scriba ante eos in porta
Fontis
36 et contra eos ascenderunt in gradi- 3.15
bus civitatis David

AGC ΣΛLKSMΦ cr

11 et² *om.* CΣSΦr | 12 sacerdotes + et ASΦc | hieremia CΣΛK | ananiae ASMΦ | 13 ezra CΣK | 15 arem] haran c. | 16 zacchariae ACΣSΦ | 22 iohanan c | 26 et¹ *om.* A | 27 et²] in A | in⁴ *om.* c | in⁵] et G.: et in S c | 28 ergo] autem L c | et¹ *om.* c. | 29 aedificarunt CΣ | 31 ~ magnos choros laudantium K c | 35 azarel + et CΣ. | iudas c. | canticis CΣ |

in ascensu muri super domum David
2,14 et usque ad portam Aquarum ad orientem
[37]et chorus secundus gratias referentium ibat ex adverso
et ego post eum et media pars populi
super murum et super turrem Furnorum
et usque ad murum latissimum
[38]et super portam Ephraim et super portam Antiquam
3,1 et super portam Piscium et turrem Ananehel et turrem Ema
et usque ad portam Gregis
et steterunt in porta Custodiae
[39]steteruntque duo chori laudantium in domo Dei
et ego et dimidia pars magistratuum mecum
[40]et sacerdotes Eliachim Maasia Miniamin
Michea Elioenai Zaccharia Anania in tubis
[41]et Maasia et Semea et Eleazar et Azi et Iohanan et Melchia
et Elam et Ezer
et clare cecinerunt cantores
et Iezraia praepositus
III Rg 8,62! [42]et immolaverunt in die illa victimas magnas et laetati sunt
Deus enim laetificaverat eos laetitia magna
sed et uxores eorum et liberi gavisi sunt
et audita est laetitia Hierusalem procul
13,4.5 [43]recensuerunt quoque in die illa viros super gazofilacia thesauri
ad libamina et ad primitias et ad decimas
ut introferrent per eos principes civitatis
in decore gratiarum actionis
sacerdotes et Levitas
quia laetatus est Iuda in sacerdotibus et Levitis adstantibus
[44]et custodierunt observationem Dei sui
et observationem expiationis
et cantores et ianitores
iuxta praeceptum David et Salomonis filii eius
[45]quia in diebus David et Asaph 24!
ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine
laudantium et confitentium Deo
[46]et omnis Israhel in diebus Zorobabel et in diebus Neemiae
dabat partes cantoribus et ianitoribus per dies singulos
et sanctificabant Levitas
et Levitae sanctificabant filios Aaron
13 in die autem illo lectum est in volumine Mosi audiente populo 8,7.8! 1,2: Dt 23,3–5
et inventum est scriptum in eo
quod non debeat introire Ammanites et Moabites in ecclesiam Dei usque in aeternum
[2]eo quod non occurrerint filiis Israhel cum pane et aqua
et conduxerint adversum eum Balaam ad maledicendum ei
et convertit Deus noster maledictionem in benedictionem
[3]factum est autem cum audissent legem
separaverunt omnem alienigenam ab Israhel 9,2!
[4]et super hoc erat Eliasib sacerdos 12,43
qui fuerat positus in gazofilacio domus Dei nostri
et proximus Tobiae
[5]fecit ergo sibi gazofilacium grande 10,39
et ibi erant ante eum reponentes munera et tus et vasa

36 in ascensum ASMΦr | 37 latissimum] altissimum AS. | 38 emath c | in porta] in portam CΣ; in portas K; ad portam L. | 39 et steterunt AS. | 43 actiones CΣL | laetatus] laetificatus K c | et[4] + in ACΣ. | 45 deum GCΣ | 46 dabant Σ c || **13**,1 debeant CΣΦ c | 2 eum] eos ASΦ c; *om.* L. | ei] eis SΦ c; *om.* C. | 4 positus] praepositus Λ c | 5 grandem CLM |

AGC ΣΛLKSMΦ cr

II Par 13,5! et decimam frumenti et vini et olei
partes Levitarum et cantorum et ianitorum
et primitias sacerdotales
6 in omnibus autem his non fui in Hierusalem
quia in anno tricesimo secundo Artarxersis regis Babylonis veni ad regem
et in fine dierum rogavi regem
7 et veni in Hierusalem
et intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiae
ut faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei
8 et malum mihi visum est valde
et proieci vasa domus Tobiae foras de gazofilacio
9 praecepique et mundaverunt gazofilacia
et rettuli ibi vasa domus Dei sacrificium et tus
10 et cognovi quoniam partes Levitarum non fuissent datae
et fugisset unusquisque in regionem suam
de Levitis et de cantoribus et de his qui ministrabant
11 et egi causam adversus magistratus et dixi
quare dereliquimus domum Dei
et congregavi eos et feci stare in stationibus suis
10,39; II Par 13,5! 12 et omnis Iuda adportabat decimam frumenti et vini et olei in horrea
13 et constituimus super horrea Selemiam sacerdotem
et Sadoc scribam
et Phadaiam de Levitis
et iuxta eos Anan filium Zacchur filium Matthaniae
quoniam fideles conprobati sunt
et ipsis creditae sunt partes fratrum suorum
14 memento mei Deus meus pro hoc 22,31; 5,19
et ne deleas miserationes meas
quas feci in domo Dei mei et in caerimoniis eius
15 in diebus illis vidi in Iuda
calcabant torcularia in sabbato portantes acervos
et onerantes super asinos vinum et uvas et ficus et omne onus
et inferentes Hierusalem in die sabbati 10,31!
et contestatus sum ut in die qua vendere liceret venderent
16 et Tyrii habitaverunt in ea
inferentes pisces et omnia venalia
et vendebant in sabbatis filiis Iuda et in Hierusalem
17 et obiurgavi optimates Iuda et dixi eis
quae est res haec mala quam vos facitis
et profanatis diem sabbati
18 numquid non haec fecerunt patres nostri
et adduxit Deus noster super nos omne malum hoc
et super civitatem hanc
et vos additis iracundiam super Israhel violando sabbatum
19 factum est itaque cum quievissent portae Hierusalem die sabbati Ier 17,2
dixi et cluserunt ianuas
et praecepi ut non aperirent eas usque post sabbatum
et de pueris meis constitui super portas
ut nullus inferret onus in die sabbati
20 et manserunt negotiatores et vendentes universa venalia
foris Hierusalem semel et bis

AGC ΣΛLKSMΦ cr 5 et[5] *om.* ΛΛKΦ cr | 6 fuit AG | in[3] *om.* GΛLSMΦ c | 9 et demundauerunt Λ; et emundauerunt MΦ cr | 10 quoniam] quod c. | de[2] *om.* CΣKS c | et[4] *om.* CΣ. | 12 et[2] *om.* ΛLKMΦ c | 15 calcantes CΣK c | sabbato + et CΣK | inferentes + in CΣLKSMΦ c | in die[1]] die K c; *om.* M | ut *om.* CΣ. | 16 iudae A | et in] in GΣ c; et CΛKM | 17 ~ haec res GKS c | 18 noster *om.* CΣ. | 19 itaque] autem CΣΦ c | hierusalem + in S c. | usque in post CΣ. |

21 et contestatus sum eos et dixi eis
quare manetis ex adverso muri
si secundo hoc feceritis manum mit-
tam in vos
itaque ex tempore illo non venerunt
in sabbato
22 dixi quoque Levitis ut mundarentur
et venirent
ad custodiendas portas et sanctifi-
candum diem sabbati
14,31; 5,19 et pro hoc ergo memento mei Deus
Ps 50,3! meus et parce mihi secundum mul-
titudinem miserationum tuarum
23 sed et in diebus illis vidi Iudaeos du-
centes uxores
azotias ammanitidas et moabitidas
24 et filii eorum ex media parte loque-
bantur azotice
et nesciebant loqui iudaice
et loquebantur iuxta linguam populi
et populi
25 et obiurgavi eos et maledixi
et cecidi ex ipsis viros
et decalvavi eos
et adiuravi in Deo
Dt 7,3! ut non darent filias suas filiis eorum
et non acciperent de filiabus eorum
filiis suis et sibimet ipsis dicens
26 numquid non in huiuscemodi re pec-
cavit Salomon rex Israhel
et certe in gentibus multis non erat
rex similis ei
et dilectus Deo suo erat
et posuit eum Deus regem super om- I Par 28,5!
nem Israhel
et ipsum ergo ad peccatum duxerunt Dt 17,17; III Rg 11,4!
mulieres alienigenae
27 numquid et nos inoboedientes I Sm 15,24
faciemus omne malum grande hoc
ut praevaricemur in Deo nostro I Esr 10,2!
et ducamus uxores peregrinas
28 de filiis autem Ioiada filii Eliasib sa- 12,10!
cerdotis magni
gener erat Sanaballat Horonitis
quem fugavi a me
29 recordare Domine Deus meus ad-
versum eos qui polluunt sacer-
dotium
iusque sacerdotale et leviticum
30 igitur mundavi eos ab omnibus alie- 9,2!
nigenis
et constitui ordines sacerdotum et I Esr 6,18!
Levitarum
unumquemque in ministerio suo 31 et
in oblatione lignorum
in temporibus constitutis et in pri-
mitiis
memento mei Deus meus in bonum 14,22; 5,19

EXPLICIT LIBER EZRAE

21 eos *om.* AC | 22 sanctificandam c. | 23 azotidas AΣLΦc | 24 et populi *om.* CΣK | 25 ex ipsis] ex eis c | deo] domino GCΣLS | et[6]] ut CΣ | 26 in[1] *om.* CΣL | adduxerunt K; perduxerunt CΣ | ~ duxerunt ad peccatum c | 27 et[1] *om.* CΣL. | 28 horonites CΣLKc | 30 igitur] et CΣK | 31 in primitiuis CΣKSΦc | bonum + amen Φc ||

AGC ΣΛLKSMΦ cr

INCIPIT PROLOGUS TOBIAE

Cromatio et Heliodoro episcopis Hieronymus in Domino salutem.

Mirari non desino exactionis vestrae instantiam. Exigitis enim, ut librum chaldeo sermone conscriptum ad latinum stilum traham, librum utique Tobiae, quem Hebraei de catalogo divinarum Scripturarum secantes, his quae Agiografa memorant manciparunt. Feci satis desiderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebraeorum studia et inputant nobis, contra suum canonem latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisaeorum displicere iudicio et episcoporum iussionibus deservire, institi ut potui, et quia vicina est Chaldeorum lingua sermoni hebraico, utriusque linguae peritissimum loquacem repperiens, unius diei laborem arripui et quicquid ille mihi hebraicis verbis expressit, haec ego accito notario, sermonibus latinis exposui.

Orationibus vestris mercedem huius operis conpensabo, cum gratum vobis didicero me quod iubere estis dignati conplesse. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER TOBIAE

Tobias ex tribu et civitate Nepthalim
quae est in superioribus Galileae supra Naasson post viam quae ducit ad occidentem in sinistro habens civitatem Sephet
IV Rg 17,3! 2 cum captus esset in diebus Salmanassar regis Assyriorum
in captivitate tamen positus viam veritatis non deseruit
3 ita ut omnia quae habere poterat cotidie concaptivis fratribus qui erant ex genere inpertiret
4 cumque esset iunior omnibus in tribu Nepthalim nihil tamen puerile gessit in opere
II Par 13,8! 5 denique cum irent omnes ad vitulos aureos quos Hieroboam fecerat rex Israhel
hic solus fugiebat consortia omnium
6 et pergebat ad Hierusalem ad templum Domini
et ibi adorabat Dominum Deum suum Israhel
omnia primitiva sua et decimas suas fideliter offerens Ex 22,29!
7 ita ut in tertio anno proselytis et advenis ministraret omnem decimationem
8 haec et his similia secundum legem Dei puerulus observabat
9 cum vero factus esset vir accepit uxorem Annam ex tribu sua Nm 36,7
genuitque ex ea filium nomen suum inponens ei
10 ab infantia timere Deum docuit et

C
ΑΣΛKSΦ
cr
Prologus. *Citantur* C *et* ΑΣΛKS(= U *apud* r)Φ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem ad chromatium et eliodorum in tobiam praefatio c | 1 cromatio—salutem *om.* c. | in domino *om.* CΣ. | 5 ~ uestro desiderio CΣ. | 6 enim] et c. | 10 haec] hoc c ||

C
ΑΣKSΦ
cr
Tobias. *Citantur* LC *et* ΑΣKS(= U *apud* r)Φ *ac* cr. [*Codd.* G(= N *apud* r) *et* Λ *in hoc libro textum ant. vers. lat. praebent*] *Tit.* liber tobiae c || 1,1 [*deest* L *usque ad* 4,22] | 3 ex eius genere A c: ex genere suo S | 5 omnium] hominum C | 6 et¹] sed c. | ad¹] in A c. | suum *om.* SΦ c | 9 ex¹] de Φ c | 10 ab CΣKΦr] quem ab *cet.* |

abstiner ab omni peccato
7,3 11 igitur cum per captivitatem devenis-
set cum uxore sua et filio in civita-
tem Nineve cum omni tribu sua
Idt 12,2; Ez 4,13; Dn 1,8; Os 9,3 12 et omnes ederent ex cibis gentilium
iste custodivit animam suam
et numquam contaminatus est in es-
cis eorum
13 et quoniam memor fuit Domini in
toto corde suo
Gn 39,21! dedit illi Dominus gratiam in con-
spectu Salmanassar regis
14 et dedit ei potestatem quocumque
vellet ire habens libertatem quae-
cumque facere voluisset
15 pergebat ergo per omnes qui erant
in captivitate et monita salutis da-
bat eis
16 cum autem venisset in Rages civita-
tem Medorum
et ex his quibus honoratus fuerat a
4,21 rege habuisset decem talenta argenti
17 et cum multa turba generis sui Ga-
belum egentem videret qui erat ex
tribu eius
sub chirografo dedit illi memoratum
pondus argenti
18 post multum vero temporis mortuo
Salmanassar rege
cum regnaret Sennacherim filius eius
pro eo
et filios Israhel exosos haberet in
conspectu suo
19 Tobias pergebat per omnem cogna-
tionem suam et consolabatur eos
Act 4,35 dividebatque unicuique prout pot-
erat de facultatibus suis
20 esurientes alebat nudis vestimenta
praebebat
12,12 et mortuis atque occisis sepulturam
sollicitus exhibebat
IV Rg 19,36 21 denique cum reversus esset rex Sen-
nacherim fugiens a Iudaea plagam IV Rg 19,35!
quam circa eum Deus fecerat prop-
ter blasphemiam suam
et iratus multos occideret ex filiis Is-
rahel Tobias sepeliebat corpora eo-
rum
22 at ubi nuntiatum est regi iussit eum 2,8
occidi et tulit ei omnem substan-
tiam eius
23 Tobias vero cum filio suo et cum
uxore fugiens nudus latuit quia
multi diligebant eum
24 post dies vero quadraginta et quin- IV Rg 19,37; II Par 32,21; Is 37,38
que occiderunt regem filii ipsius
25 et reversus est Tobias ad domum
suam
omnisque facultas eius restituta est ei
2 post haec vero cum esset dies festus
Domini
et factum esset prandium bonum in Sir 9,22
domo Tobis
2 dixit filio suo vade et adduc aliquos
ex tribu nostra timentes Deum et
epulentur nobiscum
3 cumque abisset reversus nuntiat
unum ex filiis Israhel iugulatum
iacere in platea
statimque exiliens de accubitu suo 12,12
relinquens prandium ieiunus perve-
nit ad corpus
4 tollensque illud portavit ad domum
suam occulte
ut dum sol occubuisset caute sepe-
liret eum
5 cumque occultasset corpus mandu-
cavit panem cum luctu et tremore
6 memorans illum sermonem quem
dixit Dominus per Amos prophe-
tam
dies festi vestri convertentur in la- Iob 30,31! Am 8,10; I Mcc 1,41
mentationem et luctum
7 cum vero sol occubuisset abiit et se-

11 in ciuitate CΣSΦ | nineuen A; niniuen c | 12 et[1]] cum c. | 13 dominus] deus Φc | C
14 ei] illi c | 15 per] ad c. | 17 cum + in ASc | 18 sennacherib CΣΦc, *item v.* 21 | AΣKSΦ
19 tobias + quotidie c | 20 nudisque Φc | 21 ~ fecerat deus c | 22 adubi CK | tulit ei] cr
tulit SΦc; tolli A | eius *om.* CΣ | 24 et *om.* SΦc | 25 ad] in Kc. || **2**,1 in domum CΣ |
tobiae AΣSc | 2 ex] de Φc | et[2]] ut KSc | 3 nuntiauit Sc; + ei c | 6 in lamentatione
et luctu C; in luctum et (+ in A) lamentationem AS |

pelivit eum
8 arguebant autem illum omnes pro-
ximi sui dicentes
1.22 iam huius rei causa interfici iussus
es et vix effugisti mortis imperium
et iterum sepelis mortuos
9 sed Tobias plus timens Deum quam
regem
rapiebat corpora occisorum et oc-
cultabat in domo sua
et mediis noctibus sepeliebat ea
10 contigit autem ut quadam die fatiga-
tus a sepultura veniens domum
iactasset se iuxta parietem et ob-
dormisset
11 ex nido hirundinum dormienti illi ca-
lida stercora insiderent super ocu-
los eius fieretque caecus
12 hanc autem temptationem ideo per-
misit Dominus evenire illi
ut posteris daretur exemplum pa-
tientiae eius sicut et sancti Iob
13 nam cum ab infantia sua semper
Dt 5.29! Deum timuerit et mandata eius cus-
todierit
non est contristatus contra Deum
quod plaga caecitatis evenerit ei
14 sed inmobilis in Dei timore perman-
sit agens gratias Deo omnibus die-
bus vitae suae
15 nam sicut beato Iob insultabant re-
ges ita isti parentes et cognati eius
Iob 12.4! et inridebant vitam eius dicentes
22 16 ubi est spes tua pro qua elemosynas
et sepulturas faciebas
17 Tobias vero increpabat eos dicens
nolite ita loqui 18 quoniam filii sanc-
8.5; Iob 19.25–27! torum sumus et vitam illam expec-
tamus quam Deus daturus est his
qui fidem suam numquam mutant
ab eo
19 Anna vero uxor eius ibat ad textri-
num opus cotidie
et de labore manuum suarum vic-
tum quem consequi poterat defe-
rebat
20 unde factum est ut hedum caprarum
accipiens detulisset domi
21 cuius cum vocem balantis vir eius
audisset dixit
videte ne forte furtivus sit reddite
eum dominis suis
quia non licet nobis ex furto aliquid
aut edere aut contingere
22 ad haec uxor eius irata respondit
manifeste vana facta est spes tua et 16
elemosynae tuae modo paruerunt
23 atque his et aliis huiusmodi verbis
exprobrabat ei
3 tunc Tobias ingemuit et coepit orare
cum lacrimis 2 dicens
iustus es Domine et omnia iudicia II Esr 9.33!
tua iusta sunt Ps 10.8! 144.17! Dn 3.27
et omnes viae tuae misericordia et Ps 24.10
veritas et iudicium
3 et nunc Domine memor esto mei
ne vindictam sumas de peccatis meis Dt 9.27! Ps 24.7; 102.10
neque reminiscaris delicta mea vel Is 43.25!
parentum meorum
4 quoniam non oboedivimus praecep-
tis tuis
et traditi sumus in direptionem et I Esr 9.7!
captivitatem et mortem
et in fabulam et in inproperium om- Dt 28.37!
nibus nationibus in quibus disper-
sisti nos
5 et nunc Domine magna iudicia tua
quia non egimus secundum prae-
cepta tua
et non ambulavimus sinceriter co-
ram te
6 et nunc Domine secundum volunta- Lc 1,38
tem tuam fac mecum
et praecipe in pace recipi spiritum Iob 7.15.16! Ion 4.3

C ΑΣΚSΦ cr

8 illum] eum ΣKS c | sui] eius c | 9 deum] dominum CΣ | 10 in domum A c; + suam AS c | 11 et ex c | inciderent c | 15 et² *om.* c | 19 ~ ad opus textrinum c. | 21 nobis aliquid ex furto edere A.; ~ nobis aut edere ex furto aliquid Φ c; ~ aliquid ex furto nobis aut edere S. | 22 irata] ita Σ; ista C. | apparuerunt c | 23 huiuscemodi CΣ c || 3,3 mei + et AK c | 4 et¹] ideo K c | et in fabulam *om.* CΣ | et inproperium CΣK; et in obprobrium AS |

meum
Ier 8,3 expedit enim mihi mori magis quam
vivere
7 eadem itaque die contigit ut Sarra
6,11 filia Raguhel in civitate Medorum
ut et ipsa audiret inproperium ab
una ex ancillis patris sui
6,14; 7,11! 8 quoniam tradita fuerat septem viris
et daemonium nomine Asmodeus
occiderat eos mox ut ingressi fuissent ad eam
9 ergo cum pro culpa sua increparet
puellam respondit ei dicens
amplius ex te non videamus filium
aut filiam super terram
interfectrix virorum tuorum 10 num-
quid et me occidere vis sicut et iam
septem occidisti
ad hanc vocem perrexit in superiori
cubiculo domus suae
et tribus diebus et tribus noctibus
non manducavit neque bibit
11 sed in oratione persistens lacrimis
15! deprecabatur Dominum
I Sm 10,19! ut ab isto inproperio liberaret eam
12 factum est autem tertia die dum con-
pleret orationem benedicens Dominum 13 dixit
23; Ps 112,2! benedictum est nomen tuum Deus
patrum nostrorum
qui cum iratus fueris misericordiam
facies
et in tempore tribulationis peccata
dimittis his qui invocant te
Iob 22,26 14 ad te Domine faciem meam con-
verto ad te oculos meos converto
11! Gn 30,23! Ps 118,22.39 15 peto Domine ut de vinculo inpro-
perii huius absolvas me
aut certe desuper terra eripias me
16 tu scis Domine quia numquam con-
cupivi virum
et mundam servavi animam meam Sir 23,6!
ab omni concupiscentia
17 numquam cum ludentibus miscui
me
neque cum his qui in levitate ambulant participem me praebui
18 virum autem cum timore tuo non
libidine mea consensi suscipere
19 et aut ego indigna fui illis aut illi mi- 7,12!
hi forsitan digni non fuerunt
quia forsitan viro alio conservasti
me
20 non est enim in hominis potestate Iob 15,8! Sap 9,13! I Cor 2,11
consilium tuum
21 hoc autem certum habet omnis qui
colit te
quia vita eius si in probatione fuerit
coronabitur
si autem in tribulatione fuerit libera- Iob 5,19; I Sm 10,19! Ps 24,22!
bitur
et si in correptione fuerit ad miseri-
cordiam tuam pervenire licebit
22 non enim delectaris in perditionibus
nostris
quia post tempestatem tranquillum
facis
et post lacrimationem et fletum ex-
ultationem infundis
23 sit nomen tuum Deus Israhel bene- 13; Ps 112,2!
dictum in saecula
24 in illo tempore exauditae sunt pre- 7,13; Ps 17,7
ces amborum in conspectu gloriae
summi Dei
25 et missus est angelus Domini sanctus
Rafahel ut curaret ambos
quorum uno tempore fuerat oratio
in conspectu Domini recitata
4 igitur cum Tobias putaret orationem
suam exaudiri ut mori potuisset
vocavit ad se Tobiam filium suum
2 dixitque ei

7 raguelis c | in + rages c | ut² *om.* A c | 10 ~ occidere me c | et² *om.* CAΣS c | ~ occidisti iam septem Σ.; iam occidisti septem uiros Φ c | in superius cubiculum c | 11 cum lacrimis c | dominum] deum AΣS c | 12 tertio die AS; die tertia c | 14 conuerto²] dirigo c. | 15 desuper terra CAΣr] desuper terram *cet.* | 18 non + cum Φ c | 19 mihi] me c. | ~ forsitan me non fuerunt digni c; ~ fors. mihi digni non fuer. Φ | alio] alii c | 21 certum] pro certo Φ c | colet te C; te colit A c. | quia] quod c. | peruenire] uenire Φ c | 25 ambos] eos CΣK; eos ambos Φ c | sunt orationes ... recitatae Φ c || 4,1 ~ filium suum tobiam CK; filium tobiam Σ. |

C
AΣKSΦ
cr

Prv 2,1! audi fili mi verba oris mei et ea in
corde tuo quasi fundamentum con-
strue
3 cum acceperit Deus animam meam
corpus meum sepeli
Ex 20,12! et honorem habebis matri tuae om-
nibus diebus vitae eius
Sir 7,29 4 memor enim esse debes quae et
quanta pericula passa sit propter
te in utero suo
5 cum autem et ipsa conpleverit tem-
14,12 pus vitae suae sepelies eam circa me
6 omnibus autem diebus vitae tuae
Deum in mente habe
et cave ne aliquando peccato con-
sentias et praetermittas praecepta
Dei nostri
7 ex substantia tua fac elemosynam et
Dt 15,9! Sir 4,4; 7,10; 14,13 noli avertere faciem tuam ab ullo
paupere
ita enim fiet ut nec a te avertatur fa-
cies Domini
8 quomodo potueris ita esto miseri-
cors
9 si multum tibi fuerit abundanter tri-
bue
Mt 19,21! I Tim 6,18.19 si exiguum fuerit etiam exiguum li-
benter inpertire stude
10 praemium enim tibi bonum thesau-
rizas in die necessitatis
12,9! Dn 4,24 11 quoniam elemosyna ab omni pec-
cato et a morte liberat
et non patietur animam ire in teneb-
ras
Prv 14,21! 19,17! Sir 17,18 12 fiducia magna erit coram summo
Deo elemosyna omnibus qui faci-
unt eam
Ex 20,14! Act 15,20! 13 adtende tibi fili mi ab omni fornica-
tione
et praeter uxorem tuam numquam
patiaris crimen scire
14 superbiam numquam in tuo sensu
aut in tuo verbo dominari permittas
in ipsa enim initium sumpsit omnis Sir 10,15
perditio
15 quicumque aliquid tibi operatus fu-
erit statim mercedem ei restitue
et merces mercennarii apud te om- Lv 19,13!
nino non maneat
16 quod ab alio odis fieri tibi vide ne Sir 31,18; Mt 7,12; Lc 6,31
alteri tu aliquando facias
17 panem tuum cum esurientibus et Is 58,7! Ez 18,7.16
egenis comede
et de vestimentis tuis nudos tege
18 panem tuum et vinum super sepul-
turam iusti constitue
et noli ex eo manducare et bibere Mt 9,11!
cum peccatoribus
19 consilium semper a sapiente perquire Sir 37,20!
20 omni tempore benedic Deum 14,11; Ps 33,2
et pete ab eo ut vias tuas dirigat et
omnia consilia tua in ipso perma-
neant
21 indico etiam tibi fili mi dedisse me 1,16.17
decem talenta argenti dum infan-
tulus esses Gabelo in Rages civitate 5,8! 9,3
Medorum
et chirografum eius apud me habeo
22 et ideo perquire quomodo ad eum
pervenias
et recipias ab eo supra memoratum 5,3; 9,3!
pondus argenti
et restituas ei chirografum suum
23 noli timere fili mi pauperem quidem
vitam gerimus
sed multa bona habemus si timueri-
mus Deum et recesserimus ab omni
peccato et fecerimus bene
5 tunc Tobias respondit patri suo et
dixit

(L)C AΣKSΦ cr

2 fundamenta CΣΦ; in fundamentum S. | 5 sepelias c; sepelis AS | 6 autem *om.* CΣ | in mente habeto deum (dominum Φ) Φc; habe deum in mente AS. | peccato *om.* CΣ | praecepta + domini c. | nostri] tui CΣK | 9 exiguum¹ + tibi c | impertiri c | 10 ~ bonum tibi thesaurizas CΣΦc; ~ bonum thes. tibi A. | 12 ab omnibus AK. | qui faciunt] facientibus Φc | 15 ~ tibi aliquid KSc | ~ ei mercedem Kc | mercennarii + tui KΦc | remaneat Kc | 16 oderis c | ~ ne tu aliquando alteri c | 17 et¹ *om.* CΣ | 18 uinum + tuum SΦc | 21 dum + adhuc ASc | esses SΦcr] essem CAΣK | ciuitatem CAΣK | 22 [*adest* L] | restitues CΣKr; restitus L. | 23 habebimus ASΦc || **5**,1 ~ respondit tobias c | suo *om.* CΣ. |

omnia quaecumque praecepisti mihi faciam pater
2 quomodo autem hanc pecuniam inquiram ignoro
ille me nescit neque ego illum
Ios 2,12 quod signum dabo illi
sed neque viam qua pergatur illuc aliquando cognovi
3 tunc pater suus respondit illi et dixit
4,22; 9,3! chirografum quidem eius penes me habeo
quem dum illi ostenderis statim restituet
4 sed perge nunc et inquire tibi aliquem fidelem virum
qui eat tecum salva mercede sua dum adhuc vivo ut recipias ea
5 tunc egressus Tobias invenit iuvenem splendidum stantem praecinctum et quasi paratum ad ambulandum
6 et ignorans quod angelus Dei esset salutavit eum et dixit
unde te habemus bone iuvenis
7 at ille respondit ex filiis Israhel
et Tobias dixit ei nosti viam quae ducit in regionem Medorum
8 cui respondit novi et omnia itinera eius frequenter ambulavi
14; 4,21; 9,3 et mansi apud Gabelum fratrem nostrum
qui moratur in Rages civitate Medorum quae posita est in monte Exbathanis
9 cui Tobias ait sustine me obsecro donec haec ipsa nuntiem patri meo
10 tunc ingressus indicavit universa haec patri suo
super quae admiratus pater rogat ut introiret ad eum
11 ingressus itaque salutavit eum et dixit gaudium tibi semper sit
12 et Tobias ait quale mihi gaudium erit qui in tenebris sedeo et lumen caeli non video
13 cui ait iuvenis forti animo esto in proximo est ut a Deo cureris
14 dixit itaque illi Tobias numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages Medorum 8!
et cum redieris restituam tibi mercedem tuam
15 et dixit ei angelus ego eum ducam et reducam ad te 20! 12,3
16 cui Tobias respondit rogo te indica mihi de qua domo aut de qua tribu es tu
17 cui Rafahel angelus dixit
genus quaeris mercennarii an ipsum mercennarium qui cum filio tuo eat
18 sed ne forte sollicitum te reddam ego sum Azarias Ananiae magni filius
19 et Tobias respondit ex magno genere es tu
sed peto ne irascaris quod voluerim cognoscere genus tuum
20 dixit autem illi angelus 15; 12,3; Idt 13,20
ego sanum ducam et sanum tibi reducam filium tuum
21 respondens autem Tobias dixit
bene ambuletis et sit Deus in itinere vestro et angelus eius comitetur vobiscum 27; 10,11
22 tunc paratis omnibus quae erant in via portanda
fecit Tobias vale patri et matri suae
et ambulaverunt ambo simul
23 cumque profecti essent coepit flere mater eius et dicere 10,4
baculum senectutis nostrae tulisti et transmisisti a nobis
24 numquam esset ipsa pecunia pro qua misisti eum

2 pecuniam hanc requiram c. | neque ego illum] et ego illum (eum c) ignoro Φ c | illi] ei LΦ c | qua] per quam Φ c | 3 eius] illius Φ c; *om.* Σ. | quem] quod AΣΦ c | 4 ~ ut dum adhuc uiuo A c. | eam ASΦ c | 6 eum *om.* CΣ | 7 in regione CAΦ | 10 ingressus + tobias ASΦ c | admiratur L.; admirans CΣ. | rogauit LΣK c | 11 ~ sit semper AS c | 12 ~ ait tobias c. | ~ gaudium mihi c | 14 in rages LCΣr.] + ciuitate Φ.; + ciuitatem *cet.* | 15 ~ ducam et reducam eum Φ c | 17 quaeres CΣ; requiris A. | 21 dixit] ait c (*et* r *lapsu*) | 22 tunc *om.* CΣ. | tobis CK. | patri + suo ASΦ c | suae *om.* AS | 23 ~ mater eius flere c. | 24 fuisset c. |

LC
AΣKSΦ
cr

25 sufficiebat enim nobis paupertas nostra
ut divitias conputaremus hoc quod videbamus filium nostrum
10,6 26 dixitque ei Tobias noli flere
salvus perveniet filius noster et salvus revertetur ad nos
et oculi tui videbunt eum
21! 27 credo enim quoniam angelus Dei bonus comitetur ei
et bene disponat omnia quae circa ipsum geruntur
ita ut cum gaudio revertatur ad nos
28 ad hanc vocem cessavit mater eius flere et tacuit
11,9 6 profectusque est Tobias et canis secutus est eum
Dn 10,4 et mansit prima mansione iuxta fluvium Tigris
2 et exivit ut lavaret pedes suos et ecce piscis inmanis exivit ad devorandum eum
3 quem expavescens clamavit voce magna dicens
Domine invadet me
4 et dixit ei angelus
adprehende brancia eius et trahe eum ad te
quod cum fecisset adtraxit eum in sicco et palpitare coepit ante pedes eius
5 tunc dixit ei angelus extentera hunc piscem
et cor eius et fel eius et iecur repone tibi
sunt enim haec necessaria ad medicamenta utiliter
6 quod cum fecisset assavit carnes eius
et secum sustulerunt in via
cetera salierunt quae sufficerent eis quousque pervenirent in Rages civitatem Medorum
7 tunc interrogavit Tobias angelum et dixit ei
obsecro te Azarias frater ut dicas mihi quod remedium habebunt ista quae de pisce servare iussisti
8 respondensque dixit ei
cordis eius particulam si super carbones ponas 19; 8,2
fumus eius extricat omne daemonium
sive a viro sive a muliere ita ut ultra non accedat ad eos
10 et dixit ei ubi vis ut maneamus
11 respondensque angelus ait
est hic Raguhel nomine propinquus vir de tribu tua 3,7
et hic habet filiam nomine Sarram
sed neque masculum neque feminam ullum habet alium praeter eam
12 tibi debetur omnis substantia eius 7,12; Nm 36,8
et oportet te eam accipere coniugem 12,3
13 pete ergo eam a patre eius et dabit tibi eam uxorem
14 tunc respondit Tobias et dixit
audio quia tradita est viris septem et mortui sunt 3,8!
sed et haec audivi quia daemonium illos occidit
15 timeo ergo ne forte mihi haec eveniant
et cum sim unicus parentibus meis deponam senectutem illorum cum tristitia ad infernum Gn 42,38!
16 tunc angelus Rafahel dixit ei
audi me et ostendam tibi qui sunt quibus praevalere potest daemo-

LC ΑΣKSΦ cr 26 eum] illum c | 27 quoniam] quod KS c | ipsum] eum ΑΣS c || 6,1 profectus est ergo A.; prof. est autem SΦ c | 3 expauescens + tobias AS c; + tobis KΦ | inuadit ASΦ c | 4 branciam AKSΦ c (*et* r *lapsu*) | in siccum AS c | 5 eius² *om.* AΦ c; ~ et iecur eius S | 6 secum tulerunt A c. | ciuitate CSΦ | 7 ei *om.* L | azaria c | seruari L; reponi A. | 8 et respondens S c; + angelus A c | particula A | omne genus daemoniorum Φ c | eos + ⁹et fel ualet ad ungendos oculos in quibus fuerit albugo et sanabuntur c | 10 dixit autem S.; dixit C | ei + tobias ΣS c; + tobi C. | 11 ~ uir propinquus c | ullam c; nullum S; filium K. | aliam c | 12 ~ eam te Φ c | 13 eam² + in c. | 14 ~ septem uiris c. | haec L CΣr] hoc *cet.* | ~ occidit illos c | 15 forte + et AKSΦ c | illorum] eorum CΣ | ad inferos SΦ c; ad feros A. | 16 quid sunt L; *om.* A |

nium
17 hii namque qui coniugium ita suscipiunt ut Deum a se sua mente excludant
et suae libidini ita vacent sicut equus
Ps 31,9 et mulus in quibus non est intellectus
habet potestatem daemonium super eos
18 tu autem cum acceperis eam ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea
et nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea
8; 8,2.3 19 ipsa autem nocte incenso iecore piscis fugabitur daemonium
20 secunda vero nocte in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris
21 tertia autem nocte benedictione consequeris ut filii ex vobis incolomes procreentur
8,9 22 transacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore Domini
amore filiorum magis quam libidinis ductus
ut in semine Abrahae benedictionem in filiis consequaris
7 ingressi sunt autem ad Raguhelem et suscepit eos Raguhel cum gaudio
2 intuensque Tobiam Raguhel dixit Annae uxori suae
quam similis est iuvenis iste consobrino meo
3 et cum haec dixisset ait unde estis iuvenes fratres nostri
at illi dixerunt
1,11 ex tribu Nepthalim sumus ex captivitate Nineven
4 dixit illis Raguhel nostis Tobiam fratrem meum
qui dixerunt novimus
5 cumque multa bona loquerentur de eo dixit angelus ad Raguhel
Tobias de quo interrogas pater huius est
6 et misit se Raguhel et cum lacrimis osculatus est eum Gn 29,11
et plorans super collum eius 7 dixit
benedictio sit tibi fili mi quia boni et optimi viri filius es 9,9
8 et Anna uxor eius et Sarra filia ipsorum lacrimatae sunt
9 postquam autem locuti sunt praecepit Raguhel occidi arietem et parari convivium
cumque hortaretur eos discumbere ad prandendum 10 Tobias dixit
hic ego hodie non manducabo neque bibam nisi prius petitionem meam confirmes
et promittas mihi dare Sarram filiam tuam
11 quo audito verbo Raguhel expavit
sciens quid evenerit illis septem viris 3,8; 8,12
et timere coepit ne forte et huic similiter accideret
et cum nutaret et non daret ullum petenti responsum
12 dixit ei angelus noli timere dare illam isti
quoniam huic timenti Deum debetur coniux filia tua 3,19; 6,12! 12,3
propterea alius non potuit habere illam
13 tunc dixit Raguhel
non dubito quod Deus preces et lacrimas meas in conspectu suo admiserit 3,24!
14 et credo quoniam ideo vos fecit ad me venire ut ista coniungeretur cognationi suae secundum legem Mosi Nm 36,7

17 se *om.* CΣ; + et a c | in *om.* A c | 21 benedictionem AKSΦ c | ~ procreentur incolumes c | 22 amorem LΦ | libidine AS c || 7,3 nineue Φ; niniue KS c | 4 dixitque ASΦ c | 5 loqueretur AKSΦ c | raguelem Σ c | huius] istius c | 6 est *om.* CΣ | supra Φ c | 8 filia ipsius AS; ipsorum filia c. | 9 ad prandium Φ c | 11 euenisset C.; prouenisset AS. | uiris + qui ingressi sunt ad eam c | acciderit K; accederet LC.; contingeret c | ~ petenti ullum AS c. | 12 illam[1]] eam A c | 13 [*deest* L *usque ad* 14,17] | preces meas et AS; praecesserit uos CΣ. | 14 ~ fecit uos c | ~ uenire ad me C c |

(L)C
AΣKSΦ
cr

et nunc noli dubium gerere quod tibi
eam non tradam
15 et adprehendens dexteram filiae suae
dexterae Tobiae tradidit dicens
Deus Abraham et Deus Isaac et
Deus Iacob sit vobiscum
et ipse coniungat vos impleatque be-
nedictionem suam in vobis
16 et accepta carta fecerunt conscripti-
onem coniugii
17 et post haec epulati sunt benedicen-
tes Deum
18 vocavitque ad se Raguhel Annam
uxorem suam et praecepit ei ut prae-
pararet alterum cubiculum
19 et introduxit in eum Sarram filiam
suam et lacrimata est
20 dixitque ei forti animo esto filia mi
Dominus caeli det tibi gaudium pro
taedio quo perpessa es
8 postquam vero cenaverunt introdu-
xerunt iuvenem ad eam
2 recordatus itaque Tobias sermonem
angeli
6,8.19 protulit de cassidile suo partem ie-
coris posuitque eam super carbo-
nes vivos
12,3! Apc 20,2 3 tunc Rafahel angelus adprehendit
daemonium et religavit eum in de-
serto superioris Aegypti
4 tunc hortatus est virginem Tobias
dixitque ei
Sarra exsurge deprecemus Deum ho-
die et cras et secundum cras
quia istis tribus noctibus Deo iungi-
mur
tertia autem transacta nocte in nos-
tro erimus coniugio
2,18 5 filii quippe sanctorum sumus

et non possumus ita coniungi sicut 1 Th 4,4.5
et gentes quae ignorant Deum
6 surgentes autem pariter
instanter orabant ambo ut sanitas
daretur eis
7 dixitque Tobias
Domine Deus patrum nostrorum
benedicant te caeli et terra et mare Ps 68,35; Ier 51,48; Dn 3,77–79
fontes et flumina et omnis creatura
tua quae in eis sunt
8 tu fecisti Adam de limo terrae dedis- Gn 2,7; Sir 17,1! Gn 2,18; Sir 17,5; 36,26
tique ei adiutorium Evam
9 et nunc Domine tu scis quia non lu- 6,22
xuriae causa accipio sororem meam
sed sola posteritatis dilectione in qua
benedicatur nomen tuum in sae-
cula saeculorum
10 dixit itaque Sarra
miserere nobis Domine miserere no- Ps 56,2
bis et consenescamus ambo pariter
sani
11 et factum est circa pullorum cantum
accersiri iussit Raguhel servos suos
et abierunt pariter ut foderent sepul-
chrum
12 dicebat enim ne simili modo evenerit 7,11!
ei quod et ceteris illis septem qui
sunt ingressi ad eam
13 cumque parassent fossam reversus
ad uxorem suam Raguhel dixit
14 mitte unam ex ancillis tuis et videat
si mortuus est ut sepeliam illum
antequam inlucescat
15 at illa mittens unam ex ancillis suis
ingressa cubiculum repperitque eos
incolomes secum pariter dormien-
tes
16 reversa nuntiavit bonum nuntium
et benedixerunt Deum Raguhel vide-

C
ΑΣΚSΦ
cr

14 non *om.* ASΦc | 15 ~ uobiscum sit c | 18 ~ raguel ad se c | 19 in eo KS; illuc c. | 20 mi] mea c; *om.* ΣS. | quo] quod ΣSc || **8**,2 sermonis CΣS; sermonum c | 3 tunc *om.* CΣ. | eum] illud c. | 4 exsurge + et ASc | deprecemur Σc; oremus AS | istis] his Kc | in *om.* CΣ. | 5 et² *om.* ASΦc | 6 ambo + simul ASΦc | 7 terrae Φc | et mare et ASΦ; mareque et c. | omnes creaturae tuae c; omnis creatura Φ. | 9 meam + coniugem c; + uxorem A. | in quo C | 10 itaque] quoque c. | 11 accersire CΣK | pariter] cum eo SΦ; *praem.* cum eo c. | 12 ne + forte Sc. | quod] quo c | septem + uiris c | 13 ~ raguhel ad uxorem suam Φc | dixit + ei Φc | 14 illum] eum c | inlucescat + dies Kc. | 15 misit Φc | suis + quae ASΦc | reperit eos c; inuenit eos AS. | incolomes] saluos A.; *praem.* saluos et SΦc | 16 reuersa Kr] reuersaque CΣ.; et reuersa *cet.* | deum] dominum c |

licet et Anna uxor eius [17]et dixe-
runt
I Par 29,10! benedicimus te Domine Deus Israhel
quia non contigit nobis quemad-
modum putabamus
[18]fecisti enim nobiscum misericordiam
tuam
et exclusisti a nobis inimicum perse-
quentem nos
[19]misertus es autem duobus unicis
fac eos Domine in plenius benedi-
cere te
Lv 7,38! Ps 26,6; 106,22; 115,17 et sacrificium tibi laudis tuae et suae
sanitatis offerre
III Rg 8,60! ut cognoscat universitas gentium
quia tu es Deus solus in universa
terra
[20]statimque praecepit servis suis Ra-
guhel ut replerent fossam quam fe-
cerant priusquam lucesceret
[21]uxori autem suae dixit ut instrueret
convivium
et praepararet omnia quae in cibos
erant iter agentibus necessaria
[22]duas quoque vaccas pingues et quat-
tuor arietes occidi fecit
Gn 29,22 et parari epulas omnibus vicinis suis
et cunctis amicis
9,5 [23]et adiuravit Raguhel Tobiam ut duas
ebdomadas moraretur apud eum
10,10 [24]de omnibus autem quae possidebat
Raguhel dimidiam partem dedit
Tobiae
et fecit hanc scripturam
ut pars dimidia quae supererat post
obitum eorum Tobis dominio de-
veniret
9 tunc vocavit ad se Tobias angelum
quem quidem hominem aestimabat
et dixit ei Azarias frater peto ut aus-
cultes verba mea
[2]si me ipsum tradam tibi servum non
ero condignus providentiae tuae
[3]tamen obsecro ut adsumas tibi ani- 6
malia sive servitia
et vadas ad Gabelum in Rages Me- 4,21; 5,8!
dorum
reddasque ei chirografum suum et 4,22; 5,3
recipias ab eo pecuniam
et roges eum venire ad nuptias meas Mt 22,3
[4]scis enim ipse quoniam numerat dies
pater meus
et si tardavero una die plus contris-
tatur anima eius
[5]et certe vides quomodo Raguhel 8,23
coniuraverit me
cuius adiuramentum spernere non
possum
[6]tunc Rafahel adsumens quattuor ex 3!
servis Raguhelis et duos camelos in
Rages Medorum perrexit
et inveniens Gabelum dedit ei chiro- 12,3
grafum suum
et recepit omnem pecuniam
[7]indicavitque ei de Tobia filio Tobiae
omnia quae gesta sunt
fecitque eum secum venire ad nup-
tias
[8]cumque ingressus esset domum Ra-
guhelis invenit Tobiam discumben-
tem
et exiliens osculati sunt se alterutrum
flevit itaque Gabelus et benedixit
Deum [9]et dixit
benedicat te Dominus Deus Israhel 7,7
quia filius es viri optimi et iusti et ti-
mentis Deum et elemosynas facien-
tis
[10]et dicatur benedictio super uxorem
tuam et super parentes vestros

17 nobis *om.* c. | 19 in¹ *om.* c | 20 elucesceret K c. | 22 ~ pingues uaccas c | cunctisque amicis AΦ c; + suis A | 23 apud se c. | 24 hanc *om.* A c. | tobiae dominio Σ c; in illorum dominium A.; ad dominium ipsorum S. || 9,1 ~ tobias angelum ad se c | existimabat S c | dixitque AΦ c | azaria c | 3 obsecro + te AKSΦ c | rages + ciuitatem c; + ciuitate Φ | recipias] accipias S; accipies C | 4 ~ numerat pater meus dies c; ~ pater meus num. dies K | 5 coniurauit C; adiurauerit AS; adiurauit c. | ~ adiur. me raguhel AS c. | 6 ex] de CΣ | rages + ciuitatem Φ c | deditque ei Φ; reddidit ei AS c | recepit + ab eo c | 8 alterutrum] inuicem AKSΦ c | fleuit—deum *om.* CΣ | fleuit itaque] et flens A.; et fleuit SΦ c | benedixitque Φ c | 9 dominus *om.* c | ~ optimi uiri c |

C
AΣKSΦ
cr

14,15; Gn 50,22; Iob 42,16! 11 et videatis filios vestros et filios filio-
rum vestrorum usque in tertiam et
quartam generationem
13,1.23; Ex 15,18! Ps 9,37; 28,10; 47,15; 65,7; 73,12 et sit semen vestrum benedictum a
Deo Israhel qui regnat in saecula
saeculorum
12 cumque omnes dixissent amen ac-
cesserunt ad convivium
sed et cum timore Domini nuptia-
rum convivium exercebant
10 cum vero moras faceret Tobias cau-
sa nuptiarum
sollicitus erat pater eius Tobias di-
cens
putas quare moratur filius meus aut
quare detentus est ibi
2 putasne Gabelus mortuus est et ne-
mo illi reddet pecuniam
3 coepit autem contristari nimis ipse et
Anna uxor eius cum eo
et coeperunt ambo simul flere eo
quod die statuto minime revertere-
tur filius eorum ad eos
5,23 4 flebat igitur mater eius inremediabi-
libus lacrimis atque dicebat
heu heu me fili mi ut quid te misimus
peregrinari
lumen oculorum nostrorum
baculum senectutis nostrae
solacium vitae nostrae
spem posteritatis nostrae
5 omnia in te uno habentes
te non debuimus dimittere ire a
nobis
5,26 6 cui dicebat Tobias tace et noli tur-
bari sanus est filius noster
satis fidelis est vir ille cum quo misi-
mus eum
7 illa autem nullo modo consolari pot-
erat
11,5 sed cotidie exiliens circumspiciebat
et circuibat vias omnes per quas
spes remeandi videbatur
ut procul videret eum si fieri possit
venientem
8 at vero Raguhel dicebat ad generum
suum
mane hic et ego mittam nuntium
salutis de te ad Tobiam patrem
tuum
9 cui Tobias dixit
ego novi quia pater meus et mater
mea modo dies conputant
et cruciatur spiritus eorum in ipsis
10 cumque verbis multis rogaret Ragu-
hel Tobiam et ille eum nulla ratione
vellet audire
tradidit ei Sarram et dimidiam par- 8,24
tem omnis substantiae suae
in pueris et in puellis et in pecudibus
et in camelis et in pecunia multa
et salvum atque gaudentem dimisit
eum a se 11 dicens
angelus Domini sanctus sit in itinere 5,21!
vestro
perducatque vos incolomes et inve-
niatis omnia recte circa conparen-
tes vestros
et videant oculi mei filios vestros
priusquam moriar
12 et adprehendentes parentes filiam su-
am osculati sunt eam
et dimiserunt ire 13 monentes eam
honorare soceros Tit 2,4.5
diligere maritum regere familiam
gubernare domum
et se ipsam inreprehensibilem exhi-
bere
11 cumque reverterentur pervenerunt
ad Charram
quae est in medio itinere contra Ni-
neven undecimo die
2 dixit angelus Tobias frater
scis quemadmodum reliquisti pat-
rem tuum
3 si placet itaque tibi praecedamus

C AΣKSΦ cr

11 et[1]] ut CΣK. ‖ 10,2 illi reddit Φ; reddet illi c. | 4 spes CAΣS | 5 omnia + simul ASΦ c | ire *om.* SΦ c | 7 possit] posset AΦ c | 9 dixit] ait c | 10 et in[1]] et A.: in SΦ c | et in[2]] in ASΦ c | et in[3]] et A.; in SΦ c | camelis + et in uaccis Φ c; + in uaccis AS | et in[4]] et ASΦ | 11 conparentes] parentes A c | 12 ire *om.* CΣK | 13 socros CΣ.; socrus Φ.; soros S. | exiberi CΣ. ‖ 11,2 dixitque Φ c; dixit autem AS | tobia c |

et lento gradu insequentur iter nostrum familiae simul cum coniuge tua et cum animalibus
4 cumque hoc placuisset ut irent
dixit Rafahel ad Tobiam
tolle tecum ex felle piscis erit enim necessarium
tulit itaque Tobias ex felle illo et abierunt
10,7 5 Anna vero sedebat secus viam in supercilio montis
unde respicere poterat de longinquo
6 et dum ex eodem loco specularetur adventum eius vidit a longe
et ilico agnovit venientem filium suum et currens nuntiavit viro suo dicens
ecce venit filius tuus
7 dixitque Rafahel ad Tobiam
adubi introieris domum tuam statim adora Dominum Deum tuum
et gratias agens ei accede ad patrem tuum et osculare eum
13 8 statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis quod portas tecum
scias enim quoniam mox aperientur oculi eius
12,3 et videbit pater tuus lumen caeli et in aspectu tuo gaudebit
6,1 9 tunc praecucurrit canis qui simul fuerat in via
et quasi nuntius adveniens blandimento suae caudae gaudebat
10 unde contigit ut exsurgens caecus pater coepit offendens pedibus currere
et data manu puero occurrit in obviam filio suo
11 et suscipiens osculatus est eum cum uxore sua et coeperunt flere prae gaudio
12 cumque adorassent Dominum et gratias egissent consederunt
13 tunc sumens Tobias de felle piscis linivit oculos patri suo 8
14 et sustinens quasi dimidiam fere horam
coepit albugo ex oculis eius quasi membrana ovi egredi
15 quem adprehendens Tobias traxit ab oculis eius statimque visum recepit
16 et glorificabant Deum ipse videlicet et uxor eius et omnes qui sciebant eum
17 dicebatque Tobias benedico te Domine Deus Israhel quoniam tu castigasti me 13,21
et tu sanasti me et ecce video Tobiam filium meum
18 ingressa est etiam post septem dies Sarra uxor filii eius et omnes familiae
et pecora sana et cameli et pecunia multa uxoris
sed et alia pecunia quam receperat a Gabelo
19 et narravit parentibus suis omnia beneficia Dei
quae fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat
20 veneruntque Achior et Nabath consobrini Tobiae gaudentes ad Tobin Lc 1,58
congratulantes ei de omnibus bonis quae circa illum ostenderat Deus
21 et per septem dies epulantes omnes gaudio magno gavisi sunt
12 tunc vocavit ad se Tobias filium suum dixitque ei
quid possumus dare viro isti sancto qui venit tecum
2 respondens Tobias dixit
pater quam mercedem dabimus ei

C
ΑΣΚSΦ
cr

3 sequantur ASΦc | 5 uero] autem Sc | uiam + cotidie ASΦc | 6 cognouit AKSΦ | currensque Φc | 7 at ubi ΑΣΦcr | 8 scies C; sciens ΑΣ. | 10 unde contigit exsurgeret S.; quapropter exsurgens A.; et consurgens c.; exsurgens Φ | pater + eius Ac | in *om.* AΦc | 11 coeperunt + ambo Sc | 12 dominum] deum AΦc | 13 patris sui Kc | 14 et sustinuit Φc | horam + et c | 15 quam ΣSc; quod A. | 17 quoniam] quia c | sanasti] saluasti ASΦc | ecce + ego c. | 18 omnes familia S; omnis familiae K.; omnis familia ΑΣc | ~ sana et pecora ASc | alia] illa Ac.; *om.* Φ | 20 ad tobiam ΣSc; + et c. | 21 omnes] cum Φ; + cum c. || **12,2** dixit + patri A; + patri suo Φc |

aut quid dignum poterit esse bene-
ficiis eius
5,15.20! 3 me duxit et reduxit sanum
9,6 pecuniam a Gabelo ipse suscepit
6,12! 7,12 uxorem ipse me habere fecit et dae-
8,3! monium ab ea conpescuit
gaudium parentibus eius fecit
11,8 me ipsum a devoratione piscis eripuit
te quoque fecit videre lumen caeli et
bonis omnibus per eum repleti su-
mus
quid illi ad haec dignum poterimus
dare
4 sed peto te pater mi ut roges eum
si forte dignabitur medietatem de
omnibus quae adlata sunt sibi ad-
sumere
5 et vocantes eum pater scilicet et filius
tulerunt eum in partem
et rogare coeperunt ut dignaretur
dimidiam partem omnium quae ad-
tulerant acceptam habere
6 tunc dixit eis occulte
benedicite Deum caeli et coram om-
nibus viventibus confitemini illi
quoniam fecit vobiscum misericor-
diam suam
7 etenim sacramentum regis abscon-
dere bonum est
opera autem Dei revelare et confi-
teri honorificum est
Idt 4,12! Sir 7,10 8 bona est oratio cum ieiunio et ele-
mosyna magis quam thesauros auri
condere
4,11! Sir 3,33; 29,15; Lc 11,41 9 quoniam elemosyna a morte liberat
et ipsa est quae purgat peccata
et faciet invenire vitam aeternam
Ps 10,6 10 qui autem faciunt peccatum et ini-
quitatem hostes sunt animae suae
Iob 4,12; Sap 6,24 11 manifesto ergo vobis veritatem et
non abscondam a vobis sermonem
occultum

12 quando orabas cum lacrimis et sepe- 1,20; 2,3.4
liebas mortuos et derelinquebas
prandium
et mortuos abscondebas per diem
in domo tua et nocte sepeliebas
ego obtuli orationem tuam Domino
13 et quia acceptus eras Deo necesse Idt 8,23; Prv 3,12! Sap 3,5!
fuit ut temptatio probaret te
14 et nunc misit me Dominus ut cura-
rem te et Sarram uxorem filii tui a
daemonio liberarem
15 ego enim sum Rafahel angelus unus
ex septem qui adstamus ante Do-
minum
16 cumque haec audissent turbati sunt
et trementes ceciderunt super fa-
ciem suam
17 dixitque eis angelus pax vobis nolite Gn 43,23; Idc 6,23; Lc 24,36!
timere
18 etenim cum essem vobiscum per vo-
luntatem Dei
ipsum benedicite et cantate illi 13,3! I Par 16,9!
19 videbar quidem vobiscum mandu-
care et bibere
sed ego cibo invisibili et potu qui ab Io 4,32
hominibus videri non potest utor
20 tempus est ergo ut revertar ad eum Io 7,33!
qui me misit
vos autem benedicite Deum et nar- 13,4! I Par 16,9!
rate omnia mirabilia eius Ps 9,2! 144,5!
21 et cum haec dixisset ab aspectu eo- Act 1,9
rum ablatus est Idc 6,21
et ultra eum videre non potuerunt
22 tunc prostrati per horas tres in fa-
ciem benedixerunt Deum
et exsurgentes narraverunt omnia
mirabilia eius
13 aperiens autem Tobias senior os
suum benedixit Dominum et dixit
magnus es Domine in aeternum et in 23; 9,11! Ps 47,2!
omnia saecula regnum tuum
2 quoniam tu flagellas et salvas 11,17; Dt 32,39!

C ΑΣΚSΦ cr 3 suscepit] recepit c | ea + ipse AΦ c | ~ fecit lumen caeli uidere A.; ~ uidere fecit lumen caeli C c. | ~ poterimus dignum c. | 4 rogetis A.; rogemus CΣ | medietatem] dimidiam partem S.; *om.* CΣ. | 6 tunc dixit] dixitque Σ.; dixit C | illi] ei AKΦ c | quoniam] quia A c | 7 est² *om.* CΣ. | 8 recondere K c | 9 facit AK c | inuenire + misericordiam et AS c | 11 ~ occultum sermonem c | 12 prandium + tuum K c | sepeliebas² + eos K c | 16 in facies suas AS; super terram in faciem suam K c | 18 dei + eram AS c ||

I Sm 2,6; Sap 16,13 deducis ad infernum et reducis
Iob 10,7; Sap 16,15! et non est qui effugiat manum tuam
12,18! Ps 29,5! 3 confitemini Domino filii Israhel et in
conspectu gentium laudate eum
4 quoniam ideo dispersit vos inter gentes quae ignorant eum
12,20; Sir 36,2! 13; ut vos narretis mirabilia eius
III Rg 8,60! et faciatis scire eos quia non est alius
Deus omnipotens praeter eum
11; Ps 38,12; Sap 1,9; Os 10,10 5 ipse castigavit nos propter iniquitates nostras
Ps 6,5! Za 10,6 et ipse salvabit nos propter misericordiam suam
6 aspicite ergo quae fecit vobiscum
Iob 37,22! Ps 2,11! et cum timore et tremore confitemini illi
regemque saeculorum exaltate in operibus vestris
7 ego autem in terra captivitatis meae confitebor illi
quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem
Dt 30,8! 8 convertimini itaque peccatores et facite iustitiam coram Deo
credentes quod faciat vobiscum misericordiam suam
9 ego autem et anima mea in eo laetabimur
10 benedicite Dominum omnes electi eius
agite dies laetitiae et confitemini illi
5! 11 Hierusalem civitas Dei castigavit te
Dominus in operibus manuum tuarum
12 confitere Domino in bonis et benedic Deum saeculorum
14,7 ut reaedificet in te tabernaculum su-
14,6; Bar 4,37! Is 11,12! 27,13 um et revocet ad te omnes captivos
et gaudeas in omnia saecula saeculorum
Ps 21,28! 65,4; 66,8 13 luce splendida fulgebis et omnes fines
terrae adorabunt te

14 nationes ex longinquo ad te venient 14,8.9! Is 60,5; Ier 16,19
et munera deferentes adorabunt Dominum in te Ps 67,30! Is 2,3! 49,7; 60,6
et terram tuam in sanctificatione habebunt
15 nomen magnum invocabunt in te
16 maledicti erunt qui contempserint te
et condemnati erunt omnes qui blasphemaverint te
benedictique erunt qui aedificaverint te
17 tu autem laetaberis in filiis tuis
quoniam omnes benedicentur et con- Ps 101,23; Za 2,11
gregabuntur ad Dominum
18 beati omnes qui diligunt te et qui gaudent super pace tua
19 anima mea benedic Dominum quon- Ps 102,1!
iam liberavit Hierusalem civitatem suam
20 beatus ero si fuerint reliquiae seminis mei ad videndam claritatem Hierusalem
21 portae Hierusalem ex sapphyro et Is 54,11.12; Apc 21,19
zmaragdo aedificabuntur
et ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius
22 ex lapide candido et mundo omnes plateae eius sternentur
et per vicos eius alleluia cantabitur
23 benedictus Dominus qui excitavit eam
ut sit regnum eius in saecula saecu- 1; 9,11!
lorum super eam amen
14 et consummati sunt sermones Tobi
et posteaquam inluminatus est vixit annis quadraginta duobus
et vidit filios nepotum suorum
2 conpletis itaque annis centum duobus sepultus est honorifice in Nineven
3 quinquaginta namque et sex annorum oculorum lumen amisit

13,2 ad inferos AΣΦ c | 4 enarretis c | 5 saluauit C | 6 nobiscum c | 7 in gente peccatrice CΣ | 12 bonis + tuis AΣS c | suum] tuum CΣ | 14 ~ in te dominum c | in sanctificationem c | 15 nomen + enim AS c | 19 suam + a cunctis tribulationibus eius dominus deus noster Φ c | 22 cantabunt CΣKS | 23 excitauit] exaltauit AΣΦ c | ut] et A c || **14**,1 tobin KSΦ; thobis A.; tobiae c | postquam A c | est + tobias c. | 2 duo CK.; duodecim AΣΦ | in nineue Φ; in niniue KS c | 3 ~ lumen oculorum S c |

C
AΣKSΦ
cr

sexagenarius vero recepit
[4]reliquum vero vitae suae in gaudio fuit et cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace
[5]in hora autem mortis suae vocavit ad se Tobiam filium suum et septem iuvenes filios eius nepotes suos
Ion 3,4 dixitque cis [6]prope erit interitus Nineven
non enim excidit verbum Dei
13,12! et fratres nostri qui dispersi sunt a terra Israhel revertentur ad eam
[7]omnis autem deserta terra eius replebitur
13,12 et domus Dei quae in ea incensa est iterum reaedificabitur
ibique revertentur omnes timentes Deum
Sap 14,11 [8]et relinquent gentes idola sua et venient in Hierusalem et inhabitabunt in ea 13,14! Za 8,22; 14,16
[9]et gaudebunt in ea omnes adorantes regem Israhel
Gn 49,2; Ps 33,12! Prv 1,8! Ios 24,14! [10]audite ergo filii mei patrem vestrum
servite Domino in veritate et inquirite ut faciatis quae sunt placita illi
[11]et filiis vestris mandate ut faciant iustitias et elemosynas
4,20; Ps 33,2 ut sint memores Dei et benedicant eum in omni tempore
in veritate et in tota virtute sua
[12]nunc ergo filii audite me et nolite manere hic
sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro 4,5
ex eo dirigite gressus vestros ut exeatis hinc
[13]video enim quoniam iniquitas eius finem dabit ei
[14]factum est autem post obitum matris suae Tobias abscessit ex Nineven
cum uxore sua et filiis
et reversus est ad soceros suos
[15]invenitque eos incolomes in senectute bona et curam eorum gessit
et ipse clausit oculos eorum et omnem hereditatem domus Raguhel ipse percepit
viditque quintam generationem filios filiorum suorum 9,11!
[16]et conpletis annis nonaginta et novem in timore Domini
cum gaudio sepelierunt eum [17]omnis cognatio eius
et omnis generatio eius in bona vita et sancta conversatione permansit
ita ut accepti essent tam Deo quam hominibus et cunctis habitatoribus terrae I Sm 2,26! Sap 4,1

EXPLICIT LIBER TOBIAE

C ΑΣKSΦ cr 6 nineue A; ninive c; in nineue Φ | dei] domini ASc | 7 dei *om.* CΣ | 8 et[1] — sua *om.* CΣ. | 9 omnes + reges terrae Φc | 10 ~ quae placita sunt illi c; quod illi placet A. | 12 uno *om.* CΣ. | 13 quoniam] quia AΦc | 14 ex nineue AΦ; ex ninive c | filiis + suis C.; + eius (*om.* A) et filiorum filios AS; + et filiorum filiis Φc | 15 raguhelis Σc | 16 et[2] *om.* Kc | 17 omnis[1] + autem c | et[2] + in KΦc | habitantibus Φc | in terra c. ||

INCIPIT PROLOGUS IUDITH

Apud Hebraeos liber Iudith inter Agiografa legitur; cuius auctoritas ad roboranda illa quae in contentione veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldeo tamen sermone conscriptus inter historias conputatur. Sed quia hunc librum sinodus nicena in numero Sanctarum Scripturarum legitur conputasse, adquievi postulationi vestrae, immo exactioni, et sepositis occupationibus quibus vehementer artabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum e sensu quam ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputavi; sola ea quae intellegentia integra in verbis chaldeis invenire potui, latinis expressi.

Accipite Iudith viduam, castitatis exemplum, et triumphali laude perpetuis eam praeconiis declarate. Hanc enim non solum feminis, sed et viris imitabilem dedit, qui, castitatis eius remunerator, virtutem talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, insuperabilem superaret. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER IUDITH

Arfaxat itaque rex Medorum subiugaverat multas gentes imperio suo
et ipse aedificavit civitatem potentissimam quam appellavit Igbathanis
[2]ex lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius
in altitudine cubitorum septuaginta et in latitudine cubitorum triginta
turres vero eius posuit in altitudinem cubitorum centum
[3]per quadrum vero earum latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur
posuitque portas eius in altitudine turrium
[4]et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum 4,13
[5]anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum
qui regnabat in Nineven civitatem magnam pugnavit contra Arfaxat
et obtinuit eum [6]in campo magno qui appellatur Ragau
circa Eufraten et Tigrin et Hyadas in campo Erioch regis Elicorum
[7]tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor et cor eius elatum est
et misit ad omnes qui habitabant in Cilicia et Damasco et Libano
[8]et ad gentes quae sunt in Carmelo et Cedar

Prologus. *Citantur* AC *et* ΣΛΚΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem praefatio in librum iudith c | 2 in contentionem c; in contradictionem Λ. | 11 uirtutem + ei c | 12 uinceret + et C c; + in Σ. || AC ΣΛΚΦ cr

Iudith. *Citantur* LAC *et* ΣKS(= U *apud* r)Φ *ac* cr. [*Codd.* G(= N *apud* r) *et* Λ *in hoc libro textum ant. vers. lat. praebent*] *Tit.* liber iudith c || 1,1 [*deest* L *usque ad* 2,12] | 2 in altitudinem[1] Φ; in latitudinem c.; multitudine C. | in latitudinem K; in altitudinem c. | in altitudine[2] CΣr | 3 earum S cr] eorum *cet.* | in altitudinem K c; in latitudine A; ex latitudine S. | 5 in nineue Φ c | ciuitate magna KSΦ c | 6 et yadasan Φ; et iadason c. | 7 elatum] eleuatum Φ c | in ciliciam CΣ | AC ΣKSΦ cr

et inhabitantes Galileam in campo
magno Hesdraelon
[9]et ad omnes qui erant in Samaria et
trans flumen Iordanem usque Hie-
rusalem et omnem terram Iesse
quousque perveniatur ad montes
Aethiopiae
[10]ad hos omnes misit nuntios Nabu-
chodonosor rex Assyriorum
[11]qui omnes uno animo contradixe-
runt
et remiserunt eos vacuos ac sine ho-
nore abiecerunt
[12]tunc indignatus est Nabuchodono-
sor rex ad omnem terram illam
et iuravit per regnum et thronum
suum
2,1 quod defenderet se de omnibus re-
gionibus his
2 anno tertiodecimo Nabuchodonosor
regis
vicesima et secunda die mensis primi
factum est verbum in domo Nabu-
1,12 chodonosor regis Assyriorum ut
defenderet se
[2]vocavitque omnes maiores omnes-
que duces bellatores suos
et habuit cum eis mysterium consilii
sui
[3]dixitque cogitationem suam in eo
esse
ut omnem terram suo subiugaret im-
perio
[4]quod dictum cum placuisset omnibus
vocavit Nabuchodonosor rex Holo-
fernem principem militiae suae [5]et
dixit
egredere adversum omne regnum oc-
cidentis
et contra eos praecipue qui contemp-
serunt imperium meum
[6]non parcet oculus meus ulli regno
omnemque urbem munitam subiu-
gabis mihi
[7]tunc Holofernis vocavit duces et ma-
gistratus virtutis Assyriorum
et dinumeravit viros in expeditione
sicut praecepit ei rex
centum viginti milia peditum pugna- 7,2
torum
et equites sagittarios duodecim milia
[8]omnemque expeditionem suam fecit
praeire multitudinem innumerabi-
lium camelorum
cum his quae exercitibus sufficerent
copiose
boum quoque armenta gregesque
ovium quorum non erat numerus
[9]frumentum ex omni Syria in transitu
suo parari constituit
[10]aurum vero et argentum de domo
regis adsumpsit multum nimis
[11]et profectus est ipse et omnis exerci-
tus cum quadrigis et equitibus et
sagittariis
qui cooperuerunt faciem terrae sicut Idc 6,5! 7,12
lucustae
[12]cumque pertransisset fines Assyrio-
rum
venit ad magnos montes Angae qui
sunt a sinistro Ciliciae
ascenditque omnia castella eorum
et obtinuit omnem munitionem
[13]effregit autem civitatem opinatissi-
mam Meluthi
praedavitque omnes filios Tharsis et
filios Ismahel
qui erant contra faciem deserti et ad
austrum terrae Celeon
[14]et transiit Eufraten et venit ad Meso-
potamiam
et fregit omnes civitates excelsas

(L)AC ΣKSΦ cr 9 usque + in C; + ad c | montes] terminos c.; omnes terminos AK | 11 et miserunt CΣ. | ac] et c. | abiecerunt] abierunt AKS. | 12 est *om.* SΦc | ad omnem] aduersum S.; aduersus omnem c | et[1] *om.* c | ~ thronum et regnum c. | regionibus his AKSc] his CΣr; *om.* Φ || 2,2 maiores + natu c | duces + et AKSc | suos *om.* AKS. | 5 dixit + ei KΦc | omnem AΦr | 6 meus] tuus ASc | ulli] illi CΣ. | 7 in expeditionem KSc | equitum sagittariorum c. | 8 in multitudine CΣΦc | 9 parare CΣ; praeparare S. | 11 cooperuerant K; cooperuerat A. | 12 [*adest* L] | 13 et fregit LK | ismahel cr𝔊] israhel *cet.* | ad *om.* L | teleon ACΣK; et celeon Lr; cellon c. | 14 ad[1]] in c | et effregit CΣ. |

quae erant ibi
a torrente Mambre usquequo perveniatur ad mare
15 et occupavit terminos eius a Cilicia usque ad fines Iafeth qui sunt ad austrum
16 abduxitque omnes filios Madian ac praedavit omnem locupletationem eorum
omnesque resistentes sibi occidit in ore gladii
17 et post haec descendit in campos Damasci in diebus messis (Idc 15,5; II Sm 14,30)
(IV Rg 3,25!) et succendit omnia sata omnesque arbores ac vineas fecit incidi
18 et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram
3 tunc miserunt legatos suos universarum urbium et provinciarum reges ac principes
Syriae scilicet Mesopotamiae et Syriae Sobal et Lybiae atque Ciliciae
qui venientes ad Holofernem dixerunt
2 desinat indignatio tua circa nos
(7,16) melius est enim ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno et subditi simus tibi
quam morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostrae damna patiamini
3 omnis civitas nostra omnisque possessio
omnes colles et montes et campi
armenta boum greges ovium caprarumque equorum camelorumque
et universae facultates nostrae atque familiae in conspectu tuo sunt
4 sint omnia sub lege tua
5 nos iam et filii nostri servi tui sumus
6 veni nobis pacificus dominus
et utere servitia nostra sicut placuerit tibi
7 tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna
et obtinuit omnem civitatem et omnem inhabitantem terram
8 de universis autem urbibus adsumpsit sibi auxiliarios viros fortes et electos ad bellum (7,2)
9 tantusque metus provinciis illius incubuit
ut universarum urbium habitatores
principes et honorati simul cum populis exirent in obviam venienti
10 excipientes eum cum coronis et lampadibus ducentes choros in tibiis et tympanis (I Sm 18,6!)
11 nec ista tamen facientes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt
12 nam et civitates eorum destruxit et lucos eorum excidit
13 praeceperat enim illi Nabuchodonosor rex ut omnes deos terrae exterminaret (5,29; 6,2.4)
videlicet ut ipse solus diceretur deus ab his nationibus quae potuissent Holofernis potentia subiugari
14 pertransiens autem Syriam Subal et omnem Apamiam omnemque Mesopotamiam
venit ad Idumeos in terra Gabaa
15 accepitque civitates eorum
et sedit ibi per triginta dies
in quibus diebus adunari praecepit universum exercitum virtutis suae
4 tunc audientes haec filii Israhel qui habitabant in terra Iudaeae
timuerunt valde a facie eius
2 tremor etiam et horror invasit sensus eorum
ne hoc faceret Hierusalem et templo

14 ueniatur AK | 15 eius *om.* AK. | 16 adduxitque LS | ac] et c | 17 ac] et c | incidi] incendi LS. || 3,1 et] ac c. | syrii sobal CΣ; syriis iobal LΦ. | 2 sumus A | patiamur c | 3 ~ montes et colles AΣK c | campi + et c | gregesque c | caprarum AK; et caprarum c | equarum CΣK.; equorumque c | et camelorum AK c | 4 omnia + nostra S c | 5 iam LACr] autem Σ.; etiam SΦ; autem iam K.; *om.* c. | 6 seruitio nostro AS c | 9 illius] illis AΣS c | in *om.* c | 10 tympanis] organis AKS. | ~ tympanis et tibiis c. | 14 in terram c; inter A. || 4,1 iudaeae ACΣK, *cf.* 𝔊] iudae LS r; iuda Φ c | 2 etiam *om.* c. |

LAC ΣKSΦ cr

Domini
quod fecerat ceteris civitatibus et
templis earum
3 et miserunt in omnem Samariam per
circuitum usque Hiericho
6; 5,1 et praeoccupaverunt omnes vertices
montium
4 et muris circumdederunt vicos suos
et congregaverunt frumenta in
praeparatione pugnae
7,3 5 sacerdos etiam Heliachim scripsit ad
universos qui erant contra Hesdrae-
lon
quae est contra faciem campi magni
iuxta Dothain
et universis per quos transitus esse
poterat
3; 5,1; 7,5 6 ut obtinerent ascensus montium per
quos via esse poterat ad Hierusa-
lem
ut illic custodirent ubi angustum iter
esse poterat inter montes
7 et fecerunt filii Israhel secundum
quod constituerat eis sacerdos Do-
mini Heliachim
12! II Mcc 13,12 8 et clamavit omnis populus ad Do-
minum instantia magna
Est 14,2; Ps 34,13! Dn 9,3 et humiliaverunt animas suas in ie-
iuniis ipsi et mulieres eorum
9 et induerunt se sacerdotes ciliciis
et infantes prostraverunt contra fa-
ciem templi Domini
et altare Domini operuerunt cilicio
10 et clamaverunt ad Deum Israhel uni-
animiter ne darentur in praedam
infantes eorum
et uxores eorum in divisionem
et civitates eorum in exterminium et
sancta eorum in pollutionibus
11 tunc Heliachim sacerdos Domini
magnus circuivit omnem Israhel
adlocutusque est eos 12 dicens
scitote quoniam exaudivit Dominus
preces vestras
si manentes permanseritis in ieiuni- 8! Tb 12,8! Bar 1,5; Ioel 2,12; Lc 2,37!
is et orationibus in conspectu Do-
mini
13 memores estote Mosi servi Domini
qui Amalech confidentem in virtute 1,4
sua et in potentia sua et in exercitu
suo
et in clypeis suis et in curribus suis et
in equitibus suis
non ferro pugnando
sed precibus sanctis orando deiecit
14 sic erunt universi hostes Israhel si
perseveraveritis in hoc opere quo
coepistis
15 ad hanc igitur exhortationem eius
deprecantes Dominum
permanebant in conspectu Domini
16 ita ut etiam hii qui holocausta Do- Ex 40,27!
mino offerebant
praecincti ciliciis offerrent sacrificia 9,1; Est 4,1!
Domino
et erat cinis super capita eorum 7,4; Ios 7,6!
17 et ex toto corde suo omnes orabant
Deum ut visitaret populum suum Ps 105,4
Israhel
5 nuntiatumque est Holoferni principi
militiae Assyriorum
quod filii Israhel praepararent se ad 4,3.4.6
resistendum
ac montium itinera conclusissent
2 et furore nimio exarsit iracundia
magna
vocavitque omnes principes Moab
et duces Ammon 3 et dixit eis
dicite mihi quid sit populus iste qui
montana obsidet

LAC ΣKSΦ cr 4 in praeparationem LKc | 5 uniuersos² Σc; uniuersus L. | quos + uiae c. | potuerat LΦ | 6 ut²] et c | illuc CΣ.; illi L | 8 ieiuniis + et orationibus c. | eorum] illorum CΣΦ | 10 ad dominum deum Sc | israhel *om.* LΣ. | in diuisione CΣ; in direptionem K. | sanctam L | in pollutionibus LCΣΦ] in pullutiones A.; in pollutione S.; in pollutionem Kcr; + et fierent opprobrium gentibus c; + et inproperium et obprobrium gentibus r. | 12 exaudiet ASc | 13 domini] dei L | 14 quo] quod ACKSc | 16 ~ offerebant domino holocausta c. | 17 et *om.* LΣ. | omnes *om.* AK. | deum] dominum AKS || 5,1 praeparassent ASΦ | 2 exarsit + in ASc | 3 quid] quis AΦc; qui K |

aut quae et quales et quantae sint
civitates eorum
quae etiam sit virtus eorum aut quae
sit multitudo eorum
vel quis rex militiae illorum
4 quare prae omnibus qui habitant in
oriente isti contempserunt
et non exierunt in obviam nobis ut
susciperent nos cum pace
5 tunc Achior dux omnium filiorum
Ammon respondens ait
si digneris audire domine meus di-
cam veritatem in conspectu tuo
de populo isto qui in montanis ha-
bitat
et non egredietur verbum falsum ex
ore meo
6 populus iste ex progenie Chaldeo-
rum est
7 hic primum in Mesopotamiam habi-
tavit
Ios 24,14! quoniam noluerunt sequi deos pat-
rum suorum
qui erant in terra Chaldeorum
8 deserentes itaque caerimonias pat-
rum suorum
quae in multitudine deorum erant
Ion 1,9 9 unum Deum caeli coluerunt
Gn 11,31 qui et praecepit eis ut exirent inde
et habitarent in Charam
cumque cooperuisset omnem terram
Gn 12,10! fames descenderunt in Aegyptum
Ex 12,40 illicque per quadringentos annos sic
Gn 16,10! multiplicati sunt ut dinumerari eo-
rum non possit exercitus
Ex 1,11! 10 cumque gravaret eos rex Aegypti
Ex 1,14 atque in aedificationibus urbium su-
arum in luto et latere subiugasset
eos
I Sm 4,8; Is 19,22 clamaverunt ad Deum suum et per-
cussit totam terram Aegypti plagis
variis

11 cumque eiecissent eos a se Aegyptii Ex 12,33!
et cessasset plaga ab eis
et iterum eos vellent capere
et ad suum servitium revocare
12 fugientibus his Deus caeli mare ape- Ex 14,21.22!
ruit
ita ut hinc inde aquae quasi murus
solidarentur
et isti pede sicco fundum maris per-
ambulando transirent
13 in quo loco dum innumerabilis ex- Ex 14,28
ercitus Aegyptiorum eos perseque-
retur
ita aquis coopertus est ut non rema-
neret vel unus qui factum posteris
nuntiaret
14 egressis etiam mare Rubrum deserta Ex 19,2; Nm 33,15
Sina montis occurrerunt
in quibus numquam homo habi- Sap 11,2
tare potuit vel filius hominis re-
quievit
15 illic fontes amari obdulcati sunt eis Ex 15,25!
ad bibendum
et per annos quadraginta annonam Ex 16,35!
de caelo consecuti sunt
16 ubicumque ingressi sunt sine arcu et
sagitta et absque scuta et gladio
Deus eorum pro eis pugnavit et vicit Ios 10,14!
17 et non fuit qui insultaret populo isti
nisi quando recessit a cultura Do-
mini Dei sui
18 quotienscumque autem praeter ip- 8,18.19; Dt 28,36.37
sum Deum suum alterum coluerunt
dati sunt in praedam et in gladium I Esr 9,7!
et in obprobrium
19 quotienscumque autem paenituerunt
se recessisse a cultura Dei sui
dedit eis Deus caeli virtutem resis-
tendi
20 denique Chananeum regem et Iebu- Dt 7,1!
seum et Ferezeum
et Hettheum et Eveum et Amorreum

3 sint] sunt L | 4 et quare c | contempserunt + me AKS; + nos c. | in² *om.* SΦ c | LAC
5 respondit et ait AK | meus] mi c | 7 in mesopotamia ΣS c | 9 operuisset AKS c | ΣKSΦ
posset c | 10 et¹ + in LS | deum] dominum L c | 11 ~ aegyptii a se c | 12 hinc + et cr
L | muros LK; muro S; muri Φ | 13 persequerentur LS | 14 egressis CΣr] egressi c;
egressus *cet.* | etiam] uero c. | currerunt S.; occupauerunt K c | 16 scuta LCΦr] scutu
ΣK.; scuto AS c | ~ pugnauit pro eis K c | 17 cultura] cultu c | 20 et amorreum *om.* AK |

et omnes potentes in Esebon pro-
straverunt
et terras eorum et civitates eorum ip-
si possederunt
21 et usque dum non peccarent in con-
spectu Dei sui erant cum illis bona
Ps 5,7! Deus enim illorum odit iniquitatem
22 nam et ante hos annos cum recessis-
sent a via quam dederat illis Deus
ut ambularent in eam
I Esr 9,7! exterminati sunt proeliis multis na-
tionibus
et plurimi eorum captivi abducti
sunt in terram non suam
II Par 30,6! Is 35,10; 51,11 23 nuper autem reversi ad Deum suum
ex dispersione qua dispersi fuerant
adunati sunt
et ascenderunt montana haec omnia
et iterum possident Hierusalem ubi
sunt sancta eorum
24 nunc ergo meus domine perquire
si est aliqua iniquitas eorum in con-
spectu Dei eorum
ascendamus ad illos quoniam tra-
dens tradet illos Deus eorum tibi
et subiugati erunt sub iugo poten-
tiae tuae
25 si autem non est offensio populi hu-
ius coram Deo suo
non poterimus resistere illis
6,13 quoniam Deus eorum defendet illos
et erimus in obprobrium universae
terrae
26 et factum est cum cessasset loqui
Achior verba
irati sunt omnes magnates Holofer-
nis
6,12 et cogitabant interficere eum dicen-
tes ad alterutrum
27 quis iste est qui filios Israhel posse
dicat resistere regi Nabuchodono-
sor et exercitibus eius
homines inermes et sine virtute et
sine peritia artis pugnae
28 ut ergo agnoscat Achior quoniam
fallit nos ascendemus in montana
et cum capti fuerint potentes eorum 6,3
tunc cum eisdem gladio transverbe-
rabitur
29 ut sciat omnis gens quoniam Nabu-
chodonosor deus terrae est 3,13; 6,2.4
et praeter ipsum alius non est
6 factum est autem cum cessassent lo-
qui
indignatus Holofernis vehementer
dixit ad Achior
2 quoniam prophetasti nobis dicens
quod gens Israhel defendatur a Deo
suo
ut ostendam tibi quia non est deus 3,13; 5,29
nisi Nabuchodonosor
3 cum percusserimus eos omnes sicut 5,28
hominem unum
tunc et ipse cum illis Assyriorum
gladio interibis
et omnis Israhel tecum perditione
disperiet
4 et probabis quoniam Nabuchodono- 3,13; 5,29
sor dominus sit universae terrae
tuncque gladius militiae meae trans- 13,28
iet per latera tua
et confixus cades inter vulneratos Is-
rahel
et non respirabis ultra donec exter- Or Man 10
mineris cum illis
5 porro autem si prophetiam tuam ve-
ram existimas
non concidat vultus tuus
et pallor qui faciem tuam obtinuit
abscedat a te
si verba mea haec putas impleri non
posse
6 ut autem noveris quia simul cum illis
haec experieris

LAC ΣKSΦ cr 22 in ea AKΦc | proeliis + a c | adducti LSΦ; ducti K | 23 ad dominum deum Φc | 24 meus] mi c | eorum[1] *om.* AK. | 25 autem] uero c | 26 uerba haec KΦc; haec uerba AS | 27 ~ est iste ΣKc | 28 quoniam] quia non AK | ascendamus AKSc; ascendimur L. | in *om.* AK | 29 sciant omnes gentes LKS || 6,1 ccssasset LK | indignatus + est AK | 2 quia] quoniam c. | 4 probabit CΣ. | quoniam] quia AK | transit AK. | 5 obtinet Kc. |

ecce ex hac hora illorum populo so-
ciaberis
ut dum dignas mei gladii poenas ex-
ceperint
ipse simul ultioni subiaceas
13 7 tunc Holofernis praecepit servis suis
ut conprehenderent Achior
ut ducerent eum in Bethuliam
et traderent eum in manu filiorum
Israhel
8 et accipientes eum servi Holofernis
profecti sunt per campestria
sed cum adpropinquassent ad mon-
tana
exierunt contra eos fundibalarii
9 illi autem divertentes a latere montis
ligaverunt Achior ad arborem mani-
bus et pedibus
et sic vinctum de restibus dimiserunt
eum
et reversi sunt ad dominum suum
10 porro filii Israhel descendentes de
Bethulia venerunt ad eum
quem solventes duxerunt ad Bethu-
liam atque in medio populi illum
statuentes
percontati sunt quid rerum esset
quod illum vinctum Assyrii reliquis-
sent
11 in diebus illis erant illic principes
Ozias filius Micha de tribu Symeon
et Carmi qui et Gothonihel
12 in medio itaque seniorum et in con-
spectu omnium Achior dixit omnia
quae locutus ipse fuerat ab Holofer-
ne interrogatus
5.26 et qualiter populus Holofernis vo-
luisset propter hoc verbum interfi-
cere eum
7 13 quemadmodum ipse Holofernis ira-
tus iusserit eum Israhelitis hac de
causa tradi
ut dum vinceret filios Israhel
tunc etiam ipsum Achior diversis iu-
beat suppliciis interire
propter hoc quod dixisset Deus caeli 5,25
defensor eorum est
14 cumque universa Achior exposuisset
omnis populus cecidit in faciem II Par 20,18!
adorantes Dominum
et communi lamentatione et fletu
unianimes preces suas Deo effude- I Sm 1,15! Ps 141,3
runt 15 dicentes
Domine Deus caeli et terrae intuere
superbiam illorum
et respice ad nostram humilitatem Gn 29,32! Ps 9,14; 112,5.6!
et faciem tuorum sanctorum adtende
et ostende quia non derelinquis prae- Ps 9,11
sumentes de te
et praesumentes de se et de sua vir-
tute gloriantes humilias
16 finito itaque fletu et per totum diem
populorum oratione conpleta
consolati sunt Achior 17 dicentes
Deus patrum nostrorum cuius tu vir-
tutem praedicasti
ipse tibi hanc dabit vicissitudinem
ut eorum magis tu interitum videas
18 cum vero Dominus Deus noster de- 14.6
derit hanc libertatem servis suis
sit et tecum Deus in medio nostri
ut sicut placuerit tibi ita cum tuis
omnibus converseris
19 tunc Ozias finito consilio suscepit
eum in domum suam et fecit cenam Gn 19,3!
magnam
20 et vocatis omnibus presbyteris simul
expleto ieiunio refecerunt
21 postea vero convocatus omnis po-
pulus et per totam noctem intra ec

7 ut² LCΣr] et *cet.* | perducerent AKSc | in manus KSc | 8 cum] dum AK. | 9 deuertentes LKS | de *om.* c. | 10 in medium c | percunctati Sc | 12 ab] ad LS | propter hoc uerbum *om.* CΣ. | 13 et quemadmodum AKSc | hac] ac LKΦ; haec S. | uicerit AKc | etiam] et c. | ~ interire suppliciis c. | hoc *om.* CΣ | 14 uniuersa achior] achior uniuersa haec c. | adorans AKS | deo LAKr] domino *cet.* | 15 illorum] eorum Kc | ~ sanctorum tuorum LΣKc | quia] quoniam AKc | derelinques CΣKSΦ | 16 finitoque AK.; finito iam Σ. | totam Sc | ~ oratione populorum c | 17 tu¹ *om.* LΣ | ~ dabit hanc L | 18 sit] sic LKS | ut] *post* ita *transpon.* Φ; *om.* L | conuerseris + nobiscum Kc | 19 fecit + eis AK.; + ei c | 21 conuocatus + est c ||

LAC ΣKSΦ cr

clesiam oraverunt
petentes auxilium a Deo Israhel
7 Holofernis autem altera die praecepit exercitibus suis ut ascenderent contra Bethuliam
2,7; 3,8 2 erant autem pedites bellatorum centum viginti milia et equites viginti duo milia
praeter praeparationes virorum illorum quos occupaverat captivitas
et adducti fuerant de provinciis et urbibus universae iuventutis
3 omnes pariter paraverunt se ad pugnam contra filios Israhel
et venerunt per crepidinem montis
4,5 usque ad apicem
qui respicit super Dothain a loco qui dicitur Belma usque Chelmo qui est contra Hesdraelon
4 filii autem Israhel ut viderunt multitudinem illorum
prostraverunt se super terram mit-
4,16! 9,1 tentes cinerem super capita sua
unianimes orantes ut Deus Israhel misericordiam suam ostenderet super populum suum
5 et adsumentes arma sua bellica se-
4,6 derunt per loca
quae angusti itineris tramitem dirigunt inter montuosa
et erant custodientes ea tota die et nocte
6 porro Holofernis dum circuit per gyrum
repperit quod fons qui influebat aquaeductum illorum
a parte australi extra civitatem dirigeret
incidi praecepit aquaeductum eorum
7 erant tamen non longe a muris fontes ex quibus furtim videbantur haurire aquam
ad refocilandum potius quam ad potandum
8 sed filii Ammon et Moab accesserunt ad Holofernem dicentes
filii Israhel non in lancea nec in sagitta confidunt
sed montes defendunt illos
et muniunt illos colles in praecipitio constituti
9 ut ergo sine congressione pugnae possis superare eos
pone custodes fontium ut non hauriant ex eis et sine gladio interficies eos
vel certe fatigati tradent civitatem suam quam putant civitatem montibus positam superari non posse
10 et placuerunt verba haec coram Holoferne et coram omnibus satellitibus eius
et constituit per gyrum centenarios per singulos fontes
11 cumque ista custodia per dies viginti fuisset expleta
defecerunt cisternae et collectiones aquarum omnibus inhabitantibus in Bethuliam
ita ut non esset intra civitatem unde satiarentur vel una die
quoniam ad mensuram dabatur populis aqua cotidie
12 tunc ad Oziam congregati omnes viri feminaeque iuvenes et parvuli
simul omnes una voce 13 dixerunt
iudicet Deus inter nos et te Gn 16,5!
quoniam fecisti in nos mala nolentes loqui pacifice cum Assyriis
et propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum
14 et ideo non est qui adiuvet cum pro-

LAC ΣKSΦ cr

7,2 bellatores AK. | et[1]—milia[2] *om.* AKS. | abducti A c | iuuentutes CΣ | 3 ~ parauerunt se pariter c. | usque[2] + ad Φ c | 5 quae + ad c. | 6 influebat + in AKS | dirigeret + et cr | eorum] illorum K c | 9 hauriant + aquam c. | ciuitatem[2] *om.* AKS c; + in c | superpositam AKS | superare LS | 10 omnibus *om.* c | 11 expleta] impleta CΣ. | habitantibus Σ c | in *om.* A c | saturarentur CΣ. | 12 uiri et feminae AK | iuuenes + senes CΣ | ~ omnes simul c | 13 fecistis K. | nolens Σ cr, *sed cf.* 𝔊 | uendidit] tradidit AS | 14 adiuuet + nos AS. |

sternamur ante oculos eorum in siti
et perditione magna
15 et nunc congregate universos qui in
civitate sunt
ut sponte nos tradamus omnes po-
pulo Holofernis
3.2 16 melius est enim ut captivi benedica-
mus Deum viventes
quam moriamur et simus obprobri-
um omni carni
cum videamus uxores nostras et in-
fantes nostros mori ante oculos
nostros
Dt 31,28! 1 Mcc 2,37 17 contestamur hodie caelum et terram
et Deum patrum nostrorum qui
ulciscitur nos secundum peccata
nostra
ut iam tradatis civitatem in manu
militiae Holofernis
11,10 et sit finis noster brevis in ore gladii
qui longior efficitur in ariditate sitis
18 et cum haec dixissent
factus est fletus et ululatus magnus
in ecclesia omnibus
et per multas horas una voce clama-
verunt ad Deum dicentes
III Rg 8,47! Ps 105,6! 19 peccavimus cum patribus nostris in-
iuste egimus iniquitatem fecimus
20 tu quia pius es miserere nostri
aut in tuo flagello vindica iniquitates
nostras
et noli tradere confitentes te populo
qui ignorat te
Ps 78,10! 113,10! 21 ut non dicant inter gentes ubi est
Deus eorum
22 et cum fatigati his clamoribus et his
fletibus lassati siluissent
23 exsurgens Ozias infusus lacrimis dixit
aequo animo estote fratres et hos
8,32 quinque dies expectemus a Domino
misericordiam
24 forsitan enim indignationem suam
abscidet
et dat gloriam nomini suo
25 si autem transactis quinque diebus 8,9.10
non venerit adiutorium
faciemus haec verba quae locuti estis
8 et factum est cum audisset haec Iu-
dith vidua
quae erat filia Merari filii Idox filii 16,8
Ioseph
filii Oziae filii Elai filii Iamnor
filii Gedeon filii Rafoin filii Acitob
filii Melchiae filii Enam filii Natha-
niae
filii Salathihel filii Symeon filii Ruben
2 et vir eius fuit Manasses
qui mortuus est in diebus messis hor-
diariae
3 instabat enim super alligantes mani-
pulos in campo
et venit aestus super caput eius
et mortuus est in Bethuliam civita-
tem suam
et sepultus est illic cum patribus suis
4 erat autem Iudith relicta eius vidua
iam annis tribus et mensibus sex
5 et in superioribus domus suae fecit
sibi secretum cubiculum
in quo cum puellis suis clausa mora-
batur
6 et habens super lumbos suos cilicium
ieiunabat omnibus diebus vitae suae
praeter sabbata et neomenia et festa
domus Israhel
7 erat autem eleganti aspectu nimis Gn 29,17!
cui vir suus reliquerat divitias multas
et familiam copiosam
ac possessiones armentis boum et
gregibus ovium plenas
8 et erat haec in eo omnibus famosis-
sima quoniam timebat Dominum

15 ∼ tradamus nos c | populi AKSΦ | holofernis Σ cr] holoferni *cet.* | 16 deum] dominum LSΦ c | uiderimus AKS c | et infantes nostros *om.* LCΣ. | 18 ab omnibus c. | 20 te¹] in te L | ignorant te AK r; inorante L. | 21 ut] et AS | inter *om.* AK | 24 abscidit KS.; abscindet c. | dabit Φ c | 25 transactis] transitis CΣ ‖ 8,1 haec + uerba Φ c | acitob + filii heli CΣ. | 2 hordeaceae K c | 3 stabat CΣ. | in bethulia ciuitate sua S c; in ciuitate bethulia K | 4 erat autem] et erat AK | 6 sabbatum AK | neomenias S c | 7 autem] enim AK; *om.* S. | reliquerat] dimiserat AK | armenta LKS | greges LK. | 8 eo *om.* ΣSΦ c | dominum] deum AK |

LAC ΣKSΦ cr

valde
nec erat qui loqueretur de illa verbum malum
9 haec itaque cum audisset quoniam Ozias promisisset
7,25 quod transacto quinto die traderet civitatem
misit ad presbyteros Chabri et Carmin
10 et venerunt ad illam et dixit illis
quod est hoc verbum in quo consensit Ozias ut tradat civitatem Assyriis
7,25 si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium
11 et qui estis vos qui temptatis Dominum
12 non est iste sermo qui misericordiam provocet
sed potius qui iram excitet et furorem accendat
13 posuistis vos tempus miserationis Domini et in arbitrium vestrum diem constituistis ei
14 sed quia patiens est Dominus in hoc ipso paeniteamur
et indulgentiam eius lacrimis postulemus
15 non enim quasi homo Deus sic comminabitur
neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur
16 et ideo humiliemus illi animas nostras
et in spiritu constituti humiliato servientes illi
17 dicamus flentes Domino ut secundum voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam
ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum
ita etiam de nostra humilitate gloriemur
18 quoniam non sumus secuti peccata patrum nostrorum
qui dereliquerunt Deum suum et adoraverunt deos alienos 5,18!
19 pro scelere quo dati sunt in gladium et in rapinam et in confusionem inimicis suis
nos autem alterum deum nescimus praeter ipsum
20 expectemus humiles consolationem eius
et exquiret sanguinem nostrum de adflictionibus inimicorum nostrorum
et humiliabit omnes gentes quaecumque insurgunt contra nos
et faciet illas sine honore Dominus Deus noster
21 et nunc fratres quoniam vos qui estis presbyteri in populo Dei
ex vobis pendet anima illorum
adloquio vestro corda eorum erigite
ut memores sint quia temptati sunt patres nostri ut probarentur Dt 13,3
si vere colerent Deum suum
22 memores esse debent quomodo pater noster Abraham temptatus est I Mcc 2,52!
et per multas tribulationes probatus Dei amicus effectus est II Par 20,7! Iac 2,23
23 sic Isaac sic Iacob
sic Moses et omnes qui placuerunt Deo Prv 3,12!
per multas tribulationes transierunt fideles Tb 12,13!
24 illi autem qui temptationes non susceperunt cum timore Domini et patientia sua
inproperium murmurationis suae contra Dominum protulerunt Nm 11,1! 14,36.37; I Cor 10,9.10

(L)AC ΣKSΦ cr 10 hoc *om.* L | 11 dominum] deum LK | 13 in] ad AK | dies CΣ. | 14 ~ dominus est c | paeniteamus c | eius + fusis c | 15 ~ sic deus c | comminatur A; condemnabitur CΣ. | 16 in *om.* AK. | 17 ut²] et AK | eorum] illorum AK | 18 [*deest* L *usque ad* 14,13] | secuti] sicuti CK. | 19 quo] quod AK | ~ quo scelere c | in gladio CΣ | ipsum] eum CΣ. | 20 humiliabit Φcr] humiliat *cet.* | illos AK. | 21 qui *om.* c. | dei + et c | adloquio uestro] ad eloquium uestrum Φc | eorum] illorum CΣK | 24 patientia sua AS] patientia sed r.; patientiam suam CΣKΦ; impatientiam suam c | inproperium] *praem.* in CΣ; *praem.* et Φc |

25 exterminati sunt ab exterminatore et
a serpentibus perierunt
26 et nos ergo non ulciscamur nos pro
his quae patimur
27 sed reputantes peccatis nostris haec
ipsa minora esse supplicia
flagella Domini quasi servi qui corripimur ad emendationem non ad perditionem nostram evenisse credamus
28 et dixerunt illi Ozias et presbyteri
omnia quae locuta es vera sunt
et non est in sermonibus tuis ulla reprehensio
29 nunc ergo ora pro nobis quoniam
mulier sancta es et timens Dominum
30 et dixit illis Iudith
sicut quod loqui potui Dei esse cognoscitis
I Io 4,1 31 ita quod facere disposui probate si
ex Deo est
et orate ut firmum faciat consilium meum Deus
10,6.10 32 stabitis vos ad portam nocte ista et
ego exeam cum abra mea
7,23 et orate ut sicut dixistis in diebus quinque respiciat Dominus populum suum Israhel
10,8 33 vos autem nolo scrutemini actum
meum
et usque dum renuntiem vobis nihil aliud fiat
nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum
34 et dixit ad eam Ozias princeps Iudaeae
vade in pace et Dominus sit tecum in ultione inimicorum nostrorum
et revertentes abierunt
9 quibus abscedentibus Iudith ingressa
est oratorium suum
et induens se cilicio posuit cinerem super caput suum 4,16! 7,4
et prosternens se Domino clamavit ad Dominum dicens
2 Domine Deus patris mei Symeon qui
dedisti illi gladium in defensione alienigenarum
qui violatores extiterunt in coinquinatione sua
et denudaverunt femur virginis in confusionem
3 et dedisti mulieres eorum in prae- Gn 34,29
dam et filias eorum in captivitatem
et omnem praedam in divisionem servis tuis qui zelaverunt zelum tuum
subveni quaeso te Domine Deus meus mihi viduae
4 tu enim fecisti priora et illa post illa
cogitasti
et hoc factum est quod ipse voluisti
5 omnes enim viae tuae paratae sunt
et tua iudicia in providentia tua posuisti
6 respice castra Assyriorum nunc
sicut tunc castra videre Aegyptiorum dignatus es
quando post servos tuos armati cur- Ex 14,9!
rebant
confidentes in quadrigis et in equi- Ex 14,9! Is 31,1!
tatu suo et in multitudine bellatorum
7 sed aspexisti super castra eorum et
tenebrae fatigaverunt eos
8 tenuit pedes eorum abyssus et aquae Ex 15,5
operuerunt eos
9 sic fiant et isti Domine
qui confidunt in multitudine sua et in curribus suis
et in contis et in sagittis suis et in lan-

27 ~ supplicia minora esse c | domini + quibus c. | qui *om.* c | non] et non c | uenisse ACΣK; uenire S. | 28 illi] ei S.; *om.* AK | 29 dominum] deum CΣc | 30 ~ potui loqui c. | cognoscetis S.; cognoscitur CΣ. | 31 deus *om.* AK; ~ deus consilium meum c | 33 nolo + ut Φc | scrutamini KS; inscrutemini C | 34 iudae AKS; iuda c | dominus] deus CΣ. | in ultionem c. || 9,1 clamabat c. | 2 in defensionem c | extiterant AK | 3 et[1] *om.* AK. | eorum[1]] illorum Φc | eorum[2]] illorum c | praedam[2]] plebem AK. | 4 et illa] illa et illa AK | 5 ~ tua prouidentia c | 6 ~ aegyptiorum uidere dignatus es CΣc; ~ aeg. dign. es uidere A. | 9 contis + et in scutis c |

AC ΣKSΦ cr

ceis gloriantur
10 et nesciunt quia tu ipse es Deus nos-
16,3! Ex 15,3 Lxx ter qui conteris bella ab initio
et Dominus nomen est tibi
Ps 88,11 11 erige brachium tuum sicut ab initio
et adlide virtutem eorum in virtute
tua
cadat virtus eorum in iracundiam
tuam
qui promittunt se violare sancta tua
et polluere tabernaculum honoris tui
et deicere gladio suo cornu altaris tui
12 fac Domine ut gladio proprio eius
superbia amputetur
10,17; 16,8.11 13 capiatur laqueo oculorum suorum in
me et percuties eum ex labiis cari-
tatis meae
14 da mihi in animo constantiam ut
contemnam illum
et virtutem ut evertam illum
15 erit enim memoriale nominis tui
13,19; 16,7; Idc 4,9; 9,53! cum manus feminea deiecerit eum
16 non enim in multitudine est virtus
tua Domine
neque in equorum viribus voluntas
tua
Iob 13,16 nec superbi ab initio placuerunt tibi
Ps 101,18 sed humilium et mansuetorum tibi
semper placuit deprecatio
17 Deus caelorum creator aquarum et
dominus totius creaturae
exaudi me miseram deprecantem
et de tua misericordia praesumen-
tem
18 memento Domine testamenti tui
10,8 et da verbum in ore meo et in corde
meo consilium corrobora
ut domus tua in tua sanctificatione
permaneat
IV Rg 19,19! 19 et omnes gentes agnoscant quoniam
tu es Deus et non est alius praeter te

10 factum est autem cum cessasset cla-
mare ad Dominum
surrexit de loco quo iacuerat pro-
strata Domino
2 vocavitque abram suam
et descendens in domum suam abs-
tulit a se cilicium
et exuit se vestimentis viduitatis suae 16,9
3 et lavit corpus suum et unxit se myr- 16,10; Rt 3,3
ro optimo
et discriminavit crinem capitis sui et
inposuit mitram super caput suum
et induit se vestimentis iucunditatis
suae induitque sandalia pedibus
suis
adsumpsitque dextraliola et lilia et
inaures et anulos
et omnibus ornamentis suis ornavit
se
4 cui etiam Dominus contulit splendo-
rem
quoniam omnis ista conpositio non
ex libidine
sed ex virtute pendebat Est 2,15
et ideo Dominus hanc in illam pul-
chritudinem ampliavit
ut inconparabili decore omnium ocu-
lis appareret
5 inposuit itaque abrae suae ascopam
vini et vas olei et pulenta
et palatas et panes et caseum et pro-
fecta est
6 cumque venisset ad portas civitatis 8,32
invenerunt expectantem Oziam et
presbyteros civitatis
7 qui cum vidissent eam stupentes mi-
rati sunt nimis pulchritudinem eius
8 nihil tamen interrogantes eam dimi- 8,33
serunt transire dicentes

AC ΣKSΦ cr
10 conteres AΣKS | 11 eorum[1]] illorum AK c | in iracundia tua AK c; in iracundia S. | honoris] nominis Φ c | 13 laqueo] gladio CΣ. | percutes C; percutis KS.; percute A | 14 et in uirtute AK; + eius CΣ | ut *om.* AK. | illum[2]] eum AK | 15 erit enim hoc c.; et erit hoc K | cum] quod AK | feminea AK r] feminae *cet.* | abiecerit CΣ. | 16 tua[2] + est c. | ~ semper tibi c | 18 ~ in sanctificatione tua c; sanctificata K | 19 cognoscant CΣ | quoniam] quia c || 10,1 quo] in quo S c; suo quo K | domino] ad dominum c | 3 discrinauit CΣ.; descrinauit K; decrinanauit S. | et lilia *om.* AK. | 4 in *om.* AK | 5 ascopiam Σ.; ascopcram c. | polentam c; polentum AK. | palatas Σ r .] palathas c.; palates C.; lapastas S.; lapatas *cet.* | 6 uenissent c | portam AΣK c | 8 cam + et CΣ. |

Deus patrum nostrorum det tibi gra-
tiam
9,18 et omne consilium tui cordis sua vir-
tute corroboret
ut glorietur super te Hierusalem
Sap 5,5 et sit nomen tuum in numero sanc-
torum et iustorum
9 et dixerunt hii qui illic erant omnes
una voce fiat fiat
10 Iudith vero orans Dominum transiit
8,32 portas ipsa et abra eius
11 factum est autem cum descenderet
montem circa ortum diei
occurrerunt ei exploratores Assyrio-
rum
Gn 32,17; Idc 19,17 et tenuerunt illam dicentes unde ve-
nis aut quo vadis
12 quae respondit filia sum Hebrae-
orum
ideo ego fugi a facie eorum
quoniam futurum agnovi quod den-
tur vobis in depraedationem
pro eo quod contemnentes vos no-
luerunt ultro tradere se ipsos
ut invenirent misericordiam in con-
spectu vestro
13 hac de causa cogitavi mecum dicens
vadam ad faciem principis Holofer-
nis ut indicem illi secreta illorum
et ostendam illi quo aditu possit ob-
tinere eos
ita ut non cadat unus vir de exercitu
eius
14 et cum audissent viri verba eius con-
siderabant faciem eius
et erat in oculis eorum stupor
quoniam mirabantur pulchritudi-
nem eius nimis
15 et dixerunt ad eam conservasti ani-
mam tuam
eo quod tale repperisti consilium ut
descenderes ad dominum nostrum
16 hoc autem scias quoniam cum ste-
teris in conspectu eius bene tibi fa-
ciet
et eris gratissima in corde eius
duxeruntque illam ad tabernaculum
Holofernis et nuntiantes eam
17 cumque intrasset ante faciem eius
statim captus est in suis oculis Ho- 9,13; 16,8.11
lofernis
18 dixeruntque ad eum satellites eius
quis contemnat populum Hebrae-
orum qui tam decoras mulieres ha-
bent
ut non pro his merito pugnare contra
eos debeamus
19 videns itaque Holofernem Iudith se- 13,19
dentem in conopeo
quod erat ex purpura et auro et zma-
ragdo
et lapidibus pretiosis intextum
20 et cum in faciem eius intendisset ado-
ravit eum prosternens se super ter-
ram
et levaverunt illam servi Holofernis
iubente domino suo
11 tunc Holofernis dixit ei
aequo animo esto et noli pavere in
corde tuo
quoniam ego numquam nocui virum
qui voluit servire Nabuchodonosor
regi
2 populus autem tuus si non contemp-
sisset me
non adlevassem lanceam meam su-
per illum
3 nunc autem dic mihi qua ex causa
recessisti ab illis
et placuit tibi ut venires ad nos
4 et dixit illi Iudith
sume verba ancillae tuae

8 sanctarum CΣ. | et iustorum] suorum AK | 10 per portas c | 11 illam] eam SΦc | 12 noluerint AK. | 13 haec AS | holoferni CΣ | adito CS.; audito Σ.; auditu K | unus *om.* AK; ~ uir unus c | 14 uiri *om.* AK.; + illi Φc | ~ pulchritudinem eius mirabantur c | 15 talem CΣKSΦr | descenderis AKS. | 16 et² *om.* ASc | annunciantes c | 18 contemnit CΣΦ | ut] et AKS | ~ merito pro his CΣ. | pugnari A | contra eos debemus S; debeat contra eos AK | 19 ~ iudith holofernem AKc | 20 et eleuauerunt c | illam] eam CKc || **11**,1 uiro c | 2 non leuassem AKc | illum] eum c |

AC ΣKSΦ cr

quoniam si secutus fueris verba ancillae tuae
perfectam rem faciet Dominus tecum
5 vivit enim Nabuchodonosor rex terrae
et vivit virtus eius quae est in te ad correptionem omnium animarum errantium
quoniam non solum homines serviunt illi per te
sed et bestiae agri obtemperant illi
6 nuntiatur enim industria animi tui universis gentibus
et indicatum est omni saeculo
quoniam tu solus bonus et potens es in omni regno eius
et disciplina tua omnibus provinciis praedicatur
7 nec hoc latet quod locutus est Achior
nec illud ignoratur quod ei iusseris evenire
8 constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum
ut mandaverit per prophetas suos ad populum quod tradat eos pro peccatis suis
9 et quoniam sciunt se offendisse Deum suum filii Israhel
tremor tuus super ipsos est
7,17 10 insuper etiam fames invasit eos et ab ariditate aquae iam inter mortuos conputantur
11 denique hoc ordinant ut interficiant pecora sua et sanguinem eorum bibant
Lv 22,15.16 12 et sancta Domini sui quae praecepit Deus non contingi
in frumento vino et oleo haec cogitaverunt inpendere
et volunt consumere quae nec manibus deberent contingere
ergo quoniam haec faciunt certum est quod in perditione dabuntur
13 quod ego ancilla tua cognoscens fugi ab illis
et misit me Dominus haec ipsa nuntiare tibi
14 ego enim ancilla tua Deum colo etiam nunc apud te
et exiet ancilla tua et orabo Deum
15 et dicet mihi quando eis reddat peccatum suum
et veniens nuntiabo tibi
ita ut ego adducam te per mediam Hierusalem
et habebis omnem populum Israhel III Rg 22,17!
sicut oves quibus non est pastor
et non latrabit vel unus contra te
16 quoniam haec mihi dicta sunt per providentiam Dei
17 et quoniam iratus est illis Deus
hoc ipsa missa sum nuntiare tibi
18 placuerunt autem omnia verba haec coram Holoferne et coram pueris eius
et mirabantur ad sapientiam eius
et dicebant alter ad alterum
19 non est talis mulier super terram
in aspectu in pulchritudine et in sensu verborum
20 et dixit ad illam Holofernis
bene fecit Deus qui misit te ante populum ut des illum tu in manibus nostris
21 et quoniam bona est promissio tua
si fecerit mihi hoc Deus tuus erit et meus Deus
et tu in domo Nabuchodonosor magna eris
et nomen tuum nominabitur in universa terra
12 tunc iussit eam introire ubi repositi erant thesauri eius

AC ΣKSΦ cr
4 dominus] deus AK | 5 eius *om.* CΣ. | correctionem CΣΦr | et[2] + ipsae AKS | 6 ~ animi tui industria c | 8 eos] eum ΣΦc | 11 ~ bibant sanguinem eorum c. | 12 domini + dei c | et nolunt C | debent C; debere K | in perditionem KSc | 14 deum[2]] dominum CΣ | 15 dicit AKS | uel unus canis c.; uel canis unus A.; canis uel unus S.; unus K | 17 hoc] haec c | ipsum C; ipsud Σ. | 18 ad[1] *om.* c. | 19 aspectu + et AK | 21 ~ deus meus c ||

et iussit illic manere eam
IV Rg 25,30; Dn 1,5 et constituit quid daretur illi de convivio suo
2 cui respondens Iudith dixit
Tb 1,12! Dn 1,8 nunc non potero manducare ex his quae mihi praecipis tribui
ne veniat super me offensio
ex his autem quae mihi detuli manducabo
3 cui Holofernis ait
si defecerint tibi ista quae tecum detulisti
quid faciemus tibi
4 et dixit Iudith
vivit anima tua domine meus
quoniam non expendet omnia haec ancilla tua
13,7 donec faciat Deus in manu mea haec quae cogitavi
et induxerunt illam servi eius in tabernaculo quo praeceperat
5 et petiit dum introiret ut daretur ei copia nocte et ante lucem egrediendi foras ad orationem et deprecandi Dominum
6 et praecepit cubiculariis suis
ut sicut placeret illi exiret et introiret ad orandum Deum suum per triduum
7 et exiebat noctibus in vallem Bethuliae
et baptizabat se in fontem aquae
8 et ut ascendebat orabat Dominum Deum Israhel
ut dirigeret viam eius ad liberationem populi sui
9 et introiens munda manebat in tabernaculum
usque dum acciperet escam suam in vesperam
Gn 40,20! 10 et factum est quarto die Holofernis fecit cenam servis suis
et dixit ad Bagao eunuchum
vade et suade Hebraeam illam
ut sponte consentiat habitare mecum
11 foedum est enim apud Assyrios si femina inrideat virum
agendo ut inmunis transeat ab eo
12 tunc introivit Bagao ad Iudith et dixit
non vereatur bona puella introire ad dominum meum
ut honorificetur ante faciem eius et manducet cum eo et bibat vinum in iucunditate 17
13 cui Iudith respondit
quae ego sum ut contradicam domino meo
14 omne quod erit ante oculos eius bonum et optimum faciam
quicquid autem illi placuerit hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitae meae
15 et surrexit et ornavit se vestimento suo
et ingressa stetit ante faciem eius
16 cor autem Holofernis concussum est
erat enim ardens in concupiscentia eius Dn 13,8!
17 et dixit ad eam Holofernis
bibe nunc et accumbe in iucunditate 12
quoniam gratiam invenisti coram me
18 et dixit Iudith
bibam domine quoniam magnificata est anima mea hodie prae omnibus diebus meis
19 et accepit et manducavit et bibit coram ipso
ea quae paraverat illi ancilla eius
20 et iucundus factus est Holofernis ad illam

12,2 respondit iudith et KΦc | praecepisti AKS | 4 uiuat C | faciet CS | in tabernaculum ASΦc | quo] quod Ac | 5 ei] illi AK | copia] fiducia AK. | 6 ad adorandum AKΦc | 7 in fonte c | 8 orabat + ad A | 9 in tabernaculo AKΦc | in uesperum C ΣΦ; in uespere c.; uesperi K. | 10 in quarto c.; in quarta A.; quarta K | eunuchum + suum c | mecum] nobiscum AK | 11 inmunes S.; inmunem K.; inmune CΣ. | ~ ab eo transeat c | 12 et[2]] ut c. | in] cum AK | 17 ~ inuenisti gratiam Kc | 20 illam] eam c |

AC ΣKSΦ cr

bibitque vinum nimis multum quan-
tum numquam biberat in vita sua
13 ut autem sero factum est
festinaverunt servi illius ad hospitia
sua
et conclusit Bagao ostia cubiculi et
abiit
2 erant autem omnes fatigati a vino
3 eratque Iudith sola in cubiculo
4 porro Holofernis iacebat in lecto ni-
mia ebrietate sopitus
5 dixitque Iudith puellae suae ut staret
foras ante cubiculum et observaret
6 stetitque Iudith ante lectum orans
cum lacrimis
et labiorum motu in silentio 7 dicens
confirma me Domine Deus Israhel
et respice in hac hora ad opera ma-
nuum mearum
IV Rg 19,34! ut sicut promisisti Hierusalem civi-
tatem tuam erigas
12,4 et hoc quod credens per te posse fieri
cogitavi perficiam
8 et haec cum dixisset accessit ad co-
lumnam quae erat ad caput lectuli
eius
et pugionem eius qui in ea ligatus
pendebat exsolvit
9 cumque evaginasset illud adprehen-
dit comam capitis eius et ait
confirma me Domine Deus Israhel
in hac hora
16,11 10 et percussit bis in cervicem eius et
Ps 151,7 abscidit caput eius
16,23 et abstulit conopeum eius a colum-
nis
et evolvit corpus eius truncum
11 et post pusillum exivit
et tradidit caput Holofernis ancillae
suae
et iussit ut mitteret illud in peram
suam
12 et exierunt duae secundum consue-
tudinem suam quasi ad orationem
et transierunt castra
et gyrantes vallem venerunt ad por-
tam civitatis
13 et dixit Iudith a longe custodibus
murorum
aperite portas quoniam nobiscum Ps 117,19
est Deus qui fecit virtutem in Isra-
hel
14 et factum est cum audissent viri vo-
cem eius
vocaverunt presbyteros civitatis
15 et concurrerunt ad eam omnes a mi-
nimo usque ad maximum
quoniam speraverunt eam iam non
esse venturam
16 et accendentes luminaria
congyraverunt circa eam universi
illa autem ascendens in eminentiori
loco iussit fieri silentium
cumque omnes tacuissent 17 dixit Iu-
dith
laudate Dominum Deum nostrum Dn 13,60
qui non deseruit sperantes in se
18 et in me ancillam suam adimplevit Lc 1,54.55!
misericordiam suam quam promi-
sit domui Israhel
et interfecit in manu mea hostem po-
puli sui in hac nocte
19 et proferens de pera caput Holofer-
nis ostendit illis dicens
ecce caput Holofernis principis mili-
tiae Assyriorum
et ecce conopeum illius in quo recum- 10,19
bebat in ebrietate sua
ubi et per manum feminae percussit 9,15! 16,7! Idc 9,53!
illum Dominus Deus noster
20 vivit autem ipse Dominus quoniam
custodivit me angelus eius Tb 5,20.21!
et hinc euntem et ibi commorantem
et inde huc revertentem
et non permisit me ancillam suam
Dominus coinquinari

AC ΣKSΦ cr
20 nimis *om.* AK; ~ multum nimis Φ c ‖ **13,**5 foris c | 6 lectulum AK | 8 ~ cum haec K c | 9 illum AK c | confirma] conforta AK | israhel *om.* Φ c | 10 corporis CΣ. | eius[4] *om.* AK. | 12 duae *om.* AK. | 15 sperauerant S; sperabant c | 16 in eminentiorem locum K c | 18 ancilla sua c | adimpleui S.; impleuit CΣ. | suam[2] *om.* A | in[3] *om.* c. | 19 et[2] *om.* CΣ | ubi et] ubi S c; obiit CΣ. | 20 ~ dominus ancillam suam ΣK c |

sed sine pollutione peccati
revocavit me vobis gaudentem in victoria sua in evasione mea in liberatione vestra
1 Par 16,34! 21 confiteamur illi omnes quoniam bonus quoniam in saeculum misericordia eius
22 universi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam
benedixit te Dominus in virtute sua
Ps 14,4; 58,9! 59,14 quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros
23 porro Ozias princeps populi Israhel dixit ad eam
31; Idc 5,24! Ps 113,23 benedicta es tu filia a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram
Gn 1,1! II Par 2,12 24 benedictus Dominus qui creavit caelum et terram
qui te direxit in vulnere capitis principis inimicorum nostrorum
25 quia hodie nomen tuum ita magnificavit
ut non recedat laus tua de ore hominum
qui memores fuerint virtutis Domini in aeternum
pro quibus non pepercisti animae tuae propter angustias et tribulationem generis tui
sed subvenisti ruinae ante conspectum Dei nostri
15,12; Ps 105,48 26 et dixit omnis populus fiat fiat
27 porro Achior vocatus venit et dixit ei
Deus Israhel cui tu testimonium dedisti quod ulciscatur de inimicis suis
ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea
28 ut probes quia ita est
ecce caput Holofernis qui in contemptu superbiae suae Deum Israhel contempsit
et tibi interitum minabatur dicens
cum captus fuerit populus Israhel
gladio perforari praecipiam . latera tua 6,4
29 videns autem Achior caput Holofernis
angustiatus prae pavore cecidit in faciem suam super terram et aestuavit anima eius
30 postea vero quam resumpto spiritu recreatus est
procidit ad pedes eius et adoravit eam et dixit
31 benedicta tu Deo tuo in omni tabernaculo Iacob 23!
quoniam in omni gente quae audierit nomen tuum
magnificabit Deum Israhel super te
14 dixit autem Iudith ad omnem populum
audite me fratres
suspendite caput hoc super muros nostros 7
2 et erit cum exierit sol accipiat unusquisque arma sua et exite cum impetu
non ut descendatis deorsum sed quasi impetum facientes
3 tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam 8
4 cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis
et invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum
decidet super eos timor
5 cumque cognoveritis fugere illos
ite post illos securi
quoniam Dominus conteret eos sub

20 mea + et AΣc | 21 confitemini SΦc | 22 quia] qui AKS | redigit AKS | 24 in uulnera AΦc | principis *om.* AK. | 25 quia] qui AK | ita *om.* CΣ. | hominis AK. | uirtutes ASΦ | domini] tuae CΣ. | tribulationes AKS | 27 ei + iudith Sc | tu *om.* CΣS | ulciscatur + se AKc | in[1] *om.* Kc. | 28 ut] et ut Ac | 29 suam *om.* AK. | 31 tu + a AKSc | magnificauit AKS; magnificabitur c | deus Sc | ~ super te deus israel c || **14**,1 fratres + et AS | 5 illos[1]] eos c | illos[2]] eos CΣ | dominus] deus C; + noster K | eos] illos C |

AC ΣKSΦ cr

pedibus vestris
6,18 [6]tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Israhel
relicto gentilitatis ritu credidit Deo
Gn 17,24 et circumcidit carnem praeputii sui
et adpositus est ad populum Israhel
et omnis successio generis eius usque in hodiernum diem
[7]mox autem ut ortus est dies
1,2 suspenderunt super muros caput Holofernis
accepitque unusquisque vir arma sua
et egressi sunt cum grandi strepitu et ululatu
3 [8]quod videntes exploratores ad tabernaculum cucurrerunt
[9]porro hii qui in tabernaculo erant venientes et ante ingressum cubiculi perstrepentes
excitandi gratia inquietudinem arte moliebantur
ut non ab excitantibus sed a sonantibus Holofernis evigilaret
[10]nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrando aperire
[11]sed cum venissent duces eius et tribuni
et universi maiores exercitus Assyriorum
dixerunt cubiculariis
[12]intrate et excitate illum
quoniam egressi mures de cavernis suis
ausi sunt provocare ad proelium
[13]tunc ingressus Bagao cubiculum eius
stetit ante cortinam et plausum fecit manibus suis
suspicabatur enim illum cum Iudith dormire
[14]sed cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet
accessit proximans ad cortinam
et elevans eam videns iacens cadaver absque capite Holofernis Idc 3,25
in suo sanguine tabefactum iacere super terram
et clamavit voce magna cum fletu et scidit vestimenta sua
[15]et ingressus tabernaculum Iudith non invenit eam
et exilivit foras ad populum [16]et dixit
una mulier hebraea fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor
ecce enim Holofernis iacet in terra et caput ipsius non est in illo
[17]quod cum audissent principes virtutis Assyriorum
sciderunt omnes vestimenta sua
et intolerabilis timor et tremor cecidit super eos Iob 4,14; Ps 47,6.7; 54,5.6
et turbati sunt animi eorum valde Ps 6,4
[18]et factus est clamor inconparabilis in media castra eorum 16,13

15 cumque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset
fugit mens et consilium ab eis
et solo tremore et metu agitati fugae praesidium sumunt
[2]ita ut nullus loqueretur cum proximo suo
sed inclinato capite relictis omnibus
evadere Hebraeos quos armatos venire super se audierant
fugientes per vias camporum et semitas collium
[3]videntes itaque filii Israhel fugientes illos
descenderunt clangentes tubis et ululantes post ipsos
[4]et quoniam Assyrii non adunati in

(L)AC ΣKSΦ cr 6 populum] dominum deum AK | 8 tabernaculum + holofernis c | 9 inquietudine CΣK | 10 inpulsando AKS | 11 ~ eius duces c | et[1]] ac c. | exercitus + regis c | 12 prouocare + nos Φ c | 13 [*iterum adest* L] | 14 sensus AS | uidensque c; uidit CΣKS | iacens] iacere S.; *om.* Φ c | et clamauit] exclamauit ΣΦ c | et excidit AK | 16 ipsius] eius c | 18 in medio castrorum eorum c. || **15**,2 euadere + festinabant c. | ~ super se uenire AK c | audiebant AK c; + conarentur CΣ | collium] callium KS; uallium CΣ | 3 fugientes + secuti sunt c | descenderuntque clangentes c.; descendentes clangentesque Φ |

fuga ibant praecipites
filii autem Israhel uno agmine persequentes
debilitabant omnes quos invenire potuissent
5 misitque Ozias nuntios per omnes civitates et regiones Israhel
6 omnis itaque regio omnisque urbs electam iuventutem misit armatam post eos
et persecuti sunt eos in ore gladii
quousque pervenirent ad extremitatem finium suarum
7 reliqui autem qui erant in Bethulia
ingressi sunt castra Assyriorum
et praedam quam fugientes Assyrii reliquerant abstulerunt
et honestati sunt valde
8 hii vero qui victores reversi sunt ad Bethuliam
omnia quaeque erant illorum abstulerunt secum
ita ut non esset numerus in pecoribus in iumentis et universis mobilibus eorum
ut a minimo usque ad magnum
omnes divites fierent de praedationibus eorum
9 Ioachim autem summus pontifex de Hierusalem venit in Bethuliam
cum universis presbyteris suis ut videret Iudith
10 quae cum exisset ad illum
benedixerunt illam omnes una voce dicentes
tu gloria Hierusalem
tu laetitia Israhel
tu honorificentia populi nostri
Ps 26,14! 11 quia fecisti viriliter et confortatum est cor tuum
eo quod castitatem amaveris
et post virum tuum alterum non scieris
ideo et manus Domini confortavit te
et ideo eris benedicta in aeternum
12 et dixit omnis populus fiat fiat 13,26!
13 per dies autem triginta vix collecta est spolia Assyriorum a populo Israhel
14 porro autem universa quae Holofernis peculiaria fuisse probata sunt 10,23
dederunt Iudith
in auro et argento et vestibus et gemmis et omni supellectile
et tradita sunt illi omnia a populo
15 et omnes populi gaudebant cum mulieribus et virginibus et iuvenibus in organis et citharis
16 tunc cantavit canticum hoc Domino Iudith dicens Ex 15,1!
2 incipite Domino in tympanis Ps 150,4!
cantate Deo in cymbalis Ps 150,5
modulamini illi psalmum novum 15; Ps 32,3; 95,1! 97,1!
exaltate et invocate nomen eius
3 Dominus conterens bella Dominus nomen est illi 9,10; Ex 15,3 LXX; Ps 45,10!
4 qui posuit castra sua in medio populi sui Lv 26,11!
ut eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum
5 venit Assur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis suae
cuius multitudo obturavit torrentes Idc 5,21
et equi eorum cooperuerunt valles
6 dixit se incensurum fines meos
et iuvenes meos occisurum gladio
infantes meos dare in praedam et virgines in captivitatem
7 Dominus autem omnipotens nocuit eum et tradidit eum in manus fe- 9,15! 13,19; Idc 4,9

4 in fuga LCr] in fugam *cet.* | 5 misit quoque CΣ.; misit itaque c; misit K | 6 urbis LAKS | ~ armatam misit c | peruenissent AKS | suorum CΣc | 7 reliquerunt C | honestati] onustati Φc | 8 omnia *om.* CΣ. | quaeque] quae AKSc | attulerunt c. | in²] et Ac; et in K | et] in L.; et in CΣr | ad magno L; ad maximum c | de depraedationibus A | 9 uiderent L | 10 illam] eam c. | 11 non scieris] nescieris Φc | ~ et ideo AK | ideo²] a deo L.; propter hoc AS | 13 est] sunt AKΦc | 14 illi *om.* L.; ~ omnia illi c | 15 omnis populus gaudebat AKS | et⁴ + in LS || 16,2 deo] domino AKc | 5 ex] rex a CΣ. | cooperunt L | 6 occisurum Acr] occisurus ΣK; occisuros *cet.* | in gladio A |

LAC ΣKSΦ cr

minae
et confudit eum
8 non enim cecidit potens eorum a iuvenibus
nec filii Titan percusserunt eum
nec excelsi gigantes inposuerunt se illi
11; 8,1; 9,13; 10,17 sed Iudith filia Merari in specie faciei suae dissolvit eum
10,2 9 exuit enim se vestimenta viduitatis
Sir 6,32! et induit se vestimenta laetitiae
in exultatione filiorum Israhel
10,3 10 unxit faciem suam unguento
conligavit cincinnos suos mitra ad decipiendum illum
11 sandalia eius rapuerunt oculos eius
8; 9,13; 10,17 pulchritudo eius captivam fecit animam eius
13,10 amputavit pugione cervicem eius
12 horruerunt Persae constantiam eius et Medi audaciam eius
14,18 13 tunc ululaverunt castra Assyriorum
quando apparuerunt humiles mei arescentes in siti
14 filii puellarum conpunxerunt eos et sicut pueros fugientes occiderunt eos
perierunt in proelio a facie Domini mei
15 hymnum cantemus Domino
2! hymnum novum cantemus Deo nostro
Ps 88,9 16 Adonai Domine magnus es tu et praeclarus in virtute et quem superare nemo potest
17 tibi serviat omnis creatura tua
Est 13,9! quia dixisti et facta sunt
Ps 32,9; 103,30; 148,5 misisti spiritum tuum et creata sunt
et non est qui resistat voci tuae
II Sm 22,8! IV Esr 16,12 18 montes a fundamentis movebuntur cum aquis
petrae sicut cera liquescent ante faciem tuam Ps 96,5!
19 qui autem timent te magni erunt apud te prae omnia
20 vae genti insurgenti super genus meum
Dominus enim omnipotens vindicabit in eis Dt 32,43! Ier 51,56
in die iudicii visitabit illos
21 dabit enim ignem et vermes in carnes eorum Sir 7,19; Is 66,24!
ut urantur et sentiant usque in sempiternum
22 et factum est post haec omnis populus post victoriam venit ad Hierusalem adorare Dominum
et mox ut purificati sunt obtulerunt omnes holocausta et vota et repromissiones suas
23 porro Iudith universa vasa bellica Holofernis quae dedit illi populus 15,14
et conopeum quod ipsa sustulerat in anathema oblivionis 13,10
24 erat autem populus iucundus secundum faciem sanctorum
et per tres menses gaudium huius victoriae celebratum est cum Iudith
25 post dies autem illos unusquisque rediit in sua
et Iudith magna facta est in Bethulia
et praeclarior erat universae terrae Israhel
26 erat etiam virtuti castitatis adiuncta
ita ut non cognosceret virum omnibus diebus vitae suae
ex quo defunctus est Manasses vir eius
27 erat autem diebus festis procedens cum gloria magna
28 mansit autem in domo viri sui annos centum quinque

LAC ΣKSΦ cr 7 confodit Cc; confodiuit Σ. | 8 inposuerunt] opposuerunt c. | 9 se[1] *om.* A | uestimento[1] c; uestimentis AKS | uestimento[2] c; ueste AKS | in exultationem A | 10 unguento + et c | in mitra AK.; + accepit stolam nouam ASc | 11 pugionem LAΦ | 14 domini dei mei c. | 16 uirtute + tua c | 17 tua *om.* L | 19 prae] per Kc; *om.* A. | 20 uindicauit LΣKS | uisitauit LAΣKS | illos] in uos AK. | 22 ad] in AKSc | adorare] orare CΣ. | 23 uasa *om.* LΣ | sustulerat + de cubili ipsius obtulit c. | obliuionis] oblationis r. | 25 in sua] in domum suam c | magna facta] magnificata AK | 26 castitas c | 27 autem + in L | ~ magna gloria c | 28 annis CΣ |

et dimisit abram suam liberam
et defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethuliam
Gn 50,10; I Sm 25,1! Sir 22,13 [29]luxitque illam omnis populus diebus septem
[30]in omni autem spatio vitae eius non fuit qui perturbaret Israhel
et post mortem eius annis multis
[31]dies autem victoriae huius festivitatem ab Hebraeis Est 16,22!
in numero dierum sanctorum accepit
et colitur a Iudaeis ex illo tempore usque in praesentem diem

EXPLICIT LIBER IUDITH

28 in bethulia AKS c | 31 festiuitatis Φ c | in numerum L | dierum *om.* L; ~ sanctorum dierum c | accipit L.; accipitur Φ c || LAC ΣKSΦ cr

INCIPIT PROLOGUS HESTER

Librum Hester variis translatoribus constat esse vitiatum. Quem ego de archivis Hebraeorum elevans verbum e verbo pressius transtuli. Quem librum editio vulgata laciniosis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quae ex tempore dici poterant et audiri, sicut solitum est scolaribus disciplinis sumpto themate excogitare, quibus verbis uti potuit qui iniuriam passus est vel ille qui iniuriam fecit.

Vos autem, o Paula et Eustochium, quoniam et bibliothecas Hebraeorum studuistis intrare et interpretum certamina conprobastis, tenentes Hester hebraicum librum, per singula verba nostram translationem aspicite, ut possitis agnoscere me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in hebraeo habetur, historiam hebraicam latinae linguae tradidisse. Nec affectamur laudes hominum nec vituperationes expavescimus. Deo enim placere curantes minas hominum penitus non time-
Ps 52,6 mus, quoniam «dissipat Deus ossa eorum qui hominibus placere desiderant» et secundum
Gal 1,10 Apostolum qui huiusmodi sunt «servi Christi esse non possunt». EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER HESTER

8,9; 13,1; 16,1 In diebus Asueri qui regnavit ab
III Esr 3,2 India usque Aethiopiam super
centum viginti septem provincias
2 quando sedit in solio regni sui
Susa civitas regni eius exordium fuit
3 tertio igitur anno imperii sui
2,18; Gn 40,20! Dn 5,1 fecit grande convivium cunctis principibus
et pueris suis fortissimis Persarum et Medorum
inclitis et praefectis provinciarum
coram se
4 ut ostenderet divitias gloriae regni sui
ac magnitudinem atque iactantiam potentiae suae multo tempore
centum videlicet et octoginta diebus
5 cumque implerentur dies convivii
invitavit omnem populum qui inventus est Susis
a maximo usque ad minimum
et septem diebus iussit convivium praeparari in vestibulo horti et nemoris
quod regio cultu et manu consitum

AC ΣΛΚΦ cr **Prologus.** *Citantur* AC *et* ΣΛΚΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem in librum esther praefatio c | 1 librum *om.* CΣ. | translationibus CΣ | archiuiis c. | 2 releuans ΛΚΦ c (*ed.* 1593); reuelans c(*ed.* 1598) | expressius A c | 3 finibus ΛΚΦ c(*ed.* 1598); sinibus c(*ed.* 1593). | 5 ille *om.* c. | 7 autem *om.* CΣ. | 10 historia hebraica ACΣ | 11 affectamus ΛΚΦ c | 13 ~ deus dissipat c | 14 huiuscemodi CΣ.; eiusmodi c | possunt ACΣ r] + rufini (rursum c) in libro hester. alfabetum ex minio usque ad thetam (teth c.) litteram fecimus diuersis in locis, uolentes scilicet septuaginta interpretum ordinem per haec (hoc c.) insinuare studioso lectori. nos enim iuxta morem hebraicum ordinem persequi (prosequi c) etiam in septuaginta editione maluimus ΛΚΦ c ||

LAG CΣΛΚSΦ cr **Hester.** *Citantur* LAG(= N *apud* r) *et* CΣΛΚS(= U *apud* r)Φ *ac* cr. *Tit.* liber esther c || 1,1 in] *praem.* 𝔊 *quae infra* 11,2—12,6 *habentur* | 2 susan c. | 5 conplerentur ACΣ. | in susis K; in susan c. | ~ iussit septem diebus c |

erat
[6]et pendebant ex omni parte tentoria aerii coloris et carpasini et hyacinthini
sustentata funibus byssinis atque purpureis
qui eburneis circulis inserti erant et columnis marmoreis fulciebantur
lectuli quoque aurei et argentei super pavimentum zmaragdino et pario stratum lapide dispositi erant
quod mira varietate pictura decorabat
[7]bibebant autem qui invitati erant aureis poculis
et aliis atque aliis vasis cibi inferebantur
vinum quoque ut magnificentia regia dignum erat
abundans et praecipuum ponebatur
[8]nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum
sed sic rex statuerat praeponens mensis singulos de principibus suis
ut sumeret unusquisque quod vellet
[9]Vasthi quoque regina fecit convivium feminarum
in palatio ubi rex Asuerus manere consueverat
[10]itaque die septimo cum rex esset hilarior
et post nimiam potionem incaluisset mero
praecepit Mauman et Bazatha et Arbona et Bagatha et Abgatha et Zarath et Charchas
7,9
septem eunuchis qui in conspectu eius ministrabant
[11]ut introducerent reginam Vasthi coram rege
2,17; 6,8; 8,15; Ps 20,4! posito super caput eius diademate
et ostenderet cunctis populis et principibus illius pulchritudinem
erat enim pulchra valde II Sm 11,2!
[12]quae rennuit et ad regis imperium quod per eunuchos mandaverat venire contempsit
unde iratus rex et nimio furore succensus
[13]interrogavit sapientes qui ex more regio semper ei aderant
et illorum faciebat cuncta consilio scientium leges ac iura maiorum
[14]erant autem primi et proximi
Charsena et Sethar et Admatha et Tharsis et Mares et Marsana et Mamucha
septem duces Persarum atquc Medorum qui videbant faciem regis I Esr 7,14
et primi post eum residere soliti erant
[15]cui sententiae Vasthi regina subiaceret
quae Asueri regis imperium quod per eunuchos mandaverat facere noluisset
[16]responditque Mamuchan audiente rege atque principibus
non solum regem laesit regina Vasthi sed omnes principes et populos
qui sunt in cunctis provinciis regis Asueri
[17]egredietur enim sermo reginae ad omnes mulieres ut contemnant viros suos et dicant
rex Asuerus iussit ut regina Vasthi intraret ad eum et illa noluit
[18]atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum parvipendent imperia maritorum
unde regis iusta est indignatio
[19]et si tibi placet egrediatur edictum a facie tua 8,8
et scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum Dn 6,8.12.15
quam praeteriri inlicitum est

6 et[3]] ac c. | hyacinthinis LKΦ | pario] uario AK | depositi A; posite S | 8 sic] sicut c. | 9 consuerat AG. | 10 potationem c | zarath] zethar c. | 11 et[1]] ut c | ~ pulchritudinem illius c. | enim] autem AK | 13 consilia L | 16 respondit AK | sed + et Φc | ~ populos et principes c. | 17 enim] ergo L | 18 omnes *om.* AK | 19 et si] ut si KS; si LΦc |

LAG CΣΛKSΦ cr

ut nequaquam ultra Vasthi ingredia-
tur ad regem
sed regnum illius altera quae melior
illa est accipiat
20 et hoc in omne quod latissimum est
provinciarum tuarum divulgetur
imperium
et cunctae uxores tam maiorum quam
minorum deferant maritis suis
Gn 41,37 21 placuit consilium eius regi et princi-
pibus
fecitque rex iuxta consultum Mamu-
chan
3,12; 8,9 22 et misit epistulas ad universas pro-
vincias regni sui
ut quaeque gens audire et legere pot-
erat diversis linguis et litteris
esse viros principes ac maiores in do-
mibus suis
et hoc per cunctos populos divulgari
2 his itaque gestis postquam regis Asu-
eri deferbuerat indignatio
recordatus est Vasthi et quae fecisset
vel quae passa esset
III Rg 1,2 2 dixeruntque pueri regis ac ministri
eius
quaerantur regi puellae virgines ac
speciosae
III Rg 1,3 3 et mittantur qui considerent per uni-
versas provincias puellas speciosas
et virgines
8 et adducant eas ad civitatem Susan
et tradant in domum feminarum sub
15 manu Aegaei eunuchi
qui est praepositus et custos mulie-
rum regiarum
et accipiant mundum muliebrem et
cetera ad usus necessaria
4 et quaecumque inter omnes oculis
regis placuerit ipsa regnet pro Vasthi
placuit sermo regi et ita ut suggesse-
rant iussit fieri

5 erat vir iudaeus in Susis civitate vo-
cabulo Mardocheus 11,2
filius Iair filii Semei filii Cis de stirpe
Iemini
6 qui translatus fuerat de Hierusalem
eo tempore quo Iechoniam regem 11,4; IV Rg 24,15! II Par 36,10!
Iuda Nabuchodonosor rex Baby-
lonis transtulerat
7 qui fuit nutricius filiae fratris sui 15,2
Edessae
quae altero nomine Hester vocabatur
et utrumque parentem amiserat
pulchra nimis et decora facie I Sm 16,12!
mortuisque patre eius ac matre Mar- 15
docheus sibi eam adoptavit in filiam
8 cumque percrebuisset regis imperi-
um
et iuxta mandata illius multae virgi-
nes pulchrae adducerentur Susan 3
et Aegaeo traderentur eunucho
Hester quoque inter ceteras puellas
ei tradita est
ut servaretur in numero feminarum
9 quae placuit ei et invenit gratiam in
conspectu illius ut adceleraret mun-
dum muliebrem
et traderet ei partes suas
et septem puellas speciosissimas de
domo regis
et tam ipsam quam pedisequas eius
ornaret atque excoleret
10 quae noluit indicare ei populum et
patriam suam
Mardocheus enim praeceperat ut de
hac re omnino reticeret
11 qui deambulabat cotidie ante vesti-
bulum domus
in qua electae virgines servabantur
curam agens salutis Hester
et scire volens quid ei accideret
12 cum autem venisset tempus singula-
rum per ordinem puellarum ut in-

LAG ΣΛKSΦ cr 19 illa *om.* CΣ; ~ est illa c | 20 in omne] nomine ΛK; omne G. | minorum + honorem Λ | suis + honorem ΣΦc | 21 consultum] consilium CΣΛSΦc || **2**,1 itaque] ita ΛGΛ Φc | ~ indignatio deferbuerat c | quae² *om.* ΛK | 3 tradant + eas c | accipiat L | 5 et erat LS | in susan c. | ciuitatem GK | 7 ~ uocabatur esther c | 8 mandatum c | ~ pulchrae uirgines c | 9 illius + et praecepit eunucho Λc | 10 ~ ei indicare GΦ | praeceperat + ei c | 11 in qua lectae GC. | acciderit ACΣK; acciderat G.; accederet LAS |

trarent ad regem
expletis omnibus quae ad cultum
muliebrem pertinebant
mensis duodecimus vertebatur
ita dumtaxat ut sex menses oleo un-
guerentur myrtino
et aliis sex quibusdam pigmentis et
aromatibus uterentur
13 ingredientesque ad regem quicquid
postulassent ad ornatum pertinens
accipiebant
et ut eis placuerat conpositae de tri-
clinio feminarum ad regis cubicu-
lum transiebant
14 et quae intraverat vespere egredie-
batur mane
atque inde in secundas aedes dedu-
cebatur
quae sub manu Sasagazi eunuchi
erant qui concubinis regis praesi-
debat
nec habebat potestatem ad regem
ultra redeundi
nisi voluisset rex et eam venire iussis-
set ex nomine
15 evoluto autem tempore per ordinem
instabat dies
9,29 quo Hester filia Abiahil fratris Mar-
7 dochei quam sibi adoptaverat in fi-
liam
intrare deberet ad regem
quae non quaesivit muliebrem cul-
tum
3 sed quaecumque voluit Aegaeus eu-
nuchus custos virginum
haec ei ad ornatum dedit
Idt 10,4 erat enim formonsa valde
et incredibili pulchritudine omnium
oculis gratiosa et amabilis videbatur
16 ducta est itaque ad cubiculum regis
Asueri mense decimo
qui vocatur tebeth septimo anno
regni eius
17 et amavit eam rex plus quam omnes
mulieres
habuitque gratiam et misericordiam
coram eo super omnes mulieres
et posuit diadema regni in capite 1,11! 6,8
eius
fecitque eam regnare in loco Vasthi
18 et iussit convivium praeparari per- 1,3!
magnificum
cunctis principibus et servis suis pro
coniunctione et nuptiis Hester
et dedit requiem in universis provin-
ciis
ac dona largitus est iuxta magnifi-
centiam principalem
19 cumque et secundo quaererentur vir-
gines et congregarentur
Mardocheus manebat ad regis ia- 5,9.13; 6,10.12
nuam
20 necdumque prodiderat Hester pat-
riam et populum suum iuxta man-
datum eius
quicquid enim ille praecipiebat ob-
servabat Hester
et ita cuncta faciebat ut eo tempore
solita erat quo eam parvulam nut-
riebat
21 eo igitur tempore quo Mardocheus 21–23: 6,2; 12,1–4
ad regis ianuam morabatur
irati sunt Bagathan et Thares duo
eunuchi regis qui ianitores erant 3,2.3
et in primo palatii limine praeside-
bant
volueruntque insurgere in regem et
occidere eum
22 quod Mardocheum non latuit
statimque nuntiavit reginae Hester
et illa regi ex nomine Mardochei qui
ad se rem detulerat
23 quaesitum est et inventum
et adpensus uterque eorum in pati- 7,10! Gn 40,22!

12 sex mensibus c | myrrhino c. | alios AK | 14 deducebatur AΛ cr] deducebantur *cet.* | sub manus asagazi LCS | praesidebant GK | 15 quo] quod LΦ | adoptarat LG; optauerat A | ~ deberet intrare c | quacumque S.; quae AK | 17 et adamauit K c | super capite A.; super caput K | 18 magnificum L | in *om.* CΣS c | 19 et[1] *om.* Σ c | ianuas AS.; ~ ianuam regis c. | 20 necdum AKS c | 21 regis[2]] regii G.; regi Φ | in[1] *om.* Λ | 23 uterque eorum] *praem.* est c; + est Λ |

LAG CΣΛKSΦ cr

bulo
6,1; I Esr 4,15 mandatumque historiis et annalibus traditum coram rege
3 post haec rex Asuerus exaltavit
10; 9,24 Aman filium Amadathi
qui erat de stirpe Agag
5,11 et posuit solium eius super omnes principes quos habebat
2,21 2 cunctique servi regis qui in foribus palatii versabantur
Gn 41,43; II Par 29,30; Dn 6,10 flectebant genu et adorabant Aman
sic enim eis praeceperat imperator
5; 5,9; 13,12 solus Mardocheus non flectebat genu neque adorabat eum
2,21 3 cui dixerunt regis pueri qui ad fores palatii praesidebant
cur praeter ceteros non observas mandata regis
4 cumque hoc crebrius dicerent et ille nollet audire
nuntiaverunt Aman scire cupientes utrum perseveraret in sententia
dixerat enim eis se esse Iudaeum
5,9 5 quod cum audisset Aman et experimento probasset
2! quod Mardocheus non sibi flecteret genu nec se adoraret
iratus est valde
6 et pro nihilo duxit in unum Mardocheum mittere manus suas
audierat enim quod esset gentis iudaeae
12,6 magisque voluit omnem Iudaeorum qui erant in regno Asueri perdere nationem
7 mense primo cuius vocabulum est nisan
anno duodecimo regni Asueri missa
9,24.26 est sors in urnam
quae hebraice dicitur phur coram Aman

quo die et quo mense gens Iudaeorum deberet interfici
et exivit mensis duodecimus qui vocatur adar
8 dixitque Aman regi Asuero
est populus per omnes provincias 13,4
regni tui dispersus
et a se mutuo separatus
novis utens legibus et caerimoniis
insuper et regis scita contemnens
et optime nosti quod non expediat regno tuo ut insolescat per licentiam
9 si tibi placet decerne ut pereat
et decem milia talentorum adpen- 4,7
dam arcariis gazae tuae
10 tulit ergo rex anulum quo utebatur 8,2; Gn 41,42
de manu sua
et dedit eum Aman filio Amadathi 1; 9,24
de progenie Agag hosti Iudaeorum
11 dixitque ad eum argentum quod polliceris tuum sit
de populo age quod tibi placet
12 vocatique sunt scribae regis mense 12.13: 8,9.10
primo nisan tertiadecima die eius
et scriptum est ut iusserat Aman ad 1,22; I Esr 8,36!
omnes satrapas regis
et iudices provinciarum diversarumque gentium
ut quaeque gens legere poterat et audire pro varietate linguarum ex nomine regis Asueri
et litterae ipsius signatae anulo 13 missae sunt per cursores regis ad universas provincias
ut occiderent atque delerent omnes 8,11! 13,6
Iudaeos a puero usque ad senem parvulos et mulieres
uno die hoc est tertiodecimo mensis 8,12; 9,1!
duodecimi qui vocatur adar
et bona eorum diriperent

LAG CΣΛKSΦ cr 23 mandatumque + est c || 3,2 cunctisque G | genu[1]] genua ΛS c; genuam L. | eis *om.* L; ~ praeceperat eis K c | genu[2]] genua L | 3 ~ pueri regis S c | ad foras G | prae ceteros LS | mandatum c | 4 se *om.* G.; ~ esse se KS | 5 ~ sibi non flecteret L.; ~ non flecteret sibi c. | 6 duxit] dixit A | in[1]—mittere] ut in mardocheum unus mitteret L | 10 hostis A | 11 quod[1] + tu Λ c | 12 eius] eiusdem mensis Φ c; mensis eiusdem S | ~ signatae ipsius LSΦ c | 13 tertiodecimo + die LS | diriperent] *add.* 𝔊 *quae infra* 12,6—13,7 *leguntur* |

[14]summa autem epistularum haec fuit
ut omnes provinciae scirent et parare
rent se ad praedictam diem
[15]festinabant cursores qui missi erant
explere regis imperium
4,8; 8,14; 9,14 statimque in Susis pependit edictum
rege et Aman celebrante convivium
et cunctis qui in urbe erant flentibus
Gn 37,34! I Mcc 3,47! **4** quae cum audisset Mardocheus scidit
dit vestimenta sua
II Sm 13,19! Idt 4,16! Ier 6,26! et indutus est sacco spargens cinerem
rem capiti
et in platea mediae civitatis voce
magna clamabat
ostendens amaritudinem animi sui
[2]et hoc heiulatu usque ad fores palatii
gradiens
non enim erat licitum indutum sacco
aulam regis intrare
[3]in omnibus quoque provinciis oppidis
dis ac locis ad quae crudele regis
dogma pervenerat
9,31 planctus ingens erat apud Iudaeos
ieiunium ululatus et fletus
sacco et cinere multis pro strato
utentibus
[4]ingressae sunt autem puellae Hester
et eunuchi nuntiaveruntque ei
quod audiens consternata est
et misit vestem ut ablato sacco induerent
erent eum
quam accipere noluit
[5]accitoque Athac eunucho quem rex
ministrum ei dederat
praecepit ut iret ad Mardocheum et
disceret ab eo cur hoc faceret
[6]egressusque Athac ivit ad Mardocheum
cheum stantem in platea civitatis
ante ostium palatii
[7]qui indicavit ei omnia quae acciderant
rant
3,9 quomodo Aman promisisset
ut in thesauros regis pro Iudaeorum
nece inferret argentum
[8]exemplarque edicti quod pendebat 3,15!
in Susis dedit ei
ut reginae ostenderet et moneret eam 15,1
ut intraret ad regem
et deprecaretur eum pro populo suo 7,3
[9]regressus Athac nuntiavit Hester omnia
nia quae Mardocheus dixerat
[10]quae respondit ei et iussit ut diceret
Mardocheo
[11]omnes servi regis et cunctae quae
sub dicione eius sunt norunt provinciae
vinciae
quod sive vir sive mulier invocatus
interius atrium regis intraverit 5,1!
absque ulla cunctatione statim interficiatur
ficiatur
nisi forte rex auream virgam ad eum 5,2; 8,4
tetenderit pro signo clementiae
atque ita possit vivere
ego igitur quomodo ad regem intrare
trare potero
quae triginta iam diebus non sum
vocata ad eum
[12]quod cum audisset Mardocheus
[13]rursum mandavit Hester dicens
ne putes quod animam tuam tantum
liberes
quia in domo regis es prae cunctis
Iudaeis
[14]si enim nunc silueris per aliam occasionem
casionem liberabuntur Iudaei
et tu et domus patris tui peribitis
et quis novit utrum idcirco ad regnum
num veneris ut in tali tempore parareris
rareris
[15]rursumque Hester haec Mardocheo
verba mandavit
[16]vade et congrega omnes Iudaeos II Mcc 13,12
quos in Susis reppereris et orate
pro me

14 scirent] susciperent K; susciperint A. | 15 ~ regis imperium explere c | in susan c. | cunctis + iudaeis Φ c || 4,1 est *om.* A | 2 aula A | 3 ad quae] ad quem Λ.; atque GK | crudelis LK | 4 ~ autem sunt c. | ~ uestem misit c | 5 praecepit + ei c. | 6 egressus AS. | in plateam LK. | 7 in thesauro AGCΣ | 8 exemplar quoque c | in susan c. | et[1]—suo] *in* 𝔊 *leguntur quae infra* 15,1—3 *habentur* | pro *om.* G | 11 inuocatus] non uocatus c | 13 quia] quod AK; quae CΣ. | 16 in susan c. |

LAG
CΣΛKSΦ
cr

non comedatis et non bibatis tribus diebus ac noctibus
et ego cum ancillulis meis similiter ieiunabo
et tunc ingrediar ad regem contra legem faciens invocata
tradensque me morti et periculo
13,7 [17]ivit itaque Mardocheus
et fecit omnia quae ei Hester praeceperat
15,4 **5** die autem tertio induta est Hester regalibus vestimentis
4,11; 6,4; 15,9 et stetit in atrio domus regiae
quod erat interius contra basilicam regis
at ille sedebat super solium in consistorio palatii contra ostium domus
[2]cumque vidisset Hester reginam stantem placuit oculis eius
4,11; 8,4 et extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu
quae accedens osculata est summitatem virgae eius
[3]dixitque ad eam rex
6! 7,2 quid vis Hester regina
quae est petitio tua
etiam si dimidiam regni partem petieris dabitur tibi
[4]at illa respondit
8! si regi placet obsecro ut venias ad me hodie et Aman tecum ad convivium quod paravi
7,1.2 [5]statimque rex vocate inquit cito Aman ut Hester oboediat voluntati
venerunt itaque rex et Aman ad convivium quod eis regina paraverat
[6]dixitque ei rex postquam vinum biberat abundanter
3; Mc 6,23 quid petis ut detur tibi et pro qua re postulas
etiam si dimidiam partem regni mei petieris inpetrabis
[7]cui respondit Hester
petitio mea et preces istae sunt
[8]si inveni gratiam in conspectu regis 7,3; 8,5
et si regi placet ut det mihi quod postulo et meam impleat petitionem I Esr 7,6!
veniat rex et Aman ad convivium quod paravi eis 4,12; 6,14
et cras regi aperiam voluntatem meam
[9]egressus est itaque illo die Aman laetus et alacer
cumque vidisset Mardocheum sedentem ante fores palatii 3,5 13; 2,19!
et non solum non adsurrexisse sibi 3,2!
sed nec motum quidem de loco sessionis suae
indignatus est valde
[10]et dissimulata ira reversus in domum suam
convocavit ad se amicos et Zares uxorem suam 6,13
[11]et exposuit illis magnitudinem divitiarum suarum filiorumque turbam
et quanta eum gloria super omnes principes et servos suos rex elevasset 3,1
[12]et post haec ait
regina quoque Hester nullum alium vocavit cum rege ad convivium praeter me 8!
apud quam etiam cras cum rege pransurus sum
[13]et cum haec omnia habeam nihil me habere puto
quamdiu videro Mardocheum Iudaeum sedentem ante fores regias 9; 2,19!
[14]responderuntque ei Zares uxor eius et ceteri amici
iube parari excelsam trabem habentem altitudinem quinquaginta cu- 7,9

LAG CΣΛKSΦ cr

16 non[2] *om.* A | ac] et K c; + tribus LCΣΛK cr | ancillulis LΛΦr] ancillis *cet.* | inuocata] non uocata AΛ c | 17 praeceperat] *add.* 𝔊 *quae infra* 13,8—14,19 *exhibentur* || 5,1 die—2 eius] *in* 𝔊 *leguntur quae infra* 15,4—19 *praebentur* | solium + suum SΦ c | 3 regni mei partem AK; partem regni c; partem regni mei Σ | 5 eis] ei GCΣ. | 7 ~ sunt istae c | 8 ~ in conspectu regis gratiam c. | et[2]] ut AΛK | ~ aperiam regi c | 9 est[1] *om.* LA. | ~ aman illo die AΣK | sedentem *om.* G. | nec] ne GCΣΛS | motu GS. | 10 amicos + suos L c | 12 ~ ad conuiuium cum rege c | 13 me habere me S.; habere me A. | 14 altitudinem LCΣKr] altitudinis *cet.* ||

bitos
6,4 et dic mane regi ut adpendatur super
eam Mardocheus
et sic ibis cum rege laetus ad convi-
vium
placuit ei consilium et iussit excel-
sam parari crucem
6 noctem illam rex duxit insomnem
2,23; I Esr 4,15 iussitque adferri sibi historias et an-
nales priorum temporum
qui cum illo praesente legerentur
2,21–23; 12,1–4 2 ventum est ad eum locum ubi
scriptum erat
quomodo nuntiasset Mardocheus
insidias Bagathan et Thares eunu-
chorum
regem Asuerum iugulare cupientium
3 quod cum rex audisset ait
quid pro hac fide honoris ac praemii
Mardocheus consecutus est
dixeruntque ei servi illius ac ministri
nihil omnino mercedis accepit
4 statimque rex quis est inquit in atrio
5,1! Aman quippe interius atrium domus
regiae intraverat
5,14; 7,9 ut suggereret regi et iuberet Mar-
docheum adfigi patibulo quod ei
fuerat praeparatum
5 responderunt pueri Aman stat in
atrio
dixitque rex ingrediatur
6 cumque esset ingressus ait illi
quid debet fieri viro quem rex hono-
rare desiderat
cogitans Aman in corde suo et repu-
tans quod nullum alium rex nisi se
vellet honorare 7 respondit
homo quem rex honorare cupit 8 de-
8,9; 11; 8,15 bet indui vestibus regiis
et inponi super equum qui de sella
regis est
1,11! 2,17 et accipere regium diadema super
caput suum

9 et primus de regis principibus ac ty-
rannis teneat equum eius
et per plateam civitatis incedens cla-
met ac dicat
sic honorabitur quemcumque rex
voluerit honorare
10 dixitque ei rex festina et sumpta stola
et equo
fac ita ut locutus es Mardocheo Iu-
daeo qui sedet ante fores palatii 2,19!
cave ne quicquam de his quae locu-
tus es praetermittas
11 tulit itaque Aman stolam et equum 8,9
indutumque Mardocheum in platea
civitatis et inpositum equo praece-
debat atque clamabat
hoc honore condignus est quemcum-
que rex voluerit honorare
12 reversus est Mardocheus ad ianuam 2,19
palatii
et Aman festinavit ire in domum su-
am lugens et operto capite
13 narravitque Zares uxori suae et ami- 5,10
cis omnia quae evenissent sibi
cui responderunt sapientes quos ha-
bebat in consilio et uxor eius
si de semine Iudaeorum est Mardo-
cheus ante quem cadere coepisti
non poteris ei resistere sed cades in
conspectu eius
14 adhuc illis loquentibus
venerunt eunuchi regis et cito eum 5,8!
ad convivium quod regina parave-
rat pergere conpulerunt
7 intravit itaque rex et Aman ut bibe- 1,2; 5,5.6!
rent cum regina
2 dixitque ei rex etiam in secundo die
postquam vino incaluerat
quae est petitio tua Hester ut detur 5,3!
tibi
et quid vis fieri
etiam si dimidiam regni mei partem
petieris inpetrabis

6,1 ~ duxit rex c | ~ sibi afferri c | qui] quae CΣc | 2 eum] illum c | 3 ~ audisset rex c. | dixerunt c. | ei *om.* AKS | 4 et] ut AKΦ | 6 cogitans + autem Kc | ~ in corde suo aman c. | 8 regiis] regis G | 9 regiis GCΣSΦc | ac²] et ΣSΦc | ~ uoluerit rex c | 10 ita] itaque Σ.; *om.* KSΦc | 12 reuersusque CΣc | 13 ante quem] antequam LΣK || 7,2 in *om.* c. | secunda Φc | uinum AS. | ~ partem regni mei Sc |

LAG CΣΛKSΦ cr

3 ad quem illa respondit
5,8 si inveni gratiam in oculis tuis o rex
et si tibi placet
dona mihi animam meam pro qua
rogo
4,8! et populum meum pro quo obsecro
4 traditi enim sumus ego et populus
meus ut conteramur iugulemur et
pereamus
atque utinam in servos et famulas
venderemur
esset tolerabile malum et gemens ta-
cerem
nunc autem hostis noster est cuius
crudelitas redundat in regem
5 respondensque rex Asuerus ait
quis est iste et cuius potentiae ut
haec audeat facere
6 dixit Hester
hostis et inimicus noster pessimus
iste est Aman
quod ille audiens ilico obstipuit
vultum regis ac reginae ferre non
sustinens
7 rex autem surrexit iratus
et de loco convivii intravit in hortum
arboribus consitum
Aman quoque surrexit ut rogaret
Hester reginam pro anima sua
intellexit enim a rege sibi paratum
malum
8 qui cum reversus esset de horto ne-
moribus consito et intrasset convi-
vii locum
repperit Aman super lectulum cor-
ruisse in quo iacebat Hester et ait
etiam reginam vult opprimere me
praesente in domo mea
necdum verbum de ore regis exierat
et statim operuerunt faciem eius
1,10 9 dixitque Arbona unus de eunuchis
qui stabant in ministerio regis
5,14; 6,4 en lignum quod paraverat Mardo-
cheo qui locutus est pro rege
stat in domo Aman habens altitudi-
nis quinquaginta cubitos
cui dixit rex adpendite eum in eo 8,7
10 suspensus est itaque Aman in pati- 2,23; 16,18; Gn 40,22!
bulo quod paraverat Mardocheo
et regis ira quievit
8 die illo dedit rex Asuerus Hester re-
ginae domum Aman adversarii Iu- 7
daeorum
et Mardocheus ingressus est ante fa-
ciem regis
confessa est enim ei Hester quod es-
set patruus suus
2 tulitque rex anulum quem ab Aman 3,10; Gn 41,42
recipi iusserat
et tradidit Mardocheo
Hester autem constituit Mardoche- Gn 41,40!
um super domum suam
3 nec his contenta procidit ad pedes
regis
flevitque et locuta ad eum oravit ut
malitiam Aman Agagitae
et machinationes eius pessimas quas
excogitaverat contra Iudaeos
iuberet irritas fieri
4 at ille ex more sceptrum aureum pro- 4,11; 5,2
tendit manu
quo signum clementiae monstraba-
tur
illaque consurgens stetit ante eum
5 et ait
si placet regi et inveni gratiam co- 5,8!
ram oculis eius
et deprecatio mea non ei videtur esse
contraria
obsecro ut novis epistulis veteres
Aman litterae insidiatoris et hostis
Iudaeorum
quibus eos in cunctis regis provinciis
perire praeceperat corrigantur
6 quomodo enim potero sustinere ne-
cem et interfectionem populi mei
7 responditque rex Asuerus Hester re-
ginae et Mardocheo Iudaeo

LAG
CΣΛKSΦ
cr

4 in rege GΛS | 6 dixitque LCΣc | 7 ~ iratus surrexit c. | 8 lectulum + suum L | 9 stabat GΛS | in domu S; in domum GK | 10 requieuit GCΣΛΦ || 8,1 illa AK | rex *om.* L | ei *om.* A | 3 malitia LAS | 5 et² + si c | coram] in c | ueteris LKS | eos] eis AK |

1 domum Aman concessi Hester et ip-
7,9 sum iussi adfigi cruci
qui ausus est manum in Iudaeos mit-
tere
[8]scribite ergo Iudaeis sicut vobis pla-
cet ex regis nomine
signantes litteras anulo meo
1,191 haec enim consuetudo erat ut epi-
stulis quae ex regis nomine mitte-
bantur et illius anulo signatae erant
nemo auderet contradicere
9,10: 3,12.13 [9]accitisque scribis et librariis regis
erat autem tempus tertii mensis qui
appellatur siban
vicesima et tertia illius die scriptae
sunt epistulae
ut Mardocheus voluerat ad Iudaeos
et ad principes procuratoresque et
iudices
1,1; 13,1; 16,1 qui centum viginti septem provinciis
ab India usque Aethiopiam praesi-
debant
1,22 provinciae atque provinciae populo
et populo iuxta linguas et litteras
suas
et Iudaeis ut legere poterant et audire
[10]ipsaeque epistulae quae ex regis no-
mine mittebantur anulo illius ob-
signatae sunt
et missae per veredarios qui per om-
nes provincias discurrentes veteres
litteras novis nuntiis praevenirent
9,2.16 [11]quibus imperavit rex ut convenirent
Iudaeos per singulas civitates
et in unum praeciperent congregari
ut starent pro animabus suis
3,13; 13,6 et omnes inimicos suos cum coniugi-
bus ac liberis et universis domibus
interficerent atque delerent
[12]et constituta est per omnes provin-
cias una ultionis dies
id est tertiadecima mensis duodecimi 3,13; 9,1!
adar
[13]summaque epistulae fuit ut in om-
nibus terris ac populis qui regis
Asueri imperio subiacebant notum
fieret
paratos esse Iudaeos ad capiendam
vindictam de hostibus suis
[14]egressique sunt veredarii celeres nun- 3,15
tios perferentes
et edictum regis pependit in Susis 9,14
[15]Mardocheus autem de palatio et de
conspectu regis egrediens fulgebat 6,8
vestibus regiis
hyacinthinis videlicet et aerinis
coronam auream portans capite 1,11!
et amictus pallio serico atque pur-
pureo
omnisque civitas exultavit atque lae-
tata est
[16]Iudaeis autem nova lux oriri visa est
gaudium honor et tripudium
[17]apud omnes populos urbes atque
provincias quocumque regis iussa
veniebant
mira exultatio epulae atque convivia 9,17.19.22
et festus dies
in tantum ut plures alterius gentis et
sectae eorum religioni et caerimo-
niis iungerentur
grandis enim cunctos iudaici nomi-
nis terror invaserat
9 igitur duodecimi mensis quem adar 3,13; 8,12; 16,20
vocari ante iam diximus
tertiadecima die quando cunctis Iu-
daeis interfectio parabatur
et hostes eorum inhiabant sanguini
versa vice Iudaei superiores esse coe-
perunt
et se de adversariis vindicare
[2]congregatique sunt per singulas civi- 8,11!

7 qui] quia GCΣΛ c | ~ manum mittere in iudaeos c; ~ in iudaeos manum mittere LΛ | 8 ex^{1}] et ex CΣ.; *om.* c. | 9 ~ die illius c | usque + ad c | et populo *om.* L | ut^{2}] prout c | 10 ex *om.* c | illius] ipsius c | signatae GCΣ | 11 delerent + et spolia eorum diriperent c. | 12 adar] *add.* 𝔊 *quae infra* 16,1—24 *habentur* | 13 epistulae + haec L c | ~ subiacebant imperio c. | 14 nuncia c. | in susan c. | 15 fulgebat + in LΛ | regiis] regis LG | aerinis] aeriis c | in capite c; *om.* A. | ~ serico pallio c | 17 ueniebat G ‖ **9**,2 congregati sunt L |

LAG
CΣΛKSΦ
cr

tates oppida et loca
ut extenderent manum contra inimicos et persecutores suos
nullusque ausus est resistere eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetrarat
[3]nam et provinciarum iudices duces et procuratores
omnisque dignitas quae singulis locis et operibus praeerat extollebant Iudaeos
timore Mardochei [4]quem principem esse palatii et plurimum posse cognoverant
fama quoque nominis eius crescebat cotidie
et per cunctorum ora volitabat
[5]itaque percusserunt Iudaei inimicos suos plaga magna et occiderunt eos
reddentes eis quod sibi paraverant facere
12.15 [6]in tantum ut etiam in Susis quingentos viros interficerent
et decem extra filios Aman Agagitae hostis Iudaeorum quorum ista sunt nomina
[7]Pharsandatha et Delphon et Esphata [8]et Phorata et Adalia et Aridatha [9]et Ephermesta et Arisai et Aridai et Vaizatha
15.16 [10]quos cum occidissent praedas de substantiis eorum agere noluerunt
[11]statimque numerus eorum qui occisi erant in Susis ad regem relatus est
6 [12]qui dixit reginae in urbe Susis interfecere Iudaei quingentos viros
et alios decem filios Aman
quantam putas eos exercere caedem in universis provinciis
quid ultra postulas et quid vis ut fieri iubeam
[13]cui illa respondit
si regi placet detur potestas Iudaeis ut sicut hodie fecerunt in Susis sic et cras faciant
et decem filii Aman in patibulis suspendantur 16.18
[14]praecepitque rex ut ita fieret
statimque in Susis pependit edictum 3.15; 8.14
et decem Aman filii suspensi sunt 25
[15]congregatis Iudaeis quartadecima adar mensis die
interfecti sunt in Susis trecenti viri 6
nec eorum ab illis direpta substantia est 10
[16]sed et per omnes provincias quae dicioni regis subiacebant 8,11!
pro animabus suis stetere Iudaei interfectis hostibus ac persecutoribus suis
in tantum ut septuaginta quinque milia occisorum implerentur
et nullus de substantiis eorum quicquam contingeret 10
[17]dies autem tertiusdecimus mensis adar
unus apud omnes interfectionis fuit
et quartodecimo die caedere desierunt 21.22
quem constituerunt esse sollemnem 16.22!
ut in eo omni deinceps tempore vacarent epulis gaudio atque conviviis 8.17
[18]at hii qui in urbe Susis caedem exercuerant
tertiodecimo et quartodecimo eiusdem mensis die in caede versati sunt
quintodecimo autem die percutere desierunt
et idcirco eandem diem constituere sollemnem epularum atque laetitiae 22!

LAG CΣΛK(S)Φ cr

2 et[1] *om.* AK | penetrarat LG cr] penetrabat CΣ.; penetraret *cet.* | 3 iudices + et CΣ c. | et[3]] ac c.; *om.* CΣ. | 6 in susan c. | et decem extra] et decem AKS; extra decem Φ c | quorum—10,3 praenotauimus *om.* S. | 9 et aridai *om.* AK | uaizatha] iezatha c. | 10 agere] tangere K c | 11 susan c., *item vv.* 12.13.14.15.18 | 12 interfecerunt c; interficere LAC | quantum GΣKΦ; tum L. | eos *om.* A | 13 ~ fecerunt hodie c | 14 ~ filii aman K c | 15 ~ die mensis adar AK c | 16 steterunt c | 17 unus] primus c. | quartadecima c. | omnis ... uacaret AK | ~ tempore deinceps c. | 18 die[1]] diei L | ~ die eiusdem mensis c | desierant G; destiterunt Λ | eundem LΦ c | constituerunt K c |

19 hii vero Iudaei qui in oppidis non muratis ac villis morabantur
22! 8,17 quartumdecimum diem mensis adar conviviorum et gaudii decreverunt
ita ut exultent in eo et mittant sibi mutuo partes epularum et ciborum
20 scripsit itaque Mardocheus omnia haec et litteris conprehensa misit ad Iudaeos
qui in omnibus regis provinciis morabantur
tam in vicino positis quam procul
17; 16.21.22! 21 ut quartamdecimam et quintamdecimam diem mensis adar pro festis susciperent
et revertente semper anno sollemni honore celebrarent
22 quia in ipsis diebus se ulti sunt Iudaei de inimicis suis
13,17! et luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiumque conversa sint
18.19; 8,17 essentque istae dies epularum atque laetitiae
et mitterent sibi invicem ciborum partes et pauperibus munuscula largirentur
23 susceperuntque Iudaei in sollemnem ritum
cuncta quae eo tempore facere coeperant
et quae Mardocheus litteris facienda mandaverat
3,1.10 24 Aman enim filius Amadathi stirpis Agag hostis et adversarius Iudaeorum
3,7 cogitavit contra eos malum ut occideret illos atque deleret
et misit phur quod nostra lingua vertitur in sortem
25 et postea ingressa est Hester ad regem obsecrans
ut conatus eius litteris regis irriti fierent
et malum quod contra Iudaeos cogitaverat reverteretur in caput eius Ps 7,17
denique et ipsum et filios eius adfixerunt cruci 14
26 atque ex illo tempore dies isti appellati sunt Phurim id est Sortium
eo quod phur id est sors in urnam missa fuerit 3,7
et cuncta quae gesta sunt epistulae id est libri huius volumine continentur
27 quaeque sustinuerint et quae deinceps inmutata sint
suscepere Iudaei super se et semen suum
et super cunctos qui religioni eorum voluerint copulari
ut nulli liceat duos hos dies absque sollemnitate transigere
quam scriptura testatur et certa expetunt tempora
annis sibi iugiter succedentibus
28 isti sunt dies quos nulla umquam delebit oblivio
et per singulas generationes cunctae in toto orbe provinciae celebrabunt
nec est ulla civitas in qua dies Phurim id est Sortium non observentur a Iudaeis
et ab eorum progenie quae his caerimoniis obligata est
29 scripseruntque Hester regina filia Abiahil et Mardocheus Iudaeus etiam secundam epistulam 2,15
ut omni studio dies ista sollemnis sanciretur in posterum
30 et miserunt ad omnes Iudaeos qui in centum viginti septem regis Asueri provinciis versabantur
ut haberent pacem et susciperent veritatem

21 pro festis] profectis L; perfecte Λ | ~ sollemni celebrarent honore c; sollemnia celebrarent CΣ. | 22 sunt¹] sint G. | conuersae sint LΦ.; conuersa sunt Λ c; conuersi sunt K | essentque dies isti Λ c.; essetque ista dies Σ.; essetque iste dies ACK | 23 coeperunt AΛK | 24 illos] eos LΛ | 26 fuerat A | 27 sustinuerunt Λ c | sunt c | susceperunt c; suscipere LCΣK | iudaeis G | et² + super LC | uoluerunt G c; uoluerant ΣΦ | quam] quos Φ c | certa] cetera ACΣKΦ | 30 ~ prouinciis regis asueri c |

LAG CΣΛKΦ cr

31 observantes dies Sortium et suo tem-
pore cum gaudio celebrarent
sicut constituerat Mardocheus et
Hester
4,3 et illi observanda susceperant a se et
a semine suo
ieiunia atque clamores et Sortium
dies
32 et omnia quae libri huius qui voca-
tur Hester historia continentur
10 rex vero Asuerus omnem terram et
cunctas maris insulas fecit tribu-
tarias
2 cuius fortitudo et imperium et dig-
nitas atque sublimitas qua exaltavit
Mardocheum
scripta sunt in libris Medorum atque
Persarum
3 et quomodo Mardocheus iudaici ge-
13,3! Gn 41,43 neris secundus a rege Asuero fuerit
et magnus inter Iudaeos et accepta-
Ps 121,8.9 bilis plebi fratrum suorum
quaerens bona populo suo
Ps 84,9 et loquens ea quae ad pacem sui se-
minis pertinerent

QUAE HABENTUR IN HEBRAEO PLENA FIDE EXPRESSI · HAEC AUTEM QUAE SEQUUNTUR SCRIPTA REPPERI IN EDITIONE VULGATA QUAE GRAECORUM LINGUA ET LITTERIS CONTINENTUR ET INTERIM POST FINEM LIBRI HOC CAPITULUM FEREBATUR QUOD IUXTA CONSUETUDINFM NOSTRAM OBELO ID EST VERU PRAENOTAVIMUS

Ps 117,23! ÷ 4 dixitque Mardocheus a Deo facta
÷ sunt ista
11,2 5 recordatus sum somnii quod vide-
÷ ram haec eadem significantis
÷ nec eorum quicquam irritum fuit
11,10.11 6 parvus fons qui crevit in fluvium
÷ et in lucem solemque conversus est
÷ et in aquas plurimas redundavit
÷ Hester est quam rex accepit uxorem
÷ et voluit esse reginam
7 duo autem dracones ego sum et
÷ Aman
8 gentes quae convenerant hii sunt qui 11,7
÷ delere nomen conati sunt Iudaeo-
÷ rum
9 gens autem mea Israhel est qui cla- Ps 105,21; Sap 16,8; Sir 33,1! Dn 6,27!
÷ mavit ad Deum et salvum fecit Do-
÷ minus populum suum liberavitque II Tim 4,18
÷ nos de omnibus malis
÷ et fecit signa magna atque portenta II Sm 7,23! Ps 97,1
÷ inter gentes
10 et duas sortes esse praecepit
÷ unam populo Dei et alteram cunc-
÷ tarum gentium
11 venitque utraque sors in statutum
÷ ex illo iam tempore diem coram
÷ Deo universis gentibus
12 et recordatus est Dominus populi Ps 97,3; Ier 44,21
÷ sui ac misertus hereditati suae
13 et observabuntur dies isti in mense 16,22!
÷ adar quartadecima et quintadeci-
÷ ma die eiusdem mensis
÷ cum omni studio et gaudio in unum
÷ coetum populi congregati
÷ in cunctas deinceps generationes
÷ populi Israhel
11 anno quarto regnantibus Ptolomeo 1 Mcc 10,57
÷ et Cleopatra
÷ adtulerunt Dositheus qui se sacer-
÷ dotem et levitici generis ferebat
÷ et Ptolomeus filius eius hanc epistu-
÷ lam Phurim
÷ quam dixerunt interpretatum esse
÷ Lysimachum Ptolomei filium in
÷ Hierusalem

HOC QUOQUE PRINCIPIUM ERAT IN EDITIONE VULGATA QUOD NEC IN HEBRAEO NEC APUD ULLUM FERTUR

(L)AG CΣΛK(S)Φ cr 31 cum *om.* AK | constituerant GΛΦ c | susceperunt c; susceperat L.; susciperent CΣ | a[2] *om.* GΣΛ | atque] et c. || **10,1** mari LΦ | 2 qua] quae ACΣK; quia Λ. | 3 inter] apud Φ c | ~ seminis sui c | continetur AGCΛK | ucrum AΣΛK | 4 dixit AΣ | 6 [*deest* L *usque ad* 16,24] | 8 ~ conati sunt delere nomen CΣ c | 9 qui] quae ΣS c | deum] dominum CΣΛKΦ c | de] ab c. | 10 populi GSΦ c; populum Λ. | 11 diem *om.* AΣKΦ | 12 misertus + est Λ c | hereditatis GΣ c | 13 ~ mensis eiusdem AK || **11,1** anno—13,7 interpretum *om.* S. | ullum] illum AΣ |

INTERPRETUM
÷ [2]anno secundo regnante Artarxerse
÷ maximo
÷ prima die mensis nisan
2,5; 10,5 ÷ vidit somnium Mardocheus filius
÷ Iahiri filii Semei filii Cis de tribu
÷ Beniamin
[3]homo iudaeus qui habitabat in urbe
12,5 ÷ Susis vir magnus et inter primos
÷ aulae regiae
2,6; IV Rg 24,15! [4]erat autem de eo numero captivo-
÷ rum
÷ quos transtulerat Nabuchodonosor
÷ rex Babylonis de Hierusalem cum
÷ Iechonia rege Iudaeae
[5]et hoc eius somnium fuit
÷ apparuerunt voces et tumultus et
÷ tonitrua et terraemotus et contur-
÷ batio super terram
[6]et ecce duo dracones magni parati-
÷ que contra se in proelium
10,8 [7]ad quorum clamorem cunctae con-
÷ citatae sunt nationes
÷ ut pugnarent contra gentem iusto-
÷ rum
[8]fuitque dies illa tenebrarum et dis-
÷ criminis tribulationis et angustiae
÷ et ingens formido super terram
[9]conturbataque est gens iustorum ti-
÷ mentium mala sua et praeparata
÷ ad mortem
[10]clamaveruntque ad Deum
10,6 ÷ et illis vociferantibus fons parvus
÷ crevit in fluvium maximum et in
÷ aquas plurimas redundavit
Iob 5,11! [11]lux et sol ortus est et humiles exal-
÷ tati sunt et devoraverunt inclitos
[12]quod cum vidisset Mardocheus et
÷ surrexisset de stratu
÷ cogitabat quid Deus facere vellet et
÷ fixum habebat in animo
÷ scire cupiens quid significaret som-
÷ nium
1–4: 2,21–23; 6,2 **12** morabatur autem eo tempore in
÷ aula regis cum Gabatha et Thara
÷ eunuchis regis qui ianitores erant
÷ palatii
[2]cumque intellexisset cogitationes
÷ eorum et curas diligentius pervi-
÷ disset
÷ didicit quod conarentur in regem
÷ Artarxersen manus mittere
÷ et nuntiavit super eo regi [3]qui de
÷ utroque habita quaestione confes-
÷ sos duci iussit ad mortem
[4]rex autem quod gestum erat scripsit
÷ in commentariis
÷ sed et Mardocheus rei memoriam
÷ litteris tradidit
[5]praecepitque ei rex ut in aula palatii 11,3
÷ moraretur datis ei pro delatione
÷ muneribus
[6]Aman vero filius Amadathi Bugeus
÷ erat gloriosissimus coram rege
÷ et voluit nocere Mardocheo et po- 3,6
÷ pulo eius pro duobus regis eunu-
÷ chis qui fuerant interfecti
HUCUSQUE PROEMIUM
QUAE SEQUUNTUR IN EO LOCO POSITA
ERANT UBI SCRIPTUM EST IN VOLU-
MINE et diripuerunt bona VEL sub-
stantias eorum QUAE IN SOLA VUL-
GATA EDITIONE REPPERIMUS
÷ epistulae autem hoc exemplar fuit
13 rex maximus Artarxerses ab India 1,1; 16,1
÷ usque Aethiopiam centum viginti 8,9
÷ septem provinciarum principibus
÷ et ducibus qui eius imperio sub-
÷ iecti sunt salutem dicit
[2]cum plurimis gentibus imperarem
÷ et universum orbem meae dicioni
÷ subiugassem
÷ volui nequaquam abuti potentiae
÷ magnitudine
÷ sed clementia et lenitate gubernare
÷ subiectos
÷ ut absque ullo terrore vitam silentio 16,8
÷ transigentes optata cunctis morta-

2 anno] *cf. supra* 1,1 | 3 in urbe *om.* AK | 4 iudae CΣΛK; iuda c | 10 clamauerunt G CΣ | plurimas] multas AK. | 12 stratu + suo CΣ | **12**,1 gabatha] bagatha AΦc | regis[2]] regiis G | 3 utraque AGK. | ~ iussit duci Kc | 6 ~ eunuchis regis Ac | eorum] *cf. supra* 3,13 || **13**,1 dicit *om.* c. |

AG
CΣΛKΦ
cr

÷ libus pace fruerentur
[3] quaerente autem me a consiliariis
÷ meis quomodo hoc posset impleri
÷ unus qui sapientia et fide ceteros
÷ praecellebat
6; 10,3! 15,2; 16,11; III Esr 3,7! ÷ et erat post regem secundus Aman
÷ nomine
3,8 [4] indicavit mihi in toto orbe terrarum
÷ populum esse dispersum
÷ qui novis uteretur legibus et contra
÷ omnium gentium faciens consuetu-
÷ dinem regum iussa contemneret
÷ et universarum concordiam natio-
÷ num sua dissensione violaret
[5] quod cum didicissemus
÷ videntes unam gentem rebellem ad-
÷ versum omne hominum genus per-
÷ versis uti legibus
÷ nostrisque iussionibus contraire
÷ et turbare subiectarum nobis pro-
÷ vinciarum pacem atque concor-
÷ diam
[6] iussimus ut quoscumque Aman qui
÷ omnibus provinciis praepositus est
3! 15,2; 16,11 ÷ et secundus a rege et quem patris
÷ loco colimus monstraverit
3,13; 8,11! ÷ cum coniugibus ac liberis deleantur
÷ ab inimicis suis nullusque eorum
÷ misereatur
÷ quartadecima die duodecimi mensis
÷ adar anni praesentis
[7] ut nefarii homines uno die ad infe-
÷ ros descendentes reddant imperio
÷ nostro pacem quam turbaverunt
HUCUSQUE EXEMPLAR EPISTULAE
QUAE SEQUUNTUR POST EUM LOCUM
SCRIPTA REPPERI UBI LEGITUR per-
4,17 gensque Mardocheus fecit omnia
quae ei mandaverat Hester NEC
TAMEN HABENTUR IN HEBRAICO ET
APUD NULLUM PENITUS FERUNTUR
INTERPRETUM
÷ [8] Mardocheus autem deprecatus est
÷ Dominum
÷ memor omnium operum eius [9] et
÷ dixit
÷ Domine Domine rex omnipotens in Sap 9,1; Dn 2,38
÷ dicione enim tua cuncta sunt po-
÷ sita
÷ et non est qui possit tuae resistere Gn 50,19! II Par 20,6! Idt 16,17!
÷ voluntati
÷ si decreveris salvare Israhel
[10] tu fecisti caelum et terram et quic- Gn 1,1! IV Rg 19,15; Is 37,16; Dn 14,4
÷ quid caeli ambitu continetur
[11] Dominus omnium es nec est qui re- I Par 29,12
÷ sistat maiestati tuae
[12] cuncta nosti et scis quia non pro su- 14,14.15
÷ perbia et contumelia et aliqua glo-
÷ riae cupiditate fecerim hoc ut non
÷ adorarem Aman superbissimum 3,2!
[13] libenter enim pro salute Israhel et-
÷ iam vestigia pedum eius deosculari
÷ paratus essem
[14] sed timui ne honorem Dei mei trans-
÷ ferrem ad hominem
÷ et ne quemquam adorarem excepto
÷ Domino meo
[15] et nunc Domine rex Deus Abraham
÷ miserere populi tui
÷ quia volunt nos inimici perdere et 14,9; Ps 78,1
÷ hereditatem tuam delere
[16] ne despicias partem tuam quam red- II Sm 7,23!
÷ emisti tibi de Aegypto
[17] exaudi deprecationem meam et pro-
÷ pitius esto sorti et funiculo tuo
÷ et converte luctum nostrum in gau- 9,22; 16,21; Ps 29,12!
÷ dium
÷ ut viventes laudemus nomen tuum Ps 113,26; Sir 17,25
÷ Domine
÷ et non claudas ora te canentium
[18] omnis quoque Israhel pari mente et
÷ obsecratione clamavit ad Domi-
÷ num eo quod eis certa mors inpen-
÷ deret
14 Hester quoque regina confugit ad
÷ Dominum pavens periculum quod
÷ inminebat
[2] cumque deposuisset vestes regias

AG CΣΛK(S)Φ cr 3 ~ posset hoc c. | 4 ~ consuetudinem faciens c | 7 turbauerant GΛΦ c | hester] *cf. supra* 4,17 | 13 deosculare CΣKS.; osculari A | 14 domino meo] dominum meum K; deo meo CΣΛΦ c | 15 inimici + nostri c; + tui S. | 17 conuertere AK. | non] ne c ||

÷ fletibus et luctui apta indumenta
÷ suscepit
Idt 4,8.9! ÷ et pro unguentis variis cinere et ster-
÷ core implevit caput et corpus suum
÷ humiliavit ieiuniis
÷ omniaque loca in quibus laetari ante
÷ consueverat crinium laceratione
÷ conplevit
3 et deprecabatur Dominum Deum
÷ Israhel dicens
14; Ps 78,9 ÷ Domine mi qui rex noster es solus
÷ adiuva me solitariam
÷ et cuius praeter te nullus auxiliator
÷ est alius
4 periculum meum in manibus meis
÷ est
5 audivi a patre meo quod tu Domine
Dt 4,20! ÷ tulisses Israhel de cunctis gentibus
÷ et patres nostros ex omnibus retro
÷ maioribus suis
÷ ut possideres hereditatem sempiter-
÷ nam
÷ fecistique eis sicut locutus es
I Esr 9,15! 6 peccavimus in conspectu tuo et id-
÷ circo tradidisti nos in manibus ini-
÷ micorum nostrorum
7 coluimus enim deos eorum
÷ iustus es Domine
8 et nunc non eis sufficit quod duris-
÷ sima nos opprimunt servitute
÷ sed robur manuum suarum idolo-
÷ rum potentiae deputantes
9 volunt tua mutare promissa
13,15 ÷ et delere hereditatem tuam et clau-
÷ dere ora te laudantium atque ex-
÷ tinguere gloriam templi et altaris
÷ tui
10 ut aperiant ora gentium
÷ et laudent idolorum fortitudinem
÷ et praedicent carnalem regem in
÷ sempiternum
Bar 4,3! 11 ne tradas Domine sceptrum tuum
÷ his qui non sunt
÷ ne rideant ad ruinam nostram
÷ sed converte consilium eorum super
÷ eos et eum qui in nos coepit sae-
÷ vire disperde
12 memento Domine et ostende te no-
÷ bis in tempore tribulationis nos-
÷ trae
÷ et mihi da fiduciam rex deorum et
÷ universae Domine potestatis
13 tribue sermonem conpositum in ore
÷ meo in conspectu leonis
÷ et transfer cor illius in odium hostis
÷ nostri
÷ ut et ipse pereat et ceteri qui ei con-
÷ sentiunt
14 nos autem libera manu tua
÷ et adiuva me nullum alium haben- 3
÷ tem auxilium nisi te Domine
÷ habes omnium scientiam 15 et nosti 13,12
÷ quia oderim gloriam iniquorum et
÷ detester cubile incircumcisorum et
÷ omnis alienigenae
16 tu scis necessitatem meam quod ab-
÷ ominer signum superbiae et glo-
÷ riae meae quod est super caput
÷ meum
÷ in diebus ostentationis meae
÷ et detester illud quasi pannum men- Is 30,22
÷ struatae
÷ et non portem in diebus silentii mei
17 et quod non comederim in mensa
÷ Aman
÷ nec mihi placuerit convivium regis
÷ et non biberim vinum libaminum
18 et numquam laetata sit ancilla tua
÷ ex quo huc translata sum usque in
÷ praesentem diem
÷ nisi in te Domine Deus Abraham
÷ 19 Deus fortis super omnes
÷ exaudi vocem eorum qui nullam ali-
÷ am spem habent
÷ et libera nos de manu iniquorum et
÷ erue me a timore meo

14,2 antea K c.; *om.* CΣ. | ~ antea laetari K c | consuerat AG. | 3 ~ est auxiliator c. | 6 in manibus CΣΛK r] in manus *cet.* | 9 ~ laudantium te c | 11 in nos] nos Φ.; *om.* AK. | 12 ~ da mihi fiduciam domine rex deorum et uniuersae c. | 13 ut et] ut AK; et Λ. | 14 aliud c; *om.* Λ. | ~ auxilium habentem c | habes GΦ r] hebes Λ.; habens CΣ; qui habes AKS c | 15 oderam ASΦ. | 19 de manibus AKS. ||

AG
CΣΛKSΦ
cr

15 HAEC QUOQUE ADDITA REPPERI IN EDITIONE VULGATA
4,8! ÷ 1 et mandavit ei
÷ haut dubium quin Hesteri Mardo-
÷ cheus
÷ ut ingrederetur ad regem et rogaret
÷ pro populo suo et pro patria sua
2 memor inquit dierum humilitatis
2,7 ÷ tuae quomodo nutrita sis in manu
÷ mea
13,3! 6 ÷ quia Aman secundus a rege locutus
÷ est contra nos in mortem
3 et tu invoca Dominum et loquere
÷ regi pro nobis et libera nos de
÷ morte
NEC NON ET ISTA QUAE SUBDITA SUNT
5,1 ÷ 4 die autem tertio deposuit vestimen-
÷ ta ornatus sui et circumdata est
÷ gloria sua
5 cumque regio fulgeret habitu et in-
÷ vocasset omnium rectorem et sal-
÷ vatorem Deum adsumpsit duas fa-
÷ mulas
6 et super unam quidem innitebatur
÷ quasi prae deliciis et nimia teneri-
÷ tudine corpus suum ferre non sus-
÷ tinens
7 altera autem famularum sequebatur
÷ dominam
÷ defluentia in humum indumenta sus-
÷ tentans
8 ipsa autem roseo vultu colore per-
÷ fusa et gratis ac nitentibus oculis
÷ tristem celabat animum et nimio
÷ timore contractum
5,1! 9 ingressa igitur cuncta per ordinem
÷ ostia stetit contra regem
÷ ubi ille residebat super solium regni
÷ sui indutus vestibus regiis auroque
÷ fulgens et pretiosis lapidibus erat-
÷ que terribilis aspectu
10 cumque elevasset faciem et ardenti-
÷ bus oculis furorem pectoris indi-
÷ casset
÷ regina corruit et in pallorem colore
÷ mutato lassum super ancillulam
÷ reclinavit caput
11 convertitque Deus spiritum regis in
÷ mansuetudinem
÷ et festinus ac metuens exilivit de
÷ solio
÷ et sustentans eam ulnis suis donec
÷ rediret ad se his verbis blandieba-
÷ tur
12 quid habes Hester ego sum frater
÷ tuus noli metuere 13 non morieris
÷ non enim pro te sed pro omnibus
÷ haec lex constituta est
14 accede igitur et tange sceptrum
15 cumque illa reticeret tulit auream
÷ virgam et posuit super collum eius
÷ et osculatus est eam et ait
÷ cur mihi non loqueris
16 quae respondit vidi te domine quasi II Sm 14,17! 19,27
÷ angelum Dei
÷ et conturbatum est cor meum prae
÷ timore gloriae tuae
17 valde enim mirabilis es domine et
÷ facies tua plena est gratiarum
18 cumque loqueretur rursum corruit
÷ et paene exanimata est
19 rex autem turbabatur et omnes mi-
÷ nistri eius consolabantur eam

16 EXEMPLAR EPISTULAE REGIS ARTARXERSIS QUAM PRO IUDAEIS AD TOTAS REGNI SUI PROVINCIAS MISIT QUOD ET IPSUM IN HEBRAICO VOLUMINE NON HABETUR
÷ 1 rex magnus Artarxerses ab India 1,1: 13,1
÷ usque Aethiopiam centum viginti 8,9
÷ septem provinciarum ducibus ac
÷ principibus qui nostrae oboediunt
÷ iussioni salutem dicit
2 multi bonitate principum et honore
÷ qui in eos conlatus est abusi sunt
÷ in superbiam
3 et non solum subiectos regibus ni-
÷ tuntur opprimere

AG CΣΛK(S)Φ cr
15,1 et mandauit] *cf. supra* 4,8 | hester ΛKS; esset c. | 2 memorare c. | 4 die—19 eam] *cf. supra* 5,1—2 | 7 dominam + et ΛK. | 8 uultum colore GΦ; colore uultum c | 10 ancillam ACΣΛK | 11 solio + suo ΛKS | 17 gratia ΛKS || 16 exemplum A; *om.* S. | 1 rex—24 inoboedientiae *om.* S.; *cf. supra* 8,12 | ~ iussioni obediunt c. |

÷sed datam sibi gloriam non ferentes
÷ in ipsos qui dederunt moliuntur
÷ insidias
4 nec contenti sunt gratias non agere
÷ beneficiis et humanitatis in se iura
÷ violare
÷sed Dei quoque cuncta cernentis ar-
÷ bitrantur se fugere posse senten-
÷ tiam
5 et in tantum vesaniae proruperunt
÷ ut eos qui credita sibi officia dili-
÷ genter observant
÷et ita cuncta agunt ut omnium laude
÷ sint digni
÷mendaciorum cuniculis conentur
÷ subvertere
6 dum aures principum simplices et
÷ ex sua natura alios aestimantes cal-
÷ lida fraude decipiunt
7 quae res et ex veteribus probatur
÷ historiis et ex his quae geruntur co-
÷ tidie quomodo malis quorundam
÷ suggestionibus regum studia de-
÷ praventur
13,2 8 unde providendum est paci omni-
÷ um provinciarum
9 nec putare debetis si diversa iube-
÷ amus
÷ex animi nostri venire levitate
÷sed pro qualitate et necessitate tem-
÷ porum
÷ut reipublicae poscit utilitas ferre
÷ sententiam
10 et ut manifestius quod dicimus in-
÷ tellegatis
÷Aman filius Amadathi et animo et
÷ gente Macedo alienusque a Persa-
÷ rum sanguine
÷et pietatem nostram sua crudelitate
÷ commaculans
÷peregrinus susceptus a nobis est
11 et tantam in se expertus humanita-
÷ tem ut pater noster vocaretur
÷et adoraretur ab omnibus post re- 13,3! 6
÷ gem secundus
12 qui in tantum arrogantiae tumore
÷ sublatus est
÷ut regno nos privare niteretur et spi-
÷ ritu
13 nam Mardocheum cuius fide et be-
÷ neficiis vivimus
÷et consortem regni nostri Hester
÷ cum omni gente sua novis quibus-
÷ dam atque inauditis machinis ex-
÷ petivit in mortem
14 hoc cogitans ut illis interfectis insi-
÷ diaretur nostrae solitudini
÷et regnum Persarum transferret in
÷ Macedonas
15 nos autem a pessimo mortalium Iu-
÷ daeos neci destinatos in nulla pe-
÷ nitus culpa repperimus
÷sed e contrario iustis utentes legibus
÷ 16 et filios altissimi et maximi sem-
÷ perque viventis Dei
÷cuius beneficio et patribus nostris et
÷ nobis regnum est traditum et us-
÷ que hodie custoditur
17 unde eas litteras quas sub nomine
÷ nostro ille direxerat sciatis esse ir-
÷ ritas
18 pro quo scelere ante portas huius
÷ urbis id est Susis et ipse qui ma-
÷ chinatus est et omnis cognatio eius
÷ pendet in patibulis 7,10! 9,13
÷non nobis sed Deo ei reddente quod
÷ meruit
19 hoc autem edictum quod nunc mit-
÷ timus in cunctis urbibus propona-
÷ tur
÷ut liceat Iudaeis uti legibus suis
20 quibus debetis esse adminiculo
÷ut eos qui se ad necem eorum para-
÷ verant possint interficere

3 datum G | 4 ~ posse fugere c. | 5 ~ digni sint c | cuniculis] funiculis Λ; uinculis AK | conentur Σcr] conantur GΛΦ; conatur A; conuentur C.; noscuntur K. | 7 et[1] *om.* AΣΛ | 9 utilitatis AK. | 10 susceptus a nobis est CΣKr] susc. est a nobis Λ; susc. a nobis G; a nobis susc. est AΦc | 12 tumorem c | ~ priuare nos c. | 17 direxerat] dixerat A; miserat Σ. | 18 susan c. | ~ reddente ei Λc. | 20 parauerunt CΣ; parauerint A. |

AG CΣΛΚΦ cr

9,1! ÷ tertiadecima die mensis duodecimi
÷ qui vocatur adar
21 hanc enim diem omnipotens Deus
9,21.22! 13,17! ÷ maeroris et luctus eis vertit in gau-
÷ dium
9,17; 10,13; Idt 16,31 22 unde et vos inter ceteros festos dies
÷ hanc habetote diem et celebrate
÷ eam cum omni laetitia
÷ ut et in posterum cognoscatur 23 om-
÷ nes qui fideliter Persis oboediunt
÷ dignam pro fide recipere mercedem
÷ qui autem insidiantur regno eorum
÷ perire pro scelere
24 omnis autem provincia et civitas
÷ quae noluerit sollemnitatis huius
÷ esse particeps gladio et igne pereat
÷ et sic deleatur ut non solum homini-
÷ bus sed etiam bestiis invia sit in
÷ sempiternum pro exemplo con-
÷ temptus et inoboedientiae

EXPLICIT LIBER HESTER

AG CΣΛΚΦ cr 20 die *om.* GCΣ | 21 hunc CΛr | ~ deus omnipotens Λc. | eis] eius G; *om.* CΣ | 22 hunc AC | eum AC ||

INCIPIT PROLOGUS SANCTI HIERONYMI IN LIBRO IOB

Cogor per singulos Scripturae divinae libros adversariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam reprehensionem Septuaginta interpretum criminantur, quasi non et apud Graecos Aquila, Symmachus et Theodotion vel verbum e verbo, vel sensum de sensu, vel ex utroque commixtum et medie temperatum genus translationis expresserint, et omnia Veteris Instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos vel additos vel de Theodotione sumptos translationi antiquae inseruit, probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus susceperunt aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest, ut quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, praecipue in Iob, cui si ea quae sub asteriscis addita sunt subtraxeris, pars maxima detruncabitur. Et hoc dumtaxat apud Graecos. Ceterum apud Latinos ante eam translationem quam sub asteriscis et obelis nuper edidimus, septingenti ferme aut octingenti versus sunt, ut decurtatus et laceratus conrosusque liber foeditatem sui publice legentibus praebeat.

Haec autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem, sed ex ipso hebraico arabicoque sermone et interdum syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebraeos totus liber fertur et lubricus et quod graece rethores vocant εσχηματισμενος, dumque aliud loquitur aliud agit, ut si velis anguillam aut murenulam strictis tenere manibus, quanto fortius presseris, tanto citius elabitur. Memini me ob intellegentiam huius voluminis lyddeum quemdam praeceptorem qui apud Hebraeos primas habere putabatur, non parvis redemisse nummis, cuius doctrina an aliquid profecerim nescio, hoc unum scio non potuisse me interpretari nisi quod ante intellexeram.

A principio itaque voluminis usque ad verba Iob apud Hebraeos prosa oratio est. Porro a verbis Iob in quibus ait: «Pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictum est: Conceptus est homo» usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est: «Idcirco ipse me reprehendo et ago paenitentiam in favilla et cinere», exametri versus sunt, dactilo spondeoque currentes et propter linguae idioma crebro recipientes et alios pedes non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque rithmus ipse dulcis et tinnulus fertur numeris lege solutis, quod metrici magis quam simplex lector intellegunt. A supradicto autem versu usque ad finem libri parvum comma quod remanet prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum,

Iob 3,3 — Iob 42,6 — Hor. Carm. 4,2, 11

Prologus. *Citantur* VLA *et* CΣΛKSΦs(= n *apud* r) *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem in librum iob praefatio c | 4 de] e CASΦsc | 5 instrumenta V.; testamenti L; *praem.* testamenti A. | 8 susceperunt] receperunt A | 12 translationem] editionem LA. | 13 sunt] desunt c | 15 sequetur L | 16 et *om.* Ls. | 17 resonauit VACΣr; renouabit L.; sonauit K. | 18 graeci LΣc | εσχηματισμενος *om.* L | dum qui c. | 19 aut] uel c | 21 primas habere Ls] primus habere VKSΦ; primus haberi ACΣΛcr | 25 qua] quo A | 30 lege resolutis VAΦs; lege solutus K.; pedum solutis c. | 32 si cui] sic LΣ. |

VLA
CΣΛKSΦs
cr

metra scilicet esse apud Hebraeos et in morem nostri Flacci graecique Pindari et Alchei et Saffo vel Psalterium vel Lamentationes Hieremiae vel omnia ferme Scripturarum cantica conprehendi, legat Filonem, Iosepphum, Origenem, caesariensem Eusebium, et eorum testimonio me verum dicere conprobabit.

Audiant quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse, non ut interpretationem antiquam reprehenderem, sed ut ea quae in illa aut obscura sunt aut omissa aut certe scriptorum vitio depravata, manifestiora nostra interpretatione fierent, qui et hebraeum sermonem ex parte didicimus et in latino paene ab ipsis incunabulis inter grammaticos et rethores et philosophos detriti sumus. Quod si apud Graecos, post Septuaginta editionem, iam Christi Evangelio coruscante, iudaeus Aquila, et Symmachus ac Theodotion iudaizantes heretici sunt recepti, qui multa mysteria Salvatoris subdola interpretatione celarunt et tamen in εξαπλοις habentur apud ecclesias et explanantur ab ecclesiasticis viris, quanto magis ego christianus, de parentibus christianis et vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit omissa repetere, depravata corrigere et sacramenta Ecclesiae puro et fideli aperire sermone, vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis auro argentoque descriptos, vel uncialibus, ut vulgo aiunt, litteris onera magis exarata quam codices, dum mihi meisque permittant pauperes habere scidulas et non tam pulchros codices quam emendatos. Utraque editio, et Septuaginta iuxta Graecos et mea iuxta Hebraeos, in latinum meo labore translata est. Eligat unusquisque quod vult et studiosum se magis quam malivolum probet. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER IOB

Vir erat in terra Hus nomine
8; 2,3! Prv 14,2 Iob et erat vir ille simplex
et rectus ac timens Deum
I Th 5,22 et recedens a malo
42,12.13 2 natique sunt ei septem filii et tres
filiae
Gn 30,43! 3 et fuit possessio eius septem milia
ovium et tria milia camelorum
quingenta quoque iuga boum et
quingentae asinae ac familia multa
nimis
eratque vir ille magnus inter omnes
Orientales
4 et ibant filii eius et faciebant convivium per domos unusquisque in die
suo
et mittentes vocabant tres sorores
suas ut comederent et biberent cum
eis
5 cumque in orbem transissent dies
convivii
mittebat ad eos Iob et sanctificabat
illos
consurgensque diluculo offerebat
holocausta per singulos
dicebat enim
ne forte peccaverint filii mei et bene- 8,4
dixerint Deo in cordibus suis
sic faciebat Iob cunctis diebus
6 quadam autem die cum venissent filii 6–8; 2,1–3
Dei ut adsisterent coram Domino
adfuit inter eos etiam Satan Ps 108,6; Za 3,1
7 cui dixit Dominus unde venis
qui respondens ait

VLA CΣΛKSΦs cr 34 sapphus c. | 35 legant LΣ | 37 me *om.* A | 39 qui] quia LK; ut qui c. | 40 et[1] *om.* A c | hebraeorum LΣS s c | cunabulis KSΦ s c | 42 et *om.* L | 44 celauerunt AΣ | 45 de] et de C c | christianis + natus C c | 50 dummodo mihi ΛKSΦ s c | 51 utraque + autem c | 53 se] me ΣΛK c ||

VLA CΣΛDKSΦ cr **Iob.** *Citantur* VLA *et* CΣΛDKSΦs(= n *apud* r) *ac* cr. [*Phil., Iul., Greg.,* = *Philippi presbyteri, Iuliani Eclanensis, Gregorii Magni commentaria in Iob*] *Tit.* liber iob c || **1,1** [*deest* s *usque ad* 38,16] | a] ab omni A | 5 orbem] urbem A | per singulis L; pro singulis c |

Za 1,11; 6,7 circuivi terram et perambulavi eam
8 dixitque Dominus ad eum
numquid considerasti servum meum Iob quod non sit ei similis in terra
1! homo simplex et rectus et timens Deum ac recedens a malo
9 cui respondens Satan ait
numquid frustra timet Iob Deum
10 nonne tu vallasti eum ac domum eius
universamque substantiam per circuitum
operibus manuum eius benedixisti
et possessio illius crevit in terra
11.12: 2,5–7 11 sed extende paululum manum tuam et tange cuncta quae possidet
nisi in facie tua benedixerit tibi
12 dixit ergo Dominus ad Satan
ecce universa quae habet in manu tua sunt
tantum in eum ne extendas manum tuam
egressusque est Satan a facie Domini
13 cum autem quadam die filii et filiae eius comederent et biberent vinum in domo fratris sui primogeniti
14 nuntius venit ad Iob qui diceret
boves arabant et asinae pascebantur iuxta eos
15 et inruerunt Sabei tuleruntque omnia
et pueros percusserunt gladio
et evasi ego solus ut nuntiarem tibi
16 cumque adhuc ille loqueretur venit alter et dixit
ignis Dei cecidit e caelo et tactas oves puerosque consumpsit
et effugi ego solus ut nuntiarem tibi
17 sed et illo adhuc loquente venit alius et dixit
Chaldei fecerunt tres turmas et invaserunt camelos et tulerunt eos
nec non et pueros percusserunt gladio
et ego fugi solus ut nuntiarem tibi
18 loquebatur ille et ecce alius intravit et dixit
filiis tuis et filiabus vescentibus et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti
19 repente ventus vehemens inruit a regione deserti Is 21,1!
et concussit quattuor angulos domus
quae corruens oppressit liberos tuos et mortui sunt
et effugi ego solus ut nuntiarem tibi
20 tunc surrexit Iob et scidit tunicam suam et tonso capite corruens in terram adoravit 21 et dixit Ier 7,29
nudus egressus sum de utero matris meae Ecl 5,14; I Tim 6,7
et nudus revertar illuc
Dominus dedit Dominus abstulit sit nomen Domini benedictum Ps 112,2!
22 in omnibus his non peccavit Iob 2,10
neque stultum quid contra Deum locutus est
2 factum est autem cum quadam die venissent filii Dei et starent coram Domino 1–3: 1,6–8
venisset quoque Satan inter eos et staret in conspectu eius
2 ut diceret Dominus ad Satan unde venis
qui respondens ait
circuivi terram et perambulavi eam
3 et dixit Dominus ad Satan
numquid considerasti servum meum Iob quod non sit ei similis in terra
vir simplex et rectus timens Deum ac recedens a malo et adhuc retinens innocentiam 1,1! 33,9; Prv 14,2 9; 27,5
tu autem commovisti me adversus

8 et²] ac Σc; *om.* C | ac] et CΣc | 9 ~ frustra iob timet CΣ; ~ iob frustra timet c. | 10 operibusque LDSΦ | illius] eius CΣDSΦc | 11 in faciem tuam L; in facie CΣ; in faciem ΛKSc | 13 in domum L | 14 eos] illos L | 16 de caelo LCΛS | 18 loquebatur] *praem.* adhuc LDSΦc | 20 tunicam suam] uestimenta sua LCSc | 21 et² *om.* CΛKS | abstulit + sicut domino placuit ita factum est CΛSΦc | 22 iob + labiis AS; + labiis suis Lc || 2,1 quoque + et A | 3 rectus + ac CDc; + et VΣΛKΦ | deum] dominum VL. | ac] et CDc |

VLA CΣΛDKSΦ cr

eum ut adfligerem illum frustra
4 cui respondens Satan ait
pellem pro pelle et cuncta quae ha-
bet homo dabit pro anima sua
5—7: 1,11.12 5 alioquin mitte manum tuam et tange
os eius et carnem
et tunc videbis quod in facie bene-
dicat tibi
6 dixit ergo Dominus ad Satan
ecce in manu tua est
verumtamen animam illius serva
7 egressus igitur Satan a facie Domini
Dt 28,35! percussit Iob ulcere pessimo a plan-
ta pedis usque ad verticem eius
8 qui testa saniem deradebat sedens in
sterquilinio
9 dixit autem illi uxor sua
3! 27,5 adhuc tu permanes in simplicitate
tua
benedic Deo et morere
10 qui ait ad illam quasi una de stultis
locuta es
si bona suscepimus de manu Domini
quare mala non suscipiamus
1,22 in omnibus his non peccavit Iob la-
biis suis
11 igitur audientes tres amici Iob omne
malum quod accidisset ei venerunt
singuli de loco suo
Eliphaz Themanites et Baldad Sui-
tes et Sophar Naamathites
condixerant enim ut pariter venien-
tes visitarent eum et consolarentur
12 cumque levassent procul oculos suos
non cognoverunt eum et exclaman-
tes ploraverunt
Ios 7,6! 1 Mcc 4,39 scissisque vestibus sparserunt pulve-
rem super caput suum in caelum
Ez 3,15 13 et sederunt cum eo in terram septem
diebus et septem noctibus
et nemo loquebatur ei verbum
videbant enim dolorem esse vehe-
mentem
3 post haec aperuit Iob os suum et
maledixit diei suo 2 et locutus est
3 pereat dies in qua natus sum et nox Sir 23,19; Ier 20,14.15
in qua dictum est conceptus est
homo
4 dies ille vertatur in tenebras
non requirat eum Deus desuper et
non inlustret lumine
5 obscurent eum tenebrae et umbra
mortis
occupet eum caligo et involvatur
amaritudine
6 noctem illam tenebrosus turbo pos-
sideat
non conputetur in diebus anni nec
numeretur in mensibus
7 sit nox illa solitaria nec laude digna
8 maledicant ei qui maledicunt diei
qui parati sunt suscitare Leviathan
9 obtenebrentur stellae caligine eius
expectet lucem et non videat nec or-
tum surgentis aurorae
10 quia non conclusit ostia ventris qui
portavit me nec abstulit mala ab
oculis meis
11 quare non in vulva mortuus sum 10,18.19; Ier 20,17!
egressus ex utero non statim perii
12 quare exceptus genibus cur lactatus
uberibus
13 nunc enim dormiens silerem et som-
no meo requiescerem
14 cum regibus et consulibus terrae qui
aedificant sibi solitudines
15 aut cum principibus qui possident
aurum et replent domos suas ar-
gento
16 aut sicut abortivum absconditum
non subsisterem vel qui concepti
non viderunt lucem
17 ibi impii cessaverunt a tumultu et
ibi requieverunt fessi robore

VLA CΣΛDKSΦ cr
3 illum] eum AD c | 5 in faciem LΛKS c | benedicet Σ.; benedicit L.; benedixerit ASΦ | 6 anima LA | 8 radebat CΛKS c; radiebat A.; reddebat Σ. | 9 permanens tu L.; permanes ΣΛDK | 10 ex stultis Σ; + mulieribus CΣDSΦ c | domini] dei V c | mala *om.* Σ.; ~ mala quare DK c | 12 leuarent A.; eleuassent LSΦ c | 13 in terram VL r] in terra *cet.* || 3,2 locutus est] dixit A | 4 inlustretur ΣD c | 5 umbrae LCSΦ | 10 non clusit VDS | ostium A |

18 et quondam vincti pariter sine molestia non audierunt vocem exactoris
19 parvus et magnus ibi sunt et servus liber a domino suo
20 quare data est misero lux et vita his qui in amaritudine animae sunt
Apc 9,6 21 qui expectant mortem et non venit quasi effodientes thesaurum
22 gaudentque vehementer cum invenerint sepulchrum
23 viro cuius abscondita est via et circumdedit eum Deus tenebris
24 antequam comedam suspiro et quasi inundantes aquae sic rugitus meus
25 quia timor quem timebam evenit mihi et quod verebar accidit
26 nonne dissimulavi nonne silui nonne quievi et venit super me indignatio
4 respondens autem Eliphaz Themanites dixit
2 si coeperimus loqui tibi forsitan moleste accipias
sed conceptum sermonem tenere quis possit
Is 35,3! 3 ecce docuisti multos et manus lassas roborasti
4 vacillantes confirmaverunt sermones tui et genua trementia confortasti
5 nunc autem venit super te plaga et defecisti
tetigit te et conturbatus es
6,11; 17,15 6 timor tuus fortitudo tua patientia tua et perfectio viarum tuarum
Ps 36,25! Sir 2,12 7 recordare obsecro te quis umquam innocens perierit aut quando recti deleti sint
Prv 22,8; Sir 7,3; Os 8,7; 10,13 8 quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metunt eos
Sap 5,24; 11,21; Is 11,4! 9 flante Deo perisse et spiritu irae eius esse consumptos
10 rugitus leonis et vox leaenae et dentes catulorum leonum contriti sunt
11 tigris periit eo quod non haberet praedam et catuli leonis dissipati sunt
12 porro ad me dictum est verbum absconditum et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius Tb 12,11; Sap 6,24
13 in horrore visionis nocturnae quando solet sopor occupare homines 33,15!
14 pavor tenuit me et tremor et omnia ossa mea perterrita sunt Idt 14,17; Ps 6,3! 47,6.7; 54,6
15 et cum spiritus me praesente transiret inhorruerunt pili carnis meae
16 stetit quidam cuius non agnoscebam vultum
imago coram oculis meis et vocem quasi aurae lenis audivi
17 numquid homo Dei conparatione iustificabitur aut factore suo purior erit vir 9,2! 22,2; 25,4
18 ecce qui serviunt ei non sunt stabiles et in angelis suis repperit pravitatem 15,15
19 quanto magis hii qui habitant domos luteas qui terrenum habent fundamentum
consumentur velut a tinea
20 de mane usque ad vesperum succidentur Is 38,12
et quia nullus intellegit in aeternum peribunt
21 qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis
morientur et non in sapientia
5 voca ergo si est qui tibi respondeat et ad aliquem sanctorum convertere
2 vere stultum interficit iracundia et parvulum occidit invidia
3 ego vidi stultum firma radice et maledixi pulchritudini eius statim Ps 36,35
4 longe fient filii eius a salute et conterentur in porta et non erit qui Ps 118,155

20 ~ data misero est D.; ~ misero data est c | 22 gaudetque L.; gaudent CD | 24 quasi] tamquam c | inundantis VS || 4,2 accipias VKr *Phil. Iul.*] accipies *cet.* | poterit Λc | 3 roborasti] laborasti L | 4 confortasti] confirmasti LS | 6 timor] *praem.* ubi est DKΦ c | 7 periit CΛDSΦc | sint VLr] sunt *cet.* | 11 perit AD. | 12 uena AΦ. | susurrii AS | 20 uesperam ACΛKSΦc ||

VLA CΣΛDKSΦ cr

eruat
[5]cuius messem famelicus comedet et
ipsum rapiet armatus et ebibent si-
tientes divitias eius
[6]nihil in terra sine causa fit et de hu-
mo non orietur dolor
[7]homo ad laborem nascitur et avis ad
volatum
[8]quam ob rem ego deprecabor Domi-
num et ad Deum ponam eloquium
meum
9,10; 37,5; I Par 16,12! [9]qui facit magna et inscrutabilia et
mirabilia absque numero
Dt 28,12! [10]qui dat pluviam super faciem terrae
et inrigat aquis universa
12,21! 22,29! I Sm 2,7! Est 11,11; Lc 1,52 [11]qui ponit humiles in sublimi et mae-
rentes erigit sospitate
II Esr 4,15! [12]qui dissipat cogitationes maligno-
rum ne possint implere manus eo-
rum quod coeperant
I Cor 3,19 [13]qui adprehendit sapientes in astutia
II Esr 4,15! eorum et consilium pravorum dis-
sipat
12,25; Dt 28,29; Is 59,10! [14]per diem incurrent tenebras et quasi
in nocte sic palpabunt in meridie
Ps 34,10; 71,12! Ier 15,21; 20,13; 21,12! 31,11 [15]porro salvum faciet a gladio oris eo-
rum et de manu violenti pauperem
[16]et erit egeno spes iniquitas autem
contrahet os suum
Ps 93,12 [17]beatus homo qui corripitur a Domi-
no
Prv 3,11! increpationem ergo Domini ne re-
probes
Os 6,2 [18]quia ipse vulnerat et medetur percu-
tit et manus eius sanabunt
Tb 3,21! Prv 24,16 [19]in sex tribulationibus liberabit te et
in septima non tanget te malum
[20]in fame eruet te de morte et in bello
de manu gladii
[21]a flagello linguae absconderis et non
timebis calamitatem cum venerit
[22]in vastitate et fame ridebis et besti-
am terrae non formidabis
[23]sed cum lapidibus regionum pactum Ez 34,25!
tuum et bestiae terrae pacificae
erunt tibi
[24]et scies quod pacem habeat taberna-
culum tuum et visitans speciem
tuam non peccabis
[25]scies quoque quoniam multiplex erit Gn 16,10!
semen tuum et progenies tua quasi
herba terrae
[26]ingredieris in abundantia sepulchrum
sicut infertur acervus in tempore
suo
[27]ecce hoc ut investigavimus ita est
quod auditum mente pertracta
6 respondens autem Iob dixit
[2]utinam adpenderentur peccata mea
quibus iram merui et calamitas
quam patior in statera
[3]quasi harena maris haec gravior ap-
pareret
unde et verba mea dolore sunt plena
[4]quia sagittae Domini in me sunt qua- Ps 37,3! 87,17
rum indignatio ebibit spiritum me-
um et terrores Domini militant 10,17
contra me
[5]numquid rugiet onager cum habu-
erit herbam aut mugiet bos cum
ante praesepe plenum steterit
[6]aut poterit comedi insulsum quod
non est sale conditum
aut potest aliquis gustare quod gus-
tatum adfert mortem
[7]quae prius tangere nolebat anima
mea nunc prae angustia cibi mei
sunt
[8]quis det ut veniat petitio mea et quod
expecto tribuat mihi Deus
[9]et qui coepit ipse me conterat solvat
manum suam et succidat me

VLA CΣΛDKSΦ cr

5,5 comedit LKS | et bibent ΣΛDSΦ c | 6 oritur AΣΛ c; egredietur C; egreditur S. | 7 ~ nascitur ad laborem c. | ad uolandum ACΣ | 8 deum + meum A | 9 fecit VLΣK r | 11 ponet ACK | in sublime LΣΛKS c | 15 faciat L; + egenum ΣΦ c | 17 a domino] a deo ΣDKSΦ c | 19 liberauit ACΣΛKS | in septimo A | 22 bestias D c | 25 et scies quoque LΛΦ; et scies CS | 26 aceruus + tritici c || 6,3 apparet LΣ; apparent KS | 5 rugit AS | 6 adferet LΦ | mortem + animae enim esurienti etiam amara dulcia esse (*om.* Σ) uidentur LΣΦ | 7 ~ nolebat tangere c | 8 deus] dominus LAC |

10 et haec mihi sit consolatio ut adfli-
gens me dolore non parcat nec con-
tradicam sermonibus Sancti
4.6 11 quae est enim fortitudo mea ut sus-
tineam aut quis finis meus ut pa-
tienter agam
12 nec fortitudo lapidum fortitudo mea
nec caro mea aerea est
13 ecce non est auxilium mihi in me et
19,13.14! necessarii quoque mei recesserunt
a me
14 qui tollit ab amico suo misericor-
diam timorem Domini derelinquit
15 fratres mei praeterierunt me sicut
torrens qui raptim transit in con-
vallibus
16 qui timent pruinam inruet super eos
nix
17 tempore quo fuerint dissipati peri-
bunt et ut incaluerit solventur de
loco suo
18 involutae sunt semitae gressuum eo-
rum ambulabunt in vacuum et peri-
bunt
19 considerate semitas Theman itinera
Saba et expectate paulisper
20 confusi sunt quia speravi venerunt
quoque usque ad me et pudore co-
operti sunt
21 nunc venistis et modo videntes pla-
gam meam timetis
22 numquid dixi adferte mihi et de sub-
stantia vestra donate mihi
23 vel liberate me de manu hostis et de
manu robustorum eruite me
24 docete me et ego tacebo et si quid
forte ignoravi instruite me
25 quare detraxistis sermonibus verita-
Io 8,46 tis cum e vobis nullus sit qui possit
arguere
15,2; Ier 5,13 26 ad increpandum tantum eloquia con-
cinnatis et in ventum verba profer-
tis
27 super pupillum inruitis et subvertere
nitimini amicum vestrum
28 verumtamen quod coepistis explete
praebete aurem et videte an men-
tiar
29 respondete obsecro absque conten-
tione et loquentes id quod iustum Dt 1,16!
est iudicate
30 et non invenietis in lingua mea ini- Ps 16,3; Sir 14,1!
quitatem nec in faucibus meis stul-
titia personabit
7 militia est vita hominis super terram 14,14
et sicut dies mercennarii dies eius 14,6
2 sicut servus desiderat umbram et sic-
ut mercennarius praestolatur finem
operis sui
3 sic et ego habui menses vacuos et
noctes laboriosas enumeravi mihi
4 si dormiero dico quando consurgam
et rursum expectabo vesperam et re-
plebor doloribus usque ad tenebras
5 induta est caro mea putredine et sor- Hab 3,16
dibus pulveris
cutis mea aruit et contracta est
6 dies mei velocius transierunt quam 9,25
a texente tela succiditur et con- Is 38,12
sumpti sunt absque ulla spe
7 memento quia ventus est vita mea
et non revertetur oculus meus ut
videat bona
8 nec aspiciet me visus hominis
oculi tui in me et non subsistam
9 sicut consumitur nubes et pertransit
sic qui descenderit ad inferos non 10,21; 16,23; Sap 2,1
ascendet
10 nec revertetur ultra in domum suam II Sm 12,23
neque cognoscet eum amplius locus Ps 102,16
eius
11 quapropter et ego non parcam ori
meo
loquar in tribulatione spiritus mei 10,1; 23,2
confabulabor cum amaritudine ani-
mae meae

12 aenea CΣΛDKΦc | 13 me[2] + auersa est a me misericordia et uisitatio domini mei (*om.* S) me dispexit AS | 16 timet VL. | 17 incaluerit ΛKc 𝔐] incaluerint *cet.* | 19 thema c | 22 mihi[1] *om.* A | 25 arguere + me DΦc | 27 nitemini AC | 30 personauit LAC || 7,4 dicam LCΣΛSc; *om.* D. | resurgam AΣ.; surgam CΛ. | 6 uelociores A | 7 reuertitur VS | 9 ascendit VAKS | 10 reuertitur AKS | 11 confabulor L |

VLA CΣΛDKSΦ cr

12 numquid mare sum ego aut cetus
quia circumdedisti me carcere
13 si dixero consolabitur me lectulus
meus et relevabor loquens mecum
in strato meo
14 terrebis me per somnia et per visiones horrore concuties
Tb 3,6; Ier 8,3; Ion 4,3 15 quam ob rem elegit suspendium anima mea et mortem ossa mea
9,21! 16 desperavi nequaquam ultra iam vivam
parce mihi nihil enim sunt dies mei
Ps 8,5! 143,3; Sir 18,7 17 quid est homo quia magnificas eum
aut quia ponis erga eum cor tuum
Ps 16,3 18 visitas eum diluculo et subito probas illum
19 usquequo non parces mihi nec dimittis me ut gluttiam salivam meam
20 peccavi quid faciam tibi o custos hominum
quare posuisti me contrarium tibi et
factus sum mihimet ipsi gravis
21 cur non tolles peccatum meum et
quare non auferes iniquitatem meam
20,11; 21,26 ecce nunc in pulvere dormiam et si
mane me quaesieris non subsistam
8 respondens autem Baldad Suites dixit
2 usquequo loqueris talia et spiritus
multiplex sermones oris tui
34,12 3 numquid Deus subplantat iudicium
et Omnipotens subvertit quod iustum est
1,5 4 etiam si filii tui peccaverunt ei et dimisit eos in manu iniquitatis suae
5 tu tamen si diluculo consurrexeris
ad Deum et Omnipotentem fueris
deprecatus
6 si mundus et rectus incesseris statim
evigilabit ad te et pacatum reddet
habitaculum iustitiae tuae
7 in tantum ut priora tua fuerint parva
et novissima tua multiplicentur nimis
8 interroga enim generationem pristinam et diligenter investiga patrum Dt 32,7!
memoriam
9 hesterni quippe sumus et ignoramus
quoniam sicut umbra dies nostri 14,2! 1 Par 29,15! Ps 108,23; 143,4
sunt super terram
10 et ipsi docebunt te loquentur tibi et Dt 32,7!
de corde suo proferent eloquia
11 numquid vivere potest scirpus absque humore aut crescet carectum
sine aqua
12 cum adhuc sit in flore nec carpatur
manu ante omnes herbas arescit
13 sic viae omnium qui obliviscuntur
Deum et spes hypocritae peribit 27,8; Prv 10,28! Sap 5,15
14 non ei placebit vecordia sua et sicut Is 59,5
tela aranearum fiducia eius
15 innitetur super domum suam et non
stabit
fulciet eam et non consurget
16 humectus videtur antequam veniat
sol et in horto suo germen eius
egreditur
17 super acervum petrarum radices eius
densabuntur et inter lapides commorabitur
18 si absorbuerit eum de loco suo negabit eum et dicet non novi te
19 haec est enim laetitia viae eius ut
rursum de terra alii germinentur
20 Deus non proiciet simplicem nec
porriget manum malignis
21 donec impleatur risu os tuum et labia tua iubilo
22 qui oderunt te induentur confusione Ps 131,18
et tabernaculum impiorum non 15,34; 18,21! Ps 68,26

VLA CΣΛDKSΦ cr 12 ~ ego sum c. | carcerem L | 13 reuelabor LCΣΦ | 15 eligit A | 16 iam *om.* L | 17 quia pones ACS; quid apponis c | 19 parcis VΣΛDSΦ c | me] mihi LD.; *om.* Σ | 21 tolles VLK r] tollis *cet.* | auferes ACΣ r] auferis LK; aufers *cet.* | in puluerem C r; puluerem L. | me *om.* L; ~ quaesieris me S || 8,2 sermonis VCΣDS | 3 et] aut Λ c | 5 deum] dominum LΛ | 6 si—incesseris *om.* L | pacatum] peccatum L | 7 ut + si c | 10 te + et AΛ | 11 uiuere VLACK r *Phil.*] uirere ΣΛDS c *Iul.*; uirescere Φ | crescit D; crescere CKS c | 16 horto r. 𝔐] hortu LACS; ortu *cet.* | egredictur AΣD c | 17 densebuntur VΦ | 19 uiae] uitae VA | 20 porrigit LK | 22 confusionem LK. ||

subsistet
9 et respondens Iob ait
2 vere scio quod ita sit et quod non
4,17! Ps 142,2! Sir 7,5 iustificetur homo conpositus Deo
3 si voluerit contendere cum eo non
poterit ei respondere unum pro
mille
4 sapiens corde est et fortis robore
quis restitit ei et pacem habuit
5 qui transtulit montes et nescierunt
hii quos subvertit in furore suo
Is 13,13! 6 qui commovet terram de loco suo et
26,11 columnae eius concutiuntur
7 qui praecipit soli et non oritur et
stellas claudit quasi sub signaculo
Ps 103,2! Is 44,24! 45,12! 8 qui extendit caelos solus et graditur
Mt 14,25! super fluctus maris
38,31.32; Am 5,8 9 qui facit Arcturum et Oriona et Hy-
adas et interiora austri
5,9! 10 qui facit magna et inconprehensibilia
et mirabilia quorum non est nume-
rus
11 si venerit ad me non videbo si abi-
erit non intellegam eum
12 si repente interroget quis respondebit
Ecl 8,4! Sap 12,12! ei vel quis dicere potest cur facis
Na 1,6! 13 Deus cuius resistere irae nemo pot-
est et sub quo curvantur qui por-
tant orbem
14 quantus ergo sum ego qui respon-
deam ei et loquar verbis meis cum
eo
10,15 15 qui etiam si habuero quippiam ius-
tum non respondebo sed meum iu-
dicem deprecabor
16 et cum invocantem exaudierit me
non credo quod audierit vocem
meam
17 in turbine enim conteret me et multi-
plicabit vulnera mea etiam sine
causa
18 non concedit requiescere spiritum
meum et implet me amaritudinibus Rt 1,20; Lam 3,15
19 si fortitudo quaeritur robustissimus
est
si aequitas iudicii nemo pro me au-
det testimonium dicere
20 si iustificare me voluero os meum 15,6; II Sm 1,16!
condemnabit me
si innocentem ostendere pravum me I Io 1,8
conprobabit
21 etiam si simplex fuero hoc ipsum i-
gnorabit anima mea et taedebit me 7,16! 10,1; Ecl 2,17
vitae meae
22 unum est quod locutus sum et in- 21,26! Ez 21,3; Ecl 2,14; 9,2
nocentem et impium ipse consumit
23 si flagellat occidat semel et non de
poenis innocentum rideat
24 terra data est in manu impii vultum
iudicum eius operit
quod si non ille est quis ergo est
25 dies mei velociores fuerunt cursore 7,6
fugerunt et non viderunt bonum
26 pertransierunt quasi naves poma
portantes sicut aquila volans ad
escam
27 cum dixero nequaquam ita loquar
commuto faciem meam et dolore
torqueor
28 verebar omnia opera mea sciens
quod non parceres delinquenti
29 si autem et sic impius sum quare
frustra laboravi
30 si lotus fuero quasi aquis nivis et
fulserint velut mundissimae manus Prv 30,12
meae
31 tamen sordibus intingues me et abo-
minabuntur me vestimenta mea
32 neque enim viro qui similis mei est
respondebo nec qui mecum in iudi-
cio ex aequo possit audiri
33 non est qui utrumque valeat arguere
et ponere manum suam in ambo-
bus

VLA
CΣΛDKSΦ
cr

9,1 respondens autem A; respondens CΛDK | ait] dixit AΣΛ | 4 resistit VAKSΦ | 7 orietur LA | 11 ~ eum et (*om.* c) si abierit non intellegam Cc | 12 quis[1]] qui L | cur + ita CΛSc; + sic A. | 13 ~ irae resistere nemo Λ; ~ irae nemo res. c. | 14 qui] ut CΛc | 16 audierit] exaudierit VAS | 18 implebit Λ.; impleuit A. | 19 ~ audet pro me Lc | 20 ostendere VAΣΛDr *Phil. Iul.*] ostendero *cet.* | 24 in manus LCDc | iudicium VAAK | 30 fulserunt A; fuerint K |

34 auferat a me virgam suam et pavor
13,21; 23,6 eius non me terreat
35 loquar et non timebo eum neque
enim possum metuens respondere
9,21! **10** taedet animam meam vitae meae
dimittam adversum me eloquium
meum
7,11; 23,2 loquar in amaritudine animae meae
2 dicam Deo noli me condemnare in-
dica mihi cur me ita iudices
3 numquid bonum tibi videtur si ca-
lumnieris et opprimas me opus ma-
nuum tuarum
et consilium impiorum adiuves
4 numquid oculi carnei tibi sunt aut
sicut videt homo et tu videbis
5 numquid sicut dies hominis dies tui
et anni tui sicut humana sunt tem-
pora
6 ut quaeras iniquitatem meam et pec-
catum meum scruteris
7 et scias quia nihil impium fecerim
Dt 32,39! Tb 13,21 cum sit nemo qui de manu tua pos-
sit eruere
Ps 118,73 8 manus tuae plasmaverunt me et fe-
cerunt me totum in circuitu et sic
repente praecipitas me
13,12; Gn 3,19! 33,6; 34,15; Ps 102,14 Sir 17,2; Is 64,8! 9 memento quaeso quod sicut lutum
feceris me et in pulverem reduces
me
Sap 7,2 10 nonne sicut lac mulsisti me et sicut
caseum me coagulasti
11 pelle et carnibus vestisti me et ossi-
bus et nervis conpegisti me
12 vitam et misericordiam tribuisti mihi
et visitatio tua custodivit spiritum
meum
13 licet haec celes in corde tuo tamen
scio quia universorum memineris
14 si peccavi et ad horam pepercisti mi-
hi cur ab iniquitate mea mundum
me esse non pateris
15 et si impius fuero vae mihi est
9,15 et si iustus non levabo caput satura-
tus adflictione et miseria
16 et propter superbiam quasi leaenam
capies me reversusque mirabiliter
me crucias
17 instauras testes tuos contra me et
multiplicas iram tuam adversum Ps 77,49; 87,17
me et poenae militant in me 6,4
18 quare de vulva eduxisti me qui uti- 3,11! Ier 20,18
nam consumptus essem ne oculus
me videret
19 fuissem quasi qui non essem de utero
translatus ad tumulum
20 numquid non paucitas dierum meo- 14,1! 16,23; 17,1; Ps 38,5
rum finietur brevi
dimitte ergo me ut plangam paulu-
lum dolorem meum
21 antequam vadam et non revertar ad 7,9! 16,23
terram tenebrosam et opertam Ps 87,7!
mortis caligine
22 terram miseriae et tenebrarum ubi
umbra mortis et nullus ordo et
sempiternus horror inhabitans
11 respondens autem Sophar Naama-
thites dixit
2 numquid qui multa loquitur non et
audiet
aut vir verbosus iustificabitur
3 tibi soli tacebunt homines et cum
ceteros inriseris a nullo confuta-
beris
4 dixisti enim purus est sermo meus et 33,3!
mundus sum in conspectu tuo
5 atque utinam Deus loqueretur te-
cum et aperiret labia sua tibi
6 ut ostenderet tibi secreta sapientiae
et quod multiplex esset lex eius
et intellegeres quod multo minora
exigaris a Deo quam meretur ini-
quitas tua
7 forsitan vestigia Dei conprehendes Ps 76,20; Sap 9,13! Rm 11,33
et usque ad perfectum Omnipoten-
tem repperies
8 excelsior caelo est et quid facies pro- 22,12
fundior inferno et unde cognosces

VLA CΣΛDKSΦ cr 35 respondere + ei A ‖ **10**,1 in amaritudinem LK. | 3 calumnieris + me D𝔠. | 8 ~ fecerunt me et plasmauerunt me DS𝔠 | 11 et[2] *om.* CΣ𝔠 | 13 quia] quod A | 19 qui *om.* ACΣΛDS𝔠 | 22 et[3]] sed Σ𝔠 | inhabitat 𝔠 ‖ **11**,6 multa LCΛ; multum S | a deo] ab eo SΦ𝔠 | 7 conprehendis LKS |

9 longior terrae mensura eius et latior
mari
10 si subverterit omnia vel in unum co-
artaverit quis contradicet ei
11 ipse enim novit hominum vanitatem
et videns iniquitatem nonne consi-
derat
12 vir vanus in superbiam erigitur et
tamquam pullum onagri se liberum
natum putat
13 tu autem firmasti cor tuum et ex-
Gn 14,22! pandisti ad eum manus tuas
36,10 14 si iniquitatem quod est in manu tua
abstuleris a te et non manserit in
tabernaculo tuo iniustitia
15 tum levare poteris faciem tuam abs-
que macula et eris stabilis et non
timebis
16 miseriae quoque oblivisceris et quasi
aquarum quae praeterierint recor-
daberis
Is 58,10! 17 et quasi meridianus fulgor consurget
tibi ad vesperam
et cum te consumptum putaveris
orieris ut lucifer
Ps 4,9.10 18 et habebis fiduciam proposita tibi
spe et defossus securus dormies
Lv 26,6! 19 requiesces et non erit qui te exterreat
et deprecabuntur faciem tuam plu-
rimi
17,5 20 oculi autem impiorum deficient et
effugium peribit ab eis et spes eo-
rum abominatio animae
12 respondens autem Iob dixit
2 ergo vos estis soli homines et vobis-
cum morietur sapientia
13,2; 15,9 3 et mihi est cor sicut et vobis nec in-
ferior vestri sum
quis enim haec quae nostis ignorat
30,1; Tb 2,15; Ps 21,8! 43,14! 4 qui deridetur ab amico suo sicut ego
Ier 9,5 invocabit Deum et exaudiet eum
21,3 deridetur enim iusti simplicitas

5 lampas contempta apud cogitatio-
nes divitum parata ad tempus sta-
tutum
6 abundant tabernacula praedonum
et audacter provocant Deum
cum ipse dederit omnia in manibus
eorum
7 nimirum interroga iumenta et doce-
bunt te et volatilia caeli et indica-
bunt tibi
8 loquere terrae et respondebit tibi et
narrabunt pisces maris
9 quis ignorat quod omnia haec ma- Is 41,20; 66,2!
nus Domini fecerit
10 in cuius manu anima omnis viventis Sap 7,16; Act 17,28
et spiritus universae carnis hominis Nm 16,22!
11 nonne auris verba diiudicat et fau- 34,3
ces comedentis saporem
12 in antiquis est sapientia et in multo 32,7
tempore prudentia
13 apud ipsum est sapientia et forti- 16
tudo ipse habet consilium et intel-
legentiam
14 si destruxerit nemo est qui aedificet
et si incluserit hominem nullus est Is 22,22!
qui aperiat
15 si continuerit aquas omnia siccabun-
tur et si emiserit eas subvertent ter-
ram
16 apud ipsum est fortitudo et sapien- 13
tia ipse novit et decipientem et eum
qui decipitur
17 adducit consiliarios in stultum finem Is 29,14! 40,23; 44,25; Ier 10,14!
et iudices in stuporem
18 balteum regum dissolvit et praecin-
git fune renes eorum
19 ducit sacerdotes inglorios et optima-
tes subplantat
20 commutans labium veracium et doc-
trinam senum auferens
21 effundit despectionem super princi- Ps 106,40; Sir 10,17!
pes et eos qui oppressi fuerant re- 5,11!

9 terrae LACΦr] terra *cet.* | 14 quod VLr *Phil.*] quae *cet.* | 15 tum] tunc LΛΑKSc; *om.* C | 16 praeterierunt ΣΛDc | 18 propositam K; praeposita ΑΣ | defessus ΑΣS | 20 eorum] illorum Cc ‖ **12**,2 morietur VLDcr𝔐] moratur CΣ; oritur Λ.; orietur AKSΦ | 6 in manus Dc; in manu Λ. | 11 comedentes VL | 14 et si LASΦr *Iul.*] si *cet.* | 15 et si LASΦcr] si *cet.* | 17 abducit Λ.; abducet V. | in stupore A | 18 praecinget AC | 19 ingloriosos LΣΛK; inglorioso S. | 21 et *om.* c. |

VLA CΣΛDKSΦ cr

levans
22 qui revelat profunda de tenebris et
producit in lucem umbram mortis
23 qui multiplicat gentes et perdet eas
et subversas in integrum restituet
Ps 106,40 24 qui inmutat cor principum populi
terrae et decipit eos ut frustra in-
cedant per invium
5,14; Dt 28,29; Is 59,10! 25 palpabunt quasi in tenebris et non
in luce et errare eos faciet quasi
ebrios
13 ecce omnia et vidit oculus meus et
audivit auris mea et intellexi sin-
gula
12,3; 15,9 2 secundum scientiam vestram et ego
novi nec inferior vestri sum
31,35 3 sed tamen ad Omnipotentem loquar
23,4; 33,13! et disputare cum Deo cupio
4 prius vos ostendens fabricatores
mendacii et cultores perversorum
dogmatum
Prv 17,28 5 atque utinam taceretis ut putaremini
esse sapientes
6 audite ergo correptiones meas et iu-
dicium labiorum meorum adten-
dite
7 numquid Deus indiget vestro men-
dacio ut pro illo loquamini dolos
8 numquid faciem eius accipitis et pro
Deo iudicare nitimini
9 aut placebit ei quem celare nihil pot-
est aut decipietur ut homo vestris
fraudulentiis
10 ipse vos arguet quoniam in abscon-
dito faciem eius accipitis
11 statim ut se commoverit turbabit
vos et terror eius inruet super vos
12 memoria vestra conparabitur cineri
10,9! et redigentur in lutum cervices
vestrae
13 tacete paulisper ut loquar quodcum-
que mihi mens suggesserit

14 quare lacero carnes meas dentibus
meis et animam meam porto in Idc 12,3! Ps 118,109
manibus meis
15 etiam si occiderit me in ipso sperabo
verumtamen vias meas in conspectu
eius arguam 16 et ipse erit salvator Ps 24,5; 61,7; Is 12,2!
meus
non enim veniet in conspectu eius Idt 9,16
omnis hypocrita
17 audite sermonem meum et enigmata 21,2
percipite auribus vestris
18 si fuero iudicatus scio quod iustus 32,2!
inveniar
19 quis est qui iudicetur mecum veniat Is 50,8
quare tacens consumor
20 duo tantum ne facias mihi et tunc a
facie tua non abscondar
21 manum tuam longe fac a me et for-
mido tua non me terreat 9,34; 23,6
22 et voca me et respondebo tibi aut 14,15; 38,3; 40,2; 42,4
certe loquar et tu responde mihi
23 quantas habeo iniquitates et peccata
scelera mea et delicta ostende mihi
24 cur faciem tuam abscondis et arbit- Ps 12,1! Is 64,7!
raris me inimicum tuum 19,11; 33,10
25 contra folium quod vento rapitur
ostendis potentiam tuam et stipu-
lam siccam persequeris
26 scribis enim contra me amaritudines
et consumere me vis peccatis adu-
lescentiae meae
27 posuisti in nervo pedem meum et 23,10! 31,4! 33,11
observasti omnes semitas meas et Ps 138,3.4; Prv 5,21
vestigia pedum meorum conside-
rasti
28 qui quasi putredo consumendus
sum et quasi vestimentum quod Ps 101,27! Is 50,9!
comeditur a tinea
14 homo natus de muliere brevi vivens 5; 10,20! Ecl 2,23; Sir 40,1
tempore repletus multis miseriis
2 quasi flos egreditur et conteritur et Ps 101,12! 102,15! Iac 1,10
fugit velut umbra et numquam in 8,9!

VLA CΣΛDKSΦ cr 22 umbras L.; umbra A | 23 perdet … restituet LAΛKSr *Iul.*] perdit … restituit *cet.* || **13**,1 omnia et] omnia haec S c; haec omnia ΣD.; haec omnia et Λ; omnia A | 6 correctiones meas C; correptionem meam A c. | 17 aenigmate L | 21 formido] fortitudo VS | 22 et[1] *om.* CΛSΦ c | et[2] + ego c. | 23 delicta + mea A | 26 scribes LAK | me[2] *om.* V || **14**,1 repletur VLΦ c; replebitur D. | 2 quasi] *praem.* qui CΛ c | conteretur LK | et fugiet LΦ; effugit K; effugiet A. |

eodem statu permanet
3 et dignum ducis super huiuscemodi
aperire oculos tuos et adducere
22,4; 34,23 eum tecum in iudicium
4 quis potest facere mundum de inmundo conceptum semine nonne
tu qui solus es
1! 5 breves dies hominis sunt numerus
mensuum eius apud te est
constituisti terminos eius qui praeterire non poterunt
6 recede paululum ab eo ut quiescat
7,1 donec optata veniat sicut mercennarii dies eius
7 lignum habet spem si praecisum fuerit rursum virescit et rami eius pullulant
8 si senuerit in terra radix eius et in
pulvere emortuus fuerit truncus
illius
9 ad odorem aquae germinabit et faciet comam quasi cum primum
plantatum est
20,7 10 homo vero cum mortuus fuerit et
nudatus atque consumptus ubi
quaeso est
Is 19,5! 11 quomodo si recedant aquae de mari
et fluvius vacuefactus arescat
12 sic homo cum dormierit non resurget
donec adteratur caelum non evigilabit nec consurget de somno suo
13 quis mihi hoc tribuat ut in inferno
protegas me
Is 26,20 ut abscondas me donec pertranseat
furor tuus
et constituas mihi tempus in quo
recorderis mei
14 putasne mortuus homo rursum vivet
7,1 cunctis diebus quibus nunc milito
expecto donec veniat inmutatio
mea
13,22! 15 vocabis et ego respondebo tibi operi
manuum tuarum porriges dexteram Ps 137,8
16 tu quidem gressus meos dinumerasti 31,4!
sed parces peccatis meis
17 signasti quasi in sacculo delicta mea
sed curasti iniquitatem meam
18 mons cadens defluet et saxum transfertur de loco suo
19 lapides excavant aquae et adluvione
paulatim terra consumitur
et homines ergo similiter perdes
20 roborasti eum paululum ut in perpetuum pertransiret
inmutabis faciem eius et emittes eum
21 sive nobiles fuerint filii eius sive ignobiles non intelleget
22 attamen caro eius dum vivet dolebit
et anima illius super semet ipso lugebit

15 respondens autem Eliphaz Themanites dixit
2 numquid sapiens respondebit quasi 6,26; Ier 5,13
in ventum loquens et implebit ardore stomachum suum
3 arguis verbis eum qui non est aequalis tui et loqueris quod tibi non expedit
4 quantum in te est evacuasti timorem
et tulisti preces coram Deo
5 docuit enim iniquitas tua os tuum et
imitaris linguam blasphemantium
6 condemnabit te os tuum et non ego 9,20; II Sm 1,16!
et labia tua respondebunt tibi
7 numquid primus homo tu natus es
et ante colles formatus Prv 8,25
8 numquid consilium Dei audisti et Tb 3,20! Is 40,13! Ier 23,18
inferior te erit eius sapientia
9 quid nosti quod ignoremus quid in- 12,3; 13,2
tellegis quod nesciamus
10 et senes et antiqui sunt in nobis multo vetustiores quam patres tui
11 numquid grande est ut consoletur te

3 in iudicio AS | 5 praeteriri D c | 8 in puluerem LCS | emortuus VΛDΦ cr *Phil.*] emortuum S; mortuus *cet.* | 12 consurget] consurgit VCKS | 13 ut²] et ΛD c | 14 uiuat D c | 15 uocabis VLAK r *Phil.*] uocabis me *cet.* | porrigis LCS | 16 parcis LCΣΛDKS; parce c | 18 defluit CΣΛS c | transferetur LD | 19 hominem D c. | 20 transiret A c | emittis AS | 22 semet ipsum AΣK; ipso C. || **15**,2 ardorem LK | 3 argues AS | tui] tibi AC c | 5 lingua LKΦ | 9 intelleges A |

VLA CΣΛDKSΦ cr

Deus sed verba tua prava hoc pro-
hibent
12 quid te elevat cor tuum et quasi mag-
na cogitans adtonitos habes oculos
13 quid tumet contra Deum spiritus
tuus ut proferas de ore huiuscemodi
sermones
14—16: 25,4–6 14 quid est homo ut inmaculatus sit et
ut iustus appareat natus de muliere
4.18 15 ecce inter sanctos eius nemo inmuta-
bilis et caeli non sunt mundi in con-
spectu eius
16 quanto magis abominabilis et inuti-
Prv 4,17 lis homo qui bibit quasi aquas ini-
quitatem
17 ostendam tibi audi me quod vidi nar-
rabo tibi
18 sapientes confitentur et non abscon-
dunt patres suos
19 quibus solis data est terra et non
transibit alienus per eos
20 cunctis diebus suis impius superbit
et numerus annorum incertus est
tyrannidis eius
21 sonitus terroris semper in auribus
illius et cum pax sit ille insidias su-
spicatur
22 non credit quod reverti possit de
tenebris circumspectans undique
gladium
23 cum se moverit ad quaerendum pa-
nem novit quod paratus sit in ma-
nu eius tenebrarum dies
24 terrebit eum tribulatio et angustia
vallabit eum sicut regem qui prae-
paratur ad proelium
25 tetendit enim adversus Deum ma-
num suam et contra Omnipoten-
tem roboratus est
26 cucurrit adversus eum erecto collo
et pingui cervice armatus est
27 operuit faciem eius crassitudo et de
lateribus eius arvina dependet
28 habitavit in civitatibus desolatis et
in domibus desertis quae in tumu-
los sunt redactae
29 non ditabitur nec perseverabit sub-
stantia eius nec mittet in terra ra-
dicem suam
30 non recedet de tenebris
ramos eius arefaciet flamma et aufe-
retur spiritu oris sui
31 non credat frustra errore deceptus
quod aliquo pretio redimendus sit
32 antequam dies eius impleantur peri- 22,16; 36,14
bit et manus eius arescet
33 laedetur quasi vinea in primo flore
botrus eius et quasi oliva proiciens
florem suum
34 congregatio enim hypocritae sterilis
et ignis devorabit tabernacula eo- 8,22!
rum qui munera libenter accipiunt
35 concepit dolorem et peperit iniqui- Ps 7,15; Is 59,4
tatem et uterus eius praeparat do-
los
16 respondens autem Iob dixit
2 audivi frequenter talia
consolatores onerosi omnes vos estis
3 numquid habebunt finem verba ven-
tosa aut aliquid tibi molestum est
si loquaris
4 poteram et ego similia vestri loqui
atque utinam esset anima vestra pro
anima mea
5 consolarer et ego vos sermonibus et Ps 21,8! IV Rg 19,21; Ps 108,25; Is 37,22
moverem caput meum super vos
6 roborarem vos ore meo et moverem
labia quasi parcens vobis
7 sed quid agam
si locutus fuero non quiescet dolor
meus et si tacuero non recedet a me
8 nunc autem oppressit me dolor meus
et in nihili redacti sunt omnes ar- 17,7; 30,15; Ps 72,22
tus mei
9 rugae meae testimonium dicunt
contra me

(V)LA CΣΛDKSΦ cr 13 ore VLKr] ore tuo *cet.* | sermonem L | 14 ut² *om.* LD | 16 aquam KSΦc | 18 abscondent LΣΛS | 19 transiuit ACDK c | 21 ille + semper Φc | 22 tenebris + ad lucem VΛΦc | 25 [*deest* V *usque ad* 42,16] | 30 ramus L | sui] eius ADK | 31 credet Σc; credit S | 32 arescit CΣS; arescent Φc | 34 deuorauit AΛ || 16,6 labia + mea AKc | 8 in nihili r *Phil.*, *cf. infra* 17,7; 26,7; 30,15] ad nihilum A; in nihilum *cet.* |

et suscitatur falsiloquus adversus fa-
ciem meam contradicens mihi
10 collegit furorem suum in me et com-
Ps 34,16! 36,12! minans mihi infremuit contra me
dentibus suis
hostis meus terribilibus oculis me
intuitus est
Ps 21,14 11 aperuerunt super me ora sua exprob-
III Rg 22,24; Lc 22,64 rantes percusserunt maxillam me-
am satiati sunt poenis meis
12 conclusit me Deus apud iniquum et
manibus impiorum me tradidit
13 ego ille quondam opulentus repente
contritus sum
tenuit cervicem meam confregit me
et posuit sibi quasi in signum
14 circumdedit me lanceis suis convul-
neravit lumbos meos
Lam 2,11 non pepercit et effudit in terra vis-
cera mea
15 concidit me vulnere super vulnus in-
ruit in me quasi gigans
16 saccum consui super cutem meam et
operui cinere cornu meum
17 facies mea intumuit a fletu et pal-
pebrae meae caligaverunt
18 haec passus sum absque iniquitate
manus meae cum haberem mun-
das ad Deum preces
Is 26,21 19 terra ne operias sanguinem meum
neque inveniat locum in te latendi
clamor meus
20 ecce enim in caelo testis meus et con-
scius meus in excelsis
21 verbosi mei amici mei ad Deum stil-
lat oculus meus
22 atque utinam sic iudicaretur vir cum
Deo quomodo iudicatur filius ho-
minis cum collega suo
10,20! 23 ecce enim breves anni transeunt et
7,9! 10,21 semitam per quam non revertar
ambulo
17 spiritus meus adtenuabitur dies mei
breviabuntur et solum mihi super- 10,20!
est sepulchrum
2 non peccavi et in amaritudinibus
moratur oculus meus
3 libera me et pone iuxta te et cuius- Ps 118,122
vis manus pugnet contra me
4 cor eorum longe fecisti a disciplina
et propterea non exaltabuntur
5 praedam pollicetur sociis et oculi
filiorum eius deficient 11,20
6 posuit me quasi in proverbium vulgi 30,9; Ps 21,7; 43,15; 68,12
et exemplum sum coram eis
7 caligavit ab indignatione oculus me-
us et membra mea quasi in nihili 16,8; 30,15; Ps 72,22
redacta sunt
8 stupebunt iusti super hoc et inno- Is 52,14
cens contra hypocritam suscitabitur
9 et tenebit iustus viam suam et mun- Is 26,7! Os 14,10
dis manibus addet fortitudinem
10 igitur vos omnes convertimini et ve-
nite et non inveniam in vobis ul-
lum sapientem
11 dies mei transierunt cogitationes me-
ae dissipatae sunt torquentes cor
meum
12 noctem verterunt in diem et rursum
post tenebras spero lucem
13 si sustinuero infernus domus mea 30,23; Ecl 12,5!
est in tenebris stravi lectulum me-
um
14 putredini dixi pater meus es mater
mea et soror mea vermibus
15 ubi est ergo nunc praestolatio mea 4,6
et patientiam meam quis considerat
16 in profundissimum infernum de-
scendent omnia mea putasne sal-
tim ibi erit requies mihi
18 respondens autem Baldad Suites
dixit

11 super] in A | sua + et DKc | 13 sibi] me sibi c; me Φ | 16 consuit LDKSΦ | operuit LDSΦ | cornu meum r. *Phil.* 𝔐] corpus meum ΣK; carnem meam *cet.* | 17 caliginauerunt L | 19 ~ in te locum latendi ΣΛSc; ~ in te latendi locum D. | 20 ecce — conscius meus *om.* L | 21 mei[1] LAΛΦr *Phil. Iul.*] *om. cet.* | 23 reuertor A; reuertam L. || **17**,3 me[1] + domine Φc | pone + me CΣΛDKSΦc | cuiusuis] cuius uult C; cuius LK | 4 et *om.* CΛc | 6 sum] suum LCΣSΦ | 7 ad indignationem LK | in nihili Lr *Phil.*, *cf. supra* 16,8] in nihilo Σ.; in nihilum *cet.* | 9 addit ASΦ | 10 ~ omnes uos c | 13 in] et in CΣΛc; *om.* L. | lectum LCΣΛDS ||

LA
CΣΛDKSΦ
cr

2 usque ad quem finem verba iacta-
bitis
intellegite prius et sic loquamur
Ps 72,23 3 quare reputati sumus ut iumenta et
sorduimus coram vobis
4 qui perdis animam tuam in furore
tuo
numquid propter te derelinquetur
terra et transferentur rupes de loco
suo
5 nonne lux impii extinguetur nec
splendebit flamma ignis eius
6 lux obtenebrescet in tabernaculo il-
21,17; Prv 13,9! lius et lucerna quae super eum est
extinguetur
7 artabuntur gressus virtutis eius et
praecipitabit eum consilium suum
8 inmisit enim in rete pedes suos et in
maculis eius ambulat
22,10 9 tenebitur planta illius laqueo et ex-
ardescet contra eum sitis
Ps 139,6! 10 abscondita est in terra pedica eius
et decipula illius super semitam
22,10 11 undique terrebunt eum formidines
et involvent pedes eius
12 adtenuetur fame robur eius et inedia
invadat costas illius
13 devoret pulchritudinem cutis eius
consumat brachia illius primoge-
nita mors
14 avellatur de tabernaculo suo fiducia
eius et calcet super eum quasi rex
interitus
15 habitent in tabernaculo illius socii
eius qui non est aspergatur in ta-
bernaculo eius sulphur
Ps 20,11 16 deorsum radices eius siccentur sur-
sum autem adteratur messis eius
Ps 33,17! 108,15; Sap 4,19 17 memoria illius pereat de terra et non
Prv 10,7! celebretur nomen eius in plateis
18 expellet eum de luce in tenebras et
de orbe transferet eum
19 non erit semen eius neque progenies Is 14,22
in populo suo nec ullae reliquiae
in regionibus eius
20 in die eius stupebunt novissimi et
primos invadet horror
21 haec sunt ergo tabernacula iniqui et 8,22! 21,28
iste locus eius qui ignorat Deum
19 respondens autem Iob dixit
2 usquequo adfligitis animam meam
et adteritis me sermonibus
3 en decies confunditis me et non eru-
bescitis opprimentes me
4 nempe et si ignoravi mecum erit i-
gnorantia mea
5 at vos contra me erigimini et argui-
tis me obprobriis meis
6 saltim nunc intellegite quia Deus
non aequo iudicio adflixerit me et
flagellis suis me cinxerit
7 ecce clamabo vim patiens et nemo 30,20; Is 38,14; Hab 1,2!
audiet vociferabor et non est qui
iudicet
8 semitam meam circumsepsit et trans-
ire non possum et in calle meo te-
nebras posuit
9 spoliavit me gloria mea et abstulit
coronam de capite meo
10 destruxit me undique et pereo et
quasi evulsae arbori abstulit spem
meam
11 iratus est contra me furor eius et sic
me habuit quasi hostem suum 13,24; 33,10
12 simul venerunt latrones eius et fece-
runt sibi viam per me et obsederunt Lam 3,5
in gyro tabernaculum meum
13 fratres meos longe fecit a me et noti 6,13; Ps 30,12! 68,9; 87,19!
mei quasi alieni recesserunt a me
14 dereliquerunt me propinqui mei et
qui me noverant obliti sunt mei
15 inquilini domus meae et ancillae

LA CΣΛDKSΦ cr

18,2 iactabitis intellege S.; iactatis intelligite D.; iactatis intellege L.; iactabis intellege AC | 4 qui] quid AC | perdes LCK | derelinquitur AK; relinquetur D | transferuntur LK | 5 extinguitur AS | 6 obtenebrescit ACΛS | illius] eius A | 9 exardescit LΛKS | 11 inuoluent + eum L | 12 adtenuatur LS.; attenuabitur D. | illius] eius LΣ | 15 illius] eius L; *om.* S. | 18 de urbe LK; orbe A. | 20 inuadit AΛKS | 21 ignorant A || **19**,3 confundetis S; confudistis ACΣ | 4 erit] est L | 5 at] aut LSΦ | 7 uociferabo A | 9 gloriam meam L; galea mea Λ. | 10 arboris DSΦr; arbores A. | 14 nouerunt LDS |

meae sicut alienum habuerunt me
et quasi peregrinus fui in oculis eo-
rum
16 servum meum vocavi et non respon-
dit ore proprio deprecabar illum
17 halitum meum exhorruit uxor mea
et orabam filios uteri mei
18 stulti quoque despiciebant me et
cum ab eis recessissem detrahebant
mihi
19 abominati sunt me quondam consi-
Sir 6,9; 37,2 liarii mei et quem maxime dilige-
bam aversatus est me
Ps 101,6; Lam 4,8 20 pelli meae consumptis carnibus ad-
hesit os meum et derelicta sunt tan-
tummodo labia circa dentes meos
21 misereminі mei miseremini mei sal-
tim vos amici mei quia manus Do-
mini tetigit me
Ps 26,2 22 quare persequimini me sicut Deus
et carnibus meis saturamini
31,35 23 quis mihi tribuat ut scribantur ser-
mones mei
quis mihi det ut exarentur in libro
24 stilo ferreo et plumbi lammina
vel certe sculpantur in silice
25—27: Tb 2,18 25 scio enim quod redemptor meus vi-
II Mcc 7,14! vat et in novissimo de terra surrec-
turus sim
26 et rursum circumdabor pelle mea et
II Cor 3,18 in carne mea videbo Deum
I Cor 13,12! 27 quem visurus sum ego ipse et oculi
mei conspecturi sunt et non alius
reposita est haec spes mea in sinu
meo
28 quare ergo nunc dicitis persequamur
eum et radicem verbi inveniamus
contra eum
29 fugite ergo a facie gladii quoniam
Ps 57,12 ultor iniquitatum gladius est et sci-
tote esse iudicium

20 respondens autem Sophar Naama-
thites dixit
2 idcirco cogitationes meae variae suc-
cedunt sibi et mens in diversa ra-
pitur
3 doctrinam qua me arguis audiam et
spiritus intellegentiae meae respon-
debit mihi
4 hoc scio a principio ex quo positus
est homo super terram
5 quod laus impiorum brevis sit et
gaudium hypocritae ad instar puncti
6 si ascenderit usque ad caelum su-
perbia eius et caput eius nubes teti-
gerit
7 quasi sterquilinium in fine perdetur 14,10
et qui eum viderant dicent ubi est
8 velut somnium avolans non invenie- Ps 72,20; Is 29,7
tur transiet sicut visio nocturna
9 oculus qui eum viderat non videbit
neque ultra intuebitur eum locus
suus
10 filii eius adterentur egestate et ma- 27,14; Ps 108,10; Ecl 5,13
nus illius reddent ei dolorem suum
11 ossa eius implebuntur vitiis adules-
centiae eius et cum eo in pulverem 7,21!
dormient
12 cum enim dulce fuerit in ore eius
malum abscondet illud sub lingua
sua
13 parcet illi et non derelinquet illud et
celabit in gutture suo
14 panis eius in utero illius vertetur in
fel aspidum intrinsecus
15 divitias quas devoravit evomet et de
ventre illius extrahet eas Deus
16 caput aspidum suget occidet eum
lingua viperae
17 non videat rivulos fluminis torrentes
mellis et butyri
18 luet quae fecit omnia nec tamen con-

16 respondit + mihi LΛ | 19 me[2]] a me LD.; mei CK; mihi Φ | 21 mei[2] *om.* AD | 24 certe] celte c | 25 uiuit LSΦc | nouissimo + die c | resurrecturus AΣ | sum LΣDc | 26 deum + meum c. | 27 ~ et non alius et oculi mei conspecturi sunt LK ‖ **20,**3 doctrina qua me S; doctrinam quam me LK; doctrinam quam Σ. | argues LS | 7 uiderunt LD. | 8 inuenitur A | 9 suus] eius A | 10 ei] illi LCΛ | 11 in puluerem LACr] in puluere *cet.* | dormiunt LA. | 13 illi] illius L | 14 eius] illius L | illius] eius L | 16 sugit KS; surget LΣ; surgit C; + et CΣΛDKSc | occidit LSΦ | 17 torrentis LΣKS |

LA
CΣΛDKSΦ
cr

sumetur
iuxta multitudinem adinventionum
suarum sic et sustinebit
19 quoniam confringens nudavit pau-
peres domum rapuit et non aedifi-
Ecl 5,9! cavit eam 20 nec est satiatus venter
eius
et cum habuerit quae cupierat possi-
dere non poterit
21 non remansit de cibo eius et prop-
terea nihil permanebit de bonis eius
22 cum satiatus fuerit artabitur aestua-
bit et omnis dolor inruet in eum
23 utinam impleatur venter eius ut
emittat in eum iram furoris sui et
pluat super illum bellum suum
24 fugiet arma ferrea et inruet in arcum
aereum
25 eductus et egrediens de vagina sua
et fulgurans in amaritudine sua
vadent et venient super eum horri-
biles
26 omnes tenebrae absconditae sunt in
occultis eius
devorabit eum ignis qui non suc-
cenditur adfligetur relictus in ta-
bernaculo suo
27 revelabunt caeli iniquitatem eius et
terra consurget adversus eum
28 apertum erit germen domus illius
detrahetur in die furoris Dei
27,13; Ier 13,25 29 haec est pars hominis impii a Deo et
hereditas verborum eius a Domino
21 respondens autem Iob dixit
13,17 2 audite quaeso sermones meos et age-
tis paenitentiam
3 sustinete me ut et ego loquar et post
12,4! mea si videbitur verba ridete
4 numquid contra hominem disputatio
mea est ut merito non debeam con-
tristari
5 adtendite me et obstupescite et su-
29,9; 39,34 perponite digitum ori vestro

6 et ego quando recordatus fuero per-
timesco et concutit carnem meam
tremor
7 quare ergo impii vivunt sublevati Ecl 7,16! Ier 12,1!
sunt confortatique divitiis Hab 1,13
8 semen eorum permanet coram eis
propinquorum turba et nepotum
in conspectu eorum
9 domus eorum securae sunt et paca-
tae et non est virga Dei super illos
10 bos eorum concepit et non abortit
vacca peperit et non est privata fe-
tu suo
11 egrediuntur quasi greges parvuli eo- Ps 106,41
rum et infantes eorum exultant lu-
sibus
12 tenent tympanum et citharam et gau-
dent ad sonitum organi
13 ducunt in bonis dies suos et in punc- 34,20
to ad inferna descendunt
14 qui dixerunt Deo recede a nobis et 22,17; Is 30,11
scientiam viarum tuarum nolumus
15 quid est Omnipotens ut serviamus Mal 3,14
ei et quid nobis prodest si oraveri-
mus illum
16 verumtamen quia non sunt in manu
eorum bona sua consilium impio- 22,18
rum longe sit a me
17 quotiens lucerna impiorum extin- 18,6; Prv 13,9!
guetur et superveniet eis inundatio
et dolores dividet furoris sui
18 erunt sicut paleae ante faciem venti Ps 1,4! 82,14! Sap 5,15!
et sicut favilla quam turbo disper-
git
19 Deus servabit filiis illius dolorem Ex 34,7! Nm 14,18
patris et cum reddiderit tunc sciet
20 videbunt oculi eius interfectionem
suam et de furore Omnipotentis
bibet
21 quid enim ad eum pertinet de domo
sua post se et si numerus mensuum
eius dimidietur
22 numquid Deum quispiam docebit Is 40,14

LA CΣΛDKSΦ cr 19 nudabit LS | pauperis ACΛDS; pauperem K. | 20 concupierat CSc | 22 in] super c. | 26 occultis] oculis ACΣΛ | deuorauit LΛCΣΛ | affligitur AS. || **21**,2 agetis CΛSr] agitis LA; agite *cet.* | 3 ut et] ut A; et c | uidetur LA | 10 abortet A.; abortiuit DSΦc | 12 ad sonum L | 15 quid[1]] quis CDc; qui A | 17 furores L | 19 seruauit AK | 21 numerum AΣ. | 22 ~ docebit quispiam c |

scientiam qui excelsos iudicat
23 iste moritur robustus et sanus dives
et felix
24 viscera eius plena sunt adipe et me-
dullis ossa illius inrigantur
25 alius vero moritur in amaritudine
animae absque ullis opibus
7,21! 9,22! Is 14,11! 26 et tamen simul in pulverem dormient
Ecl 2,16! et vermes operient eos
27 certe novi cogitationes vestras et
sententias contra me iniquas
28 dicitis enim ubi est domus principis
18,21! et ubi tabernacula impiorum
29 interrogate quemlibet de viatoribus
et haec eadem eum intellegere co-
gnoscetis
30 quia in diem perditionis servabitur
malus et ad diem furoris ducitur
31 quis arguet coram eo viam eius et
quae fecit quis reddet illi
32 ipse ad sepulchra ducetur et in con-
gerie mortuorum vigilabit
33 dulcis fuit glareis Cocyti et post se
omnem hominem trahet et ante se
innumerabiles
34 quomodo igitur consolamini me
frustra cum responsio vestra repug-
nare ostensa sit veritati
22 respondens autem Eliphaz The-
manites dixit
4,17! 2 numquid Deo conparari potest ho-
mo etiam cum perfectae fuerit sci-
entiae
35,7 3 quid prodest Deo si iustus fueris aut
quid ei confers si inmaculata fuerit
via tua
4 numquid timens arguet te et veniet
14,3; 34,23 tecum in iudicium
5 et non propter malitiam tuam pluri-
mam et infinitas iniquitates tuas
6 abstulisti enim pignus fratrum tuo-
rum sine causa et nudos spoliasti
vestibus
7 aquam lasso non dedisti et esurienti Mt 25,42
subtraxisti panem
8 in fortitudine brachii tui possidebas
terram et potentissimus obtinebas
eam
9 viduas dimisisti vacuas et lacertos
pupillorum comminuisti
10 propterea circumdatus es laqueis et 18,9.11
conturbat te formido subita
11 et putabas te tenebras non visurum
et impetu aquarum inundantium
non oppressurum
12 an cogitas quod Deus excelsior caelo 11,8
et super stellarum vertices subli-
metur
13 et dicis quid enim novit Deus et Ps 9,32! 34! 72,11!
quasi per caliginem iudicat
14 nubes latibulum eius nec nostra con-
siderat et circa cardines caeli per-
ambulat
15 numquid semitam saeculorum custo-
dire cupis quam calcaverunt viri
iniqui
16 qui sublati sunt ante tempus suum 15,32; 36,14
et fluvius subvertit fundamentum
eorum
17 qui dicebant Deo recede a nobis et 21,14!
quasi nihil possit facere Omnipo-
tens aestimabant eum
18 cum ille implesset domos eorum bo-
nis quorum sententia procul sit a 21,16
me
19 videbunt iusti et laetabuntur et in- Ps 57,11! 106,42
nocens subsannabit eos
20 nonne succisa est erectio eorum et
reliquias eorum devoravit ignis
21 adquiesce igitur ei et habeto pacem
et per haec habebis fructus optimos
22 suscipe ex ore illius legem et pone Prv 4,4!

25 animae + suae LCS | 26 in puluerem LACr] in puluere *cet.* | 29 eum] illum CΛc | 30 seruabitur LASΦr] seruatur *cet.* | ducitur LACKSr] ducetur *cet.* | 31 uias AS | reddit LS | 32 ducitur AK | in congeriem LΣD || **22**,2 ~ potest comparari c | 3 uia Acr𝔐] uita *cet.* | 4 timens + te ΣDSΦr | in iudicio AΣK | 6 expoliasti AΣS | 8 in fortitudinem LΣK | 11 opprimendum ΣΛ; oppressum iri DΦc | 12 an + non c | caelo] *praem.* est D.; + sit ACΛSΦc | uerticem Λc; uertice Φ. | 13 dices A | 16 fundamenta AΣD | 17 posset Λc; posse A. | 21 ei *om.* LD. |

LA
CΣΛDKSΦ
cr

23,12 sermones eius in corde tuo
23 si reversus fueris ad Omnipotentem
aedificaberis et longe facies iniqui-
tatem a tabernaculo tuo
24 dabit pro terra silicem et pro silice
torrentes aureos
25 eritque Omnipotens contra hostes
tuos et argentum coacervabitur tibi
Is 58,14! 26 tunc super Omnipotentem deliciis
Tb 3,14 afflues et elevabis ad Deum faciem
tuam
33,26; Dt 23,21! Ps 49,14.15! 27 rogabis eum et exaudiet te et vota
tua reddes
28 decernes rem et veniet tibi et in viis
tuis splendebit lumen
5,11! Prv 3,34! 29,23! 29 qui enim humiliatus fuerit erit in
gloria et qui inclinaverit oculos su-
os ipse salvabitur
Ps 17,21! 30 salvabitur innocens salvabitur au-
tem munditia manuum suarum
23 respondens autem Iob dixit
7,11; 10,1 2 nunc quoque in amaritudine est ser-
mo meus et manus plagae meae ad-
gravata est super gemitum meum
3 quis mihi tribuat ut cognoscam et
inveniam illum et veniam usque ad
solium eius
13,3; 33,13! 4 ponam coram eo iudicium et os me-
um replebo increpationibus
5 ut sciam verba quae mihi responde-
at et intellegam quid loquatur mihi
6 nolo multa fortitudine contendat
9,34; 13,21 mecum nec magnitudinis suae mole
me premat
7 proponat aequitatem contra me et
perveniat ad victoriam iudicium
meum
8 si ad orientem iero non apparet si ad
occidentem non intellegam eum
9 si ad sinistram quid agat non adpre-
hendam eum
si me vertam ad dextram non videbo
illum
10 ipse vero scit viam meam et probavit 13,27! Ps 1,6! 138,23; Ier 6,27
me quasi aurum quod per ignem Ps 16,3! Prv 17,3! Sap 3,6!
transit
11 vestigia eius secutus est pes meus 11.12: Dt 5,32.33!
viam eius custodivi et non declinavi
ex ea
12 a mandatis labiorum eius non recessi
et in sinu meo abscondi verba oris 22,22!
eius
13 ipse enim solus est et nemo avertere
potest cogitationem eius
et anima eius quodcumque voluerit Ps 113,11! 134,6:
hoc facit Is 46,10
14 cum expleverit in me voluntatem su-
am et alia multa similia praesto
sunt ei
15 et idcirco a facie eius turbatus sum
et considerans eum timore sollicitor
16 Deus mollivit cor meum et Omnipo-
tens conturbavit me
17 non enim perii propter inminentes
tenebras nec faciem meam operuit
caligo
24 ab Omnipotente non sunt abscon-
dita tempora qui autem noverunt
eum ignorant dies illius
2 alii terminos transtulerunt diripu-
erunt greges et paverunt eos
3 asinum pupillorum abigerunt et abs-
tulerunt pro pignore bovem viduae Dt 24,17
4 subverterunt pauperum viam et op- Am 2,7!
presserunt pariter mansuetos terrae
5 alii quasi onagri in deserto egredi-
untur ad opus suum vigilantesque
ad praedam praeparant panem li-
beris
6 agrum non suum demetunt et vine-
am eius quem vi oppresserunt vin-
demiant

LA CΣΛDKSΦ cr

26 et leuabis LAD | ad dominum LΛ | 28 decernis LACKSr | et eueniet AS | splendebit + tibi LA. | 29 erit] exaltabitur D.; *om.* L | oculos suos LCΣΛr *Phil. Greg.*] oculo suo A.; oculos *cet.* | 30 autem + in c || **23,**1 dixit] ait ΣKSΦc | 2 sermo meus] anima mea A | 6 nolo + in A | 7 perueniet ΛΦ; superueniet L. | 9 agat LΣΦr *Phil. Iul., cf.* 𝔐] agam *cet.* | uertero A | 10 probabit SΦ; prouabit LACΣ. | 13 cogitationes LCΛDS | uoluerit hoc facit LA *Iul.*] uoluerit hoc fecit *Phil.*; uoluit hoc fecit *cet.* || **24,**5 uigilant usque L.; uigilant itaque S.; uigilantes Φc; uigilant C | 6 oppresserint Φc; oppresserant K |

7 nudos dimittunt homines indumenta
tollentes quibus non est operimentum in frigore
8 quos imbres montium rigant et non
habentes velamen amplexantur lapides
9 vim fecerunt depraedantes pupillos
et vulgum pauperem spoliaverunt
10 nudis et incedentibus absque vestitu
et esurientibus tulerunt spicas
11 inter acervos eorum meridiati sunt
qui calcatis torcularibus sitiunt
12 de civitatibus fecerunt viros gemere
et anima vulneratorum clamavit et
Deus inultum abire non patitur
Io 3,20 13 ipsi fuerunt rebelles luminis nescierunt vias eius nec reversi sunt per
semitas illius
14 mane primo consurgit homicida interficit egenum et pauperem per
noctem vero erit quasi fur
Sir 23,25.26; Is 29,15 15 oculus adulteri observat caliginem
dicens non me videbit oculus et
operiet vultum suum
16 perfodit in tenebris domos sicut in
die condixerant sibi et ignoraverunt lucem
17 si subito apparuerit aurora arbitrantur umbram mortis et sic in tenebris quasi in luce ambulant
Ps 138,11; Io 3,19
18 levis est super faciem aquae
maledicta sit pars eius in terra nec
ambulet per viam vinearum
19 ad nimium calorem transeat ab
aquis nivium et usque ad inferos
peccatum illius
20 obliviscatur eius misericordia dulcedo illius vermes
non sit in recordatione sed conteratur quasi lignum infructuosum
21 pavit enim sterilem et quae non parit
et viduae bene non fecit
22 detraxit fortes in fortitudine sua et
cum steterit non credet vitae suae
23 dedit ei Deus locum paenitentiae et Sap 12,10! 19; Apc 2,21
ille abutitur eo in superbiam Ps 33,17; Prv 15,3!
oculi autem eius sunt in viis illius
24 elevati sunt ad modicum et non subsistent
et humiliabuntur sicut omnia et auferentur et sicut summitates spicarum conterentur
25 quod si non est ita quis me potest
arguere esse mentitum et ponere
ante Deum verba mea
25 respondens autem Baldad Suites
dixit
2 potestas et terror apud eum est qui
facit concordiam in sublimibus suis
3 numquid est numerus militum eius Is 40,26
et super quem non surget lumen
illius
4 numquid iustificari potest homo conparatus Deo aut apparere mundus 4,17! 4–6: 15,14–16
natus de muliere
5 ecce etiam luna non splendet et stellae non sunt mundae in conspectu
eius
6 quanto magis homo putredo et filius Ps 21,7; I Mcc 2,62!
hominis vermis
26 respondens autem Iob dixit
2 cuius adiutor es numquid inbecilli
et sustentas brachium eius qui non
est fortis
3 cui dedisti consilium forsitan illi qui
non habet sapientiam et prudentiam tuam ostendisti plurimam
4 quem docere voluisti nonne eum qui Za 12,1; Act 17,25
fecit spiramen tuum
5 ecce gigantes gemunt sub aquis et Prv 9,18
qui habitant cum eis
6 nudus est inferus coram illo et nul- Prv 15,11; Hbr 4,13

LA CΣΛDKSΦ cr

9 pupillum L; pupillo A. | expoliauerunt ACS | 12 patiatur LΣ. | 13 lumini c | illius] eius c. | 14 interfecit LAΛ c(*ed.* 1598); *praem.* et A | 17 arbitratur A.; arbitrat L. | in lucem LCK r | 21 et[1] *om.* A c | 22 credit KS; redit L. | 23 abutetur LΦ | 24 eleuatus est A; et leuati sunt Φ. | subsistit A. | humiliabitur A.; humiliabunt L. | auferetur A.; auferuntur L || **25**,2 concordiam] misericordiam L | 5 ~ luna etiam c. || **26**,1 et respondens iob dixit L | 2 inbecillis ΣD c | 4 spiramen tuum D r *Phil.*, *cf.* 𝔐 *Iul.*] inspiramentum C; spiramentum *cet.* | 6 infernus AΛD c |

lum est operimentum perditioni
Prv 8,29; Is 40,22 7 qui extendit aquilonem super vacu-
um et adpendit terram super nihili
8 qui ligat aquas in nubibus suis ut
non erumpant pariter deorsum
9 qui tenet vultum solii sui et expandit
super illud nebulam suam
38,10; Prv 8,29 10 terminum circumdedit aquis usque
dum finiantur lux et tenebrae
9,6; Is 13,13! 11 columnae caeli contremescunt et pa-
vent ad nutum eius
Or Man 3 12 in fortitudine illius repente maria
congregata sunt et prudentia eius
percussit superbum
13 spiritus eius ornavit caelos et obse-
tricante manu eius eductus est co-
luber tortuosus
14 ecce haec ex parte dicta sunt viarum
eius
et cum vix parvam stillam sermonis
eius audierimus
quis poterit tonitruum magnitudi-
nis illius intueri
27 addidit quoque Iob adsumens pa-
rabolam suam et dixit
34,5 2 vivit Deus qui abstulit iudicium me-
um et Omnipotens qui ad amaritu-
dinem adduxit animam meam
3 quia donec superest halitus in me et
Is 2,22 spiritus Dei in naribus meis
33,3! 36,4! Ps 16,4; 33,14; Prv 4,24; Sap 1,6; Sir 1,37 4 non loquentur labia mea iniquita-
tem nec lingua mea meditabitur
mendacium
5 absit a me ut iustos vos esse iudicem
2,3! 9 donec deficiam non recedam ab in-
nocentia mea
6 iustificationem meam quam coepi te-
nere non deseram
nec enim reprehendit me cor meum
in omni vita mea
7 sit ut impius inimicus meus et adver-
sarius meus quasi iniquus

8 quae enim spes est hypocritae si ava- 8,13!
re rapiat et non liberet Deus ani-
mam eius
9 numquid clamorem eius Deus au- Prv 1,27.28
diet cum venerit super illum angus-
tia
10 aut poterit in Omnipotente delecta-
ri et invocare Deum in omni tem-
pore
11 docebo vos per manum Dei quae
Omnipotens habeat nec abscondam
12 ecce vos omnes nostis et quid sine
causa vana loquimini
13 haec est pars hominis impii apud 20,29; Ier 13,25
Deum et hereditas violentorum
quam ab Omnipotente suscipient
14 si multiplicati fuerint filii eius in gla- 20,10! Dt 28,41! Os 9,12
dio erunt et nepotes eius non satu-
rabuntur pane
15 qui reliqui fuerint ex eo sepelientur
in interitu et viduae illius non plo- Ps 77,64
rabunt
16 si conportaverit quasi terram argen- Za 9,3
tum et sicut lutum praeparaverit
vestimenta
17 praeparabit quidem sed iustus vesti- Prv 13,22
etur illis et argentum innocens divi-
det
18 aedificavit sicut tinea domum suam
et sicut custos fecit umbraculum
19 dives cum dormierit nihil secum au- Ps 48,18; 75,6; Sir 11,20
feret aperit oculos suos et nihil in-
veniet
20 adprehendit eum quasi aqua inopia
nocte opprimet eum tempestas
21 tollet eum ventus urens et auferet et Ier 18,17
velut turbo rapiet eum de loco suo
22 et mittet super eum et non parcet de
manu eius fugiens fugiet
23 stringet super eum manus suas et
sibilabit super illum intuens locum
eius

LA
CΣΛDKSΦ
cr
7 super nihilo D; super nihilum Cc | 9 expandet AΣ | 10 finiatur AK | 14 sermonum ACΛD; sermones KS || 27,6 nec] neque CΛc | reprehendet A; conpraehendit L. | 7 sit ut] sicut LΣDS; sicuti C. | 8 ~ enim est spes C; ~ est enim spes c | 9 ~ deus audiet clamorem eius c | illum] eum ASΦc | 10 in omnipotentem LA | in² *om.* c | 15 plorabuntur LC | 17 praeparauit ACΣΛΦ | 19 aperiet LDΦc | 20 adprehendit LAKSr *Iul.*] adprehendet *cet.* | 22 et mittit Λ; emittet AΣ; emittit C | 23 illum] eum AΣ ||

28 habet argentum venarum suarum
principia et auro locus est in quo
conflatur
2 ferrum de terra tollitur et lapis so-
lutus calore in aes vertitur
3 tempus posuit tenebris et universo-
rum finem ipse considerat
lapidem quoque caliginis et umbram
mortis
Is 11,15; IV Esr 13,44! 4 dividit torrens a populo peregri-
nante eos quos oblitus est pes egen-
tis hominum et invios
5 terra de qua oriebatur panis in loco
suo igne subversa est
6 locus sapphyri lapides eius et glebae
illius aurum
7 semitam ignoravit avis nec intuitus
est oculus vulturis
8 non calcaverunt eam filii institorum
nec pertransivit per eam leaena
9 ad silicem extendit manum suam
subvertit a radicibus montes
10 in petris rivos excidit et omne pre-
tiosum vidit oculus eius
11 profunda quoque fluviorum scruta-
tus est et abscondita produxit in
lucem
20; Bar 3,14.15.31 12 sapientia vero ubi invenitur et quis
est locus intellegentiae
13 nescit homo pretium eius nec inve-
nitur in terra suaviter viventium
14 abyssus dicit non est in me et mare
loquitur non est mecum
Prv 3,14! 16,16; Sap 7,9 15 non dabitur aurum obrizum pro ea
nec adpendetur argentum in com-
mutatione eius
16 non conferetur tinctis Indiae colo-
Prv 8,11! Sap 7,9 ribus nec lapidi sardonico pretio-
sissimo vel sapphyro
17 non adaequabitur ei aurum vel vit-
rum nec commutabuntur pro ea va-
sa auri
18 excelsa et eminentia non memora- Prv 8,11! Sap 7,8
buntur conparatione eius
trahitur autem sapientia de occultis
19 non adaequabitur ei topazium de
Aethiopia nec tincturae mundissi-
mae conponetur
20 unde ergo sapientia veniet et quis 12!
est locus intellegentiae
21 abscondita est ab oculis omnium vi-
ventium volucres quoque caeli latet
22 perditio et mors dixerunt auribus
nostris audivimus famam eius
23 Deus intellegit viam eius et ipse no- Sap 7,15
vit locum illius
24 ipse enim fines mundi intuetur et Bar 3,32
omnia quae sub caelo sunt respicit
25 qui fecit ventis pondus et aquas ad-
pendit mensura
26 quando ponebat pluviis legem et 38,25
viam procellis sonantibus
27 tunc vidit illam et enarravit et prae-
paravit et investigavit
28 et dixit homini ecce timor Domini
ipsa est sapientia et recedere a malo Ps 110,10! Prv 15,33; Sir 1,34; 19,18
intellegentia
29 addidit quoque Iob adsumens pa-
rabolam suam et dixit
2 quis mihi tribuat ut sim iuxta men-
ses pristinos secundum dies quibus
Deus custodiebat me
3 quando splendebat lucerna eius su-
per caput meum et ad lumen eius
ambulabam in tenebris
4 sicut fui in diebus adulescentiae me-
ae quando secreto Deus erat in ta-
bernaculo meo
5 quando erat Omnipotens mecum et
in circuitu meo pueri mei
6 quando lavabam pedes meos butyro
et petra fundebat mihi rivos olei Dt 32,13
7 quando procedebam ad portam ci- Rt 4,1! II Sm 15,2!
vitatis et in platea parabant cathed- Prv 1,21! 31,23

28,3 umbra L; umbrae SΦ | 4 homines ΣΛ; hominis CDΦ c | 7 est + eam Φ c; + eum D. | 8 institorum ΛDK cr *Phil.*] instutorum C.; institutoris Σ.; institutorum *cet.* | 11 ~ in lucem produxit c. | 12 inuenietur A | 14 dicet LAΦr | loquetur AΦ | 15 adpenditur AKS | 16 confertur LACΣS. | [*deest* L *usque ad* 32,3] | 19 topaziom S.; lophazion Λ.; topazius c | conponitur K.; conponentur ACΛS | 20 uenit c | 25 adpendit + in c || **29**,5 ~ omnipotens erat A |

(L)A CΣΛDKSΦ cr

ram mihi
8—11: Sap 8,10–12 8 videbant me iuvenes et absconde-
bantur et senes adsurgentes stabant
9 principes cessabant loqui et digitum
21,5; 39,34 superponebant ori suo
10 vocem suam cohibebant duces et
Ps 21,16; 136,6; Ez 3,26 lingua eorum gutturi suo adherebat
11 auris audiens beatificabat me et ocu-
lus videns testimonium reddebat
mihi
Ps 71,12! 12 quod liberassem pauperem vocife-
rantem et pupillum cui non esset
adiutor
13 benedictio perituri super me venie-
bat et cor viduae consolatus sum
14 iustitia indutus sum et vestivit me
sicut vestimento et diademate iudi-
cio meo
15 oculus fui caeco et pes claudo
16 pater eram pauperum et causam
quam nesciebam diligentissime in-
vestigabam
17 conterebam molas iniqui et de den-
Ps 3,8; 57,7 tibus illius auferebam praedam
18 dicebamque in nidulo meo moriar
et sicut palma multiplicabo dies
Ier 17,8! 19 radix mea aperta est secus aquas et
ros morabitur in messione mea
20 gloria mea semper innovabitur et
arcus meus in manu mea instaura-
bitur
21 qui me audiebant expectabant sen-
tentiam et intenti tacebant ad con-
silium meum
22 verbis meis addere nihil audebant et
Dt 32,2! super illos stillabat eloquium meum
23 expectabant me sicut pluviam et os
suum aperiebant quasi ad imbrem
serotinum
24 si quando ridebam ad eos non cre-
debant et lux vultus mei non cade-
bat in terram
25 si voluissem ire ad eos sedebam pri-
mus
cumque sederem quasi rex circum-
stante exercitu eram tamen maeren-
tium consolator
30 nunc autem derident me iuniores 12,4!
tempore quorum non dignabar
patres ponere cum canibus gregis
mei
2 quorum virtus manuum erat mihi
pro nihilo et vita ipsa putabantur
indigni 3 egestate et fame steriles
qui rodebant in solitudine squalen-
tes calamitate et miseria
4 et mandebant herbas et arborum
cortices et radix iuniperorum erat
cibus eorum
5 qui de convallibus ista rapientes
cum singula repperissent ad ea cum
clamore currebant
6 in desertis habitabant torrentium et
in cavernis terrae vel super glaream
7 qui inter huiuscemodi laetabantur
et esse sub sentibus delicias conpu-
tabant
8 filii stultorum et ignobilium et in
terra penitus non parentes
9 nunc in eorum canticum versus sum 17,6! Ps 68,12
et factus sum eis proverbium
10 abominantur me et longe fugiunt a
me et faciem meam conspuere non
verentur
11 faretram enim suam aperuit et ad-
flixit me et frenum posuit in os me-
um
12 ad dexteram orientis calamitatis me-
ae ilico surrexerunt
pedes meos subverterunt et oppres-
serunt quasi fluctibus semitis suis
13 dissipaverunt itinera mea insidiati
sunt mihi et praevaluerunt et non Ps 21,12; 106,12; Sir 51,10
fuit qui ferret auxilium
14 quasi rupto muro et aperta ianua
inruerunt super me et ad meas mi-
serias devoluti sunt
15 redactus sum in nihili abstulisti qua- 16,8; 17,7; Ps 72,22

A | 12 eo quod CΛS c | 14 uestiui ADSΦ c | 17 de *om.* A || **30**,2 ~ mihi erat c | 7 putabant A |
CΣΛDKSΦ | 9 eis + in A (*vid.*) c | 12 orientis calamitatis A c; orientes calamitates CΛ | 15 in nihilo C;
cr | in nihilum S c |

si ventus desiderium meum et velut
nubes pertransiit salus mea
16 nunc autem in memet ipso marces-
cit anima mea et possident me dies
adflictionis
17 nocte os meum perforatur doloribus
et qui me comedunt non dormiunt
18 in multitudine eorum consumitur
vestimentum meum et quasi capitio
tunicae sic cinxerunt me
Gn 18,27! Sir 17,31 19 conparatus sum luto et adsimilatus
favillae et cineri
19,7! 20 clamo ad te et non exaudis me sto
et non respicis me
21 mutatus es mihi in crudelem et in
duritia manus tuae adversaris mihi
22 elevasti me et quasi super ventum
ponens elisisti me valide
17,13; Ecl 12,5! 23 scio quia morti tradas me ubi con-
stituta domus est omni viventi
24 verumtamen non ad consumptionem
eorum emittis manum tuam et si
corruerint ipse salvabis
25 flebam quondam super eum qui ad-
Sir 7,38! flictus erat et conpatiebatur anima
mea pauperi
26 expectabam bona et venerunt mihi
mala
praestolabar lucem et eruperunt te-
nebrae
27 interiora mea efferbuerunt absque
ulla requie praevenerunt me dies
adflictionis
28 maerens incedebam sine furore con-
surgens in turba clamavi
Mi 1,8 29 frater fui draconum et socius struti-
onum
Lam 3,4! 30 cutis mea denigrata est super me et
Ps 101,4 ossa mea aruerunt prae caumate
Tb 2,6! Bar 4,34; Lam 5,15 31 versa est in luctum cithara mea et
organum meum in vocem flentium

31 pepigi foedus cum oculis meis ut
ne cogitarem quidem de virgine Sir 9,5
2 quam enim partem haberet Deus in
me desuper et hereditatem Omni-
potens de excelsis
3 numquid non perditio est iniquo et
alienatio operantibus iniustitiam
4 nonne ipse considerat vias meas et 13,27! 14,16; 34,21
cunctos gressus meos dinumerat
5 si ambulavi in vanitate et festinavit
in dolo pes meus
6 adpendat me in statera iusta et sciat
Deus simplicitatem meam
7 si declinavit gressus meus de via
et si secutum est oculos meos cor
meum et in manibus meis adhesit
macula
8 seram et alius comedat et progenies Lv 26,16!
mea eradicetur
9 si deceptum est cor meum super mu-
lierem et si ad ostium amici mei
insidiatus sum
10 scortum sit alteri uxor mea et super
illam incurventur alii
11 hoc enim nefas est et iniquitas ma- 28
xima
12 ignis est usque ad perditionem de-
vorans et omnia eradicans geni-
mina
13 si contempsi subire iudicium cum
servo meo et ancillae meae cum
disceptarent adversum me
14 quid enim faciam cum surrexerit ad
iudicandum Deus et cum quaesi-
erit quid respondebo illi
15 numquid non in utero fecit me qui 33,6; Prv 22,2; Mal 2,10
et illum operatus est et formavit in
vulva unus
16 si negavi quod volebant pauperibus
et oculos viduae expectare feci
17 si comedi buccellam meam solus et

15 pertransiuit D.; pertransibit A.; pertransiet S | 18 sic cinxerunt] succinxerunt C c | 19 adsimilatus + sum CΛKSΦ c | 20 exaudies ACS | respicies AK. | 23 trades CΣΛ c | ~ est domus KS c | 24 consummationem AΣD.; corruptionem C | 25 super eum AKS r] super eo *cet.* | 26 praestolabam A | 28 clamabam Φ c || **31**,2 ~ in me deus ΛS c | 3 iniustitiam] iniquitatem ACΣΛS | 7 secutum est oculos meos A cr *Phil.* 𝔐] secutus est oculus meus *cet.* | in] si in C; si c. | 9 super muliere CΣΛK c | 10 alteri AΣΛ r] alterius *cet.* | ~ alterius sit c | 13 ancilla mea ΣΛD c | 15 formauit Λ r *Phil. Greg.*] qui formauit C; formauit me *cet.* |

A
CΣΛDKSΦ
cr

non comedit pupillus ex ea
18 quia ab infantia mea crevit mecum
miseratio et de utero matris meae
egressa est mecum
19 si despexi pereuntem eo quod non
habuerit indumentum et absque
operimento pauperem
20 si non benedixerunt mihi latera eius
et de velleribus ovium mearum ca-
lefactus est
21 si levavi super pupillum manum me-
Prv 31,23 am etiam cum viderem me in porta
superiorem
22 umerus meus a iunctura sua cadat
et brachium meum cum suis ossi-
bus confringatur
23 semper enim quasi tumentes super
me fluctus timui Deum et pondus
eius ferre non potui
24 si putavi aurum robur meum et ob-
rizae dixi fiducia mea
25 si laetatus sum super multis divitiis
meis et quia plurima repperit ma-
nus mea
26 si vidi solem cum fulgeret et lunam
incedentem clare
27 et lactatum est in abscondito cor
meum et osculatus sum manum
meam ore meo
11 28 quae est iniquitas maxima et negatio
contra Deum altissimum
Prv 17,5; 24,17; Sir 8,8 29 si gavisus sum ad ruinam eius qui
me oderat et exultavi quod invenis-
set eum malum
30 non enim dedi ad peccandum gut-
tur meum ut expeterem maledicens
animam eius
31 si non dixerunt viri tabernaculi mei
quis det de carnibus eius ut sature-
mur
32 foris non mansit peregrinus ostium
meum viatori patuit
33 si abscondi quasi homo peccatum
meum et celavi in sinu meo iniqui-
tatem meam
34 si expavi ad multitudinem nimiam
et despectio propinquorum terruit
me
et non magis tacui nec egressus sum
ostium
35 quis mihi tribuat auditorem ut desi- 13,3
derium meum Omnipotens audiat
et librum scribat ipse qui iudicat 19,23
36 ut in umero meo portem illum et
circumdem illum quasi coronam
mihi
37 per singulos gradus meos pronun-
tiabo illum et quasi principi offe-
ram eum
38 si adversum me terra mea clamat et
cum ipsa sulci eius deflent
39 si fructus eius comedi absque pecu-
nia et animam agricolarum eius ad-
flixi
40 pro frumento oriatur mihi tribulus Gn 3,18; Hbr 6,8
et pro hordeo spina
finita sunt verba Iob

32 omiserunt autem tres viri isti re-
spondere Iob eo quod iustus sibi 34,5
videretur
2 et iratus indignatusque Heliu filius
Barachel Buzites de cognatione
Ram
iratus est autem adversus Iob eo
quod iustum se esse diceret coram 13,18; 35,2
Deo
3 porro adversum amicos eius indig-
natus est eo quod non invenissent
responsionem rationabilem sed tan-
tummodo condemnassent Iob
4 igitur Heliu expectavit Iob loquen-
tem eo quod seniores se essent qui
loquebantur
5 cum autem vidisset quod tres re-
spondere non potuissent iratus est
vehementer
6 respondensque Heliu filius Barachel
Buzites dixit

(L)A CΣΛDKSΦ cr 21 in portis AK | 24 obrizo ΣKSΦc; obrizum D. | 27 lactatum r. 𝔐, *cf.* Prv 1,10; 16,29; 24,28; Os 2,14; Ps iuxta Hebr 78,36] laetatum *cet.* | 30 ad peccatum A | 35 ~ audiat omnipotens c || 32,2 indignatusque + est ΛDc | autem *om.* AS | 3 [*iterum adest* L] | 4 se *om.* LCDKΦc |

iunior sum tempore vos autem anti-
quiores
idcirco dimisso capite veritus sum
indicare vobis meam sententiam
7 sperabam enim quod aetas prolixior
12,12 loqueretur et annorum multitudo
doceret sapientiam
33,4; 38,36; Prv 2,6! Sap 7,25; IV Esr 16,62.63 8 sed ut video spiritus est in homini-
bus et inspiratio Omnipotentis dat
intellegentiam
9 non sunt longevi sapientes nec senes
intellegunt iudicium
10 ideo dicam audite me ostendam vo-
bis etiam ego meam scientiam
11 expectavi enim sermones vestros au-
divi prudentiam vestram donec dis-
ceptaremini sermonibus
12 et donec putabam vos aliquid dicere
considerabam
sed ut video non est qui arguere pos-
sit Iob et respondere ex vobis ser-
monibus eius
13 ne forte dicatis invenimus sapienti-
am Deus proiecit eum non homo
14 nihil locutus est mihi et ego non se-
cundum vestros sermones respon-
debo illi
15 extimuerunt non responderunt ultra
abstuleruntque a se eloquia
16 quoniam igitur expectavi et non
sunt locuti steterunt nec responde-
runt ultra
17 respondebo et ego partem meam et
ostendam scientiam meam
18 plenus sum enim sermonibus et co-
artat me spiritus uteri mei
19 en venter meus quasi mustum abs-
que spiraculo quod lagunculas no-
vas disrumpit
20 loquar et respirabo paululum ape-
riam labia mea et respondebo
21 non accipiam personam viri et De- Dt 1,17!
um homini non aequabo
22 nescio enim quamdiu subsistam et
si post modicum tollat me factor
meus
33 audi igitur Iob eloquia mea et om-
nes sermones meos ausculta
2 ecce aperui os meum loquatur lin-
gua mea in faucibus meis
3 simplici corde meo sermones mei et
sententiam labia mea puram lo- 11,4; 27,4! Prv 22,18; 23,16
quentur
4 spiritus Dei fecit me et spiraculum 32,8; IV Esr 16,62.63
Omnipotentis vivificavit me
5 si potes responde mihi et adversus
faciem meam consiste
6 ecce et me sicut et te fecit Deus et de 10,9! 31,15!
eodem luto ego quoque formatus
sum
7 verumtamen miraculum meum non
te terreat et eloquentia mea non sit
tibi gravis
8 dixisti ergo in auribus meis et vocem
verborum audivi
9 mundus sum ego absque delicto in- 2,3!
maculatus et non est iniquitas in
me
10 quia querellas in me repperit ideo
arbitratus est me inimicum sibi 13,24; 19,11
11 posuit in nervo pedes meos custodi- 13,27!
vit omnes semitas meas
12 hoc est ergo in quo non es iustifica-
tus
respondebo tibi quia maior sit Deus
homine
13 adversum eum contendis quod non 13,3; 23,4; 39,32
ad omnia verba responderit tibi
14 semel loquitur Deus et secundo id Ps 61,12
ipsum non repetit
15 per somnium in visione nocturna 4,13; Nm 12,6!
quando inruit sopor super homines

6 demisso CD c | ~ uobis indicare S c | 10 etiam *om.* LΣ. | scientiam] sententiam CD; sapientiam SΦ c | 12 ~ possit arguere L c | 14 ~ sermones uestros C c | 15 non AKSΦ r 𝔐𝔊] nec CΛ c; et non LΣD | eloquium ACK | 16 ~ ultra responderunt c. | 20 respirabo] respondebo LDS. || 33,3 labia mea puram Λ, *cf.* 𝔐] puram labia mea c; labia mea pura AΣ; mea labia mea pura L.; meam labia mea pura CD r; meam labia mea puram KΦ; meam puram S | 8 uerborum + tuorum AΣΛS c | 9 ego + et C c | 12 es] est L | 14 loquetur CΦ; loqueretur L. | repetet AΣΦ |

LA
CΣΛDKSΦ
cr

et dormiunt in lectulo
36,10 16 tunc aperit aures virorum et erudiens eos instruit disciplinam
17 ut avertat hominem ab his quae facit et liberet eum de superbia
24.28; Ps 102,4! 106,20! 18 eruens animam eius a corruptione et vitam illius ut non transeat in gladium
19 increpat quoque per dolorem in lectulo et omnia ossa eius marcescere facit
20 abominabilis ei fit in vita sua panis et animae illius cibus ante desiderabilis
21 tabescet caro eius et ossa quae tecta fuerant nudabuntur
22 adpropinquabit corruptioni anima eius et vita illius mortiferis
23 si fuerit pro eo angelus loquens unum de milibus ut adnuntiet hominis aequitatem
24 miserebitur eius et dicet libera eum
18! et non descendat in corruptionem inveni in quo ei propitier
Ps 27,7 25 consumpta est caro eius a suppliciis revertatur ad dies adulescentiae suae
22,27! 26 deprecabitur Deum et placabilis ei erit et videbit faciem eius in iubilo et reddet homini iustitiam suam
27 respiciet homines et dicet peccavi et vere deliqui et ut eram dignus non recepi
18! 28 liberavit animam suam ne pergeret in interitum sed vivens lucem videret
29 ecce haec omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos
30 ut revocet animas eorum a corruptione et inluminet luce viventium
31 adtende Iob et audi me et tace dum ego loquar
32 si autem habes quod loquaris responde mihi loquere volo enim te apparere iustum 34,33
33 quod si non habes audi me tace et docebo te sapientiam

34 pronuntians itaque Heliu etiam haec locutus est
2 audite sapientes verba mea et eruditi auscultate me 16
3 auris enim verba probat et guttur escas gustu diiudicat 12,11
4 iudicium eligamus nobis et inter nos videamus quid sit melius
5 quia dixit Iob iustus sum et Deus subvertit iudicium meum 27,2; 32,1
6 in iudicando enim me mendacium est violenta sagitta mea absque ullo peccato
7 quis est vir ut est Iob qui bibit subsannationem quasi aquam
8 qui graditur cum operantibus iniquitatem et ambulat cum viris impiis
9 dixit enim non placebit vir Deo etiam si cucurrerit cum eo 35,3
10 ideo viri cordati audite me
absit a Deo impietas et ab Omnipotente iniquitas 36,23
11 opus enim hominis reddet ei et iuxta vias singulorum restituet Ier 17,10!
12 vere enim Deus non condemnabit frustra nec Omnipotens subvertet iudicium 8,3
13 quem constituit alium super terram aut quem posuit super orbem quem fabricatus est
14 si direxerit ad eum cor suum spiritum illius et flatum ad se trahet
15 deficiet omnis caro simul et homo in cinerem revertetur 10,9!
16 si habes ergo intellectum audi quod dicitur et ausculta vocem eloquii mei 2

LA CΣΛDKSΦ cr

16 disciplina LCΛDc | 18 a] de LCS | 22 adpropinquauit ACΦc | 23 unus Φc | 24 et[2]] ut CΣKΦc | in corruptione A | 27 dereliqui L | recipi LA | 30 lucem L; in luce Φ; lumine Σ. | 31 loquar ADKr] loquor *cet.* | 33 tace et] et DK.; et tace et LC || 34,4 uideamus] eligamus L | 11 restituet + eis Cc | 12 condemnauit LACK | subuertit LCDKS | 13 constituet A | 14 direxerit] dixerit LAΣKS | 15 reuertitur AS |

17 numquid qui non amat iudicium sa-
nare potest et quomodo tu eum qui
iustus est in tantum condemnas
18 qui dicit regi apostata qui vocat du-
ces impios
II Par 19,7! Sap 6,8 19 qui non accipit personas principum
nec cognovit tyrannum cum dis-
ceptaret contra pauperem
opus enim manuum eius sunt uni-
versi
21,13 20 subito morientur et in media nocte
turbabuntur populi et pertransibunt
et auferent violentum absque manu
31,4! 21 oculi enim eius super vias hominum
et omnes gressus eorum considerat
22 non sunt tenebrae et non est umbra
mortis ut abscondantur ibi qui ope-
rantur iniquitatem
23 neque enim ultra in hominis potes-
14,3; 22,4 tate est ut veniat ad Deum in iudi-
cium
24 conteret multos innumerabiles et
stare faciet alios pro eis
25 novit enim opera eorum et idcirco
inducet noctem et conterentur
26 quasi impios percussit eos in loco
videntium
27 qui quasi de industria recesserunt ab
eo et omnes vias eius intellegere
noluerunt
Sir 4,6! 28 ut pervenire facerent ad eum clamo-
rem egeni et audiret vocem paupe-
rum
29 ipso enim concedente pacem quis
est qui condemnet
ex quo absconderit vultum quis est
qui contempletur eum et super gen-
tem et super omnes homines
30 qui regnare facit hominem hypocri-
tam propter peccata populi
31 quia ergo ego locutus sum ad Deum
te quoque non prohibeo
32 si erravi tu doce me si iniquitatem
locutus sum ultra non addam
33 numquid a te Deus expetit eam quia
displicuit tibi
tu enim coepisti loqui et non ego
quod si quid nosti melius loquere 33,32
34 viri intellegentes loquantur mihi et
vir sapiens audiat me
35 Iob autem stulte locutus est et verba 35,16; 42,3
illius non sonant disciplinam
36 pater mi probetur Iob usque ad fi-
nem ne desinas in hominibus ini-
quitatis
37 quia addit super peccata sua blas-
phemiam
inter nos interim constringatur et
tunc ad iudicium provocet sermoni-
bus suis Deum
35 igitur Heliu haec rursum locutus
est
2 numquid aequa tibi videtur tua cogi-
tatio ut diceres iustior Deo sum 32,2!
3 dixisti enim non tibi placet quod rec- 34,9
tum est vel quid tibi proderit si ego
peccavero
4 itaque ego respondebo sermonibus
tuis et amicis tuis tecum
5 suspice caelum et intuere et contem-
plare aethera quod altior te sit
6 si peccaveris quid ei nocebis et si
multiplicatae fuerint iniquitates tu-
ae quid facies contra eum
7 porro si iuste egeris quid donabis ei 22,3
aut quid de manu tua accipiet 41,2!
8 homini qui similis tui est nocebit
impietas tua et filium hominis ad-
iuvabit iustitia tua
9 propter multitudinem calumniato-
rum clamabunt et heiulabunt prop-
ter vim brachii tyrannorum
10 et non dixit ubi est Deus qui fecit me
qui dedit carmina in nocte
11 qui docet nos super iumenta terrae
et super volucres caeli erudit nos

17 sanare LK r *Phil. Iul., cf.* 𝔐] sanari *cet.* | 19 uniuersa LΦ | 23 potestatem LA. | in iudicio ΣΦ; iudicium LAK | 24 multos + et CΛDK c | 28 faceret A | 29 gentes CD S c | 31 prohibebo ACDS c | 35 autem *om.* L | 36 in hominibus LA r] ab hominibus ΣK; ab homine *cet.* | iniquitates LΣK | 37 quia LDΦ c] qui *cet.* || 35,2 ~ sum deo c. | 6 ei] eum LΛΦ r | 11 erudiet LΦ; erudient A |

LA
CΣΛDKSΦ
cr

12 ibi clamabunt et non exaudiet prop-
ter superbiam malorum
13 non ergo frustra audiet Deus et Om-
nipotens singulorum causas intue-
bitur
14 etiam cum dixeris non considerat
iudicare coram eo et expecta eum
15 nunc enim non infert furorem suum
nec ulciscitur scelus valde
34,35; 42,3 16 ergo Iob frustra aperit os suum et
absque scientia verba multiplicat
36 addens quoque Heliu haec locutus
est
2 sustine me paululum et indicabo tibi
adhuc enim habeo quod pro Deo
loquar
3 repetam scientiam meam a principio
et operatorem meum probabo ius-
tum
27,4! So 3,131 4 vere enim absque mendacio sermo-
nes mei et perfecta scientia proba-
bitur tibi
5 Deus potentes non abicit cum et ipse
sit potens
Ps 71,4.13 6 sed non salvat impios et iudicium
pauperibus tribuit
Ps 33,16! 7 non aufert a iusto oculos suos et re-
I Sm 2,8 ges in solio conlocat in perpetuum
et illi eriguntur
8 et si fuerint in catenis et vinciantur
funibus paupertatis
9 indicabit eis opera eorum et scelera
eorum quia violenti fuerint
33,16 10 revelabit quoque aurem eorum ut
11,14 corripiat et loquetur ut revertantur
ab iniquitate
11 si audierint et observaverint conple-
bunt dies suos in bono et annos
suos in gloria
12 si autem non audierint transibunt
per gladium et consumentur in
stultitia
13 simulatores et callidi provocant
iram Dei neque clamabunt cum
vincti fuerint
14 morietur in tempestate anima eorum 15,32; 22,16
et vita eorum inter effeminatos Os 4,14
15 eripiet pauperem de angustia sua et I Sm 26,24!
revelabit in tribulatione aurem eius
16 igitur salvabit te de ore angusto la- I Sm 26,24!
tissime et non habentis fundamen-
tum subter se
requies autem mensae tuae erit ple-
na pinguedine
17 causa tua quasi impii iudicata est
causam iudiciumque recipies
18 non te ergo superet ira ut aliquem
opprimas nec multitudo donorum
inclinet te
19 depone magnitudinem tuam absque
tribulatione et omnes robustos for-
titudine
20 ne protrahas noctem ut ascendant
populi pro eis
21 cave ne declines ad iniquitatem hanc
enim coepisti sequi post miseriam
22 ecce Deus excelsus in fortitudine sua 37,23 Lxx; Ex 15,11!
et nullus ei similis in legislatoribus Nm 14,17; I Sm 2,2!
23 quis poterit scrutari vias eius aut
quis ei dicere operatus es iniquita- 34,10; Sap 9,13!
tem
24 memento quod ignores opus eius de
quo cecinerunt viri
25 omnes homines vident eum unus-
quisque intuetur procul
26 ecce Deus magnus vincens scientiam
nostram numerus annorum eius Ps 101,28!
inaestimabilis
27 qui aufert stillas pluviae et effundit
imbres ad instar gurgitum
28 qui de nubibus fluunt quae praete-
xunt cuncta desuper

LA CΣΛDKSΦ cr 13 ~ causas singulorum K c | 14 eo] illo C c | 15 furorem] iudicium L | 16 aperuit AD || 36,2 me *om.* A | 5 et *om.* AK | 6 tribuet LAΣΛ r | 7 auferet AΦ c | 9 fuerunt LCΣΛΦ c | 10 reuelauit LΛKS | loquentur CΣ.; loquitur AK | 12 sin autem ΣΛK r | in stultitiam LK; stultitia CS | 13 uicti AK. | 14 et uita eorum *om.* A | 15 ~ de angustia sua pauperem c. | 16 habentes L; habente Λ c; habens K. | 18 donorum] dolorum L; locorum C | 23 quis ei dicere C r] quis dicere Λ.; dicere ei K.; quis ei dicere poterit LΣ; quis ei dicere potest ADS; quis potest ei dicere c | 25 eum + et LΦ | 27 effundet LCΦ; infundit D.; infundet Σ. |

29 si voluerit extendere nubes quasi
tentorium suum 30 et fulgurare lu-
mine suo desuper
cardines quoque maris operiet
31 per haec enim iudicat populos et dat
Ps 135,25 escas multis mortalibus
32 in manibus abscondit lucem et prae-
cipit ei ut rursus adveniat
33 adnuntiat de ea amico suo quod pos-
sessio eius sit et ad eam possit a-
scendere
37 super hoc expavit cor meum et
emotum est de loco suo
2 audite auditionem in terrore vocis
eius et sonum de ore illius proce-
dentem
3 subter omnes caelos ipse considerat
et lumen illius super terminos ter-
rae
Ps 28,3 4 post eum rugiet sonitus tonabit voce
magnitudinis suae
et non investigabitur cum audita fu-
erit vox eius
Ps 17,14! 28,4 5 tonabit Deus in voce sua mirabiliter
5,9! qui facit magna et inscrutabilia
Sir 43,14 6 qui praecipit nivi ut descendat in
terram et hiemis pluviis et imbri
fortitudinis suae
7 qui in manu omnium hominum sig-
nat ut noverint singuli opera sua
8 ingredietur bestia latibulum et in
antro suo morabitur
IV Esr 5,37 9 ab interioribus egreditur tempestas
et ab Arcturo frigus
38,29; Ps 147,18 10 flante Deo concrescit gelu et rursum
latissimae funduntur aquae
11 frumentum desiderat nubes et nubes
spargunt lumen suum
12 quae lustrant per circuitum quo-
Ps 148,8 cumque eas voluntas gubernantis
duxerit
ad omne quod praeceperit illis super
faciem orbis terrarum
13 sive in una tribu sive in terra sua sive
in quocumque loco misericordiae
suae eas iusserit inveniri
14 ausculta haec Iob sta et considera
miracula Dei
15 numquid scis quando praeceperit
Deus pluviis ut ostenderent lucem
nubium eius
16 numquid nosti semitas nubium mag-
nas et perfectas scientias
17 nonne vestimenta tua calida sunt
cum perflata fuerit terra austro
18 tu forsitan cum eo fabricatus es cae-
los qui solidissimi quasi aere fusi
sunt
19 ostende nobis quid dicamus illi nos
quippe involvimur tenebris
20 quis narrabit ei quae loquor etiam si
locutus fuerit homo devorabitur
21 at nunc non vident lucem subito aer
cogitur in nubes et ventus transiens
fugabit eas
22 ab aquilone aurum venit et ad Deum
formidolosa laudatio Tb 13,6! Sir 1,11!
23 digne eum invenire non possumus 36,22!
magnus fortitudine et iudicio et
iustitia et enarrari non potest
24 ideo timebunt eum viri et non aude-
bunt contemplari omnes qui sibi Prv 3,7! 26,12
videntur esse sapientes
38 respondens autem Dominus Iob de 40,1
turbine dixit
2 quis est iste involvens sententias ser- 42,3
monibus inperitis 40,2! Ex 12,11!
3 accinge sicut vir lumbos tuos inter- Prv 31,17; Is 32,11!
rogabo te et responde mihi 13,22!
4 ubi eras quando ponebam funda- Prv 8,29.30
menta terrae indica mihi si habes
intellegentiam
5 quis posuit mensuras eius si nosti
vel quis tetendit super eam line-
am
6 super quo bases illius solidatae sunt
aut quis dimisit lapidem angula-
rem eius

32 praecepit AΛ || 37,1 et motum ACΛKS; et emortuum L. | 5 fecit AK | 9 egredietur CΣΛDK c | 13 inuenire CDS; euenire A. | 14 miracula] mirabilia K c | 16 scientia L | 21 cogetur LCΣDΦ c | 23 et[3] *om.* LCΦ || 38,1 ad iob L | 6 illius + solius A.; + solium S | demisit K c |

LA CΣΛDKSΦ cr

7 cum me laudarent simul astra matu-
tina et iubilarent omnes filii Dei
8 quis conclusit ostiis mare quando
erumpebat quasi de vulva proce-
dens
9 cum ponerem nubem vestimentum
eius et caligine illud quasi pannis
infantiae obvolverem
26,10; Prv 8,29 10 circumdedi illud terminis meis et po-
sui vectem et ostia
11 et dixi usque huc venies et non pro-
cedes amplius et hic confringes tu-
mentes fluctus tuos
12 numquid post ortum tuum praece-
pisti diluculo et ostendisti aurorae
locum suum
13 et tenuisti concutiens extrema ter-
rae et excussisti impios ex ea
14 restituetur ut lutum signaculum et
stabit sicut vestimentum
15 auferetur ab impiis lux sua et bra-
chium excelsum confringetur
16 numquid ingressus es profunda ma-
ris et in novissimis abyssi deam-
bulasti
17 numquid apertae tibi sunt portae
mortis et ostia tenebrosa vidisti
18 numquid considerasti latitudines
terrae
indica mihi si nosti omnia 19 in qua
via habitet lux et tenebrarum quis
locus sit
20 ut ducas unumquodque ad terminos
suos et intellegas semitas domus
eius
21 sciebas tunc quod nasciturus esses
et numerum dierum tuorum nove-
ras
22 numquid ingressus es thesauros ni-
Is 30,30! vis aut thesauros grandinis aspe-
xisti
23 quae praeparavi in tempus hostis in
diem pugnae et belli
24 per quam viam spargitur lux dividi-
tur aestus super terram
25 quis dedit vehementissimo imbri 28,26
cursum et viam sonantis tonitrui
26 ut plueret super terram absque ho-
mine in deserto ubi nullus morta-
lium commoratur
27 ut impleret inviam et desolatam et
produceret herbas virentes
28 quis est pluviae pater vel quis genuit
stillas roris
29 de cuius utero egressa est glacies et 37,10
gelu de caelo quis genuit
30 in similitudinem lapidis aquae du- Ps 147,17
rantur et superficies abyssi con-
stringitur
31 numquid coniungere valebis mican- 31,32: 9,9; Am 5,8
tes stellas Pliadis aut gyrum Arc-
turi poteris dissipare
32 numquid producis luciferum in tem-
pore suo et vesperum super filios
terrae consurgere facis
33 numquid nosti ordinem caeli et po-
nes rationem eius in terra
34 numquid elevabis in nebula vocem
tuam et impetus aquarum operiet te
35 numquid mittes fulgura et ibunt et
revertentia dicent tibi adsumus
36 quis posuit in visceribus hominis sa- 32,8!
pientiam vel quis dedit gallo intel-
legentiam
37 quis enarravit caelorum rationem et
concentum caeli quis dormire fa-
ciet
38 quando fundebatur pulvis in terram
et glebae conpingebantur
39 numquid capies leaenae praedam et Ps 103,21
animam catulorum eius implebis
40 quando cubant in antris et in specu- Ps 103,22
bus insidiantur
41 quis praeparat corvo escam suam Ps 103,21; 146,9; Lc 12,24

LA CΣΛDKSΦ (s) cr 16 [*hic incipit in* s (= n *apud* r) *pars textus quae ad Vulgatam versionem pertinet*] | abyssis *lapsu* r *et nos in edd. prima et secunda* | 17 ~ sunt tibi CΛDKSsc | 18 latitudinis K.; latitudinem CΣΛDSΦc | 19 ~ lux habitet Sc | 20 unumquemque Φ.; unum quoque L | 21 quod] quando A | 23 praeparauit L | hosti L | in die As | 27 inuia et desolata Φ; inuia L. | 31 pliades CDΦ; pliadas Λc | 32 produces LKΦr; deducis Ss | 35 mittis LACDSsr | dicunt LD | 37 enarrabit CSΦc; enarrauerit s. | facit AD. | 38 in terra Cc |

quando pulli eius ad Deum clamant
vagantes eo quod non habeant ci-
bos
39 numquid nosti tempus partus hibi-
cum in petris vel parturientes cer-
vas observasti
2 dinumerasti menses conceptus ea-
rum et scisti tempus partus earum
3.4: Ier 14,5 3 incurvantur ad fetum et pariunt et
rugitus emittunt
4 separantur filii earum pergunt ad
pastum egrediuntur et non rever-
tuntur ad eas
5 quis dimisit onagrum liberum et vin-
cula eius quis solvit
Ier 17,6! 6 cui dedi in solitudine domum et ta-
bernacula eius in terra salsuginis
7 contemnit multitudinem civitatis
clamorem exactoris non audit
8 circumspicit montes pascuae suae et
virentia quaeque perquirit
9 numquid volet rinoceros servire tibi
aut morabitur ad praesepe tuum
10 numquid alligabis rinocerota ad
arandum loro tuo aut confringet
glebas vallium post te
11 numquid fiduciam habebis in magna
fortitudine eius et derelinques ei la-
bores tuos
12 numquid credes ei quoniam reddat
sementem tibi et aream tuam con-
greget
13 pinna strutionum similis est pinnis
herodii et accipitris
14 quando derelinquit in terra ova sua
tu forsitan in pulvere calefacis ea
15 obliviscitur quod pes conculcet ea
aut bestiae agri conterant
16 duratur ad filios suos quasi non sint
sui frustra laboravit nullo timore
cogente
17 privavit enim eam Deus sapientia
nec dedit illi intellegentiam
18 cum tempus fuerit in altum alas eri-
git deridet equitem et ascensorem
eius
19 numquid praebebis equo fortitudi-
nem aut circumdabis collo eius hin-
nitum
20 numquid suscitabis eum quasi lu-
custas gloria narium eius terror
21 terram ungula fodit exultat audac-
ter in occursum pergit armatis
22 contemnit pavorem nec cedit gladio
23 super ipsum sonabit faretra vibrabit
hasta et clypeus
24 fervens et fremens sorbet terram nec
reputat tubae sonare clangorem
25 ubi audierit bucinam dicet va
procul odoratur bellum exhortatio-
nem ducum et ululatum exercitus
26 numquid per sapientiam tuam plu-
mescit accipiter expandens alas su-
as ad austrum
27 aut ad praeceptum tuum elevabitur
aquila et in arduis ponet nidum su-
um
28 in petris manet et in praeruptis sili-
cibus commoratur atque inaccessis
rupibus
29 inde contemplatur escam et de longe
oculi eius prospiciunt
30 pulli eius lambent sanguinem et ubi- Mt 24,28; Lc 17,37
cumque cadaver fuerit statim adest
31 et adiecit Dominus et locutus est ad
Iob
32 numquid qui contendit cum Deo 33,13!
tam facile conquiescit
utique qui arguit Deum debet re-
spondere ei

41 ~ clamant ad deum c | uagentes L.; uagientes ΣΛ || 39,4 earum + et ACΣSΦc | 7 ciuitatis + et L | 8 circuminspicit AC; et cum inspicit K | 12 credis LAKsr | ei] illi c | quoniam] quod ΛDc. | ~ sementem reddat Kc | 13 strutionis CΛc | 14 derelinquet L; dereliquit AΛs | ~ oua sua in terra c | calefacis LAΛSsr] calefacies *cet.* | 15 obliuiscetur AK. | bestia agri conterat CΣΛSc; bestiae agri conculcet s | 17 sapientiam LKs | 18 equum ΛDKΦc; aequitatem L. | 21 ungulas L; ungulam s | 23 sonauit LACKsr; *om.* Σ. | uibrauit LΣKsr; uibratur A. | 25 bucina A | dicit CΣKc | 26 expandit K; expandens expandit LΦ. | 27 aut] numquid Cc | 28 et *om.* L | 30 lambunt ADK; lambant L. | 31 [*hic incip. cap.* 40 𝔐] | 32 debet + et Lr |

LA CΣΛDKSΦs cr

33 respondens autem Iob Domino dixit
34 qui leviter locutus sum respondere
quid possum
21,5; 29,9 manum meam ponam super os meum
35 unum locutus sum quod utinam non
dixissem et alterum quibus ultra
non addam
38,1 **40** respondens autem Dominus Iob de
turbine ait
38,3! Ier 13,11 13,22! 42,4 2 accinge sicut vir lumbos tuos interrogabo te et indica mihi
3 numquid irritum facies iudicium meum et condemnabis me ut tu iustificeris
4 et si habes brachium sicut Deus et si
voce simili tonas
5 circumda tibi decorem et in sublime
erigere et esto gloriosus et speciosis
induere vestibus
6.7: Is 2,12 6 disperge superbos furore tuo et respiciens omnem arrogantem humilia
7 respice cunctos superbos et confunde
eos et contere impios in loco suo
8 absconde eos in pulvere simul et facies eorum demerge in foveam
9 et ego confitebor quod salvare te possit dextera tua
10 ecce Behemoth quem feci tecum faenum quasi bos comedet
11 fortitudo eius in lumbis eius et virtus illius in umbilicis ventris eius
12 constringit caudam suam quasi cedrum nervi testiculorum eius perplexi sunt
13 ossa eius velut fistulae aeris cartilago
illius quasi lamminae ferreae
14 ipse principium est viarum Dei qui
fecit eum adplicabit gladium eius
15 huic montes herbas ferunt omnes
bestiae agri ludent ibi
16 sub umbra dormit in secreto calami
et locis humentibus
17 protegunt umbrae umbram eius circumdabunt eum salices torrentis
18 ecce absorbebit fluvium et non mirabitur habet fiduciam quod influat
Iordanis in os eius
19 in oculis eius quasi hamo capiet eum
et in sudibus perforabit nares eius
20 an extrahere poteris Leviathan hamo et fune ligabis linguam eius
21 numquid pones circulum in naribus
eius et armilla perforabis maxillam
eius
22 numquid multiplicabit ad te preces
aut loquetur tibi mollia
23 numquid feriet tecum pactum et accipies eum servum sempiternum
24 numquid inludes ei quasi avi aut ligabis illum ancillis tuis
25 concident eum amici divident illum
negotiatores
26 numquid implebis sagenas pelle eius
et gurgustium piscium capite illius
27 pone super eum manum tuam memento belli nec ultra addas loqui
28 ecce spes eius frustrabitur eum et videntibus cunctis praecipitabitur
41 non quasi crudelis suscitabo eum
quis enim resistere potest vultui meo
2 quis ante dedit mihi ut reddam ei 35,7; Rm 11,35
omnia quae sub caelo sunt mea sunt Dt 10,14!
3 non parcam ei et verbis potentibus
et ad deprecandum conpositis
4 quis revelavit faciem indumenti eius
et in medium oris eius quis intrabit
5 portas vultus eius quis aperiet per
gyrum dentium eius formido
6 corpus illius quasi scuta fusilia et
conpactum squamis se prementibus

LA CΣΛDKSΦs cr

34 ponam *om.* A | 35 non²] nihil AΣDΦ; nihil non S. || **40**,1 ait] dixit ACDS c | 3 facis AΣ. | condemnaris me K.; condemnaris L. | 5 erige LCK | 6 in furore c | 11 in umbilicis As r *Phil.*, *cf.* 𝔐] in umbilico *cet.* | eius³] illius LΣ. | 12 stringit C c; stringet Λ. | 14 ~ est principium c | adplicauit LCΣKS r; amplificauit A | 16 et] et in Σ c; in CSs | 18 et habet ΛK c; habet enim Σ | 19 in² *om.* L | 20 poterit LC. | 21 ponis LK. | et] aut C c | 22 loquitur LAKs | 24 inludis As | illum] eum LDK c | 25 illum] eum LKSs || **41**,1 poterit L | ~ potest resistere AK | 4 reuelauit LKΦs] reuelabit *cet.* | intrauit LCKs | 5 aperiet + et LAs | 6 illius] eius L | et *om.* C c |

7 una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas
8 una alteri adherebunt et tenentes se nequaquam separabuntur
9 sternutatio eius splendor ignis et oculi eius ut palpebrae diluculi
10 de ore eius lampades procedunt sicut taedae ignis accensae
11 de naribus eius procedit fumus sicut ollae succensae atque ferventis
12 halitus eius prunas ardere facit et flamma de ore eius egreditur
13 in collo eius morabitur fortitudo et faciem eius praecedet egestas
14 membra carnium eius coherentia sibi mittet contra eum fulmina et ad locum alium non ferentur
15 cor eius indurabitur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris incus
16 cum sublatus fuerit timebunt angeli et territi purgabuntur
17 cum adprehenderit eum gladius subsistere non poterit neque hasta neque torax
18 reputabit enim quasi paleas ferrum et quasi lignum putridum aes
19 non fugabit eum vir sagittarius in stipulam versi sunt ei lapides fundae
20 quasi stipulam aestimabit malleum et deridebit vibrantem hastam
21 sub ipso erunt radii solis sternet sibi aurum quasi lutum
22 fervescere faciet quasi ollam profundum mare ponet quasi cum unguenta bulliunt
23 post eum lucebit semita aestimabit abyssum quasi senescentem
24 non est super terram potestas quae conparetur ei qui factus est ut nullum timeret
25 omne sublime videt
ipse est rex super universos filios superbiae
42 respondens autem Iob Domino dixit
2 scio quia omnia potes et nulla te latet cogitatio
3 quis est iste qui celat consilium absque scientia 38,2
ideo insipienter locutus sum et quae ultra modum excederent scientiam meam 34,35; 35,16
4 audi et ego loquar interrogabo et ostende mihi 13,22! 40,2
5 auditu auris audivi te nunc autem oculus meus videt te II Sm 22,45; Ps 17,45; Abd 1
6 idcirco ipse me reprehendo et ago paenitentiam in favilla et cinere Mt 11,21
7 postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Iob
dixit ad Eliphaz Themaniten
iratus est furor meus in te et in duos amicos tuos
quoniam non estis locuti coram me rectum sicut servus meus Iob
8 sumite igitur vobis septem tauros et septem arietes
et ite ad servum meum Iob et offerte holocaustum pro vobis Lv 8,18! 9,3!
Iob autem servus meus orabit pro vobis
faciem eius suscipiam ut non vobis inputetur stultitia
neque enim locuti estis ad me recta sicut servus meus Iob
9 abierunt ergo Eliphaz Themanites et Baldad Suites et Sophar Naamathites
et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos Dominus et suscepit Dominus faciem Iob

8 adherebit D c; herebunt Σ. | 10 lampadas L | 13 praecedit CDKsc | 14 mittit LCK; mittat s; mitte A. | 15 quasi¹] tamquam c. | stringitur AKs | 18 reputauit LΛKs | 19 fugauit AΣΛKs; fatigauit L. | in stipula LC | ei] et A; *om.* C | 21 sternit ACDKsr; sternat L.; et sternet Σc | 22 facit LAΦsc | mare + et SΦc | ponit LK | ~ unguenta cum L | 23 lucebit] lugebit L; luebit Σ. | 25 omnes sublime AΛK | uniuersos] omnes LCΦ || **42**,4 interrogabo + te CΛDSc | ostende] responde Kc | 8 igitur] ergo DKc | offeret LΛ; offerat C; offert s | 9 ad eos] eis D.; *om.* LK | ~ dominus ad eos Σc |

LA CΣΛDKSΦs cr

[10] Dominus quoque conversus est ad
paenitentiam Iob cum oraret ille
pro amicis suis
Dt 21,17; Is 40,2! 61,7; Za 9,12 et addidit Dominus omnia quaecum-
que fuerant Iob duplicia
[11] venerunt autem ad eum omnes frat-
res sui et universae sorores suae et
cuncti qui noverant eum prius
et comederunt cum eo panem in do-
mo eius
et moverunt super eum caput et con-
solati sunt eum super omni malo
quod intulerat Dominus super eum
et dederunt ei unusquisque ovem
unam et inaurem auream unam
[12] Dominus autem benedixit novissi-
1,2.3! mis Iob magis quam principio eius
et facta sunt ei quattuordecim milia
ovium et sex milia camelorum et
mille iuga boum et mille asinae
[13] et fuerunt ei septem filii et filiae tres
[14] et vocavit nomen unius Diem et no-
men secundae Cassia et nomen ter-
tiae Cornu stibii
[15] non sunt autem inventae mulieres
speciosae sicut filiae Iob in univer-
sa terra
deditque eis pater suus hereditatem
inter fratres earum
[16] vixit autem Iob post haec centum
quadraginta annis
et vidit filios suos et filios filiorum Ps 127,6; Tb 9,11!
suorum usque ad quartam genera-
tionem
et mortuus est senex et plenus die- Gn 25,8!
rum

EXPLICIT LIBER IOB

LA CΣΛDKSΦs cr
10 ~ duplicia iob L | 11 super omne malo quod L; super omne malum quod Cs; super omnia mala quae K | 12 in nouissimis L. | in principio s.; principia L; principium Φ | 13 ~ tres filiae CΣDc | 14 cassiam CΛKSc | 16 annis + et omnes anni uitae eius fuerunt ducenti quadraginta octo (+ anni C) ΛC | dierum + amen Λ ||

INCIPIT PRAEFATIO EUSEBII HIERONYMI IN LIBRO PSALMORUM

Psalterium Romae dudum positus emendaram et iuxta Septuaginta interpretes, licet cursim, magna illud ex parte correxeram. Quod quia rursum videtis, o Paula et Eustochium, scriptorum vitio depravatum plusque antiquum errorem quam novam emendationem valere, cogitis ut veluti quodam novali scissum iam arvum exerceam et obliquis sulcis renascentes spinas eradicem, aequum esse dicentes, ut quod crebro male pullulat, crebrius succidatur. Unde consueta praefatione commoneo tam vos quibus forte labor iste desudat, quam eos qui exemplaria istiusmodi habere voluerint, ut quae diligenter emendavi, cum cura et diligentia transcribantur. Notet sibi unusquisque vel iacentem lineam vel signa radiantia, id est vel obelos vel asteriscos, et ubicumque virgulam viderit praecedentem, ab ea usque ad duo puncta quae inpressimus sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi; ubi autem stellae similitudinem perspexerit, de hebraeis voluminibus additum noverit, aeque usque ad duo puncta, iuxta Theodotionis dumtaxat editionem qui simplicitate sermonis a Septuaginta interpretibus non discordat. Haec ego et vobis et studioso cuique fecisse me sciens, non ambigo multos fore qui vel invidia vel supercilio «malint contemnere videri praeclara quam discere», et e turbulento magis rivo quam de purissimo fonte potare. EXPLICIT PRAEFATIO

locus incertus

RF WKΦ cr

Praefatio. *Citantur* RF *et* WKΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem in psalterium quod secundum septuaginta editionem correxit praefatio c | 2 illud] tamen c. | 4 ualere + me c | 9 ~ radiantia signa c. | uel[3] *om.* c. | 10 ~ uiderit uirgulam WKΦc | 12 ~ perspexerit stellae similitudinem c. | 14 ego] ergo WKΦc | et[1] *om.* WKΦ | 15 me *om.* R | malent Φ; mallent RW | 16 e] de Fc; *om.* WKΦ ||

INCIPIT ALIA EIUSDEM PRAEFATIO

Eusebius Hieronymus Sofronio suo salutem.

Scio quosdam putare Psalterium in quinque libros esse divisum, ut ubicumque apud Septuaginta interpretes scriptum est γενοιτο γενοιτο, id est fiat fiat, finis librorum sit, pro quo in hebraeo legitur amen amen. Nos autem cf. Lc 20,42; Act 1,20 Hebraeorum auctoritatem secuti et maxime Apostolorum qui semper in Novo Testamento Psalmorum librum nominant, unum volumen adserimus. Psalmos quoque omnes eorum testamur auctorum qui ponuntur in titulis, David scilicet et Asaph et Idithun, filiorum Core, Eman Ezraitae, Mosi et Salomonis et reliquorum, quos Ezras uno volumine conprehendit. Si enim amen, pro quo Aquila transtulit πεπιστωμενως, in fine tantum librorum ponitur et non interdum aut in exordio aut in calce sermonis Io 1,51 etc. sive sententiae, numquam et Salvator in Evangelio loqueretur: «Amen amen dico vobis», et Pauli epistulae in medio illud opere continerent, Moses quoque et Hieremias et ceteri in hunc modum multos haberent libros, qui in mediis voluminibus suis amen frequenter interserunt, sed et numerus viginti duorum hebraicorum librorum et mysterium eiusdem numeri commutabitur. Nam et titulus ipse hebraicus Sephar Thallim, quod interpretatur Volumen hymnorum, apostolicae auctoritati congruens, non plures libros, sed unum volumen ostendit.

Quia igitur nuper cum Hebraeo disputans quaedam pro Domino Salvatore de Psalmis testimonia protulisti, volensque ille te eludere, per sermones paene singulos adserebat non ita haberi in hebraeo ut tu de Septuaginta interpretibus opponebas, studiosissime postulasti ut post Aquilam, Symmachum et Theodotionem novam editionem latino sermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum varietate turbari et amore quo laberis vel translatione vel iudicio meo esse contentum. Unde inpulsus a te, cui et quae non possum negare non possum, rursum me obtrectatorum latratibus tradidi, maluique te vires potius meas quam voluntatem in amicitia quaerere. Certe confidenter dicam et multos huius operis testes citabo, me nihil dumtaxat scientem de hebraica veritate mutasse. Sicubi ergo editio mea a veteribus discreparit, interroga quemlibet Hebraeorum et liquido pervidebis me ab aemulis frustra lacerari, locus incertus qui «malunt contemnere videri praeclara quam discere», perversissimi homines. Nam cum semper novas expetant voluptates, et gulae eorum vicina maria non sufficiant, cur in solo studio Scripturarum veteri sapore contenti sunt? Nec hoc dico, quo praecessores meos mordeam, aut quicquam de his arbitrer detrahendum quorum trans-

RFC ΣASL rs **Alia praefatio.** *Citantur* RFC *et* ΣAS(= G *apud* rs) L *ac* rs. [*Adv. Ruf.* = *Hieronymus, Apologia adv. Rufinum* II,30]. *Tit.* incipit praefatio s | 1 eusebius—salutem *om.* FΣ | eusebius *om.* A. | sofronio suo salutem *om.* R. | 6 psalmosque omnes RC. | 7 et[1] *om.* FC SL | 8 ezraitae] hesdra item C | 9 transtulit *om.* F | 14 uiginti et duo hebreorum C | 19 inludere ΣL *adv. Ruf.*; cludere C | 20 ut] quod C | 23 et pro amore *adv. Ruf.* | 24 quae non possum negare non possum RCArs *adv. Ruf.* (*sec. codd. Vat. lat.* 360 *et* 361)] quae possum negare non possum ΣL; quae non possum negare non F.: quae non possum debeo S | 25 in amicitiam FCA | 27 discrepauerit CA; discrepat *adv. Ruf.* | 29 uidere C | peruersissime RA. | 30 ~ nouas semper *adv. Ruf.* | expectant FS; extant Σ. | 31 quo] quod C |

lationem diligentissime emendatam olim meae linguae hominibus dederim; sed quod aliud sit in ecclesiis Christo credentium Psalmos legere, aliud Iudaeis singula verba calumniantibus respondere.

Quod opusculum meum si in graecum ut polliceris transtuleris, αντιφιλονεικων τοις διασυρουσιν, et inperitiae meae doctissimos quoque viros testes facere volueris, dicam tibi illud Oratianum: «In silvam ne ligna feras». Nisi quod hoc habebo sola- Hor. Sat. 1,10,34
men, si in labore communi intellegam mihi et laudem et vituperationem tecum esse communem. Valere te in Domino Iesu cupio et meminisse mei. EXPLICIT PRAEFATIO

33 dedi *adv. Ruf.* | 37 quosque C; ~ uiros quoque AS. | uolueris *om.* FCAS | 40 ualere— mei *om.* C ||

RFC
ΣASL
rs

INCIPIT LIBER PSALMORUM IUXTA SEPTUAGINTA EMENDATUS

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum
et in via peccatorum non stetit
25,4! et in cathedra pestilentiae non sedit
[2]sed in lege Domini voluntas eius
118,15! 70! Dt 17,19! Ios 1,8; Sir 6,37 et in lege eius meditabitur die ac nocte
[3]et erit tamquam lignum
Nm 24,6; Ier 17,8! Ez 47,12! quod plantatum est secus decursus aquarum
Ps 91,15 H quod fructum suum dabit in tempore suo
et folium eius non defluet
Gn 39,2! et omnia quaecumque faciet prosperabuntur
[4]non sic impii ÷ non sic:
34,5; Iob 21,18! Is 17,13 sed tamquam pulvis quem proicit ventus ÷ a facie terrae:
[5]ideo non resurgent impii in iudicio
neque peccatores in consilio iustorum
36,18; Iob 23,10! [6]quoniam novit Dominus viam iustorum
et iter impiorum peribit

2 PSALMUS DAVID

1,2; Act 4,25.26 Quare fremuerunt gentes
et populi meditati sunt inania
[2]adstiterunt reges terrae
47,5! Mt 26,3.4! Apc 19,19! et principes convenerunt in unum
adversus Dominum et adversus christum eius

DIAPSALMA

[3]disrumpamus vincula eorum Ier 5,5!
et proiciamus a nobis iugum ipsorum
[4]qui habitat in caelis inridebit eos 36,13; 58,9; Prv 1,26; Sap 4,18
et Dominus subsannabit eos
[5]tunc loquetur ad eos in ira sua
et in furore suo conturbabit eos
[6]ego autem constitutus sum rex ab eo
super Sion montem sanctum eius
praedicans praeceptum eius
[7]Dominus dixit ad me filius meus es tu Mt 3,17! Act 13,33; Hbr 1,5; 5,5
ego hodie genui te
[8]postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam Apc 2,26.27
et possessionem tuam terminos terrae
[9]reges eos in virga ferrea Apc 12,5; 19,15
tamquam vas figuli confringes eos Is 30,14; Ier 19,11!
[10]et nunc reges intellegite Sap 6,2
erudimini qui iudicatis terram
[11]servite Domino in timore Tb 13,6! Sir 19,18; Hbr 12,28
et exultate ei in tremore
[12]adprehendite disciplinam
nequando irascatur Dominus et pereatis de via iusta
[13]cum exarserit in brevi ira eius
beati omnes qui confidunt in eo 33,9! 83,13!

RFI WSKΦ cr **Psalmi iuxta Septuaginta emendati** (*id est Psalterium Gallicanum*). *Citantur* RFH (= C *apud* r) I *et* LWS (= G *apud* r) KΦk *ac* cr. *Citantur etiam Psalt. iuxta Hebr.* [= *He*] *et ep.* 106 *Hieronymi ad Sunniam et Fretelam* (*in* r *p.* 8—42 *edita*), *et quidem ea ratione ut lectioni a Sunnia prolatae siglum Su, lectioni vero ab Hieronymo corrigente inductae siglum Hi tribuatur. Signa* ※ *et* ÷ *in textu, nisi aliter notetur, ea sunt quae praebet* R. *Tit.* liber psalmorum c ‖ **1,1** [*desunt* H *usque ad* 30,10, L *usque ad* 10,7 *et* k *usque ad* 93,19] | 3 defluit RF. | 4 ÷ *utr. loco om.* R, *spatio tamen relicto* | 5 resurgent F cr 𝔊 *He*] resurgunt *cet.* | concilio c. ‖ **2,1** *tit. om.* c | 2 diapsalma *om.* WSK c | 4 subsannauit R | 9 ferrea + et c | 11 in[2]] cum RF c ‖

INCIPIT LIBER PSALMORUM IUXTA HEBRAICUM TRANSLATUS

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum
et in via peccatorum non stetit
in cathedra derisorum non sedit
[2]sed in lege Domini voluntas eius
et in lege eius meditabitur die ac nocte
[3]et erit tamquam lignum transplantatum iuxta rivulos aquarum
quod fructum suum dabit in tempore suo
et folium eius non defluet
et omne quod fecerit prosperabitur
[4]non sic impii
sed tamquam pulvis quem proicit ventus
[5]propterea non resurgent impii in iudicio
neque peccatores in congregatione iustorum
[6]quoniam novit Dominus viam iustorum et iter impiorum peribit

2 Quare turbabuntur gentes
et tribus meditabuntur inania
[2]consurgent reges terrae
et principes tractabunt pariter
adversum Dominum et adversum christum eius
[3]disrumpamus vincula eorum
et proiciamus a nobis laqueos eorum
[4]habitator caeli ridebit
Dominus subsannabit eos
[5]tunc loquetur ad eos in ira sua
et in furore suo conturbabit eos
[6]ego autem orditus sum regem meum
super Sion montem sanctum suum
adnuntiabo Dei praeceptum
[7]Dominus dixit ad me filius meus es tu
ego hodie genui te
[8]postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam
et possessionem tuam terminos terrae
[9]pasces eos in virga ferrea
ut vas figuli conteres eos
[10]nunc ergo reges intellegite
erudimini iudices terrae
[11]servite Domino in timore
et exultate in tremore
[12]adorate pure ne forte irascatur et pereatis de via
[13]cum exarserit post paululum furor eius
beati omnes qui sperant in eum

Psalmi iuxta Hebraicum translati (*id est Psalterium iuxta Hebraeos*). *Citantur* RFCI *et* ΣAKΘS(= G *apud* ѕ) L *ac* ђѕ. *In codd. et apud nos psalmi iuxta* 𝔊, *in edd. vero iuxta* 𝔐 *numerantur*. *Tit.* incipit liber psalterii ѕ; psalterium iuxta hebraeos hieronymi ђ ‖ **1**,1 stetit + et FCΣΘSђ | 5 resurgunt RIAKSђ | in iudicium C ‖ **2**,3 a nobis *om.* FL | 4 subsannauit FK. | 5 loquitur RFL | eos^2 + semper C | 6 suum] meum Θ; eius CIL | 8 tibi *om* R. | et^2] ut ѕ., *lapsu* ‖

RFCI
ΣAKΘSL
ђѕ

3 PSALMUS DAVID CUM FUGERET A FACIE ABESSALON FILII SUI
24,19! 118,157 2 Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me
55,3 multi insurgunt adversum me
3 multi dicunt animae meae
non est salus ipsi in Deo ÷ eius:
DIAPSALMA
61,8 4 tu autem Domine susceptor meus es
Sir 11,13 gloria mea et exaltans caput meum
17,7! 5 voce mea ad Dominum clamavi
et exaudivit me de monte sancto suo
DIAPSALMA
4,9.10! 6 ego dormivi et soporatus sum
exsurrexi quia Dominus suscipiet me
26,3 7 non timebo milia populi circumdantis me
exsurge Domine salvum me fac Deus meus
8 quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa
57,7; Iob 29,17 dentes peccatorum contrivisti
Prv 21,31 9 Domini est salus et super populum tuum benedictio tua

4 IN FINEM IN CARMINIBUS PSALMUS DAVID
117,5 2 Cum invocarem exaudivit me Deus iustitiae meae
17,20! in tribulatione dilatasti mihi
miserere mei et exaudi orationem meam
3 filii hominum usquequo gravi corde
ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium
DIAPSALMA
30,22 4 et scitote quoniam mirificavit Dominus sanctum suum
Dominus exaudiet me cum clamavero ad eum
Eph 4,26 5 irascimini et nolite peccare
quae dicitis in cordibus vestris
in cubilibus vestris conpungimini
DIAPSALMA
6 sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in Domino 50,21; Dt 33,19; Sir 7,35; Mal 3,3
multi dicunt quis ostendet nobis bona
7 signatum est super nos lumen vultus tui Domine 66,2; Nm 6,26
dedisti laetitiam in corde meo
8 a fructu frumenti et vini et olei sui multiplicati sunt
9 in pace in id ipsum dormiam et requiescam 3,6; Prv 3,24; Iob 11,18
10 quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me

5 IN FINEM PRO EA QUAE HEREDITATEM CONSEQUITUR PSALMUS DAVID
2 Verba mea auribus percipe Domine IV Esr 8,19
intellege clamorem meum 2.3: 16,1; 53,4! 83,9; 85,6; 140,1! 142,1; II Esr 1,6!
3 intende voci orationis meae
rex meus et Deus meus 43,5!
4 quoniam ad te orabo Domine 87,14!
mane exaudies vocem meam
5 mane adstabo tibi et videbo
quoniam non deus volens iniquitatem tu es II Par 19,7
6 neque habitabit iuxta te malignus
neque permanebunt iniusti ante oculos tuos
7 odisti omnes qui operantur iniquitatem 30,7; 44,8! Idt 5,21; Sap 14,9
perdes ÷ omnes: qui loquuntur mendacium
virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus 54,24
8 ego autem in multitudine misericordiae tuae
introibo in domum tuam 131,7
adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo 27,2! 137,2
9 Domine deduc me in iustitia tua
propter inimicos meos 26,11

RFI WSKΦ cr 3,1 absalon WSK; absalom c. | 3 ÷ *om.* R, *spatio tamen relicto* | diapsalma *om.* WSK c, *item v.* 5 | 6 exsurrexi RFr. 𝔊, *cf. He*] et exsurrexi *cet.* | suscipiet Ir. 𝔊] suscepiet F.; suscepit *cet.* | 7 circumdantes RW | 9 tua + diapsalma R || 4,1 in carminibus psalmus dauid F (*om.* in) SΦ cr] in hymnis canticum huic dauid R; psalmus cantici dauid WK; psalmus dauid canticum I. | 2 exaudiuit] exaudisti I | 3 diapsalma *om.* IWSK c, *item v.* 5 | 6 ostendet RIr𝔊] ostendit *cet.* | 8 et[1] *om.* c || 5,7 ÷ *om.* R, *spatio relicto* | 9 ~ in tua iustitia RI. |

3 CANTICUM DAVID CUM FUGERET A FACIE ABESSALON FILII SUI
[2]Domine quare multiplicati sunt hostes mei
multi consurgunt adversus me
[3]multi dicunt animae meae
non est salus huic in Deo
SEMPER
[4]tu autem Domine clipeus circa me
gloria mea et exaltans caput meum
[5]voce mea ad Dominum clamabo
et exaudiet me de monte sancto suo
SEMPER
[6]ego dormivi et soporatus sum
evigilavi quia Dominus sustentavit me
[7]non timebo milia populi quae circumdederunt me
surge Domine salvum me fac Deus meus
[8]quia percussisti omnium inimicorum meorum maxillam
dentes impiorum confregisti
[9]Domini est salus super populum tuum benedictio tua
SEMPER

4 VICTORI IN PSALMIS CANTICUM DAVID
[2]Invocante me exaudi me Deus iustitiae meae
in tribulatione dilatasti mihi
miserere mei et exaudi orationem meam
[3]filii viri usquequo incliti mei ignominiose diligitis vanitatem quaerentes mendacium
SEMPER
[4]et cognoscite quoniam mirabilem reddidit Dominus sanctum suum
Dominus exaudiet cum clamavero ad eum
[5]irascimini et nolite peccare
loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra et tacete
SEMPER
[6]sacrificate sacrificium iustitiae et fidite in Domino
multi dicunt quis ostendit nobis bonum
[7]leva super nos lucem vultus tui Domine
dedisti laetitiam in corde meo
[8]in tempore frumentum et vinum eorum multiplicata sunt
[9]in pace simul requiescam et dormiam
[10]quia tu Domine specialiter securum habitare fecisti me

5 VICTORI PRO HEREDITATIBUS CANTICUM DAVID
[2]Verba mea audi Domine
intellege murmur meum
[3]rex meus et Deus meus [4]quia te deprecor
Domine mane audies vocem meam
[5]mane praeparabor ad te et contemplabor
quoniam non es deus volens iniquitatem tu
[6]nec habitabit iuxta te malignus
non stabunt iniqui in conspectu oculorum tuorum
[7]odisti omnes operantes iniquitatem
perdes loquentes mendacium
virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus
[8]ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam
adorabo in templo sancto tuo in timore tuo
[9]Domine deduc me in iustitia tua
propter insidiatores meos

3,1 absalon IΣAKΘSḫ | 3 deo] domino C | semper *om.* IΣK | 4 clipeus + meus FΣL. | 5 semper *om.* IΣK | 6 et uigilaui CAKS; et euigilaui Θ | sustentabit F | 9 semper *om.* RIΣAK || **4**,1 cantici FΘ | 2 inuocantem me CIΣKΘ; inuocantem S | exaudi[1]] exaudisti IAK | me[2] *om.* C | 3 diligentes C | uanitatem + et CΣ | semper *om.* IΣK | 4 et *om.* C | cum] dum C | 5 irascemini IA. | et[2] *om.* IAKΘ | semper *om.* IΣK | 6 fidete FAK. | 10 quia] quoniam FI || **5**,8 in multitudinem FΣAL | 9 deduc] duc F | ~ in tua iustitia RC |

RFCI ΣAKΘSL ḫs

dirige in conspectu meo viam tuam
10 quoniam non est in ore eorum veritas
cor eorum vanum est
13,3! Rm 3,13 11 sepulchrum patens est guttur eorum
Is 59,3 linguis suis dolose agebant iudica illos Deus
decidant a cogitationibus suis
68,28 secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos
quoniam inritaverunt te Domine
12 et laetentur omnes qui sperant in te
in aeternum exultabunt et habitabis in eis
et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum
13 quoniam tu benedices iusto
Domine ut scuto bonae voluntatis coronasti nos

11,1 6 IN FINEM IN CARMINIBUS PRO OCTAVA PSALMUS DAVID

37,2; Ier 10,24 2 Domine ne in furore tuo arguas me
neque in ira tua corripias me
40,5 3 miserere mei Domine quoniam in-
30,11 firmus sum
Iob 4,14; Ier 23,9 sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea
Idt 14,17! 4 et anima mea turbata est valde
89,13 et tu Domine usquequo
5 convertere Domine eripe animam meam
30,17; 108,26; Tb 13,5! Or Man 14 salvum me fac propter misericordiam tuam
113,25! Is 38,18; Bar 2,17 6 quoniam non est in morte qui memor sit tui
29,10! in inferno autem quis confitebitur tibi
37,9; 68,4; Ier 45,3 7 laboravi in gemitu meo
lavabo per singulas noctes lectum meum
in lacrimis meis stratum meum rigabo
30,10 8 turbatus est a furore oculus meus
inveteravi inter omnes inimicos meos
9 discedite a me omnes qui operamini iniquitatem 118,115! Mt 7,23! Lc 13,27
quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei
10 exaudivit Dominus deprecationem meam
Dominus orationem meam suscepit
11 erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei 34,4! 39,15; 82,18; Is 41,11!
convertantur et erubescant valde velociter

7 PSALMUS DAVID QUEM CANTAVIT DOMINO PRO VERBIS CHUSI FILII IEMINI

2 Domine Deus meus in te speravi 17,3! 30,2.15
salvum me fac ex omnibus perse- 30,16! 108,31
quentibus me et libera me
3 nequando rapiat ut leo animam meam 9,30; 16,12; Is 5,29!
dum non est qui redimat neque qui salvum faciat
4 Domine Deus meus si feci istud
si est iniquitas in manibus meis I Sm 24,12
5 si reddidi retribuentibus mihi mala
decidam merito ab inimicis meis inanis
6 persequatur inimicus animam meam et conprehendat
et conculcet in terra vitam meam
et gloriam meam in pulverem deducat Os 4,7

DIAPSALMA

7 exsurge Domine in ira tua
exaltare in finibus inimicorum meorum
et exsurge Domine Deus meus in praecepto quod mandasti
8 et synagoga populorum circumdabit te
et propter hanc in altum regredere
9 Dominus iudicat populos Is 3,13!
iudica me Domine secundum iustitiam meam 17,21! 25,1; 34,24; II Sm 22,21!

RFI W(S)KΦ ct 9 tuo uiam meam K c, *cf. Su* | 10 [*deest* S *usque ad* 8,5] | 13 benedicis RF. | uoluntatis + tuae c || 6,1 in carminibus] in hymnis RI | ~ pro octaua in carminibus W. | psalmus *om.* IW. | ~ psalmus dauid pro octaua K c | 4 et[2]] sed c | 5 domine + et R c | 7 in lacrimis meis F.𝔊] in lacrimis R t.; lacrimis I; lacrimis meis *cet.* || 7,6 diapsalma *om.* WK c | 7 tua + et I c | et *om.* F |

dirige ante faciem meam viam tuam
10 non est enim in ore eorum rectum
interiora eorum insidiae
11 sepulchrum patens guttur eorum
linguam suam levificant
condemna eos Deus decidant a consiliis suis
iuxta multitudinem scelerum eorum
expelle eos quoniam provocaverunt te
12 et laetentur omnes qui sperant in te
in perpetuum laudabunt et proteges eos
et laetabuntur in te qui diligunt nomen tuum
13 quia tu benedices iusto
Domine ut scuto placabilitatis coronabis eum

6 VICTORI IN PSALMIS SUPER OCTAVA CANTICUM DAVID

2 Domine ne in furore tuo arguas me
neque in ira tua corripias me
3 miserere mei Domine quoniam infirmus sum
sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea
4 et anima mea turbata est valde
et tu Domine usquequo
5 revertere Domine erue animam meam
salva me propter misericordiam tuam
6 quoniam non est in morte recordatio tui
in inferno quis confitebitur tibi
7 laboravi in gemitu meo natare faciam tota nocte lectulum meum
lacrimis meis stratum meum rigabo
8 caligavit prae amaritudine oculus meus
consumptus sum ab universis hostibus meis
9 recedite a me omnes qui operamini iniquitatem
quia audivit Dominus vocem fletus mei
10 audivit Dominus deprecationem meam
Dominus orationem meam suscipiet
11 confundantur et conturbentur vehementer omnes inimici mei
revertantur et confundantur subito

7 PRO IGNORATIONE DAVID QUOD CECINIT DOMINO SUPER VERBIS AETHIOPIS FILII IEMINI

2 Domine Deus meus in te speravi
salva me ab omnibus persequentibus me et libera me
3 ne forte capiat ut leo animam meam
laceret et non sit qui eruat
4 Domine Deus meus si feci istud
si est iniquitas in manibus meis
5 si reddidi retribuentibus mihi malum
et dimisi hostes meos vacuos I Sm 15,9
6 persequatur inimicus animam meam
et adprehendat et conculcet in terra vitam meam
et gloriam meam in pulverem conlocet

SEMPER

7 surge Domine in furore tuo
elevare indignans super hostes meos
et consurge ad me iudicio quod mandasti
8 et congregatio tribuum circumdet te
et pro hac in altum revertere
9 Dominus iudicabit populos
iudica me Domine secundum iustitiam meam

RFCI ΣAKΘSL ђs

11 leuificabant F | te + domine IAKS | 13 quia] quoniam R | benedicis RFΣ || 6,3 sum + ego Θ ђ | 5 domine + et RFΣ | 7 lectulum RSL ђs.] lectum *cet.* | 10 suscipiet ΣSL ђs, *cf.* 𝔐] suscipit A.; suscepit *cet.* | 11 et turbentur C || 7,1 iemini RFSs] gemini *cet.* | 3 eruat] eripiat IAK | 5 mala F | 6 semper *om.* IK | 8 pro hanc A.; propter hanc Σ; propter hac C. | 9 iudicat IS | domine] deus C |

et secundum innocentiam meam super me
[10]consummetur nequitia peccatorum
I Par 28,9! Ier 11,20! et diriges iustum
Apc 2,23 et serutans corda et renes Deus
[11]iustum adiutorium meum a Deo
qui salvos facit rectos corde
[12]Deus iudex iustus et fortis et patiens
numquid irascitur per singulos dies
Lc 13,3 [13]nisi conversi fueritis gladium suum vibrabit
10,3! 36,14; Is 5,28! arcum suum tetendit et paravit illum
IV Esr 16,13 [14]et in eo paravit vasa mortis
Dt 32,23! sagittas suas ardentibus effecit
[15]ecce parturiit iniustitiam
Iob 15,35; Is 59,4 ※et: concepit dolorem et peperit iniquitatem
[16]lacum aperuit et effodit eum
56,7; Prv 26,27; Ecl 10,8; Sir 27,29 et incidet in foveam quam fecit
Est 9,25 [17]convertetur dolor eius in caput eius
et in verticem ipsius iniquitas eius descendet
I Par 16,35! [18]confitebor Domino secundum iustitiam eius
9,3; 12,6; 91,2 et psallam nomini Domini altissimi
80,1; 83,1 **8** IN FINEM PRO TORCULARIBUS PSALMUS DAVID
10 [2]Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra
56,6! Hab 3,3!
Sir 43,32 quoniam elevata est magnificentia tua super caelos
Mt 21,16 [3]ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem
propter inimicos tuos
ut destruas inimicum et ultorem
[4]quoniam videbo caelos ※tuos: opera digitorum tuorum
lunam et stellas quae tu fundasti
143,3; Iob 7,17; Sir 18,7 [5]quid est homo quod memor es eius
5–8: Hbr 2,6–8 aut filius hominis quoniam visitas eum
[6]minuisti eum paulo minus ab angelis
gloria et honore coronasti eum 20,6
[7]et constituisti eum super opera manuum tuarum Sap 9,2!
[8]omnia subiecisti sub pedibus eius 1 Cor 15,26; Eph 1,22
oves et boves universas
insuper et pecora campi Gn 1,28
[9]volucres caeli et pisces maris
qui perambulant semitas maris
[10]Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra 2!
9 IN FINEM PRO OCCULTIS FILII PSALMUS DAVID
[2]Confitebor tibi Domine in toto corde meo 85,12! 1 Esr 10,11! Eph 5,19; Col 3,16
narrabo omnia mirabilia tua 74,2! Tb 12,20!
[3]laetabor et exultabo in te
psallam nomini tuo Altissime 7,18!
[4]in convertendo inimicum meum retrorsum
infirmabuntur et peribunt a facie tua 67,3! Idc 5,31!
[5]quoniam fecisti iudicium meum et causam meam 34,23; 42,1; Lam 3,58
sedisti super thronum qui iudicas iustitiam IV Esr 7,33
[6]increpasti gentes ÷et: periit impius 37; 36,28! Idc 5,31! Prv 10,7; Sir 41,14!
nomen eorum delisti in aeternum et in saeculum ÷saeculi:
[7]inimici defecerunt frameae in finem
et civitates destruxisti
periit memoria eorum cum sonitu
[8]et Dominus in aeternum permanet 101,13! Ex 15,18! Lam 5,19
paravit in iudicio thronum suum 44,7! 88,15! Is 16,5
[9]et ipse iudicabit orbem terrae in aequitate 95,10.13! 97,9! I Sm 2,10! Act 17,31
iudicabit populos in iustitia 71,2!
[10]et factus est Dominus refugium pauperi
adiutor in oportunitatibus in tribulatione
[11]et sperent in te qui noverunt nomen 90,14

RFI W(S)KΦ cr 10 consumetur FWc | et[2] *om.* c | 11 deo FΦr𝔊, *cf. He*] domino *cet.* | 12 et[1] *om.* Rc | irascetur FWKΦ | 13 uibrauit RFWKΦ | 15 parturit RIWKΦ | et[1] *om.* WKc | 16 incidet Rr.𝔊 *He*] incedit F.; incidit *cet.* | 17 descendit FIWKΦ || 8,3 lactentium c | 4 ※ *Hi*] *om.* R | 5 [*iterum adest* S] || 9,3 altissimi RFr | 6 perit RFIΦ | et[2] *sub* ÷ R | 7 framea RI | ciuitates + eorum c | perit RFI |

et secundum simplicitatem meam
quae est in me
[10]consumatur malum iniquorum
et confirmetur iustitia
probator cordis et renum Deus ius-
tus
[11]clipeus meus in Deo qui salvat rec-
tos corde
[12]Deus iudex iustus et fortis commi-
nans tota die
[13]non convertenti gladium suum acuet
arcum suum tetendit et paravit illum
[14]et in ipso praeparavit vasa mortis
sagittas suas ad conburendum ope-
ratus est
[15]ecce parturit iniquitatem et concep-
to dolore peperit mendacium
[16]lacum aperuit et effodit eum
et incidet in interitum quem opera-
tus est
[17]revertetur dolor suus in caput eius
et super verticem eius iniquitas sua
descendet
[18]confitebor Domino secundum iusti-
tiam eius
et cantabo nomini Domini altissimi

8 VICTORI PRO TORCULARIBUS CANTI-
CUM DAVID
[2]Domine Dominator noster quam
grande est nomen tuum in universa
terra
qui posuisti gloriam tuam super cae-
los
[3]ex ore infantium et lactantium per-
fecisti laudem
propter adversarios meos ut quies-
cat inimicus et ultor
[4]videbo enim caelos tuos opera digi-
torum tuorum
lunam et stellas quae fundasti
[5]quid est homo quoniam recordaris
eius
vel filius hominis quoniam visitas
eum
[6]minues eum paulo minus a Deo
gloria et decore coronabis eum
[7]dabis ei potestatem super opera ma-
nuum tuarum
[8]cuncta posuisti sub pedibus eius
oves et armenta omnia insuper et
animalia agri
[9]aves caeli et pisces maris qui per-
transeunt semitas ponti
[10]Domine Dominator noster quam
grande est nomen tuum in universa
terra

9 VICTORI PRO MORTE FILII CANTICUM
DAVID
[2]Confitebor Domino in toto corde
meo
narrabo omnia mirabilia tua
[3]laetabor et gaudebo in te
canam nomini tuo Altissimi
[4]cum ceciderint inimici mei retror-
sum
et corruerint et perierint a facie tua
[5]fecisti enim iudicium meum et cau-
sam meam
sedisti super solium iudex iustitiae
[6]increpuisti gentes periit impius
nomen eorum delisti in sempiternum
et iugiter
[7]completae sunt solitudines in finem Ier 4,7!
et civitates subvertisti
periit memoria eorum cum ipsis
[8]Dominus autem in sempiternum se-
debit
stabilivit ad iudicandum solium su-
um
[9]et ipse iudicat orbem in iustitia
iudicat populos in aequitatibus
[10]et erit Dominus elevatio oppresso I Sm 2,8!
elevatio oportuna in angustia
[11]et confident in te qui noverunt no-

10 consumetur Σ.; consummetur IAK | probatur FL | 12 et *om.* C | tota die] cotidie C | 14 et *om.* FΣL𝔥 | 15 parturiit 𝔰.; parturiuit Θ | et *om.* IAK | 16 lacum] laqueum C | incidit CΣKS | 17 reuertitur IAK. | descendit RFIAK. ‖ 8,4 quae + tu FΣΘ | 6 minuens FΣL | 7 super + omnia CΣ | 9 qui transeunt IAK. ‖ 9,3 altissimi RFAS𝔰.] altissime *cet.* | 6 increpasti F(*vid.*)IΣAKΘ𝔥 | perit RFIAL; et perit C | 7 perit RFCAL | 10 oppresso eleuatio *om.* C | 11 confidunt RΘ |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

tuum
Idt 6,15 quoniam non dereliquisti quaerentes te Domine
64,2; 67,17! Is 12,6 12 psallite Domino qui habitat in Sion
1 Par 16,8! adnuntiate inter gentes studia eius
Gn 9,5! 13 quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est
non est oblitus clamorem pauperum
Idt 6,15! 14 miserere mei Domine vide humilitatem meam de inimicis meis
15 qui exaltas me de portis mortis
ut adnuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion
12,6! I Sm 2,1! 16 exultabo in salutari tuo
infixae sunt gentes in interitu quem fecerunt
34,8 in laqueo isto quem absconderunt
conprehensus est pes eorum
17 cognoscitur Dominus iudicia faciens
in operibus manuum suarum conprehensus est peccator

CANTICUM DIAPSALMATIS

18 convertantur peccatores in infernum
omnes gentes quae obliviscuntur Deum
19 quoniam non in finem oblivio erit pauperis
patientia pauperum non peribit in finem
81,8; Prv 12,3; II Par 14,11 20 exsurge Domine non confortetur homo
iudicentur gentes in conspectu tuo
21 constitue Domine legislatorem super eos
sciant gentes quoniam homines sunt

DIAPSALMA

22 (1) ut quid Domine recessisti longe
dispicis in oportunitatibus in tribulatione
23 (2) dum superbit impius incenditur pauper
conprehenduntur in consiliis quibus cogitant
24 (3) quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae
et iniquus benedicitur
25 (4) exacerbavit Dominum peccator 35,3
secundum multitudinem irae suae non quaeret
26 (5) non est Deus in conspectu eius
inquinatae sunt viae illius in omni tempore
auferuntur iudicia tua a facie eius
omnium inimicorum suorum dominabitur
27 (6) dixit enim in corde suo 29,7
non movebor a generatione in generationem sine malo
28 (7) cuius maledictione os plenum est 13,3! Rm 3,14
et amaritudine et dolo
sub lingua eius labor et dolor
29 (8) sedet in insidiis cum divitibus 36,32!
in occultis ut interficiat innocentem
30 (9) oculi eius in pauperem respiciunt
insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua 7,3! 16,12
insidiatur ut rapiat pauperem
rapere pauperem dum adtrahit eum
31 (10) in laqueo suo humiliabit eum
inclinabit se et cadet cum dominatus fuerit pauperum
32 (11) dixit enim in corde suo oblitus est Deus Iob 22,13! Sir 23,26! Ez 8,12!
avertit faciem suam ne videat in finem
33 (12) exsurge Domine Deus exaltetur manus tua
ne obliviscaris pauperum
34 (13) propter quid inritavit impius Deum
dixit enim in corde suo non requiret 93,7! Iob 22,13! Ez 8,12!
35 (14) vides quoniam tu laborem et dolorem consideras Gn 31,42!
ut tradas eos in manus tuas

RFI W(S)KΦ cc

17 cognoscitur RFIΦr𝔊] cognoscetur *cet.* | canticum diapsalmatis *om.* IWSK c | 21 eos + ut c | diapsalma *om.* W c | 22 ut] *praem.* psal. X secundum Hebr. c, *litteris inclinatis, qui et novam versuum numerationem incipit* | 24 [*deest* S *usque ad* 10,8] | benedicetur F | 25 quaerit R | 31 humiliauit F | cum] dum I |

men tuum
quoniam non dereliquisti quaerentes te Domine
12 cantate Domino habitatori Sion
adnuntiate in populis commutationes eius
13 quoniam quaerens sanguinem eorum recordatus est
nec oblitus est clamoris pauperum
14 misertus est mei Dominus vidit adflictionem meam ex inimicis meis
15 qui exaltat me de portis mortis
ut narrem omnes laudes tuas in portis filiae Sion
16 exultabo in salutari tuo
demersae sunt gentes in interitu quem fecerunt
in rete quod absconderant captus est pes eorum
17 agnitus est Dominus iudicium faciens
in opere manuum suarum corruit impius

SONITU SEMPITERNO

18 convertantur impii in infernum
omnes gentes quae oblitae sunt Deum
19 quoniam non in aeternum oblivioni erit pauper
expectatio pauperum non peribit in perpetuum
20 surge Domine non confortetur homo
iudicentur gentes ante faciem tuam
21 pone Domine terrorem eis
sciant gentes homines se esse

SEMPER

22 (1) quare Domine stas a longe
dispicis in temporibus angustiae
23 (2) in superbia impii ardet pauper
capiantur in sceleribus quae cogitaverunt
24 (3) quia laudavit impius desiderium animae suae
et avarus adplaudens sibi 25 (4) blasphemavit Dominum Ez 33,31; II Pt 2,14
impius secundum altitudinem furoris sui non requiret
26 (5) nec est Deus in omnibus cogitationibus eius
parturiunt viae eius in omni tempore
longe sunt iudicia tua a facie eius
omnes inimicos suos dispicit
27 (6) loquitur in corde suo non movebor
in generatione et generatione
ero sine malo
28 (7) maledictione os eius plenum est et dolis et avaritia
sub lingua eius dolor et iniquitas
29 (8) sedet insidians iuxta vestibula
in absconditis ut interficiat innocentem
30 (9) oculi eius robustos tuos circumspiciunt
insidiatur in abscondito quasi leo in cubili
insidiatur ut rapiat pauperem
rapiet pauperem cum adtraxerit eum ad rete suum
31 (10) et confractum subiciet
et inruet viribus suis valenter
32 (11) dixit in corde suo oblitus est Deus
abscondit faciem suam non respiciet in perpetuum
33 (12) surge Domine Deus leva manum tuam
noli oblivisci pauperum
34 (13) quare blasphemat impius Deum
dicens in corde suo quod non requirat
35 (14) vides quia tu laborem et furorem respicis ut detur in manu tua

12 commutationes Lϛ (*in praef. p.* XIX)] cogitationes *cet.* (*et* ϛ *in textu*) | 13 clamorem FL.; clamores Σ | 14 mei] mihi C | 16 in interitum quem CΘL𝔥; in foueam quam S. | absconderunt ΣΘSL; habscondiderunt C. | 17 sonitum sempiternum F.; diapsalma I; *om.* AK | 18 deum] dominum CΘ | 19 obliuio FA. | 21 homines se esse FCϛ] homines esse RΣ; homines esse se *cet.* | semper *om.* IΘ | 22(𝔐 **10**,1) a *om.* C | 24 laudabit FCS; laudabitur Θ | 25 altitudinem] multitudinem RΣ. | 28 dolis] dolus FC. | 30 cum] dum C | 33 pauperem CΘ | 35 quia] quoniam CΘ |

RFCI
ΣAKΘSL
𝔥ϛ

tibi derelictus est pauper
orfano tu eras adiutor
36,17 36 (15) contere brachium peccatoris et maligni
quaeretur peccatum illius et non invenietur
Tb 9,11! 37 (16) Dominus regnabit in aeternum et in saeculum ÷ saeculi :
6! peribitis gentes de terra illius
38 (17) desiderium pauperum exaudivit Dominus
praeparationem cordis eorum audivit auris tua
39 (18) iudicare pupillo et humili
ut non adponat ultra magnificare se homo super terram

10 IN FINEM PSALMUS DAVID

2 In Domino confido quomodo dicitis animae meae
Prv 27,8 transmigra in montes sicut passer
7,13.14; 63,4.5 3 quoniam ecce peccatores intenderunt arcum
paraverunt sagittas suas in faretra
ut sagittent in obscuro rectos corde
4 quoniam quae perfecisti destruxerunt
iustus ÷ autem : quid fecit
32,13.14! 102,19! 112,5.6! Hab 2,20 5 Dominus in templo sancto suo Dominus in caelo sedis eius
oculi eius ÷ in pauperem : respiciunt
palpebrae eius interrogant filios hominum
Ecl 3,17 6 Dominus interrogat iustum et impium
Tb 12,10 qui autem diligit iniquitatem odit animam suam
Gn 19,24! 7 pluet super peccatores laqueos
ignis et sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum
44,8! 118,137! Tb 3,2! So 3,5 8 quoniam iustus Dominus ÷ et : iustitias dilexit
aequitatem vidit vultus eius

6,1 **11** IN FINEM PRO OCTAVA PSALMUS DAVID

2 Salvum me fac Domine quoniam defecit sanctus Mi 7,2
quoniam deminutae sunt veritates a filiis hominum Os 4,1
3 vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum 37,13! 40,7
labia dolosa in corde et corde locuti sunt
4 disperdat Dominus universa labia dolosa
linguam magniloquam
5 qui dixerunt linguam nostram magnificabimus
labia nostra a nobis sunt
quis noster dominus est
6 propter miseriam inopum et gemitum pauperum
nunc exsurgam dicit Dominus Is 33,10
ponam in salutari Is 12,21
fiducialiter agam in eo
7 eloquia Domini eloquia casta 17,31! II Sm 22,31
argentum igne examinatum probatum terrae
purgatum septuplum
8 tu Domine servabis nos et custodies nos
a generatione hac et in aeternum
9 in circuitu impii ambulant
secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum

12 IN FINEM PSALMUS DAVID

Usquequo Domine oblivisceris me in finem 43,24; Lam 5,20
usquequo avertis faciem tuam a me 87,15; Iob 13,24!
2 quamdiu ponam consilia in anima mea
dolorem in corde meo per diem
3 usquequo exaltabitur inimicus meus super me
4 respice exaudi me Domine Deus meus
inlumina oculos meos ne umquam obdormiam in mortem I Esr 9,8!
5 nequando dicat inimicus meus prae- 24,3; 37,17!

RFI (L)W(S)KΦ cr
35 eras] eris Wc | 37 regnauit FΦ || 10,2 in montes RFr. 𝔊] in montem *cet.* | 7 pluit RIWΦ | [*incipit* L] || 11,1 [*iterum adest* S] | octauo LK.; + dic IL. | 4 dolosa + et c | 8 et² *om.* WSKΦc | 9 ambulabunt IL. || 12,2 dolore FL. | 4 exaudi Rr. 𝔊 *He*] et exaudi *cet.* | in morte ISKc |

tibi relinquuntur fortes tui
pupillo tu es factus adiutor
36 (15) contere brachium impii et maligni
quaeres impietatem eius et non in-
venies
37 (16) Dominus rex saeculi et aeterni-
tatis
perierunt gentes de terra eius
38 (17) desiderium pauperum audit Do-
minus
praeparasti ut cor eorum audiat au-
ris tua
39 (18) ut iudices pupillum et oppressum
et nequaquam ultra superbiat homo
de terra

10 VICTORI DAVID

2 In Domino speravi quomodo dicitis
animae meae
transvola in montem ut avis
3 quia ecce impii tetenderunt arcum
posuerunt sagittam suam super ner-
vum
ut sagittent in abscondito rectos
corde
Ps 118,126 4 quia leges dissipatae sunt
iustus quid operatus est
5 Dominus in templo sancto suo
Dominus in caelo thronus eius
oculi eius vident
palpebrae eius probant filios homi-
num
6 Dominus iustum probat
impium autem et diligentem iniqui-
tatem odit anima eius
7 pluet super peccatores laqueos
ignis et sulphur et spiritus tempes-
tatum pars calicis eorum
8 quoniam iustus Dominus iustitias
dilexit
rectum videbunt facies eorum

11 VICTORI PRO OCTAVA CANTICUM DAVID

2 Salva Domine quoniam defecit sanc-
tus
quoniam inminuti sunt fideles a filiis
hominum
3 frustra loquuntur unusquisque pro-
ximo suo
labium subdolum in corde et corde
locuti sunt
4 disperdat Dominus omnia labia do-
losa linguam magniloquam
5 qui dixerunt linguam nostram robo-
remus
labia nostra nobiscum sunt quis do-
minus noster est
6 propter vastitatem inopum et gemi-
tum pauperum
nunc consurgam dicit Dominus
ponam in salutari auxilium eorum
7 eloquia Domini eloquia munda
argentum igne probatum separatum
a terra colatum septuplum
8 tu Domine custodies ea
servabis nos a generatione hac in
aeternum
9 in circuitu impii ambulabunt
cum exaltati fuerint vilissimi filio- Dn 11,20
rum hominum

12 VICTORI CANTICUM DAVID

Usquequo Domine oblivisceris mei
penitus
usquequo abscondes faciem tuam a
me
2 usquequo ponam consilia in anima
mea
dolorem in corde meo per diem
3 usquequo exaltabitur inimicus meus
super me
4 convertere exaudi me Domine Deus
meus
inlumina oculos meos ne umquam
obdormiam in mortem
5 nequando dicat inimicus meus prae

38 audit RAKs] audiuit *cet.* || **10(𝔐 11)**,2 in monte IA. | 7 pluit RFΘSL𝔥 | et¹ *om.* CAΘ | tempestatis Θ; tempestates F. | 8 dominus + et RCΣ || **11(𝔐 12)**,2 salua + me R ΣΘS | 3 cum proximo C | locuti sunt *om.* IAK. | 6 inopum] impiorum CΣ | in salutare FA. | 7 septuplo C | 9 ambulant RFSL || **12(𝔐 13)**,1 domine *om.* IAK. | mei] me ΣΘS𝔥 | abscondis RIAKS | 2 in animam meam IAK. | 4 conuertere + et RCΣΘ | in morte CIΣAKΘS𝔥 |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

valui adversus eum
qui tribulant me exultabunt si motus fuero
[6]ego autem in misericordia tua speravi
9,16! 19,5.6; 20,2.3 exultabit cor meum in salutari tuo
cantabo Domino qui bona tribuit mihi
7,18! et psallam nomini Domini altissimi

13 IN FINEM PSALMUS DAVID

IV Esr 7,23; 8,58 Dixit insipiens in corde suo non est Deus
1—3: 52,1–4; Rm 3,10–18 corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis ÷suis:
non est qui faciat bonum ÷non est usque ad unum:
32,13! [2]Dominus de caelo prospexit super filios hominum
ut videat si est intellegens ÷aut: requirens Deum
[3]omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum non est usque ad unum
5,11! ÷sepulchrum patens est guttur eorum
9,28; 49,19! ÷linguis suis dolose agebant
139,4 ÷venenum aspidum sub labiis eorum
÷quorum os maledictione et amaritu-
÷ dine plenum est
Prv 1,16; 6,18; Is 59,7.8; IV Esr 1,26 ÷veloces pedes eorum ad effunden-
÷ dum sanguinem
÷contritio et infelicitas in viis eorum
÷et viam pacis non cognoverunt
35,2 ÷non est timor Dei ante oculos eo-
÷ rum:
4—6: 52,5–7 [4]nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem
Mi 3,3 qui devorant plebem meam sicut escam panis
[5]Dominum non invocaverunt
illic trepidaverunt timore ÷ubi non erat timor:
[6]quoniam Deus in generatione iusta
consilium inopis confudistis
quoniam Dominus spes eius est
[7]quis dabit ex Sion salutare Israhel
cum averterit Dominus captivitatem plebis suae 84,2 125,1.2!
exultabit Iacob et laetabitur Israhel

14 PSALMUS DAVID

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo 26,4; 60,5!
aut quis requiescet in monte sancto tuo
[2]qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam Is 33,15
[3]qui loquitur veritatem in corde suo
qui non egit dolum in lingua sua
nec fecit proximo suo malum
et obprobrium non accepit adversus proximos suos
[4]ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus Idt 13,22!
timentes autem Dominum glorificat
qui iurat proximo suo et non decipit 23,4
[5]qui pecuniam suam non dedit ad usuram Lv 25,37
et munera super innocentes non accepit Ex 23,8! Is 33,15
qui facit haec non movebitur in aeternum 29,7; 111,6

15 TITULI INSCRIPTIO IPSI DAVID

Conserva me Domine quoniam in te speravi 30,15
[2]dixi Domino Dominus meus es tu 139,7
quoniam bonorum meorum non eges
[3]sanctis qui sunt in terra eius
mirificavit ※mihi: omnes voluntates meas in eis
[4]multiplicatae sunt infirmitates eorum
postea adceleraverunt
non congregabo conventicula eorum de sanguinibus
nec memor ero nominum eorum per labia mea
[5]Dominus pars hereditatis meae et 72,26; 118,57; Lam 3,24

RFI LW(S)KΦ cr 6 exultauit F ‖ **13**,3 ÷ *om.* R, *sed testatur Hieron. in prol. libri XVI in Is.* | 5 [*deest* S *usque ad* 15,4] | 6 deus] dominus c | iusta Rr. 𝔊] iusta est *cet.* ‖ **14**,1 requiescit RFLW | 4 glorificat] magnificat IL. | decepit RFL | 5 innocentem c ‖ **15**,1 in te speraui RILr. 𝔊] speraui in te *cet.* | 2 dominus RFr. 𝔊 *He*] deus *cet.* | 3 mihi RFILr., *cf.* 𝔐] *om. cet.* | 4 [*iterum adest* S] | eorum[3]] illorum IL. |

valui adversus eum
hostes mei exultabunt cum motus fuero
6 ego autem in misericordia tua confido
exultabit cor meum in salutari tuo
cantabo Domino quia reddidit mihi

13 VICTORI DAVID

Dixit stultus in corde suo non est Deus
corrupti sunt et abominabiles facti sunt studiose
non est qui faciat bonum
2 Dominus de caelo prospexit super filios hominum
ut videret si esset intellegens requirens Deum
3 omnes recesserunt simul conglutinati sunt
non est qui faciat bonum non est usque ad unum
4 nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem
qui devorant populum meum ut cibum panis
5 Dominum non invocaverunt
ibi timebunt formidine
6 quoniam Deus in generatione iusta est
consilium pauperum confudistis
quoniam Dominus spes eius est
7 quis dabit de Sion salutem Israhel
quando reduxerit Dominus captivitatem populi sui
exultabit Iacob et laetabitur Israhel

14 CANTICUM DAVID

Domine quis peregrinabitur in tentorio tuo
et quis habitabit in monte sancto tuo
2 qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam
3 loquiturque veritatem in corde suo
qui non est facilis in lingua sua
neque fecit amico suo malum
et obprobrium non sustinuit super vicino suo
4 dispicitur oculis eius inprobus
timentes autem Dominum glorificat
iurat ut se adfligat et non mutat
5 pecuniam suam non dedit ad usuram
et munera adversum innoxium non accepit
qui facit haec non movebitur in aeternum

15 HUMILIS ET SIMPLICIS DAVID

Custodi me Deus quoniam speravi in te
2 dicens Deo Dominus meus es tu
bene mihi non est sine te
3 sanctis qui in terra sunt et magnificis
omnis voluntas mea in eis
4 multiplicabuntur idola eorum post tergum sequentium
non litabo libamina eorum de sanguine
neque adsumam nomina eorum in labiis meis
5 Dominus pars hereditatis meae et

5 cum] si RA. | motus] mortuus C | 6 exultauit FIAK. | quia] qui IAKΘL; qua F. || **13**(𝔐 **14**),1 instudiose IAKΘ | 2 esset] est IΣAKΘS | intellegens R𝔰𝔐] + aut *cet.* | 5 dominum] deum FΣ | 6 confudisti FCΘ | dominus] deus C || **14**(𝔐 **15**),2 iustitias C | 3 loqueturque AK.; loquitur RΘ | in linguam suam IAK. | neque] nec FAK. | 4 oculus IΣ | 5 noxium C || **15**(𝔐 **16**),1 deus] domine CΘ | 3 et *om.* C | 4 libabo ΘS𝔥 | libamina] libana L.; limina FIAK. |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

calicis mei
tu es qui restitues hereditatem meam mihi
6 funes ceciderunt mihi in praeclaris
etenim hereditas mea praeclara est mihi
III Esr 4,60 7 benedicam Domino qui tribuit mihi intellectum
72,21 insuper et usque ad noctem increpaverunt me renes mei
8—11: Act 2,25-28 8 providebam Dominum in conspectu meo semper
108,31; 109,5 quoniam a dextris est mihi ne commovear
9 propter hoc laetatum est cor meum
et exultavit lingua mea
insuper et caro mea requiescet in spe
29,4! I Sm 2,6! Act 2,31 10 quoniam non derelinques animam meam in inferno
Ion 2,7; Act 13,35 non dabis sanctum tuum videre corruptionem
notas mihi fecisti vias vitae
20,7 adimplebis me laetitia cum vultu tuo
103,34 delectatio in dextera tua usque in finem

16 ORATIO DAVID

Exaudi Domine iustitiam meam
5,2.3! 85,6; 142,1 intende deprecationem meam
auribus percipe orationem meam
non in labiis dolosis
2 de vultu tuo iudicium meum prodeat
oculi tui videant aequitates
25,2; 65,10! Ier 9,7 3 probasti cor meum visitasti nocte
Iob 6,30; 7,18; 23,10! igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas
Iob 27,4! 4 ut non loquatur os meum opera hominum
propter verba labiorum tuorum
ego custodivi vias duras
Prv 3,23 5 perfice gressus meos in semitis tuis
ut non moveantur vestigia mea
6 ego clamavi quoniam exaudisti me Deus
inclina aurem tuam mihi 30,3; 85,1; 87,3; 101,3; II Esr 1,6!
et exaudi verba mea
7 mirifica misericordias tuas 30,22
qui salvos facis sperantes in te 85,2
8 a resistentibus dexterae tuae
custodi me ut pupillam oculi Dt 32,10
sub umbra alarum tuarum proteges me
9 a facie impiorum qui me adflixerunt
inimici mei animam meam circumdederunt ※super me: 21,27
10 adipem suum concluserunt 72,8.9; I Sm 2,3; Sir 13,26
os eorum locutum est superbia
11 proicientes me nunc circumdederunt me
oculos suos statuerunt declinare in terram
12 susceperunt me sicut leo paratus ad praedam 7,3! 9,30
et sicut catulus leonis habitans in abditis
13 exsurge Domine praeveni eum et subplanta eum
eripe animam meam ab impio
frameam tuam 14 ab inimicis manus tuae
Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum
de absconditis tuis adimpletus est venter eorum
saturati sunt filiis
et dimiserunt reliquias suas parvulis suis
15 ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo
satiabor cum apparuerit gloria tua

17 IN FINEM PUERO DOMINI DAVID QUAE LOCUTUS EST DOMINO VERBA CANTICI HUIUS IN DIE QUA ERIPUIT EUM DOMINUS DE MANU OMNIUM INIMI- II Sm 22,1

RFI (L)WSKΦ cr 7 domino RFSΦr] dominum *cet.* | ~ mihi tribuit IL | [*deest* L *usque ad v.* 10] | increpauerunt RIΦr] increpuerunt *cet.* | 9 requiescit FI | 10 derelinquis RFS | non² RFr.] nec *cet.* | [*iterum adest* L] | delectatio Fr.] dilectatio RI.; dilectationes K; delectationes *cet.* || 16,1 oratio] *praem.* in finem FS. | 3 meum + et LWSΦc | 8 proteges Rr. 𝔊] protege *cet.* | 9 super me Rr. 𝔐] *om. cet.* | 10 superbia FLr] in superbia RI.; superbiam *cet.* | 14 [*deest* L *usque ad* 17,8] | 15 in conspectu FIΦ || 17,1 quae] qui Ic |

calicis mei
tu possessor sortis meae
6 lineae ceciderunt mihi in pulcherrimis
et hereditas speciosissima mea est
7 benedicam Domino qui dedit consilium mihi
insuper et noctibus erudierunt me renes mei
8 proponebam in conspectu meo semper
quia a dextris meis est ne commovear
9 propterea laetatum est cor meum
et exultavit gloria mea
et caro mea habitavit confidenter
10 non enim derelinques animam meam in inferno
nec dabis sanctum tuum videre corruptionem
ostendes mihi semitam vitae
plenitudinem laetitiarum ante vultum tuum
decores in dextera tua aeternos

16 ORATIO DAVID
Audi Deus iustum intende deprecationem meam
auribus percipe orationem meam
absque labiis mendacii
2 de vultu tuo iudicium meum prodeat
oculi tui videant aequitates
3 probasti cor meum visitasti nocte
conflasti me et non invenisti 4 cogitationes meas transire os meum
in opere hominum
propter verbum labiorum tuorum ego observavi vias latronis
5 sustenta gressus meos in callibus tuis
et non labentur vestigia mea
6 ego invocavi te quia exaudies me Deus
inclina aurem tuam mihi
audi eloquium meum
7 mirabilem fac misericordiam tuam salvator sperantium
8 a resistentibus dexterae tuae
custodi me quasi pupillam intus in oculo
in umbra alarum tuarum protege me
9 a facie impiorum vastantium me
inimici mei animam meam circumdederunt
10 adipe suo concluserunt
et ore locuti sunt superbe
11 incedentes adversum me nunc circumdederunt me
oculos suos posuerunt declinare in terram
12 similitudo eius quasi leonis desiderantis praedam
et quasi catuli leonis sedentis in absconditis
13 surge Domine praeveni faciem eius incurva eum
salva animam meam ab impio
qui est gladius tuus
14 a viris manus tuae Domine qui mortui sunt in profundo
quorum pars in vita
et quorum de absconditis tuis replesti ventrem
qui satiabuntur filiis et dimittent reliquias suas parvulis eorum
15 ego in iustitia videbo faciem tuam
implebor cum evigilavero similitudine tua

17 VICTORI SERVO DOMINI DAVID QUAE LOCUTUS EST DOMINO VERBA CANTICI HUIUS IN DIE QUA LIBERAVIT EUM DOMINUS DE MANU OMNIUM

7 ~ mihi consilium RIAK. | 8 proponebam + dominum Θ ɧ; + domino SL | 9 habitabit FΘ ɧ | 10 derelinquis RF.; relinques Σ | anima mea RC. | in infernum C; inferno K. | ostendis FΣAKL; ostendisti Θ | laetitiarum] diuitiarum FΣ || 16(𝔐 17),1 exaudi C | 4 in opera CΣ | 5 labantur F; labuntur Θ | 6 mihi + et C | 8 intus oculo R.; intus oculi Θ | 11 in terra C | 12 catuli . . . sedentes C; catulus . . . sedens Θ. | 14 a uiris] auris CΣΘ | qui²] quia R | saturabuntur IAKS | dimittunt C | reliquas F | 15 iustitia + tua C ||

RFCI ΣAKΘSL ɧs

CORUM EIUS ET DE MANU SAUL ET
DIXIT
Ier 16,19 [2]Diligam te Domine fortitudo mea
3—51: II Sm 22,2–51 [3]Dominus firmamentum meum et re-
30,4; 143,2 fugium meum et liberator meus
7,21 Hbr 2,13 Deus meus adiutor meus et sperabo
in eum
19; 27,7! Lc 1,69 protector meus et cornu salutis meae
et susceptor meus
Idc 10,12! [4]laudans invocabo Dominum et ab
inimicis meis salvus ero
54,5 [5]circumdederunt me dolores mortis
5—7: 114,3.4 et torrentes iniquitatis conturbave-
runt me
[6]dolores inferni circumdederunt me
praeoccupaverunt me laquei mortis
119,1; Ion 2,8 [7]cum tribularer invocavi Dominum
3,5 et ad Deum meum clamavi
exaudivit de templo ÷sancto: suo
vocem meam
Ex 2,23; Tb 3,24! et clamor meus in conspectu eius in-
troibit in aures eius
76,19; II Sm 22,8! Sir 16,19! [8]et commota est et contremuit terra
et fundamenta montium conturbata
sunt
et commota sunt quoniam iratus est
eis
Is 30,27 [9]ascendit fumus in ira eius
49,3! Dt 32,22! et ignis a facie eius exarsit
carbones succensi sunt ab eo
143,5 [10]inclinavit caelos et descendit
et caligo sub pedibus eius
[11]et ascendit super cherubin et volavit
103,3 volavit super pinnas ventorum
[12]et posuit tenebras latibulum suum
in circuitu eius tabernaculum eius
96,2; Dt 4,11! tenebrosa aqua in nubibus aeris
[13]prae fulgore in conspectu eius nubes
※eius: transierunt
grando et carbones ignis
I Sm 2,10! Iob 37,5! [14]et intonuit de caelo Dominus

et Altissimus dedit vocem suam Sir 46,20; Is 30,30!
※grando et carbones ignis: Ex 9,24!
[15]et misit sagittas et dissipavit eos 143,6; Dt 32,23!
et fulgora multiplicavit et conturba-
vit eos
[16]et apparuerunt fontes aquarum
et revelata sunt fundamenta orbis
terrarum
ab increpatione tua Domine
ab inspiratione spiritus irae tuae
[17]misit de summo et accepit me 143,7
adsumpsit me de aquis multis
[18]eripiet me de inimicis meis fortissi- II Sm 22,18!
mis
et ab his qui oderunt me quoniam
confirmati sunt super me
[19]praevenerunt me in die adflictionis
meae
et factus est Dominus protector 31
meus
[20]et eduxit me in latitudinem 4,2; 30,9; 117,5
salvum me faciet quoniam voluit me 21,9
[21]÷et: retribuet mihi Dominus se- 25; 7,9! I Sm 26,23!
cundum iustitiam meam Iob 22,30
÷et: secundum puritatem manuum
mearum retribuet mihi
[22]quia custodivi vias Domini nec im-
pie gessi a Deo meo
[23]quoniam omnia iudicia eius in con-
spectu meo sunt
et iustitias eius non reppuli a me 118,102
[24]et ero inmaculatus cum eo
et observabo ab iniquitate mea
[25]et retribuet mihi Dominus secundum 21!
iustitiam meam
et secundum puritatem manuum me-
arum
in conspectu oculorum eius
[26]cum sancto sanctus eris
et cum viro innocente innocens eris
[27]et cum electo electus eris

RFI (L)WSKΦ cr 1 et dixit *om.* IWS. | 7 cum tribularer RFIr. 𝔊] in tribulatione mea *cet.* | exaudiuit Ir. 𝔊, *cf. He*] exaudiuit me F.; et exaudiuit *cet.* | introibit IWKr𝔊, *cf. He*] introiuit *cet.* | 8 et[1] RIr. 𝔊] *om. cet.* | et[3] *om.* c | [*iterum adest* L] | 10 et inclinauit RL. | 13 ※ r., *cf.* 𝔐] ÷ R | eius[2] RΦr 𝔐] *om. cet.* | 15 sagittas RΦr𝔊] sagittas suas *cet.* | et[3] *om.* WSKc | 17 de[1]] e FL. | me[1] + et LSc | 18 eripiet RF(*vid.*)Φr𝔊] et eripuit L.; eripuit *cet.* | confirmati FILΦr] confortati *cet.* | 20 fecit RLc | 21 retribuit *bis* R | 23 sunt RFIr] *om. cet.* | iustitia R; iustitiam L. | 24 obseruabo + me WSKΦc | 25 retribuit R |

INIMICORUM SUORUM ET DE MANU SAUL ET AIT
2 Diligam te Domine fortitudo mea
3 Domine petra mea et robur meum et salvator meus
Deus meus fortis meus sperabo in eo
scutum meum et cornu salutis meae susceptor meus
4 laudatum invocabo Dominum et ab inimicis meis salvus ero
5 circumdederunt me funes mortis
et torrentes diabuli terruerunt me
6 funes inferi circumdederunt me
praevenerunt me laquei mortis
7 in tribulatione mea invocabo Dominum
et ad Deum meum clamabo
exaudiet de templo suo vocem meam
et clamor meus ante faciem eius veniet in aures eius
8 commota est et contremuit terra
et fundamenta montium concussa sunt
et conquassata quoniam iratus est
9 ascendit fumus de furore eius
et ignis ex ore eius devorans
carbones incensi sunt ab eo
10 inclinavit caelos et descendit
et caligo sub pedibus eius
11 et ascendit super cherub
et volavit super pinnas venti
12 posuit tenebras latibulum suum
in circuitu eius tabernaculum eius
tenebrosas aquas in nubibus aetheris
13 prae fulgore in conspectu eius nubes transierunt
grando et carbones ignis
14 et intonuit de caelo Dominus
et Altissimus dedit vocem suam
grandinem et carbones ignis
15 et emisit sagittas suas et dissipavit eos
fulgora multiplicavit et conturbavit illos
16 et apparuerunt effusiones aquarum
et revelata sunt fundamenta orbis
ab increpatione tua Domine
ab inspiratione spiritus furoris tui
17 misit de alto et accepit me
extraxit me de aquis multis
18 liberavit me de inimicis meis potentissimis
et de his qui oderant me quoniam robustiores me erant
19 praevenerunt me in die adflictionis meae
et factus est Dominus firmamentum meum
20 et eduxit me in latitudinem
liberavit me quia placuit ei
21 retribuit mihi Dominus secundum iustitiam meam
et secundum munditiam manuum mearum reddidit mihi
22 quia custodivi vias Domini
et non egi impie a Deo meo
23 omnia enim iudicia eius in conspectu meo
et praecepta eius non amovi a me
24 et fui inmaculatus cum eo
et custodivi me ab iniquitate mea
25 et restituit Dominus mihi secundum iustitiam meam
et secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum eius
26 cum sancto sanctus eris
cum viro innocente innocenter ages
27 cum electo electus eris

17(𝔐 18), 1 ait] dixit CΣS | 3 in eum RCIΣΘSL𝔥 | 6 inferni IAK | 7 in[1]] *praem.* et RΣ. | inuocaui IAKS | clamabo + et CΘ | 9 incensi] succensi FCΣ; accensi Θ | 11 cherubin RFCΣΘ | 12 tenebrosa aqua RIΣAK | aetheris] aeris CΣΘ | 15 et misit RΣ; et emittit L. | 16 domine + et C | 17 et traxit AK; et extraxit CΣ | 18 et liberauit C | oderunt CKΘ | 20 quia] quoniam CΘ | placui IL | 25 restituet FΣΘS𝔥 | ~ mihi dominus RCIAKΘS | 26 eris + et FIΣAKΘL𝔥 | 27 cum[1]] *praem.* et IAK. |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

et cum perverso perverteris
28 quoniam tu populum humilem salvum facies
Is 2,11! 5,15 et oculos superborum humiliabis
29 quoniam tu inluminas lucernam meam Domine
Deus meus inluminas tenebras meas
30 quoniam in te eripiar a temptatione
et in Deo meo transgrediar murum
144,17! Dt 32,4! 31 Deus meus inpolluta via eius
11,7; Prv 30,5! eloquia Domini igne examinata
protector est omnium sperantium in eum
II Sm 22,32! 32 quoniam quis deus praeter Dominum
et quis deus praeter Deum nostrum
33 Deus qui praecingit me virtute
et posuit inmaculatam viam meam
Hab 3,19 34 qui perfecit pedes meos tamquam cervorum
26,6! et super excelsa statuens me
143,1 35 qui doces manus meas in proelium
et posuisti arcum aereum brachia mea
36 et dedisti mihi protectionem salutis tuae
et dextera tua suscepit me
et disciplina tua correxit me in finem
et disciplina tua ipsa me docebit
37 dilatasti gressus meos subtus me
et non sunt infirmata vestigia mea
38 persequar inimicos meos et conprehendam illos
et non convertar donec deficiant
39 confringam illos nec poterunt stare
cadent subtus pedes meos
40 et praecinxisti me virtute ad bellum
subplantasti insurgentes in me subtus me
20,13; II Sm 22,41! 41 et inimicos meos dedisti mihi dorsum
et odientes me disperdisti
42 clamaverunt nec erat qui salvos faceret
ad Dominum nec exaudivit eos
43 et comminuam illos ut pulverem ante faciem venti
ut lutum platearum delebo eos Is 10,6; Mi 7,10
44 eripe me de contradictionibus populi
constitues me in caput gentium
45 populus quem non cognovi servivit mihi
in auditu auris oboedivit mihi Iob 42,5!
46 filii alieni mentiti sunt mihi
filii alieni inveterati sunt
et claudicaverunt a semitis suis
47 vivit Dominus et benedictus Deus meus 143,1
et exaltetur Deus salutis meae
48 Deus qui dat vindictas mihi
et subdidit populos sub me 46,4; 143,2
liberator meus de gentibus iracundis II Sm 22,49!
49 et ab insurgentibus in me exaltabis me
a viro iniquo eripies me 139,2!
50 propterea confitebor tibi in nationibus Domine 56,10; 107,4; II Sm 22,50! Rm 15,9
et psalmum dicam nomini tuo 60,9! 65,2!
51 magnificans salutes regis eius 143,10; II Sm 22,51
et faciens misericordiam christo suo 19,7
David et semini eius usque in saeculum III Rg 2,33!

18 IN FINEM PSALMUS DAVID
2 Caeli enarrant gloriam Dei 49,6! 88,6; 148,4! Sir 43,1
et opera manuum eius adnuntiat firmamentum
3 dies diei eructat verbum Dn 3,71
et nox nocti indicat scientiam
4 non sunt loquellae neque sermones
quorum non audiantur voces eorum
5 in omnem terram exivit sonus eorum Rm 10,18
et in fines orbis terrae verba eorum

RFI LW(S)KΦ cr 27 peruerteres I.; peruertes F.; subuerteris L. | 29 inluminas² RFr., *cf.* 𝔊 *He*] inlumina *cet.* | 30 [*deest* S *usque ad v.* 45] | 31 in eum RFIr.] in se *cet.* | 32 et] aut c | 33 praecingit FLr., *cf.* 𝔊 *He*] praecinxit *cet.* | 35 doces RIr.] docet *cet.* | in proelium RILr.] in proelio F.; ad proelium *cet.* | posuit F | arcum Rr. 𝔐𝔊] ut arcum *cet.* | 36 tuae] meae FL., *cf. Su* | 40 bellum + et c | 41 disperdisti RFr.] disperdidisti *cet.* | 43 illos RILr.] eos *cet.* | 44 eripe RFIr.] eripies *cet.* | 45 [*iterum adest* S] | 48 dat RFIr.] das *cet.* | subdidit RFIr.] subdidisti L.; subdes WK; subdis SΦc | de gentibus RFILr. *Su*] de inimicis meis *cet. Hi* | 50 ~ nomini tuo psalmum dicam IWSKΦc || **18**,4 audientur R |

et cum perverso pervertes
28 quia tu populum pauperem salvabis
et oculos excelsos humiliabis
29 quia tu inluminabis lucernam meam Domine
Deus meus inlustrabis tenebras meas
30 in te enim curram accinctus
et in Deo meo transiliam murum
31 Deus inmaculata via eius
eloquium Domini igne examinatum
scutum est omnium sperantium in se
32 quis est deus praeter Dominum
et quis fortis praeter Deum nostrum
33 Deus qui accingit me fortitudine
et posuit inmaculatam viam meam
34 coaequans pedes meos cervis
et super excelsa statuens me
35 docens manus meas ad proelium
et conponens quasi arcum aereum brachia mea
36 dedisti mihi clipeum salutis tuae
et dextera tua confortavit me
et mansuetudo tua multiplicavit me
37 dilatabis gressus meos subtus me
et non deficient tali mei
38 persequar inimicos meos et adprehendam
et non revertar donec consumam eos
39 caedam eos et non poterunt surgere
cadent sub pedibus meis
40 accinxisti me fortitudine ad proelium
incurvabis resistentes mihi sub me
41 inimicorum meorum dedisti mihi dorsum
et odientes me disperdidisti
42 clamabunt et non erit qui salvet
ad Dominum et non exaudiet eos
43 delebo eos ut pulverem ante faciem venti
ut lutum platearum proiciam eos
44 salvabis me a contradictionibus populi
pones me in caput gentium
45 populus quem ignoravi serviet mihi
auditione auris oboediet mihi
46 filii alieni mentientur mihi
filii alieni defluent et contrahentur in angustiis suis
47 vivit Dominus et benedictus Deus meus
et exaltabitur Deus salutis meae
48 Deus qui das vindictas mihi
et congregas populos sub me
qui servas me ab inimicis meis
49 et a resistentibus mihi elevas me
a viro iniquo libera me
50 propterea confitebor tibi in gentibus Domine
et nomini tuo cantabo
51 magnificanti salutes regis sui
et facienti misericordiam christo suo
David et semini eius usque in aeternum

18 VICTORI CANTICUM DAVID
2 Caeli enarrant gloriam Dei
et opus manus eius adnuntiat firmamentum
3 dies diei eructat verbum
et nox nocti indicat scientiam
4 non est sermo et non sunt verba
quibus non audiatur vox eorum
5 in universam terram exivit sonus eorum
et in finibus orbis verba eorum

29 inluminas IAKΘ | inlustrabis] inluminabis IAKΘ. | 32 deum] dominum FΣ | 33 fortitudinem FΘL | 36 tuae] meae RΣ. | 39 poterint F.; potuerunt IAK | 40 fortitudinem F | 41 disperdisti C.; dispersisti FΣL | 42 clamauerunt FK. | 46 mentiuntur IAK | deflent FΘ. | 47 exaltetur FL | 49 liberas C | 51 salutem CΘ; salutis F. || **18** (𝔐 **19**), 2 eius *om.* IAK. | 4 et *om.* FΣ |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

[6]in sole posuit tabernaculum suum
et ipse tamquam sponsus procedens
de thalamo suo
exultavit ut gigans ad currendam
viam ÷suam:
Dt 4,32 [7]a summo caeli egressio eius
et occursus eius usque ad summum
eius
Sir 43,3 nec est qui se abscondat a calore eius
[8]lex Domini inmaculata convertens
animas
110,8; 118,130 testimonium Domini fidele sapientiam praestans parvulis
[9]iustitiae Domini rectae laetificantes
corda
118,130 praeceptum Domini lucidum inluminans oculos
[10]timor Domini sanctus permanens in
saeculum saeculi
iudicia Domini vera iustificata in semet ipsa
118,127! [11]desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum
Sir 24,27 et dulciora super mel et favum
118,112 [12]etenim servus tuus custodit ea
in custodiendis illis retributio multa
[13]delicta quis intellegit
ab occultis meis munda me
[14]et ab alienis parce servo tuo
si mei non fuerint dominati
tunc inmaculatus ero
et emundabor a delicto maximo
103,34; 118,108 [15]et erunt ut conplaceant eloquia oris
mei
et meditatio cordis mei in conspectu
tuo semper
Domine adiutor meus et redemptor
meus

19 IN FINEM PSALMUS DAVID

85,7 [2]Exaudiat te Dominus in die tribulationis
protegat te nomen Dei Iacob
[3]mittat tibi auxilium de sancto
et de Sion tueatur te
[4]memor sit omnis sacrificii tui
et holocaustum tuum pingue fiat
DIAPSALMA
[5]tribuat tibi secundum cor tuum 12,6! 36,4!
et omne consilium tuum confirmet
[6]laetabimur in salutari tuo
et in nomine Dei nostri magnificabimur
[7]impleat Dominus omnes petitiones 36,4! I Sm 1,17! Phil 4,19
tuas
nunc cognovi quoniam salvum fecit 17,51! II Sm 22,51!
Dominus christum suum
exaudiet illum de caelo sancto suo
in potentatibus salus dexterae eius
[8]hii in curribus et hii in equis Is 31,1!
nos autem in nomine Domini Dei
nostri invocabimus
[9]ipsi obligati sunt et ceciderunt
nos vero surreximus et erecti sumus
[10]Domine salvum fac regem 27,8
et exaudi nos in die qua invocaverimus te

20 IN FINEM PSALMUS DAVID

[2]Domine in virtute tua laetabitur rex 62,12
et super salutare tuum exultabit vehementer 12,6!
[3]desiderium animae eius tribuisti ei 36,4
et voluntate labiorum eius non fraudasti eum
DIAPSALMA
[4]quoniam praevenisti eum in benedictionibus dulcedinis
posuisti in capite eius coronam de 11 Sm 12,30! Est 1,11! Sap 5,17
lapide pretioso
[5]vitam petiit a te et tribuisti ei
longitudinem dierum in saeculum et 60,7; 90,16; Prv 9,11!

RFI LWSKΦ cr
6 procidens R; *om.* W. | suam RFISr *Hi* 𝔊] *om. cet., cf. Su* | 7 caeli Rr. *He, cf.* 𝔊] caelo *cet.* | 10 domini²] dei I || 19,4 diapsalma *om.* WKc | 5 tibi + dominus IL, *cf. Su* | 7 faciet R | 8 inuocabimus] magnificabimur IL. | 9 uero RFILr.] autem *cet.* | resurreximus IL. || 20,2 salutarem tuum L.; salutari tuo FWK | 3 animae RFILr. 𝔊] cordis *cet.* | uoluntatem IWKΦ | diapsalma *om.* WKc | 5 petit RIL. |

6 soli posuit tabernaculum in eis
et ipse quasi sponsus procedens de thalamo suo
exultavit ut fortis ad currendam viam
7 a summitate caeli egressus eius
et cursus eius usque ad summitatem illius
nec est qui se abscondat a calore eius
8 lex Domini inmaculata convertens animam
testimonium Domini fidele sapientiam praestans parvulis
9 praecepta Domini recta laetificantia cor
mandatum Domini lucidum inluminans oculos
10 timor Domini mundus perseverans in saecula
iudicia Domini vera iustificata in semet ipsis
11 desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum
et dulciora super mel et favum redundantem
12 unde et servus tuus docebit ea
in custodiendis eis fructus multus
13 errores quis intelleget
ab occultis munda me
14 a superbis quoque libera servum tuum
si non fuerint dominati mei tunc inmaculatus ero
et mundabor a delicto maximo
15 sint placentes sermones oris mei
meditatio cordis mei in conspectu tuo
Domine fortitudo mea et redemptor meus

19 VICTORI CANTICUM DAVID

2 Exaudiat te Dominus in die tribulationis
protegat te nomen Dei Iacob
3 mittat tibi auxilium de sancto
et de Sion roboret te
4 memor sit omnis sacrificii tui
et holocaustum tuum pingue fiat

SEMPER

5 det tibi secundum cor tuum
et omnem voluntatem tuam impleat
6 laudabimus in salutari tuo
et in nomine Dei nostri ducemus choros
7 impleat Dominus omnes petitiones tuas
nunc scio quoniam salvabit Dominus christum suum
exaudiet eum de caelo sancto suo
in fortitudine salutis dexterae suae
8 hii in curribus et hii in equis
nos autem nominis Domini Dei nostri recordabimur
9 ipsi incurvati sunt et ceciderunt
nos autem resurreximus et erecti sumus
10 Domine salva
rex exaudiet nos in die qua invocaverimus

20 VICTORI CANTICUM DAVID

2 Domine in fortitudine tua laetabitur rex
et in salutari tuo exultabit vehementer
3 desiderium cordis eius dedisti ei
et voluntate labiorum eius non fraudasti eum

SEMPER

4 quoniam praevenies eum benedictionibus bonitatis
pones in capite eius coronam de lapide pretioso
5 vitam petivit te et dedisti ei
longitudinem dierum in saeculum

RFCI ΣΑΚΘSL 𝔥s

6 procidens RA. | de] e C | 7 egressio C | eius^3] illius RΘ. | 8 animas IAKΘ. | domini^2] dei C | 10 domini^2] dei C | in semet ipsa IAK | 11 desiderabiliora CΣ | 13 intelleget RILs] intellegit *cet.* | occultis + meis IAKS. | me + domine CΣ | 14 et emundabor RF | 15 mei^1 + et C || **19**(𝔐 **20**),4 semper *om.* I | 6 nomine + domini CΘ | 8 in nomine RΘL | 9 surreximus IΣKΘL𝔥 | 10 exaudi KS.; audiet C | inuocauerimus + te FIΣAK; + eum Θ || **20**(𝔐 **21**),2 et *om.* IAK. | exultauit FAK | 3 uoluntatem FIΣAKS | semper *om.* IAK | 4 praeuenisti CΣAK | eum + in FΣAKS𝔥 | 5 petit C | te *om.* CΘ | dedisti] tribuisti C |

in saeculum saeculi
6 magna gloria eius in salutari tuo
8,6 gloriam et magnum decorem inpones super eum
44,3 7 quoniam dabis eum benedictionem in saeculum saeculi
15,11! laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo
8 quoniam rex sperat in Domino
et in misericordia Altissimi non commovebitur
9 inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis
dextera tua inveniat ÷ omnes : qui te oderunt
Os 7,7; Mal 4,1 10 pones eos ut clibanum ignis
in tempore vultus tui
Dominus in ira sua conturbabit eos
Is 26,11! et devorabit eos ignis
36,28! Iob 18,16 11 fructum eorum de terra perdes
et semen eorum a filiis hominum
12 quoniam declinaverunt in te mala
cogitaverunt consilia quae non potuerunt ÷ stabilire :
17,41; II Sm 22,41! 13 quoniam pones eos dorsum
in reliquis tuis praeparabis vultum eorum
14 exaltare Domine in virtute tua
58,17; 70,8 cantabimus et psallemus virtutes tuas

21 IN FINEM PRO ADSUMPTIONE MATUTINA PSALMUS DAVID

Mt 27,46; Mc 15,34 2 Deus Deus meus ÷ respice me : quare me dereliquisti
longe a salute mea verba delictorum meorum
87,2.10; Lam 3,8; Hab 1,2! 3 Deus meus clamabo per diem et non exaudies
et nocte et non ad insipientiam mihi
Is 57,15! Ioel 3,17 4 tu autem in sancto habitas Laus Israhel
5 in te speraverunt patres nostri
speraverunt et liberasti eos
6 ad te clamaverunt et salvi facti sunt
in te speraverunt et non sunt confusi 24,3!
7 ego autem sum vermis et non homo Iob 25,6!
obprobrium hominum et abiectio plebis Iob 17,6!
8 omnes videntes me deriserunt me 43,14! Sir 13,8! Iob 12,4! 16,5!
locuti sunt labiis moverunt caput Mt 27,39! Lc 23,35!
9 speravit in Domino eripiat eum Mt 27,43
salvum faciat eum quoniam vult eum 17,20; Sap 2,18
10 quoniam tu es qui extraxisti me de ventre 70,5.6!
spes mea ab uberibus matris meae
11 in te proiectus sum ex utero
de ventre matris meae Is 44,2
Deus meus es tu
12 ne discesseris a me
quoniam tribulatio proxima est Iob 30,13
quoniam non est qui adiuvet 106,12; Sir 51,10
13 circumdederunt me vituli multi Is 34,7
tauri pingues obsederunt me
14 aperuerunt super me os suum Iob 16,11
sicut leo rapiens et rugiens
15 sicut aqua effusus sum Gn 49,4; II Sm 14,14
et dispersa sunt universa ossa mea
factum est cor meum tamquam cera liquescens in medio ventris mei
16 aruit tamquam testa virtus mea
et lingua mea adhesit faucibus meis 136,6; Iob 29,10; Ez 3,26
et in limum mortis deduxisti me
17 quoniam circumdederunt me canes multi
concilium malignantium obsedit me 16,9; 30,14
foderunt manus meas et pedes meos
18 dinumeraverunt omnia ossa mea
ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me
19 diviserunt sibi vestimenta mea Mc 15,24; Lc 23,34; Io 19,24
et super vestem meam miserunt sortem
20 tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum 39,12
ad defensionem meam conspice 39,14
21 erue a framea animam meam 143,10; Ex 18,4

RFI LWSKΦ cr 6 magna + est L c | 7 benedictionem RFr𝔊] in benedictionem *cet.* | 10 deuorauit F | 13 reliquiis WSK c | 14 cantauimus FL. | psallimus RLΦ || **21**,1 adsumptione] susceptione I c. | 2 me[1]] in me c | 8 mouerunt FIr. 𝔊, *cf. He*] et mouerunt *cet.* | 9 faciet I | 15 uniuersa RF Ir] omnia *cet.* | 16 in limum RIr.] in puluere FLΦ; in puluerem *cet.* | deduxerunt FL. | 20 auxilium tuum] auxilium meum *Hi*; *praem.* a me K.; + a me c *Su* | 21 framea + deus c |

et in aeternum
6 magna gloria eius in salutari tuo
gloriam et decorem pones super eum
7 pones enim eum benedictionem sempiternam
et hilarabis eum laetitia apud vultum tuum
8 quia rex confidet in Domino
et in misericordia Excelsi non decipietur
9 inveniet manus tua omnes inimicos tuos
dextera tua inveniet odientes te
10 pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui
Dominus in furore suo praecipitabit eos et devorabit eos ignis
11 fructum eorum de terra perdes
et semen eorum de filiis hominum
12 quoniam inclinaverunt super te malum
cogitaverunt scelus quod non potuerunt
13 quia pones eos umerum
funes tuos firmabis contra facies eorum
14 exaltare Domine in fortitudine tua
cantabimus et psallemus fortitudines tuas

21 VICTORI PRO CERVO MATUTINO CANTICUM
2 Deus Deus meus quare dereliquisti me
longe a salute mea verba rugitus mei
3 Deus meus clamabo per diem et non exaudies
et nocte nec est silentium mihi
4 et tu sancte habitator Laus Israhel
5 in te confisi sunt patres nostri
confisi sunt et salvasti eos
6 ad te clamaverunt et salvati sunt
in te confisi sunt et non sunt confusi
7 ego autem sum vermis et non homo
obprobrium hominum et dispectio plebis
8 omnes videntes me subsannant me
dimittunt labium movent caput
9 confugit ad Dominum salvet eum
liberet eum quoniam vult eum
10 tu autem propugnator meus ex utero
fiducia mea ab uberibus matris meae
11 in te proiectus sum ex vulva
de ventre matris meae Deus meus es tu
12 ne longe fias a me quoniam tribulatio proxima est
quoniam non est adiutor
13 circumdederunt me vituli multi
tauri pingues vallaverunt me
14 aperuerunt super me os suum
quasi leo capiens et rugiens
15 sicut aqua effusus sum et separata sunt omnia ossa mea
factum est cor meum sicut cera liquefacta in medio ventris mei
16 aruit velut testa fortitudo mea
et lingua mea adhesit palato meo
et in pulverem mortis detraxisti me
17 circumdederunt me venatores
concilium pessimorum vallavit me
vinxerunt manus meas et pedes meos
18 numeravi omnia ossa mea
quae ipsi respicientes viderunt in me
19 diviserunt vestimenta mea sibi
et super vestimentum meum miserunt sortem
20 tu autem Domine ne longe fias
fortitudo mea in auxilium meum festina
21 erue a gladio animam meam

6 inpones C; superpones Θ. | 8 confidit FΣS | 13 quia] quoniam IAK || **21** (𝔐 **22**), 1 pro *om.* C | 5 confisi[2]—6 sunt[2] *om.* C | 6 saluati] salui facti RAKΘ. | 8 subsannabat F.; subsannabant CΘS | 10 propugnator] expugnator C | 11 es *om.* F | 12 longe fias FΣ L𝔥𝔰] recedas S.; longe facias *cet.* | 15 effusum est C | 16 in puluere FΘL | 17 consilium CAKΘ | 18 numeraui CIS𝔰] numerauit Θ.; numera AK.; numerauerunt RFΣL𝔥 | quae *om.* F | 20 ne e longe IΣ | facias FIAK |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

et de manu canis unicam meam
I Mcc 2,60! [22]salva me ex ore leonis
et a cornibus unicornium humilitatem meam
Hbr 2,12 [23]narrabo nomen tuum fratribus meis
26! 25,12 in media ecclesia laudabo te
[24]qui timetis Dominum laudate eum
universum semen Iacob magnificate eum
[25]timeat eum omne semen Israhel
quoniam non sprevit neque dispexit deprecationem pauperis
nec avertit faciem suam a me
et cum clamarem ad eum exaudivit ÷me:
23! 34,18! [26]apud te laus mea in ecclesia magna
115,14.18; Dt 23,21! vota mea reddam in conspectu timentium eum
67,4; 68,33; Is 65,13.14 [27]edent pauperes et saturabuntur
et laudabunt Dominum qui requirunt eum
vivent corda eorum in saeculum saeculi
[28]reminiscentur et convertentur ad Dominum
universi fines terrae
71,11! 85,9; 95,7; Is 66,23; I Par 16,28! Tb 13,13.14! et adorabunt in conspectu eius
universae familiae gentium
46,8.9! Abd 21 [29]quoniam Dei est regnum
et ÷ipse: dominabitur gentium
[30]manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae
in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram
[31]et anima mea illi vivet
et semen meum serviet ipsi
70,18.19; 101,19 [32]adnuntiabitur Domino generatio ventura
et adnuntiabunt iustitiam eius
populo qui nascetur quem fecit ÷Dominus:

22 PSALMUS DAVID

Dominus reget me et nihil mihi deerit Is 49,9.10!
[2]in loco pascuae ÷ibi: me conlocavit Ez 34,14
super aquam refectionis educavit me Apc 7,17
[3]animam meam convertit
deduxit me super semitas iustitiae
propter nomen suum
[4]nam et si ambulavero in medio umbrae mortis 137,7
non timebo mala quoniam tu mecum es
virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt
[5]parasti in conspectu meo mensam
adversus eos qui tribulant me
inpinguasti in oleo caput meum 103,15
et calix meus inebrians quam praeclarus est
[6]et misericordia tua subsequitur me
omnibus diebus vitae meae 26,4!
et ut inhabitem in domo Domini
in longitudinem dierum

23 PSALMUS DAVID PRIMA SABBATI

Domini est terra et plenitudo eius 49,12; 88,12! Ex 19,5!
orbis terrarum et ÷universi: qui habitant in eo 97,7; I Cor 10,26
[2]※quia: ipse super maria fundavit eum 135,6
et super flumina praeparavit eum
[3]quis ascendit in montem Domini
aut quis stabit in loco sancto eius
[4]innocens manibus et mundo corde
qui non accepit in vano animam suam
nec iuravit in dolo proximo suo 14,4
[5]hic accipiet benedictionem a Domino
et misericordiam a Deo salvatore suo
[6]haec est generatio quaerentium eum 26,8; 104,4
quaerentium faciem Dei Iacob

DIAPSALMA

[7]adtollite portas principes vestras 9

RFI LWSKΦ cr 22 unicornorum I.; unicornuorum L. | 23 in medio ecclesiae WSKΦc | 24 magnificate RFILr. *Hi*] glorificate *cet.*, *cf. Su* | 29 dei RFIr.] domini *cet.* | 32 adnuntiabunt + caeli c | nascitur RIL. || **22**,1 reget RIΦr] regit *cet.* | 2 ÷ *post* ibi *ponit* R | 5 praeclarum RL. | 6 subsequetur LWSc | in longitudine IS || **23**,1 prima sabbati *om.* W.; ~ prima sabbati psalmus dauid c. | 3 ascendet c | 5 saluatore Rr.] salutare F; salutari *cet.* | 6 requirentium[1] FL. | diapsalma *om.* WKc |

de manu canis solitariam meam
22 salva me ex ore leonis
et de cornibus unicornium exaudi me
23 narrabo nomen tuum fratribus meis
in medio ecclesiae laudabo te
24 qui timetis Dominum laudate eum
omne semen Iacob glorificate eum
25 et metuite eum universum semen Israhel
quoniam non dispexit neque contempsit modestiam pauperis
et non abscondit faciem suam ab eo
et cum clamaret ad eum audivit
26 apud te laus mea in ecclesia multa
vota mea reddam in conspectu timentium eum
27 comedent mites et saturabuntur
laudabunt Dominum quaerentes eum
vivet cor vestrum in sempiternum
28 recordabuntur et convertentur ad Dominum omnes fines terrae
et adorabunt coram eo universae cognationes gentium
29 quia Domini est regnum et dominabitur gentibus
30 comederunt et adoraverunt omnes pingues terrae
ante faciem eius curvabunt genu universi qui descendunt in pulverem
31 et anima eius ipsi vivet
semen serviet ei
32 narrabitur Domino in generatione
venient et adnuntiabunt iustitias eius
populo qui nascetur quas fecit

22 CANTICUM DAVID

Dominus pascit me nihil mihi deerit
2 in pascuis herbarum adclinavit me
super aquas refectionis enutrivit me
3 animam meam refecit
duxit me per semitas iustitiae propter nomen suum
4 sed et si ambulavero in valle mortis
non timebo malum quoniam tu mecum es
virga tua et baculus tuus ipsa consolabuntur me
5 pones coram me mensam ex adverso hostium meorum
inpinguasti oleo caput meum
calix meus inebrians
6 sed et benignitas et misericordia subsequetur me omnibus diebus vitae meae
et habitabo in domo Domini in longitudine dierum

23 DAVID CANTICUM

Domini est terra et plenitudo eius
orbis et habitatores eius
2 quia ipse super maria fundavit eum
et super flumina stabilivit illum
3 quis ascendet in montem Domini
et quis stabit in loco sancto eius
4 innocens manibus et mundo corde
qui non exaltavit frustra animam suam
et non iuravit dolose
5 accipiet benedictionem a Domino
et iustitiam a Deo salutari suo
6 haec generatio quaerentium eum
quaerentium faciem tuam Iacob
SEMPER
7 levate portae capita vestra

22 unicornuum S.; unicornorum IAK.; unicornuorum Θ | 27 uestrum] eorum FΣL | 31 uiuet RFΣ𝔥𝔰𝔐] uiuet et *cet.* | 32 narrabunt IAK | uenient] uiuenti C | nascitur RAK. | fecit + dominus FCΣΘL || **22** (𝔐 **23**), 1 me + et RFΘL | 3 deduxit IK. | per] super FA | 4 me] mei C | 5 mcum + et FΣL | 6 subsequetur CI𝔰] subsequentur ΣΘ; subsequitur *cet.* | in longitudinem FL || **23** (𝔐 **24**), 1 ~ canticum dauid IΣAKSL𝔥 | 2 quia] qui A.; *om.* FΣL | 3 ascendit RFΣKSL | 6 haec FCΘ𝔰𝔐] haec est *cet.* | semper *om.* IK |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

et elevamini portae aeternales
et introibit rex gloriae
10 [8]quis est iste rex gloriae
Ier 32,18 Dominus fortis et potens Dominus
potens in proelio
7 [9]adtollite portas principes vestras
et elevamini portae aeternales
et introibit rex gloriae
8 [10]quis est iste rex gloriae
Ier 32,18! Dominus virtutum ipse est rex gloriae

DIAPSALMA

24 PSALMUS DAVID

85,4; 142,8; Lam 3,41 Ad te Domine levavi animam meam [2]Deus meus
in te confido non erubescam
12,5; 37,17! [3]neque inrideant me inimici mei
21,6; Rm 5,5 etenim universi qui sustinent te non confundentur
[4]confundantur ÷ omnes : iniqua agentes supervacue
85,11; 142,8 vias tuas Domine demonstra mihi
÷ et : semitas tuas doce me
[5]dirige me in veritatem tuam
Iob 13,16! et doce me quoniam tu es Deus salvator meus
et te sustinui tota die
Sir 51,11 [6]reminiscere miserationum tuarum Domine
102,17! et misericordiarum tuarum quia a saeculo sunt
Tb 3,3! [7]delicta iuventutis meae et ignorantias meas ne memineris
secundum misericordiam tuam memento mei ※ tu :
propter bonitatem tuam Domine
[8]dulcis et rectus Dominus
propter hoc legem dabit delinquentibus in via
[9]diriget mansuetos in iudicio
I Sm 12,23! docebit mites vias suas
Tb 3,2! [10]universae viae Domini misericordia
et veritas
requirentibus testamentum eius et testimonia eius
[11]propter nomen tuum Domine 78,9! 108,21!
et propitiaberis peccato meo multum est enim III Rg 8,50!
[12]quis est homo qui timet Dominum
legem statuet ei in via quam elegit
[13]anima eius in bonis demorabitur
et semen ipsius hereditabit terram 111,2
[14]firmamentum est Dominus timentibus eum
et testamentum ipsius ut manifestetur illis
[15]oculi mei semper ad Dominum 140,8.9
quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos 30,5
[16]respice in me et miserere mei 85,16
quia unicus et pauper sum ego
[17]tribulationes cordis mei multiplicatae sunt 33,20! 106,6!
de necessitatibus meis erue me 30,8
[18]vide humilitatem meam et laborem meum Gn 31,42!
et dimitte universa delicta mea
[19]respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt 3,2! 37,20; 68,5
et odio iniquo oderunt me 34,19!
[20]custodi animam meam et erue me
non erubescam quoniam speravi in te
[21]innocentes et recti adheserunt mihi
quia sustinui te
[22]libera Deus Israhel ex omnibus tribulationibus suis 33,5! 53,9; 129,8; 142,11; Tb 3,21!

25 PSALMUS DAVID

Iudica me Domine quoniam ego in innocentia mea ingressus sum 7,9!
et in Domino sperans non infirmabor
[2]proba me Domine et tempta me 16,3! Ier 9,7
ure renes meos et cor meum

RFI LWSKΦ cr 9 tollite IL. | 10 diapsalma] *ad tit. seq. trahunt* FKΦ; *om.* ILc || **24**,1 psalmus] diapsalma FKΦ; *om.* S.; *praem.* in finem ILWc | 4 edoce Lc | 5 in ueritatem tuam RIr. 𝔊] in ueritate tua *cet.* | quoniam RFr.] quia *cet.* | 6 quia RLr 𝔊 *He*] qui F.; quae *cet.* | 7 ※ r., *cf.* 𝔐] ÷ R | 9 dirigit FL. | 11 et RLr. 𝔊] *om. cet.* | 12 statuet RILr. 𝔊] statuit *cet.* | 13 ipsius RFr.] eius *cet.* | 16 quia] quoniam FL. | 17 multiplicati R || **25**,1 psalmus *om.* R.; ~ dauid psalmus Φ; *praem.* in finem Kc |

et elevamini ianuae sempiternae
et ingrediatur rex gloriae
8 quis est iste rex gloriae
Dominus fortis et potens Dominus fortis in proelio
9 levate portae capita vestra
et erigite ianuae sempiternae
et ingrediatur rex gloriae
10 quis est iste rex gloriae
Ier 32,18! Dominus exercituum ipse est rex gloriae
SEMPER

24 DAVID
Ad te Domine animam meam levabo
2 Deus meus in te confisus sum ne confundar
3 ne laetentur inimici mei
sed et universi qui sperant in te non confundantur
4 confundantur qui iniqua gerunt frustra
vias tuas Domine ostende mihi
semitas tuas doce me
5 deduc me in veritate tua
et doce me quia tu Deus salvator meus
te expectavi tota die
6 recordare miserationum tuarum Domine
et misericordiarum tuarum quia ex sempiterno sunt
7 peccatorum adulescentiae meae et scelerum meorum ne memineris
secundum misericordiam tuam recordare mei
propter bonitatem tuam Domine
8 bonus et rectus Dominus
propterea docebit peccatores in via
9 deducet mansuetos in iudicio
et docebit modestos viam suam
10 omnes semitae Domini misericordia et veritas
his qui custodiunt pactum eius et testificationem eius
11 propter nomen tuum propitiare iniquitati meae quoniam grandis est
12 quis est iste vir timens Dominum
quem docebit in via quam elegerit
13 anima eius in bono commorabitur
et semen eius hereditabit terram
14 secretum Domini timentibus eum
et pactum suum ostendet eis
15 oculi mei semper ad Dominum
quia ipse educet de rete pedes meos
16 respice in me et miserere mei
quoniam solus et pauper sum ego
17 tribulationes cordis mei multiplicatae sunt
de angustiis meis educ me
18 vide adflictionem meam et laborem meum
et porta omnia peccata mea
19 vide inimicos meos quia multiplicati sunt
et odio iniquo oderunt me
20 custodi animam meam et libera me
non confundar quia speravi in te
21 simplicitas et aequitas servabunt me III Rg 9,4; Prv 11,3
quia expectavi te
22 redime Deus Israhelem ex omnibus angustiis suis

25 DAVID
Iudica me Deus quoniam ego in simplicitate mea ambulavi
et in Domino confidens non deficiam
2 proba me Domine et tempta me
ure renes meos et cor meum

7 et reuelamini C | 10 semper *om.* RI || **24** (𝔐 **25**), 1 leuaui Θ.; leuo RL | 5 tu CS𝔰𝔐] tu es *cet.* | 6 quia RFL𝔥𝔰𝔐] quae *cet.* | 10 testificationes CAK | 11 iniquitatis IAK. | 12 elegit IAK | 14 ostendit RFIΣΘL𝔥 | 15 educit CIA | 20 quia] quoniam CKΘ | 22 israhel RΘ; hierusalem S. || **25** (𝔐 **26**), 1 deus] domine R |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

[3] quoniam misericordia tua ante oculos meos est
et conplacui in veritate tua
1,1; Ier 15,17 [4] non sedi cum concilio vanitatis
et cum iniqua gerentibus non introibo
[5] odivi ecclesiam malignantium
1,1 et cum impiis non sedebo
72,13 [6] lavabo inter innocentes manus meas
et circumdabo altare tuum Domine
[7] ut audiam vocem laudis
70,17; 74,2! et enarrem universa mirabilia tua
[8] Domine dilexi decorem domus tuae
et locum habitationis gloriae tuae
27,3; 138,19; Gn 18,25 [9] ne perdas cum impiis animam meam
et cum viris sanguinum vitam meam
[10] in quorum manibus iniquitates sunt
dextera eorum repleta est muneribus
[11] ego autem in innocentia mea ingressus sum
redime me et miserere mei
Sir 51,20 [12] pes meus stetit in directo
21,23! in ecclesiis benedicam ÷ te : Domine

26 DAVID PRIUSQUAM LINIRETUR

Mi 7,8 Dominus inluminatio mea et salus mea quem timebo
Dominus protector vitae meae a quo trepidabo
Iob 19,22 [2] dum adpropiant super me nocentes
ut edant carnes meas
qui tribulant me et inimici mei
ipsi infirmati sunt et ceciderunt
3,7 [3] si consistant adversus me castra
non timebit cor meum
si exsurgat adversus me proelium
in hoc ego sperabo
[4] unam petii a Domino hanc requiram
14,1; 22,6; 41,5; 60,5! 64,5; Lc 2,49 ut inhabitem in domo Domini omnes dies vitae meae
62,3 ut videam voluntatem Domini
et visitem templum eius
[5] quoniam abscondit me in tabernaculo in die malorum 30,21; 60,5
protexit me in abscondito tabernaculi sui
[6] in petra exaltavit me 17,34; 39,3; 60,3
et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos
circuivi et immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferationis Tb 8,19!
cantabo et psalmum dicam Domino 32,2! 56,8; 58,18! I Par 16,9!
[7] exaudi Domine vocem meam qua clamavi 27,2! 30,23; 54,2.3!
miserere mei et exaudi me
[8] tibi dixit cor meum exquisivit facies mea 23,6; 104,4
faciem tuam Domine requiram
[9] ne avertas faciem tuam a me 50,13!
ne declines in ira a servo tuo
adiutor meus esto ne derelinquas me 37,22.23; 70,12
neque dispicias me Deus salvator meus
[10] quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me Ier 12,6
Dominus autem adsumpsit me
[11] legem pone mihi Domine in via tua
et dirige me in semita recta propter inimicos meos 5,9
[12] ne tradideris me in animas tribulantium me 40,3
quoniam insurrexerunt in me testes iniqui 34,11
et mentita est iniquitas sibi
[13] credo videre bona Domini in terra viventium 114,9! Is 38,11
[14] expecta Dominum viriliter age 30,25! Dt 31,6! Idt 14,11; Is 25,9
et confortetur cor tuum et sustine Dominum

27 HUIC DAVID

Ad te Domine clamabo Deus meus ne sileas a me 34,22

RFI LWSKΦ cr 6 circumdabo] circuibo I | 9 impiis + deus c | 11 in innocentiam meam IL | 12 pes + enim RL || 26,1 dauid] *praem.* psalmus ILWc. | liniretur] ungueretur IW. | 2 et[1] *om.* WSKc | 4 omnibus diebus RLWSKc | uoluptatem c. | 5 tabernaculo + suo WSKΦc | 7 clamaui + ad te Lc | 8 exquisiuit + te Φc, *cf. Su* | 9 saluator Rr. *He*] salutaris *cet.* | 11 in semitam rectam c | 14 sustine] expecta I || 27,1 huic] psalmus L; psalmus ipsi c.; in finem psalmus I. |

3 quia misericordia tua in conspectu oculorum meorum est
et ambulabo in veritate tua
4 non sedi cum viris vanitatis
et cum superbis non ingrediar
5 odivi ecclesiam pessimorum
et cum iniquis non sedebo
6 lavabo in innocentia manus meas
et circuibo altare tuum Domine
7 ut clara voce praedicem laudem
et narrem omnia mirabilia tua
8 Domine dilexi habitaculum domus tuae
et locum tabernaculi gloriae tuae
9 ne auferas cum peccatoribus animam meam
cum viris sanguinum vitam meam
10 in quorum manibus scelus est
et dextera eorum repleta est muneribus
11 ego autem in simplicitate mea gradiar
redime me et miserere mei
12 pes meus stetit in recto
in ecclesiis benedicam Domino

26 DAVID

Dominus lux mea et salutare meum quem timebo
Dominus fortitudo vitae meae quem formidabo
2 cum adpropinquarent mihi maligni ut comederent carnem meam
hostes mei et inimici mei ipsi inpigerunt et ceciderunt
3 si steterint adversus me castra non timebit cor meum
si surrexerit contra me bellum in hoc ego confidam
4 unum petivi a Domino hoc requiram
ut habitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae
ut videam pulchritudinem Domini
et adtendam templum eius
5 abscondet enim me in umbra sua in die pessima
abscondet me in secreto tabernaculi sui
6 in petra exaltabit me
nunc quoque exaltabit caput meum super inimicos meos qui sunt in circuitu meo
et immolabo in tabernaculo eius hostias iubili
cantabo et psallam Domino
7 audi Domine vocem meam invocantis
miserere mei et exaudi me
8 tibi dixit cor meum
quaesivit vultus meus faciem tuam Domine et requiram
9 ne abscondas faciem tuam a me
ne declines in furore tuo a servo tuo
auxilium meum fuisti ne derelinquas me
et ne dimittas me Deus salvator meus
10 pater enim meus et mater mea dereliquerunt me
Dominus autem collegit me
11 ostende mihi Domine viam tuam
et deduc me in semita recta propter insidiatores meos
12 ne tradas me Domine animae tribulantium me
quoniam surrexerunt contra me testes falsi et apertum mendacium
13 ego autem credo quod videam bona Domini in terra viventium
14 expecta Dominum confortare et roboretur cor tuum
et sustine Dominum

27 DAVID

Ad te Domine clamabo Fortis meus ne obsurdescas mihi

3 quia] quoniam C | 6 circumibo F𝔥; circumdabo RSL | 9 meam[1] + et FΣL𝔥 | 10 et *om.* RΘ | 11 grediar AK; gradior C; egrediar F. | 12 dominum C ‖ **26**(𝔐 27),3 surrexerit] subrepserit C | 4 unam I | 5 abscondit[1] RFKL | abscondit[2] FAKL; + enim RIAKS. | 6 exaltauit[1] FCΣAL | exaltauit[2] FCIAKΘL | et[1] *om.* C | in tabernaculum RF. | hostiam RCΘ | 10 collexit IAKΘS | 12 domine *om.* I | 14 et confortare Θ.; *om.* IAK. ‖ RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

nequando taceas a me
87,5; 142,7; Prv 1,12; Bar 3,11 et adsimilabor descendentibus in lacum
26,7! 87,10! 2 exaudi vocem deprecationis meae dum oro ad te
5,8! 133,2! III Rg 8,38.39! Sir 48,22! dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum
25,9! 3 ne simul tradas me cum peccatoribus
et cum operantibus iniquitatem ÷ ne perdideris me:
61,5; Ier 9,8 qui loquuntur pacem cum proximo suo
mala autem sunt in cordibus eorum
61,13! 136,8; Prv 24,12! 4 da illis secundum opera ipsorum
et secundum nequitiam adinventionum ipsorum
Sir 17,19; 35,24; Lam 3,64; Ioel 3,4! II Tim 4,14 secundum opera manuum eorum tribue illis
redde retributionem eorum ipsis
Is 5,12! 5 quoniam non intellexerunt opera Domini
et in opera manuum eius
destrues illos et non aedificabis eos
6 benedictus Dominus quoniam exaudivit vocem deprecationis meae
17,3! 32,20; 39,18! 113,17-19; 118,114 7 Dominus adiutor meus et protector meus
in ipso speravit cor meum et adiutus sum
Iob 33,25 et refloruit caro mea
et ex voluntate mea confitebor ei
8 Dominus fortitudo plebis suae
19,10 et protector salvationum christi sui est
28,11; Ier 31,7 9 salvam fac plebem tuam et benedic hereditati tuae
et rege eos et extolle eos usque in aeternum

28 PSALMUS DAVID IN CONSUMMATIONE TABERNACULI

Adferte Domino filii Dei
adferte Domino filios arietum
95,7.8; I Par 16,28.29! 2 adferte Domino gloriam et honorem
adferte Domino gloriam nomini eius
adorate Dominum in atrio sancto eius 95,9
3 vox Domini super aquas
Deus maiestatis intonuit Iob 37,4
Dominus super aquas multas
4 vox Domini in virtute
vox Domini in magnificentia Iob 37,5!
5 vox Domini confringentis cedros
et confringet Dominus cedros Libani
6 et comminuet eas tamquam vitulum Libani
et dilectus quemadmodum filius unicornium
7 vox Domini intercidentis flammam ignis
8 vox Domini concutientis desertum
et commovebit Dominus desertum Cades
9 vox Domini praeparantis cervos
et revelabit condensa
et in templo eius omnis dicet gloriam
10 Dominus diluvium inhabitare facit
et sedebit Dominus rex in aeternum Tb 9,11!
11 Dominus virtutem populo suo dabit 27,9
Dominus benedicet populo suo in pace

29 PSALMUS CANTICI IN DEDICATIONE DOMUS DAVID

2 Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me
nec delectasti inimicos meos super me 37,17!
3 Domine Deus meus clamavi ad te et sanasti me
4 Domine eduxisti ab inferno animam meam 15,10! 48,16; 55,13! 70,20; 85,13!
salvasti me a descendentibus in lacum
5 psallite Domino sancti eius 139,14; Tb 13,3! Dn 3,90
et confitemini memoriae sanctitatis eius 96,12

RFI (L)WSKΦ cr

2 exaudi + domine WSKΦ c, *cf. Su* | 3 tradas] trahas F c. | perdas LWSKΦ c | sunt *om.* WSKΦ c | 4 illis + domine r *lapsu* | ipsorum¹] eorum c | 5 intellexerunt + in FL. | destrue RILWK | ÷ eos: R | 7 [*deest* L *usque ad* 30,22] | 9 saluam fac plebem tuam RFI r.] saluum fac populum tuum WSKΦ c; + domine Φ c | eos²] illos c || **28**,9 reuelauit FI | omnes dicit R.; omnes dicent ISΦ c ||

ne forte tacente te mihi conparer his qui descendunt in lacum
2 audi Domine deprecationem meam cum clamavero ad te
cum levavero manus meas ad oraculum sanctum tuum
3 ne trahas me cum impiis et cum operantibus iniquitatem
qui loquuntur pacem cum amicis suis et est malum in corde eorum
4 da eis secundum opus suum
et secundum malum adinventionum suarum
iuxta opus manuum suarum da eis
redde retributionem suam illis
5 quoniam non intellegunt opera Domini
et opus manuum eius
destrues eos et non aedificabis
6 benedictus Dominus qui audivit vocem deprecationis meae
7 Dominus fortitudo mea et scutum meum
in ipso confisum est cor meum et habui adiutorium
gavisum est cor meum et in cantico meo confitebor illi
8 Dominus fortitudo mea et robur salutarium christi sui est
9 salva populum tuum et benedic hereditati tuae
et pasce eos et subleva eos usque in sempiternum

28 CANTICUM DAVID

Adferte Domino filios arietum
2 adferte Domino gloriam et imperium
adferte Domino gloriam nomini eius
adorate Dominum in decore sancto
3 vox Domini super aquas
Deus gloriae intonuit
Dominus super aquas multas
4 vox Domini in fortitudine
vox Domini in decore
5 vox Domini confringentis cedros
et confringet Dominus cedros Libani
6 et disperget eas quasi vitulus Libani
et Sarion quasi filius rinocerotis
7 vox Domini dividens flammas ignis
8 vox Domini parturire faciens desertum Cades
9 vox Domini obsetricans cervis et revelans saltus
et in templo eius omnis loquetur gloriam
10 Dominus diluvium inhabitat
et sedebit Dominus rex in aeternum
11 Dominus fortitudinem populo suo dabit
Dominus benedicet populo suo in pace

29 PSALMUS CANTICI PRO DEDICATIONE DOMUS DAVID

2 Exaltabo te Domine quoniam salvasti me
et non delectasti inimicos meos super me
3 Domine Deus meus clamavi ad te et sanasti me
4 Domine eduxisti de inferno animam meam
vivificasti me ne descenderem in lacum
5 cantate Domino sancti eius
et confitemini memoriae sanctitatis eius

27(𝔐 **28**),1 te[2] *om.* IΘS | 3 trahas] tradas IAKΘS | 5 intellexerunt R | destrue R | 6 qui] quia RIASℌ; quoniam K. || **28**(𝔐 **29**),2 domino[3] RF. | 6 uitulum RΘL; uituli F. | filios F. | 7 flammam FKΘ | 9 ceruis] seruis F | loquitur RL | gloria IAK || **29**(𝔐 **30**),4 de] ex AK.; ab C |

RFCI ΣAKΘSL ℌs

6 quoniam ira in indignatione eius
et vita in voluntate eius
ad vesperum demorabitur fletus
et ad matutinum laetitia
9,27 7 ego autem dixi in abundantia mea
14,5! non movebor in aeternum
8 Domine in voluntate tua praestitisti
decori meo virtutem
avertisti faciem tuam et factus sum
conturbatus
9 ad te Domine clamabo et ad Deum
meum deprecabor
6,6! 87,12 10 quae utilitas in sanguine meo
dum descendo in corruptionem
numquid confitebitur tibi pulvis
aut adnuntiabit veritatem tuam
11 audivit Dominus et misertus est mei
Dominus factus est adiutor meus
Est 13,17! Is 61,3; Ier 31,13 12 convertisti planctum meum in gaudium mihi
conscidisti saccum meum et circumdedisti me laetitia
13 ut cantet tibi gloria mea et non conpungar
51,11; 78,13! 103,33; 145,2; 1 Par 29,13! Is 38,20 Domine Deus meus in aeternum
confitebor tibi

30 IN FINEM PSALMUS DAVID

18; 7,2! 2 In te Domine speravi non confundar
2—4: 70,1–3 in aeternum
in iustitia tua libera me
16,6! 3 inclina ad me aurem tuam
adcelera ut eruas me
esto mihi in Deum protectorem
et in domum refugii ut salvum me
facias
17,3! 4 quoniam fortitudo mea et refugium
meum es tu
et propter nomen tuum deduces me
et enutries me
24,15; 140,9 5 educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi
quoniam tu es protector meus
Lc 23,46; Act 7,58 6 in manus tuas commendabo spiritum
meum
redemisti me Domine Deus veritatis
7 odisti observantes vanitates supervacue 5,7!
ego autem in Domino speravi
8 exultabo et laetabor in misericordia
tua Sir 5,37
quoniam respexisti humilitatem meam 118,153
salvasti de necessitatibus animam
meam 24,17!
9 nec conclusisti me in manibus inimici
statuisti in loco spatioso pedes meos 17,20!
10 miserere mei Domine quoniam tribulor
conturbatus est in ira oculus meus 6,8
anima mea et venter meus
11 quoniam defecit in dolore vita mea 101,4! Ier 20,18
et anni mei in gemitibus
infirmata est in paupertate virtus
mea 6,31
et ossa mea conturbata sunt
12 super omnes inimicos meos factus
sum obprobrium 43,14! 79,7; 87,9
et vicinis meis valde et timor notis
meis
qui videbant me foras fugerunt a me Iob 19,13!
13 oblivioni datus sum tamquam mortuus a corde
factus sum tamquam vas perditum Ier 22,28
14 quoniam audivi vituperationem multorum Ier 20,10
commorantium in circuitu
in eo dum convenirent simul adversus me 21,17!
accipere animam meam consiliati
sunt
15 ego autem in te speravi Domine 7,2! 15,1.2
dixi Deus meus es tu 139,7
16 in manibus tuis sortes meae Gn 47,25
eripe me de manu inimicorum meorum 7,2! 58,2! 108,31
et a persequentibus me
17 inlustra faciem tuam super servum 118,135; Nm 6,25!
tuum
salvum me fac in misericordia tua 6,5!

RF(H)I WSKΦ cr

29,8 tuam + a me IWSKΦ c || **30**,1 dauid + pro extasi c | 6 commendo FI c | 10 [*incipit* H] | 12 uiderunt HI. | foris HISK. | 13 obliuione RF. |

Is 54,8 [6]quoniam ad momentum est ira eius
et vita in repropitiatione eius
ad vesperum commorabitur fletus
et in matutino laus
[7]ego autem dixi in abundantia mea
non commovebor in sempiternum
[8]Domine in voluntate tua posuisti monti meo fortitudinem
abscondisti faciem tuam et factus sum conturbatus
[9]ad Dominum clamabo et Dominum deprecabor
[10]quae est utilitas in sanguine meo cum descendero in corruptionem
numquid confitebitur tibi pulvis
aut adnuntiabit veritatem tuam
[11]audi Domine et miserere mei
Domine esto adiutor
[12]convertisti planctum meum in chorum mihi
solvisti saccum meum et accinxisti me laetitia
[13]ut laudet te gloria et non taceat
Domine Deus meus in sempiternum confitebor tibi

30 VICTORI CANTICUM DAVID
[2]In te Domine speravi non confundar in aeternum
in iustitia tua salva me
[3]inclina ad me aurem tuam velociter libera me
esto mihi in lapidem fortissimum
et in domum munitam ut salves me
[4]quia petra mea et munitio mea tu es
et propter nomen tuum dux meus eris et enutries me
[5]educes me de rete quod absconderunt mihi
quia tu fortitudo mea es
[6]in manu tua commendabo spiritum meum
redemisti me Domine Deus veritatis
[7]odisti custodientes vanitates frustra
ego autem in Domino confisus sum
[8]exultabo et laetabor in misericordia tua
quia vidisti adflictionem meam
cognovisti tribulationes animae meae
[9]et non conclusisti me in manibus inimici
posuisti in latitudine pedes meos
[10]miserere mei Domine quoniam tribulor
caligavit in furore oculus meus
anima mea et venter meus
[11]quia consumptae sunt in maerore vitae meae et anni mei in gemitu
infirmata est in iniquitate fortitudo mea
et ossa mea contabuerunt
[12]apud omnes hostes meos factus sum obprobrium
et vicinis meis nimis et timor notis meis
qui videbant me in plateis fugiebant me
[13]oblivioni traditus sum quasi mortuus a corde
factus sum quasi vas perditum
[14]audivi enim obprobrium multorum
congregationem in circuitu
cum inirent consilium adversum me
et ut auferrent animam meam cogitarent
[15]ego autem in te speravi Domine
dixi Deus meus es tu
[16]in manu tua tempora mea
libera me de manu inimicorum meorum et persequentium me
[17]ostende faciem tuam super servum tuum
salva me in misericordia tua

8 tuam + a me IAKS. | 9 et dominum FΣAKSɞ] et deum C; et ad dominum RILђ; et ad deum meum Θ. | 10 descendo IL ‖ 30(𝔐 31),4 ~ es tu C | 6 commendo FI | 7 uanitatis F.; uanitatem C | 12 me[1] *om.* I | 14 cogitauerunt ΣΘђ; *om.* IAK. | 15 es tu *om.* I | RFCI ΣAKΘSL ђɞ

2! 18 Domine ne confundar quoniam in-
vocavi te
62,10! erubescant impii et deducantur in
infernum
19 muta fiant labia dolosa
quae loquuntur adversus iustum ini-
quitatem
in superbia et in abusione
20 quam magna multitudo dulcedinis
tuae ÷ Domine :
Is 64,4! quam abscondisti timentibus te
perfecisti eis qui sperant in te
in conspectu filiorum hominum
26,5! 21 abscondes eos in abdito faciei tuae
a conturbatione hominum
proteges eos in tabernaculo a contra-
dictione linguarum
4,4; 16,7; 65,20! 22 benedictus Dominus quoniam miri-
ficavit misericordiam suam mihi in
civitate munita
115,11; Ion 2,5 23 ego autem dixi in excessu mentis
meae
proiectus sum a facie oculorum tuo-
rum
26,7! ideo exaudisti vocem orationis meae
dum clamarem ad te
24 diligite Dominum omnes sancti eius
÷ quoniam : veritates requirit Do-
minus
93,2; Dt 32,41! Sir 35,23 et retribuit abundanter facientibus
superbiam
26,14! I Cor 16,13 25 viriliter agite et confortetur cor ves-
trum
omnes qui speratis in Domino

31 HUIC DAVID INTELLECTUS

Rm 4,7.8 Beati quorum remissae sunt iniqui-
tates
et quorum tecta sunt peccata
Act 7,59; II Cor 5,19 2 beatus vir cui non inputabit Domi-
nus peccatum
Io 1,47 nec est in spiritu eius dolus
3 quoniam tacui inveteraverunt ossa
mea
dum clamarem tota die
4 quoniam die ac nocte gravata est su- 37,3
per me manus tua
conversus sum in aerumna ※ mea :
dum configitur ÷ mihi : spina

DIAPSALMA

5 delictum meum cognitum ※ tibi : feci 37,19; 50,5.6! 68,6; Nm 5,7!
et iniustitiam meam non abscondi
dixi confitebor adversus me iniusti- Prv 28,13!
tiam meam Domino
et tu remisisti impietatem peccati
mei

DIAPSALMA

6 pro hac orabit ad te omnis sanctus
in tempore oportuno
verumtamen in diluvio aquarum
multarum
ad eum non adproximabunt 90,7
7 tu es refugium meum a tribulatione
quae circumdedit me
exultatio mea erue me a circumdan-
tibus me

DIAPSALMA

8 intellectum tibi dabo et instruam te
in via hac qua gradieris
firmabo super te oculos meos
9 nolite fieri sicut equus et mulus qui- Tb 6,17
bus non est intellectus
in camo et freno maxillas eorum Prv 26,3; Iac 3,3
constringe
qui non adproximant ad te
10 multa flagella peccatoris Prv 13,21; Ecl 2,26
sperantem autem in Domino miseri- 32,22
cordia circumdabit
11 laetamini in Domino et exultate iusti 32,1; 63,11; 96,12; Ioel 2,23
et gloriamini omnes recti corde

32 PSALMUS DAVID

Exultate iusti in Domino rectos de- 31,11! 63,11
cet laudatio

RFHI (L)WSKΦ cr 18 ne] nec I; non F c | 19 in[2] *om.* FI | 21 abscondis RF | in abscondito WSK c | taberna-
culo + tuo c | 22 mirificabit R | [*iterum adest* L] | 24 ueritatem LSK c | requirit FILr.
𝔊] requiret *cet.* | retribuit FLr. 𝔊] retribuet *cet.* || **31**,1 huic] ipsi W c; *om.* IL | 2 in-
putauit LK c | 4 mea *om.* FL. | confringitur I; confringetur F. | mihi RFIr.] in Φ.; *om.*
cet. | diapsalma] *ante* conuersus *transponit* R.; *om.* WSK c | 5 diapsalma *om.* WSK c |
6 orauit FLK | ad eum] ad illum L.; *om.* HI. | proximabunt FL | 7 diapsalma *om.* WS
K c | 8 qua ingredieris L.; quam ingradieris R. | 9 proximant FL. | 10 sperantes RK;
sperante L. || **32**,1 conlaudatio IL c |

18 Domine ne confundar quia invocavi te
confundantur impii taceant in inferno
19 muta fiant labia mendacii
quae loquuntur contra iustum vetera in superbia et despectione
20 quam multa est bonitas tua quam abscondisti timentibus te
operatus es sperantibus in te in conspectu filiorum hominum
21 abscondes eos in protectione vultus tui a duritia viri
abscondes eos in umbra a contradictione linguarum
22 benedictus Dominus qui mirabilem fecit misericordiam suam mihi in civitate munita
23 ego autem dixi in stupore meo proiectus sum de conspectu oculorum eius
ergone audisti vocem deprecationis meae cum clamarem ad te
24 diligite Dominum omnes sancti eius
fideles servat Dominus et retribuet his qui satis operantur superbiam
25 confortamini et roboretur cor vestrum omnes qui expectatis Dominum

31 DAVID ERUDITI
Beatus cui dimissa est iniquitas
et absconditum est peccatum
2 beatus homo cui non inputabit Dominus iniquitatem
nec est in spiritu eius dolus
3 quia tacui adtrita sunt ossa mea in rugitu meo tota die
4 die enim et nocte gravatur super me manus tua
versatus sum in miseria mea cum exardesceret messis iugiter
5 peccatum meum notum facio tibi
et iniquitatem meam non abscondo
dixi confitebor scelus meum Domino
et tu dimisisti iniquitatem peccati mei
SEMPER
6 pro hoc orat omnis sanctus ad te tempus inveniens
ut cum inundaverint aquae multae ad illum non accedant
7 tu es protectio mea ab hoste custodies me
laus mea salvans circumdabis me
SEMPER
8 doceam te et monstrabo tibi viam per quam ambules
cogitabo de te oculo meo
9 nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellegentia
in camo et freno maxillas eorum constringe qui non accedunt ad te
10 multi dolores impii
confidentem autem in Domino misericordia circumdabit
11 laetamini in Domino et exultate iusti
et laudate omnes recti corde

32 Laudate iusti Dominum rectos decet laudatio

18 ne] non CΘ | quia] quoniam F | 20 tua FΘ𝔰𝔐] *om. cet.* | 21 abscondis[1] RF. | 22 mihi *om.* IΘ. | in ciuitatem munitam C | 23 cum] dum C | 24 retribuit R; tribuit Θ | superba F || **31** (𝔐 **32**), 2 inputauit RCΣL | 5 semper *om.* IAKS | 7 semper *om.* IK | 8 doceam FΘS𝔰] docebo *cet.* | 9 in quibus IAKΘS𝔥 || **32** (𝔐 33), 1 laudate] *praem.* psalmus dauid F.; *praem.* canticum dauid L.; *praem.* dauid eruditi Σ |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

26,6! 42,4! 91,4! 143,9; 149,3! 2 confitemini Domino in cithara
in psalterio decem cordarum psallite illi
3 cantate ei canticum novum
97,5! 108,30! Idt 16,2! bene psallite in vociferatione
4 quia rectum est verbum Domini
et omnia opera eius in fide
5 diligit misericordiam et iudicium
118,64 misericordia Domini plena est terra
6 verbo Domini caeli firmati sunt
et spiritu oris eius omnis virtus eorum
77,13 7 congregans sicut in utre aquas maris
ponens in thesauris abyssos
8 timeat Dominum omnis terra
ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem
148,5; Idt 16,17! 9 quoniam ipse dixit et facta sunt
Is 48,13 ipse mandavit et creata sunt
II Esr 4,15! 10 Dominus dissipat consilia gentium
reprobat autem cogitationes populorum
÷ et reprobat consilia principum :
Prv 19,21; Is 46,10 11 consilium autem Domini in aeternum manet
cogitationes cordis eius in generatione et generationem
64,5; 143,15! Dt 4,20! 33,29 12 beata gens cuius est Dominus Deus eius
populus quem elegit in hereditatem sibi
10,5; 13,2; 52,3; Dt 26,15! 13 de caelo respexit Dominus vidit omnes filios hominum
14 de praeparato habitaculo suo
65,7; 101,20; 112,5.6! respexit super omnes qui habitant terram
15 qui finxit singillatim corda eorum
Sir 15,20! IV Esr 16,55! qui intellegit omnia opera illorum
16–18: 146,10.11 16 non salvatur rex per multam virtutem
I Mcc 3,19 et gigans non salvabitur in multitudine virtutis suae

17 fallax equus ad salutem
in abundantia autem virtutis suae non salvabitur
18 ecce oculi Domini super metuentes eum 33,16! Sir 15,20!
qui sperant super misericordia eius
19 ut eruat a morte animas eorum
et alat eos in fame 36,19
20 anima nostra sustinet Dominum 27,7!
quoniam adiutor et protector noster est
21 quia in eo laetabitur cor nostrum
et in nomine sancto eius speravimus
22 fiat misericordia tua Domine super nos 31,10
quemadmodum speravimus in te

33 DAVID CUM INMUTAVIT VULTUM SUUM CORAM ABIMELECH ET DIMISIT EUM ET ABIIT

2 Benedicam Dominum in omni tempore Tb 4,20; 14,11
semper laus eius in ore meo
3 in Domino laudabitur anima mea
audiant mansueti et laetentur
4 magnificate Dominum mecum
et exaltemus nomen eius in id ipsum
5 exquisivi Dominum et exaudivit me 7,18; 80,8
et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me 24,22! Act 7,10
6 accedite ad eum et inluminamini
et facies vestrae non confundentur
7 iste pauper clamavit et Dominus exaudivit ÷ eum : 5!
et de omnibus tribulationibus eius salvavit eum
8 vallabit angelus Domini in circuitu timentium eum et eripiet eos Ex 14,19; Za 9,8
9 gustate et videte quoniam suavis est Dominus Hbr 6,5; I Pt 2,3
beatus vir qui sperat in eo 2,13! 39,5
10 timete Dominum ÷ omnes : sancti eius

RFHI LWSKΦ cr

2 illi] ei FL. | 3 in FLr. 𝔊 *He*] ei in *cet.* | 7 in utrem HILWK; in utris F. | 10 *signum*: *post* et *ponit* R | 11 ~ manet in aeternum RHIL. | in generationem F; a generatione HI. | et generatione IS | 15 illorum RFILr.] eorum *cet.* | 16 saluabitur[1] IL. | saluatur[2] RHI. | 18 eum + et in eis WSK c || 33,1 dauidi c.; *praem.* psalmus ILW | cum mutauit L; commotauit I.; cum commotauit W. | 2 domino F | 7 saluabit FHI; liberauit L. | 8 uallabit r., *cf.* 𝔊] uallauit R.; inmittit H(*vid.*)I; inmittet *cet.* |

2 confitemini Domino in cithara
in psalterio decacordo cantate ei
3 cantate ei canticum novum
diligenter psallite in iubilo
4 quia rectum est verbum Domini
et omne opus eius in fide
5 diligit iustitiam et iudicium
misericordia Domini plena est terra
6 verbo Domini caeli facti sunt
et spiritu oris eius omnis ornatus eorum
7 congregans quasi in utre aquas maris
ponens in thesauris abyssos
8 timeat Dominum omnis terra
ipsum formident universi habitatores orbis
9 quia ipse mandavit et factus est
ipso praecipiente stetit
10 Dominus dissolvit consilium gentium
irritas fecit cogitationes populorum
11 consilium Domini in aeternum stabit
cogitationes cordis eius in generatione et generatione
12 beata gens cuius Dominus Deus eius
populus quem elegit in hereditatem sibi
13 de caelo respexit Dominus vidit omnes filios Adam
14 de firmissimo solio suo prospexit ad universos habitatores terrae
15 fingens pariter cor eorum
intellegens omnia opera eorum
16 non salvatur rex in multitudine exercitus
nec fortis liberabitur in multiplicatione virtutis
17 fallax equus ad salutem
et in multitudine roboris sui non salvabit
18 ecce oculus Domini super timentes eum
et expectantes misericordiam eius
19 ut eruat de morte animam eorum
et vivificet eos in fame
20 anima nostra expectavit Dominum
auxilium nostrum et clipeus noster est
21 in ipso enim laetabitur cor nostrum
quia in nomine sancto eius speravimus
22 sit misericordia tua Domine super nos sicut expectavimus te

33 DAVID QUANDO COMMUTAVIT OS SUUM CORAM ABIMELECH ET EIECIT EUM ET ABIIT

2 Benedicam Domino in omni tempore
semper laus eius in ore meo
3 in Domino laetabitur anima mea
audiant mites et laetentur
4 magnificate Dominum mecum et exaltemus nomen eius pariter
5 quaesivi Dominum et exaudivit me
et de omnibus angustiis meis liberavit me
6 respicite ad eum et confluite
et vultus vestri non confundentur
7 hic pauper clamavit et Dominus exaudivit
de omnibus tribulationibus salvabit eum
8 circumdat angelus Domini in gyro timentes eum et eruet eos
9 gustate et videte quoniam bonus Dominus
beatus vir qui sperat in eo
10 timete Dominum sancti eius

3 psallite + ei C; + et R. | 6 facti] firmati IAKΘ | 7 in utrem CL | 10 consilia RIAKL | 12 in *om.* C | 13 respexit] prospexit FCΣΘL𝔥 | 16 in multitudinem FΣ | 18 oculi FIAKS | 19 animas IAKΘ | 20 expectabit CΘ | 22 sit] fiat IAK. | te] in te IAK ||
33 (𝔐 34), 2 dominum RΣΘL | 3 laetabitur RΣΘL𝔰] laudabitur *cet.* | 4 exultemus F | 7 saluauit CΣSL𝔥 | 9 quoniam] quia F | in eum C | 10 dominum + omnes I |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

quoniam non est inopia timentibus
eum
Lc 1,53 11 divites eguerunt et esurierunt
inquirentes autem Dominum non
minuentur omni bono
DIAPSALMA
Gn 49,2; Tb 14,10! Prv 8,32! 12 venite filii audite me
timorem Domini docebo vos
13–17: I Pt 3,10–12 13 quis est homo qui vult vitam
cupit videre dies bonos
Prv 4,24; Iob 27,4! 14 prohibe linguam tuam a malo
et labia tua ne loquantur dolum
36,27 15 deverte a malo et fac bonum
inquire pacem et persequere eam
32,18! Iob 36,7 16 oculi Domini super iustos
et aures eius in precem eorum
Iob 18,17! I Mcc 3,35 17 facies Domini super facientes mala
Iob 24,23; Prv 15,3! ut perdat de terra memoriam eorum
5! 18 clamaverunt iusti et Dominus exaudivit
et ex omnibus tribulationibus eorum
liberavit eos
19 iuxta est Dominus his qui tribulato
sunt corde
et humiles spiritu salvabit
24,17! II Tim 3,11! 20 multae tribulationes iustorum
et de omnibus his liberavit eos
21 Dominus custodit omnia ossa eorum
unum ex his non conteretur
22 mors peccatorum pessima
et qui oderunt iustum delinquent
23 redimet Dominus animas servorum
suorum
et non delinquent omnes qui sperant
in eum

34 HUIC DAVID

Is 49,25 Iudica Domine nocentes me
expugna expugnantes me
2 adprehende arma et scutum
et exsurge in adiutorium mihi
3 effunde frameam et conclude
adversus eos qui persequuntur me Ier 15,15
dic animae meae salus tua ego sum
4 confundantur et revereantur 26; 6,11! 39,15; 70,13! 82,18; Ier 17,18!
quaerentes animam meam
avertantur retrorsum et confundantur
cogitantes mihi mala
5 fiant tamquam pulvis ante faciem 1,4!
venti
et angelus Domini coartans eos
6 fiat via illorum tenebrae et lubricum Ier 23,12
et angelus Domini persequens eos
7 quoniam gratis absconderunt mihi 139,6!
interitum laquei sui
supervacue exprobraverunt animam
meam
8 veniat illi laqueus quem ignorat 9,16
et captio quam abscondit conprehendat eum
et in laqueo cadat in ipso
9 anima autem mea exultabit in Domino I Sm 2,1! Hab 3,18; Lc 1,47
delectabitur super salutari suo
10 omnia ossa mea dicent Domine quis 70,19!
similis tui
eripiens inopem de manu fortiorum Iob 5,15!
eius
egenum et pauperem a diripientibus
eum
11 surgentes testes iniqui 26,12
quae ignorabam interrogabant me
12 retribuebant mihi mala pro bonis 37,21; 108,5; Gn 44,4; Ier 18,20
sterilitatem animae meae
13 ego autem cum mihi molesti essent
induebar cilicio
humiliabam in ieiunio animam meam 68,11; 108,24! Idt 4,8.9! Is 58,3
et oratio mea in sinum meum convertetur

RFHI LWSKΦ cr

11 diapsalma *om.* WSK c | 13 uitam + et FL. | cupit uidere dies RFHILr.] diligit dies uidere *cet.* | 15 diuerte c | sequere HIL | 16 in] ad R | precem FΦr𝔊] preces *cet.* | 17 facies RFIr.] uultus L.; uultus autem *cet.* | memoria RF | 18 exaudiuit RFIr. 𝔐 *He*] + eos *cet.* | 19 his] iis c. | 20 liberabit WSc | eos RHIr. 𝔊] + dominus *cet.* | 21 ~ custodit dominus WSKΦc | 23 delinquent] derelinquet RL. | in eo IWSKc || **34**,1 huic] ipsi ILc | inpugnantes RHILKc | 6 fiant F | 7 in interitum FΦ | superuacuo FΦ.; uanae L. | 8 conprehendat RHIr.] adprehendat *cet.* | in laqueum LWSKc | in ipsum Lc | 9 exultauit RL. | domino + et H(*vid.*)ISKc | 10 tui] tibi Lc. | fortioris HIL. | eius + et H(*vid.*)I. | 13 humiliabar F.; *praem.* et IL | in sinu meo LWSKΦc |

quoniam non est inopia timentibus eum
11 leones indiguerunt et esurierunt
quaerentibus autem Dominum non deerit omne bonum
12 venite filii audite me timorem Domini docebo vos
13 quis est vir qui velit vitam
diligens dies videre bonos
14 custodi linguam tuam a malo
et labia tua ne loquantur dolum
15 recede a malo et fac bonum
quaere pacem et persequere eam
16 oculi Domini ad iustos
et aures eius ad clamorem eorum
17 vultus Domini super facientes malum
ut perdat de terra memoriam eorum
18 clamaverunt et Dominus exaudivit
et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos
19 iuxta est Dominus contritis corde
et confractos spiritu salvabit
20 multae tribulationes iusti
et ex omnibus illis liberabit eum Dominus
21 custodit omnia ossa eius
unum ex eis non confringetur
22 interficiet impium malitia
et odientes iustum superabuntur
23 redimet Dominus animam servorum suorum
et non peccabunt omnes sperantes in eo

34 DAVID

Iudica Domine adversarios meos
pugna contra pugnantes me
2 adprehende scutum et hastam
et consurge in auxilium meum
3 evagina gladium et praeoccupa ex adverso persequentem me
dic animae meae salus tua ego sum
4 confundantur et revereantur qui quaerunt animam meam
convertantur retrorsum et confundantur qui cogitant malum mihi
5 fiant sicut pulvis ante faciem venti
et angelus Domini inpellat
6 sit via eorum tenebrae et lubricum
et angelus Domini persequatur eos
7 quia frustra absconderunt mihi insidias retis sui
sine causa foderunt animae meae
8 veniat ei calamitas quam ignorat
et rete suum quod abscondit conprehendat eum et cadat in laqueum
9 anima autem mea exultabit in Domino
et laetabitur in salute sua
10 omnia ossa mea dicent Domine quis similis tui
eruens inopem a validiore
et pauperem et mendicum a violento
11 surgentes testes iniqui
quae nesciebam interrogabant me
12 reddebant mihi mala pro bono
sterilitatem animae meae
13 ego autem cum infirmarer ab eis induebar cilicio
humiliabam in ieiunio animam meam
et oratio mea ad sinum meum revertetur

11 bonum + semper CΣAKL𝔰 | 17 mala RIAKΘL | memoria F | 19 est *om.* C | 20 liberauit RFΘL | 23 animas IΣAKΘS𝔥 | in eum CΣL ‖ **34** (𝔐 35), 1 expugnantes CΣ; inpugnantes Θ | 2 et hastam] hastam et clypeum C; et clypeum Θ | exsurge FΣ; surge Θ | in auxilium mihi CΘS; in adiutorium mihi F | 3 persequentes FCΣ𝔥; sequentes Θ. | 9 exultauit RFA | sua] tua RIAK | 13 humiliabar FΣ. |

RFCI
ΣAKΘSL
𝔥𝔰

14 quasi proximum quasi fratrem nostrum sic conplacebam
quasi lugens et contristatus sic humiliabar
15 et adversum me laetati sunt et convenerunt
congregata sunt super me flagella et ignoravi
16 dissipati sunt nec conpuncti
temptaverunt me subsannaverunt me subsannatione
36,12! Iob 16,10; Act 7,54 frenduerunt super me dentibus suis
17 Domine quando respicies
restitue animam meam a malignitate eorum
a leonibus unicam meam
21,26! 39,10; 67,27; 106,32 18 confitebor tibi in ecclesia magna
in populo gravi laudabo te
19 non supergaudeant mihi qui adversantur mihi inique
24,19! Sir 27,25; Prv 10,10! Io 15,25 qui oderunt me gratis et annuunt oculis
20 quoniam mihi quidem pacifice loquebantur
et in iracundia ※ terrae loquentes: dolos cogitabant
Is 57,4; Lam 2,16! 21 et dilataverunt super me os suum
dixerunt euge euge viderunt oculi nostri
27,1 22 vidisti Domine ne sileas
Domine ne discedas a me
9,5! 42,1 23 exsurge et intende iudicio meo
Deus meus et Dominus meus in causam meam
7,9! 24 iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus
et non supergaudeant mihi
25 non dicant in cordibus suis euge euge animae nostrae
Lam 2,16! nec dicant devoravimus eum
4! 26 erubescant et revereantur simul qui gratulantur malis meis
induantur confusione et reverentia
qui magna loquuntur super me
27 exultent et laetentur qui volunt iustitiam meam 39,17
et dicant semper magnificetur Dominus
qui volunt pacem servi eius
28 et lingua mea meditabitur iustitiam tuam 50,16; 70,24
tota die laudem tuam

35 IN FINEM SERVO DOMINI DAVID

2 Dixit iniustus ut delinquat in semet ipso
non est timor Dei ante oculos eius 13,3; Rm 3,18
3 quoniam dolose egit in conspectu eius 9,25
ut inveniatur iniquitas eius ad odium
4 verba oris eius iniquitas et dolus
noluit intellegere ut bene ageret
5 iniquitatem meditatus est in cubili suo Mi 2,1
adstitit omni viae non bonae
malitiam autem non odivit
6 Domine in caelo misericordia tua 56,11; 107,5
et veritas tua usque ad nubes
7 iustitia tua sicut montes Dei 70,19
iudicia tua abyssus multa
homines et iumenta salvabis Domine
8 quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus
filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt 56,2; 62,8
9 inebriabuntur ab ubertate domus tuae 64,5
et torrente voluntatis tuae potabis eos
10 quoniam apud te fons vitae Io 4,14
in lumine tuo videbimus lumen
11 praetende misericordiam tuam scientibus te
et iustitiam tuam his qui recto sunt corde
12 non veniat mihi pes superbiae
et manus peccatoris non moveat me

RFHI LWSKΦ cr 14 proximum + et c. | 15 et² *om.* HI. | congregati F | 20 ※ R²] *om.* r | 21 super] in RL. | 23 exsurge + domine RL. | in causa mea RF | 26 magna L cr. 𝔊] maligna *cet.* | super] aduersus I.; aduersum HL. || **35**,1 seruo] puero R | dauid] *praem.* ipsi c.; *praem.* psalmus IL; + psalmus W. | 3 ad] et HIL.; *om.* R. | 9 uoluptatis Φc; uoluptates F | 10 te RFLr. 𝔊] + est *cet.* | uitae + et SKΦc | 11 his] eis IΦ ||

14 quasi ad amicum quasi ad fratrem meum sic ambulabam
quasi lugens mater tristis incurvabar
15 et in infirmitate mea laetabantur et congregabantur
collecti sunt adversum me percutientes et nesciebam
16 scindentes et non tacentes
in simulatione verborum fictorum frendebant contra me dentibus suis
17 Domine quanta aspicies converte animam meam a calamitatibus suis
a leonibus solitariam meam
18 confitebor tibi in ecclesia grandi
in populo forti laudabo te
19 non laetentur super me inimici mei mendaces
odientes me frustra coniventes oculo
20 non enim pacem loquuntur
sed in rapina terrae verba fraudulenta concinnant
21 et dilataverunt super me os suum
dixerunt va va vidit oculus noster
22 vidisti Domine ne taceas Domine ne elongeris a me
23 consurge et evigila in iudicium meum
Deus meus et Domine in causam meam
24 iudica me secundum iustitiam meam Domine Deus meus
et ne insultent mihi
25 ne dicant in corde suo va va va animae nostrae
ne dicant absorbuimus eum
26 confundantur et revereantur pariter
qui laetantur in adflictione mea
induantur confusione et verecundia
qui magnificantur super me
27 laudent et laetentur qui volunt iustitiam meam
et dicant semper magnificetur Dominus qui vult pacem servi sui
28 et lingua mea meditabitur iustitiam tuam tota die laudem tuam

35 PRO VICTORIA SERVI DOMINI DAVID
2 Dixit scelus impii in medio cordis eius
non esse timorem Dei ante oculos eius
3 quia dolose egit adversum eum in oculis suis
ut inveniret iniquitatem eius ad odiendum
4 verba oris eius iniquitas et dolus
cessavit cogitare benefacere
5 iniquitatem cogitat in cubili suo stabit in via non bona
malum non abiciet
6 Domine in caelo misericordia tua
fides tua usque ad nubes
7 iustitia tua quasi montes Domine
iudicium tuum abyssus multa
homines et iumenta salvos facies Domine
8 quam pretiosa est misericordia tua Domine
et filii Adam in umbra alarum tuarum sperabunt
9 inebriabuntur de pinguidine domus tuae
et torrente deliciarum tuarum potabis eos
10 quoniam tecum est fons vitae
in lumine tuo videbimus lumen
11 adtrahe misericordiam tuam scientibus te
et iustitiam tuam rectis corde
12 ne veniat mihi pes superbiae
et manus impiorum non me commoveat

15 percutientes] persequentes C | 19 coniuentes] coniuuentes R.; connuentes Σ; conuenientes F; conibentes S.; cohibentes C; *om.* A. | 23 surge FL | euigila FCΣ𝔰] uigila *cet.* | domine] dominus S; dominus meus IAK. | in causa mea FΘ; causa mea L | 25 ua[3] *om.* IAKΘS𝔥 | ne[2]] nec IAKL | obsorbuimus CAKΘ | 26 confusionem L | uerecundiam FL | 27 uult RΘL𝔥𝔰𝔐] uolunt *cet.* | sui] eius FCIΣ || **35** (𝔐 36),4 eius *om.* IAK. | cessabit F | 12 me moueat Σ.; mecum moueat L.; commoueat me C |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

[13]ibi ceciderunt qui operantur iniqui-
tatem
expulsi sunt nec potuerunt stare

36 IPSI DAVID

Prv 24,1! Noli aemulari in malignantibus
72,3; Sir 9,16 neque zelaveris facientes iniquitatem
101,12! 128,6! Is 51,12 [2]quoniam tamquam faenum velociter
arescent
et quemadmodum holera herbarum
cito decident
27,34 [3]spera in Domino et fac bonitatem
et inhabita terram et pasceris in di-
vitiis eius
Is 58,14! 19,5.7; 20,3; I Sm 1,17! [4]delectare in Domino et dabit tibi pe-
titiones cordis tui
Prv 16,3 [5]revela Domino viam tuam
et spera in eum et ipse faciet
Sir 32,20; Is 58,10! [6]et educet quasi lumen iustitiam tuam
Ier 51,10 et iudicium tuum tamquam meri-
diem
61,6 [7]subditus esto Domino et ora eum
noli aemulari in eo qui prosperatur
in via sua
in homine faciente iniustitias
[8]desine ab ira et derelinque furorem
noli aemulari ut maligneris
38! [9]quoniam qui malignantur extermi-
nabuntur
29! Is 57,13 sustinentes autem Dominum ipsi
hereditabunt terram
[10]et adhuc pusillum et non erit pecca-
tor
36; Is 41,12! et quaeres locum eius et non inve-
nies
29! Mt 5,4 [11]mansueti autem hereditabunt terram
et delectabuntur in multitudine pacis
32! 111,10; Iob 16,10; 34,16! Lam 2,16 [12]observabit peccator iustum
et stridebit super eum dentibus suis
2,4! [13]Dominus autem inridebit eum
quia prospicit quoniam veniet dies
eius
[14]gladium evaginaverunt peccatores
7,13! intenderunt arcum suum
ut decipiant pauperem et inopem
ut trucident rectos corde
[15]gladius eorum intret in corda ipso-
rum
et arcus ipsorum confringatur I Sm 2,4!
[16]melius est modicum iusto super di- Prv 15,16! 16,8; Ecl 4,6
vitias peccatorum multas
[17]quoniam brachia peccatorum con- 9,36
terentur
confirmat autem iustos Dominus
[18]novit Dominus dies inmaculato- 1,6!
rum
et hereditas eorum in aeternum erit
[19]non confundentur in tempore malo
et in diebus famis saturabuntur 32,19
[20]quia peccatores peribunt 28!
inimici vero Domini mox honorifi- 67,3
cati fuerint et exaltati
deficientes quemadmodum fumus
defecerunt
[21]mutuabitur peccator et non solvet
iustus autem miseretur et tribuet 26; 111,5!
[22]quia benedicentes ei hereditabunt
terram
maledicentes autem ei disperibunt
[23]apud Dominum gressus hominis di- Prv 16,9! 20,24; Is 26,8; Ier 10,23
rigentur
et viam eius volet
[24]cum ceciderit non conlidetur 144,14; Prv 24,16
quia Dominus subponit manum su-
am
[25]iunior fui et senui et non vidi iustum Iob 4,7; Sir 2,12
derelictum
nec semen eius quaerens panes Prv 10,3
[26]tota die miseretur et commodat 21!
et semen illius in benedictione erit 111,2
[27]declina a malo et fac bonum 3! 33,15
et inhabita in saeculum saeculi
[28]quia Dominus amat iudicium
et non derelinquet sanctos suos 144,20!
in aeternum conservabuntur IV Esr 7,17
iniusti punientur 9,6!
et semen impiorum peribit 20; 20,11

RFHI (L)WSKΦ cr 36,1 [*deest* L *usque ad* 37,12] | ipsi] *praem.* psalmus c. | 5 in eo HIWc | 6 meridie HKΦ | 7 domine HK | 13 quoniam prospicit quod WSKΦc | 14 decipiant] deiciant cr. | trucidant I | 15 ipsorum² RFr.] eorum *cet.* | 20 mox + ut c | defecerunt RFIr. 𝔊] deficient *cet.* | 21 tribuit RF | 25 et¹] etenim WSKΦc | panes RFr. 𝔊] panem *cet.* |

13 ibi ceciderunt operantes iniquitatem
expulsi sunt et non potuerunt surgere

36 DAVID

ALEPH Noli contendere cum malignis
neque aemuleris facientes iniquitatem
2 quoniam sicut herba velociter conterentur
et sicut holus viride arescent
3 BETH spera in Domino et fac bonum
peregrinare in terra et pascere fide
4 et delectare in Domino
et dabit tibi petitiones cordis tui
5 GIMEL volve super Dominum viam tuam
et confide in eo et ipse faciet
6 et educet sicut lumen iustitiam tuam
et iudicium tuum sicut meridiem
7 DELETH tace Domino et expecta eum
noli contendere adversum eum qui proficit in via sua
adversum virum qui facit quae cogitat
8 HE dimitte iram et relinque furorem
noli contendere ut malefacias
9 quoniam qui malefaciunt interibunt
expectantes autem Dominum ipsi hereditabunt terram
10 VAV adhuc enim modicum et non erit impius
et cogitabis de loco eius et non subsistet
11 mites autem hereditabunt terram
et delectabuntur in multitudine pacis
12 ZAI cogitat impius de iusto
et frendet adversum eum dentibus suis
13 Dominus deridebit eum videns quod venit dies eius
14 HETH gladium evaginaverunt impii
tetenderunt arcum suum
ut percutiant egenum et pauperem
et interficiant rectos in via
15 gladius eorum ingrediatur in cor eorum
et arcus eorum confringantur
16 TETH melius est parum iusto quam divitiae impiorum multae
17 quia brachia impiorum confringentur
sublevat autem iustos Dominus
18 IOTH novit Dominus diem inmaculatorum
et hereditas eorum aeterna erit
19 non confundentur in tempore malo
et in diebus famis saturabuntur
20 CAPH quia impii peribunt et inimici Domini gloriantes ut monocerotes
consumentur sicut fumus consumitur
21 LAMETH fenus accipit impius et non reddit
iustus autem donat et tribuit
22 quia qui benedicti fuerint ab eo hereditabunt terram
et qui maledicti interibunt
23 MEM a Domino gressus viri firmantur
et viam eius volet
24 cum ceciderit non adlidetur
quia Dominus sustentat manum eius
25 NUN puer fui siquidem senui
et non vidi iustum derelictum
neque semen eius quaerens panem
26 tota die donat et commodat
et semen eius in benedictione
27 SAMECH recede a malo et fac bonum
et habita in sempiterno
28 quia Dominus diligit iudicium
et non derelinquet sanctos suos
AIN in aeternum custoditi sunt
et semen impiorum periit

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

13 poterunt CΘ. | surgere] stare F || **36**(𝔐 37),1 *litteras hebr. om.* FIΣL𝔥 | 2 uiride arescent Σ𝔰] uiride arescunt C; uiridem arescent RFL.; uiride marcescent IAKΘS𝔥 | 6 meridie C | 7 tace + a FΣ. | 12 frendit FL | 13 quod] quoniam FΣΘ | uenit RL𝔰] ueniat F; ueniet *cet.* | 14 rectos + corde IAKS | 15 confringantur CIA𝔰𝔐] conteretur Σ.; confringatur *cet.* | 16 paruum IΣAKS | 17 quia] quoniam IAKS. | 18 dies AΘ; uiam FΣ | 21 accepit I | reddet CΘSL | donat] dat C | 23 firmabuntur FΣL | 27 et inhabita FCIAK | in sempiternum FCΣΘ𝔥 | 28 peribit IAKS𝔥 |

9! 11! Prv 2,21! 29 iusti autem hereditabunt terram
et inhabitabunt in saeculum ÷ sae-
culi: super eam
48,4; Prv 10,31 30 os iusti meditabitur sapientiam
et lingua eius loquetur iudicium
39,9; 118,11; Is 51,7 31 lex Dei eius in corde ipsius
et non subplantabuntur gressus eius
12; 9,29; Gn 37,18! 32 considerat peccator iustum
et quaerit mortificare eum
33 Dominus autem non derelinquet
eum in manus eius
nec damnabit eum cum iudicabitur
illi
31! 34 expecta Dominum et custodi viam
eius
et exaltabit te ut hereditate capias
terram
57,11! 90,8; Prv 29,16 cum perierint peccatores videbis
Iob 5,3 35 vidi impium superexaltatum
et elevatum sicut cedros Libani
36 et transivi et ecce non erat
10! et quaesivi eum et non est inventus
locus eius
37 custodi innocentiam et vide aequi-
tatem
quoniam sunt reliquiae homini paci-
fico
9! 38 iniusti autem disperibunt simul
Prv 2,22! reliquiae impiorum peribunt
39 salus autem iustorum a Domino
et protector eorum in tempore tri-
bulationis
Ier 39,18! 40 et adiuvabit eos Dominus et libera-
bit eos
et eruet eos a peccatoribus
et salvabit eos quia speraverunt in eo

37 PSALMUS DAVID IN REMEMORATIO-
NEM DE SABBATO

6,2; Ier 10,24 2 Domine ne in furore tuo arguas me
neque in ira tua corripias me
Dt 32,23! Iob 6,4; Lam 3,13 3 quoniam sagittae tuae infixae sunt
mihi
31,4 et confirmasti super me manum tuam
8; Is 1,6! 4 non est sanitas carni meae a facie
irae tuae
non est pax ossibus meis a facie pec-
catorum meorum
5 quoniam iniquitates meae super- 39,13; I Esr 9,6! Lam 1,14
gressae sunt caput meum
sicut onus grave gravatae sunt su-
per me
6 putruerunt et corruptae sunt cica-
trices meae
a facie insipientiae meae
7 miser factus sum et curvatus sum us-
que ad finem
tota die contristatus ingrediebar
8 quoniam lumbi mei impleti sunt in- Is 21,3
lusionibus
et non est sanitas in carne mea 4!
9 adflictus sum et humiliatus sum ni- 43,20; 115,10; 118,107; 141,7; Idc 6,6! Rt 1,21
mis
rugiebam a gemitu cordis mei 6,7!
10 Domine ante te omne desiderium
meum
et gemitus meus a te non est abscon-
ditus
11 cor meum conturbatum est 39,13
dereliquit me virtus mea
et lumen oculorum meorum et ip-
sum non est mecum
12 amici mei et proximi mei
adversus me adpropinquaverunt et
steterunt
et qui iuxta me erant de longe stete- 87,19! Mt 27,55! Lc 23,49
runt
13 et vim faciebant qui quaerebant ani-
mam meam
et qui inquirebant mala mihi locuti 11,3; 40,7; 108,3
sunt vanitates
et dolos tota die meditabantur Lam 3,62
14 ego autem tamquam surdus non au-
diebam
et sicut mutus non aperiens os suum 38,3.10; Is 53,7!
15 et factus sum sicut homo non au-
diens
et non habens in ore suo redarguti-
ones

RFHI (L)WSKΦ cr
33 in manibus RHSc | 38 peribunt RFHIr.] interibunt *cet.* | 39 eorum + est RHI | 40 liberauit F | in eum RΦ || 37,1 in rememoratione WSKΦ; in commemorationem F(*vid.*)I. | de] die FKΦ.; diei H; *om.* W | 4 carni meae RFIr.] in carne mea *cet.* | 5 meum + et c | 7 ad RFr.] in *cet.* | 10 te[1] + est F | 12 [*iterum adest* L] |

29 iusti hereditabunt terram
et habitabunt in saeculum super eam
30 FE os iusti meditabitur sapientiam
et lingua eius loquetur iudicium
31 lex Dei eius in corde eius non deficient gressus eius
32 SADE considerat impius iustum
et quaerit ut occidat eum
33 Dominus non derelinquet eum in manu eius
et non condemnabit eum cum iudicatur
34 COPH expecta Dominum et custodi viam eius
et exaltabit te ut possideas terram
cum interibunt impii videbis
35 RES vidi impium robustum et fortissimum sicut indigenam virentem
36 et transivi et ecce non erat
et quaesivi eum et non est inventus
37 SEN custodi simplicitatem et vide rectum
quia erit ad extremum viro pax
38 iniqui autem delebuntur pariter
et novissimum impiorum peribit
39 THAV salus iustorum a Domino
fortitudo eorum in tempore tribulationis
40 et auxiliabitur eis Dominus
et salvabit eos ab impiis quia speraverunt in eo

37 CANTICUM DAVID IN COMMEMORATIONE
2 Domine ne in ira tua arguas me
neque in furore tuo corripias me
3 quia sagittae tuae infixae sunt mihi
et tetigit me manus tua
4 non est sanitas in carne mea a facie indignationis tuae
non est pax ossibus meis a facie peccati mei
5 quia iniquitates meae transierunt caput meum
quasi onus grave adgravatae sunt super me
6 conputruerunt et tabuerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae
7 adflictus sum et incurvatus nimis
tota die maerens ambulabam
8 quia lumbi mei repleti sunt ignominia
et non est sanitas in carne mea
9 evigilavi et adflictus sum nimis
rugiebam a gemitu cordis mei
10 Domine in conspectu tuo omne desiderium meum
et gemitus meus a te non est absconditus
11 cor meum fluctuabat dereliquit me fortitudo mea
et lux oculorum meorum etiam ipsa non est mecum
12 cari mei et amici mei quasi contra lepram meam steterunt
et vicini mei longe steterunt
13 et inruebant quaerentes animam meam et investigantes mala mihi
loquebantur insidias et dolos tota die meditabantur
14 ego autem quasi surdus non audiebam
et quasi mutus non aperiebam os meum
15 et eram quasi homo non audiens
nec habens in ore suo redargutiones

29 et inhabitabunt CAKΘ | 31 eius[2] + et C | 33 in manus IAKSђ. | iudicabitur CΣ | 34 exaltauit F | 35 indigena CL || **37**(𝔐 38),1 in commemorationem RL. | ~ dauid in comm. canticum CΣ | 7 incuruatus FCΣꞩ] + sum *cet.* | 15 redargutiones] increpationes C |

RFCI ΣAKΘSL ђꞩ

16 quoniam in te Domine speravi
tu exaudies Domine Deus meus
12,5; 24,3; 29,2; Sir 23,3 17 quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei
93,18 et dum commoventur pedes mei
super me magna locuti sunt
18 quoniam ego in flagella paratus
et dolor meus in conspectu meo semper
31,5! 50,5! 19 quoniam iniquitatem meam adnuntiabo
÷ et : cogitabo pro peccato meo
24,19! 68,5 20 inimici autem mei vivent et firmati sunt super me
et multiplicati sunt qui oderunt me inique
34,12! 21 qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi
quoniam sequebar bonitatem
26,9! 22 non derelinquas me Domine Deus meus ne discesseris a me
69,2 23 intende in adiutorium meum Domine salutis meae

38 IN FINEM IDITHUN CANTICUM DAVID

2 Dixi custodiam vias meas
Sir 22,33 ut non delinquam in lingua mea
140,3 posui ori meo custodiam
cum consisteret peccator adversum me
37,14; Ier 20,9 3 obmutui et humiliatus sum et silui a bonis
et dolor meus renovatus est
Lc 24,32 4 concaluit cor meum intra me
et in meditatione mea exardescet ignis
5 locutus sum in lingua mea
notum fac mihi Domine finem meum
Iob 10,20! et numerum dierum meorum quis est
ut sciam quid desit mihi
Sir 37,28 6 ecce mensurabiles posuisti dies meos
et substantia mea tamquam nihilum ante te
verumtamen universa vanitas omnis homo vivens 61,10; 143,4; Ecl 1,2!
DIAPSALMA
7 verumtamen in imagine pertransit homo 72,20! Ecl 2,18.19
sed et frustra conturbatur
thesaurizat et ignorat cui congregabit ea Lc 12,20
8 et nunc quae est expectatio mea nonne Dominus
et substantia mea apud te est
9 ab omnibus iniquitatibus meis erue me II Sm 22,3!
obprobrium insipienti dedisti me
10 obmutui ÷ et : non aperui os meum quoniam tu fecisti 37,14!
11 amove a me plagas tuas
12 a fortitudine manus tuae ego defeci
in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem Tb 13,5!
et tabescere fecisti sicut araneam animam eius
verumtamen vane ÷ conturbatur : omnis homo
DIAPSALMA
13 exaudi orationem meam Domine 53,4!
et deprecationem meam
auribus percipe lacrimas meas
ne sileas quoniam advena sum apud te et peregrinus I Par 29,15!
sicut omnes patres mei
14 remitte mihi ut refrigerer
priusquam abeam et amplius non ero

39 IN FINEM DAVID PSALMUS

2 Expectans expectavi Dominum et intendit mihi
3 et exaudivit preces meas
et eduxit me de lacu miseriae et de luto fecis 68,15
et statuit super petram pedes meos 26,6!
et direxit gressus meos

RFHI LWSKΦ cr 16 exaudies + me R c | 18 paratus + sum RHI c | 20 uiuunt LWS c | firmati RFL r.] confirmati *cet.* | 21 retribuebant F | 22 non] ne FW c | 23 domine + deus c || **38**,1 finem + pro FHWK; + ipsi c. | canticum dauid] psalmus HW. | 4 exardescit RK | 6 diapsalma *om.* WS c | 7 in imaginem H; imagine K. | 12 aranea RL. | diapsalma *om.* IWSK c | 13 aduena + ego WSKΦ c || **39**,1 dauid psalmus] psalmus dauid RIWK; psalmus ipsi dauid c. |

16 te enim Domine expectabam
tu exaudies Domine Deus meus
17 quia dixi ne forte insultent mihi
et cum vacillaverint pedes mei super me magnificentur
18 quia ego ad plagas paratus
et dolor meus contra me est semper
19 quia iniquitatem meam adnuntio
sollicitus ero pro peccato meo
20 inimici autem mei viventes confortati sunt
et multiplicati sunt odientes me mendaciter
21 et qui reddunt malum pro bono adversabantur mihi
quia sequebar bonum
22 ne derelinquas me Domine Deus meus ne elongeris a me
23 festina in auxilium meum Domine salutis meae

38 PRO VICTORIA IDITHUN CANTICUM DAVID

2 Dixi custodiam vias meas ne peccem in lingua mea
custodiam os meum silentio donec est impius contra me
3 obmutui silentio tacui de bono
et dolor meus conturbatus est
4 incaluit cor meum in medio mei
in meditatione mea incensus sum igni
5 locutus sum lingua mea
ostende mihi Domine finem meum
et mensuram dierum meorum quae sit
ut sciam quid mihi desit
6 ecce breves posuisti dies meos
et vita mea quasi non sit in conspectu tuo
omnia enim vanitas omnis homo stans

SEMPER

7 tantum in imagine ambulat homo
tantum frustra turbatur
congregat et ignorat cui dimittat ea
8 nunc ergo quid expecto Domine praestolatio mea tu es
9 ab omnibus iniquitatibus meis libera me
obprobrium stulto ne ponas me
10 obmutui non aperiam os meum quia tu fecisti
11 tolle a me plagas tuas
12 a contentione manus tuae ego consumptus sum
in increpationibus pro iniquitate corripuisti virum
et posuisti quasi tineam desiderabilia eius
verumtamen vanitas omnis homo

SEMPER

13 audi orationem meam Domine et clamorem meum exaudi
ad lacrimam meam ne obsurdescas
quia advena ego sum apud te
et peregrinus sicut omnes patres mei
14 parce mihi ut rideam
antequam vadam et non subsistam

39 PRO VICTORIA DAVID CANTICUM

2 Expectans expectavi Dominum et inclinatus est ad me
3 et audivit clamorem meum
et eduxit me de lacu famoso de luto caeni
et statuit super petram pedes meos
stabilivit gressus meos

22 me[1] *om.* RCL. ‖ **38** (𝔐 39), 5 mihi deest IAK.; desit mihi FΣL | 6 semper *om.* I | 7 in imaginem RFC.; imagine K | dimittet C | 10 non] et non IΘ | aperui FΘ | 12 propter iniquitatem CS | tinea FΣΘ | semper *om.* IK ‖ **39** (𝔐 40), 3 fumoso R; sonitus Θ; + et FAL | super petra R.; supra petram SL; supra petra C | meos[1] + et I |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

[4] et inmisit in os meum canticum novum
carmen Deo nostro
51,8; 63,9.10 videbunt multi et timebunt
et sperabunt in Domino
33,9! [5] beatus vir cuius est nomen Domini spes ipsius
100,3 et non respexit in vanitates et insanias falsas
70,19! 76,14.15! [6] multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua
91,6! Is 55,9 et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi
adnuntiavi et locutus sum
multiplicati sunt super numerum
50,18! Os 6,6! [7] sacrificium et oblationem noluisti
Is 50,5 aures autem perfecisti mihi
7—9: 1 Sm 15,22! Hbr 10,5–7 holocaustum et pro peccato non postulasti
[8] tunc dixi ecce venio
in capite libri scriptum est de me
[9] ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui
36,31! et legem tuam in medio cordis mei
34,18! [10] adnuntiavi iustitiam in ecclesia magna
ecce labia mea non prohibebo Domine tu scisti
[11] iustitiam tuam non abscondi in corde meo
veritatem tuam et salutare tuum dixi
non abscondi misericordiam tuam
et veritatem tuam a concilio multo
21,20 [12] tu autem Domine ne longe facias miserationes tuas a me
misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me
I Esr 9,6! [13] quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus
37,5! Or Man 9 conprehenderunt me iniquitates meae et non potui ut viderem
multiplicatae sunt super capillos capitis mei
37,11 et cor meum dereliquit me

[14] conplaceat tibi Domine ut eruas me 14—18: 69,2–6
Domine ad adiuvandum me respice 21,20; 70,12.13!
[15] confundantur et revereantur simul 6,11! 34,4! 82,18
qui quaerunt animam meam ut auferant eam
convertantur retrorsum
et revereantur qui volunt mihi mala
[16] ferant confestim confusionem suam
qui dicunt mihi euge euge
[17] exultent et laetentur super te omnes quaerentes te 34,27
et dicant semper magnificetur Dominus
qui diligunt salutare tuum
[18] ego autem mendicus sum et pauper 68,30! 85,1; 108,22
Dominus sollicitus est mei
adiutor meus et protector meus tu es 27,7! Sir 51,2
Deus meus ne tardaveris

40 IN FINEM PSALMUS DAVID

[2] Beatus qui intellegit super egenum et pauperem
in die mala liberabit eum Dominus
[3] Dominus conservet eum et vivificet eum
et beatum faciat eum in terra
et non tradat eum in animam inimicorum eius 26,12
[4] Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius
universum stratum eius versasti in infirmitate eius
[5] ego dixi Domine miserere mei 6,3
sana animam meam quoniam peccavi tibi
[6] inimici mei dixerunt mala mihi
quando morietur et peribit nomen eius
[7] et si ingrediebatur ut videret vane loquebatur 11,3; 37,13!
cor eius congregavit iniquitatem sibi
egrediebatur foras et loquebatur [8] in id ipsum
adversum me susurrabant omnes inimici mei 55,6!

RFHI LWSKΦ cr 5 ipsius FHILr.] eius *cet.* | 6 qui] quis FILWKΦ | 10 iustitiam + tuam WSKΦc | 12 ne e longe I. | 18 tu *om.* HI. || 40,1 psalmus + ipsi c. | 2 liberauit FLSK | 5 quoniam] quia Ic | 7 uane RFLKΦr. 𝔊] uana *cet.* |

4 et dedit in ore meo canticum novum
laudem Deo nostro
videbunt multi et timebunt et sperabunt in Domino
5 beatus vir qui posuit Dominum confidentiam suam
et non est aversus ad superbias pompasque mendacii
6 multa fecisti tu Domine Deus meus
mirabilia tua
et cogitationes tuas pro nobis
non invenio ordinem coram te si narrare voluero et numerare
plura sunt quam ut narrari queant
7 victima et oblatione non indiges
aures fodisti mihi holocaustum et pro peccato non petisti
8 tunc dixi ecce venio
in volumine libri scriptum est de me
9 ut facerem placitum tibi Deus meus volui
et legem tuam in medio ventris mei
10 adnuntiavi iustum in ecclesia multa
ecce labia mea non prohibebo Domine tu nosti
11 iustitiam tuam non abscondi in medio cordis mei
fidem tuam et salutare tuum dixi
non abscondi misericordiam tuam
et veritatem tuam in ecclesia multa
12 tu Domine non prohibebis misericordias tuas a me
misericordia tua et veritas iugiter servabunt me
13 circumdederunt enim me mala quorum non est numerus
conprehenderunt me iniquitates meae et non potui videre
plures factae sunt quam capilli capitis mei
et cor meum dereliquit me
14 placeat tibi Domine ut liberes me
Domine ad adiuvandum me festina
15 confundantur et revereantur simul
quaerentes animam meam ut auferant eam
convertantur retrorsum et confundantur qui volunt mala mihi
16 pereant post confusionem suam qui dicunt mihi va va
17 gaudeant et laetentur in te qui quaerunt te
dicant iugiter magnificetur Dominus
qui diligunt salutare tuum
18 ego autem sum egens et pauper
Dominus sollicitus erit pro me
auxilium meum et salutare meum tu Deus meus ne moreris

40 PRO VICTORIA CANTICUM DAVID

2 Beatus qui cogitat de paupere
in die mala salvabit eum Dominus
3 Dominus custodiet eum et vivificabit eum
et beatus erit in terra
et non tradet eum animae inimicorum suorum
4 Dominus confortabit eum in lecto infirmitatis
totum stratum eius vertisti in aegrotatione sua
5 ego dixi Domine miserere mei
sana animam meam quoniam peccavi tibi
6 inimici mei loquentur malum mihi
quando morietur et periet nomen eius
7 et si venerit ut visitet vana loquetur cor eius
congregabit iniquitatem sibi
et egrediens foras detrahet
8 simul adversum me murmurabant
omnes odientes me

5 dominum] deum IΘL | 6 meus *om.* FΣ | inueni RΘ | et enumerare FCΣSḃ | 7 uictimam et oblationem CΣ; uictimam et oblationes Θ | 9 et *om.* F | 10 iustum] iustitiam tuam RΘ | 12 et ueritas Fs] *om.* R.; et ueritas tua *cet.* | 13 facti FΘL | 15 ~ mihi mala RFΣKSLḃ | 18 egenus FCΣΘ | tu + es FΣAKSḃ || **40(𝔐 41)**,3 tradat RFIAK | 4 confortauit FΣΘ. | uersasti F | 7 uane RFΣ | loquitur C | congregauit FΣΘ |

RFCIΣAKΘSLḃs

adversus me cogitabant mala mihi
9 verbum iniquum constituerunt adversus me
numquid qui dormit non adiciet ut resurgat
54,14.15; Ier 20,10; Abd 7 10 etenim homo pacis meae in quo speravi
Mt 26,23; Mc 14,18; Lc 22,21; Io 13,18 qui edebat panes meos magnificavit super me subplantationem
11 tu autem Domine miserere mei
et resuscita me et retribuam eis
12 in hoc cognovi quoniam voluisti me
quoniam non gaudebit inimicus meus super me
13 me autem propter innocentiam suscepisti
et confirmasti me in conspectu tuo in aeternum
71,18; 88,53; 105,48! 14 benedictus Dominus Deus Israhel
I Sm 25,32! a saeculo et in saeculum fiat fiat

41 IN FINEM IN INTELLECTUM FILIIS CORE

Ioel 1,20 2 Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum
ita desiderat anima mea ad te Deus
62,2; 142,6 3 sitivit anima mea ad Deum ※fortem: vivum
Apc 22,4 quando veniam et parebo ante faciem Dei
79,6 4 fuerunt mihi lacrimae meae panis die ac nocte
11; 78,10! Ioel 2,17; Mi 7,10 dum dicitur mihi cotidie ubi est Deus tuus
I Sm 1,15! 5 haec recordatus sum et effudi in me animam meam
26,4! quoniam transibo in loco tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei
in voce exultationis et confessionis sonus epulantis
12; 42,5; I Sm 1,8! Mt 26,38! 6 quare tristis es anima mea et quare conturbas me
spera in Deo quoniam confitebor illi
salutare vultus mei 7 Deus meus
ad me ipsum anima mea conturbata est Lam 1,20!
propterea memor ero tui
de terra Iordanis et Hermoniim a monte modico
8 abyssus ※ad: abyssum invocat
in voce cataractarum tuarum
omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt 87,8; Ion 2,4
9 in die mandavit Dominus misericordiam suam
et nocte canticum eius
apud me oratio Deo vitae meae
10 dicam Deo susceptor meus es quare oblitus es mei 42,2
quare contristatus incedo
dum adfligit me inimicus
11 dum confringuntur ossa mea exprobraverunt mihi qui tribulant me
dum dicunt mihi per singulos dies ubi est Deus tuus 4!
12 quare tristis es anima mea et quare conturbas me 6! 42,5
spera in Deum quoniam ※adhuc: confitebor illi
salutare vultus mei ※et: Deus meus

42 PSALMUS DAVID

Iudica me Deus et discerne causam meam de gente non sancta 9,5! 34,23
ab homine iniquo et doloso erue me 139,2!
2 quia tu es Deus fortitudo mea quare me reppulisti 41,10
quare tristis incedo dum adfligit me inimicus
3 emitte lucem tuam et veritatem tuam
ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum
et in tabernacula tua
4 et introibo ad altare Dei

RFHI LWSKΦ cr

14 et + usque c || **41**,1 in intellectum r. 𝔊] intellectum RLΦ; intellectus *cet.* | 3 apparebo RIc | 4 panis RFLr𝔊 *He*] panes *cet.* | 5 in loco RFr.𝔊] in locum *cet.* | 6 quoniam + adhuc HIWSKΦc | 7 deus] *praem.* et c, *cf. Su* | 8 ad RLΦr, *cf.* 𝔐] *om. cet.* | 9 et in nocte HI. | 10 mei + et c | 11 me + inimici mei WSKΦc, *cf. Su* | 12 in deum RLΦr. 𝔊] in deo *cet.* || **42**,1 psalmus] *praem.* in finem I | 2 reppulisti + et Wc | 3 adduxerunt + me HL. | 4 et *om.* F |

contra cogitabant malum mihi
[9] verbum diabuli infundebant sibi
qui dormivit non addet ut resurgat
[10] sed et homo pacificus meus in quo habui fiduciam
qui manducabat panem meum levavit contra me plantam
[11] tu autem Domine miserere mei
et leva me ut reddam eis
[12] in hoc cognovi quod velis me
quia non insultavit inimicus meus mihi
[13] ego autem in simplicitate mea adiutus sum a te
et statues me ante faciem tuam in perpetuum
[14] benedictus Dominus Deus Israhel
a saeculo et usque in saeculum amen amen

41 PRO VICTORIA DOCTISSIMI FILIORUM CORE

Ps 142,6 [2] Sicut areola praeparata ad inrigationes aquarum
sic anima mea praeparata est ad te Deus
[3] sitivit anima mea Deum fortem viventem
quando veniam et parebo ante faciem tuam
[4] fuerunt mihi lacrimae meae panis per diem ac noctem
cum diceretur mihi tota die ubi est Deus tuus
[5] horum recordatus sum et effudi in me animam meam
quia veniam ad umbraculum tacebo usque ad domum Dei
in voce laudis et confessionis multitudinis festa celebrantis
[6] quare incurvaris anima mea et conturbas me
expecta Dominum quia adhuc confitebor ei salutaribus vultus eius
[7] Deus meus in memet ipso anima mea incurvatur
propterea recordabor tui de terra Iordanis et Hermoniim de monte minimo
[8] abyssus abyssum vocat in voce cataractarum tuarum
omnes gurgites tui et fluctus tui super me transierunt
[9] per diem mandavit Dominus misericordiam suam et in nocte canticum eius
mecum oratio Deo vitae meae
[10] dicam Deo petra mea quare oblitus es mei
quare tristis incedo adfligente inimico
[11] cum me interficerent in ossibus meis exprobraverunt mihi hostes mei
dicentes tota die ubi est Deus tuus
[12] quare incurvaris anima mea et conturbas me
expecta Dominum quoniam adhuc confitebor ei salutibus vultus mei et Deo meo

42 Iudica me Deus et discerne causam meam a gente non sancta
a viro doloso et iniquo salva me
[2] tu enim Deus fortitudo mea quare proiecisti me
quare tristis incedo adfligente inimico
[3] mitte lucem tuam et veritatem tuam
ipsae ducent me et introducent ad montem sanctum tuum et ad tabernaculum tuum
[4] et introibo ad altare tuum

8 contra *om.* C; + me FΣL 𝔥 | 9 qui] quia FΣL | 10 leuabit R | 11 et eleua IAK | ut] et R | 12 quia] quoniam C | insultabit CIAKS 𝔥 | 13 in simplicitatem meam IA. | 14 et *om.* C || **41** (𝔐 42), 3 ad deum RFΣΘL 𝔥 | fortem] fontem C | et apparebo RΣ | 4 panes RIAKSL 𝔥 | 5 celebrantes RΘ. | 6 dominum] deum IS 𝔥 | eius] mei I | 7 in me ipso RΣAKΘL 𝔥 | 8 inuocat CΣΘ | 10 deo + meo C | 12 dominum] deum RF | salutaribus CΣΘL 𝔥 || **42** (𝔐 43), 1 iudica] *praem.* psalmus dauid FΣ; *praem.* dauid L. | a[1]] de FΣΘ | salua] libera FL | 2 enim + es RFCΘL 𝔥 | 3 ad[2]] in IAK |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

ad Deum qui laetificat iuventutem
meam
32,2! 70,22; 97,5! 146,7 confitebor tibi in cithara Deus Deus
meus
41,6! 12 5 quare tristis es anima mea et quare
conturbas me
spera in Deum quoniam ※adhuc:
confitebor illi
salutare vultus mei ※et: Deus meus

43 IN FINEM FILIIS CORE AD INTELLECTUM

77,3 2 Deus auribus nostris audivimus
Dt 32,7! patres nostri adnuntiaverunt nobis
76,12! opus quod operatus es in diebus eorum in diebus antiquis
79,9; Sir 10,18.20 3 manus tua gentes disperdit et plantasti eos
adflixisti populos et expulisti eos
4 nec enim in gladio suo possederunt
terram
et brachium eorum non salvavit eos
sed dextera tua et brachium tuum
et inluminatio faciei tuae
quoniam conplacuisti in eis
5,3; 73,12! 5 tu es ipse rex meus et Deus meus
qui mandas salutes Iacob
Dt 33,17! 6 in te inimicos nostros ventilabimus
cornu
et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis
7 non enim in arcu meo sperabo
et gladius meus non salvabit me
8 salvasti enim nos de adfligentibus
nos
et odientes nos confudisti
9 in Deo laudabimur tota die
et in nomine tuo confitebimur in saeculum

DIAPSALMA

59,3.12; 88,39 10 nunc autem reppulisti et confudisti
nos
et non egredieris in virtutibus nostris
11 avertisti nos retrorsum post inimicos
nostros
et qui oderunt nos diripiebant sibi
12 dedisti nos tamquam oves escarum 22!
et in gentibus dispersisti nos 105,27; Dt 4,27!
13 vendidisti populum tuum sine pretio Is 52,3!
et non fuit multitudo in commutationibus nostris
14 posuisti nos obprobrium vicinis 30,12! 78,4! Ier 20,7! 8
nostris
subsannationem et derisum his qui 21,8! Iob 12,4!
in circuitu nostro
15 posuisti nos in similitudinem genti- 68,12; Iob 17,6!
bus
commotionem capitis in populis
16 tota die verecundia mea contra me
est
et confusio faciei meae cooperuit me 68,8; Ier 3,25!
17 a voce exprobrantis et obloquentis
a facie inimici et persequentis
18 haec omnia venerunt super nos nec
obliti sumus te
et inique non egimus in testamento
tuo
19 et non recessit retrorsum cor nostrum
et declinasti semitas nostras a via tua
20 quoniam humiliasti nos in loco ad- 37,9!
flictionis
et cooperuit nos umbra mortis
21 si obliti sumus nomen Dei nostri
et ÷ si: expandimus manus nostras
ad deum alienum
22 nonne Deus requiret ista
ipse enim novit abscondita cordis
quoniam propter te mortificamur Rm 8,36; II Cor 4,11
omni die
aestimati sumus sicut oves occisio- 12; Is 53,7!
nis
23 exsurge quare dormis Domine
exsurge ÷ et: ne repellas in finem
24 quare faciem tuam avertis 12,1! 87,15
oblivisceris inopiae nostrae et tribulationis nostrae

RFHI LW(S)KΦ cr

5 in deo WK c ‖ 43,2 eorum + et F c | 3 disperdet H.; disperdidit Φ c | 4 nec] non HI | faciei tuae] uultus tui WSKΦ c | 6 cornu *om.* FL. | spernimus FHSKΦ | in nos F; nobis SΦ | 8 de] ex I | 9 in² *om.* RL. | diapsalma *om.* WS c | 10 egredieris + deus W c, *cf. Su* | 13 nostris] eorum WSKΦ c | 14 qui + sunt HIWSKΦ c | 19 retro WSKΦ c | 22 omni] tota WSKΦ c | ouis FS. | 23 [*deest* S *usque ad* 45,7] | obdormis HIK c | et *om.* F |

ad Deum laetitiae et exultationis meae
et confitebor tibi in cithara Deus Deus meus
5 quare incurvaris anima mea et quare conturbas me
expecta Dominum quoniam adhuc confitebor ei salutibus vultus mei et Deo meo

43 PRO VICTORIA FILIORUM CORE ERUDITIONIS

2 Deus auribus nostris audivimus
patres nostri narraverunt nobis
opus quod operatus es in diebus eorum in diebus antiquis
3 tu manu tua gentes delisti et plantasti eos
adflixisti populos et emisisti eos
4 non enim in gladio suo possederunt terram
neque brachium eorum salvavit eos
sed dextera tua et brachium tuum et lux vultus tui
quia conplacuisti tibi
5 tu es rex meus Deus praecipe pro salutibus Iacob
6 in te hostes nostros ventilabimus
in nomine tuo conculcabimus adversarios nostros
7 non enim in arcu meo confidam
neque gladius meus salvabit me
8 quia salvasti nos de hostibus nostris
et eos qui oderant nos confudisti
9 in Domino gaudebimus tota die
et in nomine tuo in aeternum confitebimur

SEMPER

10 verum tu proiecisti et confudisti nos
et non egredieris in exercitibus nostris
11 vertisti terga nostra hosti
et qui oderant nos diripuerunt nos
12 dedisti nos quasi gregem ad vorandum
et in gentibus dispersisti nos
13 vendidisti populum tuum sine pretio
nec grandis fuit commutatio eorum
14 posuisti nos obprobrium vicinis nostris
subsannationem et inrisum his qui erant in circuitu nostro
15 posuisti nos similitudinem in gentibus
commotionem capitis in tribubus
16 tota die confusio mea contra me
et ignominia faciei meae cooperuit me
17 a voce exprobrantis et blasphemantis
a facie inimici et ultoris
18 omnia haec venerunt super nos et non sumus obliti tui
nec mentiti fuimus in pacto tuo
19 non est conversum retro cor nostrum
nec declinaverunt gressus nostri a semita tua
20 quoniam deiecisti nos in loco draconum
et operuisti nos umbra mortis
21 si obliti sumus nominis Dei nostri et expandimus manus nostras ad deum alienum
22 numquid non Deus investigabit istud
ipse enim novit cogitationes cordis
quoniam propter te mortificati sumus tota die
reputati sumus ut grex occisionis
23 consurge quare dormitas Domine
evigila quare proicis nos in sempiternum
24 quare faciem tuam abscondis
oblivisceris adflictiones et angustias nostras

5 dominum] deum RISh | salutaribus ΣΘh; salutare C | et deus meus F; *om.* Σ. || **43**(𝔐 **44**),3 eos[1]] eas RFCL | 5 pro *om.* F | 6 uentilauimus CL; + et RC | conculcauimus FL | 8 oderunt ΣAKSh | 9 in deo CΘ | semper *om.* I | 11 oderunt FΣAKΘSh | 18 ~ obliti non sumus IAKS. | in pactu IΣ; in conspectu AK | 19 non] nec C | 20 operuit CIAKS | 21 nomen FC | et + si IAK | 22 inuestigauit FΣA; inuestigat R. | 23 euigilare IAK.; uigila Θ | proiecis AK.; proiecisti SLh | 24 abscondes FL | adflictionis R ||

RFCI ΣAKΘSL hs

118,25; 142,3 25 quoniam humiliata est in pulvere anima nostra
conglutinatus est in terra venter noster
26 exsurge adiuva nos
et redime nos propter nomen tuum

44 IN FINEM PRO HIS QUI COMMUTABUNTUR FILIIS CORE AD INTELLECTUM CANTICUM PRO DILECTO

2 Eructavit cor meum verbum bonum
dico ego opera mea regi
lingua mea calamus scribae velociter scribentis
3 speciosus forma prae filiis hominum
Sir 21,19! diffusa est gratia in labiis tuis
20,7 propterea benedixit te Deus in aeternum
4 accingere gladio tuo super femur tuum potentissime
5 specie tua et pulchritudine tua
et intende prospere procede et regna
propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam
et deducet te mirabiliter dextera tua
Is 5,28! 6 sagittae tuae acutae
populi sub te cadent
in corde inimicorum regis
9,8! 88,5! 92,2 7 sedis tua Deus in saeculum saeculi
7,8: Hbr 1,8.9 virga directionis virga regni tui
5,7! 10,8; Is 61,8 8 dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem
propterea unxit te Deus Deus tuus
oleo laetitiae prae consortibus tuis
Ct 4,11 9 murra et gutta et cassia a vestimentis tuis
a domibus eburneis ex quibus delectaverunt te
10 filiae regum in honore tuo
adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate
11 audi filia et vide et inclina aurem tuam
et obliviscere populum tuum et domum patris tui Gn 41,51
12 et concupiscet rex decorem tuum
quoniam ipse est dominus tuus et adorabunt eum
13 ※et: filiae Tyri in muneribus
vultum tuum deprecabuntur divites plebis III Rg 10,24; II Par 9,23
14 omnis gloria eius filiae regis ab intus
in fimbriis aureis 15 circumamicta varietatibus
adducentur regi virgines post eam
proximae eius adferentur tibi
16 adferentur in laetitia et exultatione Ct 1,3
adducentur in templum regis
17 pro patribus tuis nati sunt tibi filii
constitues eos principes super omnem terram Gn 41,41!
18 memor ero nominis tui
in omni generatione et generatione
propterea populi confitebuntur tibi 78,13!
in aeternum et in saeculum saeculi

45 IN FINEM PRO FILIIS CORE PRO ARCANIS PSALMUS

2 Deus noster refugium et virtus
adiutor in tribulationibus quae invenerunt nos nimis
3 propterea non timebimus dum turbabitur terra
et transferentur montes in cor maris
4 sonaverunt et turbatae sunt aquae eorum Idc 5,5!
conturbati sunt montes in fortitudine eius Is 5,25

DIAPSALMA

5 fluminis impetus laetificat civitatem Dei
sanctificavit tabernaculum suum Altissimus III Rg 9,7

RFHI (L)WKΦ cr

26 exsurge FLKΦr *Hi*] + domine *cet. Su* ‖ **44**,1 his] iis c. | qui] quae RF. | 3 benedixit] unxit FL | 5 et intende et FL; intende R c | deducit RF. | 6 in corda c | 9 ~ te delectauerunt F | 12 dominus + deus HIK c | et adorabunt] adora HI. | 13 ※ et: *om.* R, *sed cf. vers. syro-hexapl.* | filia R r. | deprecabuntur + omnes c | 15 [*deest* L *usque ad* 45,2] | proximi FW | 18 memores erunt c | et generationem c ‖ **45**,1 pro¹ RIK r] *om. cet.* | psalmus + dauid FΦ. | 2 [*iterum adest* L] | 3 turbatur RH. | 4 sonuerunt I c | diapsalma *om.* HWK c |

25 quoniam incurvata est in pulvere anima nostra
adhesit terrae venter noster
26 surge auxiliare nobis
et redime nos propter misericordiam tuam

44 VICTORI PRO LILIIS FILIORUM CORE ERUDITIONIS CANTICUM AMANTISSIMI

2 Eructavit cor meum verbum bonum
dico ego opera mea regi
lingua mea stilus scribae velocis
3 decore pulchrior es filiis hominum
effusa est gratia in labiis tuis
propterea benedixit tibi Deus in aeternum
4 accingere gladio tuo super femur fortissime
5 gloria tua et decore tuo
decore tuo prospere ascende
propter veritatem et mansuetudinem iustitiae
et docebit te terribilia dextera tua
6 sagittae tuae acutae populi sub te cadent
in corde inimicorum regis
7 thronus tuus Deus in saeculum et in aeternum
sceptrum aequitatis sceptrum regni tui
8 dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem
propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis
9 zmyrna et stacte et cassia in cunctis vestimentis tuis de domibus eburneis
quibus laetificaverunt te 10 filiae regum in honore tuo
stetit coniux in dextera tua in diademate aureo
11 audi filia et vide et inclina aurem tuam
et obliviscere populi tui et domus patris tui
12 et concupiscet rex decorem tuum
quia ipse est dominus tuus et adora eum
13 et o filia fortissimi
in muneribus faciem tuam deprecabuntur divites populi
14 omnis gloria filiae regis intrinsecus
fasceis aureis vestita est
15 in scutulatis ducetur ad regem
virgines sequentur eam
amicae eius ducentur illuc
16 ducentur in laetitiis et exultatione
ingredientur thalamum regis
17 pro patribus tuis erunt filii tibi
pones eos principes in universa terra
18 recordabor nominis tui in omni generatione et generatione
propterea populi confitebuntur tibi in saeculum et in aeternum

45 VICTORI FILIORUM CORE PRO IUVENTUTIBUS CANTICUM

2 Deus nostra spes et fortitudo
auxilium in tribulationibus inventus es validum
3 ideo non timebimus cum fuerit translata terra
et concussi montes in corde maris
4 sonantibus et intumescentibus gurgitibus eius
et agitatis montibus in potentia eius SEMPER
5 fluminis divisiones laetificant civitatem Dei
sanctum tabernaculum Altissimi

44 (𝔐 45), 1 liliis] filiis FCΣL | 3 es] est IA. | 4 femur + tuum F | fortissimo IAK.; potentissime L | 5 decore tuo² *om.* CASL | iustitiae] et iustitiae F.; et iustitiam IAKS. | terribiliter IAKS. | 9 zmyrna] smyrra S.; myrra CKΘ; murra A.; mirra Σ | stacten CΣΘ | 12 dominus] deus Θ; dominus deus CIΣAK | adorabunt C | 13 et o] esto CΣ; et ΘS. | 15 ducetur] ducitur L.; ducentur RK.; deducetur S. | 17 filiae tibi R.; tibi filii I; filii tui A || **45** (𝔐 46), 2 noster FIAK | 3 in cor RIA. | 4 semper *om.* I | 5 laetificat FL. |

RFCI
ΣAKΘSL
𝔥s

6 Deus in medio eius non commove-
bitur
89,14; 142,8 adiuvabit eam Deus mane diluculo
7 conturbatae sunt gentes inclinata
sunt regna
75,9 dedit vocem suam mota est terra
8 Dominus virtutum nobiscum
susceptor noster Deus Iacob
DIAPSALMA
65,5; Nm 14,22! 9 venite et videte opera Domini
quae posuit prodigia super terram
67,31; Idt 16,3! Os 2,18! 10 auferens bella usque ad finem terrae
75,4; 1 Sm 2,4! Ez 39,9 arcum conteret et confringet arma
et scuta conburet in igne
Ex 8,22! 11 vacate et videte quoniam ego sum
Deus
exaltabor in gentibus exaltabor in
terra
12 Dominus virtutum nobiscum
susceptor noster Deus Iacob

46 IN FINEM PRO FILIIS CORE PSALMUS
66,4.6; 67,33! 2 Omnes gentes plaudite manibus
iubilate Deo in voce exultationis
Dt 7,21! Mal 1,14 3 quoniam Dominus excelsus terribilis
rex magnus super omnem terram
17,48! 4 subiecit populos nobis
et gentes sub pedibus nostris
Dt 32,9! 5 elegit nobis hereditatem suam
speciem Iacob quam dilexit
DIAPSALMA
6 ascendit Deus in iubilo
Dominus in voce tubae
67,33; Idc 5,3! Ier 20,13 7 psallite Deo nostro psallite
97,6! psallite regi nostro psallite
21,29! Is 54,5; Za 14,9 8 quoniam rex omnis terrae Deus
psallite sapienter
9 regnavit Deus super gentes
Apc 7,10! Deus sedit super sedem sanctam
suam
47,5! 10 principes populorum congregati sunt
cum Deo Abraham
quoniam Dei fortes terrae vehemen-
ter elevati sunt

47 CANTICUM PSALMI FILIIS CORE SECUN-
DA SABBATI
2 Magnus Dominus et laudabilis nimis 95,4! 144,3; Tb 13,1
in civitate Dei nostri in monte sancto 98,2!
eius
3 fundatur exultatione universae terrae
montes Sion latera aquilonis Is 14,13
civitas regis magni
4 Deus in domibus eius cognoscitur
cum suscipiet eam
5 quoniam ecce reges congregati sunt 2,2! 46,10
convenerunt in unum
6 ipsi videntes sic admirati sunt 6.7: 54,5.6; Iob 4,14; Idt 14,17
conturbati sunt commoti sunt
7 tremor adprehendit eos Dt 2,25; Is 13,8! Sir 48,21
ibi dolores ut parturientis
8 in spiritu vehementi conteres naves
Tharsis
9 sicut audivimus sic vidimus
in civitate Domini virtutum
in civitate Dei nostri
Deus fundavit eam in aeternum
DIAPSALMA
10 suscepimus Deus misericordiam tu-
am
in medio templi tui
11 secundum nomen tuum Deus sic et
laus tua in fines terrae
iustitia plena est dextera tua
12 laetetur mons Sion 96,8
exultent filiae Iudaeae propter iudicia
tua ÷ Domine :
13 circumdate Sion et conplectimini
eam
narrate in turribus eius
14 ponite corda vestra in virtute eius
et distribuite domus eius

RFHI LW(S)KΦ cr 6 adiuuauit I | 7 gentes + et HIWK c | [*iterum adest* S] | dederunt RFHIL. *cum erroneo archetypo* | 8 diapsalma *om.* HSK c | 10 ad fines FL. | in igne RLr.] *om.* I.; igne F; igni *cet.* | 11 deus] dominus HI | gentibus + et HIWSK c || **46**,1 *tit. om.* H | 3 dominus] deus RI. | 5 diapsalma *om.* HWS c | 6 iubilo + et c | 9 regnabit HIKΦ c | sedet FSKΦ c | 10 dei FLr. 𝔊 *He*] die R.; dii *cet.* || **47**,1 canticum psalmi] psalmus cantici H(*vid.*)IW c | 3 fundator IL | monte HI.; monti W; mons c | [*deest* S *usque ad* 48,20] | 4 cognoscitur RFLr. 𝔊] cognoscetur *cet.* | 5 reges + terrae HL c, *cf. Hi* | 6 sunt² + et I | 7 parturientes RFΦ. | 8 in *om.* HI. | 9 diapsalma *om.* HW c | 10 suscipimus RFH | 12 sion + et HIWKΦ c | iudae RHIKΦ c | 13 conplectemini HI |

6 Dominus in medio eius non commovebitur
auxiliabitur ei Deus in ipso ortu matutino
7 conturbatae sunt gentes concussa sunt regna
dedit vocem suam prostrata est terra
8 Dominus exercituum nobiscum protector noster Deus Iacob
SEMPER
9 venite et videte opera Domini
quantas posuerit solitudines in terra
10 conpescuit bella usque ad extremum terrae
arcum confringet et concidet hastam
plaustra conburet igni
11 cessate et cognoscite quoniam ego sum Deus
exaltabor in gentibus exaltabor in terra
12 Dominus exercituum nobiscum fortitudo nostra Deus Iacob
SEMPER

46 VICTORI FILIORUM CORE CANTICUM
2 Omnes populi plaudite manibus
iubilate Deo in voce laudis
3 quoniam Dominus altissimus terribilis
rex magnus super omnem terram
4 congregavit populos subter nos
et tribus sub pedibus nostris
5 elegit nobis hereditatem nostram
gloriam Iacob quam dilexit
SEMPER
6 ascendit Deus in iubilo Deus in voce bucinae
7 canite Deo canite
canite regi nostro canite
8 quia rex universae terrae Deus canite erudite
9 regnavit Deus super gentes
Deus sedet super thronum sanctum suum
10 principes populorum congregati sunt
populus Dei Abraham
quoniam Dei scuta terrae vehementer elevata sunt

47 CANTICUM PSALMI FILIORUM CORE
2 Magnus Dominus et laudabilis nimis
in civitate Dei nostri in monte sancto suo
3 specioso germini gaudio universae terrae
monti Sion lateribus aquilonis civitatulae regis magni
4 Deus in domibus eius agnitus est in auxiliando
5 quia ecce reges congregati sunt venerunt simul
6 ipsi videntes sic obstipuerunt
conturbati sunt admirati sunt
7 horror possedit eos
ibi dolor quasi parturientis
8 in vento uredinis confringes naves maris
9 sicut audivimus ita vidimus
in civitate Dei exercituum in civitate Dei nostri
Deus fundavit eam usque in aeternum
SEMPER
10 aestimavimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui
11 secundum nomen tuum Deus sic
laus tua usque ad extremum terrae
iustitia repleta est dextera tua
12 laetetur mons Sion exultent filiae Iudae propter iudicia tua
13 circumdate Sion et circumite eam
numerate turres eius
14 ponite cor vestrum in moenibus separate palatia eius

8 semper *om.* I | 10 hastam + et FΣ | 11 deus] dominus FΣL; + et RCΣAKΘSLɧ | 12 semper *om.* IAKΘ || **46** (𝔐 47), 1 uictoria ΘS; uictoriam R. | 5 quem CΣ. | semper *om.* RIΣ | 6 deus²] dominus AΘɧ | 9 sedit RΣ | 10 dei²] dii AS; deus RΘ | eleuati sunt RIAΘS || **47** (𝔐 48), 1 psalmus RCS | 2 in² *om.* IA | suo] eius IA | 5 reges + terrae IA. | 7 possidet IAKL | dolores RIA | 8 confringens CΘ | 9 ea RKL. | aeternum] sempiternum C | semper *om.* RCI | 11 sic + et IAΘSɧ | repleta] plena C | 12 sion + et CIΣAΘS | iudeae F | 14 moenibus + eius IAS |

RFCI ΣAKΘSL ɧs

ut enarretis in progeniem alteram
15 quoniam hic est Deus Deus noster
Tb 9,11! in aeternum et in saeculum saeculi
ipse reget nos in saecula

48 IN FINEM FILIIS CORE PSALMUS

Is 34,1! 2 Audite haec omnes gentes
Ioel 1,2 auribus percipite omnes qui habitatis orbem
3 quique terriginae et filii hominum
in unum dives et pauper
36,30; Prv 10,31 4 os meum loquetur sapientiam
et meditatio cordis mei prudentiam
77,2 5 inclinabo in parabolam aurem meam
aperiam in psalterio propositionem meam
6 cur timebo in die malo
Os 7,2 iniquitas calcanei mei circumdabit me
7 qui confidunt in virtute sua
51,9! et in multitudine divitiarum suarum gloriantur
8,9; Mt 16,26; Mc 8,37 8 frater non redimit redimet homo
non dabit Deo placationem suam
9 et pretium redemptionis animae suae
et laboravit in aeternum 10 et vivet ※adhuc: in finem
11 non videbit interitum cum viderit sapientes morientes
simul insipiens et stultus peribunt
et relinquent alienis divitias suas
Ecl 12,5! 12 ÷et: sepulchra eorum domus illorum in aeternum
tabernacula eorum in progeniem et progeniem
vocaverunt nomina sua in terris suis
21 13 et homo cum in honore esset non intellexit
conparatus est iumentis insipientibus
Ecl 3,18 et similis factus est illis
14 haec via illorum scandalum ipsis
et postea in ore suo conplacebunt

DIAPSALMA

15 sicut oves in inferno positi sunt
mors depascet eos
et dominabuntur eorum iusti in matutino
et auxilium eorum veterescet in inferno a gloria eorum
16 verumtamen Deus redimet animam meam
de manu inferi cum acceperit me 29,4!

DIAPSALMA

17 ne timueris cum dives factus fuerit homo
et cum multiplicata fuerit gloria domus eius
18 quoniam cum interierit non sumet omnia 75,6; Iob 27,19; Sir 11,20
neque descendet cum eo ※pone: gloria eius
19 quia anima eius in vita ipsius benedicetur
confitebitur tibi cum benefeceris ei
20 introibit usque in progenies patrum suorum
usque in aeternum non videbit lumen
21 homo in honore cum esset non intellexit 13!
conparatus est iumentis ÷insipientibus:
et similis factus est illis

49 PSALMUS ASAPH

Deus deorum Dominus locutus est Is 1,2!
et vocavit terram
a solis ortu usque ad occasum
2 ex Sion species decoris eius
3 Deus manifeste veniet Deus noster Is 66,15
et non silebit Is 65,6!

RFHI LW(S)KΦ cr

14 in progeniem alteram RLr.𝔊] in progenie altera *cet.* ‖ **48**,3 hominum + simul c | 5 in parabola RHI. | 6 mala Wc | 8 redimit redimet FLcr𝔊] redimit redimit R.; redemit redimet W; redimet redimet KΦ; redemet redemet HI | 9 laborabit FKΦc | 10 ※ r] ÷ R, *sed cf. vers. syro-hexapl.* | 12 ÷ et: r] et÷ R, *sed cf. vers. syro-hexapl.* | domos F | illorum] eorum R | in progenie et progeniem K.; in progenie et progenie Φc | 13 et¹ *om.* I, *cf. Su* | 14 diapsalma *om.* RHWc | 15 in infernum RH. | ueterascet c | eorum³] sua RHI. | 16 diapsalma *om.* RHWc | 18 pone RFHILr., *cf.* 𝔐 *He*] *om. cet.* | 20 suorum + et c | 21 [*iterum adest* S] | in honore cum RHLr*Hi*] cum in honore *cet.* ‖ **49**,1 psalmus asaph] in finem filiis chore psalmus W.; in finem ••••• H. |

ut narretis in generatione novissima
15 quia ipse Deus Deus noster in saeculum et in perpetuum
ipse erit dux noster in morte

48 VICTORI FILIORUM CORE CANTICUM
2 Audite hoc omnes populi
auribus percipite universi habitatores occidentis
3 tam filii Adam quam filii singulorum
simul dives et pauper
4 os meum loquitur sapientias
et meditatio cordis mei prudentias
5 inclino ad parabulam aurem meam
aperiam in cithara enigma meum
6 quare timebo in diebus mali
iniquitas calcanei mei circumdabit me
7 qui fiduciam habent in fortitudine sua
et in multitudine divitiarum suarum superbiunt
8 fratrem redimens non redimet vir
nec dabit Deo propitiationem pro eo
9 neque pretium redemptionis animae eorum
sed quiescet in saeculo
10 et vivet ultra in sempiternum
11 et non videbit interitum cum viderit sapientes morientes
simul insipiens et indoctus peribunt
et derelinquent alienis divitias suas
12 interiora sua domus suas in saeculo
tabernacula sua in generatione et generatione
vocaverunt nominibus suis terras suas
13 et homo in honore non commorabitur
adsimilatus est iumentis et exaequatus est
14 haec est via insipientiae eorum
et post eos iuxta os eorum current SEMPER
15 quasi grex in inferno positi sunt mors pascet eos
et subicient eos recti in matutino
et figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum
16 verumtamen Deus redimet animam meam
de manu inferi cum adsumpserit me SEMPER
17 noli timere cum ditatus fuerit vir
cum multiplicata fuerit gloria domus eius
18 neque enim moriens tollet omnia
nec descendet post eum gloria eius
19 quia animae suae in vita sua benedicet
laudabunt inquient te cum benefeceris tibi
20 intrabit usque ad generationes patrum suorum
usque ad finem non videbunt lucem
21 homo cum in honore esset non intellexit
conparavit se iumentis et silebitur

49 CANTICUM ASAPH
Fortis Deus Dominus locutus est et vocavit terram
ab ortu solis usque ad occasum eius
2 de Sion perfecta decore Deus apparuit
3 veniet Deus noster et non tacebit

RFCI ΣΑΚΘSL 𝔥𝔰

14 enarretis R1A | 15 ipse¹ + est RA | deus deus] dominus deus C; deus Σ | in mortem FΣΘ || 48 (𝔐 49), 1 uictori *om.* CΣ | 2 hoc R1AΘ𝔰. 𝔐] haec *cet.* | 3 tam ... quam si filii 1A.; tunc ... cum filiis Θ | 4 loquetur FCΣΚΘSL𝔥 | 5 inclinabo CIΣL | enigmam meam IA. | 6 malis CIΘ | 8 frater RΣ | redimet uir] redimetur FΣS | 9 pretio F | quiescit RL | 11 derelinquet C; relinquent Θ | 12 nominis sui 1AK. | in terras suas RA.; in terris suis K. | 13 adsimulatus F1L𝔰; et simulatus AK. | 14 semper *om.* IAK | 16 semper *om.* I | 18 tollit R | 20 intrabunt IΣAKS | uidebit RSL | 21 conparauit se] conparatus est C1AK ||

17,9! 96,3 ignis in conspectu eius exardescet
et in circuitu eius tempestas valida
Mi 6,2! 4 advocabit caelum desursum
et terram discernere populum suum
5 congregate illi sanctos eius
qui ordinant testamentum eius super sacrificia
18,2! 96,6 6 et adnuntiabunt caeli iustitiam eius
74,8 quoniam Deus iudex est
DIAPSALMA
80,9; Os 4,1 7 audi populus meus et loquar tibi
Israhel et testificabor tibi
80,11; Ex 20,2 Deus Deus tuus ego sum
8 non in sacrificiis tuis arguam te
holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper
Is 1,11! 9 non accipiam de domo tua vitulos
neque de gregibus tuis hircos
10 quoniam meae sunt omnes ferae silvarum
iumenta in montibus et boves
11 cognovi omnia volatilia caeli
et pulchritudo agri mecum est
12 si esuriero non dicam tibi
23,1! meus est enim orbis terrae et plenitudo eius
13 numquid manducabo carnes taurorum
aut sanguinem hircorum potabo
115,17 18; Os 14,3; Ion 2,10 14 immola Deo sacrificium laudis
Iob 22,27! et redde Altissimo vota tua
90,15! Iac 5,13 15 et invoca me in die tribulationis
et eruam te et honorificabis me
DIAPSALMA
16 peccatori autem dixit Deus
quare tu enarras iustitias meas
et adsumis testamentum meum per os tuum
17 tu vero odisti disciplinam
et proiecisti sermones meos retrorsum
18 si videbas furem currebas cum eo
et cum adulteris portionem tuam ponebas
19 os tuum abundavit malitia 13,3! Prv 10,11! 15,28
et lingua tua concinnabat dolos 51,4
20 sedens adversus fratrem tuum loquebaris Ier 9,4
et adversus filium matris tuae ponebas scandalum
21 haec fecisti et tacui Is 57,11
existimasti inique quod ero tui similis
arguam te et statuam contra faciem tuam
22 intellegite nunc haec qui obliviscimini Deum
nequando rapiat et non sit qui eripiat
23 sacrificium laudis honorificabit me
et illic iter quod ostendam illi salutare Dei 90,16

50 IN FINEM PSALMUS DAVID 2 CUM VENIT AD EUM NATHAN PROPHETA QUANDO INTRAVIT AD BETHSABEE

3 Miserere mei Deus secundum ÷ magnam : misericordiam tuam Nm 14,19! II Esr 13,22
÷ et : secundum multitudinem miserationum tuarum Mi 7,18.19
dele iniquitatem meam 11; Is 6,7! 43,25!
4 amplius lava me ab iniquitate mea Ez 36,25!
et a peccato meo munda me
5 quoniam iniquitatem meam ego cognosco 31,5! 37,19; Or Man 12
et peccatum meum contra me est semper
6 tibi soli peccavi et malum coram te feci Dt 4,25! I Esr 9,15! IV Esr 1,34; 2,3
ut iustificeris in sermonibus tuis Rm 3,4
et vincas cum iudicaris
7 ecce enim in iniquitatibus conceptus sum
et in peccatis concepit me mater mea
8 ecce enim veritatem dilexisti

RFHI LW(S)KΦ cr 3 exardescit FS.; ardebit HI. | et[2] *om.* RL. | 4 aduocauit RHILSKΦ | 5 supra HIL. | 6 diapsalma *om.* WSK c | 7 tibi[1] *om.* WSKΦ c | ~ sum ego R | 15 et[2] *om.* c | diapsalma *om.* WS c | 16 [*deest* S *usque ad* 50,7] | adsumes FHIL | 19 malitiam RΦ. | 21 inique] iniquitatem HI. | tui] tibi RFLr. | 22 nunc RHILr., *cf.* 𝔊] *om. cet.* | obliuiscemini HI. | deum] dominum RHI. | 23 honorificauit FHIWK | quod] quo F c || **50**,2 quando] cum IW | bersabe I | 6 iudicabis I.; iudicaberis R | 7 [*iterum adest* S] |

ignis coram eo vorabit
et in circuitu eius tempestas valida
4 vocabit caelum desursum
et terram ut iudicet populum suum
5 congregate mihi sanctos meos
qui feriunt pactum meum in sacrificio
6 et adnuntiabunt caeli iustitiam eius
quia Deus iudex est

SEMPER

7 audi popule meus et loquar Israhel et contestabor te
Deus Deus tuus ego sum
8 non propter victimas tuas arguam te
et holocaustomata tua coram me sunt semper
9 non accipiam de domo tua vitulum
neque de gregibus tuis hircos
10 mea sunt enim omnia animalia silvarum
pecudes in montibus milium
11 scio omnes aves montium
et universitas agri mecum est
12 si esuriero non dicam tibi
meus est enim orbis et plenitudo eius
13 numquid comedam carnem taurorum
aut sanguinem hircorum bibam
14 immola Deo laudem et redde Altissimo vota tua
15 et invoca me in die tribulationis
liberabo te et glorificabis me
16 impio autem dixit Deus
quid tibi est cum narratione praeceptorum meorum
et ut adsumas pactum meum in ore tuo
17 qui odisti disciplinam et proiecisti verba mea post te
18 si videbas furem consentiebas ei
et cum adulteris erat pars tua
19 os tuum dimisisti ad malitiam
et lingua tua concinnavit dolum
20 sedens adversum fratrem tuum loquebaris
et adversum filium matris tuae fabricabaris obprobrium
21 haec fecisti et tacui
existimasti futurum me similem tui
arguam te et proponam te ante oculos tuos
22 intellegite hoc qui obliviscimini Deum
ne forte capiam et non sit qui liberet
23 qui immolat confessionem glorificat me
et qui ordinate ambulat ostendam ei salutare Dei

50 VICTORI CANTICUM DAVID 2 CUM VENISSET AD EUM NATHAN PROPHETA QUANDO INGRESSUS EST AD BETHSABEE

3 Miserere mei Deus secundum misericordiam tuam
iuxta multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas
4 multum lava me ab iniquitate mea
et a peccato meo munda me
5 quoniam iniquitates meas ego novi
et peccatum meum contra me est semper
6 tibi soli peccavi et malum coram te feci
ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaveris
7 ecce in iniquitate conceptus sum
et in peccato peperit me mater mea
8 ecce enim veritatem diligis

49(𝔐 **50**),4 uocabit F𝔰, *cf.* 𝔐] uocauit *cet.* | ut iudicet] ut uideret I.; uideret AK. | 5 qui ferunt R | meum] mecum IAS | 6 semper *om.* I | 7 populus CΘ | ~ sum ego CΣ. | 15 me² + semper CΣAKL𝔥 | 16 et ut] ut CKL; et RΣS. | 21 ~ me futurum IAK | te²] ea Θ.; *om.* FΣSL𝔥 | 22 deum] dominum C | 23 dei] meum IAKL ‖ **50**(𝔐 **51**),3 secundum + magnam IAKS.; + magna R. | 5 iniquitatem meam R | 6 iudicaberis IKSL𝔥; iudicaris CΘ |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

incerta et occulta sapientiae tuae
manifestasti mihi
[9]asparges me hysopo et mundabor
Is 1,18 lavabis me et super nivem dealbabor
Is 35,10! [10]auditui meo dabis gaudium et laetitiam
exultabunt ossa humiliata
Dt 9,27! [11]averte faciem tuam a peccatis meis
3! et omnes iniquitates meas dele
I Sm 10,9 [12]cor mundum crea in me Deus
Ez 11,19! 36,26; Eph 4,23! et spiritum rectum innova in visceribus meis
26,9 [13]ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum ne auferas a me
[14]redde mihi laetitiam salutaris tui
et spiritu principali confirma me
[15]docebo iniquos vias tuas
et impii ad te convertentur
[16]libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meae
34,28; 70,24 exultabit lingua mea iustitiam tuam
[17]Domine labia mea aperies
62,6! 70,8 et os meum adnuntiabit laudem tuam
39,7! [18]quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique
Ier 6,20! holocaustis non delectaberis
Sir 35,2 [19]sacrificium Deo spiritus contribulatus
Is 57,15; 66,2; Dn 3,39 cor contritum et humiliatum Deus non spernet
68,36 [20]benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion
146,2 et aedificentur muri Hierusalem
4,6! [21]tunc acceptabis sacrificium iustitiae
oblationes et holocausta
Lv 1,5! tunc inponent super altare tuum vitulos

51 IN FINEM INTELLECTUS DAVID [2]CUM
I Sm 22,9! VENIT DOEC IDUMEUS ET ADNUNTIAVIT SAUL ET DIXIT VENIT DAVID
IN DOMO ACHIMELECH

[3]Quid gloriatur in malitia qui potens est iniquitate
[4]tota die iniustitiam cogitavit lingua tua 49,19!
sicut novacula acuta fecisti dolum
[5]dilexisti malitiam super benignitatem
iniquitatem magis quam loqui aequitatem

DIAPSALMA

[6]dilexisti omnia verba praecipitationis
linguam dolosam
[7]propterea Deus destruet te in finem
evellet te et emigrabit te de tabernaculo
et radicem tuam de terra viventium Ier 11,19!

DIAPSALMA

[8]videbunt iusti et timebunt 39,4; 63,9.10
et super eum ridebunt et dicent
[9]ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum
sed speravit in multitudine divitiarum suarum 48,7; Prv 11,28!
et praevaluit in vanitate sua
[10]ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei Ier 11,16; Os 14,7
speravi in misericordia Dei in aeternum et in saeculum saeculi
[11]confitebor tibi in saeculum quia fecisti 29,13! 53,8! 78,13
et expectabo nomen tuum quoniam bonum
in conspectu sanctorum tuorum

52 IN FINEM PRO MELECH INTELLEGENTIAE DAVID

Dixit insipiens in corde suo non est Deus 1–4: 13,1–3
[2]corrupti sunt et abominabiles facti

RFHI (L)WSKΦ cr

9 aspargis FHI | 10 laetitiam + et WSKΦc | 16 meae + et WSKΦc | exultauit RL; exaltabit HI | 19 spernet RFLr. 𝔊] spernit HI.; despicies *cet.* | 20 domine *om.* FL. | et] ut c ‖ **51**,2 et nunciauit sauli c | et dicit LW.; *om.* c; + ei RLΦ; + illi I. | in domum FILSΦc | abimelech FIWSK | 3 gloriatur RFHLr.] gloriaris *cet.* | est RFLr.] *om.* HI.; es *cet.* | in iniquitate FΦc; iniquitatem H | 4 iniustitia RFL. | 5 diapsalma *om.* IKc | 6 lingua dolosa ISKΦc | 7 ~ destruet te deus F | emigrauit RFW | tabernaculo + tuo Ic | [*deest* L *usque ad* 111,7] | diapsalma *om.* ISc | 11 bonum + est c ‖ **52**,1 melech WKr.] mele•h H.; meleth R.; maeleth c.; amelech S; amalech FIΦ | intellegentia RW.; intellectus I |

absconditum et arcanum sapientiae manifestasti mihi
9 asparges me hysopo et mundabor
lavabis me et super nivem dealbabor
10 auditum mihi facies gaudium et laetitiam
ut exultent ossa quae confregisti
11 absconde faciem tuam a peccatis meis
et omnes iniquitates meas dele
12 cor mundum crea mihi Deus
et spiritum stabilem renova in visceribus meis
13 ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum ne auferas a me
14 redde mihi laetitiam Iesu tui
et spiritu potenti confirma me
15 docebo iniquos vias tuas
et peccatores ad te revertentur
16 libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meae
laudabit lingua mea iustitiam tuam
17 Domine labia mea aperies
et os meum adnuntiabit laudem tuam
18 non enim vis ut victimam feriam
nec holocaustum tibi placet
19 sacrificium Dei spiritus contribulatus
cor contritum et humiliatum Deus non dispicies
20 benefac Domine in voluntate tua Sion
et aedificentur muri Hierusalem
21 tunc suscipies sacrificium iustitiae oblationes et holocausta
tunc inponent super altare tuum vitulos

51 VICTORI AB ERUDITO DAVID 2 CUM VENISSET DOEC IDUMEUS ET ADNUNTIASSET SAUL DICENS EI VENIT DAVID IN DOMUM ACHIMELECH
3 Quid gloriaris in malitia potens
misericordia Dei tota est die
4 insidias cogitat lingua tua
quasi novacula acuta faciens dolum
5 dilexisti malum magis quam bonum
mendacium magis quam loqui iustitiam
SEMPER
6 dilexisti omnia verba ad devorandum lingua dolosa
7 sed Deus destruet te in sempiternum
terrebit et evellet te de tabernaculo
et eradicabit te de terra viventium
SEMPER
8 videbunt iusti et timebunt
et super eum ridebunt
9 ecce vir qui non posuit Deum fortitudinem suam
sed speravit in multitudine divitiarum suarum
confortatus est in insidiis suis
10 ego sicut oliva virens in domo Dei
speravi in misericordia Dei in saeculum sempiternum
11 confitebor tibi in saeculo quoniam fecisti
et expectabo nomen tuum quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum

52 VICTORI PER CHORUM ERUDITI DAVID
Dixit stultus in corde suo non est Deus
2 corrupti sunt et abominabiles facti

8 sapientiae + tuae IAKΘS. | 19 dispiciet IAK. || **51** (𝔐 52),2 sauli CΣΘ | ei *om.* RFΣ | in domo RCL | abimelech CΣS | 5 semper *om.* IΘ | 6 linguam dolosam RFSL. | 7 torrebit IAK.; + te IAKS | eradicauit F.; radicauit R. | te[3] *om.* IΣ | semper *om.* IS | 9 in[2] *om.* RA. | 10 ego + autem FΣΘL 𝔥 ||

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

sunt in iniquitatibus
non est qui faciat bonum
32.13! 3 Deus de caelo prospexit in filios hominum
3.4: Rm 3,11.12 ut videat si est intellegens ÷ aut : requirens Deum
4 omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum non est usque ad unum
5–7: 13,4–6 5 nonne scient ÷ omnes : qui operantur iniquitatem
Mi 3,3 qui devorant plebem meam ut cibum panis
6 Deum non invocaverunt
illic trepidabunt timore ubi non fuit timor
140,7; Ier 8,11 Ez 6,5 quoniam Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placent
confusi sunt quoniam Deus sprevit eos
7 quis dabit ex Sion salutare Israhel
125,1.2! dum convertit Deus captivitatem plebis suae
exultabit Iacob et laetabitur Israhel

53 IN FINEM IN CARMINIBUS INTELLECTUS DAVID 2 CUM VENISSENT ZIPHEI ET DIXISSENT AD SAUL NONNE DAVID ABSCONDITUS EST APUD NOS
I Sm 23,19; 26,1

3 Deus in nomine tuo salvum me fac
et in virtute tua iudica me
5,2.3! 38,13: 54,2.3! 83,9 4 Deus exaudi orationem meam
auribus percipe verba oris mei
85,14 5 quoniam alieni insurrexerunt adversum me
et fortes quaesierunt animam meam
non proposuerunt Deum ante conspectum suum

DIAPSALMA

117,7 6 ecce enim Deus adiuvat me
Dominus susceptor animae meae
7 avertet mala inimicis meis 93,23; 142,12
in veritate tua disperde illos
8 voluntarie sacrificabo tibi
confitebor nomini tuo Domine quoniam bonum 51,11! 91,2: 134,3!
9 quoniam ex omni tribulatione eripuisti me 24,22! 58,11.12
et super inimicos meos despexit oculus meus 91,12; 111,8

54 IN FINEM IN CARMINIBUS INTELLECTUS DAVID

2 Exaudi Deus orationem meam 26,7! 53,4! 60,2
et ne despexeris deprecationem meam
3 intende mihi et exaudi me
contristatus sum in exercitatione mea et conturbatus sum
4 a voce inimici et a tribulatione peccatoris
quoniam declinaverunt in me iniquitatem
et in ira molesti erant mihi
5 cor meum conturbatum est in me 108,22
et formido mortis cecidit super me 17,5; 114,3; II Sm 22,5
6 timor et tremor venit super me 47,6.7; Iob 4,14; Idt 14,17!
et contexit me tenebra
7 et dixi quis dabit mihi pinnas sicut columbae
et volabo et requiescam
8 ecce elongavi fugiens
et mansi in solitudine

DIAPSALMA

9 expectabam eum qui salvum me fecit
a pusillanimitate spiritus et a tempestate
10 praecipita Domine divide linguas eorum Gn 11,7
quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate Ier 6,7
11 die et nocte circumdabit eam super muros eius

RFHI W(S)KΦ cr 3 in FHIr] super *cet.* | 6 trepidabunt Fr. 𝔊] trepidauerunt *cet.* | fuit] erat c | 7 dum RFHIr.] cum *cet.* | conuertit FHIr.] conuerterit *cet.* | deus] dominus F | exultauit R || 53,2 ad saulem HI. | nonne + ecce RI. | 5 meam + et HIc | diapsalma *om.* IWSKc | 6 me + et c | susceptor + est c | 7 auertet WΦr𝔊, *cf. He*] auertit HI.; auerte *cet.* | meis + et c | disperdes RF. | 8 [*deest* S *usque ad* 55,3] | tibi + et c | domine *om.* R | bonum + est FWKΦc | 9 meus] tuus HI. || **54**,1 *tit. om.* I | 4 iniquitates WKc | 6 uenerunt c | contexerunt me tenebrae Φc | 8 diapsalma *om.* RWKc | 9 a[2] RFr.] *om. cet.* | 10 in ciuitatem H | 11 et[1]] ac c |

sunt in iniquitate
non est qui faciat bonum
3 Deus de caelo prospexit super filios hominum
ut videret si esset intellegens requirens Deum
4 omnes aversi sunt pariter adheserunt
non est qui faciat bonum non est usque ad unum
5 numquid non cognoverunt qui operantur iniquitatem
qui comedunt populum meum ut cibum panis
6 Deum non invocaverunt
ibi timuerunt timore ubi non est timor
quoniam Deus dispersit ossa circumdantium te
confunderis quia Deus proiecit eos
7 quis dabit ex Sion salutare Israhel
cum reduxerit Deus captivitatem populi sui
exultabit Iacob laetabitur Israhel

53 VICTORI IN PSALMIS ERUDITI DAVID
2 QUANDO VENERUNT ZIPHEI ET DIXERUNT SAUL NONNE DAVID ABSCONDITUS EST APUD NOS
3 Deus in nomine tuo salva me
I Sm 24,13 et in fortitudine tua ulciscere me
4 Deus exaudi orationem meam
auribus percipe verba oris mei
5 quia alieni insurrexerunt adversus me
et fortes quaesierunt animam meam
et non posuerunt Deum in conspectu suo

SEMPER

6 ecce Deus auxiliatur mihi
Dominus sustentans animam meam
7 reddet malum insidiatoribus meis
in veritate tua disperde eos
8 voluntarie sacrificabo tibi
confitebor nomini tuo Domine quoniam bonum est
9 quoniam ex omni tribulatione liberavit me
et inimicos meos dispexit oculus meus

54 VICTORI IN PSALMIS ERUDITI DAVID
2 Exaudi Deus orationem meam
et ne dispicias deprecationem meam
3 adtende mihi et exaudi me
humiliatus sum in meditatione mea et conturbatus
4 a voce inimici a facie persequentis impii
quoniam proiecerunt super me iniquitatem
et in furore adversabantur mihi
5 cor meum doluit in vitalibus meis
et terrores mortis ceciderunt super me
6 timor et tremor venit super me
et operuit me caligo
7 et dixi quis dabit mihi pinnas columbae ut volem et requiescam
8 ut procul abeam et commorer in deserto

SEMPER

9 festinabo ut salver ab spiritu tempestatis et turbinis
10 praecipita Domine divide linguas eorum
quoniam vidi iniquitatem et contradictionem in civitate
11 die et nocte circumeuntes muros eius

RFCI ΣAKΘSL ɧs

52(𝔐 53),3 esset] est RFCΣΘ | 6 quia] quoniam RC. | 7 iacob + et RFCΣΘS || **53**(𝔐 54),2 sauli CΣ | 5 proposuerunt RFIKS; praeposuerunt A. | semper *om.* I | 6 auxiliabitur IAK.; auxiliator RL | 7 reddet RΘ s. 𝔐] reddit IAK.; redde *cet.* | mala FΣL | 8 est *om.* IAK | 9 liberabit C; eripuisti Θ. | inimicus meus F(meos) IAK. | oculos meos K.; oculos tuos I. || **54**(𝔐 55),3 conturbatus + sum FCΣΘ | 8 semper *om.* I | 9 festinabor R | turbidinis IAK |

et iniquitas et labor in medio eius
[12]et iniustitia
et non defecit de plateis eius usura
et dolus
[13]quoniam si inimicus maledixisset
mihi
sustinuissem utique
et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset
abscondissem me forsitan ab eo
40,10! [14]tu vero homo unianimis
dux meus et notus meus
139,10 H [15]qui simul mecum dulces capiebas cibos
in domo Dei ambulavimus cum consensu
[16]veniat mors super illos
62,10! Nm 16,30.33 et descendant in infernum viventes
quoniam nequitiae in habitaculis
eorum
in medio eorum
[17]ego ÷autem: ad Deum clamavi et
Dominus salvabit me
Dn 6,10 [18]vespere et mane et meridie narrabo
et adnuntiabo
et exaudiet vocem meam
[19]redimet in pace animam meam
ab his qui adpropinquant mihi
quoniam inter multos erant mecum
[20]exaudiet Deus et humiliabit illos qui
est ante saecula

DIAPSALMA

non enim est illis commutatio et non
timuerunt Deum
[21]extendit manum suam in retribuendo
contaminaverunt testamentum eius
[22]divisi sunt ab ira vultus eius
et adpropinquavit cor illius
molliti sunt sermones eius super oleum
et ipsi sunt iacula
1 Pt 5,7 [23]iacta super Dominum curam tuam
et ipse te enutriet
non dabit in aeternum fluctuationem 111,6
iusto
[24]tu vero Deus deduces eos in puteum
interitus
viri sanguinum et doli non dimidiabunt dies suos 5,7
ego autem sperabo in te Domine

55 IN FINEM PRO POPULO QUI A SANCTIS LONGE FACTUS EST DAVID IN TITULI INSCRIPTIONE CUM TENUERUNT EUM ALLOPHILI IN GETH

[2]Miserere mei Deus quoniam conculcavit me homo
tota die inpugnans tribulavit me
[3]conculcaverunt me inimici mei tota
die
quoniam multi bellantes adversum 3,2!
me
[4]ab altitudine diei timebo
ego vero in te sperabo
[5]in Deo laudabo sermones meos 11
in Deo speravi non timebo quid fa- 117,6!
ciat mihi caro
[6]tota die verba mea execrabantur 40,8.9
adversum me omnia consilia eorum 70,10; 139,3; Ier 11,19; Lam 3,60
in malum
[7]inhabitabunt et abscondent
ipsi calcaneum meum observabunt
sicut sustinuerunt animam meam
[8]pro nihilo salvos facies illos
in ira populos confringes
Deus [9]vitam meam adnuntiavi tibi
posuisti lacrimas meas in conspectu
tuo
sicut et in promissione tua
[10]tunc convertentur inimici mei retrorsum
in quacumque die invocavero te
ecce cognovi quoniam Deus meus es Ex 8,22!
[11]in Deo laudabo verbum 5!
in Domino laudabo sermonem
in Deo speravi non timebo quid fa-

RFHI W(S)KΦ cr

11 et[2] *om.* c | 12 de] in F | 13 inimicus + meus Fc | 16 et *om.* HI. | 17 saluauit RHΦ | 20 humiliauit RΦ | illos] eos HI. | diapsalma *om.* WKc | 24 eos] illos RFr | doli RHIr. 𝔊] dolosi *cet.* || **55**,1 inscriptionem RΦc | 3 [*iterum adest* S] | 5 caro] homo HI | 6 omnia consilia RFHIr.] omnes cogitationes *cet.* | 8 confringes] deicies *Hi* | 9 nuntiaui H | et *om.* HI | 10 es + tu FH |

scelus et dolorem in medio eius
12 insidiae in vitalibus eius
et non recedet de plateis eius damnum et fraudulentia
13 non enim inimicus exprobravit mihi ut sustineam
neque is qui me oderat super me magnificatus est ut abscondar ab eo
14 sed tu homo unianimis meus dux meus et notus meus
15 qui simul habuimus dulce secretum
in domo Dei ambulavimus in terrore
16 veniat mors super eos descendant in infernum viventes
quia nequitiae in congregatione eorum et in medio eorum
17 ego ad Deum clamabo et Dominus salvabit me
18 vespere et mane et meridie eloquar et resonabo
et exaudiet vocem meam
19 redimet in pace animam meam ab adpropinquantibus mihi
multi enim fuerunt adversum me
20 exaudiet Deus et humiliabit eos qui iudex est ab initio
SEMPER
non enim mutantur neque timent Deum
21 extendit manum suam ad pacifica sua
contaminabit pactum suum
22 nitidius butyro os eius
pugnat autem cor illius
molliores sermones eius oleo cum sint lanceae
23 proice super Dominum caritatem tuam et ipse enutriet te
non dabit in aeternum fluctuationem iusto
24 tu autem Deus deduces eos in puteum interitus
viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos
ego autem fiduciam habeo tui

55 VICTORI PRO COLUMBA MUTA EO QUOD PROCUL ABIERIT DAVID HUMILIS ET SIMPLEX QUANDO TENUERUNT EUM PALESTINI IN GETH

2 Miserere mei Deus quoniam conculcavit me homo
tota die pugnans tribulavit me
3 conculcaverunt me insidiatores mei tota die
multi enim qui pugnant contra me Altissime
4 quacumque die territus fuero ego in te confidam
5 in Deo laudavi verbum in Deo speravi
non timebo quid faciat caro mihi
6 tota die sermonibus me adfligebant
contra me omnes cogitationes eorum in malum
7 congregabuntur abscondite
plantas meas observabunt
expectantes animam meam 8 quia nullus est salvus in eis
in furore populos detrahet Deus
9 secretiora mea numerasti
pone lacrimam meam in conspectu tuo
sed non in narratione tua
10 tunc convertentur inimici mei retrorsum
in quacumque die invocavero
hoc scio quia Deus meus es
11 in Deo laudabo verbum in Domino praedicabo sermonem
in Deo speravi non timebo quid fa-

12 recedit IAKΘL𝔥 | 15 cum terrore CΘS | 16 eos + et RAΘS | quia] quoniam I | et *om.* C | 18 eloquar FIΣ𝔰] loquebar C.; loquar *cet.* | ~ loquebar et meridie C | 20 humiliauit RS. | semper *om.* I | 21 contaminauit CS; contaminauerunt R. | 22 mollierunt sermones suos (eius Σ) RΣ | 23 dominum] deum CΘS || 55 (𝔐 56),3 me[1] *om.* FC | 7 obseruabunt + et C | 11 uerbum + et RΘS. |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

ciat mihi homo
[12]in me sunt Deus vota ※tua: ÷quae:
reddam laudationes tibi
29,4! 114,8.9; Dn 3,88 [13]quoniam eripuisti animam meam de
morte
et pedes meos de lapsu
ut placeam coram Deo in lumine viventium

57,1; 58,1 141,1; I Sm 22,1! **56** IN FINEM NE DISPERDAS DAVID IN TITULI INSCRIPTIONE CUM FUGERET A FACIE SAUL IN SPELUNCA

Tb 8,10 [2]Miserere mei Deus miserere mei
quoniam in te confidit anima mea
35,8; 62,8 et in umbra alarum tuarum sperabo
donec transeat iniquitas
[3]clamabo ad Deum altissimum
Deum qui benefecit mihi
I Mcc 12,15 [4]misit de caelo et liberavit me
dedit in obprobrium conculcantes me

DIAPSALMA

misit Deus misericordiam suam et veritatem suam
[5]et eripuit animam meam de medio catulorum leonum
dormivi conturbatus
Prv 25,18 filii hominum dentes eorum arma et sagittae
58,8 et lingua eorum gladius acutus
12; 8,2; Hab 3,3! [6]exaltare super caelos Deus
112,4 et in omnem terram gloria tua
[7]laqueum paraverunt pedibus meis
et incurvaverunt animam meam
7,16! Ier 18,22 foderunt ante faciem meam foveam
118,85 H et inciderunt in eam

DIAPSALMA

111,7! [8]paratum cor meum Deus paratum cor meum
8—12: 107,2–6
26,6! cantabo et psalmum dicam
[9]exsurge gloria mea exsurge psalterium et cithara exsurgam diluculo
[10]confitebor tibi in populis Domine 17,50!
psalmum dicam tibi in gentibus
[11]quoniam magnificata est usque ad caelos misericordia tua 35,6
et usque ad nubes veritas tua
[12]exaltare super caelos Deus 6!
et super omnem terram gloria tua

57 IN FINEM NE DISPERDAS DAVID IN TITULI INSCRIPTIONE 56,1; 58,1

[2]Si vere utique iustitiam loquimini
recta iudicate filii hominum
[3]etenim in corde iniquitates operamini in terra
iniustitiam manus vestrae concinnant
[4]alienati sunt peccatores a vulva Is 48,8
erraverunt ab utero locuti sunt falsa
[5]furor illis secundum similitudinem serpentis 139,4
sicut aspidis surdae et obturantis aures suas
[6]quae non exaudiet vocem incantantium
et venefici incantantis sapienter Ier 8,17
[7]Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum 3,8; Iob 29,17
molas leonum confringet Dominus
[8]ad nihilum devenient tamquam aqua decurrens
intendit arcum suum donec infirmentur 63,4
[9]sicut cera quae fluit auferentur
supercecidit ignis et non viderunt solem
[10]priusquam intellegerent spinae vestrae ramnum
sicut viventes sicut in ira absorbet vos
[11]laetabitur iustus cum viderit vindictam 36,34! 106,42; Iob 22,19
manus suas lavabit in sanguine peccatoris

RFHI WSKΦ cr — 12 ※tua: ÷ quae: r] ※ tua ※ quae R | laudationes HIΦc] laudationis *cet.* | 13 deo] domino F || 56,1 ne disperdas] psalmus H. | in tituli inscriptione *om.* H. | inscriptionem c | fugisset H. | in speluncam Sc | 2 confidet RF. | 4 diapsalma *om.* Wc | 5 et[1] *om.* HI | linguae RW. | 7 foueam *om.* F | diapsalma *om.* IWc | 10 domine + et c || 57,1 inscriptionem c. | 3 iniustitias WSKΦc | 5 obdurantes R. | 6 exaudit I.; exaudiuit H. | incantantes[2] R | 8 intendet FSK. | 10 sicut[2]] sic c | uos RHIr. 𝔊] eos *cet.* | 11 peccatorum R |

ciat homo mihi
12 in me sunt Deus vota tua
reddam gratiarum actiones tibi
13 quia liberasti animam meam de morte et pedes meos de lapsu
ut ambulem coram Deo in luce viventium

56 PRO VICTORIA UT NON DISPERDAS DAVID HUMILEM ET SIMPLICEM QUANDO FUGIT A FACIE SAUL IN SPELUNCA

2 Miserere mei Deus miserere mei
quoniam in te sperat anima mea
in umbra alarum tuarum sperabo donec transeant insidiae
3 invocabo Deum altissimum Deum ultorem meum
4 mittet de caelo et salvabit me
exprobrabit conculcantibus me
SEMPER
mittet Deus misericordiam suam et veritatem suam
5 anima mea in medio leonum dormivit ferocientium
filii hominum dentes eorum lancea et sagittae et lingua eorum gladius acutus
6 exaltare super caelos Deus in omni terra gloria tua
7 rete paraverunt gressibus meis ad incurvandam animam meam
foderunt ante me foveam ceciderunt in medium eius
SEMPER
8 paratum cor meum Deus paratum cor meum cantabo et psallam
9 surge gloria mea surge psalterium et cithara surgam mane
10 confitebor tibi in populis Domine cantabo tibi in gentibus
11 quia magna usque ad caelos misericordia tua
et usque ad nubes veritas tua
12 exaltare super caelos Deus in omni terra gloria tua

57 VICTORI UT NON DISPERDAS DAVID HUMILEM ET SIMPLICEM

2 Si vere utique iustitiam loquimini
recta iudicate filii hominum
3 etenim in corde iniquitates operamini
in terra iniquitatis manus vestras adpendite
4 alienati sunt peccatores a vulva
erraverunt ab utero loquentes mendacium
5 furor eorum sicut furor serpentis
sicut reguli surdi obturantis aurem suam
6 ut non audiat vocem murmurantium
nec incantatoris incantationes callidas
7 Deus excute dentes eorum ex ore eorum
molares leonum confringe Domine
8 dissolvantur quasi aquae quae defluent
intendet arcum suum donec conterantur
9 quasi vermis tabefactus pertranseant I Mcc 2,62.63!
quasi abortivum mulieris quod non vidit solem Nm 12,12
10 antequam crescant spinae vestrae in ramnum
quasi viventes quasi in ira tempestas rapiet eas
11 laetabitur iustus cum viderit ultionem
pedes suos lavabit in sanguinem impii

RFCI ΣAKΘSL ϸs

11 ~ mihi homo RIAKΘS | 13 de[2]] a C || **56**(𝔐 57),1 in speluncam FΘ | 2 sperauit RIAKΘ | 3 deum[2]] dominum C | 4 exprobrauit FAΘSLϸ; *praem.* et C; + me FΣ. | semper *om.* I | 5 lancea RFs.𝔐] lanceae *cet.* | 7 in medio FΣΘLϸ | semper] diapsalma 1. | 12 deus + et IAKΘ || **57**(𝔐 58),3 iniquitatis[1] R. | iniquitatis[2] IΣAKs, *cf.* 𝔐] iniquitates *cet.* | 5 obturantes FCL; obdurantis ΣAKΘS. | 6 ut] et I | 7 molares] molas CΘS | 8 defluunt RIAKΘSϸ | intendit RIAKΘ; intendent CΣ | 9 pertranseat F. | 10 eos RIAKΘ | 11 in sanguinem RFCs.] in sanguine *cet.* |

Is 3,10! [12]et dicet homo si utique est fructus
iusto
Iob 19,29 utique est Deus iudicans eos in terra
56,1; 57,1 **58** IN FINEM NE DISPERDAS DAVID IN
I Sm 19,11 TITULI INSCRIPTIONE QUANDO MISIT
SAUL ET CUSTODIVIT DOMUM EIUS
UT INTERFICERET EUM
30,16! II Sm 22,49! [2]Eripe me de inimicis meis Deus
et ab insurgentibus in me libera me
70,4; 96,10; Sap 10,13 [3]eripe me de operantibus iniquitatem
et de viris sanguinum salva me
93,21 [4]quia ecce ceperunt animam meam
inruerunt in me fortes
[5]neque iniquitas mea neque peccatum meum
Domine sine iniquitate cucurri et direxi
[6]exsurge in occursum meum et vide
et tu Domine Deus virtutum Deus Israhel
intende ad visitandas omnes gentes
non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem
DIAPSALMA
15 [7]convertentur ad vesperam
et famem patientur ut canes
et circuibunt civitatem
[8]ecce loquentur in ore suo
56,5! et gladius in labiis eorum quoniam quis audivit
2,4! [9]et tu Domine deridebis eos
Idt 13,22! Is 30,28! ad nihilum deduces omnes gentes
[10]fortitudinem meam ad te custodiam
quia Deus susceptor meus
53,9! [11]Deus meus voluntas eius praeveniet me
[12]Deus ostendet mihi super inimicos meos
ne occidas eos nequando obliviscantur populi mei
disperge illos in virtute tua
et depone eos protector meus Domine
[13]delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum
et conprehendantur in superbia sua
et de execratione et mendacio adnuntiabuntur [14]in consummatione
in ira consummationis et non erunt
et scient quia Deus dominatur Iacob Ex 8,22!
finium terrae
DIAPSALMA
[15]convertentur ad vesperam 7
et famem patientur ut canes
et circuibunt civitatem
[16]ipsi dispergentur ad manducandum
si vero non fuerint saturati et murmurabunt
[17]ego autem cantabo fortitudinem 20,14!
tuam
et exultabo mane misericordiam 91,3
tuam
quia factus es susceptor meus 90,2; 93,22; II Sm 22,3!
et refugium meum in die tribulationis meae
[18]adiutor meus tibi psallam quia Deus 26,6! 80,2; 94,1; Sir 51,2
susceptor meus es Deus meus misericordia mea
59 IN FINEM HIS QUI INMUTABUNTUR IN
TITULI INSCRIPTIONE DAVID IN DOCTRINA [2]CUM SUCCENDIT SYRIAM
MESOPOTAMIAM ET SYRIAM SOBA ET II Sm 10,18
CONVERTIT IOAB ET PERCUSSIT VAL- II Sm 8,13; IV Rg 14,7;
LEM SALINARUM DUODECIM MILIA II Par 25,11!
[3]Deus reppulisti nos et destruxisti nos 43,10!
iratus es et misertus es nobis
[4]commovisti terram et turbasti eam
sana contritiones eius quia commota est
[5]ostendisti populo tuo dura

RFHI WSKΦ cr 12 dicit RF ‖ **58**,1 inscriptionem c | ~ eum interficeret I c. | 2 deus RHI r. 𝔊] deus meus *cet.* | 6 diapsalma *om.* WS c | 7 conuertantur FS. | 10 meus + es c; + es tu *Su* | 11 uoluntas RFHI r. *Su*] misericordia *cet. Hi* | 12 ostendet RF cr. 𝔊] ostendit *cet.* | 14 sciant FIΦ | dominator IΦ; dominabitur WSK c | iacob + et WSKΦ c *Su* | diapsalma *om.* W c | 15 conuertantur F | 17 exaltabo I | in misericordia tua RΦ ‖ **59**,1 his] in his R.; pro his HWS K c | commutabuntur HIW | in tituli] tituli I.; testimonium HW. | inscriptionem c; + ipsi c | in doctrinam RIΦ c | 2 syriam mesopotamiam] mesopotamiam syriae HIW c; syriam Φ | et syriam soba *om.* Φ | syriam² *om.* c. | soba RS r] sabba H.; sabal I.; sobal FWK c | uallem] edom in ualle IS; idumaeam in ualle c. | 4 conturbasti RWSKΦ c |

12 et dicet homo vere fructus est iusto
vere est Deus iudicans in terra

58 VICTORI UT NON DISPERDAS DAVID HUMILEM ET SIMPLICEM QUANDO MISIT SAUL ET CUSTODIERUNT DOMUM UT OCCIDERENT EUM

2 Erue me de inimicis meis Deus meus
et a resistentibus mihi protege me
3 libera me ab operariis iniquitatis
et a viris sanguinum salva me
4 quia ecce insidiati sunt animae meae
congregantur adversum me fortissimi
5 absque iniquitate mea et absque peccato meo Domine
non egi inique et illi currunt et praeparantur
6 surge ex adverso pro me et respice
et tu Domine Deus exercituum Deus Israhel
evigila ut visites omnes gentes
non merearis universis qui operantur iniquitatem

SEMPER

7 revertantur ad vesperam et latrent ut canis et circumeant civitatem
8 ecce loquuntur in ore suo gladii in labiis eorum quasi nemo audiat
9 tu autem Domine deridebis eos subsannabis omnes gentes
10 fortitudinem meam ad te servabo
quoniam tu Deus elevator meus
11 Dei mei misericordia praeveniet me
12 Deus ostendit mihi in insidiatoribus meis
ne occidas eos ne forte obliviscantur populi mei
disperge eos in fortitudine tua
et destrue eos protector noster Domine
13 in peccato oris sui in sermone labiorum suorum
et capiantur in superbia sua
maledictionem et mendacium narrantes
14 consume in furore consume ut non subsistant
et sciant quoniam Deus dominatur Iacob in finibus terrae

SEMPER

15 et convertantur ad vesperam et latrent ut canis
et circumeant civitatem
16 ipsi vagabuntur ut comedant
et cum saturati non fuerint murmurabunt
17 ego autem cantabo imperium tuum et laudabo mane misericordiam tuam
quoniam factus es fortitudo mea
et refugium in die tribulationis meae
18 tibi cantabo quoniam Deus adiutor meus
fortitudo mea Deus misericordia mea

59 VICTORI PRO LILIIS TESTIMONIUM HUMILIS ET PERFECTI DAVID AD DOCENDUM 2 QUANDO PUGNAVIT ADVERSUM SYRIAM MESOPOTAMIAE ET ADVERSUM SYRIAM SUBA ET REVERSUS EST IOAB ET PERCUSSIT EDOM IN VALLE SALINARUM DUODECIM MILIA

3 Deus proiecisti nos et scidisti iratus convertisti nos
4 commovisti terram et disrupisti eam
sana contritiones eius quoniam commota est
5 ostendisti populo tuo duritiam

12 dicit RF.; dicat S. | in terra *om.* C || **58** (𝔐 59), 1 occideret CS | 5 iniqui FK. | 6 semper *om.* I | 7 canis FC𝔰𝔐] canent I.; canes *cet.* | 8 loquentur FΘS | 12 ostende RCΘS | pro insidiatoribus meis Θ.; insidiatoribus meis FL; insidiatores meos IAKS | 14 dominabitur Θ; dominator IAKS | semper] diapsalma R.; *om.* I | 15 et[1] *om.* IAK. | conuertentur IAK. | canis FC𝔰𝔐] canes *cet.* || **59** (𝔐 60), 3 iratus + es RIAK. |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

potasti nos vino conpunctionis
6—14: 107,7–14 [6]dedisti metuentibus te significationem
ut fugiant a facie arcus
DIAPSALMA
ut liberentur dilecti tui
[7]salvum fac dextera tua et exaudi me
[8]Deus locutus est in sancto suo
laetabor et partibor Sicima
et convallem tabernaculorum metibor
[9]meus est Galaad et meus ÷ est: Manasses
et Effraim fortitudo capitis mei
Iuda rex meus [10]Moab olla spei meae
Is 11,14 in Idumeam extendam calciamentum meum
Nm 24,18! mihi alienigenae subditi sunt
[11]quis deducet me in civitatem munitam
quis deducet me usque in Idumeam
43,10! [12]nonne tu Deus qui reppulisti nos
et non egredieris Deus in virtutibus nostris
[13]da nobis auxilium de tribulatione
145,3 et vana salus hominis
[14]in Deo faciemus virtutem
Idt 13,22! et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos

60 IN FINEM IN HYMNIS DAVID

54,2.3! [2]Exaudi Deus deprecationem meam
intende orationi meae
[3]a finibus terrae ad te clamavi
26,6! dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me
deduxisti me [4]quia factus es spes mea
Prv 18,10 turris fortitudinis a facie inimici
14,1; 26,4! 5! [5]inhabitabo in tabernaculo tuo in saecula
protegar in velamento alarum tuarum
DIAPSALMA
[6]quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam
dedisti hereditatem timentibus nomen tuum
[7]dies super dies regis adicies annos eius 20,5!
usque in diem generationis et generationis
[8]permanet in aeternum in conspectu Dei
misericordiam et veritatem quis requiret eius 106,43: Or Man 6
[9]sic psalmum dicam nomini tuo in saeculum saeculi 17,50! 144,1
ut reddam vota mea de die in diem

61 IN FINEM PRO IDITHUN PSALMUS DAVID

[2]Nonne Deo subiecta erit anima mea 6
ab ipso enim salutare meum
[3]nam et ipse Deus meus et salutaris meus 7
susceptor meus non movebor amplius
[4]quousque inruitis in hominem
interficitis universi vos
tamquam parieti inclinato et maceriae depulsae
[5]verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere
cucurri in siti
ore suo benedicebant et corde suo maledicebant 27,31
DIAPSALMA
[6]verumtamen Deo subiecta esto anima mea 2: 36,7
quoniam ab ipso patientia mea
[7]quia ipse Deus meus et salvator meus 3: Iob 13,16!
adiutor meus non emigrabo
[8]in Deo salutare meum et gloria mea 3,4!
Deus auxilii mei et spes mea in Deo est Is 26,4
[9]sperate in eo omnis congregatio populi

RFHI WSKΦ cr 6 diapsalma *om.* c | 8 sicimam RWSKΦ; sichimam c | 10 olla] aula FHI. | 13 et] quia c. || 60,1 in hymni R.; hymnis F.; psalmus H.; + psalmus W | 5 diapsalma *om.* W c | 6 meus *om.* FI, *cf. Su* | 8 ~ eius quis requiret WKΦ c | 9 de die in die RF. || 61,4 inruetis FI. | uniuersi uos] uniuersos RHI | inpulsae HI. | 5 diapsalma *om.* WSK c | 9 in eum RHI. |

potasti nos vino consopiente
6 dedisti timentibus te signum ut fugerent a facie arcus
SEMPER
ut liberentur amici tui
7 salva dextera tua et exaudi me
8 Deus locutus est in sanctuario suo laetabor
dividam Sicimam et vallem Soccoth dimetiar
9 meus est Galaad et meus Manasse
et Efraim fortitudo capitis mei Iudas legifer meus
10 Moab olla lavacri mei
super Idumeam incedam calciamento meo
mihi Palestina foederata est
11 quis deducet me ad civitatem munitam
quis deducet me usque ad Idumeam
12 nonne tu Deus qui proiecisti nos
et non egredieris Deus in exercitibus nostris
13 da nobis auxilium in tribulatione
vana est enim salus ab homine
14 in Deo faciemus virtutem
et ipse conculcabit tribulantes nos

60 VICTORI IN PSALMIS DAVID
2 Exaudi Deus laudationem meam
intende orationi meae
3 de novissimo terrae ad te clamabo
cum triste fuerit cor meum
cum fortis elevabitur adversum me tu eris ductor meus
4 fuisti spes mea turris munitissima a facie inimici
5 habitabo in tabernaculo tuo iugiter
sperabo in protectione alarum tuarum
SEMPER
6 tu enim Deus exaudisti orationem meam
dedisti hereditatem timentibus nomen tuum
7 dies super dies regis adicies annos eius
donec est generatio et generatio
8 sedebit semper ante faciem Dei Prv 20,28!
misericordia et veritas servabunt eum
9 sic canam nomini tuo iugiter
reddens vota mea per singulos dies

61 VICTORI PER IDITHUN CANTICUM DAVID
2 Attamen apud Deum silebit anima mea ex eo salus mea
3 attamen ipse est scutum meum et salus mea
fortitudo mea non commovebor amplius
4 usquequo insidiamini contra virum
interficitis omnes
quasi murus inclinus et maceria corruens
5 partem enim eius cogitaverunt expellere
placuerunt sibi in mendacio
ore suo singuli benedicunt et corde suo maledicunt
SEMPER
6 verumtamen Deo retice anima mea
ab ipso enim praestolatio mea
7 ipse est fortitudo mea et salus mea
susceptor meus non timebo
8 in Deo salutare meum et gloria mea
robur fortitudinis meae salus mea in Deo
9 sperate in eo omni tempore populi

6 timentibus] metuentibus CIAKΘ | semper *om.* I | 8 sicima F | 9 meus² *om.* S.: + est RCAKΘ𝔥 | 10 incidam RAK. ‖ **60**(𝔐 **61**),3 doctor RIAK. | 5 semper *om.* CI ‖ **61**(𝔐 **62**),2 ut tamen Θ | 3 et tamen R, ut tamen Θ | est *om.* C | 5 in mendacium I | semper *om.* I | 8 meae + et RIAK |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

I Sm 1,15! effundite coram illo corda vestra
Deus adiutor noster in aeternum
38,6! 10 verumtamen vani filii hominum
115,11! mendaces filii hominum in stateris
ut decipiant ipsi de vanitate in id ipsum
11 nolite sperare in iniquitate
Sir 5,1! 31,8 et rapinas nolite concupiscere
divitiae si affluant nolite cor adponere
Iob 33,14 12 semel locutus est Deus duo haec audivi
quia potestas Dei 13 et tibi Domine
Sir 16,15! 27,4! I Sm 26,23! Mt 16,27; Rm 2,6; I Cor 3,8; Apc 2,23! misericordia
quia tu reddes unicuique iuxta opera sua

62 PSALMUS DAVID CUM ESSET IN DESERTO IUDAEAE
2 Deus Deus meus ad te de luce vigilo
41,3 sitivit in te anima mea
quam multipliciter tibi caro mea
3 in terra deserta et invia et inaquosa
sic in sancto apparui tibi
26,4! ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam
4 quoniam melior est misericordia tua super vitas
labia mea laudabunt te
103,33! 144,2 5 sic benedicam te in vita mea
in nomine tuo levabo manus meas
6 sicut adipe et pinguidine repleatur anima mea
50,17! 125,2 et labia exultationis laudabit os meum
76,7; 118,55 7 si memor fui tui super stratum meum
in matutinis meditabar in te
8 quia fuisti adiutor meus
35,8; 56,2 et in velamento alarum tuarum exultabo
72,28; Dt 4,4 9 adhesit anima mea post te
me suscepit dextera tua
10 ipsi vero in vanum quaesierunt animam meam
introibunt in inferiora terrae 30,18; 54,16!
11 tradentur in manus gladii
partes vulpium erunt
12 rex vero laetabitur in Deo 20,2
laudabitur omnis qui iurat in eo
quia obstructum est os loquentium iniqua

63 IN FINEM PSALMUS DAVID
2 Exaudi Deus orationem meam cum deprecor
a timore inimici eripe animam meam
3 protexisti me a conventu malignantium
a multitudine operantium iniquitatem
4 quia exacuerunt ut gladium linguas suas Ier 9,3
intenderunt arcum rem amaram 10,3! 57,8
5 ut sagittent in occultis inmaculatum
6 subito sagittabunt eum et non timebunt
firmaverunt sibi sermonem nequam
narraverunt ut absconderent laqueos
dixerunt quis videbit eos Prv 1,11! Sir 23,25!
7 scrutati sunt iniquitates
defecerunt scrutantes scrutinio
accedet homo et cor altum 8 et exaltabitur Deus
sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum
9 et infirmatae sunt contra eos linguae eorum
conturbati sunt omnes qui videbant eos 9.10: 39,4; 51,8
10 et timuit omnis homo
et adnuntiaverunt opera Dei
et facta eius intellexerunt
11 laetabitur iustus in Domino et sperabit in eo 31,11! 32,1
et laudabuntur omnes recti corde

RFHI WSKΦ cr 9 aeternum + diapsalma FISKΦ | 12 dei + est ISK c | 13 reddis HIS. || 62,1 iudaeae] idumeae HΦc; idumea I. | 3 inaquoso F | apparuit tibi RFΦ | 4 super uita F | 5 mea + et IWSKΦc | 6 et[1] + in HI. | labiis c | 7 si] sic F | supra RH. | meditabar R r. 𝔊] meditabor *cet.* | 12 laudabuntur omnes qui iurant HIWSK c || 63,7 et] ad c | 8 et *om.* HI. | 11 sperauit RHS ||

effundite coram eo cor vestrum Deus spes nostra est
SEMPER
10 verumtamen vanitas filii Adam mendacium filii uiri in stateris dolosis
fraudulenter agunt simul
11 nolite confidere in calumnia
et in rapina ne frustremini
divitiae si fluxerint ne adponatis cor
12 unum locutus est Deus duo haec audivi
quia imperium Dei est
13 et tibi Domine misericordia
quia tu reddes unicuique secundum opus suum

62 CANTICUM DAVID CUM ESSET IN DESERTO IUDA
2 Deus fortitudo mea tu es de luce consurgam ad te
sitivit te anima mea desideravit te caro mea
3 in terra invia et conficiente ac sine aqua
sic in sancto apparui tibi ut videam fortitudinem tuam et gloriam tuam
4 melior est enim misericordia tua quam vitae
labia mea laudabunt te
5 sic benedicam tibi in vita mea
in nomine tuo levabo manus meas
6 quasi adipe et pinguidine implebitur anima mea
et labiis laudantibus canet os meum
7 recordans tui in cubili meo
per singulas vigilias meditabor tibi
8 quia fuisti auxilium meum
in umbra alarum tuarum laudabo
9 adhesit anima mea post te
me suscepit dextera tua
10 ipsi vero interficere quaerunt animam meam
ingrediantur in extrema terrae
11 congregentur in manus gladii pars vulpium erunt
12 rex autem laetabitur in Deo
laudabitur omnis qui iurat in eo
quia obstruetur os loquentium mendacium

63 VICTORI CANTICUM DAVID
2 Audi Deus vocem meam loquentis
a timore inimici serva vitam meam
3 absconde me a consilio malignorum
a tumultu operantium iniquitatem
4 qui exacuerunt quasi gladium linguam suam
tetenderunt sagittam suam verbum amarissimum
5 ut sagittarent in absconditis simplicem
6 subito sagittabunt eum et non timebunt
confortaverunt sibi sermonem pessimum
narraverunt ut absconderent laqueos
dixerunt quis videbit nos
7 scrutati sunt iniquitates
defecerunt scrutantes scrutinio
cogitationibus singulorum et corde profundo
8 sagittabit ergo eos Deus iaculo repentino
inferentur plagae eorum
9 et corruent in semet ipsos linguis suis
fugient omnes qui viderint eos
10 et timebunt omnes homines et adnuntiabunt opus Dei
et opera eius intellegent
11 laetabitur iustus in Domino et sperabit in eo
et exultabunt omnes recti corde

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

9 semper] diapsalma K.; *om.* I | 10 filii[2] + enoch CΣ. | 13 reddis RIAK. || **62** (𝔐 63),3 et inconficiente IAK. | apparuit R; aperui A. | 4 uita FΘL𝔥; uita et S. | 5 mea + et C | 6 et[1] *om.* FΣ | 8 meum + et FCΣΘSL𝔥 | 9 suscipit FAK𝔰.; suscipiet Θ | 10 quaesierunt R | 12 deo] domino FΣL | quia—mendacium *om.* IAK. || **63** (𝔐 64),2 serua uita mea A.; serua animam meam ΣS; seruauit animam meam RC. | 4 qui CSL𝔰𝔐] quia *cet.* | 6 nos] eos IΘ | 8 sagittauit RC. ||

64 IN FINEM PSALMUS DAVID ※CANTICUM: HIEREMIAE ET AGGEI DE VERBO PEREGRINATIONIS QUANDO INCIPIEBANT PROFICISCI

9,12; Is 12,6 2 Te decet hymnus Deus in Sion
et tibi reddetur votum in Hierusalem
Is 66,23 3 exaudi orationem ad te omnis caro veniet
4 verba iniquorum praevaluerunt super nos
et impietatibus nostris tu propitiaberis
32,12! 5 beatus quem elegisti et adsumpsisti
26,4! 83,5 inhabitabit in atriis tuis
35,9 replebimur in bonis domus tuae
sanctum est templum tuum 6 mirabile in aequitate
exaudi nos Deus salutaris noster
spes omnium finium terrae et in mari longe
7 praeparans montes in virtute tua accinctus potentia
Lc 21,25 8 qui conturbas profundum maris
sonum fluctuum eius
turbabuntur gentes 9 et timebunt
qui inhabitant terminos a signis tuis
exitus matutini et vespere delectabis
10 visitasti terram et inebriasti eam
multiplicasti locupletare eam
flumen Dei repletum est aquis
parasti cibum illorum
quoniam ita est praeparatio eius
11 rivos eius inebria
multiplica genimina eius
in stillicidiis eius laetabitur germinans
84,13! 12 benedices coronae anni benignitatis tuae
et campi tui replebuntur ubertate
13 pinguescent speciosa deserti
et exultatione colles accingentur
14 induti sunt arietes ovium
et valles abundabunt frumento
clamabunt etenim hymnum dicent

65 IN FINEM CANTICUM PSALMI RESURRECTIONIS

Iubilate Deo omnis terra 4; 67,5; 95,1; 97,4! I Par 16,23!
2 psalmum dicite nomini eius 17,50!
date gloriam laudi eius Dt 32,3! Is 42,12!
3 dicite Deo quam terribilia sunt opera tua Domine 144,6; Ex 34,10!
in multitudine virtutis tuae mentientur tibi inimici tui 80,16
4 omnis terra adorent te et psallant tibi 1,2! Tb 13,13!
psalmum dicant nomini tuo
DIAPSALMA
5 venite et videte opera Dei 45,9; Ier 32,19
terribilis in consiliis super filios hominum
6 qui convertit mare in aridam Ex 14,21! Sir 39,29
in flumine pertransibunt pede Ios 3,17!
ibi laetabimur in ipso
7 qui dominatur in virtute sua in aeternum Tb 9,11!
oculi eius super gentes respiciunt 32,14!
qui exasperant non exaltentur in semet ipsis
DIAPSALMA
8 benedicite gentes Deum nostrum
et auditam facite vocem laudis eius
9 qui posuit animam meam ad vitam
et non dedit in commotionem pedes meos 120,3!
10 quoniam probasti nos Deus 16,3! Prv 17,3! I Par 29,17!
igne nos examinasti sicut examinatur argentum Is 48,10! Ier 12,3
11 induxisti nos in laqueum
posuisti tribulationes in dorso nostro 128,3
12 inposuisti homines super capita nostra
transivimus per ignem et aquam Is 43,2
et eduxisti nos in refrigerium

RFHI WSKΦ cr **64,1** aggei] ezechiel I.; ezechielis c. | de *om.* c. | uerbo—incipiebant] populo transmigrationis cum inciperent I c. | proficisci] exire c. | 3 orationem + meam WSKΦ c | ueniat R | 9 habitant SKΦ c | terminos + terrae HI. || **65,1** in—resurrectionis] psalmus dauid HW | canticum psalmus K.; psalmi canticum S.; psalmus dauid canticum I | 4 adorent... psallant... dicant FHIr. 𝔊] adoret... psallat... dicat *cet.* | diapsalma *om.* IW c | 7 in aeternum] *sub* ※ R | diapsalma *om.* HIW c | 9 in commutatione R.; commotione F. |

64 VICTORI CARMEN DAVID CANTICI
2 Tibi silens laus Deus in Sion et tibi reddetur votum
3 exaudi orationem donec ad te omnis caro veniat
4 verba iniquitatum praevaluerunt adversum me
sceleribus nostris tu propitiaberis
5 beatus quem elegeris et susceperis
habitabit enim in atriis tuis
replebimur bonis domus tuae sanctificatione templi tui
6 terribilis in iustitia exaudi nos Deus salvator noster
confidentia omnium finium terrae et maris longinqui
7 praeparans montes in virtute tua accinctus fortitudine
8 conpescens sonitum maris
fremitum fluctuum eius et multitudinem gentium
9 et timebunt qui habitant in extremis a signis tuis
egressus matutinos et vespere laudantes facies
10 visita terram et inriga eam ubertate dita eam
rivus Dei plenus aqua
praeparabis frumentum eorum quia sic fundasti eam
11 sulcos eius inebria multiplica fruges eius
pluviis inriga eam et germini eius benedic
12 volvetur annus in bonitate tua
et vestigia tua rorabunt pinguidine
13 pinguescent pascua deserti
et exultatione colles accingentur
14 vestientur agnis greges et valles plenae erunt frumento
coaequabuntur et canent

65 VICTORI CANTICUM PSALMI
Iubilate Deo omnis terra 2 cantate gloriam nomini eius
date gloriam laudi eius
3 dicite Deo quam terribile opus tuum
in multitudine fortitudinis tuae mentientur tibi inimici tui
4 omnis terra adoret te et cantet tibi cantet nomini tuo
SEMPER
5 venite et videte opera Dei
terribilia consilia super filiis hominum
6 convertit mare in aridam
in flumine pertransibunt pede
ibi laetabimur in eo
7 qui dominatur in fortitudine sua saeculo
oculi eius gentes aspiciunt
qui increduli sunt non exaltentur in semet ipsis
SEMPER
8 benedicite populi Deo nostro
et auditam facite vocem laudis eius
9 qui posuit animam nostram in vitam
et non dedit in commotione pedes nostros
10 probasti enim nos Deus
igne nos conflasti sicut conflatur argentum
11 introduxisti nos in obsidione
posuisti stridorem in dorso nostro
12 inposuisti homines super caput nostrum
transivimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium

64 (𝔐 65), 1 canticum CΘ | 2 redditur IA. | 5 atriis] tabernaculis IAK. | replebitur IK; + in IAK | 6 saluator] salutaris IΣ | confidentium IAK. | 9 matutino IAK.; matutini Θ | uesperae C.; uesperis Θ. | 12 rorabunt] roburabunt IA; roborabunt RCKΘS | 13 pascuae IAK | 14 plenae] planae RAK. ‖ 65 (𝔐 66), 1 iubilet CL | 4 cantet tibi cantet RCI𝔰] canet tibi canet FΣAK; canet tibi cantet ΘSL; canat tibi cantet 𝔥. | semper] diapsalma I. | 6 conuertet IAKS | 7 in saeculo IAK.; a saeculo CΘ | semper] diapsalma I. | 9 in uita FΘL; ad uitam IAK | in commotionem ΣSL𝔥 | 11 in obsidionem RΣL𝔥 |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

13.14: Nm 23,23; Ier 17,16 13 introibo in domum tuam in holocaustis
reddam tibi vota mea 14 quae distinxerunt labia mea
et locutum est os meum in tribulatione mea
15 holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum
Lv 9,3! offeram tibi boves cum hircis
DIAPSALMA
16 venite audite et narrabo omnes qui timetis Deum
Mc 5,19! quanta fecit animae meae
17 ad ipsum ore meo clamavi
et exaltavi sub lingua mea
18 iniquitatem si aspexi in corde meo
non exaudiat Dominus
19 propterea exaudivit Deus
114,1 adtendit voci deprecationis meae
30,22; Gn 24,27 20 benedictus Deus qui non amovit orationem meam
II Mcc 6,16! et misericordiam suam a me

66 IN FINEM IN HYMNIS PSALMUS CANTICI

Nm 6,24.25 2 Deus misereatur nostri et benedicat nobis
4,7 inluminet vultum suum super nos et misereatur nostri
DIAPSALMA
97,2! 3! 3 ut cognoscamus in terra viam tuam
in omnibus gentibus salutare tuum
46,2! 4 confiteantur tibi populi Deus
confiteantur tibi populi omnes
5 laetentur et exultent gentes
97,9! quoniam iudicas populos in aequitate
et gentes in terra diriges
DIAPSALMA
46,2! 6 confiteantur tibi populi Deus
confiteantur tibi populi omnes
84,13! Lv 25,19! 7 terra dedit fructum suum
benedicat nos Deus Deus noster
8 benedicat nos Deus
et metuant eum omnes fines terrae Tb 13,13!

67 IN FINEM DAVID PSALMUS CANTICI

2 Exsurgat Deus et dissipentur inimici eius Nm 10,35
et fugiant qui oderunt eum a facie eius
3 sicut deficit fumus deficiant
sicut fluit cera a facie ignis
sic pereant peccatores a facie Dei 9,4! 36,20; Ml 1,4!
4 et iusti epulentur 21,27!
exultent in conspectu Dei
delectentur in laetitia
5 cantate Deo psalmum dicite nomini eius 65,1.2!
iter facite ei qui ascendit super occasum Dominus nomen illi Is 40,3! 82,19!
et exultate in conspectu eius
turbabuntur a facie eius
6 patris orfanorum et iudicis viduarum 145,9!
Deus in loco sancto suo
7 Deus inhabitare facit unius moris in domo
qui educit vinctos in fortitudine Is 42,7!
similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris
8 Deus cum egredereris in conspectu populi tui Hab 3,13
cum pertransieris in deserto
DIAPSALMA
9 terra mota est etenim caeli distillaverunt Idc 5,4.5!
a facie Dei Sinai a facie Dei Israhel
10 pluviam voluntariam segregabis Deus hereditati tuae
et infirmata est tu vero perfecisti eam
11 animalia tua habitant in ea
parasti in dulcedine tua pauperi Deus

RFHI WSKΦ cr 15 incenso RFc | diapsalma *om.* RWc | 17 exultaui RWS | 18 exaudiat Rr. 𝔊] audiat F.; exaudiet *cet.* | dominus] deus HI. | 19 deus] dominus HIS.; + et WSKc || 66,1 psalmus cantici] psalmus cantici dauid c; psalmus dauid cantici K.; psalmus dauid W | 2 diapsalma *om.* IKc | 5 dirigis c | diapsalma *om.* RWKc | 8 nos] nobis F.; *om.* H || 67,1 dauid *om.* W; ~ psalmus cantici (+ ipsi c.) dauid Ic | 3 deficit] defecit FHIK | 4 epulentur + et c | dei + et WSKc | laetitia + diapsalma I | 5 nomen + est F | et *om.* RKΦc *Su* | 6 patres HΦ | iudices FHΦ | 7 deus + qui c | 8 egredieris WSKΦ | pertransiris R.; pertransires c | diapsalma *om.* Wc | 11 habitabunt HIWSKc |

13 ingrediar domum tuam in holocaustis
reddam tibi vota mea 14 quae promiserunt tibi labia mea
et locutum est os meum cum tribularer
15 holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum
faciam boves cum hircis
SEMPER
16 venite audite et narrabo omnes qui timetis Deum
quanta fecerit animae meae
17 ipsum ore meo invocavi et exaltavi in lingua mea
18 iniquitatem si vidi in corde meo non exaudiat Dominus
19 ideo exaudivit Deus et adtendit vocem deprecationis meae
20 benedictus Deus qui non abstulit orationem meam et misericordiam suam a me

66 VICTORI IN PSALMIS CANTICUM CARMINIS
2 Deus misereatur nostri et benedicat nobis
inlustret faciem suam super nos
SEMPER
3 ut nota fiat in terra via tua
in universis gentibus salus tua
4 confiteantur tibi populi Deus
confiteantur tibi populi omnes
5 laetentur et laudent gentes
quoniam iudicas populos in aequitate
et gentium quae in terra sunt ductor es sempiternus
6 confiteantur tibi populi Deus
confiteantur tibi populi omnes
7 terra dedit germen suum
benedicat nobis Deus Deus noster
8 benedicat nobis Deus
et timeant eum omnes fines terrae

67 VICTORI DAVID PSALMUS CANTICI
2 Exsurgat Dcus et dissipentur inimici eius
et fugiant qui oderunt eum a facie eius
3 sicut deficit fumus deficiant
sicut tabescit cera a facie ignis
pereant impii a facie Dei
4 iusti autem laetentur exultent in conspectu Dei et gaudeant in laetitia
5 cantate Deo canite nomini eius
praeparate viam ascendenti per deserta
in Domino nomen eius et exultate coram eo
6 patri pupillorum et defensori viduarum
Deus in habitaculo sancto suo
7 Deus habitare facit solitarios in domo
educit vinctos in fortitudine
increduli autem habitaverunt in siccitatibus
8 Deus cum egredereris ante populum tuum et ambulares per desertum
SEMPER
9 terra commota est et caeli stillaverunt a facie tua Deus
hoc est in Sinai a facie Dei Dei Israhel
10 pluviam voluntariam elevasti Deus
hereditatem tuam laborantem tu confortasti
11 animalia tua habitaverunt in ea
praeparasti in bonitate tua pauperi Deus

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

14 tibi *om.* IAKΘS𝔥 | 15 incenso FCΣΘSL𝔥 | semper *om.* I | 16 uenite + et RC | deum] dominum FΣ | 17 exultaui RCΣΘ | in *om.* IAK. | 19 uoci C ‖ 66(𝔐 67),2 nobis] nos RAKΘ | semper *om.* IAK | 3 uia] uita CA | tua² + semper CΣ. ‖ 67(𝔐 68),2 dissipentur] dispergantur SL𝔥 | et²—eius² *om.* F | 3 defecit¹ FIAKS | tabe͙scet IAK. | 4 laetentur + et RΘSL | laetitia + semper CΣ. | 5 canite] cantate FΣΘS | et *om.* CS | 7 inhabitare IAK | educit] et ducit FΣ | 8 egredireris IA.; egredieris KΘSL | semper *om.* I | 9 mota est FCΣ | distillauerunt RIAK | dei dei ISL𝔥𝔰𝔐] dei *cet.* |

12 Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa
13 rex virtutum dilecti
※dilecti: et speciei domus dividere spolia
14 si dormiatis inter medios cleros
pinnae columbae deargentatae
et posteriora dorsi eius in pallore auri
15 dum discernit Caelestis reges super eam
nive dealbabuntur in Selmon
16 mons Dei mons pinguis
mons coagulatus mons pinguis
17 ut quid suspicamini montes coagulatos
9,12; 73,2; 75,3; 131,13 mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo
etenim Dominus habitabit in finem
18 currus Dei decem milibus multiplex
milia laetantium Dominus in eis in Sina in sancto
Eph 4,8 19 ascendisti in altum cepisti captivitatem
accepisti dona in hominibus
etenim non credentes inhabitare Dominum
144,2 Deus 20 benedictus Dominus die cotidie
prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum

DIAPSALMA

21 Deus noster Deus salvos faciendi
et Domini Domini exitus mortis
109,6; Sir 36,12 22 verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum
verticem capilli perambulantium in delictis suis
23 dixit Dominus ex Basan convertam
convertam in profundis maris
24 ut intinguatur pes tuus in sanguine
lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso
25 viderunt ingressus tui Deus
ingressus Dei mei regis mei qui est in sancto
26 praevenerunt principes coniuncti psallentibus
in medio iuvencularum tympanistriarum
27 in ecclesiis benedicite Deum 34,18!
Dominum de fontibus Israhel
28 ibi Beniamin adulescentulus in mentis excessu
principes Iuda duces eorum
principes Zabulon principes Nepthali
29 manda Deus virtutem tuam
confirma Deus hoc quod operatus es nobis
30 a templo tuo in Hierusalem 71,10; Tb 13,14! III Rg 10,25; II Par 9,24; 32,23!
tibi adferent reges munera
31 increpa feras harundinis
congregatio taurorum in vaccis populorum
ut excludant eos qui probati sunt argento
dissipa gentes quae bella volunt 45,10!
32 venient legati ex Aegypto Is 45,14
Aethiopia praeveniet manus eius Deo So 3,10!
33 regna terrae cantate Deo psallite Domino 46,2! 7! 137,4; Ier 20,13

DIAPSALMA

÷psallite Deo: 34 qui ascendit super caelum caeli ad orientem Dt 33,26
ecce dabit voci suae vocem virtutis
35 date gloriam Deo super Israhel magnificentia eius Dt 32,3!
et virtus eius in nubibus
36 mirabilis Deus in sanctis suis II Th 1,10!
Deus Israhel ipse dabit virtutem

RFHI WSKΦ cr 14 auri + diapsalma FI | 15 regis IWKΦ | 17 montes coagulatus FWK | habitauit F | 19 deus] deum WSKΦc | 20 diapsalma *om.* Wc | 22 in dilectis FHK. | 23 in profundis Rr𝔊] in profundo W; in profundum *cet.* | 25 uiderunt ingressus tui FHWSKΦr *Su*] uiderunt ingressus tuos Ic*Hi*; uisi sunt ingressus tui R., *cf. Su* | 26 tympanistriarum + diapsalma I | 27 deum dominum RIr. 𝔊] dominum dominum F.; deo domino *cet.* | 29 uirtuti tuae WKc | ~ hoc deus c. | es + in c | 30 adferent] offerent Φc | 31 quae] qui FW | 33 diapsalma *om.* WKc | 34 uocis suae F |

12 Domine dabis sermonem adnuntia-
tricibus fortitudinis plurimae
13 reges exercituum foederabuntur
foederabuntur et pulchritudo domus
dividet spolia
14 si dormieritis inter medios terminos
pinnae columbae deargentatae et
posteriora eius in virore auri
15 cum divideret Robustissimus reges
in ea
nive dealbata est in Selmon
16 mons Dei mons pinguis mons excel-
sus mons pinguis
17 quare contenditis montes excelsi ad-
versum montem quem dilexit Deus
ut habitaret in eo
siquidem Dominus habitabit semper
18 currus Dei innumerabilis
milia abundantium Dominus in eis
in Sina in sancto
19 ascendisti in excelsum captivam du-
xisti captivitatem accepisti dona in
hominibus
insuper et non credentes habitare
Dominum Deum
20 benedictus Dominus per singulos
dies
portabit nos Deus salutis nostrae
SEMPER
21 Deus noster Deus salutis et Domini
Dei mortis egressus
22 verumtamen Deus confringet capita
inimicorum suorum
verticem crinis ambulantis in delictis
suis
23 dixit Dominus de Basan convertam
convertam de profundis maris
24 ut calcet pes tuus in sanguine
lingua canum tuorum ex inimicis a
temet ipso
25 viderunt itinera tua Deus itinera Dei
mei regis mei in sancto
26 praecesserunt cantores eos qui post
tergum psallebant
in medio puellarum tympanistriarum
27 in ecclesiis benedicite Deo Domino
de fontibus Israhel
28 ibi Beniamin parvulus continens eos
principes Iuda in purpura sua
principes Zabulon principes Nep-
thali
29 praecepit Deus tuus de fortitudine
tua
conforta Deus hoc quod operatus es
nobis
30 de templo tuo quod est in Hierusa-
lem
tibi offerent reges munera
31 increpa bestiam calami congregatio
fortium in vitulis populorum
calcitrantium contra rotas argenteas
disperge populos qui bella volunt
32 offerant velociter ex Aegypto
Aethiopia festinet dare manus Deo
33 regna terrae cantate Deo canite
Domino
SEMPER
34 qui ascendit super caelum caeli a
principio
ecce dabit voci suae vocem fortitu-
dinis
35 date gloriam Deo
super Israhel magnificentia eius
et fortitudo eius in caelis
36 terribilis Deus de sanctuario suo
Deus Israhel ipse dabit fortitudinem

RFCI ΣAKΘSL ϸs

12 dominus dabit I | 13 foederabuntur[2] *om.* RFΣΘ | 14 auri + semper CΣ | 15 diuiderit R; uiderit KL; discernit Θ | robustissimos FCSL; omnipotens Θ | in selmoni CΣ | 17 habitabit] habitauit F | 18 innumerabiles IAKS. | sinai CΣΘ | 20 portauit IA.; portabis Θ | semper *om.* I | 21 mortis] nostri C | 22 ambulantes L; ambulantium IAK; perambulantis FΣ | 23 de[1]] ex C | 26 cantatores IΣΛKΘSϸ | 28 princeps[1] C | 29 praecipit FAK. | 31 calcantium RΘ; calcitantium FL. | 32 offerantur IAKL. | manus] munus RCAKL | 33 semper *om.* IAK | 34 uocis suae FL.; uocem suam Θ |

et fortitudinem plebi suae benedictus Deus

68 IN FINEM PRO HIS QUI COMMUTABUNTUR DAVID

2 Salvum me fac Deus quoniam intra-
Is 8,7; Lam 3,54! Ion 2,6 verunt aquae usque ad animam
meam
Ier 38,6 3 infixus sum in limum profundi et
non est substantia
123,4 5 veni in altitudines maris et tempes-
tas demersit me
6,7! 4 laboravi clamans raucae factae sunt
fauces meae
defecerunt oculi mei dum spero in
Deum meum
24,19! 37,20 5 multiplicati sunt super capillos ca-
pitis mei
qui oderunt me gratis
confortati sunt qui persecuti sunt
me inimici mei iniuste
quae non rapui tunc exsolvebam
6 Deus tu scis insipientiam meam
31,5 et delicta mea a te non sunt abscon-
dita
7 non erubescant in me qui expectant
te Domine Domine virtutum
non confundantur super me qui
quaerunt te Deus Israhel
Ier 15,15 8 quoniam propter te sustinui obprob-
rium
43,16! operuit confusio faciem meam
Iob 19,13! 9 extraneus factus sum fratribus meis
Ct 1,5 et peregrinus filiis matris meae
Io 2,17 10 quoniam zelus domus tuae comedit
me
Rm 15,3 et obprobria exprobrantium tibi ce-
ciderunt super me
34,13! 11 et operui in ieiunio animam meam
et factum est in obprobrium mihi
12 et posui vestimentum meum cilicium
43,15; Iob 17,6! 30,9 et factus sum illis in parabolam
13 adversum me exercebantur qui sede-
bant in porta
et in me psallebant qui bibebant vi-
num
14 ego vero orationem meam ad te Do-
mine
tempus beneplaciti Deus Is 49,8!
in multitudine misericordiae tuae
exaudi me in veritate salutis tuae
15 eripe me de luto ut non infigar 39,3
liberer ab his qui oderunt me II Sm 22,18!
et de profundis aquarum
16 non me demergat tempestas aquae
neque absorbeat me profundum
neque urgeat super me puteus os
suum
17 exaudi me Domine quoniam benig- 108,21
na est misericordia tua
secundum multitudinem miseratio-
num tuarum respice me
18 et ne avertas faciem tuam a puero 101,3; 142,7
tuo
quoniam tribulor velociter exaudi
me
19 intende animae meae et libera eam
propter inimicos meos eripe me
20 tu scis inproperium meum
et confusionem et reverentiam meam
21 in conspectu tuo sunt omnes qui tri-
bulant me
inproperium expectavit cor meum et
miseriam
et sustinui qui simul contristaretur Is 63,5!
et non fuit
et qui consolaretur et non inveni
22 et dederunt in escam meam fel Mt 27,34
et in siti mea potaverunt me aceto Mt 27,48!
23 fiat mensa eorum coram ipsis in la- 23.24; Rm 11,9.10
queum
et in retributiones et in scandalum
24 obscurentur oculi eorum ne videant
et dorsum eorum semper incurva
25 effunde super eos iram tuam 78,6! So 3,8; Apc 16,1
et furor irae tuae conprehendat eos
26 fiat habitatio eorum deserta Mt 23,38!

RFHI WSKΦ cr 36 plebis suae FΦ || 68,1 his quae RF.; iis qui c. | dauid *om.* W.; *praem.* psalmus H | 3 in limo WSKΦc | altitudines Ir. 𝔊] altitudinis R.; altitudinem *cet.* | 9 filius RS. | 11 in obprobria HIW. | 13 exercebantur RFHIr., *cf.* 𝔊] loquebantur *cet.* | 15 liberer HIr. 𝔊] liberar R. (*vid.*); libera me *cet.* | ab iis c | 16 obsorbeat RISΦ | 17 me^{2}] in me WSKΦc | 20 confusionem + meam WSKΦc | 21 et^{4} *om.* R | 23 in retributionem I. |

et robur populo benedictus Deus

68 VICTORI PRO LILIIS DAVID

2 Salva me Deus quoniam venerunt aquae usque ad animam
3 infixus sum in limo profundi et non possum consistere
veni in profundum aquarum et flumen operuit me
4 laboravi clamans exasperatum est guttur meum
defecerunt oculi mei expectantes Deum meum
5 multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis
confortati sunt qui persequebantur me inimici mei iniuste
quae non rapueram tunc reddebam
6 Deus tu scis stultitiam meam
et peccata mea a te non sunt abscondita
7 non confundantur in me qui expectant te Domine Deus exercituum
non confundantur in me qui quaerunt te Deus Israhel
8 quia propter te portavi obprobrium
operuit confusio faciem meam
9 alienus factus sum fratribus meis
et peregrinus filiis matris meae
10 quia zelus domus tuae comedit me
et obprobrium exprobrantium tibi cecidit super me
11 et flevi in ieiunio animam meam
et factum est in obprobria mihi
12 et posui vestimentum meum saccum
et factus sum eis in parabulam
13 contra me loquebantur qui sedebant in porta
et cantabant bibentes vinum
14 mea autem oratio ad te Domine
tempus reconciliationis est
Deus in multitudine misericordiae tuae
exaudi me in veritate salutaris tui
15 erue me de luto ut non infigar
libera me ab his qui oderunt me et de profundis aquis
16 ne operiat me fluvius aquae et ne absorbeat me profundum
et non coronet super me puteus os suum
17 exaudi me Domine quoniam bona est misericordia tua
secundum multitudinem miserationum tuarum respice ad me
18 et ne abscondas faciem tuam a servo tuo
quoniam tribulor cito exaudi me
19 accede ad animam meam redime eam
propter inimicos meos libera me
20 tu scis obprobrium meum
et confusionem meam et ignominiam meam
21 coram te sunt omnes hostes mei
obprobrio contritum est cor meum et desperatus sum
et expectavi qui contristaretur et non fuit
et qui consolaretur et non inveni
22 et dederunt in esca mea fel et in siti mea potaverunt me aceto
23 sit mensa eorum coram eis in laqueum et in retributiones ad corruendum
24 contenebrentur oculi eorum ne videant
et dorsum eorum semper incurva
25 effunde super eos indignationem tuam
et ira furoris tui conprehendat eos
26 fiat commoratio eorum deserta

68 (𝔐 69), 1 pro filiis F; preliis Σ. | 2 animam F𝔰𝔐] animam meam *cet.* | 3 in limum C | consistere] subsistere CΘ | 11 in obprobria RL𝔰.𝔐] in obprobrium *cet.* | 12 in parabulam] parabola C | 14 in multitudinem RF. | salutis tuae IAKΘ | 15 erue] eripe R | 16 obsorbeat IΣA | 19 meam + et CAΘS | 26 commemoratio FΣK | deserta + et RΘS |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

Iob 8,22! Act 1,20 et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet
27 quoniam quem tu percussisti persecuti sunt
et super dolorem vulnerum meorum addiderunt
5,11 28 adpone iniquitatem super iniquitatem eorum
Mt 5,20! et non intrent in iustitia tua
Ex 32,33! Apc 3,5 29 deleantur de libro viventium
Ez 13,9; Apc 13,8! et cum iustis non scribantur
39,18! 69,6; 87,16 30 ego sum pauper et dolens
salus tua Deus suscepit me
I Par 16,35! II Esr 9,5; Sir 51,15 31 laudabo nomen Dei cum cantico
magnificabo eum in laude
32 et placebit Deo super vitulum novellum
cornua producentem et ungulas
21,27! 33 videant pauperes et laetentur
quaerite Deum et vivet anima vestra
34 quoniam exaudivit pauperes Dominus
et vinctos suos non despexit
Tb 8,7; Dn 3,78.79 35 laudent illum caeli et terra
mare et omnia reptilia in eis
50,20; Am 9,14 36 quoniam Deus salvam faciet Sion
Is 44,26! Ez 36,10! et aedificabuntur civitates Iudaeae
36.37: Is 65,9 et inhabitabunt ibi et hereditate adquirent eam
37 et semen servorum eius possidebunt eam
et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea

69 IN FINEM DAVID IN REMEMORATIONE EO QUOD SALVUM ME FECIT DOMINUS

37,23 2 Deus in adiutorium meum intende
2–4: 70,12.13! **2–6:** 39,14–18 ※Domine ad adiuvandum me festina:
3 confundantur et revereantur
qui quaerunt animam meam
4 avertantur retrorsum et erubescant
qui volunt mihi mala
avertantur statim erubescentes
qui dicunt ÷ mihi: euge euge
5 exultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te
et dicant semper magnificetur Deus
qui diligunt salutare tuum
6 ego vero egenus et pauper Deus adiuva me 68,30!
adiutor meus et liberator meus es tu
Domine ne moreris

70 DAVID PSALMUS FILIORUM IONADAB ET PRIORUM CAPTIVORUM

In te Domine speravi non confundar in aeternum Sir 2,11; I Mcc 2,61 **1–3:** 30,2–4
2 in iustitia tua libera me et eripe me
inclina ad me aurem tuam et salva me
3 esto mihi in Deum protectorem
et in locum munitum ut salvum me facias
quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu
4 Deus meus eripe me de manu peccatoris 58,3!
de manu contra legem agentis et iniqui
5 quoniam tu es patientia mea Domine
Domine spes mea a iuventute mea **5.6:** 21,10.11
6 in te confirmatus sum ex utero 138,13; Is 44,2; 49,1!
de ventre matris meae tu es protector meus
in te cantatio mea semper
7 tamquam prodigium factus sum multis
et tu adiutor fortis
8 repleatur os meum laude 50,17!
ut cantem gloriam tuam 20,14
tota die magnitudinem tuam

RFHI WSKΦ cr 28 ~ in tua iustitia HI.; in iustitiam tuam Sc | 31 cantico + et ISc | 36 iudae ISKΦ; iuda c. | 37 possidebit WSKc || 69,1 dauid] *praem.* psalmus HWc | in rememorationem Φc | eo *om.* HIWc | me fecit] fecit R.; fecit eum HW; fecerit eum c. | 2 ※ r] ÷ R. | 5 deus FHΦr𝔊 *He*] dominus *cet.* | 6 pauper + sum WSKΦc || 70,1 dauid psalmus] psalmus dauid Wc; psalmus ipsi dauid K.; psalmus H.; *praem.* in finem HWK | et *om.* HW. | 2 ~ tua iustitia RHI. | 3 et[1] *om.* HI. | 4 peccatoris + et ISc | 6 cantio R.; decantatio HI. | 7 tu + domine HI. | 8 laude + tua HI. |

in tabernaculis eorum non sit qui
habitet
27 quoniam quem tu percussisti perse-
cuti sunt
et ut adfligerent vulneratos tuos nar-
rabant
28 da iniquitatem super iniquitatem
eorum
et non veniant in iustitia tua
29 deleantur de libro viventium et cum
iustis non scribantur
30 ego autem pauper et dolens salus tua
Deus suscipiet me
31 laudabo nomen Dei in cantico
et magnificabo eum in confessione
32 et placebit Domino super vitulum
novellum
cornua efferentem et ungulas
33 videntes mansueti laetabuntur qui
quaeritis Deum vivet anima vestra
34 quoniam exaudivit pauperes Domi-
nus et vinctos suos non dispexit
35 laudent eum caeli et terra
maria et omne quod movetur in eis
36 quia Deus salvabit Sion et aedificabit
civitates Iuda
et habitabunt ibi et possidebunt eam
37 et semen servorum eius possidebit
eam
et qui diligunt nomen eius habita-
bunt in ea

69 VICTORI DAVID AD RECORDANDUM
2 Deus ut liberes me Domine ut auxi-
lieris mihi festina
3 confundantur et erubescant qui
quaerunt animam meam
4 convertantur retrorsum et erubes-
cant qui volunt malum mihi
revertantur ad vestigium confusio-
nis suae qui dicunt va va
5 gaudeant et laetentur in te omnes
qui quaerunt te
et dicant semper magnificetur Deus
qui diligunt salutare tuum
6 ego autem egenus et pauper Deus
festina pro me
auxilium meum et salvator meus tu
Domine ne moreris

70 In te Domine speravi ne confundar
in aeternum
2 iustitia tua erue me et libera
inclina ad me aurem tuam et salva
me
3 esto mihi robustum habitaculum ut
ingrediar iugiter
praecepisti ut salvares me
quia petra mea et fortitudo mea es tu
4 Deus meus salva me de manu impii
de manu iniqui et nocentis
5 quia tu es expectatio mea Deus Do-
mine fiducia mea ab adulescentia
mea
6 a te sustentatus sum ex utero
de ventre matris meae tu es protector
meus
in te laus mea semper
7 quasi portentum factus sum multis
et tu spes mea fortissima
8 impleatur os meum laude tua
tota die magnitudine tua

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

27 narrabunt RΘL | 30 suscipit A.; suscepit IKL | 33 deum] dominum C | 35 mare FIA KL | omnia quae mouentur IAK | 36 iudae et C; iudaei R. | 37 possidebunt R | inhabitabunt RΘ || **69** (𝔐 70), 6 tu] es tu R || **70** (𝔐 71), 1 ne CL𝔰] non *cet.* | 2 in iustitia IA KΘSL𝔥 | libera + me AKΘS𝔥 | 4 salua] adiuua C | 5 deus domine F𝔰, *cf.* 𝔐] deus dominus Σ; domine deus *cet.* |

18 9 non proicias me in tempore senec-
tutis
cum deficiet virtus mea ne derelin-
quas me
10 quia dixerunt inimici mei mihi
55,6.7! et qui custodiebant animam meam
consilium fecerunt in unum
11 dicentes Deus dereliquit eum
persequimini et conprehendite eum
quia non est qui eripiat
26,9! 12 Deus ne elongeris a me
12,13; 39,14.15! 69,2–4 Deus meus in adiutorium meum re-
spice
34,4! 13 confundantur et deficiant detrahen-
tes animae meae
24;108,29; 131,18! Dn 3,44 operiantur confusione et pudore qui
quaerunt mala mihi
14 ego autem semper sperabo et adi-
ciam super omnem laudem tuam
15 os meum adnuntiabit iustitiam tu-
am
tota die salutem tuam
quoniam non cognovi litteraturam
16 introibo in potentiam Domini
Domine memorabor iustitiae tuae
solius
Sir 47,15! 17 Deus docuisti me ex iuventute mea
25,7! et usque nunc pronuntiabo mirabilia
tua
9 18 et usque in senectam et senium
21,32 Deus ne derelinquas me donec ad-
nuntiem brachium tuum
generationi omni quae ventura est
potentiam tuam 19 et iustitiam tuam
35,7 Deus usque in altissima
39,6; 76,14.15! 34,10 quae fecisti magnalia Deus quis si-
milis tibi
20 quantas ostendisti mihi tribulatio-
nes multas et malas
84,7 et conversus vivificasti me
29,4! I Sm 2,6! et de abyssis terrae iterum reduxisti
me
21 multiplicasti magnificentiam tuam
et conversus consolatus es me
22 nam et ego confitebor tibi in vasis
psalmi veritatem tuam Deus
psallam tibi in cithara Sanctus Is- 42,4! 97,5!
rahel
23 exultabunt labia mea cum cantavero 118,171
tibi
et anima mea quam redemisti
24 sed et lingua mea tota die meditabi- 34,28; 50,16
tur iustitiam tuam
cum confusi et reveriti fuerint qui 13!
quaerunt mala mihi

71 IN SALOMONEM

2 Deus iudicium tuum regi da Is 32,1!
et iustitiam tuam filio regis
iudicare populum tuum in iustitia 9,9! 134,14! Sir 45,31
et pauperes tuos in iudicio
3 suscipiant montes pacem populo
et colles iustitiam
4 iudicabit pauperes populi 13; Iob 36,6; Is 11,4
et salvos faciet filios pauperum
et humiliabit calumniatorem
5 et permanebit cum sole 88,38
et ante lunam generationes genera-
tionum
6 descendet sicut pluvia in vellus Os 6,3!
et sicut stillicidia stillantia super ter-
ram
7 orietur in diebus eius iustitia Is 9,7; 32,17! 45,8; 54,13.14
et abundantia pacis donec auferatur
luna
8 et dominabitur a mari usque ad 88,26; Ex 23,31 Sir 44,23; Za 9,10
mare
et a flumine usque ad terminos orbis I Sm 2,8!
terrarum
9 coram illo procident Aethiopes
et inimici eius terram lingent Is 49,23; Mi 7,17
10 reges Tharsis et insulae munera offe- 67,30!
rent

RFHI W(S)KΦ cr 9 non] ne WSKΦ c | defecerit c | 11 persequemini HI | 12 adiutorium RFHIr.] auxilium *cet.* | 15 adnuntiauit RI | salutem tuam RHIr.] salutare tuum *cet.* | 16 in potentias c | 17 ex] a c | 18 in senecta RF. | 19 [*deest* S *usque ad* 71,10] || 71,1 in] *praem.* psalmus HKc | salomone W; salamone H.; solomon R.; + psalmus I.; + psalmus dauid W. | 4 humiliauit R | 5 generationes generationum RFr. 𝔊] in generationes generationum HI; generationis et generationum Φ.; in generatione generationum WK; in generatione et generationem c | 6 descendit RHI | 9 procedent RHI. |

9 ne proicias me in tempore senectutis
cum defecerit fortitudo mea ne derelinquas me
10 quia dixerunt inimici mei mihi
et qui observabant animam meam inierunt consilium pariter
11 dicentes Deus dereliquit eum
persequimini et conprehendite eum
quia non est qui eruat
12 Deus ne elongeris a me Deus meus
ad auxiliandum mihi festina
13 confundantur et consumantur adversarii animae meae
operiantur obprobrio et confusione
qui quaerunt malum mihi
14 ego autem iugiter expectabo et adiciam super omnes laudationes tuas
15 os meum narrabit iustitiam tuam
tota die salutare tuum
quia non cognovi litteraturas
16 ingrediar in fortitudine Domini Dei
recordabor iustitiae tuae solius
17 Deus docuisti me ab adulescentia mea
et usque nunc adnuntiabo mirabilia tua
18 insuper et usque ad senectutem et canos Deus ne derelinquas me
donec adnuntiem brachium tuum generationi
cunctisque qui venturi sunt fortitudines tuas
19 et iustitiam tuam Deus usque in excelsum
quanta fecisti magnalia Deus quis similis tibi
20 qui ostendisti mihi tribulationes plurimas et adflictiones
conversus vivificabis nos
et de abyssis terrae rursum educes nos
21 multiplicabis magnitudinem meam
et conversus consolaberis me
22 ego autem confitebor tibi in vasis psalterii veritatem tuam Deus meus
cantabo tibi in cithara Sancte Israhel
23 laudabunt labia mea cum cantavero tibi
et anima mea quam redemisti
24 insuper et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam
quia confusi sunt et dehonestati quaerentes malum mihi

71 SALOMONIS

2 Deus iudicium regi da et iustitiam tuam filio regis
iudicabit populum tuum in iustitia
et pauperes tuos in iudicio
3 adsument montes pacem populo et colles iustitiam
4 iudicabit pauperes populi salvabit filios pauperis
et confringet calumniatorem
5 et timebunt te quamdiu erit sol et ultra lunam in generatione generationum
6 descendet ut pluvia super vellus
ut stillae inrorantes terram
7 germinabit in diebus eius iustitia
et multitudo pacis donec non sit luna
8 et dominabitur a mari usque ad mare
et a flumine usque ad terminos terrae
9 ante eum procident Aethiopes
et inimici eius pulverem lingent
10 reges Tharsis et insulae munera offerent

12 ad auxiliandum me Σ; ad auxilium mihi I.; auxilium meum (mihi K) AK | 13 ~ consumantur et confundantur C | 14 omnes *om.* IAK. | 15 narrauit RIAKΘ | 16 in fortitudinem C | 18 usque in IAK. | 19 qui similis F | 20 educis RC.; reduces F | 21 meam] tuam IK || **71** (𝔐 72), 2 iudicium + tuum ΣAKΘS𝔥 | iustitia] iustitiam C | 4 pauperis] pauperes FIAK.; pauperum Θ | 5 luna RΣ | in generationes C; + et FΣ. | 6 descendit RIAKL | ut[2]] et C; et ut RΘS | 8 terrae] orbis terrae RΣ | 9 procedent L; procedunt RI |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

Is 60,6! reges Arabum et Saba dona addu-
cent
21,28! IV Esr 15,20 11 et adorabunt eum omnes reges
Sap 8,14 omnes gentes servient ei
Iob 5,15! 29,12 12 quia liberavit pauperem a potente
et pauperem cui non erat adiutor
4; Iob 36,6 13 parcet pauperi et inopi
et animas pauperum salvas faciet
14 ex usuris et iniquitate redimet ani-
mas eorum
et honorabile nomen eorum coram
illo
15 et vivet et dabitur ei de auro Arabiae
et orabunt de ipso semper
tota die benedicent ei
16 erit firmamentum in terra in summis
montium
superextolletur super Libanum fruc-
tus eius
et florebunt de civitate sicut faenum
terrae
17 sit nomen eius benedictum in sae-
cula
ante solem permanet nomen eius
Gn 12,3! et benedicentur in ipso omnes tribus
terrae
omnes gentes beatificabunt eum
40,14! Dt 10,21! 18 benedictus Dominus Deus Deus Is-
135,4! rahel qui facit mirabilia solus
19 et benedictum nomen maiestatis eius
in aeternum
Nm 14,21; Is 6,3; Hab 3,3! et replebitur maiestate eius omnis
terra fiat fiat
20 DEFECERUNT LAUDES DAVID FILII
IESSE

72 PSALMUS ASAPH

Quam bonus Israhel Deus his qui
recto sunt corde
2 mei autem paene moti sunt pedes
paene effusi sunt gressus mei
36,1! 3 quia zelavi super iniquis
pacem peccatorum videns
4 quia non est respectus morti eorum
et firmamentum in plaga eorum
5 in labore hominum non sunt
et cum hominibus non flagellabuntur
6 ideo tenuit eos superbia
operti sunt iniquitate et impietate
sua
7 prodiet quasi ex adipe iniquitas eo-
rum
transierunt in affectum cordis
8 cogitaverunt et locuti sunt in nequitia 8,9: 16,10!
iniquitatem in excelso locuti sunt
9 posuerunt in caelum os suum
et lingua eorum transivit in terra
10 ideo convertetur populus meus hic
et dies pleni invenientur in eis
11 et dixerunt quomodo scit Deus Iob 22,13!
et si est scientia in Excelso Sir 16,16
12 ecce ipsi peccatores et abundantes
in saeculo obtinuerunt divitias
13 ÷ et dixi: ergo sine causa iustificavi
cor meum
et lavi inter innocentes manus meas 25,6
14 et fui flagellatus tota die
et castigatio mea in matutino
15 si dicebam narrabo sic
ecce nationem filiorum tuorum re-
probavi
16 et existimabam cognoscere
hoc labor est ante me
17 donec intrem in sanctuarium Dei
intellegam in novissimis eorum
18 verumtamen propter dolos posuisti
eis
deiecisti eos dum adlevarentur
19 quomodo facti sunt in desolationem
subito defecerunt
perierunt propter iniquitatem suam
20 velut somnium surgentium 38,7; Iob 20,8; Is 29,7
Domine in civitate tua imaginem ip-

RFHI W(S)KΦ cr

11 [*iterum adest* S] | reges + terrae c. *Su* | 12 liberabit HIΦc | 15 adorabunt HWSKc | 16 et erit Rc. | superextollitur FI. | 17 beatificabunt Rr. 𝔊 *He*] magnificabunt *cet.* | 18 deus deus Rr𝔊 *Hi*] deus *cet.* *Su* || **72**,3 super iniquos WSKc | 7 prodiet Rr. 𝔊 *Hi*] prodit FΦ; prodiit *cet.*; prodient *Su* | in affectu FI. | 8 in nequitia RHIΦr𝔊, *cf. He*] nequitia F; nequitiam *cet.* | 14 in matutinis WKΦc | 16 et *om.* Rc | ut cognoscerem WSKΦc | 17 dei + et WSKΦc, *cf. Su* | eorum + diapsalma I | 19 in desolatione HI | 20 tua *om.* R |

reges Arabiae et Saba tributum conferent
11 et adorabunt eum omnes reges
universae nationes servient ei
12 quia eruet pauperem a potente
et inopem cui non est adiutor
13 parcet inopi et pauperi et animas pauperum salvabit
14 ab usura et iniquitate redimet animam eorum
1 Sm 26,21; Ps 115,15 et pretiosus erit sanguis eorum coram oculis eius
15 et vivet et dabitur ei de auro Saba
et orabunt de eo iugiter tota die benedicent ei
16 erit memorabile triticum in terra in capite montium
elevabitur sicut Libani fructus eius
et florebunt de civitate sicut faenum terrae
17 erit nomen eius in aeternum
ultra solem perseverabit nomen eius
et benedicentur in eo omnes gentes et beatificabunt eum
18 benedictus Dominus Deus Deus Israhel qui facit mirabilia solus
19 et benedictum nomen gloriae eius in sempiternum
et implebitur gloria eius universa terra amen amen
20 CONPLETAE SUNT ORATIONES DAVID FILII IESSE

72 CANTICUM ASAPH

Attamen bonus est Israhel Deus his qui mundo sunt corde
2 mei autem paene vacillaverunt pedes
paene effusi sunt gressus mei
3 quia aemulatus sum contra iniquos
pacem impiorum videns
4 quod non recogitaverint de morte sua
et firma sint vestibula eorum
5 in labore hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur
6 ideo nutriti sunt ad superbiam
circumdederunt iniquitatem sibi
7 processerunt a pinguidine oculi eorum
transierunt cogitationes cordis
8 inriserunt et locuti sunt in malitia
calumniam de excelso loquentes
9 posuerunt in caelo os suum
et lingua eorum deambulavit in terra
10 propterea convertetur populus eius hic
et quis plenus invenietur in eis
11 et dixerunt quomodo novit Deus et si est scientia in Excelso
12 ecce isti impii et abundantes in saeculo multiplicaverunt divitias
13 ergone frustra mundavi cor meum
et lavi in innocentia manus meas
14 et fui flagellatus tota die
et increpatio mea in matutinis
15 dixi si narravero sic
ecce generationem filiorum tuorum reliqui
16 et cogitavi ut intellegerem istud labor est in oculis meis
17 donec veniam ad sanctuaria Dei
intellegam in novissimo eorum
18 verumtamen in lubrico posuisti eos
deiecisti eos ad interitum
19 quomodo vastati sunt subito defecerunt consumpti sunt quasi non sint
20 quasi somnium evigilantis
Domine in civitate tua imaginem eo-

12 eruit RΣ | 14 eorum[2] R𝔰𝔐] *om. cet.* | 15 de eo] deo C | 17 eius[2] *om.* C | 18 deus deus RS𝔰𝔐] *om.* AK.; deus *cet.* | 20 conpletae—iesse] defecerunt laudes dauid filii iesse IAK.; *om.* CΣ || 72(𝔐 73),1 est *om.* FC | 4 recogitauerunt IAKΘS | 8 in malitiam C | 9 in caelum FIAKS𝔥 | 13 in innocentiam F; innocentia IAK. | 17 ad sanctuarium FCΣΘ |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

sorum ad nihilum rediges
[21]quia inflammatum est cor meum
15,7 et renes mei commutati sunt
Iob 16,8; 17,7; 30,15 [22]et ego ad nihilum redactus sum et nescivi
Iob 18,3 [23]ut iumentum factus sum apud te
et ego semper tecum
[24]tenuisti manum dexteram meam
et in voluntate tua deduxisti me
et cum gloria suscepisti me
[25]quid enim mihi est in caelo
et a te quid volui super terram
[26]defecit caro mea et cor meum Deus cordis mei
15,5! et pars mea Deus in aeternum
Is 1,28 [27]quia ecce qui elongant se a te peribunt
perdidisti omnem qui fornicatur abs te
62,9; Dt 4,4 [28]mihi autem adherere Deo bonum est
ponere in Domino Deo spem meam
ut adnuntiem omnes praedicationes tuas
÷ in portis filiae Sion:

73 INTELLECTUS ASAPH

76,8; 78,5! 88,47 Ut quid Deus reppulisti in finem
iratus est furor tuus super oves pascuae tuae
[2]memor esto congregationis tuae
Ex 15,16 quam possedisti ab initio
redemisti virgam hereditatis tuae
67,17! mons Sion in quo habitasti in eo
[3]leva manus tuas in superbias eorum in finem
78,1! Is 63,18! Ier 51,51; II Mcc 6,4 quanta malignatus est inimicus in sancto
[4]et gloriati sunt qui oderunt te
in medio sollemnitatis tuae
posuerunt signa sua signa [5]et non cognoverunt
sicut in exitu super summum
quasi in silva lignorum Ier 46,22
securibus [6]exciderunt ianuas eius in id ipsum Lam 2,9
in securi et ascia deiecerunt ÷ eam:
[7]incenderunt igni sanctuarium tuum II Par 36,19! Is 64,11
in terra polluerunt tabernaculum nominis tui 78,1!
[8]dixerunt in corde suo cognatio eorum simul
quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra
[9]signa nostra non vidimus
iam non est propheta et nos non cognoscet amplius I Sm 3,1; Lam 2,9! Dn 3,38; I Mcc 9,27
[10]usquequo Deus inproperabit inimicus 18!
inritat adversarius nomen tuum in finem
[11]ut quid avertis manum tuam Lam 2,3
et dexteram tuam de medio sinu tuo in finem
[12]Deus autem rex noster ante saeculum 43,5! Tb 9,11! Is 33,22; 63,16
operatus est salutes in medio terrae
[13]tu confirmasti in virtute tua mare 88,10!
contribulasti capita draconum in aquis Is 51,9
[14]tu confregisti capita draconis Is 27,1!
dedisti eum escam populis Aethiopum
[15]tu disrupisti fontem et torrentes
※tu siccasti fluvios Aetham:
[16]tuus est dies et tua est nox
tu fabricatus es auroram et solem
[17]tu fecisti omnes terminos terrae
aestatem et ver tu plasmasti ea
[18]memor esto huius 22; 78,12
inimicus inproperavit Dominum 10
et populus insipiens incitavit nomen tuum
[19]ne tradas bestiis animam confitentem tibi

RFHI WSKΦ cr 24 eduxisti F.; adduxisti R. | 27 omnes qui fornicantur c | 28 ÷ *om.* R, *sed testatur Euseb.* || 73,1 intellectus] pro idithun psalmus H.; *praem.* in finem HW | 3 in sanctum HI. | 5 in exitum WΦ; in exitus F | 7 ignis R | 10 inproperauit RF | 12 saecula SKΦc | salutem Wc | 15 diripuisti HI | fontes RWSKΦc | ※ *om.* R, *sed habet vers. syro-hexapl.* | 17 eam FIΦ | 18 domino WSKΦc | 19 animas confitentes c; animam confugientem F. | tibi + et c |

rum ad nihilum rediges
21 quia contractum est cor meum
et lumbi mei velut ignis fumigans
22 et ego insipiens et nescius
23 quasi iumentum factus sum apud te
et eram semper tecum
24 et tenebas manum dexteram meam
in consilium tuum deduces me
et postea in gloria suscipies me
25 quid mihi est in caelo et tecum nolui
in terra
26 consumpta est caro mea et cor meum
robur cordis mei et pars mea Deus in
aeternum
27 quia ecce qui elongant se a te peri-
bunt
perdidisti omnem fornicantem a te
28 mihi autem adpropinquare Deo bo-
num est
posui in Domino Deo spem meam
ut narrem omnes adnuntiationes tu-
as

73 ERUDITIONIS ASAPH

Ut quid Deus reppulisti in finem
fumavit furor tuus in gregem pas-
cuae tuae
2 recordare congregationis tuae quam
possedisti ab initio
et redemisti virgam hereditatis tuae
montis Sion in quo habitasti
3 sublimitas pedum tuorum dissipata
est usque ad finem
omnia mala egit inimicus in sanctua-
rio
4 fremuerunt hostes tui in medio pacti
tui
posuerunt signa sua in tropeum
5 manifesta in introitu desuper in saltu
lignorum secures
6 et nunc scalpturas eius pariter bipin-
ne et dolatoriis deraserunt
7 miserunt ignem in sanctuarium tuum
in terram contaminaverunt habita-
culum nominis tui
8 dixerunt in cordibus suis posteri eo-
rum simul
incenderunt omnes sollemnitates Dei
in terra
9 signa nostra non vidimus non est ul-
tra propheta
et non est nobiscum qui sciat usque-
quo
10 usquequo Deus exprobrabit adver-
sarius
blasphemabit inimicus nomen tuum
in finem
11 quare convertis manum tuam
et dexteram tuam ad medium sinum
tuum consume
12 Deus autem rex meus ab initio ope-
ratur salutes in medio terrae
13 tu dissipasti in fortitudine tua mare
contrivisti capita draconum in aquis
14 tu confregisti capita Leviathan
dedisti eum in escam populo Aethio-
pum
15 tu disrupisti fontem et torrentem
tu exsiccasti flumina fortia
16 tua est dies et tua est nox tu ordinasti
luminaria et solem
17 tu statuisti omnes terminos terrae
aestatem et hiemem tu plasmasti
18 memento huius inimicus exprobra-
vit Domino
et populus insipiens blasphemavit
nomen tuum
19 ne tradas bestiis animam eruditam
lege tua

25 noluit F.; uolui AΘ ‖ **73** (𝔐 74), 1 eruditiones R; eruditio Θ | fumabit IAKL𝔥 | 2 et *om.* FΣ | montes R.; montem Θ; mons FL | 3 ad] in CΣS | 6 sculpturas IΘL𝔥; scul-turas AK | 7 in terra CΣKSL𝔥 | habitaculum] tabernaculum IAK | 8 in^2] de CΣ; a K | 10 exprobrauit RΘSL | blasphemauit RFCAΘSL | 11 consumet CΣ; consumens Θ | 14 aethiopo CΣ | 15 fontes RFΘSL | torrentes FΘS |

RFCI
ΣAKΘSL
𝔥s

animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem
20 respice in testamentum tuum
Ez 8,17 quia repleti sunt qui obscurati sunt terrae domibus iniquitatum
Bar 2,18 21 ne avertatur humilis factus confusus
pauper et inops laudabunt nomen tuum
22 exsurge Deus iudica causam tuam
18! memor esto inproperiorum tuorum
eorum qui ab insipiente sunt tota die
23 ne obliviscaris voces inimicorum tuorum
superbia eorum qui te oderunt ascendit semper

74 IN FINEM NE CORRUMPAS PSALMUS ASAPH CANTICI

2 Confitebimur tibi Deus
9,2! 77,4 confitebimur et invocabimus nomen tuum
25,7! narrabimus mirabilia tua
3 cum accepero tempus ego iustitias iudicabo
92,1! 4 liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea
ego confirmavi columnas eius

DIAPSALMA

5 dixi iniquis nolite inique facere
et delinquentibus nolite exaltare cornu
6 nolite extollere in altum cornu vestrum
nolite loqui adversus Deum iniquitatem
7 quia neque ab oriente neque ab occidente
neque a desertis montibus
49,6 8 quoniam Deus iudex est
I Sm 2,7! hunc humiliat et hunc exaltat
Is 51,17; Ier 25,15; Apc 14,10! 9 quia calix in manu Domini
vini meri plenus mixto
et inclinavit ex hoc in hoc
verum fex eius non est exinanita
bibent omnes peccatores terrae
10 ego autem adnuntiabo in saeculum
cantabo Deo Iacob 80,2; Idc 5,3!
11 et omnia cornua peccatorum confringam
et exaltabuntur cornua iusti 91,11; 111,9; 1 Sm 2,1

75 IN FINEM IN LAUDIBUS PSALMUS ASAPH CANTICUM AD ASSYRIUM

2 Notus in Iudaea Deus
in Israhel magnum nomen eius
3 et factus est in pace locus eius 67,17!
et habitatio eius in Sion
4 ibi confregit potentias arcuum 45,10! I Sm 2,4!
scutum et gladium et bellum

DIAPSALMA

5 inluminas tu mirabiliter de montibus aeternis
6 turbati sunt omnes insipientes corde
dormierunt somnum suum et nihil invenerunt 48,18; Sir 11,20; Ier 51,39.57! Iob 27,19
omnes viri divitiarum manibus suis
7 ab increpatione tua Deus Iacob
dormitaverunt qui ascenderunt equos Is 43,17
8 tu terribilis es et quis resistet tibi ex tunc ira tua Na 1,6!
9 de caelo auditum fecisti iudicium 45,7
terra timuit et quievit
10 cum exsurgeret in iudicium Deus
ut salvos faceret omnes mansuetos terrae Is 11,4!

DIAPSALMA

11 quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi
et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi
12 vovete et reddite Domino Deo vestro
omnes qui in circuitu eius adferent munera

RFHI WSKΦ cr 22 qui] quae IWKc | 23 uocis RW || 74,1 asaph cantici] cantici asaph c; asaph HW; *om.* R. | 4 diapsalma *om.* WSc | 5 facere RHIr.] agere *cet.* | 9 uerum FHIr] uerumtamen *cet.* | 10 in saeculo H; in saecula S. || 75,1 in² *om.* FΦ | laudibus] carminibus FK | assyrios IKΦc | 4 confringit R; confringet Φ | potentia HI. | arcum (*sed fort. gen. plur. casu*) FHKr; + et H | et¹ *om.* RSc | diapsalma *om.* WSKc | 5 inluminans WSKΦc | de] a WSKΦc | 6 diuitiarum + in WSKΦc, *cf. Su* | 8 quis] qui F | 9 timuit] tremuit Rc | 10 diapsalma *om.* Wc | 11 cogitationis] cogitationum R | 12 affertis c |

vitae pauperum tuorum ne obliviscaris in perpetuum
20 respice ad pactum quia repletae sunt tenebris terrae habitationes iniquae subrutae
21 ne revertatur confractus et confusus
egenus et pauper laudabunt nomen tuum
22 surge Deus iudica causam tuam
memento obprobrii tui ab insipiente tota die
23 ne obliviscaris vocis hostium tuorum
sonitus adversariorum tuorum ascendit iugiter

74 VICTORI UT NON DISPERDAS PSALMUS ASAPH CANTICI
2 Confitebimur tibi Deus confitebimur
et iuxta nomen tuum narrabunt mirabilia tua
3 cum accepero tempus ego iustitias iudicabo
4 dissolvetur terra cum omnibus habitatoribus suis
ego adpendi columnas eius
SEMPER
5 dixi inique agentibus nolite inique agere
et impiis nolite exaltare cornu
6 nolite exaltare in excelsum cornu vestrum loquentes in cervice veteri
7 quia nec ab oriente neque ab occidente neque a solitudine montium
8 sed Deus iudex hunc humiliabit et hunc exaltabit
9 quia calix in manu Domini est et vino meraco usque ad plenum mixtus et propinabit ex eo
verumtamen feces eius epotabunt bibentes omnes impii terrae
10 ego autem adnuntiabo in sempiternum cantabo Deo Iacob
11 et omnia cornua impiorum confringam
exaltabuntur cornua iusti

75 VICTORI IN PSALMIS CANTICUM ASAPH CARMINIS
2 Cognoscetur in Iudaea Deus
in Israhel magnum nomen eius
3 et erit in Salem tabernaculum eius
et habitatio eius in Sion
4 ibi confringet volatilia arcus
scutum et gladium et bellum
SEMPER
5 lumen tu es Magnifice a montibus captivitatis
6 spoliati sunt superbi corde
dormitaverunt somnum suum et non invenerunt omnes viri exercitus manus suas
7 ab increpatione tua Deus Iacob
consopitus est et currus et equus
8 tu terribilis es et quis stabit adversum te ex tunc ira tua
9 de caelo adnuntiabis iudicium terra timens tacebit
10 cum surrexerit ad iudicandum Deus
ut salvos faciat omnes mites terrae
SEMPER
11 quia ira hominis confitebitur tibi
reliquiis irae accingeris
12 vovete et reddite Domino Deo vestro
omnes qui in circuitu eius sunt offerent dona terribili

20 inique RFS; + et CΣ | 21 ne auertatur FΣ | 23 uoces FIAKL || 74 (𝔐 75), 1 canticum CΘ. | 2 et *om.* C | 4 semper *om.* I | 6 exaltare] extollere IAKS. | cornum C; cor FL. | ueteri + semper CΣ | 7 nec] neque IAKΘL𝔥 | neque¹] nec CΣ | neque²] nec Σ | 8 humiliauit RΣ; humiliat IA | exaltauit F; exaltat A. | 9 et¹ *om.* IAK. | merato CΣL | et²] est FC; est et Σ | propinauit RFAΘS | expotabunt Σ; et potabunt RK.; potabunt Θ | 11 confringam R𝔰𝔐] + et *cet.* || 75 (𝔐 76), 2 cognoscitur IΣAKL𝔥 | in² *om.* R | 4 semper *om.* I | 8 qui stabit FS. | tunc + in CΣ | 10 semper *om.* IS | 11 ira] maeror ΣΘSL𝔥 | irae] maeroris ΣΘSL𝔥 | 12 uouite FCL ||

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

terribili [13]et ei qui aufert spiritus
principum
terribili apud reges terrae

76 IN FINEM PRO IDITHUN PSALMUS
ASAPH

141,2 [2]Voce mea ad Dominum clamavi
voce mea ad Deum et intendit me
[3]in die tribulationis meae Deum exquisivi
manibus meis nocte contra eum et
non sum deceptus
rennuit consolari anima mea
[4]memor fui Dei et delectatus sum
141,4; 142,4 exercitatus sum et defecit spiritus
meus

DIAPSALMA

[5]anticipaverunt vigilias oculi mei
turbatus sum et non sum locutus
142,5; Dt 32,7! [6]cogitavi dies antiquos
et annos aeternos in mente habui
62,7; 118,55 [7]et meditatus sum nocte cum corde
meo
exercitabar et scobebam spiritum
meum
73,1! [8]numquid in aeternum proiciet Deus
et non adponet ut conplacitior sit
adhuc
84,6 [9]aut in finem misericordiam suam
abscidet
a generatione in generationem
[10]aut obliviscetur misereri Deus
aut continebit in ira sua misericordias suas

DIAPSALMA

[11]et dixi nunc coepi haec mutatio dexterae Excelsi
43,2! [12]memor fui operum Domini
12.13: 142,5 quia memor ero ab initio mirabilium
tuorum
[13]et meditabor in omnibus operibus
tuis
et in adinventionibus tuis exercebor

[14]Deus in sancto via tua
quis deus magnus sicut Deus noster 14.15: 39,6; 70,19! 85,10! II Sm 7,21.22!
[15]tu es Deus qui facis mirabilia
notam fecisti in populis virtutem
tuam
[16]redemisti in brachio tuo populum Dt 9,29!
tuum
filios Iacob et Ioseph

DIAPSALMA

[17]viderunt te aquae Deus
viderunt te aquae et timuerunt 113,3; IV Esr 3,18
et turbatae sunt abyssi
[18]multitudo sonitus aquarum
vocem dederunt nubes
etenim sagittae tuae transeunt
[19]vox tonitrui tui in rota Is 5,28
inluxerunt coruscationes tuae orbi 96,4
terrae
commota est et contremuit terra 17,8!
[20]in mari via tua et semitae tuae in Sap 14,3! Is 43,16!
aquis multis
et vestigia tua non cognoscentur Iob 11,7!
[21]deduxisti sicut oves populum tuum 77,52; 79,2; Is 63,11
in manu Mosi et Aaron

77 INTELLECTUS ASAPH

Adtendite populus meus legem meam Dt 4,1! Bar 3,9; Is 28,23! 51,4; IV Esr 9,30
inclinate aurem vestram in verba
oris mei
[2]aperiam in parabola os meum 48,5; Mt 13,3! 35
eloquar propositiones ab initio
[3]quanta audivimus et cognovimus ea 43,2!
et patres nostri narraverunt nobis
[4]non sunt occultata a filiis eorum
in generationem alteram
narrantes laudes Domini et virtutes 74,2!
eius
et mirabilia eius quae fecit
[5]et suscitavit testimonium in Iacob Dt 32,46! Sir 24,33! IV Esr 3,19
et legem posuit in Israhel
quanta mandavit patribus nostris
nota facere ea filiis suis

RFHI W(S)KΦ cr

13 spiritum SKc ‖ 76,2 deum] dominum HI | me] mihi HIWc | 4 sum[1] + et HIWSKc *Su* | diapsalma *om.* WSKc | 7 meo + et IWSKc *Hi* | 8 et] aut c | 9 abscindet c. | 10 miserere F | diapsalma *om.* HWSKc | 11 coepit HI. | 12 [*deest* S *usque ad* 77,4] | 13 aduentionibus RF | 16 diapsalma *om.* WKc ‖ 77,1 popule c | 2 in parabolis WKc | eloquar HIr] et loquar F.; loquar *cet.* | 4 in generatione altera HIWKc | [*iterum adest* S] | 5 ea *om.* HI. |

13 auferenti spiritum ducum terribili regibus terrae

76 VICTORI PER IDITHUN PSALMUS ASAPH

2 Voce mea ad Dominum clamavi
voce mea ad Dominum et exaudivit me
3 in die tribulationis meae Dominum requisivi
manus mea nocte extenditur et non quiescit
noluit consolari anima mea
4 recordans Dei conturbabar
loquebar in memet ipso et deficiebat spiritus meus
SEMPER
5 prohibebam suspectum oculorum meorum
stupebam et non loquebar
6 recogitabam dies antiquos annos pristinos
7 recordabar psalmorum meorum
in nocte cum corde meo loquebar et scobebam spiritum meum
8 ergone in aeternum proiciet Dominus
et non repropitiabitur ultra
9 ergone conplebit usque in finem misericordiam suam
consummabit verbum de generatione et generatione
10 numquid oblitus est misereri Deus
aut conplebit in furore misericordias suas
SEMPER
11 et dixi inbecillitas mea est haec commutatio dexterae Excelsi
12 recordabor cogitationum Domini
reminiscens antiqua mirabilia tua
13 et meditabor in omni opere tuo
et adinventiones tuas loquar
14 Deus in sanctuario via tua
quis deus magnus ut Deus
15 tu es Deus faciens mirabilia
ostendens in populis potentiam tuam
16 redemisti in brachio populum tuum
filios Iacob et Ioseph
SEMPER
17 videntes te aquae Deus videntes te aquae parturierunt
et commotae sunt abyssi
18 excusserunt aquas nubila
vocem dederunt nubes et sagittae tuae discurrebant
19 vox tonitrui tui in rota
apparuerunt fulgora tua orbi
concussa est et commota est terra
20 in mari via tua et semitae tuae in aquis multis
et vestigia tua non sunt agnita
21 deduxisti quasi gregem populum tuum in manu Mosi et Aaron

77 ERUDITIONIS ASAPH

Ausculta populus meus legem meam
inclinate aurem vestram ad verba oris mei
2 aperiam in parabula os meum
loquar enigmata antiqua
3 quae audivimus et cognovimus
et patres nostri narraverunt nobis
4 non sunt abscondita a filiis eorum a generatione sequenti
narrante laudes Domini et potentiam eius et mirabilia eius quae fecit
5 statuit contestationem Iacob
et legem posuit in Israhel
quae mandavit patribus nostris ut docerent filios suos

76 (𝔐 77), 1 per] pro F; super Θ | 2 dominum¹] deum SL𝔥. | dominum² RCL𝔰] deum *cet.* | 3 dominum] deum CΣAK | exquisiui IΣAKS𝔥 | 4 et *om.* C | semper *om.* IK | 5 suspectus 𝔥. | 6 antiquos + et RΘ | 7 scobebam] scrobebam S.; excolebam C; abscondebam Σ; scrutabar Θ | 9 conpleuit RΣΘ | consummauit RFL; consummabitur Θ | et] in IAKS. | 10 miserere FL | semper *om.* I | 12 cogitationem R | 13 meditabar IΣ | 16 brachio + tuo FIΣΘ | semper *om.* I | 20 agnita] cognita I || 77 (𝔐 78), 2 in parabulis R | 4 narrante RI𝔰.] narrate C; narrantes *cet.* |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

6 ut cognoscat generatio altera
Ioel 1,3 filii qui nascentur et exsurgent
et narrabunt filiis suis
7 ut ponant in Deo spem suam
et non obliviscantur opera Dei
et mandata eius exquirant
8 ne fiant sicut patres eorum
Dt 32,5! Za 1,4 generatio prava et exasperans
generatio quae non direxit cor suum
et non est creditus cum Deo spiritus
eius
9 filii Effrem intendentes et mittentes
arcus
conversi sunt in die belli
10 non custodierunt testamentum Dei
et in lege eius noluerunt ambulare
11 et obliti sunt benefactorum eius
et mirabilium eius quae ostendit eis
43! 12 coram patribus eorum quae fecit mi-
rabilia
in terra Aegypti in campo Taneos
Ex 14,21.22! 13 interrupit mare et perduxit eos
32,7 statuit aquas quasi utrem
Dt 1,33! 14 et deduxit eos in nube diei
et tota nocte in inluminatione ignis
15.16: Ex 17,6! 15 interrupit petram in heremo
et adaquavit eos velut in abysso
multa
20! II Esr 9,15; Is 48,21 16 et eduxit aquam de petra
et deduxit tamquam flumina aquas
17 et adposuerunt adhuc peccare ei
40; Dt 9,7! in ira excitaverunt Excelsum in ina-
quoso
94,9! 105,14 18 et temptaverunt Deum in cordibus
suis
Sap 19,11 ut peterent escas animabus suis
19 et male locuti sunt de Deo
dixerunt numquid poterit Deus pa-
rare mensam in deserto
16! 104,41! Is 48,21 20 quoniam percussit petram et fluxe-
runt aquae
et torrentes inundaverunt
numquid et panem potest dare
aut parare mensam populo suo
21 ideo audivit Dominus et distulit 59; Nm 11,1
et ignis accensus est in Iacob
et ira ascendit in Israhel
22 quia non crediderunt in Deo
nec speraverunt in salutare eius
23 et mandavit nubibus desuper
et ianuas caeli aperuit Gn 7,11!
24 et pluit illis manna ad manducan- Ex 16,4! Io 6,31; IV Esr 1,19
dum
et panem caeli dedit eis
25 panem angelorum manducavit homo Sap 16,20; I Cor 10,3
cibaria misit eis in abundantiam 105,15
26 transtulit austrum de caelo
et induxit in virtute sua africum
27 et pluit super eos sicut pulverem 27.28: Nm 11,31!
carnes
et sicut harenam maris volatilia pin-
nata
28 et ceciderunt in medio castrorum
eorum
circa tabernacula eorum
29 et manducaverunt et saturati sunt
nimis
et desiderium eorum adtulit eis
30 non sunt fraudati a desiderio suo
adhuc escae eorum erant in ore ip- 30.31: Nm 11,33
sorum
31 et ira Dei ascendit in eos
et occidit pingues eorum
et electos Israhel inpedivit
32 in omnibus his peccaverunt adhuc
et non crediderunt mirabilibus eius Nm 14,11
33 et defecerunt in vanitate dies eorum
et anni eorum cum festinatione
34 cum occideret eos quaerebant eum
et revertebantur et diluculo venie-
bant ad Deum
35 et rememorati sunt quia Deus adiu- Is 41,14!

RFHI WSKΦ cr 6 et¹ *om.* HI | 7 operum Φc | 9 arcus RFr.] arcum *cet.* | 12 quae RFHIr.𝔊] *om. cet.* | 13 eos + et SKc | utrem FHIr.𝔊] in utrem RWK; in utre SΦc | 14 et eduxit I | 16 deduxit] eduxit F | 17 in iram c | 19 deo + et R | 20 potest RHIr𝔊] poterit *cet.* | 21 et¹ + non HI | accensus] ascensus FK. | 22 in salutari WSKΦc | 24 mannam RF. | 25 cibariam H | in abundantia Φc | 27 harena RFWKΦ | 30 esca eorum erat HI. | 31 in eos RFr.] in eis HI.; super eos *cet.* | 32 crediderunt + in RWc | 34 deum] eum c |

6 ut cognosceret generatio subsequens
filii nascituri surgent et narrabunt filiis suis
7 ut ponant in Deo spem suam
et non obliviscantur cogitationum eius
et mandata eius custodiant
8 ut non sint sicut patres eorum
generatio declinans et provocans
generatio quae non praeparavit cor suum
et non credidit Deo spiritus eius
9 filii Efraim intendentes et mittentes arcum
terga verterunt in die belli
10 non custodierunt pactum Dei sui
et in lege eius noluerunt ingredi
11 et obliti sunt commutationum eius
et mirabilium eius quae ostendit eis
12 coram patribus eorum fecit mirabilia
in terra Aegypto in regione Taneos
13 divisit mare et transduxit eos
et stare fecit aquas quasi acervum
14 et duxit eos in nube per diem et tota nocte in lumine ignis
15 scidit petram in deserto
et potum dedit quasi de abyssis magnis
16 et eduxit rivos de petra
et elicuit quasi flumina aquas
17 et addiderunt ultra peccare ei
ut provocarent Excelsum in invio
18 et temptaverunt Deum in cordibus suis
petentes cibum animae suae
19 et loquentes contra Deum dicebant
numquid poterit Deus ponere mensam in solitudine
20 ecce percussit petram et fluxerunt aquae
et torrentes inundaverunt
numquid et panem poterit dare aut praeparare carnem populo suo
21 ideo audivit Dominus et non distulit
et ignis accensus est in Iacob et furor ascendit in Israhel
22 quia non crediderunt Deo
nec habuerunt fiduciam in salutari eius
23 et praecepit nubibus desuper et portas caeli aperuit
24 et pluit super eos man ut comederent
et triticum caeli dedit eis
25 panem fortium comedit vir
cibaria misit eis in saturitatem
26 abstulit eurum de caelo et induxit in fortitudine sua africum
27 et pluit super eos quasi pulverem carnes
et quasi harenam maris volatilia pinnata
28 et ceciderunt in medio castrorum eius
in circuitu tabernaculorum eius
29 et comederunt et saturati sunt nimis
et desiderium eorum adtulit eis
30 non indiguerunt de cupiditate sua
cum adhuc cibus esset in ore eorum
31 furor ergo Dei ascendit super eos
et occidit pingues eorum et electos Israhel incurvavit
32 in omnibus his peccaverunt ultra
et non crediderunt mirabilibus eius
33 et consumpsit in vanitate dies eorum
et annos eorum velociter
34 si occidebat eos tunc requirebant eum
et convertebantur et diluculo consurgebant ad Deum
35 et recordabantur quia Deus fortitu-

7 in domino FΣΘ | et[1]] uti C | 8 ut] et RFΣΘLɧ | 9 effrem IAK. | 10 in legem CΘ. | 11 commutationem F; cogitationum ΣΘ | 12 aegypti FCΣKΘSLɧ | 13 aquas quasi] aquasi Σ.; aquas in C; quasi L. | 14 et deduxit F | in[1] *om.* IAK. | in lumine] inluminatione IAK | 17 ei et ut prouocarent F.; et ut prouocarent R.; ei et prouocauerunt Θ. | 20 praeparare] parare RFΣΘ | 22 in deo FAKL | in salutare FCΣ | 24 manna KΘ; mannam F. | 25 cibariam FIΣAKΘ | 26 eurum] eorum RF | 27 carnis R | harena RFL; harenas CΣS | 34 inquirebant C; quaerebant Θ. | ad deum] ad eum CΘ |

RFCI ΣAKΘSL ɧ𝔰

tor est eorum
et Deus excelsus redemptor eorum est
36.37: Is 29,13! 36 et dilexerunt eum in ore suo
et lingua sua mentiti sunt ei
Act 8,21 37 cor autem ipsorum non erat rectum cum eo
nec fideles habiti sunt in testamento eius
38 ipse autem est misericors
78,9! 102,3; III Rg 8,50! Lc 18,13 et propitius fiet peccatis eorum et non perdet eos
et abundabit ut avertat iram suam
et non accendet omnem iram suam
Gn 6,3 39 et recordatus est quia caro sunt
spiritus vadens et non rediens
40 quotiens exacerbaverunt eum in deserto
17; Dt 9,7! in ira concitaverunt eum in inaquoso
56 41 et conversi sunt et temptaverunt Deum
et Sanctum Israhel exacerbaverunt
42 non sunt recordati manus eius
die qua redemit eos de manu tribulantis
12; 105,21.22! Ex 7,3! 43 sicut posuit in Aegypto signa sua
43—48: 104,27–35 et prodigia sua in campo Taneos
Ex 7,20! 44 et convertit in sanguine flumina eorum
et imbres eorum ne biberent
Ex 8,21! Sap 16,9 45 misit in eos cynomiam et comedit eos
Ex 8,2! et ranam et disperdit eos
46 et dedit erugini fructus eorum
et labores eorum lucustae
47 et occidit in grandine vineam eorum
et moros eorum in pruina
Ex 9,25! 48 et tradidit grandini iumenta eorum
et possessionem eorum igni
87,17; Iob 10,17 49 misit in eos iram indignationis suae
indignationem et iram et tribulationem
inmissionem per angelos malos
50 viam fecit semitae irae suae
non pepercit a morte animarum eorum
et iumenta eorum in morte conclusit Ex 9,6; 11,5!
51 et percussit omne primitivum in terra Aegypti 104,36; 134,8
primitias laborum eorum in tabernaculis Cham
52 et abstulit sicut oves populum suum 76,21; 79,2
et perduxit eos tamquam gregem in deserto
53 et deduxit eos in spe et non timuerunt
et inimicos eorum operuit mare Ex 14,28!
54 et induxit eos in montem sanctificationis suae Ex 15,17
montem quem adquisivit dextera eius
et eiecit a facie eorum gentes Act 13,19
et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis Ios 23,4!
55 et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israhel
56 et temptaverunt et exacerbaverunt Deum excelsum 41
et testimonia eius non custodierunt
57 et averterunt se et non servaverunt pactum quemadmodum patres eorum Os 7,16
conversi sunt in arcum pravum
58 et in ira concitaverunt eum in collibus suis Dt 32,16!
et in sculptilibus suis ad aemulationem eum provocaverunt
59 audivit Deus et sprevit 21
et ad nihilum redegit valde Israhel
60 et reppulit tabernaculum Selo Ier 7,12
tabernaculum suum ubi habitavit in

RFHI WSKΦ cr
37 ipsorum] eorum Φ c | in testamentum RW | 38 perdet RHI r. *Hi*] disperdit F; disperdet *cet.* | abundabit r. 𝔊] abundauit *cet.* | auerteret WSK c | accendit FHISK c | 40 in iram c | 42 redimit R.; redimet F. | 44 in sanguinem RWSK c | 45 coenomyam R.; coenomyiam c., *cf. Hi* (*p.* 42,10) | disperdidit HISKΦ c | 47 uineam RH r. 𝔊] uineas *cet.* | morus R.; murus FH. | 49 immissiones c | 50 suae + et FS | animabus F c | 51 primitiuum RF r.] primitium HI.; primogenitum *cet.* | in terra aegypti] in aegypto HISK | laboris F.; omnis laboris W c | 58 et[1] *om.* IWSK c | in iram c | 59 redigit FISK |

do eorum
et Deus excelsus redemptor eorum
36 et lactaverunt eum in ore suo et lingua sua mentiti sunt ei
37 cor autem eorum non erat firmum cum eo
nec permanserunt in pacto eius
38 ipse vero misericors propitiabitur iniquitati et non disperdet
multumque avertit iram suam
et non suscitavit totum furorem suum
39 sed recordatus est quia caro essent
spiritus vadens et non revertens
40 quotiens provocaverunt eum in deserto
adflixerunt eum in solitudine
41 et conversi sunt et temptaverunt Deum
et Sanctum Israhel concitaverunt
42 non sunt recordati manus eius
diei qua redemit eos a tribulante
43 qui fecit in Aegypto signa sua
et ostenta sua in regione Taneos
44 qui convertit in sanguine fluvios eorum
et rivos eorum ut non biberent
45 qui inmisit eis genus omne muscarum ut comederent eos
et ranas ut disperderent eos
46 qui dedit brucho germen eorum
et laborem eorum lucustae
47 qui occidit in grandine vineas eorum
et sycomoros eorum in frigore
48 qui tradidit grandini pascua eorum
et iumenta eorum volucribus
49 qui misit in eos iram furoris sui
indignationem et comminationem et angustiam
inmissionem angelorum malorum
50 munivit semitam furori suo
non pepercit morti animae eorum
et animantia eorum pesti tradidit
51 et percussit omne primogenitum in Aegypto
principium partus in tabernaculis Cham
52 et tulit veluti oves populum suum
et minavit eos sicut gregem in deserto
53 et duxit eos cum fiducia et absque timore
inimicos autem eorum operuit mare
54 et adduxit eos ad terminum sanctificatum suum
montem istum quem possedit dextera eius
et eiecit a facie eorum gentes
et possidere eos fecit in funiculo hereditatem
55 et conlocavit in tabernaculis eorum tribus Israhel
56 et temptaverunt et provocaverunt Deum excelsum
et testimonia eius non custodierunt
57 et aversi sunt et praevaricati sunt ut patres eorum
incurvati sunt quasi arcus inutilis
58 et provocaverunt eum in excelsis suis
et in sculptilibus suis ad aemulandum concitaverunt
59 audivit Deus et non distulit et proiecit vehementer Israhel
60 et reliquit tabernaculum Selo
tentorium quod conlocavit inter ho-

35 eorum² + est FΘS | 37 cor] os IAK. | 38 iniquitate RF. | auertet FC | suscitabit RFCI
FC | 42 die qua RΣΘSL | 43 ostensa RΘ | 44 in sanguinem KΘS ϧ | 45 inmisit + in ΣAKΘSL
CIΣAK | ~ omne genus IΣAKΘS ϧ | 48 pascuam IAK. | 50 morte Θ.; mortem R.; a ϧs
morte IAK ϧ | 51 omnem CΣ | 52 uelut RIAKΘSL ϧ | 53 et adduxit Σ.; et eduxit IA
KΘS ϧ | 57 et¹ *om.* CIAK. | 59 deus] dominus RCΣΘL |

hominibus
61 et tradidit in captivitatem virtutem eorum
et pulchritudinem eorum in manus inimici
62 et conclusit in gladio populum suum
105,40; Ier 12,7 et hereditatem suam sprevit
63 iuvenes eorum comedit ignis
et virgines eorum non sunt lamentatae
64 sacerdotes eorum in gladio ceciderunt
Iob 27,15 et viduae eorum non plorabuntur
65 et excitatus est tamquam dormiens Dominus
tamquam potens crapulatus a vino
1 Sm 5,6! 66 et percussit inimicos suos in posteriora
obprobrium sempiternum dedit illis
67,68: 86,2 67 et reppulit tabernaculum Ioseph
et tribum Effrem non elegit
131,13 68 et elegit tribum Iuda
montem Sion quem dilexit
69 et aedificavit sicut unicornium sanctificium suum
in terra quam fundavit in saecula
88,21! IV Esr 3,23; Am 7,15 70 et elegit David servum suum
70.71: II Sm 7,8! I Par 28,4! II Par 6,6; Mi 7,14 et sustulit eum de gregibus ovium
de post fetantes accepit eum
71 pascere Iacob servum suum
et Israhel hereditatem suam
72 et pavit eos in innocentia cordis sui
et in intellectibus manuum suarum deduxit eos

78 PSALMUS ASAPH

Est 13,15; Lam 1,10 Deus venerunt gentes in hereditatem tuam
73,3! 7! II Mcc 6,4 polluerunt templum sanctum tuum
posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam
Dt 28,26! Ier 7,33 2 posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus caeli
carnes sanctorum tuorum bestiis terrae
3 effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam I Mcc 7,17
in circuitu Hierusalem et non erat qui sepeliret
4 facti sumus obprobrium vicinis nostris 43,14; 88,42
subsannatio et inlusio his qui circum nos sunt
5 usquequo Domine irasceris in finem 73,1! 84,6; 88,47
accendetur velut ignis zelus tuus Na 1,6
6 effunde iram tuam in gentes quae te non noverunt 68,25! Ier 10,25; Sir 36,3; Za 1,15
et in regna quae nomen tuum non invocaverunt
7 quia comederunt Iacob et locum eius desolaverunt Is 1,7!
8 ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum Is 64,9; Bar 3,5
cito anticipent nos misericordiae tuae
quia pauperes facti sumus nimis
9 adiuva nos Deus salutaris noster Est 14,3
propter gloriam nominis tui Domine libera nos
et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum 24,11! 77,38! Ier 33,8.9
10 ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum 41,4! 113,10! Idt 7,21
et innotescat in nationibus coram oculis nostris
ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est Dt 32,43!
11 introeat in conspectu tuo gemitus conpeditorum 101,21
secundum magnitudinem brachii tui
posside filios mortificatorum
12 et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum Sir 40,8; Is 65,6!
inproperium ipsorum quod exprobraverunt tibi Domine 73,18!
13 nos autem populus tuus et oves pascuae tuae 94,7! IV Esr 5,26.27
confitebimur tibi in saeculum 29,13! 44,18; 51,11

RFHI WSKΦ cr 64 plorabantur c | 65 potans I | 67 effraim W; ephraim c. | 68 et] sed WSKΦc | 72 in² *om.* FW || 78,3 ipsorum] eorum Φc | 4 circum nos] in circuitu nostro WSKΦc | 5 accenditur HI. | 9 noster + et c | 12 quod] quo R |

mines
61 tradidit in captivitatem gloriam suam
et decorem suum in manu hostis
62 et conclusit in gladio populum suum
et in hereditate sua non distulit
63 iuvenes eius devoravit ignis
et virgines eius nemo luxit
64 sacerdotes eius gladio ceciderunt
et viduae eius non sunt fletae
65 et evigilavit quasi dormiens Dominus
quasi fortis post crapulam vini
66 et percussit hostes suos retrorsum
obprobrium sempiternum dedit eos
67 et proiecit tabernaculum Ioseph
et tribum Efraim non elegit
68 sed elegit tribum Iuda montem Sion quem dilexit
69 et aedificavit in similitudinem monoceroton sanctuarium suum
quasi terram fundavit illud in saeculum
70 et elegit David servum suum
et tulit eum de gregibus ovium
sequentem fetas adduxit eum
71 ut pasceret Iacob populum eius
et Israhel hereditatem eius
72 qui pavit eos in simplicitate cordis sui
et in prudentia manuum suarum dux eorum fuit

78 CANTICUM ASAPH
Deus venerunt gentes in hereditatem tuam
polluerunt templum sanctum tuum
posuerunt Hierusalem in acervis lapidum
2 dederunt cadavera servorum tuorum escam volatilibus caeli
carnes sanctorum tuorum bestiis terrae
3 effuderunt sanguinem eorum quasi aquam
in circuitu Hierusalem et non erat qui sepeliret
4 facti sumus obprobrium vicinis nostris
subsannatio et derisio his qui in circuitu nostro sunt
5 usquequo Domine irasceris in finem
ardebit quasi ignis zelus tuus
6 effunde furorem tuum super gentes quae non cognoverunt te
et super regna quae nomen tuum non invocaverunt
7 quia comederunt Iacob et decorem eius desolaverunt
8 ne recorderis iniquitatum nostrarum veterum
cito occupent nos misericordiae tuae
quia adtenuati sumus nimis
9 auxiliare nobis Deus Iesus noster propter gloriam nominis tui
et libera nos et propitiare peccatis nostris propter nomen tuum
10 quare dicunt gentes ubi est Deus eorum
nota fiat in gentibus ante oculos nostros ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est
11 ingrediatur coram te gemitus vinctorum
in magnitudine brachii tui relinque filios interitus
12 et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum
obprobrium suum quo exprobraverunt tibi Domine
13 nos enim populus tuus et grex pascuae tuae
confitebimur tibi in sempiternum

61 in captiuitate CΣ | 64 in gladio RΘ | 69 in similitudine S; in solitudine IAK. | monoceronton S.; monoceron CΣ; monocerontis Θ | 71 eius[1]] suum FΣ | 72 in prudentiam RA.; prudentia FΘ.; in sensu Σ. || 78 (𝔐 79), 1 lapidum] custodiam IAK. | 2 escas RAS | 5 domine] deus R | 8 nos ΘS𝔥𝔰𝔐] *om. cet.* | quia] qui RΣ. | 10 quare] quia IAK. | sanguinum IAK. | 11 in magnitudinem RC | 12 quo RF𝔰.] quod *cet.* | 13 enim] autem IA. | sempiternum + et C ||

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

in generationem et generationem adnuntiabimus laudem tuam

79 IN FINEM PRO HIS QUI COMMUTABUNTUR TESTIMONIUM ASAPH PSALMUS

2 Qui regis Israhel intende
76,21; 77,52 qui deducis tamquam oves Ioseph
98,1! qui sedes super cherubin manifestare
3 coram Effraim et Beniamin et Manasse
excita potentiam tuam et veni ut salvos facias nos
84,5 4 Deus converte nos
Nm 6,25! et ostende faciem tuam et salvi erimus
5 Domine Deus virtutum
quousque irasceris super orationem servi tui
6 cibabis nos pane lacrimarum
41,4; 101,10 et potum dabis nobis in lacrimis in mensura
30,12! 7 posuisti nos in contradictionem vicinis nostris
et inimici nostri subsannaverunt nos
8 Deus virtutum converte nos
et ostende faciem tuam et salvi erimus
9 vineam de Aegypto transtulisti
43,3! eiecisti gentes et plantasti eam
Ex 13,21 10 dux itineris fuisti in conspectu eius
IV Rg 19,30; Is 27,6; 37,31 et plantasti radices eius et implevit terram
11 operuit montes umbra eius
et arbusta eius cedros Dei
12 extendit palmites suos usque ad mare
et usque ad Flumen propagines eius
88,42; Prv 24,31; Is 5,5! 13 ut quid destruxisti maceriam eius
et vindemiant eam omnes qui praetergrediuntur viam
14 exterminavit eam aper de silva
et singularis ferus depastus est eam
15 Deus virtutum convertere
respice de caelo et vide et visita vineam istam
16 et perfice eam quam plantavit dextera tua
et super filium quem confirmasti tibi
17 incensa igni et suffossa
ab increpatione vultus tui peribunt
18 fiat manus tua super virum dexterae tuae
et super filium hominis quem confirmasti tibi
19 et non discedimus a te
vivificabis nos et nomen tuum invocabimus
20 Domine Deus virtutum converte nos
et ostende faciem tuam et salvi erimus

80 IN FINEM PRO TORCULARIBUS ASAPH 8,1; 83,1

2 Exultate Deo adiutori nostro 58,18!
iubilate Deo Iacob 74,10; Idc 5,3!
3 sumite psalmum et date tympanum 91,4! 149,3!
psalterium iucundum cum cithara
4 bucinate in neomenia tuba
in insigni die sollemnitatis nostrae
5 quia praeceptum Israhel est Dt 33,10
et iudicium Dei Iacob
6 testimonium in Ioseph posuit illud
cum exiret de terra Aegypti
linguam quam non noverat audivit
7 devertit ab oneribus dorsum eius
manus eius in cofino servierunt
8 in tribulatione invocasti me et liberavi te 33,5!
exaudivi te in abscondito tempestatis
probavi te apud aquam Contradictionis Dt 33,8

DIAPSALMA

9 audi populus meus et contestabor te 49,7!
Israhel si audias me 10 non erit in te deus recens
nec adorabis deum alienum Dt 5,7

RFHI WSKΦ cr

13 in generatione FKΦ ‖ 79,1 pro iis c. | asaph psalmus] psalmus asaph I; asaph HΦ; + asiriorum W. | 2 deduces RI. | tamquam oues] uelut ouem c | 3 et¹ *om.* c | 7 in contradictione R | 8 erimus + diapsalma I | 10 et¹ *om.* c. | 16 filium + hominis c ‖ 80,1 torcularibus + domini W.; + psalmus HK; + psalmus ipsi c. | asaph + psalmus quarta sabbati W.; + quinta sabbati I. | 4 nostrae] uestrae c | 5 praeceptum + in R c | deo WSKΦ c | 7 diuertit FWSΦ c | 8 diapsalma *om.* W c | 9 contestificabor HI | audieris WS KΦ c | 10 nec] neque c |

in generatione et generatione narrabimus laudes tuas

79 VICTORI PRO LILIIS TESTIMONII ASAPH CANTICUM

2 Qui pascis Israhel ausculta qui ducis quasi gregem Ioseph
qui sedes super cherubin ostendere
3 ante Efraim et Beniamin et Manasse
suscita fortitudinem tuam et veni ut salvos facias nos
4 Deus converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus
5 Domine Deus exercituum usquequo fumabis ad orationem populi tui
6 cibasti nos pane flebili et potasti nos in lacrimis tripliciter
7 posuisti nos contentionem vicinis nostris
et inimici nostri subsannaverunt nos
8 Deus exercituum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus
9 vineam de Aegypto tulisti eiecisti gentes et plantasti eam
10 praeparasti ante faciem eius
et stabilisti radices eius et implevit terram
11 operti sunt montes umbra eius
et ramis illius cedri Dei
12 expandit comas suas usque ad mare
et usque ad Flumen germina sua
13 quare dissipasti maceriam eius
et vindemiaverunt eam omnes qui transeunt per viam
14 vastavit eam aper de silva
et omnes bestiae agri depastae sunt eam
15 Deus exercituum revertere obsecro
respice de caelo et vide et visita vineam hanc
16 et radicem quam plantavit dextera tua
et filium quem confirmasti tibi
17 succensam igni et deramatam
ab increpatione faciei tuae pereant
18 fiat manus tua super virum dexterae tuae
et super filium hominis quem confirmasti tibi
19 et non recedemus a te vivificabis nos
et nomine tuo vocabimur
20 Domine Deus exercituum converte nos
et ostende faciem tuam et salvi erimus

80 VICTORI IN TORCULARIBUS ASAPH

2 Laudate Deum fortitudinem nostram
iubilate Deo Iacob
3 adsumite carmen et date tympanum
citharam decoram cum psalterio
4 clangite in neomenia bucina
et in medio mense die sollemnitatis nostrae
5 quia legitimum Israhel est et iudicium Dei Iacob
6 testimonium in Ioseph posuit cum egrederetur terra Aegypti
labium quod nesciebam audivi
7 amovi ab onere umerum eius
manus eius a cofino recesserunt
8 in tribulatione invocasti et erui te
exaudivi te in abscondito tonitrui
probavi te super aquam Contradictionis

SEMPER

9 audi populus meus et contestor te
Israhel si audieris me
10 non sit in te deus alienus et non adores deum peregrinum

79(𝔐 **80**),1 testimonia F; testimonium IAKΘLђ | 2 deducis CΣL; deduces R. | 6 in *om.* CΣ | 7 contentione CΣΘ; contemptionem L; in contentionem S.; contradictionem I.; in contradictione AK. | 8 erimus + semper CΣ | 10 repleuit K.; replebit IA. | 11 rami FCΣΘSLђ | 13 per *om.* F | 19 recedimus IΣKS; redimus A. ‖ **80**(𝔐 **81**),2 deum] dominum RCΘ | 4 diei C | 5 deo IΣAKLђ | 6 terra RFϭ.] terram L; de terra *cet.* | nesciebat IAKS | audiuit IKS; *om.* F. | 8 inuocasti + me CΣS | super aquas C | semper *om.* IA | 9 contestabor C |

RFCI ΣAKΘSL ђϭ

49,7! 11 ego enim sum Dominus Deus tuus
qui eduxi te de terra Aegypti
Dt 5,6! dilata os tuum et implebo illud
Ier 7,24! 12 et non audivit populus meus vocem
meam
Is 1,3! et Israhel non intendit mihi
13 et dimisi illos secundum desideria
cordis eorum
ibunt in adinventionibus suis
III Rg 11,38! 14 si populus meus audisset me
Israhel si in viis meis ambulasset
15 pro nihilo forsitan inimicos eorum
humiliassem
et super tribulantes eos misissem
manum meam
65,3 16 inimici Domini mentiti sunt ei
et erit tempus eorum in saeculo
147,14; Dt 32,13 17 et cibavit illos ex adipe frumenti
et de petra melle saturavit illos

81 PSALMUS ASAPH

Deus stetit in synagoga deorum
in medio autem Deus deiudicat
2 usquequo iudicatis iniquitatem
et facies peccatorum sumitis

DIAPSALMA

Prv 31,9 3 iudicate egenum et pupillum
3.4: Is 1,17; Ier 22,3! humilem et pauperem iustificate
4 eripite pauperem et egenum
Sir 4,9! Ier 21,12! de manu peccatoris liberate
Prv 2,13! 5 nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant
Sir 16,19! Is 24,18 movebuntur omnia fundamenta terrae
Io 10,34 6 ego dixi dii estis et filii Excelsi omnes
7 vos autem sicut homines moriemini
et sicut unus de principibus cadetis
9,20 8 surge Deus iudica terram
quoniam tu hereditabis in omnibus
gentibus

Ex 15,11! Ier 10,6! Mi 7,18 **82** CANTICUM PSALMI ASAPH

2 Deus quis similis erit tibi
ne taceas neque conpescaris Deus Is 64,12
3 quoniam ecce inimici tui sonaverunt
et qui oderunt te extulerunt caput
4 super populum tuum malignaverunt
consilium
et cogitaverunt adversus sanctos tuos Ier 18,18
5 dixerunt venite et disperdamus eos
de gente
et non memoretur nomen Israhel
ultra
6 quoniam cogitaverunt unianimiter
simul
adversum te testamentum disposuerunt
7 tabernacula Idumeorum et Ismahelitae
Moab et Aggareni
8 Gebal et Ammon et Amalech
alienigenae cum habitantibus Tyrum
9 etenim Assur venit cum illis
facti sunt in adiutorium filiis Loth

DIAPSALMA

10 fac illis sicut Madiam et Sisarae
sicut Iabin in torrente Cison
11 disperierunt in Endor
facti sunt ut stercus terrae Ier 8,2! 9,22!
12 pone principes eorum sicut Oreb Idc 8,3
et Zeb et Zebee et Salmana Idc 8,21
omnes principes eorum
13 qui dixerunt hereditate possideamus
sanctuarium Dei
14 Deus meus pone illos ut rotam Iob 21,18! Is 17,13; 40,24! Ier 13,24!
sicut stipulam ante faciem venti
15 sicut ignis qui conburit silvam
sicut flamma conburens montes
16 ita persequeris illos in tempestate tua
et in ira tua turbabis eos
17 imple facies illorum ignominia
et quaerent nomen tuum Domine
18 erubescant et conturbentur in saeculum saeculi 6,11! 34,4! 39,15

RFHI WSKΦ cr 12 mihi] me F | 13 illos] eos WSKΦ c | aduentionibus F | 16 in saecula IΦ c | 17 cibabit FS. | illos[1]] eos c | melli S.; mellis HI. | illos[2]] eos WSKΦ c || **81,1** in finem psalmus H. | deus[2] RFH r] deos *cet.* | diiudicat WSKΦ c | 2 diapsalma *om.* WS c | 3 egeno et pupillo WK c | 7 caditis RH. || **82,3** sonuerunt c | 6 te *om.* RHIWSK | testamentum + tuum FWSK | 7 tabernaculum HI. | 8 amalech + et HI | 9 diapsalma] *post* illis *pon.* W.; *om.* IK c | 10 madiam RFH r. 𝔊] madian *cet.* | in torrentem FH | 14 rotam + et c | 15 conburet R | siluam + et c | conburet R. | 17 illorum RHI r] eorum *cet.* |

11 ego sum Dominus Deus tuus qui
eduxi te de terra Aegypti
dilata os tuum et implebo illud
12 et non audivit populus meus vocem
meam
et Israhel non credidit mihi
13 et dimisi eum in pravitate cordis
sui
ambulabunt in consiliis suis
14 utinam populus meus audisset me
Israhel in viis meis ambulasset
15 quasi nihilum inimicos eius humilias-
sem
et super hostes eorum vertissem
manum meam
16 qui oderunt Dominum negabunt
eum
et erit tempus eorum in saeculo
17 et cibavit eos de adipe frumenti et de
petra mellis saturavit eos

81 CANTICUM ASAPH
Deus stetit in coetu Dei in medio
Deus iudicat
2 usquequo iudicatis iniquitatem et
facies impiorum suscipitis
SEMPER
3 iudicate pauperi et pupillo
egeno et inopi iuste facite
4 salvate inopem et pauperem de ma-
nu impiorum liberate
5 non cognoscunt nec intellegunt in
tenebris ambulant
movebuntur omnia fundamenta ter-
rae
6 ego dixi dii estis et filii Excelsi om-
nes vos
7 ergo quasi Adam moriemini
et quasi unus de principibus cadetis
8 surge Domine iudica terram quoni-
am hereditabis omnes gentes

82 CANTICUM PSALMI ASAPH
2 Deus ne taceas ne sileas et non quies-
cas Deus
3 quia ecce inimici tui tumultuati sunt
et qui oderunt te levaverunt caput
4 contra populum tuum nequiter trac-
taverunt
et inierunt consilium adversum ar-
canum tuum
5 dixerunt venite et conteramus eos de
gente
et non sit memoria nominis Israhel
ultra
6 quoniam tractaverunt pariter
contra te foedus pepigerunt
7 tabernacula Idumeae et Ismahelita-
rum
Moab et Aggareni
8 Gebal et Am-
mon et Amalech
Palestina cum habitatoribus Tyri
9 sed et Assur venit cum eis
facti sunt brachium filiorum Loth
SEMPER
10 fac illis sicut Madian et Sisarae
sicut Iabin in torrente Cison
11 contriti sunt in Aendor fuerunt qua-
si sterquilinium terrae
12 pone duces eorum sicut Oreb et Zeb
et Zebee et Salmana omnes princi-
pes eorum
13 qui dixerunt possideamus nobis pul-
chritudinem Dei
14 Deus meus pone eos ut rotam quasi
stipulam ante faciem venti
15 quomodo ignis conburit silvam
et sicut flamma devorat montes
16 sic persequere eos in tempestate tua
et in turbine tuo conturba eos
17 imple facies eorum ignominia et
quaerent nomen tuum Domine
18 confundantur et conturbentur usque
in saeculum

13 dimisit F | 16 in saeculum CΘ | 17 cibabit RFC | melli F.; melle CΣΘ | saturabit CI || **81** (𝔐 82), 1 deus[2] RFΣKLђ] deos *cet.* | 2 semper *om.* IA | 3 iuste facite] iustificate RΘ | 7 caditis IA. | 8 quoniam + tu IAKΘSђ || **82** (𝔐 83), 1 psalmus F | 3 eleuauerunt FIΣAKSLђ | 9 et *om.* IΣ. | sunt + in C | semper *om.* I | 10 in (*om.* F.) torrentem FC | 15 conburet RCL | 16 persequeris FΘ |

RFCI ΣAKΘSL ђs

et confundantur et pereant
67,5; Ex 7,5! Is 42,8; Dn 3,45; Ier 16,21 19 et cognoscant quia nomen tibi Do-
minus
96,9! tu solus Altissimus in omni terra

8,1; 80,1 **83** IN FINEM PRO TORCULARIBUS FILIIS CORE PSALMUS

Nm 24,5 2 Quam dilecta tabernacula tua Domi-
ne virtutum
3 concupiscit et defecit anima mea in
atria Domini
I Sm 2,11 cor meum et caro mea exultavit in
Deum vivum
4 etenim passer invenit ÷ sibi : domum
et turtur nidum sibi ubi ponat pullos
suos
altaria tua Domine virtutum rex me-
us et Deus meus
64,5! 5 beati qui habitant in domo tua
in saecula saeculorum laudabunt te
DIAPSALMA
6 beatus vir cui est auxilium abs te
ascensiones in corde suo disposuit
7 in valle lacrimarum in loco quem
posuit
8 etenim benedictiones dabit legis da-
tor
ibunt de virtute in virtutem
videbitur Deus deorum in Sion
5,2.3! 53,4! 9 Domine Deus virtutum exaudi ora-
tionem meam
auribus percipe Deus Iacob
DIAPSALMA
10 protector noster aspice Deus
131,10 et respice in faciem christi tui
11 quia melior est dies una in atriis tuis
super milia
elegi abiectus esse in domo Dei mei
magis quam habitare in tabernaculis
peccatorum
12 quia misericordiam et veritatem
÷ diligit : Deus
gratiam et gloriam dabit Dominus
13 non privabit bonis eos qui ambulant Prv 16,20!
in innocentia
Domine virtutum beatus vir qui spe- 2,13! 145,5; Is 30,18; Ier 17,7
rat in te

84 IN FINEM FILIIS CORE PSALMUS

2 Benedixisti Domine terram tuam
avertisti captivitatem Iacob 13,7; 125,11 Ez 39,25!
3 remisisti iniquitates plebis tuae Ex 34,9! Is 22,14; 27,9! 38,17!
operuisti omnia peccata eorum
DIAPSALMA
4 mitigasti omnem iram tuam
avertisti ab ira indignationis tuae
5 converte nos Deus salutum nostra- 79,4
rum
et averte iram tuam a nobis
6 numquid in aeternum irasceris nobis 78,5!
aut extendes iram tuam a generati- 76,9
one in generationem
7 Deus tu conversus vivificabis nos 70,20!
et plebs tua laetabitur in te
8 ostende nobis Domine misericor-
diam tuam
et salutare tuum da nobis
9 audiam quid loquatur ÷ in me : Do-
minus Deus
quoniam loquetur pacem in plebem 121,8; Est 10,3!
suam
et super sanctos suos
et in eos qui convertuntur ad cor
10 verumtamen prope timentes eum sa- Is 46,13! 56,1
lutare ipsius
ut inhabitet gloria in terra nostra
11 misericordia et veritas obviaverunt
÷ sibi :
iustitia et pax osculatae sunt
12 veritas de terra orta est IV Esr 7,114
et iustitia de caelo prospexit
13 etenim Dominus dabit benignitatem 64,12; Za 8,12; Os 2,21.22
et terra nostra dabit fructum suum 66,7!
14 iustitia ante eum ambulabit Is 58,8

RFHI WSKΦ cr 19 quia] quoniam FHIr. ‖ **83**,1 ~ psalmus filiis (filiorum W) chore HW. | 3 deficit Wcr | domini] dei I | exultauit HIr *Hi*] exultauerunt *cet.*, *cf. Su* | 4 reponat F | 5 tua + domine c | diapsalma *om.* Wc | 6 cui FHIr. *Hi*] cuius *cet.* | 8 benedictionis F; benedictionem c | legis dator RFIr.] legislator *cet.* | 9 diapsalma] *post* 10 tui *pon.* I.; *om.* Kc | 11 habitarem HI. | 12 ÷ *om.* R, *spatio relicto* | 13 in innocentiam FH | domine + deus R | uir RFHIr.] homo *cet.* ‖ **84**,3 iniquitatem IWSKΦc | plebi F | diapsalma *om.* HWSKc | 5 salutum nostrarum RFHIr. 𝔊] salutaris noster *cet.* | 9 ÷ in me: dominus deus r] in me ÷ dominus deus: R | 11 ÷ r*Hi*] *om.* R | sunt + se RHI ‖

et erubescant et pereant
19 et sciant quia nomen tuum est Dominus
solus tu Excelsus super omnem terram

83 VICTORI PRO TORCULARI FILIORUM CORE CANTICUM

2 Quam dilecta tabernacula tua Domine exercituum
3 desiderat et defecit anima mea in atria Domini
cor meum et caro mea laudabunt Deum viventem
4 siquidem avis invenit domum et passer nidum sibi ubi ponat pullos suos
altaria tua Domine exercituum rex meus et Deus meus
5 beati qui habitant in domo tua adhuc laudabunt te
SEMPER
6 beatus homo cuius fortitudo est in te
semitae in corde eius
7 transeuntes in valle fletus
fontem ponent eam
8 benedictione quoque amicietur doctor
ibunt de fortitudine in fortitudinem
parebunt apud Deum in Sion
9 Domine Deus exercituum exaudi orationem meam
ausculta Deus Iacob
SEMPER
10 clipeus noster vide Deus et adtende faciem christi tui
11 quoniam melior est dies in atriis tuis super milia
elegi abiectus esse in domo Dei mei
magis quam habitare in tabernaculis impietatis
12 quia sol et scutum Dominus Deus
gratiam et gloriam dabit Dominus
13 nec prohibebit bonum ab his qui ambulant in perfectione
Domine exercituum beatus homo qui confidet in te

84 VICTORI FILIORUM CORE CANTICUM

2 Placatus es Domine terrae tuae
reduxisti captivitatem Iacob
3 dimisisti iniquitatem populo tuo
operuisti omnes iniquitates eorum
SEMPER
4 continuisti omnem indignationem tuam
conversus es ab ira furoris tui
5 converte nos Deus Iesus noster
et solve iram tuam adversum nos
6 noli in aeternum irasci nobis extendens iram tuam in generationem et generationem
7 nonne tu revertens vivificabis nos
et populus tuus laetabitur in te
8 ostende nobis Domine misericordiam tuam
et salutare tuum da nobis
9 audiam quid loquatur Dominus Deus
loquetur enim pacem ad populum suum et ad sanctos suos
ut non convertantur ad stultitiam
10 verumtamen prope est his qui timent eum salutare eius
ut habitet gloria in terra nostra
11 misericordia et veritas occurrerunt
iustitia et pax deosculatae sunt
12 veritas de terra orta est et iustitia de caelo prospexit
13 sed et Dominus dabit bonum et terra nostra dabit germen suum
14 iustitia ante eum ibit et ponet in via

19 tu *om.* IAK. ‖ **83** (𝔐 **84**), 1 pro torcularibus FIAKΘSL𝔥 | 3 deficit CΘS | 5 semper *om.* I | 8 a benedictione I.; benedictionem RΣΘL𝔥 | de] in IAK. | fortitudine² R | 9 meam *om.* IAK. | semper *om.* I | 11 dies + una RΣ | habitarem IA. | 12 quia] qui R | 13 confidet RCΘ𝔰] confidit *cet.* ‖ **84** (𝔐 **85**), 3 semper *om.* IΘ | 4 es] est I | 6 in generatione et FCΣΘL; a generatione in S. | 9 audiant FΣ | 10 ut inhabitet FC ‖

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

et ponet in via gressus suos

85 ORATIO IPSI DAVID

16,6! Inclina Domine aurem tuam ÷et:
exaudi me
39,18! quoniam inops et pauper sum ego
2 custodi animam meam quoniam
sanctus sum
16,7 salvum fac servum tuum Deus meus
sperantem in te
3 miserere mei Domine quoniam ad
te clamabo tota die
4 laetifica animam servi tui
24,1; 142,8; Lam 3,41 quoniam ad te Domine animam me-
am levavi
15! 144,9 5 quoniam tu Domine suavis et mitis
et multae misericordiae omnibus in-
vocantibus te
5,2.3! 16,1 6 auribus percipe Domine orationem
meam
et intende voci orationis meae
19,2 7 in die tribulationis meae clamavi
ad te
quia exaudisti me
88,7; Ex 15,11! III Rg 8,23 8 non est similis tui in diis Domine
et non est secundum opera tua
21,28! Is 25,1; Ioel 2,26 9 omnes gentes quascumque fecisti
venient
Apc 15,4 et adorabunt coram te Domine
et glorificabunt nomen tuum
76,14.15! 10 quoniam magnus es tu et faciens mi-
rabilia
tu es Deus solus
24,4.5 11 deduc me Domine in via tua et in-
grediar in veritate tua
laetetur cor meum ut timeat nomen
tuum
9,2! 110,1; 118,7; 137,1 12 confitebor tibi Domine Deus meus
in toto corde meo
II Sm 7,26! Sir 51,1.2! et glorificabo nomen tuum in aeter-
num
102,4! 13 quia misericordia tua magna est su-
per me
et eruisti animam meam ex inferno 29,4!
inferiori
14 Deus iniqui insurrexerunt super me 53,5
et synagoga potentium quaesierunt
animam meam
et non proposuerunt te in conspectu
suo
15 et tu Domine Deus miserator et mi- 5! 102,8; 110,4; Ex 34,6! Sap 15,1; IV Esr 2,31
sericors
patiens et multae misericordiae et
verax
16 respice in me et miserere mei 24,16
da imperium tuum puero tuo 115,16!
et salvum fac filium ancillae tuae
17 fac mecum signum in bono
et videant qui oderunt me et con-
fundantur
quoniam tu Domine adiuvasti me et
consolatus es me

86 FILIIS CORE PSALMUS CANTICI

Fundamenta eius in montibus sanctis
2 diligit Dominus portas Sion 77,67.68
super omnia tabernacula Iacob
3 gloriosa dicta sunt de te civitas Dei
DIAPSALMA
4 memor ero Raab et Babylonis scien-
tibus me
ecce alienigenae et Tyrus et populus
Aethiopum
hii fuerunt illic
5 numquid Sion dicet homo et homo
natus est in ea
et ipse fundavit eam Altissimus 101,17; Is 14,32
6 Dominus narrabit in scriptura po-
pulorum
et principum horum qui fuerunt in ea
DIAPSALMA
7 sicut laetantium omnium habitatio
in te

87 CANTICUM PSALMI FILIIS CORE IN FI-
NEM PRO MAELETH AD RESPONDEN-
DUM INTELLECTUS EMAN EZRAITAE

RFHI WSKΦ cr

85,1 ipsi *om.* HIW | dauid *om.* H. | 3 clamaui c | 6 orationis] deprecationis WSKΦc | 7 quia] quoniam HI. | 8 in diis] in dies RF. | 10 facies HI. | 11 timeam RF. | 14 surrexerunt F | 17 in bonum c | et¹] ut HISc | adiuuisti c || **86**,1 in finem filiis HW | 3 diapsalma *om.* WK c | 4 scientium c | 5 dicit H | 6 narrauit RFHISK | scripturis SK c | diapsalma *om.* K c | 7 habitatio + est c || **87**,1 pro melech HSK; pro choro R.; pro F. | ad—ezraitae *om.* I. | intellectus *om.* HW. | ※aeman: R. | ezrahelitae W.; israhelitae H |

gressus suos
85 ORATIO DAVID
Inclina Domine aurem tuam exaudi me
quia egenus et pauper ego sum
2 custodi animam meam quia sanctus sum
salva servum tuum tu Deus meus qui confidit in te
3 miserere mei Domine quoniam ad te clamabo tota die
4 laetifica animam servi tui quia ad te animam meam levo
5 tu enim es Domine bonus et propitiabilis
et multus misericordia omnibus qui invocant te
6 exaudi Domine orationem meam et ausculta vocem deprecationum mearum
7 in die tribulationis meae invocabo te quia exaudies me
8 non est similis tui in diis Domine non est iuxta opera tua
9 omnes gentes quas fecisti venient et adorabunt coram te Domine
et glorificabunt nomen tuum
10 quia magnus tu et faciens mirabilia tu Deus solus
11 doce me Domine viam tuam ut ambulem in veritate tua
unicum fac cor meum ut timeat nomen tuum
12 confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo
et glorificabo nomen tuum in sempiternum
13 quia misericordia tua magna super me
et eruisti animam meam de inferno extremo
14 Deus superbi surrexerunt adversus me
et coetus robustorum quaesivit animam meam
et non posuerunt te in conspectu suo
15 tu autem Domine Deus misericors et clemens
patiens et multae misericordiae et verus
16 respice ad me et miserere mei
da fortitudinem tuam servo tuo et salva filium ancillae tuae
17 fac mecum signum in bonitate
et videant qui oderunt me et confundantur
quia tu Domine auxiliatus es mihi et consolatus es me
86 FILIORUM CORE PSALMUS CANTICI
Fundamentum eius in montibus sanctuarii
2 diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob
3 gloriosa dicta sunt in te civitas Dei
SEMPER
4 commemorabo superbiae et Babylonis scientes me
ecce Palestina et Tyrus cum Aethiopia iste natus est ibi
5 ad Sion autem dicetur vir et vir natus est in ea
et ipse fundavit eam Excelsus
6 Dominus numerabit scribens populos ipse natus est in ea
SEMPER
7 et cantabunt quasi in choris omnes fontes mei in te
87 CANTICUM CARMINIS FILIORUM CORE VICTORI PER CHORUM AD PRAECINENDUM ERUDITIONIS EMAN EZRAITAE

RFCI ΣΑΚΘSL ђϭ

85(𝔐 86),1 tuam + et RCΣΘS | 2 tu *om.* RFΘS; + domine FL | 3 clamaui R | 5 propitiabis IAK. | multum misericordia IAK.; multae misericordiae Θ; multe misericordia R. | 8 est[1] *om.* C | non[2] FCϭ] et non *cet.* | 10 magnus + es RIAKΘ | tu[2] + es R | 14 quaesierunt IAKΘ | non proposuerunt IΣAK | 17 et[1]] ut IΣΘ || 86(𝔐 87),1 fundamenta CIΣAKΘђ | 3 in] de CΣ | semper *om.* I | 4 commemorabor FΣ | et[1] *om.* CΣ | scientis CIΘ; scientibus ΣAKђ | 5 dicitur RL | 6 numerauit FIΣKSLђ | in eam C; ibi Θ. | semper *om.* I ||

2 Domine Deus salutis meae
10; 21,3! die clamavi et nocte coram te
3 intret in conspectu tuo oratio mea
16,6! inclina aurem tuam ad precem meam
4 quia repleta est malis anima mea
93,17; 106,18! Sir 51,9 et vita mea in inferno adpropinquavit
27,1! 142,7 5 aestimatus sum cum descendentibus in lacum
factus sum sicut homo sine adiutorio
6 inter mortuos liber
sicut vulnerati dormientes in sepulchris
quorum non es memor amplius
et ipsi de manu tua repulsi sunt
142,3! Iob 10,21 7 posuerunt me in lacu inferiori
in tenebrosis et in umbra mortis
8 super me confirmatus est furor tuus
41,8! et omnes fluctus tuos induxisti super me

DIAPSALMA

19! 30,12! 9 longe fecisti notos meos a me
posuerunt me abominationem sibi
Lam 3,7 traditus sum et non egrediebar
10 oculi mei languerunt prae inopia
2; 21,3; 27,2! clamavi ad te Domine
142,6 tota die expandi ad te manus meas
11 numquid mortuis facies mirabilia
aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi

DIAPSALMA

29,10! 12 numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam
et veritatem tuam in perditione
13 numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua
et iustitia tua in terra oblivionis
5,4 14 et ego ad te Domine clamavi
118,147 et mane oratio mea praeveniet te
15 ut quid Domine repellis orationem meam
avertis faciem tuam a me 12,1! 43,24
16 pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea 68,30!
exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus
17 in me transierunt irae tuae 77,49; Iob 6,4; 10,17
et terrores tui conturbaverunt me
18 circuierunt me sicut aqua
tota die circumdederunt me simul
19 elongasti a me amicum et proximum 9; 37,12! Iob 19,13!
et notos meos a miseria

88 INTELLECTUS AETHAN EZRAITAE

2 Misericordias Domini in aeternum cantabo
in generationem et generationem adnuntiabo veritatem tuam in ore meo
3 quoniam dixisti in aeternum misericordia aedificabitur
in caelis praeparabitur veritas tua ※in eis:
4 disposui testamentum electis meis
iuravi David servo meo **4.5**: 131,11!
5 usque in aeternum praeparabo semen tuum 30.37
et aedificabo in generationem et generationem sedem tuam 44,7! II Sm 7,13! Sir 24,34

DIAPSALMA

6 confitebuntur caeli mirabilia tua Domine 18,2!
etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum 149,1
7 quoniam quis in nubibus aequabitur Domino 85,8! III Rg 8,23!
similis erit Domino in filiis Dei
8 Deus qui glorificatur in consilio sanctorum 149,1
magnus et horrendus super omnes qui in circuitu eius sunt
9 Domine Deus virtutum quis similis tibi II Sm 22,32! Idt 16,16
potens es Domine et veritas tua in

RFHI WSKΦ cr

2 die RFr. 𝔊] in die *cet.* | 4 ad infernum F.; inferno c | 6 es] est RFIΦ | 8 diapsalma *om.* Wc | 10 expandi] extendi HI. | ~ manus meas ad te I | 11 resuscitabunt RHI. | diapsalma *om.* WSc | 12 in perditionem RH(*vid.*)W. | 18 circuierunt] circumdederunt WSKΦc || 88,1 hiezrahelitae W.; israhelitae HI | 5 in generatione F | diapsalma *om.* IWc | 6 etenim] et F | 7 domino²] deo c | 8 gloriatur HI. | horrendus RFHIr. *Hi*] terribilis *cet. Su* |

2 Domine Deus salutis meae per diem
clamavi in nocte coram te
3 ingrediatur ante te oratio mea
inclina aurem tuam ad laudationem
meam
4 quia repleta est malis anima mea
et vita mea ad infernum descendit
5 reputatus sum cum descendentibus
lacum
factus sum quasi homo invalidus
6 inter mortuos liber
sicut interfecti et dormientes in sepulchro quorum non recordaris amplius
et qui a manu tua abscisi sunt
7 posuisti me in lacu novissimo in tenebris in profundis
8 super me confirmatus est furor tuus
et cunctis fluctibus tuis adflixisti me
SEMPER
9 longe fecisti notos meos a me
posuisti me abominationem eis
clausum et non prodeuntem
10 oculus meus infirmatus est ab adflictione
invocavi te Domine tota die expandi
ad te palmas meas
11 numquid mortuis facies mirabilia
aut gigantes surgent et confitebuntur
tibi
SEMPER
12 numquid narrabitur in sepulchro
misericordia tua
et veritas tua in perditione
13 numquid noscentur in tenebris mirabilia tua
et iustitia tua in terra quae oblivioni
tradita est
14 ego autem ad te Domine clamavi et
mane oratio mea praeveniet te
15 quare Domine abicis animam meam
abscondis faciem tuam a me
16 pauper ego et aerumnosus ab adulescentia
portavi furorem tuum et conturbatus
sum
17 per me transierunt irae tuae
terrores tui oppresserunt me
18 circumdederunt me quasi aquae tota
die
vallaverunt me pariter
19 longe fecisti a me amicum et sodalem
notos meos abstulisti

88 ERUDITIONIS AETHAN EZRAITAE

2 Misericordias Domini in aeternum
cantabo
in generatione et generatione adnuntiabo veritatem tuam in ore meo
3 quia dixisti sempiterna misericordia
aedificabitur
caelos fundabis et veritas tua in eis
4 percussi foedus cum electo meo iuravi David servo meo
5 usque in aeternum stabiliam semen
tuum
et aedificabo in generationem et generationem thronum tuum
SEMPER
6 confitebuntur caeli mirabilia tua
Domine
et veritatem tuam in ecclesia sanctorum
7 quis enim in nubibus adaequabitur
Domino
adsimilabitur Domino de filiis Dei
8 Deus inclitus in arcano sanctorum
nimio
et terribilis in cunctis qui circum
eum sunt
9 Domine Deus exercituum quis similis tui
fortissime Domine et veritas tua in

87 (𝔐 88),2 in R𝔰.𝔐] et in FΣΘ; et *cet.* | 5 in lacum RCΣAKS𝔥 | 6 et[1] *om.* C | 7 in tenebrosis IKS | in[3]] et Σ; et in IAKS.; *om.* F. | 8 et cunctis *om.* C | semper *om.* I | 11 surgunt I.; resurgent S.; resurgunt AK. | semper *om.* IAK | 13 noscuntur Θ.; cognoscentur IAK; cognoscetur Σ. | 16 sum *om.* C | 17 tuae + et FCΣΘS | 18 ualluerunt IAK || **88** (𝔐 89),2 in generationem FL. | et generationem RFΣΘSL | 3 ~ misericordia sempiterna I | 5 in generatione et generatione CIAKΘS𝔥 | semper] diapsalma I. | 7 aequabitur IAKΘSL𝔥 | 9 tui] tibi CΘ |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

circuitu tuo
73,13; Mt 8,26 [10] tu dominaris potestatis maris
motum autem fluctuum eius tu mitigas
Is 51,9 [11] tu humiliasti sicut vulneratum superbum
Idt 9,11 in brachio virtutis tuae dispersisti inimicos tuos
94,4; Dt 10,14! I Par 29,11 [12] tui sunt caeli et tua est terra
23,1! Ion 1,9 orbem terrae et plenitudinem eius tu fundasti
[13] aquilonem et mare tu creasti
Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt
Ex 15,6! [14] tuum brachium cum potentia
firmetur manus tua et exaltetur dextera tua
9,8! 96,2! Is 16,5 [15] iustitia et iudicium praeparatio sedis tuae
misericordia et veritas praecedent faciem tuam
[16] beatus populus qui scit iubilationem
Domine in lumine vultus tui ambulabunt
[17] et in nomine tuo exultabunt tota die
et in iustitia tua exaltabuntur
[18] quoniam gloria virtutis eorum tu es
25; 148,14; I Sm 2,1! et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum
[19] quia Domini est adsumptio ※nostra:
et Sancti Israhel regis nostri
[20] tunc locutus es in visione sanctis tuis et dixisti
20.21: Sir 24,34 posui adiutorium in potentem
exaltavi electum de plebe mea
77,70! Act 13,22 [21] inveni David servum meum
I Sm 16,13! in oleo sancto meo linui eum
[22] manus enim mea auxiliabitur ei
et brachium meum confirmabit eum
IV Esr 2,28 [23] nihil proficiet inimicus in eo
II Sm 7,10 et filius iniquitatis non adponet nocere eum

[24] et concidam a facie ipsius inimicos eius
et odientes eum in fugam convertam
[25] et veritas mea et misericordia mea cum ipso Prv 20,28!
et in nomine meo exaltabitur cornu eius 18!
[26] et ponam in mari manum eius 71,8! Sir 44,23; Za 9,10
et in fluminibus dexteram eius
[27] ipse invocabit me pater meus es tu I Pt 1,17
Deus meus et susceptor salutis meae
[28] et ego primogenitum ponam illum
excelsum prae regibus terrae
[29] in aeternum servabo illi misericordiam meam
et testamentum meum fidele ipsi
[30] et ponam in saeculum saeculi semen eius 5! Sir 45,19
et thronum eius sicut dies caeli
[31] si dereliquerint filii eius legem meam
et in iudiciis meis non ambulaverint
[32] si iustitias meas profanaverint
et mandata mea non custodierint
[33] visitabo in virga iniquitates eorum II Sm 7,14
et in verberibus peccata eorum
[34] misericordiam autem meam non dispergam ab eo II Sm 7,15; Is 54,10
neque nocebo in veritate mea
[35] neque profanabo testamentum meum
et quae procedunt de labiis meis non faciam irrita
[36] semel iuravi in sancto meo si David mentiar Am 4,2 36—38: Ier 33,20.21!
[37] semen eius in aeternum manebit 5!
[38] et thronus eius sicut sol in conspectu meo 71,5
et sicut luna perfecta in aeternum
et testis in caelo fidelis Apc 1,5

DIAPSALMA

[39] tu vero reppulisti et despexisti 43,10!
distulisti christum tuum
[40] evertisti testamentum servi tui

RFHI WSKΦ cr 10 potestates Φ; potestati R c | 11 superbum + et HI. | 17 ~ in tua iustitia RHI | 20 in potente RSKΦ c; + et HISKΦ c | 21 in FHr 𝔊] *om. cet.* | linui HI.] lenui R.; leui Fr.; unxi *cet.* | 22 confirmauit FSΦ; confortabit c; confortauit R | 23 eum] ei I c | 26 dextera R | 31 si + autem WSK c | 35 irritam RF. | 38 diapsalma *om.* W c | 39 dispexisti FS; destruxisti H.; distruxisti I. |

circuitu tuo
10 tu dominaris superbiae maris
et elationes gurgitum eius tu conprimis
11 tu confregisti quasi vulneratum superbum
in brachio forti tuo dispersisti inimicos tuos
12 tui sunt caeli et tua est terra
orbem et plenitudinem eius tu fundasti
13 aquilonem et dexteram tu creasti
Thabor et Hermon nomen tuum laudabunt
14 tuum brachium cum fortitudine
roboretur manus tua exaltetur dextera tua
15 iustitia et iudicium firmamentum throni tui
misericordia et veritas praecedent faciem tuam
16 beatus populus qui novit iubilum
Domine in lumine vultus tui ambulabunt
17 in nomine tuo exultabunt tota die
et in iustitia tua exaltabuntur
18 quia gloria fortitudinis eorum tu es
et in misericordia tua elevabis cornu nostrum
19 quia a Domino est protectio nostra
et a Sancto Israhel rege nostro
20 tunc locutus es per visionem sanctis tuis et dixisti
posui adiutorium super robustum
exaltavi electum de populo
21 inveni David servum meum oleo sancto meo unxi eum
22 cum quo manus mea firma erit et brachium meum roborabit eum
23 non decipiet inimicus eum
et filius iniquitatis non adfliget eum
24 sed concidam ante faciem eius hostes illius
et qui eum oderunt percutiam
25 veritas autem mea et misericordia mea erit cum eo
et in nomine meo exaltabitur cornu eius
26 et ponam in mari manum eius
et in fluminibus dexteram eius
27 ipse vocabit me pater meus es tu
Deus meus et fortitudo salutis meae
28 ego autem primogenitum ponam eum excelsum regibus terrae
29 in aeternum custodiam ei misericordiam meam
et pactum meum fidele ei erit
30 et ponam perpetuum semen eius
et thronum eius sicut dies caeli
31 si autem dereliquerint filii eius legem meam
et in iudiciis meis non ambulaverint
32 si caerimonias meas profanaverint
et praecepta mea non custodierint
33 visitabo in virga scelera eorum
et in plagis iniquitatem eorum
34 misericordiam autem meam non auferam ab eo
nec mentiar in veritate mea
35 non violabo pactum meum
et quod egressum est de labiis meis non mutabo
36 semel iuravi in sancto meo ne David mentiar
37 semen eius in sempiternum erit
38 et thronus eius sicut sol in conspectu meo
sicut luna stabilietur in sempiternum
et testis in caelo fidelis

SEMPER

39 tu autem reppulisti et proiecisti
iratus es adversum christum tuum
40 adtenuasti pactum servi tui

11 in] et in IAKS. | 12 orbem + terrae FIΣ | 13 dextrum CΣL | 14 tua[1] Fs.𝔐] tua et *cet.* | 16 nouit] scit IAK. | 17 in[1]] et in FCI | 18 cornum C; cor A. | 19 a domino] domino F; domini Θ. | 20 robustum + et CIΣAKΘ | populo + meo IAKS | 22 roborauit F; probabit A.; probauit RIK. | 27 uocabit ΣΘs] uocauit RCL; inuocabit ASϧ; inuocauit FIK | 29 ~ erit ei CIAKΘSϧ | 36 ne] si RIAK. | 38 meo + et CΣΘ | semper *om.* I |

RFCI
ΣAKΘSL
ϧs

Ez 24,21; Lam 2,2 profanasti in terram sanctuarium eius
Is 5,5! 41 destruxisti omnes sepes eius
posuisti firmamenta eius formidinem
79,13 42 diripuerunt eum omnes transeuntes viam
78,4 factus est obprobrium vicinis suis
43 exaltasti dexteram deprimentium eum
laetificasti omnes inimicos eius
44 avertisti adiutorium gladii eius
et non es auxiliatus ei in bello
45 destruxisti eum a mundatione
sedem eius in terram conlisisti
46 minorasti dies temporis eius
perfudisti eum confusione
DIAPSALMA
73,1! 78,5! 47 usquequo Domine avertis in finem
exardescet sicut ignis ira tua
48 memorare quae mea substantia
numquid enim vane constituisti omnes filios hominum
Lc 2,26! 49 quis est homo qui vivet et non videbit mortem
eruet animam suam de manu inferi
DIAPSALMA
50 ubi sunt misericordiae tuae antiquae Domine
sicut iurasti David in veritate tua
Lam 5,1 51 memor esto Domine obprobrii servorum tuorum
quod continui in sinu meo multarum gentium
52 quod exprobraverunt inimici tui Domine
quod exprobraverunt commutationem christi tui
40,14! 53 benedictus Dominus in aeternum fiat fiat

Dt 33,1 **89** ORATIO MOSI HOMINIS DEI
Domine refugium tu factus es nobis
in generatione et generatione
2 priusquam montes fierent et formaretur terra et orbis Prv 8,25.26
a saeculo usque in saeculum tu es Deus 92,2; 101,28! Hab 1,12
3 ne avertas hominem in humilitatem
et dixisti convertimini filii hominum
4 quoniam mille anni ante oculos tuos II Ptr 3,8
tamquam dies hesterna quae praeteriit
et custodia in nocte
5 quae pro nihilo habentur eorum anni erunt 102,15!
6 mane sicut herba transeat mane floreat et transeat
vespere decidat induret et arescat
7 quia defecimus in ira tua
et in furore tuo turbati sumus
8 posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo Os 7,2
saeculum nostrum in inluminatione vultus tui
9 quoniam omnes dies nostri defecerunt 101,4!
in ira tua defecimus
anni nostri sicut aranea meditabantur
10 dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni Sir 18,8
si autem in potentatibus octoginta anni
et amplius eorum labor et dolor
quoniam supervenit mansuetudo et corripiemur
11 quis novit potestatem irae tuae
et prae timore tuo iram tuam 12 dinumerare
dexteram tuam sic notam fac
et conpeditos corde in sapientia
13 convertere Domine usquequo 6,4
et deprecabilis esto super servos tuos Dt 32,36!

RFHI WSKΦ cr 40 in terram RIr. 𝔊] in terra *cet.* | 41 firmamenta Rr𝔊] firmamentum *cet.* | 44 es] est F | 45 ab emundatione et HIWSKc | in terram Fcr. 𝔊] in terra *cet.* | 46 temporum HI. | diapsalma *om.* WKc | 47 auertes RΦ. | 49 diapsalma *om.* WSc || 89,1 tu *om.* Rc | in generationem F.; a generatione c | et generationem F; in generationem c | 2 et[1]] aut Rc | saeculo + et HIWSKΦc | 3 conuertemini FH. | 7 deficimus RF | 9 defecerunt + et RWSKΦc | meditabuntur FWSKΦc | 12 conpeditos] eruditos WΦc |

profanasti in terra diadema eius
41 dissipasti omnes macerias eius
posuisti munitiones eius pavorem
42 diripuerunt eum omnes qui transeunt per viam
factus est obprobrium vicinis suis
43 elevasti dexteram hostium eius
laetificasti omnes inimicos illius
44 avertisti robur gladii eius et non sublevasti eum in proelio
45 quiescere fecisti munditiam eius
et thronum illius in terram detraxisti
46 adbreviasti dies adulescentiae eius
operuisti eum ignominia sempiterna
47 usquequo Domine absconderis in finem
succendetur quasi ignis indignatio tua
48 memento mei de profundo
alioquin quare frustra creasti filios hominum
49 quis est vir qui vivat et non videat mortem
salvans animam suam de manu inferi

SEMPER

50 ubi sunt misericordiae tuae antiquae Domine
quas iurasti David in veritate tua
51 recordare Domine obprobrii servorum tuorum
quia portavi in sinu meo omnes iniquitates populorum
52 quas exprobraverunt inimici tui Domine
quibus exprobraverunt vestigia christi tui
53 benedictus Dominus in sempiternum amen et amen

89 ORATIO MOSI VIRI DEI

Domine habitaculum tu factus es nobis
in generatione et generatione
2 antequam montes nascerentur et parturiretur terra et orbis
a saeculo et usque in saeculum tu es
3 convertes hominem usque ad contritionem
et dices revertimini filii Adam
4 quia mille anni in oculis tuis
sicut dies hesterna quae pertransiit
et vigilia nocturna
5 percutiente te eos somnium erunt
6 mane quasi herba pertransiens
mane floruit et abiit
ad vesperam conteretur atque siccabitur
7 consumpti enim sumus in furore tuo
et in indignatione tua conturbati sumus
8 posuisti iniquitates nostras coram te
neglegentias nostras in luce vultus tui
9 omnes enim dies nostri transierunt in furore tuo
consumpsimus annos nostros quasi sermonem loquens
10 dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni
si autem multum octoginta anni
et quod amplius est labor et dolor
quoniam transivimus cito et avolavimus
11 quis novit fortitudinem irae tuae
et secundum timorem tuum indignationem tuam
12 ut numerentur dies nostri sic ostende
et veniemus corde sapienti
13 revertere Domine usquequo et exorabilis esto super servis tuis

RFCI ΣAKΘSL ђ𝔰

40 in terram RL | 44 in proelium IAK. | 45 in terra RIAKSLђ | detraxisti] destruxisti CΣ | 47 succenditur IAKΘ | 49 inferni CΘ | semper] diapsalma RF; *om.* I | 50 quasi iurasti IA. | 53 amen et amen F𝔰𝔐] amen amen *cet.* ‖ 89 (𝔐 90), 2 a saeculo usque in saeculum C.; ab aeterno et usque in sempiternum ΣLђ | tu es RΣΘ𝔰] tu es deus *cet.* | 3 conuertis L; conuertens CIΣAKΘђ | dicis CL𝔰; dicens Θ | 4 hesterna] externa CΘ | pertransit FCIA. | 6 ad uesperum IAKL. | 7 in² *om.* RF. | 10 anni¹] annis RCKΘS | transibimus C | auolabimus C; uolauimus Θ | 12 ut] et IAK | 13 et *om.* R |

45,6; 142,8 14 repleti sumus mane misericordia tua
et exultavimus et delectati sumus in
omnibus diebus nostris
15 laetati sumus pro diebus quibus nos
humiliasti
annis quibus vidimus mala
16 et respice in servos tuos et in opera
tua
et dirige filios eorum
17 et sit splendor Domini Dei nostri
super nos
et opera manuum nostrarum dirige
super nos
※et opus manuum nostrarum dirige:

90 LAUS CANTICI DAVID

Qui habitat in adiutorio Altissimi
in protectione Dei caeli commorabitur
58,17! 2 dicet Domino susceptor meus es tu
et refugium meum Deus meus sperabo in eum
123,7! Sir 51,3! 3 quoniam ipse liberabit me de laqueo
venantium
Prv 2,12 et a verbo aspero
4 in scapulis suis obumbrabit te
et sub pinnis eius sperabis
5 scuto circumdabit te veritas eius
non timebis a timore nocturno
6 a sagitta volante in die
a negotio perambulante in tenebris
ab incursu et daemonio meridiano
7 cadent a latere tuo mille
et decem milia a dextris tuis
31,6 ad te autem non adpropinquabit
8 verumtamen oculis tuis considerabis
36,34! et retributionem peccatorum videbis
9 quoniam tu Domine spes mea
Altissimum posuisti refugium tuum
Sir 33,1! Is 54,14 10 non accedent ad te mala
et flagellum non adpropinquabit tabernaculo tuo
11 quoniam angelis suis mandabit de te 11.12: Mt 4,6; Lc 4,10.11
ut custodiant te in omnibus viis tuis
12 in manibus portabunt te
ne forte offendas ad lapidem pedem
tuum
13 super aspidem et basiliscum ambulabis Lc 10,19
÷et: conculcabis leonem et draconem
14 quoniam in me speravit et liberabo 9,11
eum
protegam eum quia cognovit nomen
meum
15 clamabit ad me et exaudiam eum 49,15; Is 30,19!
cum ipso sum in tribulatione
eripiam eum et clarificabo eum
16 longitudine dierum replebo eum 20,5!
et ostendam illi salutare meum 49,23

91 PSALMUS CANTICI IN DIE SABBATI

2 Bonum est confiteri Domino 146,1
et psallere nomini tuo Altissime 7,18! 53,8!
3 ad adnuntiandum mane misericor- 58,17
diam tuam
et veritatem tuam per noctem
4 in decacordo psalterio cum cantico 32,2! 80,3!
in cithara
5 quia delectasti me Domine in fac- II Par 7,10! Is 65,18
tura tua
et in operibus manuum tuarum exultabo
6 quam magnificata sunt opera tua 103,24
Domine
nimis profundae factae sunt cogita- 39,6; Is 55,9
tiones tuae
7 vir insipiens non cognoscet
et stultus non intelleget haec
8 cum exorti fuerint peccatores sicut I Mcc 9,23!
faenum
et apparuerint omnes qui operantur
iniquitatem
ut intereant in saeculum ÷saeculi:

RFHI WSKΦ cr 14 et[1] *om.* RISK | in *om.* c. | 16 et[1] *om.* WSKΦc | 17 ※ *om.* R, *sed testatur Aug. in loc.* || 90,1 laudes I.; psalmus W. | cantici + ipsi RKΦ | 2 dicit R | 3 liberabit Wr𝔊] liberauit *cet.* | 4 in *om.* c | obumbrauit RFH | te] tibi WSKΦc | 6 in diem F.; per diem R | 7 adpropinquauit FHI | 9 tu HIr𝔊] tu es *cet.* | 10 accedet ad te malum WSKc | adpropinquauit H | 11 mandabit Wr𝔊] mandauit *cet.* | 14 sperabit FS | et *om.* c | quia RFr .] quoniam *cet.* | 15 clamauit RHIWSΦ | et[1] + ego c | clarificabo] glorificabo WSKΦc | 16 longitudinem FWΦ. || **91**,1 psalmus—sabbati] laus cantici dauid H. | cantici] dauid W. | 3 ad adnuntiandam I | 7 intellegit FS |

14 imple nos matutina misericordia tua
et laudabimus et laetabimur in cunctis diebus nostris
15 laetifica nos pro diebus quibus adflixisti nos
et annis in quibus vidimus mala
16 appareat apud servos tuos opus tuum
et gloria tua super filios eorum
17 et sit decor Domini Dei nostri super nos
et opus manuum nostrarum fac stabile super nos
opus manuum nostrarum confirma

90 Qui habitat in abscondito Excelsi
in umbraculo Domini commorabitur
2 dicens Domino spes mea et fortitudo mea
Deus meus confidam in eum
3 quia ipse liberabit te de laqueo venantium de morte insidiarum
4 in scapulis suis obumbrabit tibi
et sub alis eius sperabis
5 scutum et protectio veritas eius
non timebis a timore nocturno
6 a sagitta volante per diem
a peste in tenebris ambulante
a morsu insanientis meridie
7 cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis
ad te autem non adpropinquabit
8 verumtamen oculis tuis videbis
et ultionem impiorum cernes
9 tu enim es Domine spes mea
Excelsum posuisti habitaculum tuum
10 non accedet ad te malum
et lepra non adpropinquabit tabernaculo tuo
11 quia angelis suis mandabit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis
12 in manibus portabunt te ne forte offendat ad lapidem pes tuus
13 super aspidem et basiliscum calcabis
conculcabis leonem et draconem
14 quoniam mihi adhesit et liberabo eum
exaltabo eum quoniam cognovit nomen meum
15 invocabit me et exaudiam eum
cum ipso ero in tribulatione eruam eum et glorificabo
16 longitudine dierum implebo illum
et ostendam ei salutare meum

91 PSALMUS CANTICI IN DIE SABBATI
2 Bonum est confiteri Domino
et psallere nomini tuo Altissime
3 ad adnuntiandam mane misericordiam tuam et fidem tuam in nocte
4 in decacordo et in psalterio in cantico in cithara
5 quoniam laetificasti me Domine in opere tuo
in facturis manuum tuarum laudabo
6 quam magnificata sunt opera tua Domine
satis profundae factae sunt cogitationes tuae
7 vir insipiens non cognoscet
et stultus non intelleget istud
8 germinaverunt impii quasi faenum
et floruerunt omnes qui operantur iniquitatem
ut contererentur usque in sempiternum

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

14 tua *om.* C | in *om.* FΣL | 17 et^{2}—super nos^{2} *om.* IAK. | nos^{2} + et AKΘS𝔥 || **90**(𝔐 **91**),2 et *om.* CΣ | in eo IAKΘS𝔥 | 3 liberauit FSL | 4 obumbrauit RFL | 7 adpropinquauit RFIA | 11 mandauit FCAKS | 13 calcabis] ambulabis RΘ | 15 inuocauit RCΣΘS | 16 longitudinem FL | illum] eum AKΘS𝔥 | ei] illi CΣAΘS || **91**(𝔐 **92**),2 nomine RF. | 3 ad adnuntiandum RIΣAKΘSL𝔥 | 4 in^{4}] et CΘ; et in KS. | 5 laetificas IΣ | 7 cognoscit CΘ | intellegit RFΘSL | 8 conterentur FIA; conterantur ΣKΘ |

9 tu autem Altissimus in aeternum Domine
10 ※quoniam ecce inimici tui Domine:
Idc 5,31! quoniam ecce inimici tui peribunt
et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem
74,11! 11 et exaltabitur sicut unicornis cornu meum
et senectus mea in misericordia uberi
53,9! 12 et despexit oculus meus inimicis meis
et insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea
Prv 11,28! 13 iustus ut palma florebit
ut cedrus Libani multiplicabitur
14 plantati in domo Domini
in atriis Dei nostri florebunt
15 adhuc multiplicabuntur in senecta uberi
et bene patientes erunt 16 ut adnuntient
Dt 32,4! quoniam rectus Dominus Deus noster
Rm 9,14! et non est iniquitas in eo

92 LAUS CANTICI DAVID IN DIE ANTE SABBATUM QUANDO INHABITATA EST TERRA

95,10; 103,1 Dominus regnavit decore indutus est
Prv 31,25 indutus est Dominus fortitudine et praecinxit se
74,4; I Sm 2,8! etenim firmavit orbem terrae qui non commovebitur
44,7! 89,2! 2 parata sedis tua ex tunc a saeculo tu es
3 elevaverunt flumina Domine
elevaverunt flumina vocem suam
※elevabunt flumina fluctus suos:
4 a vocibus aquarum multarum
mirabiles elationes maris
mirabilis in altis Dominus
5 testimonia tua credibilia facta sunt nimis
domum tuam decet sanctitudo Domine
in longitudine dierum

93 PSALMUS DAVID QUARTA SABBATI

Deus ultionum Dominus Dt 32,35! Ier 50,15; 51,56; I Th 4,6
Deus ultionum libere egit
2 exaltare qui iudicas terram
redde retributionem superbis 30,24!
3 usquequo peccatores Domine
usquequo peccatores gloriabuntur Is 23,12
4 effabuntur et loquentur iniquitatem
loquentur omnes qui operantur iniustitiam
5 populum tuum Domine humiliaverunt Is 3,15
et hereditatem tuam vexaverunt
6 viduam et advenam interfecerunt
et pupillos occiderunt
7 et dixerunt non videbit Dominus 9,34! Is 47,10
nec intelleget Deus Iacob
8 intellegite qui insipientes estis in populo
et stulti aliquando sapite
9 qui plantavit aurem non audiet Prv 20,12
aut qui finxit oculum non considerat
10 qui corripit gentes non arguet
qui docet hominem scientiam
11 Dominus scit cogitationes hominum 138,3; Mt 9,4! I Cor 3,20; IV Esr 16,55!
quoniam vanae sunt
12 beatus homo quem tu erudieris Domine Iob 5,17
et de lege tua docueris eum
13 ut mitiges ei a diebus malis
donec fodiatur peccatori fovea
14 quia non repellet Dominus plebem suam I Sm 12,22; Lam 3,31; Rm 11,2
et hereditatem suam non derelinquet
15 quoadusque iustitia convertatur in iudicium
et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde

RFHI WSKΦ cr 12 inimicos meos HIWSKΦc | et² + in HISKΦc | mea] tua HI. | 13 ut²] sicut c | 14 atriis + domus Ic || **92,1** cantici + ipsi Ic. | in die] die H.; *om.* W. | habitata R; fundata Ic | terra + eius H. | decorem RHIc | fortitudinem IΦc | 3 eleuabunt RF Ir., *cf.* 𝔊(*codd.*)] eleuauerunt *cet.* | 4 eleuationes HI | mirabiles² FHW | 5 in longitudinem FWKΦc || **93,1** psalmus + ipsi IWc | 4 iniustitiam] iniquitatem FK. | 7 intellegit R | 8 qui insipientes estis RFHIr] insipientes *cet.* | 12 erudies HI. | 15 iuxta illa F.; iuxta illa sunt HI. |

9 tu autem Excelsus in aeternum Domine
10 ecce enim inimici tui Domine ecce inimici tui peribunt
et dissipabuntur omnes qui operantur iniquitatem
11 et exaltabitur quasi monocerotis cornu meum
et senecta mea in oleo uberi
12 et dispiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi
de his qui consurgunt adversum me malignantibus audit auris mea
13 iustus ut palma florebit
ut cedrus in Libano multiplicabitur
14 transplantati in domo Domini in atriis Dei nostri germinabunt
Ps 1,3! 15 adhuc fructificabunt in senectute
pingues et frondentes erunt
16 adnuntiantes quia rectus Dominus
fortitudo mea et non est iniquitas in eo

92 Dominus regnavit gloria indutus est
indutus est Dominus fortitudine et accinctus est
insuper adpendit orbem qui non commovebitur
2 firmum solium tuum ex tunc ab aeterno tu es
3 levaverunt flumina Domine
levaverunt flumina voces suas
levaverunt flumina gurgites suos
4 a vocibus aquarum multarum
grandes fluctus maris grandis in excelso Dominus
5 testimonia tua fidelia facta sunt nimis
domum tuam decet sanctitas Domine in longitudine dierum

93 Deus ultionum Domine Deus ultionum ostendere
2 elevare qui iudicas terram redde vicissitudinem superbis
3 usquequo impii Domine usquequo impii exultabunt
4 fluent loquentes antiquum
garrient omnes qui operantur iniquitatem
5 populum tuum Domine conterent et hereditatem tuam adfligent
6 viduam et advenam interficient et pupillos occident
7 et dixerunt non videbit Dominus et non intelleget Deus Iacob
8 intellegite stulti in populo et insipientes aliquando discite
9 qui plantavit aurem non audiet
aut qui finxit oculum non videbit
10 qui erudit gentes non arguet qui docet hominem scientiam
11 Dominus novit cogitationes hominum quia vanae sunt
12 beatus vir quem erudieris Domine et de lege tua docueris eum
13 ut quiescat a diebus adflictionis donec fodiatur impio interitus
14 non enim derelinquet Dominus populum suum
et hereditatem suam non deseret
15 quoniam ad iustitiam revertetur iudicium
et sequentur illud omnes recti corde

10 enim *om.* RIΣAKΘSђ | 11 senectus RCΣ | 12 eos *om.* C | audiuit Σ; audiet RΘ | 13 ut[1] *om.* IA. | in *om.* RAK | 14 atriis + domus IAK. | 15 fructificabuntur FIAKL | pingui F; pingue L || 92 (𝔐 93), 1 dominus[1]] deus F | fortitudinem RC | 4 grandis[1] IAKL | 5 in longitudinem F || 93 (𝔐 94), 1 domine] dominus CA | 3 exaltabunt R; exaltabuntur FΣL | 7 intellegit RKL | 10 scientia CI. | 12 quem + tu IAK | 14 deserit IAKS. | 15 corde + semper CΣ |

RFCI ΣAKΘSL ђs

DIAPSALMA
16 quis consurget mihi adversus malig-
nantes
aut quis stabit mecum adversus ope-
rantes iniquitatem
123,1 17 nisi quia Dominus adiuvit me
87,4! paulo minus habitavit in inferno ani-
ma mea
37,17 18 si dicebam motus est pes meus
misericordia tua Domine adiuvabat
me
II Cor 1,5 19 secundum multitudinem dolorum
meorum in corde meo
consolationes tuae laetificaverunt
animam meam
20 numquid aderit tibi sedis iniquitatis
qui fingis dolorem in praecepto
58,4 21 captabunt in animam iusti
et sanguinem innocentem condem-
nabunt
58,17! 22 et factus est Dominus mihi in refu-
gium
et Deus meus in adiutorem spei meae
53,7! 23 et reddet illis iniquitatem ipsorum
et in malitia eorum disperdet eos
disperdet illos Dominus Deus noster

94 LAUS CANTICI DAVID

Venite exultemus Domino
58,18! iubilemus Deo salutari nostro
2 praeoccupemus faciem eius in con-
fessione
99,4! I Par 16,9! et in psalmis iubilemus ei
95,4; 96,9; 134,5! II Par 2,5! 3 quoniam Deus magnus Dominus
et rex magnus super omnes deos
88,12! 4 quia in manu eius fines terrae
et altitudines montium ipsius sunt
5 quoniam ipsius est mare et ipse fecit
illud
Is 48,13 et siccam manus eius formaverunt
6 venite adoremus et procidamus
et ploremus ante Dominum qui fecit
nos
7 quia ipse est Deus noster 99,3; Is 25,9
et nos populus pascuae eius 78 13; Ez 34,31
et oves manus eius
8 hodie si vocem eius audieritis Hbr 3,15; 4,7
nolite obdurare corda vestra 8—11: Hbr 3,7–11
9 sicut in inritatione
secundum diem temptationis in de- 77,18; 105,14; Dt 6,16; Ex 17,7!
serto
ubi temptaverunt me patres vestri
probaverunt ※me : et viderunt opera
mea
10 quadraginta annis offensus fui gene- Nm 14,34
rationi illi
et dixi semper errant corde
11 et isti non cognoverunt vias meas IV Esr 7,23
ut iuravi in ira mea Hbr 4,3
si intrabunt in requiem meam Hbr 4,5

95 QUANDO DOMUS AEDIFICABATUR POST CAPTIVITATEM CANTICUM HUIC DAVID 1—13: I Par 16,23–33

Cantate Domino canticum novum 97,1! Idt 16,21 Is 42,10!
cantate Domino omnis terra 65,1!
2 cantate Domino benedicite nomini I Par 16,35!
eius
adnuntiate diem de die salutare eius
3 adnuntiate inter gentes gloriam eius 104,1
in omnibus populis mirabilia eius
4 quoniam magnus Dominus et lau- 47,2! 94,3; 96,9; II Par 2,5!
dabilis valde
terribilis est super omnes deos
5 quoniam omnes dii gentium dae- I Cor 10,20
monia
at vero Dominus caelos fecit
6 confessio et pulchritudo in conspectu
eius
sanctimonia et magnificentia in
sanctificatione eius
7 adferte Domino patriae gentium 21,28!

RFHI WSKΦ(k) cr 15 diapsalma *om.* FWSc | 17 habitabit I.; habitasset c | 19 [*adest* k *passim usque ad* 103,30] | 20 aderit RFr., *cf.* 𝔊] adherit k; adheret *cet.* | dolorem] laborem WSKkc | 22 ~ mihi dominus kc | adiutorem RHIr. 𝔊] adiutorium *cet.* | 23 iniquitates R || 94,1 *tit. om.* k | cantici + ipsi Ic | 3 deos + quoniam non repellet dominus plebem suam H | 4 eius + sunt omnes c | 5 sicca IWKΦk | firmauerunt HI. | 6 procedamus RHIk. | 7 est + dominus Kc | 10 semper + hi c | 11 introibunt c || 95,1 *tit. om.* k | quando—captiuitatem] *post* dauid *transpon.* WSKΦc; *om.* H (*vid.*). | huic] ipsi c.; *om.* W | 2 domino + et WSc | nomen HIΦ | diem de die RFHIr. 𝔊] de die in diem *cet.* | 4 ualde Rr] nimis ualde F.; nimis *cet.* | 5 at uero dominus RHIr] uero dominus autem F.; dominus autem *cet.* |

16 quis stabit pro me adversum malos
quis stabit pro me adversum operarios iniquitatis
17 nisi quia Dominus auxiliator meus
paulo minus habitasset in inferno anima mea
18 si dicebam commotus est pes meus
misericordia tua Domine sustentabat me
19 in multitudine cogitationum mearum quae sunt in me intrinsecus
consolationes tuae delectabunt animam meam
20 numquid particeps erit tui thronus insidiarum fingens laborem in praecepto
21 copulabuntur adversus animam iusti
et sanguinem innocentem condemnabunt
22 erit autem Dominus mihi in refugium
et Deus meus quasi petra spei meae
23 et restitues super eos iniquitatem suam
et in malitia sua perdes eos
perdet eos Dominus Deus noster

94 Venite laudemus Dominum iubilemus petrae Iesu nostro
2 praeoccupemus vultum eius in actione gratiarum
in canticis iubilemus ei
3 quoniam fortis et magnus Dominus
et rex magnus super omnes deos
4 in cuius manu fundamenta terrae
et excelsa montium ipsius sunt
5 cuius est mare ipse enim fecit illud
et siccam manus eius plasmaverunt
6 venite adoremus et curvemur
flectamus genua ante faciem Domini factoris nostri
7 quia ipse est Deus noster et nos populus pascuae eius et grex manus eius
8 hodie si vocem eius audieritis
nolite indurare corda vestra
9 sicut in contradictione
sicut in die temptationis in deserto
ubi temptaverunt me patres vestri
probaverunt me et viderunt opus meum
10 quadraginta annis displicuit mihi generatio illa
et dixi populus errans corde est
11 et non cognoscens vias meas
et iuravi in furore meo ut non introirent in requiem meam

95 Canite Domino canticum novum
canite Domino omnis terra
2 canite Domino benedicite nomini eius
adnuntiate de die in diem salutare eius
3 narrate in gentibus gloriam eius
in universis populis mirabilia eius
4 quia magnus Dominus et laudabilis nimis terribilis est super omnes deos
5 omnes enim dii populorum sculptilia
Dominus autem caelos fecit
6 gloria et decor ante vultum eius
fortitudo et exultatio in sanctuario eius
7 adferte Domino familiae populorum

18 motus est RIAK | 19 consulationes IA.; consultationes F. | 20 tui] tibi RC | 22 ~ mihi dominus RΣ | 23 restituet CΣ ƀ | perdes] perdet RΣΘ ƀ; disperdet C | perdet eos] perdes eos S.; *om.* RC || **94**(𝔐 **95**),2 ~ gratiarum actione FL; agnitione gratiarum IAK. | 5 sicca RIΣAKΘ | 6 curbemus R; curemur A. | 7 manus] magnus FC. | 8 obdurare IΣΘ | 9 in contradictionem F | me² *om.* IAK || **95**(𝔐 **96**),1 canite¹] cantate FΣAKΘSL ƀ | 2 domino + et R | in diem] in die F | 5 scalptilia C |

RFCI ΣAKΘSL ƀs

7,8: 28,2; I Par 16,28.29! adferte Domino gloriam et honorem
8 adferte Domino gloriam nomini eius
tollite hostias et introite in atria eius
28,2 9 adorate Dominum in atrio sancto eius
commoveatur a facie eius universa terra
92,1! 10 dicite in gentibus quia Dominus regnavit
9,9! 97,9! etenim correxit orbem qui non movebitur
iudicabit populos in aequitate
Is 44,23; 49,13 11 laetentur caeli et exultet terra
97,7 commoveatur mare et plenitudo eius
12 gaudebunt campi et omnia quae in eis sunt
Is 44,23! tunc exultabunt omnia ligna silvarum
97,9 13 a facie Domini quia venit
9,9! Sap 9,3 quoniam venit iudicare terram
iudicabit orbem terrae in aequitate
et populos in veritate sua

96 HUIC DAVID QUANDO TERRA EIUS RESTITUTA EST

Dominus regnavit exultet terra
laetentur insulae multae
17,12; Dt 4,11! II Sm 22,12 2 nubes et caligo in circuitu eius
88,15! Prv 16,12! iustitia et iudicium correctio sedis eius
49,3! 3 ignis ante ipsum praecedet
et inflammabit in circuitu inimicos eius
76,19! 4 adluxerunt fulgora eius orbi terrae
vidit et commota est terra
Idc 5,5! Idt 16,18 5 montes sicut cera fluxerunt ※a facie Domini:
Sir 43,17! Mi 1,4! a facie Domini omnis terrae
49,6! 6 adnuntiaverunt caeli iustitiam eius
Is 40,5! et viderunt omnes populi gloriam eius
7 confundantur omnes qui adorant sculptilia Is 1,29! Bar 6,25.38
qui gloriantur in simulacris suis Ps 151,6
adorate eum omnes angeli eius 102,20! Hbr 1,6; Dt 32,43 Lxx
8 audivit et laetata est Sion 47,12
et exultaverunt filiae Iudaeae
propter iudicia tua Domine
9 quoniam tu Dominus Altissimus super omnem terram 82,19; Or Man 7
nimis superexaltatus es super omnes deos 94,3; 95,4; II Par 2,5!
10 qui diligitis Dominum odite malum Prv 8,13; Am 5,15!
custodit animas sanctorum suorum 144,20! Prv 2,8
de manu peccatoris liberabit eos 58,3!
11 lux orta est iusto 111,4!
et rectis corde laetitia
12 laetamini iusti in Domino 31,11!
et confitemini memoriae sanctificationis eius 29,5

97 PSALMUS DAVID

Cantate Domino canticum novum 95,1! 143,9; 149,1; Idt 16,2! Apc 5,9!
quoniam mirabilia fecit Est 10,9! Is 12,5
salvavit sibi dextera eius Is 59,16; 63,5
et brachium sanctum eius
2 notum fecit Dominus salutare suum 66,3; Is 49,6
in conspectu gentium revelavit iustitiam suam
3 recordatus est misericordiae suae Est 10,12! Lc 1,54!
et veritatem suam domui Israhel
viderunt omnes termini terrae salutare Dei nostri 66,3; Is 52,10! Lc 2,30!
4 iubilate Domino omnis terra 65,1.2! 99,2; I Par 16,23!
cantate et exultate et psallite 107,2
5 psallite Domino in cithara 42,4! 70,22; 150,3
in cithara et voce psalmi 32,3! Sir 39,20!
6 in tubis ductilibus et voce tubae corneae
iubilate in conspectu regis Domini 46,7! 99,2
7 moveatur mare et plenitudo eius 95,11
orbis terrarum et qui habitant in eo 23,1
8 flumina plaudent manu simul

RFHI WSKΦk cr 10 regnabit HI | orbem + terrae HIkc | non commouebitur HIWSKΦkc || 96,1 *tit. om.* k | huic] ipsi I; psalmus HW | quando] cum I | restaurata FI. | regnabit HI. | 3 praecedit R.; procedet H.; pr*cedit F. | inflammauit Fk | 4 illuxerunt c | 5 *tot. v. om.* k. | terra SKΦc | 7 sculptilia + et c | 8 iudae RIWSKΦkc | 9 superexaltatus RF Ir. 𝔊] exaltatus *cet.* | 10 custodit + dominus IWSKΦc | peccatorum FWSKΦ | liberauit FSΦ || 97,1 psalmus + ipsi IWc | quoniam RHIr.] quia *cet.* | saluabit RHIWSΦ. | dexteram RF | 2 reuelabit FWΦ. | 3 ueritatem suam RHr] ueritati suae Φ.; ueritatis suae *cet.* | domus R | 4 domino] deo Ic | 6 domino HISK ||

adferte Domino gloriam et fortitudinem
8 adferte Domino gloriam nomini eius
levate munera et introite in atria eius
9 adorate Dominum in decore sanctuarii
paveat a facie eius omnis terra
10 dicite in gentibus Dominus regnavit
siquidem adpendit orbem inmobilem
iudicabit populos in aequitate
11 laetamini caeli et exultet terra
tonet mare et plenitudo eius
12 gaudeat ager et omnia quae in eo sunt
tunc laudabunt universa ligna saltus
13 ante faciem Domini quoniam venit
quoniam venit iudicare terram
iudicabit orbem in iusto et populos in fide sua

96 Dominus regnavit exultabit terra
laetabuntur insulae multae
2 nubes et caligo in circuitu eius
iustitia et iudicium firmamentum solii eius
3 ignis ante faciem eius ibit
et exuret per circuitum hostes eius
4 apparuerunt fulgora eius orbi
vidit et contremuit terra
5 montes sicut cera tabefacti sunt a facie Domini
a facie dominatoris omnis terrae
6 adnuntiaverunt caeli iustitiam eius
et viderunt omnes populi gloriam eius
7 confundantur universi qui serviunt sculptili
qui gloriantur in idolis
adorate eum omnes dii
8 audivit et laetata est Sion
et exultaverunt filiae Iudae propter iudicia tua Domine
9 tu enim Dominus Excelsus super omnem terram
vehementer elevatus es super universos deos
10 qui diligitis Dominum odite malum
custodit animas sanctorum suorum
de manu impiorum eruet eos
11 lux orta est iusto et rectis corde laetitia
12 laetamini iusti in Domino
et confitemini memoriae sanctae eius

97 CANTICUM
Cantate Domino canticum novum quia mirabilia fecit
salvavit sibi dextera eius et brachium sanctum eius
2 notum fecit Dominus salutare suum
in conspectu gentium revelavit iustitiam suam
3 recordatus est misericordiae suae et veritatis suae domui Iacob
viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri
4 iubilate Domino omnis terra
vociferamini et laudate et canite
5 cantate Domino in cithara in cithara et voce carminis
6 in tubis et clangore bucinae iubilate coram rege Domino
7 tonet mare et plenitudo eius orbis et habitatores eius
8 flumina plaudent manu

10 regnabit I | 13 iudicauit[2] RK; iudicare S. | orbem + terrae IΣAKS𝔥 || **96**(𝔐 97), 1 regnabit IΣKS | exultauit R; exultet IAKL | 7 scalptili CΣ; sculptilia IAKL | idolis + suis FΣ | 8 iudeae FK. | 9 uniuersos] omnes IAKΘ | 10 malum] malignum C || **97**(𝔐 98),1 saluabit RFIΘL | dexteram RΣ. | 2 reuelabit IAS | 3 ueritati suae CΘL | 5 cantate] canite FΣAK𝔥 | in cithara[2] *om.* IAK. ||

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

Is 44,23! 95,13! montes exultabunt [9]a conspectu Do-
mini
9,9! 95,10 quoniam venit iudicare terram
iudicabit orbem terrarum in iustitia
66,5 et populos in aequitate

98 PSALMUS DAVID

Dominus regnavit irascantur populi
79,2; I Sm 4,4! Dn 3,55 qui sedet super cherubin moveatur
terra
47,2; Is 24,23; Ml 4,7 [2]Dominus in Sion magnus
112,4 et excelsus est super omnes populos
[3]confiteantur nomini tuo magno
110,9! Or Man 3 quoniam terribile et sanctum est
[4]et honor regis iudicium diligit
tu parasti directiones
iudicium et iustitiam in Iacob tu fe-
cisti
[5]exaltate Dominum Deum nostrum
et adorate scabillum pedum eius
quoniam sanctum est
Ier 15,1 [6]Moses et Aaron in sacerdotibus eius
et Samuhel inter eos qui invocant
nomen eius
invocabant Dominum et ipse exau-
diebat illos
Ex 33,9! [7]in columna nubis loquebatur ad eos
Lv 25,18! custodiebant testimonia eius
et praeceptum quod dedit illis
[8]Domine Deus noster tu exaudiebas
illos
Lv 23,28! Deus tu propitius fuisti eis
et ulciscens in omnes adinventiones
eorum
[9]exaltate Dominum Deum nostrum
et adorate in monte sancto eius
quoniam sanctus Dominus Deus
noster

99 PSALMUS IN CONFESSIONE

97,4! I Par 16,23! [2]Iubilate Domino omnis terra
servite Domino in laetitia
97,6! introite in conspectu eius in exulta-
tione
[3]scitote quoniam Dominus ipse est 94,7! Ex 8,22! Ez 34,31
Deus
ipse fecit nos et non ipsi nos
populus eius et oves pascuae eius
[4]introite portas eius in confessione
atria eius in hymnis 94,2; I Par 16,9! I Esr 3,11
confitemini illi
laudate nomen eius [5]quoniam sua-
vis Dominus
in aeternum misericordia eius
et usque in generationem et genera- 116,2
tionem veritas eius

100 DAVID PSALMUS

Misericordiam et iudicium cantabo
tibi Domine
psallam [2]et intellegam in via inma-
culata
quando venies ad me
perambulabam in innocentia cordis
mei
in medio domus meae
[3]non proponebam ante oculos meos 39,5
rem iniustam
facientes praevaricationes odivi
non adhesit mihi [4]cor pravum
declinante a me maligno non co-
gnoscebam
[5]detrahentem secreto proximo suo
hunc persequebar
superbo oculo et insatiabili corde
cum hoc non edebam
[6]oculi mei ad fideles terrae ut sede-
rent mecum
ambulans in via inmaculata hic mi- Prv 2,20
hi ministrabat
[7]non habitabat in medio domus meae
qui facit superbiam
qui loquitur iniqua non direxit in
conspectu oculorum meorum
[8]in matutino interficiebam omnes
peccatores terrae
ut disperderem de civitate Domini

RFHI WSKΦk cr 98,1 psalmus] ipsi W.; + ipsi c. | sedes RHIWSK | 2 est *om.* IWSKΦc | 6 illos FΦr] eos *cet.* | 8 illos RΦr] illis F.; eos *cet.* || 99,1 in confessionem I.; dauid HW. | 2 domino[1]] deo HIc | 5 suauis + est c || 100,1 dauid psalmus FSΦr.𝔊] psalmus dauid RHWK; psalmus ipsi dauid Ic; *om.* k | 2 in innocentiam HI; innocentia F. | 4 declinantem a me maligno K.; declinantem a me malignum HIWc | 6 sedeant WSKΦc; seant k. | 7 habitabat Fr𝔊] habitat RHI.; habitabit *cet.* ||

simul montes laudabunt
9 ante Dominum quia venit iudicare terram
iudicabit orbem in iustitia et populos in aequitatibus

98 Dominus regnavit commoveantur populi
sessor cherubin concutiatur terra
2 Dominus in Sion magnus et excelsus est super omnes populos
3 confiteantur nomini tuo magno et terribili sanctoque
4 imperium regis iudicium diligit
tu fundasti aequitates
iudicium et iustitiam in Iacob tu fecisti
5 exaltate Dominum Deum nostrum
et adorate scabillum pedum eius quia sanctus est
6 Moses et Aaron in sacerdotibus eius
et Samuhel in his qui invocant nomen eius
invocabant Dominum et ipse exaudivit eos
7 in columna nubis loquebatur ad eos
custodierunt testimonia eius et praeceptum dedit eis
8 Domine Deus noster tu exaudisti eos
Domine propitius fuisti eis
et ultor super commutationibus eorum
9 exaltate Dominum Deum nostrum
et adorate in monte sancto eius quia sanctus Dominus Deus noster

99 CANTICUM IN GRATIARUM ACTIONE
2 Iubilate Domino omnis terra servite Domino in laetitia
ingredimini coram eo in laude
3 scitote quoniam Dominus ipse est Deus
ipse fecit nos et ipsius sumus populus eius et grex pascuae eius
4 ingredimini portas eius in gratiarum actione
atria eius in laude
confitemini ei benedicite nomini eius
5 quia bonus Dominus
in sempiternum misericordia eius
et usque ad generationem et generationem fides eius

100 DAVID CANTICUM
Misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine psallam
2 erudiar in via perfecta quando venies ad me
ambulabo in simplicitate cordis mei in medio domus meae
3 non ponam coram oculis meis verbum Belial
facientem declinationes odivi nec adhesit mihi
4 cor pravum recedet a me malum nesciam
5 loquentem in abscondito contra proximum suum hunc interficiam
superbum oculis et altum corde cum hoc esse non potero
6 oculi mei ad fideles terrae ut habitent mecum
ambulans in via simpliciter hic ministrabit mihi
7 non habitabit in medio domus meae faciens dolum
loquens mendacium non placebit in conspectu oculorum meorum
8 mane perdam omnes impios terrae
ut interficiam de civitate Domini

98(𝔐 99),1 regnabit IS | 6 exaudiebat RCΣΘLħ | 7 praeceptum + quod F(*vid.*)ΣSLħ || **99**(𝔐 100),2 domino¹] deo CIΣAKS | in laudem C | 4 ei] et F || **100**(𝔐 101),3 ponebam C; proponebam IAK. | nec] non FIΣ | 4 nesciebam CI | 5 interficiebam CΘ | poteram CΣ | 6 ministrabit ΣΘs, *cf.* 𝔐] ministrabat *cet.* | 7 habitauit RL. ||

RFCI ΣAKΘSL ħs

omnes operantes iniquitatem
101 ORATIO PAUPERIS CUM ANXIUS FUERIT ET CORAM DOMINO EFFUDERIT PRECEM SUAM
2 Domine exaudi orationem meam
II Sm 22,7! et clamor meus ad te veniat
68,18! 3 non avertas faciem tuam a me
in quacumque die tribulor
16,6! inclina ad me aurem tuam
in quacumque die invocavero te
velociter exaudi me
30,11! 89,9 4 quia defecerunt sicut fumus dies mei
Iob 30,30! et ossa mea sicut gremium aruerunt
12! 5 percussum est ut faenum et aruit cor meum
quia oblitus sum comedere panem meum
6 a voce gemitus mei
Iob 19,20; Lam 4,8 adhesit os meum carni meae
7 similis factus sum pelicano solitudinis
factus sum sicut nycticorax in domicilio
8 vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in tecto
9 tota die exprobrabant mihi inimici mei
et qui laudabant me adversus me iurabant
10 quia cinerem tamquam panem manducavi
79,6 et poculum meum cum fletu miscebam
11 a facie irae et indignationis tuae
quia elevans adlisisti me
Iob 14,2! 12 dies mei sicut umbra declinaverunt
5; 36,2! Is 51,12! et ego sicut faenum arui
27; 9,8! Ex 3,15! 13 tu autem Domine in aeternum permanes
134,13 et memoriale tuum in generationem et generationem
14 tu exsurgens misereberis Sion Sir 36,15; Is 14,1
quia tempus miserendi eius
quia venit tempus
15 quoniam placuerunt servis tuis lapides eius
et terrae eius miserebuntur
16 et timebunt gentes nomen Domini III Rg 8,43; Is 59,19
et omnes reges terrae gloriam tuam
17 quia aedificabit Dominus Sion 86,5; Is 14,32
et videbitur in gloria sua
18 respexit in orationem humilium Idt 9,16
et non sprevit precem eorum
19 scribantur haec in generationem alteram
et populus qui creabitur laudabit Dominum 21,32
20 quia prospexit de excelso sancto suo 32,14! 112,5.6; Is 63,15
Dominus de caelo in terram aspexit
21 ut audiret gemitum conpeditorum 78,11
ut solvat filios interemptorum
22 ut adnuntiet in Sion nomen Domini
et laudem suam in Hierusalem
23 in conveniendo populos in unum Tb 13,17; Za 2,11
et reges ut serviant Domino
24 respondit ei in via virtutis suae
paucitatem dierum meorum nuntia mihi
25 ne revoces me in dimidio dierum meorum
in generationem et generationem anni tui
26 initio tu Domine terram fundasti Gn 1,1! Is 45,12!
et opera manuum tuarum sunt caeli 26–28: Hbr 1,10–12
27 ipsi peribunt tu autem permanes 13! Mt 24,35!
et omnes sicut vestimentum veterescent Iob 13,28; Sir 14,17 Lxx; Is 50,9; 51,6
et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur
28 tu autem idem ipse es et anni tui non deficient 89,2! Iob 36,26
29 filii servorum tuorum habitabunt

RFHI W(S)KΦk cr

101,1 *tit. om.* k | anxiatus fuerit HI; anxiaretur W | coram domino] in conspectu domini c | 5 percussum est HISK k.] percussum Rr; percussus sum *cet.* | 6 [*deest* S *usque ad v.* 23] | 10 manducabam HIWK c | poculum] potum c | 11 et *om.* I | 15 terra eius RF. | 16 domini] tuum domine c | 17 aedificauit F c | 18 in oratione RF | 19 in generatione altera HI c | 21 gemitus c | ut soluat HI.] et soluat Fr.; et saluat R.; et solueret W; ut solueret KΦk c | 22 ut] et F | adnuntiet HIΦr] adnuntietur R.; adnuntient *cet.* | suam] eius WK c | 23 [*iterum adest* S] | 25 in generatione et generationem WK; in generatione et generatione HIΦ | 27 ueterascent c ||

universos qui operantur iniquitatem

101 ORATIO PAUPERIS QUANDO SOLLICITUS FUERIT ET CORAM DOMINO FUDERIT ELOQUIUM SUUM

[2] Domine audi orationem meam et clamor meus ad te veniat
[3] ne abscondas faciem tuam a me
in die tribulationis meae inclina ad me aurem tuam
in quacumque die invocavero velociter exaudi me
[4] quoniam consumpti sunt sicut fumus dies mei
et ossa mea quasi frixa contabuerunt
[5] percussum est quasi faenum et arefactum est cor meum
quia oblitus sum comedere panem meum
[6] a voce gemitus mei adhesit os meum carni meae
[7] adsimilatus sum pelicano deserti
factus sum quasi bubo solitudinum
[8] vigilavi et fui sicut avis solitaria super tectum
[9] tota die exprobrabant mihi inimici mei
exultantes per me iurabant
[10] quia cinerem sicut panem comedi
et potum meum cum fletu miscui
[11] a facie indignationis et irae tuae
quia elevasti me et adlisisti me
[12] dies mei quasi umbra inclinati sunt
et ego quasi faenum arui
[13] tu autem Domine in aeternum permanes
memoriale tuum in generatione et generatione
[14] tu suscitans misereberis Sion
quia tempus est ut miserearis eius
quoniam venit tempus quoniam venit pactum
[15] quoniam placitos fecerunt servi tui lapides eius et pulverem eius miserabilem
[16] et timebunt gentes nomen Domini
et universi reges terrae gloriam tuam
[17] quia aedificavit Dominus Sion
apparuit in gloria sua
[18] respexit ad orationem vacui
et non dispexit orationem eorum
[19] scribatur hoc in generatione novissima
et populus qui creabitur laudabit Dominum
[20] quoniam prospexit de excelso sanctuario suo
Dominus de caelo terram contemplatus est
[21] ut audiret gemitum vincti
ut solveret filios mortis
[22] ut narretur in Sion nomen Domini
et laudatio eius in Hierusalem
[23] cum congregati fuerint populi simul
et regna ut serviant Domino
[24] adflixit in via fortitudinem meam
adbreviavit dies meos
[25] dicam Deus meus ne rapias me in dimidio dierum meorum
in generatione generationum anni tui
[26] a principio terram fundasti
et opus manuum tuarum caeli
[27] ipsi peribunt tu autem stabis
et omnes quasi vestimentum adterentur
et quasi pallium mutabis illos et mutabuntur
[28] tu autem ipse es et anni tui non deficient
[29] filii servorum tuorum habitabunt

101 (𝔐 102), 1 effuderit CΣ | 2 exaudi RAK | 3 ne] non FAK. | inuocauero + te FIAKS | 5 percussus sum F | 11 me[1] *om.* CΣ | 14 est *om.* CΣ | ut *om.* 𝔥. | 15 placito IAK. | miserabilem] mirabilem R | 17 aedificabit IAKSL | 19 scribantur RA | 21 ut[2]] et C | 25 dimedio IA.; medio RK. | in generationem F | generationum] et generationem FK; et generationum S | 27 illos] eos CΘ | 28 es *om.* C |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

et semen eorum in saeculum dirige-
tur

102 IPSI DAVID

2.22; 103,1.35; 145,21 Tb 13,19 Benedic anima mea Domino
et omnia quae intra me sunt nomini
sancto eius
1! 2 benedic anima mea Domino
et noli oblivisci omnes retributiones
eius
77,38! 3 qui propitiatur omnibus iniquitati-
bus tuis
qui sanat omnes infirmitates tuas
85,13! Iob 33,18! 4 qui redimit de interitu vitam tuam
qui coronat te in misericordia et mi-
serationibus
5 qui replet in bonis desiderium tuum
Is 40,31 renovabitur ut aquilae iuventus tua
6 faciens misericordias Dominus
145,7 et iudicium omnibus iniuriam pati-
entibus
7 notas fecit vias suas Mosi
filiis Israhel voluntates suas
85,15! 144,8; Iac 5,11; IV Esr 7,132 ss; Or Man 7 8 miserator et misericors Dominus
longanimis et multum misericors
Is 57,16! Ier 3,5.12 9 non in perpetuum irascetur
Or Man 13 neque in aeternum comminabitur
Tb 3,31 10 non secundum peccata nostra fecit
nobis
nec secundum iniustitias nostras re-
tribuit nobis
Is 55,9 11 quoniam secundum altitudinem caeli
a terra
corroboravit misericordiam suam
super timentes se
12 quantum distat ortus ab occidente
longe fecit a nobis iniquitates nos-
tras
Mal 3,17 13 quomodo miseretur pater filiorum
misertus est Dominus timentibus se
Iob 10,9! 14 quoniam ipse cognovit figmentum
nostrum
recordatus est quoniam pulvis sumus
Sir 14,18; Is 40,6! 51,12! 15 homo sicut faenum dies eius
tamquam flos agri sic efflorebit 89,5.6; Iob 14,2!
16 quoniam spiritus pertransivit in illo
et non subsistet
et non cognoscet amplius locum su- Iob 7,10
um
17 misericordia autem Domini ab ae- 24,6! Lc 1,50!
terno
et usque in aeternum super timentes
eum
et iustitia illius in filios filiorum
18 his qui servant testamentum eius
et memores sunt mandatorum ip-
sius ad faciendum ea
19 Dominus in caelo paravit sedem 10,5; Is 66,1!
suam
et regnum ipsius omnibus domina-
bitur
20 benedicite Domino angeli eius 96,7! 148,2! Dn 3,58
potentes virtute facientes verbum il-
lius
ad audiendam vocem sermonum eius
21 benedicite Domino omnes virtutes 148,2! Dn 3,61
eius
ministri eius qui facitis voluntatem
eius
22 benedicite Domino omnia opera eius 144,10; Dn 3,57
in omni loco dominationis ipsius
benedic anima mea Domino 1!

103 IPSI DAVID

Benedic anima mea Domino 102,1!
Domine Deus meus magnificatus es 138,14; II Sm 7,22!
vehementer
confessionem et decorem induisti 92,1!
2 amictus lumine sicut vestimento
extendens caelum sicut pellem Iob 9,8! Is 40,22; IV Esr 16,60
3 qui tegis in aquis superiora eius
qui ponis nubem ascensum tuum Is 19,1; Am 9,6
qui ambulas super pinnas vento- 17,11
rum
4 qui facis angelos tuos spiritus Hbr 1,7
et ministros tuos ignem urentem IV Esr 8,22
5 qui fundasti terram super stabilita-
tem suam

RFHI WSKΦk cr **102,1** *tit. om.* k | 3 propitiabitur RHI. | 4 redimet Φ.; redemit HIW | 9 irascitur RF. | 10 nec] neque WSKΦ c | iniustitias RFI r.] iniquitates *cet.* | 11 se] eum RF. | 15 florebit HI.; et florebit RF. | 16 pertransibit FSKΦ c | subsistit R. | cognoscit R | 20 domino + omnes c | 22 dominationes F | ipsius] eius WSKΦ c || **103,3** in *om.* WSKΦ c | pones FH WK | 4 tuos[2]] suos RF k |

et semen eorum ante faciem eorum perseverabit

102 DAVID

Benedic anima mea Domino
et omnia viscera mea nomini sancto eius
2 benedic anima mea Domino
et noli oblivisci omnium retributionum eius
3 qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis
et sanat omnes infirmitates tuas
4 qui redimit de corruptione vitam tuam
et coronat te misericordia et miserationibus
5 qui replet bonis ornamentum tuum
innovabitur sicut aquilae iuventus tua
6 faciens iustitias Dominus
et iudicia cunctis qui calumniam sustinent
7 notas fecit vias suas Mosi
filiis Israhel cogitationes suas
8 misericors et clemens Dominus
patiens et multae miserationis
9 non in sempiternum iudicabit
neque in aeternum irascetur
10 non secundum peccata nostra fecit nobis
neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis
11 quantum enim excelsius est caelum terra
tantum confortata est misericordia eius super timentes eum
12 quantum longe est oriens ab occidente
tantum longe fecit a nobis scelera nostra
13 sicut miseretur pater filiorum
misertus est Dominus timentibus se
14 ipse enim novit plasmationem nostram
recordatus est quia pulvis sumus
15 homo quasi herba dies eius
sicut flos agri sic florebit
16 quia spiritus pertransiit eum et non subsistet
et non cognoscet eum ultra locus eius
17 misericordia autem Domini ab aeterno
et usque in aeternum super timentes eum
et iustitia eius in filios filiorum
18 his qui custodiunt pactum eius
et recordantur praeceptorum eius ad facienda ea
19 Dominus in caelo stabilivit thronum suum
et regnum illius omnium dominatur
20 benedicite Domino angeli eius
fortes robore facientes verbum eius
oboedientes voci sermonis eius
21 benedicite Domino omnes exercitus eius
ministri eius qui facitis placitum illius
22 benedicite Domino universa opera eius in omnibus locis potestatis eius
benedic anima mea Domino

103 Benedic anima mea Domino
Domine Deus meus magnificatus es nimis
gloria et decore indutus es
2 amictus luce quasi vestimento
extendens caelos ut pellem
3 qui tegis aquis cenacula eius
qui ponis nubes currum tuum
qui ambulas super pinnas venti
4 qui facis angelos tuos spiritus
ministros tuos ignem urentem
5 qui fundasti terram super basem suam

29 perseuerauit RA.; dirigetur Θ || **102** (𝔐 **103**), 3 et] qui CI | 4 redemit K; redimet CIAL | 6 calumnias IAK. | 9 iudicauit F | irascitur RA. | 10 retribuet CS | 11 confortata] confirmata IΣAKSL𝔥 | 16 pertransiet IAKS | 18 ad faciendum IΘ. | 19 dominabitur RΣΘL | 20 sermonum RIAK | 21 omnis RCΘSL𝔰 | illius] eius IL | 22 potestates FΘ.; potestas Σ. || **103** (𝔐 **104**), 3 teges FI. | pones RFIAKS |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

non inclinabitur in saeculum saeculi
[6]abyssus sicut vestimentum amictus eius
super montes stabunt aquae
[7]ab increpatione tua fugient
a voce tonitrui tui formidabunt
[8]ascendunt montes et descendunt campi
in locum quem fundasti eis
Prv 8,29 [9]terminum posuisti quem non transgredientur
neque convertentur operire terram
[10]qui emittis fontes in convallibus
inter medium montium pertransibunt aquae
[11]potabunt omnes bestiae agri
expectabunt onagri in siti sua
Ez 31,13 [12]super ea volucres caeli habitabunt
de medio petrarum dabunt vocem
[13]rigans montes de superioribus suis
de fructu operum tuorum satiabitur terra
[14]producens faenum iumentis
146,8 et herbam servituti hominum
ut educas panem de terra
Idc 9,13; Sir 31,35; 40,20; III Esr 3,20 [15]et vinum laetificat cor hominis
22,5 ut exhilaret faciem in oleo
et panis cor hominis confirmat
[16]saturabuntur ligna campi
et cedri Libani quas plantavit
[17]illic passeres nidificabunt
erodii domus dux est eorum
[18]montes excelsi cervis
Prv 30,26 Lxx petra refugium erinaciis
Sir 43,6 [19]fecit lunam in tempora
sol cognovit occasum suum
Am 5,8 [20]posuisti tenebras et facta est nox
in ipsa pertransibunt omnes bestiae silvae
Iob 38,39.41! I Mcc 3,4 [21]catuli leonum rugientes ut rapiant
Ioel 1,20 et quaerant a Deo escam sibi
[22]ortus est sol et congregati sunt
Iob 38,40 et in cubilibus suis conlocabuntur
[23]exibit homo ad opus suum
et ad operationem suam usque ad vesperum
[24]quam magnificata sunt opera tua Domine 91,6
omnia in sapientia fecisti Prv 3,19!
impleta est terra possessione tua
[25]hoc mare magnum et spatiosum ※manibus:
illic reptilia quorum non est numerus
animalia pusilla cum magnis
[26]illic naves pertransibunt
draco iste quem formasti ad inludendum ei
[27]omnia a te expectant ut des illis escam in tempore Mt 24,45; Lc 12,42 27.28: 144,15.16
[28]dante te illis colligent
aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate
[29]avertente autem te faciem turbabuntur
auferes spiritum eorum et deficient 145,4! Ecl 12,7! Sap 2,3
et in pulverem suum revertentur
[30]emittes spiritum tuum et creabuntur Idt 16,17
et renovabis faciem terrae
[31]sit gloria Domini in saeculum
laetabitur Dominus in operibus suis
[32]qui respicit terram et facit eam tremere
qui tangit montes et fumigant 143,5
[33]cantabo Domino in vita mea 29,13! 62,5! 145,2; Is 38,20
psallam Deo meo quamdiu sum
[34]iucundum sit ei eloquium meum 18,15; 118,108
ego vero delectabor in Domino 15,11!
[35]deficiant peccatores a terra
et iniqui ita ut non sint
benedic anima mea Domino 102,1!

104 ALLELUIA

Confitemini Domino et invocate nomen eius Is 12,4 1—15: I Par 16,8–22
adnuntiate inter gentes opera eius 95,3; I Par 16,24!
[2]cantate ei et psallite ei

RFHI WSKΦ(k) cr 10 emittes F; inmittis HI. | 12 uoces c | 15 laetificet c | confirmet c; firmat R. | 19 in tempore RF | 20 siluarum F | 23 ad uesperam FWKΦk | 27 a *om.* RF | 30 emittis W; emitte RF | [*deest* k *usque ad* 104,24] ||

non commovebitur in saeculum et in saeculum
6 abysso quasi vestimento operuisti eam
super montes stabunt aquae
7 ab increpatione tua fugient
a voce tonitrui tui formidabunt
8 ascendent montes et descendent campi ad locum quem fundasti eis
9 terminum posuisti quem non pertransibunt
nec revertentur ut operiant terram
10 qui emittis fontes in convallibus
ut inter medios montes fluant
11 ut bibant omnia animalia regionum
et reficiat onager sitim suam
12 super ea volucres caeli morabuntur
de medio nemorum dabunt vocem
13 qui inrigas montes de cenaculis tuis
de fructu operum tuorum implebitur terra
14 germinans herbam iumentis
et faenum servituti hominum
ut educat panem de terra
15 et vinum laetificat cor hominis
ad exhilarandam faciem oleo
panis autem cor hominis roborat
16 saturabuntur ligna Domini cedri Libani quas plantasti
17 ibi aves nidificabunt milvo abies domus eius
18 montes excelsi cervis petra refugium ericiis
19 fecit lunam per tempora sol cognovit occubitum suum
20 posuisti tenebras et facta est nox
in ipsa moventur omnes bestiae silvae
21 leones rugientes ad praedam
et quaerentes a Deo escam sibi
22 oriente sole recedent
et in speluncis suis cubabunt
23 egreditur homo ad opus suum
et ad servitutem suam usque ad vesperam
24 quam multa sunt opera tua Domine
omnia in sapientia fecisti
impleta est terra possessione tua
25 hoc mare magnum et latum manibus
ibi reptilia innumerabilia
animalia parva cum grandibus
26 ibi naves pertranseunt
Leviathan istum plasmasti ut inluderet ei
27 omnia in te sperant ut des cibum eis in tempore suo
28 dante te illis colligent
aperiente manum tuam replebuntur bono
29 abscondes vultum tuum et turbabuntur
auferes spiritum eorum et deficient
et in pulverem suum revertentur
30 emittes spiritum tuum et creabuntur
et instaurabis faciem terrae
31 sit gloria Domini in sempiternum
laetabitur Dominus in operibus suis
32 qui respicit terram et tremet
tangit montes et fumabunt
33 cantabo Domino in vita mea
psallam Deo quamdiu sum
34 placeat ei eloquium meum
ego autem laetabor in Domino
35 deficiant peccatores de terra et impii ultra non sint
benedic anima mea Domino

104 ALLELUIA

Confitemini Domino invocate nomen eius
notas facite populis cogitationes eius
2 canite ei et psallite illi

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

7 tui *om.* RAK. | 8 ascendunt IΣAKΘSL𝔥 | descendunt CIΣAKΘSL𝔥 | 10 emittes RFL; inmittis IAK. | ut *om.* I | 18 petrae C | erinacis IA.; erinaces K.; cuniculi Θ | 20 mouebuntur IAK | 22 sol F | et *om.* C | 23 egredietur ΣAS𝔥; egrediatur C | 27 in te] a te CΣ | 28 illi I | aperiente + te AKS𝔥 | bonum C | 30 emitte RFC; emittis Σ | creabuntur] renouabuntur C | 32 tremet IAKΘS𝔥s] tremit *cet.* | tanget IAK. | fumigabunt C | 33 deo + meo FIΣSL𝔥 | 34 ei] deo C || **104**(𝔐 **105**), 1 domino + et RΘ | 2 canite] cantate FCIΘ | ei *om.* C |

narrate omnia mirabilia eius
3 laudamini in nomine sancto eius
laetetur cor quaerentium Dominum
23,6; 26,8 4 quaerite Dominum et confirmamini
quaerite faciem eius semper
5 mementote mirabilium eius quae fecit
prodigia eius et iudicia oris eius
Is 41,8! 6 semen Abraham servi eius
filii Iacob electi eius
7 ipse Dominus Deus noster
in universa terra iudicia eius
105,45; 110,5; Gn 9,15! 8,9: 42; Lc 1,72.73 8 memor fuit in saeculum testamenti sui
8–10: Dt 7,8 verbi quod mandavit in mille generationes
9 quod disposuit ad Abraham
et iuramenti sui ad Isaac
10 et statuit illud Iacob in praeceptum
et Israhel in testamentum aeternum
Ex 32,13! 11 dicens tibi dabo terram Chanaan
funiculum hereditatis vestrae
Gn 34,30! Dt 26,5 12 cum essent numero breves
paucissimos et incolas eius
13 et pertransierunt de gente in gentem
et de regno ad populum alterum
Gn 31,7 14 non reliquit hominem nocere eis
et corripuit pro eis reges
I Sm 24,7! I Par 16,22 15 nolite tangere christos meos
et in prophetis meis nolite malignari
IV Rg 8,1! Sir 48,2 16 et vocavit famem super terram
Lv 26,26! Ez 5,16; 14,13! omne firmamentum panis contrivit
Gn 45,5 17 misit ante eos virum
in servum venundatus est Ioseph
18 humiliaverunt in conpedibus pedes eius
ferrum pertransiit anima eius
19 donec veniret verbum eius
eloquium Domini inflammavit eum
20 misit rex et solvit eum
princeps populorum et dimisit eum
Gn 41,40! 21 constituit eum dominum domus suae
et principem omnis possessionis suae

22 ut erudiret principes eius sicut semet ipsum
et senes eius prudentiam doceret
23 et intravit Israhel in Aegyptum Gn 46,6!
et Iacob accola fuit in terra Cham
24 et auxit populum eius vehementer Gn 17,20!
et firmavit eum super inimicos eius
25 convertit cor eorum ut odirent populum eius
ut dolum facerent in servos eius
26 misit Mosen servum suum IV Esr 1,13
Aaron quem elegit ipsum
27 posuit in eis verba signorum suorum 27–35: 77,43–48
et prodigiorum in terra Cham
28 misit tenebras et obscuravit Ex 10,22
et non exacerbavit sermones suos
29 convertit aquas eorum in sanguinem Ex 7,20!
et occidit pisces eorum Ex 7,18
30 dedit terra eorum ranas Ex 8,2!
in penetrabilibus regum ipsorum
31 dixit et venit cynomia Ex 8,24!
et scinifes in omnibus finibus eorum Ex 8,16
32 posuit pluvias eorum grandinem Ex 9,23! Sap 16,16
ignem conburentem in terra ipsorum
33 et percussit vineas eorum et ficulneas eorum Ier 5,17
et contrivit lignum finium eorum Ex 9,25!
34 dixit et venit lucusta Ex 10,13.14
et bruchus cuius non erat numerus
35 et comedit omne faenum in terra eorum Ex 10,15
et comedit omnem fructum terrae eorum
36 et percussit omne primogenitum in terra eorum 77,51!
primitias omnis laboris eorum
37 et eduxit eos in argento et auro
et non erat in tribubus eorum infirmus Is 5,27
38 laetata est Aegyptus in profectione eorum
quia incubuit timor eorum super eos Ex 15,16!

RFHI WSKΦ(k) cr **104**,12 breuis R; breui WSKc | paucissimos et incolas RFr, *cf.* 𝔊] paucissimi et incolae *cet.* | 15 in profetas meos HI. | 16 terram + et WSKΦc | 18 animam c | 24 eius^{1} RFHIr.] suum *cet.* | [*adest* k *usque ad* 105,31] | 25 ut^{2}] et c | 30 dedit RFHIkr. *Hi*] edidit *cet.* | terram HI | penetralibus c | 31 coenomyia c., *cf. Hi* (*p.* 42,10) | 32 in grandinem F; grandine R. | 36 omnes laboris FH.; omnes labores Rk. | 37 in^{1}] cum WSKkc |

loquimini in universis mirabilibus eius
3 exultate in nomine sancto eius
laetetur cor quaerentium Dominum
4 quaerite Dominum et virtutem eius
quaerite faciem eius iugiter
5 recordamini mirabilium eius quae fecit
signorum et iudiciorum oris eius
6 semen Abraham servi eius
filii Iacob electi eius
7 ipse Dominus Deus noster in universa terra iudicia eius
8 recordatus est in aeternum pacti sui
verbi quod praecepit in mille generationes
9 quod pepigit cum Abraham
et iuramenti sui cum Isaac
10 et firmavit illud cum Iacob in lege
cum Israhel pactum sempiternum
11 dicens tibi dabo terram Chanaan
funiculum hereditatis vestrae
12 cum essent viri pauci modici et advenae in ea
13 et transierunt de gente in gentem
de regno ad populum alterum
14 non dimisit hominem ut noceret eis
et corripuit pro eis reges
15 nolite tangere christos meos
et prophetas meos nolite adfligere
16 et vocavit famem super terram
omnem virgam panis contrivit
17 misit ante faciem eorum virum
in servum venundatus est Ioseph
18 adflixerunt in conpede pedes eius
in ferrum venit anima eius
19 usque ad tempus donec veniret sermo eius
eloquium Domini probavit eum
20 misit rex et solvit eum
princeps populorum et dimisit illum
21 posuit eum dominum domus suae
et principem in omni possessione sua
22 ut erudiret principes eius secundum voluntatem suam
et senes eius sapientiam doceret
23 et ingressus est Israhel Aegyptum
et Iacob advena fuit in terra Ham
24 et crescere fecit populum suum nimis
et roboravit eum super hostes eius
25 convertit cor eorum ut odio haberent populum eius
ut dolose agerent contra servos illius
26 misit Mosen servum suum Aaron quem elegit sibi
27 posuit in eis verba signorum suorum
et portentorum in terra Ham
28 misit tenebras et contenebravit
et non fuerunt increduli verbis eius
29 commutavit aquas eorum in sanguinem
et occidit pisces eorum
30 ebullivit terra eorum ranas
in cubiculis regum eorum
31 dixit et venit musca omnimoda
scinifes in universis terminis eorum
32 dedit pluvias eorum grandinem
ignem flammantem in terra eorum
33 et percussit vineam eorum et ficum eorum
et confregit lignum finium eorum
34 dixit et venit lucusta et bruchus cuius non erat numerus
35 et comedit omne faenum terrae eorum
et devoravit fructum terrae eorum
36 et percussit omne primogenitum in terra eorum
primitias universi partus eorum
37 et eduxit eos cum argento et auro
et non erat in tribubus eorum infirmus
38 laetata est Aegyptus cum egrederentur
quoniam inruerat terror eorum super eos

10 pactum F𝔰.𝔐] in pactum *cet.* | 12 in eam C | 13 gentem + et RIAK𝔥 | 16 terram + et RΘL | 18 in conpedes RIAKSL𝔥; in conpedibus F | 19 ad] id C | 23 ingressus] egressus IAK. | israhel + in RΣS | 24 eius] suos FL | 25 dolos RΘ. | 28 creduli CΣ | uerbi RΘ | 29 in sanguine F | 30 cubiculis RL𝔰] cubilibus *cet.* | 32 eorum[1] + in C | 33 et[3] *om.* FL | 36 omnem C |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

Dt 1,33! 39 expandit nubem in protectionem eorum
et ignem ut luceret eis per noctem
Ex 16,13! IV Esr 1,15 40 petierunt et venit coturnix
Ex 16,8! et panem caeli saturavit eos
77,20! 41 disrupit petram et fluxerunt aquae
106,35! Is 43,19 abierunt in sicco flumina
8,9! 42 quoniam memor fuit verbi sancti sui
quod habuit ad Abraham puerum suum
Is 55,12; Bar 5,9 43 et eduxit populum suum in exultatione
÷ et : electos suos in laetitia
44 et dedit illis regiones gentium
et labores populorum possederunt
Lv 18,26! 45 ut custodiant iustificationes eius
et legem eius requirant

105 ALLELUIA
106,1; 117,1.29; 134,3; 135,1; 1 Par 16,34! Ier 33,11! Confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in saeculum misericordia eius
Sir 18,2.3.4! 2 quis loquetur potentias Domini
auditas faciet omnes laudes eius
Lv 18,26! Prv 21,15! 3 beati qui custodiunt iudicium
et faciunt iustitiam in omni tempore
Idt 4,17 4 memento nostri Domine in beneplacito populi tui
visita nos in salutari tuo
5 ad videndum in bonitate electorum tuorum
ad laetandum in laetitia gentis tuae
et lauderis cum hereditate tua
III Rg 8,47! Idt 7,19; Dn 9,5! 6 peccavimus cum patribus nostris
iniuste egimus iniquitatem fecimus
IV Esr 14,29.30! 7 patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua
non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae
et inritaverunt ascendentes in mare
※mare : Rubrum
108,21! 8 et salvavit eos propter nomen suum
ut notam faceret potentiam suam
9 et increpuit mare Rubrum et exsiccatum est Ex 14,21.22! Na 1,4
et deduxit eos in abyssis sicut in deserto Is 63,13
10 et salvavit eos de manu odientium 11 Sm 22,18! Lc 1,71
et redemit eos de manu inimici
11 et operuit aqua tribulantes eos Ex 14,28!
unus ex eis non remansit
12 et crediderunt in verbis eius
et laudaverunt laudem eius
13 cito fecerunt obliti sunt operum eius
non sustinuerunt consilium eius
14 et concupierunt concupiscentiam in deserto
et temptaverunt Deum in inaquoso 77,18; 94,9
15 et dedit eis petitionem ipsorum 1 Sm 1,17!
et misit saturitatem in anima eorum 77,25
16 et inritaverunt Mosen in castris
Aaron sanctum Domini
17 aperta est terra et degluttivit Dathan Dt 11,6!
et operuit super congregationem Abiron
18 et exarsit ignis in synagoga eorum Nm 16,35!
flamma conbusit peccatores
19 et fecerunt vitulum in Choreb
et adoraverunt sculptile
20 et mutaverunt gloriam suam Ier 2,11; Rm 1,23
in similitudine vituli comedentis faenum
21 obliti sunt Deum qui salvavit eos Est 10,9!
qui fecit magnalia in Aegypto **21.22:** 77,43!
22 mirabilia in terra Cham Act 7,36
terribilia in mari Rubro
23 et dixit ut disperderet eos si non Moses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius Ier 15,1
ut averteret iram eius ne disperderet eos Dt 9,25!
24 et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem
non crediderunt verbo eius **24.25:** Dt 1,26.27!
25 et murmurabant in tabernaculis suis
non exaudierunt vocem Domini

RF(H)I WSKΦk cr 39 in protectione FK | 40 pane HISΦc || **105**,1 alleluia *om.* K; + alleluia F | 5 et FIS KΦ] ut *cet.* | 7 ※ *om.* R, *sed testatur Aug. in loc.* | 9 increpauit HIWSK | et eduxit R | 10 saluabit Rk. | 12 in *om.* RISc | 13 fecerunt + et F | eius[1] + et c | 14 [*deest* H *usque ad* 150,6] | 15 in anima RFr] in animam Φ.; in animas *cet.* | 20 in similitudinem FISKkc | 21 dominum F. | 24 in uerbo FW; in uerbis k | 25 murmurauerunt WSKΦkc |

39 expandit nubem in tentorium et ignem ut luceret nocte
40 petierunt et adduxit ortygometran
et pane caelesti saturavit eos
41 aperuit petram et fluxerunt aquae
cucurrerunt in aridis flumina
42 quia recordatus est verbi sancti sui cum Abraham servo suo
43 et eduxit populum suum in laetitia
laudantes electos suos
44 et dedit eis terras gentium
et laborem tribuum possederunt
45 ut custodirent caerimonias eius et leges eius servarent
ALLELUIA

105 ALLELUIA
Confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in aeternum misericordia eius
2 quis loquetur fortitudines Domini
auditas faciet omnes laudes eius
3 beati qui custodiunt iudicium
et faciunt iustitiam in omni tempore
4 recordare mei Domine in repropitiatione populi tui
visita me in salutari tuo
5 ut videam bona electorum tuorum
et laeter in laetitia gentis tuae
et exultem cum hereditate tua
6 peccavimus cum patribus nostris
inique fecimus impie egimus
7 patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua
non sunt recordati multitudinis misericordiae tuae
et ad iracundiam provocaverunt super mare in mari Rubro
8 salvavit autem eos propter nomen suum
ut ostenderet fortitudinem suam
9 et comminatus est mari Rubro et aruit
et transduxit eos per abyssos quasi in deserto
10 et salvavit eos de manu odientis
et redemit eos de manu inimici
11 et operuit aqua hostes eorum
unus de ipsis non superfuit
12 et crediderunt verbis eius cecinerunt que laudem eius
13 cito obliti sunt operum illius
nec expectaverunt voluntatem eius
14 et desideraverunt desiderium in deserto
et temptaverunt Deum in solitudine
15 dedit ergo eis petitionem eorum
et misit tenuitatem in animam eorum
16 et zelati sunt Mosen in castris Aaron sanctum Domini
17 aperta est terra et devoravit Dathan
et operuit synagogam Abiram
18 et succensus est ignis in synagoga eorum
flamma exusit impios
19 fecerunt vitulum in Horeb
et adoraverunt conflatile
20 et mutaverunt gloriam suam in similitudine bovis comedentis faenum
21 obliti sunt Dei salvatoris sui
qui fecit magnalia in Aegypto
22 mirabilia in terra Ham
terribilia super mare Rubrum
23 dixit ergo ut contereret eos
nisi Moses electus eius stetisset medius contra faciem illius
ut converteret indignationem eius et non interficeret
24 et dispexerunt terram desiderabilem
nec crediderunt sermoni eius
25 et murmuraverunt in tabernaculis suis
non audierunt vocem Domini

40 pane caeli IAKL; panem caeli F. | 45 legem IAK.; lege R | alleluia Lɕ.] *om. cet.* || **105**(𝔐 **106**),4 in repropitiationem C | 5 ut] et C | 7 tua + et C | et *om.* RF. | 8 saluabit RF | 9 in desertum CΣ | 12 et *om.* C | laudes ΣΘSɧ | 15 in anima RIAL | 17 synagoga R; super synagogam F | 18 in synagogam CIAK | eorum + et C | excussit R | 20 in similitudinem ΣΘSɧ | 23 ut conteret FAK | et] ut IAK | 25 exaudierunt RIAK. |

RFCI ΣAKΘSL ɧɕ

26 et elevavit manum suam super eos ut
Nm 26,65! prosterneret eos in deserto
27 et ut deiceret semen eorum in nationibus
43,12! et dispergeret eos in regionibus
Nm 25,2.3! 28 et initiati sunt Beelphegor
et comederunt sacrificia mortuorum
29 et inritaverunt eum in adinventionibus suis
et multiplicata est in eis ruina
Nm 25,7.8! 30 et stetit Finees et placavit et cessavit quassatio
Gn 15,6! 31 et reputatum est ei in iustitiam
in generatione et generationem usque in sempiternum
Nm 20,13! 32 et inritaverunt ad aquam Contradictionis
et vexatus est Moses propter eos
33 quia exacerbaverunt spiritum eius
et distinxit in labiis suis
34 non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis
I Esr 9,2! 35 et commixti sunt inter gentes et di-
35.36: Idc 3,5.6! dicerunt opera eorum
36 et servierunt sculptilibus eorum
et factum est illis in scandalum
Dt 12,31! Ier 32,35; Ez 16,21; 23,39 37 et immolaverunt filios suos et filias suas daemoniis
38 et effuderunt sanguinem innocentem
sanguinem filiorum suorum et filiarum ※suarum:
Dt 12,31! quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan
Is 24,5 et interfecta est terra in sanguinibus
38.39: Ier 3,2 39 et contaminata est in operibus eorum
et fornicati sunt in adinventionibus suis
40 et iratus est furore Dominus in populo suo
77,62! et abominatus est hereditatem suam
41 et tradidit eos in manus gentium
et dominati sunt eorum qui oderant eos
42 et tribulaverunt eos inimici eorum
et humiliati sunt sub manibus eorum
43 saepe liberavit eos
ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo
et humiliati sunt in iniquitatibus suis
44 et vidit cum tribularentur
et audiret orationem eorum
45 et memor fuit testamenti sui 104,8! 110,5
et paenituit eum secundum multitudinem misericordiae suae
46 et dedit eos in misericordias III Rg 8,50!
in conspectu omnium qui ceperant eos
47 salvos fac nos Domine Deus noster II Mcc 1,27
et congrega nos de nationibus 106,2! Dt 30,3!
ut confiteamur nomini tuo sancto 47.48: I Par 16,35.36!
et gloriemur in laude tua
48 benedictus Dominus Deus Israhel 40,14!
a saeculo et usque in saeculum
et dicet omnis populus fiat fiat Idt 13,26!

106 ALLELUIA

Confitemini Domino quoniam bonus 105,1!
quoniam in saeculum misericordia eius
2 dicant qui redempti sunt a Domino
quos redemit de manu inimici 105,47!
de regionibus congregavit eos 2.3: Is 43,5! 49,12;
3 a solis ortu et occasu et ab aquilone Mt 8,11; Lc 13,29
et mari
4 erraverunt in solitudine in inaquoso
viam civitatis habitaculi non invenerunt
5 esurientes et sitientes
anima eorum in ipsis defecit
6 et clamaverunt ad Dominum cum 13.19.28; 24,17!
tribularentur
et de necessitatibus eorum eripuit eos
7 et deduxit eos in viam rectam Gn 24,27
ut irent in civitatem habitationis

RFI WSKΦ(k) cr 29 in aduentionibus R | 30 placuit FIW | 31 in iusticia F; ad iustitiam R | in generationem ISKΦkc | et generacione F | [*deest* k *usque ad* 106,8] | 32 inritauerunt + eum Sc | ad aquas c | 34 dixerat R | 38 interfecta] infecta c | 40 in populum suum c | 41 oderunt ISKc | 44 audiuit WSKc*Su* | 47 ~ nos fac c | nomine RF. | tuo sancto FIr.] sancto tuo *cet.* | 48 dicit FW || 106,2 inimici + et c. | 3 et² *om.* WSKΦc |

26 et levavit manum suam super eos ut deiceret eos in deserto
27 et ut deiceret semen eorum in gentibus
et dispergeret eos in terris
28 et consecrati sunt Beelphegor
et comederunt victimas mortuorum
29 et concitaverunt eum in studiis suis
et percussit eos plaga
30 stetit autem Finees et deiudicavit
et est retenta percussio
31 et reputatum est ei in iustitia
in generatione et generatione usque in aeternum
32 et provocaverunt super aquam Contradictionis
et adflictus est Moses propter eos
33 quia provocaverunt spiritum eius
et praecepit labiis suis
34 non exterminaverunt populos quos dixit Dominus eis
35 et commixti sunt gentibus et didicerunt opera eorum
36 et servierunt sculptilibus eorum
et factum est eis in scandalum
37 et immolaverunt filios suos et filias suas daemonibus
38 et effuderunt sanguinem innocentem
sanguinem filiorum suorum et filiarum suarum
quos immolaverunt sculptilibus Chanaan
et polluta est terra sanguinibus
39 et coinquinati sunt in operibus suis
et fornicati sunt in studiis suis
40 iratus est itaque furor Domini in populum suum
et abominatus est hereditatem suam
41 et dedit eos in manu gentium
et dominati sunt eorum qui oderant eos
42 et adflixerunt eos inimici sui
et humiliati sunt sub manu eorum
43 multis vicibus liberavit eos
ipsi vero provocabant in consiliis suis
et humiliati sunt propter iniquitates suas
44 et vidit tribulationem eorum cum audiret eos rogantes
45 et recordatus est pacti sui cum eis
et paenituit eum secundum multitudinem misericordiae suae
46 et dedit eos miserabiles coram omnibus qui ceperant eos
47 salva nos Domine Deus noster
et congrega nos de gentibus
ut confiteamur nomini sancto tuo
et canamus laudantes te
48 benedictus Dominus Deus Israhel ab aeterno et usque in aeternum
et dicet omnis populus amen

ALLELUIA

106 Confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in aeternum misericordia eius
2 dicant qui redempti sunt a Domino
quos redemit de manu hostis
et de terris congregavit eos
3 ab oriente et ab occidente ab aquilone et mari
4 erraverunt in solitudine in deserta via
civitatem quae habitaretur non repperierunt
5 esurientes et sitientes anima eorum in ipsis deficiebat
6 et clamaverunt ad Dominum in tribulatione sua
de adflictione eorum eripuit eos
7 et duxit illos per viam rectam
ut venirent in civitatem habitabilem

26 leuauit Σ𝔰] leuabit F; eleuauit *cet.* | 30 diiudicauit CΣAKS𝔥; exorauit Θ | 31 in iustitiam CΘSL𝔥 | et generationem IAKΘSL | 34 non] et non FΣL𝔥 | 36 eis] illis I | 37 daemoniis CΘS | 38 quas RFI | 41 oderunt IΣAKΘ𝔥 | 43 iniquitatem suam Σ𝔥 | 47 ~ tuo sancto IAΘ | 48 dicit F | amen amen FCΣΘS; fiat fiat K. | alleluia RCIA𝔰𝔐] *ad initium ps. seq. trahunt cet.* ‖ **106**(𝔐 **107**),2 et *om.* IΘ | 3 ab² *om.* IΣAKΘL𝔥 | 4 repperierunt IAKS. | 6 sua + et ΣΘSL𝔥 | 7 illos] eos RS |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

15.21! 31 [8]confiteantur Domino misericordiae eius
et mirabilia eius filiis hominum
Ier 31.25! [9]quia satiavit animam inanem
Lc 1.53 et animam esurientem satiavit bonis
Is 42.7! Lc 1.79 [10]sedentes in tenebris et umbra mortis
vinctos in mendicitate et ferro
IV Esr 1.7 [11]quia exacerbaverunt eloquia Dei
et consilium Altissimi inritaverunt
[12]et humiliatum est in laboribus cor eorum
21.12; Iob 30.13; Sir 51.10 infirmati sunt nec fuit qui adiuvaret
6! [13]et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum liberavit eos
[14]et eduxit eos de tenebris et umbra mortis
et vincula eorum disrupit
8! [15]confiteantur Domino misericordiae eius
et mirabilia eius filiis hominum
Is 45.2 [16]quia contrivit portas aereas
Ier 51.30 et vectes ferreos confregit
[17]suscepit eos de via iniquitatis eorum
propter iniustitias enim suas humiliati sunt
[18]omnem escam abominata est anima eorum
87.4! Is 38.10 et adpropinquaverunt usque ad portas mortis
6! [19]et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum liberavit eos
Sap 16.12; Act 13.26 [20]misit verbum suum et sanavit eos
Iob 33.18! Sir 50.4! et eripuit eos de interitionibus eorum
8! [21]confiteantur Domino misericordiae eius
I Par 16.24! et mirabilia eius filiis hominum
Tb 8.19! [22]et sacrificent sacrificium laudis
et adnuntient opera eius in exultatione
[23]qui descendunt mare in navibus Is 42.10
facientes operationem in aquis multis 23.24: Sir 43.26.27
[24]ipsi viderunt opera Domini
et mirabilia eius in profundo
[25]dixit et stetit spiritus procellae
et exaltati sunt fluctus eius
[26]ascendunt usque ad caelos
et descendunt usque ad abyssos
anima eorum in malis tabescebat
[27]turbati sunt et moti sunt sicut ebrius
et omnis sapientia eorum devorata est
[28]et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur 6!
et de necessitatibus eorum eduxit eos
[29]et statuit procellam ÷ eius : in auram
et siluerunt fluctus eius
[30]et laetati sunt quia siluerunt
et deduxit eos in portum voluntatis eorum
[31]confiteantur Domino misericordiae eius 8!
et mirabilia eius filiis hominum
[32]exaltent eum in ecclesia plebis 34.18!
et in cathedra seniorum laudent eum
[33]posuit flumina in desertum Is 19.6!
et exitus aquarum in sitim
[34]terram fructiferam in salsuginem Ier 17.6!
a malitia inhabitantium in ea
[35]posuit desertum in stagna aquarum 104.41! 113.8; IV Esr 16.61
et terram sine aqua in exitus aquarum Is 35.6.7; 41.18; 43.20
[36]et conlocavit illic esurientes
et constituerunt civitatem habitationis
[37]et seminaverunt agros et plantaverunt vineas
et fecerunt fructum nativitatis
[38]et benedixit eis et multiplicati sunt nimis Gn 17.20!
et iumenta eorum non minoravit
[39]et pauci facti sunt et vexati sunt Gn 34.30!

RFI WSKΦ(k) cr — 8 misericordia RW | [*adest* k *usque ad v.* 33] | 15 misericordia F | 21 misericordia RF | 27 omnes F.; omnia R | 31 misericordia F | 32 et exaltent IWSKkc | 33 [*hic desinit* k] |

8 confiteantur Domino misericordiam eius
et mirabilia eius in filios hominum
9 quia saturavit animam vacuam
et animam esurientem implevit bonis
10 habitantes in tenebris et umbra mortis
alligatos inopia et ferro
11 quia provocaverunt sermones Dei
et consilium Excelsi blasphemaverunt
12 et humiliavit in labore cor eorum
ceciderunt et non erat qui adiuvaret
13 et clamaverunt ad Dominum in tribulatione sua
et de angustiis eorum salvavit eos
14 et eduxit eos de tenebris et umbra mortis
et vincula eorum disrupit
15 confiteantur Domino misericordiam eius
et mirabilia eius in filios hominum
16 quia contrivit portas aereas
et vectes ferreos confregit
17 stultos propter viam sceleris eorum
et propter iniquitates adflictos
18 omnem cibum abominata est anima eorum
et accesserunt ad portas mortis
19 et clamaverunt ad Dominum in tribulatione sua
de angustiis eorum salvavit eos
20 misit verbum suum et sanavit eos
et salvavit de interitu
21 confiteantur Domino misericordiam eius
et mirabilia eius in filios hominum
22 et immolent hostias gratiarum
et narrent opera eius in laude
23 qui descendunt in mare navibus
facientes opus in aquis multis
24 ipsi viderunt opera Domini et mirabilia eius in profundo
25 dixit et surrexit ventus tempestatis
et elevavit gurgites eius
26 ascendunt in caelum et descendunt in abyssos
anima eorum in adflictione consumitur
27 obstipuerunt et intremuerunt quasi ebrius
et universa sapientia eorum absorta est
28 clamabunt autem ad Dominum in tribulatione sua
et de angustia educet eos
29 statuet turbinem in tranquillitatem
et silebunt fluctus eius
30 laetabuntur quoniam quieverunt
et deducet eos ad portum quem voluerunt
31 confiteantur Domino misericordiam eius
et mirabilia eius in filios hominum
32 et exaltent eum in ecclesia populi
et in cathedra seniorum laudent eum
33 ponet flumina in desertum
et fontes aquarum in sitim
34 terram fructiferam in salsuginem
prae malitia habitatorum eius
35 ponet desertum in paludes aquarum
et terram inviam in fontes aquarum
36 et conlocabit ibi esurientes
et fundabunt urbem ad habitandum
37 et serent agros et plantabunt vineas
et facient fruges genimina
38 et benedicet eis et multiplicabuntur nimis
et pecora eorum non inminuet
39 inminuta sunt autem et adflicta

8 misericordias IAK.; misericordiae ΘS𝔥 | in filiis Σ; filiis R | 9 repleuit F | 10 alligatus R | 13 saluauit AK𝔥𝔰] saluabit C; liberauit *cet.* | 15 misericordias IAK; misericordiae ΣΘS𝔥 | in filiis F; filios R. | 17 stultus RFL. | 19 sua + et CΣAΘSL𝔥 | saluabit F | 20 saluabit FS; + eos FCΣΘ | 21 misericordiam CL𝔰𝔐] misericordia R; misericordias IAK.; misericordiae *cet.* | 23 in mari F; mare in Θ | 29 statuit F(*vid.*)IΣKL | in tranquillitate CΘL | 30 uoluerint CΣL | 31 misericordiam RCL𝔰𝔐] misericordia FS; misericordias IAK; misericordiae Σ𝔥 | in filiis R; filios Σ.; filiis S. | 32 senum R. | 36 conlocauit RFCAKS; locabit Σ. | fundabunt] formabunt IAK. | 37 genimina FCKS𝔰] germina *cet.* | 38 inminuentur Θ; minuet RAK. |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

a tribulatione malorum et dolore
Iob 12,21! [40]effusa est contemptio super principes
Iob 12,24 et errare fecit eos in invio et non in
via
[41]et adiuvit pauperem de inopia
Iob 21,11 et posuit sicut oves familias
57,11! Iob 22,19 [42]videbunt recti et laetabuntur
Prv 10,6! et omnis iniquitas oppilabit os suum
Ier 9,12; Os 14,10 [43]quis sapiens et custodiet haec
60,8: Or Man 6 et intellegent misericordias Domini

107 CANTICUM PSALMI DAVID

III Rg 8,61 [2]Paratum cor meum Deus paratum
2—6: 56,8–12 cor meum
97,4! cantabo et psallam in gloria mea
[3]exsurge psalterium et cithara
exsurgam diluculo
17,50! [4]confitebor tibi in populis Domine
et psallam tibi in nationibus
35,6 [5]quia magna super caelos misericor-
dia tua
et usque ad nubes veritas tua
[6]exaltare super caelos Deus
et super omnem terram gloria tua
7—14: 59,6–14 [7]ut liberentur dilecti tui
salvum fac dextera tua et exaudi me
[8]Deus locutus est in sancto suo
exaltabor et dividam Sicima
et convallem tabernaculorum dime-
tiar
[9]meus est Galaad et meus est Manasse
et Effraim susceptio capitis mei
Iuda rex meus
Is 11,14 [10]Moab lebes spei meae
in Idumeam extendam calciamen-
tum meum
mihi alienigenae amici facti sunt
[11]quis deducet me in civitatem muni-
tam
quis deducet me usque in Idumeam
[12]nonne tu Deus qui reppulisti nos
et non exibis Deus in virtutibus
nostris
[13]da nobis auxilium de tribulatione
quia vana salus hominis
[14]in Deo faciemus virtutem
et ipse ad nihilum deducet inimicos
nostros

108 IN FINEM DAVID PSALMUS

[2]Deus laudem meam ne tacueris
quia os peccatoris et os dolosi super
me apertum est
[3]locuti sunt adversum me lingua dolo- 37,13!
sa
et sermonibus odii circuierunt me et
expugnaverunt me gratis
[4]pro eo ut me diligerent detrahebant
mihi
ego autem orabam
[5]et posuerunt adversus me mala pro 34,12! Gn 44,4
bonis
et odium pro dilectione mea
[6]constitue super eum peccatorem
et diabulus stet a dextris eius Iob 1,6; Za 3,1
[7]cum iudicatur exeat condemnatus
et oratio eius fiat in peccatum Prv 28,9
[8]fiant dies eius pauci
et episcopatum eius accipiat alter Act 1,20
[9]fiant filii eius orfani
et uxor eius vidua Ier 18,21
[10]nutantes transferantur filii eius et Iob 20,10! Ecl 5,13
mendicent
eiciantur de habitationibus suis
[11]scrutetur fenerator omnem substan-
tiam eius
et diripiant alieni labores eius
[12]non sit illi adiutor
nec sit qui misereatur pupillis eius
[13]fiant nati eius in interitum Ier 18,21; IV Esr 15,57
in generatione una deleatur nomen
eius
[14]in memoriam redeat iniquitas pat- Lam 1,22
rum eius in conspectu Domini
et peccatum matris eius non deleatur Ier 18,23
[15]fiant contra Dominum semper

RFI WSKΦ cr

41 adiuuauit IWK; adiuuabit S. | 42 oppilauit RFISK | 43 quis] qui RI | intellegent F𝔯. 𝔊] intellegit S; intelleget *cet.* || **107**,1 psalmi + ipsi 𝔠 | 3 exsurge[1] + gloria mea exsurge 𝔠. *Su* | 5 magna + est 𝔠 | 8 exaltabor F𝔯𝔊] exaltabo W.; exultabor R; exultabo ISKΦ𝔠 | sicimam WSKΦ; sichimam 𝔠 || **108**,1 ~ psalmus dauid IWKΦ𝔠 | 2 os[2] *om.* RISK | 3 circuierunt RI𝔯.] circumierunt F.; circumdederunt *cet.* | 6 stit R.; stetit FW | 10 mendicent + et W𝔠 | 11 feneratur RF | alieni + omnes R |

propter angustiam mali et doloris
40 et effundet despectionem super principes
et errare eos faciet in solitudine devia
41 et sublevabit pauperem de inopia
et ponet quasi gregem familias
42 videbunt recti et laetabuntur
et omnis iniquitas contrahet os suum
43 quis sapiens et custodiet haec
et intellegent misericordias Domini

107 CANTICUM PSALMI DAVID

2 Paratum cor meum Deus cantabo et psallam sed et gloria mea
3 consurge psalterium et cithara
consurgam mane
4 confitebor tibi in populis Domine
et cantabo te in nationibus
5 quoniam magna super caelos misericordia tua
et usque ad aethera veritas tua
6 exaltare super caelos Deus
et super omnem terram gloria tua
7 ut liberentur dilecti tui
salva dextera tua et exaudi me
8 Deus locutus est in sanctuario suo
gaudebo dividam Sychem
et vallem Socchoth dimetiar
9 meus est Galaad et meus est Manasse
et Efraim hereditas capitis mei
Iuda dux meus
10 Moab lebes pelvis meae
super Idumeam proiciam calciamentum meum
cum Philisthim foederabor
11 quis deducet me in civitatem munitam
quis deducet me usque in Idumeam
12 nonne tu Deus qui proieceras nos
et non exieras Deus in exercitibus nostris
13 da nobis auxilium in tribulatione
vana est enim salus ab homine
14 in Deo erimus fortes et ipse conculcabit hostes nostros

108 PRO VICTORIA DAVID CANTICUM

2 Deus laudabilis mihi ne taceas
quia os impii et os dolosi contra me apertum est
3 locuti sunt de me lingua mendacii
verbis odii circumdederunt me
et expugnaverunt me frustra
4 pro eo quod eos diligebam adversabantur mihi
ego autem orabam
5 et posuerunt contra me malum pro bono
et odium pro dilectione mea
6 constitue super eum impium
et Satan astet a dextris eius
7 cum fuerit iudicatus exeat condemnatus
et oratio eius sit in peccatum
8 fiant dies eius parvi episcopatum eius accipiat alter
9 sint filii eius pupilli et uxor eius vidua
10 instabiles vagentur liberi eius et mendicent
et quaerantur in parietinis suis
11 scrutetur exactor universa quae habet
et diripiant alieni laborem eius
12 non sit qui eius misereatur
nec qui clemens sit in pupillos eius
13 fiat novissimum eius interitus
in generatione altera deleatur nomen eius
14 redeat in memoria iniquitas patrum eius apud Deum
et iniquitas matris eius ne deleatur
15 sit contra Dominum semper

RFCI ΣAKΘSL ђs

41 subleuauit RF | 43 qui sapiens FAK | intellegent FILs𝔐] intellegens Θ; intelleget *cet.* || **107**(𝔐 **108**), 1 psalmus F | 2 canto RF. | 4 et *om.* F | 8 sychimam C | 11 deducit¹ RF. | deducit² R. | 14 conculcauit F || **108**(𝔐 **109**), 2 os² *om.* IAKΘ | 3 mendaci F | 6 constitues F | satan astet FLs.] sathanas istet C.; satanan stet AK.; satan stet *cet.* | 7 diiudicatus ΣSLђ | 8 parui] pauci RΘ; + et RFΣΘSLђ | 9 sint] fiant IA | 11 exactor] foenerator C | et diripiantur ab alienis IAK. | labores IΣAKSLђ | 14 in memoriam FCΣKΘSLђ | ne FΣSђs] non *cet.* | 15 sint Σђ |

Iob 18,17! et dispereat de terra memoria eorum
16 pro eo quod non est recordatus facere misericordiam
17 et persecutus est hominem inopem et mendicum
et conpunctum corde mortificare
18 et dilexit maledictionem et veniet ei
et noluit benedictionem et elongabitur ab eo
et induit maledictionem sicut vestimentum
Nm 5,22 et intravit sicut aqua in interiora eius
et sicut oleum in ossibus eius
19 fiat ei sicut vestimentum quo operitur
et sicut zona qua semper praecingitur
20 hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum
et qui loquuntur mala adversus animam meam
24,11! 68,17; 105,8; 142,11! Ez 20,9 21 et tu Domine Domine fac mecum propter nomen tuum
quia suavis misericordia tua
39,18! libera me 22 quia egenus et pauper ego sum
54,5; 142,4 et cor meum turbatum est intra me
143,4; Iob 8,9! 23 sicut umbra cum declinat ablatus sum
excussus sum sicut lucustae
34,13! I Mcc 3,17 24 genua mea infirmata sunt a ieiunio
et caro mea inmutata est propter oleum
25 et ego factus sum obprobrium illis
Iob 16,5! viderunt me moverunt capita sua
26 adiuva me Domine Deus meus
6,5! salvum fac me secundum misericordiam tuam
27 et sciant quia manus tua haec
tu Domine fecisti eam
1 Cor 4,12 28 maledicent illi et tu benedices
qui insurgunt in me confundantur
servus autem tuus laetabitur
29 induantur qui detrahunt mihi pudore 70,13!
et operiantur sicut deploide confusione sua
30 confitebor Domino nimis in ore meo 32,3! Sir 39,20!
et in medio multorum laudabo eum
31 quia adstitit a dextris pauperis 15,8!
ut salvam faceret a persequentibus animam meam 7,2; 30,16!

109 DAVID PSALMUS

Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis Mt 22,44! Mc 12,36; Lc 20,42.43; Act 2,34.35
donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum Hbr 1,13; 10,12.13; 1 Cor 15,25
2 virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion
dominare in medio inimicorum tuorum
3 tecum principium in die virtutis tuae
in splendoribus sanctorum
ex utero ante luciferum genui te Is 49,1! 5
4 iuravit Dominus et non paenitebit eum 131,11; Hbr 7,21
tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech Za 6,13; Hbr 5,6! 7,17!
5 Dominus a dextris tuis confregit in die irae suae reges 15,8!
6 iudicabit in nationibus implebit cadavera
conquassabit capita in terra multorum 67,22!
7 de torrente in via bibet
propterea exaltabit caput

110 ALLELUIA REVERSIONIS AGGEI ET ZACCHARIAE

Confitebor tibi Domine in toto corde meo 85,12!
in consilio iustorum et congregatione
2 magna opera Domini

RFI WSKΦ cr 19 quo operietur WSKΦ; quod operietur R. | 21 suauis + est IΦc | 22 conturbatum c | intra] in R | 23 sum¹ + et IWSKΦc | 25 me + et WSKΦc | 26 ~ me fac WSKΦc | 27 haec + et Wc | eam] ea I | 28 confundentur S || 109,1 ~ psalmus dauid RWKc | 2 emittit RW. | 5 confrigit F.; confringit R. | 6 cadauera Rr. 𝔐, *cf.* 𝔊] ruinas *cet.* | conquassauit RFΦ || 110,1 reuersionis—zacchariae *om.* Ic ||

et intereat de terra memoria eorum
16 eo quod non est recordatus facere misericordiam
17 et persecutus est virum inopem et pauperem
et conpunctum corde ut interficeret
18 et dilexit maledictionem quae veniet ei
et noluit benedictionem quae elongabitur ab eo
et indutus est maledictione quasi vestimento suo
et ingredietur quasi aqua in viscera eius
et quasi oleum in ossa eius
19 sit ei quasi pallium quo circumdatur
et quasi cingulum quo semper accingitur
20 haec est retributio his qui adversantur mihi a Domino
et qui loquuntur malum contra animam meam
21 tu autem Deus Domine fac mecum propter nomen tuum
quoniam bona est misericordia tua libera me
22 quoniam egenus et pauper sum
et cor meum vulneratum est intrinsecus
23 quasi umbra cum inclinatur abductus sum et excussus quasi lucusta
24 genua mea vacillaverunt a ieiunio
et caro mea mutata est absque oleo
25 et ego factus sum obprobrium eis
videntes me moverunt caput suum
26 adiuva me Domine Deus meus
salva me secundum misericordiam tuam
27 et sciant quoniam manus tua haec
tu Domine fecisti eam
28 maledicent illi et tu benedices
restiterunt et confundentur
servus autem tuus laetabitur
29 induantur adversarii mei confusione
et operiantur quasi indumento confusione sua
30 confitebor Domino vehementer in ore meo
et in medio populorum laudabo eum
31 quoniam stabit a dextris pauperis
ut salvet a iudicibus animam eius

109 DAVID CANTICUM

Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis
donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum
2 virgam fortitudinis tuae emittet Dominus ex Sion
dominare in medio inimicorum tuorum
3 populi tui spontanei erunt in die fortitudinis tuae
in montibus sanctis quasi de vulva orietur tibi ros adulescentiae tuae
4 iuravit Dominus et non paenitebit eum
tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech
5 Dominus ad dexteram tuam percussit in die furoris sui reges
6 iudicabit in gentibus implebit valles
percutiet caput in terra multa
7 de torrente in via bibet propterea exaltabit caput

110 ALLELUIA

ALEPH Confitebor Domino in toto corde
BETH in consilio iustorum et congregatione
2 GIMEL magna opera Domini

RFC1 ΣAKΘSL ђs

15 eorum] eius C | 16 ~ recordatus est C | 18 uenit F | maledictionem FIA | 21 ~ domine deus ΣΘS ђ; deus *om.* AK. | 23 adductus sum CΘ; *praem.* ad occasum L; + ad occasum F. | 27 eam] ea 1AK. | 29 indumento] uestimento IAK.; pallio Θ || **109** (𝔐 **110**), 1 tuos *om.* IK. | 3 spontanei] duces spontanei FΣL ђ; iudices Θ | tuae[1]] suae 1AK. | 4 iurabit FΘ | 5 a dextram tuam RF.; a dextera tua IAKS. | 6 iudicauit CK | impleuit CΣAK | capita CΣ | in terram multam C || **110** (𝔐 **111**), 1 aleph] *litt. hebr. omnes om.* RFΣ ђ | corde + meo C1ΣAKΘS ђ | 2 domini] dei C |

exquisita in omnes voluntates eius
[3]confessio et magnificentia opus eius
111,3.9! et iustitia eius manet in saeculum saeculi
[4]memoriam fecit mirabilium suorum
85,15! misericors et miserator Dominus
[5]escam dedit timentibus se
104,8! 105,45 memor erit in saeculum testamenti sui
[6]virtutem operum suorum adnuntiabit populo suo
[7]ut det illis hereditatem gentium
opera manuum eius veritas et iudicium
18,8 [8]fidelia omnia mandata eius
148,6! confirmata in saeculum saeculi
facta in veritate et aequitate
Lc 1,68 [9]redemptionem misit populo suo
mandavit in aeternum testamentum suum
98,3! Lc 1,49 sanctum et terribile nomen eius
Iob 28,28! Prv 1,7; 9,10; Sir 1,16! [10]initium sapientiae timor Domini
intellectus bonus omnibus facientibus eum
laudatio eius manet in saeculum ÷ saeculi :

145,1 **111** ALLELUIA REVERSIONIS AGGEI ET ZACCHARIAE

Beatus vir qui timet Dominum
in mandatis eius volet nimis
24,13; 36,26 [2]potens in terra erit semen eius
generatio rectorum benedicetur
Prv 3,16! [3]gloria et divitiae in domo eius
9! 110,3 et iustitia eius manet in saeculum saeculi
96,11; Is 58,10! [4]exortum est in tenebris lumen rectis
misericors et miserator et iustus
36,21! Prv 14,21! [5]iucundus homo qui miseretur et commodat
disponet sermones suos in iudicio
[6]quia in aeternum non commovebitur 14,5! 54,23
[7]in memoria aeterna erit iustus Prv 10,7! Sap 4,1
ab auditione mala non timebit Prv 28,1; Sir 34,16
paratum cor eius sperare in Domino 56,8; 129,5; Dn 13,35
[8]confirmatum est cor eius non commovebitur
donec dispiciat inimicos suos 53,9!
[9]dispersit dedit pauperibus II Cor 9,9
iustitia eius manet in saeculum saeculi 3; 110,3
cornu eius exaltabitur in gloria 74,11!
[10]peccator videbit et irascetur 36,12!
dentibus suis fremet et tabescet
desiderium peccatorum peribit Prv 11,7!

112 ALLELUIA

Laudate pueri Dominum 133,1! 134,1
laudate nomen Domini
[2]sit nomen Domini benedictum Tb 3,13.23; Iob 1,21; Dn 2,20
ex hoc nunc et usque in saeculum
[3]a solis ortu usque ad occasum laudabile nomen Domini Is 59,19! Mal 1,11!
[4]excelsus super omnes gentes Dominus 98,2
super caelos gloria eius 56,6!
[5]quis sicut Dominus Deus noster Idt 6,15! Is 57,15
qui in altis habitat [6]et humilia respicit 10,5; 32,14! 101,20; 137,6
in caelo et in terra
[7]suscitans a terra inopem I Sm 2,8
et de stercore erigens pauperem
[8]ut conlocet eum cum principibus
cum principibus populi sui
[9]qui habitare facit sterilem in domo Is 54,1!
matrem filiorum laetantem

113 ALLELUIA

RF(I) (L)WSKΦ cr 111,7 [*iterum adest* L] | paratum + est I | 10 fremit R; fremebit I. | [*deest* I *usque ad* 113, 11] || 112,4 dominus + et Φ c ||

DELETH exquirenda in cunctis voluntatibus suis
3 HE gloria et decor opus eius
VAV et iustitia eius perseverans semper
4 ZAI memoriam fecit mirabilium suorum
HETH clemens et misericors Dominus
5 TETH escam dedit timentibus se
IOTH memor erit in sempiternum pacti sui
6 CAPH fortitudinem operum suorum adnuntiabit populo suo
7 LAMETH ut det eis hereditatem gentium
MEM opus manuum eius veritas et iudicium
8 NUN fidelia omnia praecepta eius
SAMECH firmata in sempiternum iugiter
AIN facta in veritate et aequitate
9 FE redemptionem misit populo suo
SADE mandavit in aeternum pactum suum
COPH sanctum et terribile nomen eius
10 RES principium sapientiae timor Domini
SEN doctrina bona cunctis qui faciunt ea
THAV laus eius perseverans iugiter
ALLELUIA

111 ALEPH Beatus vir qui timet Dominum
BETH in mandatis eius volet nimis
2 GIMEL potens in terra erit semen eius
DELETH generatio iustorum benedicetur
3 HE substantia et divitiae in domo eius
VAV et iustitia eius perseverans semper
4 ZAI ortum est in tenebris lumen iustis
HETH clemens et misericors et iustus
5 TETH bonus vir clemens et fenerans
IOTH dispensabit verba sua in iudicio
6 CAPH quia in aeternum non commovebitur
7 LAMETH in memoria sempiterna erit iustus
MEM ab auditu malo non timebit
NUN paratum cor eius confidens in Domino
8 SAMECH firmum cor eius non timebit
AIN donec aspiciat hostibus suis
9 PHE dispersit dedit pauperibus
SADE iustitia eius permanet in aeternum
COPH cornu eius exaltabitur in gloria
10 RES impius videbit et irascetur
SEN dentibus suis frendet et tabescet
THAV desiderium impiorum peribit

112 ALLELUIA
Laudate servi Dominum laudate nomen Domini
2 sit nomen Domini benedictum amodo et usque in aeternum
3 ab ortu solis usque ad occasum eius laudabile nomen Domini
4 excelsus super omnes gentes Dominus
super caelum gloria eius
5 quis ut Dominus Deus noster
qui in excelsis habitans 6 humilia respicit in caelo et in terra
7 suscitans de terra inopem et de stercore elevat pauperem
8 ut eum sedere faciat cum principibus
cum principibus populi sui
9 qui conlocat sterilem in domo
matrem filiorum laetantem
ALLELUIA

2 cunctis] omnibus C | suis] eius RCL; *om.* I | 5 erit] est FL | 6 [*deest* I *usque ad* 111, 10] | 8 praecepta] opera C | 9 redemptione misit R | mandabit R | 10 ea] eam CΣAKS𝔥 | perseuerat CAKS | alleluia] *ad initium ps. seq. trahunt* FΣΘSL𝔥 || **111** (𝔐 **112**),1 aleph] *litt. hebr. omnes om.* RFΣ𝔥 | 5 dispensauit R; dispensabitur F. | 7 paratum + est RC. | 8 aspiciat + in ΣAKΘSL𝔥 || **112** (𝔐 **113**),1 [*iterum adest* I] | 4 super[2]] supra IAK. | 9 alleluia] *ad initium ps. seq. trahunt* FΣKΘSL𝔥 ||

RFC(I) ΣAKΘSL 𝔥s

In exitu Israhel de Aegypto
domus Iacob de populo barbaro
2 facta est Iudaea sanctificatio eius
Israhel potestas eius
76,17 3 mare vidit et fugit
Ios 4,7! Iordanis conversus est retrorsum
Sap 19,9 4 montes exultaverunt ut arietes
colles sicut agni ovium
Ios 4,7! 5 quid est tibi mare quod fugisti
et tu Iordanis quia conversus es retrorsum
Sap 19,9 6 montes exultastis sicut arietes
et colles sicut agni ovium
7 a facie Domini mota est terra
a facie Dei Iacob
106,35! 8 qui convertit petram in stagna aquarum
et rupem in fontes aquarum
9 (1) non nobis Domine non nobis
Dn 3,43 sed nomini tuo da gloriam
10 (2) super misericordia tua et veritate tua
78,10! Idt 7,21; Ioel 2,17! nequando dicant gentes ubi est Deus eorum
134,6; Iob 23,13! Sap 12,18; Ion 1,14 11 (3) Deus autem noster in caelo
omnia quaecumque voluit fecit
II Par 32,19; Sap 13,10; Bar 6,3! 50 12—14: Dt 4,28 12—19: 134,15–20 13.14: Mt 13,13! 13—15: Sap 15,15 12 (4) simulacra gentium argentum et aurum
opera manuum hominum
13 (5) os habent et non loquentur
oculos habent et non videbunt
14 (6) aures habent et non audient
nares habent et non odorabuntur
15 (7) manus habent et non palpabunt
pedes habent et non ambulabunt
non clamabunt in gutture suo
16 (8) similes illis fiant qui faciunt ea
et omnes qui confidunt in eis
17—19: 27,7! 17 (9) domus Israhel speravit in Domino
adiutor eorum et protector eorum est
18 (10) domus Aaron speravit in Domino
adiutor eorum et protector eorum est
19 (11) qui timent Dominum speraverunt in Domino
adiutor eorum et protector eorum est
20 (12) Dominus memor fuit nostri et benedixit nobis
benedixit domui Israhel
benedixit domui Aaron
21 (13) benedixit omnibus qui timent Dominum pusillis cum maioribus Apc 19,5
22 (14) adiciat Dominus super vos
super vos et super filios vestros
23 (15) benedicti vos Domino qui fecit caelum et terram 133,3! I Sm 23,21; Idt 13,23.24!
24 (16) caelum caeli Domino
terram autem dedit filiis hominum
25 (17) non mortui laudabunt te Domine 6,6! Is 38,18; Bar 2,17
neque omnes qui descendunt in infernum
26 (18) sed nos qui vivimus benedicimus Domino Est 13,17; Sir 17,25
ex hoc nunc et usque in saeculum

114 ALLELUIA

Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae 65,19
2 quia inclinavit aurem suam mihi
et in diebus meis invocabo te Bar 4,20
3 circumdederunt me dolores mortis 54,5 3.4: 17,5–7; II Sm 22,5–7
pericula inferni invenerunt me
tribulationem et dolorem inveni 119,1!
4 et nomen Domini invocavi
o Domine libera animam meam
5 misericors Dominus et iustus
et Deus noster miseretur
6 custodiens parvulos Dominus
humiliatus sum et liberavit me
7 convertere anima mea in requiem tuam
quia Dominus benefecit tibi
8 quia eripuit animam meam de morte 55,13!
oculos meos a lacrimis
pedes meos a lapsu

RF(I) LWSKΦ cr 113,4 arietes RL.] + et *cet.* | 12 [*iterum adest* I] | 14 odorabuntur RL.] odorabunt *cet.* | 23 uos + a I c || 114,1 exaudiuit I | 2 te *om.* R c *Hi* | 3 mortis + et FSKΦ c | 7 animam meam LΦ ||

113 Cum egrederetur Israhel de Ae-
gypto
domus Iacob de populo barbaro
2 factus est Iudas in sanctificatione
eius
Israhel potestas eius
3 mare vidit et fugit
Iordanis conversus est retrorsum
4 montes subsilierunt quasi arietes
colles quasi filii gregis
5 quid tibi est mare quia fugisti
Iordanis quia conversus es retror-
sum
6 montes sussultastis quasi arietes
colles quasi filii gregis
7 a facie Domini contremesce terra a
facie Dei Iacob
8 qui convertit petram in paludes
aquarum
silicem in fontes aquarum
9 (1) Non nobis Domine non nobis
sed nomini tuo da gloriam
10 (2) propter misericordiam tuam et
veritatem tuam
ne dicant gentes ubi est Deus eorum
11 (3) Deus autem noster in caelo uni-
versa quae voluit fecit
12 (4) idola gentium argentum et aurum
opus manuum hominum
13 (5) os habent et non loquentur
oculos habent et non videbunt
14 (6) aures habent et non audient
nasum habent et non odorabuntur
15 (7) manus habent et non palpabunt
pedes habent et non ambulabunt
nec sonabunt in gutture suo
16 (8) similes illis fiant qui faciunt ea
omnis qui confidit in eis
17 (9) Israhel confidet in Domino auxilia-
tor et protector eorum est
18 (10) domus Aaron confidet in Domino
auxiliator et protector eorum est
19 (11) timentes Dominum confident in
Domino
auxiliator et protector eorum est
20 (12) Dominus recordatus nostri bene-
dicet
benedicet domui Israhel benedicet
domui Aaron
21 (13) benedicet timentibus Dominum
parvis et magnis
22 (14) addat Dominus super vos super
vos et super filios vestros
23 (15) benedicti vos Domino qui fecit
caelos et terram
24 (16) caelum caelorum Domino terram
autem dedit filiis hominum
25 (17) non mortui laudabunt Dominum
nec omnes qui descendunt in silen-
tium
26 (18) sed nos benedicimus Domino a-
modo et usque in aeternum
ALLELUIA

114 Dilexi quoniam audies Domine
vocem deprecationis meae
2 inclinavit aurem suam mihi et in die-
bus meis invocabo
3 circumdederunt me funes mortis
et munitiones inferni invenerunt me
angustiam et dolorem repperi
4 et nomen Domini invocavi
obsecro Domine salva animam me-
am
5 clemens Dominus et iustus et Deus
noster misericors
6 custodit parvulos Dominus
adtenuatus sum et salvavit me
7 revertere anima mea in requiem tu-
am quia Dominus reddet tibi
8 quia eruit animam meam de morte
oculos meos a lacrimis pedes meos
ab offensa

113(𝔐 **114**),4 subsiluerunt RIAKSL𝔥 | 5 quia[1]] quod IΘ.; quare CΣ | 6 subsaltastis C ΣΘL𝔥 | 7 contremesce *restituimus cum* 𝔐] contremescet FIAK𝔰; contremescat R.; contremescit CΣΘSL𝔥 | 8 silices RS | 9 (𝔐 **115**, 1) | 11 fecit + semper C | 12 opera FL | 16 omnes qui confidunt RIAKS | 18 confidit FΣL | 19 confident CΣΘ𝔥𝔰] confidunt *cet.* | 22 super uos[2] *om.* RΣ | 23 caelum RΣΘ | 24 terra R | 26 benedicemus IAK. | et *om.* IAK. | alleluia *om.* RK; *ad initium ps. seq. trahunt* FΣΘSL𝔥 || **114**(𝔐 **116**), 1 exaudies domine CΣA; exaudivit dominus Θ | 6 saluabit RΣ | 8 eruet IAKS𝔥.; eripuit ΘL | ab offensu C ||

RFCI
ΣAKΘSL
𝔥𝔰

26,13; 141,6 9 placebo Domino in regione vivorum

115 ALLELUIA

II Cor 4,13 10 Credidi propter quod locutus sum
37,9! ego autem humiliatus sum nimis
30,23 11 ego dixi in excessu meo
61,10; Rm 3,4 omnis homo mendax
12 quid retribuam Domino pro omnibus quae retribuit mihi
13 calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo
18; 21,26! 14 vota mea Domino reddam coram omni populo eius
15 pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius
85,16; Sap 9,5 16 o Domine quia ego servus tuus
ego servus tuus et filius ancillae tuae
disrupisti vincula mea
49,14.15! Tb 8,19! 17 tibi sacrificabo hostiam laudis
1 Mcc 4,56; Hbr 13,15 et in nomine Domini invocabo
14; 21,26! 18 vota mea Domino reddam
in conspectu omnis populi eius
19 in atriis domus Domini
in medio tui Hierusalem

116 ALLELUIA

Rm 15,11 Laudate Dominum omnes gentes
laudate eum omnes populi
2 quoniam confirmata est super nos misericordia eius
99,5; III Esr 4,38 et veritas Domini manet in saeculum

117 ALLELUIA

29; 105,1! Confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in saeculum misericordia eius
2—4: 134,19.20! 2 dicat nunc Israhel quoniam bonus
quoniam in saeculum misericordia eius
3 dicat nunc domus Aaron
quoniam in saeculum misericordia eius
4 dicant nunc qui timent Dominum
quoniam in saeculum misericordia eius
4,2; 119,1! 5 de tribulatione invocavi Dominum
et exaudivit me in latitudinem Dominus 17,20!
6 Dominus mihi adiutor Is 50,7! Hbr 13,6
non timebo quid faciat mihi homo 55,5!
7 Dominus mihi adiutor 53,6
et ego despiciam inimicos meos
8 bonum est confidere in Domino 145,2.3
quam confidere in homine
9 bonum est sperare in Domino
quam sperare in principibus
10 omnes gentes circumierunt me
et in nomine Domini ※quia: ultus sum in eos
11 circumdantes circumdederunt me
in nomine autem Domini ※quia: ultus sum in eos
12 circumdederunt me sicut apes Dt 1,44
et exarserunt sicut ignis in spinis
et in nomine Domini ※quia: ultus sum in eos
13 inpulsus eversus sum ut caderem
et Dominus suscepit me
14 fortitudo mea et laudatio mea Dominus Ex 15,2! Is 12,2
et factus est mihi in salutem 21,28
15 vox exultationis et salutis
in tabernaculis iustorum
16 dextera Domini fecit virtutem Ex 15,6!
dextera Domini exaltavit me 137,7
dextera Domini fecit virtutem
17 non moriar sed vivam 17,18; II Mcc 3,34;
et narrabo opera Domini II Cor 6,9
18 castigans castigavit me Dominus Ier 30,11
et morti non tradidit me
19 aperite mihi portas iustitiae Idt 13,13; Is 26,2
ingressus in eas confitebor Domino
20 haec porta Domini iusti intrabunt in eam
21 confitebor tibi quoniam exaudisti me 28!
et factus es mihi in salutem 14!
22 lapidem quem reprobaverunt aedificantes Mt 21,42; Mc 12,10.11;
hic factus est in caput anguli Lc 20,17; Act 4,11; 1 Pt 2,7

RFI LWSKΦ cr **115**,17 in nomine] nomine W; nomen SK c ‖ **116**,2 saeculum FLr.] aeternum *cet.* ‖ **117**,5 in latitudinem FLr𝔊] in latitudine *cet.* | 10 ※ r *Hi*] *om.* R, *spatio relicto* | 11 in nomine autem RLr.] et in nomine autem F.; et in nomine *cet.* | ※ r *Hi*] *om.* R, *item v.* 12 | 12 in³ *om.* FΦ. | 14 laudatio] laus c | 19 iustitiae + et RI | 21 tibi + domine I |

9 deambulabo coram Domino in terris viventium

115 10 Credidi propter quod locutus sum
ego adflictus sum nimis
11 ego dixi in stupore meo omnis homo mendacium
12 quid reddam Domino pro omnibus quae tribuit mihi
13 calicem salutis accipiam et nomen Domini invocabo
14 vota mea Domino reddam coram omni populo eius
15 gloriosa in conspectu Domini mors sanctorum eius
16 obsecro Domine quia ego servus tuus
ego servus tuus filius ancillae tuae
dissolvisti vincula mea
17 tibi immolabo hostiam laudis
et in nomine Domini invocabo
18 vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius
19 in atriis domus Domini in medio tui Hierusalem

ALLELUIA

116 Laudate Dominum omnes gentes
conlaudate eum universi populi
2 quia confortata est super nos misericordia eius
et veritas Domini in aeternum

ALLELUIA

117 Confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in aeternum misericordia eius
2 dicat nunc Israhel quoniam in aeternum misericordia eius
3 dicat domus Aaron quoniam in aeternum misericordia eius
4 dicant qui timent Dominum quoniam in aeternum misericordia eius
5 cum tribularer invocavi Dominum
et exaudivit me in latitudine Dominus
6 Dominus meus es non timebo quid faciat mihi homo
7 Dominus mihi auxiliator et ego despiciam odientes me
8 melius est sperare in Domino quam sperare in homine
9 melius est sperare in Domino quam sperare in principibus
10 omnes gentes circumdederunt me
et in nomine Domini ultus sum eas
11 circumdederunt me et obsederunt me
sed in nomine Domini ultus sum eas
12 circumdederunt me quasi apes
extinctae sunt quasi ignis spinarum
in nomine Domini quia ultus sum eas
13 inpulsus pellebar ut caderem
et Dominus sustentavit me
14 fortitudo mea et laus mea Dominus
et factus est mihi in salutem
15 vox laudis et salutis in tabernaculis iustorum
16 dextera Domini fecit fortitudinem
dextera Domini excelsa
dextera Domini fecit fortitudinem
17 non moriar sed vivam et narrabo opera Domini
18 corripiens arguit me Dominus et morti non tradidit me
19 aperite mihi portas iustitiae
ingressus eas confitebor Domino
20 haec est porta Domini iusti intrabunt in eam
21 confitebor tibi quoniam exaudisti me et factus es mihi in salutem
22 lapis quem reprobaverunt aedificantes
factus est in caput anguli

RFCI ΣΑΚΘSL ƀs

115,10 (𝔐 **116,10**) credidi] *praem.* alleluia IAKSLƀ | 12 tribuit RSs] retribuet Θ.; retribuit *cet.* | 13 salutaris RCΘ | 16 tuus² + et RC | desoluisti AK.; disrupisti RΘ. | 19 alleluia] *ad initium ps. seq. trahunt* FCΣAKΘSLƀ || **116** (𝔐 **117**),2 alleluia] *ad initium ps. seq. trahunt* FCΣKΘSLƀ || **117** (𝔐 **118**), 1 bonus + est CΣ | 3 dicat + nunc RFAKΘSLƀ | 4 dicant + nunc AKΘƀ | 5 dominus *om.* C | 6 meus es] meus FΣL; mecum est Θ | ~ mihi faciat C | 12 apes + et R | 14 domine C | est] es RC | 19 in eas RCΘ | confitear C | 20 in ea R; per eam Σ | 21 tibi + domine IΘ. | 22 lapidem IAKΘ |

Est 10,4 23 a Domino factum est istud
hoc est mirabile in oculis nostris
24 haec est dies quam fecit Dominus
exultemus et laetemur in ea
25 o Domine salvum fac
o Domine prosperare
Mt 21,9; 23,39; Mc 11,10; Lc 13,35; 19,38; Io 12,13 26 benedictus qui venturus est in nomine Domini
128,8 benediximus vobis de domo Domini
27 Deus Dominus et inluxit nobis
constituite diem sollemnem in condensis
usque ad cornua altaris
I Par 29,13! Is 25,1! 28 Deus meus es tu et confitebor tibi
Deus meus ÷ es tu : et exaltabo te
21; 137,1 confitebor tibi quoniam exaudisti me
14! et factus es mihi in salutem
1; 105,1! 29 confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in saeculum misericordia eius

118 ALLELUIA

ALEPH

127,1; Prv 8,32; 29,18 Dt 10,12! Beati inmaculati in via qui ambulant in lege Domini
2 beati qui scrutantur testimonia eius
in toto corde exquirent eum
3 non enim qui operantur iniquitatem
in viis eius ambulaverunt
4 tu mandasti mandata tua custodire nimis
III Rg 8,61! 5 utinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas
6 tunc non confundar cum perspexero
in omnibus mandatis tuis
85,12! 7 confitebor tibi in directione cordis
in eo quod didici iudicia iustitiae tuae
8 iustificationes tuas custodiam non
me derelinquas usquequaque

BETH

9 In quo corriget adulescentior viam
suam in custodiendo sermones tuos
10 in toto corde meo exquisivi te non
repellas me a mandatis tuis
11 in corde meo abscondi eloquia tua 36,31! Is 51,7
ut non peccem tibi
12 benedictus es Domine doce me iustificationes tuas 26! 64.68
13 in labiis meis pronuntiavi omnia iudicia oris tui
14 in via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut in omnibus divitiis 127! 162
15 in mandatis tuis exercebor et considerabo vias tuas 24! 47! 1,2!
16 in iustificationibus tuis meditabor 23.117
non obliviscar sermones tuos 30

GIMEL

17 Retribue servo tuo vivifica me et custodiam sermones tuos
18 revela oculos meos et considerabo 129; II Mcc 1,4
mirabilia de lege tua
19 incola ego sum in terra non abscondas a me mandata tua
20 concupivit anima mea desiderare 40.131
iustificationes tuas in omni tempore
21 increpasti superbos maledicti qui Dt 27,26!
declinant a mandatis tuis
22 aufer a me obprobrium et contemp- 39; Tb 3,15
tum quia testimonia tua exquisivi
23 etenim sederunt principes et adversum me loquebantur servus autem
tuus exercebatur in iustificationibus tuis 16!
24 nam et testimonia tua meditatio mea 15! 99
et consilium meum iustificationes tuae

DELETH

25 Adhesit pavimento anima mea vivi- 43,25!
fica me secundum verbum tuum 154
26 vias meas enuntiavi et exaudisti me
doce me iustificationes tuas 12! 124.135
27 viam iustificationum tuarum instrue I Sm 12,23!
me et exercebor in mirabilibus tuis

RFI (L)WSKΦ cr 23 hoc] et c | 25 saluum + me c | prospera RF.; *praem.* bene RIc | 26 uenturus est] uenturus WSΦ; uenit Kc | 27 cornua RLr. 𝔊] cornu *cet.* | 28 ÷ r] ※ R | tibi² + domine I || 118,1 aleph *om.* RK | 2 exquirent FLr. 𝔊] exquirunt *cet.* | 4 custodiri FILΦc | 6 respexero R.; spexero F. | 9 beth *om.* R | corriget FLΦr. 𝔊] corregit R.; corrigit *cet.* | 10 non] ne c | 17 gimel *om.* RK | uiuifica me] uiuam I | 24 mea + est c | 25 deleth *om.* R | 26 [*deest* L *usque ad v.* 40] |

23 a Domino factum est istud et hoc mirabile in oculis nostris
24 haec est dies quam fecit Dominus exultemus et laetemur in ea
25 obsecro Domine salva obsecro obsecro Domine prosperare obsecro
26 benedictus qui venit in nomine Domini
benediximus vobis de domo Domini
27 Deus Dominus et apparuit nobis frequentate sollemnitatem in frondosis usque ad cornua altaris
28 Deus meus es tu et confitebor tibi Deus meus es tu exaltabo te
29 confitemini Domino quoniam bonus quoniam in aeternum misericordia eius

ALEPH

118 Beati inmaculati in via qui ambulant in lege Domini
2 beati qui custodiunt testimonia eius in toto corde requirunt eum
3 nec enim qui operantur iniquitatem in viis eius ambulaverunt
4 tu mandasti praecepta tua custodire nimis
5 utinam dirigantur viae meae ad custodienda praecepta tua
6 tunc non confundar cum respexero ad omnia mandata tua
7 confitebor tibi in directione cordis cum didicero iudicia iustitiae tuae
8 praecepta tua custodiam ne derelinquas me nimis

BETH

9 In quo corrigit iuvenis semitam suam cum custodierit verba tua
10 in toto corde meo exquisivi te ne errare me facias a mandatis tuis
11 in corde meo abscondi eloquium tuum ut non peccem tibi
12 benedictus tu Domine doce me praecepta tua
13 in labiis meis narravi omnes iustitias oris tui
14 in via testimoniorum tuorum laetatus sum quasi in omnibus divitiis
15 in praeceptis tuis meditabor et contemplabor semitas tuas
16 iustitiis tuis delectabor non obliviscar verba tua

GIMEL

17 Tribue servo tuo vivam et custodiam verba tua
18 revela oculos meos et videbo mirabilia in lege tua
19 advena ego sum in terra ne abscondas a me mandata tua
20 desideravit anima mea desiderare iudicia tua in omni tempore
21 increpasti superbos maledicti qui recedunt a mandatis tuis
22 aufer a me obprobrium et contemptum quoniam testimonia tua custodivi
23 etenim sedentes principes adversum me loquebantur servus autem tuus meditabatur praecepta tua
24 sed et testimonia tua voluntas mea quasi viri amicissimi mei

DELETH

25 Adhesit pulveri anima mea vivifica me iuxta verbum tuum
26 vias meas exposui et exaudisti doce me iustitiam tuam
27 viam praeceptorum tuorum fac me intellegere et loquar in mirabilibus tuis

23 factus est IAS. | et hoc] hoc A; + est IΣKΘS𝔥 | 25 obsecro[3] *om.* RΣ | domine[2] + et IAK. | prosperae C | 26 uobis] uos CΘ | 27 ad cornu FCΣΘSL𝔥 | 28 tu[2] Fs., *cf.* 𝔐] tu et *cet.* | 29 confitemini Θ𝔥s𝔐] confitebor *cet.* || **118** (𝔐 **119**), 1 aleph] *litt. hebr. omnes om.* Σ, *usque ad* teth (*v.* 65) *om.* R, *usque ad* beth (*v.* 9) *om.* A; *proem.* alleluia FSL𝔥. | 4 custodiri CIΣKL𝔥 | 14 laetatus] delectatus IAK | 16 in iustitiis FIAKSL𝔥 | 17 retribue CΣA | 18 uideam Θ; considerabo FA. | 22 custodiui] exquisiui IAK. | 23 sederunt IAK | 24 uolumptas FI.; uoluptas R. | 26 exaudisti + me R |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

28 dormitavit anima mea prae taedio
confirma me in verbis tuis
29 viam iniquitatis amove a me et lege
tua miserere mei
16 30 viam veritatis elegi iudicia tua non
sum oblitus
31 adhesi testimoniis tuis Domine noli
me confundere
32 viam mandatorum tuorum cucurri
Is 60,5; II Cor 6,11 cum dilatasti cor meum

HE

33 Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum et exquiram
eam semper
73.125 34 da mihi intellectum et scrutabor legem tuam et custodiam illam in toto corde meo
35 deduc me in semita mandatorum tuorum quia ipsam volui
III Rg 8,58 36 inclina cor meum in testimonia tua
et non in avaritiam
Is 33,15 37 averte oculos meos ne videant vanitatem in via tua vivifica me
38 statue servo tuo eloquium tuum in
timore tuo
22; Tb 3,15! 39 amputa obprobrium meum quod
suspicatus sum quia iudicia tua iucunda
20.131 40 ecce concupivi mandata tua in ae-
88! 149.156 quitate tua vivifica me

VAV

41 Et veniat super me misericordia tua
Domine salutare tuum secundum
eloquium tuum
Prv 27,11 42 et respondebo exprobrantibus mihi
114 verbum quia speravi in sermonibus
tuis
43 et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque quia in iudiciis
tuis supersperavi
Dt 5,29! 44 et custodiam legem tuam semper in
saeculum et in saeculum saeculi

45 et ambulabam in latitudine quia
mandata tua exquisivi
46 et loquebar in testimoniis tuis in Mt 10,18
conspectu regum et non confundebar
47 et meditabar in mandatis tuis quae 15! 143!
dilexi 97!
48 et levavi manus meas ad mandata
quae dilexi et exercebar in iustificationibus tuis

ZAI

49 Memor esto verbi tui servo tuo in
quo mihi spem dedisti
50 haec me consolata est in humilitate
mea quia eloquium tuum vivificavit
me
51 superbi inique agebant usquequa- 69.78
que a lege autem tua non declinavi
52 memor fui iudiciorum tuorum a saeculo Domine et consolatus sum
53 defectio tenuit me prae peccatoribus
derelinquentibus legem tuam
54 cantabiles mihi erant iustificationes
tuae in loco peregrinationis meae
55 memor fui in nocte nominis tui Do- 62.7; 76.7
mine et custodivi legem tuam
56 haec facta est mihi quia iustificationes tuas exquisivi

HETH

57 Portio mea Dominus dixi custodire 15,5! Lam 3,24
legem tuam
58 deprecatus sum faciem tuam in toto
corde meo miserere mei secundum
eloquium tuum
59 cogitavi vias meas et avertisti pedes
meos in testimonia tua
60 paratus sum et non sum turbatus ut
custodiam mandata tua
61 funes peccatorum circumplexi sunt
me et legem tuam non sum oblitus
62 media nocte surgebam ad confiten-

RFI (L)WSKΦ cr 29 legem tuam K.; •lege tua I.; de lege tua c | 31 adhaesit F | 33 he *om.* RK | uiae FI. | 35 in semitam c. | 41 [*iterum adest* L] | uau *om.* RK | 43 supersperaui] semper speraui I.; speraui R | 46 in¹] de c (*edd.* 1593 *et* 1598, *sed in indice errorum ed.* 1598 *corr.*) | 47 meditabor FWSK | dilexi + uehementer FL., *cf. Su* | 48 mandata RLr. *Su*] mandata tua *cet.* | 49 zai *om.* R | 53 prae] pro IKc | 55 in *om.* Wc | 57 heth *om.* R | dominus RFILr.] domine *cet.* | 59 auertisti FILr. *Su*] auerti RKΦ, *cf. Su;* conuerti WSc |

28 destillavit anima mea prae stultitia scrva me iuxta eloquium tuum
29 viam mendacii aufer a me et legem tuam dona mihi
30 viam fidei elegi iudicia tua proponebam
31 adhesi testimoniis tuis Domine ne confundas me
32 viam mandatorum tuorum curram quoniam dilatasti cor meum

HE

33 Ostende mihi Domine viam praeceptorum tuorum et custodiam eam per vestigium
34 doce me et observabo legem tuam et custodiam eam in toto corde
35 deduc me in semita mandatorum tuorum quia ipsam volui
36 inclina cor meum ad testimonia tua et non ad avaritiam
37 averte oculos meos ne videant vanitatem in via tua vivifica me
38 suscita servo tuo eloquium tuum in timorem tuum
39 averte obprobrium meum quod reveritus sum iudicia tua bona
40 ecce desideravi praecepta tua iustitia tua vivifica me

VAV

41 Et veniant mihi misericordiae tuae Domine et salus tua iuxta eloquium tuum
42 et respondebo exprobranti mihi sermonem quia speravi in sermone tuo
43 et ne auferas de ore meo verbum veritatis usque nimis quoniam iudicia tua expectavi
44 et custodiam legem tuam iugiter in sempiternum et ultra
45 et ambulabo in spatioso quia praecepta tua quaesivi
46 et loquar in testimoniis tuis coram regibus et non confundar
47 et delectabor in mandatis tuis quae dilexi
48 et levabo manus meas ad mandata tua quae dilexi et loquar in praeceptis tuis

ZAI

49 Memento sermonis servo tuo quem me sperare fecisti
50 haec est consolatio mea in adflictione mea quia eloquium tuum vivificavit me
51 superbi deridebant me nimis a lege tua non declinavi
52 recordatus sum iudiciorum tuorum a saeculo Domine et consolatus sum
53 horror obtinuit me ab impiis qui dereliquerunt legem tuam
54 carmina erant mihi praecepta tua in domo peregrinationis meae
55 recordatus sum in nocte nominis tui Domine et custodivi legem tuam
56 hoc factum est mihi quia praecepta tua custodivi

HETH

57 Pars mea Domine dixi ut custodiam verbum tuum
58 deprecatus sum vultum tuum in toto corde miserere mei secundum eloquium tuum
59 recogitavi vias meas et converti pedes meos ad testimonia tua
60 festinavi et non neglexi custodire mandata tua
61 funes impiorum inplicaverunt me legem tuam non sum oblitus
62 medio noctis surgam ad confitendum

31 adhesit FAΘ | 34 corde + meo CΣ | 35 in semitam F | 37 uideam C | 40 iustitia Cs] in iustitia *cet.* | tua² *om.* IA. | 48 leuaui IAK. | 53 qui] quia CΣK | 55 tui domine] domini AK.; domine I. | 57 mea *om.* IAK. | ut *om.* CΣS | 58 corde + meo IAK | 59 conuertisti IAK. | 61 legem + autem CΣ | 62 surgebam CΣΘS |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

dum tibi super iudicia iustificationis
tuae
79; Dt 5,29! 63 particeps ego sum omnium timen-
tium te et custodientium mandata
tua
32,5 64 misericordia Domini plena est terra
121 iustificationes tuas doce me

TETH

65 Bonitatem fecisti cum servo tuo Do-
mine secundum verbum tuum
66 bonitatem et disciplinam et scienti-
am doce me quia mandatis tuis cre-
didi
Is 28,19 67 priusquam humiliarer ego deliqui
propterea eloquium tuum custodivi
68 bonus es tu et in bonitate tua doce
121 me iustificationes tuas
51.78 69 multiplicata est super me iniquitas
superborum ego autem in toto cor-
de scrutabor mandata tua
70 coagulatum est sicut lac cor eorum
77! 1,2! ego vero legem tuam meditatus sum
71 bonum mihi quia humiliasti me ut
discam iustificationes tuas
127! 72 bonum mihi lex oris tui super milia
auri et argenti

IOTH

Iob 10,8 73 Manus tuae fecerunt me et plasma-
34! verunt me da mihi intellectum et
discam mandata tua
74 qui timent te videbunt me et laeta-
buntur quia in verba tua superspe-
ravi
75 cognovi Domine quia aequitas iudi-
cia tua et veritate humiliasti me
76 fiat misericordia tua ut consoletur
me secundum eloquium tuum servo
tuo
77 veniant mihi miserationes tuae et vi-
70! 92.174 vam quia lex tua meditatio mea est
51.69 78 confundantur superbi quia iniuste
iniquitatem fecerunt in me ego au-
tem exercebor in mandatis tuis
79 convertantur mihi timentes te et qui 63!
noverunt testimonia tua
80 fiat cor meum inmaculatum in iusti-
ficationibus tuis ut non confundar

CAF

81 Defecit in salutare tuum anima mea
in verbum tuum supersperavi
82 defecerunt oculi mei in eloquium Gn 27,1! Is 38,14
tuum dicentes quando consolabe-
ris me
83 quia factus sum sicut uter in pruina
iustificationes tuas non sum oblitus
84 quot sunt dies servo tuo quando fa- II Sm 19,34
cies de persequentibus me iudicium
85 narraverunt mihi iniqui fabulatio-
nes sed non ut lex tua
86 omnia mandata tua veritas inique
persecuti sunt me adiuva me
87 paulo minus consummaverunt me
in terra ego autem non dereliqui 110
mandata tua
88 secundum misericordiam tuam vivi- 40! 159
fica me et custodiam testimonia
oris tui

LAMED

89 In aeternum Domine verbum tuum Is 40,8! Mt 24,35!
permanet in caelo
90 in generationem et generationem
veritas tua fundasti terram et per-
manet
91 ordinatione tua perseverat dies quon-
iam omnia serviunt tibi
92 nisi quod lex tua meditatio mea est 77!
tunc forte perissem in humilitate
mea
93 in aeternum non obliviscar iustificati-
ones tuas quia in ipsis vivificasti me
94 tuus sum ego salvum me fac quon- 145.146. 173.174
iam iustificationes tuas exquisivi
95 me expectaverunt peccatores ut per-
derent me testimonia tua intellexi
96 omni consummationi vidi finem la-
tum mandatum tuum nimis

RFI LWSKΦ cr

62 iustificationis] iustitiae I | 64 domini] tua domine W c | 65 teth *om.* R | 66 quia + in I | 69 corde + meo IW c, *cf. Su* | 73 ioth *om.* R | et[2]] ut RW | 74 speraui RL. | 75 et ueritate FL r. 𝔊] et ueritate tua WSΦ; et in ueritate tua RIK c | 80 ~ tuis iustificationibus R | 81 mea + et R c | speraui RW. | 82 consolaueris RFL | 84 quot] quod RFLΦ | serui tui WSK c | 86 inique LW cr 𝔊] iniqui *cet.* | 96 omnis consummationis c |

tibi super iudicia iustificationis tuae
63 particeps ego sum omnium timentium te et custodientium praecepta tua
64 misericordia tua conpleta est terra praecepta tua doce me

TETH

65 Benefecisti servo tuo Domine secundum verbum tuum
66 bonum sermonem et scientiam doce me quia mandatis tuis credidi
67 antequam audirem ego ignoravi nunc autem eloquium tuum custodivi
68 bonus tu et beneficus doce me praecepta tua
69 adplicabant mihi mendacium superbi ego autem in toto corde servabam praecepta tua
Ier 5,28! Act 28,27! 70 incrassatum est velut adeps cor eorum et ego in lege tua delectabar
71 bonum mihi quia adflictus sum ut discerem praecepta tua
72 melior mihi est lex oris tui super milia auri et argenti

IOTH

73 Manus tuae fecerunt me et firmaverunt me doce me et discam mandata tua
74 qui timent te videbunt me et laetabuntur quia sermonem tuum expectavi
75 scio Domine quia iustum iudicium tuum et vere adflixisti me
76 sit obsecro misericordia tua in consolatione mea sicut locutus es servo tuo
77 veniant mihi misericordiae tuae et vivam quia lex tua delectatio mea
78 confundantur superbi quoniam inique contriverunt me ego autem loquar in praeceptis tuis
79 revertantur ad me qui timent te et qui sciunt testimonium tuum
80 fiat cor meum perfectum in praeceptis tuis ut non confundar ·

CAPH

81 Defecit in salutare tuum anima mea verbum tuum expectavi
82 consumpti sunt oculi mei in verbum tuum dicentes quando consolaberis me
83 et cum essem quasi uter in pruinam praecepta tua non sum oblitus
84 quot sunt dies servi tui quando facies in persequentibus me iudicium
85 foderunt mihi superbi foveas quae non erant iuxta legem tuam Ps 56,7!
86 omnia mandata tua vera falso persecuti sunt me auxiliare mihi
87 paulo minus consumpserunt me in terra ego autem non dimisi praecepta tua
88 secundum misericordiam tuam vivifica me et custodiam testimonium oris tui

LAMETH

89 In aeternum Domine verbum tuum perstat in caelo
90 in generatione et generatione fides tua fundasti terram et stat
91 iudicio tuo stant usque hodie quia omnia serviunt tibi
92 nisi quod lex tua delectatio mea forte perissem in pressura mea
93 in sempiternum non obliviscar praeceptorum tuorum quia per ipsa vivificasti me
94 tuus ego sum salva me quoniam praecepta tua quaesivi
95 me expectaverunt impii ut perderent me testimonium tuum considerabo
96 omni consummationi vidi finem latum mandatum tuum nimis

64 tua[1] + domine ΘSƀ | 65 ~ domine seruo tuo C | 70 eorum] meum IAK. | et *om.* IΘ. | delectabor IAK | 71 qui adflictus IΣ | 73 me[2] *om.* C | et[2]] ut CΣ; *om.* AK. | 74 me *om.* RΣ. | 77 et] ut R | delectatio] dilectio A.; meditatio R | 78 iniqui FA. | 83 in pruina CIΣKSLƀ | 84 quot] quod RFCAs | 88 et] ut C | testimonia IΘ | 89 lameth *om.* R | 91 stat CΣ | 92 delectatio] meditatio C | 94 ~ sum ego C |

RFCI ΣAKΘSL ƀs

MEM

159.167 97 Quomodo dilexi legem tuam tota
47! die meditatio mea est
98 super inimicos meos prudentem me
fecisti mandato tuo quia in aeter-
num mihi est
99 super omnes docentes me intellexi
24! quia testimonia tua meditatio mea
est
100 super senes intellexi quia mandata
tua quaesivi
Prv 1,15! 101 ab omni via mala prohibui pedes
meos ut custodiam verba tua
17,23; II Sm 22,23 102 a iudiciis tuis non declinavi quia tu
legem posuisti mihi
103 quam dulcia faucibus meis eloquia
tua super mel ori meo
128 104 a mandatis tuis intellexi propterea
odivi omnem viam iniquitatis

NUN

Prv 6,23 105 Lucerna pedibus meis verbum tuum
et lumen semitis meis
II Esr 10,29! 106 iuravi et statui custodire iudicia ius-
titiae tuae
37,9! 107 humiliatus sum usquequaque Do-
mine vivifica me secundum ver-
bum tuum
18,15; 103,34 108 voluntaria oris mei beneplacita fac
Domine et iudicia tua doce me
Iob 13,14! 109 anima mea in manibus meis sem-
per et legem tuam non sum oblitus
110 posuerunt peccatores laqueum mihi
87 et de mandatis tuis non erravi
111 hereditate adquisivi testimonia tua
in aeternum quia exultatio cordis
mei sunt
18,12 112 inclinavi cor meum ad faciendas
iustificationes tuas in aeternum
propter retributionem

SAMECH

113 Iniquos odio habui et legem tuam
dilexi
27,71 114 adiutor meus et susceptor meus es
42 tu in verbum tuum supersperavi
115 declinate a me maligni et scrutabor 6,9! 138,19
mandata Dei mei
116 suscipe me secundum eloquium tu- Phil 1,20!
um et vivam et non confundas me
ab expectatione mea
117 adiuva me et salvus ero et medita-
bor in iustificationibus tuis semper 16!
118 sprevisti omnes discedentes a iusti-
tiis tuis quia iniusta cogitatio eo-
rum
119 praevaricantes reputavi omnes pec-
catores terrae ideo dilexi testimo-
nia tua
120 confige timore tuo carnes meas a
iudiciis ÷ enim : tuis timui

AIN

121 Feci iudicium et iustitiam non tra- Lv 25,18!
das me calumniantibus me 134
122 suscipe servum tuum in bonum non Iob 17,3
calumnientur me superbi
123 oculi mei defecerunt in salutare tu-
um et in eloquium iustitiae tuae
124 fac cum servo tuo secundum miseri- Sir 50,24; Dn 3,42
cordiam tuam et iustificationes 26!
tuas doce me
125 servus tuus sum ego da mihi intel- 34!
lectum et sciam testimonia tua
126 tempus faciendi Domino dissipa- 10,4 H
verunt legem tuam
127 ideo dilexi mandata tua super au- 14! 72; 18,11!
rum et topazion
128 propterea ad omnia mandata tua 104
dirigebar omnem viam iniquam
odio habui

FE

129 Mirabilia testimonia tua ideo scru- 18
tata est ea anima mea
130 declaratio sermonum tuorum inlu- 18,9
minat et intellectum dat parvulis 18,8
131 os meum aperui et adtraxi spiritum
quia mandata tua desiderabam 20,40
132 aspice in me et miserere mei secun-
dum iudicium diligentium nomen
tuum

RFI LWSKΦ cr 97 tuam + domine WK c | 100 exquisiui I | 111 hereditatem I | 114 meus[1] *om.* IWSKΦ c | tu + et c | 118 discendentes FI.; discendentis L. | iustitiis] iudiciis c | 121 me[1] + a FW | 122 me] mihi I | 123 in salutare tuo L; in salutari tuo R. | 125 et] ut RW c | 126 domino RFLΦ r 𝔊] domine *cet.* |

MEM

97 Quam dilexi legem tuam tota die haec meditatio mea
98 super inimicos meos instruis me mandata tua quia in sempiternum hoc est mihi
99 super omnes qui docebant me eruditus sum quia testimonia tua meditatio mea
100 super senes intellexi quia praecepta tua servavi
101 ab omni semita mala prohibui pedes meos ut custodirem verba tua
102 a iudiciis tuis non recessi quia tu inluminasti me
103 quam dulce gutturi meo eloquium tuum super mel ori meo
104 praecepta tua considerabam propterea odivi omnem semitam mendacii

NUN

105 Lucerna pedi meo verbum tuum et lux semitae meae
106 iuravi et perseverabo ut custodiam iudicia iustitiae tuae
107 adflictus sum usque nimis Domine vivifica me iuxta verbum tuum
108 voluntaria oris mei conplaceant tibi Domine et secundum iudicia tua doce me
109 anima mea in manu mea semper et legis tuae non sum oblitus
110 posuerunt impii laqueum mihi et a praeceptis tuis non aberravi
111 hereditas mea testimonia tua in sempiternum quia gaudium cordis mei sunt
112 inclinavi cor meum ut facerem iustitias tuas propter aeternam retributionem

SAMECH

113 Tumultuosos odivi et legem tuam dilexi
114 protectio mea et scutum meum tu es verbum tuum expectavi
115 recedite a me maligni et custodiam mandata Dei mei
116 confirma me secundum verbum tuum et vivam et noli me confundere ab expectatione mea
117 auxiliare mihi et salvus ero et delectabor in praeceptis tuis iugiter
118 abiecisti omnes qui adversantur praecepta tua quia mendax cogitatio eorum
119 quasi scoriam conputasti omnes impios terrae propterea dilexi testimonia tua
120 horripilavit a timore tuo caro mea et iudicia tua timui

AIN

121 Feci iudicium et iustitiam ne derelinquas me his qui calumniantur me
122 sponde pro servo tuo in bonum ne calumnientur me superbi
123 oculi mei defecerunt in salutare tuum et in eloquium iustitiae tuae
124 fac cum servo tuo iuxta misericordiam tuam et praecepta tua doce me
125 servus tuus ego instrue me et cognoscam testimonia tua
126 tempus est ut facias Domine praevaricati sunt legem tuam
127 propterea dilexi mandata tua super aurum et topazium
128 propterea in universa praecepta direxi omnem semitam mendacii odio habui

FE

129 Mirabilia testimonia tua idcirco custodivit ea anima mea
130 ostium sermonum tuorum lucidum doce parvulos
131 os meum aperui et respiravi quia mandata tua desiderabam
132 respice ad me et miserere mei iuxta iudicium diligentium nomen tuum

108 conplacent R | 113 odii Σ; odit F. | 122 pro seruum tuum IAK. | in bono IAKΘ | 127 topaziom A; tupaziom I.; topazion KS; tupation R. | 128 in *om.* ΘLђ | praecepta + tua RIΣAKΘSLђ | RFCI ΣAKΘSL ђs

133 gressus meos dirige secundum elo-
quium tuum et non dominetur
mei omnis iniustitia
121! 134 redime me a calumniis hominum et
custodiam mandata tua
30,17! 135 faciem tuam inlumina super servum
26! tuum et doce me iustificationes
tuas
Ier 9,18; 13,17; Lam 3,48! 136 exitus aquarum deduxerunt oculi
mei quia non custodierunt legem
tuam

SADE

10,8! So 3,5; Apc 16,5.7! 137 Iustus es Domine et rectum iudi-
cium tuum
138 mandasti iustitiam testimonia tua
et veritatem tuam nimis
139 tabescere me fecit zelus meus quia
obliti sunt verba tua inimici mei
Prv 30,5! 140 ignitum eloquium tuum vehemen-
ter et servus tuus dilexit illud
141 adulescentulus sum ego et contemp-
tus iustificationes tuas non sum
oblitus
142 iustitia tua iustitia in aeternum et
lex tua veritas
I Mcc 2,53 143 tribulatio et angustia invenerunt
47! me mandata tua meditatio mea
144 aequitas testimonia tua in aeternum
intellectum da mihi et vivam

COF

145 Clamavi in toto corde exaudi me
94! Domine iustificationes tuas requi-
ram
146 clamavi te salvum me fac et custo-
diam mandata tua
87,14! 147 praeveni in maturitate et clamavi
in verba tua supersperavi
148 praevenerunt oculi mei ad diluculum
ut meditarer eloquia tua
156 149 vocem meam audi secundum mise-
ricordiam tuam Domine secun-
40! dum iudicium tuum vivifica me
150 adpropinquaverunt persequentes
me iniquitate a lege autem tua
longe facti sunt
151 prope es tu Domine et omnes viae 144,18!
tuae veritas
152 initio cognovi de testimoniis tuis
quia in aeternum fundasti ea

RES

153 Vide humilitatem meam et eripe me 30,8!
quia legem tuam non sum oblitus
154 iudica iudicium meum et redime
me propter eloquium tuum vivifica 25
me
155 longe a peccatoribus salus quia ius- Iob 5,4
tificationes tuas non exquisierunt
156 misericordiae tuae multae Domine 149
secundum iudicia tua vivifica me 40!
157 multi qui persequuntur me et tribu- 3,2!
lant me a testimoniis tuis non de-
clinavi
158 vidi praevaricantes et tabescebam
quia eloquia tua non custodierunt
159 vide quoniam mandata tua dilexi 97!
Domine in misericordia tua vivi- 88!
fica me
160 principium verborum tuorum veri- Io 17,17
tas et in aeternum omnia iudicia
iustitiae tuae

SEN

161 Principes persecuti sunt me gratis
et a verbis tuis formidavit cor me-
um
162 laetabor ego super eloquia tua sicut 14! Is 9,3!
qui invenit spolia multa
163 iniquitatem odio habui et abomi-
natus sum legem autem tuam di-
lexi
164 septies in die laudem dixi tibi super
iudicia iustitiae tuae
165 pax multa diligentibus legem tuam Is 54,13!
et non est illis scandalum
166 expectabam salutare tuum Domine Gn 49,18! Lc 2,25!
et mandata tua dilexi
167 custodivit anima mea testimonia

RFI LWSKΦ cr

134 et] ut W c | 143 angustiae RLW | mandata + autem I | mea + est I c | 144 aeternum + et I | 145 corde + meo R c | 146 te RFLr.𝔊] ad te *cet.* | et] ut RW c | 147 clamaui + quia c | 148 ad diluculum RFILr.𝔊] ad te diluculum Φ; ad te diluculo *cet.* | 149 domine + et c | 150 iniquitate FWSKr] in iniquitate L.; iniquitatem RΦ; iniquitati I c | 156 iudicia tua FLr *He*] iudicium tuum *cet.* | 160 et *om.* c | 161 formidabit RIS | 164 in diem FL. |

133 gressus meos firma in sermone tuo et non des potestatem in me universae iniquitati
134 redime me a calumnia hominis et custodiam praecepta tua
135 vultum tuum ostende servo tuo et doce me praecepta tua
136 rivi aquarum fluebant de oculis meis quia non custodierunt legem tuam

SADE

137 Iustus es Domine et rectum iudicium tuum
138 praecepisti iustitiam testimonii tui et veritatem nimis
139 consumpsit me zelus meus quia obliti sunt verborum tuorum hostes mei
140 probatus sermo tuus nimis et servus tuus dilexit illum
141 parvulus ego sum et contemptibilis sed praecepta tua non sum oblitus
142 iustitia tua iustitia sempiterna et lex tua veritas
143 tribulatio et angustia invenerunt me mandata tua voluntas mea
144 iusta testimonia tua semper doce me et vivam

COPH

145 Clamavi in toto corde exaudi me Domine praecepta tua custodiam
146 invocavi te salvum me fac et custodiam testimonia tua
147 surgebam adhuc in tenebris et clamabam verbum tuum expectans
148 praeveniebant oculi mei vigilias ut meditarer in sermonibus tuis
149 vocem meam audi iuxta misericordiam tuam Domine secundum iudicium tuum vivifica me
150 adpropinquaverunt persecutores mei sceleri et a lege tua procul facti sunt
151 prope es tu Domine et omnia mandata tua veritas
152 a principio novi de testimoniis tuis quod in aeternum fundaveris ea

RES

153 Vide adflictionem meam et eripe me quia legis tuae non sum oblitus
154 iudica causam meam et redime me sermone tuo vivifica me
155 longe ab impiis salus quia praecepta tua non quaesierunt
156 misericordiae tuae multae Domine iuxta iudicia tua vivifica me
157 multi qui persequuntur me et adfligunt me a testimoniis tuis non declinavi
158 vidi praevaricatores tuos et maerebam qui verbum tuum non custodierunt
159 vide quoniam praecepta tua dilexi Domine iuxta misericordiam tuam vivifica me
160 caput verborum tuorum veritas et sempiternum omne iudicium iustitiae tuae

SEN

161 Principes persecuti sunt me sine causa verba autem tua timuit cor meum
162 gaudens ego sum in eloquio tuo sicut qui invenit spolia multa
163 mendacium odio habui et detestatus sum legem autem tuam dilexi
164 septies in die laudavi te super iudiciis iustitiae tuae
165 pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum
166 expectavi salutare tuum Domine et mandata tua feci
167 custodivit anima mea testimonia

134 hominum FSL | 136 defluebant FΣL | 140 illud FK | 144 iusta] iuxta R | 145 corde + meo CΣAΘ | 149 exaudi R | 157 qui *om.* CΣAΘ | a] et IA. | 158 qui] quia FCΣΘ SLȿ |

RFCI ΣAKΘSL ȿs

97! tua et dilexi ea vehementer
168 servavi mandata tua et testimonia
tua quia omnes viae meae in conspectu tuo

THAV

169 Adpropinquet deprecatio mea in
conspectu tuo Domine iuxta eloquium tuum da mihi intellectum
170 intret postulatio mea in conspectu
tuo secundum eloquium tuum eripe me
70,23 171 eructabunt labia mea hymnum cum
docueris me iustificationes tuas
172 pronuntiabit lingua mea eloquium
tuum quia omnia mandata tua
aequitas
94! 173 fiat manus tua ut salvet me quoniam mandata tua elegi
Gn 49,18! 174 concupivi salutare tuum Domine
77! et lex tua meditatio mea
175 vivet anima mea et laudabit te et
iudicia tua adiuvabunt me
Is 53,6! 176 erravi sicut ovis quae periit quaere
servum tuum quia mandata tua
non sum oblitus

119 CANTICUM GRADUUM

17,7! 114,3.4; 117,5! Ad Dominum cum tribularer clamavi et exaudivit me
I Sm 1,10! Bar 3,1! Ion 2,3 Sir 51,31 2 Domine libera animam meam
a labiis iniquis a lingua dolosa
3 quid detur tibi et quid adponatur
tibi ad linguam dolosam
Is 5,28! 4 sagittae potentis acutae cum carbonibus desolatoriis
5 heu mihi quia incolatus meus prolongatus est
habitavi cum habitationibus Cedar
6 multum incola fuit anima mea
7 cum his qui oderant pacem eram
pacificus
cum loquebar illis inpugnabant me
gratis

120 CANTICUM GRADUUM

Levavi oculos meos in montes
unde veniet auxilium mihi
2 auxilium meum a Domino qui fecit 123,8
caelum et terram Gn 1,1!
3 non det in commotionem pedem tuum 65,9; 1 Sm 2,9; Prv 3,23
neque dormitet qui custodit te
4 ecce non dormitabit neque dormiet Is 5,27
qui custodit Israhel
5 Dominus custodit te Dominus protectio tua
super manum dexteram tuam
6 per diem sol non uret te neque luna Is 49,10!
per noctem
7 Dominus custodit te ab omni malo
custodiat animam tuam Dominus
8 Dominus custodiat introitum tuum Dt 28,6; IV Rg 19,27; Is 37,28
et exitum tuum
ex hoc nunc et usque in saeculum

121 CANTICUM GRADUUM HUIC DAVID

Laetatus sum in his quae dicta sunt
mihi
in domum Domini ibimus
2 stantes erant pedes nostri in atriis
tuis Hierusalem
3 Hierusalem quae aedificatur ut civitas
cuius participatio eius in id ipsum
4 illic enim ascenderunt tribus tribus
Domini testimonium Israhel
ad confitendum nomini Domini
5 quia illic sederunt sedes in iudicium
sedes super domum David
6 rogate quae ad pacem sunt Hierusalem Ier 15,5
et abundantia diligentibus te
7 fiat pax in virtute tua
et abundantia in turribus tuis
8 propter fratres meos et proximos 84,9; Est 10,3!
meos loquebar pacem de te
9 propter domum Domini Dei nostri
quaesivi bona tibi

122 CANTICUM GRADUUM

Ad te levavi oculos meos qui habitas

RFI LWSKΦ cr

167 dilexi FILr *He*] dilexit *cet.* | 172 pronuntiauit RLS | 174 mea + est IWc || **119**,2 a[2] FLr *He Su*] et I.; et a *cet.*, *cf. Su* | 3 et FL.] aut *cet.* | 5 habitationibus FLr., *cf.* 𝔊 *et He*] habitantibus *cet.* | 7 oderunt IWSKc || **120**,4 dormitauit RFS. | obdormiet RL.; dormitet F. || **121**,1 huic dauid *om.* IWSKc | 3 eius *om.* L | 4 illuc c | 5 in iudicium RILr. 𝔊] in iudicio *cet.* | 9 dei *om.* F ||

tua et dilexi ea nimis
168 custodivi praecepta tua et testimo-
nia tua quia omnes viae meae in
conspectu tuo

THAV

169 Ingrediatur laus mea coram te Do-
mine secundum verbum tuum doce
me
170 veniat deprecatio mea ante vultum
tuum secundum eloquium tuum
libera me
171 fundant labia mea hymnum doce-
bis enim me praecepta tua
172 loquetur lingua mea sermonem tu-
um quia omnia mandata tua iusta
173 sit manus tua auxiliatrix mea quia
praecepta tua elegi
174 desideravi salutare tuum Domine
et lex tua voluntas mea
175 vivet anima mea et laudabit te et
iudicia tua auxiliabuntur mihi
176 erravi quasi ovis perdita quaere ser-
vum tuum quia mandatorum tuo-
rum non sum oblitus

119 CANTICUM GRADUUM

Ad Dominum in tribulatione mea
clamavi et exaudivit me
2 Domine libera animam meam a labio
mendacii a lingua dolosa
3 quid detur tibi aut quid adponatur
tibi ad linguam dolosam
4 sagittae potentis acutae cum carbo-
nibus iuniperorum
5 heu mihi quia peregrinatio mea pro-
longata est
habitavi cum tabernaculis Cedar
6 multum peregrinata est anima mea
7 cum odientibus pacem
ego pacifica loquebar et illi bellantia

120 CANTICUM GRADUUM

Levavi oculos meos in montes unde
veniet auxilium meum
2 auxilium meum a Domino factore
caeli et terrae
3 non det in commotionem pedem tu-
um nec dormitet qui custodit te
4 ecce non dormitabit neque dormiet
qui custodiet Israhel
5 Dominus custodiet te Dominus pro-
tectio tua super manum dexteram
tuam
6 per diem sol non percutiet te neque
luna per noctem
7 Dominus custodiet te ab omni malo
custodiat animam tuam
8 Dominus custodiat exitum tuum et
introitum tuum amodo et usque in
aeternum

121 CANTICUM GRADUUM DAVID

Laetatus sum eo cuod dixerint mihi
in domum Domini ibimus
2 stantes erant pedes nostri in portis
tuis Hierusalem
3 Hierusalem quae aedificaris ut civi-
tas
cuius participatio eius simul
4 quia ibi ascenderunt tribus tribus
Domini
testimonium Israhel ad confitendum
nomini Domini
5 quia ibi sederunt sedes in iudicio se-
des domui David
6 rogate pacem Hierusalem sit bene
his qui diligunt te
7 sit pax in muris tuis abundantia in
domibus tuis
8 propter fratres meos et amicos meos
loquar pacem tibi
9 propter domum Domini Dei nostri
quaeram bona tibi

122 CANTICUM GRADUUM

Ad te levavi oculos meos qui habitas

RFCI ΣAKΘSL 𝔥s

167 dilexit RCΣKL𝔥 | 175 uiuit FL | laudauit F || **119** (𝔐 **120**), 1 exclamaui FL | 4 potentes RCIAK | 5 tabernaculis] habitantibus C | 7 pacifice CΣ || **120** (𝔐 **121**), 1 meum FΣs𝔐] mihi *cet.* | 2 factorem RCL; factores A. | 3 in commotione CIAKΘ | 4 dormitauit RFΘ | custodiet RFSs.] custodit *cet.* | 5 custodit CΣK | 8 aeternum] saeculum C || **121** (𝔐 **122**), 1 dixerunt RC | in domo C | 3 aedificatur IAK | 8 loquebar CΣΘS | 9 quaerebam CΣ; inquiram Θ ||

in caelo
144,15 2 ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum
sicut oculi ancillae in manibus dominae eius
ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum
donec misereatur nostri
3 miserere nostri Domine miserere nostri
quia multum repleti sumus despectione
4 quia multum repleta est anima nostra
obprobrium abundantibus et despectio superbis

123 CANTICUM GRADUUM HUIC DAVID
93,17 Nisi quia Dominus erat in nobis dicat nunc Israhel
2 nisi quia Dominus erat in nobis
Lam 2,16! cum exsurgerent in nos homines
3 forte vivos degluttissent nos
cum irasceretur furor eorum in nos
68,3; Lam 3,54! 4 forsitan aqua absorbuisset nos
5 torrentem pertransivit anima nostra
forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem
6 benedictus Dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum
90,3! Prv 6,5 7 anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium
laqueus contritus est et nos liberati sumus
120,2! 8 adiutorium nostrum in nomine Domini
qui fecit caelum et terram

124 CANTICUM GRADUUM
Qui confidunt in Domino sicut mons Sion
non commovebitur in aeternum
qui habitat 2 in Hierusalem
montes in circuitu eius et Dominus in circuitu populi sui
ex hoc nunc et usque in saeculum
3 quia non relinquet virgam peccatorum super sortem iustorum Is 14,5.6
ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas
4 benefac Domine bonis et rectis corde
5 declinantes autem in obligationes
adducet Dominus cum operantibus iniquitatem
pax super Israhel 127,6; Gal 6,16

125 CANTICUM GRADUUM
In convertendo Dominum captivitatem Sion 4; 84,2
facti sumus sicut consolati 13,7; 52,7
2 tunc repletum est gaudio os nostrum 62,6!
et lingua nostra exultatione
tunc dicent inter gentes
magnificavit Dominus facere cum eis
3 magnificavit Dominus facere nobiscum Lc 1,49; Ioel 2,21
facti sumus laetantes
4 converte Domine captivitatem nostram 1!
sicut torrens in austro
5 qui seminant in lacrimis in exultatione metent
6 euntes ibant et flebant portantes semina sua
venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos

126 CANTICUM GRADUUM SALOMONIS
Nisi Dominus aedificaverit domum
in vanum laboraverunt qui aedificant eam
nisi Dominus custodierit civitatem
frustra vigilavit qui custodit
2 vanum est vobis ante lucem surgere
surgere postquam sederitis
qui manducatis panem doloris
cum dederit dilectis suis somnum
3 ecce hereditas Domini filii mercis fructus ventris
4 sicut sagittae in manu potentis ita

RFI LWSKΦ cr **122**,1 in caelis WSKΦc | 2 eius RFLr.] suae *cet.* || **123**,1 huic dauid *om.* IWKc | 2 ~ homines in nos ILWSKΦc | 4 obsorbuisset I | 6 in captione I || **124**,3 relinquet + dominus Wc || **125**,1 dominum RLr. 𝔊] dominus *cet.* | 4 conuertere R | 6 portantes[1]] mittentes c | in] cum c || **126**,1 salomonis *om.* IWSK | uigilauit FLr. 𝔊] uigilabit RI.; uigilat *cet.* | custodit + eam IWSKΦc | 2 surgere[2]] surgite c |

in caelis
2 ecce sicut oculi servorum ad manum dominorum suorum
sicut oculi ancillae ad manum dominae suae
sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri
3 miserere nostri Domine miserere nostri quoniam multum repleti sumus despectione
4 multum repleta est anima nostra obprobrii abundantium et despectionis superborum

123 CANTICUM GRADUUM DAVID

Nisi Dominus fuisset in nobis dicat nunc Israhel
2 nisi Dominus fuisset in nobis
cum exsurgerent super nos homines
3 forsitan vivos absorbuissent nos
cum irasceretur furor eorum super nos
4 forsitan aquae circumdedissent nos
5 torrens transisset super animam nostram
forsitan transissent super animam nostram aquae superbae
6 benedictus Dominus qui non dedit nos in praedam dentibus eorum
7 anima nostra quasi avis erepta est de laqueo venantium
laqueus contritus est et nos liberati sumus
8 auxilium nostrum in nomine Domini qui fecit caelum et terram

124 CANTICUM GRADUUM

Qui confidunt in Domino quasi mons Sion inmobilis in aeternum habitabilis
2 Hierusalem montes in circuitu eius
et Dominus in circuitu populi sui amodo et usque in aeternum
3 quia non requiescet virga impietatis super sortem iustorum
ut non mittant iusti in iniquitatem manus suas
4 benefac Domine bonis et rectis corde
5 qui autem declinant ad pravitates suas
deducet eos Dominus cum his qui operantur iniquitatem pax super Israhel

125 CANTICUM GRADUUM

Cum converteret Dominus captivitatem Sion facti sumus quasi somniantes
2 tunc implebitur risu os nostrum et lingua nostra laude
tunc dicent in gentibus magnificavit Dominus facere eum istis
3 magnificavit Dominus facere nobiscum facti sumus laetantes
4 converte Domine captivitatem nostram sicut rivum in austro
5 qui seminant in lacrimis in exultatione metent
6 qui ambulans ibat et flebat portans ad seminandum sementem
veniens veniet in exultatione portans manipulos suos

126 CANTICUM GRADUUM SALOMONIS

Nisi Dominus aedificaverit domum in vanum laboraverunt qui aedificant eam
nisi Dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam
2 frustra vobis est de mane consurgere postquam sederitis qui manducatis panem idolorum
sic dabit diligentibus se somnum
3 ecce hereditas Domini filii mercis fructus ventris
4 sicut sagittae in manu potentis ita

122(𝔐 **123**),2 ad manus[1] FΣ | 4 obprobrium RIAKS; obprobrio ΣΘ 𝔥 | dispectiones L; dispectio R; despectione ΣΘS 𝔥 || **123**(𝔐 **124**),1 dauid *om.* CΣS | 3 obsorbuissent AKΘ L 𝔥 | 5 torrentem IK. | transisset[2] IAKS | superbiae RFKΘ || **124**(𝔐 **125**),2 et[2] *om.* IAK. | aeternum] sempiternum C | 3 in iniquitate F; in iniquitates R.; iniquitatem AK || **125**(𝔐 **126**),6 portantes[1] R || **126**(𝔐 **127**),2 idolorum C𝔰] doloris Θ; dolorum *cet.* | somnium CIΘ; sonum F. |

RFCI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

filii excussorum
[5]beatus vir qui implebit desiderium suum ex ipsis
non confundentur cum loquentur inimicis suis in porta

127 CANTICUM GRADUUM

118,11 Beati omnes qui timent Dominum
qui ambulant in viis eius
Is 3,10 [2]labores manuum tuarum ※quia: manducabis
beatus es et bene tibi erit
Ez 19,10 [3]uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae
143,12 filii tui sicut novella olivarum in circuitu mensae tuae
[4]ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum
133,3 [5]benedicat te Dominus ex Sion
et videas bona Hierusalem
omnibus diebus vitae tuae
Iob 42,16! [6]et videas filios filiorum tuorum
124,5! pax super Israhel

128 CANTICUM GRADUUM

Saepe expugnaverunt me a iuventute mea
dicat nunc Israhel
[2]saepe expugnaverunt me a iuventute mea
etenim non potuerunt mihi
65,11 [3]supra dorsum meum fabricabantur peccatores
prolongaverunt iniquitatem suam
[4]Dominus iustus concidet cervices peccatorum
[5]confundantur et convertantur retrorsum
omnes qui oderunt Sion
36,2! Is 37,27; IV Rg 19,26 [6]fiant sicut faenum tectorum
quod priusquam evellatur exaruit
[7]de quo non implevit manum suam qui metit
et sinum suum qui manipulos colligit
[8]et non dixerunt qui praeteribant
benedictio Domini super vos
benediximus vobis in nomine Domini 117,26

129 CANTICUM GRADUUM

De profundis clamavi ad te Domine Lam 3,55; Ion 2,3
[2]Domine exaudi vocem meam
fiant aures tuae intendentes in vocem deprecationis meae II Esr 1,6!
[3]si iniquitates observabis Domine 142,2!
Domine quis sustinebit
[4]quia apud te propitiatio est Dn 9,9
propter legem tuam sustinui te Domine
sustinuit anima mea in verbum eius
[5]speravit anima mea in Domino 111,7!
[6]a custodia matutina usque ad noctem speret Israhel in Domino 130,3
[7]quia apud Dominum misericordia
et copiosa apud eum redemptio
[8]et ipse redimet Israhel ex omnibus iniquitatibus eius 24,22!

130 CANTICUM GRADUUM DAVID

Domine non est exaltatum cor meum
neque elati sunt oculi mei Sir 23,5
neque ambulavi in magnis Sir 3,22!
neque in mirabilibus super me
[2]si non humiliter sentiebam
sed exaltavi animam meam
sicut ablactatum super matrem suam
ita retributio in anima mea
[3]speret Israhel in Domino 129,6
ex hoc nunc et usque in saeculum

131 CANTICUM GRADUUM

Memento Domine David et omnis mansuetudinis eius II Par 6,42
[2]sicut iuravit Domino votum vovit Deo Iacob
[3]si introiero in tabernaculum domus meae
si ascendero in lectum strati mei

RFI LWSKΦ cr 5 impleuit LKΦc *Su* | confundetur cum loquetur c || **127**,2 quia] qui I | 3 nouellae c | 5 te] tibi WSKc | 6 pacem IWSKΦc || **128**,3 fabricabant R.; fabricabunt L.; fabricauerunt WSKc | 4 concidit IWc | 7 impleuit RLc𝔊] implebit *cet.* || **129**,3 obseruaberis RW.; obseruaueris c | 4 est + et RΦc | in uerbo c | 6 in domino *om.* RI. | 8 redemet I; redemit R || **130**,1 dauid FLcr] huic dauid KΦ; *om. cet.* | 2 ablactatus Φ; ablactatus est c | super matre sua RLSKΦc || **131**,3 stratus I |

filii iuventutis
5 beatus vir qui implevit faretram su-
am ex ipsis
non confundentur cum loquentur
inimicis in porta

127 CANTICUM GRADUUM
Beatus omnis qui timet Dominum
qui ambulat in viis eius
2 laborem manuum tuarum cum com-
ederis beatus tu et bene tibi erit
3 uxor tua sicut vitis fructifera in pene-
trabilibus domus tuae
filii tui sicut germina olivarum in
circuitu mensae tuae
4 ecce sic benedicetur viro qui timet
Dominum
5 benedicat tibi Dominus ex Sion et
videas bona Hierusalem omnibus
diebus vitae tuae
6 et videas filios filiorum tuorum pa-
cem super Israhel

128 CANTICUM GRADUUM
Saepe expugnaverunt me ab adules-
centia mea dicat nunc Israhel
2 saepe expugnaverunt me ab adules-
centia mea sed non potuerunt mihi
3 super cervicem meam arabant aran-
tes prolongaverunt sulcum suum
4 Dominus iustus concidet laqueos
impiorum
5 confundantur et revertantur retror-
sum omnes qui oderunt Sion
6 fiant sicut faenum tectorum quod
statim ut viruerit arescet
7 de quo non implebit manum suam
messor et sinum suum manipulos
faciens
8 de quo non dixerunt transeuntes
benedictio Domini super vos
benediximus vobis in nomine Do-
mini

129 CANTICUM GRADUUM
De profundis clamavi ad te Domine
2 Domine exaudi vocem meam
fiant aures tuae intendentes ad vo-
cem deprecationis meae
3 si iniquitates observabis Domine Do-
mine quis sustinebit
4 quia tecum est propitiatio cum terri-
bilis sis
sustinui Dominum sustinuit anima
mea et verbum eius expectavi
5 anima mea ad Dominum 6 a vigilia
matutina usque ad vigiliam matu-
tinam
expectet Israhel Dominum 7 quia
apud Dominum misericordia et
multa apud eum redemptio
8 et ipse redimet Israhel ex omnibus
iniquitatibus eius

130 CANTICUM GRADUUM
Domine non est exaltatum cor me-
um neque elati sunt oculi mei
et non ambulavi in magnis et in mi-
rabilibus super me
2 si non proposui et silere feci animam
meam
sicut ablactatus ad matrem suam ita
ablactata ad me anima mea
3 expecta Israhel Dominum amodo et
usque in aeternum

131 CANTICUM GRADUUM
Memento Domine David et omnis
adflictionis eius
2 qui iuravit Domino votum vovit Deo
Iacob
3 si intravero in tabernaculum domus
meae
si adsedero super lectum straminis
mei

4 iuuentatis RF𝔰. | 5 implebit FAL | inimicis + suis CΘS || **127**(𝔐 **128**),1 [*deest* C *usque ad* 150,6] | beati omnes RKS | timent KS | 3 penetralibus F || **128**(𝔐 **129**),4 concidit RΘ | 5 reuertantur 𝔥𝔰, *cf.* 𝔐] reuereantur *cet.* | 6 arescit ΣΛΚΘL𝔥 | 7 impleuit RΘ || **129**(𝔐 **130**),3 obseruaueris F; obseruaberis ΣΘ || **130**(𝔐 **131**),1 graduum + dauid ΣΘ𝔥 | 2 ad[1]] a F; super ΘL | 3 et *om.* IΣ ||

RF(C)I ΣΛΚΘSL 𝔥𝔰

Prv 6,4 [4]si dedero somnum oculis meis
et palpebris meis dormitationem
[5]et requiem temporibus meis
Act 7,46 donec inveniam locum Domino tabernaculum Deo Iacob
[6]ecce audivimus eam in Efrata
invenimus eam in campis silvae
[7]introibimus in tabernacula eius
5,8; Is 60,13 adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius
8—10: II Par 6,41.42! [8]surge Domine in requiem tuam
tu et arca sanctificationis tuae
16: Is 61,10! [9]sacerdotes tui induentur iustitia
et sancti tui exultabunt
[10]propter David servum tuum
83,10 non avertas faciem christi tui
88,4.5! 109,4; Act 2,30 [11]iuravit Dominus David veritatem et non frustrabit eum
de fructu ventris tui ponam super sedem tuam
III Rg 8,25! [12]si custodierint filii tui testamentum meum
et testimonia mea haec quae docebo eos
et filii eorum usque in saeculum sedebunt super sedem tuam
77,68 [13]quoniam elegit Dominus Sion
67,17! elegit eam in habitationem sibi
Is 28,12 [14]haec requies mea in saeculum saeculi
hic habitabo quoniam elegi eam
[15]viduam eius benedicens benedicam
pauperes eius saturabo panibus
9: II Par 6,41; Is 61,10! [16]sacerdotes eius induam salutari
et sancti eius exultatione exultabunt
I Sm 2,10; Ez 29,21; Lc 1,69 [17]illic producam cornu David
paravi lucernam christo meo
70,13! Iob 8,22 [18]inimicos eius induam confusione
super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea

132 CANTICUM GRADUUM DAVID

Sir 25,1.2 Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum
[2]sicut unguentum in capite
quod descendit in barbam barbam Aaron
quod descendit in ora vestimenti eius
[3]sicut ros Hermon qui descendit in montes Sion
quoniam illic mandavit Dominus benedictionem
et vitam usque in saeculum

133 CANTICUM GRADUUM

Ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini 112,1; 134,1.2; Dn 3,85; Apc 19,5
qui statis in domo Domini ÷ in atriis domus Dei nostri :
[2]in noctibus extollite manus vestras in sancta 27,2! 140,2; Sir 50,22
et benedicite Domino
[3]benedicat te Dominus ex Sion 113,23! 127,5
qui fecit caelum et terram Gn 1,1! III Esr 6,13

134 ALLELUIA

Laudate nomen Domini 112,1
laudate servi Dominum 133,1!
[2]qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri
[3]laudate Dominum quia bonus Dominus 53,8! 105,1!
psallite nomini eius quoniam suave
[4]quoniam Iacob elegit sibi Dominus Is 41,8!
Israhel in possessionem sibi
[5]quia ego cognovi quod magnus est Dominus 94,3! Ex 18,11!
et Deus noster prae omnibus diis
[6]omnia quae voluit Dominus fecit 113,11! Iob 23,13!
in caelo et in terra in mare et in omnibus abyssis
[7]educens nubes ab extremo terrae Ier 10,13; 51,16
fulgora in pluviam fecit
qui producit ventos de thesauris suis
[8]qui percussit primogenita Aegypti 77,51! Ex 11,5!
ab homine usque ad pecus

RFI (L)WSKΦ cr

4 [*deest* L *usque ad v.* 11] | 6 eam[1]] ea FΦ | eam[2]] ea F | 7 introiuimus FIW | tabernaculum c | adorauimus FIW | 9 induantur FSKΦc | iustitiam Φc | exultent WSKΦc | 11 frustrauit FKΦ.; frustrabitur IWc | eam c. | [*iterum adest* L] | 17 illuc c; illi R. | 18 confusionem RL. || **132**,1 dauid] *praem.* huic Φ; *om.* IWSK | 2 in oram LSc | 3 qui] quod FW | in montes FLr.𝔊] in monte I; in montem *cet.* || **133**,1 domino[1] IW | 2 dominum FLKΦc || **134**,6 quae] quaecumque WSKΦc | et[1] *om.* c. |

4 si dedero somnum oculis meis et palpebris dormitationem
5 donec inveniam locum Domino tabernacula Deo Iacob
6 ecce audivimus illum in Ephrata invenimus illum in regione saltus
7 intremus in tabernacula eius adoremus scabillum pedum eius
8 surge Domine in requiem tuam tu et arca fortitudinis tuae
9 sacerdotes tui induantur iustitia et sancti tui laudent
10 propter David servum tuum ne avertas faciem christi tui
11 iuravit Dominus David veritatem non avertetur ab ea
de fructu ventris tui ponam super sedem tuam
12 si custodierint filii tui pactum meum et testificationem meam quam docuero eos
et filii eorum usque in aeternum sedebunt super thronum tuum
13 quia elegit Dominus Sion desideravit eam in habitaculum suum
14 haec est requies mea in sempiternum hic habitabo quia desideravi eam
15 venationem eius benedicens benedicam
pauperes eius saturabo pane
16 sacerdotes eius induam salutari
et sancti eius laude laudabunt
17 ibi oriri faciam cornu David
paravi lucernam christo meo
18 inimicos eius induam confusione
super ipsum autem florebit sanctificatio eius

132 CANTICUM GRADUUM DAVID

Ecce quam bonum et quam decorum habitare fratres in uno
2 sicut unguentum optimum in capite quod descendit in barbam barbam Aaron
quod descendit super oram vestimentorum eius
3 sicut ros Hermon qui descendit super montana Sion
quoniam ibi mandavit Dominus benedictionem vitam usque in aeternum

133 CANTICUM GRADUUM

Ecce benedicite Domino omnes servi Domini qui statis in domo Domini
2 in noctibus levate manus vestras ad sanctum et benedicite Domino
3 benedicat tibi Dominus ex Sion factor caeli et terrae

134 ALLELUIA

Laudate nomen Domini laudate servi Dominum
2 qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri
3 laudate Dominum quoniam bonus Dominus
cantate nomini eius quoniam decens
4 quia Iacob elegit sibi Dominus Israhel in peculium suum Mal 3,17!
5 quia ego scio quod magnus Dominus
et Dominus noster prae omnibus diis
6 omnia quae voluit Dominus fecit
in caelo et in terra in mari et in cunctis abyssis
7 levans nubes de summitatibus terrae
fulgura in pluviam fecit
educens ventos de thesauris suis
8 qui percussit primitiva Aegypti ab homine usque ad pecus

RFI ΣAKΘSL ƕs

131 (𝔐 **132**), 4 palpebris + meis IΣAKΘSLƕ | 9 induant IAK. | 11 ueritate F | auertatur RS. | 13 quia] quoniam I | suum] sibi IAK | 14 est *om.* IA | habitaui IAK.; inhabitabo Θ. | quia] quoniam FΘL | 18 sanctificatio mea IAKS; diadema meum Θ || **132** (𝔐 **133**), 1 in uno RFs] uno IA.; una K.; in unum *cet.* | 2 super ora FΣKΘL | 3 qui] quod FΣΘL || **133** (𝔐 **134**), 1 dominum[1] FL ||

Dt 11,3! [9]emisit signa et prodigia in medio tui Aegypte
in Pharaonem et in omnes servos eius
Dt 1,4! 10—12: 135,17–22 [10]qui percussit gentes multas et occidit reges fortes
11.12: Nm 21,33.34! II Esr 9,22 [11]Seon regem Amorreorum et Og regem Basan
et omnia regna Chanaan
[12]et dedit terram eorum hereditatem
hereditatem Israhel populo suo
Ex 3,15! [13]Domine nomen tuum in aeternum
101,13 Domine memoriale tuum in generationem et generationem
71,2! Dt 32,36! Sir 45,31; Hbr 10,30 [14]quia iudicabit Dominus populum suum
et in servis suis deprecabitur
15—17: Dt 4,28 15—20: 113,12–19 [15]simulacra gentium argentum et aurum
opera manuum hominum
[16]os habent et non loquentur
Sap 15,15 oculos habent et non videbunt
[17]aures habent et non audient
Bar 6,24 neque enim est spiritus in ore eorum
[18]similes illis fiant qui faciunt ea
et omnes qui sperant in eis
19.20: 117,2–4; Dn 3,83–86 [19]domus Israhel benedicite Domino
domus Aaron benedicite Domino
[20]domus Levi benedicite Domino
qui timetis Dominum benedicite Domino
[21]benedictus Dominus ex Sion
qui habitat in Hierusalem

135 ALLELUIA

105,1! Confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in aeternum misericordia eius
2.3: 26 [2]confitemini Deo deorum
quoniam in aeternum misericordia eius
[3]confitemini Domino dominorum
quoniam in aeternum misericordia eius
[4]qui facit mirabilia magna solus 71,18! Sir 11,4
quoniam in aeternum misericordia eius
[5]qui fecit caelos in intellectu Prv 3,19; Ier 10,12; 51,15
quoniam in aeternum misericordia eius
[6]qui firmavit terram super aquas 23,2: IV Esr 16,59
quoniam in aeternum misericordia eius
[7]qui fecit luminaria magna 7—9: Gn 1,16; Ier 31,35
quoniam in aeternum misericordia eius
[8]solem in potestatem diei
quoniam in aeternum misericordia eius
[9]lunam et stellas in potestatem noctis
quoniam in aeternum misericordia eius
[10]qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum Ex 11,5!
quoniam in aeternum misericordia eius
[11]qui eduxit Israhel de medio eorum Dt 26,8!
quoniam in aeternum misericordia eius
[12]in manu potenti et brachio excelso
quoniam in aeternum misericordia eius
[13]qui divisit Rubrum mare in divisiones Ex 14,21.22!
quoniam in aeternum misericordia eius
[14]et duxit Israhel per medium eius
quoniam in aeternum misericordia eius
[15]et excussit Pharaonem et virtutem eius in mari Rubro Ex 14,27! 15,4!
quoniam in aeternum misericordia eius
[16]qui transduxit populum suum in deserto Ex 13,18
quoniam in aeternum misericordia eius

RFI LWSKΦ cr 9 emisit] et misit Rc | aegypti RI | 12 terra F | 14 iudicauit RFL. | 17 audient + nares habent et non odorabunt manus habent et non palpabunt pedes habent et non ambulabunt non clamabunt in gutture suo RL. | eorum] ipsorum IWSKc | 18 sperant RFILr.] confidunt *cet.* | 19 domino[1]] dominum FSΦ || **135**,4 fecit I | 5 in intellectum FL. | 13 ~ mare rubrum RWSKΦc | 14 et eduxit WSKΦc | 16 per desertum c |

9 misit signa et portenta in medio tui Aegypte
in Pharao et in cunctos servos eius
10 qui percussit gentes multas et occidit reges fortes
11 Seon regem Amorreorum et Og regem Basan et omnia regna Chanaan
12 et dedit terram eorum hereditatem
hereditatem Israhel populo suo
13 Domine nomen tuum in aeternum
Domine memoriale tuum in generatione et generatione
14 quia iudicabit Dominus populum suum
et in servos suos erit placabilis
15 idola gentium argentum et aurum opera manuum hominum
16 os habent et non loquentur oculos habent et non videbunt
17 aures habent et non audient
sed nec spiritus in ore eorum
18 similes illis fiant qui faciunt ea omnis qui confidit in eis
19 domus Israhel benedicite Domino
domus Aaron benedicite Domino
20 domus Levi benedicite Domino
timentes Dominum benedicite Domino
21 benedictus Dominus ex Sion qui habitat in Hierusalem

ALLELUIA

135 Confitemini Domino quoniam bonus
quoniam in aeternum misericordia eius
2 confitemini Deo deorum
quoniam in aeternum misericordia eius
3 confitemini Domino dominorum
quoniam in aeternum misericordia eius
4 qui facit mirabilia magna solus
quoniam in aeternum misericordia eius
5 qui fecit caelos in sapientia
quoniam in aeternum misericordia eius
6 qui firmavit terram super aquas
quoniam in aeternum misericordia eius
7 qui fecit luminaria magna
quoniam in aeternum misericordia eius
8 solem in potestatem diei
quoniam in aeternum misericordia eius
9 lunam et stellas in potestatem noctis
quoniam in aeternum misericordia eius
10 qui percussit Aegyptum cum primitivis suis
quoniam in aeternum misericordia eius
11 et eduxit Israhel de medio eorum
quoniam in aeternum misericordia eius
12 in manu valida et in brachio extento
quoniam in aeternum misericordia eius
13 qui divisit mare Rubrum in divisiones
quoniam in aeternum misericordia eius
14 et eduxit Israhel in medio eius
quoniam in aeternum misericordia eius
15 et convolvit Pharao et exercitum eius in mari Rubro
quoniam in aeternum misericordia eius
16 qui duxit populum suum per desertum
quoniam in aeternum misericordia eius

134(𝔐 **135**),9 emisit IAK. | 13 in generationem FAL. | et generationem FIAΘL | 14 iudicauit FK | 18 omnes qui confidunt RIAKS | 19 dominum1.2 F | 20 [*deest* I *usque ad* 135,25] | dominum1 F | 21 alleluia R𝔰𝔐] *om.* A; *ad initium ps. seq. trahunt cet.* || **135**(𝔐 **136**),5 facit RL | 9 in potestate R | 12 in2 FS𝔥𝔰𝔐] *om. cet.* | 16 eduxit FΣSL𝔥; perduxit Θ |

RF(I) ΣAKΘSL 𝔥𝔰

IV Esr 1,10 17 qui percussit reges magnos
17—20: Dt 1,4! 17—22: 134,10–12 quoniam in aeternum misericordia
eius
18 et occidit reges fortes
quoniam in aeternum misericordia
eius
19—22: Nm 21,33.34! II Esr 9,22 19 Seon regem Amorreorum
quoniam in aeternum misericordia
eius
20 et Og regem Basan
quoniam in aeternum misericordia
eius
21 et dedit terram eorum hereditatem
quoniam in aeternum misericordia
eius
22 hereditatem Israhel servo suo
quoniam in aeternum misericordia
eius
23 quia in humilitate nostra memor fuit
nostri
quoniam in aeternum misericordia
eius
24 et redemit nos ab inimicis nostris
quoniam in aeternum misericordia
eius
Iob 36,31 25 qui dat escam omni carni
quoniam in aeternum misericordia
eius
2.3 26 confitemini Deo caeli
quoniam in aeternum misericordia
eius
confitemini Domino dominorum
quoniam in aeternum misericordia
eius

136 DAVID HIEREMIAE

Super flumina Babylonis
illic sedimus et flevimus
cum recordaremur Sion
2 in salicibus in medio eius suspendi-
mus organa nostra
3 quia illic interrogaverunt nos qui
captivos duxerunt nos verba can-
tionum
et qui abduxerunt nos hymnum
cantate nobis de canticis Sion
4 quomodo cantabimus canticum Do-
mini in terra aliena
5 si oblitus fuero tui Hierusalem
oblivioni detur dextera mea
6 adhereat lingua mea faucibus meis 21,16; Iob 29,10; Ez 3,26
si non meminero tui
si non praeposuero Hierusalem
in principio laetitiae meae
7 memor esto Domine filiorum Edom Abd 11!
diem Hierusalem
qui dicunt exinanite exinanite usque
ad fundamentum in ea
8 filia Babylonis misera
beatus qui retribuet tibi retributio- 27,4!
nem tuam quam retribuisti nobis
9 beatus qui tenebit et adlidet parvulos Is 13,16! Os 14,1; Na 3,10; Lc 19,44
tuos ad petram

137 IPSI DAVID

Confitebor tibi Domine in toto corde 85,12! 117,28!
meo
quoniam audisti verba oris mei
in conspectu angelorum psallam tibi
2 adorabo ad templum sanctum tuum 5,8!
et confitebor nomini tuo
super misericordia tua et veritate tua
quoniam magnificasti super omne
nomen sanctum tuum
3 in quacumque die invocavero te ex-
audi me
multiplicabis me in anima mea vir-
tute
4 confiteantur tibi Domine omnes re- 67,33!
ges terrae
quia audierunt omnia verba oris tui
5 et cantent in viis Domini
quoniam magna gloria Domini
6 quoniam excelsus Dominus et hu- 112,5.6!
milia respicit
et alta a longe cognoscit

RF(I) LWSKΦ cr 23 in humilitatem nostram F | 26 [*deest* I *usque ad* 137,2] || 136,1 dauid RFSr] psalmus dauid c; dauid psalmus ILKΦ; ipsi dauid lamentatio W. | hieremiae *om.* I | flebimus FS | 4 cantauimus F | 6 proposuero Wc | 7 diem RFLr. 𝔊] in diem WΦ; in die SKc | 8 tuam *om.* F || 137,1 mei + et RLKΦ | 2 [*iterum adest* I] | super[1]] supra FL. | 3 me[2] FLr. 𝔊] *om. cet.* | uirtute RLr, *cf.* 𝔊] uirtutem *cet.* | 4 quia] qui RW | 5 magna + est c |

17 qui percussit reges magnos
quoniam in aeternum misericordia eius
18 et occidit reges magnificos
quoniam in aeternum misericordia eius
19 Seon regem Amorreorum
quoniam in aeternum misericordia eius
20 et Og regem Basan
quoniam in aeternum misericordia eius
21 et dedit terram eorum in hereditatem
quoniam in aeternum misericordia eius
22 hereditatem Israhel servo suo
quoniam in aeternum misericordia eius
23 quia in humilitate nostra memor fuit nostri
quoniam in aeternum misericordia eius
24 et redemit nos de hostibus nostris
quoniam in aeternum misericordia eius
25 qui dat panem omni carni
quoniam in aeternum misericordia eius
26 confitemini Deo caeli
quoniam in aeternum misericordia eius

136 Super flumina Babylonis ibi sedimus et flevimus cum recordaremur Sion
2 super salices in medio eius suspendimus citharas nostras
3 quoniam ibi interrogaverunt nos qui captivos duxerunt nos verba carminis
et qui adfligebant nos laeti canite nobis de canticis Sion
4 quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena
5 si oblitus fuero tui Hierusalem
in oblivione sit dextera mea
6 adhereat lingua mea gutturi meo si non recordatus fuero tui
si non praeposuero Hierusalem in principio laetitiae meae
7 memento Domine filiorum Edom in diem Hierusalem
dicentium evacuate evacuate usque ad fundamentum eius
8 filia Babylon vastata
beatus qui retribuet tibi vicissitudinem tuam quam retribuisti nobis
9 beatus qui tenebit et adlidet parvulos tuos ad petram

137 DAVID
Confitebor tibi in toto corde meo
in conspectu deorum cantabo tibi
2 adorabo in templo sancto tuo et confitebor nomini tuo
super misericordia tua et super veritate tua
quia magnificasti super omne nomen tuum eloquium tuum
3 in die invocabo et exaudies me
dilatabis animae meae fortitudinem
4 confiteantur tibi Domine omnes reges terrae
quoniam audierunt eloquia oris tui
5 et cantent in viis Domini quoniam magna gloria Domini
6 quoniam excelsus Dominus et humilem respicit
et excelsa de longe cognoscit

RF(I) ΣAKΘSL 𝔥𝔰

21 *tot. v. om.* AK. | in[1] 𝔰, *cf.* 𝔐] *om. cet.* | 26 [*iterum adest* I] || **136** (𝔐 137), 3 quoniam] quia FL | cantate FL | 4 cantauimus F | 5 in obliuionem R | 6 proposuero FIΣAΘŁ | 7 in diebus Σ.; in die AKΘS𝔥 | 8 babylonis ΣAΘ𝔥 || **137** (𝔐 138), 1 tibi[1] R𝔰𝔐] tibi domine *cet.* | 2 super[2] *om.* IAKS | tuum[1] RFL𝔰𝔐] sanctum tuum Θ.; *om. cet.* | 6 humilem FL𝔰𝔐] humilia *cet.* |

22,4 7 si ambulavero in medio tribulationis
vivificabis me
super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam
117,16 et salvum me fecit dextera tua
8 Dominus retribuet propter me
Domine misericordia tua in saeculum
Iob 14,15 opera manuum tuarum ne dispicias

138 IN FINEM DAVID PSALMUS

Ier 12,3! 2 Domine probasti me et cognovisti me
Lam 3,63 tu cognovisti sessionem meam et surrectionem meam
93,11! 3 intellexisti cogitationes meas de longe
Iob 13,27! semitam meam et funiculum meum investigasti
IV Rg 19,27 4 et omnes vias meas praevidisti
quia non est sermo in lingua mea
Sir 23,29 5 ecce Domine tu cognovisti omnia novissima et antiqua
tu formasti me et posuisti super me manum tuam
6 mirabilis facta est scientia tua ex me
confortata est non potero ad eam
7 quo ibo ab spiritu tuo et quo a facie tua fugiam
Ier 23,24 8—10: Am 9,2 8 si ascendero in caelum tu illic es
si descendero ad infernum ades
9 si sumpsero pinnas meas diluculo
et habitavero in extremis maris
10 etenim illuc manus tua deducet me
et tenebit me dextera tua
Iob 24,17! 11 et dixi forsitan tenebrae conculcabunt me
et nox inluminatio in deliciis meis
Dn 2,22! 12 quia tenebrae non obscurabuntur a te
et nox sicut dies inluminabitur
sicut tenebrae eius ita et lumen eius
13 quia tu possedisti renes meos
suscepisti me de utero matris meae 70,6!
14 confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es 103,1; II Sm 7,22!
mirabilia opera tua et anima mea cognoscit nimis
15 non est occultatum os meum a te
quod fecisti in occulto
et substantia mea in inferioribus terrae
16 inperfectum meum viderunt oculi tui
et in libro tuo omnes scribentur Is 4,3! Dn 12,1!
die formabuntur et nemo in eis
17 mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus
nimis confirmati sunt principatus eorum
18 dinumerabo eos et super harenam multiplicabuntur
exsurrexi et adhuc sum tecum
19 si occideris Deus peccatores 25,9!
et viri sanguinum declinate a me 118,115!
20 quia dices in cogitatione
accipient in vanitate civitates tuas
21 nonne qui oderunt te Domine oderam
et super inimicos tuos tabescebam
22 perfecto odio oderam illos
inimici facti sunt mihi
23 proba me Deus et scito cor meum
interroga me et cognosce semitas meas Iob 23,10! Ier 6,27
24 et vide si via iniquitatis in me est
et deduc me in via aeterna

139 IN FINEM PSALMUS DAVID

2 Eripe me Domine ab homine malo 5; 17,49! 42,1; II Th 3,2!
a viro iniquo eripe me
3 qui cogitaverunt iniquitates in corde 55,6!
tota die constituebant proelia
4 acuerunt linguam suam sicut ser- 57,5

RFI LWSKΦ cr 7 me[1] + et Sc | 8 propter] pro IWSc || **138**,1 ~ psalmus dauid RIWKc | 2 surrectionem RLr. *He*] resurrectionem *cet.* | 5 tu[1] *om.* RL.; ~ tu domine I | 6 non FLr. 𝔊] et non *cet.* | 8 ad] in Rc | 11 inluminatio + mea c | 14 cognoscit RLcr𝔊] cognoscet *cet.* | 16 dies WSKc; dii RΦ. | 17 confirmati sunt FLr, *cf.* 𝔊] confortati sunt RW; confortatus est ISKΦc | 19 et FILr𝔐] *om. cet.* | 20 dices Fr. 𝔊] dicis RIL.; dicitis *cet.* | accipiant I | tuas] suas RIW | 22 illos + et Sc. || **139**,3 qui] quia I | 4 linguas suas Lc |

7 si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me
super furorem inimicorum meorum mittes manum tuam
et salvabit me dextera tua
8 Dominus operabitur pro me
Domine misericordia tua in aeternum
opera manuum tuarum ne dimittas

138 PRO VICTORIA DAVID CANTICUM
Domine investigasti me et cognovisti
2 tu cognovisti sessionem meam et surrectionem meam
3 intellexisti malum meum de longe
semitam meam et accubitionem meam eventilasti
4 et omnes vias meas intellexisti
quia non est eloquium in lingua mea
5 ecce Domine nosti omnia
retrorsum et ante formasti me et posuisti super me manum tuam
6 super me est scientia et excelsior est non potero ad eam
7 quo ibo ab spiritu tuo et quo a facie tua fugiam
8 si ascendero in caelum ibi es tu
si iacuero in inferno ades
9 si sumpsero pinnas diluculo habitavero in novissimo maris
10 etiam ibi manus tua deducet me et tenebit me dextera tua
11 si dixero forte tenebrae operient me
nox quoque lux erit circa me
12 nec tenebrae habent tenebras apud te
et nox quasi dies lucet
similes sunt tenebrae et lux
13 quoniam tu possedisti renes meos
orsusque es me in utero matris meae
14 confitebor tibi quoniam terribiliter magnificasti me
mirabilia opera tua et anima mea novit nimis
15 non sunt operta ossa mea a te quibus factus sum in abscondito
imaginatus sum in novissimis terrae
16 informem adhuc me viderunt oculi tui
et in libro tuo omnes scribentur
dies formatae sunt et non est una in eis
17 mihi autem quam honorabiles facti sunt amici tui Deus
quam fortes pauperes eorum
18 dinumerabo eos et harena plures erunt
evigilavi et adhuc sum tecum
19 si occideris Deus impium
viri sanguinum declinate a me
20 qui contradicent tibi scelerate
elati sunt frustra adversarii tui
21 nonne odientes te Domine odivi
et contra adversarios tuos distabui
22 perfecto odio oderam illos
inimici facti sunt mihi
23 scrutare me Deus et cognosce cor meum
proba me et scito cogitationes meas
24 et vide si via idoli in me est
et deduc me in via aeterna

139 PRO VICTORIA CANTICUM DAVID
2 Erue me Domine ab homine malo
a viris iniquis serva me
3 qui cogitaverunt malitias in corde
tota die versati sunt in proeliis
4 exacuerunt linguam suam quasi ser-

7 mittis R || **138** (𝔐 **139**), 1 cognouisti + me FΣΘS | 2 surrectionem RI*s*.] resurrectionem *cet.* | 6 non] et non FΣΘ | 20 qui] quia RΣAK | 24 idoli] doli IΣKΘS𝔥 || **139** (𝔐 **140**), 2 serua] salua IAK. | 3 qui] quia FΣAKL𝔥 |

RFI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

pentis
13,3: Rm 3,13 venenum aspidum sub labiis eorum
DIAPSALMA
21 [5] custodi me Domine de manu pecca-
toris
ab hominibus iniquis eripe me
qui cogitaverunt subplantare gres-
sus meos
34,7; 141,4; Iob 18,10 [6] absconderunt superbi laqueum mihi
et funes extenderunt in laqueum
iuxta iter scandalum posuerunt mihi
DIAPSALMA
15,2; 30,15 [7] dixi Domino Deus meus es tu
140,1! exaudi Domine vocem deprecationis
meae
[8] Domine Domine virtus salutis meae
obumbrasti super caput meum in die
belli
[9] non tradas Domine desiderio meo
peccatori
cogitaverunt contra me ne derelin-
quas me
ne forte exaltentur
DIAPSALMA
[10] caput circuitus eorum
Prv 12,13! labor labiorum ipsorum operiet eos
Prv 25,22! [11] cadent super eos carbones
in igne deicies eos
in miseriis non subsistent
[12] vir linguosus non dirigetur in terra
virum iniustum mala capient in in-
teritu
145,7! [13] cognovi quia faciet Dominus iudi-
cium inopis
et vindictam pauperum
29,5! [14] verumtamen iusti confitebuntur
nomini tuo
habitabunt recti cum vultu tuo

140 PSALMUS DAVID

5,2.3! 139,7 Domine clamavi ad te exaudi me
141,7! intende voci meae cum clamavero
ad te
Apc 8,4; IV Esr 12,7 [2] dirigatur oratio mea sicut incensum
in conspectu tuo
elevatio manuum mearum sacrifici- 133,2!
um vespertinum
[3] pone Domine custodiam ori meo 38,2; Sir 22,33
et ostium circumstantiae labiis meis
[4] non declines cor meum in verba ma-
litiae
ad excusandas excusationes in pec-
catis
cum hominibus operantibus iniqui-
tatem
et non communicabo cum electis
eorum
[5] corripiet me iustus in misericordia
et increpabit me
oleum ÷ autem : peccatoris non in-
pinguet caput meum
quoniam adhuc et oratio mea in be-
neplacitis eorum
[6] absorti sunt iuncti petrae iudices eo-
rum
audient verba mea quoniam potu-
erunt
[7] sicut crassitudo terrae erupta est su-
per terram
dissipata sunt ossa nostra secus in- 52,6!
fernum
[8] quia ad te Domine Domine oculi mei 24,15
in te speravi non auferas animam
meam
[9] custodi me a laqueo quem statue- 30,5
runt mihi
et ab scandalis operantium iniquita-
tem
[10] cadent in retiaculo eius peccatores
singulariter sum ego donec transeam

141 INTELLECTUS DAVID CUM ESSET IN 56,1!
SPELUNCA ORATIO

[2] Voce mea ad Dominum clamavi 76,2
voce mea ad Dominum deprecatus
sum
[3] effundo in conspectu eius deprecati- Idt 6,14!
onem meam

RFI (L)WSKΦ cr 4 serpentis W cr 𝔊] serpentes *cet.* | diapsalma *om.* IWK c | 5 peccatoris + et c | [*deest* L *usque ad* 150,6] | 6 diapsalma *om.* WK c | 9 non] ne K c. | tradas + me c | a desiderio c | diapsalma *om.* IW c | 11 in ignem RSΦ c; igne W. | 14 nomine F | tuo[1] + et W c, *cf. Su* || **140**,1 in finem psalmus IK | intendi I | 5 increpauit RFIWSKΦ | 7 super terra RF. || **141**,3 deprecationem] orationem WSKΦ c | meam[1] + et c |

pens
venenum aspidis sub labiis eorum
SEMPER
[5]custodi me Domine de manu impii a viro iniquitatum serva me
qui cogitaverunt subplantare gressus meos
[6]absconderunt superbi laqueum mihi et funibus extenderunt rete
iuxta semitam offendiculum posuerunt mihi
SEMPER
[7]dixi Domino Deus meus tu
audi Domine vocem deprecationis meae
[8]Domine Deus fortitudo salutis meae
protexisti caput meum in die belli
[9]ne des Domine desideria impii
scelera eius ne effundantur et eleventur
SEMPER
Ps 54,15.16 [10]amaritudo convivarum meorum
labor labiorum eorum operiat eos
[11]cadent super eos carbones ignis
deicies eos in foveas ut non consurgant
[12]vir linguosus non dirigetur in terra
virum iniquum mala capient in interitu
[13]scio quod faciet Dominus causam inopis iudicia pauperum
[14]attamen iusti confitebuntur nomini tuo
habitabunt recti cum vultu tuo

140 CANTICUM DAVID
Domine clamavi ad te festina mihi
exaudi vocem meam clamantis ad te
[2]dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo
elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum
[3]pone Domine custodem ori meo
serva paupertatem labiorum meorum
[4]ne declines cor meum in verbum malum
volvere cogitationes impias cum viris operantibus iniquitatem
neque comedere in deliciis eorum I Cor 5,11
[5]corripiat me iustus in misericordia et arguat me
oleum amaritudinis non inpinguet caput meum
quia adhuc et oratio mea pro malitiis eorum
[6]sublati sunt iuxta petram iudices eorum
et audient verba mea quoniam decora sunt
[7]sicut agricola cum scindit terram
sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferi
[8]quia ad te Domine Deus oculi mei
in te speravi ne evacues animam meam
[9]custodi me de manibus laquei quod posuerunt mihi
et de offendiculis operantium iniquitatem
[10]incident in rete eius impii simul
ego autem transibo

141 ERUDITIO DAVID CUM ESSET IN SPELUNCA ORATIO
[2]Voce mea ad Dominum clamavi
voce mea ad Dominum deprecatus sum
[3]effundam in conspectu eius eloquium meum

4 aspidum IΣAK | semper *om.* IΣA | 6 funes F | semper *om.* IΣA | 7 domine[1] R | tu R𝔰𝔐] es tu *cet.* | exaudi IΣAK | 9 impiis RIAKS | effundantur] offendantur AK.; offendentur I. | semper *om.* IΣA | 10 meorum RFΘ𝔰.𝔐] eorum *cet.* | labiorum meorum RF. | operiet ΣAKΘS𝔥 || **140**(𝔐 **141**),3 custodiam RAKΘ𝔥; custo Σ. | 5 et[2] *om.* IΣAK | 6 audientur IAK. | 10 incedent I || **141**(𝔐 **142**),1 eruditi RSL. |

RFI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

tribulationem meam ante ipsum pro-
nuntio
76,4; 142,4 4 in deficiendo ex me spiritum meum
et tu cognovisti semitas meas
139,6! in via hac qua ambulabam abscon-
derunt laqueum mihi
Sir 51,10! 5 considerabam ad dexteram et vide-
bam
et non erat qui cognosceret me
periit fuga a me et non est qui re-
quirit animam meam
6 clamavi ad te Domine dixi tu es spes
mea
114,9! portio mea in terra viventium
140,1! 7 intende ad deprecationem meam
37,9! quia humiliatus sum nimis
II Sm 22,18! libera me a persequentibus me
quia confortati sunt super me
8 educ de custodia animam meam
ad confitendum nomini tuo
me expectant iusti donec retribuas
mihi

142 PSALMUS DAVID QUANDO FILIUS
EUM PERSEQUEBATUR

16,1 Domine exaudi orationem meam
5,2.3! auribus percipe obsecrationem me-
am in veritate tua
exaudi me in tua iustitia
129,3 2 et non intres in iudicio cum servo
tuo
Iob 9,2! Rm 3,20! quia non iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens
3 quia persecutus est inimicus animam
meam
43,25! humiliavit in terra vitam meam
87,7! Lam 3,6! conlocavit me in obscuris sicut mor-
tuos saeculi
76,4; 141,4 4 et anxiatus est super me spiritus
meus
108,22! in me turbatum est cor meum
76,6! 12,13! 5 memor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus operibus
tuis
in factis manuum tuarum meditabar
6 expandi manus meas ad te 87,10!
anima mea sicut terra sine aqua tibi 41,3; 41,2 H
DIAPSALMA
7 velociter exaudi me Domine defecit 68,18!
spiritus meus
non avertas faciem tuam a me 27,1!
et similis ero descendentibus in la- 87,5
cum
8 auditam mihi fac mane misericor- 45,6; 89,14
diam tuam
quia in te speravi
notam fac mihi viam in qua ambu- 24,4
lem
quia ad te levavi animam meam 24,1.2! 85,4
9 eripe me de inimicis meis Domine
ad te confugi
10 doce me facere voluntatem tuam
quia Deus meus es tu
spiritus tuus bonus deducet me in II Esr 9,20
terra recta
11 propter nomen tuum Domine vivi- 108,21! Bar 2,14
ficabis me in aequitate tua
educes de tribulatione animam me- 24,22!
am
12 et in misericordia tua disperdes ini- 53,7
micos meos
et perdes omnes qui tribulant ani-
mam meam
quoniam ego servus tuus sum

143 DAVID ADVERSUS GOLIAD

Benedictus Dominus Deus meus 17,47; II Sm 22,47
qui docet manus meas ad proelium 17,35; II Sm 22,35
digitos meos ad bellum
2 misericordia mea et refugium meum 17,3!
susceptor meus et liberator meus
protector meus et in eo speravi 17,48! II Sm 22,48!
qui subdis populum meum sub me
3 Domine quid est homo quia inno- 8,5! Iob 7,17; Sir 18,7
tuisti ei
aut filius hominis quia reputas eum

RFI WSKΦ cr 5 perit RFΦ | requirit F.𝔊] requiret RIr; requirat *cet.* || **142**,1 quando] cum I | filius eum persequebatur FΦr] filius suus eum perseq. RS.; eius filius eum perseq. K.; perseq. eum absalom filius eius Ic.; perseq. filius suus absalon W | 2 in iudicium c | 5 meditabar] meditabor I | 6 diapsalma *om.* WKc | 8 ~ fac mihi IWSKΦc | in quam R | 10 in terram rectam c || **143**,1 psalmus dauid c | ad goliam I | proelium Rr.𝔊] proelium et *cet.* | 2 in eo RFr.] in ipso *cet.* | subdit c |

tribulationem meam coram illo adnuntiabo
4 cum anxius in me fuerit spiritus meus
tu enim nosti semitam meam
in via hac qua ambulabo absconderunt laqueum mihi
5 respice ad dexteram et vide quia non sit qui cognoscat me
periit fuga a me non est qui quaerat animam meam
6 clamavi ad te Domine dixi tu spes mea
pars mea in terra viventium
7 ausculta deprecationem meam quoniam infirmatus sum nimis
libera me a persecutoribus quoniam confortati sunt super me
8 educ de carcere animam meam ut confiteatur nomini tuo
me expectant iusti cum retribueris mihi

142 CANTICUM DAVID
Domine exaudi orationem meam
ausculta deprecationem meam in veritate tua
exaudi me in iustitia tua
2 et non venias ad iudicandum cum servo tuo
quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens
3 persecutus est enim inimicus animam meam
confregit in terra vitam meam
posuit me in tenebris quasi mortuos antiquos
4 et anxius fuit in me spiritus meus
in medio mei sollicitum fuit cor meum
5 recordabar dierum antiquorum
meditabar omnia opera tua
facta manuum tuarum loquebar
6 expandi manus meas ad te
anima mea quasi terra sitiens ad te
SEMPER
7 cito exaudi me Domine defecit spiritus meus
ne abscondas faciem tuam a me et conparabor descendentibus in lacum
8 fac me audire mane misericordiam tuam quoniam in te confido
notam fac mihi viam in qua ambulo quoniam ad te levavi animam meam
9 libera me de inimicis meis Domine a te protectus sum
10 doce me ut faciam voluntatem tuam quia tu Deus meus
spiritus tuus bonus deducet me in terra recta
11 propter nomen tuum Domine vivificabis me
in iustitia tua educes de angustia animam meam
12 et in misericordia tua dissipabis inimicos meos
et perdes omnes ligantes animam meam
ego enim sum servus tuus

143 DAVID
Benedictus Dominus fortis meus
qui docet manus meas ad proelium
digitos meos ad bellum
2 misericordia mea et fortitudo mea
auxiliator meus et salvator meus
scutum meum et in ipso speravi qui subiecit populos mihi
3 Domine quid est homo quia cognoscis eum
filius hominis quia conputas eum

4 ~ fuerit in me ΣΘLђ | ambulabam K; ambulo FL | 5 perit FL | non] et non IΣAK; om. R. | requirat RIAK | 6 tu Is𝔐] tu es *cet.* | 7 a persequentibus (+ me K) ΣKSђ || **142** (𝔐 **143**), 3 enim *om.* IAK | in terram FΣ | 6 semper *om.* IK | 7 in lacu IA. || **143** (𝔐 **144**), 3 quid] quis RΘ. |

RFI ΣAKΘSL ђs

38,6! [4]homo vanitati similis factus est
108,23; Iob 8,9! dies eius sicut umbra praetereunt
17,10; Is 64,1! II Sm 22,10 [5]Domine inclina caelos tuos et de-
scende
103,32 tange montes et fumigabunt
[6]fulgora coruscationem et dissipabis
17,15; Dt 32,23! eos
II Sm 22,15 emitte sagittas tuas et conturbabis
eos
17,17; II Sm 22,17 [7]emitte manum tuam de alto
eripe me et libera me de aquis multis
11 de manu filiorum alienorum
[8]quorum os locutum est vanitatem
Is 44,20 et dextera eorum dextera iniquitatis
97,1! [9]Deus canticum novum cantabo tibi
32,2! in psalterio decacordo psallam tibi
17,51! [10]qui das salutem regibus
21,21; Ex 18,4 qui redimit David servum suum
de gladio maligno [11]eripe me
7,8 et eripe me de manu filiorum alieni-
genarum
quorum os locutum est vanitatem
et dextera eorum dextera iniquitatis
127,3 [12]quorum filii sicut novella plantatio-
nis in iuventute sua
filiae eorum conpositae circumor-
natae ut similitudo templi
[13]promptuaria eorum plena eructan-
tia ex hoc in illud
Is 30,23 oves eorum fetosae abundantes in
egressibus suis
[14]boves eorum crassi
non est ruina maceriae neque trans-
itus
neque clamor in plateis eorum
Dt 33,29 [15]beatum dixerunt populum cui haec
sunt
32,12; 145,5 beatus populus cuius Dominus Deus
eius

144 LAUDATIO DAVID

Ex 15,2! Exaltabo te Deus meus rex
60,9! et benedicam nomini tuo in saecu-
lum et in saeculum saeculi
[2]per singulos dies benedicam tibi 62,5! 67,20; I Par 29,13!
et laudabo nomen tuum in saecu-
lum et in saeculum saeculi
[3]magnus Dominus et laudabilis ni- 47,2! Sir 43,31!
mis
et magnitudinis eius non est finis
[4]generatio et generatio laudabit opera
tua
et potentiam tuam pronuntiabunt
[5]magnificentiam gloriae sanctitatis Sir 17,8
tuae loquentur
et mirabilia tua narrabunt Tb 12,20!
[6]et virtutem terribilium tuorum di- 65,3!
cent
et magnitudinem tuam narrabunt
[7]memoriam abundantiae suavitatis Is 63,7
tuae eructabunt
et iustitia tua exultabunt
[8]miserator et misericors Dominus 102,8!
patiens et multum misericors
[9]suavis Dominus universis 85,5!
et miserationes eius super omnia
opera eius
[10]confiteantur tibi Domine omnia 102,22; Dn 3,57
opera tua
et sancti tui confiteantur tibi
[11]gloriam regni tui dicent et potentiam
tuam loquentur
[12]ut notam faciant filiis hominum po-
tentiam tuam
et gloriam magnificentiae regni tui
[13]regnum tuum regnum omnium sae- 145,10; Ex 15,18! Dn 3,100! 4,31
culorum
et dominatio tua in omni generati-
one et progenie
fidelis Dominus in omnibus verbis
suis
et sanctus in omnibus operibus suis
[14]adlevat Dominus omnes qui corru- 36,24!
unt
et erigit omnes elisos 145,8

RFI WSKΦ cr

10 dat r. | redimit RF.𝔊] redemisti c; redemit *cet.* | suum] tuum c | 11 eripe² RFI.] erue *cet.* | alienigenarum] alienorum WSK c | 12 nouellae WS c | plantationes WK c | 13 in gressibus RI(*vid.*); in cressibus F. | 14 crassae WSK c || **144**,1 laudatio + ipsi I c | 6 terribiliorum FW | 10 confiteantur² RFI.] benedicent W; benedicant *cet.* | 12 facient I | 13 et progenie RFIr.] et generatione SKΦ; et generationem W c | 14 eriget RΦ |

4 homo vanitati adsimilatus est
dies eius quasi umbra pertransiens
5 Domine inclina caelos tuos et descende
tange montes et fumigabunt
6 mica fulmine et dissipa eos
mitte sagittam tuam et interfice illos
7 extende manum tuam de excelso
libera me et erue me de aquis multis
de manu filiorum alienorum
8 quorum os locutum est vanitatem
et dextera eorum dextera mendacii
9 Deus canticum novum cantabo tibi
in psalterio decacordo psallam tibi
10 qui dat salutem regibus
qui eruit David servum suum de gladio pessimo
11 libera me et erue me de manu filiorum alienorum
quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera mendacii
12 ut sint filii nostri quasi plantatio crescens in adulescentia sua
filiae nostrae quasi anguli ornati ad similitudinem templi
13 promptuaria nostra plena et supereffundentia ex hoc in illud
pecora nostra in milibus et innumerabilia in conpitis nostris
14 tauri nostri pingues
non est interruptio et non est egressus
et non est ululatus in plateis nostris
15 beatus populus cuius talia sunt
beatus populus cuius Dominus Deus suus

144 HYMNUS DAVID

ALEPH Exaltabo te Deus meus rex et benedicam nomini tuo in aeternum et ultra
2 BETH in omni die benedicam tibi et laudabo nomen tuum in sempiternum iugiter
3 GIMEL magnus Deus et laudabilis nimis et magnificentiae eius non est inventio
4 DELETH generatio ad generationem laudabit opera tua et fortitudines tuas adnuntiabunt
5 HE decorem gloriae magnitudinis tuae et verba mirabilium tuorum loquar
6 VAV et fortitudinem horribilium tuorum loquentur et magnitudines tuas narrabo
7 ZAI memoriam multae bonitatis tuae loquentur et iustitias tuas laudabunt
8 HETH clemens et misericors Dominus patiens et multae miserationis
9 TETH bonus Dominus omnibus et misericordiae eius in universa opera eius
10 IOTH confiteantur tibi Domine omnia opera tua et sancti tui benedicant tibi
11 CAPH gloriam regni tui dicent et fortitudines tuas loquentur
12 LAMETH ut ostendant filiis hominum fortitudines eius et gloriam decoris regni eius
13 MEM regnum tuum regnum omnium saeculorum et potestas tua in omni generatione et generatione
14 SAMECH sustentat Dominus omnes corruentes et erigit universos iacentes

RFI ΣΑΚΘSL ђs

6 fulmina Σ; flumine RA. | 10 qui das IAK | 15 cuius[2] + est IAK. || **144** (𝔐 **145**), 1 aleph] *litt. hebr. omnes om.* RIΣ, *omnes praeter primam om.* F, *duas priores om.* K | 3 deus] dominus IAΘSђ | 9 misericordia FΣLђ | in *om.* IA. | 12 eius[1]] tuas IAKΘS.; *om.* Σ | eius[2]] tui IAKS. | 13 generationem[2] KL; + nun (*om.* FΣђ) fidelis dominus in omnibus uerbis (seruis F.) suis et sanctus in omnibus operibus suis FΣSLђ | 14 uniuersos] omnes IAKΘђ |

122,2 15 oculi omnium in te sperant
15.16: 103,27.28 et tu das escam illorum in tempore
oportuno
16 aperis tu manum tuam
et imples omne animal benedictione
17,31; Dt 32,4! II Sm 22,31; Tb 3,2! Bar 2,9; Dn 9,14 17 iustus Dominus in omnibus viis suis
et sanctus in omnibus operibus suis
Dt 4,7; Io 4,23; Phil 4,5 18 prope est Dominus omnibus invocantibus eum
118,151 omnibus invocantibus eum in veritate
Prv 10,24 19 voluntatem timentium se faciet
et deprecationem eorum exaudiet et
salvos faciet eos
36,28; 96,10! Dn 14,37 20 custodit Dominus omnes diligentes
se
et omnes peccatores disperdet
21 laudationem Domini loquetur os
meum
et benedicat omnis caro nomini sancto eius in saeculum et in saeculum
saeculi

111,1 **145** ALLELUIA AGGEI ET ZACCHARIAE
102,1! Lc 1,46 2 Lauda anima mea Dominum
103,33; Sir 51,8 laudabo Dominum in vita mea
29,13! Is 38,20; Or Man 15 psallam Deo meo quamdiu fuero
117,8.9 nolite confidere in principibus
59,13 3 in filiis hominum quibus non est salus
103,29! 1 Mcc 2,63 4 exibit spiritus eius et revertetur in
terram suam
in illa die peribunt omnes cogitationes eorum
143,15! 5 beatus cuius Deus Iacob adiutor eius
83,13! spes eius in Domino Deo ipsius
Ex 20,11! 6 qui fecit caelum et terram mare et
omnia quae in eis
7 qui custodit veritatem in saeculum
102,6; 139,13 facit iudicium iniuriam patientibus
dat escam esurientibus
Is 42,7! Dominus solvit conpeditos
8 Dominus inluminat caecos
Dominus erigit adlisos 144,14
Dominus diligit iustos
9 Dominus custodit advenas Dt 10,18
pupillum et viduam suscipiet 67,6; Sir 35,17
et viam peccatorum disperdet
10 regnabit Dominus in saecula 144,13!
Deus tuus Sion in generationem et
generationem

146 ALLELUIA AGGEI ET ZACCHARIAE
Laudate Dominum quoniam bonum 91,2!
psalmus
Deo nostro sit iucunda ※decoraque:
laudatio
2 aedificans Hierusalem Dominus 50,20
dispersiones Israhel congregabit Is 11,12! 56,8
3 qui sanat contritos corde Is 61,1
et alligat contritiones illorum
4 qui numerat multitudinem stellarum Is 40,26! IV Esr 16,57
et omnibus eis nomina vocans
5 magnus Dominus noster et magna
virtus eius
et sapientiae eius non est numerus Is 40,28
6 suscipiens mansuetos Dominus I Sm 2,7! Sir 10,17!
humilians autem peccatores usque
ad terram
7 praecinite Domino in confessione I Esr 3,11!
psallite Deo nostro in cithara 42,4!
8 qui operit caelum nubibus
et parat terrae pluviam
qui producit in montibus faenum
et herbam servituti hominum 103,14
9 et dat iumentis escam ipsorum
et pullis corvorum invocantibus eum Iob 38,41!
10 non in fortitudine equi voluntatem 10.11: 32,16–18
habebit
nec in tibiis viri beneplacitum erit ei
11 beneplacitum est Domino super timentes eum 149,4
et in eis qui sperant super misericordia eius

RFI WSKΦ cr 15 sperant + domine c | 16 benedictionem F | 21 nomen sanctum RI. || **145**,2 dominum[2]] deum I | 3 hominum + in c | 4 eius] eorum RΦ | in terra sua RI. | 6 eis + sunt IWSKΦc | 7 soluet I | 8 elisos c | 9 uias c | 10 regnauit FISΦ | et generatione FS || **146**,1 aggei et zacchariae *om.* IWc | bonum Rr. 𝔊] bonus FIWSΦ; bonus est Kc | ※ *om.* R, *sed testatur vers. syro-hexapl.* | 2 dispersionis RF | israhelis WΦc | 3 illorum RFr.] eorum *cet.* | 4 uocat c | 8 herba RW. | 9 et dat RFr.] qui dat *cet.* ||

15 AIN oculi eorum in te sperant et tu
das eis escam suam in tempore suo
16 FE aperis manus tuas et imples omne
animal refectione
17 SADE iustus Dominus in omnibus
viis suis et sanctus in omnibus operibus suis
18 COPH iuxta est Dominus omnibus
qui invocant eum omnibus qui invocant eum in veritate
19 RES placitum timentium se faciet et
clamorem eorum audiet et salvabit
eos
20 SEN custodit Dominus omnes diligentes se et universos impios conteret
21 THAV laudem Domini loquetur os
meum et benedicet omnis caro nomini sancto eius in aeternum et iugiter

145 ALLELUIA

2 Lauda anima mea Dominum
laudabo Dominum in vita mea
cantabo Deo meo quamdiu sum
nolite confidere in principibus 3 in
filio hominis cui non est salus
4 egredietur spiritus eius et revertetur
in humum suam
in die illa peribunt cogitationes eius
5 beatus cuius Deus Iacob auxiliator
eius
spes eius in Domino Deo suo
6 qui fecit caelos et terram mare et
omnia quae in eis sunt
7 et custodit veritatem in sempiternum
qui facit iudicium calumniam sustinentibus
et dat panem esurientibus
Dominus solvit vinctos
8 Dominus inluminat caecos
Dominus erigit adlisos
Dominus diligit iustos
9 Dominus custodit advenas
pupillum et viduam suscipiet
et viam impiorum conteret
10 regnabit Dominus in aeternum
Deus tuus Sion in generationem et generationem

146 ALLELUIA

Laudate Dominum quoniam bonum
est canticum Dei nostri
quoniam decorum est pulchra laudatio
2 aedificabit Hierusalem Dominus
eiectos Israhel congregabit
3 qui sanat contritos corde et alligat
plagas eorum
4 qui numerat multitudinem stellarum et omnes nomine suo vocat
5 magnus Dominus noster et multus
fortitudine
prudentiae eius non est numerus
6 suscipiens mansuetos Dominus humilians impios usque ad terram
7 canite Domino in confessione canite
Deo nostro in cithara
8 qui operit caelos nubibus
et praebet terrae pluviam
et oriri facit in montibus germen
9 qui dat iumentis panem suum filiis
corvi clamantibus
10 non est in fortitudine equi voluntas
eius
neque in tibiis viri placetur ei
11 placetur Domino in his qui timent
eum et expectant misericordiam
eius

RFI ΣAKΘSL 𝔥s

15 eis] illis S.; *om.* IAKΘ | 18 qui[1]—eum[1]] qui inuocant illum IAKS𝔥.; inuocantibus se Θ | omnibus[2] *om.* FΣΘL | qui inuocant[2]] qui quaerunt FΣL; *om.* Θ | eum[2]] illum IAKS𝔥.; *om.* Θ | ~ in ueritate qui quaerunt eum FΣ | 19 exaudiet IAK. | 21 benedicat RK. | et[2] *om.* F || **145** (𝔐 **146**), 4 in humum suum IA; in domum suam FΣ | peribunt + omnes IAKS | 6 caelum I | 7 qui *om.* RAK | 8 eriget IA. | 10 regnauit RFIΣASL | in generatione ΣΘS𝔥 | et generatione FΣS𝔥 || **146** (𝔐 **147**), 1 bonus FΣΘ | 2 aedificauit RFI; aedificans Σ𝔥 | congregauit RF | 7 cantate[1] F | cantate[2] R | 10 beneplacetur RΣ | 11 misericordia RF ||

147 ALLELUIA
12 Lauda Hierusalem Dominum
lauda Deum tuum Sion
13 quoniam confortavit seras portarum tuarum
benedixit filiis tuis in te
Is 60,17 14 qui posuit fines tuos pacem
80,17 et adipe frumenti satiat te
15 qui emittit eloquium suum terrae
velociter currit sermo eius
16 qui dat nivem sicut lanam
nebulam sicut cinerem spargit
Iob 38,30 17 mittit cristallum suum sicut buccellas
ante faciem frigoris eius quis sustinebit
18 emittet verbum suum et liquefaciet ea
Iob 37,10 flabit spiritus eius et fluent aquae
Sir 45,6! Bar 3,37; Rm 3,2 19 qui adnuntiat verbum suum Iacob
iustitias et iudicia sua Israhel
Dt 4,8 20 non fecit taliter omni nationi
et iudicia sua non manifestavit eis

148 ALLELUIA
Mt 21,9; Mc 11,10; Lc 2,14; 19,38 Laudate Dominum de caelis
laudate eum in excelsis
102,20! 2 laudate eum omnes angeli eius
102,21! Or Man 15 laudate eum omnes virtutes eius
Dn 3,62.63 3 laudate eum sol et luna
laudate eum omnes stellae et lumen
18,2! 4 laudate eum caeli caelorum
Dn 3,59.60 et aqua quae super caelum est 5 laudent nomen Domini
32,9; Idt 16,17! quia ipse dixit et facta sunt
ipse mandavit et creata sunt
110,8; Sir 16,27 6 statuit ea in saeculum et in saeculum saeculi
praeceptum posuit et non praeteribit
Dn 3,74 7 laudate Dominum de terra dracones
et omnes abyssi
Dn 3,66–70 8 ignis grando nix glacies
spiritus procellarum quae faciunt verbum eius Iob 37,12
9 montes et omnes colles Is 55,12! Dn 3,75.76
ligna fructifera et omnes cedri
10 bestiae et universa pecora Dn 3,80.81
serpentes et volucres pinnatae
11 reges terrae et omnes populi
principes et omnes iudices terrae
12 iuvenes et virgines
senes cum iunioribus laudent nomen Domini
13 quia exaltatum est nomen eius solius Is 12,4
14 confessio eius super caelum et terram
et exaltabit cornu populi sui 88,18!
hymnus omnibus sanctis eius Lv 10,3
filiis Israhel populo adpropinquanti sibi

149 ALLELUIA
Cantate Domino canticum novum 97,1!
laus eius in ecclesia sanctorum 88,6.8
2 laetetur Israhel in eo qui fecit eum
et filii Sion exultent in rege suo
3 laudent nomen eius in choro 150,3.4!
in tympano et psalterio psallant ei 32,2! 80,3!
4 quia beneplacitum est Domino in populo suo 146,11
et exaltabit mansuetos in salute
5 exultabunt sancti in gloria
laetabuntur in cubilibus suis
6 exaltationes Dei in gutture eorum
et gladii ancipites in manibus eorum
7 ad faciendam vindictam in nationibus
increpationes in populis
8 ad alligandos reges eorum in conpedibus
et nobiles eorum in manicis ferreis
9 ut faciant in eis iudicium conscriptum
gloria haec est omnibus sanctis eius

RF(I) WSKΦ cr
147,12 alleluia + aggei et zacchariae F | 17 suam I c | 18 emittit IW | 20 eis + alleluia c. || **148**,1 alleluia *om.* S; + alleluia F | 4 aqua quae super caelum est R r., *cf.* 𝔊] aquae quae super caelum sunt F.; aquae (+ omnes c.) quae super caelos sunt *cet.* | 6 saeculum[1]] aeternum c | 8 quae] qui IW | 14 [*deest* I *usque ad* 150,6] | exaltauit RFKΦ c | sibi + alleluia c. || **149**,1 alleluia *om.* S; + alleluia FΦ | 4 in salute RΦr𝔊] in salutem *cet.* | 6 exaltationes R cr. 𝔊] exultatione F.; exultationes *cet.* | 9 eius + alleluia c. ||

147 12 Lauda Hierusalem Dominum cane Deum tuum Sion
13 quia confortavit vectes portarum tuarum benedixit filiis tuis in medio tui
14 qui posuit terminum tuum pacem adipe frumenti saturavit te
15 qui emittit eloquium suum terrae velociter curret verbum eius
16 qui dat nivem quasi lanam pruinas quasi cinerem spargit
17 proicit glaciem suam quasi buccellas ante faciem frigoris eius quis stabit
18 mittet verbum suum et solvet illa spirabit spiritu suo et fluent aquae
19 qui adnuntiat verbum suum Iacob praecepta sua et iudicia sua Israhel
20 non fecit similiter omni genti et iudicia eius non cognoscent

ALLELUIA

148 ALLELUIA

Laudate Dominum de caelis laudate eum in excelsis
2 laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes exercitus eius
3 laudate eum sol et luna laudate eum omnes stellae luminis
4 laudate eum caeli caelorum et aquae quae super caelos sunt
5 laudent nomen Domini quoniam ipse mandavit et creata sunt
6 et statuit ea in saeculum et in saeculum
praeceptum dedit et non praeteribit
7 laudate Dominum de terra dracones et omnes abyssi
8 ignis et grando nix et glacies ventus turbo
quae facitis sermonem eius
9 montes et omnes colles lignum fructiferum et universae cedri
10 bestiae et omnia iumenta reptilia et aves volantes
11 reges terrae et omnes populi principes et universi iudices terrae
12 iuvenes et virgines senes cum pueris laudent nomen Domini
13 quoniam sublime nomen eius solius
14 gloria eius in caelo et in terra
et exaltavit cornu populi sui
laus omnibus sanctis eius
filiis Israhel populo adpropinquanti sibi

ALLELUIA

149 ALLELUIA

Cantate Domino canticum novum
laus eius in congregatione sanctorum
2 laetetur Israhel in factore suo
filii Sion exultent in rege suo
3 laudent nomen eius in choro
in tympano et cithara cantent ei
4 quia conplacet sibi Dominus in populo suo
exaltabit mansuetos in Iesu
5 exultabunt sancti in gloria
laudabunt in cubilibus suis
6 exaltationes Dei in gutture eorum et gladii ancipites in manibus eorum
7 ad faciendam vindictam in gentibus increpationes in populis
8 ut alligent reges eorum catenis et inclitos eorum conpedibus ferreis
9 ut faciant in eis iudicium scriptum
decor est omnium sanctorum eius

ALLELUIA

RF(I) ΣAKΘSL 𝔥𝔰

147,12 (𝔐 **147**,12) lauda] *praem.* alleluia FIAKS | 14 suum RI. | pacem + et R | 15 emittet RA𝔰 | curret RFL𝔰, *cf.* 𝔐] currit *cet.* | 16 [*deest* I *usque ad* 148,13] | 18 spirauit RASL | 19 iacob + et FL | sua² *om.* 𝔥. | 20 alleluia RA𝔰𝔐] *ad initium ps. seq. trahunt* FΣ; *om. cet.* || **148**,2 omnis² ΣAΘ𝔰 | 5 mandabit R | 6 et² *om.* F | 8 uentus + et RΘL | 14 [*iterum adest* I] | exaltabit AS𝔥. | fili RF. | alleluia R𝔰𝔐] *ad initium ps. seq. trahunt* FΣL; *om. cet.* || **149**,3 canent RAΘ. | 4 sibi] tibi F | exaltauit RFΣ | 6 exaltationes RI𝔰.𝔐] exultationes *cet.* | 9 alleluia 𝔰𝔐] *ad initium ps. seq. trahunt* FL.; *om. cet.* ||

150 ALLELUIA
Laudate Dominum in sanctis eius
Dn 3,56 laudate eum in firmamento virtutis eius
2 laudate eum in virtutibus eius
laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius
3 laudate eum in sono tubae
laudate eum in psalterio et cithara 97,5! 149,3!
4 laudate eum in tympano et choro Idt 16,2
laudate eum in cordis et organo
5 laudate eum in cymbalis bene sonantibus Idt 16,2
laudate eum in cymbalis iubilationis
6 omnis spiritus laudet Dominum

EXPLICIT LIBER PSALMORUM

RF WSKΦ cr **150**,1 alleluia *om.* S; + alleluia FΦ | uirtutes RS | 6 dominum + alleluia c. || *praebent ps.* 151 Pusillus eram . . . RKΦr, *quem nos infra p.* 1975 *exhibemus* ||

150 ALLELUIA
Laudate Deum in sancto eius
laudate eum in fortitudine potentiae eius
2 laudate eum in fortitudinibus eius
laudate eum iuxta multitudinem magnificentiae suae
3 laudate eum in clangore bucinae
laudate eum in psalterio et cithara
4 laudate eum in tympano et choro
laudate eum in cordis et organo
5 laudate eum in cymbalis sonantibus
laudate eum in cymbalis tinnientibus
6 omne quod spirat laudet Dominum
ALLELUIA

EXPLICIT PSALTERIUM

150, 1 deum RFL𝔰.𝔐] dominum *cet.* | 2 suae] eius I | 6 alleluia R𝔰.] *om. cet.* || *sequitur in* A *ps.* 151, *quem nos infra p.* 1975 *praebemus* ||

RFI ΣAKΘSL 𝔥𝔰

INCIPIT PROLOGUS HIERONYMI IN LIBRIS SALOMONIS

Cromatio et Heliodoro episcopis Hieronymus.

Iungat epistula quos iungit sacerdotium, immo carta non dividat quos Christi nectit amor. Commentarios in Osee Amos Zacchariam Malachiamque poscitis; scripsissem, si licuisset per valitudinem. Mittitis solacia sumptuum, notarios nostros et librarios sustentatis, ut vobis potissimum nostrum sudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diversa poscentium, quasi aut aequum sit me vobis esurientibus aliis laborare, aut in ratione dati et accepti cuiquam praeter vobis obnoxius sim. Itaque longa aegrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem et apud vos mutus essem, tridui opus vestro nomini consecravi, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, Masloth, quas Hebraei Parabolas, vulgata editio Proverbia vocat, Coeleth, quem graece Ecclesiasten, latine Contionatorem possumus dicere, Sirassirim, quod in nostram linguam vertitur Canticum canticorum.

Fertur et πανaρετος Iesu filii Sirach liber, et alius ψευδεπιγραφος, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem et hebraicum repperi, non Ecclesiasticum ut apud Latinos, sed Parabolas praenotatum; cui iuncti erant Ecclesiastes et Canticum canticorum, ut similitudinem Salomonis non solum librorum numero, sed et materiarum genere coaequaret. Secundus apud Hebraeos nusquam est, quin et ipse stilus graecam eloquentiam redolet; et nonnulli scriptorum veterum hunc Iudaei Filonis adfirmant. Sicut ergo Iudith et Tobi et Macchabeorum libros legit quidem Ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipit, sic et haec duo volumina legat ad aedificationem plebis, non ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam.

Si cui sane Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam a nobis olim emendatam; neque enim sic nova condimus ut vetera destruamus. Et tamen, cum diligentissime legerit, sciat magis nostra intellegi, quae non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de praelo purissimae commendata testae suum saporem servaverint.

EXPLICIT PROLOGUS

Prologus. *Citantur* GCA *et* ΣZTSMΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem praefatio in libros salomonis c | 1 cromatio—hieronymus *om.* c; + presbyter G | 3 malachiam quae CTSMΦ; malachiam quos c | 4 prae ualitudine ΣSΦc | 5 desudet Φc | 7 esurire et aliis GCZTM | praeter uos GAΣZMΦc | 9 triduo C | ~ nomini uestro c | 10 masloth] misle c. *charact. hebr.* | uulgata + autem c | 11 quem] quod ASMΦ | 12 in nostra lingua Φc | 14 scribitur GCΣ | et *om.* CΣc | 16 et] etiam GΦc; *om.* C. | 17 numquam G | quin cr.] quia *cet.* | 18 hunc + esse Φc | 19 tobin T.; tobiae c (*et fort.* G*Z*); tobiam S | quidem + eos SΦ | sed + eos c. | 20 legit AZSM; legant G. | 22 si cui] sicut AZ | sane *om.* GCAZ | 23 ~ noua sic c. | condimus] cudimus CΣMc | 24 nostram GS.; + scripta c ||

GCA ΣZTSMΦ cr

INCIPIT LIBER PROVERBIORUM SALOMONIS

10,1; 25,1; III Rg 4,32! Parabolae Salomonis filii David regis Israhel
2 ad sciendam sapientiam et disciplinam
3 ad intellegenda verba prudentiae et
suscipiendam eruditionem doctrinae
iustitiam et iudicium et aequitatem
8,5! 4 ut detur parvulis astutia adulescenti
scientia et intellectus
5 audiens sapiens sapientior erit et intellegens gubernacula possidebit
Sir 39,2! 6 animadvertet parabolam et interpretationem verba sapientium et enigmata eorum
9,10; Ps 110,10! 7 timor Domini principium scientiae
sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt
4,1; 6,20; 23,22; Tb 14,10! 8 audi fili mi disciplinam patris tui et
ne dimittas legem matris tuae
4,9! 9 ut addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo
10 fili mi si te lactaverint peccatores ne adquiescas
Sap 2,12 11 si dixerint veni nobiscum insidiemur
Ps 63,6; Ier 5,26 sanguini abscondamus tendiculas
contra insontem frustra
12 degluttiamus eum sicut infernus viventem et integrum quasi descendentem in lacum
Ps 27,1!
13 omnem pretiosam substantiam repperiemus implebimus domos nostras spoliis
14 sortem mitte nobiscum marsuppium
unum sit omnium nostrum
4,15.27; Ps 118,101 15 fili mi ne ambules cum eis prohibe
pedem tuum a semitis eorum
6,18; Ps 13,3! Is 59,7; Rm 3,15 16 pedes enim illorum ad malum currunt et festinant ut effundant sanguinem
17 frustra autem iacitur rete ante oculos pinnatorum
18 ipsique contra sanguinem suum insidiantur et moliuntur fraudes contra animas suas 15,27
19 sic semitae omnis avari animas possidentium rapiunt
20 sapientia foris praedicat in plateis 8,1
dat vocem suam
21 in capite turbarum clamitat in foribus portarum urbis profert verba 8,3; Iob 29,7!
sua dicens
22 usquequo parvuli diligitis infantiam
et stulti ea quae sibi sunt noxia cupiunt et inprudentes odibunt scientiam
23 convertimini ad correptionem meam
en proferam vobis spiritum meum
et ostendam verba mea
24 quia vocavi et rennuistis extendi manum meam et non fuit qui aspiceret Is 65,2! 12; 66,4; Ier 7,13!
25 despexistis omne consilium meum et
increpationes meas neglexistis
26 ego quoque in interitu vestro ridebo Ps 2,4! Sap 4,18
et subsannabo cum vobis quod timebatis advenerit
27 cum inruerit repentina calamitas et
interitus quasi tempestas ingruerit
quando venerit super vos tribulatio Iob 27,9
et angustia
28 tunc invocabunt me et non exaudiam I Sm 8,18; Is 1,15! Za 7,13; Ier 11,11! II Mcc 9,13
mane consurgent et non invenient
me
29 eo quod exosam habuerint disciplinam et timorem Domini non susceperint
30 nec adquieverint consilio meo et detraxerint universae correptioni meae
31 comedent igitur fructus viae suae Ier 6,19
suisque consiliis saturabuntur
32 aversio parvulorum interficiet eos et

GCA ΣZTSMΦ cr **Prouerbia.** *Citantur* GCA *et* ΣZTSMΦm *ac* cr. *Tit.* liber prouerbiorum quem hebraei misle appellant c || 1,1 [*deest* m *usque ad* 4,4] | 4 astutiam G | 6 animaduertit CTM; animaduerte S | 7 scientiae] sapientiae AMΦ c | 10 adquiescas + eis SMΦ c | 11 sanguinem C | tendicula CΣS | 16 illorum] eorum CΣZTSM | 18 ipsi quoque ATSΦ c | 22 cupiunt GAΣ] sapient Z.; cupient *cet.* | odiunt C. | 23 ostendam + uobis c. | 26 uobis + id c | 29 susceperunt G | 30 adquieuerunt G | detraxerunt G |

prosperitas stultorum perdet illos
33 qui autem me audierit absque terrore
requiescet et abundantia perfruetur
malorum timore sublato
3,1! 4,20! 7,1; Tb 4,2 2 fili mi si susceperis sermones meos
et mandata mea absconderis penes
te
4,5 2 ut audiat sapientiam auris tua inclina
cor tuum ad noscendam prudenti-
am
3 si enim sapientiam invocaveris et in-
clinaveris cor tuum prudentiae
4 si quaesieris eam quasi pecuniam et
sicut thesauros effoderis illam
5 tunc intelleges timorem Domini et
scientiam Dei invenies
Iob 32,8! Sap 8,21; Sir 1,1; 15,10; 24,5 6 quia Dominus dat sapientiam et ex
ore eius scientia et prudentia
7 custodiet rectorum salutem et pro-
teget gradientes simpliciter
Ps 96,10! 8 servans semitas iustitiae et vias sanc-
torum custodiens
9 tunc intelleges iustitiam et iudicium
et aequitatem et omnem semitam
bonam
10 si intraverit sapientia cor tuum et
scientia animae tuae placuerit
11 consilium custodiet te prudentia ser-
vabit te
Ps 90,3! 12 ut eruaris de via mala ab homine qui
perversa loquitur
13 qui relinquunt iter rectum et ambu-
Ps 81,5; Ecl 2,14! lant per vias tenebrosas
14 qui laetantur cum malefecerint et
Ier 11,15 exultant in rebus pessimis
Is 59,8 15 quorum viae perversae et infames
gressus eorum
5,20! 6,24; 7,5 16 ut eruaris a muliere aliena et ab
extranea quae mollit sermones suos
17 et relinquit ducem pubertatis suae
18 et pacti Dei sui oblita est
inclinata est enim ad mortem domus 5,5; 7,27
eius et ad impios semitae ipsius
19 omnes qui ingrediuntur ad eam non
revertentur nec adprehendent se-
mitas vitae
20 ut ambules in via bona et calles ius- Ps 100,6; Is 26,7!
torum custodias
21 qui enim recti sunt habitabunt in ter- Ps 36,29! Sir 16,5
ra et simplices permanebunt in ea
22 impii vero de terra perdentur et qui 10,30; Ps 36,38!
inique agunt auferentur ex ea
3 fili mi ne obliviscaris legis meae et 2,1! 5,7
praecepta mea custodiat cor tuum 21,22! 4,4! 10
2 longitudinem enim dierum et annos 9,11!
vitae et pacem adponent tibi
3 misericordia et veritas non te dese-
rant
circumda eas gutturi tuo et describe 6,21; 7,3; Ier 17,1
in tabulis cordis tui
4 et invenies gratiam et disciplinam
bonam coram Deo et hominibus 1 Sm 2,26!
5 habe fiduciam in Domino ex toto
corde tuo et ne innitaris prudentiae
tuae
6 in omnibus viis tuis cogita illum et Sir 2,6
ipse diriget gressus tuos
7 ne sis sapiens apud temet ipsum Iob 37,24! Is 5,21;
time Dominum et recede a malo Rm 11,25; 12,16 16,6!
8 sanitas quippe erit umbilico tuo et
inrigatio ossuum tuorum
9 honora Dominum de tua substantia Dt 26,2! Sir 35,10;
et de primitiis omnium frugum tua- Mal 3,10
rum
10 et implebuntur horrea tua saturitate
et vino torcularia redundabunt
11 disciplinam Domini fili mi ne abicias Iob 5,17; Hbr 12,5.6
nec deficias cum ab eo corriperis Tb 12,13;
12 quem enim diligit Dominus corripit Idt 8,23; Apc 3,19
et quasi pater in filio conplacet sibi Dt 8,5; Sap 11,11
13 beatus homo qui invenit sapientiam Sir 25,13
et qui affluit prudentia

GCA ΣZTSMΦ cr

33 requiescit TS.; quiescit AZ | ~ timore malorum c || 2,2 sapientia A | ad agnoscendam CMΦ; ad cognoscendam c | 4 effodieris AS | 6 prudentia + procedit C | ~ prudentia et scientia c | 11 te GSr, *cf.* 𝔐] te et *cet.* | 12 de] a Cc | ab] et ab CAc | 15 perucrsae + sunt c | 17 relinquet C; reliquit S | 18 impios GAΣTr, *cf.* 𝔐] inferos *cet.* | 19 adprehendunt AT. | 22 auferuntur A || 3,1 ~ cor tuum custodiat c | 2 enim *om.* ATS. | 3 ~ te non c. | deserent M; deserunt A | eos GA | 7 dominum] deum c | 9 tuorum AZT; + da ei c. | ~ frugum omnium tuorum A.; ~ frugum tuarum omnium G. | 10 torcularia + tua GCΣTSc | 11 corripieris A | 13 afluet C.; adfluet T. | prudentiam CSMΦ |

8.19; 16.16; Iob 28.15; Sap 7.9 14 melior est adquisitio eius negotiatio-
ne argenti et auro primo fructus eius
15 pretiosior est cunctis opibus et om-
8.11! nia quae desiderantur huic non va-
lent conparari
9.11! 16 longitudo dierum in dextera eius in
8.18; Ps 111.3 sinistra illius divitiae et gloria
17 viae eius viae pulchrae et omnes se-
mitae illius pacificae
Ecl 7.13 18 lignum vitae est his qui adprehen-
derint eam et qui tenuerit eam bea-
tus
Ps 103.24 19 Dominus sapientia fundavit terram
Ps 135.5! stabilivit caelos prudentia
20 sapientia illius eruperunt abyssi et
nubes rore concrescunt
21.22: 1.2! Is 55.3 21 fili mi ne effluant haec ab oculis tuis
custodi legem atque consilium 22 et
erit vita animae tuae et gratia fau-
cibus tuis
Ps 16.5 23 tunc ambulabis fiducialiter in via tua
Ps 120.3! et pes tuus non inpinget
Ps 4.9! 24 si dormieris non timebis quiesces et
suavis erit somnus tuus
25 ne paveas repentino terrore et in-
ruentes tibi potentias impiorum
26 Dominus enim erit in latere tuo et
custodiet pedem tuum ne capiaris
27 noli prohibere benefacere eum qui
potest si vales et ipse benefac
Sir 4.3 28 ne dicas amico tuo vade et revertere
et cras dabo tibi cum statim possis
dare
29 ne moliaris amico tuo malum cum
ille in te habeat fiduciam
30 ne contendas adversus hominem
frustra cum ipse tibi nihil mali fe-
cerit
4.14; 24.1! 31 ne aemuleris hominem iniustum nec
imiteris vias eius
32 quia abominatio Domini est omnis
inlusor et cum simplicibus sermo-
cinatio eius
33 egestas a Domino in domo impii ha-
bitacula autem iustorum benedi- 12.7; 14.11
centur
34 inlusores ipse deludet et mansuetis
dabit gratiam Iob 22.29! Iac 4.6; 1 Pt 5.5
35 gloriam sapientes possidebunt stul-
torum exaltatio ignominia
4 audite filii disciplinam patris et ad- 1.8!
tendite ut sciatis prudentiam
2 donum bonum tribuam vobis legem
meam ne derelinquatis
3 nam et ego filius fui patris mei tenel-
lus et unigenitus coram matre mea
4 et docebat me atque dicebat
suscipiat verba mea cor tuum custo- 13.21.22: 3.1.2! 7.2; Lv 18.5! Iob 22.22!
di praecepta mea et vives
5 posside sapientiam posside pruden- 2.2
tiam ne obliviscaris neque declines
a verbis oris mei
6 ne dimittas eam et custodiet te dilige
eam et servabit te
7 principium sapientiae posside sapi-
entiam et in omni possessione tua
adquire prudentiam
8 arripe illam et exaltabit te glorifica-
beris ab ea cum eam fueris ample-
xatus
9 dabit capiti tuo augmenta gratiarum 1.9; Sir 6.32
et corona inclita proteget te
10 audi fili mi et suscipe verba mea ut 3.1.2!
multiplicentur tibi anni vitae
11 viam sapientiae monstravi tibi duxi
te per semitas aequitatis
12 quas cum ingressus fueris non arta-
buntur gressus tui et currens non
habebis offendiculum
13 tene disciplinam ne dimittas eam 8.33
custodi illam quia ipsa est vita tua 4!
14 ne delecteris semitis impiorum nec 3.31!

GCA ΣZTSMΦ(m) cr 14 auro primo GΣZTr, *cf.* 𝔐] auro purissimo C.; auri primi et (*om.* S) purissimi ASMΦc | 16 eius + et CΣc | 25 ingruentes C.; ruentes AS. | 26 enim *om.* AΣ. | 28 et² *om.* Zc. | dare + non enim scis quid superuentura pariat (pariet Σ) dies CΣ.𝔊 | 30 ~ nihil tibi mali fecerit GΣSΦ; ~ nihil mali fec. tibi T. | 33 habitacula] tabernacula CS | 34 ~ ipse deludet illusores c | dat C | 35 stultorum + autem CM | exaltatio ΣZTSM cr𝔐] exultatio GCAΦ | ignominia + est C || 4,2 relinquatis G | 4 [*adest* m *usque ad* 6,32] | tuum + et A | 6 seruauit Z; conseruabit c. | 11 monstrabo ASΦc | ducam AΦc | 14 semitas Φ; in semitis c |

tibi placeat malorum via
1,15! [15] fuge ab ea ne transeas per illam de-
clina et desere eam
[16] non enim dormiunt nisi malefecerint
et rapitur somnus ab eis nisi sub-
plantaverint
[17] comedunt panem impietatis et vi-
Iob 15,16 num iniquitatis bibunt
[18] iustorum autem semita quasi lux
splendens procedit et crescit usque
ad perfectam diem
[19] via impiorum tenebrosa nesciunt ubi
corruant
2,1! 5,1; 7,24; 22,17! [20] fili mi ausculta sermones meos et ad
eloquia mea inclina aurem tuam
[21] ne recedant ab oculis tuis custodi ea
4! in medio cordis tui
8,35 [22] vita enim sunt invenientibus ea et
universae carni sanitas
[23] omni custodia serva cor tuum quia
ex ipso vita procedit
Iob 27,4! Ps 33,14 [24] remove a te os pravum et detrahentia
labia sint procul a te
[25] oculi tui recta videant et palpebrae
tuae praecedant gressus tuos
Hbr 12,13 [26] dirige semitam pedibus tuis et om-
nes viae tuae stabilientur
Dt 28,14! [27] ne declines ad dexteram et ad sinis-
1,15! tram averte pedem tuum a malo
4,20! 22,17! **5** fili mi adtende sapientiam meam et
prudentiae meae inclina aurem tu-
am
[2] ut custodias cogitationes et discipli-
nam labia tua conservent
7,21; Ct 4,11 [3] favus enim stillans labia meretricis
et nitidius oleo guttur eius
[4] novissima autem illius amara quasi
absinthium et acuta quasi gladius
biceps
2,18; 7,27 [5] pedes eius descendunt in mortem et
ad inferos gressus illius penetrant
[6] per semitam vitae non ambulat vagi
sunt gressus eius et investigabiles
[7] nunc ergo fili audi me et ne recedas 3,1!
a verbis oris mei
[8] longe fac ab ea viam tuam et ne ad- 7,25
propinques foribus domus eius
[9] ne des alienis honorem tuum et
annos tuos crudeli
[10] ne forte impleantur extranei viribus
tuis et labores tui sint in domo alie-
na
[11] et gemas in novissimis quando con-
sumpseris carnes et corpus tuum
et dicas [12] cur detestatus sum disci-
plinam et increpationibus non ad-
quievit cor meum
[13] nec audivi vocem docentium me et
magistris non inclinavi aurem me-
am
[14] paene fui in omni malo in medio ec-
clesiae et synagogae
[15] bibe aquam de cisterna tua et fluen- Is 36,16
ta putei tui
[16] deriventur fontes tui foras et in pla-
teis aquas tuas divide
[17] habeto eas solus nec sint alieni par-
ticipes tui
[18] sit vena tua benedicta et laetare cum
muliere adulescentiae tuae
[19] cerva carissima et gratissimus hinu- Ct 4,5!
lus
ubera eius inebrient te omni tempore
in amore illius delectare iugiter
[20] quare seduceris fili mi ab aliena et 2,16! Sir 9,12
foveris sinu alterius
[21] respicit Dominus vias hominis et Iob 13,27!
omnes gressus illius considerat
[22] iniquitates suae capiunt impium et IV Esr 16,78
funibus peccatorum suorum con-

15 ne] nec GCZSΦ c | 16 et] nec CAS m | 18 perfectum GCΣ m r | 20 eloquia mea] eloquentiam oris mei G. | 21 eam GCΣ. | 26 semitas C | 27 et] neque GA c; uel C. | a malo CZ r 𝔐] + uias enim (*om.* Σ.) quae a (ad GATSMΦ) dextris sunt nouit dominus peruersae uero sunt quae a sinistris sunt ipse autem rectos faciet (facit T.) cursus (gressus Σ) tuos itinera autem tua in pace producet (producit GTΦ.; perducet Σ) *cet.* 𝔊 || 5,1 adtende + ad c. | 2 conseruent + ne intenderis (attendas c.) fallaciae (fallacia C.; fallaci Σ.) mulieris (mulieri Σ.) CΣ c 𝔊 | 3 distillans C m c | 4 acuta + lingua eius C m | 5 eius] enim A | in] ad CΣ m | 6 ambulant GAZTSΦ c | 7 fili + mi ΣT c | 9 crudelibus C | 11 carnes + tuas c | 19 te + in Z c. | tempore + et CZΦ | illius] eius c | 20 in sinu Φ c | 21 illius] eius c |

GCA ΣZTSMΦm cr

stringitur
23 ipse morietur quia non habuit disci-
plinam et multitudine stultitiae suae
decipietur
17,18; 22,26! 1.2: 11,15; Sir 29,24 6 fili mi si spoponderis pro amico tuo
defixisti apud extraneum manum
tuam
2 inlaqueatus es verbis oris tui et cap-
tus propriis sermonibus
3 fac ergo quod dico fili mi et temet
ipsum libera quia incidisti in manu
proximi tui
discurre festina suscita amicum tu-
um
Ps 131,4 4 ne dederis somnum oculis tuis nec
dormitent palpebrae tuae
Ps 123,7! 5 eruere quasi dammula de manu et
quasi avis de insidiis aucupis
6 vade ad formicam o piger et consi-
dera vias eius et disce sapientiam
7 quae cum non habeat ducem nec
praeceptorem nec principem
30,25 8 parat aestate cibum sibi et congregat
in messe quod comedat
9 usquequo piger dormis quando con-
surges ex somno tuo
10,11: 24,33.34 10 paululum dormies paululum dormi-
tabis paululum conseres manus ut
dormias
11 et veniet tibi quasi viator egestas et
pauperies quasi vir armatus
12.13: 10,10! 12 homo apostata vir inutilis graditur
ore perverso
13 annuit oculis terit pede digito loqui-
tur
14 pravo corde machinatur malum et in
19: 16,28! Sir 28,15! omni tempore iurgia seminat
15 huic extemplo veniet perditio sua et
subito conteretur nec habebit ultra
medicinam
16 sex sunt quae odit Dominus et sep-
timum detestatur anima eius 8,13!
17 oculos sublimes linguam mendacem
manus effundentes innoxium sangui- Is 1,15; 59,3!
nem
18 cor machinans cogitationes pessimas Is 59,7
pedes veloces ad currendum in ma- 1,16; Ps 13,3
lum
19 proferentem mendacia testem falla- Sir 28,15
cem et eum qui seminat inter fratres 14; 16,28!
discordias
20 conserva fili mi praecepta patris tui 1,8!
et ne dimittas legem matris tuae
21 liga ea in corde tuo iugiter et cir- 3,3!
cumda gutturi tuo
22 cum ambulaveris gradiantur tecum
cum dormieris custodiant te et evi-
gilans loquere cum eis
23 quia mandatum lucerna est et lex Ps 118,105
lux et via vitae increpatio discipli- 10,17
nae
24 ut custodiant te a muliere mala et a 2,16! 7,5
blanda lingua extraneae
25 non concupiscat pulchritudinem eius Sir 9,8; 25,28!
cor tuum nec capiaris nutibus illius
26 pretium enim scorti vix unius est pa-
nis mulier autem viri pretiosam ani-
mam capit
27 numquid abscondere potest homo
ignem in sinu suo ut vestimenta illi-
us non ardeant
28 aut ambulare super prunas et non
conburentur plantae eius
29 sic qui ingreditur ad mulierem proxi-
mi sui non erit mundus cum teti-
gerit eam
30 non grandis est culpae cum quis fu-
ratus fuerit
furatur enim ut esurientem impleat
animam
31 deprehensus quoque reddet septu-
plum et omnem substantiam domus

GCA ΣZ(T)SMΦm cr

23 et + in CSM c ‖ 6,1 [*deest* T *usque ad v.* 29] | sponderis CM | 3 in manus CSM; in manum GZ c | 5 insidiis] manu c. | 8 aestatem A: in aestate c. | 9 dormies c | 10 conseris GS | manus] manibus pectus AΣS | 11 armatus GZr𝔐] + occurret tibi C.; + si uero impiger fueris ueniet ut fons messis tua et egestas longe fugiet a te *cet.*, *cf.* 𝔊 | 14 in *om.* c | 15 exemplo GΣ | ueniet + et G | 17 effundente S; effodientes CΣ. | 19 discordiam Gm | 22 gradientur Cm; gradiatur G. | custodient Cm | 24 custodiat CMΦ | 25 nec] ne GCA ZΦm | 26 est *om.* GΣ.; ~ est unius c | 27 ~ potest homo abscondere c | 28 et] ut C c | conburantur CZ c | 29 [*iterum adest* T] | 30 culpa Φm c |

suae tradet
Sir 19,3 32 qui autem adulter est propter cordis
inopiam perdet animam suam
33 turpitudinem et ignominiam congregat sibi et obprobrium illius non
delebitur
34 quia zelus et furor viri non parcet in
die vindictae
35 nec adquiescet cuiusquam precibus
nec suscipiet pro redemptione dona
plurima
2,1! **7** fili mi custodi sermones meos et
praecepta mea reconde tibi
4,4! 2 serva mandata mea et vives et legem
meam quasi pupillam oculi tui
3,3! Ier 17,1 3 liga eam in digitis tuis scribe illam
in tabulis cordis tui
4 dic sapientiae soror mea es et prudentiam voca amicam tuam
2,16! 6,24 5 ut custodiat te a muliere extranea et
ab aliena quae verba sua dulcia facit
6 de fenestra enim domus meae per
cancellos prospexi
7 et video parvulos considero vecordem iuvenem
8 qui transit in platea iuxta angulum et
propter viam domus illius graditur
9 in obscuro advesperascente die in
noctis tenebris et caligine
10 et ecce mulier occurrit illi ornatu
meretricio praeparata ad capiendas
animas
garrula et vaga 11 quietis inpatiens
nec valens in domo consistere pedibus suis
12 nunc foris nunc in plateis nunc iuxta
angulos insidians
13 adprehensumque deosculatur iuvenem et procaci vultu blanditur dicens
14 victimas pro salute debui hodie reddidi vota mea
15 idcirco egressa sum in occursum
tuum desiderans te videre et repperi
16 intexui funibus lectum meum stravi
tapetibus pictis ex Aegypto Ez 27,7
17 aspersi cubile meum murra et aloe
et cinnamomo
18 veni inebriemur uberibus donec inlucescat dies et fruamur cupitis
amplexibus
19 non est enim vir in domo sua abiit
via longissima
20 sacculum pecuniae secum tulit in die
plenae lunae reversurus est domum
suam
21 inretivit eum multis sermonibus et 5,3
blanditiis labiorum protraxit illum
22 statim eam sequitur quasi bos ductus
ad victimam et quasi agnus lasciviens et ignorans quod ad vincula
stultus trahatur
23 donec transfigat sagitta iecur eius
velut si avis festinet ad laqueum et
nescit quia de periculo animae illius
agitur
24 nunc ergo fili audi me et adtende verba oris mei 4,20!
25 ne abstrahatur in viis illius mens tua 5,8
neque decipiaris semitis eius
26 multos enim vulneratos deiecit et
fortissimi quique interfecti sunt ab
ea
27 viae inferi domus eius penetrantes 2,18; 5,5
interiora mortis
8 numquid non sapientia clamitat et 1,20
prudentia dat vocem suam
2 in summis excelsisque verticibus
super viam in mediis semitis stans

32 [*deest* m *usque ad* 8,12] || 7,2 serua] *praem.* fili c.; *praem.* fili mi honora dominum et ualebis praeter eum uero ne timueris alium C 𝔊 | 3 tuis + et CΣ | 8 per plateam c; per plateas Φ | propter] prope GCSMΦc; secus T | 10 ~ occurrit illi mulier c. | 11 suis *om.* A | 14 debui] deuoui Σ; uoui c. | 15 in occursu tuo GA. | 16 lectulum CΣcr | meum + et GΣ | 17 cubilem GCZS; cubiculum A. | cinnamo G; cinnamomum CT | 18 cupitis] cubitis G | ~ et fruamur cupitis amplexibus donec inlucescat dies Φc | 19 in uia longissima S.; in uiam longissimam C. | 20 in diem C | est + in Cc | 22 ignorat G | 23 festinat A | quia] quod c. | 24 fili + mi Tc | uerbis AΦc | 25 eius] illius CS | 27 interiora ΣTMr] in interiora Cc; inferiora GAZS; in inferiora Φ || 8,2 supra uiam c |

GCA ΣZTSMΦ(m) cr

1,21! 3 iuxta portas civitatis in ipsis foribus
loquitur dicens
4 o viri ad vos clamito et vox mea ad
filios hominum
1,4; 9,4 5 intellegite parvuli astutiam et insi-
pientes animadvertite
6 audite quoniam de rebus magnis
locutura sum et aperientur labia
mea ut recta praedicent
7 veritatem meditabitur guttur meum
et labia mea detestabuntur impium
8 iusti sunt omnes sermones mei non
est in eis pravum quid neque per-
versum
9 recti sunt intellegentibus et aequi in-
venientibus scientiam
10 accipite disciplinam meam et non
pecuniam doctrinam magis quam
aurum eligite
Iob 28,16; Sap 7,8.9 11 melior est enim sapientia cunctis
3,15; Iob 28,18 pretiosissimis et omne desiderabile
ei non potest conparari
12 ego sapientia habito in consilio et
eruditis intersum cogitationibus
6,16.17; 16,5; Ps 96,10; Am 5,15! 13 timor Domini odit malum arrogan-
tiam et superbiam et viam pravam
et os bilingue detestor
14 meum est consilium et aequitas mea
Dn 2,20 prudentia mea est fortitudo
Sap 6,4! Dn 2,21 15 per me reges regnant et legum con-
ditores iusta decernunt
16 per me principes imperant et poten-
tes decernunt iustitiam
Sap 6,13! 17 ego diligentes me diligo et qui mane
Sir 4,13 vigilant ad me invenient me
3,16! 18 mecum sunt divitiae et gloria opes
superbae et iustitia
3,14! 19 melior est fructus meus auro et pre-
tioso lapide et genimina mea argen-
to electo
Gn 18,19! Za 3,7 20 in viis iustitiae ambulo in medio se-
mitarum iudicii
21,20 21 ut ditem diligentes me et thesauros
eorum repleam
22 Dominus possedit me initium viarum Sap 9,9; Sir 1,1
suarum antequam quicquam face-
ret a principio
23 ab aeterno ordita sum et ex antiquis Sir 1,4! 24,14
antequam terra fieret
24 necdum erant abyssi et ego iam con-
cepta eram necdum fontes aquarum
eruperant
25 necdum montes gravi mole consti- Iob 15,7; Ps 89,2
terant ante colles ego parturiebar
26 adhuc terram non fecerat et flumina
et cardines orbis terrae
27 quando praeparabat caelos aderam
quando certa lege et gyro vallabat
abyssos
28 quando aethera firmabat sursum et
librabat fontes aquarum
29 quando circumdabat mari terminum Iob 26,10; 38,10.11;
suum et legem ponebat aquis ne Ps 103,9; Ier 5,22!
transirent fines suos
quando adpendebat fundamenta Iob 26,7; 38,4
terrae 30 cum eo eram cuncta con- Sap 9,9
ponens
et delectabar per singulos dies ludens
coram eo omni tempore
31 ludens in orbe terrarum et deliciae Bar 3,38!
meae esse cum filiis hominum
32 nunc ergo filii audite me beati qui 23,19; Ps 33,12!
custodiunt vias meas Ps 118,1!
33 audite disciplinam et estote sapien- 4,13
tes et nolite abicere eam
34 beatus homo qui audit me qui vigi- Sir 14,22!
lat ad fores meas cotidie et observat
ad postes ostii mei
35 qui me invenerit inveniet vitam et 4,22
hauriet salutem a Domino
36 qui autem in me peccaverit laedet ani-
mam suam omnes qui me oderunt
diligunt mortem
9 sapientia aedificavit sibi domum ex-
cidit columnas septem
2 immolavit victimas suas miscuit vi-

GCA ΣZTSMΦ(m) cr

6 praedicem Cr | 12 [*iterum adest* m *usque ad* 24,26] | inhabito G | 14 mea[1] + est CZc | prudentia + et CΣ. | 18 superbiae CT; superfluae Σm | 19 est + enim c | ~ lapide pretioso GAMΦc | 22 initium ATSr] initio GZM; in initio CΣΦmc | 23 ordita Cr.𝔐] ordinatus m(*vid.*).; ordinata *cet.* | 24 nondum[1] ZΦc | 31 in orbem CTSΦ | 32 fili audi A | 34 me + et Cc | meas] meos GCΣΦm

num et proposuit mensam suam
3 misit ancillas suas ut vocarent ad ar-
cem et ad moenia civitatis
8,5! 4 si quis est parvulus veniat ad me et
insipientibus locuta est
Sir 15,3 5 venite comedite panem meum et bi-
bite vinum quod miscui vobis
6 relinquite infantiam et vivite et am-
bulate per vias prudentiae
7 qui erudit derisorem ipse sibi facit
iniuriam et qui arguit impium ge-
nerat maculam sibi
23,9 8 noli arguere derisorem ne oderit te
19,25; Sir 10,28! argue sapientem et diliget te
9 da sapienti et addetur ei sapientia
doce iustum et festinabit accipere
1,7; Ps 110,10! 10 principium sapientiae timor Domi-
Is 33,6 ni et scientia sanctorum prudentia
3,2! 16; 10,27! 11 per me enim multiplicabuntur dies
Ps 20,5! tui et addentur tibi anni vitae
12 si sapiens fueris tibimet ipsi eris si
inlusor solus portabis malum
13 mulier stulta et clamosa plenaque in-
lecebris et nihil omnino sciens
14 sedit in foribus domus suae super
sellam in excelso urbis loco
15 ut vocaret transeuntes viam et per-
gentes itinere suo
16 quis est parvulus declinet ad me et
vecordi locuta est
17 aquae furtivae dulciores sunt et pa-
nis absconditus suavior
Iob 26,5 18 et ignoravit quod gigantes ibi sint et
in profundis inferni convivae eius
1,1! 25,1 15,20; 23,24; 27,11! 29,3! Sir 30,2 **10** PARABOLAE SALOMONIS
Filius sapiens laetificat patrem filius
17,25; 29,15 vero stultus maestitia est matris
suae

2 non proderunt thesauri impietatis 11,4! Sir 5,1.10
iustitia vero liberabit a morte
3 non adfliget Dominus fame animam Ps 36,25
iusti et insidias impiorum subvertet
4 egestatem operata est manus remissa 12,24; 21,5; 28,19!
manus autem fortium divitias parat 13,4
5 qui congregat in messe filius sapiens
est qui autem stertit aestate filius
confusionis
6 benedictio super caput iusti os autem 11! Ps 106,42
impiorum operit iniquitatem
7 memoria iusti cum laudibus et no- Ps 111,7! Sir 44,7
men impiorum putrescet Iob 18,17! Ps 9,6!
8 sapiens corde praecepta suscipiet Dt 4,6!
stultus caeditur labiis
9 qui ambulat simpliciter ambulat
confidenter qui autem depravat I Tim 5,25
vias suas manifestus erit
10 qui annuit oculo dabit dolorem stul- 6,12.13; 16,30; Ps 34,19;
tus labiis verberabitur Sir 27,25
11 vena vitae os iusti et os impiorum Sir 21,16
operiet iniquitatem 6! 15,28; Ps 49,19!
12 odium suscitat rixas et universa de-
licta operit caritas Iac 5,20; I Pt 4,8
13 in labiis sapientis invenietur sapien- 14,3
tia et virga in dorso eius qui indiget 19,29; 26,3
corde
14 sapientes abscondunt scientiam os 11,12; 12,23
autem stulti confusioni proximum 12,13; 18,7!
est
15 substantia divitis urbs fortitudinis 13,8; 18,11
eius pavor pauperum egestas eo-
rum
16 opus iusti ad vitam fructus impii ad 11.18.19! 12,28
peccatum
17 via vitae custodienti disciplinam qui
autem increpationes relinquit errat 6,23; 15,10!
18 abscondunt odium labia mendacia

9,5 uinum + meum C | 6 per uiam C | 7 ~ sibi iniuriam facit Φ; ~ iniuriam sibi facit c. | ~ sibi maculam generat c | 8 diligit CZTSm | 9 sapienti GAr𝔐] + occasionem *cet.* 𝔊 | festinauit AZS | 12 si² + autem ASMΦc | 15 uiam CΦr] per uiam *cet.* | 16 quis] qui CZSMc | 18 ignorabit GA | ~ ibi sint gigantes c | eius + qui adplicatur illi descendet ad inferos nam qui abscesserit ab eis saluabitur qui nititur mendaciis hic pascit uentos immo autem ipse sequitur aues uolantes C. ‖ **10**,1 parabolae salomonis *om.* C | matri suae ATSM | 2 non] nil c | liberauit GAZ | 4 parat + qui nititur mendaciis hic pascit uentos idem autem ipse sequitur aues uolantes Σc | 5 stertet Cm | confusionis + est C | 6 benedictio + domini MΦc | operiet CΣ.; operuit G.; cooperit T. | iniquitate Σ.; iniquitas Ac | 8 suscipit AΣmc | caedetur C | 10 dolorem + et c | 11 et os] os autem C | operit AΣΦc | 12 operiet Cm | 13 inuenitur CAmc | 14 scientiam] sapientiam G | 16 fructus + autem Φc | 17 increpationem A |

GCA ΣZTSMΦm cr

qui profert contumeliam insipiens
est
Sir 20,8 19 in multiloquio peccatum non deerit
17,27; Sir 1,30! 20,5! qui autem moderatur labia sua
prudentissimus est
20 argentum electum lingua iusti cor
impiorum pro nihilo
21 labia iusti erudiunt plurimos qui au-
tem indocti sunt in cordis egestate
morientur
Sir 11,24 22 benedictio Domini divites facit nec
sociabitur ei adflictio
14,9; 15,21 23 quasi per risum stultus operatur sce-
lus sapientia autem est viro pruden-
tia
13,21! 24 quod timet impius veniet super eum
Ps 144,19 desiderium suum iustis dabitur
25 quasi tempestas transiens non erit
30; 12,7 impius iustus autem quasi funda-
mentum sempiternum
26 sicut acetum dentibus et fumus ocu-
lis sic piger his qui miserunt eum
9,11! Sir 1,12; 23,38 27 timor Domini adponet dies et anni
impiorum breviabuntur
28 expectatio iustorum laetitia spes au-
11,7! Iob 8,13! tem impiorum peribit
29 fortitudo simplicis via Domini et
21,15 pavor his qui operantur malum
25; 12,7 30 iustus in aeternum non commovebi-
2,22 tur impii autem non habitabunt in
terram
Ps 36,30; 48,4 31 os iusti parturiet sapientiam lingua
pravorum peribit
32 labia iusti considerant placita et os
impiorum perversa
16,11; 20,10.23; Mi 6,11 **11** statera dolosa abominatio apud
Lv 19,36! Dominum et pondus aequum vo-
luntas eius
29,23! 2 ubi fuerit superbia ibi erit et contu-
melia ubi autem humilitas ibi et
sapientia

3 simplicitas iustorum diriget eos et 6; 13,6; Ps 24,21 H
subplantatio perversorum vastabit
illos
4 non proderunt divitiae in die ultionis 10,2! Ez 7,19; So 1,18
iustitia autem liberabit a morte
5 iustitia simplicis diriget viam eius 13,6; 28,18
et in impietate sua corruet impius
6 iustitia rectorum liberabit eos et in 3; 13,6
insidiis suis capientur iniqui
7 mortuo homine impio nulla erit ultra Sap 3,18
spes et expectatio sollicitorum peri- 10,28! Ps 111,10
bit
8 iustus de angustia liberatus est et I Sm 26,24!
tradetur impius pro eo 21,18
9 simulator ore decipit amicum suum 28,23; 29,5
iusti autem liberabuntur scientia
10 in bonis iustorum exultabit civitas 28,12; 29,2!
et in perditione impiorum erit lau-
datio
11 benedictione iustorum exaltabitur
civitas et ore impiorum subvertetur
12 qui despicit amicum suum indigens
corde est vir autem prudens tacebit 10,14; 12,23
13 qui ambulat fraudulenter revelat 20,19
arcana qui autem fidelis est animi
celat commissum
14 ubi non est gubernator populus cor- 15,22
ruet salus autem ubi multa consilia 20,18; 24,6
15 adfligetur malo qui fidem facit pro 6,1! Sir 29,24
extraneo qui autem cavet laqueos
securus erit
16 mulier gratiosa inveniet gloriam et
robusti habebunt divitias
17 benefacit animae suae vir misericors
qui autem crudelis est et propinquos
abicit
18 impius facit opus instabile seminanti 10,16; Sap 3,11
autem iustitiam merces fidelis
19 clementia praeparat vitam et sectatio 12,28
malorum mortem
20 abominabile Domino pravum cor et 15,9

GCA ΣZTSMΦm cr

19 ~ non deerit peccatum c | 20 cor + autem c | 21 moriuntur AΣ | 22 ci Σr𝔐] eis *cet.* | 23 prudenti CΣm | 30 in terra ZTSMm; super terram Φc || **11**,1 abominatio + est ΣΦc | dominum] deum GCΣΦm | 2 autem + est c | 3 uastauit GS. | 4 liberauit GSm | 5 dirigit GAΣTmr | in *om.*. GATSm | 6 liberauit GZm | 7 et *om.* CTM | 8 traditur GCΣTSm | 10 exultabitur C; exaltabit Z.; exaltabitur M | 13 animi celat] celat animi Φ; amici celat A; animi celat amici c. | 14 corruit CΣTSM | 15 adfligitur CΣZT | 17 et] etiam c.; *om.* ΣZ | 18 iustitia GZSm | 20 ~ cor prauum AΦc |

voluntas eius in his qui simpliciter
ambulant
16,5 21 manus in manu non erit innocens
malus semen autem iustorum sal-
vabitur
22 circulus aureus in naribus suis mu-
lier pulchra et fatua
23 desiderium iustorum omne bonum
est praestolatio impiorum furor
24 alii dividunt propria et ditiores fiunt
alii rapiunt non sua et semper in
egestate sunt
II Cor 9,6 25 anima quae benedicit inpinguabitur
et qui inebriat ipse quoque inebria-
bitur
26 qui abscondit frumenta maledicetur
in populis benedictio autem super
caput vendentium
27 bene consurgit diluculo qui quaerit
bona qui autem investigator malo-
rum est opprimetur ab eis
Ps 51,9.10! 28 qui confidet in divitiis suis corruet
14,11! Ps 91,13; Is 66,14 iusti autem quasi virens folium ger-
minabunt
29 qui conturbat domum suam posside-
bit ventos et qui stultus est serviet
sapienti
30 fructus iusti lignum vitae et qui sus-
cipit animas sapiens est
31 si iustus in terra recipit quanto ma-
gis impius et peccator
15,5 **12** qui diligit disciplinam diligit scien-
Sir 19,5! 21,7 tiam qui autem odit increpationes
insipiens est
Gn 6,8! Sir 3,20; Ier 31,2 2 qui bonus est hauriet a Domino gra-
tiam qui autem confidit cogitatio-
nibus suis impie agit
Ps 9,20! 3 non roborabitur homo ex impietate
et radix iustorum non commove-
bitur
Sir 26,1! 16; I Cor 11,7 4 mulier diligens corona viro suo et
putredo in ossibus eius quae con-
fusione res dignas gerit
5 cogitationes iustorum iudicia et con-
silia impiorum fraudulentia
6 verba impiorum insidiantur sanguini
os iustorum liberabit eos
7 verte impios et non erunt domus au- 3,33; 14,11
tem iustorum permanebit 10,25.30
8 doctrina sua noscetur vir qui autem
vanus et excors est patebit contemp-
tui
9 melior est pauper et sufficiens sibi 15,16! 28,6! Sir 10,30
quam gloriosus et indigens pane
10 novit iustus animas iumentorum 27,23!
suorum viscera autem impiorum
crudelia
11 qui operatur terram suam saturabi- 28,19!
tur panibus qui autem sectatur oti-
um stultissimus est
12 desiderium impii munimentum est
pessimorum radix autem iustorum
proficiet
13 propter peccata labiorum ruina pro- 10,14; 13,3; 18,7! Ps 139,10
ximat malo effugiet autem iustus
de angustia
14 de fructu oris sui unusquisque reple- 13,2; 18,20
bitur bonis et iuxta opera manuum
suarum retribuetur ei
15 via stulti recta in oculis eius qui au- 21,2
tem sapiens est audit consilia
16 fatuus statim indicat iram suam qui 29,11; Sir 21,29
autem dissimulat iniuriam callidus
est
17 qui quod novit loquitur index iusti- 14,5
tiae est qui autem mentitur testis
est fraudulentus
18 est qui promittit et quasi gladio pun-
gitur conscientiae lingua autem sa-
pientium sanitas est
19 labium veritatis firmum erit in per-
petuum qui autem testis est repen-

20 hiis A; iis c. | 26 abscondet A | maledicitur CAΣ | 28 confidit ZTMΦ cr | 29 possidet GΣ. || **12**,2 ~ gratiam a domino c | confidet GC; + in CZc | 4 corona + est GAZSΦ m (*vid.*) c | 5 fraudulentia GTr𝔐] fraudulenta *cet.* | 8 noscitur CΣTSΦ | 9 panem AΣT SMΦm (*vid.*) | 10 ~ iumentorum suorum animas c. | 11 satiabitur GZTSc | est + qui suauis est in uini demorationibus (moderationibus C) in suis munitionibus relinquit (relinquet C) contumeliam (contumelia C.) Cc𝔊 | 12 munimentum] monumentum AΣS MΦ | 18 conscientia GΣ |

GCA ΣZTSMΦm cr

tinus concinnat linguam mendacii
20 dolus in corde cogitantium mala qui
autem ineunt pacis consilia sequi-
tur eos gaudium
21 non contristabit iustum quicquid ei
acciderit impii autem replebuntur
malo
22 abominatio Domino labia mendacia
qui autem fideliter agunt placent ei
10,14; 11,12 23 homo versutus celat scientiam et cor
insipientium provocabit stultitiam
10,4! 24 manus fortium dominabitur quae
autem remissa est tributis serviet
15,13; 17,22; 25,20; Sir 38,19 25 maeror in corde viri humiliabit illud
et sermone bono laetificabitur
26 qui neglegit damnum propter ami-
cum iustus est iter autem impiorum
decipiet eos
27 non inveniet fraudulentus lucrum et
substantia hominis erit auri preti-
um
10,16; 11,19 28 in semita iustitiae vita iter autem de-
vium ducit ad mortem
13 filius sapiens doctrina patris qui
autem inlusor est non audit cum
arguitur
12,14; 18,20 2 de fructu oris homo saturabitur bo-
nis anima autem praevaricatorum
iniqua
12,13; 18,7! 21,23 3 qui custodit os suum custodit ani-
mam suam qui autem inconsidera-
tus est ad loquendum sentiet mala
10,4! 4 vult et non vult piger anima autem
operantium inpinguabitur
5 verbum mendax iustus detestabitur
impius confundit et confundetur
11,3.5! 6 6 iustitia custodit innocentis viam im-
pietas vero peccato subplantat
7 est quasi dives cum nihil habeat et
est quasi pauper cum in multis divi-
tiis sit
8 redemptio animae viri divitiae suae 10,15; 18,11
qui autem pauper est increpatio-
nem non sustinet
9 lux iustorum laetificat lucerna autem 20,20; 24,20; Iob 18,6; 21,17; Mt 25,8
impiorum extinguetur
10 inter superbos semper iurgia sunt
qui autem agunt cuncta consilio
reguntur sapientia
11 substantia festinata minuetur quae 20,21; 22,16! 28,20!
autem paulatim colligitur manu
multiplicabitur
12 spes quae differtur adfligit animam
lignum vitae desiderium veniens
13 qui detrahit alicui rei ipse se in futu-
rum obligat qui autem timet prae-
ceptum in pace versabitur
14 lex sapientis fons vitae ut declinet a
ruina mortis
15 doctrina bona dabit gratiam in iti-
nere contemptorum vorago
16 astutus omnia agit cum consilio qui
autem fatuus est aperit stultitiam
17 nuntius impii cadet in malum legatus
fidelis sanitas
18 egestas et ignominia ei qui deserit
disciplinam qui autem adquiescit 15,32; Sir 19,51
arguenti glorificabitur
19 desiderium si conpleatur delectat
animam detestantur stulti eos qui
fugiunt mala
20 qui cum sapientibus graditur sapi-
ens erit amicus stultorum efficietur
similis
21 peccatores persequetur malum et 10,24; Ps 31,10; Ecl 2,26
iustis retribuentur bona

GCA ΣZTSMΦm 𝔠𝔯

20 ~ pacis ineunt 𝔠 | sequetur GZM | 22 abominatio + est ASΦ𝔠 | 23 prouocauit G; prouocat CAΦ𝔠 | 24 tributi C | 25 humiliauit AS | illud T𝔯𝔐] eum Φ; illum *cet.* | 26 necleget C || **13**,2 oris + sui A𝔠 | satiabitur 𝔠 | ~ saturabitur homo A | bonus A | 4 piger + in desideriis est C | 5 impius + autem ASMΦ𝔠 | confunditur² CATSMm | 6 uero] autem 𝔠 | peccato GΣZTm𝔯, *cf.* 𝔐] peccatorem AΦ𝔠; peccatores CM; peccatorum S | 8 non *om.* C | 9 extinguetur + animae dolosae errant in peccatis iusti uero misericordes sunt et miserentur CΣ. 𝔊 | 10 cuncta] omnia cum 𝔠 | 12 adfliget AΦm | 13 uersabitur + filio doloso nihil erit boni seruo autem sapienti prosperi erunt actus et dirigentur uiae eius C𝔊; + animae dolosae errant in peccatis iusti autem misericordes sunt et miserantur 𝔠 | 14 lex] lux AS | 17 cadit CTS | legatus + autem 𝔠. | 18 adquiescet AΣm | 20 ~ similis efficietur 𝔠 | 21 persequitur AΦ𝔠; persequuntur T; persequ••tur ZS.; sequetur Σ. |

Sir 44,12 Iob 27,17 22 bonus relinquet heredes filios et nepotes et custoditur iusto substantia peccatoris

23 multi cibi in novalibus patrum et alii congregantur absque iudicio

23,13 19,18! 29,17; Sir 30,1 24 qui parcit virgae suae odit filium suum qui autem diligit illum instanter erudit

25 iustus comedit et replet animam suam venter autem impiorum insaturabilis

14 sapiens mulier aedificavit domum suam insipiens instructam quoque destruet manibus

Iob 1,1! 2,3; Sir 2,18! 2 ambulans recto itinere et timens Deum despicitur ab eo qui infami graditur via

10,13 3 in ore stulti virga superbiae labia sapientium custodiunt eos

4 ubi non sunt boves praesepe vacuum est ubi autem plurimae segetes ibi manifesta fortitudo bovis

12,17 5 testis fidelis non mentietur profert mendacium testis dolosus

6 quaerit derisor sapientiam et non inveniet doctrina prudentium facilis

7 vade contra virum stultum et nescito labia prudentiae

8 sapientia callidi est intellegere viam suam et inprudentia stultorum errans

10,23! 9 stultis inludet peccatum inter iustos morabitur gratia

10 cor quod novit amaritudinem animae suae in gaudio eius non miscebitur extraneus

12,7; 15,25 3,33; 11,28! 11 domus impiorum delebitur tabernacula iustorum germinabunt

12 est via quae videtur homini iusta novissima autem eius deducunt ad mortem 16,25

13 risus dolore miscebitur et extrema gaudii luctus occupat

14 viis suis replebitur stultus et super eum erit vir bonus

15 innocens credit omni verbo astutus considerat gressus suos

16 sapiens timet et declinat malum stultus transilit et confidit 22,3; 27,12

17 inpatiens operabitur stultitiam et vir versutus odiosus est

18 possidebunt parvuli stultitiam et astuti expectabunt scientiam

19 iacebunt mali ante bonos et impii ante portas iustorum

20 etiam proximo suo pauper odiosus erit amici vero divitum multi 19,4! 7

21 qui despicit proximum suum peccat qui autem miseretur pauperi beatus erit 22,9! Tb 4,12! Ps 111,5!

22 errant qui operantur malum misericordia et veritas praeparant bona

23 in omni opere erit abundantia ubi autem verba sunt plurima frequenter egestas

24 corona sapientium divitiae eorum fatuitas stultorum inprudentia 16,22

25 liberat animas testis fidelis et profert mendacia versipellis

26 in timore Domini fiducia fortitudinis et filiis eius erit spes

27 timor Domini fons vitae ut declinet a ruina mortis

28 in multitudine populi dignitas regis et in paucitate plebis ignominia principis

29 qui patiens est multa gubernatur 19,11

22 bonos G | relinquit c | 23 aliis AM c | 24 parcet C | suae *om.* Φ c | 25 comedet GCA ΣZΦ | insatiabilis C ‖ **14**,1 aedificabit AΣTSM; aedificat CΦ c | instructam CAm (*vid.*) r] structam M.; extructam *cet.* | ~ quoque (ins)tructam GC | ~ manibus destruct c | manibus + suis C | 3 labia + autem c | 4 manifesta + est c | 5 mentitur A c. | profert + autem c | ~ dolosus testis AMΦ c | 6 inuenit AZTS c | 7 nescit AΦ c | 9 stultus GZΦ c | inludit ATΦ | peccatum + et CAΣM c | 11 tabernacula + uero TSM c; + autem Σ. | 13 occupauit G | 15 suos + filio doloso nihil erit boni seruo autem sapienti prosperi erunt actus et dirigetur uia eius c | 16 malum] a malo ASMΦm (*vid.*) c | 18 ~ expectabunt astuti c | 21 pauperis c | erit + qui credit in domino misericordiam diligit SΦ c | 23 plurima + ibi ASMΦ c | 27 declinent ΣTΦm c |

GCA ΣZTSMΦm cr

prudentia qui autem inpatiens exaltat stultitiam suam
30 vita carnium sanitas cordis putredo ossuum invidia
17.5 31 qui calumniatur egentem exprobrat factori eius honorat autem eum qui miseretur pauperis
32 in malitia sua expelletur impius sperat autem iustus in morte sua
33 in corde prudentis requiescit sapientia et indoctos quoque erudiet
34 iustitia elevat gentem miseros facit populos peccatum
35 acceptus est regi minister intellegens iracundiam eius inutilis sustinebit
25,15; Sir 6,5 **15** responsio mollis frangit iram sermo durus suscitat furorem
2 lingua sapientium ornat scientiam os fatuorum ebullit stultitiam
II Par 16,9; Iob 24,23; Ps 33,17; Am 9,8 Sir 23,28! 3 in omni loco oculi Domini contemplantur malos et bonos
4 lingua placabilis lignum vitae quae inmoderata est conteret spiritum
5 stultus inridet disciplinam patris sui
12,1 qui autem custodit increpationes astutior fiet
6 domus iusti plurima fortitudo et in fructibus impii conturbatur
7 labia sapientium disseminabunt scientiam cor stultorum dissimile erit
21,27; Sir 34,21.23! 8 victimae impiorum abominabiles Domino vota iustorum placabilia
11,20 9 abominatio est Domino via impii qui sequitur iustitiam diligetur ab eo
10,17! 29,1; Sir 19,5! 10 doctrina mala deserenti viam qui increpationes odit morietur
Iob 26,6! Sir 42,18 11 infernus et perditio coram Domino
16,2; Sir 23,28! quanto magis corda filiorum hominum
12 non amat pestilens eum qui se corripit nec ad sapientes graditur
13 cor gaudens exhilarat faciem in maerore animi deicitur spiritus 12,25! 17,22; Sir 13,31
14 cor sapientis quaerit doctrinam et os 18,15
stultorum pascetur inperitia
15 omnes dies pauperis mali secura mens quasi iuge convivium
16 melius est parum cum timore Domini quam thesauri magni et insatiabiles 12,9! 16,8; Ps 36,16; Ecl 4,6
17 melius est vocare ad holera cum cari- 17,1
tate quam ad vitulum saginatum cum odio
18 vir iracundus provocat rixas qui patiens est mitigat suscitatas 26,21; 29,22; Sir 28,11!
19 iter pigrorum quasi sepes spinarum via iustorum absque offendiculo
20 filius sapiens laetificat patrem et stultus homo despicit matrem suam 10,1! 27,11! 29,3
21 stultitia gaudium stulto et vir pru- 10,23!
dens dirigit gressus
22 dissipantur cogitationes ubi non est consilium ubi vero plures sunt consiliarii confirmantur 11,14; 20,18; 24,6
23 laetatur homo in sententia oris sui et sermo oportunus est optimus
24 semita vitae super eruditum ut declinet de inferno novissimo
25 domum superborum demolietur Do- 14,11
minus et firmos facit terminos viduae
26 abominatio Domini cogitationes malae et purus sermo pulcherrimus
27 conturbat domum suam qui sectatur 1,18.19
avaritiam qui autem odit munera 28,16
vivet

GCA ΣZTSMΦm cr 29 inpatiens + est AΣSΦc | 31 pauperi CΣ | 32 expellitur CAΣTMr | 33 quoque] quosque ΣMc | 34 miseros + autem c. | peccatorum C || **15**,3 ~ bonos et malos CΣΦc | 4 quae + autem ATSMΦc | 5 fiet + in abundanti iustitia (abundantia iustitiae C) uirtus maxima est cogitationes autem impiorum eradicabuntur Cc𝔊 | 6 in *om.* GZ | conturbabitur M.; conturbatio AΣSΦc | 9 diligetur Cr, *cf.* 𝔐] diligitur *cet.* | 10 uiam + uitae ASMΦc | 14 pascitur AΣMc | 17 uocari c; *om.* A. | 19 pigrorum] impiorum CΣΦ | 21 gressus + suos Cmc | 22 sunt] sint GΦ. | ~ sunt plures c | 23 sententia] scientia ASΦ | 25 domus Φm; domos G | demolitur CA. | faciet ΣZTSMΦc | 26 pulcherrimus GCΣTr𝔐] + firmabitur ab eo *cet.* | 27 uiuet + per misericordiam et fidem purgantur peccata per (*om.* CZ) timorem (timor CZ) autem domini declinat omnis (omnes C; *om.* Z.) a malo CZc𝔊 |

28 mens iusti meditatur oboedientiam
10,11! Ps 49,19! os impiorum redundat malis
Io 9,31 29 longe est Dominus ab impiis et orationes iustorum exaudiet
30 lux oculorum laetificat animam fama bona inpinguat ossa
31 auris quae audit increpationes vitae in medio sapientium commorabitur
32 qui abicit disciplinam despicit ani-
13,18! mam suam qui adquiescit increpationibus possessor est cordis
Iob 28,28! 33 timor Domini disciplina sapientiae
29,23! et gloriam praecedit humilitas
16 hominis est animum praeparare et Dei gubernare linguam
15,11! 2 omnes viae hominum patent oculis
21,2 eius spirituum ponderator est Dominus
Ps 36,5 3 revela Domino opera tua et dirigentur cogitationes tuae
4 universa propter semet ipsum operatus est Dominus impium quoque ad diem malum
8,13! Lc 16,15 5 abominatio Domini omnis arrogans
11,21 etiam si manus ad manum fuerit non erit innocens
6 misericordia et veritate redimitur
3,7 iniquitas et in timore Domini declinatur a malo
7 cum placuerint Domino viae hominis inimicos quoque eius convertet ad pacem
15,16! Ps 36,16; Ecl 4,6 8 melius est parum cum iustitia quam multi fructus cum iniquitate
20,24; Ps 36,23; Ier 10,23 9 cor hominis disponet viam suam sed Domini est dirigere gressus eius
10 divinatio in labiis regis in iudicio non errabit os eius
11 pondus et statera iudicia Domini 11,1! Lv 19,36!
sunt et opera eius omnes lapides sacculi
12 abominabiles regi qui agunt impie 20,8; 25,5; 29,14
quoniam iustitia firmatur solium 20,28; Ps 96,2!
13 voluntas regum labia iusta qui recta 22,11
loquitur diligetur
14 indignatio regis nuntii mortis et vir sapiens placabit eam
15 in hilaritate vultus regis vita et cle- Sir 35,26
mentia eius quasi imber seroti- Os 6,3!
nus
16 posside sapientiam quia auro melior 3,14! Iob 28,15; Sap 7,9
est et adquire prudentiam quia pretiosior est argento
17 semita iustorum declinat mala custos animae suae servat viam suam
18 contritionem praecedit superbia et 18,12; 29,23!
ante ruinam exaltatur spiritus
19 melius est humiliari cum mitibus quam dividere spolia cum superbis
20 eruditus in verbo repperiet bona et Ps 83,13!
qui in Domino sperat beatus est 28,25; 29,25
21 qui sapiens corde est appellabitur
prudens et qui dulcis eloquio maio- Sir 6,5
ra percipiet
22 fons vitae eruditio possidentis doc-
trina stultorum fatuitas 14,24
23 cor sapientis erudiet os eius et labiis illius addet gratiam
24 favus mellis verba conposita dulcedo animae et sanitas ossuum
25 est via quae videtur homini recta 14,12

GCA ΣZTSMΦm cr

28 meditabitur A | malis + accepta apud dominum (deum C.) uia (*om.* Z.) iustorum (iustitia Z.) et per ipsos (ipsam Z.) etiam inimici amici fiunt CZ𝔊 | 32 qui[2] + autem ASMΦc | 33 disciplinam sapientiae A; sapientia disciplinae Σ.; disciplina sapientiam Cm (*vid.*). | praecedet CΣm. || **16**,1 animam GCc | dei] domini ASMΦc | 2 hominis c | 5 domini CΣ ZTr] domino G.; domini est *cet.* | manus ad manum cr] manum ad manum AT; manum ad manu C; manu ad manum *cet.* | erit] est c | innocens + initium uiae bonae facere iusta (iustitiam Zc) accepta (+ est autem c.) apud deum (dominum C) magis quam immolare hostias CZc𝔊 | 6 in *om.* C | 7 conuertit ATS | 9 disponit GCΣZTSc | 10 errauit GCΣZS | 11 sacculi cr., *cf.* 𝔐] *om.* Σ.; saeculi *cet.* | 13 diligetur cr𝔐] diligitur GT.; diregitur Z.; dirigetur *cet.* | 14 nuntius m; nuntium C. | eum CAΣM | 17 suam + qui excipit disciplinam in bonis erit qui autem custodit (*om.* C.) increpationes sapiens fiet (+ qui custodit uias suas custodit animam suam diligens autem uitam parcet ori suo Σ) CΣ𝔊 | 18 exaltabitur C | 20 ~ sperat in domino c | 21 ~ est corde c | 23 erudit AΣ. | illius] eius Σc. | 24 fauum A | ~ composita uerba c | et] est AMΦ; *om.* CSc |

et novissimum eius ducit ad mor-
tem
Ecl 6,7 26 anima laborantis laborat sibi quia
conpulit eum os suum
27 vir impius fodit malum et in labiis
eius ignis ardescit
6,14.19; 17,11; Sir 28,11! 28 homo perversus suscitat lites et ver-
bosus separat principes
29 vir iniquus lactat amicum suum et
ducit eum per viam non bonam
10,10! 30 qui adtonitis oculis cogitat prava
mordens labia sua perficit malum
20,29 31 corona dignitatis senectus in viis ius-
titiae repperietur
Sap 6,1! 32 melior est patiens viro forte et qui
dominatur animo suo expugnatore
urbium
33 sortes mittuntur in sinu sed a Do-
mino temperantur
15,17 **17** melior est buccella sicca cum gau-
dio quam domus plena victimis
cum iurgio
Sir 10,28 2 servus sapiens dominabitur filiis stul-
tis et inter fratres hereditatem divi-
det
27,21; Ps 65,10! Iob 23,10! Sir 2,5; Za 13,9! Mal 3,3 3 sicut igne probatur argentum et au-
rum camino ita corda probat Domi-
nus
4 malus oboedit linguae iniquae et
fallax obtemperat labiis mendaci-
bus
14,31 5 qui despicit pauperem exprobrat
24,17; Iob 31,29; Sir 8,8 factori eius et qui in ruina laetatur
alterius non erit inpunitus
Sir 3,13 6 corona senum filii filiorum et gloria
filiorum patres sui
7 non decent stultum verba conposita
nec principem labium mentiens
8 gemma gratissima expectatio prae-
stolantis quocumque se verterit pru-
denter intellegit
9 qui celat delictum quaerit amicitias 10,12 Lxx
qui altero sermone repetit separat
foederatos
10 plus proficit correptio apud pruden- 19,25! Sir 10,28!
tem quam centum plagae apud stul-
tum
11 semper iurgia quaerit malus angelus 16,28!
autem crudelis mittetur contra eum
12 expedit magis ursae occurrere raptis II Sm 17,8; Os 13,8
fetibus quam fatuo confidenti sibi
in stultitia sua
13 qui reddit mala pro bonis non rece-
det malum de domo eius
14 qui dimittit aquam caput est iurgio-
rum et antequam patiatur contu-
meliam iudicium deserit
15 et qui iustificat impium et qui con- 24,24; Is 5,23
demnat iustum abominabilis est
uterque apud Dominum
16 quid prodest habere divitias stultum
cum sapientiam emere non possit
17 omni tempore diligit qui amicus est 18,24!
et frater in angustiis conprobatur Sir 12,9!
18 homo stultus plaudet manibus cum 6,1! 22,26!
spoponderit pro amico suo
19 qui meditatur discordiam diligit ri-
xas et qui exaltat ostium quaerit
ruinam
20 qui perversi cordis est non inveniet
bonum et qui vertit linguam incidet
in malum
21 natus est stultus in ignominiam su-
am sed nec pater in fatuo laetabitur 25; 19,13
22 animus gaudens aetatem floridam 12,25! 15,13; Sir 30,23; 38,19
facit spiritus tristis exsiccat ossa
23 munera de sinu impius accipit ut per-
vertat semitas iudicii
24 in facie prudentis lucet sapientia Ecl 2,14; 8,1
oculi stultorum in finibus terrae

GCA ΣZTSMΦm cr

25 nouissima eius ducunt c | 29 ducet GT; deducet Σ. | 31 senectus + quae AMΦc | 32 patiens] sapiens G | expugnator est CAΣZ; expugnatore est S | 33 in sinum GZTSMc || **17**,2 diuidit AT | 3 in camino C | 5 factorem A | in *om.* c. | 6 sui GTSr] eorum *cet.* | 8 uertit c | 12 sibi *om.* Ac. | 15 et[1] *om.* Cmc | abominabiles AZ. | dominum] deum GΣTmc | 16 stulto ΣMc | ~ stulto habere diuitias c. | possit + qui altam facit domum suam quaerit ruinam et qui euitat (deuitat Z) discere (discedere C.) incidet (incedit C.) in malum (mala c) CZc𝔊 | 18 ~ stultus homo c. | 19 discordia S.; discordias AZTMΦc | ostium c.] ostium suum Σr; os suum *cet.* | ruinas C | 20 incidit S; incedit CZT | 21 in ignominia sua MΦm; ignominiam suam A. |

21; 19,13 [25]ira patris filius stultus et dolor mat-
10,1; 29,15 ris quae genuit eum
[26]non est bonum damnum inferre ius-
to nec percutere principem qui rec-
ta iudicat
10,19; Sir 1,30! 20,5! [27]qui moderatur sermones suos doc-
tus et prudens est et pretiosi spiri-
tus vir eruditus
Iob 13,5 [28]stultus quoque si tacuerit sapiens
putabitur et si conpresserit labia
sua intellegens
18 occasiones quaerit qui vult recedere
ab amico omni tempore erit ex-
probrabilis
[2]non recipit stultus verba prudentiae
nisi ea dixeris quae versantur in
corde eius
[3]impius cum in profundum venerit
peccatorum contemnit sed sequi-
tur eum ignominia et obprobrium
20,5! [4]aqua profunda verba ex ore viri et
torrens redundans fons sapientiae
Lv 19,15! [5]accipere personam impii non est bo-
num ut declines a veritate iudicii
[6]labia stulti inmiscunt se rixis et os
eius iurgia provocat
10,14; 12,13; 13,3; Ecl 10,12 [7]os stulti contritio eius et labia illius
ruina animae eius
26,22 [8]verba bilinguis quasi simplicia et ip-
sa perveniunt usque ad interiora
ventris
[9]qui mollis et dissolutus est in opere
suo frater est sua opera dissipantis
Ps 60,4 [10]turris fortissima nomen Domini ad
ipsum currit iustus et exaltabitur
10,15; 13,8 [11]substantia divitis urbs roboris eius
et quasi murus validus circumdans
eum
16,18; 29,23! [12]antequam conteratur exaltatur cor
hominis et antequam glorificetur
humiliatur
[13]qui prius respondit quam audiat Sir 11,8
stultum se esse demonstrat et con-
fusione dignum
[14]spiritus viri sustentat inbecillitatem
suam spiritum vero ad irascendum
facilem quis poterit sustinere
[15]cor prudens possidebit scientiam et 15,14
auris sapientium quaerit doctrinam
[16]donum hominis dilatat viam eius et 17,8 Lxx
ante principes spatium ei facit
[17]iustus prior est accusator sui venit
amicus eius et investigavit eum
[18]contradictiones conprimit sors et in-
ter potentes quoque diiudicat
[19]frater qui adiuvatur a fratre quasi
civitas firma et iudicia quasi vectes
urbium
[20]de fructu oris viri replebitur venter 12,14; 13,2
eius et genimina labiorum illius sa-
turabunt eum
[21]mors et vita in manu linguae qui di- Sir 37,21!
ligunt eam comedent fructus eius
[22]qui invenit mulierem invenit bonum Sir 26,1! 3! 36,26!
et hauriet iucunditatem a Domino
[23]cum obsecrationibus loquetur pau-
per et dives effabitur rigide
[24]vir amicalis ad societatem magis 17,17; 27,10
amicus erit quam frater
19 melior est pauper qui ambulat in 28,6!
simplicitate sua quam torquens
labia insipiens
[2]ubi non est scientia animae non est
bonum et qui festinus est pedibus
offendit
[3]stultitia hominis subplantat gressus
eius et contra Deum fervet animo Is 8,21!
suo

GCA ΣZTSMΦm 𝔠r

25 patri ΣT. | matri AΣT | 28 reputabitur MΦ𝔠; uocauitur C. || **18**,3 contemnet GZ | sequetur GM | 6 inmiscent ΣTSM; miscent m𝔠 | 7 illius] ipsius AΦ𝔠; eius Σ. | ruinae A | 8 usque *om.* G | uentris + pigrum deicit timor (decidit timorem C.) animae (anima C.) autem effeminatorum esurient (esuriet C.) C𝔠 [*cf.* Z *qui spat. vac. rel.*] 𝔊 | 13 respondet Φ𝔠 | 17 inuestigabit GCΣMΦ𝔠r | 20 illius] eius G; ipsius 𝔠 | saturabuntur eum C | 21 in manibus CM | 22 mulierem Gr𝔐] bonam mulierem A; mulierem bonam *cet.* | domino + qui expellit mulierem bonam expellit bonum (bona Z) qui autem tenet (*om.* Z.) adulteram (adulterat Z.) stultus est et impius Z𝔠𝔊 | 23 loquitur CΣZSM | 24 amicalis GZTr] amabilis AMΦ𝔠; amicabilis CΣSm || **19**,1 quam + diues ASMΦ𝔠 | labia + sua et 𝔠 | 2 offendet G𝔠 |

14,20; Sir 12,8; 13,25 4 divitiae addunt amicos plurimos a
7 paupere autem et hii quos habuit
separantur
9! 21,28; Dt 19,18.19 5 testis falsus non erit inpunitus et qui
mendacia loquitur non effugiet
29,26 6 multi colunt personam potentis et
amici sunt dona tribuenti
7 fratres hominis pauperis oderunt
4! 14,20 eum insuper et amici procul reces-
serunt ab eo
qui tantum verba sectatur nihil ha-
bebit 8 qui autem possessor est
mentis diligit animam suam et cus-
tos prudentiae inveniet bona
5! 9 testis falsus non erit inpunitus et qui
Sap 1,11 loquitur mendacia peribit
26,1; 30,22! 10 non decent stultum deliciae nec ser-
vum dominari principibus
14,29 11 doctrina viri per patientiam noscitur
et gloria eius est iniqua praetergre-
di
20,2; 28,15! 12 sicut fremitus leonis ita et regis ira et
sicut ros super herbam ita hilaritas
eius
17,21.25 13 dolor patris filius stultus et tecta iu-
27,15 giter perstillantia litigiosa mulier
14 domus et divitiae dantur a patribus
Sir 7,21! 26,3! a Domino autem proprie uxor pru-
dens
15 pigredo inmittit soporem et anima
dissoluta esuriet
Sir 15,16 16 qui custodit mandatum custodit ani-
mam suam qui autem neglegit vias
suas mortificabitur
Tb 4,12! Sir 29,1 17 feneratur Domino qui miseretur
pauperis et vicissitudinem suam
reddet ei
13,24! Sir 7,25! 30,13 18 erudi filium tuum ne desperes ad in-
terfectionem autem eius ne ponas
animam tuam
19 qui inpatiens est sustinebit damnum
et cum rapuerit aliud adponet
20 audi consilium et suscipe disciplinam
ut sis sapiens in novissimis tuis
21 multae cogitationes in corde viri vo-
luntas autem Domini permanebit Ps 32,11!
22 homo indigens misericors est et me-
lior pauper quam vir mendax
23 timor Domini ad vitam et in pleni-
tudine commorabitur absque visi-
tatione pessimi
24 abscondit piger manum suam sub 26,15
ascella nec ad os suum adplicat
eam
25 pestilente flagellato stultus sapien- 17,10; 21,11
tior erit sin autem corripueris sa- 9,8; Sir 10,28!
pientem intelleget disciplinam
26 qui adfligit patrem et fugat matrem Sir 3,18!
ignominiosus est et infelix
27 non cesses fili audire doctrinam nec
ignores sermones scientiae
28 testis iniquus deridet iudicium et os
impiorum devorat iniquitatem
29 parata sunt derisoribus iudicia et
mallei percutientes stultorum cor- 10,13; 26,3
poribus
20 luxuriosa res vinum et tumultuosa 31,4; Sir 19,2; Os 4,11;
ebrietas quicumque his delectatur III Esr 3,18
non erit sapiens
2 sicut rugitus leonis ita terror regis 19,12; 28,15!
qui provocat eum peccat in animam
suam
3 honor est homini qui separat se a
contentionibus omnes autem stulti 26,17
miscentur contumeliis
4 propter frigus piger arare noluit
mendicabit ergo aestate et non da-
bitur ei
5 sicut aqua profunda sic consilium in 18,4; 27,19
corde viri sed homo sapiens exhau-
riet illud
6 multi homines misericordes vocan-
tur virum autem fidelem quis in-
veniet
7 iustus qui ambulat in simplicitate
sua beatos post se filios derelinquet

GCA ΣZTSMΦm cr

6 tribuentis GCZΦc | 9 ~ falsus testis c | 11 doctrinam G | 12 ita² + et Φc | 13 prestillantia C | 14 a¹ *om.* GA. | patribus] parentibus ASMΦc | 16 uiam suam c; uitam suam C. | 17 pauperi CΦ | 18 autem *om.* GΣ. | 22 et *om.* A | melior + est ZMc | 23 pessima Ac. | 24 suam *om.* G | 25 si autem MΦc; si enim G. | 26 fugat cr.𝔐] fugit *cet.* || **20**,2 ita + et CZΦc | 4 ei] illi c. |

16,12! 25,5 [8] rex qui sedet in solio iudicii dissipat
26 omne malum intuitu suo
III Rg 8,46! Ecl 7,21 [9] quis potest dicere mundum est cor
meum purus sum a peccato
23; 11,1! [10] pondus et pondus mensura et men-
sura utrumque abominabile est a-
pud Deum
22,6 [11] ex studiis suis intellegitur puer si
munda et si recta sint opera eius
Ps 93,9 [12] aurem audientem et oculum viden-
tem Dominus fecit utrumque
28,19! [13] noli diligere somnum ne te egestas
opprimat aperi oculos tuos et satu-
rare panibus
[14] malum est malum est dicit omnis
emptor et cum recesserit tunc glo-
riabitur
[15] est aurum et multitudo gemmarum
vas autem pretiosum labia scientiae
27,13 [16] tolle vestimentum eius qui fideiussor
extitit alieni et pro extraneis aufer
pignus ab eo
[17] suavis est homini panis mendacii et
postea implebitur os eius calculo
11,14; 15,22; 24,6 [18] cogitationes consiliis roborantur et
gubernaculis tractanda sunt bella
11,13 [19] ei qui revelat mysteria et ambulat
fraudulenter et dilatat labia sua ne
commiscearis
Ex 21,17! [20] qui maledicit patri suo et matri ex-
13,9! tinguetur lucerna eius in mediis te-
nebris
13,11! 28,20 [21] hereditas ad quam festinatur in prin-
cipio in novissimo benedictione ca-
rebit
24,29; Rm 12,17! [22] ne dicas reddam malum expecta Do-
minum et liberabit te
10; 11,11 [23] abominatio est apud Deum pondus
et pondus statera dolosa non est
bona
16,9; Ps 36,23; Ier 10,23 [24] a Domino diriguntur gressus viri
quis autem hominum intellegere
potest viam suam
[25] ruina est hominis devorare sanctos Ecl 5,4
et post vota tractare
[26] dissipat impios rex sapiens et curvat 8!
super eos fornicem
[27] lucerna Domini spiraculum hominis
quae investigat omnia secreta ven-
tris
[28] misericordia et veritas custodiunt Ps 88,25; 60,8 H
regem et roboratur clementia thro- 16,12! 29,14
nus eius
[29] exultatio iuvenum fortitudo eorum
et dignitas senum canities 16,31
[30] livor vulneris absterget mala et plagae
in secretioribus ventris

21 sicut divisiones aquarum ita cor
regis in manu Domini quocumque Apc 17,17
voluerit inclinabit illud
[2] omnis via viri recta sibi videtur ad- 12,15
pendit autem corda Dominus 16,2
[3] facere misericordiam et iudicium 21! Os 6,6! Mi 6,8
magis placent Domino quam victi-
mae
[4] exaltatio oculorum et dilatatio cor-
dis lucerna impiorum peccatum
[5] cogitationes robusti semper in abun- 10,4!
dantia omnis autem piger semper
in egestate
[6] qui congregat thesauros lingua men-
dacii vanus est et inpingetur ad la-
queos mortis
[7] rapinae impiorum detrahent eos
quia noluerunt facere iudicium
[8] perversa via viri aliena est qui autem
mundus est rectum opus eius
[9] melius est sedere in angulo domatis 19! 25,24
quam cum muliere litigiosa et in
domo communi
[10] anima impii desiderat malum non
miserebitur proximo suo

8 omnem GC | in intuitu CS | 10 deum] dominum AM | 11 si[2] *om.* GΦc | 15 est *om.* AΦ | uas autem] et uas AΦc | 20 maledicet CΣ | 21 benedictionem C | 22 liberauit GC | 23 deum] dominum AZTSMΦc | bonum AM | 25 homini ΣZSMΦc | deuorare] deuotare CΣ | retractare c | 26 et incuruat Φc | 30 abstergit GΣZTSMΦ (*et* r *lapsu*) || **21**,1 domini] dei A | inclinauit GAZ | illum A | 3 placet GTM c; placebit Z. | 4 exultatio CS | et] est c | cordis + et C | 5 semper[2] *om.* AΣ | egestate + est ΣΦc | 6 uanus + et excors Φc | 9 domatis] domus C | et in] et Z; in A |

GCA ΣZTSMΦm cr

19,25 11 multato pestilente sapientior erit
parvulus et si sectetur sapientem
sumet scientiam
12 excogitat iustus de domo impii ut
detrahat impios in malum
13 qui obturat aurem suam ad clamo-
rem pauperis et ipse clamabit et
non exaudietur
14 munus absconditum extinguet iras
et donum in sinu indignationem
maximam
Ps 105,3! Ez 18,5; I Io 3,7! 15 gaudium iusto est facere iudicium et
10,29 pavor operantibus iniquitatem
16 vir qui erraverit a via doctrinae in
coetu gigantum commorabitur
17 qui diligit epulas in egestate erit qui
23,21; Sir 19,1 amat vinum et pinguia non ditabi-
tur
11,8 18 pro iusto datur impius et pro rectis
iniquus
9; 25,24; Sir 25,23 19 melius est habitare in terra deserta
quam cum muliere rixosa et iracun-
da
8,21 20 thesaurus desiderabilis et oleum in
habitaculo iusti et inprudens homo
dissipabit illud
3! II Sm 8,15! Os 12,6; Za 7,9! 21 qui sequitur iustitiam et misericor-
diam inveniet vitam et iustitiam et
gloriam
Ecl 7,20 22 civitatem fortium ascendit sapiens et
destruxit robur fiduciae eius
13,3 23 qui custodit os suum et linguam su-
am custodit ab angustiis animam
suam
24 superbus et arrogans vocatur indoc-
tus qui in ira operatur superbiam
25 desideria occidunt pigrum noluerunt
enim quicquam manus eius operari
26 tota die concupiscit et desiderat qui
autem iustus est tribuet et non ces-
sabit
27 hostiae impiorum abominabiles quia 15,8; Sir 34,21.23!
offeruntur ex scelere
28 testis mendax peribit vir oboediens 19,5!
loquitur victoriam
29 vir impius procaciter obfirmat vul-
tum suum qui autem rectus est
corrigit viam suam
30 non est sapientia non est prudentia
non est consilium contra Dominum
31 equus paratur ad diem belli Domi-
nus autem salutem tribuet Ps 3,9
22 melius est nomen bonum quam di- Ecl 7,2; Sir 41,15
vitiae multae super argentum et
aurum gratia bona
2 dives et pauper obviaverunt sibi utri- 29,13; Iob 31,15! Mal 2,10
usque operator est Dominus
3 callidus vidit malum et abscondit se 14,16; 27,12
innocens pertransiit et adflictus est
damno
4 finis modestiae timor Domini divi-
tiae et gloria et vita
5 arma et gladii in via perversi custos Sir 32,25
animae suae longe recedit ab eis
6 proverbium est adulescens iuxta vi- 20,11
am suam etiam cum senuerit non
recedet ab ea
7 dives pauperibus imperat et qui ac-
cipit mutuum servus est fenerantis
8 qui seminat iniquitatem metet mala Iob 4,8! Sir 7,3
et virga irae suae consummabitur
9 qui pronus est ad misericordiam be-
nedicetur de panibus enim suis de- 14,21! Sir 31,28
dit pauperi
10 eice derisorem et exibit cum eo iur- 26,20; Sir 28,10
gium cessabuntque causae et con-
tumeliae
11 qui diligit cordis munditiam propter 16,13
gratiam labiorum suorum habebit
amicum regem
12 oculi Domini custodiunt scientiam
et subplantantur verba iniqui

GCA ΣZTSMΦm cr

12 in malum] a malo AMΦc | 13 obdurat CΣ | 14 extinguit CΣTSMΦc | in sinum G | 20 thesauros desiderabiles A | dissipauit GZT | 21 et iustitiam] iustitiam c.; *om.* Φ | 24 uocabitur C | 27 quia] qui GS.; quae ZTΦ | 28 loquetur CSMΦc | 31 paratus C Φr | tribuit GΣZSMc || 22,1 ~ aurum et argentum C | 3 uidet AΦ | 5 custos + autem AMΦc | 8 uirgam . . . consummabit CΣZ; uirgam . . . consummauit G; uirgam . . . consummauitur T. | 9 benedicitur AT | pauperi + uictoriam et honorem acquiret qui dat munera animam autem aufert accipientium c𝔊 |

26,13 Lxx 13 dicit piger leo foris in medio platea-
rum occidendus sum
23,27; Ecl 7,27 14 fovea profunda os alienae cui iratus
est Dominus incidet in eam
15 stultitia conligata est in corde pueri
et virga disciplinae fugabit eam
13,11; 28,8.22! Sir 14,4 16 qui calumniatur pauperem ut augeat
divitias suas dabit ipse ditiori et ege-
bit
4,20! 5,1; Sir 2,2; 6,33.34! 16,24 17 inclina aurem tuam et audi verba sa-
pientium adpone autem cor ad doc-
trinam meam
18 quae pulchra erit tibi cum servaveris
Iob 32,3! eam in ventre tuo et redundabit
in labiis tuis
19 ut sit in Domino fiducia tua unde et
ostendi eam tibi hodie
20 ecce descripsi eam tibi tripliciter in
cogitationibus et scientia
21 ut ostenderem tibi firmitatem et elo-
quia veritatis respondere ex his illi
qui misit te
22 non facias violentiam pauperi quia
Ex 22,21! Za 7,10! pauper est neque conteras egenum
in porta
23,11 23 quia Dominus iudicabit causam eius
et configet eos qui confixerint ani-
mam eius
24 noli esse amicus homini iracundo ne-
Sir 8,19 que ambules cum viro furioso
25 ne forte discas semitas eius et su-
mas scandalum animae tuae
6,1! 17,18; Sir 8,16 26 noli esse cum his qui defigunt manus
suas et qui vades se offerunt pro de-
bitis
27 si enim non habes unde restituas
quid causae est ut tollat operimen-
tum de cubili tuo
Dt 19,14! 28 ne transgrediaris terminos antiquos
quos posuerunt patres tui

29 vidisti virum velocem in opere suo Sir 31,27
coram regibus stabit nec erit ante
ignobiles
23 quando sederis ut comedas cum Sir 31,12
principe diligenter adtende quae Sir 31,19
posita sunt ante faciem tuam
2 et statue cultrum in gutture tuo si
tamen habes in potestate animam
tuam
3 ne desideres de cibis eius in quo est
panis mendacii
4 noli laborare ut diteris sed pruden- 28,20!
tiae tuae pone modum
5 ne erigas oculos tuos ad opes quas
habere non potes quia facient sibi
pinnas quasi aquilae et avolabunt
in caelum
6 ne comedas cum homine invido et
ne desideres cibos eius
7 quoniam in similitudinem arioli et
coniectoris aestimat quod ignorat
comede et bibe dicet tibi et mens eius
non est tecum
8 cibos quos comederas evomes et per-
des pulchros sermones tuos
9 in auribus insipientium ne loquaris 9,8
quia despicient doctrinam eloquii
tui
10 ne adtingas terminos parvulorum et Dt 19,14!
agrum pupillorum ne introeas
11 propinquus enim eorum Fortis est
et ipse iudicabit contra te causam 22,23
illorum
12 ingrediatur ad doctrinam cor tuum
et aures tuae ad verba scientiae
13 noli subtrahere a puero disciplinam 13,24!
si enim percusseris eum virga non
morietur
14 tu virga percuties eum et animam eius
de inferno liberabis

13 dicet G (*vid.*) ZΦm | leo + est ΣΦc | 17 inclina] *praem.* fili mi C | sapientiae C | 18 ea C | redundauit Am | 19 ~ tibi eam A | 20 scientiam G | 21 responderes GCΣZ Tm | ex his *om.* GΣZ. | illis qui miserunt te AΦc; illis qui te miserunt M | 23 iudicauit GZT | ~ iudicabit dominus c. | confixerint CTSr] fixerint M.; confixerunt *cet.* | 26 uadens Tm; uadem M.; *om.* C | 27 habet A | restituat A | 29 statuit G || 23,1 adposita Z Mc | 2 in gutture] gutturi CS | in potestatem ASM; potestatem in ΣΦ | 5 quas habere non poteris Cm.: quas non potes habere c; *om.* Σ. | faciunt Cm | et uolabunt AΣZSΦc | 7 in similitudine AΣΦm | dicit CZTM | 9 despiciunt G | 10 ~ paruulorum terminos c | 11 eorum] illorum Gc | iudicauit G | 14 percutis CAΦr | anima A |

GCA ΣZTSMΦm cr

27,11! 15 fili mi si sapiens fuerit animus tuus
gaudebit tecum cor meum
16 et exultabunt renes mei cum locuta
Iob 33,3! fuerint rectum labia tua
24,1! 17 non aemuletur cor tuum peccatores
sed in timore Domini esto tota die
24,14 18 quia habebis spem in novissimo et
praestolatio tua non auferetur
8,32! 19 audi fili mi et esto sapiens et dirige
Ios 1,8! in via animum tuum
31 LXX; Lc 21,34! Eph 5,18 20 noli esse in conviviis potatorum nec
in comesationibus eorum qui carnes
ad vescendum conferunt
21,17; Sir 19,1 21 quia vacantes potibus et dantes symbola consumentur et vestietur pannis dormitatio
1,8! 22 audi patrem tuum qui genuit te et ne
contemnas cum senuerit mater tua
23 veritatem eme et noli vendere sapientiam et doctrinam et intellegentiam
10,1! Sir 30,2 24 exultat gaudio pater iusti qui sapientem genuit laetabitur in eo
25 gaudeat pater tuus et mater tua et
exultet quae genuit te
26 praebe fili mi cor tuum mihi et oculi
tui vias meas custodiant
22,14 27 fovea enim profunda est meretrix et
puteus angustus aliena
28 insidiatur in via quasi latro et quos
incautos viderit interficit
29,30; Is 5,11! 29 cui vae cuius patri vae cui rixae cui
foveae cui sine causa vulnera cui
suffusio oculorum
30 nonne his qui morantur in vino et
student calicibus epotandis
31 ne intuearis vinum quando flavescit
cum splenduerit in vitro color eius
ingreditur blande
32 sed in novissimo mordebit ut coluber et sicut regulus
venena diffundet
33 oculi tui videbunt extraneas et cor
tuum loquetur perversa

34 et eris sicut dormiens in medio mari
et quasi sopitus gubernator amisso
clavo
35 et dices verberaverunt me sed non dolui traxerunt me et ego non sensi Is 56,12!
quando evigilabo et rursum vina repperiam
24 ne aemuleris viros malos nec desideres esse cum eis 19; 3,31! 23,17; Ps 36,1!
2 quia rapinas meditatur mens eorum
et fraudes labia eorum loquuntur
3 sapientia aedificabitur domus et prudentia roborabitur
4 in doctrina replebuntur cellaria universa substantia pretiosa et pulcherrima
5 vir sapiens et fortis est et vir doctus
robustus et validus
6 quia cum dispositione initur bellum
et erit salus ubi multa consilia sunt 11,14; 15,22; 20,18
7 excelsa stulto sapientia in porta non
aperiet os suum
8 qui cogitat malefacere stultus vocabitur
9 cogitatio stulti peccatum est et abominatio hominum detractor
10 si desperaveris lassus in die angustiae
inminuetur fortitudo tua
11 erue eos qui ducuntur ad mortem et Ier 21,12!
qui trahuntur ad interitum liberare
ne cesses
12 si dixeris vires non suppetunt qui
inspector est cordis ipse intellegit
et servatorem animae tuae nihil fallit
reddetque homini iuxta opera sua Ps 27,4! Sir 16,13!
13 comede fili mi mel quia bonum est
et favum dulcissimum gutturi tuo
14 sic et doctrina sapientiae animae
tuae
quam cum inveneris habebis in novissimis et spes tua non peribit 23,18
15 ne insidieris et quaeras impietatem

GCA ΣZTSMΦm cr

16 et *om.* G | 19 animam tuam CΣM | 21 dormitationis CA. | 25 quae] qui CA | 26 mi *om.* G | 28 uiderit] inuenerit CΣm | interficiet SΦc | 30 commorantur c | se potandis CT.; potandis ΣZ; et potibus M. | 31 in uino A. | 33 loquitur C | 35 uigilabo GAΦ || **24**,1 nec] ne G | 2 meditantur Cm.; meditabitur SM | 5 et[1] *om.* c | 8 mala facere ASΦc | 9 detractator G | 12 fallit redditque AΣ; fallet reddetque G. | 13 mi *om.* CA | 14 nouissimis + spem Φc |

in domo iusti neque vastes requiem
eius
Iob 5,19; Ps 36,24! [16] septies enim cadet iustus et resurget
impii autem corruent in malum
Iob 31,29; Sir 8,8 [17] cum ceciderit inimicus tuus ne gau-
17,5 deas et in ruina eius ne exultet cor
tuum
[18] ne forte videat Dominus et displi-
ceat ei et auferat ab eo iram suam
1! [19] ne contendas cum pessimis nec ae-
muleris impios
[20] quoniam non habent futurorum
13,9! spem mali et lucerna impiorum ex-
tinguetur
I Pt 2,17 [21] time Dominum fili mi et regem et
cum detractoribus non commiscea-
ris
[22] quoniam repente consurget perditio
eorum et ruinam utriusque quis no-
vit
[23] HAEC QUOQUE SAPIENTIBUS
Dt 1,17! Cognoscere personam in iudicio non
est bonum
17,15! [24] qui dicit impio iustus es maledicent
ei populi et detestabuntur eum tri-
bus
[25] qui arguunt laudabuntur et super
ipsos veniet benedictio
[26] labia deosculabitur qui recta verba
respondet
[27] praepara foris opus tuum et diligen-
ter exerce agrum tuum ut postea
aedifices domum tuam
25,18 [28] ne sis testis frustra contra proximum
tuum nec lactes quemquam labiis
tuis
20,22! [29] ne dicas quomodo fecit mihi sic fa-
ciam ei reddam unicuique secun-
dum opus suum
[30] per agrum hominis pigri transivi et
per vineam viri stulti
[31] et ecce totum repleverant urticae
operuerant superficiem eius spinae
et maceria lapidum destructa erat Ps 79,13!
[32] quod cum vidissem posui in corde
meo et exemplo didici disciplinam
[33] parum inquam dormies modicum 33.34: 6,10.11; 28,19!
dormitabis pauxillum manus con-
seres ut quiescas
[34] et veniet quasi cursor egestas tua et
mendicitas quasi vir armatus
25 HAEC QUOQUE PARABOLAE SALOMO- 1,1! 10,1
NIS QUAS TRANSTULERUNT VIRI
EZECHIAE REGIS IUDA
[2] Gloria Dei celare verbum et gloria
regum investigare sermonem
[3] caelum sursum et terra deorsum et
cor regum inscrutabile
[4] aufer robiginem de argento et egre-
dietur vas purissimum
[5] aufer impietatem de vultu regis et 16,12! 20,8; 29,14
firmabitur iustitia thronus eius
[6] ne gloriosus appareas coram rege et Sir 7,5; 13,12
in loco magnorum ne steteris Lc 14,8
[7] melius est enim ut dicatur tibi ascen- Lc 14,10
de huc quam ut humilieris coram
principe
[8] quae viderunt oculi tui ne proferas Sir 19,8
in iurgio cito
ne postea emendare non possis cum
dehonestaveris amicum tuum
[9] causam tuam tracta cum amico tuo Sir 8,22
et secretum extraneo non reveles Sir 8,21; 19,8
[10] ne forte insultet tibi cum audierit et
exprobrare non cesset
[11] mala aurea in lectis argenteis qui
loquitur verbum in tempore suo
[12] inauris aurea et margaritum fulgens
qui arguit sapientem et aurem oboe-
dientem
[13] sicut frigus nivis in die messis ita le-
gatus fidelis ei qui misit eum

16 cadit ATS | resurgit AΣTS | 19 nec] ne GS | 21 detractatoribus GAm | 24 dicunt GΦc | es] est G | ei] eis Gc; eum C | eum] eos Gc | 25 arguunt + eum c. | 26 respondit GAZTSΦ | [*deest* m *usque ad* 29,23] | 29 ei + et C | 31 repleuerunt C | urticae + et c | operuerunt GCM | 32 et *om.* C | 33 pausillum GM; pusillum A.; paululum CT | 34 ueniet + tibi Ac | tua *om.* c. | mendicitas + tua C ‖ **25**,1 hae ZΦc; heae A.; he M | 2 dei] domini AS.; + est GSΦc | 3 terram A | 6 magnatorum C | 8 in *om.* A | 9 non GTSr] ne *cet.* | 10 cesset + gratia et amicitia liberant quas tibi serua ne exprobrabilis fias c𝔊 |

GCA ΣZTSMΦ(m) cr

animam illius requiescere facit
Iud 12! 14 nubes et ventus et pluviae non se-
quentes vir gloriosus et promissa
non conplens
15,1; Sir 6,5 15 patientia lenietur princeps et lingua
mollis confringet duritiam
27 16 mel invenisti comede quod sufficit
tibi ne forte saturatus evomas illud
Sir 21,25 17 subtrahe pedem tuum de domo pro-
ximi tui nequando satiatus oderit
te
Ps 56,5! 18 iaculum et gladius et sagitta acuta
24,28 homo qui loquitur contra proxi-
mum suum testimonium falsum
19 dens putridus et pes lapsus qui sperat
super infideli in die angustiae 20 et
amittit pallium in die frigoris
12,25! Sir 22,6 acetum in nitro et qui cantat car-
mina cordi pessimo
IV Rg 6,22 21 si esurierit inimicus tuus ciba illum
21.22: Rm 12,20 et si sitierit da ei aquam bibere
Ps 139,11; IV Esr 16,54 22 prunam enim congregabis super ca-
put eius et Dominus reddet tibi
23 ventus aquilo dissipat pluvias et fa-
cies tristis linguam detrahentem
21,9.19! 24 melius est sedere in angulo domatis
quam cum muliere litigiosa et in
domo communi
25 aqua frigida animae sitienti et nun-
tius bonus de terra longinqua
26 fons turbatus pede et vena corrupta
iustus cadens coram impio
16 27 sicut qui mel multum comedit non
Sir 3,22! est ei bonum sic qui scrutator est
maiestatis opprimitur gloria
28 sicut urbs patens et absque murorum
ambitu ita vir qui non potest in lo-
quendo cohibere spiritum suum

26 quomodo nix aestate et pluvia in
messe sic indecens est stulto gloria 8; 19,10
2 sicut avis ad alia transvolans et pas- 27,8!
ser quolibet vadens
sic maledictum frustra prolatum in
quempiam superveniet
3 flagellum equo et camus asino et Ps 31,9! Sir 33,25
virga dorso inprudentium 10,13; 19,29
4 ne respondeas stulto iuxta stultitiam Sir 22,14
suam ne efficiaris ei similis
5 responde stulto iuxta stultitiam su-
am ne sibi sapiens esse videatur
6 claudus pedibus et iniquitatem bi-
bens qui mittit verba per nuntium
stultum
7 quomodo pulchras frustra habet
claudus tibias sic indecens est in ore
stultorum parabola Sir 20,22
8 sicut qui mittit lapidem in acervum
Mercurii ita qui tribuit insipienti 1!
honorem
9 quomodo si spina nascatur in manu
temulenti sic parabola in ore stul- Sir 20,22
torum
10 iudicium determinat causas et qui
inponit stulto silentium iras mitigat
11 sicut canis qui revertitur ad vomitum II Pt 2,22
suum sic inprudens qui iterat stulti-
tiam suam
12 vidisti hominem sapientem sibi vi- Iob 37,24!
deri magis illo spem habebit stultus
13 dicit piger leaena in via leo in itineri- 22,13
bus
14 sicut ostium vertitur in cardine suo
ita piger in lectulo suo
15 abscondit piger manus sub ascellas 19,24
suas et laborat si ad os suum eas
converterit

GCA ΣZTSMΦ cr 13 illius] ipsius c. | faciet GC. | 15 lenitur C.; linietur G; linitur Σ. | confringit GΣT | 16 sufficiat C | satiatus GCMΦ c | 17 nequando] ne forte CΦ | 18 gladium AΦ | ~ falsum testimonium c | 19 lapsus Cr, *cf.* 𝔐] lassus *cet.* | 20 et²] ci M.; *om.* c | corde GCZ | pessimo + sicut tinea uestimento et uermis ligno ita tristitia uiri nocet cordi Cc𝔊 | 21 et si GCr𝔐] si *cet.* | 22 prunam GTr.] pruna A.; prunas *cet.* | 24 dogmatis C | et *om.* A | 27 comedet CAZΦ | ~ comedet multum AΦ | opprimetur Φc; + a MΦc | 28 et *om.* A || 26,1 nix + in c | pluuiae AΦc | est *om.* G | 2 sicut GSMc𝔐] *praem.* non AT., *fortasse ex var. lect. textus hebr. ad voces* in quempiam *in marg. archetypi adscripta*; *praem.* nam CΣZΦr | aliam Σ.; alta CTSMΦ | transuolat A | 3 in dorso ΣΦc | 4 ne²—5 suam *om.* CT | 5 iuxta] contra A | 10 qui ponit GA. | 12 stultus] insipiens c | 13 leaena est in uia leo Σ.; leaena in uia leo est S; leo in uia leaena Φ; leo est in uia et leaena c | 14 in lectu suo GΣM | 15 manum Ac | sub ascella sua AΣTSc | eam ASc |

16 sapientior sibi piger videtur septem
viris loquentibus sententias
17 sicut qui adprehendit auribus canem
20,3 sic qui transit et inpatiens commis-
cetur rixae alterius
18 sicut noxius est qui mittit lanceas et
sagittas et mortem
19 sic vir qui fraudulenter nocet amico
suo et cum fuerit deprehensus dicit
ludens feci
20 cum defecerint ligna extinguetur ig-
22,10; Sir 28,10 nis et susurrone subtracto iurgia
conquiescunt
21 sicut carbones ad prunam et ligna ad
15,18! 29,22 ignem sic homo iracundus suscitat
rixas
18,8 22 verba susurronis quasi simplicia et
ipsa perveniunt ad intima ventris
23 quomodo si argento sordido ornare
velis vas fictile sic labia tumentia
cum pessimo corde sociata
Sir 12,15 24 labiis suis intellegitur inimicus cum
in corde tractaverit dolos
Sir 12,10; Ier 12,6 25 quando submiserit vocem suam ne
credideris ei quoniam septem ne-
quitiae sunt in corde illius
26 qui operit odium fraudulenter reve-
labitur malitia eius in concilio
Ps 7,16! Sir 27,28.29 27 qui fodit foveam incidet in eam et qui
volvit lapidem revertetur ad eum
28 lingua fallax non amat veritatem et
os lubricum operatur ruinas
3,28 Lxx; Iac 4,14 **27** ne glorieris in crastinum ignorans
quid superventura pariat dies
2 laudet te alienus et non os tuum ex-
traneus et non labia tua
Sir 22,18 3 grave est saxum et onerosa harena
sed ira stulti utroque gravior
4 ira non habet misericordiam nec
erumpens furor et impetum conci-
tati ferre quis poterit
5 melior est manifesta correptio quam 28,23
amor absconditus
6 meliora sunt vulnera diligentis quam
fraudulenta odientis oscula
7 anima saturata calcabit favum anima
esuriens et amarum pro dulce su-
met
8 sicut avis transmigrans de nido suo 26,2; Ps 10,2
sic vir qui relinquit locum suum
9 unguento et variis odoribus delecta-
tur cor et bonis amici consiliis ani-
ma dulcoratur
10 amicum tuum et amicum patris tui Sir 9,14; 37,6
ne dimiseris et domum fratris tui
ne ingrediaris in die adflictionis
tuae
melior est vicinus iuxta quam frater 18,24!
procul
11 stude sapientiae fili mi et laetifica 10,1! 15,20; 23,15; 29,3
cor meum ut possim exprobranti Ps 118,42
respondere sermonem
12 astutus videns malum absconditus 14,16; 22,3
est parvuli transeuntes sustinuere
dispendia
13 tolle vestimentum eius qui spopondit 20,16
pro extraneo et pro alienis auferto
pignus
14 qui benedicit proximo suo voce
grandi de nocte consurgens male-
dicenti similis erit
15 tecta perstillantia in die frigoris et 19,13
litigiosa mulier conparantur
16 qui retinet eam quasi qui ventum te-
neat et oleum dexterae suae vocabit
17 ferrum ferro acuitur et homo exacuit
faciem amici sui
18 qui servat ficum comedet fructus

16 piger *om.* C | 17 et patiens G.; impatiens et c; inpatiens Φ | 18 ~ sagittas et lanceas c. | et[2]] ad CΣ; in Tc | 19 sic] ita c | 20 et cum A | defecerit C | extinguitur CΣTM | susurrones subtracto iurgio G | conquiescent Ac. | 21 prunam ATr] pruna Z; prunas *cet.* | 22 usque ad C | intima] interiora A | 23 uellis T; uelles A. | 27 incidit ΣZM; incedit CT. || **27**,1 pariet G | 6 ~ oscula odientis GTc. | 7 calcauit GAZ | fauum + et c. | et] etiam c | sumit GT | 8 relinquet C.; derelinquit c. | 11 possim GZr𝔐] possis *cet.* | 12 sustinuerunt c; sustinere GCA | 13 auferto Ar] aufer tu M.; aufers CT.; aufer *cet.* | pignus CAr] pignus ab eo M; ei pignus *cet.* | 14 benedicet AΣΦ; benedixit G. | erit] est ASM | 15 prestillantia C | 16 uocauit Σ.; uocet A; uacuet M. | 17 acuitur] exacuitur Σc | exacuet AΦ | 18 fructum AΦ |

GCA ΣZTSMΦ cr

eius et qui custos est domini sui
glorificabitur
20,5 19 quomodo in aquis resplendent vul-
tus prospicientium sic corda homi-
num manifesta sunt prudentibus
30,15.16; Is 5,14! Ecl 1,8; 4,8; Sir 14,9 20 infernus et perditio non replentur
similiter et oculi hominum insatia-
biles
17,3! 21 quomodo probatur in conflatorio
argentum et in fornace aurum sic
probatur homo ore laudantis
22 si contuderis stultum in pila quasi
tisanas feriente desuper pilo non
auferetur ab eo stultitia eius
23 diligenter agnosce vultum pecoris
12,10; Sir 7,24 tui tuosque greges considera
24 non enim habebis iugiter potestatem
sed corona tribuetur in generatione
generationum
25 aperta sunt prata et apparuerunt
herbae virentes et collecta sunt
faena de montibus
26 agni ad vestimentum tuum et hedi
agri pretium
27 sufficiat tibi lac caprarum in cibos
tuos in necessaria domus tuae et ad
victum ancillis tuis
28 fugit impius nemine persequente
30,30; Ps 111,7; Sir 34,16 iustus autem quasi leo confidens
absque terrore erit
2 propter peccata terrae multi princi-
pes eius et propter hominis sapien-
tiam et horum scientiam quae di-
cuntur vita ducis longior erit
3 vir pauper calumnians pauperes si-
milis imbri vehementi in quo para-
tur fames
4 qui derelinquunt legem laudant im-
pium qui custodiunt succenduntur
contra eum
5 viri mali non cogitant iudicium qui
autem requirunt Dominum anim-
advertunt omnia
6 melior est pauper ambulans in sim- 12,9! 19,1
plicitate sua quam dives pravis itine-
ribus
7 qui custodit legem filius sapiens est Dt 4,6!
qui pascit comesatores confundit
patrem suum
8 qui coacervat divitias usuris et fe- 22,16; Sir 14,4
nore liberali in pauperes congregat
eas
9 qui declinat aurem suam ne audiat
legem oratio eius erit execrabilis Ps 108,7
10 qui decipit iustos in via mala in in-
teritu suo corruet et simplices pos-
sidebunt bona
11 sapiens sibi videtur vir dives pauper
autem prudens scrutabitur eum
12 in exultatione iustorum multa gloria 11,10; 29,2!
regnantibus impiis ruinae hominum
13 qui abscondit scelera sua non dirige- I Io 1,8.9
tur qui confessus fuerit et reliquerit Ps 31,5!
ea misericordiam consequetur
14 beatus homo qui semper est pavidus Sir 18,27
qui vero mentis est durae corruet in
malum
15 leo rugiens et ursus esuriens princeps 19,12; 20,2; Ez 22,27! So 3,3
impius super populum pauperem
16 dux indigens prudentia multos op-
primet per calumniam qui autem
odit avaritiam longi fient dies eius 15,27
17 hominem qui calumniatur animae
sanguinem si usque ad lacum fuge-
rit nemo sustentet
18 qui ambulat simpliciter salvus erit 11,5!

(G)CA ΣZTSMΦ cr 20 non] numquam Cc | replebuntur AMΦ; implentur c. | 21 quomodo] *praem.* cor iniqui exquiret (inquirit c.) mala cor autem rectum exquiret (inquirit c.) scientiam C.; *eadem habet* c *infra post uocem* laudantis *cum* 𝔊 | 24 in generationem c. | generationum AΦr] et generationem TMc; et generatione *cet.* | 25 [*deest* G *usque ad* 31,31] | 26 hedi + ad Zc | 27 in cibis tuis A | tuos + et c || **28**,1 neminem persequentem C | 2 qua ducuntur C.; quo ducuntur Σ | ducis] dulcis CZSM; dulces T.; principis Σ. | 3 similis CΣZr] similes T.; similis est *cet.* | 5 inquirunt c. | 6 diues + in Σc | 7 qui² + autem ATSMΦc | ~ comessatores pascit c | 8 et] qui A.; quasi M.; *om.* Φ | 9 aures suas c | 10 bona + eius AZTSMΦc | 11 uir *om.* CS | 12 gloria + est Φc | 13 qui² + autem ATSMΦc | 16 opprimit ASM | 17 fugerit Zcr, *cf.* 𝔐] fuderit T.; fuerit *cet.* | sustentet ZMr, *cf.* 𝔐] sustentit T.; sustentat S; sustinet *cet.* |

qui perversis ingreditur viis conci-
det semel
10,4! 12,11; 20,13; 24,33.34; Sir 20,30 19 qui operatur terram suam saturabi-
tur panibus qui sectatur otium re-
plebitur egestate
20 vir fidelis multum laudabitur qui
13,11! 20,21; 23,4; Sir 11,10! autem festinat ditari non erit inno-
cens
Lv 19,15! 21 qui cognoscit in iudicio faciem non
Ez 13,19 facit bene iste et pro buccella panis
deserit veritatem
22,16! Ecl 5,9! 22 vir qui festinat ditari et aliis invidet
ignorat quod egestas superveniat ei
27,5 23 qui corripit hominem gratiam postea
inveniet apud eum magis quam ille
11,9; 29,5 qui per linguae blandimenta deci-
pit
Mc 7,12 24 qui subtrahit aliquid a patre suo et
matre et dicit hoc non est peccatum
particeps homicidae est
25 qui se iactat et dilatat iurgia concitat
16,20! 29,25 qui sperat in Domino saginabitur
26 qui confidit in corde suo stultus est
qui autem graditur sapienter iste
salvabitur
27 qui dat pauperi non indigebit qui
despicit deprecantem sustinebit pe-
nuriam
29,21 28 cum surrexerint impii abscondentur
homines cum illi perierint multi-
plicabuntur iusti
15,10! **29** viro qui corripientem dura cervice
contemnit repentinus superveniet
interitus et eum sanitas non sequi-
tur
11,10; 28,12.28 2 in multiplicatione iustorum laetabi-
tur vulgus cum impii sumpserint
principatum gemet populus
10,1; 15,20; 27,11! 3 vir qui amat sapientiam laetificat
31,3; Sir 9,6; Lc 15,30 patrem suum qui autem nutrit scor-
ta perdet substantiam
4 rex iustus erigit terram vir avarus
destruet eam
5 homo qui blandis fictisque sermoni- 11,9; 28,23
bus loquitur amico suo rete expan-
dit gressibus eius
6 peccantem virum iniquum involvet
laqueus et iustus laudabit atque
gaudebit
7 novit iustus causam pauperum im-
pius ignorat scientiam
8 homines pestilentes dissipant civi-
tatem sapientes avertunt furorem
9 vir sapiens si cum stulto contenderit
sive irascatur sive rideat non inve-
niet requiem
10 viri sanguinum oderunt simplicem
iusti quaerunt animam eius
11 totum spiritum suum profert stultus 12,16; Sir 21,29
sapiens differt et reservat in poste-
rum
12 princeps qui libenter audit verba Sir 10,2
mendacii omnes ministros habebit
impios
13 pauper et creditor obviam fuerunt 22,2!
sibi utriusque inluminator est Do-
minus
14 rex qui iudicat in veritate pauperes 20,28!
thronus eius in aeternum firma- 16,12! 25,5
bitur
15 virga atque correptio tribuet sapien- Sir 22,6
tiam puer autem qui dimittitur vo- 10,1; 17,25
luntati suae confundet matrem
suam
16 in multiplicatione impiorum multi-
plicabuntur scelera et iusti ruinas Ps 36,34!
eorum videbunt
17 erudi filium tuum et refrigerabit te 13,24! Sir 30,1
et dabit delicias animae tuae
18 cum prophetia defecerit dissipabitur

18 ingreditur] graditur c | 19 satiabitur Cc | qui² + autem c. | 21 benefacit c | 22 superueniet ΣSc | 24 et matri C.; et a matre ZTSMΦc | dicet CA. | est¹] esse c | 25 qui² + uero Σc | saginabitur *restituimus cum* 𝔐] saluabitur C; sanabitur *cet.* | 26 confidet A | iste] ipse c || 29,1 superueniet] ei ueniet C.; ei superueniet Sc | sequetur CΣMc | 3 perdit ATM | 4 auarus] durus A | 5 gressibus] pedibus CΦ | 7 pauperis AM | 8 sapientes + uero AZTSMΦc | 10 iusti + autem ATSMc; iniusti autem Φ | 11 et seruat A | 12 mendacia A | habet Φc | 13 obuiam fuerunt] obuiauerunt CAΣΦc | 14 firmabitur] fundabitur A | 15 tribuit TSMc; tribuent Φ | confundit AΣTMc | 17 refrigerauit CT |

CA
ΣZTSMΦ
cr

Ps 118,1! populus qui custodit legem beatus
est
19 servus verbis non potest erudiri
quia quod dicis intellegit et respon-
dere contemnit
Sir 4,34! 20 vidisti hominem velocem ad loquen-
dum stulti magis speranda est quam
illius correptio
21 qui delicate a pueritia nutrit servum
suum postea illum sentiet contu-
macem
15,18! 26,21 22 vir iracundus provocat rixas et qui
ad indignandum facilis est erit ad
peccata proclivior
11,2; 15,33; 16,18; 18,12; Iob 22,29! Mt 23,12! 23 superbum sequitur humilitas et hu-
milem spiritu suscipiet gloria
Lc 14,11; 18,14 24 qui cum fure partitur odit animam
suam adiurantem audit et non indi-
cat
25 qui timet hominem cito corruet qui
16,20! 28,25 sperat in Domino sublevabitur
19,6 26 multi requirunt faciem principis et a
Domino iudicium egreditur singu-
lorum
27 abominantur iusti virum impium et
abominantur impii eos qui in recta
sunt via

30 VERBA CONGREGANTIS FILII VOMENTIS
Visio quam locutus est vir cum quo
est Deus et qui Deo secum morante
confortatus ait
2 stultissimus sum virorum et sapien-
tia hominum non est mecum
3 non didici sapientiam et non novi
sanctorum scientiam
Dt 30,12; Io 3,13! 4 quis ascendit in caelum atque de-
scendit quis continuit spiritum ma-
nibus suis
quis conligavit aquas quasi in vesti-
mento quis suscitavit omnes ter-
minos terrae
quod nomen eius et quod nomen fi-
lii eius si nosti
5 omnis sermo Dei ignitus clypeus est II Sm 22,31! Ps 17,31; 118,140
sperantibus in se
6 ne addas quicquam verbis illius et Dt 4,2; 12,32; Apc 22,18
arguaris inveniarisque mendax
7 duo rogavi te ne deneges mihi ante-
quam moriar
8 vanitatem et verba mendacia longe
fac a me
mendicitatem et divitias ne dederis
mihi tribue tantum victui meo ne- Mt 6,11! Lc 11,3
cessaria
9 ne forte saturatus inliciar ad negan- Dt 31,20; Is 8,21!
dum et dicam quis est Dominus
et egestate conpulsus furer et peierem
nomen Dei mei
10 ne accuses servum ad dominum suum
ne forte maledicat tibi et corruas
11 generatio quae patri suo maledicit Dt 27,16!
et quae non benedicit matri suae
12 generatio quae sibi munda videtur Iob 9,30.31
et tamen non est lota a sordibus
suis
13 generatio cuius excelsi sunt oculi et
palpebrae eius in alta subrectae
14 generatio quae pro dentibus gladios
habet et commandit molaribus suis
ut comedat inopes de terra et pau-
peres ex hominibus
15 sanguisugae duae sunt filiae dicentes
adfer adfer
tria sunt insaturabilia et quartum 15.16: 27,20; Is 5,14!
quod numquam dicit sufficit
16 infernus et os vulvae et terra quae
non satiatur aqua
ignis vero numquam dicit sufficit
17 oculum qui subsannat patrem et qui Dt 27,16!
despicit partum matris suae

CA ΣZTSMΦ(m) cr

18 qui + uero SMc | 20 stulti AΣMr, *cf.* 𝔐] stultitia *cet.* | correctio CΣ | 21 illum sentiet] sentiet eum c | 22 ad peccandum c | 23 [*adest* m *usque ad* 31,3] | 24 partitur] participatur Φ; participat c | non iudicat C; non dicat S. | 26 ~ iudicium a domino c | 27 uia + uerbum (uerba Z.) custodiens filius extra perditionem erit CZc𝔊 || 30,3 et non Acr] nec C.; et *cet.* | ~ scientiam sanctorum c. | 4 quis¹] qui A | in manibus Φc | nomen¹] *praem.* est C.; + est Φc | et] aut CΣSM | 8 mendacii CSm | 9 satiatus c | et²] aut AΣc; *om.* C. | 11 quae² *om.* A | ~ matri suae non benedicit AΦc | 12 ~ munda sibi A | a *om.* CAΦ | 14 pro dentibus] prudentibus AT | 15 numquam] non A, *item v. seq.* | 17 qui² *om.* AΦ |

effodiant corvi de torrentibus et com-
edant illum filii aquilae
18 tria sunt difficilia mihi et quartum
penitus ignoro
19 viam aquilae in caelo viam colubri
super petram viam navis in medio
mari et viam viri in adulescentula
20 talis est via mulieris adulterae quae
comedit et tergens os suum dicit
non sum operata malum
21 per tria movetur terra et quartum
non potest sustinere
19,10; Ecl 10,6.7 22 per servum cum regnaverit per stul-
tum cum saturatus fuerit cibo
23 per odiosam mulierem cum in mat-
rimonio fuerit adsumpta et per
ancillam cum heres fuerit dominae
suae
24 quattuor sunt minima terrae et ipsa
sunt sapientiora sapientibus
6,8 25 formicae populus infirmus quae
praeparant in messe cibum sibi
26 lepusculus plebs invalida quae con-
Ps 103,18 locat in petra cubile suum
Ioel 2,8 27 regem lucusta non habet et egreditur
universa per turmas
28 stilio manibus nititur et moratur in
aedibus regis
29 tria sunt quae bene gradiuntur et
quartum quod incedit feliciter
28,1 30 leo fortissimus bestiarum ad nullius
pavebit occursum
31 gallus succinctus lumbos et aries nec
est rex qui resistat ei
32 et qui stultus apparuit postquam
elatus est in sublime si enim intelle-
xisset ori inposuisset manum
33 qui autem fortiter premit ubera ad
eliciendum lac exprimit butyrum
et qui vehementer emungitur elicit
sanguinem et qui provocat iras
producit discordias

31 VERBA LAMUHEL REGIS VISIO QUA
ERUDIVIT EUM MATER SUA
2 Quid dilecte mi quid dilecte uteri
mei quid dilecte votorum meorum
3 ne dederis mulieribus substantiam 29,3!
tuam et vias tuas ad delendos reges
4 noli regibus o Lamuhel noli regibus
dare vinum quia nullum secretum 20,1; Os 4,11
est ubi regnat ebrietas
5 ne forte bibat et obliviscatur iudi-
ciorum et mutet causam filiorum
pauperis
6 date siceram maerentibus et vinum Ier 16,7
his qui amaro sunt animo
7 bibant ut obliviscantur egestatis suae
et doloris non recordentur amplius
8 aperi os tuum muto et causis omni-
um filiorum qui pertranseunt
9 aperi os tuum decerne quod iustum
est et iudica inopem et pauperem Ps 81,3!
10 ALEPH Mulierem fortem quis in- Sir 26,18
veniet procul et de ultimis finibus
pretium eius
11 BETH confidit in ea cor viri sui et
spoliis non indigebit
12 GIMEL reddet ei bonum et non ma-
lum omnibus diebus vitae suae
13 DELETH quaesivit lanam et linum et
operata est consilio manuum sua-
rum
14 HE facta est quasi navis institoris de
longe portat panem suum
15 VAV et de nocte surrexit deditque
praedam domesticis suis et cibaria

17 corui AΣr] illum corui S.; eum corui *cet.* | illum] eum Cc | 18 quartum + quod CAS | 19 adulescentula *restituimus cum* 𝔐] adulescentia sua CA; aduliscentiam T.; adulescentia *cet.* | 20 est + et AΦc | terget A | suum + et A | 21 quartum + quod CΣm | 23 ~ fuerit heres c | 25 quae praeparat CM; qui praeparat AΦc | 26 quae CAMmr] qui *cet.* | cubilem CS | 27 turmas + suas c | 30 pauet AMΦ | 31 lumbis C | 32 et] est c. | elatus] eleuatus CZΦc | ori + suo c | 33 emungit c; emulgitur CS; emulgit Z ‖ **31**,1 lamuhelis Φc | quam AZS; quae CT. | 2 quid$^{1.2.3}$] qui Cm; filii A | 3 [*deest* m *usque ad v.* 31] | uias CΣZTr𝔐] diuitias *cet.* | 5 ne] et ne c. | bibant et obliuiscantur ΣZMΦc | iudiciorum] dictorum A | mutent ΣZMΦc | 7 ut CZTr] et *cet.* | dolores ZΦ; doloris sui SMc | 9 tuum + et C | 10 aleph] *litt. hebr. omnes om.* Σc | 12 reddit AT | 14 institutoris CΣZTSΦ | portans SMc | 15 cibariam CΣM |

CA
ΣZTSMΦ(m)
cr

ancillis suis
16 ZAI consideravit agrum et emit eum
de fructu manuum suarum planta-
vit vineam
Iob 38,3! 17 HETH accinxit fortitudine lumbos
suos et roboravit brachium suum
18 TETH gustavit quia bona est negotia-
tio eius non extinguetur in nocte
lucerna illius
19 IOTH manum suam misit ad fortia et
digiti eius adprehenderunt fusum
20 CAPH manum suam aperuit inopi et
palmas suas extendit ad paupe-
rem
21 LAMETH non timebit domui suae a
frigoribus nivis omnes enim domes-
tici eius vestiti duplicibus
Ez 27,7 22 MEM stragulam vestem fecit sibi bys-
sus et purpura indumentum eius
Iob 29,7! 31,21 23 NUN nobilis in portis vir eius quando
sederit cum senatoribus terrae
24 SAMECH sindonem fecit et vendidit
et cingulum tradidit Chananeo
Ps 92,1! 25 AIN fortitudo et decor indumentum
eius et ridebit in die novissimo
26 PHE os suum aperuit sapientiae et
lex clementiae in lingua eius
27 SADE considerat semitas domus suae
et panem otiosa non comedet
28 COPH surrexerunt filii eius et beatissi-
Gn 30,13 mam praedicaverunt vir eius et lau-
davit eam
29 RES multae filiae congregaverunt di-
vitias tu supergressa es universas
30 SIN fallax gratia et vana est pulchri-
tudo mulier timens Dominum ipsa
laudabitur
31 THAV date ei de fructu manuum su-
arum et laudent eam in portis ope-
ra eius

EXPLICIT LIBER PROVERBIORUM

INCIPIT LIBER ECCLESIASTES

Verba Ecclesiastes filii David regis 12
Hierusalem
2 vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes 12,8; Ps 38,6!
vanitas vanitatum omnia vanitas 2,3; 2,11!
3 quid habet amplius homo de uni- 2,22; 3,9; 5,15
verso labore suo quod laborat sub
sole
4 generatio praeterit et generatio ad-
venit terra vero in aeternum stat Bar 3,32
5 oritur sol et occidit et ad locum su-
um revertitur
ibique renascens 6 gyrat per meri-
diem et flectitur ad aquilonem
lustrans universa circuitu pergit spi-
ritus et in circulos suos regreditur
7 omnia flumina intrant mare et mare
non redundat
ad locum unde exeunt flumina re- Sir 40,11
vertuntur ut iterum fluant
8 cunctae res difficiles non potest eas
homo explicare sermone
non saturatur oculus visu nec auris Prv 27,20!
impletur auditu
9 quid est quod fuit ipsum quod futu- 3,15
rum est
quid est quod factum est ipsum quod
fiendum est
10 nihil sub sole novum nec valet quis-
quam dicere ecce hoc recens est
iam enim praecessit in saeculis quae
fuerunt ante nos
11 non est priorum memoria sed nec 2,16!

CA ΣZTSMΦ cr — 18 gustauit CΣZr𝔐] gustabit T.; + et uidit *cet.* | illius] eius Ac | 21 uestiti + sunt C Φc | 22 stragulatam AZSMc | 23 senatoribus] senioribus A | 27 considerauit AZΦc | comedit AZTSMc | 28 et[2] *om.* CM | laudabit AS | 30 dominum] deum CΣ | 31 eius] sua AΦ ||

CA ΣZTSMΦ(m) cr — Ecclesiastes. *Citantur* CA et ΣZTSMΦkm *ac* cr. *Tit.* ecclesiastes qui ab hebraeis coheleth appellatur c || 1,1 [*desunt* k *usque ad* 12,1 *et* m *usque ad* 1,8] | ecclesiastae c. | hierusalem] srahel C | 2 uanitantium[1] CAΣSM | uanitantium[2] CAΣS; + et Φc | 3 quod] quo SM Φc | 4 uero] autem Zc. | 5 orietur A | 6 in circuitu SMΦc | egreditur Σ; egredietur M.; reuertitur Φc | 7 mare[1] AΣr] in mare *cet.* | reuertentur AZTr. | 8 [*adest* m *usque ad* 3,16] | ~ auditu impletur c | 9 ipsud[1] CΣm | ipsud[2] CΣ; ipsut m | fiendum est] faciendum est Φc; finiendum est C |

eorum quidem quae postea futura
sunt erit recordatio apud eos qui
futuri sunt in novissimo
1 [12]ego Ecclesiastes fui rex Israhel in
Hierusalem
8.9.16 [13]et proposui in animo meo quaerere
et investigare sapienter de omnibus
quae fiunt sub sole
hanc occupationem pessimam dedit
Deus filiis hominum ut occuparen-
tur in ea
2,11! [14]vidi quae fiunt cuncta sub sole et
ecce universa vanitas et adflictio
spiritus
[15]perversi difficile corriguntur et stul-
torum infinitus est numerus
[16]locutus sum in corde meo dicens
2.9 ecce magnus effectus sum et praecessi
sapientia omnes qui fuerunt ante
me in Hierusalem
et mens mea contemplata est multa
sapienter et didicit
2,3.12; 7,26 [17]dedique cor meum ut scirem pruden-
tiam atque doctrinam erroresque
et stultitiam
et agnovi quod in his quoque esset
labor et adflictio spiritus
12.12 [18]eo quod in multa sapientia multa sit
indignatio et qui addit scientiam
addat et laborem
Sap 2,6 **2** dixi ego in corde meo vadam et af-
fluam deliciis et fruar bonis
et vidi quod hoc quoque esset vani-
tas
[2]risum reputavi errorem et gaudio
dixi quid frustra deciperis
1,17! [3]cogitavi in corde meo abstrahere a
vino carnem meam
ut animum meum transferrem ad
sapientiam devitaremque stultitiam
donec viderem quid esset utile filiis
hominum quod facto opus est sub
sole numero dierum vitae suae
[4]magnificavi opera mea aedificavi
mihi domos
plantavi vineas [5]feci hortos et po-
meria et consevi ea cuncti generis
arboribus
[6]extruxi mihi piscinas aquarum ut
inrigarem silvam lignorum germi-
nantium
[7]possedi servos et ancillas multamque Gn 30,43!
familiam habui
armenta quoque et magnos ovium
greges ultra omnes qui fuerunt ante
me in Hierusalem
[8]coacervavi mihi argentum et aurum
et substantias regum ac provincia-
rum
feci mihi cantores et cantrices et de-
licias filiorum hominum
scyphos et urceos in ministerio ad
vina fundenda
[9]et supergressus sum opibus omnes 1.16
qui fuerunt ante me in Hierusalem
sapientia quoque perseveravit me-
cum
[10]et omnia quae desideraverunt oculi
mei non negavi eis
nec prohibui cor quin omni volup- 24!
tate frueretur et oblectaret se in his 3,22; 5,18
quae paraveram
et hanc ratus sum partem meam si
uterer labore meo
[11]cumque me convertissem ad univer- 4,4
sa opera quae fecerant manus meae
et ad labores in quibus frustra su- 17; 1,2.3! 14
daveram
vidi in omnibus vanitatem et adflic-
tionem animi et nihil permanere
sub sole
[12]transivi ad contemplandam sapien- 1,17! 7,26

13 occupentur AΣ. | 14 ~ cuncta quae fiunt M c | 16 ~ omnes sapientia c | didici AΣ MΦ c | 18 addat] addet Z; addit ΣTΦ c | et[2] *om.* CΣZTm || **2**,1 affluam] afluar m.; fruar C | 3 quod] quo ASMΦ c | 4 domos + et c | 5 pomaria CAZTS cr | cunctis ATSM | 6 et extruxi Φ c | 8 cantatrices CΣTΦm c | in ministeria Tm.; in ministerium C. | 9 opibus *om.* A | fuerant AT. | ~ ante me fuerunt c | 10 cor + meum Φ c | quin] quim T.; qui in CAZS | uolumptate CΣ; uolumtate m; uoluntate ATΦ | quae praeparaueram CΣm c | 11 ~ conuertissem me AS | fecerunt A | ad labores quibus S; in labores quibus A. |

CA ΣZTSMΦm cr

tiam erroresque et stultitiam
quid est inquam homo ut sequi pos-
sit regem factorem suum
[13]et vidi quia tantum praecederet sa-
pientia stultitiam quantum differt
lux tenebris
8,1; Prv 17,24 [14]sapientis oculi in capite eius stultus
Prv 2,13! in tenebris ambulat
16; 9,2; Iob 9,22! et didici quod unus utriusque esset
interitus [15]et dixi in corde meo
si unus et stulti et meus occasus erit
quid mihi prodest quod maiorem
sapientiae dedi operam
locutusque cum mente mea animad-
verti quod hoc quoque esset vani-
tas
1,11; Sap 2,4; Sir 44,9 [16]non enim erit memoria sapientis si-
militer ut stulti in perpetuum
9,5 et futura tempora oblivione cuncta
pariter obruent
14! Iob 21,26! moritur doctus similiter et indoctus
Iob 9,21! [17]et idcirco taeduit me vitae meae
11! videntem mala esse universa sub so-
le et cuncta vanitatem atque adflic-
tionem spiritus
[18]rursum detestatus sum omnem in-
dustriam meam quae sub sole stu-
diosissime laboravi
Ps 38,7! habiturus heredem post me [19]quem
ignoro utrum sapiens an stultus fu-
turus sit
et dominabitur in laboribus meis
quibus desudavi et sollicitus fui
et est quicquam tam vanum
[20]unde cessavi renuntiavitque cor me-
um ultra laborare sub sole
6,2 [21]nam cum alius laboret in sapientia
et doctrina et sollicitudine homini
otioso quaesita dimittit
et hoc ergo vanitas et magnum malum
1,3! [22]quid enim proderit homini de uni-
verso labore suo et adflictione spiri-
tus qua sub sole cruciatus est
[23]cuncti dies eius doloribus et aerum- Iob 14,1; Sir 40,1
nis pleni sunt nec per noctem mente
requiescit
et haec non vanitas est
[24]nonne melius est comedere et bibere 3,13; 5,17; 8,15! Is 22,13!
et ostendere animae suae bona de 10; Sir 11,19!
laboribus suis 3,22; 5,18
et hoc de manu Dei est
[25]quis ita vorabit et deliciis affluet ut
ego
[26]homini bono in conspectu suo dedit
Deus sapientiam et scientiam et
laetitiam
peccatori autem dedit adflictionem Ps 31,10; Prv 13,21
et curam superfluam
ut addat et congreget et tradat ei qui
placuit Deo
sed et hoc vanitas et cassa sollicitudo
mentis
3 omnia tempus habent et suis spatiis 8,6!
transeunt universa sub caelo
[2]tempus nascendi et tempus moriendi
tempus plantandi et tempus evellen-
di quod plantatum est
[3]tempus occidendi et tempus sanandi
tempus destruendi et tempus aedifi-
candi
[4]tempus flendi et tempus ridendi
tempus plangendi et tempus saltandi
[5]tempus spargendi lapides et tempus
colligendi
tempus amplexandi et tempus longe
fieri a conplexibus
[6]tempus adquirendi et tempus perden-
di
tempus custodiendi et tempus abi-
ciendi
[7]tempus scindendi et tempus consu-
endi

CA ΣZTSMΦm cr

13 quia] quod c | tanto C | quanto CS | tenebris ATM r.] a tenebris *cet.* | 15 locutusque + sum C | 16 obruent C r] operient *cet.* | et[2] CSM r] ut *cet.* | 17 tediuit A | ~ uniuersa esse C c | atque] et c | 18 quae ΣZT r] qua CS c: et quae AMΦ | 19 et[1] *om.* CTm | 21 dimittet Sm: demittet A. | 23 doloribus] laboribus C | mentem m; *om.* A | haec] hac T.; hoc C c | non] nonne Σ c | 25 uorauit TS: deuorabit c; laborauit AM; manducabit Σ. | 26 deus] dominus C; *om.* Σ. | deo] domino C | uanitas + est c. || 3,1 caelo] sole CM | 5 a conplexu C.; ab amplexibus T c |

tempus tacendi et tempus loquendi
8 tempus dilectionis et tempus odii
tempus belli et tempus pacis
1,3! 5,15 9 quid habet amplius homo de labore suo
8,16 10 vidi adflictionem quam dedit Deus filiis hominum ut distendantur in ea
Gn 1,31! 11 cuncta fecit bona in tempore suo et mundum tradidit disputationi eorum
8,17; 11,5; Sir 18,5 ut non inveniat homo opus quod operatus est Deus ab initio usque ad finem
12 et cognovi quod non esset melius nisi laetari et facere bene in vita sua
2,24! 13 omnis enim homo qui comedit et bibit et videt bonum de labore suo hoc donum Dei est
Sir 42,21.22 14 didici quod omnia opera quae fecit Deus perseverent in perpetuum
Sir 18,5 non possumus eis quicquam addere nec auferre quae fecit Deus ut timeatur
1,9 15 quod factum est ipsum permanet
quae futura sunt iam fuerunt et Deus instaurat quod abiit
4,1 Is 5,7 16 vidi sub sole in loco iudicii impietatem et in loco iustitiae iniquitatem
12,14! Ps 10,6 17 et dixi in corde meo iustum et impium iudicabit Deus et tempus omni rei tunc erit
18 dixi in corde meo de filiis hominum ut probaret eos Deus et ostenderet
Ps 48,13! similes esse bestiis
19 idcirco unus interitus est hominis et iumentorum et aequa utriusque condicio
sicut moritur homo sic et illa moriuntur
similiter spirant omnia et nihil habet homo iumento amplius
cuncta subiacent vanitati 20 et omnia
pergunt ad unum locum 6,6
de terra facta sunt et in terram pariter revertentur 12,7! Gn 3,19! Sir 40,11; 41,13
21 quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum et si spiritus iumentorum descendat deorsum
22 et deprehendi nihil esse melius quam laetari hominem in opere suo et hanc esse partem illius 2,10! 24!
quis enim eum adducet ut post se futura cognoscat 7,1; 8,7!
4 verti me ad alia et vidi calumnias quae sub sole geruntur 3,16; 5,7
et lacrimas innocentum et consolatorem neminem
nec posse resistere eorum violentiae cunctorum auxilio destitutos
2 et laudavi magis mortuos quam viventes 7,2
3 et feliciorem utroque iudicavi qui necdum natus est nec vidit mala quae sub sole fiunt 6,3
4 rursum contemplatus omnes labores hominum et industrias animadverti patere invidiae proximi 2,11!
et in hoc ergo vanitas et cura superflua est 6,9
5 stultus conplicat manus suas et comedit carnes suas dicens
6 melior est pugillus cum requie quam plena utraque manus cum labore et adflictione animi Ps 36,16; Prv 15,16! 16,8
7 considerans repperi et aliam vanitatem sub sole
8 unus est et secundum non habet non filium non fratrem
et tamen laborare non cessat nec satiantur oculi eius divitiis Prv 27,20! Sir 14,9
nec recogitat dicens cui laboro et

9 de + uniuerso CM | 11 disputationi] dispositioni CAM | 14 perseuerant A | in perpetuum] in aeternum AΦ | eis] ei S.; his M; *om.* A. | 15 ipsut Cm | 16 [*deest* m *usque ad* 5,4] | 17 deus] dominus AMΦ | omnis CΦc | 19 conditio Mc | iumentis[2] A | 20 terra[2] CΣ. | reuertuntur CΣSc | 21 ~ spiritus filiorum adam si CT. | si[2] *om.* Σr || **4**,1 geruntur] generantur ΣZTSM | ~ neminem consolatorem c | 4 contemplatus + sum CΣΦc | animum aduerti AT. | est *om.* CΣ | 5 comedet AΣ | dicens] inuidens A; inuidens dicit S | 6 melius AΣMΦ |

CA ΣZTSMΦ(m) cr

fraudo animam meam bonis
in hoc quoque vanitas est et adflictio
pessima
9 melius ergo est duos simul esse
quam unum habent enim emolu-
mentum societatis suae
10 si unus ceciderit ab altero fulcietur
vae soli quia cum ruerit non habet
sublevantem
11 et si dormierint duo fovebuntur
mutuo unus quomodo calefiet
12 et si quispiam praevaluerit contra
unum duo resistent ei
funiculus triplex difficile rumpitur
13 melior est puer pauper et sapiens re-
ge sene et stulto qui nescit provi-
dere in posterum
14 quod et de carcere catenisque inter-
dum quis egrediatur ad regnum et
alius natus in regno inopia consu-
matur
15 vidi cunctos viventes qui ambulant
sub sole cum adulescente secundo
qui consurgit pro eo
16 infinitus numerus est populi omni-
um qui fuerunt ante eum
et qui postea futuri sunt non laeta-
buntur in eo
sed et hoc vanitas et adflictio spiritus
17 custodi pedem tuum ingrediens do-
mum Dei
I Sm 15,22! multo enim melior est oboedientia
quam stultorum victimae qui ne-
sciunt quid faciant mali
Sir 4,34! 7,15! 5 ne temere quid loquaris neque cor
tuum sit velox ad proferendum ser-
monem coram Deo
Deus enim in caelo et tu super terram
idcirco sint pauci sermones tui
2 multas curas sequuntur somnia et in
multis sermonibus invenitur stulti- 10,14
tia
3 si quid vovisti Deo ne moreris reddere Dt 32,21!
displicet enim ei infidelis et stulta
promissio sed quodcumque voveris
redde
4 multoque melius est non vovere
quam post votum promissa non Prv 20,25
conplere
5 ne dederis os tuum ut peccare faciat
carnem tuam neque dicas coram
angelo non est providentia
ne forte iratus Deus super sermone
tuo dissipet cuncta opera manuum
tuarum
6 ubi multa sunt somnia plurimae
vanitates et sermones innumeri tu
vero Deum time
7 si videris calumnias egenorum et vio- 4,1!
lenta iudicia et subverti iustitiam in
provincia non mireris super hoc
negotio
quia excelso alius excelsior est et su-
per hos quoque eminentiores sunt
alii 8 et insuper universae terrae rex III Esr 4,3
imperat servienti
9 avarus non implebitur pecunia et qui Prv 28,22!
amat divitias fructus non capiet ex Iob 20,20
eis
et hoc ergo vanitas
10 ubi multae sunt opes multi et qui
comedant eas
et quid prodest possessori nisi quod
cernit divitias oculis suis
11 dulcis est somnus operanti sive pa-
rum sive multum comedat saturitas
autem divitis non sinit dormire eum
12 est et alia infirmitas pessima quam

CA ΣZTSMΦ(m) cr
8 est[2] *om.* CA | 9 ~ est ergo ΣZc | duo CZTS | ~ esse simul c | 10 ruerit ZTSr] ceciderit *cet.* | subleuantem + se c | 11 fouentur A | 12 resistent CTS] resistunt *cet.* | 13 praeuidere AΦc | 14 et[1] *om.* c. | 15 consurget AMΦc | 16 ~ est numerus CΣSΦ | 17 dei + et adpropinqua ut audias CΦc | quod faciant C.; quid facient S.; quid faciunt Tc || 5,1 ne] nec A | dco] domino A | 2 inuenietur c | 4 [*adest* m *usque ad* 7,1] | uouere + et reddere C | conplere Cmr] reddere *cet.* | 5 faciat AΣr] facias *cet.* | super] contra c. | sermonem tuum Σ; sermones tuos CAΦc | 6 plurimae + sunt c. | 7 uiolentia AΣTS | ~ excelsior est alius c. | super hos] super hoc CT.; hoc Σ. | 8 insuper] super Cm | 9 implebitur CΣMΦc] impletur *cet.* | fructum c. | 10 ~ sunt multae C | comedunt CTΦc | cernet CA. | 11 ~ eum dormire c |

vidi sub sole
divitiae conservatae in malum domi-
ni sui [13] pereunt enim in adflictione
pessima
Iob 20,10! Ps 108,10 generavit filium qui in summa eges-
tate erit
Iob 1,21; I Tim 6,7 [14] sicut egressus est nudus de utero mat-
ris suae sic revertetur et nihil au-
feret secum de labore suo
[15] miserabilis prorsus infirmitas quo-
modo venit sic revertetur
1,3! 3,9 quid ergo prodest ei quod laboravit
in ventum
[16] cunctis diebus vitae suae comedit in
tenebris et in curis multis et in ae-
rumna atque tristitia
2,24! [17] hoc itaque mihi visum est bonum
ut comedat quis et bibat et fruatur
laetitia ex labore suo quod labora-
vit ipse sub sole
numerum dierum vitae suae quos
dedit ei Deus
et haec est pars illius
[18] et omni homini cui dedit Deus divi-
tias atque substantiam
2,24! potestatemque ei tribuit ut comedat
2,10! ex eis et fruatur parte sua et laete-
tur de labore suo
hoc est donum Dei
[19] non enim satis recordabitur dierum
vitae suae eo quod Deus occupet
deliciis cor eius
6 est et aliud malum quod vidi sub sole
et quidem frequens apud homines
2,21 [2] vir cui dedit Deus divitias et substan-
tiam et honorem et nihil deest ani-
mae eius ex omnibus quae desiderat
nec tribuit ei potestatem Deus ut
comedat ex eo sed homo extraneus
vorabit illud
hoc vanitas et magna miseria est
[3] si genuerit quispiam centum et vixe-
rit multos annos et plures dies ae-
tatis habuerit
et anima illius non utatur bonis sub- 4,3
stantiae suae sepulturaque careat
de hoc ego pronuntio quod melior
illo sit abortivus
[4] frustra enim venit et pergit ad teneb-
ras et oblivione delebitur nomen
eius
[5] non vidit solem neque cognovit dis- Dt 1,39!
tantiam boni et mali
[6] etiam si duobus milibus annis vixerit
et non fuerit perfruitus bonis
nonne ad unum locum properant 3,20
omnia
[7] omnis labor hominis in ore eius sed Prv 16,26
anima illius non impletur
[8] quid habet amplius sapiens ab stulto
et quid pauper nisi ut pergat illuc
ubi est vita
[9] melius est videre quod cupias quam
desiderare quod nescias
sed et hoc vanitas est et praesumptio 4,4!
spiritus
[10] qui futurus est iam vocatum est no-
men eius
et scitur quod homo sit et non possit
contra fortiorem se in iudicio con- Sap 12,12
tendere
[11] verba sunt plurima multa in dispu-
tando habentia vanitatem
7 quid necesse est homini maiora se Sir 3,22!
quaerere cum ignoret quid condu-
cat sibi in vita sua
numero dierum peregrinationis suae 8,13; I Par 29,15!
et tempore quo velut umbra prae-
terit
aut quis ei poterit indicare quid post 3,22; 8,7!
eum futurum sub sole sit
[2] melius est nomen bonum quam un- Prv 22,1; Sir 41,15

13 generabit CΣm | 14 aufert A | 15 reuertitur AT | 17 ~ uisum est mihi A c | quod] quo ΣS c | numerum CAm r] numero *cet.* | quos] quod AT || 6,1 alium A | 2 eius] suae c | tribuet A | ~ miseria magna c. | 3 centum + filios S; + liberos Φ c | ego] ergo C; *om.* Σ | 4 perget C | 7 illius] eius c | implebitur ΣZm c | 11 multam ΣT; multamque MΦ c || 7,1 [*deest* m *usque ad* 9,7] | se quaereret A.; sequere CΣ. | ignorat AΣ | numerum A | tempore quo Σ r] temporum quo A.; tempore quod *cet.* | ~ poterit ei A | ~ sit sub sole C |

CA ΣZTSMΦ(m) cr

4,2 guenta pretiosa et dies mortis die
nativitatis
3 melius est ire ad domum luctus
quam ad domum convivii
Sir 7,40! in illa enim finis cunctorum admo-
netur hominum et vivens cogitat
quid futurum sit
4 melior est ira risu quia per tristitiam
vultus corrigitur animus delinquen-
tis
5 cor sapientium ubi tristitia est et cor
stultorum ubi laetitia
6 melius est a sapiente corripi quam
stultorum adulatione decipi
7 quia sicut sonitus spinarum arden-
tium sub olla sic risus stulti
sed et hoc vanitas
8 calumnia conturbat sapientem et
perdet robur cordis illius
9 melior est finis orationis quam prin-
cipium melior est patiens arrogante
Iac 1,19 10 ne velox sis ad irascendum quia ira
in sinu stulti requiescit
11 ne dicas quid putas causae est quod
priora tempora meliora fuere quam
nunc sunt
stulta est enim huiuscemodi interro-
gatio
12 utilior est sapientia cum divitiis et
magis prodest videntibus solem
13 sicut enim protegit sapientia sic pro-
tegit pecunia
hoc autem plus habet eruditio et
Prv 3,18 sapientia quod vitam tribuunt pos-
sessori suo
14 considera opera Dei quod nemo pos-
sit corrigere quem ille despexerit
Sir 11,14; 14,14 15 in die bona fruere bonis et malam
diem praecave
sicut enim hanc sic et illam fecit Deus
ut non inveniat homo contra eum
iustas querimonias
8,14 16 haec quoque vidi in diebus vanitatis
meae
iustus perit in iustitia sua et impius Iob 21,7!
multo vivit tempore in malitia sua
17 noli esse iustus multum neque plus
sapias quam necesse est ne obstu-
pescas
18 ne impie agas multum et noli esse
stultus ne moriaris in tempore non
tuo
19 bonum est te sustentare iustum sed
et ab illo ne subtrahas manum tuam
quia qui Deum timet nihil neglegit
20 sapientia confortabit sapientem su- Prv 21,22
per decem principes civitatis
21 non est enim homo iustus in terra III Rg 8,46! Prv 20,9
qui faciat bonum et non peccet
22 sed et cunctis sermonibus qui dicun-
tur ne accommodes cor tuum
ne forte audias servum tuum male-
dicentem tibi
23 scit enim tua conscientia quia et tu
crebro maledixisti aliis
24 cuncta temptavi in sapientia
dixi sapiens efficiar et ipsa longius
recessit a me 25 multo magis quam
erat
et alta profunditas quis inveniet eam
26 lustravi universa animo meo ut sci- 1,17! 2,12
rem et considerarem et quaererem
sapientiam et rationem
et ut cognoscerem impietatem stulti
et errorem inprudentium
27 et inveni amariorem morte mulierem
quae laqueus venatorum est et sa- Prv 22,14
gena cor eius vincula sunt manus il-
lius
qui placet Deo effugiet eam qui au-
tem peccator est capietur ab illa
28 ecce hoc inveni dicit Ecclesiastes
unum et alterum
ut invenirem rationem 29 quam adhuc
quaerit anima mea et non inveni
virum de mille unum repperi muli-

CA ΣZTSMΦ cr

2 die] dies C; quam dies A. | 3 admonemur ATS | 10 ~ sis uelox c | 11 ~ enim est c. | 12 cum] quam CΣS. | 13 plus] amplius CΣ; *om.* T. | 15 illa C | 16 periit C | uiuet CA | 19 deum] dominum C | ~ timet deum c | 20 confortauit ATΦc | 23 ~ conscientia tua c | 27 mortem CZΦ | sagenae CS | manu C | effugit A | eam] illam c | 28 dixit AZΦc ||

erem ex omnibus non inveni
30 solummodo hoc inveni quod fecerit
Deus hominem rectum et ipse se
infinitis miscuerit quaestionibus
quis talis ut sapiens est et quis co-
gnovit solutionem verbi
2,14; Prv 17,24 8 sapientia hominis lucet in vultu eius
et potentissimus faciem illius com-
mutavit
2 ego os regis observo et praecepta iu-
ramenti Dei
10,4 3 ne festines recedere a facie eius ne-
que permaneas in opere malo
quia omne quod voluerit faciet 4 et
sermo illius potestate plenus est
Iob 9,12! Dn 4,32 nec dicere ei quisquam potest quare
ita facis
5 qui custodit praeceptum non expe-
rietur quicquam mali
tempus et responsionem cor sapien-
tis intellegit
3,1; 9,11 6 omni negotio tempus est et oportu-
nitas et multa hominis adflictio
3,22; 7,1; 10,14 7 quia ignorat praeterita et ventura
nullo scire potest nuntio
Sap 16,14 8 non est in hominis dicione prohibere
spiritum nec habet potestatem in
die mortis
nec sinitur quiescere ingruente bello
neque salvabit impietas impium
1,13! 9 omnia haec consideravi et dedi cor
meum in cunctis operibus quae fiunt
sub sole
interdum dominatur homo homini
in malum suum
10 vidi impios sepultos qui etiam cum
adviverent in loco sancto erant
et laudabantur in civitate quasi ius-
torum operum
sed et hoc vanitas est
11 etenim quia non profertur cito con-
tra malos sententia
absque ullo timore filii hominum
perpetrant mala
12 attamen ex eo quod peccator centies
facit malum et per patientiam sus-
tentatur
ego cognovi quod erit bonum timen- Lam 3,25! Rm 8,28
tibus Deum qui verentur faciem eius
13 non sit bonum impio nec prolongen- 7,1!
tur dies eius
sed quasi umbra transeant qui non
timent faciem Dei
14 est et alia vanitas quae fit super ter- 7,16!
ram
sunt iusti quibus multa proveniunt
quasi opera egerint impiorum
et sunt impii qui ita securi sunt quasi
iustorum facta habeant
sed et hoc vanissimum iudico
15 laudavi igitur laetitiam quod non 9,7
esset homini bonum sub sole
nisi quod comederet et biberet atque 2,24!
gauderet
et hoc solum secum auferret de labo-
re suo in diebus vitae quos dedit ei
Deus sub sole
16 et adposui cor meum ut scirem sa- 1,13!
pientiam et intellegerem distentio- 3,10
nem quae versatur in terra
est homo qui diebus ac noctibus som-
num oculis non capit
17 et intellexi quod omnium operum 3,11; 11,5
Dei nullam possit homo invenire
rationem eorum quae fiunt sub sole Sir 18,5
et quanto plus laboraverit ad quae-
rendum tanto minus inveniat
etiam si dixerit sapiens se nosse non
poterit repperire
9 omnia haec tractavi in corde meo ut
curiose intellegerem
sunt iusti atque sapientes et opera
eorum in manu Dei
et tamen nescit homo utrum amore

8,1 commutabit Φ c; commotabit T. | 7 uentura] futura c | 8 dicione] condicione Z; potestate c. | habere A | saluauit A | 9 dominabitur AT | 10 aduiuerent] uiuerent A; adhuc uiuerent CΣc | 11 ~ timore ullo c | 12 ~ peccator ex eo quod AΦc | 13 transeunt AT. | dei] domini Φc | 14 multa] mala c | iudico] iudicio CΣ; iudicium T | 15 auferet C | uitae + suae c | 16 ac] et AMΦc | oculis non capit] ~ non capit oculis c; non accipit C. | 17 inueniet CΣΦr ||

CA ΣZTSMΦ cr

an odio dignus sit
[2] sed omnia in futuro servantur incer-
2,14; Iob 9,22! ta eo quod universa aeque eveni-
ant
iusto et impio bono et malo mundo
et inmundo immolanti victimas et
sacrificia contemnenti
sicut bonus sic et peccator ut periu-
rus ita et ille qui verum deierat
[3] hoc est pessimum inter omnia quae
sub sole fiunt quia eadem cunctis
eveniunt
unde et corda filiorum hominum im-
plentur malitia et contemptu in vita
sua
et post haec ad inferos deducentur
[4] nemo est qui semper vivat et qui
huius rei habeat fiduciam
melior est canis vivens leone mortuo
[5] viventes enim sciunt se esse moritu-
ros
mortui vero nihil noverunt amplius
nec habent ultra mercedem
2,16! quia oblivioni tradita est memoria
eorum
[6] amor quoque et odium et invidia si-
mul perierunt
nec habent partem in hoc saeculo et
in opere quod sub sole geritur
8,15! [7] vade ergo et comede in laetitia panem
tuum et bibe cum gaudio vinum tu-
um quia Deo placent opera tua
[8] omni tempore sint vestimenta tua
candida et oleum de capite tuo non
deficiat
[9] perfruere vita cum uxore quam dili-
gis cunctis diebus vitae instabilitatis
tuae
qui dati sunt tibi sub sole omni tem-
pore vanitatis tuae
haec est enim pars in vita et in labore
tuo quod laboras sub sole
[10] quodcumque potest manus tua fa-
cere instanter operare
quia nec opus nec ratio nec scientia
nec sapientia erunt apud inferos
quo tu properas
[11] verti me alio vidique sub sole nec
velocium esse cursum nec fortium
bellum nec sapientium panem nec
doctorum divitias nec artificum gra-
tiam
sed tempus casumque in omnibus 8,6!
[12] nescit homo finem suum
sed sicut pisces capiuntur hamo et
sicut aves conprehenduntur laqueo Is 24,17! Lc 21,34.35
sic capiuntur homines tempore malo
cum eis extemplo supervenerit
[13] hanc quoque vidi sub sole sapienti-
am et probavi maximam
[14] civitas parva et pauci in ea viri
venit contra eam rex magnus et val-
lavit eam extruxitque munitiones
per gyrum et perfecta est obsidio
[15] inventusque in ea vir pauper et sa-
piens liberavit urbem per sapienti-
am suam
et nullus deinceps recordatus est ho-
minis illius pauperis
[16] et dicebam ego meliorem esse sapien-
tiam fortitudine Sap 6,1!
quomodo ergo sapientia pauperis
contempta est et verba eius non sunt
audita
[17] verba sapientium audiuntur in silen-
tio plus quam clamor principis inter
stultos
[18] melior est sapientia quam arma bel- Sap 6,1!
lica et qui in uno peccaverit multa
bona perdet
10 muscae morientes perdunt suavita-
tem unguenti

CA ΣZTSMΦ(m) cr

9,2 in futurum TΦc | reseruantur C | aeque ueniant CΣT | deierat] dicerat S; dixerat CΣ; dicebat Φ | 3 ~ fiunt sub sole C | contemptum C | deducuntur CΣTS | 4 uiuens] uiuus AΦc | 5 habebunt AM | 6 inuidiae AΦc | peribunt C | 7 [*adest* m *usque ad* 10,16] | 9 stabilitatis m; et stabilitatis C | quod] quo ASMΦc | 10 ~ facere potest manus tua c. | ~ sapientia nec scientia c | erit A | 11 alio] ad alia m; ad aliud c | uidique] et uidi c. | diuitiae C. | gratia Cm | 12 nescit] nec scit AΦ | ~ laqueo comprehenduntur c. | in tempore c | 13 ~ sub sole uidi Σc. | 14 uallabit C | extruxit quoque C | 15 inuentusque + est CAc | sapiens + et c. | liberabit CTm; liberat M. ||

pretiosior est sapientia et gloria par-
va ad tempus stultitia
2 cor sapientis in dextera eius et cor
stulti in sinistra illius
3 sed et in via stultus ambulans cum
ipse insipiens sit omnes stultos aes-
timat
8,3 4 si spiritus potestatem habentis ascen-
derit super te locum tuum ne dimi-
seris
quia curatio cessare faciet peccata
maxima
5 est malum quod vidi sub sole quasi
per errorem egrediens a facie prin-
cipis
6,7: Prv 30,22! 6 positum stultum in dignitate subli-
mi et divites sedere deorsum
7 vidi servos in equis et principes am-
bulantes quasi servos super terram
Ps 7,16! 8 qui fodit foveam incidet in eam et
qui dissipat sepem mordebit eum
coluber
9 qui transfert lapides adfligetur in eis
et qui scindit ligna vulnerabitur ab
eis
10 si retunsum fuerit ferrum et hoc non
ut prius sed hebetatum erit multo
labore exacuatur
et post industriam sequitur sapientia
11 si mordeat serpens in silentio nihil
eo minus habet qui occulte detrahit
Sir 20,13; 21,19! Prv 18,7! 12 verba oris sapientis gratia et labia
12,13: Is 32,6 insipientis praecipitabunt eum
13 initium verborum eius stultitia et
novissimum oris illius error pessi-
mus
5,2 14 stultus verba multiplicat
8,7! ignorat homo quid ante se fuerit et
quod post futurum est quis illi pot-
erit indicare
15 labor stultorum adfliget eos qui ne-
sciunt in urbem pergere
16 vae tibi terra cuius rex est puer et Is 3,4
cuius principes mane comedunt Is 5,11
17 beata terra cuius rex nobilis est et
cuius principes vescuntur in tem-
pore suo ad reficiendum et non ad
luxuriam
18 in pigritiis humiliabitur contignatio
et in infirmitate manuum perstilla-
bit domus
19 in risu faciunt panem ac vinum ut
epulentur viventes et pecuniae oboe-
dient omnia
20 in cogitatione tua regi ne detrahas Ex 22,28
et in secreto cubiculi tui ne maledi-
xeris diviti
quia avis caeli portabit vocem tuam
et qui habet pinnas adnuntiabit sen-
tentiam
11 mitte panem tuum super transeun-
tes aquas quia post multa tempora
invenies illum
2 da partem septem nec non et octo
quia ignoras quid futurum sit mali
super terram
3 si repletae fuerint nubes imbrem su-
per terram effundent
si ceciderit lignum ad austrum aut ad
aquilonem in quocumque loco ce-
ciderit ibi erit
4 qui observat ventum non seminat et
qui considerat nubes numquam
metet
5 quomodo ignoras quae sit via spiri- Io 3,8!
tus et qua ratione conpingantur
ossa in ventre praegnatis
sic nescis opera Dei qui fabricator 3,11; 8,17; Sir 18,5

10,1 et gloria parua] parua quam gloriosa C.; + et c. | 3 ~ stultus in uia Cm | omnes stultus AM; omnis stultus T. | 4 facit Am | ~ faciet cessare c. | 7 ~ super terram quasi seruos c. | 8 incidet ZSc] incedit T.; incidit *cet.* | 10 erit] fuerit TSMc | exacuctur ΣΦc; exacuitur M. | sequetur Sc | 11 nihil eo minus] nihilominus AΣMm | detrahet ΣSm; detraebit C. | 14 quid] quod AT. | quod] quid c | post + sc c | est] sit c | illi] ei c | 16 [*deest* m *usque ad* 12,11] | rex puer est c; rex puer C | comedent A | 17 ad luxuriandum CS. | 18 in[2] *om.* AS | perstillauit T; praestillabit C | 19 in risum TΦc | ac] et c | uibentes C; bibentes ΣMΦ | oboediunt ΣZSΦc; oboedientia A. | 20 cubiculi] cubilis C | quia + et c | aues CAΣZTSc | portabunt AZTSc | adnuntiauit CA ‖ **11**,1 transeuntes + et A | ~ tempora multa c. | 2 malis AS | 5 praegnatis AMr.] praegnantis *cet.* |

CA ΣZTSMΦ(m) cr

est omnium
6 mane semina sementem tuam et ves-
pere ne cesset manus tua
quia nescis quid magis oriatur hoc an
illud et si utrumque simul melius
erit
7 dulce lumen et delectabile est oculis
videre solem
8 si annis multis vixerit homo et in om-
nibus his laetatus fuerit
Sir 11,27! meminisse debet tenebrosi temporis
et dierum multorum
qui cum venerint vanitatis arguentur
praeterita
9 laetare ergo iuvenis in adulescentia
tua et in bono sit cor tuum in diebus
iuventutis tuae
et ambula in viis cordis tui et in in-
tuitu oculorum tuorum
12,14! et scito quod pro omnibus his addu-
cet te Deus in iudicium
10 aufer iram a corde tuo et amove ma-
litiam a carne tua
adulescentia enim et voluptas vana
sunt
12 memento creatoris tui in diebus iu-
ventutis tuae
antequam veniat tempus adflictionis
et adpropinquent anni de quibus
dicas non mihi placent
2 antequam tenebrescat sol et lumen
et luna et stellae et revertantur nu-
bes post pluviam
3 quando commovebuntur custodes
domus et nutabuntur viri fortissimi
et otiosae erunt molentes inminuto
numero
et tenebrescent videntes per foramina
4 et claudent ostia in platea in hu-
militate vocis molentis
et consurgent ad vocem volucris
et obsurdescent omnes filiae car-
minis
5 excelsa quoque timebunt et formida-
bunt in via
florebit amigdalum inpinguabitur lu-
custa et dissipabitur capparis
quoniam ibit homo in domum aeter- Iob 17,13; 30,23; Ps 48,12
nitatis suae et circumibunt in platea
plangentes
6 antequam rumpatur funis argenteus
et recurrat vitta aurea
et conteratur hydria super fontem et
confringatur rota super cisternam
7 et revertatur pulvis in terram suam 3,20! Gn 3,19! Ps 103,29!
unde erat
et spiritus redeat ad Deum qui dedit IV Esr 7,78
illum
8 vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes 1,2!
omnia vanitas
9 cumque esset sapientissimus Ecclesi-
astes docuit populum et enarravit
quae fecerit
et investigans conposuit parabolas
multas
10 quaesivit verba utilia et conscripsit
sermones rectissimos ac veritate
plenos
11 verba sapientium sicut stimuli et
quasi clavi in altum defixi
quae per magistrorum concilium data
sunt a pastore uno
12 his amplius fili mi ne requiras
faciendi plures libros nullus est finis 1,18
frequensque meditatio carnis adflic-
tio est
13 finem loquendi omnes pariter audia-
mus
Deum time et mandata eius observa Dt 5,29! Sir 23,37
hoc est enim omnis homo
14 et cuncta quae fiunt adducet Deus in 3,17; 11,9; II Cor 5,10!
iudicium

CA ΣZTSMΦ (km) cr
6 sementem tuam] semen tuum Φc | an] aut AΦc | 7 ~ oculis est A | 8 ~ his omnibus AMΦc | laetus AMΦ | multorum] malorum C | arguuntur AΦ | 9 in^{5} *om.* A | deus] dominus C ‖ **12**,1 [*adest partim* k *usque ad v.* 14] | 3 nutabunt c; notabuntur T. | in minuto cr | 4 molentes A | obsurdescent] obmutescent CTS | 5 amygdalus c | 6 funis] funiculus Tkc | 7 deum] dominum C | 8 uanitantium CΣS | ecclesiastes + et CΦkc | 9 et narrauit AZT | fecerat ΣTΦc | 11 [*adest* m *usque ad v.* 14] | consilium Z Φc | 13 ~ pariter omnes c |

pro omni errato sive bonum sive
malum sit

EXPLICIT LIBER ECCLESIASTES

INCIPIT LIBER
CANTICUM CANTICORUM

Osculetur me osculo oris sui
4,10 quia meliora sunt ubera tua vino
2 fraglantia unguentis optimis
oleum effusum nomen tuum
ideo adulescentulae dilexerunt te
3 trahe me post te curremus
Ps 44,16 introduxit me rex in cellaria sua
exultabimus et laetabimur in te
memores uberum tuorum super vi-
num recti diligunt te
4 nigra sum sed formonsa filiae Hieru-
salem
sicut tabernacula Cedar sicut pelles
Salomonis
5 nolite me considerare quod fusca
sim quia decoloravit me sol
Ps 68,9 filii matris meae pugnaverunt contra
me
posuerunt me custodem in vineis vi-
neam meam non custodivi
6 indica mihi quem diligit anima mea
ubi pascas ubi cubes in meridie
ne vagari incipiam per greges soda-
lium tuorum
7 si ignoras te o pulchra inter mulieres
egredere et abi post vestigia gregum
et pasce hedos tuos iuxta taberna-
cula pastorum
8 equitatui meo in curribus Pharaonis
adsimilavi te amica mea
9 pulchrae sunt genae tuae sicut turtu-
ris
collum tuum sicut monilia
10 murenulas aureas faciemus tibi ver-
miculatas argento
11 dum esset rex in accubitu suo nar-
dus mea dedit odorem suum
12 fasciculus murrae dilectus meus mi-
hi inter ubera mea commorabitur
13 botrus cypri dilectus meus mihi in
vineis Engaddi
14 ecce tu pulchra es amica mea ecce tu 4,1!
pulchra oculi tui columbarum 5,12
15 ecce tu pulcher es dilecte mi et deco-
rus
lectulus noster floridus 16 tigna domo-
rum nostrarum cedrina laquearia
nostra cypressina
2 ego flos campi et lilium convallium Is 35,1!
2 sicut lilium inter spinas sic amica
mea inter filias
3 sicut malum inter ligna silvarum sic
dilectus meus inter filios
sub umbra illius quam desiderave-
ram sedi et fructus eius dulcis gut-
turi meo
4 introduxit me in cellam vinariam
ordinavit in me caritatem
5 fulcite me floribus stipate me malis
quia amore langueo 5,8
6 leva eius sub capite meo et dextera 6,7; 8,3.4
illius amplexabitur me
7 adiuro vos filiae Hierusalem per cap- 3,5; 5,8
reas cervosque camporum
ne suscitetis neque evigilare faciatis
dilectam quoadusque ipsa velit
8 vox dilecti mei
ecce iste venit saliens in montibus
transiliens colles
9 similis est dilectus meus capreae hi- 17; 4,5! 8,14
nuloque cervorum
en ipse stat post parietem nostrum

14 errato] reatu C; abscondito Σ. | malum + illud c. ||
Canticum Canticorum. *Citantur* CA *et* ΣZSMΦbkm *ac* cr. *Tit.* canticum canticorum salomonis quod hebraice dicitur sir hasirim c || 1,1 [*adsunt* k (*usque ad v.* 5) *et* m (*usque ad v.* 13); *deest* b *usque ad* 3,11] | obsculis m; hobsculus C. | 2 fraglantia Σr] fraglantiora C; fragrantia c; flagrantia *cet.* | 3 curremus + in odorem (odore MΦ) unguentorum tuorum ASMΦc | exultauimus CΣSkm | 4 sed] et A | 5 sum A | decolorauit] decorauit CΣΦ | [*deest* k *usque ad v.* 15] | 6 per] post c | 7 pulcherrima c | 13 [*deest* m *usque ad* 8,14] | 14 pulchra[2] + es C ΣZSc || 2,1 [*adest* k *usque ad v.* 7] | 3 malus c | quem Cc | desiderauerant S.; desiderabam AΦ | 7 [*deest* k *usque ad* 5,15] | 8 mei + uox fratris mei C | iste] ipse C | ueniet AΦ |

CA
ΣZSMΦ(km)
cr

despiciens per fenestras prospiciens
per cancellos
10 et dilectus meus loquitur mihi
surge propera amica mea formonsa
mea et veni
11 iam enim hiemps transiit imber abiit
et recessit
12 flores apparuerunt in terra tempus
putationis advenit
vox turturis audita est in terra nos-
tra
13 ficus protulit grossos suos vineae
florent dederunt odorem
surge amica mea speciosa mea et
veni
Ier 48,28 14 columba mea in foraminibus petrae
in caverna maceriae
8,13 ostende mihi faciem tuam sonet vox
tua in auribus meis
vox enim tua dulcis et facies tua de-
cora
15 capite nobis vulpes vulpes parvulas
quae demoliuntur vineas nam vi-
nea nostra floruit
6,2; 7,10 16 dilectus meus mihi et ego illi qui pas-
citur inter lilia
4,6 17 donec adspiret dies et inclinentur
umbrae
9! 8,14 revertere similis esto dilecte mi cap-
reae aut hinulo cervorum super
montes Bether
Is 26,9 **3** in lectulo meo per noctes quaesivi
quem diligit anima mea
5,6 quaesivi illum et non inveni
2 surgam et circuibo civitatem
per vicos et plateas quaeram quem
diligit anima mea
quaesivi illum et non inveni
5,7 3 invenerunt me vigiles qui custodiunt
civitatem
num quem dilexit anima mea vidistis
4 paululum cum pertransissem eos in-
veni quem diligit anima mea
tenui eum nec dimittam donec intro- 8,2
ducam illum in domum matris me-
ae et in cubiculum genetricis meae
5 adiuro vos filiae Hierusalem per cap- 2,7!
reas cervosque camporum 5,6: 8,4.5
ne suscitetis neque evigilare faciatis
dilectam donec ipsa velit
6 quae est ista quae ascendit per deser-
tum sicut virgula fumi
ex aromatibus murrae et turis et uni-
versi pulveris pigmentarii
7 en lectulum Salomonis sexaginta
fortes ambiunt ex fortissimis Isra-
hel
8 omnes tenentes gladios et ad bella
doctissimi
uniuscuiusque ensis super femur
suum propter timores nocturnos
9 ferculum fecit sibi rex Salomon de
lignis Libani
10 columnas eius fecit argenteas recli-
natorium aureum ascensum pur-
pureum
media caritate constravit propter
filias Hierusalem
11 egredimini et videte filiae Sion re-
gem Salomonem
in diademate quo coronavit eum
mater sua
in die disponsionis illius et in die
laetitiae cordis eius
4 quam pulchra es amica mea quam 7; 1,14; 6,3
pulchra es
oculi tui columbarum absque eo 5,12
quod intrinsecus latet 1–3: 6,4–6

CA ΣZSMΦ(b) 𝔠𝔯

9 respiciens CΣ𝔠 | 10 et¹] en 𝔠; *om.* CS | amica mea CZ𝔯𝔐] proxima mea Σ.; + columba mea ASMΦ𝔠 | 12 terra + nostra SMΦ𝔠 | potationis AΣZΦ | 13 florent et C.; florentes ZMΦ𝔠 (*et* 𝔯 *lapsu*) | odorem + suum 𝔠 | speciosa] sponsa A | 14 uox enim] quia uox AS | 15 uulpes² ΣZ𝔯𝔐] *om. cet.* | paruulas] pusillas A | 17 aut hinulo] hinnuloque 𝔠 | bether AΦ𝔠𝔯𝔐] bethel *cet.* || **3**,1 per noctem CΣS | 2 dilexit AΦ | 3 diligit CΣS𝔠 | 6 uirgulta Σ.; uirgultum C. | pigmentarii + qui in circuitu salomonis sunt gladium habent in femore sicuti aoth (aut C.) ille iudex qui interfecit hostem pinguissimum et totum carni deditum (dilectum C.) omnes amputans uoluptates C, *ex Hieron. adv. Iovinian.* 1,30 | 7 israhel + de potentatibus iherusalem C | 11 quo] qua C | eum] illum 𝔠 | desponsationis 𝔠; disponsationis C; dispositionis Σ; depositionis S. || **4**,1 [*adest* b *usque ad* 8,5] |

capilli tui sicut greges caprarum
quae ascenderunt de monte Gala-
ad
[2]dentes tui sicut greges tonsarum
quae ascenderunt de lavacro
omnes gemellis fetibus et sterilis non
est inter eas
[3]sicut vitta coccinea labia tua et elo-
quium tuum dulce
sicut fragmen mali punici ita genae
tuae absque eo quod intrinsecus
latet
7,4 [4]sicut turris David collum tuum quae
aedificata est cum propugnaculis
mille clypei pendent ex ea omnis
armatura fortium
2,9! 7,3; Prv 5,19 [5]duo ubera tua sicut duo hinuli cap-
reae gemelli qui pascuntur in liliis
2,17 [6]donec adspiret dies et inclinentur
umbrae
vadam ad montem murrae et ad col-
lem turis
1! [7]tota pulchra es amica mea et macula
non est in te
[8]veni de Libano sponsa veni de Liba-
no veni coronaberis
de capite Amana de vertice Sanir et
Hermon
de cubilibus leonum de montibus
pardorum
[9]vulnerasti cor meum soror mea
sponsa vulnerasti cor meum
in uno oculorum tuorum et in uno
crine colli tui
[10]quam pulchrae sunt mammae tuae
soror mea sponsa
1,1.2 pulchriora ubera tua vino et odor
unguentorum tuorum super omnia
aromata
Prv 5,3 [11]favus distillans labia tua sponsa mel
Ps 44,9 et lac sub lingua tua
et odor vestimentorum tuorum sicut
odor turis
[12]hortus conclusus soror mea sponsa
hortus conclusus fons signatus
[13]emissiones tuae paradisus malorum
punicorum cum pomorum fructi-
bus
cypri cum nardo [14]nardus et crocus
fistula et cinnamomum cum uni-
versis lignis Libani
murra et aloe cum omnibus primis
unguentis
[15]fons hortorum puteus aquarum vi-
ventium quae fluunt impetu de Li-
bano
[16]surge aquilo et veni auster perfla
hortum meum et fluant aromata
illius
5 veniat dilectus meus in hortum su- 6,1
um et comedat fructum pomorum
suorum
veni in hortum meum soror mea
sponsa
messui murram meam cum aroma-
tibus meis
comedi favum cum melle meo bibi
vinum meum cum lacte meo
comedite amici bibite et inebriamini
carissimi
[2]ego dormio et cor meum vigilat
vox dilecti mei pulsantis
aperi mihi soror mea amica mea co-
lumba mea inmaculata mea
quia caput meum plenum est rore et
cincinni mei guttis noctium
[3]expoliavi me tunica mea quomodo
induar illa
lavi pedes meos quomodo inquina-
bo illos
[4]dilectus meus misit manum suam
per foramen et venter meus intre-
muit ad tactum eius
[5]surrexi ut aperirem dilecto meo
manus meae stillaverunt murra digiti
mei pleni murra probatissima
[6]pessulum ostii aperui dilecto meo at
ille declinaverat atque transierat

2 grex AZ | 3 fragmentum A | 5 caprae C | 8 sponsa + mea ASMΦc | 9 sponsa + mea A | CA
10 pulchriora + sunt Σc || 5,1 fauum + meum C | bibi—meo[2] *om.* AZ. | amici + ei ZS ΣZSMΦb
Φc; + mei et CA | 3 spoliaui C | illam AZΦb | 5 distillauerunt C | murra[1]] (murr)am cr
ΣZSMc; myrrae b.; + et c | 6 ostii + mei ASMΦc |

anima mea liquefacta est ut locutus est
3,1 quaesivi et non inveni illum vocavi et non respondit mihi
3,3 7 invenerunt me custodes qui circumeunt civitatem
percusserunt me vulneraverunt me tulerunt pallium meum mihi custodes murorum
2,7! 8 adiuro vos filiae Hierusalem si inveneritis dilectum meum ut nuntie-
2,5 tis ei quia amore langueo
9 qualis est dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum
qualis est dilectus tuus ex dilecto quia sic adiurasti nos
10 dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus
11 caput eius aurum optimum
comae eius sicut elatae palmarum nigrae quasi corvus
1,14; 4,1 12 oculi eius sicut columbae super rivulos aquarum
quae lacte sunt lotae et resident iuxta fluenta plenissima
13 genae illius sicut areolae aromatum consitae a pigmentariis
labia eius lilia distillantia murram primam
14 manus illius tornatiles aureae plenae hyacinthis
venter eius eburneus distinctus sapphyris
15 crura illius columnae marmoreae quae fundatae sunt super bases aureas
Is 35,2! species eius ut Libani electus ut cedri
7,9 16 guttur illius suavissimum et totus desiderabilis
talis est dilectus meus et iste est amicus meus filiae Hierusalem
17 quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum
quo declinavit dilectus tuus et quaeremus eum tecum
6 dilectus meus descendit in hortum 5,1
suum ad areolam aromatis ut pascatur in hortis et lilia colligat
2 ego dilecto meo et dilectus meus mi- 2,16; 7,10
hi qui pascitur inter lilia
3 pulchra es amica mea suavis et de- 4,1!
cora sicut Hierusalem
terribilis ut castrorum acies ordinata 9
4 averte oculos tuos a me quia ipsi me 4–6: 4,1–3
avolare fecerunt
capilli tui sicut grex caprarum quae apparuerunt de Galaad
5 dentes tui sicut grex ovium quae ascenderunt de lavacro
omnes gemellis fetibus et sterilis non est in eis
6 sicut cortex mali punici genae tuae absque occultis tuis
7 sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae et adulescentularum non est numerus
8 una est columba mea perfecta mea
una est matris suae electa genetrici suae
viderunt illam filiae et beatissimam praedicaverunt
reginae et concubinae et laudaverunt eam
9 quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut sol terribilis 3
ut acies ordinata
10 descendi ad hortum nucum ut vide- 7,12
rem poma convallis
ut inspicerem si floruisset vinea et germinassent mala punica
11 nescivi anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab
12 revertere revertere Sulamitis

CA ΣZSMΦb(k) cr

7 me[2] + et AMΦc | meum *om.* CΣ. | ~ mihi pallium meum AΦ | 13 eius] illius ASMb | 15 [*adest* k *usque ad* 7,4] | 16 iste] ipse c. | 17 quaeremus CΣMc] quaerimus *cet.* || 6,1 in[1]] ad C | aromatum c | 5 greges Cb | 6 punici + sic AMΦkc | occultis] oculis CAZbk | 7 adulescentularum + quorum C | 8 matri ASΦk | illam] eam c | 9 acies ΣMr] castrorum acies *cet.* | 10 ad] in Φc | conuallium Cc | ut[2]] et Mbc | 11 nesciuit C | conturbabit Ck; turbauit ΣZ. | 12 sunamitis CΦb; sonamitis S. ||

revertere revertere ut intueamur te
7 quid videbis in Sulamiten nisi choros
castrorum
quam pulchri sunt gressus tui in cal-
ciamentis filia principis
iunctura feminum tuorum sicut mo-
nilia quae fabricata sunt manu arti-
ficis
2 umbilicus tuus crater tornatilis num-
quam indigens poculis
venter tuus sicut acervus tritici valla-
tus liliis
4,5! 3 duo ubera tua sicut duo hinuli ge-
melli capreae
4,4 4 collum tuum sicut turris eburnea
oculi tui sicut piscinae in Esebon
quae sunt in porta filiae multitudi-
nis
4.5: Is 35,21 nasus tuus sicut turris Libani quae
respicit contra Damascum
5 caput tuum ut Carmelus et comae
capitis tui sicut purpura regis vinc-
ta canalibus
6 quam pulchra es et quam decora ca-
rissima in deliciis
7 statura tua adsimilata est palmae
et ubera tua botris
8 dixi ascendam in palmam adprehen-
dam fructus eius
et erunt ubera tua sicut botri vineae
et odor oris tui sicut malorum
5,16 9 guttur tuum sicut vinum optimum
dignum dilecto meo ad potandum
labiisque et dentibus illius ruminan-
dum
2,16; 6,2 10 ego dilecto meo et ad me conversio
eius
11 veni dilecte mi egrediamur in agrum
commoremur in villis
6,10 12 mane surgamus ad vineas videamus
si floruit vinea
si flores fructus parturiunt si florue-
runt mala punica
ibi dabo tibi ubera mea
13 mandragorae dederunt odorem in
portis nostris
omnia poma nova et vetera dilecte
mi servavi tibi
8 quis mihi det te fratrem meum su-
gentem ubera matris meae
ut inveniam te foris et deosculer et
iam me nemo despiciat
2 adprehendam te et ducam in domum 3.4
matris meae
ibi me docebis et dabo tibi poculum
ex vino condito et mustum malo-
rum granatorum meorum
3 leva eius sub capite meo et dextera 3.4: 2,6.7!
illius amplexabitur me
4 adiuro vos filiae Hierusalem ne sus- 4.5: 3.5.6
citetis et evigilare faciatis dilectam
donec ipsa velit
5 quae est ista quae ascendit de deserto
deliciis affluens et nixa super dilec-
tum suum
sub arbore malo suscitavi te
ibi corrupta est mater tua ibi violata
est genetrix tua
6 pone me ut signaculum super cor
tuum ut signaculum super brachi- Is 49,16
um tuum
quia fortis est ut mors dilectio dura
sicut inferus aemulatio
lampades eius lampades ignis atque
flammarum
7 aquae multae non poterunt extin-
guere caritatem nec flumina obru-
ent illam
si dederit homo omnem substantiam
domus suae pro dilectione quasi
nihil despicient eum
8 soror nostra parva et ubera non ha-

CA ΣZSMΦ(bk) cr

7,1 sulamiten r.] sulamitem A; sulamite Σk c; solamite Z; sunamiten C; sonamiten S.; sunamite MΦb | filiae CΣ. | iuncturae Φ c | feminum] femorum Ak c | 3 caprae CZ. | 4 [*deest* k *usque ad* 8,7] | 5 ut . . . sicut] sicuti . . . sicuti C.; ut . . . ut A. | 7 botrui CZ | 8 palmam + et S c | odor oris AΣZ cr] odoris SMb; odores CΦ | 9 illius + ad c || 8,1 deosculer + te SM c | 3 illius] eius CZMb | 4 et] et ne C; neque MΦ c | uigilare CΣ | 5 et nixa ΣZSb r] innixa *cet.* | [*deest* b *usque ad v.* 12] | mali C | 6 est *om.* CΣ | infernus Σ c | 7 potuerunt ZS c; possunt C. | obruunt CZ. | [*adest partim* k *usque ad v.* 14] | despiciunt C; despiciet A c | eam c |

bet
quid faciemus sorori nostrae in die
quando adloquenda est
9 si murus est aedificemus super eum
propugnacula argentea
si ostium est conpingamus illud ta-
bulis cedrinis
10 ego murus et ubera mea sicut turris
ex quo facta sum coram eo quasi
pacem repperiens
Mt 21,33! 11 vinea fuit Pacifico in ea quae habet
populos
tradidit eam custodibus
vir adfert pro fructu eius mille argen-
teos
12 vinea mea coram me est
mille tui Pacifice et ducenti his qui
custodiunt fructus eius
13 quae habitas in hortis amici auscul-
tant fac me audire vocem tuam 2,14
14 fuge dilecte mi et adsimilare capreae 2,9! 17
hinuloque cervorum super montes
aromatum

EXPLICIT LIBER

CANTICUM CANTICORUM

CA ΣΖSMΦ(bk) cr — 9 super eam SM; super ea C. | tabulis + pusillis C | 12 pacifice Sr, *cf.* 𝔐] pacifici *cet.* | hii C | eius] meos Ak. | 13 [*adest* b *usque ad v.* 14] | quae] qui Ak | 14 et *om.* CΣ ||

INCIPIT LIBER SAPIENTIAE SALOMONIS

6.23 Diligite iustitiam qui iudicatis terram
sentite de Domino in bonitate
et in simplicitate cordis quaerite illum
2 quoniam invenitur ab his qui non temptant illum
apparet autem eis qui fidem habent in illum
3 perversae enim cogitationes separant a Deo
probata autem virtus corripit insipientes
4 quoniam in malivolam animam non intrabit sapientia
nec habitabit in corpore subdito peccatis
5 sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum
et auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu
et corripietur superveniente iniquitate
Gal 5.22 6 benignus est enim spiritus sapientiae
Iob 27 4! et non liberabit maledictum a labiis suis
Ier 17.10! quoniam renum illius testis est Deus
et cordis eius scrutator est verus
et linguae illius auditor
7 quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum
et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis
8 propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere
nec praeteriet illum corripiens iudicium
9 in cogitationibus enim impii interrogatio erit
sermonum autem illius auditio ad Dominum veniet Sir 42,20
ad correptionem iniquitatum illius Tb 13,5!
10 quoniam auris zeli audit omnia
et tumultus murmurationum non abscondetur
11 custodite ergo vos a murmuratione quae nihil prodest
et a detractione parcite linguae
quoniam responsum obscurum in vacuum non ibit
os autem quod mentitur occidit animam Prv 19,9!
12 nolite zelare mortem in errore vitae vestrae
neque adquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum
13 quoniam Deus mortem non fecit Ez 18,32!
nec laetatur in perditione vivorum
14 creavit enim ut essent omnia
et sanabiles nationes orbis terrarum
et non est in illis medicamentum exterminii
nec inferorum regnum in terra

Sapientia. *Citantur* GACT *et* ΣΛZSMΦkm *ac* 𝔠𝔯𝔟. *Tit.* liber sapientiae 𝔠 || 1,1 [*desunt* G *usque ad* 9,19 *et* m *usque ad* 6,5; *adest* k *partim usque ad v.* 9] | 2 inuenietur TΛk | illum²] eum AT | 4 in maliuola anima ATΣZSΦ | intrauit Σ; introibit TΛMΦ𝔠 | inhabitabit ZM𝔯; inhabitauit A | 5 ~ spiritus enim sanctus Λ𝔠 | corripietur + a AΛMΦk𝔠 | 6 liberauit AMk | maledicum 𝔠., *cf.* 𝔊 | suis] eius CTZS | eius] illius C𝔠 | illius²] eius Σ𝔠 | 7 scientia CTZ (*vid.*) S | uoces TZS | 9 [*deest* k *usque ad* 2,10] | dominum] deum CΛΦ𝔠 | iniquitatis CΣ | 10 absconditur T𝔯 | 11 responsum absconditum Σ; sermo obscurus ACΦ𝔠 | in *om.* T.; in uacuum *om.* C | iuit Λ.; erit T; celabitur C | occidet AΣΦ | 12 in errorem C; in terrore Σ | 13 uirorum A | 14 sanabiles + fecit ΣΛSMΦ𝔠; + esse uoluit C |

ACT
ΣΛZSMΦ(k)
𝔠𝔯𝔟

15.3 [15]iustitia enim inmortalis est
[16]impii autem manibus et verbis arcessierunt illam
et aestimantes illam amicam defluxerunt
et sponsionem posuerunt ad illam
2.25 quoniam digni sunt qui sunt ex parte illius
2 dixerunt enim apud se cogitantes non recte
exiguum et cum taedio est tempus vitae nostrae
et non est refrigerium in fine hominis
Iob 7,9! et non est qui agnitus sit reversus ab inferis
[2]quia ex nihilo nati sumus
Sir 44,9! et post hoc erimus tamquam non fuerimus
Is 2,22 quoniam fumus afflatus est in naribus nostris
et sermo scintillae ad commovendum cor nostrum
Ps 103,29! [3]quia extincta cinis erit corpus
et spiritus diffundetur tamquam mollis aer
et transiet vita nostra tamquam vestigium nubis
et sicut nebula dissolvetur
quae fugata est a radiis solis
et a calore illius adgravata
Ecl 2,16! [4]et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus
et nemo memoriam habebit operum nostrorum
5,9; I Par 29,15! [5]umbrae enim transitus est tempus nostrum
et non est reversio finis nostri
quoniam consignata est et nemo revertetur

[6]venite ergo et fruamur bonis quae sunt Ecl 2,1
et utamur creaturam tamquam in iuventute celeriter
[7]vino pretioso et unguentis nos impleamus Is 56,12!
et non praetereat nos flos temporis
[8]coronemus nos rosis antequam marcescant
nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra
[9]ubique relinquamus signa laetitiae
quoniam haec est pars nostra et haec est sors
[10]opprimamus pauperem iustum et non parcamus viduae Is 10,2!
nec veterani revereamur canos multi temporis
[11]sit autem fortitudo nostra lex iniustitiae
quod infirmum est enim inutile invenitur
[12]circumveniamus ergo iustum quoniam inutilis est nobis Prv 1,11; Is 3,10 Lxx
et contrarius est operibus nostris
et inproperat nobis peccata legis
et diffamat in nos peccata disciplinae nostrae
[13]promittit scientiam Dei se habere
et filium Dei se nominat Io 19,7!
[14]factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum
[15]gravis est nobis etiam ad videndum
quoniam dissimilis est aliis vita illius
et inmutatae sunt viae eius
[16]tamquam nugaces aestimati sumus ab illo
et abstinet se a viis nostris tamquam ab inmunditiis

ACT ΣΛZSMΦ(k) 𝔠r𝔊

15 enim *om.* AΦ | inmortalis est] perpetua est et inmortalis AMΦ𝔠 | 16 ~ uerbis et manibus C | sponsiones AΣZSM𝔠; sponsionis T. | sunt[1] + morte A | sunt[2]] sint 𝔠. ‖ **2**,1 ~ cogitantes apud se 𝔠 | 2 post haec ATΛMΦ | tamquam + si CTSMΦ; + qui nati Σ | flatus 𝔠; allatus S. | scintilla 𝔠.𝔊 | 3 quia] qua 𝔠𝔊 | corpus + nostrum ΛSΦ𝔠 | diffunditur ATM | transiit TΣ; transibit C𝔠; transiuit A | uestigia CTΛMΦ | dissoluitur T; diffundetur Σ. | quae effugata CS | 4 accipiat C | 5 reuertitur T𝔠 | 6 creatura CΣM𝔠r | in *om.* CΣZr | 7 inunguentes T | 8 nostra + nemo uestrum (nostrum 𝔠) sit exors (~ exors sit C𝔠) luxuriae nostrae ACΛSMΦ𝔠 | 9 haec est sors] haec sors Λ; hereditas nostra C | 10 [*adest* k *partim usque ad* 3,6] | canities C | 11 lex iustitiae 𝔠𝔊 | enim *om.* Λ.; ~ enim infirmum est ΣΦ𝔠 | inuenietur T.; inueniatur C | 13 ~ se scientiam dei AΦk𝔠 | 14 in traductione TΣΛZSΦ |

et praefert novissima iustorum
Io 5,18! et gloriatur patrem Deum se habere
[17] videamus ergo si sermones illius veri
sunt
et temptemus quae ventura sunt illi
et sciemus quae erunt novissima
illius
Ps 21,9; Mt 27,43! [18] si enim est verus filius Dei suscipiet
illum et liberabit eum de manu
contrariorum
[19] contumelia et tormento interrogemus eum
ut sciamus reverentiam illius
et probemus patientiam ipsius
[20] morte turpissima condemnemus illum
erit enim ei respectus ex sermonibus
illius
Rm 1,21! [21] haec cogitaverunt et erraverunt
excaecavit enim illos malitia eorum
[22] et nescierunt sacramenta Dei
neque mercedem speraverunt iustitiae
nec iudicaverunt honorem animarum sanctarum
Gn 1,27! Sir 17,1; IV Esr 8,44 [23] quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem
et ad imaginem suae similitudinis
fecit illum
24,25: Io 8,44! [24] invidia autem diaboli mors introivit
in orbem terrarum
1,16 [25] imitantur autem illum qui sunt ex
parte illius
Dt 33,3 **3** iustorum autem animae in manu
Dei sunt
et non tanget illos tormentum mortis
5,4 [2] visi sunt in oculis insipientium mori
et aestimata est adflictio exitus illorum
[3] et quod a nobis est iter exterminii
illi autem sunt in pace 4,7
[4] et si coram hominibus tormenta passi
sunt
spes illorum inmortalitate plena est
[5] et in paucis vexati 5,6: I Pt 1,6.7
in multis bene disponentur
quoniam Deus tentavit illos Tb 12,13!
et invenit illos dignos se
[6] tamquam aurum in fornace probavit Iob 23,10!
illos
et quasi holocausta hostiam accepit
illos
et in tempore erit respectus illorum
[7] fulgebunt et tamquam scintillae in
harundineto discurrent
[8] iudicabunt nationes et dominabuntur populis
et regnabit Dominus illorum in perpetuum Ex 15,18! Sir 18,1; Dn 7,27!
[9] qui confidunt in illum intellegent Io 8,31.32
veritatem
et fideles in dilectione adquiescent
illi
quoniam donum et pax est electis 4,15
illius
[10] impii autem secundum quae cogitaverunt correptionem habebunt
qui neglexerunt iustum et a Domino
recesserunt
[11] sapientiam enim et disciplinam qui
abicit infelix est
et vacua est spes illorum et labores Prv 11,18!
sine fructu
et inhabitabilia opera illorum sunt
[12] mulieres eorum insensatae sunt
et nequissimi filii eorum

ACT ΣΛZSMΦ(k) crb

16 profert CT | ~ se deum habere ΛM: ~ se habere deum c | 17 sunt[1]] sint c | sciamus C | 18 ~ dei filius A | liberauit ΛΣS | de manibus c | 19 eum CAScrb] illum *cet.* | illius] ipsius ASM: eius c | ipsius] illius Σc: eius AΛMΦ | 20 illum] eum c | 21 eorum] ipsorum ΣAS: illorum TZΦ | 23 ~ similitudinis suae c | 25 autem] ergo ΛΣ | illum + diabuli T || 3,2 in CZrb𝔊] *om. cet.* | illorum ATZSkcb] + et ab itinere iusto abierunt in exterminium *cet.* | 3 exterminii] exterminium c𝔊 | 5 et[1] *om.* TΣASΦc | illos[1]] eos c | 6 [*deest* k *usque ad* 5,22] | holocausti CΣAc: holocaustum Z | 7 fulgebunt + iusti TSc | 8 regnauit ATΛZS | ~ illorum dominus CΦ | 9 in illum ACMrb] in illo *cet.* | intellegunt CTASM | adquiescunt A | illius] eius AΛSΦc | 11 inhabitabilia] inutilia CΣc | illorum[2]] eorum Cc | sunt *om.* c | 12 eorum[1]] illorum TZ | eorum[2]] illorum CΣ |

[13] maledicta creatura illorum
Is 54,1! quoniam felix sterilis incoinquinata
quae non scivit torum in delicto
habebit fructum in respectione animarum
Is 56,4.5 [14] et spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem
nec cogitavit adversus Deum nequissima
dabitur enim illi fidei donum electum
et sors in templo Domini acceptissima
[15] bonorum enim laborum gloriosus est fructus
et quae non concidat radix sapientiae
Sir 41,8.9 [16] filii autem adulterorum inconsummati erunt
Os 2,4 et ab iniquo toro semen exterminabitur
[17] et si quidem longae vitae erunt in nihilum conputabuntur
et sine honore erit novissima senectus illorum
Prv 11,7 [18] et si celerius defuncti fuerint non habebunt spem
nec in die agnitionis adlocutionem
[19] nationis enim iniquae dirae sunt consummationes
4 melior est generatio cum claritate
Ps 111,7! inmortalitas est enim in memoria illius
Tb 14,17! quoniam et apud Deum nota est et apud homines
[2] cum praesens est imitantur illam
et desiderant eam cum se duxerit
et in perpetuum coronata triumphat
incoinquinatorum certaminum praemium vincens
[3] multigena autem impiorum multitudo non erit utilis Sir 23,35; 40,15
et spuria vitulamina non dabunt radices altas
nec stabile firmamentum conlocabunt
[4] et si in ramis in tempore germinaverint
infirmiter posita a vento commovebuntur
et a nimietate ventorum eradicabuntur
[5] confringentur rami inconsummati
et fructus illorum inutilis
et acerbi ad manducandum et ad nihilum apti
[6] ex iniquis enim omnes filii qui nascuntur
testes sunt nequitiae adversus parentes in interrogatione sua
[7] iustus autem si morte praeoccupatus fuerit in refrigerio erit 3,3
[8] senectus enim venerabilis est non diuturna
neque numero annorum conputata
cani sunt autem sensus hominibus Sir 25,6
[9] et aetas senectutis vita inmaculata Sir 25,8
[10] placens Deo factus dilectus 14
et vivens inter peccatores translatus est Is 57,1!
[11] raptus est ne malitia mutaret intellectum illius 14!

ACT ΣΛZSMΦ cr𝔟 13 illorum] eorum CMc | felix + est Σc | sterilis + et TΛSMΦc | coinquinata T | quae nesciuit c | torum] uirum ΛZ. | animarum + sanctarum TΛSMΦc | 14 deum] dominum C | domini] dei AΦcr | 15 labiorum C | concidet Σ; excidat CS (*vid.*); cidat M | 16 inconsummati CTΣZSr𝔟] in inconsummatione c.; in consummatione AΛMΦ | 18 erunt CTΣZ | in diem CSM | agnitionis] magnitudinis Z; magnitudines T. | 19 nationis AΛScr𝔟𝔊] nationes *cet.* | durae T | consummationis TΦ; inconsummationes C. || 4,1 melior est Tr𝔊] melior est enim CZ𝔟; o quam pulchra est casta *cet.* | immortalis est TΦc | enim *om.* C.; ~ enim est ΣZ | in *om.* TΦc | ~ et apud homines nota est C | 2 se eduxerit Φc | coronam A | 5 confringentur] *praem.* et Z.; + enim AΛSMΦc | inutilis CTSΦr𝔟𝔊] inutiles AΣΛZMc; + sunt ΣΛZ | 6 enim *om.* AM | omnes] somnis c.𝔊 | in *om.* CΣM | 7 si + qua ΛΣ | in refrigerium C | 8 ~ annorum numero c | ~ autem sunt c | hominibus AZSMΦr𝔟𝔊] hominis *cet.* | 10 factus + est ΣZc | 11 illius[1]] eius CΛΦc |

aut fictio decipiat animam illius
[12]fascinatio enim nugacitatis obscurat bona
et inconstantia concupiscentiae transvertit sensum sine malitia
[13]consummatus in brevi explevit tempora multa
[14]placita enim erat Deo anima illius
11; Is 57,1! propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum
Is 6,9! populi autem videntes et non intellegentes
nec ponentes in praecordiis talia
3,9 [15]quoniam gratia Dei et misericordia in sanctos illius
et respectus in electos illius
[16]condemnat autem iustus mortuus vivos impios
et iuventus celerius consummata longam vitam iniusti
5,4.5 [17]videbunt enim finem sapientis et non intellegent quid cogitaverit de illo Deus
et quare munierit illum Dominus
[18]videbunt enim et contemnent
Ps 2,4! Prv 1,26 illos autem Dominus inridebit
[19]et erunt post haec decidentes sine honore
et in contumelia inter mortuos in perpetuum
quoniam disrumpet illos inflatos sine voce
et commovebit illos a fundamentis
et usque ad supremum desolabuntur
Iob 18,17! et erunt gementes et memoria illorum periet
[20]venient in cogitatione peccatorum suorum timidi
et traducent illos ex adverso iniquitates ipsorum
5 tunc stabunt iusti in magna constantia adversus eos qui se angustaverunt
et qui abstulerunt labores illorum
[2]videntes turbabuntur timore horribili
et mirabuntur in subitatione insperatae salutis
[3]dicent inter se paenitentiam agentes
et per angustiam spiritus gementes
hi sunt quos habuimus aliquando in risu
et in similitudine inproperii
[4]nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam 3,2; 4,17
et finem illorum sine honore
[5]quomodo conputati sunt inter filios Dei Idt 10,8
et inter sanctos sors illorum est Act 26,18!
[6]ergo erravimus a via veritatis
et iustitiae lumen non luxit nobis
et sol non est ortus nobis
[7]lassati sumus in via iniquitatis et perditionis
et ambulavimus vias difficiles IV Esr 7,124
viam autem Domini ignoravimus
[8]quid nobis profuit superbia
aut quid divitiarum iactatio contulit nobis
[9]transierunt omnia illa tamquam umbra 2,5; 1 Par 29,15!

11 aut + ne CSMΦc | fictio] afflictio Σ; *praem.* dolus T.; + malitiae C | decipiat ATSrb] deceperit Z.; deciperet *cet.* | 12 et instantia AΣΛZS | 13 explebit A | 14 illius] eius AΛΦ | de medio iniquitatis A; de media iniquitate Z | praecordiis + suis CΣ | 15 ~ misericordia dei et gratia C | misericordia + est ΛSMc | in sancto C | illius[1]] eius MΦc | in electo C; in electus AM | illius[2]] ipsius C; eius Λ | 16 mortuos TS | celeriter C | consummatam C | longaeuitatem r.; longaeuitam C. | 17 sapientes TZS | de illis Σ; de illos C | 18 enim *om.* c | contemnent + eum Cc; + illum ΣZ | 19 in[1] *om.* Λ | disrumpit TZ | inflatio C; flatus M; inflammatos Σ | periit T; peribit ΣZc | 20 traducet C | iniquitas C; iniquitatis AΛS | ipsorum] illorum C || 5,1 angustiauerunt CΛZSc | illorum] eorum CΛSr; ipsorum Z. | 2 timore] terrore C | inspiratae CTS; desperate Λ | salutis + gementes per angustiam spiritus ΛTSMΦ | 3 dicentes ΛΦc | intra se c | prae angustia ΣΛc | in risum Z; in derisu AΛΦ; in derisum M (*vid.*) c | in similitudinem ΣZc | 4 insania T | 5 quomodo] *praem.* ecce c; + ergo TSM | inuenta est C | 6 et[1] *om.* C | sol + intellegentiae AMΦc | ortus + in C | 8 iactatio TΣZrb] iactantia *cet.* | ~ diuitiarum iactantia quid c |

ACT ΣΛZSMΦ crb

et tamquam nuntius percurrens
10 et tamquam navis quae pertransit fluctuantem aquam
cuius cum praeterierit non est vestigium invenire
neque semitam carinae illius in fluctibus
11 aut avis quae transvolat in aere nullum invenitur argumentum itineris illius
sed tantum sonitus est alarum verberans levem ventum
et scindens per vim itineris aerem
commotis alis transvolavit
et post hoc nullum signum invenitur itineris illius
12 aut tamquam sagittae emissae in locum destinatum
divisus aer continuo in se reclusus est
ut ignoretur transitus illius
13 sic et nos nati continuo desivimus esse
et virtutis quidem signum nullum valuimus ostendere
in malignitate autem nostra consumpti sumus
14 talia dixerunt et peccaverunt
Iob 8,13! 15 quoniam spes impii tamquam lanu-
Iob 21,18! go est quae a vento tollitur
et tamquam spuma gracilis quae a procella dispergitur
Os 13,3 et tamquam fumus qui a vento diffusus est
et tamquam memoria hospitis unius diei praetereuntis
16 iusti autem in perpetuum vivent
et apud Dominum est merces eorum
et cogitatio illorum apud Altissimum
17 ideo accipient regnum decoris IV Esr 2,35
et diadema speciei de manu Domini Ps 20,4! 1 Pt 5,4!
quoniam dextera sua teget eos
et brachio suo defendet illos
18 accipiet armaturam zelus illius 18.19: Is 59,17!
et armabit creaturam ad ultionem inimicorum
19 induet pro torace iustitiam
et accipiet pro galea iudicium certum
20 sumet scutum inexpugnabilem aequitatem
21 acuet autem duram iram in lanceam
et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos
22 ibunt directae emissiones fulgorum
et tamquam a bene curvato arcu nubium exterminabuntur
et ad certum locum insilient
23 et a petrosa ira plenae mittentur grandines
et scandescet in illos aqua maris
et flumina concurrent duriter
24 contra illos stabit spiritus virtutis 11,21; Iob 4,9!
et tamquam turbedo venti dividet illos
et ad heremiam perducet omnem terram iniquitatis
et malignitas evertet sedes potentium
6 melior est sapientia quam vires Prv 16,32; 24,5 LXX; Ecl 9,16.18
et vir prudens magis quam fortis
2 audite ergo reges et intellegite Ps 2,10
discite iudices finium terrae
3 praebete aures vos qui continetis multitudines
et placetis vobis in turbis nationum

ACT ΣΛZSMΦ(k) crb

9 praecurrens CTMΦ | 10 pertransiit AΛ; transit C. | 11 aut *om.* T.; + tamquam Sc; + sicut(i) C | quae] qui AC | aere + cuius c; + et ΣZ | illius[1] *om.* c. | est *om.* AΛMΦc | uerberantium T | per uiam A | aerem + et C | transuolabit C; uolauit Σ. | 12 sagitta emissa ΛΦc; sagittae missa M. | 13 ~ nullum signum c | consummati ACM | 14 et CTΣZrb] hii qui Λ; in inferno hi qui (*om.* A.) ASMΦc | 15 qui] quae A | 17 tegit CTΛZ. | brachio + sancto c | defendit TZ | 18 accipient CS | armatura AT | armauit CTΛS | 19 induit T; induent S; inducet Λ | accipient S; *om.* Z | 20 sument S; *praem.* et A | inexpugnabile ΛSMΦc | 21 pugnauit ACTΛS | 22 directe ΣΛSc | emissionis TS | [*adest* k *usque ad* 6,16] | ~ arcu curuato C | et[2] *om.* ΣΛZr | 23 emittentur Σ; mittuntur Ak; emittuntur ZS | et scandescit CZ; scandescit k (*vid.*).; excandescet c | 24 et contra TS | turbitudo M.; turbo ΣZc | eremam T (*vid.*).; heremum ΣZΦc | iniquitas cΘ; + illorum ΛMΦc | euertit TZ || 6,1 magis *om.* c. |

Prv 8,15.16! Io 19,11; Rm 13,1 4 quoniam data est a Domino potestas
vobis
et virtus ab Altissimo
qui interrogabit opera vestra
et cogitationes scrutabitur
5 quoniam cum essetis ministri regni
illius non recte iudicastis
neque custodistis legem iustitiae
neque secundum voluntatem Dei
ambulastis
6 horrende et cito apparebit vobis
quoniam iudicium durissimum in
his qui praesunt fiet
7 exiguo enim conceditur misericordia
potentes autem potenter tormenta
patientur
II Par 19,7! Iob 34,19 8 non enim subtrahet personam cuius-
quam Dominus
nec reverebitur magnitudinem cuius-
quam
quoniam pusillum et magnum ipse
fecit
12,13; I Pt 5,7 et aequaliter cura est illi pro omni-
bus
9 fortioribus autem fortior instat cru-
ciatio
10 ad vos ergo reges sunt hi sermones
mei
ut discatis sapientiam et non excida-
tis
11 qui enim custodierint iusta iuste
iustificabuntur
et qui didicerint ista invenient quid
respondeant
12 concupiscite ergo sermones meos
diligite illos et habebitis disciplinam
13 clara est et quae numquam marces-
cat sapientia
Prv 8,17 et facile videtur ab his qui diligunt
eam
et invenietur ab his qui quaerunt il- Sir 4,12; 6,28!
lam
14 praeoccupat qui se concupiscunt ut
illis se prior ostendat
15 qui de luce vigilaverit ad illam non
laborabit
adsidentem enim illam foribus suis
inveniet
16 cogitare ergo de illa sensus est con-
summatus
et qui vigilaverit propter illam cito
erit securus
17 quoniam dignos se ipsa circuit quae-
rens
et in viis ostendit se illis hilariter
et in omni providentia occurrit illis
18 initium enim illius verissima est dis-
ciplinae concupiscentia
19 cura ergo disciplinae dilectio est
et dilectio custoditio legum illius est Io 14,21!
custoditio autem legum consumma- Io 8,51
tio incorruptionis est
20 incorruptio autem facit esse proxi-
mum Deo
21 concupiscentia itaque sapientiae de-
ducet ad regnum perpetuum
22 si ergo delectamini sedibus et stem-
matibus reges populi
diligite sapientiam ut in perpetuum
regnetis
24 quid est autem sapientia et quemad-
modum facta sit referam
et non abscondam a vobis sacra- Tb 12,11; Iob 4,12
menta Dei
sed ab initio nativitatis investigabo
et ponam in lucem scientiam illius
et non praeteribo veritatem
25 neque cum invidia tabescente iter

ACT ΣΛZSMΦ (km) crb

5 neque[1]] nec c. | [*adest* m *usque ad* 9,14] | 6 in *om.* c. | 7 exigue A | conciditur T; concedetur ΣΛZm | patiuntur ATSk | 8 subtrahit ΛZ | dominus] deus c.; + qui est omnium dominator C | nec uerebitur ΑΛΦmc | pro CTZSmrb] de *cet.* | ~ est pro omnibus illi C; ~ illi est pro omnibus S | 10 excedatis CZM | 11 iusta iuste AScrb] iustitiam iuste ΛΜΦk (*vid.*); iusta CΣ; iustae T.; iustitiam Zm | ista TΣΛZcrb, *cf.* 𝔊] iusta *cet.* | inueniant T | 13 marcescet Φk (*vid.*); marcescit CSc | cum A; illam Σ | inuenitur mc | 14 priorem CΣr | 15 laborauit ATΣΛZSkm | in foribus CTΣZSm | 16 [*deest* k *usque ad* 7,27] | ~ securus erit c | 17 ostendet CΣm | occurret CΣSΦm | 19 custoditio[1]] custodia ΛΦc | 21 deducit CScr | 22 sedibus + perpetuis C | stemmatibus TΣrb] stigmatibus C; simmatibus S; ***matibus m.; sceptris et stemmatibus M; sceptris ΑΛΦc | o reges c | regnetis + [23] diligite lumen sapientiae omnes qui praeestis populis ΑΣΛΜΦc | 24 in luce Cm |

habebo
quoniam ista non erit particeps sa-
pientiae
26 multitudo autem sapientium sanitas
est orbis terrarum
et rex sapiens populi stabilimentum
est
27 ergo accipite disciplinam per sermo-
nes meos et proderit vobis
7 sum quidem et ego mortalis homo
similis omnibus
et ex genere terreno illius qui prior
finctus est
et in ventre matris figuratus sum
caro
Iob 10,10 2 decem mensuum tempore coagula-
tus in sanguine
ex semine hominis et delectamento
somni conveniente
3 et ego natus accepi communem
aerem
et in similiter factam decidi terram
primam vocem similem omnibus
emisi plorans
4 in involumentis nutritus sum et curis
magnis
5 nemo enim ex regibus aliud habuit
nativitatis initium
6 unus ergo introitus est omnibus ad
vitam et similis exitus
III Rg 3,12! 7 propter hoc optavi et datus est mihi
sensus
Dt 34,9! Sir 47,16; 51,18 et invocavi et venit in me spiritus
sapientiae
8,5; Iob 28,18 8 et praeposui illam regnis et sedibus
8,9; Prv 8,11! et divitias nihil esse duxi in con-
paratione illius
Iob 28,16 9 nec conparavi illi lapidem pretiosum
quoniam omne aurum in conpara- Iob 28,15; Prv 3,14! 16,16
tione illius harena est exigua
et tamquam lutum aestimabitur ar-
gentum in conspectu illius
10 super salutem et speciem dilexi illam
et proposui pro luce habere illam
quoniam inextinguibile est lumen
illius
11 venerunt autem mihi omnia bona III Rg 3,13!
pariter cum illa
et innumerabilis honestas per manus
illius
12 et laetatus sum in omnibus
quoniam antecedebat ista sapientia
et ignorabam quoniam horum om- Sir 24,24
nium mater est
13 quam sine fictione didici et sine in-
vidia communico
et honestatem illius non abscondo
14 infinitus enim thesaurus est homini-
bus
quod qui usi sunt participes facti
sunt amicitiae Dei
propter disciplinae dona commen-
dati
15 mihi autem det Deus dicere ex sen-
tentia
et praesumere digna horum quae
dantur
quoniam ipse et sapientiae dux est Iob 28,23
et sapientium emendator
16 in manu enim illius et nos et sermo- Iob 12,10!
nes nostri
et omnis sapientia et operum scien-
tiae disciplina
17 ipse enim mihi dedit horum quae
sunt scientiam veram
ut sciam dispositionem orbis terra-

ACT ΣΛZSMΦm crb 25 iste M.; talis homo ΛΦc | 26 sapientium] sapientiae ATΣZM | ~ stabilimentum populi c | 27 uobis + itaque erudimini per sermones meos et proderit uobis AS || 7,1 omnibus] hominibus CΣΛ | et² *om.* Am | terreni Ac, *cf.* 𝔊 | prius A | finctus] factus Amc | sum² *om.* C | 2 coagulatus + sum AMΦc | in sanguinem T | somno TZ (*vid.*); somnii ΣΛSMΦ | 3 in simili S. in similem T.; in similitudinem m.; ~ similiter in CΣ | terram + et TΛSMΦc | 6 omnium C | ~ omn. introitus est AC | 8 esse *om.* T | duxi TΣZcrb𝔊] dixi *cet.* | in conparationem CΣZ | illius] eius Cm | 9 est *om.* T | 10 inextinctum ΣZ; intinctum T. | 12 in + his CΣZ | antecedebat + me ATSMΦc | horum *om.* ΛΦ; ~ omnium horum ΛSM | 13 quam] quoniam TZ | 14 hominibus] omnibus C | quod] quoniam M.; que C.; quo ΣZc | 15 dedit ΛΦc; *om.* Σ | digne horum T; digne ea ΣZ | quae + mihi ΛΣZSΦc | et² CTZrb𝔊] deus Λ; *om.* *cet.* | 16 opera ΣZ; operae C.; + et A | scientia Mc; + et ACΣZMc | 17 ~ dedit mihi ΛMΦc |

rum
et virtutes elementorum
[18]initium et consummationem et medietatem temporum
et meditationem omnium
morum mutationes et divisiones temporum
[19]anni cursus et stellarum dispositiones
[20]naturas animalium et iras bestiarum
vim ventorum et cogitationes hominum
differentias arborum et virtutes radicum
[21]et quaecumque sunt absconsa et inprovisa didici
omnium enim artifex docuit me sapientia
[22]est enim in illa spiritus intellectus
sanctus unicus multiplex
subtilis mobilis dissertus incoinquinatus
certus suavis amans bonum acutus
qui nihil vetat benefacere
[23]humanus stabilis certus securus
omnem habens virtutem omnia prospiciens
et qui capiat omnes spiritus intellegibiles mundos subtiles
[24]omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia
8,1 adtingit autem ubique et capit propter suam munditiam
[25]vapor est enim virtutis Dei
Iob 32,8! et emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera
et ideo nihil inquinatum in illa incurrit
[26]candor est enim lucis aeternae Hbr 1,3!
et speculum sine macula Dei maiestatis
et imago bonitatis illius Col 1,15!
[27]et cum sit una omnia potest
et permanens in se omnia innovat
et per nationes in animas sanctas se transfert
amicos Dei et prophetas constituit
[28]neminem enim diligit Deus Sir 4,15
nisi eum qui cum sapientia inhabitat
[29]est enim haec speciosior sole
et super omnem stellarum dispositionem
luci conparata invenitur prior
[30]illi enim succedit nox
sapientiam autem non vincit malitia
8 adtingit enim a fine usque ad finem fortiter 7,24
et disponit omnia suaviter
[2]hanc amavi et exquisivi a iuventute mea Sir 47,15.16; 51,20
et quaesivi sponsam mihi adsumere
et amator factus sum formae illius
[3]generositatem glorificat contubernium habens Dei
sed et omnium Dominus dilexit illam
[4]doctrix est enim disciplinae Dei
et electrix operum illius
[5]et si divitiae appetuntur in vita
quid sapientiae locupletius quae omnia operatur 7,8!
[6]si autem sensus operatur

ACT ΣΛZSMΦ (k)m c𝔊

18 temporum[1] + uicissitudinum permutationes et commutationes (consummationes MΦ) temporum AΛSMΦc | et[3] omnium *om.* M; et[3] – temporum[2] *om.* AΛΦc | 20 arborum] uirgultorum AΦc | 21 abscondita CΣZm | sapientiam CZSM | 22 intellegentiae ΛΦc; intellegibilis ΣZ | sanctus] spiritus A | ~ disertus mobilis Φc | qui] quem c, *cf.* 𝔊 | benefieri TΛSM; benefaciens c𝔊 | 23 humanus] benignus Z; *praem.* benignus Σ; + benignus ΛMΦc | intellegibilis ATZSc | mundos subtiles Crb𝔊] mundus A; mundus subtilis *cet.* | 24 molibus C | autem] enim A | et capit CΣZrb𝔊] *om. cet.* | 25 est[2] *om.* ΣZr; ~ est quaedam C | in illam Z; in eam c | 26 ~ maiestatis dei C | 27 ~ in se permanens c | ~ innouat omnia Cm (*vid.*); omnia inuocat ΣM | [*adest* k *usque ad* 8,16] | transfert CΛΦkcb𝔊] transferet ATSMr; transferens ΣZ | constituet AΣSΦk | 28 enim *om.* AΣ | habitat CM | 29 ~ dispositionem stellarum c | 30 uicit CΣ || 8,1 enim ACΣrb] autem Λ; ergo *cet.* | 2 sponsam mihi + eam ΛΦc; mihi sponsam meam C | 3 generositatem + illius ΛΦc | et *om.* TZk | 4 ~ enim est Cc | 5 sapientiae CTSrb𝔊] sapientia *cet* | ~ operatur omnia c |

quis horum quae sunt magis quam
illa est artifex
7 et si iustitiam quis diligit
labores huius magnas habent virtutes
sobrietatem enim et sapientiam docet et iustitiam et virtutem
quibus utilius nihil est in vita hominibus
8 et si multitudinem scientiae desiderat quis
scit praeterita et de futuris aestimat
Sir 39,3 scit versutias sermonum et dissolutiones argumentorum
signa et monstra scit antequam fiant
et eventus temporum et saeculorum
9 proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum
sciens quoniam communicabit mecum de bonis
et erit adlocutio cogitationis et taedii mei
10 habebo propter hanc claritatem ad turbas
10—12: Iob 29,8–11 et honorem apud seniores iuvenis
11 acutus inveniar in iudicio
et in conspectu potentium admirabilis ero
et facies principum mirabuntur me
12 tacentem me sustinebunt
et loquentem me respicient
et sermocinante plura manus ori suo inponent
13 propterea habebo per hanc inmortalitatem
Sir 15,6 et memoriam aeternam his qui post me futuri sunt relinquam
14 disponam populos
Ps 71,11! et nationes mihi erunt subiectae
15 timebunt me audientes reges horrendi
in multitudine videbor bonus et in bello fortis
16 intrans in domum meam conquiescam cum illa
non enim habet amaritudinem conversatio illius
nec taedium convictus ipsius
sed laetitiam et gaudium
17 haec cogitans apud me et commemorans in corde meo
quoniam inmortalitas est in cogitatione sapientiae
18 et in amicitia illius delectatio bona
et in operibus manuum illius honestas sine defectione
et in certamine loquellae illius sapientia
et praeclaritas in communicatione sermonum ipsius
circuibam quaerens ut mihi illam adsumerem
19 puer autem eram ingeniosus et sortitus sum animam bonam
20 et cum essem magis bonus veni ad corpus incoinquinatum
21 et ut scivi quoniam aliter non possum esse continens nisi Deus det Prv 2,6!
et hoc ipsum erat sapientiae scire cuius esset hoc donum
adii Dominum et deprecatus sum illum
et dixi ex totis praecordiis meis
9 Deus parentum et Domine misericordiae tuae qui fecisti omnia verbo tuo Est 13,9! Sir 43,28; Ier 10,16; Io 1,3!
2 et sapientia tua constituisti hominem

ACT ΣΛZSMΦ (k)m cr𝔟

7 laboris TΛ; dilectio ΣZ | sapientiam] prudentiam Λc | 8 si multitudinem] similitudinem CTΣ (*praem.* si) ΛMΦ | qui C | ~ quis scientiae desiderat ΣZ; ~ scientiae quis desiderat TΛ | dissolutiones TΣZMc𝔊] dispositiones *cet.* | fiat T | 9 ~ mecum communicabit c | 10 iuuenes ΛTΣZM, *praem.* et ΛΣM | 11 acutos T; exacutus Λ; *praem.* et ΛMΦc | amabilis ΛΦ | admirabuntur C | 12 tacente ΛΣS | et² *om.* C | sermocinante r𝔊] sermocinantem C; sermocinante me ΣMc; sermonicante[m] me 𝔟; sermocinantem me *cet.* | plurima CZ | 13 praeterea c; et Σ; *om.* Z | ~ inmortalitatem per hanc C | 14 subditae Σc | 16 [*hic desinit* k] | cum illam C | ipsius] illius TΣc | 17 inmortalis est ΛΛΦ | in cognitione T; in cognatione c𝔊 | sapientia ΛΛΦ | 18 sine defensione T | ipsius] illius C | 19 ~ ingeniosus eram C | 21 possem c || 9,1 parentum CTΣZr𝔟] parentum meorum SM; patrum meorum ΛΛΦc | tuae *om.* ΛΛΦc | 2 sapientiae tuae T |

Gn 1,26; Ps 8,7; Sir 17,3; Bar 3,16 ut dominetur creaturae quae a te
facta est
Ps 95,13! [3]ut disponat orbem terrarum in
aequitate et iustitia
et in directione cordis iudicium
iudicet
[4]da mihi sedium tuarum adsistricem
sapientiam
et noli me reprobare a pueris tuis
Ps 115,16! [5]quoniam ego servus tuus et filius
ancillae tuae sum
III Rg 3,7! homo infirmus et exigui temporis
et minor ad intellectum iudicii et
legum
[6]et si quis erit consummatus inter filios
hominum
si afuerit ab illo sapientia tua in nihilum conputabitur
II Par 1,9! [7]tu me elegisti regem populo tuo
7,8: III Rg 8,20! et iudicem filiorum tuorum et filiarum
[8]dixisti aedificare templum in monte
sancto tuo
et in civitate habitationis tuae aram
Ex 25,8.9! similitudinem tabernaculi sancti tui
quod praeparasti ab initio
Prv 8,22! Io 5,20 [9]et tecum sapientia quae novit opera
tua
Prv 8,30 quae et adfuit tunc cum orbem terrarum faceres
et sciebat quid placitum esset oculis
tuis
et quid directum in praeceptis tuis
[10]mitte illam de sanctis caelis tuis
et mitte illam a sede magnitudinis
tuae
ut mecum sit et mecum laboret
et sciam quid acceptum sit apud te
[11]scit enim illa omnia et intellegit
et deducet me in operibus meis
sobrie
et custodiet me in sua potentia
[12]et erunt accepta opera mea
et disponam populum tuum iuste
et ero dignus sedium patris mei
[13]quis enim hominum poterit scire Tb 3,20! Iob 11,7! 36,23; Rm 11,34; I Cor 2,11.16
consilium Dei
aut quis poterit cogitare quid velit
Dominus
[14]cogitationes enim mortalium timidae
et incertae providentiae nostrae
[15]corpus enim quod corrumpitur adgravat animam II Cor 5,4
et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem
[16]et difficile aestimamus quae in terra
sunt
et quae in prospectu sunt invenimus
cum labore
quae in caelis sunt autem quis investigavit
[17]sensum autem tuum quis scivit
nisi tu dederis sapientiam Io 14,26
et miseris sanctum spiritum tuum de
altissimis
[18]et sic correctae sunt semitae eorum
qui in terris sunt
et quae tibi placent didicerunt homines Bar 4,4
[19]et per sapientiam sanati sunt
10 haec illum qui primus finctus est
patrem orbis terrarum
eum solus esset creatus custodivit

(G)ACT ΣΛZSMΦ (m) cr6

2 dominaretur CΛZMΦc | creaturae + tuae AΛΦ; + subiectae Cm (*vid*) | 5 sum *om.* ΛZ; ~ sum et filius ancillae tuae ΛΦ; ~ seruus tuus sum ego et fil. anc. tuae c | legem TS | 6 et] *praem.* nam c | ~ ab illo abfuerit c | 7 ~ elegisti me c | 8 dixisti] *praem.* et ΛΦc | me aedificare c; ut aedificarem Z | in monte] in nomine S; nomini C | aram] altare ΛΦc | ~ sancti tabernaculi C | 9 sapientia + tua Cc | cum *om.* C | ~ esset placitum c | 10 sanctis *om.* T; ~ caelis sanctis Φc | et mitte] emitte C | mitte illam² *om.* ΛZΦc | a] de C | ut sciam c | 11 meis] bonis C | 13 ~ scire poterit C | dominus] deus AΛΦc | 15 [*deest* m *usque ad* 12,4] | ~ terrena inhabitatio deprimit c | 16 in terris CΣS | ~ autem in caelis sunt c | inuestigabit ΛZMΦc | 17 scibit TZΦ; sciet c | ~ spiritum sanctum ΛZSΦc | 18 sic] si ATSM | sint¹ ΛZc | ~ sunt in terris c | didicerent Z; didicerint ATSMΦc | 19 et] non A; nam ΛMΦc | sunt + quicumque placuerunt (placuerint A) tibi domine a principio AΣΛSMΦc || 10,1 [*adest* G] | fictus est T; formatus est a deo Φc | pater GCTΣΦc |

2 et eduxit illum a delicto suo
et dedit illi virtutem continendi omnia
3 ab hac ut recessit iniustus in ira sua
per iram homicidii fraternitatis deperiit
4 propter quem cum aqua deleret terram iterum sanavit sapientia
per contemptibile lignum iustum gubernans
5 haec et in consensu nequitiae cum se nationes contulissent
scivit iustum et servavit sine querella Deo
et in filii misericordia fortem custodivit
6 haec iustum a pereuntibus impiis liberavit fugientem
descendentem ignem in Pentapoli
7 cuius in testimonium nequitiae fumigabunda constat deserta terra
et incerto tempore fructus habentes arbores
Gn 19,26 et incredibilis animae memoria stans figmentum salis
8 sapientiam enim praetereuntes
non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona
sed et insipientiae suae reliquerunt hominibus memoriam
ut in his quae peccaverunt nec latere potuissent
9 sapientia autem hos qui se observant a doloribus liberavit
10 haec profugum irae fratris iustum deduxit per vias rectas
et ostendit illi regnum Dei
et dedit illi scientiam sanctorum
honestavit illum in laboribus
et conplevit labores illius
11 in fraude circumvenientium illum adfuit
et honestum illum fecit
12 custodivit illum ab inimicis
et a seductoribus tutavit eum
et certamen forte dedit illi ut vinceret
ut sciret quoniam omnium potentior est sapientia
13 haec venditum iustum non dereliquit
sed a peccatoribus liberavit illum Ps 58,3!
descendit cum illo in foveam
14 et in vinculis non dereliquit illum
donec adferret illi sceptrum regni
et potentiam adversus eos qui eum deprimebant
et mendaces ostendit qui maculaverunt ipsum
et dedit illi claritatem aeternam
15 haec populum iustum et semen sine querella
liberavit a nationibus quae illum conprimebant
16 intravit in animam servi Domini
et stetit contra reges horrendos in portentis et signis
17 et reddidit iustis mercedem laborum suorum
et deduxit illos in via mirabili
et fuit illis in velamento diei Dt 1,33!
et in luce stellarum nocte
18 transtulit illos mare Rubrum Ex 14,16! Is 63,11

GACT ΣΛΖSMΦ crb 2 illum + de limo terrae et eruit eum C | suo + et eduxit illum de limo terrae Z | 3 ut] cum AΛSM; autem C | iustus C | fraternitas ΑΣΛΖΦ; fraterni c. | 4 quem] quod TS | ~ sanauit iterum c | 5 et[1] *om.* GZS | seruabit C; conseruauit Φc | filii crb𝔅] fili GT.; filiis *cet.* | misericordiam ACΛSMΦ | 6 liberabit C | descendentem -- pentapoli *om.* C., *spatio relicto* | descendente igne ΑΣΛΖΜΦc | in pentapolim ΣΖSMc | 7 cuius] quibus Φc | in testimonio C | constat -- terra *om.* C., *spatio relicto* | deserta *om.* AΦ | incredibiles ACZ | memorias TZ. | instans S.; trans T | 8 sapientia C | ignorent A | et *om.* ΑΣΛΖ | quae] qui C; in quibus Z. | latere] laetare T; laetari A | 9 liberabit GCZMΦ | 10 haec + quoque C; + autem GTSMΦ | ira C | 11 in fraudem T | adfuit + illi Φc | ~ fecit illum Tc | 12 illum] eum CT; *om.* Z. | eum] illum Zc | fortem A | ut[2]] et ut C.; et Ac | 13 liberabit C | illum GCTMrb] eum *cet.* | descenditque ATΦc | 14 illum] eum ΑΣΖ | eum] illum ΤΣΜ; *om.* G. | ipsum GTSrb] illum *cet.* | 15 liberabit C | opprimebant C; deprimebant c | 16 intrauit—domini *om.* C., *spatio relicto* | domini] dei c | et in portentis T | et in signis CM | 17 reddit T | illos] eos A | ~ in uelamento diei fuit illis C | in nocte M; tota nocte C; per noctem Φc; per nocte S | 18 per mare Φc; in mare S ||

I Cor 10,1; Hbr 11,29 et transvexit illos per aquam ni-
miam
18,5; Ex 14,27! 19 inimicos autem illorum demersit in
mare
et ab altitudine inferorum eduxit
illos
Ex 12,36 ideo iusti tulerunt spolia impiorum
Ex 15,1! 20 et decantaverunt Domine nomen
sanctum tuum
et victricem manum tuam lauda-
verunt pariter
21 quoniam sapientia aperuit os muto-
rum
IV Esr 6,21 et linguas infantium fecit dissertas
Os 12,13 **11** direxit opera illorum in manibus
prophetae sancti
Idt 5,14! 2 iter fecerunt per deserta quae non
inhabitabantur
et in locis secretis fixerunt casas
3 steterunt contra hostes
et de inimicis se vindicaverunt
4 sitierunt et invocaverunt te
Ex 17,6! IV Esr 1,20 et data est illis de petra altissima
aqua
et requies sitis de lapide duro
5 per quae enim poenas passi sunt
inimici illorum
6 per haec cum illis deesset bene cum
illis actum est
7 nam pro fonte quidem sempiterni
Apc 16,6 fluminis humanum sanguinem de-
disti iniustis
8 qui comminuerentur in traductione
infantum occisorum
dedisti illis abundantem aquam in-
sperate
9 ostendens per sitim quae tunc fuit
quemadmodum tuos exaltares et ad-
versarios illorum necares

10 cum enim temptati sunt et quidem
cum misericordia disciplinam acci-
pientes
scierunt quemadmodum cum ira iu-
dicati impii tormenta paterentur
11 hos quidem tamquam pater monens Dt 8,5! Prv 3,12
probasti
illos autem tamquam durus rex in-
terrogans condemnasti
12 absentes enim et praesentes similiter
torquebantur
13 duplex enim illos acceperat taedium
et gemitus cum memoria praeterito-
rum
14 cum enim audirent per sua tormenta
bene secum agi commemorati sunt
Dominum
15 quem enim in expositione prava
proiectum deriserunt
in finem eventus mirati sunt
non similiter iustis faciens
16 pro cogitationibus autem insensatis
iniquitates illorum
quod quidam errantes colebant mu- 12,23.24
tos serpentes et bestias supervacuas
inmisisti illis multitudinem muto- 16,1
rum animalium in vindictam
17 ut scirent quia per quae peccat quis
per haec et torquetur
18 non enim inpossibilis erat omni- 12,9
potens manus tua
quae creavit orbem terrarum ex ma-
teria invisa
inmittere illis multitudinem ursorum
aut audaces leones
19 aut novi generis ira plenas et ignotas
bestias
aut vaporem igneum spirantes
aut odorem fumi proferentes

11,1 illorum] eorum ϲ | in manus CZ. | sancti *om.* A | 2 inhabitantur G; habitabantur Sϲ | secretis] desertis Φϲ | casas] castra C; tabernacula Σ | 4 ~ aqua de petra altissima ΛΦϲ | 5 illorum *sine add.* G𝔯𝔟] eorum AC; + a defectione potus sui (+ et AΦϲ) in eis (in ea ΛS [*vid.*]; in eo CTM; *om.* AΦ) cum abundarent filii israhel laetati sunt *codd. praeter* G. ϲ | 6 deessent AMΦϲ | 8 conminuerentur GTM𝔯𝔟] conmonerentur CΣZ; cum minuerentur AΛSΦϲ | inspirate GCTΣS; + salutis TΛ | 10 et quidem] equidem TSM | cum misericordiam TS | 14 dominum + admirantes (admirantur C.; mirantes S, *praem.* et SMΦ) in (*om.* CΣ) finem (fine Λ) exitus ACΣΛZSMΦϲ | 15 deriserunt + isti sitientes Λ | in fine C | faciens] sitientes ϲ.𝔊 | 16 iniquitatis ΣZϲ𝔊 | quidem G (*vid.*) ΛM | inmisit CM | 19 et] aut AΦ; *om.* ϲ.𝔊 | ignium ϲ | inspirantes C; spirantis ΛS | odorem] uaporem C | ~ fumi odorem ϲ |

GACT ΣΛZSMΦ ϲ𝔯𝔟

aut horrendas ab oculis scintillas
emittentes
20 quarum non solum laesura poterat
illos exterminare
sed et aspectus per timorem occidere
5,24; Iob 4,9! 21 sed et sine his uno spiritu occidi
poterant
persecutionem passi ab ipsis factis
suis
et dispersi per spiritum virtutis tuae
IV Esr 4,36.37 sed omnia mensura et numero et
pondere disposuisti
22 multum enim valere tibi soli superat
semper
II Par 20,6; Dn 4,32 et virtuti brachii tui quis resistet
Is 40,15! 23 quoniam tamquam momentum sta-
terae sic ante te est orbis terrarum
et tamquam gutta roris antelucani
quae descendit in terram
Sir 2,23; 18,12; Or Man 7 24 sed misereris omnium quoniam om-
nia potes
12,10! 19 et dissimulas peccata hominum
propter paenitentiam
25 diligis enim omnia quae sunt
et nihil odisti horum quae fecisti
nec enim odiens aliquid constituisti
26 quomodo autem posset aliquid per-
manere nisi tu voluisses
aut quod a te vocatum non esset
conservaretur
12,16 27 parcis autem omnibus quoniam tua
sunt Domine qui animas amas
12 bonus enim spiritus tuus est in om-
nibus
10 2 propter quod hos qui exerrant par-
tibus corripis
et de quibus peccant admonens ad-
loqueris
ut relicta malitia credant in te Do-
mine
3 et illos enim antiquos inhabitatores
sanctae tuae terrae odiens
4 quoniam odibilia tibi opera facie-
bant
per medicamina et sacrificia iniusta
5 et filiorum necatores sine misericor- 14,23
dia
et comestores viscerum hominum
devorationem et sanguinis a medio
sacramento tuo
6 et auctores parentes animarum in-
auxiliatarum
voluisti perdere per manus paren-
tum nostrorum
7 ut dignam perciperent peregrinatio-
nem puerorum Dei
quae tibi omnium carior est terra
8 sed et his tamquam hominibus pe-
percisti
et misisti antecessores exercitus tui Ex 23,28; Dt 7,20; Ios 24,12
vespas
ut illos paulatim exterminarent
9 non quia inpotens eras in bello 11,18
subicere impios iustis
aut bestiis saevis aut verbo duro
simul exterminare
10 sed partibus iudicans dabas locum 2,19; 11,24; Iob 24,23!
paenitentiae
non ignorans quoniam nequa est
natio illorum
et naturalis malitia ipsorum
et quoniam non poterat mutari co-
gitatio illorum in perpetuum
11 semen enim erat maledictum ab

GACT ΣΛZSMΦ (m) crb 20 prae timore(m) C | 21 poterat T; potuerunt A | ~ poterant occidi c | tuae] suae C | in mensura ΣΛSΦc | 22 supererat Φc | uirtute ACT; uirtutibus Z. | resistit CT | 23 staterae] stare CA | te *om.* T | ~ est ante te c | ante lucanum TΣ | 24 omnium] omnibus C | quoniam] quia c | 25 diliges T | horum] eorum c | nec – constituisti *om.* T | constituisti + aut fecisti SΦc | 26 possit TΣΛZM | a te] hante te C.; ante Z. | 27 parces TZ | autem] enim C | ~ amas animas Φc || **12**,1 bonus – est] o quam bonus et suauis est (*om.* S.) domine (*om.* Λ) spiritus tuus ΛASMΦc | 2 propter quod] ideoque ΛAMΦc | hos] eos c. | admones et ΛZΦc | 3 et *om.* ΛΦc | ~ terrae sanctae tuae c; ~ sanctae terrae tuae C | odiens] quos exhorruisti ΛASΦc | 4 ~ opera tibi Ac. | medicina T.; mendacia C | [*adest* m *usque ad* v. 27] | 5 et[1] *om.* AMΦ | filiorum + suorum ΛASMΦc | negatores T; negationes Z. | deuorationem et] et deuoratores ΛAMΦc | sanguinem C; sanguines M. | 6 parentum[1] CTM | inauxiliatorum C | ~ perdere uoluisti c | 7 reciperent S; reciperint T. | 8 et[1] *om.* ATS | 9 non + enim TAS | 10 nequa GATΣrb] iniqua Φ; nequam *cet.* | illorum[1]] eorum AMΦc | illorum[2]] eorum A |

initio
nec timens aliquem veniam dabas peccatis illorum
Iob 9,12! Is 45,9! 12 quis enim dicet tibi quid fecisti
Ecl 6,10 aut quis stabit contra iudicium tuum
aut quis in conspectum tuum veniet vindex iniquorum hominum
aut quis tibi inputabit si nationes perierint quas tu fecisti
13 nec enim est alius Deus quam tu
6,8! cuius cura est de omnibus
ut ostendas quoniam non iniuste iudicasti
14 neque rex neque tyrannus in conspectu tuo
inquirent de his quos perdidisti
15 cum sis ergo iustus iuste omnia disponis
ipsum quoque qui non debet puniri condemnas
exterum aestimas a tua virtute
16 virtus enim tua iustitiae initium est
11,27 et ob hoc quod omnium Dominus es omnibus te parcere facis
17 virtutem enim ostendis tu qui non crederis esse in virtute consummatus
et hos qui sciunt audaciam traducis
18 tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas
et cum magna reverentia disponis nos
Ps 113,11! subest enim tibi cum voles posse
19 docuisti autem populum tuum per talia opera
quoniam oportet iustum esse et humanum
et bonae spei fecisti filios tuos
quoniam das locum in peccatis paenitentiae 10; 11,24; Iob 24,23!
20 si enim inimicos servorum tuorum et debitos morti
cum tanta cruciasti adtentione et liberasti
dans tempus et locum
per quae possint mutari a malitia
21 cum quanta diligentia iudicasti filios tuos
quorum parentibus iuramenta et conventiones dedisti bonarum promissionum
22 cum ergo nobis disciplinam das
inimicos nostros multipliciter flagellas
ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes
et cum de nobis iudicatur speremus misericordiam
23 unde et illis qui in vita sua insensate et iniuste vixerunt 23.24: 11,16
per haec quae coluerunt dedisti summa tormenta
24 etenim in erroris via diutius erraverunt
deos aestimantes haec quae in animalibus sunt supervacua
infantum insensatorum more viventes
25 propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti
26 qui autem ludibriis increpationis non correpti sunt
dignum Dei iudicium experti sunt
27 in his enim quae patiebantur moleste ferebant
in quibus patientes indignabantur

GACT ΣΛZSMΦ (m) crb

11 aliquam C | illorum] eorum CZ | 12 aut²—hominum *post* fecisti² *transpon.* TZ | in conspectu tuo AΛΦc | inputauit GΛ | ~ nationes si perierint A; ~ si perierint nationes ΣΛSc | 13 nec] non c. | ~ est enim C | deus *om.* C | cui TΣΛZc | iudicas iudicium AΦc; iudicas Λ | 14 inquiret AZ | 15 ~ ergo sis c | condemnare Z(*vid.*)c𝔊; + et ACΣΛΦ | 16 ob] ab A; *om.* C | 17 ostendisti tu C; ostendisti TS | qui¹] his qui T; his quibus S | crederit A.; credideris T | hos] horum c. | sciunt] te nesciunt Φc; te nesciunt qui sciunt Λ | 18 uolueris AΛMΦc | 19 autem] enim C; *om.* A | quoniam² + iudicans ΛMΦc | dans T | 20 inimicus T | debitus T.; debitores Λ | et liberasti *om.* c. | per quem A; per quo C. | possent Tc; possit AS | a *om.* AS | 21 iudicas A | 22 ~ nobis ergo disciplinam das A.; ~ ergo das nobis disc. c | nostros] tuos T | ut] et T | misericordiam + tuam ΛMΦc | 23 ~ iniuste et insensate C | 24 erroris uia diutius] errore sui ad iudicium T | 25 derisum] desiderium Cm (*vid.*) | 26 increpationum S; increpationes T.; increpationibus CΛΦc; *praem.* et ΛΦc | corrupti Λ.; correcti c | ~ sunt correcti c. | 27 in his–ferebant *om.* c. | quibus + enim Mc. | [*deest* m *usque ad* 14,6] |

per haec quos putabant deos in ipsis
cum exterminarentur
videntes illum quem olim negabant
se nosse Deum verum agnoverunt
propter quod et finis condemna-
tionis illis veniet
1 Cor 15,34 13 vani sunt autem omnes homines
quibus non subest scientia Dei
et de his quae videntur bona non
potuerunt intellegere eum qui est
neque operibus adtendentes agno-
verunt quis esset artifex
2 sed aut ignem aut spiritum aut cita-
tum aerem
aut gyrum stellarum aut nimiam
aquam
Dt 4,19! aut solem et lunam rectores orbis
terrarum deos putaverunt
3 quorum si specie delectati deos pu-
taverunt
sciant quanto dominator eorum spe-
ciosior est
speciei enim generator haec omnia
constituit
4 aut si virtutem et opera eorum mira-
ti sunt
intellegant ab ipsis quoniam qui
haec constituit fortior est illis
5 a magnitudine enim speciei et crea-
turae
cognoscibiliter poterit horum crea-
tor videri
6 sed tamen adhuc in his minor est
querella
et hii enim fortassis errant
Is 55,6! Deum quaerentes et volentes in-
venire
7 etenim cum in operibus illius con-
versentur inquirunt
et persuasum habent quoniam bona
sunt quae videntur
8 iterum autem nec his debet ignosci
9 si enim tantum potuerunt scire ut
possent aestimare saeculum
quomodo huius Dominum non faci-
lius invenerunt
10 infelices autem sunt et inter mor-
tuos spes illorum est
qui appellaverunt deos opera ma- Ps 113,12!
nuum hominum
aurum et argentum artis inventio- Bar 6,31
nem similitudines animalium
aut lapidem inutilem opus manus
antiquae
11 aut si quis artifex faber de silva lig- 11–13: Is 44,13–17
num rectum secaverit
et huius docte eradat omnem corti- Ier 10,3
cem
et arte sua usus diligenter fabricet
vas utile in conversatione vitae
12 reliquias autem eius operis ad prae-
parationem escae abutatur
13 et reliquum horum quod ad nullos
usus facit
lignum curvum et verticibus ple-
num
sculpat diligenter per vacuitatem
suam
et per scientiam artis suae figuret
illud
et adsimilet illud imagini hominis
14 aut alicui ex animalibus illud con-
paret
perliniens lubrica et rubicundum
faciens fuco colorem illius
et omnem maculam quae in illo est
perliniens
15 et faciat ei dignam habitationem
in pariete ponens illud confirmans Is 40,20; 41,7; 46,7
ferro

GACT ΣΛZSMΦ cr b

27 ~ uerum deum c | illis GΣZrb] illius CT; eorum c; illorum *cet.* | uenit ΣZc; + super illos ΛΦc || 13,1 ~ autem sunt c | in quibus AMΦc | subest] est C | ~ eum intellegere C | qui] quis C | 2 et] aut CΛSΦ | 3 specie delectati] propter speciem C | deos] *praem.* haec CZ | putauerunt] ex(is)timauerunt CΣ | scient C | quanto + his ΛΦc | est + his Σ | 4 intellegebant G | ipsis] illis c | constituit] fecit c | 5 ~ creator horum c | 6 fortasses G.; fortasse Tc | 9 possint TΣZM | a saeculo T | 10 inter] in CM. | inuentionem + et ZMΦc | inutile T | 11 secuerit Zc; secat Σ | inutile ATSΦ | in conuersationem AΣcr | 12 reliquas T; reliquiis Sc | 13 uorticibus c | ~ suae artis c | 14 rubrica CTc | foco AT; fusco Σ | colore C | 15 habitationem + et c | illud + et ΛZΦc |

Bar 6,26 [16] ne forte cadat prospiciens illi
sciens quoniam non potest se adiuvare
imago enim est et opus est illi adiutorio
[17] et de substantia sua et filiis suis et nuptiis votum faciens inquirit
non erubescit loqui cum illo qui sine anima est
[18] et pro sanitate quidem infirmum deprecatur
et pro vita mortuum rogat
et in adiutorium inutilem invocat
[19] et pro itinere petit ab hoc qui ambulare non potest
et de adquirendo et de operando et de omnium rerum eventu
petit ab eo qui in omnibus est inutilis
14 iterum alius navigare cogitans
et per feros fluctus incipiens iter facere
ligno portante se fragilius lignum invocat
[2] illud enim cupiditas adquirendi excogitavit
et artifex sapientia fabricavit sua
[3] tua autem pater gubernat providentia
19,7; Ps 76,20; Is 43,16! IV Esr 1,13 quoniam dedisti et in mari viam
et inter fluctus semitam firmissimam
[4] ostendens quoniam potes ex omnibus sanare etiam si sine rate aliquis adeat
[5] sed ut non esset vacua sapientiae tuae opera
propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas suas
et transeuntes mare per ratem liberati sunt
[6] sed ab initio cum perirent superbi gigantes Sir 16,8; Bar 3,26.27
spes orbis terrarum ad ratem confugiens
remisit saeculo semen nativitatis
quae manu tua erat gubernata
[7] benedictum est enim lignum per quod fit iustitia
[8] per manus autem quod fit maledictum et ipsum et qui fecit illud 15,6; Dt 27,15!
quia ille quidem operatus est
illud autem cum esset fragile Deus cognominatus est
[9] similiter autem odio sunt Deo impius et impietas eius Ps 5,7!
[10] etenim quod factum est cum illo qui fecit tormenta patietur
[11] propter hoc et idolis nationum non erit respectus Tb 14,8
quoniam creaturae Dei in odium factae sunt
et in temptationem animis hominum
et in muscipulum pedibus insipientium
[12] initium enim fornicationis est exquisitio idolorum 27
et adinventio illorum corruptio vitae est
[13] neque erant ab initio neque erunt in perpetuum
[14] supervacuitas enim hominum venit in orbem terrarum

GACT ΣΛZSMΦ (m) c𝔟

16 illi[1]] illud Z; illum ΛΦ | ~ adiuuare se c | adiutorio GCTr𝔟] adiutorum Λ.; adiutorium *cet.* | 17 et de nuptiis TΣΛSMΦc; + suis ΛS | inquiret T | erubescet T | 18 ~ rogat mortuum c | inuocat + et in prouocatione ineruditum deprecatur C | 19 hoc] eo ΛZΦc | inutilis] inhabitabilis Z.; indigens CΣ || 14,1 ferros A.; feroces CΣS; asperos Λ | ~ iter facere incipiens c | 2 ~ sua fabricauit Λ | 3 tua] tu GACTΣ | guberna AC | ~ prouidentia gubernat c. | et[1] *om.* ΛΦ | in mare AΛ | inter fluctos AZ (*vid.*).; inter fluctibus Φ | 4 potens es TSMΦc | sanare] saluare TΣZc | rate] arte c𝔊 | adeat + mare ΣΛc | 5 ut non essent ΛMΦc; ut non sit C; uis non esse Z | etiam + et Φc | per rate T (*vid.*) ΛZ (*vid.*) S | 6 sed et ab initio ΣZSc; ab initio enim AΛMΦ | fugiens CΦ | manus TS | 7 [*adest* m *usque ad* 16,4] | 8 fit GZr𝔟𝔊] + dolum A.; + idolum *cet.* | et[1] Gr𝔟] est Σ; *om.* A; est et *cet.* | 9 impietates T | 10 patientur C | 11 et in idolis TΣSc | in odio Am; in abominationem Z; in abominatione Σ | in temptationes ΛΦ; in temptatione Cm; + scandali Σ | animae ΛMΦ; animabus Cc; manibus Z. | in muscipulum GTZmr𝔟] in muscipulam CΣc; in muscipulis *cet.* | 13 neque + enim ΣΛMΦc | 14 superba ciuitas C | uenit GCTΣZr𝔟] haec aduenit c.; hoc adinuenit *cet.* |

et ideo brevis illorum finis inventus est
[15] acerbo enim luctu dolens pater
cito sibi filii rapti faciens imaginem
illum qui tunc homo mortuus fuerat
nunc tamquam deum colere coepit
et constituit inter servos suos sacra et sacrificia
[16] deinde interveniente tempore
convalescente iniqua consuetudine
hic error tamquam lex custodita est
et tyrannorum imperio colebantur figmenta
[17] hos quos in palam honorare non poterant homines propter quod longe essent
e longinquo figura illorum adlata
evidentem imaginem regis quem honorare volebant fecerunt
ut illum qui aberat tamquam praesentem colerent sua sollicitudine
[18] provexit autem ad horum culturam et hos qui ignorabant artificis eximia diligentia
[19] ille enim volens placere illi qui se adsumpsit
elaboravit arte sua ut similitudinem in melius figuraret
[20] multitudo autem adducta per speciem operis
eum qui ante tempus tamquam homo honoratus fuerat
nunc deum existimaverunt
[21] et haec fuit vitae humanae deceptio
quoniam aut adfectui aut regibus deservientes homines
incommunicabile nomen lapidibus et lignis inposuerunt
[22] et non sufficerat errasse eos circa Dei scientiam
sed et in magno viventes inscientiae bello
tot et tam magna mala pacem appellant
[23] aut enim filios suos sacrificantes 12,5
aut obscura sacrificia facientes
aut insaniae plenas vigilias habentes
[24] neque vitam neque nuptias mundas iam custodiunt 24—26: Rm 1,28–31
sed alius alium per invidiam occidit
aut adulterans contristat
[25] et omnia commixta sunt
sanguis homicidium furtum et fictio
corruptio infidelitas turbatio et periurium
tumultus bonorum [26] Domini inmemoratio
animarum inquinatio
nativitatis inmutatio
nuptiarum inconstantia
moechiae et inpudicitia
[27] infandorum enim idolorum cultura
omnis mali causa est et initium et finis 12
[28] aut enim dum laetantur insaniunt
aut vaticinantur falsa
aut vivunt iniuste aut periurant cito
[29] dum enim confidunt in idolis quae sunt sine anima
male iurantes renoceri se non sperant Bar 6,34
[30] utraque ergo illis evenient digne
quoniam male senserunt de Deo adtendentes idolis

GACT ΣΛZSMΦm crb 14 ~ est inuentus Cmc | 15 ~ rapti filii ΛASΦc | faciens GZrb𝔊 | facit CΣMm; fecit *cet.* | imaginem + et ΛMΦc | tunc + quasi ΛMΦc | 16 hoc TS | custoditus ΣMc | 17 et hos CSMc; horum enim Z. | in *om.* CSM | ~ homines honorare non poterant c | propter + hoc c. | illorum] eorum Σc | adlata est et Z; data est C. | euidenter GTmb; uidentes Z | abierat Λ | 18 eximiam diligentiam ΣΦ; ex nimiam diligentiam Λ.; ex nimia diligentia m. | 19 adsumpserat CΣZS | elaborabit T; et laborauit ΛΦ | 20 autem + hominum ΛΦc | abducta Zc | nunc + ut T; + autem ut S | extimauerunt ΛCΣm; adorauerunt TS | 21 affectu Λ; affectioni M.; effectui C | 22 ~ eos errasse CΣm | et[2] *om.* Λ | scientiae C; ignorantiae Σ | 25 corruptio + et ΛSc | periuratio C | 26 domini] dei c. | inconstantiae M.; inordinatio TΣZ; + inordinatio Φc | et *om.* Λ | inpudicitiae TΦc | 28 aut[2] + certe ΛΦc | peierant M; perierant TZΦ | 29 ~ sine anima sunt c | renoceri se GTΦrb] se nocere M.; ledi se Σ; noceri se *cet.* | 30 eueniunt CS; uenient Λ. |

et iniuste iuraverunt in dolo con-
temnentes iustitiam
31 non enim iurantium est virtus
sed peccantium poena perambulat
semper in iniustorum praevarica-
tionem
Ps 85,15! 15 tu autem Deus noster suavis et
verus es
patiens et misericordia disponens
omnia
2 etenim si peccaverimus tui sumus
scientes magnitudinem tuam
et si non peccaverimus scimus quon-
iam apud te sumus conputati
Io 17,3! 3 nosse enim te consummata iustitia
est
1,15 et scire iustitiam et virtutem tuam
radix est inmortalitatis
4 non enim in errorem induxit nos
hominum malae artis excogitatio
nec umbra picturae labor sine fruc-
tu
effigies sculpta per varios colores
5 cuius aspectus insensato dat con-
cupiscentiam
et diligit mortuae imaginis effigiem
sine anima
14,8 6 malorum amatores digni qui spem
in talibus habent
et qui faciunt illos et qui diligunt et
qui colunt
Sir 38,32 7 sed et figulus mollem terram pre-
mens laboriose
fingit ad usus nostros unumquodque
vas
Sir 33,13; Rm 9,21 et de eodem luto fingit quae munda
sunt in usum vasa
similiter et quae his sunt contraria
horum autem vasorum qui sit usus
iudex est figulus
8 et cum labore vanum deum de
eodem fingit luto
ille qui paulo ante de terra factus
fuerat
et post pusillum se ducit unde accep-
tus est
repetitus debitum animae quem ha- Lc 12,20
bebat
9 sed est illi cura non quia laboraturus
est
nec quoniam brevis illi vita est
sed concertatur aurificibus et argen-
tariis
sed et aerarios imitatur et gloriam
praefert
quoniam res supervacuas fingit
10 cinis est cor eius Is 44,20
et terra supervacua spes illius
et luto vilior vita illius
11 quoniam ignoravit qui se finxit
et qui inspiravit illi animam quae Gn 2,7!
operatur
et qui insuflavit spiritum vitalem
12 sed aestimaverunt ludum esse vitam
nostram
et conversationem vitae conpositam
ad lucrum
et oportere undecumque etiam ex
malo adquirere
13 hic enim super omnes scit se delin-
quere
qui ex terrae materia fragilia vasa et
sculptilia fingit
14 omnes enim insipientes et infelices
supra modum animae superbi sunt
inimici populi tui et imperantes illi
15 quoniam omnia idola nationum Dt 4,28!
aestimaverunt deos

30 iuste A; ~ iurauerunt iniuste c | in dolo] idolo G; in idolo T; in hydola C. | 31 iuratorum Σc | est *om.* c. | in ΣZr] *om. cet.* || 15,1 et[2] + enim C; + in ΣΛMΦc | 3 ~ est iustitia A | 4 umbrae A | 5 imagines TA.; + et GTb | 6 digni + sunt c | habeant Zc | ~ hab. in talibus Σc | 7 in usum] in usu GΣ; in unum T | et[3] *om.* A; ~ et similiter c | autem *om.* G | quis sit c | 8 uano ΛMΦc; unum Z. | ~ fingit de eodem AΛZMΦc | se ducet T; ~ ducit se Z; reducit se c | ~ animae debitum mc | quam GZc; quae Σ | 9 ~ illi est cura A.; ~ cura est illi c. | laboratus TΣ | et[2] *om.* AΛm | superuacuae AC. | 10 est + enim c | cor] caro C | eius] illius C | illius[2]] eius Zc | 11 sufflauit C; flauit AΣm; + ei TASc; + eis M. | 12 sed + et c | ludum AΣZmrb] lutum CSM; lu*um G.; l**um A.; usum T.; lusum Φc | etiam *om.* A; ~ ex malo etiam T | 13 ~ scit se super omnes c | 15 ~ deos aestimauerunt c |

GACT ΣΛZSMΦm crb

Ps 113,13–15; 134,16.17 quibus neque oculorum visus est ad videndum
neque nares ad percipiendum spiritum
neque aures ad audiendum
nec digiti manuum ad tractandum
sed et pedes eorum pigri ad ambulandum
16 homo enim fecit illos
et qui spiritum mutuatus est is finxit illos
nemo enim sibi similem homo poterit deum fingere
17 cum sit enim mortalis mortuum fingit manibus iniquis
melior est enim ipse his quos colit
quia ipse quidem vixit cum esset mortalis illi autem numquam
18 sed et animalia miserrima colunt
insensate enim conparata his aliis sunt deteriora
19 sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere
effugit autem Dei laudem et benedictionem eius
16 propter hoc per his similia passi sunt digne tormenta
11,16 et per multitudinem bestiarum exterminati sunt
2 pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum
quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui novum saporem
escam parans eis ortygometram
3 ut illi quidem concupiscentes escam
propter ea quae illis ostensa et missa sunt
etiam a necessaria concupiscentia averterentur
hi autem in brevi inopes facti novam gustaverunt escam
4 oportebat enim illis quidem sine excusatione supervenire interitum exercentibus tyrannidem
his autem tantum ostendere quemadmodum inimici illorum exterminabantur
5 etenim cum supervenit illis saeva bestiarum ira
morsibus perversarum colubrarum exterminabantur Nm 21,6!
6 non in perpetuum permansit ira tua
sed ad correptionem in brevi turbati sunt
signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuae
7 qui enim conversus est non per hoc quod videbat sanabatur
sed per te omnium salvatorem
8 et in hoc autem ostendisti inimicis nostris
quia tu es qui liberas ab omni malo Est 10,9; Sir 33,1!
9 illos enim lucustarum et muscarum occiderunt morsus Ex 8,24! Ps 77,45
et non est inventa sanitas animae illorum Is 1,6!
quia digni erant ab huiusmodi exterminari
10 filios autem tuos nec draconum venenatorum vicerunt dentes
misericordia enim tua adveniens sanabat illos
11 in memoria enim sermonum tuorum examinabantur et salvabantur
ne in altam incidentes oblivionem non possent tuo uti adiutorio
12 etenim neque herba neque malagma sanavit illos
sed tuus Domine sermo qui sanat omnia Ps 106,20!

GACT ΣΛΖSMΦ (m) 𝔯𝔟 15 neque[1]] nec A | uisus] usus Z𝔠𝔊 | nec] neque ZS𝔠 | 16 his CZ; *om.* AΛSΦ | 17 ~ enim sit 𝔠. | melius A | est *om.* Λ.; ~ enim est 𝔠 | ille autem C | 18 insensata 𝔠 | alii TMΦ; illis 𝔠 | 19 conspicere] concupiscere AZ𝔊 | effugerunt ΛΦ𝔠 || **16**,1 hoc per haec CΛZΦm; haec et per his 𝔠.; haec A. | digna CΣSm; dignae T. | 3 ut] et A | 4 ~ sine excusatione quidem 𝔠 | [*deest* m *usque ad* 16,28] | illorum] eorum 𝔠 | 5 cum *om.* ATS | ~ illis superuenit 𝔠 | peruersorum CΣΛΦ𝔠 | colubrorum ΛΦ𝔠; colobrorum C.; colobrum Z; serpentium Σ | 6 non] *praem.* sed ΛΦ𝔠 | ~ ira tua permansit 𝔠 | 8 et *om.* 𝔠 | 10 uenatorum G | enim] autem A | 11 exanimabantur S; exterminabantur C | et + uelociter ΣZ𝔠 | incedentes GTΣZ | possint CZM | 12 illos] eos 𝔠 |

Dt 32,39! I Sm 2,6; Tb 13,2 [13] tu enim vitae et mortis habes potes-
tatem
et deducis ad portas mortis et reducis
[14] homo autem occidit quidem per ma-
litiam animam suam
Ecl 8,8 et cum exibit spiritus non revertetur
nec revocabit animam quae recepta
est
Dt 32,39! Tb 13,2! [15] sed tuam manum effugere inpossi-
bile est
[16] negantes enim nosse te impii
per fortitudinem brachii tui flagel-
lati sunt
Ex 9,23! Ps 104,32 novis aquis et grandinibus et pluviis
persecutionem passi et per ignem
consummati
19,19 [17] quod enim mirabile erat in aqua
quae omnia extinguit plus ignis
valebat
vindex est enim orbis iustorum
[18] quodam enim tempore mansueta-
batur ignis
ne conburerentur quae ad impios
missa erant animalia
sed ut ipsi videntes scirent quoniam
Dei iudicio patiuntur persecutionem
19,19 [19] et quodam tempore in aqua super
virtutem ignis ardebat
ut iniquae terrae nationem extermi-
naret
Ps 77,25! [20] pro quibus angelorum esca nutristi
populum tuum
Ex 16,4! et paratum panem e caelo praestitisti
illis sine labore
omne delectamentum in se haben-
tem
et omnis saporis suavitatem
[21] substantia enim tua dulcedinem
tuam quam in filios habes ostende-
bat
et serviens uniuscuiusque voluntati
ad quod quis volebat convertebatur
[22] nix autem et glacies sustinebant vim
ignis et non tabescebant
ut scirent quoniam fructus inimico-
rum exterminabat ignis ardens in Ex 9,24!
grandine et pluvia coruscans
[23] hoc autem iterum ut nutrirentur
iusti
etiam suae virtutis oblitus est
[24] creatura enim tibi factori deserviens
excandescit in tormentum adversus
iniustos
et lenior fit ad benefaciendum pro
his qui in te confidunt
[25] propter hoc et tunc in omnia trans-
figurata omnium nutrici gratiae
tuae deserviebant
ad voluntatem horum qui a te de-
siderati sunt
[26] ut scirent filii tui quos dilexisti Do- Dt 8,3!
mine
quoniam non nativitatis fructus pas-
cunt homines
sed sermo tuus hos qui in te credi-
derint conservat
[27] quod enim ab igni non poterat ex-
terminari
statim ab exiguo radio solis calefac- Ex 16,21
tum tabescebat
[28] ut notum omnibus esset
quoniam oportet praevenire solem
ad benedictionem tuam
et ad orientem lucis tibi adorare
[29] ingrati enim fides tamquam hiberna-
lis glacies tabescit

13 tu enim] tu es enim domine qui c.; tu es domine qui Φ; tu enim domine S | deduces AT | reduces AT | 14 quidem per malitia S; ~ per malitia quidem C. | animam suam *om.* c., *cf.* 𝔊 | exibit GCTrb] exierit *cet.* | reuertitur T | 16 ~ te nosse c | et[3] *om.* C | consumpti ZMc | 18 ne] nec T | conburerentur] conburentur Λ; conbureret Gb., *cf.* 𝔊 | 19 supra Mc | exardebat ΛMΦ; exardescebat c; + undique ΛΦc | ut] et T | nationes S; nationum G.; natiuitates C | 20 escam TZS | nutriuisti c. | de caelo ΑΛSMΦc | 21 substantiam enim tuam et MΦ | ostendebas ATΣSMΦ | et deseruiens ΛΦc | quis] quisque c | 23 hoc] hic CSc; hinc Z. | 24 exardescit Cc | 25 deseruiebat ΑΣZc | horum] eorum SMc | a te desiderabant Zc.; te indigebant Σ | 26 crediderunt ACZ | 27 exiguo] igneo C | 28 peruenire CΣ | [*adest* m *usque ad* 18,3] | tuam *om.* GΣmr | orientem] ortum c | tibi] te AMc; te deum Σ.; *om.* ΛΦ | 29 ingrati] in gratia AM | fides] spes CΣmc𝔊 | hibernales GS; hiemalis A; uernalis C. | tabescet ΣZc |

GACT ΣΛZSMΦ (m) crb

et disperiet tamquam aqua super-
vacua
17 magna enim sunt iudicia tua
et inenarrabilia verba tua
propter hoc indisciplinatae animae
erraverunt
[2]dum enim persuasum habent iniqui
posse dominari nationi sanctae
18,4; 19,16 vinculis tenebrarum et longae noctis
conpediti
inclusi sub tectis fugitivi perpetuae
providentiae iacuerunt
[3]et dum putant se latere in obscuris
peccatis
18,17 tenebroso oblivionis velamento dis-
persi sunt
paventes horrende et cum admira-
tione nimia perturbati
[4]neque enim quae continebat illos
spelunca sine timore custodiebat
quoniam sonitus descendens pertur-
babat illos
et personae tristes apparentes pavo-
rem illis praestabant
[5]et ignis quidem nulla vis poterat illis
lumen praebere
nec siderum limpidae flammae inlu-
minare poterant illam noctem hor-
rendam
[6]apparebat autem illis subitaneus ig-
nis timore plenus
et timore percussi illius quae non
videbatur faciei
aestimabant deteriora esse quae vi-
debantur
[7]et magicae artis adpositi erant deri-
sus
et sapientiae gloriae correptio cum
contumelia
[8]illi enim qui promittebant timores
turbationes expellere se ab anima
languente
hi cum derisu pleni timore langue-
bant
[9]nam et si nihil illos ex monstris per-
turbabat
transitu animalium et serpentium si-
bilatione commoti tremebundi per-
ibant
et aerem quem nulla ratione quis
effugere posset negantes se videre
[10]cum sit enim timida nequitia dat
testimonium condemnata
semper enim praesumit saeva con-
turbata conscientia
[11]nihil enim est timor nisi praesump-
tionis adiutorium proditio cogita-
tionis auxiliorum
[12]et dum ab intro minor est expectatio
maiorem putat scientiam eius causae
de qua tormentum praestat
[13]illi autem qui inpotentem vere noc-
tem et ab infimis et ab altissimis
inferis supervenientem
eundem somnum dormientes
[14]aliquando monstrorum exagitaban-
tur timore
aliquando animae deficiebant tra-
ductione
subitaneus enim illis et insperatus
timor supervenerat
[15]deinde si quicumque ex illis deci-
disset
custodiebatur in carcere sine ferro
reclusus
[16]si enim rusticus quis erat aut pastor

GACT ΣΛZSMΦm crb𝔊

29 disperibit CΣm.; disperget S. ‖ **17**,1 ~ sunt enim c. | tua[1] *om.* m.; + domine CΛSMΦc | enarrabilia GT | 2 longae ZΦcrb𝔊] longe *cet.* | 4 illos[2]] eos A | tristes + illis c | 5 nulla ui S; nullam Σ; nullum C. | lucem Σ | 6 percussus m.; perculsi c | uidebantur[1] C | quae[2] + non GΣZ | 7 erunt GC. | sapientiae gloria CMΦ; sapientia et gloria Σ; sapientiae et gloriae Z. | 8 timores + et CTΣΛZMΦmc | preturbationes m.; perturbationes c | hic cum ACΛ | 9 ~ ex monstris illos T | quam Σ; quae AΛM (*vid.*) Φ; *om.* T. | possit TΛZSMm | 10 dat testimonio condemnata C; dat testimonium condemnationis (condemnationi M) Mc; data est in omnium condemnatione ΛΦ | perturbata c; turbata AS | 11 praesumptionis adiutorium] praesumtio C.; *om.* mc.𝔊 | proditio *om.* C. | 12 ab *om.* A | intus CZmc | conputat Φc | conscientiam TS; in scientiam c. *ante corr.*; inscientiam c. *post corr* 𝔊 | 13 ab infirmis CΣm | eundem] cum A | 14 timore] more ACSMm | inspiratus TΛMm | 15 cuicumque C.; quisquam ΛΦc |

aut agri laborum operarius praeoccupatus esset
ineffugibilem sustinebat necessitatem
17 una enim catena tenebrarum omnes erant conligati
sive spiritus sibilans aut inter spissos ramos avium sonus suavis
aut vis aquae decurrentis nimium
18 aut sonus validus praecipitarum petrarum
aut ludentium animalium cursus invisus
aut mugientium valida bestiarum vox
aut resonans de altissimis montibus echo
deficientes faciebat illos prae timore
19 omnis enim orbis terrarum limpido luminabatur lumine
et non inpeditis operibus continebatur
20 solis autem illis superposita erat gravis nox
imago tenebrarum quae superventura illis erat
ipsi ergo sibi erant graviores tenebris
Ex 10,23 **18** sanctis autem tuis maxima erat lux
Dt 4,12! et horum quidem vocem audiebant
sed figuram non videbant
et quia non et ipsi per eadem passi erant magnificabant
2 et qui ante laesi erant quoniam non laedebantur gratias agebant
et ut esset differentia donum petebant
Dt 1,33! 3 propter quod igni ardentem columnam ducem habuerunt ignotae viae
et solem sine laesura boni hospitii praestitisti IV Esr 1,14
4 digni quidem illi carere luce et pati carcerem tenebrarum 17,2!
qui inclusos custodiebant filios tuos
per quos incipiebat incorruptum legis lumen saeculo dari
5 cum cogitarent iustorum occidere infantes
et uno exposito filio et liberato
in traductionem illorum multitudinem filiorum abstulisti
et pariter illos perdidisti in aquam validam 10,19; Ex 14,27!
6 illa nox ante cognita est a parentibus nostris
ut vere scientes quibus iuramentis crediderunt animaequiores essent
7 suscepta est autem a populo tuo sanitas quidem iustorum
iniustorum autem exterminatio
8 sicut enim laesisti adversarios
sic nos provocans magnificasti
9 absconse enim sacrificabant iusti pueri bonorum
et iustitiae legem in concordia disposuerunt
similiter bona et mala percepturos iustos
patri iam decantantes laudes
10 resonabat autem inconveniens inimicorum vox Ex 12,30!
et flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium
11 simili autem poena servus cum domino adflictus Ex 12,29
et popularis homo regi similia passus
12 similiter ergo omnes uno nomine

16 agri laborum] agricola bonorum C.; agricola horum MΦ | ineffugibilem GTZSmr𝔟] ineffabilem M.; ineffugabilem *cet.* | 17 spissos + arborum Σc | 18 praecipitatarum petrarum ATZMΦc; precipitatorum saxorum Σ | e quo deficientes Σm; eo quod efficientes C. | faciebat GSr𝔟𝔊] faciebant *cet.* | 19 inluminabatur CZSc || **18**,1 per *om.* ΣZc | eandem Cm | magnificabant + te Zc | 2 quia ante Cm (*vid.*) | quoniam] quia c | donum] dominum AM; te dominum Z; *om.* Σ | 3 ignem ΣZm; ignis c; digni M | ardente A (*vid.*) | columna ducem T (*vid.*); columna duce m. | [*deest* m *usque ad* 19,20] | 4 lucem CΣZΦ | corruptum A | 5 in aqua ualida ΣZMc | 6 nox GAΣZr𝔟𝔊] nox enim Φ; enim nox *cet.* | patribus ATSΦc | ut] et TS | 7 autem] enim Z.; quippe C | 8 sic et nos c | 9 abscondite CZ | iustitiae] diuinitatis CΣ | in *om.* A | similiter] *praem.* eadem CΣ; + et c. | recepturos Φc | patri iam Gr𝔟] patrum iam c.𝔊; patriam Σ; patrias AΛΦ; patri omnium Z; patri omnium iam CTS; patrias omnium iam M. | 11 adflictus + est c |

GACT ΣΛZSMΦ (m) cr𝔟

mortis mortuos habebant innumerabiles
nec enim ad sepeliendum vivi sufficiebant
quoniam uno momento quae erat praeclarior natio illorum exterminata est
[13] de omnibus enim non credentes propter veneficia
tunc cum fuit exterminium primogenitorum
sponderunt populum Dei se esse
Ex 12,29 [14] cum enim quietum silentium contineret omnia
et nox in suo cursu medium iter haberet
[15] omnipotens sermo tuus de caelo a regalibus sedibus
durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit
[16] gladius acutus insimulatum imperium tuum portans
et stans replevit omnia morte
et usque ad caelum adtingebat stans in terra
[17] tum continuo visus somniorum malorum turbaverunt illos 17,3
et timores supervenerunt insperati
[18] et alius alibi proiectus semivivus
propter quam moriebatur causam demonstrabat
[19] visiones enim quae illos turbaverunt haec praemonebant
ne inscii quare mala patiebantur perirent
[20] tetigit autem tunc et iustos temptatio mortis
et commotio in heremo facta est multitudinis
sed non diu permansit ira
[21] properans enim homo sine querella propugnavit
proferens servitutis suae scutum orationem
et per incensum deprecationem allegans Nm 16,47.48
restitit irae et finem inposuit necessitati
ostendens quoniam tuus est famulus
[22] vicit autem turbas non virtute corporis nec armatura potentiae
sed verbo vexatorem subiecit
iuramenta parentum et testamentum commemorans
[23] cum enim iam acervatim cecidissent super alterutrum mortui
interstetit et amputavit impetum
et divisit illam quae ad vivos ducebat viam
[24] in veste enim poderis quam habebat totus erat orbis terrarum
et parentum magnalia in quattuor ordinibus lapidum erant sculpta
et magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta
[25] haec autem his cessit qui exterminabat et haec extimuit
erat enim sola temptatio irae sufficiens
19 impiis autem usque in novissimum sine misericordia ira supervenit
praesciebat enim et futura illorum
[2] quoniam ipsi cum reversi essent ut se ducerent
et cum magna sollicitudine praemisissent illos

GACT ΣΛZSMΦ cɼ𝔟

12 in uno C | clarior A | 13 ueneficia c𝔊] beneficia *cet.* | cum] *praem.* uero primum c.; + primum ΛMΦ | sponderunt AΛΦ | se *om.* Σc | 15 tuus + domine CΛS; + exiliens Φ | sedibus + uenit AS; + exiliens Λ | prosiluit A; prosiuit C.; presiliuit M (*vid.*). | 16 in terram GACΣΦr𝔟 | 17 tum GZSr𝔟] tunc *cet.* | somnium C | inspirati TΛM; sperati Σ. | 18 demonstrabat + mortis Φc | 19 hae GAΣSΦ | promonebant G; prominebant A | 20 et[1] *om.* A | iustus A | commonitio G.; comminatio C. | ira + tua CΣΛZMΦc | 21 propugnabit T; deprecari pro populis ΛΦc | allegans ACΛSc𝔟] alligans *cet.* | 22 non + in ATΛSMΦc | armatura potentium Λ; armaturae potentia Zc | uexatorem] illum qui se (*om.* Λ) uexabat ΛΦc | subicit AΛ | et testamentum *om.* GAS | 23 cateruatim CΛ; aceruati Σ | 24 ponderis Λ; pudoris A. | erant] erat AM; *om.* Z. | erat scripta] erant scripta ΣS; sculpta erat c. | 25 haec autem his GTSΦr𝔟] haec autem M; his autem Cc; his AΣΛZ | haec[2] *om.* C || **19**,1 et] ut C.; *om.* A | 2 ~ cum ipsi AZΦc | reuersi essent] permisissent AZΦc; + illos Z. | se educerent c. | praemisissent] dimisissent A |

consequebantur illos paenitentia acti
3 adhuc enim inter manus habentes luctus
et deplorantes ad monumenta mortuorum
aliam sibi adsumpserunt cogitationem inscientiae
et quos rogantes proiecerunt
hos tamquam fugitivos persequebantur
4 ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas
et horum quae acciderant memorationem amittebant
ut eam quae deerat tormentis replerent punitionem
5 et populus quidem tuus mirabiliter transiret
illi autem novam mortem invenirent
6 omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur
deserviens tuis praeceptis
ut pueri tui custodirentur inlaesi
7 nam nubis castra eorum adumbrabat
et ex aqua quae ante erat terra arida apparuit
14,31 et ex mari Rubro via sine inpedimento
et campus germinans de profundo nimio
8 per quem omnis natio transivit quae tegebatur tua manu
videntes mirabilia monstra
9 tamquam equi enim depaverunt
Ps 113,4.6 et tamquam agni exultaverunt
magnificantes te Domine qui liberasti illos
10 memores enim erant adhuc eorum quae in incolatu illorum facta fuerant
quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muscas Ex 8,17
et pro piscibus eructavit fluvius multitudinem ranarum Ex 8,3.6
11 novissime autem viderunt novam creaturam avium
cum abducti concupiscentia postulaverunt escam epulationis Ps 77,18
12 in adlocutione enim desiderii ascendit illis de mari ortygometra Nm 11,31!
et vexationes peccatoribus supervenerunt
non sine illis quae ante facta erant argumentis per vim fluminum
iuste enim patiebantur secundum suas nequitias
13 etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt
alii quidem ignotos non recipiebant advenas
alii autem bonos hospites in servitutem accipiebant
14 et non solum hoc sed et alius quis respectus erit illorum
quoniam inviti recipiebant extraneos
15 qui autem cum laetitia receperunt
hos qui eisdem usi erant iustitiis
saevissimis adflixerunt doloribus
16 percussi sunt autem caecitate sicut illi in foribus iusti Gn 19,11
cum subitaneis cooperti essent tenebris 17,21
unusquisque ostii sui transitum

GACT ΣΛZSMΦ c r𝔟

2 consequebatur CS; persequebantur Σ; *om.* Z | paenitentiae actus AΛMΦ | 3 luctum AΛZSΦc | scientiae CTΛ; sententiae Z. | proiecerant ΛZΦc | 4 ad hunc] adhuc GT | acciderat A; acciderunt Σ | memorationem GCΛZr𝔟] memoriam Σ; commemorationem *cet.* | eam GTSr𝔟] ea C; *om. cet.* | deerant ΣΛMΦc | replerent GΣr𝔟𝔊] repleret *cet.* | punitionem GCr𝔟𝔊] punitione Σ; monitionem T.; punitio *cet.* | 6 enim] ergo C.; *om.* ΛΣ | 7 obumbrabat AΦc | ~ erat ante C | ~ apparuit arida C | ex²] in ΣΛMΦc | 8 transibit T | uidentes + tua c | mirabilia GTr𝔟𝔊] + et *cet.* | 9 ~ enim equi c | depauerunt + escam Zc | qui] quia C | liberabas GZ; liberas C. | 10 in *om.* ATZS | produxit A | 11 uiderunt + et CZ. | abducti GTΦr𝔟] adducti *cet.* | concupiscentiam CΛ | escas Φc | 12 in adlocutionem TΣS; ad consolationem Z | fluminum] fulminum ΣMc | 13 aduenientes aduenas T.; aduenientes Σ | accipiebant] redigebant c | 14 hoc] haec c | quis] qui G; quidem C; quidam c; *om.* Z (*vid.*) | erat c | ~ erit respectus illorum C; ~ resp. ill. erat c | 15 usi] uisi GCTΣS | iniustitiis CSM; iniustitiae T | 16 ~ transitum ostii sui c |

quaerebat
[17] in se enim elementa dum convertuntur
sicut in organo qualitatis sonus inmutatur
et omnia suum sonum custodiunt
unde est aestimare et ex ipso certo visu
[18] agrestia enim in aquatica convertebantur
et quaecumque erant natantia in terram transiebant
16,17.19 [19] ignis in aqua valebat supra suam virtutem
et aqua extinguentis naturae obliviscebatur
[20] flammae e contrario corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium
nec dissolvebant illam quae facile dissolvitur sicut glacies bonam escam
in omnibus enim Domine magnificasti populum tuum et honorasti
et non despexisti in omni tempore et in omni loco adsistens eis

EXPLICIT LIBER SAPIENTIAE SALOMONIS

GACT ΣΛΖSMΦ crb 17 conuertentur T | inmutantur C; emutatur M. | est aestimari MΦ; aestimari c; existimare A. | et[2] *om.* ΣΛΖΦc | certo uisu potest ΛΦ; uisu certo potest c. | 20 dissoluitur CTrb] dissoluetur G.; dissoluebatur *cet* | ~ magnificasti populum tuum domine c | eis + amen A ||

INCIPIT PROLOGUS
IN LIBRO IESU FILII SIRACH

Multorum nobis et magnorum per Legem et Prophetas aliosque qui secuti sunt illos sapientiam demonstratam, in quibus oportet laudare Israhel doctrinae et sapientiae causa; quia non solum ipsos loquentes necesse est peritos, sed etiam extraneos posse et dicentes et scribentes doctissimos fieri.

Avus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis Legis et Prophetarum et aliorum librorum qui nobis a parentibus nostris traditi sunt, volui et ipse scribere aliquid horum quae ad doctrinam et sapientiam pertinent, ut desiderantes discere et illorum periti facti magis magisque adtendant animo et confirmentur ad legitimam vitam.

Hortor itaque venire vos cum benevolentia et adtentiore studio lectionem facere, et veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientiae et deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba hebraica quando translata fuerint ad alteram linguam; non solum autem haec, sed et ipsa Lex et Prophetae ceteraque librorum non parvam habent differentiam quando inter se dicuntur.

Nam in octavo et tricesimo anno temporibus Ptolomei Euergetis regis, postquam perveni in Aegyptum et cum multum temporis ibi fecissem, inveni libros relictos non parvae neque contemnendae doctrinae.

Itaque bonum et necessarium putavi et ipse aliquam addere diligentiam et laborem interpretandi istum librum; et multa vigilia adtuli doctrinam in spatio temporis, ad illa quae ad finem ducunt librum dare, et illis qui volunt animum intendere et discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum legem Domini proposuerunt vitam agere.

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER IESU

FILII SIRACH

Omnis sapientia a Deo Domino est 15,10; Prv 2,6!
et cum illo fuit semper et est ante aevum 4! Prv 8,22!
[2]harenam maris et pluviae guttas
et dies saeculi quis dinumeravit

Prologus. *Citantur* GA *et* CΣZTSMΦ *ac* cr. [*Cod.* A *prologum om.*] *Tit.* in ecclesiasticum iesu filii sirach prologus c | 4 sapientia demonstrata CΣ c; + est Σ c | 8 est + esse G (*vid.*) Σ c | peritus G | 11 se *om.* GCZT r | 12 diligentiam] intellegentiam C; scientiam A. | 15 uoluit ΣS c | 21 ~ uos uenire CΣZTSM | 25 et *om.* Σ c | 27 translata fuerunt G; ~ fuerint translata c | 28 ~ autem solum c | 29 ceteraque + aliorum C c | 35 fecissem] fuissem c | inueni + ibi c | 40 hunc librum Σ; ~ librum istum c. | 43 ducant Z; adducunt G (*vid.*) r.; adducant C | librum + istum c | 46 proposuerint ΣZSMΦ c ||

GA
CΣZTSMΦ
cr

Sirach *seu* **Ecclesiasticus.** *Citantur* GA *et* CΣΛZTSMΦms (= x *apud* r, *sed citatur tantum in capp.* 44—50, *quae integra praebet*) *ac* cr. *Tit.* ecclesiasticus c || 1,1 [*deest* m *usque ad* 3,1] | deo domino GZ r] domino deo *cet.* | aeuum] cum A | 2 harena C; harenae AT |

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

altitudinem caeli et latitudinem terrae
et profundum abyssi quis mensus est
3 sapientiam Dei praecedentem omnia quis investigavit
11 24,5! 14; Prv 8,23 4 prior omnium creata est sapientia
et intellectus prudentiae ab aevo
5 fons sapientiae verbum Dei in excelsis
et ingressus illius mandata aeterna
6 radix sapientiae cui revelata est
et astutias illius quis agnovit
7 disciplina sapientiae cui revelata est et manifestata
et multiplicationem ingressus illius quis intellexit
8 unus est Altissimus creator omnipotens
rex potens et metuendus nimis
sedens super thronum illius et dominans Deus
9 ipse creavit illam spiritu sancto
23 et vidit et dinumeravit et mensus est
10 et effudit illam super omnia opera sua
et super omnem carnem secundum datum suum
et praebuit illam diligentibus se
9,22; 25,8! Iob 37,22! 11 timor Domini gloria et gloriatio
et laetitia et corona exultationis
Prv 10,27! 12 timor Domini delectabit cor
et dabit laetitiam et gaudium in longitudine dierum
19 13 timenti Dominum bene erit in extremis
et in die defunctionis suae benedicetur
14 dilectio Dei honorabilis sapientia
15 quibus autem apparuerit in visu diligunt eam in visione
et in agnitione magnalium suorum
16 initium sapientiae timor Domini 25; Ps 110,10!
et cum fidelibus in vulva concreatus est
et cum electis seminis creditur
et cum iustis et fidelibus agnoscitur
17 timor Domini scientiae religiositas
18 religiositas custodiet et iustificabit cor
iucunditatem atque gaudium dabit
19 timenti Deum bene erit 13
et in diebus consummationis illius benedicetur
20 plenitudo sapientiae timere Deum
et plenitudo a fructibus illius
21 omnem domum illius implebit a generationibus
et receptacula a thesauris illius
22 corona sapientiae timor Domini 21,13
repollens pacem et salutis fructum
23 et vidit et dinumeravit eam 9
utraque autem sunt dona Dei
24 scientiam et intellectum prudentiae sapientia conpartietur
et gloriam tenentium se inaltat 15,4
25 radix sapientiae est timere Dominum 16!
rami enim illius longevi
26 in thesauris sapientiae intellectus et scientiae religiositas 4,21
execratio autem peccatoribus sapientia
27 timor Dei expellit peccatum
28 nam qui sine timore est non poterit iustificari
iracundia enim animositatis illius subversio illius est
29 usque in tempus sustinebit patiens
et postea redditio iucunditatis
30 bonus sensus usque in tempus abscondebit verba illius 20,5! 7; Prv 10,19; 17,27

GA CΣΛZTSMΦ cr 2 quis dimensus c | 8 altissimus] *praem.* et A.; + et G | omnipotens + et c | potens] omnipotens A | 9 in spiritu AZM c | 10 et³ *om.* AΛΦ | praebet AΣΛΦ | 12 in] et c. | longitudinem ZTΦ c | 15 in agnitionem GS. | 16 et² *om.* c. | seminis GTr, *cf.* 𝔊] seminibus C.; feminis *cet.* | creditur] graditur c | 18 iustificabit cor] iustificabitur AC. | 19 deum] dominum AΦ c | 20 sapientiae + est c | 21 impleuit GCΛM | 22 repollens GΣ r 𝔊] replens *cet.* | 24 conpatietur G; conpatitur C. | gloria AS | in alta S.; exaltat AΣΛM Φ c; exaltauit Z. | 25 dominum] deum ACZ | rami enim] rami A; et rami c. | 27 dei] domini CΛTΦ c | 30 absondebit GΣT r] abscondet *cet.* |

et labia multorum enarrabunt sensum illius
33 concupiscens sapientiam conserva iustitiam
et Deus praebebit illam tibi
19,18; Iob 28,28! 34 sapientia enim et disciplina timor Domini
et quod beneplacitum est illi 35 fides et mansuetudo
et adimplebit thesauros illius
36 non sis incredibilis timori Domini
et ne accesseris ad illum duplici corde
37 ne fueris hypocrita in conspectu hominum
Iob 27,4! et non scandalizeris labiis tuis
38 adtende in illis ne forte cadas
et adducas animae tuae inhonorationem
39 et revelet Deus absconsa tua
et in medio synagogae elidat te
40 quoniam accessisti maligne ad Dominum
et cor tuum plenum est dolo et fallacia
4,19 **2** fili accedens servituti Dei sta in iustitia et timore
et praepara animam tuam ad temptationem
16,24; Prv 22,17! 2 deprime cor tuum et sustine
declina aurem et excipe verba intellectus
et ne festines in tempus obductionis
3 sustine sustentationes Dei
coniungere Deo et sustine ut crescat in novissimo vita tua
4 omne quod tibi adplicitum fuerit accipe
et in dolore sustine et in humilitate tua habe patientiam
5 quoniam in igne probatur aurum et argentum Prv 17,3!
homines vero receptibiles in camino humiliationis
6 crede Deo et recuperabit te
et dirige viam tuam et spera in illum Prv 3,6
serva timorem illius et in illo veteresce
7 metuentes Deum sustinete misericordiam eius
et non deflectatis ab illo ne cadatis
8 qui timetis Deum credite illi 18!
et non evacuabitur merces vestra
9 qui timetis Deum sperate in illum
et in oblectatione veniet vobis misericordia
10 qui timetis Deum diligite illum
et inluminabuntur corda vestra
11 respicite filii nationes hominum et scitote
quis speravit in Dominum et confusus est Ps 70,1; I Mcc 2,61
12 permansit in mandatis eius et derelictus est Iob 4,7; Ps 36,25!
et quis invocavit illum et despexit illum
13 quoniam pius et misericors Deus II Esr 9,17! Ioel 2,13! Ion 4,2
et remittit in tempore tribulationis peccata
omnibus exquirentibus se in veritate
14 vae duplici corde et labiis scelestis et manibus malefacientibus
et peccatori terram ingredienti duabus viis
15 vae dissolutis corde qui non credunt Deo

30 illius[2] + [31]in (*om.* Λ.) thesauris sapientiae significatio disciplinae [32]execratio autem peccatori cultura dei CΣΛSΦc | 33 concupiscens] *praem.* fili CΣΛΦc | praebet A | 35 adimpleuit AΣM | 36 ne sis c; ne fueris MΦ | 37 in labiis c ‖ 2,1 seruituti GTr.] ad seruitutem *cet.* | 2 inclina CΛZMΦc | aurem GTr] aurem tuam *cet.* | suscipe c | in tempore GΛ Φc | 4 ~ patientiam habe AZTMΦc | 5 receptabiles M; deceptibiles Z.; acceptabiles A | 6 recuperauit GACΛS | ueterasce c; ueterescere C. | 7 deum] dominum CZc | eius] illius A | *vv.* 8 *et* 9 *om.* G. | 8 deum] dominum ΛZΦc | 9 deum] dominum AΛZΦc | in oblectationem c | 10 deum] dominum AΛZMΦc | 11 quis] quia nullus AΛMΦc | in dominum GTr] in domino *cet.* | 12 permansit] *praem.* quis enim c. | et[2]] aut Φc | illum[1]] eum CΣc | illum[2]] eum AΛZTMΦ | 13 misericors GCTr𝔊] + est *cet.* | remittet AΛZ MΦc | tempore] die c | peccata + et protector est (*om.* M) ΛSMΦc | 15 deo + et c |

GA CΣΛZTSMΦ cr

ideo non protegentur ab eo
16 vae his qui perdiderunt sustinen-
tiam
qui dereliquerunt vias rectas
et deverterunt in vias pravas
17 et quid facietis cum inspicere coe-
perit Deus
8 18 qui timent Dominum non erunt in-
credibiles verbo illius
Dt 10,12! II Par 6,31: Prv 14,2; Io 14,15! et qui diligunt illum conservabunt
viam illius
19 qui timent Dominum inquirent quae
beneplacita sunt illi
et qui diligunt eum replebuntur lege
ipsius
20 qui timent Dominum parabunt cor-
da sua
et in conspectu illius sanctificabunt
animas suas
Dt 5,29! 21 qui timent Dominum custodiunt
mandata illius
Apc 14,12 et patientiam habebunt usque ad
inspectionem illius
22 dicentes si paenitentiam non egeri-
mus
I Par 21,13! incidemus in Dei manus et non in
manus hominum
Sap 11,24! 23 secundum enim magnitudinem illius
sic et misericordia ipsius cum ipso
3 filii sapientiae ecclesia iustorum
et natio illorum obaudientia et di-
lectio
2 iudicium patris audite filii dilecti
et sic facite ut salvi sitis
3 Deus enim honoravit patrem in filiis
et iudicium matris exquirens in filios
4 qui diligit Deum exorabit pro pec-
catis
et continebit se ab illis
in oratione dierum exaudietur
5 et sicut qui thesaurizat
ita et qui honorificat matrem suam
6 qui honorat patrem iucundabitur in
filiis
7 qui honorat patrem suum vita vivet 7.8: Ex 20,12!
longiore
et qui obaudit patrem refrigerabit
matri
8 qui timet Deum honorat parentes 7,29; 23,18
et quasi dominis serviet in his qui se
generaverunt
9 in opere et sermone et omni patien-
tia
honora patrem tuum 10 ut super- 7,29; Dt 5,16! Mal 1,6!
veniat tibi benedictio a Deo
et benedictio illius in novissimo
manet
11 benedictio patris firmat domos filio-
rum
maledictio autem matris eradicat
fundamenta
12 ne glorieris in contumelia patris tui
non est enim tibi gloria sed confusio
13 gloria enim hominis ex honore patris Prv 17,6
sui
et dedecus filiis pater sine honore 41,10
14 fili suscipe senectam patris tui
et ne contristes eum in vita illius
15 et si defecerit sensu veniam da
et ne spernas eum in tua virtute
elemosyna enim patris non erit in
oblivione
16 nam pro peccato matris restituetur
tibi bonum
17 et iniustitia aedificabitur tibi
in die tribulationis commemorabi-

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

15 protegetur GZ.; proteguntur CΛSM | 16 sustinentiam] substantiam A; + et C c | diuerterunt AΣΦ c | 17 facient ΛMΦ c | deus] dominus ΛΦ c | 19 inquirunt GΣ | illi] ei c | ipsius] illius A | 20 parata sunt C.; praeparabunt AΛMΦ c | 22 incidimus GΛS; incedimus T | ~ manus dei (domini c) ACΣΛMΦ c | 23 illius] ipsius c | ipsius] illius ΣZ c | ipso + est MΦ c || 3,1 ecclesiae AΦ | [*adest* m *usque ad* 4,4] | oboedientia AC ΛZMΦ c | 2 dilecti *om.* c | 3 exquiret CΛ; exquirit S; + firmauit Φ c | 4 exorauit AΣΛS | illis + et ΛZTΦm c | 5 ita *om.* A | 6 patrem + suum Am c | filiis + et in die orationis suae (in oratione dierum S.) exaudietur AΛSMΦ c | 7 uiuit GTSm | oboedit AΛMΦ c | patrem G r] patri *cet.* | refrigerauit AΛM | matrem CΣΛTS c | 8 deum] dominum Φ c | in his G. 𝔊] eis C; his *cet.* | genuerunt CΣ c | 10 a deo] dei C; ab eo c., *cf.* 𝔊 | maneat c | 12 ~ enim est c. | sed] eius c., *cf.* 𝔊 | 13 filii ACΛZMΦ c | 14 ne] non c | 15 ~ uirtute tua c. | 16 bonum] malum A | 17 tibi + et Φ c |

tur tui
sicut in sereno glacies solventur tua peccata
Dt 27,16! Prv 19,26 18 quam malae famae est qui relinquit patrem
et est maledictus a Deo qui exasperat matrem
19 fili in mansuetudine opera tua perfice
et super hominum gloriam diligeris
Iac 4,10! 20 quanto magnus es humilia te in omnibus
Prv 12,2! et coram Deo invenies gratiam
21 quoniam magna potentia Dei solius
et ab humilibus honoratur
Ps 130,1; Prv 25,27; Ecl 7,1 22 altiora te ne scrutaveris
et fortiora te ne exquisieris
sed quae praecepit tibi Deus illa cogita semper
et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus
23 non est enim tibi necessarium ea quae abscondita sunt videre oculis tuis
24 in supervacuis rebus noli scrutari multipliciter
et in pluribus operibus eius non eris curiosus
25 plurima enim super sensum hominis ostensa sunt tibi
26 multos enim inplanavit suspicio illorum
et in vanitate detinuit sensus illorum
27 cor durum male habebit in novissimo
et qui amat periculum in illo peribit
28 cor ingrediens duas vias non habebit successus
et pravicordius in illis scandalizabitur
29 cor nequam gravabitur doloribus
et peccator adiciet ad peccandum Is 30,1
30 synagogae superborum non est sanitas
frutex enim peccati cradicabitur in illis et non intellegetur
31 cor sapiens intellegitur in sapientia
et auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam
32 sapiens cor et intellegibile abstinebit se a peccatis
et in operibus iustitiae successus habebit
33 ignem ardentem extinguit aqua
et elemosyna resistit peccatis 29,15; Tb 12,9!
34 et Deus conspector qui reddit gratiam meminit in posterum
et in tempore casus tui invenies firmamentum
4 fili elemosynam pauperis ne fraudes Dt 15,9! 10
et oculos tuos ne transvertas a paupere
2 animam esurientem ne despexeris
et non exasperes pauperem in inopia sua
3 cor inopis ne adflixeris
et non protrahas datum angustianti Prv 3,28
4 rogationem contribulati ne abicias Dt 15,9!
et non avertas faciem tuam ab egeno Tb 4,7!
5 ab inope ne avertas oculos propter iram
et non relinquas quaerentibus tibi retro maledicere
6 maledicentis enim te in amaritudine exaudietur precatio illius
exaudiet autem eum qui fecit illum 35,16; Iob 34,28

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

17 tui] tibi CΣZ; + et Tm c | ~ peccata tua c | 18 reliquit A; relinquet ΛM; derelinquit c; delinquid C. | 21 humilibus] hominibus A c (*ed.* 1598, *non vero edd.* 1592 *et* 1593) | 22 scrutaueris] exquisieris Z; quaesieris AΛSMΦm c | exquisieris] scrutatus fueris AΛZSMΦm c | tibi *om.* AM. | 24 *tot. v. om.* G r. | 25 sensus G | hominum AΛMΦ c | 26 enim] quoque c. | inplanabit T; subplantauit AΣΛSMΦ c | 27 ~ habebit male c | 28 successus] requiem AMΦ | paruicordius A.; praui cordis C; parui cordis M.; prauus corde c. | 29 in doloribus AΛSMΦ c | 30 est] erit ΣΛZm c | radicabitur ΣΛZ c | intellegitur AΛTSMΦm | 31 sapientis ZTΦ c | 33 extinguet AΣ | resistet GΣm r 𝔊 | 34 prospector SΦ c; + eius AΛSMΦ; + est eius c. | reddet ΣΛZSMΦm | meminit + eius c. | tui] sui ΣΛMΦ c | inuenit Σ.; inueniet ΛMΦ c || 4,1 defraudes ΣZTΦ c; defrauderis C. | 4 [*deest* m *usque ad* 6,24] | 5 ne] non GS | oculos + tuos ΣS c | 6 te] tibi AΣΛSMΦ c | amaritudine + animae ΛMΦ c | deprecatio c |

7 congregationi pauperum affabilem te facito
et presbytero humilia animam tuam
et magnato humilia caput tuum
8 declina pauperi aurem tuam et redde debitum tuum
et responde pacifica in mansuetudine
Ps 81,4; Ier 21,12! 9 libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi
et non acide feras in anima tua
10 in iudicando esto pupillis misericors ut pater
et pro viro matri illorum
11 et eris velut filius Altissimi obaudiens
Is 49,15 et miserebitur tui magis quam mater
12 sapientia filiis suis vitam inspiravit
6,28! Sap 6,13! et suscipit exquirentes se
et praeibit in viam iustitiae
13 et qui illam diligit diligit vitam
Prv 8,17 et qui vigilaverint ad illam conplectebuntur placorem eius
14 qui tenuerint illam vitam hereditabunt
et quo introibit benedicit Deus
15 qui serviunt ei obsequentes erunt Sancto
Sap 7,28 et eos qui diligunt illam diligit Deus
16 qui audit illam iudicat gentes
et qui intuetur illam permanebit confidens
17 si crediderit ei hereditabit illam
et erunt in confirmatione creaturae illorum
18 quoniam in temptatione ambulat cum eo
et in primis eligit eum
19 timorem et metum et adprobationem inducet super illum 2,1
et cruciabit illum in tribulatione doctrinae suae
donec temptet illum in cogitationibus illius
et credat animae illius 20 et firmabit illum
et iterum adducet directum ad illum
21 et denudat absconsa sua
et thesaurizat super illum scientiam 1,26
et intellectum iustitiae
22 si autem oberraverit derelinquet eum
et tradet illum in manus inimici sui
23 fili conserva tempus et devita a malo
24 pro anima tua non confundaris dicere verum
25 est enim confusio adducens peccatum 20,24
et est confusio adducens gloriam et gratiam
26 ne accipias faciem adversus faciem tuam
nec adversus animam tuam mendacium
27 non reverearis proximum tuum in casum suum
28 nec retineas verbum in tempus salutis
non abscondas sapientiam tuam in decore eius
29 in lingua enim agnoscitur sapientia
et sensus et scientia et doctrina in verbis veritatis
et firmamentum in operibus iustitiae

GA CΣΛZTSMΦ cr

8 aurem tuam] *praem.* sine tristitia ΛSΦc; + sine tristitia M. | responde + illi c | 9 in *om.* GΣ | animam tuam GΣS | 11 eris + tu Φc | oboediens AΛMΦc | 12 inspirauit GTr] inspirabit ΣZ; spirat A.; inspirat *cet.* | suscepit GTS; suscipiet ΣZ | inquirentes Zc; quaerentes A. | praeiuit GA. | in uia ACΛZSMΦc | 13 uigilauerit GΛT | conplectentur Σc; replebuntur laetitia Z. | 14 introiuit AC.; introierit Z | benedicet GΣZTΦc | 16 iudicabit c. | intuebitur A | permanet A.; permanetur C. | 17 illorum] illius CΣΛZc | 18 elegit CZT SM; eliget Σ; diligit A. | 19 et² *om.* A | probationem ΣΛSc | illum³] eum c | illius¹] eius Z.; suis c | 20 firmauit AΛ | iterum GZTr.𝔊] iter *cet.* | illum² + et laetificabit eum (illum c) ΛZMΦc | 21 denudat GΣTr] denudauit A; denudabit *cet.* | absconsa sua GΣTr] illi abscondita sua CZ; absconsa sua illi *cet.* | thesaurizabit Zc | 22 illum] eum ACΛSM Φc | 24 non] ne c | 26 ne] nec A | 27 non] ne Zc | in casum tuum ZS; in casu suo ΣΛΦc | 28 in tempore Φc | in decorem Gr. | eius] suo c. | 29 cognoscitur C; dignoscitur c | ~ sapientia dignoscitur c. | in uerbo sensati ΛΦc |

30 non contradicas veritati ullo modo
et de mendacio ineruditionis tuae
confundere
Iac 5,16 31 non confundaris confiteri peccata
tua
et ne subicias te homini pro peccato
32 noli resistere contra faciem potentis
nec coneris contra ictum fluvii
33 pro iustitia agoniare pro anima tua
II Mcc 13,14! et usque ad mortem certa pro iustitia
II Mcc 13,17 et Deus expugnabit pro te inimicos
tuos
Prv 29,20; Ecl 5,1! Iac 1,19 34 noli citatus esse in lingua tua
et inutilis et remissus in operibus tuis
35 noli esse sicut leo in domo tua
evertens domesticos tuos et opprimens subiectos tibi
36 non sit porrecta manus tua ad accipiendum
et ad reddendum collecta
10: Ps 61,11 5 noli adtendere ad possessiones iniquas
et ne dixeris est mihi sufficiens vita
Prv 10,2! nihil enim proderit in tempore vindictae et obductionis
18,30; 23,6! Rm 6,12! 2 non sequaris concupiscentiam cordis
3 et ne dixeris quomodo potui
aut quis me subiciet propter facta
mea
Deus enim vindicans vindicabit
4 ne dixeris peccavi et quid accidit
mihi triste
Altissimus enim est patiens redditor
5 de propitiatu peccatorum noli esse
sine metu
21,11 neque adicias peccatum super peccatum

6 et ne dicas miseratio Dei magna est 17,28!
multitudinis peccatorum meorum
miserebitur
7 misericordia enim et ira ab illo 16,12
et in peccatores respicit ira illius
8 non tardes converti ad Deum
et ne differas de die in diem
9 subito enim venit ira illius
et in tempore vindictae disperdet te
10 noli anxius esse in divitiis iniustis 1
nihil enim proderunt tibi in die obductionis et vindictae Prv 10,2!
11 non ventiles te in omnem ventum Eph 4,14!
et non eas in omni via
sic enim peccator probatur duplici
lingua
12 esto firmus in via Dei et in veritate
sensus tui et scientia
et prosequatur te verbum pacis et
iustitiae
13 esto mansuetus ad audiendum verbum ut intellegas Iac 1,19
et cum sapientia fers responsum
verum
14 si est tibi intellectus responde proximo
sin autem sit manus tua super os
tuum
ne capiaris in verbo indisciplinato
et confundaris
15 honor et gloria in sermone sensati 21,31
lingua inprudentis subversio ipsius
16 non appelleris susurrio
et lingua tua capiaris et confundaris
17 super furem enim est confusio et
paenitentia
et denotatio pessima super bilinguem 28,15

30 ueritati] uerbo ueritatis SΦc | 31 omni homini c; omni T | 32 nec] ne ΛT, et ne A | 33 pro[1]] in AΣΛZM | agoniare GMr.] agoniiare T.; agonizare *cet.* | expugnauit AΛ | 36 reddendum GCZTr𝔊] dandum *cet.* ‖ 5,2 non] ne c | sequaris + in fortitudine tua Zc | cordis + tui CZMΦc | 3 uindicauit AΛ | 4 ~ mihi accidit c | 5 propitiato ΛTM Φc; propitiatione Z | peccato MΦc | 6 dei] domini c. | 7 ab illo GTr𝔊] + cito proximant c.; + cito proximat *cet.* | 8 deum GΣZTr] dominum *cet.* | 9 ueniet AZΦc | 10 nihil] non c | tibi *om.* A; ~ tibi proderunt Z | in diem A; in tempore ΣZ | 11 eas in (*om.* Λ.) omnem uiam AΛc | enim + omnis c. | in duplici Φc | 12 dei] domini ZΦc | 13 uerbum + dei ΣZΦc; + domini M. | fers GATSMr] fer Z; refers C.; profers Λ; proferes ΣΦ; proferas c | 14 in *om.* CSr | 15 lingua + tua C.; + uero ΛTSc | subuersio + est ΛTSΦc | 16 susurro ΣΛc | tua + ne c | 17 fure A; furorem S | enim *om.* AΛS. |

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

21,31 susurratori autem odium et inimi-
citia et contumelia
18 iustifica pusillo et magno similiter
6 noli fieri pro amico inimicus proxi-
mo
inproperium enim et contumeliam
malus hereditabit
et omnis peccator invidus et bilin-
guis
2 non te extollas in cogitatione ani-
mae tuae velut taurus
ne forte elidatur virtus tua per stul-
titiam
3 et folia tua comedet et fructus tuos
perdet
et relinqueris velut lignum aridum in
heremo
18,31 4 anima enim nequa disperdet qui se
habet
et in gaudium inimici dat illum
et deducit in sortem impiorum
Prv 15,1; 25,15; 16,21 5 verbum dulce multiplicat amicos et
mitigat inimicos
et lingua eucharis in bono homine
abundat
6 multi pacifici sint tibi
et consiliarii tibi sint unus de mille
12,9! 7 si possides amicum in temptatione
posside eum
et non facile credas illi
10 8 est enim amicus secundum tempus
suum
37,4 et non permanebit in die tribulatio-
nis
37,2; Iob 19,19 9 et est amicus qui egreditur ad ini-
micitiam
et est amicus qui odium et rixam et
convicia denudabit
8 10 est autem amicus socius mensae
37,4 et non permanet in die necessitatis
11 amicus si permanserit fixus
erit tibi quasi coaequalis
et in domesticis tuis fiducialiter aget
12 si humiliaverit se contra te
et a facie tua abscondet se
unianimem habebis amicitiam bo-
nam
13 ab inimicis tuis separare
et ab amicis tuis adtende
14 amicus fidelis protectio fortis 25,12
qui autem invenit illum invenit the-
saurum
15 amico fideli nulla est conparatio
et non est digna ponderatio auri et
argenti contra bonitatem fidei illius
16 amicus fidelis medicamentum vitae
et inmortalitatis
et qui metuunt Dominum inveniunt
illum
17 qui timet Deum aeque habebit ami-
citiam bonam
quoniam secundum illum erit ami-
cus illius
18 fili a iuventute tua excipe doctrinam
et usque ad canos invenies sapien-
tiam
19 quasi is qui arat et seminat accede
ad illam
et sustine bonos fructus illius
20 in opere enim ipsius exiguum labo-
rabis
et cito edes de generationibus illius
21 quam aspera est nimium sapientia
indoctis hominibus
et non permanet in illa excors
22 quasi lapidis virtus probatio erit in
illis
et non demorabuntur proicere illum
23 sapientia enim doctrinae secundum
nomen est eius
et non multis est manifesta
quibus autem agnita est

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

17 inimicitiae A | 18 pusillum AΣΛSMΦ c; pupillo CT. | magnum AΛSMΦ c; magnatum Σ || 6,3 comedat . . . perdat . . . relinquaris c | 4 nequa GTr] nequam *cet.* | inimicis c | deducit GCr] deducet *cet.* | in sorte A | 5 abundauit AΛ; abundabit CSMΦr | 6 consiliarius AΛZTMΦ c | tibi sint GCΣr] sint tibi S; tibi sit ATMΦ; sit tibi Λ c; *om.* Z | 7 non] ne c | illi] ei c | 9 ingreditur C; conuertitur AMΦ c | 10 permanebit CZ c | 11 age GA.; agit ΣΛTSΦ | 12 abscondit T.; absconderit AΣMΦ c | 16 inueniunt—17 deum *om.* A. | inuenient MΦ c | 19 illam] eam c | 21 permanebit AΛMΦ c | 22 illum GAr] illam *cet.* | 23 ~ est multis C c | manifestata GΣ | cognita c; magnificata A. |

permanet usque ad conspectum Dei
[24]audi fili et accipe consilium intellec-
tus
et ne abicias consilium meum
30 [25]inice pedem tuum in conpedes illius
et in torques eius tuum collum
Gn 49,15 [26]subice umerum tuum et porta illam
et ne acedieris vinculis eius
[27]in omni animo tuo accede ad illam
et in omni virtute tua serva vias eius
4,12; 14,23; Sap 6,13! [28]investiga illam et manifestabitur tibi
et continens factus ne derelinqueris
eam
[29]in novissimis enim invenies requiem
in ea
et convertetur tibi in oblectationem
25 [30]et erunt tibi conpedes in protectio-
nem fortitudinis et bases virtutis
et torques illius in stolam gloriae
[31]decor enim vitae est in illa
et vincula illius netura salutaris
15,5; 45,9! Idt 16,9 [32]stolam gloriae indues eam
Prv 4,9! et coronam gratulationis superpones
tibi
33.34: Prv 22,17! [33]fili si adtenderis mihi disces
et si adcommodaveris animam tuam
sapiens eris
51,21 [34]et si inclinaveris aurem tuam ex-
cipies doctrinam
et si dilexeris audire sapiens eris
8,9.10! 9,21! [35]in multitudine presbyterorum pru-
dentium sta
et sapientiae illorum ex corde con-
iungere
ut omnem narrationem Dei possis
audire
et proverbia laudis non effugiant te
[36]et si videris sensatum evigila ad il-
lum
et gradus ostiorum illius exterat pes
tuus
[37]cogitatum habe in praeceptis Dei Dt 4,6! Ps 1,2!
et in mandatis illius maxime adsi-
duus esto
et ipse dabit cor tibi
et concupiscentia sapientiae dabitur
tibi
7 noli facere mala et non te adprehen-
dent
[2]discede ab iniquo et deficient mala
abs te
[3]non semines mala in sulcis iniuriae Iob 4,8! Prv 22,8
et non metes ea in septuplum
[4]noli quaerere ab homine ducatum
neque a rege cathedram honoris
[5]non te iustifices ante Deum Iob 9,2!
quoniam agnitor cordis ipse est
et penes regem noli velle videri sa- Prv 25,6
piens
[6]noli quaerere fieri iudex
nisi si valeas virtute inrumpere in-
iquitates
ne forte extimescas faciem potentis
et ponas scandalum in agilitate tua
[7]non pecces in multitudinem civitatis
nec te inmittas in populum
[8]neque alliges duplicia peccata
nec enim in uno eris inmunis
[9]noli esse pusillanimis in anima tua
[10]exorare et facere elemosynam non 14,13; Tb 4,7; 12,8
despicias
[11]ne dicas in multitudine munerum
meorum respiciet Deus
et offerentem me Deo altissimo sus-
cipiet munera mea
[12]non inrideas hominem in amaritu-

24 [*adest* m *usque ad* 7,26] | 25 in conpede A | eius] illius AΛZSMΦ c | ~ collum tuum c | 26 illum GC | eius] illius ACZ | 27 conserua c | 28 dereliqueris GΣS; derelinquas Φm c; derelinques M. | 29 conuertitur AT | in oblectatione AM | 30 conpedes + eius ΣΛZΦ c | in protectione ACΣΛZMΦ | in stola AΛSMΦ | 31 netura GATM r] nectura Λm; alligatura CΣZSΦ c | 32 stola AΣM | 33 animum tuum Φ c; aurem tuam A | 34 et[1] *om.* CΦ c | 35 effugiunt G.; effugient A; + a ACSMΦ c | 36 illum] eum c | 37 cogitatum + tuum c. | ~ tibi cor Φ c || 7,3 non[1]] *praem.* fili c | iniuriae GT r.] iniquitatis iniustitiae Z; iniustitiae *cet.* | 4 ab homine] a domino c𝔊 | 6 nisi si] nisi GΣ cr; ne non CZ | uirtute . . . iniquitatem Am.: uirtutem . . . iniquitatis ZTS | agilitate] aequitate CZ c, *cf.* 𝔊 | 7 in multitudine ACZMΦm | 9 in animo tuo c; in contumacia T.; in oratione tua Z𝔊 | 10 non] ne c | 11 offerente me ΛM cr | ~ munera mea suscipiet c | 12 in amaritudinem GTS. |

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

dine animae
1 Sm 2,7! est enim qui humiliat et exaltat circumspector Deus
13 noli amare mendacium adversus fratrem tuum
neque amico similiter facias
20,26 14 noli velle mentiri omne mendacium
adsiduitas enim illius non bona
32,13 15 noli verbosus esse in multitudine presbyterorum
Ecl 5,1! Mt 6,7 et non iteres verbum in tua oratione
16 non oderis laboriosa opera
et rusticationem ab Altissimo creatam
17 non te reputes in multitudine indisciplinatorum
18,24 18 memento irae quoniam non tardabit
19 humilia valde spiritum tuum
Idt 16,21; Is 66,24! quoniam vindicta carnis impii ignis et vermes
20 noli praevaricari in amicum pecunia differenti
neque fratrem carissimum auro spreveris
Prv 18,22 Lxx; 19,14 21 noli discedere a muliere sensata et bona
26,3! quam sortitus es in timore Dei
26,19 gratia enim verecundiae illius super aurum
22 non laedas servum operantem in veritate
Lv 19,13! neque mercennarium dantem animam suam
23 servus sensatus dilectus quasi anima tua
Dt 15,13 non defraudes illum libertate
29,12 neque inopem derelinquas illum
Prv 27,23! 24 pecora tibi sunt adtende illis
et si sunt utilia perseverent apud te
Prv 19,18! 25 filii tibi sunt erudi illos
et curva illos a pueritia illorum 30,12
26 filiae tibi sunt serva corpus illarum 26,13!
et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas
27 trade filiam et grande opus feceris
et homini sensato da illam
28 mulier si est tibi secundum animam tuam non proicias illam
et odibili non credas te in toto corde
29 honora patrem tuum 3,8.9!
et gemitus matris tuae ne obliviscaris Tb 4,4
30 memento quoniam nisi per illos non fuisses
et retribue illis quomodo et illi tibi
31 in tota anima tua time Deum Dt 17,19!
et sacerdotes illius sanctifica
32 in omni virtute dilige eum qui te fecit Dt 6,5!
et ministros eius non derelinquas
33 honora Deum ex tota anima tua
et honorifica sacerdotes
et propurga te cum brachiis
34 da illi partem sicut mandatum est tibi primitiarum et purgationis
et de neglegentia purga te cum paucis
35 datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offers initia sanctorum Ex 35,5! Ps 4,6!
36 et pauperi porrige manum tuam Dt 15,8!
ut perficiatur propitiatio et benedictio tua
37 gratia datus in conspectu omnis viventis
et mortuo non prohibeas gratiam
38 non desis plorantibus in conrogatione Iob 30,25; Rm 12,15
et cum lugentibus ambula
39 non te pigeat visitare infirmum

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr
13 amare] arare c.𝔊; enarrare CZ | amico CTmr] amicum G.; in amicum *cet.* | 14 non + est ΣSMΦmc | 15 ~ in oratione tua Tc | 16 ~ creatam ab altissimo c | 18 tardauit A | 20 praeuaricare AZTSΦ | pecuniam ΣZTmc; pecuniae S. | differentem Zc.; deferenti T | 21 dei] domini mc | 22 ~ in ueritate operantem c | 23 sensatus + sit tibi ΣASMΦc | illum¹] cum A | 24 ~ sunt tibi A | 26 [*deest* m *usque ad* 10,15] | 28 si *om.* AΣZ. | corde + tuo Ac | 30 illos + natus c | 31 deum] dominum Cc | 32 uirtute + tua ACΦc | non] ne c | 34 illis CZc | neglegentia + tua c | 35 offeres AMΦc; offerens T.; + domino Φc | initia] in uita AΣ; primitias Z; *praem.* et Zc | 37 datur Σ; dati CZc | 38 conrogatione Zr] congregatione C.; rogatione GAΣTSM; rogationem Λ.; consolatione Φc |

ex his enim in dilectione firmaberis
28,6; 38,21; Ecl 7,3 40 in omnibus operibus tuis memorare
novissima tua
et in aeternum non peccabis
8 non litiges cum homine potente
ne forte incidas in manus illius
2 non contendas cum viro locuplete
ne forte contra consistat litem tibi
31,6 3 multos perdidit aurum atque argentum
et usque cor regum extendit et convertit
4 non litiges cum homine linguato
et non strues in igne illius ligna
5 non communices homini indocto
ne male de progenie tua loquatur
6 ne despicias hominem avertentem se a peccato
neque inproperes ei
III Rg 8,46! Rm 3,23! memento quoniam omnes sumus in correptionem
7 ne spernas hominem in sua senecta
etenim ex nobis senescunt
Iob 31,29; 17,5; 24,17 8 noli de mortuo gaudere
sciens quoniam omnes morimur
et in gaudium nolumus venire
9,10: 6,35! 39,2! 9 ne despicias narrationem presbyterorum sapientium
et in proverbiis illorum conversare
10 ab ipsis enim disces doctrinam intellectus
39,4 et servire magnatis sine querella
11 non te praetereat narratio seniorum
et ipsi enim didicerunt a patribus suis
12 quoniam ab ipsis disces intellectum
et in tempore necessitatis responsum
13 non incendas carbones peccatoris
arguens eos
ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum
14 ne contra faciem stes contumeliosi
ne sedeat quasi insidiator ori tuo
15 noli fenerare homini fortiori te
quod si feneraveris tamquam perditum habe
16 non spondeas super virtutem tuam Prv 22,26!
quod si spoponderis quasi restituens cogita
17 non iudices contra iudicem
quoniam secundum quod dignum est iudicat
18 cum audace non eas in via 22,14
ne forte gravet mala sua in te
ipse enim secundum voluntatem suam vadit
et simul cum stultitia illius peries
19 cum iracundo non facias rixam Prv 22,24
cum audace non eas in desertum
quoniam quasi nihil est ante illum sanguis
et ubi non est adiutorium elidet te
20 cum fatuis ne consilium habeas
non enim poterunt diligere nisi quae ipsis placent
21 coram extraneo ne facias consilium Prv 25,9
nescis enim quid pariet
22 non omni homini cor tuum manifestes 19,8; Prv 25,9.10
ne forte inferat tibi gratiam et convicietur tibi
9 non zeles mulierem sinus tui
ne ostendas super te malitiam doctrinae nequam
2 non des mulieri potestatem animae tuae 25,30

GA CΣΛZTSMΦ cr

39 firmaueris ACΣΛTSMΦ ‖ 8,2 e contra ΣMΦ; + te c. | insistat C; sistat Λ.; constituat Zc | 3 multos + enim CΛZMΦc | atque] et c | usque + ad ΣΛZSc | 4 in ignem MΦc | 6 in correptione AΛMΦc; in corruptionem Z; in corruptione CΣ | ~ in correptione sumus AΛMΦc | 7 senectute Σc | 8 mortuo GΣTr𝔊] + inimico CΛZ; + inimico tuo *cet.* | 9 in *om.* GΣr | illorum] eorum c | 10 disces + sapientiam et c | 11 et *om.* c | 12 responsum] *praem.* dare Zc.𝔊; *praem.* dabis ΛΦ; *praem.* da C; + dabis S | 13 peccatoris] peccatores Z.; peccatorum ΣΛSMΦc | eos] eum C; *om.* ΣZ; + et AΛMΦc | illorum] illius C; *om.* AM. | 14 ne[1]] nec GT | 15 fenerari ACΣZSc; frenari T. | tamquam] quasi Φc | 16 spoponderis] sponderis AΣT | 17 dignum] iustum CΣc | 19 non[1]] ne G | facies Tc (*in tribus edd., sed postea corr.*) | rixam + et Φc | 20 ne] non c | ~ consilium non c | ipsis] eis c | 22 gratiam + falsam CZTc ‖ 9,1 ostendas Gr𝔊] ostendat *cet.* |

ne ingrediatur in virtute tua et confundaris
3 ne respicias mulierem multivolam
ne forte incidas in laqueos illius
4 cum psaltrice ne adsiduus sis nec audias illam
ne forte pereas in efficacia illius
Iob 31,1 5 virginem ne conspicias
ne forte scandalizeris in decore illius
Prv 29,3! 6 non des fornicariis animam tuam in nullo
ne perdas te et hereditatem tuam
7 noli conspicere in vicis civitatis
nec oberraveris in plateis illius
25,28! Prv 6,25 8 averte faciem tuam a muliere compta
et non circumspicias speciem alienam
III Rg 11,4! Dn 13,56 9 propter speciem mulieris multi perierunt
Dn 13,8! et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit
10 omnis mulier quae est fornicaria
quasi stercus in via conculcatur
11 speciem mulieris alienae multi admirati reprobi facti sunt
conloquium enim illius quasi ignis exardescit
Prv 5,20! 12 cum aliena muliere non accumbas super cubitum
cum aliena muliere ne sedeas omnino
nec accumbas cum ea super cubitum
13 et non alterceris cum ea in vino
ne forte declinet cor tuum in illa
et sanguine tuo labaris in perditionem
Prv 27,10! 14 ne derelinquas amicum antiquum
novus enim non erit similis illi
15 vinum novum amicus novus
veterescat et cum suavitate bibes illud
16 non zeles gloriam et opes peccatoris Ps 36,1!
non enim scis quae futura sit illius subversio
17 non placeat tibi iniuria iniustorum
sciens quoniam usque ad inferos non placebit impius
18 longe abesto ab homine potestatem habente occidendi
et non suspicaberis timorem mortis
19 et si accesseris ad illum noli aliquid committere
ne forte auferat vitam tuam
20 communionem mortis scito
quoniam in medium laqueorum ingredieris
et super dolentium arma ambulabis
21 secundum virtutem tuam cave te a proximo
et cum sapientibus et prudentibus tracta 6,35! 27,13!
22 viri iusti sint tibi convivae Tb 2,2
et in timore Dei sit gloriatio tibi 1,11! 25,8!
23 et in sensu sit tibi cogitatus
et omnis narratio tua in praeceptis Altissimi
24 in manus artificum opera laudabitur
et princeps populi in sapientia sermonis sui
in sensu vero seniorum verbum
25 terribilis est in civitate sua homo linguosus
et temerarius in verbo suo odibilis erit
10 iudex sapiens vindicabit populum suum
et principatus sensati stabilis erit
2 secundum iudicem populi sic et ministri eius Prv 29,12
et qualis rector est civitatis tales et

GA CΣΛZTSMΦ cr
2 in uirtutem tuam c. | 4 *tot. v. om.* G. | saltrice AS; saltatrice CΣΦc | 6 non] ne c | in ullo Zc | 7 circumspicere AΣΛZΦc; ciicuminspicere M | 8 non] ne c | 10 conculcabitur SMΦc | 12 cum[1]—cubitum[1] GTr] *om. cet.* | nec] ne G | 13 ea] illa AMΦc | in illam ΣΛZTSMΦc | in perditione ASΦ | 15 ueterescet AM; ueterascet c | 18 suspicaueris ACΣTSΦ | 20 in medio AΦc | 21 proximo + tuo ΛΦc | 22 gloria tibi A; gloriatio tua Λ; gloria tua C; tibi gloriatio Φc | 23 tibi cogitatus] cogitatio tua Z.; + dei ΛTSMΦc | enarratio c | tua *om.* AZ. | 24 in manibus ΣΛZ; in manu c | laudantur Z; laudabuntur c | 25 erit] est AΛM || **10,1** *tot. v. om.* Σ. | uindicauit Λ; uindicat A.; iudicabit ZSΦc |

inhabitantes
3 rex insipiens perdet populum suum
et civitates inhabitabuntur per sensum prudentium
I Par 29,12! 4 in manu Dei potestas terrae
et exclamabilis omnis iniquitas gentium
et utilem rectorem in tempus suscitabit super illam
5 in manu Dei potestas hominis
et super faciem scribae inponet honorem suum
6 omnis iniuriae proximi ne memineris
et nihil agas in operibus iniuriae
7 odibilis coram Deo et hominibus superbia
et execrabilis omnis iniquitas gentium
8 regnum a gente in gentem transfertur
propter iniustitias et iniurias et contumelias et diversos dolos
9 avaro autem nihil est scelestius
quid superbit terra et cinis
10 nihil est iniquius quam amare pecuniam
hic enim et animam suam venalem habet
quoniam in vita sua proiecit intima sua
11 omnis potentatus brevis via
12 brevem languorem praecidit medicus
12.13: I Mcc 2,62.63! sic et rex hodie est et cras morietur
13 cum enim moritur homo hereditabit
Is 14,11! serpentes et bestias et vermes
14 initium superbiae hominis apostatare a Deo
15 quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius
quoniam initium peccati omnis superbia Tb 4,14
qui tenuerit illam adimplebitur maledictis
et subvertet eos in finem
16 propterea exhonoravit Dominus conventus malorum
et destruxit eos usque in finem
17 sedes ducum superborum destruxit Deus Iob 12,21! Ps 146,6! Lc 1,52!
et sedere fecit mites pro illis
18 radices gentium superbarum arefecit Deus Ps 43,3!
et plantavit humiles ex ipsis gentibus
19 terras gentium evertit Dominus
et perdidit eas usque ad fundamentum
20 arefecit ex ipsis et disperdidit illos Ps 43,3!
et cessare fecit memoriam eorum a terra 41,14! Dt 32,26
21 perdidit Deus memoriam superborum
et reliquit memoriam humilium sensu
22 non est creata hominibus superbia
neque iracundia nationi mulierum
23 semen hominum honorabitur hoc quod timet Dominum
semen autem hoc exhonorabitur hominum quod praeterit mandata Domini
24 in medio fratrum rector illorum in honore
et qui timent Deum erunt in oculis illius 15,20!
25 gloria divitum honoratorum et pauperum 25,8!
timor Dei est 26 non despicere hominem iustum pauperem

2 habitantes G.; + in ea MΦc | 3 prudentium] potentium c.𝔊 | 4 et[1]—gentium *om.* Zc.𝔊 | suscitauit AT | ~ suscitabit in tempus Cc | 5 potestas] prosperitas c. | hominum AΛ. | 7 deo + est GCZΦc | et hominibus] hominum G | 10 et *om.* ASMΦ | 11 uia] uita CTSMΦc; + languor prolixior grauat medicum AΣΛSMΦc | 12 praecidet GCΣΛM; praecedet S | 13 morietur ASMΦc | 14 a *om.* AC | 15 [*adest* m *usque ad* 11,13] | omnis + est Φc | eas C.; cum c | 17 illis] eis AZΦc | 20 illos] eos c | 21 ~ memoriam superborum perdidit deus c. | relinquit A | 23 dominum] deum TΦc | hominum[2] *om.* AMΦc | 24 et *om.* AM. | deum] dominum CZSmc | 26 non[1.2]] noli c |

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

et non magnificare virum peccatorem divitem
25,13 27 magnus est iudex et potens est in honore
et non est maior illo qui timet Deum
Prv 17,2 28 servo sensato liberi servient
Prv 9,8; 17,10; 19,25 et vir prudens disciplinatus non murmurabit correptus
et inscius non honorabitur
29 noli te extollere in faciendo opere tuo
et noli cunctari in tempore angustiae
Prv 12,9! 30 melior est qui operatur et abundat in omnibus
quam qui gloriatur et eget panem
31 fili in mansuetudine serva animam tuam
et da illi honorem secundum meritum suum
32 peccantem in animam suam quis iustificabit
et quis honorificabit exhonorantem animam suam
33 pauper gloriatur per disciplinam et timorem suum
et est homo qui honorificatur propter substantiam suam
34 qui gloriatur in paupertate quanto magis in substantia
et qui gloriatur in substantia paupertatem vereatur
11 sapientia humiliati exaltabit caput illius
et in medio magnatorum consedere illum faciet
2 non laudes virum in specie sua
neque spernas hominem in visu suo
3 brevis in volatilibus est apis
et initium dulcoris habet fructus illius
4 in vestitu ne glorieris umquam
nec in die honoris tui extollaris
quoniam mirabilia opera Altissimi solius Ps 135,4!
et gloriosa et absconsa et invisa opera illius
5 multi tyranni sederunt in throno
et insuspicabilis portavit diadema
6 multi potentes pressi sunt valide
et gloriosi traditi sunt in manus alterorum
7 priusquam interroges ne vituperes quemquam Io 7,51
et cum interrogaveris corripe iuste
8 priusquam audias ne respondeas verbum Prv 18,13
et in medio sermonum ne adicias loqui
9 de re ea quae te non molestat ne certeris
et in iudicio peccantium ne consistas
10 fili ne in multis sint actus tui
et si dives fueris non eris inmunis a delicto 27,1; Prv 28,20! I Tim 6,9
si enim secutus fueris non adprehendes
et non effugies si praecucurreris
11 est laborans et festinans et dolens impius
et tanto magis non abundat
12 est homo marcidus egens recuperatione
plus deficiens virtute et abundans paupertate
13 et oculus Dei respexit illum in bono
et erexit illum ab humilitate ipsius Ps 3,4!
et exaltavit caput eius
et mirati sunt in illo multi
et honoraverunt Deum
14 bona et mala vita et mors Ecl 7,15

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

26 uirum] hominem A. | 27 est[1]] et c.𝔊 | in *om.* AΦm | deum] dominum ACZ | 28 seruiunt ΛCΛZSΦm | prudens + et ΛTSMΦc | 29 te *om.* Σ.; ~ extollere te c. | 30 pane ΛMc | 32 iustificauit AΛ | honorificauit AΛm; honorabit CΣ | 34 qui[1] + autem Φc || 11,1 exaltauit GCΛT; exaltat AΣ | magnorum Gm | 2 neque] nec S; ne Cm.; neue G. | 4 in[1]] *praem.* et A | et[2] *om.* A | 5 portabit GSM; portabunt C. | 6 oppressi ΛSMΦc; spreti CZT | 8 sermonum GZTm cr𝔊] seniorum *cet.* | 9 ea *om.* Mm.; ~ ea re CΛZT Φc | 11 est + homo ΛTSMΦc | abundabit Zc | 13 illum[2]] eum c | exaltabit Gm | [*deest* m *usque ad* 14,1] |

et paupertas et honestas a Deo sunt
17 datio Dei permanet iustis
et profectus illius successus habebunt in aeternum
18,19: 31,3 18 est qui locupletatur parce agendo
et haec pars mercedis illius
Ecl 2,24! Lc 12,19 19 in eo quod dicit inveni requiem mihi
et nunc manducabo de bonis meis solus
Iob 27,19; Ps 48,18; 75,6 20 et nescit quod tempus praetereat
et relinquet omnia aliis
21 sta in testamento tuo et in illo conloquere
et in opere mandatorum tuorum veteresce
22 ne manseris in operibus peccatorum
fide autem in Deo et mane in loco tuo
23 facile est enim in oculis Dei
de subito honestari pauperem
Prv 10,22 24 benedictio Dei in mercedem iusti festinat
et in honore veloci processus illius fructificat
25 ne dicas quid est mihi opus
et quae erunt mihi ex hoc bona
26 ne dicas sufficiens sum
et quid ex hoc pessimabor
18,25; Ecl 11,8 27 in die bonorum ne inmemor sis malorum
et in die malorum ne inmemor sis bonorum
28 quoniam facile coram Deo in die obitus
retribuere unicuique secundum vias suas
29 malitia horae oblivionem facit luxuriae magnae
et in fine hominis denudatio operum illius
30 ante mortem ne laudes hominem quemquam
quoniam in filiis suis agnoscitur vir
31 non omnem hominem inducas in domum tuam
multae enim insidiae sunt dolosi
32 sicut enim eructant praecordia fetantium
sicut perdix inducitur in caveam
et ut caprea in laqueum
sic et cor superborum
et sicut prospectator videns casum proximi sui
33 bona enim in mala convertens insidiatur Is 5,20
et in electis inponet maculam
34 ab scintilla una augetur ignis
et ab uno doloso augetur sanguis
homo vero peccator sanguini insidiatur
35 adtende te a pestifero fabricat enim mala
ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum
36 admitte ad te alienigenam et subvertet te in turbore
et abalienabit te a tuis propriis I Mcc 6,24
12 si benefeceris scito cui feceris
et erit gratia in bonis tuis multa
2 benefac iusto et invenies retributionem magnam
et si non ab ipso certe a Domino
3 non est ei bene qui adsiduus est malis

14 et[3] *om.* ΣΛZTS c | sunt + [15] sapientia et disciplina et scientia legis apud deum dilectio et uiae bonorum apud ipsum [16] error et tenebrae peccatoribus concreata sunt qui autem exultant in malis consenescunt in malo c | 17 habebit CΣZ c | 18 haec] est A.; + est C c | 20 praeteriet c.; praeterea GΛ.; + et mors appropinquet c | relinquat G c; relinquit AZT | aliis + et morietur ZS c | 21 ueterescere CΛ.; ueterasce c. | 22 confide SΦ c | 23 enim] autem AΣ. | de subito] subito ΣMΦ c; subdito A. | honestare AZΦ c | 24 in honorem S; in hora c𝔊 | 26 sufficiens + mihi c. | 27 ne memor[1] GT. | ne memor[2] T. | 28 facile + est ΛTΦ c | obitus + est G(*vid.*)S. | 29 denudatio] denuntiatio GCTSr | 30 ne] non AS. | 31 ~ sunt insidiae CΛ c | 32 foetentium c; fatentium C; + et CΣΛZTΦ c | in laqueo A | prospector AΣΛMΦ c | 33 conuertet M; conuertit A | insidiator ΛCM | inponit G; ponet ΣΛ; ponit TS. | 34 una *om.* Gr.𝔊 | 35 te[1]] tibi ΣΛMΦ c; *om.* CT. | inducas G. | 36 turbone Φ.; turpore M; torpore ΣΛ; turbine c | abalienauit GΛ || **12**,3 est[1] + enim c. | in malis CΦ c |

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

et elemosynam non danti
7 quoniam et Altissimus odio habet peccatores
et misertus est paenitentibus
4 da misericordi et ne suscipias peccatorem
7; Dt 32,41! et impiis et peccatoribus reddet vindictam
custodiens eos in die vindictae
5 da bono et non receperis peccatorem
6 benefac humili et non dederis impio
prohibe panes illi dare ne in ipsis potentior te sit
7 nam duplicia mala invenies in omnibus bonis
3 quoniam et Altissimus odio habet peccatores
4! et impiis reddet vindictam
Prv 19,4! 8 non agnoscetur in bonis amicus
et non abscondetur in malis inimicus
9 in bonis viri inimici illius
6,7; Prv 17,17 in tristitia et in malitia illius amicus agnitus est
Prv 26,25! 10 non credas inimico tuo in aeternum
sicut enim aeramentum eruginat nequitia illius
11 et si humiliatus vadat curvus adice animum tuum et custodi te ab illo
12 non statuas illum penes te
nec sedeat ad dexteram tuam
ne conversus stet in loco tuo
ne forte conversus in locum tuum inquirat cathedram tuam
et in novissimo cognoscas verba mea
et in sermonibus meis stimuleris
13 quis miserebitur incantatori a serpente percusso
et omnibus qui adpropiant bestiis
et qui comitatur cum viro iniquo
et obvolutus est in peccatis eius
14 una hora tecum permanebit
si autem declinaveris non subportabit
15 in labiis suis indulcat inimicus Prv 26,24
et in corde suo insidiatur
ut subvertat te in foveam
16 in oculis suis lacrimatur inimicus
et si invenerit tempus non satiabitur sanguine
17 si incurrerint tibi mala invenies eum illic priorem
18 in oculis suis lacrimatur inimicus
et quasi adiuvans suffodiet plantas tuas
19 caput suum movebit et plaudebit manu 13,8!
et multa susurrans commutabit vultum suum
13 qui tetigerit picem inquinabitur ab illa
et qui communicaverit superbo inducet superbiam
2 pondus super se tollit qui honestiori communicat
et ditiori te ne socius fueris
3 quid communicabit caccabus ad ollam
quando enim conliserint confringetur
4 dives iniuste egit et fremebit
pauper autem laesus tacebit
5 si largitus fueris adsumet te
et si non habueris derelinquet te
6 si habes convivet tecum et evacuabit te
et ipse non dolebit super te
7 si necessarius illi fueris subplantabit te
et subridens spem dabit narrans tibi bona

GA CΣΛZTSMΦ cr
3 elemosyna GS.; elemosynas c. | 4 in diem Zc. | 6 non] ne A | dari ΣΛMΦc | 7 bonis + quaecumque feceris illi (illis C.) CΛZc | 9 in[3] *om.* GSMΦ | malitia] malis ACΣZT | 11 abice Φ; firma T.; adfirma AΛM | 12 ne[1]—tuo *om.* c | agnoscas AΛSc | 13 qui[1]] quae AT. | et[2]] sic ΣZT; sic et C; et sic c. | 16 et—18 inimicus *om.* G. | 17 et si Cc. | 19 plaudet Zc | commutauit GA || **13**,1 illa] ea ACΛMΦc | inducet G] induit T.; inducetur C.; induetur Λ; induet *cet.* | superbia AΛ | 2 tollet ΣZc | honestiori + se ΣΛTSMΦc | 3 communicauit AC | se colliserint c; conlisi fuerint C | confringentur AC ΣZSM | 4 fremet CZc; fremit ΛS. | 6 conuiue G; conbibet Λ | 7 subplantauit AΛ | dabit + tibi AM | bona—tibi[2] *om.* G. |

et dicet quid opus est tibi
8 et confundet te in cibis suis
donec te exinaniat bis et ter
et in novissimo derideat te
postea videns derelinquet te
12,19; Na 3,7; Ps 21,8! et caput suum movebit ad te
10 adtende ne seductus in stultitiam humilieris
11 noli esse humilis in sapientia tua
ne humiliatus in stultitiam seducaris
Prv 25,6.7! 12 advocatus a potentiore discede
ex hoc enim magis te advocabit
13 ne inprobus sis ne inpingaris
et longe abesto ne eas in oblivionem
14 ne retineas ex aequo loqui cum illo
ne credas multis verbis illius
ex multa enim loquella temptabit te
et subridens interrogabit te
de absconditis tuis 15 inmitis animus
illius conservabit verba tua
et non parcet de malitia et de vinculis
16 cave tibi et adtende diligenter auditui tuo
quoniam cum subversione tua ambulas
17 audiens vero illa quasi in somnis vide
et vigilabis 18 omni vita tua
dilige Deum et invoca eum in salute tua
27,10 19 omne animal diligit similem sibi
sic et omnis homo proximum sibi
20 omnis caro ad similem sibi coniungitur
et omnis homo simili sui sociabitur
21 si communicabit lupus agno aliquando
sic peccator iusto
Mt 7,6 22 quae communicatio sancto homini
ad canem
aut quae pax bona diviti ad pauperem
23 venatio leonis onager in heremo
sic pascua sunt divitum pauperes
24 et sicut abominatio est superbo humilitas
sic execratio divitis pauper
25 dives commotus confirmatur ab amicis
humilis autem cum ceciderit expellitur et a notis Prv 19,4!
26 diviti decepto multi recuperatores
locutus est superba et iustificaverunt illum Ps 16,10!
27 humilis deceptus est et insuper arguitur
locutus est sensate et non est datus ei locus
28 dives locutus est et omnes tacuerunt
et verbum illius usque ad nubes perducent
29 pauper locutus est et dicunt quis est hic
et si offenderit subvertunt illum
30 bona est substantia cui non est peccatum in conscientia
et nequissima paupertas in ore impii
31 cor hominis inmutat faciem illius Prv 15,13!
sive in bona sive in mala
32 vestigium cordis boni et faciem bonam
difficile invenies et cum labore
14 beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo 19,17! 25,11; 28,30; Iob 6,30; Iac 3,2
et non est stimulatus in tristitia delicti
2 felix qui non habuit animi sui tristitiam
et non excidit ab spe sua

7 dicit AΛTSΦ | 8 confundit AT. | deridat C; deridet ΛΦ; deridebit c; inrideat Z. | te et postea c. | te[5] + [9]humiliare deo et expecta manus (manum Λ.) eius ΣΛΦc | 12 aduocauit A | 13 et GCr] nec Σ; et noli Z; et ne *cet.* | abesto GΣr] abesse CZ; absis S.; sis ab eo *cet.* | ne[3]] et AΛM | 14 ne[2]] nec ΣZc; et Φ; et ne CΛSM | temptauit ACΛS | 15 inmittis animo illius et SΦ; intimis animus illius AM | 18 eum] illum c | 19 simile CΦc | 20 coniungetur ZMΦc | 22 pax] pars CΛZTSc | bona *om.* c | 23 sic + et c. | ~ diuitum sunt c | 24 ~ superbo est GT | sic + et c | 25 amicis + suis c | expelletur AMΦc | 26 superbe ACZ | 27 ~ insuper et AΛMΦc | 29 dicent AΣS | subuertent ΣMΦc || 14,1 ex ore suo] oris sui A | [*adest* m *usque ad* 17,24] | 2 excedit AMΦmr; cedit G. |

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

[3] viro cupido et tenaci sine ratione est
substantia
et homini livido ad quid aurum
Prv 22,16; 28,6 [4] qui acervat ex animo suo iniuste
aliis congregat
et in bonis illius alius luxuriabitur
[5] qui sibi nequa est cui alii bonus erit
et non iucundabitur in bonis suis
[6] qui sibi invidet nihil est illo nequius
et haec redditio est malitiae illius
[7] et si bene fecerit ignoranter et non
volens facit
et in novissimo manifestat malitiam
suam
31,14 [8] nequa est oculus lividi
et avertens faciem et despiciens animam suam
Prv 27,20! Ecl 4,8 [9] insatiabilis oculus cupidi in parte
iniquitatis
non satiabitur donec consummet
arefaciens animam suam
[10] oculus malus ad mala et non satiabitur pane
et in tristitia erit super mensam suam
[11] fili si habes benefac tecum
1 Esr 6,10! et Deo bonas oblationes offer
[12] memor esto quoniam mors non tardat
et testamentum inferorum quia demonstratum est tibi
testamentum enim huius mundi
morte morietur
[13] ante mortem benefac amico tuo
7,10; Tb 4,7 et secundum vires tuas exporrigens
da pauperi
Ecl 7,15 [14] non defrauderis a die bono
et particula boni doni non te praetereat

[15] nonne aliis relinques dolores et labores tuos
in divisione sortis [16] da et accipe
et iustifica animam tuam
[17] ante obitum tuum operare iustitiam
quoniam non est apud inferos invenire cibum
[18] omnis caro sicut faenum veterescit Ps 102,15!
et sicut folium fructificans in arbore
viridi
[19] alia generat et alia deicit
sic generatio carnis et sanguinis
alia finitur et alia nascitur
[20] omne opus corruptibile in fine deficiet
et qui illud operatur ibit cum ipso
[21] et omne opus electum iustificabitur
et qui operatur illud honorabitur in
illo
[22] beatus vir qui in sapientia sua morietur 50,30; Prv 8,34
et qui in iustitia sua meditabitur
et in sensu cogitabit circumspectionem Dei
[23] qui excogitat vias illius in suo corde
et in absconsis illius intellegens
vadens post illam quasi vestigator 6,28!
et in viis illius consistens
[24] qui respicit per fenestras
et in ianuas illius audiens
[25] qui requiescit iuxta domum illius
et in parietibus illius figens palum I Esr 9,8; Is 22,23
statuet casulam suam ad manus illius
et requiescunt in casula eius bona
per aevum
[26] statuet filios suos sub tegimen illius
et sub ramis illius morabitur

GΛ CΣΛZTSMΦ m cr 3 ad] aut M.; ut ΛΣ | 4 acerbat GT; coaceruat CZm | 5 nequa Gr] nequam *cet.* | 7 et¹] ut A.; *om.* CS | feceris GC. | 8 nequa Gr] nequam *cet.* | faciem + suam c. | 9 consummat Σ; consumet M; consumat Ccr | 10 et in tristitia] et indigens S; et ind. in trist. M; *praem.* indigens ΑΛΦ; *praem.* sed indigens c. | 11 bonas GCΣZr] dignas *cet.* | 12 quoniam] quia Λ | 14 die bona ΛCΛSMr | 15 ~ labores et dolores tuos Λ; ~ dolores tuos et lab. G. | 18 faenum] uestimentum A.𝔊 | ueterescet GZSMΦ; ueterascet c | 19 generat GΣZSr] generantur *cet.* | deicit GZSr.𝔊] decidit Σ; deiciuntur *cet.* | 20 ipso] illo c | 22 sua¹ *om.* c | morietur] morabitur ΣΛΤΦc | cogitauit GΛΛTSΦ | 23 ~ corde suo c | absconditis Cc | illius²] suis c. | post illum GΛTΦ | uestigatur ΛZT; inuestigator c | 24 quis GT | fenestras + eius ΛSMΦ; + illius c | in ianua C; in ianuis ΛZc | 25 requiescunt] requiescent Zc | eius] ipsius M.; illius ACΛΦc | 26 tegmen AM; tegumen T; tegmine CZΦc; tegumine Σ | illius²] eius c. |

27 protegetur in subtegmine illius a fervore
et in gloria eius requiescet
19,18 **15** qui timet Deum faciet illud
et qui continens est iustitiae adprehendet illam
2 et obviabit illi quasi mater honorificata
et quasi mulier a virginitate suscipiet illum
Prv 9,5 3 cibabit illum panem vitae et intellectus
et aqua sapientiae salutaris potabit illum
et firmabitur in illo et non flectetur
4 et continebit illum et non confundetur
1,24 et inaltabit illum apud proximos suos
5 et in medio ecclesiae aperiet os illius
adimplebit illum spiritu sapientiae et intellectus
6,32! et stolam gloriae vestiet illum
6 iucunditatem et exultationem thesaurizabit super illum
et nomine aeterno hereditabit illum
7 homines stulti non adprehendent illam
Sap 8,13 et homines sensati obviabunt illi
homines stulti non videbunt illam
longe enim abest a superbia et dolo
8 viri mendaces non erunt illius memores
et viri veraces inveniuntur in illa
et successum habebunt usque ad inspectionem Dei
9 non est speciosa laus in ore peccatoris
1,1; Prv 2,6! 10 quoniam a Deo profecta est sapientia
sapientiae enim Dei adstabit laus
et in ore fideli abundabit
et Dominator dabit eam illi
11 non dixeris per Deum abest
quae odit enim ne feceris
12 non dicas ille me inplanavit
non enim necessarii sunt illi homines impii
13 omne execramentum erroris odit Deus
et non erit amabile timentibus illum
14 Deus ab initio constituit hominem
et reliquit illum in manu consilii sui
15 adiecit mandata et praecepta sua
16 si volueris mandata conservabunt te Prv 19,16
et in perpetuum fidem placitam facere
17 adposuit tibi aquam et ignem
ad quod voles porrige manum tuam
18 ante hominem vita et mors 37,21; Dt 30,15. 19; Ier 21,8
bonum et malum
quod placuerit ei dabitur illi
19 quoniam multa sapientia Dei et fortis in potentia
videns omnes sine intermissione
20 oculi Dei ad timentes eum 10,24; 34,19! Ps 32,18!
et ipse agnoscit omnem operam hominis 17,16; Ps 32,15!
21 nemini mandavit impie agere
et nemini dedit spatium peccandi
22 non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium et inutilium
16 et ne iucunderis in filiis impiis si multiplicentur Prv 17,21 Lxx
non oblecteris super ipsos si non est timor Dei cum illis
2 non credas vitae illorum
et ne respexeris in labores illorum
3 melior est enim unus timens Deum
quam mille filii impii

27 in subtegmine GΣr] sub tegmine CZSMΦc; sub tegumine T.; sub tegmen A.; sub tegimen Λ. | requiescit AΛTS ‖ **15,**1 illud] bona c | illam] illum G | 2 obuiauit GAΣΛZS | 3 cibauit ACΛZ | pane CΣΛZMc | potauit AZ | flectitur GZS | 4 illum[1]] illam AZ | confunditur GS. | exaltabit Tc | 5 illius] eius Cc; + et ZΦc | spiritum AZTΦ | stola AΣZc | 7 illam[1]] illum GZ. | illam[2]] illum G.; eam c | 8 inuenientur CΛc | successus GZ. | 10 abundauit AΛ | 11 ~ enim odit c | 12 illi] ei c | 13 deus] dominus ZΦc | illum] eum c | 16 mandata + conseruare AMΦ; + seruare c. | placidam GT | 17 uolueris AZMΦc | 20 dei] domini ΛΦc ‖ **16,**1 et GZTr𝔊] *om. cet.* | non[1]] ne c; *praem.* et C. | cum] in c | 2 illorum[2]] eorum Zc |

GA CΣΛZTSMΦ m cr

4 et utile mori sine filiis
quam relinquere filios impios
Prv 2,21.22! 5 ab uno sensato inhabitabitur patria
et a tribus impiis deseretur
6 multa talia vidit oculus meus
et fortiora horum audivit auris mea
21,10! 7 in synagoga peccantium exardebit ignis
et in gente incredibili exardescit ira
Sap 14,6; Bar 3,26–28 8 non exoraverunt pro peccatis suis antiquis gigantibus
qui destruxerunt confidentes suae virtuti
9 et non pepercit peregrinationi illorum
Ez 16,49 et execratus est illos prae superbia verbi illorum
10 non misertus est illis gentem totam perdens
et extollentes se in suis peccatis
46,10 11 et sicut sescenta milia peditum
qui congregati sunt in duritia cordis sui
et si unus fuisset cervicatus mirum si fuisset inmunis
5,7 12 misericordia enim et ira est cum illo
potens exoratio et effundens iram
13 secundum misericordiam suam
Prv 24,12! Apc 20,12.13 sic correptio illius hominem secundum operam suam iudicat
14 non effugiet in rapinam peccator
et non retardabit sufferentia misericordiam facientis
Ps 61,13! 15 omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum
51,38 Ier 17,10; 32,19
III Rg 8,39 et secundum intellectum peregrinationis ipsius

16 non dicas a Deo abscondar
et ex summo quis mei memorabitur Ps 72,11!
17 in populo magno non agnoscar
quae est enim anima mea in tam inmensa creatura
18 ecce caelum et caeli caelorum Is 34,4! 13,13! Agg 2,7!
abyssus et universa terra IV Esr 8,23
et quae in eis sunt 18,19; Na 1,5!
in conspectu illius commovebuntur
19 montes simul et colles et fundamenta terrae 43,17! Ps 17,8! 81,5; Is 24,18; Ier 4,24! IV Esr 16,12
et cum conspexerit illa Deus tremore concutientur
20 et omne cor intellegetur
21 et vias illius quis intellegit
et procella quam nec oculus videbit hominis
22 nam plurima opera illius sunt in absconsis
opera iustitiae quis enuntiabit aut quis sustinebit
longe enim est testamentum a quibusdam
et interrogatio omnium in consummatione est
23 qui minoratur corde cogitat inania
et vir inprudens et errans cogitat stulta
24 audi me fili et disce disciplinam sensus 2,2; Prv 22,17!
et in verbis meis adtende in corde
25 edicam in aequitate disciplinam
et scrutabor enarrare sapientiam
et in verbis meis adtende in corde tuo 18,29
et dico in aequitate spiritus virtutes
quas posuit Deus in opera sua ab initio

GA CΣΛZTSMΦ m cr

4 utile + est Φ c | 5 et—impiis] tribus impiorum c.𝔊 | 6 talia GZcr𝔊] alia *cet.* | 7 exardescit] exardescet ΛZM c | 8 antiquis gigantibus GTr., *cf.* 𝔊] antiqui gigantes *cet.* | destructi sunt c; recesserunt Z. | 9 et[1] *om.* A | illorum[1]] loth c.𝔊 | illos] eos c. | 10 extollentem AΣΛMΦ c | ~ peccatis suis c | 11 in duritiam AΛMΦ | 13 sic] si GMΦ; tu T. | homines Σ; hominis GTMΦ; *om.* A. | opera sua AΣΛZMΦ c | iudicabit Z.; iudicatur G ATM | 14 in rapina ZM c; rapinam C.; in ira Σ. | retardauit AΛ; tardabit C | facientes AC | 17 enim *om.* A | 19 et[3] *om.* c. | 20 et GTm r] *praem.* et in omnibus his insensatum est cor *cet.* | intellegetur G.𝔊] intellegitur Σm r; intellegitur ab illo *cet.* | 21 intelleget Z; intellexit A | et procellam CTMm c; in procella S | uidit AΣ | 22 ~ illius opera c. | absconsis + sed AΛZSMΦ c | iustitiae + eius ΛSMΦ c | enuntiauit G; annuntiauit S; adnuntiabit m; nuntiabit A.; inuestigabit C. | 23 insania A | 24 corde + tuo ACΛSM Φ c | 25 edicam GMr, *cf.* 𝔊] et dicam *cet.* | uirtutis CTMΦ; et uirtutis AS |

et in veritate enuntio scientiam eius
26 in iudicio Dei opera ipsius ab initio
et ab institutione ipsorum distinxit partes illorum
et initia ipsorum in gentibus suis
Ps 148,6! 27 ornavit in aeternum opera illorum
nec esurierunt nec laboraverunt
et non destiterunt ab operibus suis
28 unusquisque proximum sibi non angustiavit usque in aevum
29 non incredibiles verbo illius
30 post haec Deus in terram respexit
et implevit illam bonis suis
31 anima omnis vitalis denudavit ante faciem ipsius
et ipsa iterum reversio illorum
33,10: Gn 2,7! Tb 8,8 **17** Deus creavit de terra hominem
Gn 1,27! Sap 2,23 et secundum imaginem suam fecit illum
Iob 10,9! 2 et iterum convertit illum in ipsam
et secundum se vestivit illum virtutem
3 numerum dierum et tempus dedit illi
Sap 9,2! et dedit illi potestatem eorum quae sunt super terram
4 posuit timorem illius super omnem carnem
Gn 1,26; Bar 3,16 et dominatus est bestiarum et volatilium
36,26; Gn 2,18; Tb 8,8 5 creavit ex ipso adiutorium similem ipsi
consilium et linguam et oculos aures et cor dedit illis excogitandi
et disciplinam intellectus replevit illos
6 creavit illis scientiam spiritus
sensum implevit cor illorum
et mala et bona ostendit illis
7 posuit oculum ipsorum super corda illorum
ostendere illis magnalia operum suorum
8 et nomen sanctificationis conlaudent Ps 144,5!
et gloriari in mirabilibus illiùs
et magnalia enarrent operum eius
9 addidit illis disciplinam
et legem vitae hereditavit illos
10 testamentum aeternum constituit cum illis
et iudicia sua ostendit illis
11 et magnalia honoris eius vidit oculus illorum
et honorem vocis audierunt aures illorum
et dixit illis adtendite ab omni iniquo
12 et mandavit illis unicuique de proximo
13 viae illorum coram ipso sunt semper 16; 23,28! 39,24;
non sunt absconsae ab oculis ipsius Ier 16,17
14 in unamquamque gentem praeposuit rectorem
15 et pars Dei Israhel facta est manifesta
16 omnia opera illorum velut sol in conspectu Dei 15,20!
et oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eorum 13!
17 non sunt absconsa testamenta per iniquitatem eorum
et omnes iniquitates eorum in conspectu Dei
18 elemosyna viri quasi sacculum cum ipso Tb 4,12!
et gratiam hominis quasi pupillam conservabit
19 et postea resurget et retribuet illis

GA CΣΛZTSMΦ m cr

26 in[1]] *praem.* et AΛS | ipsius] eius c | ipsorum[2]] eorum c | 28 angustiabit GCSΦ c; angustabit ZTM | aeuum] aeternum M c | 29 incredibiles G r.] erunt incredibiles CZT; sis incredibiles S.; sis incredibilis *cet.* | 30 implebit AS | 31 denudauit Z r 𝔊] denudabit G ΣTM; denuntiauit *cet.* | et in ipsa C; et in ipsam c. || 17,2 uirtute CΣΛZTM c | 5 simile c | ipsi] sibi Λ c | oculos + et CΣΛZTSΦ c | corde AC; + et A. | disciplina GΣΛZ TSMΦ m c | 6 sensu GCΣΛTMΦ c | implebit A | 7 ipsorum] suum Z c 𝔊 | suorum] ipsorum AΛ | 8 et[1]] ut Z c | et[3]] ut ΣΛZMΦ c | 9 hereditabit AZS | 10 et + iustitia et A; + iustitiam et ΛMΦ c | 11 et[2]—illorum[2] *om.* A | adtendite + uobis A | 12 mandabit AC | 16 et omnia AΛSMΦ c | operum A | 17 per] super GΣ | eorum[1]] illorum c | 18 sacculum] signaculum CZTS cr | gratia GΣΛT | pupilla GT | 19 resurgit AT. |

Ps 27,4! Ioel 3,4! retributionem unicuique in caput
illorum
et convertet in interiores partes ter-
rae
20 paenitentibus autem dedit viam
iustitiae
et conrogavit deficientes sustinere
et destinavit illis sortem veritatis
21 convertere ad Deum et relinque pec-
cata tua
22 precare ante faciem et minue offen-
diculum
23 refer te ad Dominum et avertere ab
iniustitia
et nimis odito execrationem
24 et cognosce iustitias et iudicia Dei
et sta in sorte propositionis et ora-
tionis altissimi Dei
25 in partes vade saeculi sancti cum
Est 13,17; Ps 113,26 vivis et dantibus confessionem
26 non demoreris in errore impiorum
a mortuo quasi nihil perit 27 confite-
beris vivens
Is 38,19 vivus et sanus confiteberis et lauda-
bis Deum
et gloriaberis in miserationibus illius
5,6; Is 55,7! 28 quam magna misericordia Dei
et propitiatio illius convertentibus
ad se
29 nec enim omnia possunt esse in ho-
minibus
quoniam non est inmortalis filius
hominis
et in vanitate malitiae placuerunt
30 quid lucidius sole et hic deficiet
aut quid nequius excogitabit caro et
sanguis et hoc arguitur
31 virtutem altitudinis caeli ipse con-
spicit
et omnes homines terra et cinis Gn 18,27! Iob 30,19
18 qui vivit in aeternum creavit omnia
simul
Deus solus iustificabitur et manet
invictus rex in aeternum Sap 3,8!
2 quis sufficit enarrare opera illius 2.3: Ps 105,2
3 quis enim investigabit magnalia eius
4 virtutem autem magnitudinis eius Ps 105,2
quis enuntiabit
et quis adiciet enarrare misericor-
diam eius
5 non est minuere neque adicere 42,21.22; Ecl 3,14
nec est invenire magnalia Dei Ecl 3,11; 8,17; 11,5
6 cum consummaverit homo tunc in-
cipit
et cum quieverit operabitur
7 quid homo et quae gratia illius Iob 7,17; Ps 8,5! 143,3
et quid bonum aut quid nequam il-
lius
8 numerus dierum hominum multum Ps 89,10
centum anni
quasi guttae aquae a mare
et sicut calculus harenae sic exigui
anni in die aevi
9 propter hoc patiens est Deus in illis
et effudit super eos misericordiam
suam
10 vidit praesumptionem cordis illorum
quoniam mala est
et cognovit subversionem illorum
quoniam nequa est
11 ideo adimplevit propitiationem suam
in illis
et ostendit illis viam aequitatis
12 miseratio hominis circa proximum

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

19 illorum] eorum ΣZ; ipsorum AMΦ c | conuertit GΛZTS | 20 conrogauit GAΣr] consolatus Z.; confirmauit *cet.* | 21 deum] dominum CΣMΦ c | 22 faciem + eius CΣΛ; + dei ASMΦ; + domini c | minuet A.; minuere C.; minuetur Σ. | offendiculam M.; offendicula ΛZΦ c | 23 refer te] reuerte Λ; reuertere ACΣMΦ c | iniustitia + tua ATSMΦ c | 24 [*deest* m *usque ad* 20,2] | 25 in partes uade] in parte sua dc GΛTS | confessionem + deo ASMΦ c | 26 impiorum + ante mortem confitere MΦ c | perit + confessio c | 28 dei] domini c. | 29 in hominc S(*vid.*).; in omnibus AC | 30 nequius + quam quod c | excogitabit Tr] excogitauit *cet.* | arguetur ΣΛZMΦ c || 18,2 qui AΛT | 3 inuestigauit ACΣT | 4 cnuntiauit ACΛT; enuntiat S. | et] aut Σ c | 6 incipiet ΣΛZ c | operabitur] aporiabitur c𝔊 | 7 quid[1] + est ΛMΦ c | quae + est c | quid[2] + est c | quid[3] *om.* A ΛS. | 8 hominum + ut AΣTMΦ c | gutta AZ c | a mare] maris Z c; + deputatus est Σ ΛS; + deputatum est T.; + deputati sunt Φ c | 9 effundet ΛΦ; effundit ACΣTM c | 10 illorum[1]] eorum c | nequa GTr] nequam *cet.* | 11 adimplebit ACS | illis[2]] illi G.; eis c. |

suum
Sap 11,24! misericordia autem Dei super omnem carnem
13 qui misericordiam habet et docet
Ier 31,10! Ez 34,12 erudit quasi pastor gregem suum
14 misereatur excipiens doctrinam miserationis
et qui festinant in iudiciis eius
15 fili in bonis non des querellam
et omni dato non des tristitiam verbi mali
16 nonne ardorem refrigerabit ros
sic et verbum melius quam datus
17 nonne ecce verbum super datum bonum
et utraque cum homine iustificato
18 stultus achariter inproperabit
20,14 et datus indisciplinati tabescere facit oculos
19 ante iudicium para iustitiam tibi
et antequam loquaris disce
20 ante languorem adhibe medicinam
et ante iudicium interroga te ipsum
et in conspectu Dei invenies propitiationem
21 ante languorem humilia te
et in tempore infirmitatum ostende conversationem tuam
Lc 18,1! 22 non inpediaris operari semper
et non veteris usque ad mortem iustificari
quoniam merces Dei manet in aeternum
23 ante orationem praepara animam tuam
et noli esse quasi homo qui temptat Deum
7,18 24 memento irae in die consummationis
et tempus retributionis in conversatione facies
25 memento paupertatis in tempore abundantiae 11,27!
et necessitatem paupertatis in die divitiarum
26 a mane usque ad vesperam mutatur tempus
et haec omnia citata in oculis Dei
27 homo sapiens in omnibus metuet Prv 28,14
et in diebus delictorum adtendet ab inertia
28 omnis astutus agnovit sapientiam
et invenienti eam dabit confessionem
29 sensati in verbis et ipsi sapienter egerunt 16,25
et intellexerunt veritatem et iustitiam
et inploraverunt proverbia et iudicia
30 DE CONTINENTIA ANIMAE
Post concupiscentias tuas non eas 5,2!
et a voluntate tua avertere
31 si praestes animae tuae concupiscentiam eius 6,4
faciet te in gaudium inimicis
32 ne oblecteris in turbis nec in modicis
ad duas est enim commissio illorum
33 ne fueris mediocris in contentione ex fenore
et non est tibi nihil in sacculo
eris enim invidus tuae vitae
19 operarius ebriacus non locupletabitur Prv 21,17; 23,21
et qui spernit modica paulatim decidet
2 vinum et mulieres apostatare faciunt Prv 20,1! Os 4,11;

13 et docet et ZT; docet et A c; et docte ΛΦ | 14 miseretur ΣΛT c; misereator S; miserator C | excipientis c.; excipientibus CZT. | festinat AΣMΦ c | 15 non[1]] ne CΛ | et in omni C c | non[2]] ne AMΦ | 16 refrigerauit ACΣΛ | et *om.* A | datus GΣr] datum *cet.* | 17 et] sed c | 18 achariter GTM r, *cf.* 𝔊] acriter *cet.* | inproperauit AΣΛSM | 21 infirmitatum CZr] infirmatum Σ.; infirmitatium GS.; infirmitatis *cet.* | 22 operari GTS r] orare *cet.* 𝔊 | non[2]] ne c | uereris Λ; uerearis c | 24 conuersione GΛTSM | faciei CS c 𝔊 | 25 necessitatum c. | 26 uesperum ACΛZTΦ | mutabitur CΛSM; inmutabitur AΦ c | 27 metuit ASMΦ | 28 agnoscit AMΦ c; cognouit C | 29 inplorauerunt] impluerunt c. 𝔊; redundauerunt Z. | 30 de—animae *om.* Z c | 31 concupiscentias ACMΦ c | in gaudio AM | inimicis + tuis ZMΦ c | 32 ad duas] adduus G.; assidua c | ~ enim est c | 33 ex] et GC | non *om.* Z c. | in saeculo GCΣΛZTSΦ | ~ uitae tuae c ‖ 19,1 ebriosus CΛZSMΦ c | decidit ACZMΦ; decedit T. |

GA CΣΛZTSMΦ cr

III Esr 3,18.19 sapientes
et arguent sensatos
Prv 6,32 3 et qui se iungit fornicariis erit nequa
putredo et vermes hereditabunt il-
lum
et extolletur in exemplum maius
et tolletur de numero anima eius
4 qui credit cito levis corde minorabi-
tur
et qui delinquit in animam suam
insuper habebitur
5 qui gaudet iniquitati denotabitur
21,7; Prv 12,1; 13,18! 15,10! et qui odit correptionem comminue-
tur vita
et qui odit loquacitatem extinguit
malitiam
6 qui peccat in animam suam paenite-
bitur
et qui iucundatur malitia denotabi-
tur
7 ne iteres verbum nequam et durum
et non minoraberis
8,22; Prv 25,8.9! 8 amico et inimico noli enarrare sen-
sum tuum
et si est tibi delictum noli denudare
9 audiet enim te et custodiet te
et quasi defendens peccatum odiet te
et sic aderit tibi semper
10 audisti verbum adversus proximum
conmoriatur in te
fidens quoniam non te disrumpet
11 a facie verbi parturit fatuus
tamquam gemitus partus infantis
12 sagitta infixa femori carnis
sic verbum in corde stulti
13 corripe amicum ne forte non intel-
lexerit et dicat non feci
21,1! aut si fecerit ne iterum addat facere
14 corripe proximum ne forte non dixe-
rit
et si dixerit ne forte iteret
15 corripe amicum saepe enim fit com-
missio
16 et non omni verbo credas
est qui labitur lingua sed non ex ani-
mo
17 quis est enim qui non deliquerit 14,1! 25,11; Iac 3,8
lingua sua
corripe proximum antequam com-
mineris
18 et da locum timori Altissimi
quia omnis sapientia timor Dei et in 1,34; Iob 28,2! Ps 2,11!
illa timere Deum
et in omni sapientia dispositio legis 15,1
19 et non est sapientia nequitiae discip-
lina
et non est cogitatus peccatorum pru-
dentia
20 est nequitia et ipsa execratio
et est insipiens qui minuitur sapien-
tia
21 melior est homo qui deficit sapientia
et deficiens sensu in timore
quam qui abundat sensu et trans-
greditur legem Altissimi
22 est sollertia certa et ipsa iniqua 21,15
23 et est qui emittit verbum certum
enarrans veritatem
est qui nequiter humiliat se
et interiora eius plena sunt dolo
24 et est iustus qui se nimium submittit
a multa humilitate
et est iustus qui inclinat faciem et
fingit non videre quod ignoratum
est
25 et si ab inbecillitate virium vetetur 20,23
peccare
si invenerit tempus malefaciendi
malefaciet
26 ex visu cognoscitur vir

GA CΣΛZTSMΦ cr

3 nequa Gr] nequam *cet.* | extollitur CZTS | tollitur GCTSM | 4 corde + est et SMΦc | delinquet GSr | 5 iniquitate Cc; in iniquitate Z | conminuitur AT.; minuetur CZΦc; minuitur ΣΛSM | 6 paenitebit CΣc | in malitia AΛc; malitiam S | 8 narrare GΦc | 10 proximum + tuum c | disrumpit AT | 12 canis AZM | corde] ore A | 16 lingua Gcr.] in lingua sua Σ; lingua sua *cet.* | 17 in lingua ACΛTSMΦc | conminueris CΛ.; mineris A. | 19 et[1] *om.* AΛZ. | 20 *tot. v. om.* T. | est[1]] et G | et in ipsa AΦc | minuetur GZ. | sapientiam A | 21 defecit GZTM; minuitur c | 24 iustus[1] *om.* c. | iustus[2] *om.* ΛZc | faciem + suam c | non uidere] *praem.* se ΣΛTSc; + se AMΦ | 25 uirum A; uiri uirium C. |

et ab occursu faciei cognoscitur sensatus
27 amictus corporis et risus dentium
et ingressus hominis enuntiant de illo
28 est correptio mendax in ira contumeliosi
et est indicium quod non probatur esse bonum
20,5! et est tacens et ipse est prudens
20 quam bonum est arguere quam irasci
et confitentem in oratione non prohibere
2 concupiscentia spadonis devirginavit iuvenem
3 sic qui facit per vim iudicium inique
4 quam bonum est correptum manifestare paenitentiam
sic enim effugies voluntarium peccatum
1,30! 19,28; Prv 10,19; 17,27 est tacens qui invenitur sapiens
5 et est odibilis qui procax est ad loquendum
6 est autem tacens non habens sensum loquellae
et est tacens sciens tempus apti temporis
1,30! 7 homo sapiens tacebit usque ad tempus
lascivus autem et inprudens non servabunt tempus
Prv 10,19 8 qui multis utitur verbis laedit animam suam
et qui potestatem sibi adsumit iniuste odietur
9 est processio in malis viro indisciplinato
et est inventio in detrimentum
10 est datus qui non sit utilis 14
et est datus cuius retributio duplex
11 est propter gloriam minoratio
et est qui ab humilitate levavit caput
12 est qui multa redimat modico pretio
et restituens ea septuplum
13 sapiens in verbis se ipsum amabilem facit 21,19! Ecl 10,12
gratiae autem fatuorum effundentur
14 datus insipientis non erit utilis tibi 10; 18,18
oculi enim illius septimplices sunt
15 exigua dabit et multa inproperabit
et apertio oris illius inflammatio est
16 hodie fenerat quis et cras expetit
et odibilis homo huiusmodi
17 fatuo non erit amicus
et non erit gratia bonis illius
18 qui enim edunt panem illius falsi linguae sunt
quotiens et quanti inridebunt eum
19 neque enim quod habendum erat directo sensu distribuit
similiter et quod non erat habendum
20 lapsus falsae linguae quasi qui pavimento cadens
nam et sic casus malorum festinanter venient
21 homo acharis quasi fabula vana
in ore indisciplinatorum adsidua erit
22 ex ore fatui reprobabitur parabola Prv 26,7.9
non enim dicit illam in tempore suo
23 est qui vetatur peccare ab inopia 19,25
et in requie sua stimulabitur
24 est qui perdit animam suam prae confusione 4,25
et ab inprudenti persona perdet eam
personae autem acceptione perdet se

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

27 enuntiat AΣ; denuntiant GC; adnuntiant Z. | 28 iudicium ΣΛTS c; in iudicium C || **20**,2 [*adest* m *usque ad* 22,8] | deuirginabit Zm c; deuirginare C. | iuuenem GZ r] adulescentulam C; iuuenculam *cet.* | 3 iniquae CS.; iniquum AΛZMΦ c | 6 autem *om.* A c | apti temporis] aptum c. | 8 laedet ΣZΦ c | adsumet Z; sumit TS c. | 10 datus qui r] datum qui GTS; datio qui Σ; datum quod *cet.* | sit] est AMΦ c | utile ACΛZMΦ c | datum² ACΛZMΦ c; datio Σ | 11 leuabit ACΣΛTMΦ c | 12 ea + in ΛZΦ c | 13 faciet A | 14 datum ACZMm | utile ACZM | 15 inproperauit Am | 16 feneratur A c | et odibilis] odibilis est c. | huiuscemodi CΣm; eiusmodi AMΦ | 18 falsae AΣΛZMΦ c | 20 pauimentum A; *praem.* in C c; *praem.* a ΛZ. | nam et *om.* AΣΛZMΦ c | ueniet Σm c | 21 acharis] acris Σ; ingratus A; *praem.* ingratus SΦ | 23 ab] prae c | 24 perdit] perdet ΛZMΦ c |

25 est qui prae confusione promittit
amico
et lucratus est eum inimicum gratis
7,14 26 obprobrium nequa in homine mendacium
et in ore indisciplinatorum adsidue erit
27 potius furem quam adsiduitas viri mendacis
perditionem autem ambo hereditabunt
28 mores hominum mendacium sine honore
et confusio illius cum ipso sine intermissione
29 VERBUM PARABOLARUM
Sapiens in verbis producet se ipsum
et homo prudens placebit magnatis
Prv 28,19! 30 qui operatur terram suam inaltabit acervum fructuum
et qui operatur iustitiam ipse exaltabitur
qui vero placet magnatis effugiet iniquitatem
Ex 23,8! 31 xenia et dona excaecant oculos iudicum
et quasi mutus in ore avertit correptiones eorum
32,33; 41,17.18 32 sapientia absconsa et thesaurus invisus
quae utilitas in utrisque
33 melius in hominibus qui abscondent insipientiam suam
quam qui abscondunt sapientiam suam
5,5; 19,13 **21** fili peccasti non adicias iterum
sed et de pristinis deprecare ut tibi remittatur
2 quasi a facie colubri fuge peccata
et si accesseris ad illa suscipient te
3 dentes leonis dentes eius
interficientes animas hominum
4 quasi romphea bis acuta omnis iniquitas
plagae illius non est sanitas
5 cataplectatio et iniuriae adnullabunt substantiam
sic substantia superbiae eradicabitur
6 deprecatio pauperis ex ore usque ad aures eius veniet 35,21
et iudicium festinato adveniet illi
7 qui odit correptionem vestigium est peccatoris 19,5! Prv 12,1
et qui timet Deum convertet ad cor suum
8 notus a longe potens lingua audaci
et sensatus scit labi se ab ipso
9 qui aedificat domum inpendiis alienis Ier 22,13
quasi qui colligat lapides suos in hieme
10 stuppa collecta synagoga peccantium 16,7; Is 1,31
et consummatio illorum flamma ignis Is 9,18; 65,5
11 via peccantium conplanata lapidibus
et in fine illorum inferi et tenebrae et poena
12 qui custodit iustitiam continebit sensum eius
13 consummatio timoris Dei sapientia et sensus 1,22
14 non erudietur qui non est sapiens in bono
15 est autem insipientia quae abundat in malo 19,22

GA CΣΛZTSMΦ m cr 25 promittat G | 26 obprobrium + enim A | nequa Gr] nequam *cet.* | 27 potior CTSc; laudat Z | fur CΣΛmc; + est Λ | 28 illius cum ipsis M.; illorum cum ipsis AΦc | 29 uerbum parabolarum *om.* c | 30 fruguum T.; frugum CΛSMΦc | 31 iudicium A | auertet GCΣ; auertunt Z. | correptionem AZm | 33 melius est CZ; melior est AΛMΦc | in hominibus GΣTSmr] hominibus CZ; *om.* AΛMΦc | abscondunt CΣZ; celat AΛMΦc | quam + homo AΛMΦc | abscondit AΛMΦc || **21,**1 remittantur ΣZTS; demittantur A.; dimittantur MΦc | 5 cataplectatio et iniuria S.; obiurgatio et iniuriae MΦc; + obiurgatio A | substantiam + et domus quae nimie (nimis c) locuplex est adnullabitur superbia SMΦc; *eadem habent* ΛS *post* eradicabitur | superbiae] superbi ΣΛMΦc𝔊 | 6 ueniet] perueniet Cc | 7 conuertet Gr𝔊] conuertit A; conuertent C; conuertitur ZΦ; conuertetur *cet.* | 9 domum + suam ΛMΦc | colligit CΛSMΦc | 11 conplantata AΣΛTSMΦ | in fine GCcr] in finem *cet.* | poena GΣTr] poenae *cet.* | 15 insipientia] sapientia c. |

et non est sensus ubi abundat amaritudo
16 scientia sapientis tamquam inundatio abundabit
Prv 10,11 et consilium illius sicut fons vitae permanet
17 cor fatui quasi vas confractum
et omnem sapientiam non tenebit
18 verbum sapiens quodcumque audierit scius
laudabit et ad se adiciet
audivit luxuriosus et displicebit illi
et proiciet illud post dorsum suum
19 narratio fatui quasi sarcina in via
20,13; Ps 44,3; Ecl 10,12 nam in labiis sensati invenietur gratia
20 os prudentis quaeritur in ecclesia
et verba illius cogitabunt in cordibus suis
21 tamquam domus exterminata sic fatuo sapientia
et scientia insensati inenarrabilia verba
22 conpedes in pedibus stulto doctrina
et quasi vincula manuum supra manum dexteram
23 fatuus in risu inaltat vocem suam
vir autem sapiens vix tacite ridebit
24 ornamentum aureum prudenti doctrina
et quasi brachiale in brachio dextro
Prv 25,17 25 pes fatui facilis in domum proximi
et homo peritus confundetur a persona potentis
26 stultus a fenestra respiciet in domum
vir autem eruditus foris stabit
27 stultitia hominis audire per ostium
et prudens gravabitur contumelia

28 labia inprudentium stulta narrabunt
verba autem prudentium statera ponderabuntur
29 et in ore fatuorum cor illorum Prv 12,16; 29,11
et in corde sapientium os illorum
30 dum maledicit impius diabolum
maledicit ipse animam suam
31 susurrio coinquinabit animam suam 5,17
et in omnibus odietur
et qui manserit odiosus erit
tacitus et sensatus honorabitur 5,15
22 in lapide luteo lapidatus est piger
et omnes loquentur super aspernationem illius
2 de stercore boum lapidatus est piger
et omnis qui tetigerit eum excutiet manus
3 confusio patris est de filio indisciplinato
in filia autem in deminoratione fiet
4 filia prudens hereditas viro suo 36,26!
nam quae confundit in contumeliam fit genitoris
5 patrem et virum confundit audax
et ab impiis non minorabitur
ab utrisque autem inhonorabitur
6 musica in luctu inportuna narratio Prv 25,20
flagella et doctrina in omni tempore sapientia Prv 29,15
7 qui docet fatuum quasi qui conglutinet testam
8 qui narrat verbum non adtendenti
quasi qui excitat dormientem de gravi somno
9 qui enumerat stulto et in fine dicit quis est hic
10 super mortuum plora defecit enim lux eius 38,16
et super fatuum plora defecit enim

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

15 abundat²] est Φ c | 16 abundauit A; inundabit M; inundauit Λ. | 18 displicuit A | 22 super ACΦ c | dexterae A | 23 exaltat C c | 27 stultitiam GCS | audire] auscultare AΦ c | 29 et¹ *om.* CΣΛTSΦ c | 31 susurro c | coinquinauit G | qui + cum eo c. || **22**,3 in¹ *om.* Λ c 𝔊 | 4 in contumelia ACΛZΦ | 7 conglutinat AZS c | 8 adtendenti] audienti AΣZΦ c; uidenti M. | [*deest* m *usque ad* 23,7] | 9 qui—hic] cum dormiente (dormitante T.) loquitur qui enarrat (enumerat T) stulto sapientiam et in fine (et in finem C; in fine enim T.) narrationis dicit quid (quis c) est (+ hic c) quod primum dixeras (q. pr. dix. *om.* c) ZT c, *atque* C *qui haec ante* qui—hic *ponit* | quis est hic] quid est hoc quod primum dixeras Λ | 10 super¹] supra ACΣΦ c | deficit¹ ASMΦ | super²] supra ACTΦ c | deficit² ASMΦ c |

sensus
38,17 11 modicum plora supra mortuum
quoniam requievit
12 nequissimi enim nequissima vita
super mortem fatui
Gn 50,10; Idt 16,29 13 luctus mortui septem dies
fatui autem et impii omnes dies
vitae illorum
Prv 26,4 14 cum stulto non multum loquaris
8,18 et cum insensato ne abieris
15 serva te ab illo ut non molestiam
habeas
et non coinquinaberis in inpactu il-
lius
16 deflecte ab illo et invenies requiem
et non acediaberis in stultitiam illius
17 super plumbum gravabitur
et quod illi aliud nomen quam fa-
tuus
Prv 27,3 18 harenam et salem et massam ferri
facilius est portare
quam hominem inprudentem et fa-
tuum et impium
19 loramentum ligneum conligatum
fundamento aedificii non dissolve-
tur
sic et cor confirmatum in cogita-
tione consilii
20 cogitatus sensati in omni tempore
vel metu non pravabitur
21 sicut pali in excelsis et cementa in
inpensa posita contra faciem venti
non permanebunt
22 sic et cor timidum in cogitatione
stulti contra impetum timoris non
resistit
23 sic et cor trepidum in cogitatione
fatui omni tempore non metuebit
sic et qui in praeceptis Dei permanet
semper
24 pungens oculum deducens lacrimas
et qui pungit cor proferet sensum
25 mittens lapidem in volatilia deiciet
illa
sic et qui conviciatur amico dissolvit
amicitiam
26 ad amicum et si produxeris gladium
non desperes
est enim regressus ad amicum
27 si aperuerit os triste non timeas
est enim concordatio excepto con-
vicio et inproperio
et superbia et mysterii revelatione et 27,17.19
plaga dolosa
in his omnibus effugiet amicus
28 fidem posside cum proximo in pau-
pertate illius
ut et in bonis illius laeteris
29 in tempore tribulationis illius per-
mane illi fidelis
ut et in hereditate illius coheres sis
30 ante ignem camini vapor et fumus
ignis inaltatur
sic et ante sanguinem maledicta et 27,16
contumeliae et minae
31 amicum salutare non confundaris
et a facie illius non me abscondam
et si mala mihi evenerint per illum
sustineo
32 omnis qui audiet cavebit se ab eo
33 quis dabit ori meo custodiam Ps 38,2; 140,3
et supra labia mea signaculum cer-
tum
uti ne cadam ab ipsis et lingua mea

GA 10 sensu ACΣZΦ | 11 super ACΣΛZSM | 14 non] ne Φc | conloquaris AΛZSM |
CΣΛZTSMΦ 15 coinquinaueris ACΣΛSMΦ; incoinquinaueris T. | in inpactu Gr.𝔊] inpactu TS; in
cr peccato CΣΛZMΦ; in peccatum A.; peccato c. | 16 acediaueris ACΣΛSMΦ | in stultitia ACΣZMc | 17 plumbum + quid AΦc | 18 portare] ferre c | 19 fundamentum ZT; in fundamentum Λ.; in fundamento c | dissoluitur GCZTS | cor firmatum A | 20 uel *om.* c. | prauabitur GZr.] deprauabitur *cet.* | 21 in[2]] sine ACΛSMΦc | 22 tumidum A | resistet GZc; + in omni tempore Z; + omni tempore AM | 23 sic et[1]] sicut c.; *om.* Z. | tepidum A; confirmatum Z. | metuebit GTSr] metuit Σ; turbabitur Z.; metuet *cet.* | 24 deducit CZc; deducet ΛT; producit Σ | proferet GZTr] profert *cet.* | 25 illam A | 26 produxerit GM | 27 aperueris Ac𝔊 | concordatio + ad amicum A | mysteriis A; a mysteriis CΣ | reuelatio CΣTS | 28 proximo] amico Φc | 29 et in] et Φ; in Z; *om.* A. | 31 confundar Zc𝔊 | et[1] *om.* c. | sustineo GATr] sustinebo *cet.* | 33 super CΣΛSc | uti ne] ut non c ||

perdat me
4 **23** Domine pater et dominator vitae meae
non relinquas me ne sinas me cadere in illis
[2]quis superponet in me in cogitatu meo flagella
et in corde meo doctrinam sapientiae
ut ignorationibus eorum non parcant mihi
et non pareant delicta illorum
[3]et adincrescant ignorantiae meae
et multiplicentur delicta mea
et peccata mea abundent
28,30 et incidam in conspectu adversariorum
Ps 37,17! et gaudeat inimicus meus
1 [4]Domine pater et Deus vitae meae
ne derelinquas me in cogitatu illorum
Ps 130,1 [5]extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi
et omne desiderium averte a me
5,2! Tb 3,16 [6]aufer a me ventris concupiscentias
et concubitus concupiscentiae ne adprehendant me
et animae inreverenti et infrunitae ne tradas me
[7]DOCTRINA ORIS
Doctrinam oris audite filii
et qui custodierit illam non periet in labiis suis
nec scandalizabitur in operibus nequissimis
[8]in vanitate sua adprehendetur peccator et superbus
et maledicus scandalizabitur in illo
[9]iurationi non adsuescat os tuum 12: Mt 5,34
multus enim casus in illa
[10]nominatio vero Dei non sit adsidua in ore tuo Ex 20,7!
et nominibus sanctorum non admiscearis
quoniam non eris inmunis ab eis
[11]sicut enim servus interrogatus adsidue a livore non minuetur
sic omnis iurans et nominans in toto a peccato non purgabitur
[12]vir multum iurans implebitur iniquitate 9
et non discedet a domo illius plaga
[13]et si frustraverit delictum ipsius super ipsum erit 13.14: Lv 5,4.5
et si dissimulaverit delinquet dupliciter
[14]et si in vacuum iuraverit non iustificabitur
replebitur enim retributione domus illius
[15]est et alia loquella contraria morti
non inveniatur in hereditate Iacob
[16]etenim a misericordibus omnia haec auferentur
et in delictis non volutabunt
[17]indisciplinose non adsuescat os tuum
est enim in illa verbum peccati
[18]memento patris et matris tuae
in medio enim magnatorum consistis 3,8!
[19]ne forte obliviscatur te in conspectu illorum
et adsiduitate tua infatuatus inproperium patiaris
et maluisses non nasci
et diem nativitatis tuae maledicas Iob 3,3!
[20]homo adsuetus in verbis inproperii

23,1 non] ne Φc | derelinquas GTΦc | me[1] + in consilio illorum (eorum c) ΛΦc | ne Gr.] et ne CΛTS; nec *cet.* | in illos GT; in illa exprobratione MΦ | 2 superponit AC TSMΦ | in me GTr] *om. cet.* | parcat AΦ; pareant C | pareant] parcam T.; appareant AΛMΦc | illorum] eorum CΣc. | 3 et[1] GAr] et ne Λc; ne *cet.* | aduersariorum + meorum Cc | inimicus meus] *praem.* super me c.; + super me A. | 6 adprehendat ACZS | 7 doctrina oris *om.* Zc | in[1] *om.* AΛSMΦc | suis *om.* c. | [*adest* m *usque ad* 25,27] | 8 adprehenditur ACZTSMΦc | et[2] *om.* A | maledictus ATS; iniquus C | in illo GT SMΦ] in illis *cet.* | 9 multos Φ; multi Λc | 11 non[1] *om.* Gm | minuitur GCΛSMΦ mc | 12 replebitur AC | discedit GCTSM | 13 ipsius] illius Φc | supra A | delinquit Sc. | 16 uolutabuntur c. | 17 indisciplinosae Φ; indisciplinate CΛZTS; indisciplinatae Mc; + loquellae Φc | 18 magnorum GΣM | 19 te + deus ΛTSMΦc | tuae + ne G ΣTm |

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

in omnibus diebus suis non erudie-
tur
26,25 21 duo genera abundant in peccatis
et tertium adducit iram et perditio-
nem
22 anima calida quasi ignis ardens
non extinguetur donec aliquid glut-
tiat
23 et homo nequam in ore carnis suae
non desinet donec incendat ignem
24 homini fornicario omnis panis dulcis
non cessabit transgrediens a lecto
suo
25,26: Iob 24,15 25 omnis homo qui transgreditur lec-
tum suum
contemnens in animam suam et
Is 29,15: Ps 63,6 dicens quis me videt
26 tenebrae circumdant me et parietes
cooperiunt me
et nemo circumspicit me quem
vereor
Ps 9,32! delictorum meorum non memora-
bitur Altissimus
27 et non intelleget quoniam omnia
videt oculus illius
quoniam expellit a se timorem Dei
huiusmodi hominis timor
et oculi hominum timentes illum
28 et non cognovit quoniam oculi Do-
mini multo plus lucidiores super
solem
17,13! Prv 15,3! II Par 16,9; Ier 16,17 circumspicientes omnes vias homi-
num
42,18; Prv 15,11! IV Esr 16,58 et profundum abyssi et hominum
corda intuentes in absconsas partes
Ps 138,5 29 Domino enim Deo antequam crea-
rentur omnia sunt agnita
sic et post perfectum respicit omnia
30 hic in plateis civitatis vindicabitur
quasi pullus equinus fugabitur
et ubi non speravit adprehendetur
31 et erit dedecus omnibus quod non
intellexerit timorem Dei
32 sic et mulier omnis relinquens virum
suum
et statuens hereditatem ex alieno
matrimonio
33 primo enim in lege Altissimi incre-
dibilis fuit
et secundo virum suum dereliquit
tertio in adulterio fornicata est
et ex alio viro filios statuit sibi
34 haec in ecclesiam adducetur
et in filios eius respicietur
35 non tradent filii eius radices 40,15; Sap 4,3
et rami eius non dabunt fructum
36 derelinquent in maledictum memo-
riam illius
et dedecus illius non delebitur
37 et agnoscent qui derelicti sunt
quoniam nihil melius quam timor 25,14; 40,26; Ecl 12,13
Dei
et nihil dulcius quam respicere in
mandatis Domini
38 et gloria magna est sequi Dominum
longitudo enim dierum adsumetur Prv 10,27!
ab eo

24 SAPIENTIAE LAUS
Sapientia laudabit animam suam
et in Deo honorabitur
et in medio populi sui gloriabitur
2 et in ecclesiis Altissimi aperiet os
suum
et in conspectu virtutis illius gloria-
bitur
3 in medio populo exaltabitur
et in plenitudine sancta admirabitur
4 in multitudine electorum habebit

GA CΣΛZTSMΦ m cr

22 extinguitur AT | 23 nequa r | desinit AT | 24 cessauit CΣ; fatigabitur AMΦc | a lecto suo GΣmr] usque ad finem AMΦc; donec moriatur Z.; donec moriatur a lecto (delicto T.) suo CΛTS | 25 dicit A | 26 cooperiant G.; operiunt Z. | 27 intellegit AΛZSΦcr | illius] eius G.; meus C. | 28 lucidiores + sunt CZc | absconditas ACZΦmc; abscondito M. | 30 et quasi Cc | sperauit Acr, *cf.* 𝔊] speratur S; sperabit *cet.* | 31 quod GΣZr] eo quod *cet.* | dei] domini CΦc | 33 et[1] *om.* Cc. | in uirum suum c.; in uiro C. | deliquit Cc. | 34 in ecclesia ACΛSΦ | 36 derelinquet ΛMΦc; derelinquetur Z; relinquent C.; delinquent Σ.; *praem.* et CΛS | illius[1]] eius c | 37 melius + est c. | 38 et *om.* AΛTMΦc || **24**,1 sapientiae laus *om.* c | laudauit ACΣΛ | 3 in[1]] et in ΣMΦc | populi ACΛZTMΦmc; + sui c | 4 in] et in CMΦc | multitudinem AT. |

laudem
et inter benedictos benedicetur di-
cens
Prv 2,6! 5 ego ex ore Altissimi prodivi
1,4! Col 1,15! primogenita ante omnem creaturam
6 ego in caelis feci ut oriretur lumen
indeficiens
et sicut nebula texi omnem terram
7 ego in altis habitavi
et thronus meus in columna nubis
8 gyrum caeli circuivi sola
et in profundum abyssi penetravi
et in fluctibus maris ambulavi
9 et in omni terra steti
et in omni populo 10 et in omni gente
primatum habui
11 et omnium excellentium et humi-
lium corda virtute calcavi
et in his omnibus requiem quaesivi
et in hereditate eius morabor
12 tunc praecepit et dixit mihi creator
omnium
et qui creavit me requievit in taber-
naculo meo
Bar 3,37 13 et dixit mihi in Iacob inhabita
et in Israhel hereditare
et in electis meis ede radices
1,4! Prv 8,23 14 ab initio ante saeculum creata sum
et usque ad futurum saeculum non
desinam
et in habitatione sancta coram ipso
ministravi
15 et sic in Sion firmata sum
et in civitate sanctificata similiter
requievi
et in Hierusalem potestas mea
16 et radicavi in populo honorificato
et in parte Dei mei hereditas illius
et in plenitudine sanctorum detentio
mea
50,13 17 quasi cedrus exaltata sum in Libano
et quasi cypressus in monte Sion
18 et quasi palma exaltata sum in
Cades
et quasi plantatio rosae in Hiericho
19 quasi oliva speciosa in campis 50,11
et quasi platanus exaltata sum iuxta
aquam in plateis
20 sicut cinnamomum et aspaltum aro-
matizans odorem dedi
quasi murra electa dedi suavitatem
odoris
21 et quasi storax et galbanus et ungula
et gutta
et quasi libanus non incisus vapora-
vi habitationem meam
et quasi balsamum non mixtum
odor meus
22 ego quasi terebinthus extendi ramos
meos
et rami mei honoris et gratiae
23 ego quasi vitis fructificavi suavita-
tem odoris
et flores mei fructus honoris et ho-
nestatis
24 ego mater pulchrae dilectionis et ti- Sap 7,12
moris et agnitionis et sanctae spei
25 in me gratia omnis vitae et veritatis Io 14,6
in me omnis spes vitae et virtutis
26 transite ad me omnes qui concupis- Mt 11,28
citis me
et a generationibus meis implemini
27 spiritus enim meus super melle dul- Ps 18,11!
cis
et hereditas mea super mel et favum
28 memoria mea in generatione saecu-
lorum
29 qui edunt me adhuc esurient
et qui bibunt me adhuc sitient
30 qui audit me non confundetur
et qui operantur in me non pecca-
bunt
31 qui elucidant me vitam aeternam
habebunt
32 haec omnia liber vitae Bar 4,1
testamentum Altissimi et agnitio

6 ~ feci in caelis ACΛMΦm c | 7 in altissimis ΛT c | 8 in[1] *om.* Σ c | et[2] *om.* c. | 11 eius] domini c | 13 habita ACΣm | ede] mitte ΣΛZTSMΦ c | 14 et ante saecula c | 17 in montem ACΛ | 18 et[1] *om.* c | 19 quasi[1]] *praem.* et GCM | 20 aspaltum] balsamum T Φ c | 22 honores GTS.; odoris A. | 24 agnitionis] magnitudinis A | 25 uitae[1]] uiae c. | 27 melle] mel CΣΛc; me Z. | 28 in generationes G c | 32 uitae + et MΦ c |

GA CΣΛZTSMΦ m cr

veritatis
Dt 33,4! Ps 77,51 33 legem mandavit Moses in praecep-
tis iustitiarum
et hereditatem domui Iacob et Isra-
hel promissionis
Ps 88,20.21! 34 posuit David puero suo excitare re-
gem ex ipso fortissimum
Ps 88,5! in throno honoris sedentem in sem-
piternum
35 qui implet quasi Phison sapientiam
et sicut Tigris in diebus novorum
36 qui adimplet quasi Eufrates sensum
Iob 3,15 qui multiplicat quasi Iordanis in
tempore messis
37 qui mittit disciplinam sicut lucem
et adsistens quasi Geon in die vinde-
miae
38 qui perficit primus scire ipsam
et infirmior non investigavit eam
39 a mari enim abundavit cogitatio eius
et consilium illius abysso magna
40 ego sapientia effudi flumina
41 ego quasi tramis aquae inmensae de
fluvio
ego quasi fluvius Doryx
et sicut aquaeductus exivi a para-
diso
42 dixi rigabo meum hortum planta-
tionum
et inebriabo pratus mei fructum
43 et ecce facta est mihi tramis abun-
dans
et fluvius meus propinquavit ad
mare
44 quoniam doctrinam quasi anteluca-
num inlumino omnibus
et enarrabo illam usque in longin-
quo
45 penetrabo inferiores partes terrae
et inspiciam omnes dormientes
et inluminabo sperantes in Deo
46 adhuc doctrinam quasi prophetiam
effundam
et relinquam illam quaerentibus sa-
pientiam
et non desinam in progenies illorum
usque in aevum sanctum
47 videte quoniam non soli mihi labo- 33,18
ravi
sed omnibus exquirentibus verita-
tem
25 in tribus placitum est spiritui meo
quae sunt probata coram Deo et 1,2: Ps 132,1
hominibus
2 concordia fratrum et amor proxi- 40,23
morum
et vir et mulier sibi consentientes
3 tres species odivit anima mea
et adgravor valde animae illorum
4 pauperem superbum et divitem men-
dacem
et senem fatuum et insensatum
5 in iuventute tua non congregasti
et quomodo invenies eam in senec-
tute tua
6 quam speciosum canitiae iudicium Sap 4,8
et presbyteris cognoscere consilium
7 quam speciosa veteranis sapientia
et gloriosis intellectus et consilium
8 corona senum multa peritia Sap 4,9
et gloria illorum timor Dei 1,11! 9,22; 10,25
9 novem insuspicabilia cordis magni-
ficavi
et decimum dicam in lingua homini-
bus
10 homo qui iucundatur in filiis

GA CΣΛZTSMΦ m cr 33 promissiones ΣΛZc | 34 in[1]] et in c | 38 perfecit ΣZT | inuestigabit ACZTSMΦc | 39 abysso GΣZr] abyssus C; ab abysso ΛTSMmc; in abysso AΦ | magno Λ | 41 quasi fluuii c. | dorix AΣZm; dioryx c.; dorax C; dorex S. | a] de ΣΛZSMΦmc | 42 ~ hortum meum Zc | pratus GΛr] prati c.; pratum CZ; partus AΣMΦ; pardus m.; partes T.; partis S. | mei fructus A; meum fructiferum CZ | 43 factus AZMΦc | propinquabit G; adpropinquauit Cmc | 44 usque ad c | longinquum ΣΛZMc | 45 penetrabo + omnes c | inluminabo + omnes ΣΛMΦc | in domino CZΦc | 47 inquirentibus A || **25**, 1 meo + et A | 2 mulier + bene ΛTSMc | 4 et[1] *om.* Λc. | et[2] *om.* c. | 5 in[1]] qui in A; quae in CΣZc | et *om.* CZc | eam Gr] ea ΛZTS; *om. cet.* | ~ in senectute tua inuenies c. | 6 canitie Φ; canitii T.; canitiei c | 7 *tot. v. om.* Σ | sapientiam A | 8 illorum] eorum A | 9 decimam A |

vivens et videns subversionem inimicorum
26,1! 11 beatus qui inhabitat cum muliere sensata
14,1! 19,17! et qui in lingua sua non est lapsus
et qui non servivit indignis se
6,14 12 beatus qui invenit amicum verum
et qui enarrat iustitiam auri audienti
10,27; Prv 3,13 13 quam magnus qui invenit sapientiam et scientiam
sed non est super timentem Deum
23,37; 40,26 14 timor Dei super omnia superposuit
15 beatus cui donatum est habere timorem Dei
qui tenet illum cui adsimilabitur
16 timor Dei initium dilectionis eius
fidei autem initium adglutinandum est ei
17 omnis plaga tristitia cordis est
et omnis malitia nequitia mulieris est
18 et omnem plagam et non plagam videbit cordis
19 et omnem nequitiam et non nequitiam mulieris
20 et omnem obductum et non obductum odientium
21 et omnem vindictam et non vindictam inimicorum
22 non est caput nequius super caput colubri
23 et non est ira super iram inimici
Prv 21,19! commorari leoni et draconi placebit
quam habitare cum muliere nequa
24 nequitia mulieris inmutat faciem eius
et obcaecabit vultum suum tamquam ursus
et quasi saccum ostendit in medio
proximorum eius
25 et audiens suspirabit modicum
26 brevis malitia super malitiam mulieris
sors peccatorum cadat super illam
27 ascensus harenosus in pedibus veterani
sic mulier linguata homini quieto
28 ne respicias in mulieris speciem 9,8; 41,27! Prv 6,25; Mt 5,28
et non concupiscas mulierem in specie
29 mulieris ira et inreverentia et confusio magna
30 mulier si primatum habeat contraria 9,2
est viro suo
31 cor humile et facies tristis
et plaga mortis mulier nequa
32 manus debiles et genua dissoluta
mulier quae non beatificat virum suum
33 a muliere initium factum est peccati I Tim 2,14
et per illam omnes morimur
34 non des aquae tuae exitum nec modicum
nec mulieri nequa veniam prodeundi
35 si non ambulaverit ad manum tuam
et confundet te in conspectu inimicorum
36 a carnibus tuis abscide illam ne semper te abutatur

26 mulieris bonae beatus vir 25,11; Prv 12,4! 18,22!
numerus enim annorum illorum duplex
2 mulier fortis oblectat virum suum
et annos vitae illius in pace implebit
3 pars bona mulier bona 7,21! 36,26! Prv 19,14; 18,22
in parte bona timentium Deum dabitur viro pro factis bonis
4 divitis autem et pauperis cor bonum

10 inimicorum + suorum C𝔠 | 11 habitat ACΣΛZMΦ𝔠 | in *om.* AΛSMΦ𝔠 | 13 timentes GZT | dominum CMΦ𝔠 | 14 omnia + se 𝔠 | 15 beatus + uir Z; + homo 𝔠 | tenet] timet A | 17 est² *om.* AΣΛZMΦ𝔠 | 23 super ira AΛ | inimici] mulieris AΣMΦ𝔠 | nequa GTr] nequam *cet.* | 24 obcaecauit ACΣΛMΦ; obcaecat m𝔠. | ostendet GΣ | 25 et] *praem.* ingemuit uir eius Z𝔠 | suspirauit CΣΛZS𝔠; suspicabit AΦ | 26 breuis G mr. 𝔐] breuis omnis *cet.* | super malitia AΛΦ | super illum AΛM. | 27 sicut ascensus CΣΛZS𝔠 | [*deest* m *usque ad* 28,12] | 31 mortis] cordis 𝔠.𝔊 | nequa Gr] nequam *cet.* | 34 nequa Tr] nequae G.; nequam *cet.* | uenam AMΦ; fiduciam Z. | 35 et *om.* ΣΛZMΦ𝔠 | 36 et a A | abscinde 𝔠.; excide C. ‖ **26,1** illorum] eorum C.; illius 𝔠. | 3 bona³ *om.* 𝔠. | deum] dei G.; dominum A. |

GA CΣΛZTSMΦ (m) 𝔠r

in omni tempore vultus illorum hilaris
25! 5 a tribus timuit cor meum
et in quarto facies mea metuit
6 delatura civitatis et collectio populi
7 et calumniam mendacem
super mortem omnia gravia
8 dolor cordis et luctus mulier zelotypa
9 in muliere infideli flagellum linguae omnibus communicans
10 sicut boum iugum quod movetur
ita et mulierem nequam
qui tenet illam quasi qui adprehendat scorpionem
11 mulier ebriosa ira magna
et contumelia et turpitudo illius non contegetur
12 fornicatio mulieris in extollentia oculorum
et in palpebris illius agnoscetur
7,26; 42,11 13 in filia non avertente se firma custodiam
ne inventa occasione utatur se
14 ab omni inreverentia oculis cave
et ne mireris si te neglexerit
15 sicut viator sitiens ad fontem os aperiet
et ab omni aqua proxima bibet
et contra omnem palum sedebit
et contra omnem sagittam aperiet faretram donec deficiat
36,24; Prv 12,4 16 gratia mulieris sedulae delectabit virum suum
et ossa illius inpinguabit
17 disciplina illius datus Dei
Prv 31,10 18 mulier sensata et tacita non est inmutatio eruditae animae
7,21! 19 gratia super gratiam mulier sancta et pudorata
20 omnis autem ponderatio non est digna continentis animae
21 sicut sol oriens mundo in altissimis Dei
sic mulieris bonae species in ornamentum domus eius
22 lucerna splendens super candelabrum sanctum
et species faciei super aetatem stabilem
23 columnae aureae super bases argenteas
et pedes firmi super plantas stabilis mulieris
24 fundamenta aeterna super petram solidam
et mandata Dei in corde mulieris sanctae
25 in duobus contristatum est cor 23,21
meum 5
et in tertio iracundia mihi advenit
26 vir bellator deficiens per inopiam
et vir sensatus contemptus
27 et qui transgreditur a iustitia ad peccatum Ez 3,20!
Deus paravit eum ad rompheam
28 duae species difficiles et periculosae mihi apparuerunt
difficile exuitur negotians a neglegentia 27,2
et non iustificabitur caupo a peccatis labiae
27 propter inopiam multi deliquerunt
et qui quaerit locupletari avertit oculum suum 11,10!
2 si in medio conpaginis lapidum palus figitur
sic et inter medium venditionis et 26,28
emptionis angustabitur peccatis
3 conteretur delictum

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

6 delatura GΣZTr] delaturam *cet.* | collectio GΣZr] collectionem *cet.* | 7 et *om.* c. | 9 infidelem S.; infidelis Λ.; zelotypa Φc; zelotypa et infideli M. | 10 mulier CΣΛZc | nequa r | apprehendit c | 11 contegitur CΛS; tegetur c | 14 oculi ΣΛZ; oculorum CSc; + eius ΣΛZc | 15 deficiet G | 16 delectauit Λ; delectabitur AZ; delectat Σ | inpinguauit AΛS | 17 datur G.; datum ACZMc; + est Zc | 18 tacita] acuta A | 21 in mundo A; + et G | dei *om.* AS | 24 supra Cc | 28 caupo] caro A | labiae Gr] labii Z; *om.* AΣ; labiorum *cet.* || 27,2 si] sicut ΛZc | angustiabitur ΣΛZSΦc | peccatum CΣΛZc | 3 conteretur + cum delinquente AΛMΦc |

4 si non in timore Domini tenueris
instanter cito subvertetur domus
tua
5 si in pertusura cribri remanebit ster-
cus
sic aporia hominis in cogitatu illius
6 vasa figuli probat fornax
et homines iustos temptatio tribula-
tionis
Mt 12,33.34! 7 sicut rusticatio de ligno ostendit
fructum illius
sic verbum excogitatum hominis cor-
dis
8 ante sermonem non conlaudes virum
haec enim temptatio est hominum
9 si sequaris iustitiam adprehendes
illam
et indues quasi poderem honoris et
inhabitabis cum ea
et proteget te in sempiternum
et in die agnitionis invenies firma-
mentum
13,19 10 volatilia ad sibi similia conveniunt
et veritas ad eos qui operantur illam
revertetur
11 leo venationi insidiatur semper
sic peccata operantibus iniquitates
12 homo sanctus in sapientia manet
sicut sol
nam stultus sicut luna inmutatur
13 in medio insensatorum serva ver-
bum tempori
9,21! 37,15 in medio autem cogitantium adsi-
duus esto
14 narratio peccantium odiosa
et risus illorum delictis peccati
15 loquella multum iurans horripila-
tionem capiti statuet
et inreverentia ipsius obturatio au-
rium
16 effusio sanguinis in rixa superborum 22,30
et maledictio illorum auditus gravis
17 qui denudat arcana amici perdet 22,27
fidem
et non inveniet amicum ad animum
suum
18 dilige proximum et coniungere fide
cum illo
19 quod si denudaveris absconsa illius 22,27
non persequeris post eum
20 sicut enim homo qui perdit amicum
suum
sic qui perdit amicitiam proximi sui
21 et sicut qui dimittit avem de manu
sua
sic reliquisti proximum tuum et non
eum capies
22 non illum sequaris quoniam longe
abest
effugit enim quasi caprea de laqueo
quoniam vulnerata est 23 conligare
et maledicti est concordatio
24 denudare autem amici mysteria de-
speratio est
25 annuens oculo fabricat iniqua et Ps 34,19; Prv 10,10!
nemo eum abiciet
26 in conspectu oculorum tuorum con-
dulcabit os tuum
et super sermones tuos admirabitur
novissime autem pervertet os suum
et in verbis tuis dabit scandalum
27 multa audivi et non coaequavi ei
et Dominus odiet illum
28 qui in altum mittit lapidem super Prv 26,27
caput eius cadet
et plaga dolosi dividet vulnera

GA CΣΛZTSMΦ cr

4 in timorem Σ; timorem CZ | te tenueris Σ; tenueris te ΑΛΜΦc | 5 si] sicut ΣΛZ Tc | pertunsura Z.; pertusi C.; percussura c | stercus] puluis AMΦc | 7 excogitatum G ΣΛ, *cf.* 𝔊] ex cogitatione Z.; ex cogitatu *cet.* | 8 non laudes ACΛTSc | 9 podorem G; pudorem AZT; ponderem Σ | 11 iniquitatem ACZS | 12 mutatur c | 13 sensatorum ΑΣΛSΦ | 14 otiosa GCSM | delictis Gr] delictum C.; ex delictis A; in deliciis c.𝔊; in delictis *cet.* | 15 obripilationem ACSM | statuit GΣΛZ; stabit C.; facit Z | 17 perdit ΣΤΦc | ~ fidem perdit c | 18 fidem GZTS | 20 sic + et c. | 21 dereliquisti c | 22 uulneris CZ. | est + anima eius ΑΣΛSΜΦc | 23 conligare GTr] conligatio CZ.; *praem.* ultra eum non poteris ΑΣΛSΜΦc | 24 est + animae infelicis AMΦc; + animae infidelis Λ. | 26 condulcauit ΑΛS; indulcabit C; indulcauit Σ; conculcauit T. | tuum] suum AC ΛZMΦc | 27 audi M.; odiui CZc𝔊 | 28 super caput eius cadit AT; reuertetur super caput eius C | dolosi GΣZr] dolori C.; dolosa S; dolosa dolosi *cet.* |

Ps 7,16! Prv 26,27 29 et qui foveam fodit in illam decidet
et qui statuit lapidem proximo offendet in eo
et qui laqueum alio peribit in illo
30 facienti nequissimum super ipsum devolvetur
et non agnoscet unde adveniat illi
31 inlusio et inproperium superborum
et vindicta sicut leo insidiabitur illi
Bar 4,31 32 laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum
dolor autem consumet illos antequam moriantur
33 ira et furor utraque execrabilia
et vir peccator continens erit illorum
28 qui vindicari vult a Deo inveniet vindictam
et peccata illius servans servabit
Mt 6,14! 2 relinque proximo tuo nocenti te
et tunc deprecanti tibi peccata solventur
3 homo homini servat iram
et a Deo quaerit medellam
4 et in hominem similem sibi non habet misericordiam
et de peccatis suis deprecatur
5 ipse dum caro sit reservat iram
et propitiationem petit a Deo
quis exorabit pro delictis illius
7,40! 6 memento novissimorum et desine inimicari
7 tabitudo enim et mors inminet in mandatis
8 memorare timorem Dei et non irascaris proximo
9 memorare testamenti Altissimi
et despice ignorantiam proximi

10 abstine te a lite et minues peccata Prv 22,10; 26,20
11 homo enim iracundus incendit litem Prv 15,18! 16,28!
et vir peccator turbabit amicos
et in medium pacem habentium inmittit inimicitiam 15
12 secundum enim ligna silvae sic ignis exardescit
et secundum virtutem hominis iracundia illius erit
et secundum substantiam suam exaltabit iram suam
13 certamen festinatum incendit ignem
et lis festinans effundit sanguinem
et lingua testificans adducit mortem
14 si sufflaveris quasi ignis exardebit
et si expueris super illam extinguetur
utraque ex ore proficiscuntur Iac 3,10
15 susurrio et bilinguis maledictus 5,17! Prv 6,14.19
multos enim turbavit pacem habentes 11
16 lingua tertia multos commovit
et dispersit illos a gente in gentem
17 civitates muratas divitum destruxit
et domos magnatorum effodit
18 virtutes populorum concidit
et gentes fortes dissolvit
19 lingua tertia mulieres viritas eiecit
et privavit illas laboribus suis
20 qui respicit illam non habebit requiem
nec habitabit cum requie
21 flagelli plaga livorem facit
plaga autem linguae comminuet ossa
22 multi ciciderunt in ore gladii
sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam
23 beatus qui tectus est a lingua nequa
qui in iracundia illius non transivit

GA ΣΛZTSMΦ (m) cr

29 illam] eam c | incidet C c | ∼ incidet in eam c | statuet A | offendit AΛTS | laqueum alio GT] laq. alii M c; laq. parat Z; *praem.* parat Σ; + parat S; + tendit C; + ponit AΛ MΦ cr | 30 nequissimum + consilium ΛSMΦ c | 33 execrabilia + sunt c || 28,1 a domino c | 3 reseruat MΦ c | 4 et in GZSr] in *cet.* | in homine simile A | 5 dum] cum Z c | seruat AΣ | 7 inminent Σ c; permanet C | mandatis + eius c | 9 testamentum c | 11 in medium GZTr] in medio *cet.* | inmittet AΣZMΦ c | 12 hominis GACr𝔊] + sic *cet.* | [*adest* m *usque ad* 31,25] | 13 incendet GAΦ | effudit GΣ; effundet ACMΦ | adducet GAΣMΦ | 14 quasi] scintillam CZ.; in scintilla A.; *praem.* in scintillam c. | ignis *om.* A. | extinguetur + et A | 15 susurro c | turbabit ACΛSMΦ c | 16 a] de c | 19 uiratas ΣΛZT c; ueritas AC | eiciet AM | illas GΣZ cr] illis de S.; illas de *cet.* | 20 habitauit cum requie A.; habitabit cum pace Z.; habebit amicum in quo requiescat ΛSMΦ c | 22 sic quasi] sic A.; sicut CZ. | 23 nequa GATr] nequam *cet.* | in iracundiam ΣΛM c |

et qui non adtraxit iugum eius
et in vinculis illius non est ligatus
24 iugum enim illius iugum ferreum est
et vinculum illius vinculum aereum est
25 mors illius mors nequissima
et utilis potius inferus quam illa
26 perseverantia illius non permanebit
sed obtinebit vias iniustorum
et in flamma sua non conburet iustos
27 qui derelinquunt Deum incident in illam
et exardebit in illis et non extinguetur
et inmittetur in illos quasi leo
et quasi pardus laedebit illos
28 sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam
et ori tuo facito ostia et seras
29 aurum tuum et argentum confla
et verbis tuis facito stateram
et frenos ori tuo rectos
14,1! 30 et adtende ne forte labaris in lingua
23,3! et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi
et sit casus tuus insanabilis in mortem

29 DE FENORE

Prv 19,17 Qui facit misericordiam fenerat proximum
et qui praevalet manu mandata servat
Dt 15,8! 2 fenera proximum tibi in tempore necessitatis illius
et iterum redde proximo in tempore suo
3 confirma verbum et fideliter age cum illo
et in omni tempore invenies quod tibi necessarium est
4 multi quasi inventionem aestimaverunt fenus 7
et praestiterunt molestiam his qui se adiuvaverunt
5 donec accipiant osculantur manum dantis
et in promissionibus humiliant vocem suam
6 et in tempore redditionis postulabit tempus
et loquetur verba acediae et murmurationum et tempus causabitur
7 si autem potuerit reddere aversatus
solide vix reddet dimidium
et conputabit illud quasi inventionem 4
8 sin autem fraudavit illum pecunia sua
et possidebit illum inimicum gratis
9 et convicia et maledicta reddet illi
et pro honore et beneficio reddet illi contumeliam
10 multi non causa nequitiae non feneraverunt
sed fraudari gratis timuerunt
11 verumtamen super humilem animo fortior esto
et pro elemosyna non trahas illum
12 propter mandatum adsume pauperem
et propter inopiam eius ne dimittas illum vacuum 7,23; Dt 15,13
13 perde pecuniam pro fratre et amico
et non abscondas illam sub lapide in perditionem
14 pone thesaurum tuum in praeceptis

23 eius] illius c. | illius²] eius c | 25 infernus c | 27 relinquunt ΣΛΜΦc; relinquent Z. | incidunt GΣΛ; incedunt T. | laedet ΛSMc; laedit AΣm; deuorabit Z. | 28 ~ linguam nequam noli audire c. | seras + auribus tuis AΛZSMΦ | 29 argentum + tuum ACΣZmc | 30 laberis ACΣΛΦm | lingua + tua AC || **29,1** de fenore *om.* mc | feneratur AZMΦc | proximo ACΣΛSMΦc; + suo MΦc | qui²] cui A | 2 fenerare AMΦmc | proximo ACΣΛSMΦc | tibi] tuo c; *om.* ACΛm. | 4 adiuuerunt ΣZc | 5 manus AΛSMΦc; manu Z. | 6 postulauit AC | acediae] taedii AMΦc | murmurationem GA. | 7 auersatus GTSMr] aduersatus A; auersatur CΛΦ; aduersatur ΣZm; aduersabitur c | solidae CS; solidi Φc | reddit GTm | conputauit ACΣΛS | 8 fraudauit ACΛmr𝔊] fraudabit *cet.* | 9 et¹ *om.* A | 10 fenerati sunt AMΦc | fraudati GS.; fraudare C. | 11 humile AΛ | non trahas] contrahas A.; non protrahas CZm | 12 illum] eum ACZΦc | 13 pro fratre et amico Gr.] propter fratrem et amicum (+ tuum c.) *cet.* | in perditione ACZm; *om.* M. |

GA
CΣΛZTSMΦ
m cr

Altissimi
et proderit tibi magis quam aurum
[15]conclude elemosynam in corde pauperis
3,33; Tb 12,9! et haec pro te exorabit ab omni malo
[18]super scutum potentis et super lanceam
adversus inimicum tuum pugnabit
[19]vir bonus fidem facit proximo suo
et qui perdiderit confusionem derelinquet sibi
[20]gratiam fideiussoris ne obliviscaris
dedit enim pro te animam suam
[21]repromissorem fugit peccator et inmundus
[22]bona repromissoris sibi adscribit peccator
et ingratus sensu derelinquet liberantem se
[23]vir repromittit de proximo suo
et cum perdiderit reverentiam relinquetur ab eo
Prv 6,1.2! [24]repromissio nequissima multos per-
11,15 didit dirigentes
et commovit illos quasi fluctus maris
[25]viros potentes gyrans migrare fecit
et vagati sunt in gentibus alienis
[26]peccator transgrediens mandata Domini
incidet in promissionem nequa
et qui conatur multa agere incidet in iudicium
[27]recupera proximum secundum virtutem tuam
et adtende tibi ne incidas
39,31 [28]initium vitae aqua et panis et vestimentum
et domus protegens turpitudinem
[29]melior victus pauperis sub tegimen asserum
quam epulae splendidae in peregre 40,30
sine domicilio
[30]super minimum et magnum placeat tibi
et inproperium peregrinationis non audies
[31]vita nequa hospitandi de domo in domum
et ubi hospitabitur non fiducialiter aget nec aperiet os
[32]hospitabit et pascet et potabit ingratos
et ad haec amara audiet
[33]transi hospes et orna mensam
et quae in manu habes ciba ceteros
[34]exi a facie honoris amicorum meorum
necessitudine domus meae hospitio mihi factus est frater
[35]gravia haec homini habenti sensum
correptio domus et inproperium feneratoris

30 DE FILIIS

Qui diligit filium suum adsiduat illi Prv 13,24! 29,17
flagella
ut laetetur in novissimo suo
[2]qui docet filium suum laudabitur in Prv 10,1! 23,24
illo
et in medio domesticorum in illo gloriabitur
[3]qui docet filium suum in zelum mittit inimicum
et in medio amicorum gloriabitur in illo
[4]mortuus est pater illius et quasi non est mortuus

GA CΣΛZTSMΦ m cr

18 *ad hunc versum numeros* 16.17.18 *adponit* c | super] *praem.* [16]elemosyna uiri quasi sacculum cum ipso et gratiam hominis quasi pupillam conseruabit [17]et postea resurget (resurgit S.) et retribuet illis retributionem unicuique in caput illorum SMΦ, *ex* 17,18.19 | pugnauit AΛm | 19 pro proximo Φ c | 23 derelinquetur S c | 26 mandatum c | in promissione GΛT; in repromissionem Z. | nequa G r] nequam *cet.* | 28 uitae + hominum ΛSM; + hominis Φm c | 29 melius CΣm; + est ACΛSMΦ c | tegimen GΛTS r] tegimine C; tegmine *cet.* | 30 super—magnum] minimum pro magno ΛSΦ c | 31 nequa GTm r] nequam *cet.* | 32 hospitabitur CΣZM c | 34 necessitudinem M; necessitudo AT.; necessaria est m || 30,1 de filiis] de disciplina filiorum AΛSMΦ; *om.* c | suo GT r] illius Cm; suo et non palpet proximorum ostia (~ ost. prox. Z.) *cet.* | 4 illius] eius ΣZ c |

similem enim reliquit sibi post se
5 in vita ipsius vidit et laetatus est in
illo
in obitu illius non est contristatus
nec confusus est coram inimicis
6 reliquit enim defensorem domus
et amicis reddentem gratiam
7 pro animabus filiorum conligabit
vulnera sua
et super omnem vocem turbabuntur
viscera eius
8 equus indomitus evadit durus
et filius remissus evadit praeceps
9 lacta filium et paventem te faciet
lude cum eo et contristabit te
10 non conrideas illi ne doleas
et in novissimo obstupescent dentes
tui
11 non des illi potestatem in iuventute
et ne despicias cogitatus illius
7,25! 12 curva cervicem eius in iuventute
et tunde latera illius dum infans est
ne forte induret et non credat tibi
et erit tibi dolor animae
Prv 19,18! 13 doce filium tuum et operare in illum
ne in turpitudinem illius offendas
14 melior est pauper sanus et fortis viribus
quam dives inbecillis et flagellatus
malitia
15 salus animae in sanctitate iustitiae
et melior omni auro et argento
et corpus validum quam census inmensus
16 non est census super censum salutis
corporis
et non est oblectatio super cordis
gaudium
40,29; 41,3 17 melior est mors quam vita amara
et requies aeterna quam languor perseverans
18 bona absconsa in ore cluso
quasi adpositiones epularum circumpositae sepulchro
19 quid proderit libatio idolo
nec enim manducat nec odorabitur Dn 14,6
20 sic qui effugatur a Domino et portans mercedes iniquitatis
21 videns oculis et ingemescens sicut
spado conplectens virginem et suspirans
22 tristitiam non des animae tuae 38,21
et non adfligas temet ipsum in consilio tuo
23 iucunditas cordis haec est vita hominis Prv 17,22!
et thesaurus sine defectione sanctitatis
et exultatio viri est longevitas
24 miserere animae tuae placens Deo
et contine et congrega cor tuum in
sanctitate eius
et tristitiam longe expelle a te
25 multos enim occidit tristitia 38,19!
et non est utilitas in illa
26 zelus et iracundia minuit dies
et ante tempus senectam adducit
cogitatus
27 splendidum cor bonum in epulis
epulae enim illius diligenter fiunt
31 vigilia honestatis tabefacit carnes
et cogitatus illius auferet somnum
2 cogitatus praesentiae avertit sensum
et infirmitas gravis sobriam facit animam
3 laboravit dives in congregatione substantiae 11,18.19!
et in requie sua replebitur bonorum
suorum
4 laboravit pauper in diminutione vic-

4 relinquit A | 5 ipsius GCZTSmr] sua *cet.* | illo + et ACZr | illius] suo ΣΛSΦc | 6 domus GAΣr] contra inimicos Z.; domus contra inimicos *cet.* | 7 conligauit AΛZ | 8 euadet[1] ΣZ | euadet[2] AΣZΦc | 9 contristauit AΛ; conturbabit Σ | 10 ne] nec AMΦ | nouissimo + non A | 12 illius] eius CΣΛZSmc | 13 in illo CΛSc | 15 et melior] melior est c. | 16 oblectamentum c | 18 abscondita ACMΦc | 19 manducabit c | 20 et *om.* c. | 22 adfliges GT. | 24 et[2] *om.* c. | repelle c | 26 minuit GTr.] minuunt c; inminuunt CZ.; inuenient m; minuent *cet.* | adducet AΣTMΦc | 27 cor + et c. | epulis + est c. || 31,1 tabefaciat M.; tabefaciet AΦc | aufert CΛZS | 2 praescientiae CΛSc | 3 bonis suis AMΦc | 4 in diminutionem AM. |

GA CΣΛZTSMΦ m cr

tus
et in fine inops fit
5 qui aurum diligit non iustificabitur
et qui insequitur consumptionem replebitur ex ea
8,3 6 multi dati sunt in auri casus
et facta est in facie ipsius perditio illorum
7 lignum offensionis est aurum sacrificantium
vae illis qui sectantur illud
et omnis inprudens deperiet in illo
8 beatus dives qui inventus est sine macula
Ps 61,11 et qui post aurum non abiit
nec speravit in pecunia et thesauris
9 quis est hic et laudabimus eum
fecit enim mirabilia in vita sua
10 quis probatus est in illo et perfectus est
et erit illi in gloria aeterna
qui potuit transgredi et non est transgressus
et facere mala et non fecit
11 ideo stabilita sunt bona illius in Deo
39,14! et elemosynas illius enarrabit ecclesia sanctorum
12 DE CONTINENTIA
Prv 23,1 Supra mensam magnam sedisti
non aperias super illam faucem tuam prior
13 non dicas simulata sunt quae super illa sunt
14,8 14 memento quoniam malum oculus nequa
15 nequius oculo quid creatum est
ideo ab omni facie sua lacrimabitur cum viderit
16 ne extendas manum tuam prior
et invidia contaminatus obrubescas
17 nec conprimaris in convivio
18 intellege proximi tui ex te ipso Tb 4,16!
19 utere quasi homo frugi quae tibi adponuntur Prv 23,1
et non cum manducas multum odio habearis
20 cessa prior causa disciplinae
et noli nimius esse ne forte offendas 37,32
21 et si in medio multorum sedisti
prior illis non extendas manum tuam
nec prior poscas bibere
22 quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum
et in dormiendo non laborabis ab illo
et non senties dolorem
23 vigilia et cholera et tortura viro infrunito 37,33
24 somnus sanitatis in homine parco
dormiet usque in mane et anima illius cum ipso delectabitur
25 et si coactus fueris in edendo multum
surge e medio et vome et refrigerabit te
et non adduces corpori tuo infirmitates
26 audi me fili et ne spernas me
et in novissimo invenies mea verba
27 in omnibus operibus tuis esto velox Prv 22,29
et omnis infirmitas non occurret tibi
28 splendidum in panibus benedicent labia multorum Prv 22,9!
et testimonium veritatis illius fidele
29 in nequissimo pane murmurabit civitas
et testimonium nequitiae illius verum est

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

6 facie] specie AΛSMΦ c | 8 pecunia et] pecunia m; pecuniae GS | 10 quis] qui c | et^{2} *om.* c. | in^{2} *om.* CM c | et^{4} *om.* c. | malum GZ. | 11 in deum Z; in domino MΦ c | elemosynam ΛZ; elemosyna A | enarrabit + omnis c | 12 de continentia *om.* c | super] supra GT | 13 simulata] si multa ZTMΦ; sic multa c., *cf.* 𝔊; *om.* Σ. | illam ACZTMΦ m c | 14 malus ACΣMΦ c; + est c | nequa Gr] nequam *cet.* | 16 erubescas ACΛSMΦ c | 17 nec] ne CΣΛS c | in *om.* A | 18 proximum tuum Z; quae sunt proximi sui CΛ c | 19 frugiis A.; fruges S; frui ΣZ; fuge T.; fragilis C.; + his ΛSMΦ c | adponentur GT | et non] ne c. | 21 non] ne CΛ c | 23 et^{1} *om.* c. | 24 sanitas AΣS | in^{2} *om.* S c | 25 [*deest* m *usque ad* 40,19] | et euome Z; euome C c | infirmitatem ΣΛZMΦ c | 26 ~ uerba mea CΣΛ c | 29 ~ nequissimo in c |

30 diligentes in vino noli provocare
multos enim exterminavit vinum
31 ignis probat ferrum durum
sic vinum corda superborum arguet
in ebrietate potatum
36.37 32 aequavit in vita vinum hominibus
si bibas illud moderate eris sobrius
33 quae est vita quae minuitur vino
34 quid defraudat vitam mors
40,20: Ps 103,15! III Esr 3,20 35 vinum in iucunditate creatum est
non in ebrietate ab initio
36,37: 32 36 exultatio animae et cordis vinum
moderate potatum
37 sanitas est et corpori et animae
38 vinum multum potatum inritatio-
nem et iram et ruinas multas facit
39 amaritudo animae vinum multum
potatum
40 ebrietatis animositas inprudentis of-
fensio
minorans virtutem et faciens vulnera
41 in convivio vini non arguas proxi-
mum
et non despicias eum in iucunditate
illius
42 verba inproperii non dicas illi
et non premas illum in repetendo
32 rectorem te posuerunt noli extolli
esto in illis quasi unus ex ipsis
2 curam illorum habe et sic conside
et omni cura tua explicita recumbe
3 ut laeteris propter illos
et ornamentum gratiae accipias co-
ronam
et dignationem consequaris conro-
gationis
4 loquere maior natu decet enim te
5 primum verbum diligenti scientiam
et non inpedias musica
6 ubi auditus est non effundas sermo-
nem
et inportune noli extolli in sapientia
tua
7 gemmula carbunculi in ornamento
auri
et conparatio musicorum in convi- 49,2; Is 5,12: Am 6,5.6
vio vini
8 sicut in fabricatione auri signum est
zmaragdi
sic numerus musicorum in iucundo
et moderato vino
9 audi tacens et pro reverentia accedet 14
tibi bona gratia
10 adulescens loquere in tua causa vix
11 si bis interrogatus fueris habeat ca-
put responsum tuum
12 in multis esto quasi inscius
et audi tacens simul et quaerens
13 in medio magnatorum non praesu- 7,15
mas
et ubi sunt senes non multum loqua-
ris
14 ante grandinem praeibit coruscatio
et pro reverentia accedet tibi bona 9
gratia
15 et hora surgendi non te trices
praecurre autem prior in domum
tuam et illic avocare
et illic lude 16 et age conceptiones
tuas
et non in delictis et verbo superbo
17 et super his omnibus benedicito Do-
minum qui fecit te
et inebriantem te ab omnibus bonis
suis
18 qui timet Deum excipiet doctrinam
eius
et qui vigilaverint ad illum invenient
benedictionem
19 qui quaerit legem replebitur ab ea
et qui insidiose agit scandalizabitur
in ea

32 aequabit G; aequale Z.; aequa CΛSMΦ c | in *om.* CΛSMΦ c | uinum *om.* M.; ~ hominibus uinum Φ c; + in sobrietate MΦ c | 33 ~ uita est c. | quae[2]] ei qui c. | 34 qui GZT | uita AMΦ | 35 in iucunditatem A c | est + et c | in ebrietatem AZS c | 37 et[1] *om.* GA c | ~ animae et corpori c; + sobrius potus AMΦ c ‖ 32,2 explicata AΣMΦ | 3 et[1]] ut AZTMΦ | 5 scientia Λ c | musicam CΦ c | 6 non est non AΛSMΦ c | 7 in ornamentum AC.; in ornamenta M. | 9 reuerenti GT. | accedit ΛZT; accidet MΦ; accidit A. | 14 coruscatio + et ante uerecundiam praeibit gratia AΛSMΦ c | accedit ZTΦ; accidet ΛM; accidit A | 18 deum] dominum ΛS c | ad illam GΣΛ | 19 in] ab A |

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

20 qui timent Dominum invenient iudicium iustum
Ps 36,6! et iustitias quasi lucem accendent
21 peccator homo devitabit correptionem
et secundum voluntatem suam inveniet conparationem
22 vir consilii non disperiet intellegentia
alienus et superbus non pertimescit timorem
23 etiam postquam fecit cum eo sine consilio
et suis insectationibus arguetur
37,20! 24 fili sine consilio nihil facias
et post factum non paeniteberis
Prv 22,5 25 in via ruinae non eas
et non offendes in lapides
ne credas te viae laboriosae
ne ponas animae tuae scandalum
33,20 26 et a filiis tuis cave et a domesticis tuis adtende
27 in omni opere crede ex fide animae tuae
haec est enim conservatio mandatorum
28 qui credit Deo adtendit mandatis
et qui confident in illo non minorabuntur
Ps 90,10; Is 54,14 **33** timenti Dominum non occurrent mala
Est 10,9; Sap 16,8; Mt 6,13! Lc 11,4! sed in temptatione Deus illum conservat et liberabit a malis
2 sapiens non odit mandata et iustitias
et non inludetur quasi in procella navis
3 homo sensatus credit legi Dei
et lex illi fidelis
4 qui interrogationem manifestat parabit verbum
et sic deprecatus exaudietur
et conservabit disciplinam et tunc respondebit
5 praecordia fatui quasi rota carri
et quasi axis versatilis cogitatus illius
6 equus admissarius sicut amicus subsannator
sub omni suprasedenti hinnit
7 quare dies diem superat
et iterum lux lucem et annus annum a sole
8 a Domini scientia separati sunt
facto sole et praeceptum custodiente
9 et inmutavit tempora et dies festos ipsorum
et in illis dies festos celebraverunt ad horam
10 ex ipsis exaltavit et magnificavit Deus
et ex ipsis posuit in numerum dierum
et homines omnes de solo et ex terra 17,1!
unde creatus est Adam
11 in multitudine disciplinae Domini separavit eos
et inmutavit vias eorum
12 et ex ipsis benedixit et exaltavit
et ex ipsis sanctificavit et ad se adplicavit
et ex ipsis maledixit et humiliavit
et convertit illos a separatione ipsorum
13 quasi lutum figuli in manus ipsius Sap 15,7!
plasmare illud et disponere 13,14: Is 64,8!
14 omnes viae eius secundum dispositionem eius

GA CΣΛZTSMΦ cr

20 timet A | deum AZTMΦ | lucem GTr] legem Σ; lumen *cet.* | 21 deuitauit Λ; uitabit AMΦc | 22 disperiet ΣTr] disperiat G.; dispariet Z.; disperdet *cet.* | intellegentiam ΣΛSMΦc | pertimescet Zc | 24 paenitebis Zc | 25 offendas AΣΛΦ | nec credas AMΦc; nec reddas T | 27 opere + tuo c | hoc c. | 28 confident GΣTr] confidunt CΛZS; confidet AΦ.; confidit Mc | minorabitur AMΦc || **33**,1 domino Z.; deum ASMΦ | conseruabit ΛSc | liberauit AΛ | 2 inludetur GΣSr] inluditur T.; inlidetur *cet.* | 4 parauit AΛ | conseruauit A | 6 emissarius Σc | sicut] sic et Σc | 8 custodientem AS | 10 exaltabit AT; exultauit Z. | dierum + et annos A | ~ omnes homines Sc | 11 in multitudinem GAΛZTΦ | dominus c𝔊; adimpletus scientia dominus CZ; *om.* T. | 12 et[1] *om.* CΛTSMΦc | exaltabit A; exultauit Z. | ipsis[2]] his ATSMΦ | et[5] *om.* AMΦ | 13 in manu AZc | ipsius] illius A |

sic homo in manu illius qui se fecit
reddet illis secundum iudicium suum
15 contra malum bonum est et contra mortem vita
sic et contra virum iustum peccator
et sic intuere in omnia opera Altissimi
42,25 duo duo unum contra unum
16 et ego novissimus vigilavi
et quasi qui colligit acinos post vindemiatores
17 in benedictione Dei et ipse speravi
et quasi qui vindemiat replevi torcular
24,47 18 respicite quoniam non soli mihi laboravi
sed omnibus exquirentibus disciplinam
19 audite me magnati et omnes populi
et rectores ecclesiae auribus percipite
32,26 20 filio et mulieri fratri et amico
non des potestatem super te in vita tua
non dederis alio possessionem tuam
ne forte paeniteat te et depreceris pro illis
21 dum adhuc superes et adspiras
non inmutabit te omnis caro
22 melius est enim ut filii tui te rogent
quam te respicere in manus filiorum tuorum
23 in omnibus operibus tuis praecellens esto
24 ne dederis maculam in gloriam tuam
in die consummationis dierum vitae tuae
et in tempore exitus tui distribue hereditatem tuam

25 cibaria et virga et onus asino Prv 26,31
panis et disciplina et opus servo
26 operatur in disciplina et quaerit requiescere
laxa manus illi et quaerit libertatem
27 iugum et lorum curvant collum durum
et servum inclinant operationes adsiduae
28 servo malivolo tortura et conpedes
mitte illum in operatione ne vacet
29 multam enim malitiam docuit otiositas
30 in opera constitue eum sic enim condecet illi
quod si non obaudierit grava illum conpedibus
et non amplifices super omnem carnem
verum sine iudicio nihil facias grave
31 si est tibi servus sit tibi quasi anima tua
quasi fratrem sic eum tracta
quoniam in sanguine animae parasti eum
32 si laeseris illum iniuste 33 et extollens discesserit quem quaeres
et in qua via quaeras illum nescis
34 vana spes et mendacium insensato viro
et somnia extollunt inprudentes
2 quasi qui adprehendit umbram et persequitur ventum
sic et qui adtendit ad visa mendacia
3 hoc secundum hoc visio somniorum
ante faciem hominis similitudo hominis
4 ab inmundo quid mundabitur
et a mendace quid verum dicetur

14 reddit T.; redde A; et reddet c | illi CΣΛZTMΦc | 15 contra uitam mors A | duo et duo et c.; duo duobus Z; de duobus A. | 16 euigilaui c | 18 solum mihi C; mihi soli AMΦc | 19 magnates c. | 20 tua + et AMΦc | alii c; aliis AMΦ; illis S.; alieno Z. | 21 superes et] superesset A.; superesset set Σ.; superes Z | 24 in gloria tua ZTSc | 28 in operationem ΣZc | 29 *tot. v. om.* G. | multa enim malitia AZ | 30 illi] illum Cc | obоedierit Λ.; audierit A | graua] curua AΦc | 31 seruus + fidelis ΛSc; + bonus CZ | parasti GΣZ] conparasti *cet.* | eum[2]] illum Σc | 32 illum] eum ΣZTc; *om.* Λ. | iniuste GΣZr𝔊] + in fugam (fuga S.) conuertetur (conuertitur AΦ; uertetur CT) *cet.* | 33 et[1] *om.* ΣT; + si CSc | quaeres GΣr𝔊] quaeras c; quaeris *cet.* || **34,1** ~ uiro insensato ΛSc | 3 similitudo + alterius ATΦ |

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

Ier 14,14! 5 divinatio erroris et auguria mendacia
et somnia malefacientium vanitas est
6 et sicut parturientis cor tuum fantasiam patitur
nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio
ne dederis in illis cor tuum
7 multos enim errare fecerunt somnia
et exciderunt sperantes in illis
8 sine mendacio consummabitur verbum
et sapientia in ore fidelis conplanabitur
9 qui non temptatus est quid scit
vir in multis expertus cogitavit multa
et qui multa didicit enarrabit intellectum
10 qui non est expertus pauca recognoscit
qui autem in multis factus est multiplicabit malitiam
12 multa vidi errando et plurimas verborum consuetudines
13 aliquotiens usque ad mortem periclitatus sum horum causa
et liberatus sum gratia Dei
14 spiritus timentium Deum quaeretur
et in respectu illius benedicentur
15 spes enim illorum in salvantem illos
19! et oculi Dei in diligentes se
Ps 111,7; Prv 28,1 16 qui timet Dominum nihil trepidabit
et non pavebit quoniam ipse est spes eius
17 timentis Dominum beata est anima eius
18 ad quem respicit et quis est fortitudo eius
19 oculi Domini super timentes eum 15; 15,20!
protector potentiae firmamentum virtutis
tegimen ardoris et umbraculum meridiani
20 et precatio offensionis et adiutorium casus
exaltans animam et inluminans oculos I Esr 9,8!
dans sanitatem vitam et benedictionem
21 immolans ex iniquo oblatio est maculata Prv 15,8; 21,27
et non sunt beneplacitae subsannationes iniustorum
22 Dominus solus sustinentibus se in via veritatis et iustitiae
23 dona iniquorum non probat Altissimus in oblationibus iniquorum 35,14! Prv 15,8; 21,27
nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis
24 qui offert sacrificium ex substantia pauperum
quasi qui victimat filium in conspectu patris sui IV Rg 3,27!
25 panis egentium vita pauperis est
qui defraudat illum homo sanguinis
26 qui aufert in sudore panem
quasi qui occidit proximum suum
27 qui effundit sanguinem et qui fraudem facit mercedem mercennario Dt 24,14!
28 unus aedificans et unus destruens
quid prodest illis nisi labor
29 unus orans et unus maledicens
cuius vocem exaudiet Deus
30 qui baptizatur a mortuo et iterum

GA CΣΛZTSMΦ cr 5 uanitas] diuinitas GΣ | 6 fantasias CΛM; phantasias SΦc | 8 uerbum + legis CZc | 9 cogitabit GCΣSMΦc; cognouit Z. | enarrauit AΛT; + in GT. | 10 multiplicauit AΣΛ; multiplicat c. | malitiam + 11 qui temptatus non est qualia scit (accidit A) et (*om.* c) qui inplanatus (inplantatus Φ) est abundabit (abundauit AΦ) nequitia AΦc | 12 errando GC ZTcr, *cf.* 𝔊] narrando Σ; enarrando *cet.* | uerborum] superborum A | 14 quaeritur CΛ ZTSΦc | benedicetur MΦc | 16 trepidauit ACΛ | 17 eius *om.* ACΛZTSM | 18 quis] qui AΛMΦ | 20 et precatio] deprecatio ΣΛMΦc; deprecationis Z. | offensio Z. | sanitatem + et MΦc | ~ uitam dans sanitatem A | 21 immolantis c | 23 altissimus GTr𝔊] + nec adest CZ; + nec respicit *cet.* | in oblationes c | 25 pauperum Cc | sanguinis] *praem.* est Z; + est ACΛTSc | 27 mercedem GCZTr] mercede Σ.; *om. cet.* | mercennario + fratres sunt AΛTSMΦc |

tangit illum
quid proficit lavatione illius
Is 58,3; II Pt 2,20 31 sic homo qui ieiunat in peccatis suis
et iterum eadem faciens
quid proficit humiliando se orationem illius quis exaudiet
35 qui conservat legem multiplicat orationem
Ps 50,19 2 sacrificium salutare adtendere mandatis
et discedere ab omni iniquitate
3 et deprecatio recedere ab iniustitia
Ex 23,15; Dt 16,16 6 non apparebis ante conspectum Dei vacuus
7 haec enim omnia propter mandatum Domini fiunt
8 oblatio iusti inpinguat altare
et odor suavitatis est in conspectu Altissimi
Act 10,4 9 sacrificium iusti acceptum est
IV Esr 12,47 et memoriam eius non obliviscetur Dominus
Prv 3,9! 10 bono animo gloriam redde Deo
et non minuas primitias manuum tuarum
Rm 12,8; II Cor 9,7! 11 in omni dato hilarem fac vultum tuum
et in exultatione sanctifica decimas tuas
12 da Altissimo secundum datum eius
et in bono oculo ad inventionem fac manuum tuarum
13 quoniam Dominus retribuens est
et septies tantum reddet tibi
14 noli offerre munera prava 34,23! Lv 22,20
non enim suscipiet illa
15 et noli inspicere sacrificium iniustum
quoniam Dominus iudex est 15.16: II Par 19,7!
et non est apud illum gloria personae
16 non accipiet Dominus personam in pauperem
et precationem laesi exaudiet 4,6!
17 non despiciet preces pupilli Ps 145,9!
nec viduam si effundat loquellam gemitus
18 nonne lacrima ad maxillam descendit Lam 1,2
et exclamatio 19 a maxilla ascendit
et Dominus exauditor delectans in illis
20 qui adorat Deum in oblectatione suscipietur
et precatio illius usque ad nubes propinquabit
21 oratio humiliantis se nubes penetrabit 21,6
et donec propinquet non conrogabitur
et non discedet donec aspiciat Altissimus
22 et Dominus non longinquabit sed iudicabit iustos et faciet iudicium
et Fortissimus non habebit in illis patientiam

GA CΣΛZTSMΦ cr

30 illum] eum AMΦ c | lauatio ACΣΛTMΦ c | 31 quis audiet GΣ || 35,1 legem] uerbum AΦ | orationem] oblationem c.; oblationes Z. 𝔊 | 2 salutare + est CZT c | 3 et GCZ r] *praem.* et propitiationem (propitiatio Λ) uitare (litare ΣΛ c; salutare AΦ) sacrificii (sacrificium Λ; sacrificiis SMΦ) super iniustitias (sup. iniust. *om.* Σ) AΣΛSMΦ c; *eadem praebet* T. *v.* 2 *post* mandatis | deprecatio + pro peccatis ΛSMΦ c | iniustitia G r] + 4 (+ et T.) retribuet (retribuit AΛ; tribuit CZ.) gratiam qui offert (offeret ΛT.) similaginem (retrib. — sim. *om.* Σ) et qui facit misericordiam offert (offeret ΛT.) sacrificium (+ laudis T.) 5 beneplacitum est domino recedere ab iniquitate (benepl. — iniqu. *om.* CZ; iniqu. + et deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia c) CΛZSMΦ c; *eadem hab.* AΣ *ante* et deprecatio, *et* T. *v.* 2 *ante* et discedere | 6 dei] domini ΣΛ c | 7 domini] dei MΦ c | 12 facito ΣΛSΦ c | 13 tanto AMΦ | 16 et deprecationem c | 18 lacrima GT r] lacrimas C.; lacrimae uiduae *cet.* 𝔊 | maxillam — 19 a *om.* C. | descendit GT r] descendet S.; descendent Z; descendunt *cet.* | exclamatio GT r] + eius Z.; + eius super deducentem (educentem ΣΛ) eas *cet.* 𝔊 | 19 maxilla + enim AΛMΦ c | ascendit GΣT r] ascendet Z.; ascendent C.: ascendunt usque ad caelum (caelos S) *cet.* | delectans GCΣTS r] non (*om.* ΛMΦ) delectabitur *cet.* | 20 et deprecatio c; et oratio S | propinquauit AΛ; perueniet Z. | 21 penetrauit AΛ | conrogabitur GCTS r] rogabitur M.; conroborabitur Σ; consolabitur AΛΦ c; detenebitur Z. | ~ altissimus aspiciat c | 22 longinquauit CΣ.; elongabit ΛMΦ c; elongauit A; retardabit Z. ||

ut contribulet dorsum ipsorum 23 et
Dt 32,43! gentibus reddet vindictam
Ps 30,24! donec tollat plenitudinem superborum
et sceptra iniquorum contribulet
Ps 27,4! 24 donec reddat hominibus secundum actus suos
et secundum opera Adae et secundum praesumptionem illius
25 donec iudicet iudicium plebis suae
et oblectabit iustos misericordia sua
26 speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis
Prv 16,15; Os 6,3! quasi nubes pluviae in tempore siccitatis
36 miserere nostri Deus omnium et respice nos
et ostende nobis lucem miserationum tuarum
2 et inmitte timorem tuum super gentes quae non exquisierunt te
5! 13; Tb 13,4! et cognoscant quia non est Deus nisi
10 tu ut enarrent magnalia tua
Ps 78,6! Ier 10,25 3 adleva manum tuam super gentes alienas ut videant potentiam tuam
Ez 20,41! 4 sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis
sic in conspectu nostro magnificaberis in illis
5 ut cognoscant te sicut et nos agnovimus
2! Is 45,5! 46,9! quoniam non est Deus praeter te Domine
6 innova signa et inmuta mirabilia
7—9: Ex 15,6.7 7 glorifica manum et brachium dextrum
8 excita furorem et effunde iram
9 extolle adversarium et adflige inimicum
Is 5,19 10 festina tempus et memento finis
2.13 ut enarrent mirabilia tua
11 in ira flammae devoretur qui salvatur
et qui pessimant plebem tuam inveniant perditionem
12 contere caput principum inimicorum Ps 67,22!
dicentium non est alius praeter nos
13 congrega omnes tribus Iacob
et cognoscant quia non est Deus nisi tu 2! Tb 13,4!
ut enarrent magnalia tua 10
et hereditabis eos sicut ab initio
14 miserere plebi tuae super quam invocatum est nomen tuum
et Israhel quem coaequasti primogenito tuo Ex 4,22; Ier 2,3
15 miserere civitati sanctificationis tuae Ps 101,14
Hierusalem civitati requiei tuae
16 reple Sion inenarrabilibus verbis tuis
et gloria tua populum tuum
17 da testimonium quia ab initio creaturae tuae sunt
et suscita precationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetae priores
18 da mercedem sustinentibus te
ut prophetae tui fideles inveniantur
et exaudi orationes servorum tuorum
19 secundum benedictionem Aaron de populo tuo
et dirige nos in via iustitiae
et sciant omnes qui inhabitant terram I Sm 17,46!
quia tu es Deus conspector saeculorum
20 omnem escam manducabit venter
et est cibus cibo melior
21 fauces contingit cibum ferae
et cor sensatum verba mendacia
22 cor pravum dabit tristitiam
et homo peritus resistet illi
23 omnem masculum excipiet mulier
et est filia melior filiae
24 species mulieris exhilarat faciem viri 26,16!

GA CΣΛZTSMΦ cr 36,2 et[2]] ut c | ut] et c | 4 illis] eis c | 5 cognouimus GCΣZ cr | 9 tolle c. | 13 et[1]] ut c. | ut] et T c. | 14 plebis GTM r | inuocatur GZ. | 15 ciuitatis[1] GT r | ciuitatis[2] GTS r | 17 quia] his qui c. | praedicationes ΣZTS c | 19 in uiam CΣTMΦ c | qui habitant c | 20 manducauit AΣZSM; manducat C. | 21 contingit G r.] contingunt *cet.* | ferae GΦ cr 𝔊] ferre *cet.* | 22 resistit GTSM; restitit A.; persistit Z. | 23 filiae] filia ΣM c |

sui
et super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium
25 si est lingua curationis et mitigationis misericordiae
non est vir illius contra filios hominum
22,4; 26,3 Prv 18,22! 26 qui possidet mulierem inchoat possessionem
17,5; Gn 2,18; Tb 8,8 adiutorium contra illum est et columna ut requies
Is 5,5! 27 ubi non est sepis diripietur possessio
et ubi non est mulier gemescit egens
28 cui credit qui non habet nidum
et deflectens ubicumque obscuraverit
quasi succinctus latro exiliens de civitate in civitatem
37 omnis amicus dicet et ego amicitiam copulavi
sed est amicus solo nomine amicus
nonne tristitia inest usque ad mortem
6,9; Iob 19,19 2 sodalis autem et amicus ad inimicitiam convertentur
3 o praesumptio nequissima unde creata es
cooperire aridam malitiam et dolositatem illius
4 sodalis amico coniucundatur in oblectatione
6,8.10 et in tempore tribulationis adversarius erit
5 sodalis amico condolet causa ventris
et contra hostem accipiet scutum
Prv 27,10! 6 non obliviscaris amici tui in animo tuo
et non inmemor sis illius in operibus tuis
7 noli consiliari cum socero tuo
et a zelantibus te absconde consilium
8 omnis consiliarius prodit consilium
sed est consiliarius in semet ipso
9 a consiliario serva animam tuam
prius scito quae sit illius necessitas
et ipse enim animo suo cogitabit
10 ne forte mittat sudem in terram
et dicat tibi 11 bona est via tua
et stet e contrario videre quid tibi eveniat
12 cum viro inreligioso tracta de sanctitate
et cum iniusto de iustitia
et cum muliere de ea quae aemulatur
cum timido de bello
cum negotiatore de traiecticio
cum emptore de venditione
cum viro livido de gratiis agendis
13 cum impio de pietate
cum inhonesto de honestate
cum operario agri de omni opere
14 cum operario annuali de consummatione anni
cum servo pigro de multa operatione
non adtendas his in omni consilio
15 cum viro sancto adsiduus esto 27,13!
quemcumque cognoveris observantem timorem Dei
16 cuius anima est secundum animam tuam
quicumque titubaverit in tenebris non condolebit tibi
17 et cor boni consilii statue
non est enim tibi aliud pluris illo
18 anima viri sancti enuntiat aliquando vera

24 superducet ATSMΦ | 25 et] est et Sc | misericordia AΣTM; misericordiam Λ; *praem.* et MΦc | uiri AΦ | contra] secundum AZMΦc | 26 mulierem + bonam ΛSMΦc | contra] secundum AΛZMΦc | 27 ingemescit CZc | 28 cui] qui Z; quis c. | credet A; credat Z.; + ei c || 37,1 et *om.* GZ. | 3 malitia AΣZTMc | dolositate AΣc | 4 *tot. v. om.* T | in oblectationem A; in oblectationibus c | 6 operibus] opibus c𝔊 | 7 cum socero tuo] cum eo qui tibi insidiatur AZc | 8 prodet GZS | 9 cogitauit ACΣT; cogitet Z | 12 inreligioso] religioso GCΛTS | iniusto] iusto GCΛTS | de ea] de his AΛMΦ | de traiectione ΛSMΦc | gratis ACT | 13 inhonesto] honesto GCS | agri GTSr] segni C.; segne Z.; arario Σ.; agrario *cet.* | 14 consumptione GΛSr | 15 sed cum CΛZΦc | sancto + maxime A | 16 quicumque] qui cum C; et qui cum Sc.; et si Z. | titubaueris Cc | non *om.* c𝔊 | 17 et *om.* c | statuet AΛΦ; + tecum AΛSMΦc | alius A | plures T.; plus CSMΦ; fidelior A |

GA
CΣΛZTSMΦ
cr

quam septem circumspectores sedentes ad speculandum
19 et in his omnibus deprecare Altissimum
ut dirigat in veritate viam tuam
20 ante omnem operam verbum verax praecedat te
32,24; Tb 4,19; Prv 31,4 Lxx et ante omnem actum consilium stabile
21 verbum nequa inmutabit cor
quattuor partes oriuntur
5,13 Lxx; 15,18! bonum et malum vita et mors
Prv 18,21 et dominatrix illorum est adsidua lingua
22 vir peritus multos erudivit
et animae suae suavis est
23 qui sofistice loquitur odibilis est
omni re defraudabitur
24 non est enim data illi a Domino gratia
omni enim sapientia defraudatus est
25 est sapiens animae suae sapiens
et fructus sensus illius laudabilis
26 vir sapiens plebem suam erudit
et fructus sensus eius fideles sunt
27 vir sapiens implebitur benedictione
et videntes illum laudabunt
28 vita viri in numero dierum
Ps 38,6 dies autem Israhel innumerabiles sunt
39,12 29 sapiens in populo hereditabit honorem
et nomen illius erit vivens in aeternum
39,13; 41,16; 44,14! 30 fili in vita tua tempta animam tuam
et si fuerit nequam non des illi potestatem
31 non enim omnia omnibus expediunt
et non omni animae omne genus placet
32 noli avidus esse in omni epulatione 31,20
et non te effundas super omnem escam
33 in multis enim escis erit infirmitas 31,23
et aplestia adpropinquabit usque ad cholera
34 propter aplestiam multi obierunt
qui autem abstinens est adiciet vitam
38 honora medicum propter necessitatem
etenim illum creavit Altissimus 12
2 a Deo est omnis medella
et a rege accipiet dationem
3 disciplina medici exaltabit caput illius
et in conspectu magnatorum conlaudabitur
4 Altissimus creavit de terra medicinam
et vir prudens non abhorrebit illi
5 nonne a ligno indulcata est amara aqua Ex 15,25!
6 ad agnitionem hominum virtutis illorum
et dedit homini scientiam Altissimus
honorari in mirabilibus suis
7 in his curans mitigavit dolorem
et unguentarius facit pigmentum suavitatis
et unctiones conficiet suavitatis
et non consummabuntur opera eius
8 pax enim Dei super faciem terrae

GA CΣΛZTSMΦ cr

18 circuminspectores AMΦ | sedentes + in excelsum Φ; + in excelso AZc | 20 omnem opera Z.; omnia opera AΛTSMΦc | 21 nequa Gr] nequam *cet.* | inmutauit GΛΛ | cor + ex quo CΣc | ~ partes quattuor c | lingua + est uir astutus multorum eruditor et animae suae inutilis est c, *cf.* 𝔊 | 22 peritus + qui AZ | insuauis A, *cf.* 𝔊 | 23 in omni c; hic omni A | omni—27 laudabunt *om.* Z. | 24 enim¹ *om.* c; ~ enim data est Φ | ~ illi data CΣΛc | 26 *tot. v. om.* C | eius] illius AΛSMΦc | 27 benedictionibus MΦc | 30 nequa r | 31 ~ omnibus omnia ACΣΛT | 33 et aplestia] et apoplexia CΣ; et a pestilentia S; et auiditas ZMΦc; *praem.* auditas (*sic*) A. | adpropinquauit AΣ | ad coleram ΣMc | 34 aplestia TS; apoplexiam CΣ; crapulam AMΦc | abierunt GTS || 38,2 est + enim AΛΦc | donationem Φc | 3 magnorum GCΣΛSMr | 4 medicamenta c. | illa c.; in illis Φ | 5 amara *om.* Σ.; ~ aqua amara ΛΦc | 6 uirtutis GCΣr] uirtutes T; uirtutem Z.; uirtus *cet.* | homini] hominibus MΦc | 7 in—dolorem *om.* G; *eadem ad v.* 6 *ante* honorari *transpon.* T. | mitigabit CZMΦc | faciet ACΣΛMΦc; faciens S | pigmenta ACΣΛZMΦc | conficiens SM | suauitatis²] sanitatis AΛSMΦc |

9 fili in tua infirmitate non despicias
sed ora ad Dominum et ipse curabit te
10 averte a delicto et dirige manus
et ab omni delicto munda cor tuum
11 da suavitatem et memoriam similaginis
et inpingua oblationem et da locum medico
1 12 etenim illum Dominus creavit
et non discedat a te quoniam opera eius sunt necessaria
13 est enim tempus quando in manus eorum incurras
14 ipsi vero Dominum deprecabuntur ut dirigat requiem eorum
et sanitatem propter conversationem illorum
15 qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum incidat in manus medici
22,10 16 fili in mortuum produc lacrimas
et quasi dira passus incipe plorare
et secundum iudicium contine corpus illius
et non despicias sepulturam illius
22,11 17 propter delaturam amare fer luctum illius uno die
et consolare propter tristitiam
30,25; Prv 12,25! 17,22 19 a tristitia enim festinat mors et cooperiet virtutem
et tristitia cordis flectet cervicem
20 in abductione permanet tristitia
et substantia inopis secundum cor eius
30,22 21 non dederis in tristitia cor tuum
sed repelle eam a te
7,40! et memento novissimorum
22 noli oblivisci neque enim est conversio
et huic nihil proderis et te ipsum pessimabis
23 memor esto iudicii mei sic enim erit et tuum
mihi heri et tibi hodie
24 in requie mortui requiescere fac memoriam eius
et consolare illum in exitu spiritus sui
25 sapientiam scribe in tempore vacuitatis
et qui minoratur actu sapientiam percipiet
qua sapientia replebitur
26 qui tenet aratrum et non gloriatur in iaculo
stimulo boves agit et conversatur in operibus eorum
et narratio eius in filiis taurorum
27 cor suum dabit ad versandos sulcos
et vigilia eius in sagina vaccarum
28 sic omnis faber et architectus qui noctem tamquam diem transigit
qui sculpit signacula sculptilia
et adsiduitas eius variat picturam
cor suum dabit in similitudinem picturae
et vigilia sua perficit opus
29 sic faber ferrarius sedens iuxta incudem et considerans opus ferri
vapor ignis uret carnes eius
et in calore fornacis concertatur
30 vox mallei innovabit aurem eius
et contra similitudinem vasi oculi eius
31 cor suum dabit in consummationem operum

9 non] ne c. | despicias + te ipsum AΛZSMΦc | ad *om.* AΛSMΦc | 12 quoniam] quia AСΣMΦc | 13 eorum] illorum ΛSMc | 14 sanctitatem GCΣT | illorum] eorum AΛ MΦ | 15 incidet CΣc | 16 et[2] *om.* A | contine GTSr] conde CΣ; contege *cet.* | 17 delaturam + autem ΛSMΦc | tristitiam Gr] + [18] et fac luctum (planctum Z.) secundum meritum eius uno die uel duobus propter detractionem (detractationem AZ; detractiones M.) ACΣΛSMΦc; *eadem hab.* ZT. *ante* et consolare | 19 cooperit Zc; conperiet GT. | flectit AΛMΦc | 20 tristitiam A | 21 non] ne c | 25 sapientia[1] c𝔊 | scribae Sc𝔊; scribe** G | qua GMcr] qui T.; quia (*vel* qui a) *cet.* | 26 non] qui SΦc; *om.* ΛZ | agitat MΦc; agitet T | et[2] *om.* GΛT | et enarratio c; inarratio T. | 27 in sagena G; in sanguine Z. | 28 uaria A | perficiet Zc | 29 urit AΛZTM | 30 innouat ASMΦc | uasis CΣΛZSc | oculus AΦc; oculos M. | 31 in consummatione[1] TSMΦ |

GA CΣΛZTSMΦ cr

et vigilia sua ornabit in consummatione
Ier 18,3 32 sic figulus sedens ad opus suum
convertens pedibus suis rotam
Sap 15,7! qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum
et innumera est omnis operatio eius
33 in brachio suo formabit lutum
et ante pedes suos curvabit virtutem suam
34 cor suum dabit ut consummet linitionem
et vigilia sua mundabit fornacem
35 omnes hi in manibus suis speraverunt
et unusquisque in arte sua sapiens est
36 sine his omnibus non aedificatur civitas
37 et non inhabitabunt nec inambulabunt
et in ecclesiam non transilient
38 super sellam iudicis non sedebunt
et testamentum iudicii non intellegent
neque palam facient disciplinam et iudicium
et in parabolis non invenientur
39 sed creaturam aevi confirmabunt
et deprecatio illorum in operatione artis
I Esr 7,10! adcommodantes animam suam
et conquirentes in lege Altissimi
44,3 39 sapientiam omnium antiquorum exquiret
et in prophetiis vacabit
8,9! Prv 1,6 2 narrationem virorum nominatorum conservabit
et in versutias parabolarum simul introibit
3 occulta proverbiorum exquiret Sap 8,8
et in absconditis parabolarum conversabitur
4 in medio magnatorum ministrabit 8,10
et in conspectu praesidis apparebit
5 in terram alienarum gentium pertransiet
bona enim et mala in hominibus temptavit
6 cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum
et in conspectu Altissimi deprecabitur
7 aperiet os suum in oratione
et pro delictis suis deprecabitur
8 si enim Dominus magnus voluerit Is 11,2!
spiritu intellegentiae replebit illum
9 et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientiae suae Dt 32,2!
et in oratione confitebitur Domino
10 ipse diriget consilium eius et disciplinam
et in absconditis suis consiliabitur
11 ipse palam faciet disciplinam doctrinae suae
et in lege testamenti Domini gloriabitur
12 conlaudabunt multi sapientiam eius 37,29!
et usque in saeculum non delebitur
13 non recedet memoria eius
et nomen eius requiretur a generatione in generationem 37,29! 44,14!
14 sapientiam eius enarrabunt gentes 31,11; 44,15
et laudem eius nuntiabit ecclesia
15 si inmanserit nomen derelinquet mille
et si requieverit proderit illi
16 adhuc consiliabor ut enarrem

GA CΣΛZTSMΦ cr

31 ornauit AΛM | in consummatione[2] GTr.] in consummationem CΣZ; in perfectione ΛSMΦ; in perfectionem A c | 32 suum[1] + et ΛZ | in sollicitudinem ΛΦ; in solitudine CΣM | et in numero est c | 33 formauit ACΣΛZM; format S(*vid.*) | curuauit ΛCΣM | 34 lenitionem GT. | mundauit AΛ | 36 aedificabitur AΛ | 39 et[1] *om.* Λ | in operationem AZS || 39,1 exquirit TS; + sapiens AΛSMΦ c | prophetiis GZTr. 𝔊] prophetis *cet.* | 2 conseruauit A | simul introiuit G; conuersabitur CΣ; conseruabitur Λ | 4 magnorum GCΣTS | ministrauit A | 5 in terra ΛSMΦ | alienigenarum ZM c | pertransihit Z.; transiet AΛSMΦ | temptauit AΛr𝔊] temptabit *cet.* | 9 et[2] *om.* A | 10 et ipse SΦ c | 14 nuntiauit Λ.; enuntiabit CΣTΦ c | 15 si permanserit ΛΣΛMΦ c | derelinquet + plus quam SΦ c |

ut furore enim repletus sum
17 in voce dicit obaudite me divini fruc-
tus
17—19: 50,8 et quasi rosa plantata super rivum
aquarum fructificate
18 quasi libanus odorem suavitatis ha-
bete
19 florete flores quasi lilium
date odorem et frondete in gratiam
41 et conlaudate canticum
et benedicite Dominum in operibus
suis
Dt 32,3! 20 date nomini eius magnificentiam
Ps 108,30! et confitemini illi in voce labiorum
vestrorum
Ps 97,5! in canticis labiorum et cinyris
et sic dicetis in confessione
Gn 1,31! 21 opera Domini universa bona valde
Ios 3,16! 22 in verbo eius stetit aqua sicut conge-
ries
et in sermone oris eius sicut excepto-
ria aquarum
23 quoniam in praecepto ipsius placor
fit
et non est minoratio in salute illius
17,13! 24 opera omnis carnis coram illo
et non est quicquam absconditum
ab oculis eius
25 a saeculo usque in saeculum respicit
et nihil est mirabile in conspectu eius
40 26 non est dicere quid est hoc aut quid
est illud
39 omnia enim in tempore suo quae-
rentur
27 benedictio illius quasi fluvius inun-
davit
28 et quomodo cataclysmus aridam
inebriavit
sic ira ipsius gentes quae non exqui-
sierunt eum hereditabit

29 quomodo convertit aquas et siccata Ps 65,6!
est terra
et viae illius viis illorum directae sunt
sic peccatoribus offensiones in ira
eius
30 bona bonis creata sunt ab initio 32
sic nequissimis bona et mala
31 initium necessariae rei vitae homi- 29,28
num
aqua ignis et ferrum lac et panis si-
milagineus et mel et botrus uvae et
oleum et vestimentum
32 haec omnia sanctis in bona 30
sic et impiis et peccatoribus in mala
convertentur
33 sunt spiritus qui ad vindictam creati
sunt
et in furore suo confirmaverunt tor-
menta sua
34 in tempore consummationis effun-
dent virtutem
et furorem eius qui fecit illos con-
fundent
35 ignis grando famis et mors 35,36: 40,9.10
omnia haec ad vindictam creata sunt
36 bestiarum dentes et scorpii et ser- Lv 26,22!
pentes
et romphea vindicans in extermi- Lv 26,25!
nium impios
37 in mandatis eius epulabuntur
et super terram in necessitatem prae-
parabuntur
et in temporibus suis non praeterient
verbum
38 propterea ab initio confirmatus et
consiliatus sum
et cogitavi et in scripta dimisi
39 omnia opera Domini bona Gn 1,31!
et omne opus hora sua subministra- 26
bit

GA CΣΛZΤSMΦ cr

17 in uoce dicit *om.* ACᏩ | obaudiente A | rosa] rota GA. | super riuos c | 19 lilium + et c. | 20 uestrorum + et c. | cinyris] citharis ASM c | dicitis A | 22 eius²] illius A ΣΛΦ | 23 illius] ipsius Z c | 24 absconditum G. | 26 illud] istud c. | 27 inundabit GC ΣZTSMΦ | 28 et *om.* c. | cataclysmum G; diluuium A | inebriabit GCΣZΓ | hereditauit A.; hereditabunt Z. | 29 aquas + in siccitatem Φ c | 31 ferrum + sal c | 32 in bonum CΣ; in bonis AMΦ | conuersantur A | 34 effundet G | confundet TSΦ; effundent CΣ; placebunt AM; placabunt c | 37 in necessitatem AS cr, *cf.* Ᏽ] in necessitate *cet.* | 38 confirmatus + sum ΛAMΦ c | in *om.* ΛATSMΦ c | 39 subministrauit AΣAM; subministrat G ||

26 40 non est dicere hoc illo nequius est
omnia enim in tempore suo conprobabuntur
19 41 et nunc in omni corde et ore conlaudate
et benedicite nomen Domini
Iob 14,1; Ecl 2,23 40 occupatio magna creata est omnibus hominibus
et iugum grave super filios Adam
a die exitus de ventre matris eorum
usque in diem sepulturae in matrem omnium
2 cogitationes eorum et timores cordis
adinventio expectationis et dies finitionis
3 residentes super sedem gloriosam
usque ad humiliatum in terra et cinere
4 ab eo qui utitur hyacintho et portat coronam
usque ad eum qui operitur lino crudo
furor zelus tumultus fluctuatio et timor mortis
iracundia perseverans et contentio
5 et in tempore refectionis in cubile
somnus noctis inmutat scientiam eius
6 modicum tamquam nihil in requie
et ab eo in somnis quasi in die respectus
7 conturbatus est in visu cordis sui
tamquam qui evaserit in die belli
in tempore salutis suae exsurrexit
et admirans ad nullum timorem
8 cum omni carne ab homine usque ad pecus
Ps 78,12 et super peccatores septuplum
9,10; 39,35.36 9 ad haec mors sanguis contentio et romphea
oppressiones famis et contritio et flagella
10 super iniquos creata sunt haec omnia
et propter illos factus est cataclysmus
11 omnia quae de terra sunt in terram convertentur 41,13; Ecl 3,20!
et aquae omnes in mare convertentur Ecl 1,7
12 omne munus et iniquitas delebitur
et fides in saeculum stabit
13 substantiae iniustorum sicut fluvius siccabuntur
et sicut tonitruum magnum in pluvia manebunt
14 in aperiendo manus suas laetabitur
sic praevaricatores in consummatione tabescent
15 nepotes impiorum non multiplicabunt ramos 23,35; Sap 4,3
et radices inmundae super cacumen petrae sonant
16 viriditas super omnem aquam
et ad oram fluminis ante omnem faenum evelletur
17 gratia sicut paradisus in benedictionibus
et misericordia in saeculo permanet
18 vita sibi sufficientis operarii condulcabitur
et in ea invenies thesaurum 19 fili
aedificatio civitatis confirmabit nomen
et super haec mulier inmaculata conputatur
20 vinum et musica laetificant cor 31,35! Ps 103,15!
et super utraque dilectio sapientiae
21 tibiae et psalterium suavem faciunt melodiam
et super utraque lingua suavis
22 gratiam et speciem desiderabit ocu-

GA CΣΛZTSMΦ (m) cr

40,1 grauem A; grande Z. | in matre GΣT | 2 timorem A.; timore Φ; timoris S. | 3 a residente AZ c.; a sedentes A | 5 in cubili ZM c | noctis] mortis GAT | 6 ab insomnis GT; in somnis Z. | 7 cor turbatus A | 9 sanguinis AS | 11 ~ omnes aquae c. | conuertentur²] reuertentur Z c | 13 substantia ASΦ | manebit Z.; personabunt AMΦ c | 16 ~ super omnem aquam uiriditas AMΦ c | ante omnem GΦ r] ante omne CΣZTS c; omne ΛAM | 17 in saeculum Z c | 18 uita] *praem.* fili A | 19 fili] filii et c.𝔊; *om.* A | [*adest* m *usque ad* 43,36] | confirmauit ΛAT; conduleauit S. | et—20 cor *om.* C. | super hanc GZT MΦ | conputabitur TΦm c | 22 desiderauit ΛATSm |

lus tuus
et super hoc viride sationis
25,2! 23 amicus et sodalis in tempore convenientes
et super utrosque mulier cum viro
24 fratres in adiutorium in tempore tribulationis
et super eos misericordia liberabit
25 aurum et argentum constituet pedem
et super utrumque consilium beneplacitum
26 facultates et virtutes exaltant cor
23,37; 25,14 et super haec timor Domini
27 non est in timore Domini minoratio
et non est in eo inquirere adiutorium
28 timor Domini sicut paradisus benedictionis
et super omnem gloriam operuerunt illum
29 fili in tempore vitae tuae ne indigeas
30,17! melius est enim mori quam indigere
29,29 30 vir respiciens in mensam alienam
non est vita eius in cogitatione victus
alit enim animam suam cibis alienis
31 vir autem disciplinatus et eruditus custodiet se
32 in ore inprudentis condulcabitur inopia
et in ventre eius ignis ardebit
41 o mors quam amara est memoria tua
homini pacem habenti in substantiis suis
30,17! 2 viro quieto et cuius viae directae sunt in omnibus
et adhuc valenti accipere cibum
3 o mors bonum est iudicium tuum
homini indigenti et qui minoratur viribus
4 defecto aetate et cui de omnibus cura est
et incredibili qui perdit sapientiam
5 noli metuere iudicium mortis memento quae ante te fuerunt et quae superventura sunt tibi
hoc iudicium a Domino omni carni
6 et quid superveniet in beneplacita Altissimi
sive decem sive centum sive mille anni
7 non est enim in inferno accusatio vitae
8 filii abominationum fiunt filii peccatorum 8,9; Sap 3,16!
et qui conversantur secus domos impiorum
9 filiorum peccatorum periet hereditas
et cum semine illorum adsiduitas obprobrii
10 de patre impio queruntur filii 3,13
quoniam propter illum sunt in obprobrio
11 vae vobis viri impii qui dereliquistis legem Domini altissimi
12 et si nati fueritis in maledictione nascemini
et si mortui fueritis in maledictione erit pars vestra
13 omnia quae de terra sunt in terram convertentur 40,11; Ecl 3,20!
sic impii a maledicto in perditionem
14 luctus hominum in corpore ipsorum
nomen autem impiorum delebitur 10,20! Dt 9,14; Ps 9,6!
15 curam habe de bono nomine Prv 22,1; Ecl 7,2
hoc enim magis permanebit tibi
quam mille thesauri magni pretiosi
16 bonae vitae numerus dierum
bonum autem nomen permanebit in aevo 37,29!
17 disciplinam in pace conservate filii
sapientia enim abscondita et thesau- 17,18; 20,32.33

22 tuus *om.* Λ | super haec ΛCΣZc | uirides ΛCΛΦc | sationes ΛΣmc; rationes Λ; actiones C. | 24 liberauit ΛΛS | 25 constituit pedem CΣΛ; constituent pedem Z; et (est c.) constitutio pedum ΛMΦc | 27 *tot. v. om.* C. | conquirere Z.; quaerere ΛΛΦm | 29 enim *om.* Gr || 41,1 homini + iusto et Λ | 2 ualent G; ualentia S.; uolenti T. | 4 sapientia M.; patientiam c.𝔊 | 5 a *om.* G | 6 superueniet + tibi c | in beneplacito ΛCΣΛc | 15 magni et pretiosi CΣΛ; pretiosi et magni c.; pretiosi Z. | 16 in aeuum CΣZmc; in aeternum Λ. | 17 abscondita + est G |

GA
CΣΛZTSMΦ
m cr

rus occultus
quae utilitas in utrisque
18 melior est homo qui abscondit stultitiam suam
quam homo qui abscondit sapientiam suam
19 verumtamen reveremini in his quae procedunt de ore meo
20 non est enim bonum omnem inreverentiam observare
et non omnia omnibus beneplacent in fide
21 erubescite matrem et patrem de fornicatione
et a praesidente et potente de mendacio
22 a principe et iudice de delicto
a synagoga et plebe de iniquitate
23 a socio et amico de iniustitia
de loco in quo habitas 24 de furto
de veritate Dei et testamento
de discubitu in panibus et ab offuscatione dati et accepti
25 a salutantibus de silentio
a respectu mulieris fornicariae
et ab aversione vultus cognati
26 ne avertas faciem a proximo tuo
ab auferendo partem et non restituendo
25,28! Ex 20,17 27 ne respicias mulierem alieni viri
et ne scruteris ancillam eius
neque steteris ad lectum eius
28 ab amicis de sermonibus inproperii
et cum dederis ne inproperes
42 non duplices sermonem auditus de revelatione sermonis absconditi
et eris vere sine confusione
et invenies gratiam in conspectu omnium hominum
ne pro his omnibus confundaris
Lv 19,15! et ne accipias personam ut delinquas
2 de lege Altissimi et testamento
et de iudicio iustificare impium
3 de verbo sociorum et viatorum
et de datione hereditatis amicorum
4 de aequalitate staterae et ponderum
et de adquisitione multorum et paucorum
5 de correptione emptionis et negotiatorum
et de multa disciplina filiorum
servo pessimo latus sanguinare
6 super mulierem nequam bonum est signum
7 ubi manus multae sunt claude
et quodcumque trades numera et adpende
datum vero et acceptum omne describe
8 de disciplina insensati et fatui
et de senioribus qui iudicantur ab adulescentibus
et eris eruditus in omnibus
et probabilis in conspectu omnium virorum
9 filia patri abscondita est vigilia
et sollicitudo eius auferet somnum
ne forte in adulescentia sua adultera efficiatur
et commorata cum viro odibilis fiat
10 nequando polluatur in virginitate sua
et in paternis suis gravida inveniatur
ne forte cum viro commorata transgrediatur
aut certe sterilis efficiatur
11 super filiam luxuriosam confirma custodiam 26,13!
nequando faciat te in obprobrium venire inimicis
a detractatione in civitate et abiectione plebis

GA CΣΛZTSMΦ m cr

17 occultus] inuisus AMΦc | 20 omnem reuerentiam c | 21 a matre et patre Λm; a patre et a matre c; ~ patrem et matrem CΣ | et^{3} + a ASMΦc | 22 et^{1} + a Φc | 23 de^{2}] et de Ac; et m. | 25 et *om.* Λ | 26 tuo + et AΛMΦc | 28 inproperis AΛZTS || **42**, 1 et^{3} *om.* AΛMΦm | 2 et^{2} *om.* Λm | 4 et^{2} *om.* MΦmc | 5 de corruptione ΛZSMΦcr | filiorum + et ΛTMΦmc | 6 nequa r | 8 uirorum] uiuorum c, *cf.* 𝔊 | 9 filia patri Gr𝔊] fili a patre ZT.; filia patris a patri S.; filia patris *cet.* | aufert ZSc | somnium AC | adulter T.; adulta c. | ~ cum uiro commorata c | 11 detractatione GACZr] detractione *cet.* | obiectione c. |

et confundat te in multitudine po-
puli
12 omni homini noli intendere in specie
et in medio mulierum noli commo-
rari
13 de vestimentis enim procedit tinea
et a muliere iniquitas viri
14 melior est iniquitas viri quam bene-
faciens mulier
et mulier confundens in obprobrium
15 memor ero igitur operum Domini
et quae vidi adnuntiabo
in sermonibus Domini opera eius
16 sol inluminans per omnia respexit
et gloria Domini plenum est opus
eius
17 nonne Dominus fecit sanctos enar-
rare omnia mirabilia sua
quae confirmavit Dominus omni-
potens stabiliri in gloria sua
23,28! Prv 15,11! 18 abyssum et cor hominum investiga-
vit
et in astutia illorum excogitavit
19 cognovit enim Dominus omnem sci-
entiam
et inspexit in signum aevi
Is 41,22! adnuntians quae praeterierunt et
quae superventura sunt
revelans vestigia occultorum
Sap 1,9 20 non praeterit illum omnis cogitatus
et non abscondit se ab eo ullus ser-
mo
Ecl 3,14 21 magnalia sapientiae suae decoravit
qui est ante saeculum et usque in
saeculum
18,5 neque adiectum est 22 neque minuitur
Is 40,13! et non eget alicuius consilio
23 quam desiderabilia omnia opera eius
et tamquam scintillam quam est
considerare
24 omnia haec vivent et manent in sae-
culum
et in omni necessitate omnia obau-
diunt ei
25 omnia duplicia unum contra unum 33,15
et non fecit quicquam deesse
26 uniuscuiusque confirmavit bona
et quis satiabitur videns gloriam eius
43 altitudinis firmamentum pulchritu- Ps 18,2!
do est
species caeli in visione gloriae
2 sol in aspectu adnuntians in exitu
vas admirabile opus Excelsi
3 in meridiano exuret terram
in conspectu ardoris eius quis poterit Ps 18,7
sustinere
fornacem custodiens in operibus ar-
doris
4 tripliciter sol exurens montes
radios igneos exsuflans
et refulgens radiis suis obcaecat ocu-
los
5 magnus Dominus qui fecit illum
et in sermonibus eius festinavit iter
6 et luna in omnibus in tempore suo Ps 103,19
ostensio temporis et signum aevi
7 a luna signum diei festi
luminare quod minuitur in consum-
matione
8 mensis secundum nomen eius est
crescens admirabiliter in consum-
matione
9 vas castrorum in excelsis
in firmamento caeli resplendens
10 species caeli gloriosa stellarum **10.11:** Bar 3,34.35; 6,59
mundum inluminans in excelsis Do-
minus
11 in verbis Sancti stabunt ad iudicium Is 40,26! 48,13
et non exardescent in vigiliis suis
12 vide arcum et benedic qui fecit illum

11 in multitudinem A | 13 uiro A | 14 est *om.* A; + enim c | ~ mulier benefaciens c | 16 operis GTS | 17 stabilire T c; stabilis A | 18 illorum] eorum Σ c | 20 non[1]] *praem.* et AS | abscondet GΛm | 22 minuetur ACΣZSM; minuentur m.; diminuetur Λ. | 23 scintillam quam GASr] scintilla quae ΣΦ c; scintilla aquae C; scintilla quam ΛZTM; scintilla m. | 24 uiuunt c || **43,1** est] eius ΣΛSΦ; eius est c | 3 exurit AZMΦ cr; exurat Λ. | terram + et AZMΦ c | 5 festinabit iter GZTM; festinabitur CΣ | 6 et[1] *om.* A | 7 in consummationem GCΣΛT | 8 mirabiliter c. | in consummationem ACΣZ | 9 uasa GS | resplendens + gloriosa ΛSMΦ; + gloriosum A.; + gloriose c | 10 gloria AΛZMΦ c | 11 sanctis CΣΛSMΦ | exardescent] deficient AΛMΦ c | 12 benedic + eum c. |

GA CΣΛZTSMΦ m cr

valde speciosus est in splendore suo
13 gyravit caelum in circuitu gloriae
suae
manus Excelsi aperuerunt illum
Iob 37,6 14 imperio suo adceleravit nivem
et adcelerat coruscationes emittere
iudicii sui
15 propterea aperti sunt thesauri
et evolaverunt nebulae sicut aves
16 in magnitudine sua posuit nubes
et confracti sunt lapides grandinis
16,19! Ps 96,5! 17 in conspectu eius commovebuntur
montes
et in voluntate eius adspirabit notus
Hab 3,12 18 vox tonitrui eius exprobravit terram
tempestas aquilonis et congregatio
spiritus
19 sicut avis deponens ad sedendum
aspargit nivem
et sicut lucusta demergens descensus
eius
20 pulchritudinem coloris eius admira-
bitur oculus
et super imbrem eius expavescet cor
21 gelum sicut salem effundet super ter-
ram
et dum gelaverit fiet tamquam cacu-
mina tribuli
22 frigidus ventus aquilo flabit
et gelabit cristallus ab aqua
super omnem congregationem aqua-
rum requiescet
et sicut lorica induet se aquis
23 devorabit montes et exuret desertum
et extinguet viridem sicut ignem
24 medicina omnium in festinationem
nebulae
ros obvians ab ardore venienti hu-
milem efficiet eum
25 in sermone eius silebit ventus
et plantavit illum Dominus Iesus
26 qui navigat mare enarrat periculum 26,27: Ps 106,23.24!
eius
et audientes auribus non admirabi-
mur
27 illic praeclara et mirabilia opera
varia genera bestiarum et omnium
pecorum et creatura beluarum
28 propter ipsum confirmatus est itine-
ris finis
et in sermone eius conposita sunt Sap 9,1!
omnia
29 multa dicemus et deficiemus verbis
consummatio autem sermonum ipse
est in omnibus
30 gloriantes ad quid valebimus
ipse enim Omnipotens super omnia
opera sua
31 terribilis Dominus et magnus vehe- Ps 144,3
menter
32 quantumcumque potueritis super-
valebit adhuc
et admirabilis magnificentia eius Ps 8,2
33 benedicentes Dominum exaltate il-
lum quantum potestis
maior est enim omni laude
34 exaltantes eum replemini virtute
ne laboretis non enim habebitis
35 quis vidit eum et enarrabit
et quis magnificabit eum sicut est ab

GA CΣΛZTSMΦ m cr 14 adcelebrauit¹ A | 17 adspirauit AΣΛZSM | 18 exprobrabit GTm; uerberabit c; uerberauit AΛMΦ | 19 sicut¹] *praem.* et AΦc | 20 caloris GTr; candoris AZc | expauescit ACΣΛZTΦm | 21 gelus Σ.; gelu CΛZMΦc | 22 flabit r𝔊] flauit *cet.* | gelabit r𝔊] eleuabit m.; gelauit *cet.* | congregationem] confractionem G(*vid.*)TS | requiescet cr] requiescit *cet.* | induit AΛZTSΦm | 23 deuorauit AΣΛSM; *praem.* et Φc | extinguit G TS | uiride ZMΦmc | igne c; ignis m | 24 in festinatione CΣSMΦc; infestatione Z | nebulae + et Λc | ardore + et GTSm | effecit CΣ; efficit GATm; fecit Z. | 25 silebit Gmr] sileuit ΣT.; soluit C; siluit *cet.* | uentus + cognatione (*praem.* et c) sua placauit (placabit AΦ; placuit m) abyssum AΛSMΦc; *eadem habet* m. *ante* in sermone | illum] illi m; in illa c. | iesus] insulas mc, *cf.* 𝔊; *om.* CΣZ | 26 nauigant Sc | enarrant S; enarrent c; narrat CΣ | pericula AΛZMΦc | non] nostris Zc𝔊 | 27 ∼ opera et mirabilia c | ∼ bestiarum genera c | 28 confirmatus] consummatus AΛMΦ | 29 dicimus ACΣΛS deficimus CΣSm; + in Mc | 31 uehementer + et mirabilis potentia ipsius AΛSMΦc𝔊 32 quantumcumque] *praem.* glorificantes dominum ASMΦc𝔊 | superualebit + enim c. | 33 ∼ enim est c. | 34 replebimini AT | habetis CΣm; perueniretis AΛMΦ; comprehendetis c | 35 uidebit c | enarrauit GAZTM; narrauit CΣ | magnificauit GACΛTSMΦ |

initio
36 multa abscondita sunt maiora horum
pauca enim vidimus operum eius
37 omnia autem Dominus fecit
et pie agentibus dedit sapientiam

44 LAUS PATRUM

Laudemus viros gloriosos
et parentes nostros in generatione sua
2 multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a saeculo
3 dominantes in potestatibus suis
39,1 homines magni virtute et prudentia sua praediti
nuntiantes in dignitate prophetarum
4 et imperantes in praesenti populo
et virtute prudentiae populi sanctissima verba
5 in pueritia sua requirentes modos musicos
et narrantes carmina in scriptura
6 homines divites in virtute pulchritudinis studium habentes
pacificantes in domibus suis
7 omnes isti in generationibus gentis suae gloriam adepti sunt
Prv 10,7! et in diebus suis habentur in laudibus
8 qui de illis nati sunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum
Ecl 2,16! 9 et sunt quorum non est memoria
Sap 2,2 perierunt quasi non fuerint
et nati sunt quasi non nati
et filii ipsorum cum illis
10 sed illi viri misericordiae sunt
quorum pietates non defuerunt
11 et cum semine ipsorum perseverat bona 12 hereditas
nepotum illorum et in testamentis stetit semen eorum Prv 13,22
13 et filii ipsorum propter illos usque in aeternum manet semen eorum 13,14: 46,15
et gloria eorum non derelinquetur
14 corpora ipsorum in pace sepulta sunt
et nomen eorum vivet in generationes et generationes 37,29! 39,13
15 sapientiam ipsorum narrent populi 39,14!
laudem eorum nuntiet ecclesia
16 Enoch placuit Deo et translatus est in paradiso 49,16; Gn 5,24; Hbr 11,5
ut det gentibus paenitentiam
17 Noe inventus est perfectus iustus Gn 6,9! 7,1
et in tempore iracundiae factus est reconciliatio
18 ideo dimissum est reliquum terrae
cum factum est diluvium Gn 7,17!
19 testamenta saeculi posita sunt apud illum Is 54,9
ne deleri possit diluvio omnis caro Gn 9,11
20 Abraham magnus pater multitudinis gentium Gn 17,4
et non est inventus similis illi in gloria
qui conservavit legem Excelsi
et fuit in testamento cum illo
21 in carne eius stare fecit testamentum
et in temptatione inventus est fidelis 1 Mcc 2,52!
22 ideo iureiurando dedit illi semen in gente sua
crescere illum quasi terrae cumulum
23 et ut stellas exaltare semen eius
et hereditari illos a mari usque ad mare et a Flumine usque ad termi- Ps 71,8! 88,26; Za 9,10

GΛ CΣΛZTSMΦ (ms) cr

36 [*deest* m *usque ad* 46,4] | horum CΣΛr] his *cet.* | opera G || **44**,1 [*citatur* s *usque ad* 50,31] | de laude patrum CΣ; *om.* Λc; *praem.* incipit Ts; + iuxta eclesiasten s. | 3 nuntiantes + in prophetis ΛMΦc | in dignitate] dignitatem ΛΛZMΦc | 4 in praesentis populorum Λ.; in sententiis populorum Cr | populi] populis CΣΛSΦc; *om.* s | 5 in peritia Zc | in scriptura] scripturarum ΛΛTSMΦc | 9 quasi[1] + qui ΛΛΦc | fuerunt Λ | illis] ipsis c | 11 et *om.* CΣc | ipsorum] eorum c. | perseuerat] permanent c. | 12 hereditas + sancta c. | nepotes Λc. | illorum] eorum c | et (*om.* r) in testamentis stetit semen eorum (illorum ZS) GZTSs cr] semen in testamento stetit ΛΛMΦ; stetit semen in testamento CΣ | 13 et[1] — eorum[1] *om.* s. | filii GZSc𝔊] filiorum *cet.* | ipsorum] eorum Sc; eorum ipsorum G. | manent cr | 14 uiuit T cr | in generatione S; in generationem c. | et generationem c.; generationum s. | 15 populi GZsr | + et *cet.* | 16 in paradisum CΣΛZΦc | 18 remissum S; redimissum ΛM. | 19 testimonia GZTSs | 22 semen] testamentum Z.; gloriam ΛCΣΛΦc; + gloriam M. | cumulum] harenam ΛM | 23 hereditare ΛCΣTMc |

nos terrae
Gn 26,24 24 et in Isaac eodem fecit modo
propter Abraham patrem ipsius
25 benedictionem omnium gentium dedit illi
et testamentum confirmavit super caput Iacob
Gn 49,28 26 agnovit eum in benedictionibus suis
et dedit illi hereditatem
et divisit ei partem in tribus duodecim
27 et conservavit illis homines misericordiae
invenientes gratiam in oculis omnis carnis
45 dilectus a Deo et hominibus Moses
cuius memoria in benedictione est
2 similem illum fecit in gloria sanctorum
et magnificavit eum in timore inimicorum
et in verbis suis monstra placavit
3 glorificavit illum in conspectu regum
et iussit illi coram populo suo
Ex 33,18 et ostendit illi gloriam suam
4 in fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum
20 et elegit illum de omni carne
5 audivit eum et vocem ipsius
et induxit illum in nubem
21 6 et dedit illi coram praecepta
legem vitae et disciplinae
Ps 147,19! docere Iacob testamentum et iudicia sua Israhel
7 excelsum fecit Aaron fratrem eius
et similem sibi de tribu Levi
30! Nm 25,13! 8 statuit ei testamentum aeternum
et dedit illi sacerdotium gentis
et beatificavit illum in gloria
9 et circumcinxit illum zonam gloriae 6,32! 50,11; Ex 28,2
induit illum stolam gloriae 9.10: Ex 29,5!
et coronavit illum in vasis virtutis
10 circumpedes et femoralia et umeralem posuit ei
et cinxit illum tintinabulis aureis Ex 39,24
plurimis in gyro
11 dare sonitum in successu suo
auditum facere sonitum in templo
in memoriam filiis gentis suae
12 stola sancta auro et hyacintho
et purpura opus textile viri sapientis
iudicio et veritate praediti
13 torto cocco opus artificis
gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri
et opere lapidarii sculptilis Ex 28,21
in memoriam secundum numerum tribuum Israhel
14 coronam auream supra mitram eius
expressam signo sanctitatis
gloria honoris et opus virtutis
desideria oculorum ornata
15 sic pulchra ante ipsum non fuerunt
talia usque ad originem
16 non indutus est illa alienigena aliquis
sed tantum filii ipsius soli et nepotes eius per omne tempus
17 sacrificia ipsius consumpta sunt igni Ez 46,13; III Esr 4,52
cotidie
18 conplevit Moses manus eius Nm 3,3!
et unxit illum oleo sancto
19 factum est illi in testamentum aeternum Ex 28,43! Ps 88,30
et semini eius sicut dies caeli
fungi sacerdotio et habere laudem
et glorificare populum suum in no-

GA CΣΛZTSMΦ s cr

24 ~ modo fecit c. | ipsius] eius Z c. | 25 illi + dominus c | supra GT. | 26 ei] illi C Σ c | in tribubus ZSΦ c | 27 illi ΛSMΦs c ‖ 45,1 a *om.* Λ c | 4 illum[2]] eum S c | de] ex c | 5 audiuit + enim ΛΛMΦ c | 6 praecepta + et GΛZTSMΦs c | testamentum + suum c. | 9 illum[1]] eum c | zona ΛCΣZTM c | gloriae[1] + et ΛS c | induit — gloriae[2] *om.* ZT | illum[2]] eum C c | illum[3]] eum c | 10 circumpediles ΛCΣΛ; circumpes M. | umerale CΣZMΦ c; umera T. | tintinnaculis Gs | 11 in incessu ΛCΣΦ c; in incensu ΛM | in memoria ΛC | filii ΛS | 12 stolam sanctam GΛSM c | texile Λ | sapientes ΛS | 13 in ligaturam S.; in linitura Gs.; in linituram T; in litura Z. | sculptilis CΣr] insculptilis Λ.; sculptis *cet.* | 14 corona aurea c | super CΣTΦ c | expressa c; expresso CΣ. | gloriam ΛMs; *praem.* et c | ~ opus uirtutis et c. | 15 talia] alia GΛTSs | 16 ~ est indutus c | 17 consummata ΛΣΦ | 18 manum Λ | 19 factus ΛM | et[3] *om.* GΛZTSMs | glorificari GΛZSMΦs |

mine suo
4 20 ipsum elegit eum ab omni vivente
adferre sacrificium Deo incensum et
bonum odorem
in memoriam placere populo suo
6! 21 dedit illi in praeceptis suis potestatem
Lv 10,11 in testamentis iudiciorum docere
Iacob testimonia
et in lege sua lucem dare Israhel
Nm 16,1.2 22 quia contra illum steterunt alieni
et propter invidiam circumdederunt
illum in deserto homines qui erant
cum Dathan et Abiron
et congregatio Chore in iracundiam
23 vidit Dominus Deus et non placuit
illi
et consumpti sunt in impetu iracundiae
24 fecit illis monstra et consumpsit eos
in flamma ignis
25 et addidit Aaron gloriam
Nm 18,13 et dedit illi hereditatem et primitias
fructuum terrae divisit illi
26 panem ipsis in primis paravit in satietatem
nam sacrificia Domini edent
quae dedit ipsi et semini eius
27 ceterum in terra gentes hereditabit
Nm 18,20! et pars non est illi in gente
ipse enim pars eius est et hereditas
28 et Finees filius Eleazari tertius in
gloria est
in imitando tantum in timore Domini
29 et stare in reverentia gentis
29.30: I Mcc 2,54 in bonitate et alacritate animae suae
placuit de Israhel

30 ideo statuit ad illum testamentum 8: Nm 25,12 13!
pacis
principem sanctorum et gentis suae
ut sit illi in sacerdotium sui dignitas
in aeternum
31 et testamentum David regi filio Iesse 50,25
de tribu Iuda hereditas ipsi et semini
eius
ut daret sapientiam in cor nostrum
iudicare gentem suam in iustitia Ps 71,2! 134,14!
ne abolerentur bona ipsorum
et gloriam eorum in gentem ipsorum
aeternam fecit
46 fortis in bello Iesus Nave
successor Mosi in prophetis
qui fuit magnus secundum nomen
suum
2 maximus in salutem electorum Dei
expugnare insurgentes hostes
ut consequeretur hereditatem Israhel
3 quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas
et iactando contra civitatem rompheas
4 quis ante illum sic restitit
nam hostes ipse Dominus perduxit
5 aut non in iracundia eius inpeditus Ios 10,13!
est sol
et una dies facta est quasi duo
6 invocavit Altissimum potentem in
obpugnando inimicos undique
et audivit illum magnus et sanctus
Deus
in saxis grandinis virtutis valde fortis Ios 10,11!
7 impetum fecit contra gentem hostilem
et in descensu perdidit contrarios
8 ut cognoscant gentes potentiam eius

GA
CΣAZTSMΦ
(m)s cr

19 suo] eius c. | 20 eum GTSs] *om. cet.* | offerre ATMΦ c; ad offerre CΣ | placare AM c𝔊; + pro ASc | 21 et dedit Φ c | testamentis] testimoniis GZTs; testimonium S | in legem suam A | 22 ~ homines in deserto c. | choreb GTMsr | in iracundia CΣAZM cr | 24 eos] illos c | 25 fructuum] frugum c | 26 parabit A | in satietate AATs; in sanctitate CΣ | nam + et c | ipsi] illi c | 27 gentes + non AAMΦ c𝔊 | hereditauit GCΣZT SMs | est² *om.* CΣ; ~ est enim pars eius c | 28 et *om.* ACΣAMΦ c | est GZTSs c] *om. cet.* | in² *om.* AZSMΦ c | tantum G(*vid.*) ZTSMs] eum c; ipsum *cet.* | 29 de GTSsr𝔊] deo pro c.; deo *cet.* | 30 ad illum] illi c | illi GZTs] + et semini eius *cet.* | in (*om.* Z) sacerdotium sui GZTSs] sacerdotii *cet.* | 31 regis GAZTSM; reges s. | eorum] ipsorum MΦ c; *om.* A | ipsorum²] eorum AMΦ c ‖ 46,1 iesu ASΦ | 2 in salute CΣAZMr | 3 ciuitates ACΣAMΦ cr | 4 [*adest* m *usque ad* 52,13] | 5 aut] an c. | in *om.* ACZMm | eius] illius G | impetus Am. | 6 inuocabit A | 7 in descensum ACΣT |

quia contra Dominum pugnare non
est facile
et secutus est a tergo potentes
9 et in diebus Mosi misericordiam fecit
ipse et Chaleb filius Iepphonne
stare contra hostem prohibere gentem a peccatis
et perfringere murmur malitiae
10 et ipsi duo constituti a periculo liberati sunt
16,11 a numero sescentorum milium peditum
inducere illos in hereditatem
in terram quae manat lac et mel
Ios 14,11 11 et dedit Dominus ipsi Chaleb fortitudinem
et usque ad senectutem permansit illi virtus
ut ascenderet in excelsum terrae locum
Nm 14,24! et semen ipsius obtinuit hereditatem
12 ut viderent omnes filii Israhel
quod bonum est obsequi sancto Deo
13 et iudices singuli suo nomine quorum non est corruptum cor
qui non aversi sunt a Domino
14 ut sit memoria illorum in benedictione
49,12; Is 66,14 et ossa eorum pullulent de loco suo
44,13.14! 15 et nomen eorum permanet in aeternum
permanens ad filios illorum sanctorum virorum gloria
I Sm 2,26! 3,20 16 dilectus a Domino suo Samuhel propheta Domini
renovavit imperium et unxit principes in gente sua
17 in lege Domini iudicavit congregationem
et vidit Dominus Iacob
et in fide sua probatus est propheta
18 et cognitus est in verbis suis fidelis
quia vidit Deum lucis
19 et invocavit Deum potentem 19—21: I Sm 7,9.10
in obpugnando hostes circumstantes undique
in oblatione viri inviolati
20 et intonuit e caelo Dominus Ps 17,14!
et in sonitu magno auditam fecit vocem suam
21 et conteruit principes Tyriorum
et omnes duces Philisthim
22 et ante tempus finis vitae suae et saeculi
testimonium praebuit in conspectu Domini et christi I Sm 12,3
pecunias et usque ad calciamenta ab omni carne non accepit
et non accusavit illum homo
23 et post hoc dormivit et notum fecit regi
et ostendit illi finem vitae suae
et exaltavit vocem eius de terra
in prophetia delere impietatem gentis
47 post hoc surrexit Nathan propheta II Sm 7,4.5! 12,1
in diebus David
2 et quasi adeps separatus est a carne
sic David a filiis Israhel
3 cum leonibus lusit quasi cum agnis I Sm 17,34.35
et in ursis similiter fecit sicut cum agnis ovium
in iuventute sua 4 numquid non occidit gigantem Ps 151,7
et extulit obprobrium de gente I Sm 17,26.36
5 in tollendo manum in saxo fundae I Sm 17,50!
deiecit exultationem Goliae
6 ubi invocavit Dominum potentem

GA CΣΛZTSMΦ ms cr

8 dominum] deum CΣc | potentis c𝔊 | 9 hostem + et AΛZSMΦsc | 10 in terra GΛ TSs | 11 ad] in Φc | semini ACΣ | 12 quod] quia AZMΦc | 13 domino nostro A; deo nostro Zs. | 14 in benedictionem AM. | eorum] illorum G | 15 permanet] permaneat c | 16 domino] deo AΛZΦ; + deo c | renouabit ACm | 17 ~ congregationem iudicauit CΣc | dominus] deus c.; deum Ss | in² *om.* A | 19 dominum omnipotentem ΛΦc | uiri] agni c.𝔊 | 20 e] de Mc; *om.* s. | 21 contriuit AΛMΦc | 22 finis *om.* AZs. | accusabit A | 23 eius] suam AZSMsc || **47**,1 hoc] hunc Z.; haec c; *om.* s. | 2 est *om.* Mc | 3 cum³] in c. | 4 extulit G(*vid.*)Tsc] tulit Λ.; sustulit CΣ; abstulit *cet.* | 5 in² *om.* c. | fundae + ei A | 6 ubi GZTSΦs] nam *cet.* | dominum] deum A; *om.* S. | omnipotentem ΛSΦc |

et dedit in dexteram eius tollere ho-
minem fortem in bello
et exaltare cornum gentis suae
7 sic in milibus glorificavit illum
et laudavit eum in benedictionibus
Domini
in offerendo illi coronam gloriae
8 conteruit enim inimicos undique
et extirpavit Philisthim contrarios us-
que in hodiernum diem
conteruit cornum ipsorum usque in
aeternum 9 in omni opere
dedit confessionem Sancto et Ex-
celso in verbo gloriae
10 de omni corde suo laudavit Domi-
num
et dilexit Deum qui fecit illum
et dedit illi contra inimicos poten-
tiam
11 et stare fecit cantores contra alta-
rium
et in sono eorum dulces fecit modos
12 et dedit in celebrationibus decus
et ornavit tempora usque ad con-
summationem vitae
ut laudarent sanctum nomen Do-
mini
et amplificarent mane Dei sanctita-
tem
II Sm 12,13 13 Christus purgavit peccata ipsius
II Sm 7,16! et exaltavit in aeternum cornum
ipsius
et dedit illi testamentum regum
et sedem gloriae in Israhel
III Rg 5,7 14 post ipsum surrexit filius sensatus
et propter illum deiecit omnem po-
tentiam inimicorum
15 Salomon imperavit in diebus pacis
cui subiecit Deus omnes hostes
ut conderet domum in nomine suo
et pararet sanctitatem in sempiter-
num
quemadmodum eruditus est in iuven- Ps 70,17 15.16: Sap 8,2
tute sua
16 et impletus est quasi flumen sapien- Dt 34,9! Sap 7,7; III Rg 4,29!
tia
et terram retexit anima tua
17 et replesti in conparationibus enig-
mata
ad insulas longe distulisti nomen
tuum
et dilectus es in pace tua
18 in cantilenis et proverbiis et conpa- III Rg 4,32!
rationibus
et interpretationibus miratae sunt te
terrae
19 et in nomine Domini Dei cui est
cognomen Deus Israhel
20 collegisti quasi auricalcum aurum II Par 1,15
et ut plumbum conplesti argentum
21 et reclinasti femora tua mulieribus III Rg 11,1
potestatem habuisti in tuo corpore
22 dedisti maculam in gloria tua
et profugasti semen tuum
inducere iracundiam ad liberos tuos
et incitari stultitiam tuam
23 ut faceres imperium bipertitum
et ex Efraim imperare imperium du-
rum
24 Deus autem non relinquit misericor-
diam suam
et non corrumpit nec delebit opera
sua
neque perdet ab stirpe nepotes electi
sui
et semen eius qui diligit Dominum

6 in dextera ZSMΦscr; dexteram CΣ | cornum GAsr] cornu *cet.* | 7 in[1] + decem ASΦ c𝔊 | illum] eum AΛMΦc | 8 contriuit (*utroque loco*) AΛMΦc | cornum GAsr] cornu *cet.* | 11 altare ΛASMΦc | 12 ~ nomen sanctum AZSMΦsc | 13 christus] dominus c𝔊 | cornum GAmsr] cornu *cet.* | ipsius[2]] eius AΛMΦc | regum] regnum Λ; regni c. | 14 ipsum surrexit] ipsius resurrectionem GZs; ipsum resurrexit T. | deiecit] perfecit GZSs | 15 est] es c.𝔊 | sua] tua sc.𝔊 | 16 est] es c.𝔊 | 17 conparationibus + in GZm | distulisti GZTSs] diuulgatum est *cet.* | es *om.* AZSMs. | 18 te Gr𝔊] *om. cet.* | 19 dei *om.* ΛΛMΦ | 21 et inclinasti ACΣΛMΦc | ~ corpore tuo c | 22 profugasti GZSms] profanasti *cet.* | incitari CΣcr] incitaris A.; in ceteris GΛZTSΦms; in ceteris incitari M | in stultitiam CΣr | 23 efrem GTΦm | 24 relinquit GA] reliquit TSm; relinquet M; derelinquit CΣΦcr; dereliquit ΛZs | corrumpit GA] corrupit ΛZTSs; corrumpet *cet.* | nec] neque ACΣΛMΦr | deleuit ΛZTSs | neque] qui GZSs | perdit GZTSs. |

GA CΣΛZTSMΦ ms cr

non corrumpet
25 dedit autem reliquum Iacob
et David de ipsa stirpe
III Rg 11,43! 26 et finem habuit Salomon cum patribus suis
27 et reliquit post se de semine suo gentis stultitiam
28 et mutum prudentia Roboam
qui avertit gentem consilio suo
III Rg 14,16! 29 et Hieroboam filium Nabath qui peccare fecit Israhel
et dedit Efraim viam peccandi
et plurima redundaverunt peccata ipsorum 30 valde
averterunt illos a terra sua
31 et quaesivit omnes nequitias
usque dum perveniret ad illos defensio
Mt 1,21! Rm 6,18! et ab omnibus peccatis liberavit eos
48 et surrexit Helias propheta quasi ignis
et verbum ipsius quasi fax ardebat
Ps 104,16! 2 qui induxit in illos famem
et imitantes illum invidia sua pauci facti sunt
non poterant enim sustinere praecepta Domini
3 verbo Domini exaltavit caelum
et deiecit a se ignem terrae
4 sic amplificatus est Helias in mirabilibus suis
et quis potest similiter gloriari tibi
5 qui sustulisti mortuum ab inferis
de sorte mortis in verbo Domini Dei
6 qui deiecisti reges ad perniciem
et confregisti facile potentiam ipsorum
et gloriosos de lecto suo
7 qui audis in Sina iudicium
et in Coreb iudicia defensionis
8 qui ungues reges ad paenitentiam III Rg 19,15.16!
et prophetas facis successores post te
9 qui receptus es in turbine ignis 13. IV Rg 2,11!
in curru equorum igneorum
10 qui inscriptus es indiciis temporum Mal 4,5.6!
et lenis iracundiam Domini
conciliare cor patris ad filium
et restituere tribus Iacob Is 49,6
11 beati sunt qui te viderunt
et in amicitia tua decorati sunt
12 nam nos vita vivimus tantum
post mortem autem non erit tale nomen nostrum
13 Helias qui in turbine tectus est 9. IV Rg 2,11!
et in Heliseo conpletus est spiritus eius IV Rg 2,15
in diebus suis non pertimuit principem
et potentia nemo vicit illum
14 nec superavit illum verbum aliquod
et mortuum prophetavit corpus eius
15 in vita sua fecit monstra
et in morte mirabilia opera ipsius
16 in omnibus istis non paenituit populum Is 9,13! Ier 15,7
et non recesserunt a peccatis suis
usque dum deiecti sunt de terra sua
et dispersi sunt in omnem terram
17 et relicta est gens perpauca
et princeps in domo David
18 quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo
alii autem multa commiserunt peccata
19 Ezechias munivit civitatem suam Is 22,10.11
et induxit in medium ipsius aquam IV Rg 20,20!

GA CΣΛZTSMΦ ms cr

24 non[3] *om.* Gm | corrumpit[2] GAS; corrupit T; auferet Zs.; *om.* m. | 27 relinquit A; dereliqnit c | genti GATSms; gentibus Z. | 28 et mutum Gm] et motum s.; et multum AZTS; et minutum ACMΦr; et inminutum Σc | prudentiae s.; prudentiam AM; a prudentia ΣASc | 29 efrem GCΣTm | ~ uiam peccandi ephraim c | 30 a] de ACΣr. | 31 omnem nequitiam ACΣr || 48,1 fax] facula Φc | 2 imitantes] aemulantes A.; irritantes c. | ~ enim poterant c. | 3 exaltauit CΣATmr] exultauit G.; continuit *cet.* 𝔊 | a se ignem terrae] de caelo ignem ter c., *cf.* 𝔊 | 4 similiter *om.* Σ.; + sic c. | 6 de lecto ACΦcr𝔊] delicto *cet.* | 7 sinai CΣ; sion A. | 8 unguis ASsc; iunges GAT; iungis M | 10 qui scriptus ZSmc | es + in ACΣAMΦcr | iudiciis CΣcr; iudicis m | et lenis Gm] et linis Ss; et lunes T.; et lineres Z.; linire Σ; lenire *cet.* | tribui GZSΦ; tribu s. | 13 qui] quidem c | in turbidine Am | potentiam AΦ; *praem.* in SΦ | 15 opera eius AΣm; operatus est MΦc | 16 populus AZTMΦmc | eiecti AΣAMc; abiecti Φ; delecti m. |

et fodit ferro rupem
50,3 et aedificavit ad aquam puteum
IV Rg 18,13; II Par 32,1; Is 36,1.2 20 in diebus ipsius ascendit Sennacherim
IV Rg 18,17 et misit Rapsacen et sustulit manum suam contra illos
et extulit manum suam in Sion
et superbus factus est potentia sua
Is 13,7.8! 21 tunc mota sunt corda et manus ipsorum
Dt 2,25; Ps 47,7 et doluerunt quasi parturientes mulieres
22 et invocaverunt Dominum misericordem
Ps 27,2! II Mcc 3,20; 14,34; 15,21 et patentes manus extulerunt ad caelum
et sanctus Dominus Deus audivit cito vocem ipsorum
23 non est commemoratus peccatorum illorum
neque dedit illos inimicis suis
sed purgavit illos in manu Esaiae sancti prophetae
IV Rg 19,35! Is 37,36 24 subiecit castra Assyriorum
et conteruit illos angelus Dei
IV Rg 18,3! II Par 29,2 25 nam fecit Ezechias quod placuit Deo
et fortiter ivit in via David patris sui
quam mandavit illi Esaias propheta
I Sm 3,20 magnus et fidelis in conspectu Dei
Is 38,8 26 in diebus ipsius retro rediit sol
et addidit regi vitam
27 spiritu magno vidit ultima
Is 61,2.3! et obsecratus est lugentes in Sion usque in sempiternum
Is 46,10! 28 ostendit futura et abscondita antequam evenirent
49 memoria Iosiae in conpositione odoris facti opus pigmentarii
2 in omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria
et ut musica in convivio vini 32,7!
3 ipse est directus divinitus in paenitentia gentis
et tulit abominationes impietatis
4 et gubernavit ad Dominum cor ipsius
in diebus peccatorum corroboravit pietatem
5 praeter David et Ezechiam et Iosiam omnes peccatum commiserunt
6 nam reliquerunt legem Potentis reges Iudae
et contempserunt timorem Dei
7 dederunt enim regnum suum aliis Bar 4,3!
et gloriam suam alienae genti
8 incenderunt electam sanctitatis civitatem IV Rg 25,9! Ier 37,9
et desertas fecerunt vias ipsius in manu Hieremiae So 3,6
9 nam male tractaverunt illum
qui a ventre matris consecratus est propheta Ier 1,5
evertere et eruere et perdere Ier 1,10!
et iterum aedificare et renovare
10 Ezechihel qui vidit conspectum gloriae Ez 8,2!
quam ostendit illi in curru cherubin
11 nam commemoratus est inimicorum in imbri
et benefacere illis qui ostenderunt rectas vias
12 et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo 46,14!
nam rogaverunt Iacob et redimerunt se in fide virtutis
13 quomodo amplificemus Zorobabel 13.14: I Esr 5,21

20 sennacerip A.; sennacherib CΣTSMΦmsc | 21 tum M; ibi ZSs.; tibi G.; tunc tibi T. | 22 et expandentes c; expandentes AMΦr | manus + suas c | 23 illos[2]] eos Zc. | 24 deiecit c | contriuit GAΛMΦmc | dei] domini Sc | 25 ibit ACAT | in uiam GCΣT m | 26 redit AA.; rediuit Φ | 27 obsecratus] consolatus ΛΣAZSMΦc; consulatus s. | lugentes *om.* GTm | 28 uenirent GΛZSm; conuenirent T. || 49,1 memoriam AZMr | in conpositionem Acr | facta CΣc; factam AMΦr | 2 ut *om.* GCΣZTms | 3 ipsi ZTS | directum GZTSs | in paenitentiam Zsc | abominationes impietatis] ab omnibus (hominibus ZTSs) impietates GZTSms | 4 in] et in ΛAMΦc | 5 et[1] *om.* GZTm | 6 nam] non GZs | potentem AT; potentes CΣMΦ; in potentiis Z.; in potentis s.; altissimi mc𝔊 | regis GZSs | iuda Λsc | 7 aliae genti S.; genti aliae CΣ; alienigenae genti MΦc | 8 in manus GT | 11 et GZTs] *om. cet.* | 12 rigauerunt CΣ.; conroborauerunt ΛAMΦc |

GA CΣAZTSMΦ ms cr

Ier 22,24; Agg 2,24 nam et ipse quasi signum in dextera
manu in Israhel
14 et Iesum Iosedec qui in diebus suis
aedificaverunt domum
Agg 2,10 et exaltaverunt templum sanctum
Domino
paratum in gloria sempiterna
15 et Neemia in memoria multi temporis
II Esr 7,1 qui erexit nobis muros eversos
et stare fecit portas et seras qui erexit
domos nostras
44,16! 16 nemo natus est in terra qualis Enoch
nam et ipse receptus est a terra
17 et Ioseph natus est homo princeps
fratrum firmamentum gentis
rector fratrum stabilimentum populi
18 et ossa ipsius visitata sunt et post
mortem prophetaverunt
19 Seth et Sem apud homines gloriam
adepti sunt
et super omnem animam in origine
Adam
50 Simon Onii filius sacerdos magnus
qui in vita sua suffulsit domum
et in diebus suis corroboravit
2 templi etiam altitudo ab ipso fundata est
duplex aedificatio excelsa parietis
templi
48,19! 3 in diebus ipsius remanaverunt putei
aquarum
et quasi mare adimpleti sunt supra
modum
51,3.16; Ps 106,20! 4 qui curavit gentem suam et liberavit
illam a pernicie
5 qui praevaluit amplificare civitatem
qui adeptus est gloriam in conversatione gentis
et ingressum domus et atrii amplificatus est
6 quasi stella matutina in medio nebulae
et quasi luna plena in diebus suis
lucet
7 et quasi sol refulgens sic ille effulsit
in templo Dei
8 quasi arcus effulgens in nebulam
gloriae
et quasi flos rosarum in diebus veris 39,17–19
quasi lilia quae sunt in transitu
aquae
et quasi tus redolens in diebus aestatis
9 quasi ignis effulgens et tus ardens in
igni
10 quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso
11 quasi oliva pullulans 24,19
et gyrus in altitudinem se tollens
in accipiendo ipsum stolam gloriae 45,9!
et vestiri eum consummatione virtutis
12 in ascensu altarii sancti gloriam dedit sanctitatis amictum
13 in accipiendo autem partes de manu
sacerdotum
et ipse stans iuxta aram circa illum
corona fratrum
quasi plantatio cedri in monte Libano 24,17
14 sic circa illum steterunt quasi rami
in palma
et omnes filii Aaron in gloria sua
15 oblatio autem Domini in manibus
ipsorum coram omni synagoga Is-

GA CΣΛZTSMΦ ms cr 13 in israhel *om.* c.𝔊 | in² *om.* ΛZMΦm | 14 et¹] *praem.* sic c. | iosedec] *praem.* filium Zc; *praem.* filius A; + filius Λ. | domini A | parati GZSms | in gloriam sempiternam Φcr | 15 neemiam ΛM.; neemi A.; nehemias c. | 16 qualis] *praem.* talis CΣTr | 17 et] neque ut c.𝔊 | ioseph + qui ΛMΦc | 19 apud] hii GTS; *om.* Zs. || **50**,1 simeon A | oniae GCΣmcr | corroborauit + templum AZMΦsc | 2 excelsi c; *praem.* et ΛZΦc | parietes Λsc | 3 emanauerunt c; hore manauerunt C. | super A | 4 curabit A | illam] illum As; eam ΛZSc | a periculo Λ.; a perditione Φc | 5 in conuersationem AΦ | amplificauit mc | 8 refulgens ZΦc | in nebulam GTms] in (*om.* S.) nebula ZS.; inter nebulas *cet.* | ueris] uernis SΦc; + et c | 9 in *om.* AΛ. | 11 gyrus GZTSs] cedrus Λ.; cypressus *cet.* | in altitudine A | se extollens mc | consummationem ASΦm; in consummationem c | 12 altari s.; altaris AΛZSMΦmc | amictui G. | 13 aram + et c. | 14 in palma GZTs] palmae *cet.* |

rahel
et consummationem fungens in ara
amplificare oblationem excelsi Regis
16 porrexit manum suam in libatione
et libavit de sanguine uvae
17 et fudit in fundamenta altarii odorem
divinum excelso Principi
18 tunc exclamaverunt filii Aaron
Nm 10,10! II Par 29,27 in tubis productilibus sonaverunt
et auditam fecerunt magnam vocem
in memoriam coram Deo
II Par 20,18! 19 tunc omnis populus simul properaverunt
et ceciderunt in faciem super terram
adorare Dominum suum
et dare preces Deo omnipotenti excelso
20 et amplificaverunt psallentes in vocibus suis
et in magna domo auctus est sonus
suavitate plenus
21 et rogavit populus Dominum excelsum in prece
usque dum perfectus est honor Domini
et munus suum perfecerunt
Ps 133,2! 22 tunc descendens extulit manus suas
in omnem congregationem filiorum Israhel
dare gloriam Deo a labiis suis et in
nomine ipsius gloriari
23 et iteravit orationem suam
volens ostendere virtutem Dei
24 et nunc orate Dominum omnium
qui magna fecit in omni terra
qui auxit dies nostros a ventre matris
nostrae
Ps 118,124! et fecit nobiscum secundum suam
misericordiam

25 det nobis iucunditatem cordis 45,31
et fieri pacem in diebus nostris
in Israhel per dies sempiternos
26 credere Israhel nobiscum esse misericordiam Dei
ut sanet vos in diebus suis
27 duas gentes odit anima mea
tertia autem non est gens quam oderim
28 qui sedent in monte Seir et Philisthim
et stultus populus qui habitat in
Sicimis
29 doctrinam sapientiae et disciplinae
scripsi in codice isto
Iesus filius Sirach Hierosolymita
qui renovavit sapientiam de corde
suo
30 beatus qui in istis versatur bonis 14,22
qui ponit illa in corde suo sapiens
erit semper
31 si enim haec fecerit ad omnia valebit
quia lux Dei vestigium eius est

51 ORATIO IESU FILII SIRACH

Confitebor tibi Domine rex 1.2: Ps 85,12! Mt 11,25!
et conlaudabo te Deum salvatorem
meum
2 confiteor nomini tuo
quoniam adiutor et protector factus Ps 39,18! 58,18!
es mihi
3 et liberasti corpus meum a perditione 16; 50,4!
a laqueo linguae iniquae 7; Ps 90,3! 119,2
et a labiis operantium mendacium
et in conspectu adstantium factus es
mihi adiutor
4 et liberasti me secundum multitudinem misericordiae nominis tui
a rugientibus paratis ad escam
5 de manibus quaerentium animam

15 consummatione CΛmc | in aram ASΦs; in ira CΣm | 16 in libationem AΣΛZTSM; in oblacione s | 17 et fudit] effundit Σ.; effudit CZΦ cr | in fundamento CΣΛΦc | altarii GTsr] altari A; altaris *cet.* | 18 sonuerunt AΛMΦc | ~ uocem magnam ΣΛsc | 19 dominum] deum CΛ.; + deum sc | ~ omnipotenti deo Φc | 20 auctus] actus CΣM; factus A | suauitatis CΦc | 22 ~ manus suas extulit c | a *om.* ACΣM | 24 nunc orate ACΣcr𝔊] plus orauit *cet.* | dominum ACΣr] deum *cet.* | 26 ~ dei misericordiam c. | sanet GZms] sanent S; liberet *cet.* | nos AΣMcr; eos ΛΦ | 28 in montes G.; in montem ΣΛZ | 29 scripsit ΣΛΦc𝔊; scribit M. | sirach + eleazari CΣr𝔊 | 30 uersabitur G | 31 [*hic desinit* s] || 51,2 confiteor GAr𝔊] confitebor *cet.* | 4 parasti T.; praeparatis AΛ SΦc; praeparastis M. |

GA CΣΛZTSMΦ m(s) cr

meam
et de portis tribulationis quae circumdederunt me
6 a pressura flammae quae circumdedit me
et in medio ignis non sum aestuatus
7 de altitudine ventris inferi
3 et a lingua coinquinata et verbo mendacii
a rege iniquo et lingua iniusta
Ps 145,2! 8 laudavit usque ad mortem anima mea Dominum
Ps 87,4! 9 et vita mea adpropinquans erat infero deorsum
Iob 30,13 10 circumdederunt me undique et non erat qui adiuvaret
Ps 21,12; 106,12; 141,5 respiciens eram ad adiutorium meum et non erat
Ps 24,6! 11 memoratus sum misericordiae tuae Domine
et operationis tuae quae a saeculo sunt
12 quoniam erues sustinentes te
et liberas eos de manibus gentium
13 exaltasti super terram habitationem meam
et pro morte defluenti deprecatus sum
14 invocavi Dominum patrem Domini mei ut non derelinquat me in die tribulationis meae
et in tempore superborum sine adiutorio
Ps 68,31! 15 laudabo nomen tuum adsidue
et conlaudabo illum in confessione
exaudita est oratio mea
3; 50,4! 16 liberasti me de perditione
et eripuisti me de tempore iniquo Gal 1,4
17 propterea confitebor et laudem dicam tibi
et benedicam nomen Domini
18 cum adhuc iunior sum
priusquam oberrem quaesivi sapientiam palam in oratione mea Sap 7,7
19 ante tempus postulabam pro illa
et usque in novissimis inquiram eam
defloriet tamquam praecox uva
20 laetatum est cor meum in ea
ambulavit pes meus iter rectum Ps 25,12
a iuventute mea investigabam eam Sap 8,2
21 inclinavi modice aurem meam et excepi illam 6,34!
22 multam inveni in me ipso sapientiam
multum profeci in ea
23 dans mihi sapientiam dabo gloriam
24 consiliatus sum enim ut facerem illam
zelatus sum bonum et non confundor
25 conluctata est anima mea in illa
et in faciendo eam confirmatus sum
26 manus meas extendi in altum Ex 9,22!
et insapientia eius luxi
27 animam meam direxi ad illam
et in agnitione inveni eam
28 possedi cum ipsis cor ab initio
propter hoc non derelinquar
29 venter meus conturbatus est quaerendo illam
propterea possidebo bonam possessionem
30 dedit enim mihi Dominus linguam mercedem meam
et in ipsa laudabo eum

GA CΣΛZTSMΦ m cr

5 portis GΛSMΦm cr] multis *cet.* | tribulationis G r] tribulationum ΛSMΦ c; tribulationibus *cet.* | 7 et a uerbo CΣΛZ c | et a lingua² ΣZ c | 8 laudabit GCZTSMΦm c | 9 infero GTm r.] inferno C; in infernum Z; in inferno *cet.* | 10 meum] hominum AΣΛZMΦ c 𝔊 | 11 sunt GAT c] est *cet.* | 12 eruis Λm c | te + domine A c | 14 non relinquat AM | 15 illud ACΣΛZm c | et exaudita ACΣΛS c | 16 liberasti] *praem.* et c; + enim A | 17 nomen tuum domine A; nomini domini Z c. | 18 sum] essem c. | oberrarem c; errem GMm.: errarem ΛS | 19 ante templum c. 𝔊 | deflorebit Z.; defloriuit m; et floriet S; et florebit AMΦ; et floreuit Λ.; et effloruit c. | 22 sapientiam + et ACΣΛMΦ c | in eam A CΣS | 23 danti AΣΛMΦ c | 24 confundar ACΛZMΦ c | 25 in illam GZTSm. | 26 in sapientia r; insapientiam Λ.; in insipientia TSΦ; insipientiam c; insipientias M; ignorantiam m.; ignorantias Λ | eius] meas A | luxit ZMΦ; lux CΣ; inluminauit A | 27 anima mea GMΦ; animum meum Σ.; animam m | 28 cum ipsa c | relinquar GSm | 29 ~ bonam possidebo c | 30 enim *om.* c. |

31 adpropiate ad me indocti
et congregate vos in domum disciplinae
32 quid adhuc retardatis et quid dicitis in his
animae vestrae sitiunt vehementer
33 aperui os meum et locutus sum
Is 55,1 conparate vobis sine argento
Mt 11,29 34 et collum vestrum subicite sub iugo
et suscipiat anima vestra disciplinam
in proximo est enim invenire eam
35 videte oculis vestris quoniam modice laboravi
et inveni mihi multam requiem
36 adsumite disciplinam in multo numero argenti
et copiosum aurum possidete in ea
Ps 30,8 37 laetetur anima vestra in misericordia eius
et non confundemini in laude ipsius
38 operamini opus vestrum ante tempus
16,151 et dabit vobis mercedem vestram in tempore suo

1—13: III Rg 8,22–30 **52** Et declinavit Salomon genua in conspectu totius ecclesiae Israhel
et aperuit manus suas ad caelum et dixit
2—13: II Par 6,14–21 2 Domine Deus Israhel non est tibi similis Deus in caelo sursum
neque in terra deorsum
3 qui custodis testamentum tuum et misericordiam pueris tuis
euntibus in conspectu tuo in toto corde
4 servans puero tuo David quae locutus es illi
et locutus es in ore tuo et in manu tua supplesti quasi dies iste
5 et nunc Domine Deus Israhel custodi puero tuo David quae locutus es illi dicens
non deerit tibi vir a facie mea sedens in throno Israhel
6 verum si custodierint filii tui manum suam
ut in praeceptis meis ambulent sicut ambulaverunt in conspectu meo
7 et nunc Domine Deus Israhel creditum est verbum quod locutus es puero tuo David
8 quoniam si vere habitabit Deus cum hominibus in terra
9 si caelum caeli non sufficit verum domus quam aedificavi
10 et respicias ad orationem pueri tui
et precationem Domine ut exaudias placationem orationis
quam puer tuus orat coram te
11 ut sint oculi tui super domum hanc die et nocte
in locum quem dixisti invocari nomen tuum
et exaudias orationem quam puer tuus orat in hunc locum
12 et exaudias precationem pueri tui et populi tui Israhel
si oraverint in loco isto
13 et exaudias in loco habitationis de caelo
et exaudias et propitius sis si peccaverit vir iuxta te

EXPLICIT LIBER IESU FILII SIRACH

32 his + et A | sitiant AM | 33 argento + sapientiam AΣΛZ | 34 sub *om.* ACΣΛM Φc | iugo + eius AΛ | 35 quoniam] quia ACΣMΦc | modicum ACΣZMΦc | 36 in eam GTS. || **52** *numeros capituli et versuum adponit* r; *tot. cap. om.* CΣc𝔊 | 1 inclinauit AΛMΦ | genua Gmr] + sua *cet.* | 4 dies isti AS. | 5 dauid *om.* GΛm.; + patri meo ASMΦ | 6 manum suam GZTmr.] legem meam *cet.* | meo GZTmr.] + fideles *cet.* | 8 habitauit AΛSM | 9 sufficiat A; sufficient ΛS(*vid.*); sufficiant tibi MΦ; sufficit illi Z. | 10 et¹] sed AMΦ | te + hodie AMΦ | 11 tui + aperti AS | et¹] ac AΛZSΦ | 12 orauerit AMΦ | 13 te + amen G ||

GA (CΣ)ΛZTSM Φm(c)r

INCIPIT PROLOGUS HIERONYMI IN ISAIA PROPHETA

Nemo cum Prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos aestimet apud Hebraeos ligari et aliquid simile habere de Psalmis vel operibus Salomonis; sed quod in Demosthene et Tullio solet fieri, ut per cola scribantur et commata, qui utique prosa et non versibus conscripserunt, nos quoque utilitati legentium providentes interpretationem novam novo scribendi genere distinximus. Ac primum de Isaia sciendum quod in sermone suo disertus sit, quippe ut vir nobilis et urbanae elegantiae nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admixtum. Unde accidit, ut prae ceteris florem sermonis eius translatio non potuerit conservare. Deinde etiam hoc adiciendum, quod non tam propheta dicendus sit quam evangelista. Ita enim universa Christi Ecclesiaeque mysteria ad liquidum persecutus est, ut non eum putes de futuro vaticinari, sed de praeteritis historiam texere. Unde conicio noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suae sacramenta perspicue
Mt 7,6 ethnicis prodere, ne sanctum canibus et margaritas porcis darent, quae, cum hanc editionem legeritis, ab illis animadvertetis abscondita.

Nec ignoro quanti laboris sit Prophetas intellegere nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit ante quae legerit, nosque patere morsibus plurimorum, qui stimulante invidia quod consequi non valent despiciunt. Sciens ergo et prudens in flammam mitto manum et nihilominus hoc a fastidiosis lectoribus precor, ut quomodo Graeci post Septuaginta translatores Aquilam et Symmachum et Theodotionem legunt vel ob studium doctrinae suae vel ut Septuaginta magis ex conlatione eorum intellegant, sic et isti saltem unum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, et postea despiciant, ne videantur non ex iudicio, sed ex odii praesumptione ignorata damnare.

Prophetavit autem Isaias in Hierusalem et in Iudaea, necdum decem tribubus in captivitatem ductis, ac de utroque regno nunc commixtim, nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad praesentem respiciat historiam et post babyloniam captivitatem reditum populi significet in Iudaeam, tamen omnis ei cura de vocatione gentium et de adventu Christi est. Quem quanto plus amatis, o Paula et Eustochium, tanto magis ab eo petite, ut pro obtrectatione praesenti, qua me indesinenter aemuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futurum, qui scit me ob hoc in peregrinae linguae eruditione sudasse, ne Iudaei de falsitate scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent. EXPLICIT PROLOGUS

AC ΣΛ(S)Φ cr — **Prologus.** *Citantur* AC *et* ΣΛSΦ *ac* ¢(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* ad paulam et eustochium in translationem isaiae ex hebraica ueritate eiusdem praefatio ¢. | 1 [*deest* S *usque ad* 21] | extimet CΣ; existimet ¢. | 2 et + eos CΣ | uel] et ¢; + de CΣ | 7 elegantiae] eloquentiae ¢ | 10 prosecutus Σ¢ | 11 ~ putes eum ¢. | 14 animaduertitis ACΣΛ | 16 ante quae] antequam ¢ | nos quoque ¢ | 18 in flamma CΣ | 21 [*adest* S] | 25 commixtum CΣΛ | 26 babyloniae Φ¢ | 27 in iudaea C | ei] eius ¢ | 28 de *om.* ¢ | ~ o paula et eustochium quem quanto plus amatis CΣ | 30 in futuro ¢ ||

INCIPIT LIBER ISAIAE PROPHETAE

2,1; Am 1,1; Mi 1,1 Visio Isaiae filii Amos quam
vidit super Iudam et Hierusalem
7,1; Os 1,1 in diebus Oziae Ioatham
Ahaz Ezechiae regum Iuda
34,1; Dt 32,1; Ps 49,1; Mi 1,2 Ier 6,19; 22,29; Bar 4,8! 2 audite caeli et auribus percipe terra
quoniam Dominus locutus est
filios enutrivi et exaltavi ipsi autem
spreverunt me
3 cognovit bos possessorem suum et
asinus praesepe domini sui
Ps 80,12; Ier 4,22; 8,7 Israhel non cognovit populus meus
non intellexit
4 vae genti peccatrici populo gravi ini-
57,4 quitate semini nequam filiis scele-
ratis
5,24; 37,23; IV Rg 19,22 dereliquerunt Dominum blasphe-
maverunt Sanctum Israhel abali-
enati sunt retrorsum
5 super quo percutiam vos ultra ad-
dentes praevaricationem
Ier 8,18! Lam 5,17 omne caput languidum et omne cor
maerens
Ps 37,4! Sap 16,9; Ier 30,12.13! 46,11 6 a planta pedis usque ad verticem
non est in eo sanitas
vulnus et livor et plaga tumens
non est circumligata nec curata me-
dicamine neque fota oleo
6,11! Ier 2,15! 7 terra vestra deserta civitates vestrae
succensae igni
Dt 28,33! Ps 78,7! regionem vestram coram vobis alieni
devorant
et desolabitur sicut in vastitate hos-
tili
8 et derelinquetur filia Sion ut um-
braculum in vinea et sicut tuguri-
um in cucumerario
sicut civitas quae vastatur

9 nisi Dominus exercituum reliquisset Rm 9,29
nobis semen
quasi Sodoma fuissemus et quasi 29,23! Ier 20,16; Am 4,11
Gomorra similes essemus
10 audite verbum Domini principes Ier 13,15
Sodomorum
percipite auribus legem Dei nostri
populus Gomorrae
11 quo mihi multitudinem victimarum
vestrarum dicit Dominus
plenus sum
holocausta arietum et adipem pin- Ps 49,9; Ier 6,20! Am 5,22! Mi 6,7
guium et sanguinem vitulorum et
agnorum et hircorum nolui
12 cum veneritis ante conspectum me-
um quis quaesivit haec de manibus
vestris ut ambularetis in atriis meis
13 ne adferatis ultra sacrificium frustra
incensum abominatio est mihi
neomeniam et sabbatum et festivi- Lam 2,6; Os 2,11; Am 5,21; IV Esr 1,31
tates alias non feram iniqui sunt
coetus vestri
14 kalendas vestras et sollemnitates
vestras odivit anima mea
facta sunt mihi molesta laboravi
sustinens
15 et cum extenderitis manus vestras
avertam oculos meos a vobis
et cum multiplicaveritis orationem Prv 1,28! Ez 8,18; Mi 3,4
non audiam
manus vestrae sanguine plenae sunt 59,3! Prv 6,17
16 lavamini mundi estote auferte ma- 55,7! Ier 4,14
lum cogitationum vestrarum ab
oculis meis
quiescite agere perverse 17 discite be-
nefacere quaerite iudicium subve- Ps 81,3.4! Ier 22,3!
nite oppresso iudicate pupillo de-
fendite viduam
18 et venite et arguite me dicit Dominus
si fuerint peccata vestra ut coccinum Ps 50,9
quasi nix dealbabuntur

Isaias. *Citantur* AC *et* ΣΛΟSTΦ kl *ac* c r b [*Hi = Hieronymus, in Isaiam*]. *Tit.* prophetia isaiae c. ‖ **1,1** [*desunt* T *usque ad* 27,7, k *usque ad* 7,9, l *usque ad* 6,11] | super iudeam C | ahaz + et ΣΟ c | 2 enutriui] genui CS. *Hi* | 3 israhel + autem me S c | cognouit[2] + me Φ; + et S c | 6 neque] nec CΣ | 8 relinquetur CΣΟ | cucumeraria A; + et c | 11 holocausto A | adipe CΣS | 12 ueniretis ΣΦ c | 13 offeratis c | 15 exaudiam CSΦ c | manus[2] + enim c | AC ΣΛΟSΦ c r b

et si fuerint rubra quasi vermiculus
velut lana erunt
Lv 25,18.19! 19 si volueritis et audieritis bona terrae
comedetis
63,10! Ier 14,12! II Par 34,25! 20 quod si nolueritis et me provocave-
ritis ad iracundiam gladius devo-
rabit vos
24,3; 40,5; 58,14 quia os Domini locutum est
Ier 2,20 21 quomodo facta est meretrix civitas
fidelis plena iudicii
iustitia habitavit in ea nunc autem
homicidae
Lam 4,1 Lxx; Ez 22,18 22 argentum tuum versum est in sco-
riam
vinum tuum mixtum est aqua
Ier 5,5; 6,28; Ez 22,27! 23 principes tui infideles socii furum
Mi 3,11; 7,3 omnes diligunt munera sequuntur
retributiones
Ier 5,28! pupillo non iudicant et causa viduae
non ingreditur ad eos
47,4! 24 propter hoc ait Dominus exercituum
Fortis Israhel
Dt 32,41! heu consolabor super hostibus meis
et vindicabor de inimicis meis
25 et convertam manum meam ad te
Ez 22,22; Za 13,9! et excoquam ad purum scoriam
tuam
et auferam omne stagnum tuum
26 et restituam iudices tuos ut fuerunt
prius
et consiliarios tuos sicut antiquitus
60,14! 62,4 post haec vocaberis civitas iusti urbs
fidelis
33,5; 46,13! 27 Sion in iudicio redimetur et redu-
cent eam in iustitia
Ps 72,27 28 et conteret scelestos et peccatores si-
mul
et qui dereliquerunt Dominum con-
sumentur
42,17! Ps 96,7! 29 confundentur enim ab idolis quibus
sacrificaverunt
et erubescetis super hortis quos
elegeratis
30 cum fueritis velut quercus defluen-
tibus foliis
et velut hortus absque aqua
31 et erit fortitudo vestra ut favilla Sir 21,10
stuppae et opus vestrum quasi
scintilla
et succendetur utrumque simul et
non erit qui extinguat
2 verbum quod vidit Isaias filius Amos 1,1!
super Iudam et Hierusalem
2 et erit in novissimis diebus praepara- 25,6; Ier 3,17
tus mons domus Domini in vertice 2–4: Mi 4,1–3
montium
et elevabitur super colles et fluent ad 56,7; Ier 31,12!
eum omnes gentes
3 et ibunt populi multi et dicent Tb 13,14! Za 8,22; 14,16
venite et ascendamus ad montem
Domini et ad domum Dei Iacob 27,13; Ier 31,6
et docebit nos vias suas et ambula- II Par 6,27!
bimus in semitis eius
quia de Sion exibit lex et verbum 51,4
Domini de Hierusalem
4 et iudicabit gentes et arguet populos 3,13! 42,1; Ioel 3,12; IV Esr 13,37
multos
et conflabunt gladios suos in vome- Ioel 3,10
res et lanceas suas in falces
non levabit gens contra gentem gla-
dium
nec exercebuntur ultra ad proelium
5 domus Iacob venite et ambulemus 60,1; Bar 4,2
in lumine Domini
6 proiecisti enim populum tuum do-
mum Iacob
quia repleti sunt ut olim
et augures habuerunt ut Philisthim
et pueris alienis adheserunt
7 repleta est terra argento et auro et
non est finis thesaurorum eius
8 et repleta est terra eius equis et in- 22,7
numerabiles quadrigae eius
et repleta est terra eius idolis opus Ier 1,16
manuum suarum adoraverunt quod
fecerunt digiti eorum

AC ΣΛΟSΦ cr b

18 lana + alba ΣSΦ c *Hi* | 19 audieritis + me Σ c | 20 ∼ ad iracundiam prouocaueritis ΣΦ c | 21 iudicio CΣ | 22 est² *om.* CΛS r b | 23 ingredietur A | eos] illos c | 24 dominus + deus c || 2,1 iuda c; iudeam Σ | 2 et¹ *om.* C | super + omnes C | 3 et³ *om.* CΣS | exiuit AO | 6 domus A |

5,15 9 et incurvavit se homo et humiliatus
est vir
ne ergo dimittas eis
19! 26,20! So 2,3 10 ingredere in petram abscondere fossa
humo
a facie timoris Domini et a gloria
maiestatis eius
17; 5,15.16; 13,11; Ps 17,28 11 oculi sublimis hominis humiliati sunt
et incurvabitur altitudo virorum
exaltabitur autem Dominus solus in
die illa
Iob 40,6.7 12 quia dies Domini exercituum super
omnem superbum et excelsum
et super omnem arrogantem et
humiliabitur
Ez 27,5.6; Za 11,2 13 et super omnes cedros Libani subli-
mes et erectas et super omnes
quercus Basan
30,25 14 et super omnes montes excelsos et
super omnes colles elevatos
So 1,16 15 et super omnem turrem excelsam et
super omnem murum munitum
16 et super omnes naves Tharsis et
super omne quod visu pulchrum
est
11! 17 et incurvabitur sublimitas hominum
et humiliabitur altitudo virorum
et elevabitur Dominus solus in die
Ier 10,11 illa 18 et idola penitus conterentur
10! 21; 7,19; I Sm 13,6! Apc 6,15.16 19 et introibunt in speluncas petrarum
et in voragines terrae
II Th 1,9 a facie formidinis Domini et a gloria
maiestatis eius cum surrexerit per-
cutere terram
30,22; 31,7 20 in die illa proiciet homo idola ar-
genti sui et simulacra auri sui
quae fecerat sibi ut adoraret talpas
et vespertiliones
19! 21 et ingredietur fissuras petrarum et
cavernas saxorum
a facie formidinis Domini et a gloria
maiestatis eius cum surrexerit per-
cutere terram
22 quiescite ergo ab homine cuius spiri- Iob 27,3; Sap 2,2
tus in naribus eius quia excelsus
reputatus est ipse
3 ecce enim Dominator Deus exerci-
tuum
auferet ab Hierusalem et ab Iuda
validum et fortem
omne robur panis et omne robur Ez 14,13! Am 8,11
aquae
2 fortem et virum bellatorem iudicem 2.3: IV Rg 24,14
et prophetam et ariolum et senem
3 principem super quinquaginta et
honorabilem vultu et consiliarium
sapientem de architectis et pruden-
tem eloquii mystici
4 et dabo pueros principes eorum et Ecl 10,16
effeminati dominabuntur eis 12!
5 et inruet populus vir ad virum unus- 19,2; Mi 7,2
quisque ad proximum suum
tumultuabitur puer contra senem et
ignobilis contra nobilem
6 adprehendet enim vir fratrem suum
domesticum patris sui
vestimentum tibi est princeps esto
noster ruina autem haec sub manu
tua
7 respondebit in die illa dicens
non sum medicus et in domo mea
non est panis neque vestimentum
nolite constituere me principem po-
puli
8 ruit enim Hierusalem et Iudas con-
cidit
quia lingua eorum et adinventiones
eorum contra Dominum
ut provocarent oculos maiestatis
eius
9 agnitio vultus eorum respondit eis
et peccatum suum quasi Sodomae
praedicaverunt nec absconderunt
vae animae eorum quoniam reddita

10 petram + et c | abscondere + in SΦc | 11 sublimes Σcrb *Hi* | incuruabitur] humiliabi- AC
tur A | 20 fecerunt Crb𝔐 | adorarent Crb | 21 ingredientur Crb | scissuras c | et² + ΣΛOSΦ
in c | cauerna AS. | 22 eius + est c || 3,1 deus] dominus Φc | aufert CSrb | 2 ~ uirum crb
et C | 3 consiliarium + et Sc | sapientem + et CΣ. | 5 uirum + et c | 7 ~ me constituere
CΣ | 9 sodoma Φc *Hi;* sodomam O. |

sunt eis mala
Ps 57,12; 127,2 [10]dicite iusto quoniam bene quoniam
fructum adinventionum suarum
comedet
[11]vae impio in malum retributio enim
manuum eius fiet ei
[12]populum meum exactores sui spo-
4; III Esr 4,22 liaverunt et mulieres dominatae
sunt eius
9,16; Lam 2,14 popule meus qui beatum te dicunt
ipsi te decipiunt et viam gressuum
tuorum dissipant
2,4! Ps 7,9; Ier 25,31! [13]stat ad iudicandum Dominus et stat
ad iudicandos populos
[14]Dominus ad iudicium veniet cum
senibus populi sui et principibus
eius
vos enim depasti estis vineam rapi-
Am 3,10 na pauperis in domo vestra
Ps 93,5 [15]quare adteritis populum meum et
facies pauperum commolitis dicit
Dominus Deus exercituum
[16]et dixit Dominus
pro eo quod elevatae sunt filiae Sion
et ambulaverunt extento collo et
nutibus oculorum
ibant et plaudebant ambulabant et
in pedibus suis conposito gradu in-
cedebant
[17]decalvabit Dominus verticem filia-
rum Sion et Dominus crinem earum
nudabit
[18]in die illa auferet Dominus ornatum
calciamentorum
et lunulas [19]et torques et monilia et
armillas et mitras
[20]discriminalia et periscelidas et mu-
renulas et olfactoriola
et inaures [21]et anulos et gemmas in
fronte pendentes
[22]et mutatoria et pallia et linteamina
et acus [23]et specula et sindones et
vittas et theristra
[24]et erit pro suavi odore fetor
et pro zona funiculus
et pro crispanti crine calvitium 15,2!
et pro fascia pectorali cilicium
[25]pulcherrimi quoque viri tui gladio
cadent et fortes tui in proelio
[26]et maerebunt atque lugebunt portae Ier 14,2; Lam 1,4
eius
et desolata in terra sedebit
4 et adprehendent septem mulieres
virum unum in die illa dicentes
panem nostrum comedemus et ves-
timentis nostris operiemur
tantummodo vocetur nomen tuum Gn 30,23!
super nos aufer obprobrium nos-
trum
[2]in die illa erit germen Domini in
magnificentia et in gloria
et fructus terrae sublimis et exulta-
tio his qui salvati fuerint de Israhel
[3]et erit omnis qui relictus fuerit in Abd 17!
Sion et residuus in Hierusalem
sanctus vocabitur
omnis qui scriptus est in vita in Ps 138,16! Lc 10,20! Hbr 12,23
Hierusalem
[4]si abluerit Dominus sordem filiarum Ioel 3,21; Za 13,1
Sion et sanguinem Hierusalem la-
verit de medio eius spiritu iudicii
et spiritu ardoris
[5]et creabit Dominus super omnem
locum montis Sion et ubi invocatus
est
nubem per diem et fumum et splen- Ex 40,36!
dorem ignis flammantis in nocte
super omnem enim gloriam protec-
tio [6]et tabernaculum erit
in umbraculum diei ab aestu 25,4; 32,2
et in securitatem et absconsionem
a turbine et a pluvia

AC ΣΛOSΦ crb

12 spoliauerunt] depopulauerunt A | eius] eis S c | ~ te beatum c. | ~ decipiunt te AO | 14 eius *om.* CS. | uineam O r 𝔐 *Hi*] + meam et ACΣS; + meam ΛΦ; + et c | pauperum CΣS. | 15 deus *om.* C | 16 et pedibus suis ΛOS *Hi*; pedibus suis et c. | 18 ornamentum CΣ c | 20 et discriminalia O c | 22 palliola c || **4**,1 inuocetur c | 2 in[3] *om.* A c | 4 sordes A c *Hi* | eius + in Λ c | 5 creauit AOSΦ | in noctem AC; per noctem Σ | 6 et pluuia CΣS ||

5 cantabo dilecto meo canticum patru-
elis mei vineae suae
Ier 2,21 1.2; Mt 21,33; Mc 12,1 vinea facta est dilecto meo in cornu
filio olei
2 et sepivit eam et lapides elegit ex illa
et plantavit eam electam
et aedificavit turrem in medio eius et
torcular extruxit in ea
et expectavit ut faceret uvas et fecit
labruscas
3 nunc ergo habitator Hierusalem et
vir Iuda iudicate inter me et inter
vineam meam
4 quid est quod debui ultra facere vine-
ae meae et non feci ei
an quod expectavi ut faceret uvas
et fecit labruscas
5 et nunc ostendam vobis quid ego
faciam vineae meae
Ps 88,41; Sir 36,27 auferam sepem eius et erit in di-
5.6; Os 2,12 reptionem
Ps 79,13! diruam maceriam eius et erit in con-
culcationem
6 et ponam eam desertam non puta-
bitur et non fodietur
7,23; 32,13! et ascendent vepres et spinae
III Rg 17,1! Agg 1,10 et nubibus mandabo ne pluant super
eam imbrem
7 vinea enim Domini exercituum do-
mus Israhel
et vir Iuda germen delectabile eius
Ecl 3,16 et expectavi ut faceret iudicium et
ecce iniquitas et iustitiam et ecce
clamor
Mi 2,2; Hab 2,6 8 vae qui coniungitis domum ad do-
mum et agrum agro copulatis us-
que ad terminum loci
numquid habitabitis soli vos in me-
dio terrae
9 in auribus meis sunt haec Domini
exercituum
nisi domus multae desertae fuerint
grandes et pulchrae absque habita-
tore
10 decem enim iuga vinearum facient Agg 2,17
lagunculam unam
et triginta modii sementis facient
modios tres
11 vae qui consurgitis mane ad ebrieta- 22; Prv 23,29.30; Ecl 10,16
tem sectandam et potandum usque
ad vesperam ut vino aestuetis
12 cithara et lyra et tympanum et tibia Sir 32,7! Am 6,5.6
et vinum in conviviis vestris
et opus Domini non respicitis nec 22,11; Ps 27,5
opera manuum eius consideratis
13 propterea captivus ductus est popu-
lus meus quia non habuit scientiam Os 4,6
et nobiles eius interierunt fame et
multitudo eius siti exaruit
14 propterea dilatavit infernus animam Prv 27,20; 30,15.16;
suam et aperuit os suum absque ul- Hab 2,5
lo termino
et descendent fortes eius et populus
eius et sublimes gloriosique eius ad
eum
15 et incurvabitur homo et humiliabi- 2,9.11! Ps 17,28
tur vir et oculi sublimium depri-
mentur
16 et exaltabitur Dominus exercituum 33,5
in iudicio et Deus sanctus sancti-
ficabitur in iustitia
17 et pascentur agni iuxta ordinem su-
um et deserta in ubertatem versa
advenae comedent
18 vae qui trahitis iniquitatem in funi-
culis vanitatis
et quasi vinculum plaustri peccatum
19 qui dicitis festinet et cito veniat opus Sir 36,10; Ier 17,15;
eius ut videamus Ez 12,28!
et adpropiet et veniat consilium
Sancti Israhel et sciemus illud
20 vae qui dicitis malum bonum et bo- Sir 11,33
num malum
ponentes tenebras lucem et lucem

5,1 patrueli meo ACΦ; fratrueli meo S. | 2 sepsit ΛO r b *Hi* | 3 habitatores SΦ c | uir CΣΛ r b 𝔐 *Hi*] uiri *cet.* | inter² *om.* CΣO c | 4 ei *om.* C | 5 ego *om.* CΣ | 6 desertam + et AO | et non] neque A | 7 israhel] *praem.* est S *Hi*; + est Φ c | ~ eius delectabile c | iniustitiam O; iniustitia CΣS | 8 ~ uos soli c | 9 meis *om.* CΣ | haec + dicit c | dominus ΛO c | 10 iugera Φ c | 12 tibiae A | 14 ad eam A | 19 ut] et CΣ |

AC ΣΛOSΦ c r b

tenebras
ponentes amarum in dulce et dulce
in amarum
Prv 3,7! 21 vae qui sapientes estis in oculis ves-
tris et coram vobismet ipsis pru-
dentes
11! 22 vae qui potentes estis ad bibendum
vinum et viri fortes ad miscendam
ebrietatem
Prv 17,15! 23 qui iustificatis impium pro muneri-
bus et iustitiam iusti aufertis ab eo
47,14! Ex 15,7; Ioel 2,5; Mal 4,1 24 propter hoc sicut devorat stipulam
10,17! lingua ignis et calor flammae exu-
rit
sic radix eorum quasi favilla erit et
germen eorum ut pulvis ascendet
1,4! 30,9! abiecerunt enim legem Domini exer-
cituum et eloquium Sancti Israhel
blasphemaverunt
Ez 6,14 25 ideo iratus est furor Domini in po-
pulo suo et extendit manum suam
super eum
Ps 45,4! et percussit eum et conturbati sunt
montes
IV Rg 9,37; Ier 9,22! 22,19; So 1,17; IV Esr 16,24 et facta sunt morticina eorum quasi
stercus in medio platearum
9,12! 10,4 in omnibus his non est aversus furor
eius sed adhuc manus eius extenta
11,10! 12; 18,3 26 et levabit signum nationibus pro-
7,18.19 cul et sibilabit ad eum de finibus
terrae
et ecce festinus velociter veniet
Ps 104,37 27 non est deficiens neque laborans in
eo
Ps 120,4 non dormitabit neque dormiet neque
solvetur cingulum renum eius
nec rumpetur corrigia calciamenti
eius
Ps 7,13.14! 44,6; 119,4; IV Esr 16,13 28 sagittae eius acutae et omnes arcus
eius extenti
Ps 76,19; Ier 4,13! ungulae equorum eius ut silex et ro-
tae eius quasi impetus tempestatis

29 rugitus eius ut leonis rugiet ut catuli Ier 2,15! Am 3,4
leonum
et frendet et tenebit praedam et am- 42,22; Ps 7,3!
plexabitur et non erit qui eruat
30 et sonabit super eum in die illa sicut
sonitus maris
aspiciemus in terram et ecce teneb- 8,22; Ier 4,23; 13,16
rae tribulationis
et lux obtenebrata est in caligine
eius
6 in anno quo mortuus est rex Ozias
vidi Dominum sedentem super so- III Rg 22,19; Dn 7,9!
lium excelsum et elevatum Apc 20,11
et ea quae sub eo erant implebant
templum
2 seraphin stabant super illud
sex alae uni et sex alae alteri Apc 4,8
duabus velabant faciem eius et dua- Ez 1,11!
bus velabant pedes eius et duabus
volabant
3 et clamabant alter ad alterum et di-
cebant
sanctus sanctus sanctus Dominus Apc 4,8!
exercituum plena est omnis terra Ps 71,19! Hab 3,3!
gloria eius
4 et commota sunt superliminaria car- Am 9,1
dinum a voce clamantis et domus
impleta est fumo III Rg 8,10! Apc 15,8
5 et dixi vae mihi quia tacui quia vir
pollutus labiis ego sum
et in medio populi polluta labia ha-
bentis ego habito
et Regem Dominum exercituum vidi 33,17; Gn 32,30; Idc 6,22; 13,22!
oculis meis
6 et volavit ad me unus de seraphin et 6.7: Dn 10,16
in manu eius calculus quem forcipe
tulerat de altari
7 et tetigit os meum et dixit
ecce tetigit hoc labia tua et auferetur Ier 1,9; Za 3,4
iniquitas tua et peccatum tuum Ps 50,3.4! Dn 9,24
mundabitur
8 et audivi vocem Domini dicentis

AC ΣΛΟSΦ 𝔠𝔯𝔟 20 in[1] *om.* CΣO | 25 in populo suo AΦ𝔯𝔟𝔐𝔊] in populo C; in populos ΣΛOS; in populum suum 𝔠 *Hi* | ~ in his omnibus Φ𝔠 | 26 eleuabit 𝔠 *Hi* | nationibus AC𝔯𝔟] *praem.* in *cet.* | 27 non[2]] neque A | dormiet] obdormiet CO𝔯𝔟 | 29 et rugiet Σ; rugiet et C | 30 in terra A || **6**,1 sub ipso 𝔠 | replebant 𝔠 | 2 et seraphin ACΣ | stabat CΣ | uelabat[1.2] 𝔯𝔟. *Hi* | uolabat O𝔯𝔟. *Hi* | 3 clamabat AOΦ𝔯𝔟 *Hi* | dicebat Φ𝔯𝔟 *Hi* | dominus A𝔯𝔟𝔐𝔊 *Hi*] + deus *cet.* | est *om.* C𝔯𝔟 *Hi* | 4 repleta 𝔠 |

quem mittam et quis ibit nobis
et dixi ecce ego sum mitte me
Act 28,26.27! Sap 4,14; Ier 5,21; Ez 12,2 9.10: Mt 13,14.15 9 et dixit vade et dices populo huic
audite audientes et nolite intellegere
et videte visionem et nolite cognos-
cere
Io 12,40 10 excaeca cor populi huius et aures eius
29,10 adgrava et oculos eius claude
Mc 4,12; Lc 8,10; Rm 11,8 ne forte videat oculis suis et auribus
suis audiat et corde suo intellegat et
convertatur et sanem eum
11 et dixi usquequo Domine
1,7! 27,10; 32,14! Ier 4,7! 49,13; 51,43! et dixit donec desolentur civitates
absque habitatore et domus sine
homine
et terra relinquetur deserta 12 et longe
faciet Dominus homines
et multiplicabitur quae derelicta fue-
rat in medio terrae
13 et adhuc in ea decimatio
et convertetur et erit in ostensionem
sicut terebinthus et sicuti quercus
quae expandit ramos suos
semen sanctum erit id quod steterit
in ea
1,1! 7 et factum est in diebus Ahaz filii
Ioatham filii Oziae regis Iuda
IV Rg 15,37; 16,5 ascendit Rasin rex Syriae et Phacee
filius Romeliae rex Israhel in Hieru-
salem ad proeliandum contra eam
et non potuerunt debellare eam
2 et nuntiaverunt domui David dicen-
tes requievit Syria super Ephraim
et commotum est cor eius et cor po-
puli eius sicut moventur ligna sil-
varum a facie venti
3 et dixit Dominus ad Isaiam
egredere in occursum Ahaz tu et qui
derelictus est Iasub filius tuus
36,2; IV Rg 18,17 ad extremum aquaeductus piscinae
superioris in via agri Fullonis
4 et dices ad eum
vide ut sileas noli timere et cor tuum
ne formidet
a duobus caudis titionum fumigan- Am 4,11; Za 3,2
tium istorum
in ira furoris Rasin et Syriae et filii
Romeliae
5 eo quod consilium inierit contra te
Syria malum
Ephraim et filius Romeliae dicentes
6 ascendamus ad Iudam et suscitemus
eum et avellamus eum ad nos
et ponamus regem in medio eius fili-
um Tabeel
7 haec dicit Dominus Deus non stabit 8,10
et non erit istud
8 sed caput Syriae Damascus et caput
Damasci Rasin
et adhuc sexaginta et quinque anni
et desinet Ephraim esse populus 17,3
9 et caput Ephraim Samaria et caput
Samariae filius Romeliae
si non credideritis non permanebitis
10 et adiecit Dominus loqui ad Ahaz
dicens
11 pete tibi signum a Domino Deo tuo Idc 6,17!
in profundum inferni sive in excel-
sum supra
12 et dixit Ahaz non petam et non Dt 6,16!
temptabo Dominum
13 et dixit audite ergo domus David
numquid parum vobis est molestos
esse hominibus
quia molesti estis et Deo meo
14 propter hoc dabit Dominus ipse vo- 38,7
bis signum
ecce virgo concipiet et pariet filium Gn 16,11! Mt 1,21.23. Lc 1,31
et vocabitis nomen eius Emmanu-
hel
15 butyrum et mel comedet ut sciat re- 22
probare malum et eligere bonum
16 quia antequam sciat puer reprobare Dt 1,39
malum et eligere bonum
derelinquetur terra quam tu detes-
taris a facie duum regum suorum

8 sum *om.* ΛOc *Hi* | 9 dicis AS; dic CΣ | 11 [*adest* l *usque ad* 11,10] || 7,1 eam[2]] illam CΣ | 4 ne] non CΣ | duabus Λc | et[3]] regis c | 5 in malum c.; mala ΛOS | 9 [*adest* k *passim usque ad* 8,9] | 13 ~ est uobis CΣ | 14 ~ uobis dabit dominus ipse CΣ | uocabitur CΣc; uocabis SΦ *Hi* | 16 duorum Φc *Hi* |

AC
ΣΛOSΦ (kl)
crb

8.7 17 adducet Dominus super te et super
populum tuum et super domum
patris tui
dies qui non venerunt a diebus sepa-
rationis Ephraim a Iuda cum rege
Assyriorum
18.19: 5.26 18 et erit in die illa sibilabit Dominus
muscae quae est in extremo flumi-
num Aegypti
et api quae est in terra Assur
2.19! 19 et venient et requiescent omnes in
torrentibus vallium et cavernis pet-
rarum
et in omnibus frutectis et in universis
foraminibus
20 in die illa radet Dominus in nova-
cula conducta in his qui trans Flu-
men sunt in rege Assyriorum
caput et pilos pedum et barbam uni-
versam
21 et erit in die illa nutriet homo vac-
cam boum et duas oves
15 22 et prae ubertate lactis comedet buty-
rum
butyrum enim et mel manducabit
omnis qui relictus fuerit in medio
terrae
23 et erit in die illa omnis locus ubi fue-
rint mille vites mille argenteis
5.6! et in spinas et in vepres erunt
24 cum sagittis et arcu ingredientur illuc
32.13! vepres enim et spinae erunt in uni-
versa terra
25 et omnes montes qui in sarculo sa-
rientur
non veniet illuc terror spinarum et
veprium
5.17 Lxx et erit in pascua bovis et in concul-
cationem pecoris
Ier 30.2! 8 et dixit Dominus ad me
30.8! sume tibi librum grandem et scribe
in eo stilo hominis
Velociter spolia detrahe Cito prae-
dare
2 et adhibui mihi testes fideles
Uriam sacerdotem et Zacchariam
filium Barachiae
3 et accessi ad prophetissam et con-
cepit et peperit filium
et dixit Dominus ad me
voca nomen eius
Adcelera spolia detrahere Festina
praedari
4 quia antequam sciat puer vocare
patrem suum et matrem suam
auferetur fortitudo Damasci et spo- IV Rg 16.9
lia Samariae coram rege Assyrio-
rum
5 et adiecit Dominus loqui ad me ad-
huc dicens
6 pro eo quod abiecit populus iste
aquas Siloae quae vadunt cum si-
lentio
et adsumpsit magis Rasin et filium
Romeliae
7 propter hoc ecce Dominus adducet 7.17
super eos aquas Fluminis fortes et
multas
regem Assyriorum et omnem glori-
am eius
et ascendet super omnes rivos eius Ps 68.2!
et fluet super universas ripas eius
8 et ibit per Iudam inundans et trans- 30.28
iens usque ad collum veniet
et erit extensio alarum eius implens
latitudinem terrae tuae o Emmanu-
hel
9 congregamini populi et vincimini
et audite universae procul terrae
confortamini et vincimini
accingite vos et vincimini
10 inite consilium et dissipabitur II Esr 4.15!
loquimini verbum et non fiet quia 7.7; Rm 8.31
nobiscum Deus
11 haec enim ait Dominus ad me
sicut in forti manu erudivit me ne

AC ΣΛΟSΦ(k)l crb 19 et in cauernis c *Hi* | 23 ~ illa die C | et in[1]] et CΣ: in c. | in[3] *om.* CΣ | 25 sariun-
tur A || 8,3 praedare ACΣOS | 7 uniuersas] omnes C | 9 uincemini[1.2.3] ASΦ | [*deest*
k *usque ad* 29.8] | 11 ~ manu forti Σc |

irem in via populi huius dicens
12 non dicatis coniuratio
omnia enim quae loquitur populus iste coniuratio est
I Pt 3,14.15 et timorem eius ne timeatis neque paveatis
29,23! 13 Dominum exercituum ipsum sanctificate
ipse pavor vester et ipse terror vester
Ez 11,16! 14 et erit vobis in sanctificationem
Lc 2,34; Rm 9,33; I Pt 2,7.8 in lapidem autem offensionis et in petram scandali duabus domibus Israhel
in laqueum et in ruinam habitantibus Hierusalem
28,13 15 et offendent ex eis plurimi et cadent
et conterentur et inretientur et capientur
Dn 12,4! 16 liga testimonium signa legem in discipulis meis
Mi 7,7! Hab 2,3 17 et expectabo Dominum qui abscondit faciem suam a domo Iacob et praestolabor eum
Gn 33,5! Hbr 2,13 18 ecce ego et pueri quos mihi dedit Dominus
in signum et in portentum Israhelis
a Domino exercituum qui habitat in monte Sion
19,3; 47,12 19 et cum dixerint ad vos quaerite a pythonibus et a divinis qui stridunt in incantationibus suis
numquid non populus a Deo suo requirit pro vivis a mortuis
20 ad legem magis et ad testimonium
quod si non dixerint iuxta verbum hoc non erit eis matutina lux
Prv 30,9! 21 et transibit per eam corruet et esuriet
et cum esurierit irascetur
Prv 19,3; Apc 16,11 et maledicet regi suo et Deo suo
5,30! et suspiciet sursum 22 et ad terram intuebitur
et ecce tribulatio et tenebrae
dissolutio angustia et caligo persequens
et non poterit avolare de angustia sua
9 primo tempore adleviata est terra Zabulon et terra Nepthalim 1.2: Mt 4,15.16
et novissimo adgravata est via maris trans Iordanem Galileae gentium
2 populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam Lc 1,79; Eph 5,8!
habitantibus in regione umbrae mortis lux orta est eis
3 multiplicasti gentem non magnificasti laetitiam
laetabuntur coram te sicut laetantur in messe I Sm 30,16; Ps 118,162!
sicut exultant quando dividunt spolia
4 iugum enim oneris eius et virgam umeri eius et sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian 10,27; 14,5 25; Ier 30,8!
5 quia omnis violenta praedatio cum tumultu
et vestimentum mixtum sanguine
erit in conbustionem et cibus ignis Ez 39,9!
6 parvulus enim natus est nobis filius datus est nobis
et factus est principatus super umerum eius
et vocabitur nomen eius Admirabilis consiliarius Deus fortis Pater futuri saeculi Princeps pacis 28,29
7 multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis 54,13.14; Ps 71,7
super solium David et super regnum eius II Sm 7,16! Lc 1,32.33!
ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia
amodo et usque in sempiternum

14 autem] enim CΣ | in petra A | 18 pueri + mei ϲ | ~ dedit mihi ϲ | israel ϲ | in montem ΛΛ | 19 strident ϲ. | in *om.* C | requiret Φϲ | a mortuis ΛSϲr 𝔟𝔐𝔊 *Hi*] ac mortuis *cet.* | 22 dissolutio + et Aϲ | euolare ΛS. || 9,1 adleuata CΣΛO | 3 gentem + et ϲ. | sicut¹ + qui ϲ | exultant + uictores CΛ; + uictores capta praeda Σr | diuident C | 4 umeris CΛS | 6 nobis¹ + et ϲ | umeros CΣ | 7 dauid + sedebit CΣΛ | eius² + sedebit ϲ | et in iustitia CΣ |

AC ΣΛOSΦI ϲr𝔟

37,32; IV Rg 19,31 zelus Domini exercituum faciet hoc
8 verbum misit Dominus in Iacob et cecidit in Israhel
9 et sciet populus omnis Ephraim et habitantes Samariam
in superbia et magnitudine cordis dicentes
10 lateres ceciderunt sed quadris lapidibus aedificabimus
sycomoros succiderunt sed cedros inmutabimus
11 et elevabit Dominus hostes Rasin super eum
et inimicos eius in tumultum vertet
12 Syriam ab oriente et Philisthim ab occidente
et devorabunt Israhel toto ore
17,21; 5,25; 10,4 in omnibus his non est aversus furor eius sed adhuc manus eius extenta
Sir 48,16! Os 7,10! Am 4,6; Agg 2,18 13 et populus non est reversus ad percutientem se
Am 4,9! et Dominum exercituum non inquisierunt
14 et disperdet Dominus ab Israhel
19,15; Dt 28,13 caput et caudam incurvantem et refrenantem die una
15 longevus et honorabilis ipse est caput
et propheta docens mendacium ipse cauda est
3,12! 16 et erunt qui beatificant populum istum seducentes
et qui beatificantur praecipitati
Ier 18,21! 17 propter hoc super adulescentulis eius non laetabitur Dominus
et pupillorum eius et viduarum non miserebitur
quia omnis hypocrita est et nequam
et universum os locutum est stultitiam
12! in omnibus his non est aversus furor eius sed adhuc manus eius extenta
Sir 21,10! 18 succensa est enim quasi ignis impietas veprem et spinam vorabit
et succendetur in densitate saltus et convolvetur superbia fumi
19 in ira Domini exercituum conturbata est terra
et erit populus quasi esca ignis vir fratri suo non parcet 33,12
20 et declinabit ad dexteram et esuriet Lv 26,26; Os 4,10; Mi 6,14
et comedet ad sinistram et non saturabitur
unusquisque carnem brachii sui vorabit Za 11,9
Manasses Ephraim et Ephraim Manassen simul ipsi contra Iudam
21 in omnibus his non est aversus furor eius sed adhuc manus eius extenta 12!
10 vae qui condunt leges iniquas et scribentes iniustitiam scripserunt Ier 8,8
2 ut opprimerent in iudicio pauperes Sap 2,10; Am 2,7!
et vim facerent causae humilium populi mei
ut essent viduae praeda eorum et pupillos diriperent
3 quid facietis in die visitationis et calamitatis de longe venientis Os 9,7
ad cuius fugietis auxilium et ubi derelinquetis gloriam vestram
4 ne incurvemini sub vinculo et cum interfectis cadatis
super omnibus his non est aversus furor eius sed adhuc manus eius extenta 5,25; 9,12!
5 vae Assur virga furoris mei et baculus ipse 30,31!
in manu eorum indignatio mea
6 ad gentem fallacem mittam eum
et contra populum furoris mei mandabo illi 30,9; 36,10; IV Rg 18,25
ut auferat spolia et diripiat praedam
et ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum II Sm 22,43; Ps 17,43; Mi 7,10
7 ipse autem non sic arbitrabitur Mi 4,12
et cor eius non ita aestimabit
sed ad conterendum erit cor eius
et ad internicionem gentium non

AC ΣΛΟSΦI crb
9 ~ omnis populus c | 15 ~ est cauda c *Hi* || **10**,1 condunt] colunt CΣ | 3 confugietis c | 5 ipse + est c *Hi* | 6 ponam A | 7 existimabit c. |

paucarum
8 dicet enim 9 numquid non principes
mei simul reges sunt
36,19; 37,13; IV Rg 18,34; 19,13 numquid non ut Charchamis sic
Chalanno et ut Arfad sic Emath
numquid non ut Damascus sic Samaria
10 quomodo invenit manus mea regna
idoli
sic et simulacra eorum de Hierusalem et de Samaria
11 numquid non sicut feci Samariae et
idolis eius
sic faciam Hierusalem et simulacris
eius
12 et erit cum impleverit Dominus
cuncta opera sua in monte Sion et
in Hierusalem
24,21 visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur
et super gloriam altitudinis oculorum eius
13 dixit enim in fortitudine manus meae
feci et in sapientia mea intellexi
et abstuli terminos populorum et
principes eorum depraedatus sum
et detraxi quasi potens in sublime
residentes
14 et invenit quasi nidum manus mea
fortitudinem populorum
et sicut colliguntur ova quae derelicta sunt sic universam terram ego
congregavi
et non fuit qui moveret pinnam et
aperiret os et ganniret
29,16 15 numquid gloriabitur securis contra
eum qui secat in ea
aut exaltabitur serra contra eum a
quo trahitur
quomodo si elevetur virga contra
levantem se
et exaltetur baculus qui utique lignum est
16 propter hoc mittet Dominator Deus
exercituum in pinguibus eius tenuitatem 17,4
et subtus gloriam eius succensa ardebit quasi conbustio ignis
17 et erit lumen Israhel in igne et Sanctus eius in flamma 5,24! Abd 18; Za 12,6
et succendetur et devorabitur spina 27,4; 33,12
eius et vepres in die una
18 et gloria saltus eius et Carmeli eius 34!
ab anima usque ad carnem consumetur
et erit terrore profugus
19 et reliquiae ligni saltus eius pro paucitate numerabuntur et puer scribet
eos
20 et erit in die illa non adiciet residuum Israhel et hii qui fugerint de
domo Iacob inniti super eo qui percutit eos
sed innitetur super Dominum Sanctum Israhel
in veritate 21 reliquiae convertentur
reliquiae inquam Iacob ad Deum
fortem
22 si enim fuerit populus tuus Israhel 48,19; Gn 32,12! Os 1,10; Rm 9,27.28
quasi harena maris reliquiae convertentur ex eo
consummatio adbreviata inundabit
iustitiam
23 consummationem enim et adbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terrae 28,22; Ez 7,2; So 1,18
24 propter hoc haec dicit Dominus
Deus exercituum
noli timere populus meus habitator
Sion ab Assur
in virga percutiet te et baculum
suum levabit super te in via Aegypti
25 adhuc enim paululum modicumque
et consummabitur indignatio et furor meus super scelus eorum
26 et suscitabit super eum Dominus
exercituum flagellum iuxta plagam

AC ΣΛOSΦI crb

8 dicit CΣS | 12 in² *om.* AΣ | fructum] fluctum CΣ | 15 eleuantem Oc | 16 deus] dominus Φc | 17 in ignem A | 19 pro] prae ΣΦc | 22 iustitia A |

Madian in petra Oreb
et virgam suam super mare et levabit
eam in via Aegypti
9,4! 14,25 27 et erit in die illa auferetur onus eius
de umero tuo et iugum eius de collo
tuo
et conputrescet iugum a facie olei
28 veniet in Aiath transibit in Magron
apud Machmas commendabit vasa
sua
29 transierunt cursim Gabee sedes nos-
tra
obstipuit Rama Gabaath Saulis fu-
git
30 hinni voce tua filia Gallim
adtende Laisa paupercula Anathoth
31 migravit Medemena
habitatores Gebim confortamini
32 adhuc dies est ut in Nob stetur
agitabit manum suam super mon-
tem filiae Sion collem Hierusalem
33 ecce Dominator Dominus exercitu-
um confringet lagunculam in terrore
et excelsi statura succidentur et sub-
limes humiliabuntur
18; Ier 46,23 34 et subvertentur condensa saltus ferro
et Libanus cum excelsis cadet
Nm 24,17; Mt 2,23 **11** et egredietur virga de radice Iesse
et flos de radice eius ascendet
32,15! 42,1; 61,1! 63,11! Ez 2,2! I Pt 4,14 2 et requiescet super eum spiritus Do-
mini
Ex 31,3! Sir 39,8 III Rg 3,12! spiritus sapientiae et intellectus
spiritus consilii et fortitudinis
spiritus scientiae et pietatis
3 et replebit eum spiritus timoris Do-
mini
Io 7,24 non secundum visionem oculorum
iudicabit
neque secundum auditum aurium
arguet
Ps 71,4! 4 sed iudicabit in iustitia pauperes
Ps 75,10 et arguet in aequitate pro mansuetis
terrae
Os 6,5; II Th 2,8; Apc 19,15; IV Esr 13,10 et percutiet terram virga oris sui
et spiritu labiorum suorum interfi- 30,28! Iob 4,9!
ciet impium
5 et erit iustitia cingulum lumborum
eius
et fides cinctorium renis eius
6 habitabit lupus cum agno 65,25
et pardus cum hedo accubabit
vitulus et leo et ovis simul morabun-
tur
et puer parvulus minabit eos
7 vitulus et ursus pascentur
simul requiescent catuli eorum
et leo quasi bos comedet paleas 65,25
8 et delectabitur infans ab ubere super
foramine aspidis
et in caverna reguli qui ablactatus
fuerit manum suam mittet
9 non nocebunt et non occident in 60,18; 65,25
universo monte sancto meo
quia repleta est terra scientia Domi- Hab 2,14
ni sicut aquae maris operientes
10 in die illa radix Iesse qui stat in sig- Rm 15,12
num populorum 12! 5,26!
ipsum gentes deprecabuntur et erit
sepulchrum eius gloriosum
11 et erit in die illa adiciet Dominus
secundo manum suam
ad possidendum residuum populi sui 27,13! Za 10,10
quod relinquetur ab Assyriis et ab
Aegypto
et a Fetros et ab Aethiopia
et ab Aelam et a Sennaar
et ab Emath et ab insulis maris
12 et levabit signum in nationes et con- 10! 5,26! 49,22; 62,10
gregabit profugos Israhel 56,8; Ps 146,2
et dispersos Iuda colliget a quattuor Tb 13,12! Ez 11,17! 20,41! 12,13; Os 1,11!
plagis terrae
13 et auferetur zelus Ephraim et hos- Ez 37,19
tes Iuda peribunt
Ephraim non aemulabitur Iudam et
Iudas non pugnabit contra Eph-
raim
14 et volabunt in umeros Philisthim per
mare

AC ΣΛOSΦ(I) crb 29 gabee] gaba c. | 32 nobe Σc; nobis CO || **11**,2 super eum] in eo CΣ. | 5 renis ASI rb *Hi*] renum *cet.* | 7 pascentur + et C | 9 operientis COS | 10 [*deest* I *usque ad* 34,8] | 11 ab elamitas CΣ |

Ier 49,28 simul praedabuntur filios orientis
Ps 59,10! 107,10 Idumea et Moab praeceptum manus
eorum
et filii Ammon oboedientes erunt
15 et desolabit Dominus linguam maris
Aegypti
Iob 28,4; IV Esr 13,44! et levabit manum suam super Flu-
men in fortitudine spiritus sui
et percutiet eum in septem rivis ita
ut transeant per eum calciati
Ml 7,15 16 et erit via residuo populo meo qui
relinquetur ab Assyriis
sicut fuit Israhel in die qua ascendit
de terra Aegypti
12 et dices in illa die
confitebor tibi Domine quoniam
iratus es mihi
conversus est furor tuus et consola-
tus es me
Iob 13,16! Ps 11,6; Act 9,27.28! 2 ecce Deus salvator meus fiducialiter
agam et non timebo
Ex 15,2; Ps 117,14! quia fortitudo mea et laus mea Do-
minus Deus
et factus est mihi in salutem
3 haurietis aquas in gaudio de fontibus
salvatoris
4 et dicetis in illa die
1 Par 16,8! Ps 104,1! confitemini Domino et invocate no-
men eius
notas facite in populis adinventiones
eius
Ps 148,13 mementote quoniam excelsum est
nomen eius
Ps 97,1! 5 cantate Domino quoniam magnifice
fecit
adnuntiate hoc in universa terra
Ps 9,12; 64,2; So 3,14! 6 exulta et lauda habitatio Sion
Os 11,9; Ioel 2,27; So 3,15; Za 2,10! quia magnus in medio tui Sanctus
Israhel
13 onus Babylonis quod vidit Isaias
filius Amos
2 super montem caligosum levate sig-
Ier 51,25 num exaltate vocem levate manum
et ingrediantur portas duces
3 ego mandavi sanctificatis meis
et vocavi fortes meos in ira mea exul-
tantes in gloria mea
4 vox multitudinis in montibus quasi
populorum frequentium
vox sonitus regum gentium congre-
gatarum
Dominus exercituum praecepit mi- Ier 49,14; Ioel 3,9
litiae belli
5 venientibus de terra procul a sum-
mitate caeli
Dominus et vasa furoris eius ut dis- Ier 50,25
perdat omnem terram
6 ululate quia prope est dies Domini Ez 30,2.3; Ioel 1,15!
quasi vastitas a Domino veniet
7 propter hoc omnes manus dissol- Ez 7,17
ventur 7.8: Sir 48,21; Ier 6,24!
et omne cor hominis tabescet 8 et 19,1; Ez 21,7
contereretur
tortiones et dolores tenebunt 21,3! 26,17! Dt 2,25; Ps 47,7; Os 13,13
quasi parturiens dolebunt
unusquisque ad proximum suum
stupebit
facies conbustae vultus eorum
9 ecce dies Domini venit crudelis et 34,8! Ioel 2,31!
indignationis plenus et irae furoris-
que
ad ponendam terram in solitudine 24,1; Ier 50,3
et peccatores eius conterendos de
ea
10 quoniam stellae caeli et splendor Ez 32,7; Ioel 2,10!
earum non expandent lumen suum
obtenebratus est sol in ortu suo 24,23; Ioel 2,31! Mt 24,29! Mc 13,24
et luna non splendebit in lumine suo
11 et visitabo super orbis mala et con-
tra impios iniquitatem eorum
et quiescere faciam superbiam infi- 2,11! 25,5
delium
et arrogantiam fortium humiliabo
12 pretiosior erit vir auro et homo
mundo obrizo
13 super hoc caelum turbabo et move- Iob 9,6; 26,11; Sir 16,18!

16 israheli Φc | die + illa c ‖ **12,1** ~ die illa ΣΦ c | 2 deus² *om.* c | 4 ~ die illa c. | et² *om.* Orb | 6 quia] quoniam C ‖ **13,2** caliginosum Φc | 7 contabescet c | 8 torsiones c. | 9 uenit AOSrb *Hi*] ueniet *cet.* | et² *om.* A | in solitudinem ΛΦcrb *Hi* | 10 suum + et CΣ. | 11 orbis] orbem rb.𝔐; urbes AΛ | AC ΣΛOSΦ crb

Agg 2,7! 22 bitur terra de loco suo
propter indignationem Domini exercituum et propter diem irae furoris eius
14 et erit quasi dammula fugiens et quasi ovis et non erit qui congreget
Ier 50,16! unusquisque ad populum suum convertetur et singuli ad terram suam fugient
15 omnis qui inventus fuerit occidetur
et omnis qui supervenerit cadet in gladio
IV Rg 8,12; Ps 136,9! 16 infantes eorum adlident in oculis eorum
Za 14,2 diripientur domus eorum et uxores eorum violabuntur
Ier 51,11 17 ecce ego suscitabo super eos Medos
qui argentum non quaerant nec aurum velint
18 sed sagittis parvulos interficiant
et lactantibus uteri non misereantur
Ier 51,3 et super filios non parcat oculus eorum
19 et erit Babylon illa gloriosa in regnis
Ier 51,41; So 2,9 inclita in superbia Chaldeorum
19.20: Ier 49,18! 50,39.40 sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorram
20 non habitabitur usque in finem
et non fundabitur usque ad generationem et generationem
nec ponet ibi tentoria Arabs nec pastores requiescent ibi
34,13.14; Ier 50,39! 21 sed requiescent ibi bestiae et replebuntur domus eorum draconibus
21.22: Apc 18,2 et habitabunt ibi strutiones et pilosi saltabunt ibi
22 et respondebunt ibi ululae in aedibus eius
et sirenae in delubris voluptatis
Ps 101,14 **14** prope est ut veniat tempus eius et dies eius non elongabuntur
miserebitur enim Dominus Iacob et eliget adhuc de Israhel
et requiescere eos faciet super humum suam
adiungetur advena ad eos et adherebit domui Iacob
2 et tenebunt eos populi et adducent eos in locum suum
et possidebit eos domus Israhel super terram Domini in servos et ancillas 61,5
et erunt capientes eos qui se ceperant
et subicient exactores suos
3 et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo
et a concussione tua et a servitute dura qua ante servisti
4 sumes parabolam istam contra regem Babylonis et dices
quomodo cessavit exactor quievit tributum
5 contrivit Dominus baculum impiorum 9,4! Ier 48,17 5.6: Ps 124,3
virgam dominantium 6 caedentem populos in indignatione
plaga insanabili subicientem in furore gentes
persequentem crudeliter
7 conquievit et siluit omnis terra Hab 2,20!
gavisa est et exultavit
8 abietes quoque laetatae sunt super te et cedri Libani Ez 31,16
ex quo dormisti non ascendit qui succidat nos
9 infernus subter conturbatus est in occursum adventus tui Ez 32,21
suscitavit tibi gigantas omnes principes terrae
surrexerunt de soliis suis omnes principes nationum
10 universi respondebunt et dicent tibi
et tu vulneratus es sicut nos nostri similis effectus es
11 detracta est ad inferos superbia tua
concidit cadaver tuum Iob 21,26; Sir 10,13!

AC ΣΛΟSΦ c r b — 14 ouis] auis AΣ; nauis C.; oues S. | 16 allidentur SΦc | 18 interficient Φc *Hi* | uteris c; uberi S. | miserebuntur Φc *Hi* | parcet c *Hi* | 19 in² *om.* c | deus] dominus c | 22 ibi *om.* Σ r b 𝔐 *Hi* | sirenes c. || 14,1 et⁴ *om.* A | adherebit] adiungetur C | 2 et in ancillas CΣOrb | 3 ~ tibi dederit A | a labore] ab opere CΣ | 8 ascendet OΦc | 9 suscitabit CΣSΦ | gigantes ΣΛΦ c *Hi* | 10 sicut + et Σc |

subter te sternetur tinea et operimen-
tum tuum erunt vermes
Lc 10,18; Apc 8,10! [12]quomodo cecidisti de caelo lucifer
qui mane oriebaris
corruisti in terram qui vulnerabas
gentes
[13]qui dicebas in corde tuo
Ier 51,53 in caelum conscendam super astra
Dei exaltabo solium meum
Ps 47,3 sedebo in monte testamenti in lateri-
bus aquilonis
14,15: Am 9,2 [14]ascendam super altitudinem nubium
ero similis Altissimo
Ez 32,18! Mt 11,23; Lc 10,15 [15]verumtamen ad infernum detraheris
in profundum laci
[16]qui te viderint ad te inclinabuntur
teque prospicient
numquid iste est vir qui conturbavit
terram qui concussit regna
[17]qui posuit orbem desertum et urbes
eius destruxit
vinctis eius non aperuit carcerem
[18]omnes reges gentium universi dor-
mierunt in gloria vir in domo sua
[19]tu autem proiectus es de sepulchro
tuo quasi stirps inutilis
pollutus et obvolutus
34,3! qui interfecti sunt gladio et descen-
derunt ad fundamenta laci
quasi cadaver putridum [20]non habe-
bis consortium neque cum eis in
sepultura
tu enim terram disperdisti tu popu-
lum occidisti
non vocabitur in aeternum semen
pessimorum
Ex 34,7! [21]praeparate filios eius occisioni in ini-
quitate patrum eorum
non consurgent nec hereditabunt
terram
neque implebunt faciem orbis civita-
tum
[22]et consurgam super eos dicit Domi-
nus exercituum
et perdam Babylonis nomen et reli- Iob 18,19
quias et germen et progeniem ait
Dominus
[23]et ponam eam in possessionem ericii 34,11!
et in paludes aquarum
et scopabo eam in scopa terens dicit
Dominus exercituum
[24]iuravit Dominus exercituum dicens
si non ut putavi ita erit et quomodo
mente tractavi [25]sic eveniet
ut conteram Assyrium in terra mea
et in montibus meis conculcem eum
et auferetur ab eis iugum eius et onus 9,4! 10,27
illius ab umero eorum tolletur
[26]hoc consilium quod cogitavi super So 3,8!
omnem terram
et haec est manus extenta super uni-
versas gentes
[27]Dominus enim exercituum decrevit
et quis poterit infirmare
et manus eius extenta et quis avertet
eam
[28]in anno quo mortuus est rex Ahaz
factum est onus istud
[29]ne laeteris Philisthea omnis tu
quoniam comminuta est virga per-
cussoris tui
de radice enim colubri egredietur re- 59,5
gulus
et semen eius absorbens volucrem
[30]et pascentur primogeniti pauperum 29,19
et pauperes fiducialiter requiescent
et interire faciam in fame radicem
tuam
et reliquias tuas interficiam
[31]ulula porta clama civitas prostrata
est Philisthea omnis
ab aquilone enim fumus venit
et non est qui effugiat agmen eius
[32]et quid respondebitur nuntiis gentis
quia Dominus fundavit Sion et in Ps 86,5; 101,17; So 3,12
ipsa sperabunt pauperes populi eius

13 in montem A | 14 ~ similis ero CΣΦc | 18 gloriam uiri C | 19 obuolutus + cum his Σc | 20 habebis + cum eis CΣ | terram + tuam Ac *Hi* | disperdidisti Acrb *Hi*; dispersisti O. | populum + tuum c *Hi* | 21 eorum] suorum ΣΛΟc *Hi* | nec] neque CΣ | 22 ait] dicit c *Hi* | 23 dominus + deus CΣ | 24 quo modo r. | 25 eorum] illius A. | 31 est[1] *om.* r. *lapsu* | ueniet ASΦc *Hi* | effugiet c | 32 in ipso CSΦc *Hi* ‖ AC ΣΛΟSΦ crb

Nm 21,28! Ier 48,45 **15** onus Moab
quia nocte vastata est Ar Moab conticuit
quia nocte vastatus est murus Moab conticuit
2 ascendit domus et Dibon ad excelsa in planctum
super Nabo et super Medaba Moab ululabit
3,24; Ier 48,37; Ez 7,18 in cunctis capitibus eius calvitium omnis barba radetur
3 in triviis eius accincti sunt sacco
Ier 48,38 super tecta eius et in plateis eius om-
16,7 nis ululat descendit in fletum
4—6: Ier 48,34 4 clamavit Esebon et Eleale usque Iasa audita est vox eorum
16,7 super hoc expediti Moab ululabunt anima eius ululabit sibi
16,11; Ier 48,31.36 5 cor meum ad Moab clamabit vectes eius usque ad Segor vitulam conternantem
Ier 48,5 per ascensum enim Luith flens ascendet
et in via Oronaim clamorem contritionis levabunt
6 aquae enim Nemrim desertae erunt
quia aruit herba defecit germen viror omnis interiit
7 secundum magnitudinem operis et visitatio eorum
ad torrentem salicum ducent eos
8 quoniam circumiit clamor terminum Moab
usque ad Gallim ululatus eius et usque ad puteum Helim clamor eius
9 quia aquae Dibon repletae sunt sanguine
ponam enim super Dibon additamenta
his qui fugerint de Moab leonem et reliquiis terrae
16 emitte agnum dominatorem terrae
de Petra deserti ad montem filiae Sion
2 et erit sicut avis fugiens et pulli de nido avolantes
sic erunt filiae Moab in transcensu Arnon
3 ini consilium coge concilium
pone quasi noctem umbram tuam in meridie
absconde fugientes et vagos ne prodas
4 habitabunt apud te profugi mei
Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris
finitus est enim pulvis consummatus est miser defecit qui conculcabat terram
5 et praeparabitur in misericordia so- Ps 9,8.9! 88,15!
lium
et sedebit super eum in veritate in tabernaculo David
iudicans et quaerens iudicium et velociter reddens quod iustum est
6 audivimus superbiam Moab super- Ier 48,29.30
bus est valde
superbia eius et arrogantia eius et indignatio eius plus quam fortitudo eius
7 idcirco ululabit Moab ad Moab uni- 15,3! 4; Ier 48,20!
versus ululabit
his qui laetantur super muro cocti lateris loquimini plagas suas
8 quoniam suburbana Esebon deserta sunt et vinea Sabama
domini gentium exciderunt flagella eius
usque ad Iazer pervenerunt errave- Ier 48,32
runt in deserto
propagines eius relictae sunt transierunt mare
9 super hoc plorabo in fletu Iazer vine- Ier 48,32
am Sabama

AC ΣΛOSΦ crb **15**,2 ululauit ACΣO c | caluitium + et S c | ululatus AΦ c | descendet AOSΦ | 4 clamabit SΦc | ululauit² AΛ | 5 clamauit AOS | conternantem A c r b 𝔐 *Hi*] consternantem *cet.* | 6 uiror] uir C | 9 dibon¹] dimbon S.; dimon O r b 𝔐 *Hi* ‖ **16**,1 agnum + domine c | 2 in transgressu CΣ. | 3 concilium] consilium AS | in meridiem A | 5 eum] illud c *Hi* | 7 ululauit¹ AΣO | ululauit² AΣΛO | muros c *Hi* | 8 et *om.* C r b. | uineam Φc | peruenerunt + et CΣ |

inebriabo te lacrima mea Esebon et Eleale
quoniam super vindemiam tuam et
Ier 25,30; 51,14 super messem tuam vox calcantium inruit
Ier 48,33! 10 et auferetur laetitia et exultatio de Carmelo
et in vineis non exultabit neque iubilabit
vinum in torculari non calcabit qui calcare consueverat
vocem calcantium abstuli
15,5! Ier 48,31.36 11 super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit
et viscera mea ad murum cocti lateris
Ier 48,13 12 et erit cum apparuerit quod laboravit Moab super excelsis suis
ingredietur ad sancta sua ut obsecret et non valebit
13 hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab ex tunc
14 et nunc locutus est Dominus dicens
21,16; Ier 48,2 in tribus annis quasi anni mercen-
25,11 narii auferetur gloria Moab super omni populo multo
et relinquetur parvus et modicus nequaquam multus
25,2! Ier 49,24 **17** onus Damasci
ecce Damascus desinet esse civitas
et erit sicut acervus lapidum in ruina
2 derelictae civitates Aroer gregibus erunt
Lv 26,6; So 3,13 et requiescent ibi et non erit qui exterreat
7,8 3 et cessabit adiutorium ab Ephraim et regnum a Damasco
et reliquiae Syriae sicut gloria filiorum Israhel erunt dicit Dominus exercituum
I Sm 4,21! 4 et erit in die illa adtenuabitur gloria Iacob
10,16 et pingue carnis eius marcescet

5 et erit sicut congregans in messe quod restiterit
et brachium eius spicas leget
et erit sicut quaerens spicas in valle Rafaim
6 et relinquetur in eo sicut racemus 24,13
et sicut excussio oleae
duarum aut trium olivarum in summitate rami sive quattuor aut quinque
in cacuminibus eius fructus eius dicit Dominus Deus Israhel
7 in die illa inclinabitur homo ad factorem suum
et oculi eius ad Sanctum Israhel re- Mi 7,7
spicient
8 et non inclinabitur ad altaria quae Mi 5,12
fecerunt manus eius
et quae operati sunt digiti eius
non respiciet lucos et delubra
9 in die illa erunt civitates fortitudinis eius derelictae
sicut aratra et segetes quae derelictae sunt a facie filiorum Israhel et erit deserta
10 quia oblita es Dei salvatoris tui Ier 2,32! 3,21; Os 8,14
et Fortis adiutoris tui non es recordata
propterea plantabis plantationem fidelem
et germen alienum seminabis
11 in die plantationis tuae labrusca
et mane semen tuum florebit
ablata est messis in die hereditatis et dolebit graviter
12 vae multitudo populorum multorum Ier 6,23; 50,42
ut multitudo maris sonantis
et tumultus turbarum sicut sonitus 28,2!
aquarum multarum
13 sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium
et increpabit eum et fugiet procul
et rapietur sicut pulvis montium a Ps 1,4! 82,14!

10 calcantium] cantantium A ‖ **17**,4 pingue carnis AOSrb *Hi* (*l.* VII)] pingues carnes Φ *Hi* (*l.* V); pinguedo carnis CΣΛ c | emarcescet ΛOrb; emarcescit S.; emarcescent Φ *Hi* (*l.* V) | 5 restiterit CO. | 6 aut[1]] uel c. | 8 respicient C | 9 erit] eris CΣc | 12 multitudini[1] c *Hi* |

AC ΣΛOSΦ crb

facie venti
et sicut turbo coram tempestate
[14]in tempore vespere et ecce turbatio
33,1! Ez 39,10 in matutino et non subsistet
haec est pars eorum qui vastaverunt
nos et sors diripientium nos
18 vae terrae cymbalo alarum quae
est trans flumina Aethiopiae
[2]qui mittit in mari legatos et in vasis
papyri super aquas
7 ite angeli veloces ad gentem convul-
sam et dilaceratam
ad populum terribilem post quem
non est alius
gentem expectantem expectantem et
conculcatam
cuius diripuerunt flumina terram
eius
[3]omnes habitatores orbis qui mora-
mini in terra
5,26! cum elevatum fuerit signum in mon-
tibus videbitis
et clangorem tubae audietis
Os 5,15 [4]quia haec dicit Dominus ad me
quiescam et considerabo in loco
meo
sicut meridiana lux clara est
et sicut nubes roris in die messis
[5]ante messem enim totus effloruit
et inmatura perfectio germinabit
et praecidentur ramusculi eius fal-
cibus
et quae derelicta fuerint abscidentur
excutientur [6]et relinquentur simul
avibus montium et bestiis terrae
et aestate perpetua erunt super eum
volucres
et omnes bestiae terrae super illum
hiemabunt
II Par 32,23! [7]in tempore illo deferetur munus Do-
mino exercituum
2 a populo divulso et dilacerato
a populo terribili post quem non
fuit alius
a gente expectante expectante et
conculcata
cuius diripuerunt flumina terram
eius
ad locum nominis Domini exerci-
tuum montem Sion
19 onus Aegypti
ecce Dominus ascendet super nu- Ps 103,3!
bem levem et ingredietur Aegyptum
et movebuntur simulacra Aegypti a
facie eius
et cor Aegypti tabescet in medio 13,7!
eius
[2]et concurrere faciam Aegyptios ad-
versum Aegyptios
et pugnabit vir contra fratrem suum 3,5!
et vir contra amicum suum IV Esr 5,9; 6,24 II Par 15,6;
civitas adversus civitatem regnum IV Esr 13,31: Mt 24,7; Mc 13,8;
adversus regnum Lc 21,10
[3]et disrumpetur spiritus Aegypti in 14
visceribus eius
et consilium eius praecipitabo
et interrogabunt simulacra sua
et divinos suos et pythones et ariolos 8,19!
[4]et tradam Aegyptum in manu domi- Ier 46,26! Ez 30,10.11!
norum crudelium
et rex fortis dominabitur eorum ait
Dominus Deus exercituum
[5]et arescet aqua de mari et fluvius de- 42,15; 50,2! Iob 14,11:
solabitur atque siccabitur Ier 51,36! Ez 30,12
[6]et deficient flumina adtenuabuntur 37,25; Ps 106,33
et siccabuntur rivi aggerum
calamus et iuncus marcescet
[7]nudabitur alveus rivi a fonte suo
et omnis sementis inrigua siccabitur
arescet et non erit
[8]et maerebunt piscatores et lugebunt
omnes mittentes in flumen hamum
et expandentes rete super faciem
aquae marcescent
[9]confundentur qui operabantur li-
num pectentes et texentes subtilia

AC ΣΛOSΦ crb

14 uesperis CΣ ‖ **18,2** in mare CS c | alius + ad c. | expectantem[2] *om.* AOS c | 3 urbis A | 5 abscindentur Σ c; + et c | 7 expectante[2] *om.* AOS ‖ **19,1** commouebuntur c. | 2 ciuitatem + et CΣ | 7 omnes A | 8 retem A | aquarum c | emarcescent ΛOS crb; et marcescent Φ |

10 et erunt inrigua eius flaccentia
omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces
13; 30,4 11 stulti principes Taneos
Ier 49,7 sapientes consiliarii Pharao dederunt consilium insipiens
quomodo dicetis Pharaoni filius sapientium ego filius regum antiquorum
12 ubi sunt nunc sapientes tui
adnuntient tibi et indicent
quid cogitaverit Dominus exercituum super Aegyptum
11 13 stulti facti sunt principes Taneos
emarcuerunt principes Mempheos
deceperunt Aegyptum angulum populorum eius
3; 29,10! 14 Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis
et errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo
24,20; Ier 48,26 sicut errat ebrius et vomens
15 et non erit Aegypto opus quod faciat
9,14 caput et caudam incurvantem et refrenantem
Ier 50,37! Ez 30,13 16 in die illa erit Aegyptus quasi mulieres
et stupebunt et timebunt
a facie commotionis manus Domini exercituum
quam ipse movebit super eam
17 et erit terra Iuda Aegypto in festivitatem
omnis qui illius fuerit recordatus pavebit
a facie consilii Domini exercituum
quod ipse cogitavit super eam
18 in die illa erunt quinque civitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaan
65,16; Ier 12,16! et iurantes per Dominum exercituum
civitas Solis vocabitur una

19 in die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti
et titulus iuxta terminum eius Domini
20 et erit in signum et in testimonium Domino exercituum in terra Aegypti
clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis Idc 3,9!
et mittet eis salvatorem et propugnatorem qui liberet eos
21 et cognoscetur Dominus ab Aegypto
et cognoscent Aegyptii Dominum in die illa So 3,10!
et colent eum in hostiis et muneribus
et vota vovebunt Domino et solvent
22 et percutiet Dominus Aegyptum plaga et sanabit eam I Sm 4,8; Idt 5,10
et revertentur ad Dominum et placabitur eis et sanabit eos II Par 30,6! Lam 3,40; Os 6,1.2!
23 in die illa erit via de Aegypto in Assyrios
et intrabit Assyrius Aegyptum et Aegyptius in Assyrios et servient Aegyptii Assur
24 in die illa erit Israhel tertius Aegyptio et Assyrio benedictio in medio terrae Za 8,13
25 cui benedixit Dominus exercituum dicens
benedictus populus meus Aegypti
et opus manuum mearum Assyrio
hereditas autem mea Israhel Dt 32,9!
20 in anno quo ingressus est Tharthan in Azotum IV Rg 18,17
cum misisset eum Sargon rex Assyriorum et pugnasset contra Azotum et cepisset eam
2 in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiae filii Amos dicens
vade et solve saccum de lumbis tuis
et calciamenta tua tolle de pedibus tuis

AC ΣΛΟSΦ cr𝔟

10 flaccentia + et maerebunt CΣ | 11 pharaonis[1] c | 12 ~ nunc sunt c | 17 festiuitatem] pauorem c | 19 ~ domini iuxta terminum eius c | 20 et[1] *om.* c. | in signo et in testimonio domini CΣ | 21 et in muneribus Σ c | 23 in assyriis[1] CΣS | aegyptius] aegyptios AΣ.; aegyptii S.; aegyptus O | 25 aegypto CΣ | assyrio] assur r𝔟. || **20,2** tua *om.* AΣ |

Mi 1,8 et fecit sic vadens nudus et disculciatus
3 et dixit Dominus sicut ambulavit servus meus Isaias nudus et disculciatus
trium annorum signum et portentum erit super Aegyptum et super Aethiopiam
4 sic minabit rex Assyriorum captivitatem Aegypti et transmigrationem Aethiopiae
iuvenum et senum nudam et disculciatam
discopertis natibus ignominiam Aegypti
30,3; Ier 2,36 5 et timebunt et confundentur ab Aethiopia spe sua et ab Aegypto gloria sua
6 et dicet habitator insulae huius in die illa
ecce haec erat spes nostra ad quos confugimus in auxilium
ut liberaret nos a facie regis Assyriorum
et quomodo effugere poterimus nos
21 onus deserti maris
Iob 1,19; Ier 4,11; Os 13,15 sicut turbines ab africo veniunt
de deserto venit de terra horribili
2 visio dura nuntiata est mihi
qui incredulus est infideliter agit
et qui depopulator est vastat
ascende Aelam obside Mede
omnem gemitum eius cessare feci
Ps 37,8; Ier 30,6 3 propterea repleti sunt lumbi mei dolore
13,8! Mi 4,9 angustia possedit me sicut angustia parientis
corrui cum audirem conturbatus sum cum viderem
4 emarcuit cor meum tenebrae stupefecerunt me
Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum
5 pone mensam contemplare in specula
comedentes bibentes
surgite principes arripite clypeum
6 haec enim dixit mihi Dominus
vade et pone speculatorem et quodcumque viderit adnuntiet Hab 2,1
7 et vidit currum duorum equitum
ascensorem asini et ascensorem cameli
et contemplatus est diligenter multo intuitu 8 et clamavit leo
super specula Domini ego sum stans iugiter per diem
et super custodiam meam ego sum stans totis noctibus Hab 2,1
9 ecce iste venit ascensor vir bigae equitum
et respondit et dixit
cecidit cecidit Babylon et omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terram Ier 50,2! 51,8; Apc 14,8!
10 tritura mea et fili areae meae Ier 51,33
quae audivi a Domino exercituum Deo Israhel adnuntiavi vobis
11 onus Duma
ad me clamat ex Seir
custos quid de nocte custos quid de nocte
12 dixit custos venit mane et nox
si quaeritis quaerite convertimini venite
13 onus in Arabia
in saltu ad vesperam dormietis in semitis Dodanim
14 occurrentes sitienti ferte aquam
qui habitatis terram austri cum panibus occurrite fugienti
15 a facie enim gladiorum fugerunt
a facie gladii inminentis a facie arcus extenti a facie gravis proelii
16 quoniam haec dicit Dominus ad me 16,14; Ier 49,28
adhuc in uno anno quasi in anno

AC ΣΛΟSΦ cτb 4 natibus + ad c | 6 ecce *om.* ΑΛΟ *Hi* | liberarent Sc; liberet CΛ | quo modo τb || **21**,1 de[1] *om.* ΑΛ | 3 possidet CΣ | parturientis CΛΦc | 4 es CΛ | 5 comedentes + et ΑΣSΦc *Hi* | principes + assyrii C | 7 uidi C; uide S. | 8 super speculam ΣΟcτb *Hi*; super speculum Λ. | 9 in terra CΣΟτb *Hi* | 10 fili areae τb.𝔐 *Hi*] filii areae Sc.; filia areae *cet.* | 15 facie[2] + enim C ||

mercennarii
et auferetur omnis gloria Cedar
17 et reliquiae numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar inminuentur
Dominus enim Deus Israhel locutus est
22 onus vallis Visionis
quidnam tibi quoque est quia ascendisti et tu omnis in tecta
2 clamoris plena urbs frequens civitas exultans
interfecti tui non interfecti gladio nec mortui in bello
3 cuncti principes tui fugerunt simul dureque ligati sunt
omnes qui inventi sunt vincti sunt pariter procul fugerunt
Ier 6,26 4 propterea dixi recedite a me amare flebo
Ier 8,21; 9,11 nolite incumbere ut consolemini me super vastitate filiae populi mei
37,3; IV Rg 19,3 5 dies enim interfectionis et conculcationis et fletuum Domino Deo exercituum in valle Visionis
scrutans murum et magnificus super montem
6 et Aelam sumpsit faretram currum hominis equitis
et parietem nudavit clypeus
2,8 7 et erunt electae valles tuae plenae quadrigarum
et equites ponent sedes suas in porta
8 et revelabitur operimentum Iudae
et videbis in die illa armamentarium domus saltus
9 et scissuras civitatis David videbitis quia multiplicatae sunt
IV Rg 20,20! et congregastis aquas piscinae inferioris
Ier 33,4 10 et domos Hierusalem numerastis
10.11: Sir 48,19! et destruxistis domos ad muniendum murum
11 et lacum fecistis inter duos muros et aquam piscinae veteris
et non suspexistis ad eum qui fecerat eam 5,12!
et operatorem eius de longe non vidistis
12 et vocavit Dominus Deus exercituum in die illa
ad fletum et ad planctum ad calvitium et ad cingulum sacci Ier 6,26! Am 8,10 Ier 4,8
13 et ecce gaudium et laetitia
occidere vitulos et iugulare arietes
comedere carnes et bibere vinum 56,12! Ecl 2,24!
comedamus et bibamus cras enim moriemur I Cor 15,32
14 et revelata est in auribus meis Domini exercituum
si dimittetur iniquitas haec vobis donec moriamini dicit Dominus Deus exercituum Ps 84,3!
15 haec dicit Dominus Deus exercituum
vade ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo
ad Sobnam praepositum templi
16 quid tu hic aut quasi quis hic
quia excidisti tibi hic sepulchrum
excidisti in excelso memoriam diligenter in petra tabernaculum tibi
17 ecce Dominus asportari te faciet sicut asportatur gallus gallinacius
et quasi amictum sic sublevabit te
18 coronans coronabit te tribulatione
quasi pilam mittet te in terram latam et spatiosam Ier 22,26
ibi morieris et ibi erit currus gloriae tuae Am 7,17
ignominia domus Domini tui
19 et expellam te de statione tua
et de ministerio tuo deponam te
20 et erit in die illa
vocabo servum meum Eliachim filium Helciae IV Rg 18,18!

22,1 quoque *om.* CΣ; ~ quoque tibi c. | tui omnes C; ** omnes Σ. | 2 mortui + tui CΣΦ | 4 super uastitatem AΣ | 11 et aquae CΣ; ad aquam c. | 12 uocabit ΣΛΦc | planctum + et CΣΦrb *Hi* | 14 reuelatum est CΣ; + uox A | domini] uox domini c; dicit dominus O | 15 templi + et dices ad eum AΣO c; + et dices ei ΛΦ | 16 memoriale c | in petram A |

AC ΣΛOSΦ crb

Nm 20,26 21 et induam illum tunicam tuam et
cingulo tuo confortabo eum
et potestatem tuam dabo in manu
eius
et erit quasi pater habitantibus Hie-
rusalem et domui Iuda
Apc 3,7 22 et dabo clavem domus David super
umerum eius
Iob 12,14 et aperiet et non erit qui claudat et
claudet et non erit qui aperiat
I Esr 9,8; Sir 14,25 23 et figam illum paxillum in loco fideli
et erit in solium gloriae domui patris
sui
24 et suspendent super eum omnem
gloriam domus patris eius
Ez 15,3 vasorum diversa genera omne vas
parvulum
a vasis craterarum usque ad omne
vas musicorum
25 in die illo dicit Dominus exercituum
auferetur paxillus qui fixus fuerat in
loco fideli
et frangetur et cadet et peribit quod
pependerat in eo quia Dominus
locutus est
23 onus Tyri
14 ululate naves maris quia vastata est
domus unde venire consueverant
de terra Cetthim revelatum est eis
2 tacete qui habitatis in insula nego-
tiatio Sidonis
transfretantes mare repleverunt te
3 in aquis multis semen Nili messis
fluminis fruges eius
et facta est negotiatio gentium
4 erubesce Sidon
ait enim mare fortitudo maris dicens
non parturivi et non peperi
et non enutrivi iuvenes nec ad in-
crementum perduxi virgines
5 cum auditum fuerit in Aegypto dole-
bunt cum audierint de Tyro
6 transite maria ululate qui habitatis
in insula
7 numquid non haec vestra est quae
gloriabatur a diebus pristinis in an-
tiquitate sua
ducent eam pedes sui longe ad pere-
grinandum
8 quis cogitavit hoc super Tyrum
quondam coronatam
cuius negotiatores principes instito- Ez 26,17! 27,8
res eius incliti terrae
9 Dominus exercituum cogitavit hoc Ez 28,6.7
ut detraheret superbiam omnis glo-
riae
et ad ignominiam deduceret univer-
sos inclitos terrae
10 transi terram tuam quasi flumen
filia maris non est cingulum ultra ti-
bi
11 manum suam extendit super mare
conturbavit regna
Dominus mandavit adversum Cha-
naan ut contereret fortes eius
12 et dixit non adicies ultra ut glorieris Ps 93,3
calumniam sustinens virgo filia Si-
donis
in Cetthim consurgens transfreta ibi
quoque non erit requies tibi
13 ecce terra Chaldeorum talis populus
non fuit
Assur fundavit eam
in captivitatem transduxerunt robus-
tos eius
suffoderunt domos eius posuerunt Ez 26,12
eam in ruinam
14 ululate naves maris quia devastata 1
est fortitudo vestra
15 et erit in die illa in oblivione eris o
Tyre septuaginta annis sicut dies
regis unius
post septuaginta autem annos erit
Tyro quasi canticum meretricis
16 sume citharam circui civitatem me-
retrix oblivioni tradita

AC ΣΛΟSΦ crb

21 tunica tua CΣΛSc *Hi* | et² + in A | 23 domus AOS | sui] eius c. | 25 illa ΣSc || 23,1 consueuerat AS | 2 negotiatores c. | 4 enim *om.* CΣ | 7 ~ uestra haec c. | 8 institores A crb *Hi*] institoris S.: institutores *cet.* | 15 in obliuionem A |

bene cane frequenta canticum ut memoria tui sit
17 et erit post septuaginta annos visitabit Dominus Tyrum
et reducet eam ad mercedes suas
Apc 17,2! et rursum fornicabitur cum universis regnis terrae super faciem terrae
18 et erunt negotiatio eius et mercedes eius sanctificatae Domino
non condentur neque reponentur
quia his qui habitaverint coram Domino erit negotiatio eius
Ioel 2,26 ut manducent in saturitatem et vestiantur usque ad vetustatem
13,9! **24** ecce Dominus dissipabit terram et nudabit eam
et adfliget faciem eius et disperget habitatores eius
Os 4,9 2 et erit sicut populus sic sacerdos
et sicut servus sic dominus eius
sicut ancilla sic domina eius
Ez 7,12 sicut emens sic ille qui vendit
sicut fenerator sic is qui mutuum accipit
sicut qui repetit sic qui debet
3 dissipatione dissipabitur terra
et direptione praedabitur
1,20! Dominus enim locutus est verbum hoc
33,9; Ier 4,28; Os 4,3 4 luxit et defluxit terra et infirmata est
Na 1,5! defluxit orbis infirmata est altitudo populi terrae
Ps 105,38 5 et terra interfecta est ab habitatoribus suis
Ier 3,2 quia transgressi sunt leges mutaverunt ius dissipaverunt foedus sempiternum
Dt 29,27! Za 5,3 6 propter hoc maledictio vorabit terram et peccabunt habitatores eius
ideoque insanient cultores eius et relinquentur homines pauci
32,12; Ier 48,33; Ioel 1,12 7 luxit vindemia infirmata est vitis
ingemuerunt omnes qui laetabantur corde
8 cessavit gaudium tympanorum
quievit sonitus laetantium conticuit dulcedo citharae Ier 7,34! Ez 26,13!
9 cum cantico non bibent vinum amara erit potio bibentibus illam
10 adtrita est civitas vanitatis 32,14!
clausa est omnis domus nullo introeunte
11 clamor erit super vino in plateis
deserta est omnis laetitia translatum est gaudium terrae
12 relicta est in urbe solitudo et calamitas opprimet portas 32,14!
13 quia haec erunt in medio terrae in medio populorum
quomodo si paucae olivae quae remanserunt excutiantur ex olea 17,6; Mi 7,1
et racemi cum fuerit finita vindemia
14 hii levabunt vocem suam atque laudabunt
cum glorificatus fuerit Dominus hinnient de mari
15 propter hoc in doctrinis glorificate Dominum
in insulis maris nomen Domini Dei Israhel 42,12! So 2,11
16 a finibus terrae laudes audivimus gloriam iusti
et dixi secretum meum mihi secretum meum mihi vae mihi
praevaricantes praevaricati sunt Ier 5,11
et praevaricatione transgressorum praevaricati sunt
17 formido et fovea et laqueus super te qui habitator es terrae Ecl 9,12; Lc 21,35 17.18: Ier 48,43.44
18 et erit qui fugerit a voce formidinis cadet in foveam
et qui se explicuerit de fovea tenebitur laqueo
quia cataractae de excelsis apertae sunt Gn 7,11!
et concutientur fundamenta terrae Ps 81,5; Sir 16,19!

18 negotiationes[1] CΦc | habitauerunt AΛ; habitabunt O || **24**,2 et[2] *om.* CΣr𝔟𝔐 | uendet | CΣ | repetet CΣ | 4 orbis + et A | 5 infecta c. | 6 derelinquentur CΣ | 17 foueae AΛO | 18 explicauerit CΣc |

AC ΣΛOSΦ cr𝔟

19 confractione confringetur terra con-
tritione conteretur terra
commotione commovebitur terra
19,14 20 agitatione agitabitur terra sicut ebri-
us
et auferetur quasi tabernaculum uni-
us noctis
et gravabit eam iniquitas sua et cor-
ruet et non adiciet ut resurgat
21 et erit in die illa visitabit Dominus
super militiam caeli in excelso
10,12 et super reges terrae qui sunt super
terram
22 et congregabuntur in congregatio-
nem unius fascis in lacum
et cludentur ibi in carcerem et post
Ez 38,8 multos dies visitabuntur
13,10! 60,19! 23 et erubescet luna et confundetur sol
Ps 98,2! Mi 4,7 cum regnaverit Dominus exercitu-
um in monte Sion et in Hierusalem
et in conspectu senum suorum fuerit
glorificatus
Ex 15,2! Ps 117,28 I Par 29,13! Ps 85,9.10! **25** Domine Deus meus es tu exaltabo
te confitebor nomini tuo
Ioel 2,26 quoniam fecisti mirabilia cogitatio-
nes antiquas fideles amen
17,1! Ier 9,11! 51,37 2 quia posuisti civitatem in tumulum
urbem fortem in ruinam
domum alienorum ut non sit civitas
et in sempiternum non aedificetur
3 super hoc laudabit te populus fortis
civitas gentium robustarum timebit
te
4 quia factus es fortitudo pauperi for-
titudo egeno in tribulatione sua
4,6; 32,2 spes a turbine umbraculum ab aestu
spiritus enim robustorum quasi tur-
bo inpellens parietem
13,11! 5 sicut aestum in siti tumultum alieno-
rum humiliabis
et quasi calore sub nube torrente
propaginem fortium marcescere fa-
cies
6 et faciet Dominus exercituum omni- 2,2!
bus populis in monte hoc
convivium pinguium
convivium vindemiae
pinguium medullatorum vindemiae
defecatae
7 et praecipitabit in monte isto faciem
vinculi conligati super omnes po-
pulos
et telam quam orditus est super uni-
versas nationes
8 praecipitabit mortem in sempiter- Os 13,14! I Cor 15,54
num
et auferet Dominus Deus lacrimam Apc 7,17; 21,4
ab omni facie
et obprobrium populi sui auferet de
universa terra quia Dominus locu-
tus est
9 et dicet in die illa ecce Deus noster 33,2! 35,4! Ps 94,7
iste
expectavimus eum et salvabit nos Ps 26,14!
iste Dominus sustinuimus eum exul- I Sm 2,1!
tabimus et laetabimur in salutari
eius
10 quia requiescet manus Domini in
monte isto
et triturabitur Moab sub eo sicuti Am 1,3!
teruntur paleae in plaustro
11 et extendet manus suas sub eo sicut
extendit natans ad natandum
et humiliabit gloriam eius cum adli- 16,14
sione manuum eius
12 et munimenta sublimium murorum 26,5!
tuorum concident
et humiliabuntur et detrahentur in
terram usque ad pulverem
26 in die illa cantabitur canticum is- Mi 2,4
tud in terra Iuda
urbs fortitudinis nostrae salvator
ponetur in ea murus et antemurale 60,18
2 aperite portas et ingrediatur gens Ps 117,19.20

AC ΣΛOSΦ crb
19 et confractione C | 22 in congregatione O c | in carcere COΦcrb *Hi* | 23 in² *om.* C || **25**,1 dominus CΣS | tu + et CΣ | te + et AΛc | 4 es] est COS | 5 aestus Oc: aestu rb | in sitim AΣ | calorem sub nube torrentem CΣ | 7 uniuersas] omnes CΣc *Hi* | 9 dicet OScrb𝔐 *Hi*] dicent ACΦ; dicetis ΣΛ | ~ illa die CΣOS | in salutare CΣ | 11 extendit¹ A | extendet² CΣ; extendens S | humiliabitur gloria CΣΛ *Hi* | 12 in terra C || **26**,1 nostrae + sion c | 2 et *om.* CΣ |

iusta custodiens veritatem
3 vetus error abiit servabis pacem pa-
cem quia in te speravimus
Ps 61,8 4 sperastis in Domino in saeculis ae-
ternis
in Domino Deo forti in perpetuum
5 quia incurvabit habitantes in excelso
25,12 civitatem sublimem
32,19 humiliabit humiliabit eam usque ad
terram
detrahet eam usque ad pulverem
6 conculcabit eam pes pedes pauperis
gressus egenorum
Iob 17,9; Prv 2,20; Os 14,10 7 semita iusti recta est rectus callis
iusti ad ambulandum
Ps 36,23 8 et in semita iudiciorum tuorum Do-
mine sustinuimus te
nomen tuum et memoriale tuum in
desiderio animae
Ct 3,1 9 anima mea desideravit te in nocte
sed et spiritu meo in praecordiis
meis de mane vigilabo ad te
cum feceris iudicia tua in terra
iustitiam discent habitatores orbis
10 misereamur impio
et non discet iustitiam
in terra sanctorum inique gessit
et non videbit gloriam Domini
Ex 15,6! Mi 5,9 11 Domine exaltetur manus tua et non
videant
Mi 7,16 videant et confundantur zelantes po-
puli
Ps 20,10! Hbr 10,27 et ignis hostes tuos devoret
12 Domine dabis pacem nobis omnia
enim opera nostra operatus es nobis
13 Domine Deus noster possederunt
nos domini absque te
tantum in te recordemur nominis tui
14 morientes non vivant gigantes non
resurgant
propterea visitasti et contrivisti eos
et perdidisti omnem memoriam eo-
rum

15 indulsisti genti Domine indulsisti
genti
numquid glorificatus es
elongasti omnes terminos terrae
16 Domine in angustia requisierunt te Ier 2,27; Os 6,1.2
in tribulatione murmuris doctrina
tua eis
17 sicut quae concipit cum adpropin- 13,8! Ier 4,31; Io 16,21; Apc 12,2
quaverit ad partum dolens clamat
in doloribus suis
sic facti sumus a facie tua Domine
18 concepimus et quasi parturivimus et 37,3; Mi 4,10; IV Rg 19,3
peperimus spiritum
salutes non fecimus in terra
ideo non ceciderunt habitatores ter-
rae
19 vivent mortui tui interfecti mei resur- Ez 37,12!
gent
expergiscimini et laudate qui habita- Dn 12,2
tis in pulvere
quia ros lucis ros tuus Os 14,6
et terram gigantum detrahes in rui-
nam
20 vade populus meus intra in cubicula Mt 6,6!
tua claude ostia tua super te
abscondere modicum ad momentum 2,10; 54,8! So 2,3; Iob 14,13
donec pertranseat indignatio
21 ecce enim Dominus egreditur de loco Mi 1,3
suo
ut visitet iniquitatem habitatoris ter-
rae contra eum
et revelabit terra sanguinem suum Iob 16,19
et non operiet ultra interfectos suos
27 in die illo visitabit Dominus in gla-
dio suo duro et grandi et forti
super Leviathan serpentem vectem Iob 26,13 Lxx; Ps 73,14
et super Leviathan serpentem tor-
tuosum
et occidet cetum qui in mari est
2 in die illa vinea meri cantabit ei
3 ego Dominus qui servo eam repente
propinabo ei
ne forte visitetur contra eam

3 pacem² *om.* ACOS | 5 humiliabit² *om.* C | 6 pedes] pedis ΛΟΦ; pes C; *om.* S | 9 spiritus meus CΣ | 10 iniustitiam C | iniqua c | 14 uiuant] uideant C | 17 quae] qui AS | 19 in puluerem ΑΣΟS | ~ ros tuus ros lucis CΣ | 21 egredietur CΣΛSΦ c *Hi* || **27**,1 illa ΛΟΦ c | cetum] eum CS. |

AC ΣΛΟSΦ crb

nocte et die servo eam
10,17! 4 indignatio non est mihi
quis dabit me spinam et veprem in proelio
gradiar super eam succendam eam pariter
5 an potius tenebit fortitudinem meam
57,19 faciet pacem mihi pacem faciet mihi
6 qui egrediuntur impetu ad Iacob florebit et germinabit Israhel
Os 14,6! rebit et germinabit Israhel
Ps 79,10! et implebunt faciem orbis semine
Ier 30,11! 7 numquid iuxta plagam percutientis se percussit eum
aut sicut occidit interfectos eius sic occisus est
8 in mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabis eam
meditata est in spiritu suo duro per diem aestus
Ps 84,3! 9 idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob
Rm 11,27 et iste omnis fructus ut auferatur peccatum eius
cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris adlisos
non stabunt luci et delubra
6,11! 10 civitas enim munita desolata erit
speciosa relinquetur et dimittetur quasi desertum
ibi pascetur vitulus et ibi accubabit et consumet summitates eius
11 in siccitate messis illius conterentur
mulieres venientes et docentes eam
Dt 32,28! non est enim populus sapiens
propterea non miserebitur eius qui fecit eum et qui formavit eum non parcet ei
12 et erit in die illa
percutiet Dominus ab alveo Fluminis usque ad torrentem Aegypti
12,13; Mt 24,31! et vos congregabimini unus et unus filii Israhel

13 et erit in die illa clangetur in tuba magna
et venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum et qui eiecti erant in terra Aegypti 11,11; Tb 13,12! Mi 7,12; Za 10,10
et adorabunt Dominum in monte sancto in Hierusalem 2,3! Ier 31,6
28 vae coronae superbiae ebriis Ephraim
et flori decidenti gloriae exultationis eius
qui erant in vertice vallis pinguissimae errantes a vino
2 ecce validus et fortis Domini sicut impetus grandinis turbo confringens 30,30!
sicut impetus aquarum multarum inundantium et emissarum super terram spatiosam 17,12; Ier 47,2; Ez 1,24; 43,2!
3 pedibus conculcabitur corona superbiae ebriorum Ephraim
4 et erit flos decidens gloriae exultationis eius qui est super verticem vallis pinguium
quasi temporaneum ante maturitatem autumni
quod cum aspexerit videns statim ut manu tenuerit devorabit illud
5 in die illa erit Dominus exercituum corona gloriae et sertum exultationis residuo populi sui
6 et spiritus iudicii sedenti super iudicium
et fortitudo revertentibus de bello ad portam
7 verum hii quoque prae vino nescierunt et prae ebrietate erraverunt
sacerdos et propheta nescierunt prae ebrietate
absorti sunt a vino 56,12!
erraverunt in ebrietate nescierunt videntem ignoraverunt iudicium
8 omnes enim mensae repletae sunt

AC ΣΛOS(T)Φ crb 6 ingrediuntur AΣΛc | 8 in mensuram CΣ | [*adest* T] | meditatus c *Hi* | 11 in siccitatem C | messes O c | 12 filiis A | 13 erant] fuerant CT | in terram CΣ *Hi* | in[5] *om.* C || 28,1 erant] errant C | 2 dominus AΛOΦc | et[2] *om.* A | 5 ~ die illa [5]in r. *lapsu* | 6 sedenti Σcrb𝔐 *Hi*] sedentes S.; sedentis *cet.* | 7 nescierunt[1]] non scierunt C |

vomitu sordiumque ita ut non esset
ultra locus
Ier 6,10 9 quem docebit scientiam et quem in-
tellegere faciet auditum
ablactatos a lacte apulsos ab uberi-
bus
13 10 quia manda remanda manda reman-
da
expecta reexpecta expecta reexpecta
modicum ibi modicum ibi
I Cor 14,21 11 in loquella enim labii et lingua altera
loquetur ad populum istum
Ps 131,14; Ier 6,16 12 cui dixit haec requies reficite lassum
et hoc est meum refrigerium et no-
I Cor 14,21 luerunt audire
10 13 et erit eis verbum Domini manda
remanda manda remanda
expecta reexpecta expecta reexpecta
modicum ibi modicum ibi
8,15 ut vadant et cadant retrorsum
et conterantur et inlaqueentur et ca-
piantur
14 propter hoc audite verbum Domini
viri inlusores
qui dominamini super populum me-
um qui est in Hierusalem
18 15 dixistis enim percussimus foedus
cum morte et cum inferno fecimus
pactum
flagellum inundans cum transierit
non veniet super nos
quia posuimus mendacium spem
nostram
et mendacio protecti sumus
16 idcirco haec dicit Dominus Deus
Rm 9,33; I Pt 2,6 ecce ego mittam in fundamentis Sion
lapidem
lapidem probatum angularem pre-
tiosum in fundamento fundatum
Rm 10,11 qui crediderit non festinet
17 et ponam iudicium in pondere et ius-
titiam in mensura
et subvertet grando spem mendacii
et protectionem aquae inundabunt
18 et delebitur foedus vestrum cum 15
morte
et pactum vestrum cum inferno non
stabit
flagellum inundans cum transierit
eritis ei in conculcationem
19 quandocumque pertransierit tollet
vos
quoniam mane diluculo pertransibit
in die et in nocte
et tantummodo sola vexatio intellec- Ps 118,67
tum dabit auditui
20 coangustatum est enim stratum ita
ut alter decidat
et pallium breve utrumque operire
non potest
21 sicut enim in monte Divisionum sta- Ios 10,10; II Sm 5,20;
bit Dominus I Par 14,11
sicut in valle quae est in Gabao iras-
cetur
ut faciat opus suum alienum opus
eius
ut operetur opus suum peregrinum
est opus ab eo
22 et nunc nolite inludere ne forte con-
stringantur vincula vestra
consummationem enim et adbrevia- 10,23! So 1,18
tionem audivi a Domino Deo exer-
cituum super universam terram
23 auribus percipite et audite vocem 32,9; Ps 77,11
meam
adtendite et audite eloquium meum
24 numquid tota die arabit arans ut
serat
proscindet et sariet humum suam
25 nonne cum adaequaverit faciem eius
seret gith et cyminum sparget
et ponet triticum per ordinem et hor-
deum et milium et viciam in finibus
suis

8 sordium ita CΣ | 9 apulsus Φ.; expulsos Σ; auulsos c; auulsus T | 11 in — 13 ibi[2] *om.* C. | et + in ΣT r b | 12 est requies mea reficite Φc; requiescere feci te OT | 16 crediderit + in eum CΣ | festinet] confundetur CΣ; *praem.* turbetur S | 17 ~ in pondere iudicium c | in mensuram CΣOT *Hi* | protectione C | 18 in conculcatione CΣT | 19 in[2] *om.* AST | 21 sicut[2]] sic A | in gabaon CΣ c r b | opus[4] + eius T c | 25 sparget ΛT c r b *Hi*] spargit *cet.* | per] in CΣ |

AC ΣΛOSTΦ c r b

26 et erudiet eum illud in iudicio Deus
suus docebit eum illud
27 non enim in serris triturabitur gith
nec rota plaustri super cyminum
circumiet
sed in virga excutietur gith et cymi-
num in baculo
28 panis autem comminuetur
verum non in perpetuum triturans
triturabit illum
neque vexabit eum rota plaustri nec
in ungulis suis comminuet eum
9,6 29 et hoc a Domino Deo exercituum
exivit
ut mirabile faceret consilium et mag-
nificaret iustitiam
II Sm 5,7 **29** vae Arihel Arihel civitas quam cir-
cumdedit David
additus est annus ad annum sollem-
nitates evolutae sunt
2 et circumvallabo Arihel et erit tristis
et maerens
et erit mihi quasi Arihel
IV Rg 25,1.2; Ez 4,2! Lc 19,43 Ier 6,6 3 et circumdabo quasi spheram in cir-
cuitu tuo et iaciam contra te agge-
rem
et munimenta ponam in obsidio-
nem tuam
4 humiliaberis de terra loqueris et de
humo audietur eloquium tuum
et erit quasi pythonis de terra vox
tua et de humo eloquium tuum
mussitabit
5 et erit sicut pulvis tenuis multitudo
ventilantium te
et sicut favilla pertransiens multitu-
do eorum qui contra te praevalue-
runt
30,30! 6 eritque repente confestim
a Domino exercituum visitabitur in
tonitru et commotione terrae
et voce magna turbinis et tempesta-
tis et flammae ignis devorantis
7 et erit sicut somnium visionis noc- Iob 20,8; Ps 72,20
turnae
multitudo omnium gentium quae
dimicaverunt contra Arihel
et omnes qui militaverunt et obse-
derunt et praevaluerunt adversus
eam
8 et sicuti somniat esuriens et come-
dit
cum autem fuerit expertus vacua est
anima eius
et sicut somniat sitiens et bibit
et postquam fuerit expergefactus las-
sus adhuc sitit et anima eius vacua
est
sic erit multitudo omnium gentium
quae dimicaverunt contra mon-
tem Sion
9 obstupescite et admiramini 14; Hab 1,5!
fluctuate et vacillate
inebriamini et non a vino Ier 23,9
movemini et non ebrietate
10 quoniam miscuit vobis Dominus 19,14 Lxx; Rm 11,8
spiritum soporis
claudet oculos vestros prophetas 6,10
et principes vestros qui vident visio-
nes operiet
11 et erit vobis visio omnium sicut ver- Dn 12,9!
ba libri signati
quem cum dederint scienti litteras
dicent lege istum
et respondebit non possum signatus
est enim
12 et dabitur liber nescienti litteras di-
ceturque ei lege
et respondebit nescio litteras
13 et dixit Dominus
eo quod adpropinquat populus iste Ps 77,36.37! Ez 33,31
ore suo et labiis suis glorificat me Mt 15,8.9; Mc 7,6.7
cor autem eius longe est a me Ier 12,2
et timuerunt me mandato hominum

AC ΣΛOSTΦ(k) crb

26 eum illud[1] C.] illud AΣOrb; eum ST; illum ΛΦc *Hi* | eum illud[2] C] illud AΣOrb; illum ΛSTΦc *Hi* | 27 circuibit Λc | 28 illum] illud CΣ | in[2] *om.* Λc *Hi* || **29,1** circumdedit CΣ rb𝔐] expugnabit A; expugnauit *cet.* | 3 in obsidione tua CΣ | 6 tonitruo ΣΛOTΦc | 8 expertus ACΣΛ] experrectus OTΦ *Hi*; expergefactus Sc | [*adest* k *usque ad* 30,29] | 9 non[2] + ab CΣc; + in AΦ | 10 ~ dominus uobis A | claudit S.; claudite C | uidebant CΣ | 11 signatum[2] AOk |

et doctrinis
9; Hab 1,5! 14 ideo ecce ego addam ut admiratio-
nem faciam populo huic miraculo
grandi et stupendo
40,23; 44,25; Iob 12,17! Ier 49,7; I Cor 1,19; Eph 4,18! peribit enim sapientia a sapientibus
eius et intellectus prudentium eius
abscondetur
30,1 15 vae qui profundi estis corde ut a
Domino absconditis consilium
Iob 24,15; Sir 23,25.26 quorum sunt in tenebris opera et
dicunt quis videt nos et quis novit
nos
16 perversa est haec vestra cogitatio
10,15; 45,9! quasi lutum contra figulum cogitet
et dicat opus factori suo non fecisti
me
et figmentum dicat fictori suo non
intellegis
17 nonne adhuc in modico et in brevi
32,15! convertetur Libanus in Chermel et
Chermel in saltum reputabitur
32,3; 35,5! 18 et audient in die illa surdi verba libri
et de tenebris et caligine oculi cae-
corum videbunt
19 et addent mites in Domino laetitiam
14,30; 41,16 et pauperes homines in Sancto Is-
rahel exultabunt
20 quoniam defecit qui praevalebat
consummatus est inlusor
et succisi sunt omnes qui vigilabant
super iniquitatem
21 qui peccare faciebant homines in
verbo
Am 5,10 et arguentem in porta subplantabant
et declinaverunt frustra a iusto
22 propter hoc haec dicit Dominus ad
domum Iacob qui redemit Abra-
ham
45,17! non modo confundetur Iacob nec
modo vultus eius erubescet
45,11; 60,21! 64,8! 23 sed cum viderit filios suos opera ma-
nuum mearum in medio sui sancti-
ficantes nomen meum
et sanctificabunt Sanctum Iacob et 8,13
Deum Israhel praedicabunt
24 et scient errantes spiritu intellectum
et mussitatores discent legem
30 vae filii desertores dicit Dominus 29,15
ut faceretis consilium et non ex me
et ordiremini telam et non per spiri-
tum meum
ut adderetur peccatum super pecca- Sir 3,29
tum
2 qui ambulatis ut descendatis in Ae- Ier 2,18
gyptum et os meum non interrogas- 31,1
tis
sperantes auxilium in fortitudine 2,3; 36,6!
Pharao et habentes fiduciam in um- IV Rg 18,21!
bra Aegypti
3 et erit vobis fortitudo Pharaonis in 20,5
confusionem et fiducia umbrae Ae- Ier 2,36
gypti in ignominiam
4 erant enim in Tanis principes tui et 19,11
nuntii tui usque ad Anes pervene-
runt
5 omnes confusi sunt super populo Lam 4,17
qui eis prodesse non potuit
non fuerunt in auxilium et in ali-
quam utilitatem
sed in confusionem et obprobrium
6 onus iumentorum austri
in terra tribulationis et angustiae
leaena et leo
ex eis vipera et regulus volans
portantes super umeros iumentorum
divitias suas
et super gibbum camelorum thesau-
ros suos
ad populum qui eis prodesse non
poterit
7 Aegyptus enim frustra et vane auxi-
liabitur
ideo clamavi super hoc
superbia tantum est quiesce
8 nunc ingressus scribe eis super bu- 8,1; Ier 30,2! IV Esr 14,24
xum et in libro diligenter exara il-

16 quasi + si CΛSTΦ c *Hi* | 17 conuertetur] et uertetur A r b.𝔐 | 18 ~ illa die uerba libri surdi C || **30**,1 adderetis S c *Hi* | 2 sperantes] sperastis S.; spectantes C.; expectantes Σ | pharao] pharaonis Σ c | 4 in tafnis CΣΛ; in tani c. | ad hanes Σ c; ad tanes CΦ | 5 et[1]] nec Σ; *om.* C | et[2] + in ΣΛSTΦ c | 8 nunc + ergo c | ei super S c |

AC ΣΛOSTΦk crb

lud
et erit in die novissimo in testimo-
nium usque ad aeternum
10,6; II Esr 9,26; Dt 32,19.20! 9 populus enim ad iracundiam provo-
cans est et filii mendaces
5,24 filii nolentes audire legem Domini
Ier 11,21! 10 qui dicunt videntibus nolite videre
et aspicientibus nolite aspicere nobis
ea quae recta sunt
III Rg 22,13 loquimini nobis placentia videte no-
bis errores
11 auferte a me viam declinate a me se-
mitam
Iob 21,14 cesset a facie nostra Sanctus Israhel
12 propterea haec dicit Sanctus Israhel
pro eo quod reprobastis verbum
hoc
et sperastis in calumniam et tumul-
tum et innixi estis super eo
13 propterea erit vobis iniquitas haec
sicut interruptio cadens et requisita
in muro excelso
quoniam subito dum non speratur
veniet contritio eius
Ps 2,9! Ier 19,11! 14 et comminuetur sicut conteritur la-
goena figuli contritione pervalida
et non invenietur de fragmentis eius
testa
in qua portetur igniculus de incendio
aut hauriatur parum aquae de fovea
15 quia haec dicit Dominus Deus Sanc-
tus Israhel
31,5.6; 45,22; Ier 3,22 si revertamini et quiescatis salvi eritis
in silentio et in spe erit fortitudo
vestra et noluistis
16 et dixistis nequaquam sed ad equos
fugiemus
ideo fugietis
Ier 4,13; Lam 4,19 et super veloces ascendemus
ideo veloces erunt qui persequentur
vos
Dt 32,30 17 mille homines a facie terroris unius
et a facie terroris quinque fugietis
donec relinquamini quasi malus na-
vis in vertice montis et quasi sig-
num super collem
18 propterea expectat Dominus ut mi-
sereatur vestri
et ideo exaltabitur parcens vobis
quia Deus iudicii Dominus beati Ps 83,13! Ier 17,7
omnes qui expectant eum
19 populus enim Sion habitabit in Hie- 35,10; 65,19
rusalem
plorans nequaquam plorabis mise-
rans miserebitur tui
ad vocem clamoris tui statim ut au- 58,9; 65,24; Ps 90,15! Ier 33,3
dierit respondebit tibi
20 et dabit vobis Dominus panem ar- III Rg 22,27; Ez 4,10.11.16!
tum et aquam brevem
et non faciet avolare a te ultra doc-
torem tuum
et erunt oculi tui videntes praecep- 20.21: Ez 40,4!
torem tuum
21 et aures tuae audient verbum post
tergum monentis
haec via ambulate in ea neque ad 35,8! Dt 5,32.33!
dexteram neque ad sinistram
22 et contaminabis lamminas sculptili- 2,20; 31,7
um argenti tui
et vestimentum conflatilis auri tui
et disperges ea sicut inmunditiam Est 14,16
menstruatae
egredere dices ei
23 et dabitur pluvia semini tuo ubi- Dt 28,12!
cumque seminaveris in terra
et panis frugum terrae erit uberri-
mus et pinguis
pascetur in possessione tua in die illo Ps 143,13
agnus spatiose
24 et tauri tui et pulli asinorum qui ope-
rantur terram
commixtum migma comedent sic in
area ut ventilatum est
25 et erunt super omnem montem ex- 2,14; Ioel 3,18!
celsum
et super omnem collem elevatum rivi

AC ΣΛOSTΦk crb

8 ad] in ΣΛkc *Hi* | 9 domini ACΣrb𝔐] dei *cet.* | 12 dicit + dominus deus C; + dominus ΣΦ *Hi* | in calumnia Φc *Hi* | et² + in Λc | tumultu Φc *Hi* | 16 ueloces²] ualociores Σc | 19 enim + in Crb𝔐 | miserens A | 20 uobis] tibi C | 21 haec + est STc. | ea + et non declinetis c | 23 terrae + tuae C | 24 sic] sicut STc | ut *om.* STc |

currentium aquarum
in die interfectionis multorum cum
ceciderint turres
26 et erit lux lunae sicut lux solis
et lux solis erit septempliciter sicut
lux septem dierum
Ier 30,17; 33,6 in die qua alligaverit Dominus vul-
nus populi sui
et percussuram plagae eius sanaverit
27 ecce nomen Domini venit de longin-
quo
30! Ps 17,9 ardens furor eius et gravis ad por-
tandum
labia eius repleta sunt indignatione
et lingua eius quasi ignis devorans
8,8; Na 1,8; IV Esr 13,10.11 28 spiritus eius velut torrens inundans
usque ad medium colli
11,4! Ps 58,9! ad perdendas gentes in nihilum
et frenum erroris quod erat in ma-
xillis populorum
35,10; III Rg 1,40 29 canticum erit vobis sicut nox sancti-
ficatae sollemnitatis
et laetitia cordis sicut qui pergit cum
tibia
ut intret in montem Domini ad For-
tem Israhel
27; 29,6; Ps 17,14! 30 et auditam faciet Dominus gloriam
vocis suae
28,2 et terrorem brachii sui ostendet
in comminatione furoris et flamma
ignis devorantis
Ios 10,11! Iob 38,22.23 adlidet in turbine et in lapide gran-
dinis
10,5; 31,9 31 a voce enim Domini pavebit Assur
virga percussus
32 et erit transitus virgae fundatus
quam requiescere faciet Dominus
super eum
in tympanis et in citharis et in bellis
praecipuis expugnabit eos
Ier 7,31 33 praeparata est enim ab heri Thofeth
a rege praeparata profunda et dila-
tata
nutrimenta eius ignis et ligna multa
flatus Domini sicut torrens sulphuris Ez 20,48
succendens eam
31 vae qui descendunt in Aegyptum 30,2! 36,9; IV Rg 18,24
ad auxilium in equis sperantes
et habentes fiduciam super quadri- Idt 9,6! Ps 19,8
gis quia multae sunt
et super equitibus quia praevalidi
nimis
et non sunt confisi super Sanctum
Israhel
et Dominum non requisierunt
2 ipse autem sapiens adduxit malum Nm 23,19!
et verba sua non abstulit
et consurget contra domum pessimo-
rum
et contra auxilium operantium ini-
quitatem
3 Aegyptus homo et non deus et equi Ez 28,2!
eorum caro et non spiritus
et Dominus inclinabit manum suam
et corruet auxiliator et cadet cui
praestatur auxilium
simulque omnes consumentur
4 quia haec dicit Dominus ad me Ier 25,30!
quomodo si rugiat leo et catulus
leonis super praedam suam
cum occurrerit ei multitudo pasto-
rum
a voce eorum non formidabit
et a multitudine eorum non pavebit 42,13!
sic descendet Dominus exercituum
ut proelietur super montem Sion et
super collem eius
5 sicut aves volantes sic proteget Do- Dt 32,10.11
minus exercituum Hierusalem
protegens et liberans transiens et 5,6; 30,15!
salvans
6 convertimini sicut in profundum re- Ier 3,12! 22; Os 14,2
cesseratis filii Israhel
7 in die enim illa abiciet vir idola ar- 2,20; 30,22
genti sui et idola auri sui
quae fecerunt vobis manus vestrae
in peccatum
8 et cadet Assur in gladio non viri 37,36; IV Rg 19,35!

29 nox COk cr b𝔐 *Hi*] uox *cet.* | [*hic desinit* k] | 32 in² *om.* CΣS c | et bellis C | 33 eum C || **31**,1 dominum] deum CΣΛ | 4 suam + et et c. ||

AC ΣΛOSTΦ(k) crb

et gladius non hominis vorabit eum
et fugiet non a facie gladii et iuvenes eius vectigales erunt
30,31 9 et fortitudo eius a terrore transibit
et pavebunt fugientes principes eius
dixit Dominus cuius ignis est in Sion
et caminus eius in Hierusalem
Ps 71,2; Ier 23,5! **32** ecce in iustitia regnabit rex
et principes in iudicio praeerunt
4,6; 25,4; 33,21 2 et erit vir sicut qui absconditur a vento et celat se a tempestate
sicut rivi aquarum in siti et umbra petrae prominentis in terra deserta
29,18; 35,5! 3 non caligabunt oculi videntium
Mt 11,15! et aures audientium diligenter auscultabunt
4 et cor stultorum intelleget scientiam
35,6 et lingua balborum velociter loquetur et plane
5 non vocabitur ultra is qui insipiens est princeps
neque fraudulentus appellabitur maior
Ecl 10,12.13! 6 stultus enim fatua loquetur
et cor eius faciet iniquitatem
ut perficiat simulationem et loquatur ad Dominum fraudulenter
et vacuefaciat animam esurientis et potum sitienti auferat
7 fraudulenti vasa pessima sunt
ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendos mites in sermone mendacii
cum loqueretur pauper iudicium
8 princeps vero ea quae digna sunt principe cogitavit
et ipse super duces stabit
Ier 9,20; Am 4,1 9 mulieres opulentae surgite et audite vocem meam
28,23! filiae confidentes percipite auribus eloquium meum
Ioel 1,5 10 post dies et annum et vos conturbabimini confidentes
consummata est enim vindemia collectio ultra non veniet
11 obstupescite opulentae conturbamini confidentes
exuite vos et confundimini
accingite lumbos vestros Iob 38,3! Lc 12,35!
12 super ubera plangite super regione desiderabili super vinea fertili 24,7!
13 super humum populi mei spina et vepres ascendent 5,6! 7,24
quanto magis super omnes domos gaudii civitatis exultantis
14 domus enim dimissa est multitudo urbis relicta est 6,11! 24,10.12
tenebrae et palpatio factae sunt super speluncas usque in aeternum
gaudium onagrorum pascua gregum
15 donec effundatur super nos spiritus de excelso 11,2! 44,3; Ez 39,29! Ioel 2,28! 29
et erit desertum in Chermel 29,17; 35,1.2!
et Chermel in saltum reputabitur
16 et habitabit in solitudine iudicium
et iustitia in Chermel sedebit
17 et erit opus iustitiae pax Ps 71,7! Iac 3,18
et cultus iustitiae silentium
et securitas usque in sempiternum
18 et sedebit populus meus in pulchritudine pacis 33,20; 54,13!
et in tabernaculis fiduciae et in requie opulenta
19 grando autem in descensione saltus
et humilitate humiliabitur civitas 26,5!
20 beati qui seminatis super omnes aquas
inmittentes pedem bovis et asini
33 vae qui praedaris nonne et ipse praedaberis 17,14
et qui spernis nonne et ipse sperneris
cum consummaveris depraedationem depraedaberis Ez 39,10; Hab 2,8
cum fatigatus desiveris contemnere contemneris

AC ΣΛOSTΦ c r b 32,2 deserti A | 6 uacuam faciat ΣΛOS c | 7 mendaci c (*edd.* 1593 *et* 1598) | pauperi CΣT | 8 cogitauit AΛ r b 𝔐] cogitabit *cet.* | 10 diem A; + enim TΦ c | et² *om.* c | conturbamini AT | 11 confundimini A c r b *Hi*] confundemini *cet.* | 13 spina ACΛ r b *Hi, cf.* 𝔐] spinae *cet.* | exultationis CST | 16 residebit CΣ ||

25,9 2 Domine miserere nostri te expectavimus
esto brachium eorum in mane
Ier 14,8; 30,7 et salus nostra in tempore tribulationis
3 a voce angeli fugerunt populi
ab exaltatione tua dispersae sunt gentes
4 et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur brucus
velut cum fossae plenae fuerint de eo
5,16; II Sm 7,22! 5 magnificatus est Dominus quoniam habitavit in excelso
1,27 implevit Sion iudicio et iustitia
6 et erit fides in temporibus tuis
Prv 9,10 divitiae salutis sapientia et scientia
timor Domini ipse thesaurus eius
7 ecce videntes clamabunt foris
angeli pacis amare flebunt
Idc 5,6 8 dissipatae sunt viae cessavit transiens per semitam
34,10! IV Esr 16,33
irritum factum est pactum
proiecit civitates non reputavit homines
24,4! Os 4,3 9 luxit et elanguit terra confusus est
Na 1,4 Libanus et obsorduit
et factus est Saron sicut desertum
et concussa est Basan et Carmelus
Ps 11,6 10 nunc consurgam dicit Dominus
nunc exaltabor nunc sublevabor
11 concipietis ardorem parietis stipulam
spiritus vester ut ignis vorabit vos
9,19 12 et erunt populi quasi de incendio cinis
10,17! spinae congregatae igni conburentur
49,1 13 audite qui longe estis quae fecerim
et cognoscite vicini fortitudinem meam
14 conterriti sunt in Sion peccatores
possedit tremor hypocritas
quis poterit habitare de vobis cum igne devorante
quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis
15 qui ambulat in iustitiis et loquitur veritates Ps 14,2.3
qui proicit avaritiam ex calumnia
et excutit manus suas ab omni munere Ps 14,5!
qui obturat aures suas ne audiat sanguinem
et claudit oculos suos ne videat malum Ps 118,37
16 iste in excelsis habitabit
munimenta saxorum sublimitas eius
panis ei datus est aquae eius fideles sunt
17 regem in decore suo videbunt oculi eius 6,5!
cernent terram de longe
18 cor tuum meditabitur timorem
ubi est litteratus ubi legis verba ponderans ubi doctor parvulorum I Cor 1,20
19 populum inpudentem non videbis
populum alti sermonis Dt 28,49! Ez 3,5.6
ita ut non possis intellegere disertitudinem linguae eius
in quo nulla est sapientia
20 respice Sion civitatem sollemnitatis nostrae
oculi tui videbunt Hierusalem habitationem opulentam 32,18
tabernaculum quod nequaquam transferri poterit 54,2
nec auferentur clavi eius in sempiternum
et omnes funiculi eius non rumpentur
21 quia solummodo ibi magnificus Dominus noster
locus fluviorum rivi latissimi et patentes 32,2
non transibit per eum navis remigum

33,2 te + enim CΣc | eorum] nostrum CΣΛc | 3 populi + et Σc | 5 habitauit Tcrb *Hi*. *cf.* 𝔐] habitabit *cet.* | impleuit CΛScrb𝔐 *Hi*] implebit *cet.* | 6 suis CΣΦ | ipse + est c. | 9 obsurduit ACOrb | 10 sublimabor CΣ | 15 ueritatem ΛCSΦc | suos *om.* A | 16 habitat CS; habitauit Σ | 19 inprudentem CΣΛOS | 21 magnificus + est c; *praem.* est Σ |

AC ΣΛOSTΦ crb

neque trieris magna transgredietur
eum
Ps 73,12! Iac 4,12 22 Dominus enim iudex noster Domi-
nus legifer noster
Dominus rex noster ipse salvabit nos
23 laxati sunt funiculi tui sed non prae-
valebunt
sic erit malus tuus ut dilatare sig-
num non queas
tunc dividentur spolia praedarum
multarum
claudi diripient rapinam
24 nec dicet vicinus elangui
40,2; Ier 50,20! Za 3,9! populus qui habitat in ea auferetur
ab eo iniquitas
Ps 48,2! Ml 1,2 **34** accedite gentes et audite et populi
adtendite
1,2! audiat terra et plenitudo eius
orbis et omne germen eius
2 quia indignatio Domini super om-
nes gentes
et furor super universam militiam
eorum
interfecit eos et dedit eos in occisio-
nem
14,19; Ioel 2,20 3 interfecti eorum proicientur
et de cadaveribus eorum ascendet
fetor
tabescent montes sanguine eorum
Sir 16,18! Lc 21,26 4 et tabescet omnis militia caelorum
Mt 24,29; Mc 13,25 et conplicabuntur sicut liber caeli
Apc 6,14 et omnis militia eorum defluet
sicut defluit folium de vinea et de
ficu
5 quoniam inebriatus est in caelo gla-
dius meus
Ez 25,14; Am 1,11! ecce super Idumeam descendet
et super populum interfectionis meae
ad iudicium
II Sm 1,22; Ier 46,10! 6 gladius Domini repletus est sanguine
incrassatus est adipe
de sanguine agnorum et hircorum
de sanguine medullatorum arietum

victima enim Domini in Bosra et in-
terfectio magna in terra Edom
7 et descendent unicornes cum eis et Ps 21,13
tauri cum potentibus
inebriabitur terra eorum sanguine
et humus eorum adipe pinguium
8 quia dies ultionis Domini annus re- 13,9; 61 2; 63,4! Dt 32,35! Lc 21,22
tributionum iudicii Sion
9 et convertentur torrentes eius in pi- Dt 29,22.23
cem et humus eius in sulphur
et erit terra eius in picem ardentem
10 nocte et die non extinguetur
in sempiternum ascendet fumus eius Apc 14,11!
a generatione in generationem
desolabitur in saeculum saeculorum 33,8! 60,15; Za 7,14
non erit transiens per eam
11 et possidebunt illam onocrotalus et 14,23; So 2,14
ericius
et ibis et corvus habitabunt in ea
et extendetur super eam mensura ut Lam 2,8
redigatur ad nihilum et perpendi-
culum in desolationem
12 nobiles eius non erunt ibi regem po-
tius invocabunt
et omnes principes eius erunt in ni- Abd 8.18!
hilum
13 et orientur in domibus eius spinae 35,7
et urticae et paliurus in munitioni-
bus eius
et erit cubile draconum et pascua 13,14; 13,21!
strutionum
14 et occurrent daemonia onocentau-
ris
et pilosus clamabit alter ad alterum
ibi cubavit lamia et invenit sibi re-
quiem
15 ibi habuit foveam ericius et enutri-
vit catulos
et circumfodit et fovit in umbra eius
illuc congregati sunt milvi alter ad
alterum
16 requirite diligenter in libro Domini
et legite

AC ΣΛOSTΦ(l) crb 23 sed] et c. *Hi* ‖ **34**,2 uniuersam] omnem A; homnersam C. | malitiam AOST | 3 ascendit AS | a sanguine Φc | 4 malitia[1] A; militiae T | caelorum] eorum A | 8 [*adest* l *usque ad* 38,20] | 10 in sempiterno AOS | in saecula ΣΛTc | 11 illam] eam CΣl | et[3] *om.* c | 14 onocentaurus AOSΦ | cubauit S crb *Hi*] cubabit *cet.* |

unum ex eis non defuit
alter ad alterum non quaesivit
quia quod ex ore meo procedit ille mandavit
et spiritus eius ipse congregavit ea
17 et ipse misit eis sortem
et manus eius divisit eam illis in mensuram
usque in aeternum possidebunt eam
in generatione et generatione habitabunt in ea
1.2: 32,15! 51,3 **35** laetabitur deserta et invia
et exultabit solitudo et florebit quasi
Ct 2,1; Os 14,6 lilium
2 germinans germinabit et exultabit laetabunda et laudans
60,13; Ct 5,15; 7,4.5 gloria Libani data est ei decor Carmeli et Saron
40,5! ipsi videbunt gloriam Domini et decorem Dei nostri
Iob 4,3.4; Za 8,13; Hbr 12,12 3 confortate manus dissolutas et genua debilia roborate
3.4: So 3,16 4 dicite pusillanimis confortamini no-
62,11; Dt 31,6! lite timere
40,9.10 ecce Deus vester ultionem adducet retributionis Deus
25,9! Za 9,9! ipse veniet et salvabit vos
29,18; 32,3; 42,7! Io 9,32! 10,21 5.6: Mt 11,5! Lc 7,22 5 tunc aperientur oculi caecorum et aures surdorum patebunt
6 tunc saliet sicut cervus claudus et
32,4 aperta erit lingua mutorum
41,18 quia scissae sunt in deserto aquae
6.7: Ps 106,35! et torrentes in solitudine
7 et quae erat arida in stagnum et sitiens in fontes aquarum
34,13! in cubilibus in quibus prius dracones habitabant orietur viror calami et iunci
62,10! 8 et erit ibi semita et via
et via sancta vocabitur
52,11 non transibit per eam pollutus
30,21 et haec erit nobis directa via ita ut stulti non errent per eam
9 non erit ibi leo et mala bestia non ascendet per eam nec invenietur ibi Lv 26,6!
et ambulabunt qui liberati fuerint
10 et redempti a Domino 51,11; 62,12; II Par 30,6!
convertentur et venient in Sion cum laude 30,19; 65,19; Idt 5,23
et laetitia sempiterna super caput eorum 30,29!
gaudium et laetitiam obtinebunt Ps 50,10
et fugiet dolor et gemitus
36 et factum est in quartodecimo anno regis Ezechiae IV Rg 18,13
ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes civitates Iuda munitas et cepit eas II Par 32,1; Sir 48,20
2 et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Hierusalem ad regem Ezechiam in manu gravi II Par 32,9; Sir 48,20 2—22: IV Rg 18,17–37
et stetit in aquaeductu piscinae superioris in via agri Fullonis 7,3
3 et egressus est ad eum Eliachim filius Helciae qui erat super domum
et Sobna scriba et Ioae filius Asaph a commentariis
4 et dixit ad eos Rabsaces
dicite Ezechiae
haec dicit rex magnus rex Assyriorum 4.5: II Par 32,10
quae est ista fiducia qua confidis
5 aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis
super quem habes fiduciam quia recessisti a me
6 ecce confidis super baculum harundineum confractum istum super Aegyptum 30,2.3! Ez 29,6.7!
cui si innisus fuerit homo intrabit in manu eius et perforabit eam
sic Pharao rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo
7 quod si responderis mihi in Domino Deo nostro confidimus
nonne ipse est cuius abstulit Ezechi- II Par 31,1! 32,12

16 ad *om.* ΛSTΦ c | 17 sortem] fortem r. *lapsu* | in generationem lc | et generationem ΣSTΦlc *Hi* || **35**,4 confortamini + et c | nos C | 7 erant ΛΣΦ | arida + erit c. | 8 et uia² *om.* A | uobis c || **36**,2 in aquaeductum CΣ | 4 confides ACOrb | 6 confides ACOrb | in manum Tc *Hi;* in manus Σ | 7 ipse] iste CΣ |

AC ΣΛOSTΦl crb

as excelsa et altaria
et dixit Iudae et Hierusalem coram
altari isto adorabitis
8 et nunc trade te domino meo regi
Assyriorum
et dabo tibi duo milia equorum nec
poteris ex te praebere ascensores
eorum
9 et quomodo sustinebis faciem iudi-
cis unius loci ex servis domini mei
minoribus
31,1! quod si confidis in Aegypto in qua-
driga et in equitibus
10 et nunc numquid sine Domino ascen-
di ad terram istam ut disperderem
eam
10,6! Dominus dixit ad me ascende super
terram istam et disperde eam
11 et dixit Eliachim et Sobna et Ioae ad
Rabsacen
loquere ad servos tuos syra lingua
intellegimus enim
ne loquaris ad nos iudaice in auribus
populi qui est super murum
12 et dixit ad eos Rabsaces
numquid ad dominum tuum et ad te
misit me dominus meus ut loque-
rer omnia verba ista
et non potius ad viros qui sedent in
muro
ut comedant stercora sua et bibant
urinam pedum suorum vobiscum
II Par 32,18 13 et stetit Rabsaces et clamavit voce
magna iudaice et dixit
audite verba regis magni regis Assy-
riorum
14 haec dicit rex
14.15: II Par 32,15! non seducat vos Ezechias quia non
poterit eruere vos
18 15 et non vobis tribuat fiduciam Eze-
chias super Domino dicens
37,10 eruens liberabit nos Dominus non
dabitur civitas ista in manu regis
Assyriorum
16 nolite audire Ezechiam
haec enim dicit rex Assyriorum
facite mecum benedictionem et egre-
dimini ad me
et comedite unusquisque vineam Mi 4,4! Za 3,10!
suam et unusquisque ficum suam
et bibite unusquisque aquam cister- Prv 5,15
nae suae
17 donec veniam et tollam vos ad ter-
ram quae est ut terra vestra
terram frumenti et vini terram pa-
num et vinearum
18 ne conturbet vos Ezechias dicens 15!
Dominus liberabit nos
numquid liberaverunt dii gentium II Par 32,14!
unusquisque terram suam de manu
regis Assyriorum
19 ubi est deus Emath et Arfad 10,9! 37,13
ubi est deus Seffarvaim
numquid liberaverunt Samariam de
manu mea
20 quis est ex omnibus diis terrarum 37,11.12; II Par 32,14!
istarum qui eruerit terram suam de
manu mea
ut eruat Dominus Hierusalem de IV Rg 18,35!
manu mea
21 et siluerunt et non responderunt ei
verbum
mandaverat enim rex dicens ne re-
spondeatis ei
22 et ingressus est Eliachim filius Hel-
ciae qui erat super domum
et Sobna scriba et Ioae filius Asaph
a commentariis ad Ezechiam scis-
sis vestibus
et nuntiaverunt ei verba Rabsacis
37 et factum est cum audisset rex Eze- 1–7: IV Rg 19,1–7 Gn 37,34! Ier 36,24
chias scidit vestimenta sua
et obvolutus est sacco et intravit in
domum Domini
2 et misit Eliachim qui erat super do-
mum
et Sobnam scribam et seniores de
sacerdotibus opertos saccis
ad Isaiam filium Amos prophetam
3 et dixerunt ad eum

AC ΣΛOSTΦI crb

9 confides ACOrb | in quadrigis TΦc | 18 nec TΦc *Hi* | 19 est² *om.* COrb || **37**,2 propheten CΣ.; prophetae Irb *Hi* |

haec dicit Ezechias
22,5 dies tribulationis et correptionis et
blasphemiae dies haec
26,18 quia venerunt filii usque ad partum
et virtus non est parienti
4 si quo modo audiat Dominus Deus
tuus verba Rabsaces
quem misit rex Assyriorum dominus
suus
ad blasphemandum Deum viventem
et obprobrandum sermonibus quos
audivit Dominus Deus tuus
I Sm 7,8! Ier 42,21 leva ergo orationem pro reliquiis
quae reppertae sunt
5 et venerunt servi regis Ezechiae ad
Isaiam
6 et dixit ad eos Isaias
haec dicetis domino vestro
haec dicit Dominus
51,7 ne timeas a facie verborum quae audisti
quibus blasphemaverunt pueri regis
Assyriorum me
7 ecce ego dabo ei spiritum et audiet
II Par 32,21 nuntium et revertetur ad terram
suam
et corruere eum faciam gladio in
terra sua
8—13: IV Rg 19,8–13 8 reversus est autem Rabsaces et invenit regem Assyriorum proeliantem adversus Lobna
audierat enim quia profectus esset
de Lachis
9 et audivit de Tharaca rege Aethiopiae dicentes
egressus est ut pugnet contra te
quod cum audisset misit nuntios ad
Ezechiam dicens
10 haec dicetis Ezechiae regi Iudae loquentes
non te decipiat Deus tuus in quo tu
confidis dicens
non dabitur Hierusalem in manu 36,15
regis Assyriorum
11 ecce tu audisti omnia quae fecerunt 36,20!
reges Assyriorum
omnibus terris quas subverterunt
et tu poteris liberari
12 numquid eruerunt eos dii gentium
quos subverterunt patres mei
Gozan et Aran et Reseph et filios
Eden qui erant in Thalassar
13 ubi est rex Emath et rex Arfad et rex 10,9! 36,19
urbis Seffarvaim Anahe et Ava
14 et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum et legit eos 14—20: IV Rg 19,14–19
et ascendit in domum Domini et expandit eos Ezechias coram Domino
15 et oravit Ezechias ad Dominum dicens
16 Domine exercituum Deus Israhel I Sm 4,4!
qui sedes super cherubin
tu es Deus solus omnium regnorum
terrae
tu fecisti caelum et terram Est 13,10! Ier 32,17
17 inclina Domine aurem tuam et audi IV Rg 19,16!
aperi Domine oculos tuos et vide
et audi omnia verba Sennacherib
quae misit ad blasphemandum
Deum viventem
18 vere enim Domine desertas fecerunt
reges Assyriorum terras et regiones
earum
19 et dederunt deos earum igni
non enim erant dii sed opera manuum hominum lignum et lapis et Dt 4,28!
comminuerunt eos
20 et nunc Domine Deus noster salva IV Rg 19,19!
nos de manu eius
et cognoscant omnia regna terrae
quia tu es Dominus solus

AC ΣΛOSTΦI cr𝔟

3 parturienti CΣO; pariendi Tc *Hi* | 4 rabsacis ΛOΦIc *Hi* | deum] dominum CI | obprobrandum] obprobrantem Φ.; exprobrandum CΣSIc *Hi* | 6 audistis AΛ | 7 eis spiritum AΣS | audient AΣI | reuertentur AΣ. | 8 lobnam c *Hi* | 9 dicentis[1] AS. | 10 iuda ΣΛ.; *om.* CS | confides ACΣO r𝔟 | in manus C | 13 anahe] anae CΣ *et* r *lapsu*, *Hi*; ana c | 14 elegit A | in domo CS. | 17 domine[2] *om.* A | 18 ~ desertas domine A | eorum AΣr𝔟 𝔐 | 19 eorum ACr𝔟. 𝔐 | lapides A; lapidis Σ. | 20 et[2]] ut C | es *om.* CSr𝔟 |

38,4.5 21–35: IV Rg 19,20–34 21 et misit Isaias filius Amos ad Eze-
chiam dicens
haec dicit Dominus Deus Israhel
pro quibus rogasti me de Sennache-
rib rege Assyriorum
22 hoc est verbum quod locutus est Do-
minus super eum
despexit te subsannavit te virgo filia
Sion
Iob 16,5! post te caput movit filia Hierusalem
1,4! 23 cui exprobrasti et quem blasphema-
sti
et super quem exaltasti vocem et le-
vasti altitudinem oculorum tuorum
ad Sanctum Israhel
24 in manu servorum tuorum expro-
brasti Domino et dixisti
in multitudine quadrigarum mea-
rum
ego ascendi altitudinem montium
iuga Libani
et succidam excelsa cedrorum eius
electas abietes illius
et introibo altitudinem summitatis
eius saltum Carmeli eius
25 ego fodi et bibi aquam
19,6! et exsiccavi vestigio pedis mei omnes
rivos aggerum
26 numquid non audisti quae olim fe-
cerim ei
ex diebus antiquis ego plasmavi il-
lud
et nunc adduxi et factum est in era-
dicationem collium conpugnan-
tium et civitatum munitarum
27 habitatores earum breviata manu
contremuerunt et confusi sunt
facti sunt sicut faenum agri et gra-
men pascuae
Ps 128,6! et herba tectorum quae exaruit an-
tequam maturesceret
Ps 120,8 28 habitationem tuam et egressum tu-
um et introitum tuum cognovi
et insaniam tuam contra me

29 cum fureres adversum me superbia IV Esr 11,43
tua ascendit in aures meas
ponam ergo circulum in naribus tuis Ez 38,4!
et frenum in labiis tuis
et reducam te in via per quam ve- 34
nisti
30 tibi autem hoc erit signum
comede hoc anno quae sponte nas-
cuntur
et in anno secundo pomis vescere
in anno autem tertio seminate et me-
tite
et plantate vineas et comedite fruc-
tum earum
31 et mittet id quod salvatum fuerit de
domo Iuda et quod reliquum est
radicem deorsum Ps 79,10!
et faciet fructum sursum
32 quia de Hierusalem exibunt reliquiae 9,7
et salvatio de monte Sion
zelus Domini exercituum faciet
istud
33 propterea haec dicit Dominus de
rege Assyriorum
non introibit civitatem hanc
et non iaciet ibi sagittam et non oc-
cupabit eam clypeus
et non mittet in circuitu eius agge-
rem
34 in via qua venit per eam revertetur 29
et civitatem hanc non ingredietur di-
cit Dominus
35 et protegam civitatem istam ut sal-
vem eam
propter me et propter David servum III Rg 15,4!
meum
36 egressus est autem angelus Domini 31,8; Sir 48,24
et percussit in castris Assyriorum 36–38: IV Rg 19,35–37; II Par 32,21
centum octoginta quinque milia
et surrexerunt mane et ecce omnes
cadavera mortuorum
37 et egressus est et abiit et reversus est
Sennacherib rex Assyriorum et ha-
bitavit in Nineve

AC ΣΛOSTΦI crb 22 te[1] + et c *Hi* | mouebit COS | 23 et[2] *om.* AT. | 24 eius[1] ΛOrb𝔐 *Hi*] + et *cet.* | 29 naribus] auribus A | in uiam per Φc *Hi*; per uiam per A.; in uiam CΣ | 31 est *om.* CSIrb | 33 intrabit Φc | 36 octoginta + et C |

38 et factum est cum adoraret in tem-
plo Nesrach deum suum
Tb 1,24 Adramelech et Sarasar filii eius per-
cusserunt eum gladio
fugeruntque in terram Ararat
et regnavit Asoraddon filius eius pro
eo
II Par 32,24 1—6: IV Rg 20,1–6 38 in diebus illis aegrotavit Ezechias
usque ad mortem
et introivit ad eum Isaias filius Amos
propheta et dixit ei
haec dicit Dominus
dispone domui tuae quia morieris tu
et non vives
III Rg 21,4 2 et convertit Ezechias faciem suam
ad parietem et oravit ad Dominum
3 et dixit
obsecro Domine memento quaeso
quomodo ambulaverim coram te
in veritate et in corde perfecto
et quod bonum est in oculis tuis fe-
cerim
et flevit Ezechias fletu magno
4,5: 37,21 4 et factum est verbum Domini ad
Isaiam dicens
5 vade et dic Ezechiae
haec dicit Dominus Deus David
patris tui
audivi orationem tuam vidi lacrimam
tuam
ecce ego adiciam super dies tuos
quindecim annos
II Par 32,11! 6 et de manu regis Assyriorum eruam
te et civitatem istam et protegam
eam
7,14; Ier 44,29; Lc 2,12 7 hoc autem tibi erit signum a Domino
7.8: IV Rg 20,9–11 quia faciet Dominus verbum hoc
quod locutus est
8 ecce ego reverti faciam umbram li-
nearum per quas descenderat in ho-
Sir 48,26 rologio Ahaz in sole
retrorsum decem lineis
et reversus est sol decem lineis per
gradus quos descenderat
9 scriptura Ezechiae regis Iuda cum
aegrotasset et convaluisset de in-
firmitate sua
10 ego dixi in dimidio dierum meorum
vadam ad portas inferi Ps 106,18!
quaesivi residuum annorum meo-
rum
11 dixi non videbo Dominum Domi- Ps 26,13
num in terra viventium
non aspiciam hominem ultra et ha-
bitatorem
quievit 12 generatio mea ablata est et
convoluta est a me quasi taberna-
culum pastorum
praecisa est velut a texente vita mea Iob 7,6
dum adhuc ordirer succidit me
de mane usque ad vesperam finies Iob 4,20
me
13 sperabam usque ad mane quasi leo
sic contrivit omnia ossa mea
de mane usque ad vesperam finies
me
14 sicut pullus hirundinis sic clamabo
meditabor ut columba 59,11
adtenuati sunt oculi mei suspicien- Gn 27,1! Ps 118,82
tes in excelsum
Domine vim patior sponde pro me Iob 19,7; Hab 1,2
15 quid dicam aut quid respondebit mi-
hi cum ipse fecerit
recogitabo omnes annos meos in
amaritudine animae meae
16 Domine sic vivitur et in talibus vita
spiritus mei
corripies me et vivificabis me
17 ecce in pace amaritudo mea amaris-
sima
tu autem eruisti animam meam ut
non periret
proiecisti post tergum tuum omnia 43,25! Ps 84,3! Mi 7,19
peccata mea

AC ΣΛOSTΦI crb

38 nesroch c. | in terra CΣ || **38,1** prophetes CΣl.; prophetae rb | 3 et corde A | 4 factum est autem C; factumque est S. | 5 tuam + et ΣSTc | lacrimas tuas Φc *Hi* | 11 dominum[2]] deum ΣΛIc | quietis c *cum Hi se ipsum corrigente* | 12 ~ a me et conuoluta est CΣOSTIc | texente + tela CΛ; + telam Σ | 13 sperabam] a uesperam A; a uespera O. | 14 sponde CIrb𝔐 *Hi*] responde *cet.* | 15 recogitabo + tibi Sc | 16 si sic CΣΛOc | talibus + est C |

Ps 6,6! 113,25! Bar 2,17 18 quia non infernus confitebitur tibi
neque mors laudabit te
non expectabunt qui descendunt in
lacum veritatem tuam
Sir 17,27 19 vivens vivens ipse confitebitur tibi
sicut et ego hodie
pater filiis notam faciet veritatem
tuam
20 Domine salvum me fac et psalmos
Ps 29,13! 103,33; 145,2! nostros cantabimus cunctis diebus
vitae nostrae in domo Domini
21.22: IV Rg 20,7.8! 21 et iussit Isaias ut tollerent massam
de ficis et cataplasmarent super
vulnus et sanaretur
22 et dixit Ezechias quod erit signum
quia ascendam in domo Domini
1—8: IV Rg 20,12–19 **39** in tempore illo misit Marodach
Baladan filius Baladan rex Babylonis
libros et munera ad Ezechiam
audierat enim quod aegrotasset et
convaluisset
2 laetatus est autem super eis Ezechias
II Par 32,27 et ostendit eis cellam aromatum
et argenti et auri et odoramentorum
et unguenti optimi
et omnes apothecas supellectilis suae
et universa quae inventa sunt in thesauris
eius
non fuit verbum quod non ostenderet
eis Ezechias
in domo sua et in omni potestate sua
3 introiit autem Isaias propheta ad
regem Ezechiam et dixit ei
quid dixerunt viri isti et unde venerunt
ad te
et dixit Ezechias
de terra longinqua venerunt ad me
de Babylone
4 et dixit quid viderunt in domo tua
et dixit Ezechias
omnia quae in domo mea sunt viderunt
non fuit res quam non ostenderim
eis in thesauris meis
5 et dixit Isaias ad Ezechiam
audi verbum Domini exercituum
6 ecce dies venient et auferentur omnia IV Rg 24,13! Ier 20,5; Za 14,1
quae in domo tua sunt
et quae thesaurizaverunt patres tui
usque ad diem hanc in Babylonem
non relinquetur quicquam dicit Dominus
7 et de filiis tuis qui exibunt de te quos Dn 1,3
genueris tollent
et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis
8 et dixit Ezechias ad Isaiam
bonum verbum Domini quod locutus
est
et dixit fiat tantum pax et veritas in II Par 32,26
diebus meis
40 consolamini consolamini populus 49,13! 51,12! 61,2.3!
meus dicit Deus vester
2 loquimini ad cor Hierusalem et avocate Os 2,14
eam
quoniam conpleta est malitia eius 33,24! Lam 4,22
dimissa est iniquitas illius
suscepit de manu Domini duplicia Iob 42,10! Ier 16,18; 17,18
pro omnibus peccatis suis
3 vox clamantis in deserto parate viam Mt 3,3; Mc 1,3; Io 1,23 3—5: Lc 3,4–6
Domini
rectas facite in solitudine semitas 57,14; 62,10! Ps 67,5; Mal 3,1
Dei nostri
4 omnis vallis exaltabitur et omnis 49,11; Bar 5,7
mons et collis humiliabitur
et erunt prava in directa et aspera in 42,16
vias planas
5 et revelabitur gloria Domini et videbit 35,2; 60,1! Ps 96,6
omnis caro pariter quod os Domini 1,20!
locutum est
6 vox dicentis clama
et dixi quid clamabo
omnis caro faenum et omnis gloria Ps 102,15! 6.7: I Pt 1,24
eius quasi flos agri
7 exsiccatum est faenum et cecidit flos Iac 1,11
quia spiritus Domini sufflavit in eo

AC ΣΛOSTΦ(l) cr b 19 ipse *om.* CΣ | 20 [*deest* l *usque ad* 59,20] | 22 in domum Λ c; ad domum Φ || **39**,2 autem] enim CΣT; *om. Hi* | eius] + et C | 3 ~ ezechiam regem c | 6 usque in CΣ || **40**,1 popule Σc | deus] dominus AOS: dominus deus ΣΦ | 2 aduocate c; uocate ΣST | militia r (*in praef. p.* LXII). 𝔐 | 3 domino CΣ | 7 domini] dei ΛOSTΦr b |

vere faenum est populus
I Pt 1,24.25 8 exsiccatum est faenum cecidit flos
Ps 118,89! verbum autem Dei nostri stabit in
aeternum
41,27; 52,7! 9 super montem excelsum ascende tu
quae evangelizas Sion
exalta in fortitudine vocem tuam
quae evangelizas Hierusalem
9.10: 35,4! exalta noli timere dic civitatibus
Iudae ecce Deus vester
52,10 10 ecce Dominus Deus in fortitudine
veniet et brachium eius dominabitur
49,4; 62,11; Apc 22,12 ecce merces eius cum eo et opus illius
coram eo
Ier 31,10! Ez 34,12! 11 sicut pastor gregem suum pascet
49,22 in brachio suo congregabit agnos et
in sinu suo levabit fetas ipse portabit
12 quis mensus est pugillo aquas et
caelos palmo ponderavit
quis adpendit tribus digitis molem
II Mcc 9,8 terrae et libravit in pondere montes et colles in statera
Sir 42,22 13 quis adiuvit spiritum Domini aut
Iob 15,8! Rm 11,34 quis consiliarius eius fuit et ostendit illi
14 cum quo iniit consilium et instruxit
eum
et docuit eum semitam iustitiae
Iob 21,22 et erudivit eum scientiam et viam
prudentiae ostendit illi
Sap 11,23; IV Esr 6,56 15 ecce gentes quasi stilla situlae et
quasi momentum staterae reputatae sunt
ecce insulae quasi pulvis exiguus
16 et Libanus non sufficiet ad succendendum et animalia eius non sufficient ad holocaustum
41,12 17 omnes gentes quasi non sint sic sunt
coram eo
et quasi nihilum et inane reputatae Dn 4,32; IV Esr 6,57
sunt ei
18 cui ergo similem fecistis Deum aut 25; 46,5! Mc 4,30; Lc 13,18
quam imaginem ponetis ei
19 numquid sculptile conflavit faber Bar 6,45
aut aurifex auro figuravit illud et 19.20: Ier 10,3.4!
lamminis argenteis argentarius
20 forte lignum et inputribile elegit ar- 44,13; Sap 13,15.16!
tifex sapiens
quaerit quomodo statuat simulacrum quod non moveatur
21 numquid non scietis numquid non 28; Rm 1,20
audietis numquid non adnuntiatum est ab initio vobis
numquid non intellexistis fundamenta terrae
22 qui sedet super gyrum terrae et ha- Iob 26,7; Ps 103,2!
bitatores eius sunt quasi lucustae
qui extendit velut nihilum caelos et
expandit eos sicut tabernaculum ad
inhabitandum
23 qui dat secretorum scrutatores quasi 29,14! 44,25; Iob 12,17!
non sint iudices terrae velut inane
fecit
24 et quidem neque plantatos neque satos neque radicato in terra trunco
eorum
repente flavit in eos et aruerunt et
turbo quasi stipulam auferet eos 41,2; Ps 82,14!
25 et cui adsimilastis me et adaequastis 18! 46,5!
dicit Sanctus
26 levate in excelsum oculos vestros et 51,6; II Mcc 7,28
videte quis creavit haec
qui educit in numero militiam eorum Iob 25,3; Ps 146,4!
et omnes ex nomine vocat 48,13; Sir 43,11; Bar 3,34.35
prae multitudine fortitudinis et roboris virtutisque eius neque unum
reliquum fuit
27 quare dicis Iacob et loqueris Israhel

8 faenum + et CΣΛOTΦc *Hi* | domini nostri AΣc *Hi:* domini TΦ | stabit] manet TΦc | AC
9 quae[1]] qui ΣOS c | quae[2]] qui ΣS c; quia tu O. | iuda CΣS c r b *Hi* | 10 eo[2]] illo c; ipso Σ | ΣΛOSTΦ
14 scientia CΣΛT | 15 stillae CΣ. | 18 aut] et CΣ | 20 quaeret AOΦ *Hi* | 21 scitis Φc | c r b
audistis ΛΦc | adnuntiatum est ab initio uobis AΦ r b 𝔐 *Hi*] est ab initio uobis adn. CΣ; ab initio adn. est uobis ΛST.; adn. est uobis ab initio O c | 22 habitandum AT | 24 plantatus ΣSTΦ c; plantato C | satus ΣTΦ c; sato C | radicatos ... truncos AOS r b; radicatus ... truncus ΣTΦ c | 25 sanctus] dominus AT: *praem.* spiritus CΣ. | 26 fortitudinis + eius A |

49,14 abscondita est via mea a Domino et
a Deo meo iudicium meum transi-
bit
21 28 numquid nescis aut non audisti
Deus sempiternus Dominus qui
creavit terminos terrae
non deficiet neque laborabit nec est
Ps 146,5 investigatio sapientiae eius
29 qui dat lasso virtutem et his qui non
sunt fortitudinem et robur multi-
plicat
Am 2,14 30 deficient pueri et laborabunt et iu-
venes in infirmitate cadent
31 qui autem sperant in Domino mu-
tabunt fortitudinem
Ps 102,5 adsument pinnas sicut aquilae
current et non laborabunt ambula-
bunt et non deficient
Hab 2,20! **41** taceant ad me insulae et gentes
mutent fortitudinem
accedant et tunc loquantur simul ad
iudicium propinquemus
25; 45,13! 46,11 2 quis suscitavit ab oriente iustum
vocavit eum ut sequeretur se
45,1 dabit in conspectu eius gentes et
reges obtinebit
40,24! dabit quasi pulverem gladio eius sic-
ut stipulam vento raptam arcui
eius
3 persequetur eos transibit in pace
semita in pedibus eius non appare-
bit
4 quis haec operatus est et fecit
vocans generationes ab exordio
43,10.11; 44,6; 48,12; Apc 1,17; 22,13! ego Dominus primus et novissimus
ego sum
5 viderunt insulae et timuerunt
extrema terrae obstipuerunt adpro-
pinquaverunt et accesserunt
6 unusquisque proximo suo auxiliatur
et fratri suo dicit confortare
44,12; Ier 10,4; Sap 13,15.16 7 confortabit faber aerarius percutiens
malleo eum qui cudebat tunc tem-
poris
dicens glutino bonum est et confor-
tavit eum in clavis ut non moveatur
8 et tu Israhel serve meus Iacob quem 44,1! 1 Par 16,13; II Par 20,7; Ps 104,6; 134,4
elegi semen Abraham amici mei
9 in quo adprehendi te ab extremis 42,6! 43,6!
terrae et a longinquis eius vocavi
te
et dixi tibi servus meus es tu elegi te
et non abieci te
10 ne timeas quia tecum sum ego ne 13
declines quia ego Deus tuus
confortavi te et auxiliatus sum tui et
suscepi te dextera iusti mei
11 ecce confundentur et erubescent om- 45,24; Ps 6,11!
nes qui pugnant adversum te
erunt quasi non sint et peribunt viri 54,17
qui contradicunt tibi
12 quaeres eos et non invenies viros Ps 36,10!
rebelles tuos
erunt quasi non sint et veluti con- 40,17!
sumptio homines bellantes adver-
sum te
13 quia ego Dominus Deus tuus ad- 45,1!
prehendens manum tuam
dicensque tibi ne timeas ego adiuvi 10
te
14 noli timere vermis Iacob qui mortui
estis ex Israhel
ego auxiliatus sum tui dicit Domi- 43,3! 14; 44,6! 24; Ps 77,35; Lc 1,68
nus et redemptor tuus Sanctus Is-
rahel
15 ego posui te quasi plaustrum tritu- Am 1,3!
rans novum habens rostra serrantia
triturabis montes et comminues et
colles quasi pulverem pones
16 ventilabis eos et ventus tollet et tur- Ier 15,7!
bo disperget eos
et tu exultabis in Domino in Sancto 29,19
Israhel laetaberis
17 egeni et pauperes quaerunt aquas et
non sunt
lingua eorum siti aruit

AC ΣΛΟSTΦ ςrb

27 transiuit CΣSTς | 30 in *om.* C || **41,**1 propinquent A | 3 semitam A | 4 ~ operatus est haec A | 6 auxiliabitur ASΦςrb | dicet ΣΦςrb | 7 confortavit[1] CSTς *Hi* | confortabit[2] Σrb | in *om.* Σς | moueretur Σς | 10 ~ ego tecum sum ς.; ~ ego sum tecum A; tecum ego T. | tui] tibi ς | suscepit ΣΛΟΦς *Hi* | 12 homines Σςrb𝔐 *Hi*] homnes (= omnes) C.; hominis *cet.* | bellantis ΑΛΟΦ | 14 tui] tibi ς. |

ego Dominus exaudiam eos Deus
Israhel non derelinquam eos
18 aperiam in supinis collibus flumina
et in medio camporum fontes
35,6; 43,20; Ps 106,35! ponam desertum in stagna aquarum
et terram inviam in rivos aquarum
19 dabo in solitudine cedrum et spinam
55,13 et myrtum et lignum olivae
60,13 ponam in deserto abietem ulmum et
buxum simul
20 ut videant et sciant et recogitent et
intellegant pariter
66,2! Iob 12,9 quia manus Domini fecit hoc et
Sanctus Israhel creavit illud
21 prope facite iudicium vestrum dicit
Dominus
adferte si quid forte habetis dixit Rex
Iacob
44,7; Sir 42,19 22 accedant et nuntient nobis quaecum-
que ventura sunt
43,9; 46,10! priora quae fuerint nuntiate et pone-
mus cor nostrum et sciemus
novissima eorum et quae ventura
sunt indicate nobis
23 adnuntiate quae ventura sunt in fu-
turum et sciemus quia dii estis vos
45,7! Ier 10,5 bene quoque aut male si potestis fa-
cite et loquamur et videamus simul
24 ecce vos estis ex nihilo et opus ves-
44,9 trum ex eo quod non est
abominatio est qui elegit vos
2! 25 suscitavi ab aquilone et venit ab ortu
solis
vocabit nomen meum et adducet
magistratus quasi lutum et velut
plastes conculcans humum
45,21; 46,10! 26 quis adnuntiavit ab exordio ut scia-
mus et a principio ut dicamus iustus
es
non est neque adnuntians neque
praedicens neque audiens sermones
vestros
40,9 27 primus ad Sion dicet ecce adsunt et
Hierusalem evangelistam dabo
28 et vidi et non erat neque ex istis quis- 44,19
quam qui iniret consilium et inter-
rogatus responderet verbum
29 ecce omnes iniusti et vana opera
eorum
ventus et inane simulacra eorum
42 ecce servus meus suscipiam eum 49,3; Mt 3,16.17!
electus meus conplacuit sibi in illo 1—4: Mt 12,18–21
anima mea
dedi spiritum meum super eum iudi- 11,2! 61,1
cium gentibus proferet 2,4
2 non clamabit neque accipiet perso-
nam nec audietur foris vox eius
3 calamum quassatum non conteret et
linum fumigans non extinguet
in veritate educet iudicium
4 non erit tristis neque turbulentus
donec ponat in terra iudicium et le-
gem eius insulae expectabunt 51,5; 60,9
5 haec dicit Dominus Deus creans 44,24! Za 12,1!
caelos et extendens eos
firmans terram et quae germinant ex
ea
dans flatum populo qui est super Act 17,25!
eam et spiritum calcantibus eam
6 ego Dominus vocavi te in iustitia et 41,9; 45,13!
adprehendi manum tuam 45,1
et servavi et dedi te in foedus populi 49,8
in lucem gentium 49,6! Lc 2,32!
7 ut aperires oculos caecorum et edu- 35,5! Ps 145,7.8; Act 26,18!
ceres de conclusione vinctum Ps 67,7; 106,10
de domo carceris sedentes in tenebris 49,9; 61,1!
8 ego Dominus hoc est nomen meum Ps 82,19!
gloriam meam alteri non dabo et lau- 48,11
dem meam sculptilibus
9 quae prima fuerant ecce venerunt 46,10!
nova quoque ego adnuntio 48,6
antequam oriantur audita vobis fa- 48,5
ciam
10 cantate Domino canticum novum Ps 95,1!
laus eius ab extremis terrae 44,23; I Mcc 14,10!
qui descenditis in mare et plenitudo Ps 106,23!

19 in solitudinem Ac *Hi* | in desertum AΣS *Hi* | 22 uobis¹ ACSΦ | fuerunt ΛΦc | 25 ueniet ATΦc; ueni C | 26 praedicans AΣ | 27 adsunt COTcrb𝔐 *Hi*] adsum *cet.* | 28 neque *om.* C || **42**,1 profert CΣΛST | 2 ~ uox eius foris c. | 6 in iustitiam AΣ. | seruaui + te T c | 7 uinctum + et CΣΛ | 9 fuerunt CΣΛTc | oriatur CΦ |

AC ΣΛOSTΦ crb

eius
insulae et habitatores earum
11 sublevetur desertum et civitates eius
in domibus habitabit Cedar
laudate habitatores Petrae
de vertice montium clamabunt
Ios 7,19! Ps 65,2 12 ponent Domino gloriam et laudem
24,15; So 2,11 eius in insulis nuntiabunt
31,4; Ex 15,3; Ier 20,11 13 Dominus sicut fortis egredietur sicut
vir proeliator suscitabit zelum
vociferabitur et clamabit super inimicos suos confortabitur
57,11 14 tacui semper silui patiens fui
sicut pariens loquar dissipabo et absorbebo simul
15 desertos faciam montes et colles et
omne gramen eorum exsiccabo
19,5! et ponam flumina in insulas et stagna arefaciam
16 et ducam caecos in via quam nesciunt
in semitis quas ignoraverunt ambulare eos faciam
40,4! ponam tenebras coram eis in lucem
et prava in recta
haec verba feci eis et non dereliqui
eos
17 conversi sunt retrorsum
1,29! 44,11; 45,16! confundantur confusione qui confidunt in sculptili
44,17! qui dicunt conflatili vos dii nostri
18 surdi audite et caeci intuemini ad
videndum
19 quis caecus nisi servus meus
et surdus nisi ad quem nuntios meos
misi
quis caecus nisi qui venundatus est
quis caecus nisi servus Domini
20 qui vides multa nonne custodies
qui apertas habes aures nonne audies
21 et Dominus voluit ut sanctificaret
eum et magnificaret legem et extolleret
22 ipse autem populus direptus et vastatus
laqueus iuvenum omnes et in domibus carcerum absconditi sunt
facti sunt in rapinam nec est qui eruat 5,29!
in direptionem et non est qui dicat
redde
23 quis est in vobis qui audiat hoc adtendat et auscultet futura Dt 32,29!
24 quis dedit in direptionem Iacob et
Israhel vastantibus nonne Dominus
ipse cui peccavimus Ex 9,27; Bar 1,17; 2,5
et noluerunt in viis eius ambulare
et non audierunt legem eius
25 et effudit super eum indignationem Lam 2,3
furoris sui et forte bellum
et conbusit eum in circuitu et non
cognovit
et succendit eum et non intellexit
43 et nunc haec dicit Dominus creans 44,2!
te Iacob et formans te Israhel
noli timere quia redemi te et vocavi 45,3.4; Ier 30,10!
nomine tuo meus es tu Bar 5,4
2 cum transieris per aquas tecum ero Ps 65,12
et flumina non operient te
cum ambulaveris in igne non conbureris et flamma non ardebit in te Dn 3,50!
3 quia ego Dominus Deus tuus Sanctus Israhel salvator tuus 14; 41,14! 47,4!
dedi propitiationem tuam Aegyptum Aethiopiam et Saba pro te 45,14!
4 ex quo honorabilis factus es in oculis meis et gloriosus ego dilexi te Ier 31,3!
et dabo homines pro te et populos
pro anima tua
5 noli timere quoniam tecum ego sum 5.6; Ier 30,10!
ab oriente adducam semen tuum et Ps 106,2.3! Bar 4,37! Za 8,7!
ab occidente congregabo te
6 dicam aquiloni da et austro noli pro-

AC ΣΛΟSΤΦ crb 13 egredietur + et CΣΛ | proeliatur AS | 14 parturiens ATΦ c | 15 gramen] germen C ΣΟ | stagna + aquarum A | 16 et educam T; et deducam C; educam ΑΛΦ | in uiam C c | nesciunt + et C c | directa AST | 19 est + et c | 22 et[2] *om.* CΣ. | et non] nec c || 43,1 uocaui + te CTΦ c | nomini A | 3 sabaa CΣΛ | 5 quoniam] quia CΣ c | ~ tecum sum ego ST.; ~ ego tecum sum A c |

hibere
41,9; 60,4.9 adfer filios meos de longinquo et
filias meas ab extremis terrae
7 et omnem qui invocat nomen meum
in gloriam meam creavi eum et formavi eum et feci eum
Ier 5,21! 8 educ foras populum caecum et oculos habentem
surdum et aures ei sunt
45,20! 9 omnes gentes congregatae sunt simul
et collectae sunt tribus
41,22! quis in vobis adnuntiet istud et quae
prima sunt audire nos faciat
dent testes eorum et iustificentur et
audiant et dicant vere
44,8! 10 vos testes mei dicit Dominus et servus meus quem elegi
ut sciatis et credatis mihi et intellegatis quia ego ipse sum
10,11: 41,4! ante me non est formatus deus et
post me non erit
45,21! Os 13,4 11 ego sum ego sum Dominus et non
est absque me salvator
44,8! 12 ego adnuntiavi et salvavi auditum
feci et non fuit in vobis alienus
vos testes mei dicit Dominus et ego
Deus
Dt 32,39! 13 et ab initio ego ipse et non est qui de
manu mea eruat
operabor et quis avertet illud
3! 41,14! 14 haec dicit Dominus redemptor vester Sanctus Israhel
propter vos emisi Babylonem et detraxi vectes universos
et Chaldeos in navibus suis gloriantes
15 ego Dominus Sanctus vester creans
Israhel Rex vester
51,10; Ps 76,20; Sap 14,3! 16,17: Hab 3,15 16 haec dicit Dominus qui dedit in
mari viam et in aquis torrentibus
semitam
Ps 75,7 17 qui eduxit quadrigam et equum agmen et robustum
simul obdormierunt nec resurgent
contriti sunt quasi linum et extincti
sunt
18 ne memineritis priorum et antiqua 65,17
ne intueamini
19 ecce ego facio nova et nunc orientur II Cor 5,17; Apc 21,5
utique cognoscetis ea
ponam in deserto viam et in invio Ps 104,41!
flumina
20 glorificabit me bestia agri dracones
et strutiones
quia dedi in deserto aquas flumina 41,18; 49,10! Ps 106,35!
in invio
ut darem potum populo meo electo Nm 20,11!
meo
21 populum istum formavi mihi laudem meam narrabit
22 non me invocasti Iacob nec laborasti
in me Israhel
23 non obtulisti mihi arietem holocausti tui Am 5,25!
et victimis tuis non glorificasti me
non te servire feci in oblatione nec
laborem tibi praebui in ture
24 non emisti mihi argento calamum Ier 6,20
et adipe victimarum tuarum non
inebriasti me
verumtamen servire me fecisti in
peccatis tuis
praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis Mal 2,17
25 ego sum ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me 44,22; Ps 50,3! Mc 2,7; Lc 5,21!
et peccatorum tuorum non recordabor 38,17! Tb 3,3! Ier 31,34!
26 reduc me in memoriam et iudicemur Ier 2,9!
simul
narra si quid habes ut iustificeris
27 pater tuus primus peccavit et interpretes tui praevaricati sunt in me
28 et contaminavi principes sanctos 47,6
dedi ad internicionem Iacob et Israhel in blasphemiam Ier 24,9!

7 in gloria mea CΣΛST | et[2] *om.* ΛOSΦcrb *Hi* | 9 faciet Σc *Hi* | et[3] *om.* c. | 12 deus + uester A | 14 misi in Tc *Hi* | 16 in[2] *om.* AT. | 17 et[3] *om.* C *Hi* | 20 meo[1] + et A | 21 narrauit AOST | 23 in oblationem CS | 26 et] ut A ||

AC ΣΛOSTΦ crb

41,8! 48,12; Dn 3,35 **44** et nunc audi Iacob serve meus et
Israhel quem elegi
21; 43,1; 49,1! Ps 21,11; 70,6! 2 haec dicit Dominus faciens et for-
mans te ab utero auxiliator tuus
noli timere serve meus Iacob et Rec-
tissime quem elegi
55,1! 3 effundam enim aquas super sitien-
tem et fluenta super aridam
32,15! Ez 39,29! effundam spiritum meum super se-
men tuum
et benedictionem meam super stir-
pem tuam
4 et germinabunt inter herbas quasi
Ier 17,8! salices iuxta praeterfluentes aquas
5 iste dicet Domini ego sum
et ille vocabit in nomine Iacob
et hic scribet manu sua Domino
et in nomine Israhel adsimilabitur
41,14! 47,4! 48,17; 49,7 6 haec dicit Dominus rex Israhel et
redemptor eius Dominus exercitu-
um
41,4! 45,6! ego primus et ego novissimus et abs-
que me non est deus
7 quis similis mei vocet et adnuntiet
et ordinem exponat mihi ex quo
constitui populum antiquum
41,22! ventura et quae futura sunt adnun-
tient eis
8 nolite timere neque conturbemini
43,10.12; 45,21! ex tunc audire te feci et adnuntiavi
vos estis testes mei
numquid est deus absque me et for-
mator quem ego non noverim
41,24; Hab 2,18 9 plastae idoli omnes nihil sunt
et amantissima eorum non prode-
runt eis
ipsi sunt testes eorum quia non vi-
dent neque intellegunt ut confun-
dantur
42,17! Dt 4,28! 10 quis formavit deum et sculptile con-
flavit ad nihil utile
11 ecce omnes participes eius confun-
dentur
fabri enim sunt ex hominibus
convenient omnes stabunt et pave-
bunt et confundentur simul
12 faber ferrarius lima operatus est 41,7!
in prunis et in malleis formavit illud
et operatus est in brachio fortitudi-
nis suae
esuriet et deficiet non bibet aquam
et lassescet
13 artifex lignarius extendit normam 40,20
formavit illud in runcina fecit illud 13—17: Sap 13,11–13
in angularibus et in circino torna-
vit illud
et fecit imaginem viri quasi specio-
sum hominem habitantem in domo
14 succidit cedros tulit ilicem et quer-
cum quae steterat inter ligna saltus
plantavit pinum quam pluvia nutri-
vit
15 et facta est hominibus in focum
sumpsit ex eis et calefactus est et suc-
cendit et coxit panes
de reliquo autem operatus est deum 46,6!
ct adoravit
fecit sculptile et curvatus est ante
illud
16 medium eius conbusit igni et de me- 19
dio eius carnes comedit
coxit pulmentum et saturatus est
et calefactus est et dixit va calefac-
tus sum vidi focum
17 reliquum autem eius deum fecit
sculptile sibi
curvatur ante illud et adorat illud 46,6! Dn 3,7!
et obsecrat dicens libera me quia 42,17! 45,20
deus meus es tu
18 nescierunt neque intellexerunt
lutati enim sunt ne videant oculi eo-
rum
et ne intellegant corde suo
19 non recogitant in mente sua neque 41,28
cognoscunt neque sentiunt ut di-
cant

AC ΣΛΟSTΦ crb **44,** 1 audi + me CΣΛ. | 3 de spiritu meo A | 5 dicit AΣS | uocauit AΛOST | israhel] domini C; domini ad israhel Σ.; domini israhel T | 7 et² *om.* A | 8 mei] mihi CΣ | 12 deficiet + et A | 13 tornauit + formauit C.; + illud formauit ΣΛ. | 17 fecit + et ΛOSTΦc *Hi* | quia] quoniam CΣS | 18 lutati CΣΛS, *cf.* 𝔐] obliti *cet.* |

16 medietatem eius conbusi igne
et coxi super carbones eius panes
coxi carnes et comedi
et de reliquo eius idolum faciam
ante truncum ligni procidam
Sap 15,10 [20]pars eius cinis est cor insipiens adoravit illud
et non liberabit animam suam neque dicet forte mendacium est in
Ps 143,8 dextera mea
2! [21]memento horum Iacob et Israhel
quoniam servus meus es tu
formavi te servus meus es tu Israhel
non oblivisceris mei
43,25! [22]delevi ut nubem iniquitates tuas et
quasi nebulam peccata tua
revertere ad me quoniam redemi te
49,13; Ps 95,11.12 [23]laudate caeli quoniam fecit Dominus
42,10! iubilate extrema terrae resonate
55,12! Ps 97,8 montes laudationem
saltus et omne lignum eius
48,20 quoniam redemit Dominus Iacob
et Israhel gloriabitur
41,14! [24]haec dicit Dominus redemptor tuus
et formator tuus ex utero
ego sum Dominus faciens omnia
42,5; 45,18; 51,13; Iob 9,8! Za 12,1! extendens caelos solus stabiliens terram et nullus mecum
[25]irrita faciens signa divinorum et
ariolos in furorem vertens
29,14! 40,23; Iob 12,17! convertens sapientes retrorsum et
scientiam eorum stultam faciens
[26]suscitans verbum servi sui et consilium nuntiorum suorum conplens
qui dico Hierusalem habitaberis
61,4! Ps 68,36! et civitatibus Iuda aedificabimini
et deserta eius suscitabo
50,2! [27]qui dico profundo desolare et flumina tua arefaciam
II Par 36,23! I Esr 1,2! [28]qui dico Cyro pastor meus es
et omnem voluntatem meam conplebis
qui dico Hierusalem aedificaberis et
templo fundaberis

45 haec dicit Dominus christo meo
Cyro
cuius adprehendi dexteram 41,13; 42,6
ut subiciam ante faciem eius gentes 41,2; 60,11!
et dorsa regum vertam
et aperiam coram eo ianuas et portae non cludentur
[2]ego ante te ibo et gloriosos terrae
humiliabo
portas aereas conteram et vectes ferreos confringam Ps 106,16; Ier 51,30
[3]et dabo tibi thesauros absconditos
et arcana secretorum
ut scias quia ego Dominus qui voco 49,23! Ex 7,17! 8,10!
nomen tuum Deus Israhel 43,1!
[4]propter servum meum Iacob et Israhel electum meum
et vocavi te in nomine tuo adsimilavi te et non cognovisti me 43,1!
[5]ego Dominus et non est amplius Sir 36,5! Ioel 2,27
extra me non est deus
accinxi te et non cognovisti me
[6]ut sciant hii qui ab ortu solis et qui 59,19! Mal 1,11!
ab occidente
quoniam absque me non est 44,6; Dt 4,35!
ego Dominus et non est alter 47,8!
[7]formans lucem et creans tenebras
faciens pacem et creans malum 41,23; Lam 3,38; So 1,12
ego Dominus faciens omnia haec
[8]rorate caeli desuper et nubes pluant
iustum
aperiatur terra et germinet salvatorem 61,11
et iustitia oriatur simul Ps 71,7
ego Dominus creavi eum
[9]vae qui contradicit fictori suo testa
de samiis terrae
numquid dicet lutum figulo suo quid 29,16; Sap 12,12! Rm 9,20
facis et opus tuum absque manibus
est
[10]vae qui dicit patri quid generas et
mulieri quid parturis

20 est[1] *om. Hi;* + et CΣ. | adorabit C | liberauit AΛOSTΦ *Hi* | dicit CΣΛS | 21 non] ne ϲ *Hi* | obliuiscaris ΣΛϲ *Hi* | 23 quoniam + misericordiam ΣΛϲ || 45,4 in *om.* ϲ *Hi* | 6 alter + absque me CΣ | 9 dicit ACΣΛST *Hi* |

AC
ΣΛOSTΦ
ϲ r b

11 haec dicit Dominus Sanctus Israhel
plastes eius
ventura interrogate me
29,23! super filios meos et super opus manuum mearum mandastis mihi
48,13! Dt 4,32! Ier 27,5! 12 ego feci terram et hominem super
Ps 101,26! eam creavi
Iob 9,8! Za 12,1! ego manus meae tetenderunt caelos
et omni militiae eorum mandavi
41,2; 42,6; 48,15 13 ego suscitavi eum ad iustitiam et
omnes vias eius dirigam
ipse aedificabit civitatem meam et
captivitatem meam dimittet
52,3; I Pt 1,18 non in pretio neque in muneribus
dicit Dominus Deus exercituum
43,3; Ps 67,32; So 3,10! 14 haec dicit Dominus
labor Aegypti et negotiatio Aethiopiae et Sabaim viri sublimes ad te
transibunt et tui erunt
post te ambulabunt vincti manicis
pergent
et te adorabunt teque deprecabuntur
tantum in te est Deus et non est absque te deus
15 vere tu es Deus absconditus Deus
Israhel salvator
42,17! Ier 10,14; 51,17 16 confusi sunt et erubuerunt omnes simul
abierunt in confusione fabricatores
errorum
Ier 3,23 17 Israhel salvatus est in Domino salute
aeterna
29,22; 54,4! non confundemini et non erubescetis
usque in saeculum saeculi
44,24! 18 quia haec dicit Dominus creans caelos ipse Deus
formans terram et faciens eam ipse
plastes eius
non in vanum creavit eam ut habitetur formavit eam
ego Dominus et non est alius
48,16; Io 18,20 19 non in abscondito locutus sum in
loco terrae tenebroso
non dixi semini Iacob frustra quaerite me
ego Dominus loquens iustitiam adnuntians recta
20 congregamini et venite et accedite 43,9; I Par 16,35
simul qui salvati estis ex gentibus
nescierunt qui levant lignum sculpturae suae et rogant deum non salvantem 44,17! 46,7
21 adnuntiate et venite et consiliamini
simul
quis auditum fecit hoc ab initio ex 41,26! 44,8
tunc praedixit illud
numquid non ego Dominus et non 43,11; 46,9! Os 13,4
est ultra Deus absque me
Deus iustus et salvans non est praeter me
22 convertimini ad me et salvi eritis 30,15!
omnes fines terrae
quia ego Deus et non est alius
23 in memet ipso iuravi Gn 22,16! Ier 22,5!
egredietur de ore meo iustitiae verbum et non revertetur 55,11
quia mihi curvabunt omnia genu et Rm 14,11! Phil 2,10.11
iurabit omnis lingua
24 ergo in Domino dicet meae sunt iustitiae et imperium 54,17
ad eum venient et confundentur 41,11!
omnes qui repugnant ei
25 in Domino iustificabitur et laudabitur omne semen Israhel
46 conflatus est Bel contritus est Nabo Ier 50,2!
facta sunt simulacra eorum bestiis
et iumentis
onera vestra gravi pondere usque ad
lassitudinem
2 contabuerunt et contrita sunt simul
non potuerunt salvare portantem et
anima eorum in captivitatem ibit Ier 43,12
3 audite me domus Iacob et omne residuum domus Israhel

AC ΣΛOSTΦ c r b 11 mandasti S.; mandatis O; mandate ΣΛ c | 13 deus *om.* C | 14 manicis] manibus C ΣΛ | 16 in confusionem AΛO c *Hi* | 18 habitaretur CΛTΦ c | 19 iustitiam + et CΣ | 20 lignum c r b 𝔐] signum *cet.* | 21 praedixi ACSΦ *Hi* | 22 deus] dominus CΣΛOST | 23 iuraui + et CΣ | curuabit C.; curuabitur c | omne genu CO c; omnia genua Φ; omnia regna S. || **46**,1 conflatus] confractus OS c r b |

Dt 1,31! qui portamini a meo utero qui gestamini a mea vulva
4 usque ad senectam ego ipse et usque ad canos ego portabo
ego feci et ego feram et ego portabo et salvabo
40,18! 25; Lam 2,13 5 cui adsimilastis me et adaequastis
et conparastis me et fecistis similem
6 qui confertis aurum de sacculo et argentum statera ponderatis
44,15 conducentes aurificem ut faciat deum
44,17! et procidunt et adorant
Sap 13,15.16! Bar 6,25! Am 5,26 7 portant illud in umeris gestantes et ponentes in loco suo
et stabit ac de loco suo non movebitur
45,20! sed et cum clamaverint ad eum non audiet
de tribulatione non salvabit eos
8 mementote istud et fundamini
redite praevaricatores ad cor
9 recordamini prioris saeculi quoniam ego sum Deus
45,21! Sir 36,5!
et non est ultra Deus nec est similis mei
41,22! 26! 42,9; 48,5.6; Sir 48,28 10 adnuntians ab exordio novissimum
et ab initio quae necdum facta sunt
Iob 23,13! Ps 32,11! dicens consilium meum stabit et omnis voluntas mea fiet
41,2! 11 vocans ab oriente avem et de terra longinqua virum voluntatis meae
Gn 41,32 et locutus sum et adducam illud creavi et faciam illud
12 audite me duro corde qui longe estis a iustitia
51,5; 56,1 13 prope feci iustitiam meam non elongabitur
et salus mea non morabitur
1,27; Ps 84,10; Ioel 2,32; Abd 17; Lc 2,32 dabo in Sion salutem et Israheli gloriam meam
Ier 48,18 **47** descende sede in pulverem virgo filia Babylon
sede in terra non est solium filiae Chaldeorum
quia ultra non vocaberis mollis et tenera
2 tolle molam et mole farinam
denuda turpitudinem tuam discooperi umerum
revela crus transi flumina
3 revelabitur ignominia tua et videbitur obprobrium tuum Ier 13,26!
ultionem capiam et non resistet mihi homo
4 redemptor noster Dominus exercituum nomen illius Sanctus Israhel 1,24; 43,3! 44,6! 49,26! 51,15! 54,5; Ier 50,34
5 sede tace et intra in tenebras filia Chaldeorum
quia non vocaberis ultra domina regnorum
6 iratus sum super populum meum 43,28
contaminavi hereditatem meam
et dedi eos in manu tua
non posuisti eis misericordias
super senem adgravasti iugum tuum valde
7 et dixisti in sempiternum ero domina
non posuisti haec super cor tuum
neque recordata es novissimi tui Lam 1,9
8 et nunc audi haec delicata et habitans confidenter
quae dicis in corde tuo ego sum et non est praeter me amplius 10; 45,6!
non sedebo vidua et ignorabo sterilitatem Apc 18,7
9 venient tibi duo haec subito in die una sterilitas et viduitas 51,19
universa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum
et propter duritiam incantatorum tuorum vehementem
10 et fiduciam habuisti in malitia tua et dixisti non est qui videat me Ps 93,7

3 a[1] *om.* ΑΛΟ | a[2] *om.* ΑΛ *Hi* | 4 et[3] *om.* ΟΤ𝔠 | 6 ponderastis C | aurificem] artificem CΣST | procedunt AS | 7 illud] illum Φ𝔠 *Hi* | ac] et ACΣ. | 8 confundamini OT𝔠 | 13 israheli O𝔯𝔟𝔐 *Hi*] israhel in A.; in hierusalem T; in israhel *cet.* ‖ **47**,1 in puluere CΛSΦ𝔠𝔯𝔟 *Hi* | 2 crus ΛO𝔯𝔟𝔐] crures S.; crura *cet.* | 5 tacens 𝔠 *Hi* | in tenebris CΣ. |

AC ΣΛOSTΦ 𝔠𝔯𝔟

sapientia tua et scientia tua haec de-
cepit te
8! et dixisti in corde tuo ego sum et
praeter me non est altera
11 veniet super te malum et nescies or-
tum eius
et inruet super te calamitas quam
non poteris expiare
veniet super te repente miseria quam
nescies
8,19! 12 sta cum incantatoribus tuis et cum
multitudine maleficiorum tuorum
57,10 in quibus laborasti ab adulescentia
tua
si forte quid prosit tibi aut si possis
fieri fortior
13 defecisti in multitudine consiliorum
tuorum
stent et salvent te augures caeli
qui contemplabantur sidera et sup-
putabant menses
ut ex eis adnuntiarent ventura tibi
5,24! Ex 15,7; Na 1,10; Mal 4,1 14 ecce facti sunt quasi stipula ignis
conbusit eos
non liberabunt animam suam de
manu flammae
non sunt prunae quibus calefiant nec
focus ut sedeant ad eum
15 sic facta sunt tibi in quibuscumque
laboraveras
negotiatores tui ab adulescentia tua
unusquisque in via sua erraverunt
non est qui salvet te
51,1; Mi 3,9! **48** audite hoc domus Iacob
qui vocamini nomine Israhel
et de aquis Iuda existis
qui iuratis in nomine Domini
et Dei Israhel recordamini non in
veritate neque in iustitia
2 de civitate enim sancta vocati sunt
Mi 3,11 et super Deum Israhel constabiliti
sunt
Am 4,13! Dominus exercituum nomen eius
3 priora ex tunc adnuntiavi et ex ore
meo exierunt et audita feci ea
repente operatus sum et venerunt
4 scivi enim quia durus es tu Ier 5,3! Ez 2,4; 3,7
et nervus ferreus cervix tua et frons Dt 31,27!
tua aerea
5 praedixi tibi ex tunc antequam veni- 42,9; 46,10!
rent indicavi tibi
ne forte diceres idola mea fecerunt
haec
et sculptilia mea et conflatilia man-
daverunt ista
6 quae audisti vide omnia
vos autem non adnuntiastis
audita feci tibi nova ex nunc et con- 42,9; 46,10!
servata quae nescis
7 nunc creata sunt et non ex tunc et
ante diem et non audisti ea
ne forte dicas ecce cognovi ea
8 neque audisti neque cognovisti ne-
que ex tunc aperta est auris tua
scio enim quia praevaricans praeva- Ps 57,4
ricabis
et transgressorem ex ventre vocavi
te
9 propter nomen meum longe faciam
furorem meum
et laude mea infrenabo te ne inter-
eas
10 ecce excoxi te sed non quasi argen- Ps 65,10! Za 13,9!
tum elegi te in camino paupertatis
11 propter me propter me faciam ut
non blasphemer
et gloriam meam alteri non dabo 42,8
12 audi me Iacob et Israhel quem ego 44,1!
voco
ego ipse ego primus et ego novissi- 41,4!
mus
13 manus quoque mea fundavit terram 45,12! Ps 32,9! 94,5
et dextera mea mensa est caelos
ego vocabo eos et stabunt simul 40,26! Sir 43,11!
14 congregamini omnes vos et audite
quis de eis adnuntiavit haec
Dominus dilexit eum faciet volun-
tatem suam in Babylone et bra-

AC ΣΛOSTΦ crb 13 in multitudinem AΛ. | 14 pruna AOST | calefaciant CΣ || **48**,1 hoc] haec Σc | iurastis CΣΛ | 6 non] num c. | nunc CΣrb𝔐 *Hi*] tunc *cet.* | conseruata + sunt c | 7 ecce + ego AOT c | 8 praeuaricaberis c *Hi* | uentre] utero c | 14 in babylonem AO |

chium suum in Chaldeis
45,13! 15 ego ego locutus sum et vocavi eum
adduxi eum et directa est via eius
16 accedite ad me et audite hoc
45,19! non a principio in abscondito locu-
tus sum
ex tempore antequam fieret ibi
eram
61,1! et nunc Dominus Deus misit me et
spiritus eius
44,6! 17 haec dicit Dominus redemptor tuus
Sanctus Israhel
ego Dominus Deus tuus docens te
utilia gubernans te in via qua am-
bulas
Bar 3,13 18 utinam adtendisses mandata mea
66,12 facta fuisset sicut flumen pax tua
et iustitia tua sicut gurgites maris
10,22! 19 et fuisset quasi harena semen tuum
et stirps uteri tui ut lapilli eius
non interisset et non fuisset adtri-
tum nomen eius a facie mea
Ier 50,8! 20 egredimini de Babylone fugite a
Chaldeis
in voce exultationis adnuntiate au-
ditum facite hoc
62,11; Ier 25,31 efferte illud usque ad extrema terrae
44,23 dicite redemit Dominus servum su-
um Iacob
21 non sitierunt in deserto cum educe-
ret eos
Ps 77,16! 20! aquam de petra produxit eis
et scidit petram et fluxerunt aquae
57,21 22 non est pax dicit Dominus impiis
33,13 **49** audite insulae et adtendite populi
de longe
5; 44,2! Dominus ab utero vocavit me
Ps 70,6! 109,3; Ier 1,5; Gal 1,15 de ventre matris meae recordatus
est nominis mei
51,16! 2 et posuit os meum quasi gladium
acutum
in umbra manus suae protexit me
et posuit me sicut sagittam electam
in faretra sua abscondit me
3 et dixit mihi servus meus es tu Isra- 42,1!
hel quia in te gloriabor
4 et ego dixi in vacuum laboravi Gal 4,11!
sine causa et vane fortitudinem me-
am consumpsi
ergo iudicium meum cum Domino
et opus meum cum Deo meo 40,10!
5 et nunc dicit Dominus
formans me ex utero servum sibi 1! Ps 109,3
ut reducam Iacob ad eum
et Israhel non congregabitur
et glorificatus sum in oculis Domini 52,13; Mt 5,4
et Deus meus factus est fortitudo
mea
6 et dixit parum est ut sis mihi servus Sir 48,10
ad suscitandas tribus Iacob et fe-
ces Israhel convertendas
dedi te in lucem gentium ut sis salus 42,6; 60,3! Ps 97,2! Lc 2,32!
mea usque ad extremum terrae Io 1,4! Act 13,47
7 haec dicit Dominus redemptor Is- 44,6!
rahel Sanctus eius
ad contemptibilem animam ad abo-
minatam gentem ad servum domi-
norum
reges videbunt et consurgent princi- Tb 13,14!
pes et adorabunt
propter Dominum quia fidelis est et
Sanctum Israhel qui elegit te
8 haec dicit Dominus
in tempore placito exaudivi te Ps 68,14; II Cor 6,2
et in die salutis auxiliatus sum tui
et servavi te et dedi te in foedus po- 42,6
puli
ut suscitares terram et possideres 54,3
hereditates dissipatas
9 ut diceres his qui vincti sunt exite et 42,7!
his qui in tenebris revelamini
super vias pascentur et in omnibus Ps 22,1.2!
planis pascua eorum
10 non esurient neque sitient et non per- Apc 7,16.17
cutiet eos aestus et sol Ps 120,6
quia miserator eorum reget eos et ad 43,20; Ier 31,9; Nm 20,11!

16 fierent ACΣΦ | 17 quam CΣST | 20 efferte] et ferte ACΦ; et efferte T c | extremum A *Hi* | 21 produxit] eduxit CΣ | 22 ~ impiis dicit dominus AOΦ c || 49,3 glorificabor C ΣO *Hi* | 6 conuertendas + ecce c |

AC
ΣΛOSTΦ
crb

fontes aquarum portabit eos
40,4; Bar 5,7 11 et ponam omnes montes meos in
viam et semitae meae exaltabuntur
Ps 106,2.3! 12 ecce isti de longe venient et ecce illi
ab aquilone et mari et isti de terra
australi
44,23! Ps 95,11 13 laudate caeli et exulta terra
iubilate montes laudem
40,1! 52,9 quia consolatus est Dominus populum suum et pauperum suorum miserebitur
40,27 14 et dixit Sion dereliquit me Dominus
et Dominus oblitus est mei
Sir 4,11 15 numquid oblivisci potest mulier infantem suum
ut non misereatur filio uteri sui
et si illa oblita fuerit
ego tamen non obliviscar tui
Ct 8,6 16 ecce in manibus meis descripsi te
muri tui coram oculis meis semper
17 venerunt structores tui destruentes
te et dissipantes a te exibunt
60,4! 18 leva in circuitu oculos tuos et vide
16,10! omnes isti congregati sunt venerunt tibi
vivo ego dicit Dominus quia omnibus his velut ornamento vestieris
et circumdabis tibi eos quasi sponsa
19 quia deserta tua et solitudines tuae
et terra ruinae tuae
nunc angusta erunt prae habitatoribus et longe fugabuntur qui absorbebant te
20 adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuae
angustus mihi est locus fac spatium
mihi ut habitem
21 et dices in corde tuo quis genuit mihi
istos
ego sterilis et non pariens
transmigrata et captiva
et istos quis enutrivit
ego destituta et sola et isti ubi hic
erant
22 haec dicit Dominus Deus
ecce levo ad gentes manum meam 11,12! 62,10
et ad populos exaltabo signum
meum
et adferent filios tuos in ulnis et filias 40,11
tuas super umeros portabunt
23 et erunt reges nutricii tui et reginae 60,10.16
nutrices tuae
vultu in terra dimisso adorabunt te 60,14!
et pulverem pedum tuorum lingent Ps 71,9!
et scies quia ego Dominus super quo 45,3! Ier 9,24! Dn 3,40
non confundentur qui expectant
eum
24 numquid tolletur a forte praeda Mt 12,29!
aut quod captum fuerit a robusto
salvum esse poterit
25 quia haec dicit Dominus
equidem et captivitas a forte tolletur
et quod ablatum fuerit a robusto
salvabitur
eos vero qui iudicaverunt te ego iudicabo et filios tuos ego salvabo Ps 34,1
26 et cibabo hostes tuos carnibus suis
et quasi musto sanguine suo inebriabuntur
et sciet omnis caro quia ego Dominus 47,4! 60,16; 1 Mcc 4,11
salvans te et redemptor tuus Fortis
Iacob
50 haec dicit Dominus
quis est hic liber repudii matris vestrae quo dimisi eam Ier 3,8
aut quis est creditor meus cui vendidi vos
ecce in iniquitatibus vestris venditi
estis
et in sceleribus vestris dimisi matrem
vestram
2 quia veni et non erat vir vocavi et 59,16!
non erat qui audiret
numquid adbreviata et parvula facta 59,1; Nm 11,23
est manus mea ut non possim redimere

AC ΣΛOSTΦ crb
10 portabit ACST rb *Hi, cf.* 𝔐] portauit O; potabit ΛΦc; potauit Σ | 12 et a mari Arb *Hi* | 13 et¹ *om.* C | 19 angustae erunt AΦ | obsorbebant CΣ. | 20 ~ est mihi c | 21 captiuata CΣO | hic *om.* Tc | 22 leuabo c | 23 in terram c *Hi* | demisso Λc | 25 et quidem ACS | et¹ *om.* CΣ. | ~ te iudicauerunt CΣ. ||

aut non est in me virtus ad liberan-
dum
19,5! 44,27 ecce in increpatione mea desertum
faciam mare
Apc 16,12 ponam flumina in siccum
conputrescent pisces sine aqua et
morientur in siti
Apc 6,12 3 induam caelos tenebris et saccum
ponam operimentum eorum
4 Dominus dedit mihi linguam eruditam
ut sciam sustentare eum qui lassus
est verbo
erigit mane mane erigit mihi aurem
ut audiam quasi magistrum
Ps 39,7 5 Dominus Deus aperuit mihi aurem
ego autem non contradico retror-
sum non abii
Lam 3,30! 6 corpus meum dedi percutientibus et
genas meas vellentibus
faciem meam non averti ab incre-
pantibus et conspuentibus
Ps 117,6! 7 Dominus Deus auxiliator meus ideo
non sum confusus
Ier 5,3; Ez 3,9 ideo posui faciem meam ut petram
durissimam et scio quoniam non
confundar
8 iuxta est qui iustificat me quis con-
tradicet mihi stemus simul
Iob 13,19 quis est adversarius meus accedat
8.9: Rm 8,33.34 ad me
9 ecce Dominus Deus auxiliator meus
quis est qui condemnet me
51,8; Iob 13,28; Ps 101,27! ecce omnes quasi vestimentum con-
terentur tinea comedet eos
10 quis ex vobis timens Dominum au-
diens vocem servi sui
Mi 7,8 qui ambulavit in tenebris et non est
lumen ei
speret in nomine Domini et innita-
tur super Deum suum
11 ecce omnes vos accendentes ignem
accincti flammis
ambulate in lumine ignis vestri et in
flammis quas succendistis
de manu mea factum est hoc vobis
in doloribus dormietis
51 audite me qui sequimini quod ius- 7; 48,1
tum est et quaeritis Dominum
adtendite ad petram unde excisi estis
et ad cavernam laci de qua praecisi
estis
2 adtendite ad Abraham patrem ves-
trum et ad Sarram quae peperit vos
quia unum vocavi eum et benedixi Ez 33,24
ei et multiplicavi eum
3 consolabitur ergo Dominus et Sion 52,9! Za 1,17
consolabitur omnes ruinas eius
et ponet desertum eius quasi delicias 35,1.2!
et solitudinem eius quasi hortum Ioel 2,3!
Domini
gaudium et laetitia invenietur in ea Ier 33,11
gratiarum actio et vox laudis
4 adtendite ad me populus meus et tri- Ps 77,1!
bus mea me audite
quia lex a me exiet et iudicium me- 2,3
um in lucem populorum requiescet
5 prope est iustus meus egressus est 46,13!
salvator meus
et brachia mea populos iudicabunt
me insulae expectabunt 42,4; 60,9
et brachium meum sustinebunt
6 levate in caelum oculos vestros et 40,26!
videte sub terra deorsum
quia caeli sicut fumus liquescent
et terra sicut vestimentum adteretur Ps 101,27!
et habitatores eius sicut haec inter-
ibunt
salus autem mea in sempiternum
erit
et iustitia mea non deficiet
7 audite me qui scitis iustum populus 1
lex mea in corde eorum Ps 36,31! 118,11
nolite timere obprobrium hominum 37,6

50,2 in[2] *om.* A *Hi* | 4 ~ mihi dedit CΣ. | lassus] lapsus ACΣ | erigit[1] + mihi A | 6 ab increpationibus A *Hi* | conspuentibus + in me c | 8 contradicit AΛOST *Hi* | 9 comedit AS. | 10 dominum] deum CΣS | sui] eius CΣ *Hi* | qui C c r b 𝔐 *Hi*] quis *cet.* | 11 ~ uos omnes c || **51**,3 et sion AOS *Hi*] sion T r b; sion et *cet.* | 4 populo c | ~ audite me A | in luce CΣ | 7 populum ΣΦ; *om.* C.; + meus c |

AC ΣΛOSTΦ c r b

et blasphemias eorum ne metuatis
50,9! 8 sicut enim vestimentum sic comedet
eos vermis
et sicut lanam sic devorabit eos ti-
nea
salus autem mea in sempiternum
erit
et iustitia mea in generationes ge-
nerationum
52,1! 9 consurge consurge induere fortitu-
dinem brachium Domini
consurge sicut in diebus antiquis in
generationibus saeculorum
numquid non tu percussisti super-
bum vulnerasti draconem
Ps 73,13; 88,11 10 numquid non tu siccasti mare aquam
abyssi vehementis
43,16! qui posuisti profundum maris viam
ut transirent liberati
35,10! 62,12; II Par 30,6! 11 et nunc qui redempti sunt a Domino
Idt 5,23 revertentur et venient in Sion lau-
dantes
60,15; 65,18 et laetitia sempiterna super capita
eorum
gaudium et laetitiam tenebunt fu-
giet dolor et gemitus
40,1; 61,2.3! 66,13 12 ego ego ipse consolabor vos
12.13: 57,11 quis tu ut timeres ab homine mortali
Ps 102,15! et a filio hominis
Ps 36,2! 101,12! qui quasi faenum ita arescet
13 et oblitus es Domini factoris tui
44,24! qui tetendit caelos et fundavit terram
et formidasti iugiter tota die
a facie furoris eius qui te tribulabat
et paraverat ad perdendum
ubi nunc est furor tribulantis
14 cito veniet gradiens ad aperiendum
et non interficiet usque ad interni-
cionem nec deficiet panis eius
15 ego autem sum Dominus Deus tuus
IV Esr 16,12; Ier 31,35 qui conturbo mare et intumescunt
fluctus eius
47,4! Ier 10,16! Dominus exercituum nomen meum

16 posui verba mea in ore tuo et in um- 49,2; 59,21; Ier 1,9!
bra manus meae protexi te
ut plantes caelos et fundes terram
et dicas ad Sion populus meus es tu
17 elevare elevare consurge Hierusalem 52,1!
quae bibisti de manu Domini cali- 22; Ps 74,9! Ier 25,15
cem irae eius
usque ad fundum calicis soporis bi-
bisti et epotasti usque ad feces
18 non est qui sustentet eam ex omni-
bus filiis quos genuit
et non est qui adprehendat manum
eius ex omnibus filiis quos enutrivit
19 duo sunt quae occurrerunt tibi quis 47,9
contristabitur super te Ier 15,5
vastitas et contritio et fames et gla- Ez 14,21!
dius quis consolabitur te
20 filii tui proiecti sunt dormierunt in Lam 2,11.19.21
capite omnium viarum sicut bestia
inlaqueata
pleni indignatione Domini increpa-
tione Dei tui
21 idcirco audi hoc paupercula et ebria
non a vino
22 haec dicit Dominator tuus Dominus
et Deus tuus qui pugnavit pro po- Ex 14,14!
pulo suo
ecce tuli de manu tua calicem sopo- 17
ris
fundum calicis indignationis meae
non adicies ut bibas illud ultra
23 et ponam illud in manu eorum qui
te humiliaverunt
et dixerunt animae tuae incurvare
ut transeamus
et posuisti ut terram corpus tuum et
quasi viam transeuntibus
52 consurge consurge induere forti- 51,9.17
tudine tua Sion
induere vestimentis gloriae tuae Bar 5,1
Hierusalem civitas sancti
quia non adiciet ultra ut pertranseat 35,8; Ioel 3,17; Ez 44,9; Na 1,15;
per te incircumcisus et inmundus Apc 21,27

AC ΣΛΟSTΦ crb 8 lana ACΣΛST | 9 in[1] *om.* ASrb | 11 tenebunt + et CΣ | 12 ita] cito A | arescit CΛ | 13 es] est CΦ | tui] sui C | tribulat C; tribulauerat T | 14 aperiendum] perdendum CΣT | 17 et epotasti AΛrb] et portasti Σ.; et potasti *cet.* | 20 sicut oryx inlaqueatus Λc *Hi* | 22 pugnabit ΣΛc | illum c *Hi* | 23 illum ΣΛT c *Hi* || **52**,1 adicietur A |

2 excutere de pulvere consurge sede
Hierusalem
solve vincula colli tui captiva filia
Sion
45,13! 3 quia haec dicit Dominus
Ps 43,13 gratis venundati estis et sine argen-
to redimemini
4 quia haec dicit Dominus Deus
in Aegyptum descendit populus
meus in principio ut colonus esset
ibi
et Assur absque ulla causa calum-
niatus est eum
5 et nunc quid mihi est hic dicit Do-
minus
quoniam ablatus est populus meus
gratis
dominatores eius inique agunt dicit
Dominus
Ez 36,20; Rm 2,24! et iugiter tota die nomen meum
blasphematur
58,9! 6 propter hoc sciet populus meus no-
men meum in die illa
quia ego ipse qui loquebar ecce ad-
sum
40,9; Na 1,15; Rm 10,15 7 quam pulchri super montes pedes
adnuntiantis et praedicantis pa-
cem
adnuntiantis bonum praedicantis
salutem
dicentis Sion regnavit Deus tuus
Ier 6,17! 8 vox speculatorum tuorum
levaverunt vocem simul laudabunt
quia oculum ad oculum videbunt
cum converterit Dominus Sion
9 gaudete et laudate simul deserta
Hierusalem
49,13! 51,3 quia consolatus est Dominus popu-
lum suum redemit Hierusalem
40,10 10 paravit Dominus brachium sanctum
suum in oculis omnium gentium
40,5 Lxx; Ps 97,3! Lc 2,30! IV Esr 6,25 et videbunt omnes fines terrae salu-
tare Dei nostri

11 recedite recedite exite inde pollutum Nm 16,26; II Cor 6,17
nolite tangere
exite de medio eius mundamini qui
fertis vasa Domini
12 quoniam non in tumultu exibitis nec
in fuga properabitis
praecedet enim vos Dominus et con- 58,8; Mi 2,13
gregabit vos Deus Israhel
13 ecce intelleget servus meus
exaltabitur et elevabitur et sublimis 49,5; Mi 5,4; Io 3,14!
erit valde
14 sicut obstipuerunt super te multi sic 53,2.3; Iob 17,8
inglorius erit inter viros aspectus
eius
et forma eius inter filios hominum
15 iste asperget gentes multas
super ipsum continebunt reges os
suum
quia quibus non est narratum de eo 55,5; 65,1! 66,19; Rm 15,21
viderunt
et qui non audierunt contemplati
sunt
53 quis credidit auditui nostro et bra- Io 12,38; Rm 10,16
chium Domini cui revelatum est
2 et ascendet sicut virgultum coram eo
et sicut radix de terra sitienti
non est species ei neque decor et vi- 52,14
dimus eum
et non erat aspectus et desideravi-
mus eum
3 despectum et novissimum virorum
virum dolorum et scientem infirmi-
tatem
et quasi absconditus vultus eius et
despectus
unde nec reputavimus eum
4 vere languores nostros ipse tulit et Mt 8,17!
dolores nostros ipse portavit
et nos putavimus eum quasi lepro-
sum et percussum a Deo et humi-
liatum
5 ipse autem vulneratus est propter I Cor 15,3!
iniquitates nostras

5 et numquid c | haec AO | 7 adnuntiantes[1] AOS | praedicantes ... adnuntiantes ... praedicantes ... dicentes AS | regnabit ΛΦc; + dominus CΣ | 8 oculo[1] c | 14 ingloriosus CSTΦ; ingloriosius Λ.; gloriosus Σ | 15 uidebunt ACΣΛΦ | audierant AOT rb *Hi* || **53**,4 ipse[2] *om.* ΑΣΦ*(partim)* r |

AC ΣΛOSTΦ crb

adtritus est propter scelera nostra
disciplina pacis nostrae super eum
I Pt 2,24 et livore eius sanati sumus
III Rg 22,17! Ps 118,176! 56,11! Ier 50,6! I Pt 2,25 6 omnes nos quasi oves erravimus
unusquisque in viam suam declinavit
II Cor 5,21 et Dominus posuit in eo iniquitatem
omnium nostrum
Ps 37,14! 7,8: Act 8,32.33 7 oblatus est quia ipse voluit et non
aperuit os suum
Ier 11,19; 51,40! Ps 43,22! sicut ovis ad occisionem ducetur
et quasi agnus coram tondente ob-
Mt 26,63! mutescet et non aperiet os suum
8 de angustia et de iudicio sublatus est
generationem eius quis enarrabit
Ier 11,19! quia abscisus est de terra viventium
propter scelus populi mei percussit
eos
9 et dabit impios pro sepultura et
divitem pro morte sua
I Pt 2,22! eo quod iniquitatem non fecerit ne-
que dolus fuerit in ore eius
10 et Dominus voluit conterere eum in
infirmitate
Mt 20,28! si posuerit pro peccato animam su-
am videbit semen longevum
et voluntas Domini in manu eius
dirigetur
I Pt 2,24! 11 pro eo quod laboravit anima eius
videbit et saturabitur
Rm 5,19 in scientia sua iustificabit ipse iustus
servus meus multos
Ez 4,4 et iniquitates eorum ipse portabit
12 ideo dispertiam ei plurimos et for-
tium dividet spolia
pro eo quod tradidit in morte ani-
mam suam
Mc 15,28; Lc 22,37 et cum sceleratis reputatus est
Lv 4,20! Lc 23,34! et ipse peccatum multorum tulit et
Rm 8,34! pro transgressoribus rogavit
Ps 112,9; Sap 3,13; Gal 4,27 **54** lauda sterilis quae non paris
decanta laudem et hinni quae non
pariebas
quoniam multi filii desertae magis I Sm 2,5
quam eius quae habebat virum dicit
Dominus
2 dilata locum tentorii tui et pelles 33,20
tabernaculorum tuorum extende ne
parcas
longos fac funiculos tuos et clavos
tuos consolida
3 ad dexteram enim et ad levam penet-
rabis
et semen tuum gentes hereditabit 49,8
et civitates desertas inhabitabit
4 noli timere quia non confunderis 45,17!
neque erubescas non enim te pudebit
quia confusionis adulescentiae tuae Ez 16,22; So 3,11
oblivisceris
et obprobrii viduitatis tuae non re-
cordaberis amplius
5 quia dominabitur tui qui fecit te
Dominus exercituum nomen eius Za 14,9
et redemptor tuus Sanctus Israhel 47,4!
Deus omnis terrae vocabitur Ps 46,8
6 quia ut mulierem derelictam et mae- Ier 30,17
rentem spiritu vocavit te Dominus
et uxorem ab adulescentia abiectam
dixit Deus tuus
7 ad punctum in modico dereliqui te 60,10; Lam 3,32; Mi 4,6!
et in miserationibus magnis con- II Mcc 7,33
gregabo te
8 in momento indignationis abscondi 26,20! 57,17! Ps 29,6 H
faciem meam parumper a te
et in misericordia sempiterna miser- 55,3! Hab 3,2
tus sum tui dixit redemptor tuus
Dominus
9 sicut in diebus Noe istud mihi est
cui iuravi ne inducerem aquas Noe Gn 9,11; Sir 44,19
ultra super terram
sic iuravi ut non irascar tibi et non
increpem te
10 montes enim commovebuntur et col- Ier 4,24!
les contremescent

AC ΣΛOSTΦ crb

6 ~ posuit dominus c. | 7 tondentem C; + se Σc | aperuit[2] AC | 8 enarrauit ACST *Hi* | abscissus c; absconsus CΣ. | percussit eos CS rb *Hi*, *cf.* 𝔐] percussit eum OT; percussi eum *cet.* | 9 sepultura + sua C | 11 in *om.* CΣ. | iustos AΣST | seruus meus crb 𝔐 *Hi*] seruos meos *cet.* | 12 in mortem AΦc *Hi* | deputatus CΣO | peccata CΣc || **54**,1 habet CΦc | 4 erubesces ΣΛSc | 9 supra Λc. |

II Sm 7,15; Ps 88,34 misericordia autem mea non recedet
et foedus pacis meae non movebitur
dixit miserator tuus Dominus
11,12: Tb 13,21 11 paupercula tempestate convulsa abs-
que ulla consolatione
ecce ego sternam per ordinem lapi-
des tuos et fundabo te in sapphyris
Apc 21,18 12 et ponam iaspidem propugnacula
tua
et portas tuas in lapides sculptos
et omnes terminos tuos in lapides
desiderabiles
Io 6,45! 13 universos filios tuos doctos a Domi-
no
32,18; Ps 118,165 et multitudinem pacis filiis tuis 14 et
13.14: 9,7; Ps 71,7! in iustitia fundaberis
Sir 33,1 recede procul a calumnia quia non
timebis
Ps 90,10 et a pavore quia non adpropinqua-
bit tibi
15 ecce accola veniet qui non erat me-
cum
advena quondam tuus adiungetur
tibi
16 ecce ego creavi fabrum sufflantem in
igne prunas
et proferentem vas in opus suum
et ego creavi interfectorem ad dis-
perdendum
17 omne vas quod fictum est contra te
non dirigetur
41,11 et omnem linguam resistentem tibi
in iudicio iudicabis
haec hereditas servorum Domini et
45,24 iustitia eorum apud me dicit Do-
minus
44,3; Io 7,37; Apc 21,6; 22,17 **55** o omnes sitientes venite ad aquas et
qui non habetis argentum prope-
rate emite et comedite
Sir 51,33 venite emite absque argento et abs-
que ulla commutatione vinum et lac
2 quare adpenditis argentum non in
panibus et laborem vestrum non in
saturitate
audite audientes me et comedite bo-
num et delectabitur in crassitudine
anima vestra
3 inclinate aurem vestram et venite ad Prv 3,21.22!
me audite et vivet anima vestra
et feriam vobis pactum sempiter- 54,8; 61,8; Ier 32,40! Ez 37,26!
num
misericordias David fideles Act 13,34
4 ecce testem populis dedi eum
ducem ac praeceptorem gentibus
5 ecce gentem quam nesciebas vocabis 52,15!
et gentes quae non cognoverunt te
ad te current
propter Dominum Deum tuum et 60,9
Sanctum Israhel quia glorificavit te
6 quaerite Dominum dum inveniri pot- Sap 13,6; Ier 29,13! Act 17,27
est
invocate eum dum prope est
7 derelinquat impius viam suam et vir 1,16!
iniquus cogitationes suas
et revertatur ad Dominum et misere- Sir 17,28; Ion 3,8; Ioel 2,13!
bitur eius
et ad Deum nostrum quoniam mul-
tus est ad ignoscendum
8 non enim cogitationes meae cogita-
tiones vestrae
neque viae vestrae viae meae dicit
Dominus
9 quia sicut exaltantur caeli a terra Ps 102,11
sic exaltatae sunt viae meae a viis Rm 11,33
vestris
et cogitationes meae a cogitationi- Ps 39,6; 91,6
bus vestris
10 et quomodo descendit imber et nix
de caelo et illuc ultra non revertitur
sed inebriat terram et infundit eam 10.11: Dt 32,2!
et germinare eam facit
et dat semen serenti et panem come- II Cor 9,10
denti
11 sic erit verbum meum quod egredie- 45,23; Ez 12,25!
tur de ore meo
non revertetur ad me vacuum

10 recedet + a te Λ c | 12 scalptos AO r𝔟 | 14 in *om.* CΣ *Hi* | 15 mecum] tecum CΣ. | 17 haec + est c ‖ **55,1** o omnes AS r𝔟] omnes *cet.* | 2 in saturitatem AT. | 3 uobis ACO r𝔟] uobiscum *cet.* | fidelis AO | 5 gentes quas[1] AO | ~ te non cognouerunt CΣc | glorificabit CΣΛO | 7 uias suas ΣS.; uias C. | 8 cogitationis[1.2] AS | 10 reuertetur AOTΦ r𝔟 |

AC ΣΛOSTΦ cr𝔟

sed faciet quaecumque volui
et prosperabitur in his ad quae misi illud
Ps 104,43; Bar 5,9 [12] quia in laetitia egrediemini et in pace deducemini
44,23! Ps 148,9; Dn 3,75 montes et colles cantabunt coram vobis laudem
et omnia ligna regionis plaudent manu
41,19! [13] pro saliunca ascendet abies et pro urtica crescet myrtus
et erit Dominus nominatus in signum aeternum quod non auferetur
Lv 18,26! **56** haec dicit Dominus custodite iudicium et facite iustitiam
46,13! Ps 84,10 quia iuxta est salus mea ut veniat et iustitia mea ut reveletur
[2] beatus vir qui facit hoc
et filius hominis qui adprehendit istud
6; 58,13; Ex 31,14! Ier 17,24 custodiens sabbatum ne polluat illud
custodiens manus suas ne faciat omne malum
[3] et non dicat filius advenae qui adheret Domino dicens
separatione dividet me Dominus a populo suo
et non dicat eunuchus ecce ego lignum aridum
[4] quia haec dicit Dominus eunuchis
qui custodierint sabbata mea et elegerint quae volui et tenuerint foedus meum
4.5: Sap 3,14
[5] dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius a filiis et filiabus
nomen sempiternum dabo eis quod non peribit
6.7: III Rg 8,41–43 [6] et filios advenae qui adherent Domino ut colant eum
et diligant nomen eius ut sint ei in servos

omnem custodientem sabbatum ne polluat illud et tenentem foedus meum 2!
[7] adducam eos in montem sanctum meum 2,2!
et laetificabo eos in domo orationis meae
holocausta eorum et victimae eorum placebunt mihi super altari meo 60,7; Rm 15,16
quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis I Mcc 7,37; Mt 21,13; Mc 11,17; Lc 19,46
[8] ait Dominus Deus qui congregat dispersos Israhel 11,12! Ps 146,2
adhuc congregabo ad eum congregatos eius
[9] omnes bestiae agri venite ad devorandum universae bestiae saltus Lv 26,22! Ier 12,9; Ez 39,17
[10] speculatores eius caeci omnes nescierunt
universi canes muti non valentes latrare
videntes vana dormientes et amantes somnia
[11] et canes inpudentissimi nescierunt saturitatem
ipsi pastores ignoraverunt intellegentiam
omnes in viam suam declinaverunt 53,6
unusquisque ad avaritiam suam a summo usque ad novissimum 57,17; Ier 6,13; 8,10
[12] venite sumamus vinum et impleamur ebrietate 22,13! 28,7; Prv 23,35; Sap 2,7
et erit sicut hodie sic et cras et multo amplius
57 iustus perit et nemo est qui recogitet in corde suo Mi 7,2
et viri misericordiae colliguntur quia non est qui intellegat
a facie enim malitiae collectus est iustus IV Rg 22,20; Sap 4,10! 14!
[2] veniat pax requiescat in cubili suo
qui ambulavit in directione sua
[3] vos autem accedite huc filii auguratricis

AC ΣΛOSTΦ crb
12 egredimini AS ‖ 56,2 adprehendet TΦc *Hi* | 3 diuidit CST | 4 quae + ego Oc | 5 et a filiabus CΣΛ | 6 diligunt AOΦ | 7 altario AO | 12 ebrietatem AO ‖ 57,1 nemo] non c | 2 in cubiculo CΣ |

semen adulteri et fornicariae
Ps 34,21! 4 super quem lusistis super quem dila-
tastis os et eiecistis linguam
1,4 numquid non vos filii scelesti semen
mendax
III Rg 14,23! Ier 2,20! 3,13 5 qui consolamini in diis subter omne
lignum frondosum
IV Rg 3,27! immolantes parvulos in torrentibus
subter inminentes petras
6 in partibus torrentis pars tua haec
est sors tua
et ipsis effudisti libamen obtulisti
sacrificium
numquid super his non indignabor
Ez 16,31! 7 super montem excelsum et sublimem
posuisti cubile tuum
et illuc ascendisti ut immolares hos-
tias
8 et post ostium et retro postem posu-
isti memoriale tuum
quia iuxta me discoperuisti et sus-
cepisti adulterum
dilatasti cubile tuum et pepigisti
cum eis
dilexisti stratum eorum manu aperta
9 et ornasti te regi unguento et multi-
plicasti pigmenta tua
Ez 23,16 misisti legatos tuos procul et humi-
liata es usque ad inferos
47,12 10 in multitudine viae tuae laborasti
non dixisti quiescam
vitam manus tuae invenisti propter-
ea non rogasti
51,12.13 11 pro quo sollicita timuisti quia men-
tita es
et mei non es recordata neque cogi-
tasti in corde tuo
42,14; Ps 49,21 quia ego tacens et quasi non videns
et mei oblita es
12 ego adnuntiabo iustitiam tuam
et opera tua non proderunt tibi
Idc 10,14; Ier 2,28! 11,12 13 cum clamaveris liberent te congre-
gati tui
et omnes eos auferet ventus tollet
aura
qui autem fiduciam habet mei here- Ps 36,9!
ditabit terram et possidebit mon-
tem sanctum meum
14 et dicam viam facite praebete iter 40,3! 62,10!
declinate de semita
auferte offendicula de via populi
mei
15 quia haec dicit Excelsus et Sublimis Ps 112,5.6!
habitans aeternitatem
et sanctum nomen eius in excelso et Ps 21,4!
in sancto habitans
et cum contrito et humili spiritu Ps 50,19!
ut vivificet spiritum humilium et vi-
vificet cor contritorum
16 non enim in sempiternum litigabo 64,9; Ps 102,9; Ier 3,5.12
neque usque ad finem irascar
quia spiritus a facie mea egredietur
et flatus ego faciam
17 propter iniquitatem avaritiae eius 54,8! 56,11! Dt 31,17
iratus sum et percussi eum
abscondi et indignatus sum 59,2; 64,7!
et abiit vagus in via cordis sui
18 vias eius vidi et dimisi eum
et reduxi eum et reddidi consolatio- 61,2.3!
nes ipsi et lugentibus eius
19 creavi fructum labiorum
pacem pacem ei qui longe est et qui 27,5; Eph 2,17!
prope dixit Dominus et sanavi
eum
20 impii autem quasi mare fervens Ier 49,23
quod quiescere non potest
et redundant fluctus eius in concul- Iud 13
cationem et lutum
21 non est pax dixit Deus meus impiis 48,22
58 clama ne cesses quasi tuba exalta
vocem tuam
et adnuntia populo meo scelera eo- Ez 23,36; Mi 3,8; IV Esr 1,5
rum et domui Iacob peccata eorum
2 me etenim de die in diem quaerunt

AC ΣΛOSTΦ crb

3 adulterii AS; adulterae T | fornicarii S.; meretricis C | 4 eiecisti S.; iecistis A | 5 subter[1]] super ACΛST | eminentes c | 6 effudistis ... obtulistis A | 8 adulterium CT | eis + foedus ΣΛc | 9 regio CΣSTΦ (*partim*) | 15 dicit + dominus CΣ | et[4] *om.* A | 17 abscondi CΦrb𝔐 *Hi*] + te OT; + a te faciem meam c; + a te *cet.* | 18 dimisi] sanaui c*Hi* | 19 pacem[2] *om.* C | 20 lutum] luctum CΣ | 21 dicit Λc | ~ impiis dixit deus meus Σ.; impiis dicit dominus deus c. ||

et scire vias meas volunt
quasi gens quae iustitiam fecerit et
quae iudicium Dei sui non reli-
querit
rogant me iudicia iustitiae adpro-
pinquare Deo volunt
Sir 34,31 3 quare ieiunavimus et non aspexisti
Ps 34,13! humiliavimus animam nostram et
nescisti
Za 7,5 ecce in die ieiunii vestri invenitur
voluntas
et omnes debitores vestros repetitis
4 ecce ad lites et contentiones ieiuna-
tis
et percutitis pugno impie
nolite ieiunare sicut usque ad hanc
diem
ut audiatur in excelso clamor vester
Mt 6,16 5 numquid tale est ieiunium quod elegi
per diem adfligere hominem ani-
mam suam
numquid contorquere quasi circu-
lum caput suum
et saccum et cinerem sternere
numquid istud vocabis ieiunium et
diem acceptabilem Domino
6 nonne hoc est magis ieiunium quod
elegi
dissolve conligationes impietatis sol-
ve fasciculos deprimentes
Lc 4,19 6.7: IV Esr 2,20.21 dimitte eos qui confracti sunt liberos
et omne onus disrumpe
Tb 4,17; Ez 18,7.16; Mt 25,35.36 7 frange esurienti panem tuum et ege-
nos vagosque induc in domum tu-
am
cum videris nudum operi eum et
carnem tuam ne despexeris
60,1! 8 tunc erumpet quasi mane lumen tu-
um et sanitas tua citius orietur
52,12; Ps 84,14 et anteibit faciem tuam iustitia tua
et gloria Domini colliget te
30,19! 52,6; 65,24 9 tunc invocabis et Dominus exaudiet
clamabis et dicet ecce adsum
si abstuleris de medio tui catenam
et desieris digitum extendere et lo-
qui quod non prodest
10 cum effuderis esurienti animam tu-
am et animam adflictam repleveris
orietur in tenebris lux tua et teneb- Iob 11,17; Ps 36,6! 111,4!
rae tuae erunt sicut meridies
11 et requiem tibi dabit Dominus sem-
per
et implebit splendoribus animam 66,14!
tuam et ossa tua liberabit
et eris quasi hortus inriguus Ier 31,12
et sicut fons aquarum cuius non de-
ficient aquae
12 et aedificabuntur in te deserta sae- 61,4!
culorum
fundamenta generationis et genera-
tionis suscitabis
et vocaberis aedificator sepium aver-
tens semitas in quietem
13 si averteris a sabbato pedem tuum 56,2! Ier 17,24
facere voluntatem tuam in die
sancto meo
et vocaveris sabbatum delicatum et
sanctum Domini gloriosum
et glorificaveris eum dum non facis
vias tuas
et non invenitur voluntas tua ut lo-
quaris sermonem
14 tunc delectaberis super Domino et Iob 22,26; Ps 36,4
sustollam te super altitudines terrae Dt 32,13; Am 4,13!
et cibabo te hereditate Iacob patris
tui
os enim Domini locutum est 1,20!
59 ecce non est adbreviata manus Do- 50,2!
mini ut salvare nequeat
neque adgravata est auris eius ut non
exaudiat
2 sed iniquitates vestrae diviserunt in- 57,17!
ter vos et Deum vestrum
et peccata vestra absconderunt fa-
ciem eius a vobis ne exaudiret
3 manus enim vestrae pollutae sunt 1,15; IV Esr 1,26

AC ΣΛOSTΦ ϲrb 58,2 quae[2] *om.* ΛOϲ | dereliquerit CΣSTϲ | 3 animas nostras ΣTΦϲ | uoluptas CΣΛ; + uestra OSΦϲ | 5 cinere C | 6 deprimentis A | tua[2] *om.* C | 9 ~ extendere digitum ϲ | 12 semitam CΣ | 14 super altitudinem CΣS | hereditatem CΣS ||

sanguine et digiti vestri iniquitate
Ps 5,11! Prv 6,17 labia vestra locuta sunt mendacium
et lingua vestra iniquitatem fatur
[4]non est qui invocet iustitiam neque
est qui iudicet vere
sed confidunt in nihili et loquuntur
vanitates
Iob 15,35; Ps 7,15 conceperunt laborem et pepererunt
iniquitatem
14,29; Iob 8,14 [5]ova aspidum ruperunt et telas ara-
neae texuerunt
qui comederit de ovis eorum morie-
tur
et quod confotum est erumpet in
regulum
[6]telae eorum non erunt in vestimen-
tum neque operientur operibus suis
opera eorum opera inutilia et opus
iniquitatis in manibus eorum
Prv 1,16; 6,18 7.8: Ps 13,3; Rm 3,15–17 [7]pedes eorum ad malum currunt et
festinant ut effundant sanguinem
innocentem
cogitationes eorum cogitationes inu-
tiles vastitas et contritio in viis eo-
rum
Prv 2,15 [8]viam pacis nescierunt et non est iu-
dicium in gressibus eorum
semitae eorum incurvatae sunt eis
omnis qui calcat in ea ignorat pacem
14 [9]propter hoc elongatum est iudicium
a nobis
et non adprehendet nos iustitia
expectavimus lucem et ecce tenebrae
splendorem et in tenebris ambulavi-
mus
Dt 28,29; Iob 5,14; 12,25 [10]palpavimus sicut caeci parietem
et quasi absque oculis adtrectavimus
Lam 3,6! inpegimus meridie quasi in tenebris
in caligosis quasi mortui
[11]rugiemus quasi ursi omnes et quasi
38,14 columbae meditantes gememus
expectavimus iudicium et non est
salutem et elongata est a nobis

[12]multiplicatae sunt enim iniquitates 12.13: II Par 29,6!
nostrae coram te et peccata nostra
responderunt nobis
quia scelera nostra nobiscum et ini-
quitates nostras cognovimus
[13]peccare et mentiri contra Dominum Ier 7,8!
et aversi sumus ne iremus post ter-
gum Dei nostri
ut loqueremur calumniam et trans-
gressionem
concepimus et locuti sumus de
corde verba mendacii
[14]et conversum est retrorsum iudici- 9
um et iustitia longe stetit
quia corruit in platea veritas et ae-
quitas non potuit ingredi
[15]et facta est veritas in oblivione
et qui recessit a malo praedae patuit
et vidit Dominus et malum apparuit
in oculis eius quia non est iudicium
[16]et vidit quia non est vir et aporiatus 50,2; 63,3; Ier 4,25; Ps 63,5!
est quia non est qui occurrat
et salvavit sibi brachium suum et Ps 97,1
iustitia eius ipsa confirmavit eum
[17]indutus est iustitia ut lorica et galea Sap 5,18.19; Eph 6,14.17; I Th 5,8
salutis in capite eius
indutus est vestimentis ultionis et
opertus est quasi pallio zeli
[18]sicut ad vindictam quasi ad retribu-
tionem indignationis hostibus suis 66,6; Dt 32,43! Na 1,2
et vicissitudinem inimicis suis
insulis vicem reddet
[19]et timebunt qui ab occidente nomen 45,6; Mal 1,11; Ps 101,16! 112,3
Domini
et qui ab ortu solis gloriam eius
cum venerit quasi fluvius violentus
quem spiritus Domini cogit
[20]et venerit Sion redemptor et eis qui Za 9,9! 20.21: Rm 11,26.27
redeunt ab iniquitate in Iacob dicit
Dominus
[21]hoc foedus meum cum eis dicit Do-
minus
spiritus meus qui est in te et verba

59,4 in nihilo c | peperunt CO | 7 innocentem] iustum CΣ. | 8 ea] eis c *Hi* | 9 a nobis crb𝔐 *Hi*] a uobis *cet.* | nos crb𝔐 *Hi*] uos *cet.* | 10 caliginosis S c | 13 ut] et CΣ. | 15 in obliuionem c *Hi* | 16 saluabit ACΣOΦ *Hi*; saluet S. | 20 in sion CΣ | 21 [*adest* l *usque ad* 65,17] |

AC ΣΛOSTΦ(l) crb

51,16! mea quae posui in ore tuo
non recedent de ore tuo et de ore seminis tui
et de ore seminis seminis tui dixit Dominus
amodo et usque in sempiternum

2,5! 40,5! 58,8; Bar 5,3 **60** surge inluminare quia venit lumen tuum et gloria Domini super te orta est
2 quia ecce tenebrae operient terram et caligo populos
super te autem orietur Dominus et gloria eius in te videbitur
49,6! Apc 21,24 3 et ambulabunt gentes in lumine tuo
et reges in splendore ortus tui
49,18; Bar 4,36.37! 4 leva in circuitu oculos tuos et vide
66,20! omnes isti congregati sunt venerunt tibi
9; 43,6! filii tui de longe venient et filiae tuae in latere sugent
Ps 118,32! 5 tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum
11; 61,6; Tb 13,14! quando conversa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium venerit tibi
6 inundatio camelorum operiet te dromedariae Madian et Efa
Tb 13,14! Ps 71,10.11; Mt 2,11 omnes de Saba venient aurum et tus deferentes et laudem Domino adnuntiantes
Ez 27,21 7 omne pecus Cedar congregabitur tibi
arietes Nabaioth ministrabunt tibi
56,7! offerentur super placabili altari meo
13! Agg 2,8 et domum maiestatis meae glorificabo
Os 11,11 8 qui sunt isti qui ut nubes volant et quasi columbae ad fenestras suas
42,4; 51,5 9 me enim insulae expectant et naves maris in principio
4! 43,6! ut adducam filios tuos de longe
55,5 argentum eorum et aurum eorum cum eis
nomini Domini Dei tui et Sancto Israhel quia glorificavit te
10 et aedificabunt filii peregrinorum muros tuos Za 6,15
et reges eorum ministrabunt tibi 49,23
in indignatione enim mea percussi te 54,7!
et in reconciliatione mea misertus sum tui
11 et aperientur portae tuae iugiter die et nocte non claudentur 45,1! Apc 21,25.26
ut adferatur ad te fortitudo gentium et reges earum adducantur 5!
12 gens enim et regnum quod non servierit tibi peribit Ier 12,17
et gentes solitudine vastabuntur
13 gloria Libani ad te veniet abies et buxus et pinus simul 35,2! 41,19!
ad ornandum locum sanctificationis meae
et locum pedum meorum glorificabo 7! Ps 131,7
14 et venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te Apc 3,9
et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi 49,23
et vocabunt te civitatem Domini Sion Sancti Israhel 1,26; 62,2; Ier 3,17; Za 8,3; Ez 48,35
15 pro eo quod fuisti derelicta et odio habita et non erat qui per te transiret 34,10!
ponam te in superbiam saeculorum
gaudium in generationem et generationem 51,11; 65,18
16 et suges lac gentium et mamilla regum lactaberis 49,23
et scies quia ego Dominus salvans te et redemptor tuus Fortis Iacob 49,26!
17 pro aere adferam aurum et pro ferro adferam argentum
et pro lignis aes et pro lapidibus ferrum
et ponam visitationem tuam pacem et praepositos tuos iustitiam Ps 147,14

AC ΣΛΟSTΦl crb 21 recedet AT | et de ore seminis seminis tui *om.* AΦl *Hi* | dicit Φlc ‖ **60,1** inluminare + hierusalem Sc | 4 in[2]] de c | sugent rb.𝔐 *Hi*] surgunt A.; surgent *cet.* | 5 et[2] *om.* c. | 6 dromedarii c | domini CΣ | 7 offeruntur A | 9 sancti Al | 11 et[2]] ac ΣOc *Hi* | nocte + et ACΣO rb | eorum AΣ | 15 per te transiret] pertransiret OSTΦ rb𝔐 *Hi* | in superbia CΣT | in generatione CΣSΦ *Hi* | et generatione C |

11,9! 18 non audietur ultra iniquitas in terra
tua vastitas et contritio in terminis
tuis
26,1 et occupabit salus muros tuos et por-
62,7! tas tuas laudatio
24,23! Apc 21,23; 22,5 19 non erit tibi amplius sol ad lucen-
dum per diem nec splendor lunae
inluminabit te
IV Esr 7,42 sed erit tibi Dominus in lucem sem-
Za 2,5 piternam et Deus tuus in gloriam
tuam
20 non occidet ultra sol tuus et luna tua
non minuetur
quia Dominus erit in lucem sempi-
ternam et conplebuntur dies luctus
tui
29,23! 21 populus autem tuus omnes iusti in
perpetuum hereditabunt terram
61,3 germen plantationis meae opus ma-
nus meae ad glorificandum
22 minimus erit in mille et parvulus in
gentem fortissimam
ego Dominus in tempore eius subito
faciam istud
11,2! 42,1; 48,16 61 spiritus Domini super me
1.2: Lc 4,18.19 eo quod unxerit Dominus me ad ad-
nuntiandum mansuetis misit me
42,7! Ps 146,3 ut mederer contritis corde et prae-
dicarem captivis indulgentiam et
clausis apertionem
2 ut praedicarem annum placabilem
34,8! Domini et diem ultionis Deo nostro
Mt 5,5 ut consolarer omnes lugentes
2.3: 40,1! 51,12! 57,18; Sir 48,27 3 ut ponerem lugentibus Sion et darem
eis coronam pro cinere
Ps 29,12! Ier 31,13; Phil 1,11! oleum gaudii pro luctu pallium lau-
dis pro spiritu maeroris
et vocabuntur in ea fortes iustitiae
60,21 plantatio Domini ad glorificandum
58,12 4 et aedificabunt deserta a saeculo et
Ez 36,33 ruinas antiquas erigent
44,26! Ez 36,10.35 et instaurabunt civitates desertas dis-
sipatas in generationem et genera-
tionem
5 et stabunt alieni et pascent pecora
vestra
et filii peregrinorum agricolae et vi- 14,2
nitores vestri erunt
6 vos autem sacerdotes Domini vo- Ex 19,6! I Pt 2,9; Apc 20,6!
cabimini ministri Dei nostri dicetur Rm 13,6
vobis
fortitudinem gentium comedetis et 60,5!
in gloria earum superbietis
7 pro confusione vestra duplici et ru- Iob 42,10! Za 9,12
bore laudabunt partem eorum
propter hoc in terra sua duplicia
possidebunt laetitia sempiterna erit
eis
8 quia ego Dominus diligens iudicium Ps 44,8!
odio habens rapinam in holocausto
et dabo opus eorum in veritate et
foedus perpetuum feriam eis 55,3!
9 et scietur in gentibus semen eorum
et germen eorum in medio populo-
rum
omnes qui viderint eos cognoscent
eos
quia isti sunt semen cui benedixit 65,23
Dominus
10 gaudens gaudebo in Domino et exul- I Sm 2,1! Hab 3,18!
tabit anima mea in Deo meo
quia induit me vestimentis salutis II Par 6,41; Ps 131,9.16; Bar 5,2; Apc 19,8
et indumento iustitiae circumdedit
me
quasi sponsum decoratum corona et 49,18; Apc 21,2
quasi sponsam ornatam monilibus
suis
11 sicut enim terra profert germen suum
et sicut hortus semen suum germi-
nat
sic Dominus Deus germinabit iusti- 45,8; 62,7! So 3,20!
tiam et laudem coram universis
gentibus
62 propter Sion non tacebo et propter
Hierusalem non quiescam
donec egrediatur ut splendor iustus Hab 3,4

20 dominus erit] erit tibi dominus c || 61,2 domini] domino Φc | lugentes] gentes A | 4 desertas + et CΣΦ | in generatione CΣSTI | 5 peregrinorum] periculorum CΣ. | 6 eorum CΣΦI | 7 eorum] suam c *Hi* | 8 iudicium + et ATΦI c *Hi* | in holocaustum A | 9 scient c. | eos²] illos CΣc | 10 exultauit ACO ||

AC ΣΛOSTΦI crb

eius et salvator eius ut lampas accendatur
2 et videbunt gentes iustum tuum et cuncti reges inclitum tuum
60,14! 65,15 et vocabitur tibi nomen novum quod os Domini nominabit
3 et eris corona gloriae in manu Domini et diadema regni in manu Dei tui
4 non vocaberis ultra Derelicta et terra tua non vocabitur amplius Desolata
1,26 sed vocaberis Voluntas mea in ea et terra tua Inhabitata
quia conplacuit Domino in te et terra tua inhabitabitur
5 habitabit enim iuvenis cum virgine et habitabunt in te filii tui
et gaudebit sponsus super sponsam
65,19 gaudebit super te Deus tuus
Ier 6,17! 6 super muros tuos Hierusalem constitui custodes
tota die et tota nocte perpetuo non tacebunt
qui reminiscimini Domini ne taceatis
7 et ne detis silentium ei donec stabi-
60,18; 61,11! liat et donec ponat Hierusalem laudem in terra
8 iuravit Dominus in dextera sua et in brachio fortitudinis suae
65,22; Dt 28,51! si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis
et si biberint filii alieni vinum tuum in quo laborasti
Dt 14,23! 9 quia qui congregabunt illud comedent et laudabunt Dominum
et qui conportant illud bibent in atriis sanctis meis
10 transite transite per portas praepa-
35,8! 40,3! 57,14! rate viam populo
planum facite iter et eligite lapides
11,12! 49,22 elevate signum ad populos

11 ecce Dominus auditum fecit in extremis terrae 35,4! 48,20!
dicite filiae Sion ecce salvator tuus venit Za 9,9! Mt 21,5
ecce merces eius cum eo et opus eius coram illo 40,10! Apc 22,12
12 et vocabunt eos Populus sanctus Redempti a Domino 35,10! 51,11
tu autem vocaberis Quaesita civitas et non Derelicta
63 quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra
iste formonsus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suae
ego qui loquor iustitiam et propugnator sum ad salvandum
2 quare ergo rubrum est indumentum tuum et vestimenta tua sicut calcantium in torculari
3 torcular calcavi solus et de gentibus Lam 1,15
non est vir mecum 59,16!
calcavi eos in furore meo et concul- 6; Apc 19,15
cavi eos in ira mea
et aspersus est sanguis eorum super Apc 19,13
vestimenta mea et omnia indumenta mea inquinavi
4 dies enim ultionis in corde meo an- 34,8! Os 9,7!
nus redemptionis meae venit
5 circumspexi et non erat auxiliator 59,16! Ps 68,21
quaesivi et non fuit qui adiuvaret
et salvavit mihi brachium meum et Ps 97,1
indignatio mea ipsa auxiliata est mihi
6 et conculcavi populos in furore meo 3!
et inebriavi eos in indignatione mea
et detraxi in terra virtutem eorum
7 miserationum Domini recordabor Ps 144,7
laudem Domini super omnibus quae reddidit nobis Dominus
et super multitudinem bonorum domui Israhel quae largitus est eis
secundum indulgentiam suam et se-

AC ΣΛOSTΦI 𝔠𝔯𝔟

62,2 reges + terrae C | nominauit ACΣOTΦ𝔯𝔟 *Hi* | 4 uocaberis[2]] uocabitur AC. | inhabitata 𝔯𝔟. *Hi*] inhabitabitur *cet.* | 5 sponsam + suam CI; + et ΣΛO𝔠 | 6 in perpetuo ΣΛ; in perpetuum 𝔠 | dominum CΣ; domino TΦ | 8 quo + tu CΣ | 9 congregant 𝔠 *Hi* | 10 populo + meo CΣ | et *om.* A𝔠. | lapides + et AΛTΦI𝔠 | ad populum A | 11 eius[2]] illius CΣ || 63,4 redemptionis] retributionis CΣT | 6 in terram CΣ𝔠 *Hi* | 7 domus CΣΛΦ |

cundum multitudinem misericordiarum suarum
8 et dixit verumtamen populus meus est filii non negantes et factus est eis salvator
9 in omni tribulatione eorum non est tribulatus
et angelus faciei eius salvavit eos
Ier 31,3! in dilectione sua et in indulgentia sua ipse redemit eos
et portavit eos et levavit eos cunctis diebus saeculi
1,20! Act 7,51 10 ipsi autem ad iracundiam provocaverunt et adflixerunt spiritum Sancti eius
Ier 21,5; Lam 2,5 et conversus est eis in inimicum et ipse debellavit eos
Ps 76,21 11 et recordatus est dierum saeculi Mosi populi sui
Sap 10,18! Ier 2,6! ubi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui
11,2! Ez 36,27 ubi est qui posuit in medio eius spiritum Sancti sui
12 qui eduxit ad dexteram Mosen brachio maiestatis suae
12.13: Ex 14,21.22! qui scidit aquas ante eos ut faceret sibi nomen sempiternum
Ps 105,9 13 qui duxit eos per abyssos quasi equum in deserto non inpingentem
14 quasi animal in campo descendens spiritus Domini ductor eius fuit
II Sm 7,23! sic adduxisti populum tuum ut faceres tibi nomen gloriae
Dt 26,15! Ps 101,20! 15 adtende de caelo et vide de habitaculo sancto tuo et gloriae tuae
ubi est zelus tuus et fortitudo tua
multitudo viscerum tuorum et miserationum tuarum super me continuerunt se
Dt 32,6! Mt 6,9 16 tu enim pater noster et Abraham nescivit nos et Israhel ignoravit nos
Ps 73,12! tu Domine pater noster redemptor noster a saeculo nomen tuum
17 quare errare nos fecisti Domine de viis tuis
indurasti cor nostrum ne timeremus te
convertere propter servos tuos tribus hereditatis tuae
18 quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri
conculcaverunt sanctificationem tuam Ps 73,3! Ier 51,51; Lc 21,24!
19 facti sumus quasi in principio cum non dominareris nostri neque invocaretur nomen tuum super nos
64 utinam disrumperes caelos et descenderes Ps 143,5!
a facie tua montes defluerent 3; Idc 5,5!
2 sicut exustio ignis tabescerent aquae arderent igni
ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis a facie tua gentes turbarentur
3 cum feceris mirabilia non sustinebimus
descendisti et a facie tua montes defluxerunt 1; Idc 5,5!
4 a saeculo non audierunt neque auribus perceperunt I Cor 2,9
oculus non vidit Deus absque te
quae praeparasti expectantibus te Ps 30,20
5 occurristi laetanti et facienti iustitiam in viis tuis recordabuntur tui
ecce tu iratus es et peccavimus in ipsis fuimus semper et salvabimur Lam 3,42; Bar 1,13; Mi 7,9
6 et facti sumus ut inmundus omnes nos
quasi pannus menstruatae universae iustitiae nostrae Ez 36,17
et cecidimus quasi folium universi et iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos
7 non est qui invocet nomen tuum qui consurgat et teneat te Os 7,7
abscondisti faciem tuam a nobis et 57,17! Iob 13,24

8 dixi CΣ | 9 eleuauit c | 10 sanctum Al | 11 est[1] *om.* CΣ. | mosi + et c | 12 duxit C ΣOl rb *Hi* | 13 eduxit STΦc | abyssum CΣ | 15 tuo et *om.* CΣ; tuo *om.* Λ. | 19 quasi] sicut AΛ || 64,2 aquae] atque CΣOTΦ *Hi* | 4 te[1] + nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit CΣΛ | 5 et[2] + nos C | 6 inmundi CΣ | nos[1] + et Cc. |

AC ΣΛOSTΦl crb

adlisisti nos in manu iniquitatis
nostrae
Dt 32,6! 8 et nunc Domine pater noster es tu
29,23! Iob 10,9! nos vero lutum
Sir 33,13.14; Ier 18,6; Eph 2,10; IV Esr 8,7 et fictor noster et opera manuum
tuarum omnes nos
57,16! Ps 78,8! 9 ne irascaris Domine satis et ne ultra
memineris iniquitatis
ecce respice populus tuus omnes nos
II Esr 2,3.17 10 civitas sancti tui facta est deserta
Sion
deserta facta est Hierusalem
desolata 11 domus sanctificationis nos-
trae et gloriae nostrae
ubi laudaverunt te patres nostri
Ps 73,7 facta est in exustionem ignis
II Par 36,19! Lam 1,10 et omnia desiderabilia nostra versa
sunt in ruinas
12 numquid super his continebis te Do-
Ps 82,2 mine tacebis et adfliges nos vehe-
menter
52,15! **65** quaesierunt me qui ante non inter-
rogabant
Rm 10,20 invenerunt qui non quaesierunt me
dixi ecce ego ecce ego ad gentem
quae non vocabat nomen meum
Prv 1,24! Rm 10,21 2 expandi manus meas tota die ad po-
pulum incredulum
Ier 7,24! Bar 1,22 qui graditur in via non bona post co-
gitationes suas
II Par 28,25! 3 populus qui ad iracundiam provocat
me ante faciem meam semper
66,17 qui immolant in hortis et sacrificant
super lateres
4 qui habitant in sepulchris et in de-
lubris idolorum dormiunt
66,17 qui comedunt carnem suillam et ius
profanum in vasis eorum
5 qui dicunt recede a me non adpro-
Sir 21,10! pinques mihi quia inmundus es
isti fumus erunt in furore meo ignis
ardens tota die
6 ecce scriptum est coram me

non tacebo sed reddam et retribuam Ps 49,3; 78,12; IV Esr 15,21!
in sinu eorum
7 iniquitates vestras et iniquitates pat-
rum vestrorum simul dicit Domi-
nus
qui sacrificaverunt super montes et
super colles exprobraverunt mihi
et remetiar opus eorum primum in
sinu eorum
8 haec dicit Dominus
quomodo si inveniatur granum in
botro
et dicatur ne dissipes illud quoniam
benedictio est
sic faciam propter servos meos ut
non disperdam totum
9 et educam de Iacob semen et de Ps 68,36.37
Iuda possidentem montes meos
et hereditabunt eam electi mei et
servi mei habitabunt ibi
10 et erunt campestria in caulas gregum So 2,6
et vallis Achor in cubile armentorum
populo meo qui requisierunt me
11 et vos qui dereliquistis Dominum
qui obliti estis montem sanctum
meum
qui ponitis Fortunae mensam et li-
batis super eam
12 numerabo vos in gladio et omnes in
caede corruetis
pro eo quod vocavi et non respon- 66,4; Prv 1,24! Ier 7,13!
distis locutus sum et non audistis
et faciebatis malum in oculis meis et
quae nolui elegistis
13 propter hoc haec dicit Dominus
Deus
ecce servi mei comedent et vos esu- 13.14: Ps 21,27!
rietis
ecce servi mei bibent et vos sitietis
14 ecce servi mei laetabuntur et vos 66,5
confundemini
ecce servi mei laudabunt prae exul-
tatione cordis

AC ΣΛOSTΦl crb

8 noster[2] + tu c | 9 iniquitates CΣΛSTΦl; + nostras CΣΛ; + nostrae c | 10 desolata + est Σc. | 11 in exustione AΣTΦl *Hi;* in ustionem Λ. || **65,1** quaesierant[2] CO | ecce ego[2] *om.* C | uocabant l; inuocabat Tc *Hi;* inuocabant S; inuocabit Φ. | 2 in *om.* AT | 4 comedent AS. | 6 in sinum c; in sinus O | 9 eam] ea AT | 10 in caula C; in aulas O |

et vos clamabitis prae dolore cordis
et prae contritione spiritus ululabi-
tis
Nm 5,21 [15]et dimittetis nomen vestrum in iura-
mentum electis meis et interficiet
te Dominus Deus
62,2 et servos suos vocabit nomine alio
[16]in quo qui benedictus est super ter-
ram benedicetur in Deo amen
19,18; Ier 12,16! et qui iurat in terra iurabit in Deo
amen
quia oblivioni traditae sunt angus-
tiae priores
et quia absconditae sunt ab oculis
nostris
66,22; II Pt 3,13; Apc 21,1 [17]ecce enim ego creo caelos novos et
terram novam
43,18 et non erunt in memoria priora et
non ascendent super cor
51,11; 60,15; Ps 91,5! [18]sed gaudebitis et exultabitis usque
in sempiternum in his quae ego
creo
quia ecce ego creo Hierusalem exul-
tationem et populum eius gaudium
62,5; 66,10! Ier 32,41 [19]et exultabo in Hierusalem et gaudebo
in populo meo
30,19; 35,10; Apc 21,4! et non audietur in eo ultra vox fletus
et vox clamoris
[20]non erit ibi amplius infans dierum
Za 8,4 et senex qui non impleat dies suos
quoniam puer centum annorum
morietur et peccator centum anno-
rum maledictus erit
Ier 29,5! Ez 28,26 [21]et aedificabunt domos et habitabunt
Am 5,11! 9,14 et plantabunt vineas et comedent
fructum earum
62,8 [22]non aedificabunt et alius habitabit
non plantabunt et alius comedet
secundum dies enim ligni erunt dies
populi mei
et opera manuum eorum invetera-
bunt [23]electis meis

non laborabunt frustra neque gene- I Cor 15,58!
rabunt in conturbatione
quia semen benedictorum Domini 61,9!
est et nepotes eorum cum eis
[24]eritque antequam clament ego ex- 30,19! 58,9
audiam
adhuc illis loquentibus ego audiam
[25]lupus et agnus pascentur simul 11,6
et leo et bos comedent paleas 11,7
et serpenti pulvis panis eius
non nocebunt neque occident in 11,9!
omni monte sancto meo dicit Do-
minus
66 haec dicit Dominus 1.2: Act 7,49.50
caelum sedis mea et terra scabillum Ps 102,19! Mt 5,34.35
pedum meorum
quae ista domus quam aedificabitis
mihi et quis iste locus quietis meae
[2]omnia haec manus mea fecit et facta 41,20; Iob 12,9; Ier 14,22
sunt universa ista dicit Dominus
ad quem autem respiciam nisi ad Ps 50,19!
pauperculum et contritum spiritu
et trementem sermones meos
[3]qui immolat bovem quasi qui inter-
ficiat virum
qui mactat pecus quasi qui excereb-
ret canem
qui offert oblationem quasi qui
sanguinem suillum offerat
qui recordatur turis quasi qui bene-
dicat idolo
haec omnia elegerunt in viis suis et in
abominationibus suis anima eorum
delectata est
[4]unde et ego eligam inlusiones eorum
et quae timebant adducam eis
quia vocavi et non erat qui respon- 65,12; Prv 1,24! Ier 7,13!
deret locutus sum et non audierunt
feceruntque malum in oculis meis et
quae nolui elegerunt
[5]audite verbum Domini qui tremetis
ad verbum eius

16 prioris AOS | nostris] meis c | 17 [*deest* l *usque ad* 66,24] | ascendet AC. | 18 ego[2] *om.* CΣ | 21 fructus Φc | 22 ~ enim dies ΣTc | 23 electi mei Ac; electi autem mei O | 25 et[2] *om.* c *Hi* | comedent paleas] paleam manducant CΣ. || **66,1** et terra] terra autem c.; terra CΣ. | quae + est OTΦc | quis + est c | 2 pauperem A; humilem O | 3 excerebrat O; excelebret AT | offeret[1] C | idolum C *Hi* | 5 tremitis OSc |

AC
ΣΛOSTΦ(l)
crb

Lc 6,22! dixerunt fratres vestri odientes vos et
65,14 abicientes propter nomen meum
glorificetur Dominus et videbimus
in laetitia vestra ipsi autem con-
fundentur
6 vox populi de civitate vox de templo
59,18! vox Domini reddentis retributionem
inimicis suis
7 antequam parturiret peperit ante-
quam veniret partus eius peperit
masculum
8 quis audivit umquam tale et quis vi-
dit huic simile
numquid parturiet terra in die una
aut parietur gens simul
quia parturivit et peperit Sion filios
suos
9 numquid ego qui alios parere facio
ipse non pariam dicit Dominus
si ego qui generationem ceteris tri-
buo sterilis ero ait Dominus Deus
tuus
65,19! So 3,17 10 laetamini cum Hierusalem et exul-
tate in ea omnes qui diligitis eam
gaudete cum ea gaudio universi qui
lugetis super eam
11 ut sugatis et repleamini ab ubere
consolationis eius
ut mulgeatis et deliciis affluatis ab
omnimoda gloria eius
12 quia haec dicit Dominus
48,18 ecce ego declinabo super eam quasi
fluvium pacis
et quasi torrentem inundantem glo-
riam gentium quam sugetis
ad ubera portabimini et super genua
blandientur vobis
13 quomodo si cui mater blandiatur
51,12! ita ego consolabor vos et in Hieru-
salem consolabimini
Io 16,22 14 videbitis et gaudebit cor vestrum
58,11; Prv 11,28! Sir 46,14! et ossa vestra quasi herba germina-
bunt
et cognoscetur manus Domini servis
eius et indignabitur inimicis suis
15 quia ecce Dominus in igne veniet et Ps 49,3!
quasi turbo quadrigae eius Ier 4,13!
reddere in indignatione furorem II Th 1,8
suum et increpationem suam in
flamma ignis
16 quia in igne Dominus diiudicatur et
in gladio suo ad omnem carnem
et multiplicabuntur interfecti a Do- Ier 25,33
mino
17 qui sanctificabantur et mundos se
putabant in hortis post unam in- 65,3
trinsecus
qui comedebant carnem suillam et 65,4
abominationem et murem
simul consumentur dicit Dominus
18 ego autem opera eorum et cogitatio-
nes eorum venio ut congregem cum
omnibus gentibus et linguis
et venient et videbunt gloriam meam
19 et ponam in eis signum et mittam ex
eis qui salvati fuerint ad gentes
in mari in Africa in Lydia tenentes Ier 46,9
sagittam in Italiam et Graeciam
ad insulas longe ad eos qui non au- 52,15!
dierunt de me et non viderunt glo-
riam meam
et adnuntiabunt gloriam meam
gentibus ·
20 et adducent omnes fratres vestros de 60,4! Bar 5,6; IV Esr 13,13
cunctis gentibus donum Domino
in equis et in quadrigis et in lecticis
et in mulis et in carrucis
ad montem sanctum meum Hieru-
salem dicit Dominus
quomodo si inferant filii Israhel mu- So 3,10
nus in vase mundo in domum Do-
mini
21 et adsumam ex eis in sacerdotes et Apc 1,6!
in Levitas dicit Dominus

AC ΣΛΟSTΦ crb 5 in] et CΣ. | 7 et antequam[1] CΣ. | 8 similem A | terram A | 9 parturire CΣ. | 12 ad ubera CΛΦ*(partim)* crb *Hi*] ab ubera *cet.* | portamini A | blandietur CΣO | 13 consolamini AS | 14 in seruis CΣ; super seruis A | 15 et[1] *om.* A | in indignationem CΣS | in flammam C | 16 diiudicabitur Λ; diiudicabit c | 17 qui[1]] quia A | unam] uanum CΣ; ianuam TΦ*(partim)* c | 19 in mare Sc | in africam et lydiam tendentes c. | 20 munus] manus C | 21 in[2] *om.* ΣSTΦc |

65,17! [22]quia sicut caeli novi et terra nova
quae ego facio stare coram me dicit
Dominus
sic stabit semen vestrum et nomen
vestrum
[23]et erit mensis ex mense et sabbatum
ex sabbato
Ps 21,28! 64,3 veniet omnis caro ut adoret coram
facie mea dicit Dominus

[24]et egredientur et videbunt cadave-
ra virorum qui praevaricati sunt
in me
vermis eorum non morietur et ignis Idt 16,21; Sir 7,19; Mc 9,43.45.47
eorum non extinguetur
et erunt usque ad satietatem visionis
omni carni

EXPLICIT LIBER ISAIAE PROPHETAE

24 uermes ASΦ | morientur AS | carni + amen A ||

AC
ΣΛOSTΦ
ctb

INCIPIT PROLOGUS HIERONYMI IN LIBRO HIEREMIAE PROPHETAE

Hieremias propheta, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebraeos Esaia et Osee et quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est, quippe qui eodem spiritu prophetaverit. Porro simplicitas eloquii de loco ei in quo natus est accidit. Fuit enim Anathothites, qui est usque hodie viculus tribus ab Hierosolymis distans milibus, sacerdos ex sacer-
Ier 1,5 dotibus et in matris utero sanctificatus, virginitate sua evangelicum virum Christi Ec-
Ier 1,6 clesiae dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer et captivitatem urbis atque Iudaeae non solum spiritu, sed et oculis carnis intuitus est. Iam decem tribus Israhel Assyrii in Medos transtulerant, iam terras earum coloniae gentium possidebant. Unde in
Lam 1,1–4,22 Iuda tantum et Beniamin prophetavit et civitatis suae ruinas quadruplici planxit alfabeto, quod nos mensurae metri versibusque reddidimus. Praeterea ordinem visionum, qui apud Graecos et Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch, notarii eius, qui apud Hebraeos nec legitur nec habetur, praetermisimus, pro his omnibus maledicta ab aemulis praestolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos cogitis. Ceterum ad conpendium mali rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quam cotidie novi aliquid scriptitantem invidorum insaniam provocare. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER HIEREMIAE PROPHETAE

Verba Hieremiae filii Helciae
Ios 21,17.18 de sacerdotibus qui fuerunt
in Anathoth in terra Beniamin
So 1,1 [2]quod factum est verbum Domini ad
25,3 eum in diebus Iosiae filii Amon regis Iuda
in tertiodecimo anno regni eius
25,11 36,1 [3]et factum est in diebus Ioachim filii Iosiae regis Iuda
usque ad consummationem undecimi anni Sedeciae filii Iosiae regis Iuda
usque ad transmigrationem Hierusalem in mense quinto
[4]et factum est verbum Domini ad me dicens
[5]priusquam te formarem in utero novi te Sir 49,9; Is 49,1
et antequam exires de vulva sanctificavi te
prophetam gentibus dedi te
[6]et dixi a a a Domine Deus ecce ne- 14,13; Ez 4,14; 20,49; Ioel 1,15

AC ΣΛΟSTΦ cr **Prologus.** *Citantur* AC *et* ΣΛΟSTΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem in ieremiam praefatio c. | 2 isaiae A c; esaiae CΣO | 4 de] a c. | 9 transtulerunt C | 10 et[1] + in CΣc | propheta fuit CΣ | 11 reddimus ACS | 15 uos + me c. ||

Hieremias. *Citantur* AC *et* ΣΛΟSTΦkl *ac* cr. [*Hi = Hieronymus, in Hieremiam*]. *Tit.* prophetia ieremiae c. | 1,1 [*desunt* k *usque ad* 17,24 *et* l *usque ad* 2,29] | 3 ioiachim r.𝔐 | 5 te[3] + et ΣΛc | gentibus CΛSTr𝔐 *Hi*] *praem.* in *cet.* |

Ex 4,10 scio loqui quia puer ego sum
7 et dixit Dominus ad me noli dicere puer sum
quoniam ad omnia quae mittam te ibis
Ex 4,12! et universa quaecumque mandavero
7,8: Act 18,9.10 tibi loqueris
Ios 1,9! 8 ne timeas a facie eorum
15,20 quia tecum ego sum ut eruam te dicit Dominus
9 et misit Dominus manum suam et
Is 6,7; Dn 10,16 tetigit os meum
Ex 4,12! Is 51,16! et dixit Dominus ad me ecce dedi verba mea in ore tuo
10 ecce constitui te hodie super gentes et super regna
18,7; 24,6! 31,28; Sir 49,9 ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et aedifices et plantes
13; 24,3; Am 7,8! 11 et factum est verbum Domini ad me dicens
quid tu vides Hieremia
et dixi virgam vigilantem ego video
12 et dixit Dominus ad me bene vidisti
Ez 12,25! quia vigilabo ego super verbo meo ut faciam illud
11! 13 et factum est verbum Domini secundo ad me dicens quid tu vides
et dixi ollam succensam ego video
et faciem eius a facie aquilonis
14 et dixit Dominus ad me
4,6! ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terrae
6,22! 25,9 15 quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnorum aquilonis ait Dominus
39,3! 43,10 et venient et ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Hierusalem
et super omnes muros eius in circuitu
et super universas urbes Iuda
4,12! 16 et loquar iudicia mea cum eis super omni malitia eorum
qui dereliquerunt me et libaverunt diis alienis 19,4!
et adoraverunt opus manuum suarum Is 2,8
17 tu ergo accinge lumbos tuos et surge IV Rg 4,29!
et loquere ad eos omnia quae ego praecipio tibi 7,27
ne formides a facie eorum nec enim timere te faciam vultum eorum
18 ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam et in columnam ferream 18,19: 15,20
et in murum aereum super omnem terram
regibus Iuda principibus eius et sacerdotibus et populo terrae
19 et bellabunt adversum te et non praevalebunt
quia tecum ego sum ait Dominus ut liberem te
2 et factum est verbum Domini ad me dicens
2 vade et clama in auribus Hierusalem dicens haec dicit Dominus
recordatus sum tui miserans adulescentiam tuam et caritatem disponsationis tuae
quando secuta me es in deserto in terra quae non seminatur
3 sanctus Israhel Domino primitiae frugum eius Ex 4,22; Sir 36,14
omnes qui devorant eum delinquunt mala venient super eos dicit Dominus 10,25; 12,14; 30,16.20
4 audite verbum Domini domus Iacob et omnes cognationes domus Israhel
5 haec dicit Dominus
quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis Mi 6,3
quia elongaverunt a me et ambulaverunt post vanitatem et vani facti sunt

7 quaecumque] quae CΣO. | ~ tibi mandauero CΣ. | 15 ueniet A | ponet AΣO r | iuda + munitas A. | 16 super omnem malitiam c. | qui] quia C | 19 tecum ego ΛOSTΦ𝔐 *Hi*] ego tecum ACΣ cr || **2,2** ~ es me ΛSTΦ c | 5 ~ in me patres uestri A | AC ΣΛOSTΦ cr

7,22; 16,14; Dt 20,1! Is 63,11; Ez 20,9; Am 2,10! 6 et non dixerunt ubi est Dominus qui
ascendere nos fecit de terra Aegypti
Dt 8,15! qui transduxit nos per desertum
per terram inhabitabilem et inviam
per terram sitis et imaginem mortis
per terram in qua non ambulavit vir
neque habitavit homo
7 et induxi vos in terram Carmeli
Dt 8,9 ut comederetis fructum eius et optima illius
et ingressi contaminastis terram meam
et hereditatem meam posuistis in abominationem
8 sacerdotes non dixerunt ubi est Dominus
et tenentes legem nescierunt me
23,11 et pastores praevaricati sunt in me
23,13 et prophetae prophetaverunt in Baal
et idola secuti sunt
29,35; Is 43,26 9 propterea adhuc iudicio contendam
vobiscum ait Dominus
et cum filiis vestris disceptabo
49,28 10 transite ad insulas Cetthim et videte
et in Cedar mittite et considerate vehementer
18,13 et videte si factum est huiuscemodi
16,20 11 si mutavit gens deos et certe ipsi non
sunt dii
Ps 105,20; Rm 1,23 populus vero meus mutavit Gloriam
suam in idolum
12 obstupescite caeli super hoc
et portae eius desolamini vehementer dicit Dominus
13 duo enim mala fecit populus meus
17,13; Bar 3,12 me dereliquerunt fontem aquae vivae ut foderent sibi cisternas
cisternas dissipatas quae continere
non valent aquas
14 numquid servus est Israhel aut vernaculus
quare ergo est factus in praedam
4,7! Is 5,29 15 super eum rugierunt leones et dederunt vocem suam
posuerunt terram eius in solitudinem Is 1,7!
civitates eius exustae sunt et non est
qui habitet in eis
16 filii quoque Memfeos et Tafnes constupraverunt te usque ad verticem
17 numquid non istud factum est tibi 5,25
quia dereliquisti Dominum Deum
tuum eo tempore quo ducebat te
per viam
18 et nunc quid tibi vis in via Aegypti Is 30,2!
ut bibas aquam turbidam
et quid tibi cum via Assyriorum ut
bibas aquam Fluminis
19 arguet te malitia tua et aversio tua
increpabit te
scito et vide quia malum et amarum 15,6; II Par 12,5!
est reliquisse te Dominum Deum
tuum
et non esse timorem mei apud te
dicit Dominus Deus exercituum
20 a saeculo confregisti iugum meum 5,5!
rupisti vincula mea
et dixisti non serviam 22,21!
in omni enim colle sublimi et sub 3,6; 13,27; Is 1,21; 57,5!
omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix Ez 16,16
21 ego autem plantavi te vineam electam omne semen verum Is 5,2; IV Esr 5,23
quomodo ergo conversa es in pravum vinea aliena
22 si laveris te nitro et multiplicaveris
tibi herbam borith
maculata es in iniquitate tua coram
me dicit Dominus Deus
23 quomodo dicis non sum polluta post
Baalim non ambulavi
vide vias tuas in convalle scito quid
feceris
cursor levis explicans vias tuas
24 onager adsuetus in solitudine 14,6
in desiderio animae suae adtraxit

AC ΣΛΟSTΦ cr
6 dominus] deus CΣ | 11 deos + suos ΣTΦc | 13 et foderunt ASTc *Hi* | 14 ~ factus est AΛSTc | 16 tafneos ACΣ | 18 uia[2]] uiis CΣ | 21 es + mihi cr *Hi* | 23 tuas[2]] suas cr *Hi* |

ventum amoris sui
nullus avertet eam
omnes qui quaerunt eam non defi-
cient
in menstruis eius invenient eam
25 prohibe pedem tuum a nuditate et
guttur tuum a siti
22,21! et dixisti desperavi nequaquam fa-
ciam
adamavi quippe alienos et post eos
ambulabo
26 quomodo confunditur fur quando
deprehenditur
4,9; 32,32 sic confusi sunt domus Israhel
ipsi et reges eorum
principes et sacerdotes et prophetae
eorum
3,9 27 dicentes ligno pater meus es tu et la-
pidi tu me genuisti
32,33 verterunt ad me tergum et non fa-
ciem
Is 26,16; Os 6,1.2 et in tempore adflictionis suae dicent
surge et libera nos
11,12.13; Dt 32,37 28 ubi sunt dii tui quos fecisti tibi
Dt 32,38; Idc 10,14; Is 57,13 surgant et liberent te in tempore ad-
flictionis tuae
secundum numerum quippe civita-
tum tuarum erant dii tui Iuda
9! 29 quid vultis mecum iudicio conten-
dere omnes dereliquistis me dicit
Dominus
5,3 30 frustra percussi filios vestros disci-
plinam non receperunt
III Rg 19,10! devoravit gladius vester prophetas
vestros
quasi leo vastator 31 generatio vestra
videte verbum Domini
numquid solitudo factus sum Isra-
heli aut terra serotina
5,23 quare ergo dixit populus meus reces-
simus non veniemus ultra ad te
32 numquid obliviscitur virgo orna-
menti sui
sponsa fasciae pectoralis suae
populus vero meus oblitus est mei 18,15; Dt 32,18! Is 17,10!
diebus innumeris
33 quid niteris bonam ostendere viam
tuam ad quaerendam dilectionem
quae insuper et malitias tuas docuis-
ti vias tuas
34 et in alis tuis inventus est sanguis
animarum pauperum et innocen-
tium
non in fossis inveni eos sed in omni-
bus quae supra memoravi
35 et dixisti absque peccato et innocens
ego sum
et propterea avertatur furor tuus a
me
ecce ego iudicio contendam tecum 9!
eo quod dixeris non peccavi
36 quam vilis es facta nimis iterans vias
tuas
et ab Aegypto confunderis sicut con- Is 20,5; 30,3
fusa es ab Assur
37 nam et ab ista egredieris et manus II Sm 13,19
tuae erunt super caput tuum
quoniam obtrivit Dominus confiden-
tiam tuam et nihil habebis prospe-
rum
3 vulgo dicitur
si dimiserit vir uxorem suam Dt 24,1–4
et recedens ab eo duxerit virum alte-
rum
numquid revertetur ad eam ultra
numquid non polluta et contamina-
ta erit mulier illa
tu autem fornicata es cum amatori- Ez 16,26
bus multis
tamen revertere ad me dicit Domi-
nus
2 leva oculos tuos in directum et vide
ubi non prostrata sis
in viis sedebas expectans eos quasi
latro in solitudine
et polluisti terram in fornicationibus Ps 105,38.39; Is 24,5

24 auertit CΣS | 26 conprehenditur CO | 29 [*adest* l *usque ad* 6,3] | *vv.* 30.31 *om.* C. | 30 uastatur ΣSTΦ | 31 uenimus A | 32 obliuiscetur Tlc | sui + aut Φc | 35 et² *om.* AΣO r. | et³ *om.* A | 36 quam] quia A | ~ facta es c | 37 prosperum + in ea c. || 3,1 dominus + deus CΣΛT; *deinde* + et ego suscipiam te TΦc |

AC ΣΛOSTΦ(l) cr

tuis et in malitiis tuis
Am 4,7 3 quam ob rem prohibitae sunt stillae
pluviarum et serotinus imber non
fuit
6,15 frons mulieris meretricis facta est
tibi noluisti erubescere
4 ergo saltim amodo voca me
pater meus dux virginitatis meae tu
es
12; Ps 102,9; Is 57,16! 5 numquid irasceris in perpetuum aut
perseverabis in finem
ecce locuta es et fecisti mala et potuisti
6 et dixit Dominus ad me in diebus
Iosiae regis
numquid vidisti quae fecerit aversatrix Israhel
2,20! abiit sibimet super omnem montem
excelsum et sub omne lignum frondosum et fornicata est ibi
7 et dixi cum fecisset haec omnia ad
31,21 me convertere et non est reversa
et vidit praevaricatrix soror eius Iuda
Is 50,1 8 quia pro eo quod moechata esset
aversatrix Israhel dimisissem eam
et dedissem ei libellum repudii
et non timuit praevaricatrix Iuda
soror eius
sed abiit et fornicata est etiam ipsa
9 et facilitate fornicationis suae contaminavit terram
2,27 et moechata est cum lapide et cum
ligno
10 et in omnibus his non est reversa ad
me praevaricatrix soror eius Iuda
in toto corde suo sed in mendacio
ait Dominus
11 et dixit Dominus ad me
Ez 16,51 iustificavit animam suam aversatrix
Israhel conparatione praevaricatricis Iuda
12 vade et clama sermones istos contra
aquilonem et dices
Is 31,6! Os 14,2; Za 1,3! revertere aversatrix Israhel ait Dominus
et non avertam faciem meam a vobis
quia sanctus ego sum dicit Dominus
et non irascar in perpetuum 5; Ps 102,9; Is 57,16!
13 tamen scito iniquitatem tuam quia
in Dominum Deum tuum praevaricata es
et dispersisti vias tuas alienis sub Is 57,5!
omni ligno frondoso
et vocem meam non audisti ait Dominus
14 convertimini filii revertentes dicit
Dominus
quia ego vir vester
et adsumam vos unum de civitate
et duos de cognatione
et introducam vos in Sion
15 et dabo vobis pastores iuxta cor 23,4; Ez 34,23!
meum
et pascent vos scientia et doctrina
16 cumque multiplicati fueritis et creveritis in terra
in diebus illis ait Dominus non dicent ultra arca testamenti Domini
neque ascendet super cor neque recordabuntur illius
nec visitabitur nec fiet ultra
17 in tempore illo vocabunt Hierusalem solium Domini Is 2,2! 60,14!
et congregabuntur ad eam omnes
gentes in nomine Domini in Hierusalem
et non ambulabunt post pravitatem
cordis sui pessimi
18 in diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israhel 16,15! 23,8; 50,4; Ez 37,21!
et venient simul de terra aquilonis Os 1,11!
ad terram quam dedi patribus vestris
19 ego autem dixi quomodo ponam te
in filiis
et tribuam tibi terram desiderabilem Mal 3,12
hereditatem praeclaram exercituum
gentium
et dixi patrem vocabis me et post me Dt 32,6!

AC ΣΛΟSTΦΙ cr 6 sub omni ligno frondoso ΣSTΦc | 7 reuertere c | 9 cum² *om.* CΣc | 11 iudae Tc | 13 tamen] uerumtamen c. *Hi* | 15 pastorem A | pascet A | 17 in prauitate A | 19 in filios c. |

ingredi non cessabis
20 sed quomodo si contemnat mulier
amatorem suum
5,11 sic contempsit me domus Israhel
dicit Dominus
31,15 21 vox in viis audita est ploratus et ulu-
latus filiorum Israhel
Is 17,10! quoniam iniquam fecerunt viam su-
am obliti sunt Domini Dei sui
Is 30,15! 31,6! Os 14,5 22 convertimini filii revertentes et sana-
bo aversiones vestras
ecce nos venimus ad te tu enim es
Dominus Deus noster
23 vere mendaces erant colles multitu-
do montium
Is 45,17 vere in Domino Deo nostro salus
Israhel
24 confusio comedit laborem patrum
nostrorum ab adulescentia nostra
greges eorum et armenta eorum
filios eorum et filias eorum
22,22. Ps 43,16! 25 dormiemus in confusione nostra et
operiet nos ignominia nostra
32,30; Lv 26,40! quoniam Domino Deo nostro pec-
cavimus
nos et patres nostri ab adulescentia
nostra usque ad hanc diem
et non audivimus vocem Domini
Dei nostri
4 si converteris Israhel ait Dominus ad
me convertere
si abstuleris offendicula tua a facie
mea non commoveberis
12,16! 2 et iurabis vivit Dominus in veritate
et in iudicio et in iustitia
et benedicent eum gentes ipsumque
laudabunt
3 haec enim dicit Dominus viro Iuda
et Hierusalem
Os 10,12 novate vobis novale et nolite serere
super spinas
Dt 10,16; 30,6! 4 circumcidimini Domino et auferte
praeputia cordium vestrorum
vir Iuda et habitatores Hierusalem
ne forte egrediatur ut ignis indigna- 7,20! 21,12; Am 5,6; IV Esr 15,23; 16,9!
tio mea
et succendatur et non sit qui extin-
guat
propter malitiam cogitationum ves-
trarum
5 adnuntiate in Iuda et in Hierusalem 5,6: 51,27
auditum facite
loquimini et canite tuba in terra Ioel 2,1!
clamate fortiter dicite congregamini
et ingrediamur civitates munitas 8,14
6 levate signum in Sion confortamini
nolite stare
quia malum ego adduco ab aquilone 1,14; 6,1.22! 10,22
et contritionem magnam
7 ascendit leo de cubili suo et praedo 2,15! 5,6! 25,38
gentium se levavit
egressus est de loco suo ut ponat Is 6,11!
terram tuam in desolationem Ps 9,7 H
civitates tuae vastabuntur remanen-
tes absque habitatore
8 super hoc accingite vos ciliciis plan- Is 22,12!
gite et ululate
quia non est aversa ira furoris Do-
mini a nobis
9 et erit in die illa dicit Dominus 2,26
peribit cor regis et cor principum
et obstupescent sacerdotes et pro-
phetae consternabuntur
10 et dixi heu heu heu Domine Deus
ergone decepisti populum istum et 6,14!
Hierusalem dicens pax erit vobis
et ecce pervenit gladius usque ad
animam
11 in tempore illo dicetur populo huic
et Hierusalem
ventus urens in viis quae sunt in de- Is 21,1! Os 13,15
serto
viae filiae populi mei non ad venti-
landum et ad purgandum
12 spiritus plenus ex his veniet mihi
et nunc ego sed loquar iudicia mea 1,16; Ez 5,8!

20 suum *om.* CΣ. | 23 colles + et c | 24 filias earum AOSI | 25 hunc diem A; diem hanc Σc. || 4,1 reuerteris c*Hi* | commoueris A | 2 in³ *om.* A | eum + omnes C | 3 nouales A | 4 uir Oτ𝔐] uiri *cet.* | ingrediatur A | 5 audita C.; auditam ΣSΦ. | fortiter + et TΦIc | et³ *om.* A | 7 desolationem] solitudinem c*Hi*; solitudine I. | 8 a uobis AΣΦ | 12 sed *om.* c |

AC ΣΛOSTΦI cr

cum eis
Ez 38,9! Na 1,3 [13]ecce quasi nubes ascendet et quasi
Is 5,28; 66,15; IV Esr 15,29 tempestas currus eius
Is 30,16; Lam 4,19 velociores aquilis equi illius
vae nobis quoniam vastati sumus
13,27; Is 1,16! [14]lava a malitia cor tuum Hierusalem
ut salva fias
usquequo morabuntur in te cogitationes noxiae
8,16 [15]vox enim adnuntiantis a Dan et notum facientis idolum de monte
Ephraim
[16]concitate gentes ecce auditum est in
Hierusalem
custodes venire de terra longinqua
et dare super civitates Iuda vocem
suam
[17]quasi custodes agrorum facti sunt
super eam in gyro
quia me ad iracundiam provocavit
ait Dominus
[18]viae tuae et cogitationes tuae fecerunt haec tibi
ista malitia tua quia amara quia
tetigit cor tuum
Lam 1,20! [19]ventrem meum ventrem meum doleo
sensus cordis mei turbati sunt in me
non tacebo quoniam vocem bucinae
audivit anima mea clamorem proelii
Ez 7,26 [20]contritio super contritionem vocata
est
et vastata est omnis terra
10,20; 49,29 repente vastata sunt tabernacula
mea subito pelles meae
[21]usquequo videbo fugientem audiam
vocem bucinae
Is 1,3! [22]quia stultus populus meus me non
cognovit
filii insipientes sunt et vecordes
Am 3,10 sapientes sunt ut faciant mala bene
autem facere nescierunt
Gn 1,2; Is 5,30! [23]aspexi terram et ecce vacua erat et
nihili
et caelos et non erat lux in eis 13,16
[24]vidi montes et ecce movebantur et Sir 16,19! Is 54,10; Na 1,5; Hab 3,6
omnes colles conturbati sunt
[25]intuitus sum et non erat homo et Is 59,16!
omne volatile caeli recessit
[26]aspexi et ecce Carmelus desertus et
omnes urbes eius destructae sunt 29
a facie Domini et a facie irae furoris
eius
[27]haec enim dicit Dominus
deserta erit omnis terra
sed tamen consummationem non 5,10.18; 30,11!
faciam
[28]lugebit terra et maerebunt caeli desuper Is 24,4!
eo quod locutus sum cogitavi et non
paenituit me nec aversus sum ab eo
[29]a voce equitis et mittentis sagittam
fugit omnis civitas
ingressi sunt ardua et ascenderunt
rupes
universae urbes derelictae sunt et 26
non habitat in eis homo
[30]tu autem vastata quid facies
cum vestieris te coccino
cum ornata fueris monili aureo et IV Rg 9,30
pinxeris stibio oculos tuos
frustra conponeris
contempserunt te amatores tui animam tuam quaerent 30,14; Lam 1,2!
[31]vocem enim quasi parturientis audivi angustias ut puerperae Is 26,17!
vox filiae Sion intermorientis expandentisque manus suas
vae mihi quia defecit anima mea
propter interfectos
5 circuite vias Hierusalem et aspicite
et considerate et quaerite in plateis
eius
an inveniatis virum facientem iudicium et quaerentem fidem et propitius ero eius
[2]quod si etiam vivit Dominus dixerint

AC ΣΛOSTΦI cr 16 cogitate gentes A; dicite gentibus c. *Hi* | 17 ait] dicit c | 18 quia[2] *om.* C | 19 conturbati A | 23 nihil ACΣΦI | 27 enim *om.* CΣ | 29 et mittentis] emittentis A; mittentis Σ. | 30 stibio] tibi CΣOS; tibio T | quaerunt AΣΛ | 31 intermorientis] inter morientes ACΣSΦ | expandentesque AΣSΦ || 5,1 eius[2]] eis A; ei c |

et hoc falso iurabunt
3 Domine oculi tui respiciunt fidem
2,30 percussisti eos et non doluerunt
adtrivisti eos et rennuerunt accipere
disciplinam
Is 48,4! 50,7! induraverunt facies suas super pet-
ram noluerunt reverti
4 ego autem dixi forsitan pauperes
sunt et stulti
8,7! ignorantes viam Domini iudicium
Dei sui
6,28; Is 1,23! Mi 3,1! 5 ibo igitur ad optimates et loquar eis
ipsi enim cognoverunt viam Domini
iudicium Dei sui
2,20; Ps 2,3 et ecce magis hii simul confregerunt
iugum ruperunt vincula
4,7! Os 13,7! 6 idcirco percussit eos leo de silva
lupus ad vesperam vastavit eos
pardus vigilans super civitates eo-
rum
omnis qui egressus fuerit ex eis ca-
pietur
quia multiplicatae sunt praevarica-
tiones eorum
confortatae sunt aversiones eorum
7 super quo propitius tibi esse potero
filii tui dereliquerunt me et iurant in
his qui non sunt dii
saturavi eos et moechati sunt et in
domo meretricis luxuriabantur
Ez 23,20 8 equi amatores et admissarii facti
sunt
Ez 22,11 unusquisque ad uxorem proximi sui
hinniebat
29; 9,9 9 numquid super his non visitabo dicit
Dominus
et in gente tali non ulciscetur anima
mea
10 ascendite muros eius et dissipate
4,27! consummationem autem nolite fa-
cere
auferte propagines eius quia non
sunt Domini
11 praevaricatione enim praevaricata 3,20; Is 24,16
est in me domus Israhel et domus
Iuda ait Dominus
12 negaverunt Dominum et dixerunt
non est ipse neque veniet super nos 14,13; 23,17; Am 9,10; Mi 3,11
malum
gladium et famem non videbimus
13 prophetae fuerunt in ventum et re- Iob 6,26; 15,2
sponsum non fuit in eis
haec ergo evenient illis
14 haec dicit Dominus Deus exercituum
quia locuti estis verbum istud
ecce ego do verba mea in ore tuo in Ex 4,12!
ignem
et populum istum ligna et vorabit
eos
15 ecce ego adducam super vos gentem Dt 28,49!
de longinquo domus Israhel ait Do-
minus
gentem robustam gentem antiquam Hab 1,6
gentem cuius ignorabis linguam nec
intelleges quid loquatur
16 faretra eius quasi sepulchrum patens
universi fortes
17 et comedet segetes tuas et panem Dt 28,50–52; Hab 3,17
tuum devorabit
filios tuos et filias tuas comedet gre-
gem tuum et armenta tua
comedet vineam tuam et ficum tuam Ps 104,33!
et conteret urbes munitas tuas in
quibus tu habes fiduciam gladio
18 verumtamen et diebus illis ait Domi- 4,27!
nus non faciam vos in consumma-
tionem
19 quod si dixeritis quare fecit Domi- 13,22; 16,10.11
nus Deus noster nobis haec omnia
dices ad eos
sicut dereliquistis me et servistis deo Dt 28,47.48
alieno in terra vestra
sic servietis alienis in terra non ves-
tra

3 super] supra c | petram + et STΦc | 4 domini + et A | 5 ~ domini uiam CΣ. | domini + et A | et² *om.* C | his simul AO | 6 uesperum C | uastabit CΦr | 8 emissarii Φc | 13 uentum + locuti Φc | uenient ATΦI | 14 deus *om.* CΣ | in igne ST; ignem A | in ligna c | 15 ait] dicit CΣ. | 17 armentum tuum CΣ. | 18 et] in AOIc | 19 ~ nobis dominus deus noster ΛSc; nobis deus noster Σ. |

AC ΣΛOSTΦI cr

20 adnuntiate hoc domui Iacob et audi-
tum facite in Iuda dicentes
Is 6,9! 43,8 21 audi populus stulte qui non habes
cor
Ez 12,2; Mt 13,13! qui habentes oculos non videtis et
aures et non auditis
22 me ergo non timebitis ait Dominus
et a facie mea non dolebitis
Prv 8,29; IV Esr 4,17 qui posui harenam terminum mari
praeceptum sempiternum quod non
praeteribit
et commovebuntur et non poterunt
et intumescent fluctus eius et non
transibunt illud
2,31 23 populo autem huic factum est cor in-
credulum et exasperans
recesserunt et abierunt 24 et non di-
xerunt in corde suo metuamus Do-
minum Deum nostrum
Dt 11,14! qui dat nobis pluviam temporaneam
et serotinam in tempore suo
Za 10,1 plenitudinem annuae messis custo-
dientem nobis
2,17 25 iniquitates nostrae declinaverunt
haec
et peccata nostra prohibuerunt bo-
num a nobis
26 quia inventi sunt in populo meo
impii
Prv 1,11 insidiantes quasi aucupes
laqueos ponentes et pedicas ad ca-
piendos viros
27 sicut decipula plena avibus sic do-
mus eorum plenae dolo
ideo magnificati sunt et ditati
Dt 32,15; Ps 118,70 H 28 incrassati sunt et inpinguati et prae-
terierunt sermones meos pessime
Is 1,23; Mal 3,5 causam non iudicaverunt
causam pupilli non direxerunt et iu-
dicium pauperum non iudicaverunt
9; 9,9 29 numquid super his non visitabo dicit
Dominus
aut super gentem huiuscemodi non
ulciscetur anima mea

30 stupor et mirabilia facta sunt in terra
31 prophetae prophetabant mendaci- 6,13! 14,14! 23,11; Mi 3,11
um
et sacerdotes adplaudebant manibus
suis
et populus meus dilexit talia
quid igitur fiet in novissimo eius
6 confortamini filii Beniamin in medio
Hierusalem
et in Thecua clangite bucina et super
Bethaccharem levate vexillum
quia malum visum est ab aquilone 4,6!
et contritio magna
2 speciosae et delicatae adsimilavi fili-
am Sion
3 ad eam venient pastores et greges 12,10
eorum
fixerunt in ea tentoria in circuitu
pascet unusquisque eos qui sub manu
sua sunt
4 sanctificate super eam bellum 15,8; 22,7; Mi 3,5
consurgite et ascendamus in meridie
vae nobis quia declinavit dies quia
longiores factae sunt umbrae ves-
peri
5 surgite et ascendamus in nocte et dis-
sipemus domos eius
6 quia haec dicit Dominus exercituum
caedite lignum eius et fundite circa Is 29,3! Lc 19,43
Hierusalem aggerem
haec est civitas visitationis omnis
calumnia in medio eius
7 sicut frigidam facit cisterna aquam
suam sic frigidam fecit malitiam
suam
iniquitas et vastitas audietur in ea co- Ps 54,10
ram me semper infirmitas et plaga
8 erudire Hierusalem ne forte recedat Ez 23,18
anima mea a te
ne forte ponam te desertam terram
inhabitabilem
9 haec dicit Dominus exercituum
usque ad racemum colligent quasi
in vinea reliquias Israhel

AC 21 popule ΣΛ c | uidebitis A | 25 uestrae ... uestra ... uobis c. | 28 causam[1]] + uiduae
ΣΛOSTΦ(I) ΣΛ c; + pupilli O. | direxerunt] dixerunt CΦ || 6,3 [*deest* I *usque ad* 30,5] | 6 ei fodite
cr C; ei fundate Φ; effundite ST. | 7 facit] fecit c. |

converte manum tuam quasi vinde-
miator ad cartallum
Is 28,9 [10]cui loquar et quem contestabor ut
audiant
7,26! ecce incircumcisae aures eorum et
audire non possunt
20,8! ecce verbum Domini factum est eis
in obprobrium et non suscipient
illud
[11]idcirco furore Domini plenus sum
laboravi sustinens
9,21 effunde super parvulum foris et su-
per concilium iuvenum simul
vir enim cum muliere capietur senex
cum pleno dierum
12—15: 8,10–12 [12]et transibunt domus eorum ad al-
teros agri et uxores pariter
quia extendam manum meam super
habitantes terram dicit Dominus
Is 56,11! [13]a minore quippe usque ad maiorem
omnes avaritiae student
5,31! 23,11; So 3,4! et a propheta usque ad sacerdotem
cuncti faciunt dolum
4,10; 23,17; Ez 13,10.16; Mi 3,5 [14]et curabant contritionem filiae popu-
li mei cum ignominia dicentes
Ez 7,25! pax pax et non erat pax
[15]confusi sunt quia abominationem
fecerunt
quin potius confusione non sunt
3,3 confusi et erubescere nescierunt
quam ob rem cadent inter ruentes
in tempore visitationis suae corruent
dicit Dominus
[16]haec dicit Dominus state super vias
et videte
et interrogate de semitis antiquis
quae sit via bona et ambulate in ea
Is 28,12; Mt 11,29 et invenietis refrigerium animabus
vestris
et dixerunt non ambulabimus
Is 52,8; 62,6; Ez 3,17; 33,7 [17]et constitui super vos speculatores
audite vocem tubae et dixerunt non
audiemus
[18]ideo audite gentes et cognosce con-
gregatio
quanta ego faciam eis [19]audi terra Is 1,2!
ecce ego adducam mala super popu- Prv 1,31
lum istum fructum cogitationum
eius
quia verba mea non audierunt et le-
gem meam proiecerunt
[20]ut quid mihi tus de Saba adfertis et
calamum suave olentem de terra Is 43,24
longinqua
holocaustomata vestra non sunt ac- 7,22; 14,12; Ps 50,18! Is 1,11;
cepta et victimae vestrae non pla- Os 5,6; Am 5,22! IV Esr 1,31
cuerunt mihi
[21]propterea haec dicit Dominus
ecce ego dabo in populum istum
ruinas et ruent in eis
patres et filii simul vicinus et proxi-
mus et peribunt
[22]haec dicit Dominus 1,15! 4,6!
ecce populus venit de terra aquilonis 22.23: 50,9; Ez 23,23.24
et gens magna consurget a finibus 22—24: 50,41–43
terrae
[23]sagittam et scutum arripiet crudelis
est et non miserebitur
vox eius quasi mare sonabit et super Is 17,12
equos ascendent
praeparati quasi vir ad proelium
adversum te filia Sion
[24]audivimus famam eius dissolutae Is 13,7.8! Ez 7,17; 21,7
sunt manus nostrae
tribulatio adprehendit nos dolores 49,24; Mi 4,9!
ut parturientem
[25]nolite exire ad agros et in via ne am-
buletis
quoniam gladius inimici pavor in
circuitu
[26]filia populi mei accingere cilicio et Est 4,1! Is 22,4! 12!
conspergere cinere Ez 27,30.31! Lam 2,10
luctum unigeniti fac tibi planctum 25,34; Za 12,10
amarum
quia repente veniet vastator super 12,12; Na 2,2
nos
[27]probatorem dedi te in populo meo
robustum

10 audiant CΣ.𝔐] audiat *cet.* | 11 consilium T c | 19 malum C | 21 et[4] *om.* S c | 22 consurgit CS | 23 ascendet AO | 26 super uos CΣSΦ |

AC
ΣΛΟSTΦ
cr

Iob 23,10! Ps 138,23 et scies et probabis viam eorum
5,5; Is 1,23! [28]omnes isti principes declinantum
ambulantes fraudulenter
aes et ferrum universi corrupti sunt
[29]defecit sufflatorium in igne consumptum est plumbum
frustra conflavit conflator malitiae enim eorum non sunt consumptae
Is 1,22 Lxx [30]argentum reprobum vocate eos quia Dominus proiecit illos
7 verbum quod factum est ad Hieremiam a Domino dicens
19,14; 26,2! [2]sta in porta domus Domini et praedica ibi verbum istud et dic
17,20! audite verbum Domini omnis Iuda qui ingredimini per portas has ut adoretis Dominum
[3]haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
18,11; 26,13 bonas facite vias vestras et studia vestra
7 et habitabo vobiscum in loco isto
8 [4]nolite confidere in verbis mendacii dicentes
templum Domini templum Domini templum Domini est
5,6; 22,3! [5]quoniam si bene direxeritis vias vestras et studia vestra
si feceritis iudicium inter virum et proximum eius
Za 7,10! [6]advenae et pupillo et viduae non feceritis calumniam
nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc
25,6 et post deos alienos non ambulaveritis in malum vobismet ipsis
3 [7]habitabo vobiscum in loco isto in terra quam dedi patribus vestris a saeculo usque in saeculum
4; Is 59,13 [8]ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii qui non proderunt vobis
Os 4,2! [9]furari occidere adulterare iurare mendaciter
libare Baali et ire post deos alienos quos ignoratis
[10]et venistis et stetistis coram me in domo hac in qua invocatum est nomen meum et dixistis II Esr 9,2!
liberati sumus eo quod fecerimus omnes abominationes istas
[11]ergo spelunca latronum facta est domus ista in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris Mt 21,13; Mc 11,17; Lc 19,46; Io 2,16
ego ego sum ego vidi dicit Dominus
[12]ite ad locum meum in Silo ubi habitavit nomen meum a principio Ps 77,60
et videte quae fecerim ei propter malitiam populi mei Israhel
[13]et nunc quia fecistis omnia opera haec dicit Dominus
et locutus sum ad vos mane consurgens et loquens et non audistis 25,26! 25,3; 35,14.17; Is 65,12; 66,4
et vocavi vos et non respondistis Prv 1,24!
[14]faciam domui huic in qua invocatum est nomen meum et in qua vos habetis fiduciam
et loco quem dedi vobis et patribus vestris sicut feci Silo 26,6.9
[15]et proiciam vos a facie mea sicut proieci omnes fratres vestros universum semen Ephraim
[16]tu ergo noli orare pro populo hoc 11,14; 14,11
nec adsumas pro eis laudem et orationem
et non obsistas mihi quia non exaudiam te
[17]nonne vides quid isti faciant in civitatibus Iuda et in plateis Hierusalem
[18]filii colligunt ligna et patres succendunt ignem et mulieres conspergunt adipem
ut faciant placentas Reginae caeli et libent diis alienis et me ad iracundiam provocent 8,19! 44,3.17! 19; II Par 34,25!

AC ΣΛΟSTΦ cr 28 declinantur ΣΛ; declinant A; declinantes c *Hi* ‖ 7,4 templum domini[3] *om.* A | 7 saeculo + et CΣc | 9 adulterari CΣc | baalim Λc *Hi* | 10 dixistis + in oculis uestris A, *qui haec in v. 11 om.* | 11 numquid ergo c | 17 faciunt ΣSTc |

19 numquid me ad iracundiam provo-
cant dicit Dominus
nonne semet ipsos in confusionem
vultus sui
20 ideo haec dicit Dominus Deus
4,4! 22,7; IV Rg 22,17; Lam 4,11 ecce furor meus et indignatio mea
conflatur super locum istum
21,24; 36,29 super viros et super iumenta et super
lignum regionis et super fruges ter-
rae
et succendetur et non extinguetur
21 haec dicit Dominus exercituum
Deus Israhel
holocaustomata vestra addite vic-
timis vestris et comedite carnes
22 quia non sum locutus cum patribus
vestris et non praecepi eis
2,6! in die qua eduxi eos de terra Aegypti
6,20! de verbo holocaustomatum et vic-
timarum
11,4.7; 42,3 23 sed hoc verbum praecepi eis dicens
Ex 19,5! audite vocem meam et ero vobis
Deus et vos eritis mihi populus
Dt 5,33! et ambulate in omni via quam man-
davi vobis ut bene sit vobis
9,13.14! 13,10; 16,12! 24 et non audierunt nec inclinaverunt
Ps 80,12.13 aurem suam
24,25: 11,7.8! Bar 1,19 sed abierunt in voluntatibus et pra-
Is 65,2; Bar 1,22 vitate cordis sui mali
Bar 2,5 factique sunt retrorsum et non in
ante
25 a die qua egressi sunt patres eorum
de terra Aegypti usque ad diem
hanc
II Par 36,15 et misi ad vos omnes servos meos
25,26: 13! 25,4; 26,5! prophetas per diem consurgens di-
34,15! II Par 24,19! luculo et mittens
6,10; 16,12; 17,23; 19,15; 26 et non audierunt me nec inclinave-
IV Rg 17,14! runt aurem suam
IV Esr 1,6 sed induraverunt cervicem et peius
operati sunt quam patres eorum

27 et loqueris ad eos omnia verba haec 1,17
et non audient te
et vocabis eos et non respondebunt
tibi
28 et dices ad eos haec est gens quae
non audivit vocem Domini Dei sui
nec recepit disciplinam
periit fides et ablata est de ore eorum
29 tonde capillum tuum et proice et su- Iob 1,20; Mi 1,16
me in directum planctum 9,18
quia proiecit Dominus et reliquit ge-
nerationem furoris sui
30 quia fecerunt filii Iuda malum in 30,31; 32,34.35
oculis meis dicit Dominus
posuerunt offendicula sua in domo 23,11; IV Rg 21,4!
in qua invocatum est nomen meum Ez 5,11
ut polluerent eam
31 et aedificaverunt excelsa Thofeth qui IV Rg 23,10; Is 30,33
est in valle filii Ennom
ut incenderent filios suos et filias Dt 12,31! Ez 20,31
suas igni 31—33: 19,5–7
quae non praecepi nec cogitavi in
corde meo
32 ideo ecce dies venient dicit Dominus
et non dicetur amplius Thofeth et IV Rg 23,10
vallis filii Ennom sed vallis Inter-
fectionis
et sepelient in Thofeth eo quod non 19,11
sit locus
33 et erit morticinum populi huius in ci- 16,4; 34,20; Dt 28,26!
bum volucribus caeli et bestiis ter- Ps 78,2; Ez 29,5
rae et non erit qui abigat
34 et quiescere faciam de urbibus Iuda Bar 2,22.23
et de plateis Hierusalem
vocem gaudii et vocem laetitiae 16,9; 25,10.11!
vocem sponsi et vocem sponsae Is 24,8! Os 2,11
in desolatione enim erit terra Mi 7,13
8 in tempore illo ait Dominus eicient Ps 52,6! Bar 2,24
ossa regis Iuda et ossa principum
eius
et ossa sacerdotum et ossa prophe-

19 in confusione COST | 20 deus *om.* C | super³ *om.* CΣ. | 22 cum *om.* CΣ. | 23 in omni uia quam] in omnia quae CΣ | 24 uoluptatibus CΣΛΟΦ; + suis ΑΣΟ | et² + in c | 26 ceruicem + suam CΣc | 29 generationem] procreationem CΣ. | 30 et polluerunt A | 31 qui] quae ΣΦc | 32 ueniunt AΛr | locus + ad sepeliendum CΣΛ | 33 in cibos CΣΦ c | 34 in desolationem Φc || 8,1 ~ illo tempore c. | regum c |

AC ΣΛΟSTΦ cr

tarum
et ossa eorum qui habitaverunt Hie-
rusalem de sepulchris suis
Bar 2,25 2 et pandent ea ad solem et lunam et
omnem militiam caeli
quae dilexerunt et quibus servierunt
et post quae ambulaverunt et quae
quaesierunt et adoraverunt
9,22; 16,4; 25,33 non colligentur et non sepelientur
Ps 82,11 in sterquilinium super faciem terrae
erunt
Iob 7,15; Tb 3,6; Ion 4,3 3 et eligent magis mortem quam vitam
omnes qui residui fuerint de co-
gnatione hac pessima
in universis locis quae derelicta sunt
ad quae eieci eos dicit Dominus
exercituum
4 et dices ad eos haec dicit Dominus
numquid qui cadet non resurget et
qui aversus est non revertetur
5 quare ergo aversus est populus iste
in Hierusalem aversione conten-
tiosa
adprehenderunt mendacium et no-
luerunt reverti
6 adtendi et auscultavi nemo quod
bonum est loquitur
nullus est qui agat paenitentiam su-
per peccato suo dicens quid feci
omnes conversi sunt ad cursum su-
um quasi equus impetu vadens in
proelio
7 milvus in caelo cognovit tempus su-
um
turtur et hirundo et ciconia custo-
dierunt tempus adventus sui
5,4; Is 1,3! populus autem meus non cognovit
iudicium Domini
8 quomodo dicitis sapientes nos su-
mus et lex Domini nobiscum est
Is 10,1 vere mendacium operatus est stilus
mendax scribarum
9 confusi sunt sapientes perterriti et
capti sunt
verbum enim Domini proiecerunt et
sapientia nulla est in eis
10 propterea dabo mulieres eorum ex- 10–12: 6,12–15
teris agros eorum heredibus
quia a minimo usque ad maximum Is 56,11!
omnes avaritiam sequuntur
a propheta usque ad sacerdotem
cuncti faciunt mendacium
11 et sanabant contritionem filiae po-
puli mei ad ignominiam
dicentes pax pax cum non esset pax
12 confusi sunt quia abominationem
fecerunt
quinimmo confusione non sunt con-
fusi et erubescere nescierunt
idcirco cadent inter corruentes
in tempore visitationis suae cor-
ruent dicit Dominus
13 congregans congregabo eos ait Do- So 1,2
minus
non est uva in vitibus et non sunt
ficus in ficulnea
folium defluxit et dedi eis quae prae-
tergressa sunt
14 quare sedemus convenite et ingredia- 4,5
mur civitatem munitam
et sileamus ibi quia Dominus noster
silere nos fecit
et potum dedit nobis aquam fellis 9,15!
peccavimus enim Domino
15 expectavimus pacem et non erat bo- 14,19; Ez 7,25!
num
tempus medellae et ecce formido
16 a Dan auditus est fremitus equorum 4,15
eius
a voce hinnituum pugnatorum eius
commota est omnis terra
et venerunt et devoraverunt terram
et plenitudinem eius
urbem et habitatores eius
17 quia ecce ego mittam vobis serpentes Dt 32,24
regulos quibus non est incantatio Ps 57,6

AC ΣΛΟSTΦ cr
2 et expandent S c | 3 dominus + deus CΣΛ. | 4 cadit c | 6 in proelium C; ad praelium c | 9 enim *om.* CS | 12 qui abominationem AT | 13 et[1] *om.* CΣ. | 14 dominus + deus c | 15 et expectauimus CΣ. |

et mordebunt vos ait Dominus
Is 1,5; Lam 1,22; 5,17 18 dolor meus super dolorem in me cor
meum maerens
Mi 4,9 19 ecce vox clamoris filiae populi mei
de terra longinqua
numquid Dominus non est in Sion
aut rex eius non est in ea
7,18! Dt 32,16! quare ergo me ad iracundiam concitaverunt in sculptilibus suis et in
vanitatibus alienis
20 transiit messis finita est aestas et nos
salvati non sumus
14,17! 22,4! 21 super contritionem filiae populi mei
contritus sum et contristatus stupor
obtinuit me
46,11! 22 numquid resina non est in Galaad
aut medicus non est ibi
quare igitur non est obducta cicatrix
filiae populi mei
14,17! 9 quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum
Is 22,4! et plorabo die et nocte interfectos
filiae populi mei
2 quis dabit me in solitudine diversorium viatorum
et derelinquam populum meum et
recedam ab eis
quia omnes adulteri sunt coetus
praevaricatorum
Ps 63,4 3 et extenderunt linguam suam quasi
arcum mendacii et non veritatis
confortati sunt in terra quia de malo
ad malum egressi sunt
et me non cognoverunt dicit Dominus
12,6! Mi 7,5 4 unusquisque se a proximo suo custodiat et in omni fratre suo non habeat fiduciam
Ps 49,20 quia omnis frater subplantans subplantabit et omnis amicus fraudulenter incedet
Iob 12,4! 5 et vir fratrem suum deridebit et veritatem non loquentur
docuerunt enim linguam suam loqui
mendacium ut inique agerent laboraverunt
6 habitatio tua in medio doli
in dolo rennuerunt scire me dicit
Dominus
7 propterea haec dicit Dominus exercituum
ecce ego conflabo et probabo eos Ps 16,3! 25,2
quid enim aliud faciam a facie filiae
populi mei
8 sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est
in ore suo pacem cum amico suo loquitur et occulte ponit ei insidias Ps 27,3!
9 numquid super his non visitabo dicit 5,9.29
Dominus
aut in gentem huiuscemodi non ulciscetur anima mea
10 super montes adsumam fletum ac 12,4
lamentum et super speciosa deserti
planctum
quoniam incensa sunt eo quod non 12
sit vir pertransiens
et non audierunt vocem possidentis
a volucre caeli usque ad pecora
transmigraverunt et recesserunt
11 et dabo Hierusalem in acervos harenae et cubilia draconum 26,18; 44,2! Is 25,2! Mi 3,12
et civitates Iuda dabo in desolationem eo quod non sit habitator 10,22; 34,22; 51,37
12 quis est vir sapiens qui intellegat hoc Dt 32,29! Ps 106,43; Os 14,10
et ad quem verbum oris Domini fiat
ut adnuntiet istud
quare perierit terra exusta sit quasi 10
desertum eo quod non sit qui pertranseat
13 et dixit Dominus quia dereliquerunt 32,23
legem meam quam dedi eis
et non audierunt vocem meam et non 13,14; 7,24!
ambulaverunt in ea
14 et abierunt post pravitatem cordis
sui

19 et ecce AO | concitauerunt] prouocauerunt CΣ | 21 super contritione AΛ cr | 22 ibi] tibi CΣ. || 9,1 et[3]] ac Σ c | 2 in solitudinem ΛCΣ | 4 suo[2] *om.* CΣ. | 6 doli] idoli CSΦ | 8 suo[2] *om.* CΣ. | ponet CΣS | 9 in gente c | huiusmodi c. | 12 terra + et c |

AC ΣΛOSTΦ cr

et post Baalim quos didicerunt a patribus suis
23,15 15 idcirco haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
ecce ego cibabo eos populum istum absinthio
8,14 et potum dabo eis aquam fellis
Lv 26,33! 16 et dispergam eos in gentibus quas non noverunt ipsi et patres eorum
49,37 et mittam post eos gladium donec consumantur
17 haec dicit Dominus exercituum
17.18: II Par 35,25 contemplamini et vocate lamentatrices et veniant
et ad eas quae sapientes sunt mittite et properent
7,29 18 festinent et adsumant super nos lamentum
Ps 118,136! Lam 3,48! deducant oculi nostri lacrimas
et palpebrae nostrae defluant aquis
19 quia vox lamentationis audita est de Sion
quomodo vastati sumus et confusi vehementer
quia dereliquimus terram quoniam deiecta sunt tabernacula nostra
Is 32,9! 20 audite ergo mulieres verbum Domini
et adsumat auris vestra sermonem oris eius
et docete filias vestras lamentum
et unaquaeque proximam suam planctum
Ioel 2,9 21 quia ascendit mors per fenestras nostras ingressa est domos nostras
6,11 disperdere parvulos de foris iuvenes de plateis
22 loquere haec dicit Dominus
8,2; Is 5,25! Ps 82,11 et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis
et quasi faenum post tergum metentis et non est qui colligat
23 haec dicit Dominus
non glorietur sapiens in sapientia sua
et non glorietur fortis in fortitudine sua
et non glorietur dives in divitiis suis
24 sed in hoc glorietur qui gloriatur I Cor 1,31! II Cor 10,17
scire et nosse me quia ego sum Dominus Is 49,23! Os 2,20!
qui facio misericordiam et iudicium et iustitiam in terra
haec enim placent mihi ait Dominus
25 ecce dies veniunt dicit Dominus
et visitabo super omnem qui circumcisum habet praeputium 25.26: 49,32
26 super Aegyptum et super Iudam et super Edom
et super filios Ammon et super Moab
et super omnes qui adtonsi sunt in comam habitantes in deserto 25,23
quia omnes gentes habent praeputium
omnis autem domus Israhel incircumcisi sunt corde
10 audite verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israhel
2 haec dicit Dominus iuxta vias gentium nolite discere
et a signis caeli nolite metuere quae timent gentes
3 quia leges populorum vanae sunt Sap 13,11
quia lignum de saltu praecidit opus manuum artificis in ascia 3.4: Is 40,19.20!
4 argento et auro decoravit illud
clavis et malleis conpegit ut non dissolvatur Is 41,7!
5 in similitudinem palmae fabricata sunt et non loquentur
portata tollentur quia incedere non valent
nolite ergo timere ea quia nec male possunt facere nec bene Is 41,23!
6 non est similis tui Domine magnus tu et magnum nomen tuum in fortitudine Dt 3,24! Ps 82,21

AC ΣΛOSTΦ cr

14 quos] quod COc | 15 eos *om.* ΣΛTΦc | 17 exercituum + deus israel c | 18 super uos CΣ; super eos S. | 20 adsumant aures uestrae CΦc | 24 in terram AΣ. | 25 incircumcisum ACΛS | habent A *Hi* | 26 super iuda c | in coma CΣS || **10**,3 manus c | artificum C | 5 palmae AOcr𝔐 *Hi*] plasmae *cet.* | ergo *om.* CΣ | 6 magnus + es c |

7 quis non timebit te o rex gentium
tuum est enim decus
inter cunctos sapientes gentium et in
universis regnis eorum nullus est
similis tui
8 pariter insipientes et fatui probabun-
tur
doctrina vanitatis eorum lignum est
9 argentum involutum de Tharsis ad-
fertur
et aurum de Ofaz opus artificis et
manus aerarii
hyacinthus et purpura indumentum
eorum opus artificum universa
haec
10 Dominus autem Deus verus est ipse
Deus vivens et rex sempiternus
ab indignatione eius commovebitur
terra et non sustinebunt gentes
comminationem eius
11 sic ergo dicetis eis
Is 2,18 dii qui caelos et terram non fecerunt
pereant de terra
et de his quae sub caelis sunt
12—16: 51,15–19 12 qui facit terram in fortitudine sua
praeparat orbem in sapientia sua
Ps 135,5! et prudentia sua extendit caelos
13 ad vocem suam dat multitudinem
aquarum in caelo
Ps 134,7 et elevat nebulas ab extremitatibus
terrae
fulgura in pluviam facit et educit
ventum de thesauris suis
Iob 12,17; Rm 1,22; 1 Cor 1,20! 14 stultus factus est omnis homo ab
scientia
Is 45,16! confusus est omnis artifex in sculp-
tili
quoniam falsum est quod conflavit
et non est spiritus in eis
15 vana sunt et opus risu dignum
in tempore visitationis suae peribunt
Dt 32,9! 16 non est his similis pars Iacob
Sap 9,1! qui enim formavit omnia ipse est et
Israhel virga hereditatis eius
Dominus exercituum nomen illi 32,18! 46,18; Is 51,15!
17 congrega de terra confusionem tuam
quae habitas in obsidione
18 quia haec dicit Dominus
ecce ego longe proiciam habitatores 16,13!
terrae in hac vice
et tribulabo eos ita ut inveniantur
19 vae mihi super contritione mea pes-
sima plaga mea
ego autem dixi plane haec infirmitas
mea est et portabo illam
20 tabernaculum meum vastatum est 4,20!
omnes funiculi mei disrupti sunt
filii mei exierunt a me et non sub-
sistunt
non est qui extendat ultra tentorium
meum et erigat pelles meas
21 quia stulte egerunt pastores et Do-
minum non quaesierunt
propterea non intellexerunt et om- Ez 34,6!
nis grex eorum dispersus est
22 vox auditionis ecce venit et commo- 4,6!
tio magna de terra aquilonis
ut ponat civitates Iuda solitudinem 9,11!
et habitaculum draconum
23 scio Domine quia non est hominis Ps 36,23; Prv 16,9; 20,24
via eius
nec viri est ut ambulet et dirigat
gressus suos
24 corripe me Domine verumtamen in Ps 6,2; 37,2
iudicio et non in furore tuo
ne forte ad nihilum redigas me
25 effunde indignationem tuam super 2,3! Ps 78,6.7! Sir 36,3
gentes quae non cognoverunt te
et super provincias quae nomen tu-
um non invocaverunt
quia comederunt Iacob et devora-
verunt eum
et consumpserunt illum et decus eius
dissipaverunt
11 verbum quod factum est ad Hiere-
miam a Domino dicens

7 ~ enim est AΛST | 10 comminationem] commotionem CΛST | 11 sub caelo OΦ c | 12 fecit CΣ | 14 scientia OS cr 𝔐 *Hi*] + sua ACΛΦ | ~ artifex omnis c. | aurifex AS | 15 risui CΣΦ | 18 ut cr 𝔐 *Hi*] ut non *cet.* || 11,1 ~ a domino ad ieremiam c. |

AC ΣΛOSTΦ cr

2 audite verba pacti huius
et loquimini ad viros Iuda et habitatores Hierusalem
3 et dices ad eos
haec dicit Dominus Deus Israhel
Dt 27,26! maledictus vir qui non audierit verba pacti huius
3,4: Dt 29,25! 7,23! 4 quod praecepi patribus vestris in die
Dt 4,20! qua eduxi eos de terra Aegypti
de fornace ferrea dicens
audite vocem meam et facite omnia quae praecipio vobis
et eritis mihi in populum et ego ero vobis in Deum
Dt 9,5 5 ut suscitem iuramentum quod iuravi patribus vestris
32,22; Dt 26,15! daturum me eis terram fluentem lacte et melle sicut est dies haec
et respondi et dixi amen Domine
6 et dixit Dominus ad me
vociferare omnia verba haec in civitatibus Iuda et foris Hierusalem dicens
audite verba pacti huius et facite illa
7,8: 7,23! 24,25! 7 quia contestans contestatus sum patres vestros
Dt 29,25! 1 Sm 8,8! in die qua eduxi eos de terra Aegypti usque ad diem hanc
mane surgens contestatus sum et dixi audite vocem meam
8 et non audierunt nec inclinaverunt aurem suam
sed abierunt unusquisque in pravitate cordis sui mali
et induxi super eos omnia verba pacti huius
quod praecepi ut facerent et non fecerunt
9 et dixit Dominus ad me
inventa est coniuratio in viris Iuda et in habitatoribus Hierusalem
10 reversi sunt ad iniquitates patrum suorum priores
qui noluerunt audire verba mea – Dt 31,16!
et hii ergo abierunt post deos alienos ut servirent eis
irritum fecerunt domus Israhel et domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum
11 quam ob rem haec dicit Dominus
ecce ego inducam super eos mala de quibus exire non poterunt
et clamabunt ad me et non exaudiam eos Prv 1,28! Za 7,13; IV Esr 1,26
12 et ibunt civitates Iuda et habitatores Hierusalem
et clamabunt ad deos quibus libant Is 57,13!
et non salvabunt eos in tempore adflictionis eorum 12,13: 2,28!
13 secundum numerum enim civitatum tuarum erant dii tui Iuda
et secundum numerum viarum Hierusalem
posuistis aras confusionis aras ad libandum Baali 19,5
14 tu ergo noli orare pro populo hoc 7,16; 14,11
et ne adsumas pro eis laudem et orationem
quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me
in tempore adflictionis eorum
15 quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa
numquid carnes sanctae auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es Prv 2,14
16 olivam uberem pulchram fructiferam speciosam vocavit Dominus nomen tuum Ps 51,10
ad vocem loquellae grandis exarsit ignis in ea
et conbusta sunt frutecta eius
17 et Dominus exercituum qui plantavit te locutus est super te malum
pro malis domus Israhel et domus Iuda quae fecerunt sibi

AC ΣΛOSTΦ cr

2 et² + ad ΣΛ c (*ed.* 1592) | 4 praecipio] praecepi CΣOS | 5 ut] et A | 6 foribus C.; in foribus Σ. | 7 consurgens CΣΦ c | 11 potuerunt CT; poterant Φ | 12 deos] eos A ΣSTΦ | 13 enim *om.* CΣ | et *om.* CΣ. | posuistis AC r 𝔐 *Hi*] posuisti *cet.* | baalim C ΣO c *Hi* |

ad inritandum me libantes Baali
18 tu autem Domine demonstrasti mihi
et cognovi
tunc ostendisti mihi studia eorum
51,40! Is 53,7! 19 et ego quasi agnus mansuetus qui
portatur ad victimam
Ps 55,6! et non cognovi quia super me cogitaverunt consilia
mittamus lignum in panem eius et
Ps 51,7; Is 53,8 eradamus eum de terra viventium
et nomen eius non memoretur amplius
20,12 20 tu autem Domine Sabaoth qui iudi-
17,10! Ps 7,10! cas iuste et probas renes et cor
videam ultionem tuam ex eis
tibi enim revelavi causam meam
21 propterea haec dicit Dominus ad
viros Anathoth
qui quaerunt animam tuam et dicunt
Is 30,10; Am 2,12; 7,13 non prophetabis in nomine Domini
et non morieris in manibus nostris
22 propterea haec dicit Dominus exercituum
ecce ego visitabo super eos
18,21! iuvenes morientur in gladio
filii eorum et filiae eorum morientur
in fame
23 et reliquiae non erunt ex eis
23,12! inducam enim malum super viros
Anathoth annum visitationis eorum
1 Esr 9,15! **12** iustus quidem tu es Domine si disputem tecum
verumtamen iusta loquar ad te
Iob 21,7! Hab 1,13; Mal 3,15 quare via impiorum prosperatur
bene est omnibus qui praevaricantur
et inique agunt
2 plantasti eos et radicem miserunt
proficiunt et faciunt fructum
Is 29,13! prope es tu ori eorum et longe a renibus eorum
3 et tu Domine nosti me vidisti me et
Ps 65,10! 138,2 probasti cor meum tecum
congrega eos quasi gregem ad victimam et sanctifica eos in die occisionis
4 usquequo lugebit terra et herba om- 9,10
nis regionis siccabitur
propter malitiam habitantium in ea
consumptum est animal et volucre
quoniam dixerunt non videbit novissima nostra
5 si cum peditibus currens laborasti
quomodo contendere poteris cum
equis
cum autem in terra pacis secura fue- 49,19
ris quid facies in superbia Iordanis
6 nam et fratres tui et domus patris tui 9,4! Ps 26,10
etiam ipsi pugnaverunt adversum te
et clamaverunt post te plena voce
ne credas eis cum locuti fuerint tibi Prv 26,25!
bona
7 reliqui domum meam dimisi heredi- Ps 77,62!
tatem meam
dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius
8 facta est mihi hereditas mea quasi
leo in silva
dedit contra me vocem ideo odivi
eam
9 numquid avis discolor hereditas mea
mihi
numquid avis tincta per totum
venite congregamini omnes bestiae Is 56,9!
terrae properate ad devorandum
10 pastores multi demoliti sunt vineam 6,3
meam
conculcaverunt partem meam
dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis
11 posuerunt eam in dissipationem luxitque super me
desolatione desolata est omnis terra
quia nullus est qui recogitet corde
12 super omnes vias deserti venerunt 6,26; Na 2,2
vastatores

17 baalim CΣΛΟ c *Hi* | 18 et + ego CΣΛ | eorum + et saluam fecisti a persequentibus animam meam CΣΛ | 19 non[1]] nunc C | ~ cogitauerunt super me T c | consilia + dicentes c | 20 cor AO r 𝔐 *Hi*] corda *cet.* | 23 eorum] eius CΣ. || **12**,3 me[1] + et ACΣ | me[2] *om.* A | 5 securus Φ c | 7 in manum C | 8 uocem + suam CΣ |

AC ΣΛOSTΦ cr

quia gladius Domini devoravit ab
extremo terrae usque ad extremum
eius
non est pax universae carni
Dt 28,38; Agg 1,6 [13] seminaverunt triticum et spinas
messuerunt
hereditatem acceperunt et non eis
proderit
confundemini a fructibus vestris
propter iram furoris Domini
[14] haec dicit Dominus adversum omnes
vicinos meos pessimos
2,3! qui tangunt hereditatem quam dis-
tribui populo meo Israhel
ecce ego evellam eos de terra eorum
et domum Iuda evellam de medio
eorum
[15] et cum evellero eos convertar et
miserebor eorum
et reducam eos virum ad heredita-
tem suam et virum in terram suam
[16] et erit si eruditi didicerint vias populi
mei
4,2; Is 19,18; 65,16 ut iurent in nomine meo vivit Do-
minus
sicut docuerunt populum meum
iurare in Baal
aedificabuntur in medio populi mei
Is 60,12 [17] quod si non audierint evellam gen-
tem illam evulsione et perditione
ait Dominus
13 haec dicit Dominus ad me
vade et posside tibi lumbare lineum
et pones illud super lumbos tuos et
in aquam non inferes illud
[2] et possedi lumbare iuxta verbum
Domini
et posui circa lumbos meos
[3] et factus est sermo Domini ad me
secundo dicens
[4] tolle lumbare quod possedisti quod
est circa lumbos tuos
et surgens vade ad Eufraten
et absconde illud ibi in foramine
petrae
[5] et abii et abscondi illud in Eufraten 51,63
sicut praeceperat mihi Dominus
[6] et factum est post dies plurimos di-
xit Dominus ad me
surge vade ad Eufraten et tolle inde
lumbare quod praecepi tibi ut abs-
conderes illud ibi
[7] et abii ad Eufraten et fodi et tuli
lumbare de loco ubi absconderam
illud
et ecce conputruerat lumbare ita ut
nullo usui aptum esset
[8] et factum est verbum Domini ad me
dicens
[9] haec dicit Dominus
sic putrescere faciam superbiam Iuda Lv 26,19
et superbiam Hierusalem multam
[10] populum istum pessimum qui no- 7,24!
lunt audire verba mea
et ambulant in pravitate cordis sui
abieruntque post deos alienos ut ser- 16,11!
virent eis et adorarent eos
et erunt sicut lumbare istud quod
nullo usui aptum est
[11] sicut enim adheret lumbare ad lum- Iob 40,2!
bos viri
sic adglutinavi mihi omnem domum
Israhel
et omnem domum Iuda dicit Do-
minus
ut esset mihi in populum et in no- 33,9! Dt 26,19
men
et in laudem et in gloriam et non
audierunt
[12] dices ergo ad eos sermonem istum
haec dicit Dominus Deus Israhel
omnis laguncula implebitur vino
et dicent ad te numquid ignoramus
quia omnis laguncula implebitur
vino
[13] et dices ad eos haec dicit Dominus

AC ΣΛOSTΦ cr 12 deuorabit CΣc | ab extremis AΛ | 13 confundimini CΣTr𝔐 | 14 eorum[1]] sua c | 15 euulsero c | ad terram CΣ || 13,4 ~ ibi illud c. | 5 in euphrate c | 7 nulli c | 10 noluerunt AS | nulli c | 11 essent CΣΦc | 12 impleatur[2] ATr*Hi* |

ecce ego implebo omnes habitatores
terrae huius
et reges qui sedent de stirpe David
super thronum eius
et sacerdotes et prophetas et omnes
habitatores Hierusalem ebrietate
14 et dispergam eos virum a fratre suo
et patres et filios pariter ait Dominus
non parcam et non concedam neque
miserebor ut non disperdam eos
Is 1,10 15 audite et auribus percipite
nolite elevari quia Dominus locutus
est
Ios 7,19! 16 date Domino Deo vestro gloriam
antequam contenebrescat et ante-
quam offendant pedes vestri ad
montes caligosos
4,23; Is 5,30! expectabitis lucem et ponet eam in
umbram mortis et in caliginem
17 quod si hoc non audieritis in abs-
condito plorabit anima mea a facie
superbiae
14,17! Ps 118,136! plorans plorabit et deducet oculus
meus lacrimam quia captus est
grex Domini
18 dic regi et dominatrici humiliamini
sedete
Lam 5,16 quoniam descendit de capite vestro
corona gloriae vestrae
19 civitates austri clausae sunt et non
est qui aperiat
translata est omnis Iudaea transmig-
ratione perfecta
20 levate oculos vestros et videte qui
venitis ab aquilone
ubi est grex qui datus est tibi pecus
inclitum tuum
21 quid dices cum visitaverit te
tu enim docuisti eos adversum te et
erudisti in caput tuum
numquid non dolores adprehendent
te quasi mulierem parturientem
5,19! 22 quod si dixeris in corde tuo quare
venerunt mihi haec
propter multitudinem iniquitatis tuae
revelata sunt verecundiora tua 26! Lam 1,8
pollutae sunt plantae tuae Lam 1,9
23 si mutare potest Aethiops pellem
suam aut pardus varietates suas
et vos poteritis bene facere cum didi-
ceritis malum
24 et disseminabo eos quasi stipulam Ps 82,14! IV Esr 1,33
quae vento raptatur in deserto
25 haec sors tua parsque mensurae tuae Iob 20,29; 27,13
a me dicit Dominus
quia oblita es mei et confisa es in
mendacio
26 unde et ego nudavi femora tua con- 22; Ez 16,37! Na 3,5
tra faciem tuam
et apparuit ignominia tua Is 47,3
27 adulteria tua et hinnitus tuus scelus
fornicationis tuae
super colles in agro vidi abomina- 2,20!
tiones tuas
vae tibi Hierusalem non mundaberis 4,14
post me usquequo adhuc
14 quod factum est verbum Domini
ad Hieremiam de sermonibus sic-
citatis
2 luxit Iudaea et portae eius Is 3,26; Lam 1,4
corruerunt et obscuratae sunt in
terra
et clamor Hierusalem ascendit
3 maiores miserunt minores suos ad
aquam
venerunt ad hauriendum non invene-
runt aquam
reportaverunt vasa sua vacua
confusi sunt et adflicti et operuerunt
capita sua
4 propter terrae vastitatem quia non
venit pluvia in terra
confusi sunt agricolae operuerunt
capita sua
5 nam et cerva in agro peperit et reli- Iob 39,3.4
quit quia non erat herba

13 ebrietatem AOΦ(*partim*) r | 16 caliginosos c | in umbra C | in caligine A; caliginem CΣT. | 19 iuda Φc | 21 adprehenderunt ASΦ | 22 euenerunt OSr | 25 pars quae C; pars tua S. | confusa C | 27 usque adhuc CΣ. || **14**,4 *tot. vers. om.* CST. | in terram Λc |

AC ΣΛOSTΦ cr

2.24 [6]et onagri steterunt in rupibus traxerunt ventum quasi dracones
defecerunt oculi eorum quia non erat herba
20.21! [7]si iniquitates nostrae responderunt nobis Domine fac propter nomen tuum
quoniam multae sunt aversiones nostrae tibi peccavimus
17.13; Is 33.2! [8]expectatio Israhel salvator eius in tempore tribulationis
quare quasi colonus futurus es in terra et quasi viator declinans ad manendum
[9]quare futurus es velut vir vagus ut fortis qui non potest salvare
15.16; Is 63.16 Lxx tu autem in nobis es Domine et nomen tuum super nos invocatum est
ne derelinquas nos
[10]haec dicit Dominus populo huic
qui dilexit movere pedes suos et non quievit
et Domino non placuit
Os 8.13; 9.9 nunc recordabitur iniquitatum eorum et visitabit peccata eorum
7.16; 11.14 [11]et dixit Dominus ad me noli orare pro populo isto in bonum
[12]cum ieiunaverint non exaudiam preces eorum
6.20! et si obtulerint holocaustomata et victimas non suscipiam ea
15.2! 34.17; 44.13; Is 1.20; Lv 26.25.26! Ez 6.11 quoniam gladio et fame et peste ego consumam eos
1.6! [13]et dixi a a a Domine Deus
prophetae dicunt eis
5.12! non videbitis gladium et famis non erit in vobis
23.17 sed pacem veram dabit vobis in loco isto
5.31! Mt 24.5! Mc 13.6; Lc 21.8 23.16! 25.26; 27.15! 29.9.23 [14]et dixit Dominus ad me falso prophetae vaticinantur in nomine meo
non misi eos et non praecepi eis neque locutus sum ad eos
visionem mendacem et divinationem et fraudulentiam et seductionem cordis sui prophetant vobis Sir 34.5; Lam 2.14!
[15]ideo haec dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo 23.31; Ez 13.3
quos ego non misi
dicentes gladius et famis non erit in terra hac
in gladio et fame consumentur prophetae illi
[16]et populi quibus prophetant erunt proiecti in viis Hierusalem
prae fame et gladio et non erit qui sepeliat eos
ipsi et uxores eorum filii et filiae eorum
et effundam super eos malum suum
[17]et dices ad eos verbum istud
deducant oculi mei lacrimam per noctem et diem et non taceant 9.1! 13.17! Lam 1.16; 2.18 3.48!
quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer 8.21!
[18]si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio Ez 7.15
et si introiero in civitatem ecce adtenuati fame
propheta quoque et sacerdos abierunt in terram quam ignorabant
[19]numquid proiciens abiecisti Iudam aut Sion abominata est anima tua
quare ergo percussisti nos ita ut nulla sit sanitas
expectavimus pacem et non est bonum 8.15!
et tempus curationis et ecce turbatio
[20]cognovimus Domine impietates nostras iniquitatem patrum nostrorum quia peccavimus tibi Lv 26.40! 20.21; 7
[21]ne nos des in obprobrium propter nomen tuum Ioel 2.17
neque facias nobis contumeliam
solii gloriae tuae recordare

AC ΣΛOSTΦ cr 7 responderint c | 9 es[2] *om.* A r. 𝔐 | ~ inuocatum est super nos c | 12 ego *om.* c. | 14 et[4] *om.* AΦ | 15 ideo] idcirco Φ c | 16 prophetauerunt erunt C; prophetauerunt ST | eorum[1] + et A r | eos[2] + omne CΣ | 17 lacrimas ACO | 20 iniquitatum O; iniquitates ΛΦ c; impietatem Σ. | 21 ~ des nos c |

ne irritum facias foedus tuum nobis-
cum
22 numquid sunt in sculptilibus gentium
qui pluant aut caeli possunt dare
imbres
nonne tu es Domine Deus noster
quem expectavimus
Is 66,2! tu enim fecisti omnia haec
Ez 14,16 **15** et dixit Dominus ad me
Ps 98,6; 105,23 si steterit Moses et Samuhel coram
me non est anima mea ad populum
istum
eice illos a facie mea et egrediantur
2 quod si dixerint ad te quo egredie-
mur
dices ad eos haec dicit Dominus
Ez 5,12! 6,12 qui ad mortem ad mortem et qui ad
14,12! 43,11! gladium ad gladium
et qui ad famem ad famem et qui ad
captivitatem ad captivitatem
Ez 14,21! 3 et visitabo super eos quattuor spe-
cies dicit Dominus
gladium ad occisionem et canes ad
lacerandum
et volatilia caeli et bestias terrae ad
devorandum et dissipandum
4 et dabo eos in fervorem universis
regnis terrae
IV Rg 21,11; 23,26; 24,3 propter Manassem filium Ezechiae
regis Iuda
super omnibus quae fecit in Hierusa-
lem
Is 51,19 5 quis enim miserebitur tui Hierusa-
lem aut quis contristabitur pro te
Ps 121,6 aut quis ibit ad rogandum pro pace
tua
2,19; Ios 22,16; II Par 12,5! 6 tu reliquisti me dicit Dominus ret-
So 1,6 rorsum abisti
et extendam manum meam super te
et interficiam te
laboravi rogans
51,2; Dt 33,17! 7 et dispergam eos ventilabro in portis
Is 41,16; Ez 5,10! Sir 48,16! terrae
interfeci et perdidi populum meum
et tamen a viis suis non sunt reversi
8 multiplicatae sunt mihi viduae eius
super harenam maris
induxi eis super matrem adulescen- 6,4!
tis vastatorem meridie
misi super civitates repente terrorem
9 infirmata est quae peperit septem I Sm 5,2
defecit anima eius
occidit ei sol cum adhuc esset dies Am 8,9!
confusa est et erubuit
et residuos eius in gladium dabo in
conspectu inimicorum eorum ait
Dominus
10 vae mihi mater mea quare genuisti 20,14
me virum rixae virum discordiae in
universa terra
non feneravi nec feneravit mihi quis-
quam omnes maledicunt mihi
11 dicit Dominus si non reliquiae tuae
in bonum
si non occurri tibi in tempore adflic-
tionis et in tempore tribulationis
adversum inimicum
12 numquid foederabitur ferrum ferro
ab aquilone et aes
13 divitias tuas et thesauros tuos in 17,3
direptionem dabo gratis
in omnibus peccatis tuis et in omni-
bus terminis tuis
14 et adducam inimicos tuos de terra 17,4
qua nescis
quia ignis succensus est in furore Dt 32,22!
meo super vos ardebit
15 tu scis Domine recordare mei et vi-
sita me et tuere me ab his qui per- Ps 34,3
sequuntur me
noli in patientia tua suscipere me
scito quoniam sustinui pro te obpro- Ps 68,8!
brium
16 inventi sunt sermones tui et comedi Ez 3,3!
eos
et factum est mihi verbum tuum in

22 in *om.* AΣ | domine] dominus CΣOΦc || 15,1 et[3] *om.* A | 4 in feruore T; in furo-
rem CΛ | 5 pace tua] peccata tua CΣ; peccatis tuis S. | 7 dispergam] disperdam AΣ |
perdidi] disperdidi c | 8 supra[1] AS. | 9 eorum] meorum CΣTΦ | 10 quispiam CΣ. |
11 si non[1]] sion CΣS | 13 in[3] *om.* CΣ. | 14 qua] quam ΛOSTc | 15 pro] propter c |

AC ΣΛOSTΦ cr

gaudium et in laetitiam cordis mei
14,9! quoniam invocatum est nomen tuum
super me Domine Deus exercituum
Ps 25,4! [17]non sedi in concilio ludentium et
gloriatus sum
a facie manus tuae solus sedebam
quoniam comminatione replesti me
30,12.13! [18]quare factus est dolor meus perpe-
tuus et plaga mea desperabilis ren-
nuit curari
facta est mihi quasi mendacium
aquarum infidelium
[19]propter hoc haec dicit Dominus
si converteris convertam te et ante
faciem meam stabis
et si separaveris pretiosum a vili
quasi os meum eris
convertentur ipsi ad te et tu non con-
verteris ad eos
1,18.19 [20]et dabo te populo huic in murum
aereum fortem
et bellabunt adversum te et non prae-
valebunt
1,8! quia ego tecum sum ut salvem te et
eruam dicit Dominus
Iob 5,15! [21]et liberabo te de manu pessimorum
et redimam te de manu fortium
16 et factum est verbum Domini ad
me dicens
[2]non accipies uxorem et non erunt
tibi filii et filiae in loco isto
[3]quia haec dicit Dominus super filios
et filias qui generantur in loco isto
et super matres eorum quae genue-
runt eos
et super patres eorum de quorum
stirpe sunt nati in terra hac
[4]mortibus aegrotationum morientur
8,2! 25,33 non plangentur et non sepelientur
in sterquilinium super faciem terrae
erunt
et gladio et fame consumentur
7,33! et erit cadaver eorum in escam vo-
latilibus caeli et bestiis terrae

[5]haec enim dicit Dominus
ne ingrediaris domum convivii ne-
que vadas ad plangendum neque
consoleris eos
quia abstuli pacem meam a populo
isto dicit Dominus
misericordiam et miserationes
[6]et morientur grandes et parvi in
terra ista
non sepelientur neque plangentur
et non se incident neque calvitium Dt 14,1!
fiet pro eis
[7]et non frangent inter eos lugenti pa- Ez 24,17!
nem ad consolandum super mor-
tuo
et non dabunt eis potum calicis ad Prv 31,6
consolandum super patre suo et
matre
[8]et domum convivii non ingredieris
ut sedeas cum eis et comedas et
bibas
[9]quia haec dicit Dominus exercituum
Deus Israhel
ecce ego auferam de loco isto in ocu-
lis vestris et in diebus vestris
vocem gaudii et vocem laetitiae 7,34! 25,10! Bar 2,23
vocem sponsi et vocem sponsae
[10]et cum adnuntiaveris populo huic
omnia verba haec
et dixerint tibi quare locutus est Do- 10,11: 5,19!
minus super nos omne malum
grande istud
quae iniquitas nostra et quod pecca-
tum nostrum quod peccavimus Do-
mino Deo nostro
[11]dices ad eos
quia dereliquerunt patres vestri me 13,10
ait Dominus et abierunt post deos
alienos
et servierunt eis et adoraverunt eos
et me dereliquerunt et legem meam
non custodierunt
[12]sed et vos peius operati estis quam 7,26!
patres vestri

AC
ΣΛΟSTΦ 17 comminationem A | 20 eruam + te ΣOSTc || 16,8 ingrediaris c. | 11 ~ me patres
cr uestri Ac |

7,24! 18,12 ecce enim ambulat unusquisque post
pravitatem cordis sui mali ut me
non audiat
10,18 13 et eiciam vos de terra hac in terram
17,4 quam ignoratis vos et patres vestri
et servietis ibi diis alienis die ac
nocte qui non dabunt vobis re-
quiem
14.15: 23,7.8 14 propterea ecce dies veniunt dicit Do-
minus
et non dicetur ultra vivit Dominus
2,6! qui eduxit filios Israhel de terra
Aegypti
3,18! 31,8 15 sed vivit Dominus qui eduxit filios
Israhel de terra aquilonis
et de universis terris ad quas eieci
eos
30,3; Bar 2,34! et reducam eos in terram suam quam
dedi patribus eorum
16 ecce ego mittam piscatores multos
dicit Dominus et piscabuntur eos
et post haec mittam eis multos vena-
tores
Lam 4,19 et venabuntur eos de omni monte et
de omni colle et de cavernis petra-
rum
Sir 17,13! 23,28! 17 quia oculi mei super omnes vias
eorum
non sunt absconditae a facie mea
et non fuit occulta iniquitas eorum
ab oculis meis
17,18; Is 40,2! 18 et reddam primum duplices iniqui-
tates et peccata eorum
quia contaminaverunt terram meam
in morticinis idolorum suorum
et abominationibus suis impleverunt
hereditatem meam
Ps 17,2.3! 19 Domine fortitudo mea et robur
meum
et refugium meum in die tribulatio-
nis
Tb 13,14! ad te gentes venient ab extremis ter-
rae et dicent

vere mendacium possederunt patres
nostri
vanitatem quae eis non profuit
20 numquid faciet sibi homo deos et 2,11
ipsi non sunt dii
21 idcirco ecce ego ostendam eis per
vicem hanc
ostendam eis manum meam et vir-
tutem meam
et scient quia nomen mihi Dominus Ps 82,19!
17 peccatum Iuda scriptum est stilo
ferreo in ungue adamantino
exaratum super latitudinem cordis Prv 3,3! 7,3
eorum
et in cornibus ararum eorum
2 cum recordati fuerint filii eorum
ararum suarum Ez 6,13!
et lucorum lignorumque frondenti-
um in montibus excelsis 3 sacrifi-
cantes in agro
fortitudinem tuam et omnes the- 15,13
sauros tuos in direptionem dabo
excelsa tua propter peccata in uni-
versis finibus tuis
4 et relinqueris sola ab hereditate tua
quam dedi tibi
et servire te faciam inimicis tuis in 15,14! 16,13
terra quam ignoras
quoniam ignem succendisti in furore
meo usque in aeternum ardebit
5 haec dicit Dominus maledictus ho-
mo qui confidit in homine
et ponit carnem brachium suum II Par 32,8
et a Domino recedit cor eius
6 erit enim quasi myrice in deserto 48,6
et non videbit cum venerit bonum
sed habitabit in siccitate in deserto Iob 39,6; Ps 106,34
in terra salsuginis et inhabitabili
7 benedictus vir qui confidit in Domi- Ps 83,13! Is 30,18
no
et erit Dominus fiducia eius
8 et erit quasi lignum quod transplan- Nm 24,6; Ps 1,3! Is 44,4
tatur super aquas

13 et[1] *om.* A | in terra A | qui] quia C; *om.* A. | 14 uenient C | 17 occultata c. || 17,2 lucorum + suorum c | 3 in agros CΣ | peccata + tua CΣ | 4 in terra qua A | igne A | succendistis STr𝔐 *Hi* | 5 ponet CΣSTΦr | 6 myricae SΦc | ~ in deserto in siccitate A | 7 confidet CΣ

AC ΣΛOSTΦ cr

Iob 29,19 quod ad humorem mittit radices suas
et non timebit cum venerit aestus
et erit folium eius viride
et in tempore siccitatis non erit sollicitum
nec aliquando desinet facere fructum
9 pravum est cor omnium et inscrutabile quis cognoscet illud
11,20! Sap 1,6; I Par 28,9! Apc 2,23! 10 ego Dominus scrutans cor et probans renes
32,19; Iob 34,11; III Rg 8,39; Sir 16,15! qui do unicuique iuxta viam et iuxta fructum adinventionum suarum
11 perdix fovit quae non peperit
fecit divitias et non in iudicio
in dimidio dierum suorum derelinquet eas et in novissimo suo erit insipiens
12 solium gloriae altitudinis a principio
locus sanctificationis nostrae
14,8! 13 expectatio Israhel Domine
omnes qui te derelinquunt confundentur
recedentes in terra scribentur
2,13; Bar 3,12 quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum
14 sana me Domine et sanabor salvum
Dt 10,21 me fac et salvus ero quoniam laus mea tu es
Is 5,19! Ez 12,27 15 ecce ipsi dicunt ad me ubi est verbum Domini veniat
16 et ego non sum turbatus te pastorem sequens
et diem hominis non desideravi tu scis
Dt 23,23; Ps 65,13.14 quod egressum est de labiis meis rectum in conspectu tuo fuit
17 non sis mihi tu formidini
spes mea tu in die adflictionis
20,11! Ps 34,4! 18 confundantur qui persequuntur me et non confundar ego
paveant illi et non paveam ego
induc super eos diem adflictionis et duplici contritione contere eos 16,18; Is 40,2!
19 haec dicit Dominus ad me
vade et sta in porta filiorum populi
per quam ingrediuntur reges Iuda et egrediuntur et in cunctis portis Hierusalem
20 et dices ad eos
audite verbum Domini reges Iuda et omnis Iudaea 7,2! 19,3; 22,2
cunctique habitatores Hierusalem qui ingredimini per portas istas
21 haec dicit Dominus
custodite animas vestras
et nolite portare pondera in die sabbati nec inferatis per portas Hierusalem II Esr 10,31! 13,19
22 et nolite eicere onera de domibus vestris in die sabbati et omne opus non facietis Ex 20,10!
sanctificate diem sabbati sicut praecepi patribus vestris Ex 19,3!
23 et non audierunt nec inclinaverunt aurem suam 7,26!
sed induraverunt cervicem suam
ne audirent me et ne acciperent disciplinam
24 et erit si audieritis me dicit Dominus
ut non inferatis onera per portas civitatis huius in die sabbati
et si sanctificaveritis diem sabbati ne faciatis in ea omne opus Is 56,2! 58,13
25 ingredientur per portas civitatis huius reges 22,4
et principes sedentes super solium David
et ascendentes in curribus et equis
ipsi et principes eorum
vir Iuda et habitatores Hierusalem
et habitabitur civitas haec in sempiternum
26 et venient de civitate Iuda et de circuitu Hierusalem 32,44!

AC ΣΛΟSTΦ(k) cr 9 omnium] hominis CΣΛΦ c(*ed.* 1592) | 10 uiam + suam CΣ c | 11 quae] et CSTr𝔐 | 13 recedentes + a te Φ c | 17 ~ tu mihi c; mihi CΣ | 18 ~ me persequuntur Σ c | 19 et[3] *om.* CS | 20 omnis iuda c. | 24 [*adest* k *passim usque ad* 18,18] | in eo ΛTΦ c | 25 uir AOk r𝔐] uiri *cet.* | 26 de ciuitatibus TΦ c *Hi* |

et de terra Beniamin et de campes-
tribus et de montuosis et ab austro
III Rg 8,64! portantes holocaustum et victimam
et sacrificium et tus
et inferent oblationem in domum
Domini
[27] si autem non audieritis me ut sanc-
tificetis diem sabbati
et ne portetis onus et ne inferatis per
portas Hierusalem in die sabbati
39,8 succendam ignem in portis eius
et devorabit domos Hierusalem et
non extinguetur
18 verbum quod factum est ad Hiere-
miam a Domino dicens
[2] surge et descende in domum figuli
et ibi audies verba mea
Sir 38,32 [3] et descendi in domum figuli et ecce
ipse faciebat opus super rotam
[4] et dissipatum est vas quod ipse fa-
ciebat e luto manibus suis
conversusque fecit illud vas alterum
sicut placuerat in oculis eius ut fa-
ceret
[5] et factum est verbum Domini ad me
dicens
[6] numquid sicut figulus iste non potero
facere vobis domus Israhel ait Do-
minus
Is 64,8! ecce sicut lutum in manu figuli sic
vos in manu mea domus Israhel
1,10! [7] repente loquar adversum gentem et
adversum regnum
ut eradicem et destruam et disper-
dam illud
26,3.13; 36,3; Ez 18,21.22! Ioel 2,13! Ion 3,10 [8] si paenitentiam egerit gens illa a ma-
lo suo quod locutus sum adversum
eam
agam et ego paenitentiam super
malo quod cogitavi ut facerem ei
[9] et subito loquar de gente et regno
ut aedificem et ut plantem illud
[10] si fecerit malum in oculis meis ut non
audiat vocem meam
paenitentiam agam super bono quod
locutus sum ut facerem ei
[11] nunc ergo dic viro Iudae et habitato-
ribus Hierusalem dicens
haec dicit Dominus
ecce ego fingo contra vos malum
et cogito contra vos cogitationem
revertatur unusquisque a via sua 25,5; 35,15
mala
et dirigite vias vestras et studia ves- 7,3!
tra
[12] qui dixerunt desperavimus post co-
gitationes enim nostras ibimus
et unusquisque pravitatem cordis 16,12!
sui mali faciemus
[13] ideo haec dicit Dominus
interrogate gentes quis audivit talia 2,10
horribilia quae fecit nimis virgo
Israhel
[14] numquid deficiet de petra agri nix
Libani
aut evelli possunt aquae erumpentes
frigidae et defluentes
[15] quia oblitus est mei populus meus 2,32!
frustra libantes et inpingentes in viis
suis
in semitis saeculi ut ambularent per Bar 4,13
eas
in itinere non trito
[16] ut fieret terra eorum in desolationem 19,8! 25,9.11.18! 44,22; Lv 26,32!
et in sibilum sempiternum
omnis qui praeterit per eam obstu- Lam 2,15; Mt 27,39!
pescet et movebit caput suum
[17] sicut ventus urens dispergam eos Iob 27,21
coram inimico
dorsum et non faciem ostendam eis
in die perditionis eorum
[18] et dixerunt venite et cogitemus con- Ps 82,4
tra Hieremiam cogitationes
non enim peribit lex a sacerdote ne-
que consilium a sapiente nec sermo
a propheta

27 extinguentur AO ‖ **18**,4 illud *om.* A | 6 ~ uobis facere A c | 9 et² + de Σ c | ut² *om.* CΣTΦ c | 11 iuda CΣST c | habitatori AOΦk r*//i* | 16 praeterierit T c | 17 inimicis ST; inimicos C | 18 [*hic desinit* k] | nec] neque CΣ. |

AC ΣΛOSTΦ(k) cr

venite et percutiamus eum lingua
et non adtendamus ad universos
sermones eius
19 adtende Domine ad me et audi vo-
cem adversariorum meorum
Ps 34,12! 20 numquid redditur pro bono malum
quia foderunt foveam animae meae
recordare quod steterim in conspec-
tu tuo ut loquerer pro eis bonum
et averterem indignationem tuam ab
eis
11,22; Is 9,17; IV Esr 15,57; Ps 108,13 21 propterea da filios eorum in famem
et deduc eos in manus gladii
Ps 108,9 fiant uxores eorum absque liberis et
viduae
et viri earum interficiantur morte
iuvenes eorum confodiantur gladio
in proelio
22 audiatur clamor de domibus eorum
adduces enim super eos latronem
repente
Ps 56,7! quia foderunt foveam ut caperent me
et laqueos absconderunt pedibus
meis
23 tu autem Domine scis omne consi-
lium eorum adversum me in mor-
tem
ne propitieris iniquitati eorum et
Ps 108,14 peccatum eorum a facie tua non
deleatur
fiant corruentes in conspectu tuo in
tempore furoris tui abutere eis
19 haec dicit Dominus vade et accipe
laguncul am figuli testeam
a senioribus populi et a senioribus
sacerdotum
2 et egredere ad vallem filii Ennom
quae est iuxta introitum portae Fic-
tilis
et praedicabis ibi verba quae ego
loquar ad te 3 et dices
17,20! audite verbum Domini reges Iuda
et habitatores Hierusalem
haec dicit Dominus exercituum Deus
Israhel
ecce ego inducam adflictionem super
locum istum
ita ut omnis qui audierit illam tin-
niant aures eius
4 eo quod dereliquerint me et alienum 1,16; 22,9!
fecerint locum istum
et libaverint in eo diis alienis quos
nescierunt ipsi et patres eorum et
reges Iuda
et repleverunt locum istum sanguine IV Rg 21,16!
innocentium
5 et aedificaverunt excelsa Baali 11,13
ad conburendos filios suos igni in 5–7: 7,31–33 IV Rg 17,31!
holocaustum Baali
quae non praecepi nec locutus sum
nec ascenderunt in cor meum
6 propterea ecce dies veniunt dicit
Dominus
et non vocabitur locus iste amplius
Thofeth et vallis filii Ennom sed IV Rg 23,10
vallis Occisionis
7 et dissipabo consilium Iudae et Hie-
rusalem in loco isto
et subvertam eos gladio in conspectu
inimicorum suorum
et in manu quaerentium animas eo-
rum
et dabo cadavera eorum escam vola-
tilibus caeli et bestiis terrae
8 et ponam civitatem hanc in stupo- 18,16! 50,13!
rem et in sibilum
omnis qui praeterierit per eam ob-
stupescet et sibilabit super universa
plaga eius
9 et cibabo eos carnibus filiorum suo- Dt 28,53! Bar 2,3
rum et carnibus filiarum suarum
et unusquisque carnes amici sui
comedet in obsidione et in angustia
in qua concludent eos inimici eorum
et qui quaerunt animas eorum
10 et conteres lagunculam in oculis

AC ΣΛOSTΦ cr 21 in manu CΣ ‖ **19,2** loquor CΣST | 4 libauerunt S c | 5 baali[1]] baalim CΣΛSTΦ c *Hi* | ad conburendum CΣ | in holocaustis CΣ. | baali[2]] baalim ΛST c *Hi* | 6 ~ amplius locus iste c. | 7 iuda ΣΛ c | escas CΣ | 8 uniuersam plagam O; omnes plagas CΣ. | 9 carnes] carnem Σ c *Hi* |

virorum qui ibunt tecum
11 et dices ad eos haec dicit Dominus
exercituum
48,38 sic conteram populum istum et civi-
tatem istam
Ps 2,9! Is 30,14 sicut conteritur vas figuli quod non
potest ultra instaurari
7,32 et in Thofeth sepelientur eo quod
non sit alius locus ad sepeliendum
12 sic faciam loco huic ait Dominus et
habitatoribus eius
ut ponam civitatem istam sicut Tho-
feth
13 et erunt domus Hierusalem et do-
mus regum Iuda sicut locus Tho-
feth
32,29; So 1,5 inmundae omnes domus in quarum
domatibus sacrificaverunt omni
militiae caeli
et libaverunt libamina diis alienis
14 venit autem Hieremias de Thofeth
quo miserat eum Dominus ad pro-
phetandum
7,2; 26,21 et stetit in atrio domus Domini et
dixit ad omnem populum
15 haec dicit Dominus exercituum Deus
Israhel
36,31 ecce ego inducam super civitatem
hanc et super omnes urbes eius
universa mala quae locutus sum ad-
versum eam
7,26! quoniam induraverunt cervicem su-
am ut non audirent sermones meos
38,1 **20** et audivit Phassur filius Emmer sa-
cerdos
qui constitutus erat princeps in
domo Domini
Hieremiam prophetantem sermones
istos
29,26; II Par 16,10! 2 et percussit Phassur Hieremiam
prophetam
et misit eum in nervum quod erat
in porta Beniamin superiori in do-
mo Domini
3 cumque inluxisset in crastinum edu-
xit Phassur Hieremiam de nervo
et dixit ad eum Hieremias
non Phassur vocavit Dominus no-
men tuum sed Pavorem undique
4 quia haec dicit Dominus ecce ego
dabo te in pavorem
te et omnes amicos tuos
et corruent gladio inimicorum suo-
rum
et oculi tui videbunt
et omnem Iudam dabo in manu regis II Par 33,11
Babylonis
et traducet eos in Babylonem et per-
cutiet eos gladio
5 et dabo universam substantiam civi- IV Rg 20,17; 24,13; Is 39,6
tatis huius
et omnem laborem eius omneque
pretium
et cunctos thesauros regum Iuda IV Rg 21,14
dabo in manu inimicorum eorum
et diripient eos et tollent
et ducent in Babylonem
6 tu autem Phassur et omnes habita-
tores domus tuae ibitis in captivi-
tatem
et in Babylonem venies et ibi morie-
ris ibique sepelieris
tu et omnes amici tui quibus pro-
phetasti mendacium
7 seduxisti me Domine et seductus
sum
fortior me fuisti et invaluisti
factus sum in derisum tota die om- 48,26! Ps 43,14; Lam 3,14; Ez 23,32; I Mcc 10,70
nes subsannant me
8 quia iam olim loquor vociferans
iniquitatem et vastitatem clamito
et factus est mihi sermo Domini in 6,10; Ps 43,14!
obprobrium et in derisum tota die
9 et dixi non recordabor eius neque
loquar ultra in nomine illius Ps 38,3.4!
et factus est in corde meo quasi ignis
exaestuans claususque in ossibus
meis

12 ut] et Λ c | 13 sacrificarunt CΣ. || 20,2 beniamin + in ACΣ | 4 in manum c.; in manibus C. | 5 omnemque pretium ACOΦ(*partim*)r | 7 in derisu CΣΛ | subsannabant A CΦ | 9 illius] eius C | AC ΣΛOSTΦ cr

et defeci ferre non sustinens
Ps 30,14; 40,10! 10 audivi enim contumelias multorum
et terrorem in circuitu
persequimini et persequamur eum
ab omnibus viris qui erant pacifici
mei et custodientes latus meum
si quo modo decipiatur et praevaleamus adversus eum
et consequamur ultionem ex eo
Ex 15,3; Is 42,13 11 Dominus autem mecum est quasi bellator fortis
17,18! idcirco qui persequuntur me cadent
et infirmi erunt
confundentur vehementer
23,40 quia non intellexerunt obprobrium sempiternum quod numquam delebitur
11,20! 12 et tu Domine exercituum probator
iusti qui vides renes et cor
videam quaeso ultionem tuam ex eis
tibi enim revelavi causam meam
Ps 46,7! 67,33 13 cantate Domino laudate Dominum
Iob 5,15! quia liberavit animam pauperis de manu malorum
Iob 3,3! 14 maledicta dies in qua natus sum
Iob 15,10 dies in qua peperit me mater mea
non sit benedicta
15 maledictus vir qui adnuntiavit patri meo dicens natus est tibi puer masculus
et quasi gaudio laetificavit eum
Is 1,9! 16 sit homo ille ut sunt civitates quas subvertit Dominus et non paenituit eum
audiat clamorem mane et ululatum
in tempore meridiano
Iob 3,11! 17 qui non me interfecit a vulva
IV Esr 5,35 ut fieret mihi mater mea sepulchrum
et vulva eius conceptus aeternus
Iob 10,18 18 quare de vulva egressus sum ut viderem laborem et dolorem
Ps 30,11! et consumerentur in confusione dies mei

21 verbum quod factum est ad Hieremiam a Domino
quando misit ad eum rex Sedecias
Phassur filium Melchiae et Sophoniam filium Maasiae sacerdotem
dicens
2 interroga pro nobis Dominum
quia Nabuchodonosor rex Babylonis
proeliatur adversum nos
si forte faciat Dominus nobiscum
secundum omnia mirabilia sua et
recedat a nobis
3 et dixit Hieremias ad eos sic dicetis Sedeciae 3,4: 27,12; 32,1; 37,5.6
4 haec dicit Dominus Deus Israhel
ecce ego convertam vasa belli quae
in manibus vestris sunt
et quibus vos pugnatis adversum
regem Babylonis
et Chaldeos qui obsident vos in circuitu murorum
et congregabo ea in medio civitatis huius
5 et debellabo ego vos in manu extenta et brachio forti Is 63,10! Ez 20,33 5,6: Lam 2,4
et in furore et in indignatione et in
ira grandi
6 et percutiam habitatores civitatis huius
homines et bestiae pestilentia magna
morientur
7 et post haec ait Dominus dabo Sedeciam regem Iuda et servos eius 24,8.9; 34,21; 44,30
et populum eius et qui derelicti sunt
in civitate hac a peste et gladio et
fame
in manu Nabuchodonosor regis Babylonis 22,25!
et in manu inimicorum eorum et in
manu quaerentium animam eorum
et percutiet eos in ore gladii
et non movebitur neque parcet nec
miserebitur

AC ΣΛOSTΦ cr 11 confundantur CST | numquam] non CΣ. | 12 causam meam] cor meum CΣ | 16 paenitebit CΣ | 17 qui] quia CΣS || **21,3** sedeciae + regi iudae CΣ | 4 eam AOS | in medium AOSr | 5 et[2] + in Φc | in[3] *om.* CΣS | 7 et[5] *om.* CT | mouebitur] flectetur c*Hi* | nec] neque C; et nec T |

8 et ad populum hunc dices haec dicit
Dominus
Sir 15,18! ecce ego do coram vobis viam vitae
et viam mortis
24,10; 27,8.12. 13; 29,17! 38,2; Ez 14,21! 9 qui habitaverit in urbe hac morietur
gladio et fame et peste
38,17 qui autem egressus fuerit et trans-
fugerit ad Chaldeos qui obsident
vos
vivet et erit ei anima sua quasi spo-
lium
39,16; 44,11; Am 9,4 10 posui enim faciem meam super civi-
tatem hanc in malum et non in
bonum ait Dominus
32,3.28; 34,2; 38,3.18! in manu regis Babylonis dabitur et
exuret eam igni
11 et domui regis Iuda
audite verbum Domini 12 domus Da-
vid haec dicit Dominus
22,3; Iob 5,15! Ps 81,4; Prv 24,11 Sir 4,9 iudicate mane iudicium et eruite vi
oppressum de manu calumniantis
4,4! ne forte egrediatur ut ignis indigna-
tio mea
et succendatur et non sit qui extin-
guat
propter malitiam studiorum vestro-
rum
13 ecce ego ad te habitatricem vallis
solidae atque campestris ait Domi-
nus
49,4 qui dicitis quis percutiet nos et quis
ingredietur domos nostras
7,20 14 et visitabo super vos iuxta fructum
studiorum vestrorum dicit Domi-
nus
22,7 et succendam ignem in saltu eius et
devorabit omnia in circuitu eius
22 haec dicit Dominus
descende in domum regis Iuda
et loqueris ibi verbum hoc 2 et dices
17,20! audi verbum Domini rex Iuda qui
4 sedes super solium David
tu et servi tui et populus tuus qui
ingredimini per portas istas
3 haec dicit Dominus
facite iudicium et iustitiam 7,5.6! 21,12! Dt 33,21!
et liberate vi oppressum de manu 16; Ps 81,3.4! Is 1,17
calumniatoris
et advenam et pupillum et viduam
nolite contristare
neque opprimatis inique
et sanguinem innocentem ne effun-
datis in loco isto
4 si enim facientes feceritis verbum
istud
ingredientur per portas domus huius 2; 17,25
reges
sedentes de genere David super
thronum eius
et ascendentes currus et equos ipsi
et servi et populus eorum
5 quod si non audieritis verba haec
in memet ipso iuravi dicit Dominus 51,14! Is 45,23!
quia in solitudinem erit domus haec Mt 23,38! Lc 13,35
6 quia haec dicit Dominus super do-
mum regis Iuda
Galaad tu mihi caput Libani
si non posuero te solitudinem urbes
inhabitabiles
7 et sanctificabo super te interficien- 6,4! 7,20
tem virum et arma eius
et succident electam cedrum tuam 21,14
et praecipitabunt in ignem
8 et pertransibunt gentes multae per 8.9: Dt 29,24–26; III Rg 9,8.9; II Par 7,21.22
civitatem hanc
et dicet unusquisque proximo suo
quare fecit Dominus sic civitati huic
grandi
9 et respondebunt eo quod derelique- 19,4
rint pactum Domini Dei sui
et adoraverint deos alienos et ser-
vierint eis
10 nolite flere mortuum neque lugeatis
super eum
fletu plangite eum qui egreditur
quia non revertetur ultra nec videbit

11 domus AS; domos CΣ.; domum TΦ || 22,2 per *om.* CS | 4 eius] dauid CΣ. | 5 in solitudine AΣS | 6 urbis inhabitabilis CΣS | 7 succendent COSΦ | electas cedros tuas c | AC ΣΛOSTΦ cr

terram nativitatis suae
11 quia haec dicit Dominus ad Sellum
filium Iosiae regem Iuda
qui regnavit pro Iosia patre suo
qui egressus est de loco isto non re-
vertetur huc amplius
IV Rg 23,34 12 sed in loco ad quem transtuli eum
ibi morietur
et terram istam non videbit amplius
Sir 21,9 13 vae qui aedificat domum suam in
iniustitia
et cenacula sua non in iudicio
Lv 19,13! amicum suum opprimet frustra
et mercedem eius non reddet ei
14 qui dicit aedificabo mihi domum la-
tam et cenacula spatiosa
qui aperit sibi fenestras et facit la-
quearia cedrina pingitque sinopide
15 numquid regnabis quoniam confers
te cedro
pater tuus numquid non comedit
et bibit
et fecit iudicium et iustitiam tunc
cum bene erat ei
3! 16 iudicavit causam pauperis et egeni in
bonum suum
numquid non ideo quia cognovit
me dicit Dominus
Ez 22,13.27! 33,31; II Pt 2,14 17 tui vero oculi et cor ad avaritiam
et ad sanguinem innocentem fun-
dendum
et ad calumniam et ad cursum mali
operis
18 propterea haec dicit Dominus ad
Ioachim filium Iosiae regem Iuda
non plangent eum vae frater et vae
fratres
non concrepabunt ei vae domine et
vae inclite
36,30; Is 5,25! 19 sepultura asini sepelietur putrefac-
tus et proiectus extra portas Hieru-
salem
20 ascende Libanum et clama et in Ba-
san da vocem tuam
et clama ad transeuntes quia contriti
sunt omnes amatores tui
21 locutus sum ad te
in abundantia tua dixisti non audiam 2,20.25
haec est via tua ab adulescentia tua
quia non audisti vocem meam
22 omnes pastores tuos pascet ventus
et amatores tui in captivitatem ibunt
et tunc confunderis et erubesces ab 3,25!
omni malitia tua
23 quae sedes in Libano et nidificas in
cedris
quomodo congemuisti cum venis-
sent tibi dolores quasi dolores par-
turientis
24 vivo ego dicit Dominus
quia si fuerit Iechonias filius Ioachim I Par 3,16
regis Iuda anulus in manu dextera Sir 49,13; Agg 2,24
mea inde avellam eum
25 et dabo te in manu quaerentium 21,7! 34,20
animam tuam
et in manu quorum tu formidas fa-
ciem
et in manu Nabuchodonosor regis
Babylonis
et in manu Chaldeorum
26 et mittam te et matrem tuam quae IV Rg 24,15!
genuit te
in terram alienam in qua nati non Is 22,18!
estis ibique moriemini
27 et in terram ad quam ipsi levant ani- 44,14
mam suam ut revertantur illuc non
revertentur
28 numquid vas fictile atque contritum Ps 30,13
vir iste Iechonias
numquid vas absque omni volup-
tate
quare abiecti sunt ipse et semen eius
et proiecti in terram quam ignora-
verunt
29 terra terra terra audi sermonem Do- Dt 32,1; Is 1,2!
mini
30 haec dicit Dominus
scribe virum istum sterilem

AC ΣΛΟSTΦ cr 13 in iniustitiam A | 17 ad² *om.* A | 18 ioiachim r.𝔐 | fratres] frater AA r.: soror S c.𝔐 *Hi* | 21 tua + et c | 23 quasi dolores *om.* AO.; dolores² *om.* ST | 24 ioiachim A r.𝔐 | euellam AOΦ c | 28 in terra CΣS. | 29 terra³ *om.* AΦ ||

virum qui in diebus suis non pro-
sperabitur
36.30 nec enim erit de semine eius vir qui
sedeat super solium David
et potestatem habeat ultra in Iuda
2.8; Ez 34.2 **23** vae pastoribus qui disperdunt et
dilacerant gregem pascuae meae
dicit Dominus
Ez 34.10 2 ideo haec dicit Dominus Deus Isra-
hel
Ez 34.8! ad pastores qui pascunt populum
meum
vos dispersistis gregem meum
eiecistis eos et non visitastis eos
ecce ego visitabo super vos malitiam
studiorum vestrorum ait Dominus
32.37; Ez 11.17! 34.13 3 et ego congregabo reliquias gregis
mei · de omnibus terris ad quas
eiecero eos illuc
et convertam eos ad rura sua et
crescent et multiplicabuntur
3.15; Ez 34.23! 4 et suscitabo super eos pastores et
pascent eos
non formidabunt ultra et non pave-
bunt
et nullus quaeretur ex numero dicit
Dominus
5 ecce dies veniunt ait Dominus et sus-
II Sm 7.12! 8.15! Ez 34.23! citabo David germen iustum
Is 32.1 et regnabit rex et sapiens erit
5.6: 33.15.16 et faciet iudicium et iustitiam in terra
6 in diebus illius salvabitur Iuda et Is-
Dt 33.28! rahel habitabit confidenter
et hoc est nomen quod vocabunt
I Esr 9.15! Lam 1.18 eum Dominus iustus noster
7.8: 16.14.15 7 propter hoc ecce dies veniunt dicit
Dominus
et non dicent ultra vivit Dominus
qui eduxit filios Israhel de terra
Aegypti
3.18! 8 sed vivit Dominus qui eduxit et ad-
duxit semen domus Israhel de terra
aquilonis
et de cunctis terris ad quas eiece-
ram eos illuc
et habitabunt in terra sua
9 ad prophetas
contritum est cor meum in medio Ps 6.3.4!
mei
contremuerunt omnia ossa mea fac- Is 29.9
tus sum quasi vir ebrius
et quasi homo madidus a vino
a facie Domini et a facie verborum
sanctorum eius
10 quia adulteris repleta est terra quia
a facie maledictionis luxit terra
arefacta sunt arva deserti
factus est cursus eorum malus et
fortitudo eorum dissimilis
11 propheta namque et sacerdos pol- 5.31! 6.13!
luti sunt
et in domo mea inveni malum eorum 7.30!
ait Dominus
12 idcirco via eorum erit quasi lubri- Ps 34.6
cum in tenebris
inpellentur enim et corruent in ea 11.23; 46.21!
adferam enim super eos mala annum
visitationis eorum ait Dominus
13 et in prophetis Samariae vidi fatui-
tatem
prophetabant in Baal et decipiebant 2.8
populum meum Israhel
14 et in prophetis Hierusalem vidi si-
militudinem
adulterium et iter mendacii
et confortaverunt manus pessimo- Ez 13.22
rum
ut non converteretur unusquisque a
malitia sua
facti sunt mihi omnes Sodoma et 49.18!
habitatores eius quasi Gomorra
15 propterea haec dicit Dominus exer- 9.15!
cituum ad prophetas
ecce ego cibabo eos absinthio et
potabo eos felle
a prophetis enim Hierusalem est e-

23,2 ideo] idcirco CΣ. | gregem] populum CΣ. | meum² + et c | 5 ait] dicit AΣΛc *Hi* | 6 illius AOr𝔐] illis *cet.* | 8 eiecerat CΣ; eiecero T. | 10 adulteriis ACO | 14 adulterantium Φc | omnes + ut c | 15 ~ egressa est c |

AC ΣΛOSTΦ cr

gressa pollutio super omnem terram
16 haec dicit Dominus exercituum
14,14! 27,9! 29,8 nolite audire verba prophetarum
qui prophetant vobis et decipiunt
vos
visionem cordis sui loquuntur non
de ore Domini
17 dicunt his qui blasphemant me lo-
6,14! 14,13 cutus est Dominus pax erit vobis
et omni qui ambulat in pravitate
5,12! cordis sui dixerunt non veniet su-
per vos malum
Iob 15,8! 18 quis enim adfuit in consilio Domini
et vidit et audivit sermonem eius
quis consideravit verbum illius et
audivit
19,20: 30,23.24 19 ecce turbo dominicae indignationis
egredietur
et tempestas erumpens super caput
impiorum veniet
20 non revertetur furor Domini usque
dum faciat
et usque dum conpleat cogitationem
cordis sui
in novissimis diebus intellegetis con-
silium eius
21 non mittebam prophetas et ipsi cur-
rebant
non loquebar ad eos et ipsi prophe-
tabant
22 si stetissent in consilio meo et nota
fecissent verba mea populo meo
avertissem utique eos a via sua mala
et a pessimis cogitationibus suis
23 putasne Deus e vicino ego sum dicit
Dominus et non Deus de longe
24 si occultabitur vir in absconditis et
ego non videbo eum dicit Dominus
Ps 138,8 numquid non caelum et terram ego
impleo ait Dominus
25 audivi quae dixerunt prophetae
25,26: 14,14! prophetantes in nomine meo men-
dacium atque dicentes
somniavi somniavi
26 usquequo istud in corde est pro- Ez 13,2
phetarum vaticinantium menda-
cium
et prophetantium seductiones cor-
dis sui
27 qui volunt facere ut obliviscatur
populus meus nominis mei
propter somnia eorum quae narrant
unusquisque ad proximum suum
sicut obliti sunt patres eorum nomi-
nis mei propter Baal
28 propheta qui habet somnium narret Nm 12,6!
somnium
et qui habet sermonem meum lo-
quatur sermonem meum vere
quid paleis ad triticum dicit Dominus
29 numquid non verba mea sunt quasi
ignis ait Dominus
et quasi malleus conterens petram
30 propterea ecce ego ad prophetas ait
Dominus
qui furantur verba mea unusquisque
a proximo suo
31 ecce ego ad prophetas ait Dominus 14,15
qui adsumunt linguas suas et aiunt
dicit Dominus
32 ecce ego ad prophetas somniantes Ez 13,8.9
mendacium ait Dominus
qui narraverunt ea et seduxerunt Mi 3,5
populum meum in mendacio suo
et in miraculis suis
cum ego non misissem eos nec man-
dassem eis
qui nihil profuerunt populo huic
dicit Dominus
33 si igitur interrogaverit te populus
iste vel propheta aut sacerdos di-
cens
quod est onus Domini dices ad eos
ut quid vobis onus
proiciam quippe vos dicit Dominus
34 et prophetes et sacerdos et populus

AC ΣΛΟSTΦ cr 17 blasphemant + ad A | 22 a² *om.* A *Hi* | ~ cogitationibus suis pessimis c | 24 ait] dicit ΣST c | 26 est *om.* ST.; ~ est istud in corde A; ~ istud est in corde Σ c | 27 narrat AΛ c | 29 ait] dicit Σ c | 31 dominus² *om.* S r 𝔐 *Hi* | 33 ut quid uobis] uos estis c *Hi* | 34 propheta T c |

qui dicit onus Domini
visitabo super virum illum et super domum eius
37 35 haec dicetis unusquisque ad proximum et ad fratrem suum
quid respondit Dominus et quid locutus est Dominus
36 et onus Domini ultra non memorabitur
quia onus erit unicuique sermo suus
et pervertitis verba Dei viventis Domini exercituum Dei nostri
35 37 haec dices ad prophetam
quid respondit tibi Dominus et quid locutus est Dominus
38 si autem onus Domini dixeritis propter hoc haec dicit Dominus
quia dixistis sermonem istum onus Domini
et misi ad vos dicens nolite dicere onus Domini
39 propterea ecce ego tollam vos portans
et derelinquam vos et civitatem quam dedi vobis et patribus vestris a facie mea
20.11 40 et dabo vos in obprobrium sempiternum
et in ignominiam aeternam quae numquam oblivione delebitur
24 ostendit mihi Dominus et ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum Domini
29.2; Bar 1.9; IV Rg 24.14.15! postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioachim regem Iuda
et principes eius et fabrum et inclusorem de Hierusalem
et adduxit eos in Babylonem
2 calathus unus ficus bonas habebat nimis
ut solent ficus esse primi temporis
et calathus unus ficus habebat malas nimis
quae comedi non poterant eo quod essent malae
3 et dixit Dominus ad me quid tu vides Hieremia 1.11
et dixi ficus ficus bonas bonas valde
et malas malas valde
quae comedi non possunt eo quod sint malae
4 et factum est verbum Domini ad me dicens
5 haec dicit Dominus Deus Israhel
sicut ficus hae bonae sic cognoscam transmigrationem Iuda
quam emisi de loco isto in terram Chaldeorum in bonum 29.20
6 et ponam oculos meos super eos ad placandum
et reducam eos in terram hanc
et aedificabo eos et non destruam 1.10! 42.10; 45.4; Am 9.15
et plantabo eos et non evellam
7 et dabo eis cor ut sciant me quia ego sum Dominus 31.33! Bar 2.31!
et erunt mihi in populum et ego ero eis in Deum 30.22; 31.1; 32.38; Lv 26.12
quia revertentur ad me in toto corde suo
8 et sicut ficus pessimae quae comedi non possunt eo quod sint malae 29.17
haec dicit Dominus
sic dabo Sedeciam regem Iuda et principes eius 8.9; 21.7!
et reliquos de Hierusalem qui remanserunt in urbe hac
et qui habitant in terra Aegypti
9 et dabo eos in vexationem adflictionemque omnibus regnis terrae 29.18! Is 43.28
in obprobrium et in parabolam et in proverbium et in maledictionem in universis locis ad quos eieci eos
10 et mittam in eis gladium et famem et pestem 21.9!
donec consumantur de terra quam dedi eis et patribus eorum

35 dominus[2] *om.* CΣ. | 36 peruertetis ΣS.; peruertistis ΛΟΦc | uiuentis] uidentis c(*ed.* 1598) | 38 dixisti sermonem A || 24,1 ioiachim A r.𝔐 | 2 ~ habebat bonas C | 3 ficus[2] + ficus CΣ. | bonas[2] *om.* AST | 8 ficus + ficus A | 9 ad quae c ||

AC ΣΛOSTΦ cr

27,1! 35,1; 36,1; 45,1 **25** verbum quod factum est ad Hiere-
miam de omni populo Iudae
1,3; 46,2; Dn 1,1 in anno quarto Ioachim filii Iosiae
regis Iuda
ipse est annus primus Nabuchodo-
nosor regis Babylonis
2 quae locutus est Hieremias propheta
ad omnem populum Iuda et ad
universos habitatores Hierusalem
dicens
1,2! 3 a tertiodecimo anno Iosiae filii Amon
regis Iuda usque ad diem hanc
iste est tertius et vicesimus annus
factum est verbum Domini ad me
7,13! et locutus sum ad vos de nocte con-
surgens et loquens et non audistis
7,25.26! 4 et misit Dominus ad vos omnes
servos suos prophetas
consurgens diluculo mittensque et
non audistis
neque inclinastis aures vestras ut
audiretis
18,11! 5 cum diceret revertimini unusquisque
a via sua mala
et a pessimis cogitationibus vestris
et habitabitis in terram quam dedit
Dominus vobis et patribus vestris
a saeculo et usque in saeculum
7,6 6 et nolite ire post deos alienos ut
serviatis eis adoretisque eos
neque me ad iracundiam provocetis
in operibus manuum vestrarum
et non adfligam vos
7 et non audistis me dicit Dominus
ut me ad iracundiam provocaretis in
operibus manuum vestrarum in
malum vestrum
8 propterea haec dicit Dominus exer-
cituum
pro eo quod non audistis verba mea
1,15! 27,6 9 ecce ego mittam et adsumam uni-
versas cognationes aquilonis ait
Dominus

et ad Nabuchodonosor regem Baby- 43,10
lonis servum meum
et adducam eos super terram istam
et super habitatores eius
et super omnes nationes quae in cir-
cuitu illius sunt
et interficiam eos et ponam eos in 18,16!
stuporem
et in sibilum et in solitudines sem-
piternas
10 perdamque ex eis vocem gaudii et 16,9 **10.11:**
vocem laetitiae 7,34! Bar 2,23
vocem sponsae et vocem sponsi Apc 18,22.23
vocem molae et lumen lucernae
11 et erit universa terra eius in solitu- 18,16!
dinem et in stuporem
et servient omnes gentes istae regi 27,7; 28,14
Babylonis septuaginta annis
12 cumque impleti fuerint anni septua-
ginta
visitabo super regem Babylonis 51,24
et super gentem illam dicit Dominus 51,62!
iniquitatem eorum
et super terram Chaldeorum
et ponam illam in solitudines sem-
piternas
13 et adducam super terram illam om-
nia verba mea quae locutus sum
contra eam
omne quod scriptum est in libro isto
quaecumque prophetavit Hieremias 46,1
adversum omnes gentes
14 quia servierunt eis cum essent gentes 27,7
multae et reges magni
et reddam eis secundum opera eo- 50,29!
rum et secundum facta manuum
suarum
15 quia sic dicit Dominus exercituum
Deus Israhel
sume calicem vini furoris huius de **15.16:**
manu mea 51,7; Ps 74,9; Is 51,17!
et propinabis de illo cunctis gentibus Hab 2,16; Apc 14,10! 18,3!
ad quas ego mittam te

AC ΣΛΟSTΦ cr 25,1 iuda[1] CSc; + dicens CΣ. | ioiachim A r.𝔐 | 2 quae] quod c | 3 est[1] *om.* c. | 4 et consurgens A; consurgensque S. | 5 in terra ΛSTΦc | dedit dominus] dedi C | 9 universas] omnes CΣ | ait] dicit C | ad *om.* ΛTΦc *Hi* | illius] eius CΣ | 10 ~ sponsi et uocem sponsae Λc | lumen] lucem O; uocem ACΣ | 11 eius] haec c. | 12 ~ septuaginta anni c |

16 et bibent et turbabuntur et insanient
a facie gladii quem ego mittam inter
eos
17 et accepi calicem de manu Domini
et propinavi cunctis gentibus ad quas
misit me Dominus
18 Hierusalem et civitatibus Iudae
et regibus eius et principibus eius
18,16! 29,18! 49,13 ut darem eos in solitudinem et in
stuporem
42,18! in sibilum et in maledictionem sicut
est dies ista
19 Pharaoni regi Aegypti et servis eius
et principibus eius et omni populo
eius
20 et universis generaliter cunctis regi-
bus terrae Ausitidis
et cunctis regibus terrae Philisthim
et Ascaloni et Gazae et Accaroni et
reliquiis Azoti
21 Idumeae et Moab et filiis Ammon
22 et cunctis regibus Tyri et cunctis re-
gibus Sidonis
et regibus terrae insularum qui sunt
trans mare
23 et Dedan et Theman et Buz
9,26 et universis qui adtonsi sunt in co-
mam
24 et cunctis regibus Arabiae
et cunctis regibus occidentis qui ha-
bitant in deserto
25 et cunctis regibus Zambri
et cunctis regibus Aelam
et cunctis regibus Medorum
26 et cunctis regibus aquilonis de prope
et de longe
unicuique contra fratrem suum
et omnibus regnis terrae quae super
faciem eius sunt
et rex Sesach bibet post eos
27 et dices ad eos
haec dicit Dominus exercituum De-
us Israhel
bibite et inebriamini et vomite et ca- Abd 16
dite
neque surgatis a facie gladii quem
ego mittam inter vos
28 cumque noluerint accipere calicem 49,12
de manu ut bibant
dices ad eos haec dicit Dominus
exercituum
bibentes bibetis
29 quia ecce in civitate in qua invoca-
tum est nomen meum ego incipio
adfligere
et vos quasi innocentes inmunes eri-
tis
non eritis inmunes Ez 38,21
gladium enim ego voco super omnes
habitatores terrae dicit Dominus
exercituum
30 et tu prophetabis ad eos omnia ver- Is 31,4
ba haec et dices ad illos
Dominus de excelso rugiet et de ha- Ioel 3,16; Am 1,2
bitaculo sancto suo dabit vocem
suam
rugiens rugiet super decorem suum Os 11,10!
celeuma quasi calcantium concine- 48,33; 51,14; Is 16,9
tur adversus omnes habitatores ter-
rae
31 pervenit sonitus usque ad extrema Is 48,20!
terrae
quia iudicium Domino cum gentibus Is 3,13! Os 4,1!
iudicatur ipse cum omni carne
impios tradidit gladio dicit Dominus
32 haec dicit Dominus exercituum
ecce adflictio egredietur de gente in
gentem
et turbo magnus egredietur a sum-
mitatibus terrae
33 et erunt interfecti Domini in die illa Is 66,16; So 2,12
a summo terrae usque ad summum
eius
non plangentur et non colligentur 8,2! 16,4

18 iuda S c | in² *om.* CO | stuporem + et T c | est *om.* A | 20 accaron O cr | reliquis ΛOSTΦ r | 21 et idumaeae c. | 22 cunctis²] uniuersis c *Hi* | terrae *om.* r𝔐 *Hi* | 23 thema c | 26 et cunctis] cunctis quoque c. | aquilonis + et C | supra CΣ | 28 manu + tua ΣΛΤΦ c | 29 incipiam c | innocentes + et c. | 30 calcantium] cantantium C ΣT | 31 sonus CO | tradidi CΣΦ c |

AC ΣΛOSTΦ cr

neque sepelientur
in sterquilinium super faciem terrae iacebunt
6,26! Za 11,3 34 ululate pastores et clamate
et aspergite vos cinere optimates gregis
quia conpleti sunt dies vestri ut interficiamini
et dissipationes vestrae
et cadetis quasi vasa pretiosa
Am 2,14; 9,1 35 et peribit fuga a pastoribus et salvatio ab optimatibus gregis
36 vox clamoris pastorum et ululatus optimatium gregis
quia vastavit Dominus pascuam eorum
37 et conticuerunt arva pacis a facie irae furoris Domini
38 dereliquit quasi leo umbraculum suum
4,7! 50,16 facta est terra eorum in desolationem a facie irae columbae et a facie irae furoris Domini
27,1! 26 in principio regis Ioachim filii Iosiae regis Iuda
factum est verbum istud a Domino dicens
7,2 2 haec dicit Dominus
19,14 sta in atrio domus Domini
IV Esr 15,1 et loqueris ad omnes civitates Iuda
de quibus veniunt ut adorent in domo Domini
universos sermones quos ego mandavi tibi ut loquaris ad eos
noli subtrahere verbum
18,8! 36,3 3 si forte audiant et convertantur unusquisque a via sua mala
et paeniteat me mali quod cogito facere eis
propter malitias studiorum eorum
4 et dices ad eos haec dicit Dominus
Dt 28,15! 4,5; Dn 9,10 si non audieritis me ut ambuletis in lege mea quam dedi vobis
5 ut audiatis sermones servorum meorum prophetarum 7,25.26!
quos ego misi ad vos de nocte consurgens et dirigens et non audistis
6 dabo domum istam sicut Silo 9; 7,14
et urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrae
7 et audierunt sacerdotes et prophetae et omnis populus Hieremiam loquentem verba haec in domo Domini
8 cumque conplesset Hieremias loquens omnia quae praeceperat ei Dominus
ut loqueretur ad universum populum
adprehenderunt eum sacerdotes et prophetae et omnis populus dicens morte morietur
9 quare prophetavit in nomine Domini dicens
sicut Silo erit domus haec 6; 7,14
et urbs ista desolabitur eo quod non sit habitator
et congregatus est omnis populus adversum Hieremiam in domum Domini
10 et audierunt principes Iuda verba haec
et ascenderunt de domo regis in domum Domini
et sederunt in introitu portae Domini novae 39,3; Rt 4,11
11 et locuti sunt sacerdotes et prophetae ad principes et ad omnem populum dicentes 38,4
iudicium mortis est viro huic Mt 26,66
quia prophetavit adversum civitatem istam sicut audistis auribus vestris
12 et ait Hieremias ad omnes principes et ad universum populum dicens
Dominus misit me ut prophetarem

AC ΣΛOSTΦ cr
34 gregis] regis COST | 35 gregis] regis CST | 36 pascuam AΛr𝔐] pascua *cet.* | 38 suum + quia c; | et O | 26,1 regis¹] regni c | ioiachim r.𝔐 | 3 conuertatur CΛ | cogitaui C | malitiam CΣc | 5 sermonem CΣ | 8 praecepit CΣ. | moriatur CΛc | 9 in domo ΛSΦ c | 10 in domum] in domo AT; domum CΣ. | in introitum CΣ | portae + domus ΣΛc |

ad domum istam
et ad civitatem hanc omnia verba quae audistis
7,3! 13 nunc ergo bonas facite vias vestras et studia vestra
et audite vocem Domini Dei vestri
18,8! et paenitebit Dominum mali quod locutus est adversum vos
14 ego autem ecce in manibus vestris sum
facite mihi ut bonum et rectum est in oculis vestris
15 verumtamen scitote et cognoscite quod si occideritis me
sanguinem innocentem traditis contra vosmet ipsos
et contra civitatem istam et habitatores eius
in veritate enim misit me Dominus ad vos
ut loquerer in auribus vestris omnia verba haec
16 et dixerunt principes et omnis populus ad sacerdotes et prophetas
non est viro huic iudicium mortis
quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos
17 surrexerunt ergo viri de senioribus terrae
et dixerunt ad omnem coetum populi loquentes
Mi 1,1 18 Michas de Morasthim fuit propheta in diebus Ezechiae regis Iudae
et ait ad omnem populum Iudae dicens
haec dicit Dominus exercituum
9,11! Mi 3,12 Sion quasi ager arabitur
et Hierusalem in acervum lapidum erit
et mons domus in excelsa silvarum
19 numquid morte condemnavit eum Ezechias rex Iuda et omnis Iuda
numquid non timuerunt Dominum
et deprecati sunt faciem Domini
et paenituit Dominum mali quod locutus erat adversum eos
itaque nos facimus malum grande contra animas nostras
20 fuit quoque vir prophetans in nomine Domini
Urias filius Semei de Cariathiarim
et prophetavit adversum civitatem istam
et adversum terram hanc iuxta universa verba Hieremiae
21 et audivit rex Ioachim et omnes potentes et principes eius verba haec
et quaesivit rex interficere eum Lc 22,2!
et audivit Urias et timuit
fugitque et ingressus est Aegyptum
22 et misit rex Ioachim viros in Aegyptum
Elnathan filium Achobor
et viros cum eo in Aegyptum
23 et eduxerunt Uriam de Aegypto
et adduxerunt eum ad regem Ioachim
et percussit eum gladio
et proiecit cadaver eius in sepulchris vulgi ignobilis
24 igitur manus Ahicam filii Saphan fuit IV Rg 22,12!
cum Hieremia ut non traderetur in manu populi et interficerent eum
27 in principio regni Ioachim filii Iosiae regis Iuda 25,1! 26,1
factum est verbum istud ad Hieremiam a Domino dicens
2 haec dicit Dominus ad me
fac tibi vincula et catenas et pones eas in collo tuo
3 et mittes eas ad regem Edom et ad regem Moab
et ad regem filiorum Ammon et ad regem Tyri
et ad regem Sidonis in manu nuntiorum

14 ut] quod Σc | 15 tradetis ΣΛΦc | 16 et[3] + ad Σc | 18 micheas ΣSc | iuda[1] S Tc | iuda[2] c. | mons] omnis A | 19 erat] fuerat c | 20 uniuersa] omnia c | 21 ioiachim A r.𝔐. *item vv.* 22.23 24 achiam CΣST: aicham O | in manus Φc | interficeret C ΛOST r: occiderent Σ. 27,1 ioiachim r𝔐: ioiachiam A. | 3 ad[3] *om.* CΣ.

AC ΣΛOSTΦ cr

qui venerunt Hierusalem ad Sede-
ciam regem Iuda
4 et praecipies eis ut ad dominos suos
loquantur
haec dicit Dominus exercituum De-
us Israhel
haec dicetis ad dominos vestros
32,17; 51,15; Is 45,12! 5 ego feci terram et hominem et iu-
menta quae sunt super faciem ter-
rae
in fortitudine mea magna et in bra-
chio meo extento
et dedi eam ei qui placuit in oculis
meis
25,9! 6,7: 28,14 6 et nunc itaque ego dedi omnes terras
istas in manu Nabuchodonosor re-
gis Babylonis servi mei
insuper et bestias agri dedi ei ut ser-
viant illi
Hab 2,5 7 et servient ei omnes gentes
et filio eius et filio filii eius
donec veniat tempus terrae eius et
ipsius
25,11.14 et servient ei gentes multae et reges
magni
13; 21,9! 8 gens autem et regnum quod non
servierit Nabuchodonosor regi Ba-
bylonis
et quicumque non curvaverit collum
suum sub iugo regis Babylonis
in gladio et in fame et in peste visi-
tabo super gentem illam ait Domi-
nus
donec consumam eos in manu eius
23,16! 29,8 9 vos ergo nolite audire prophetas ves-
9,10: 14 tros et divinos
et somniatores et augures et male-
ficos
qui dicunt vobis non servietis regi
Babylonis
15! 10 quia mendacium prophetant vobis
ut longe faciant vos de terra vestra
et eiciam vos et pereatis
Bar 2,21 11 porro gens quae subiecerit cervicem
suam sub iugo regis Babylonis et
servierit ei
dimittam eam in terra sua dicit Do-
minus
et colet eam et habitabit in ea
12 et ad Sedeciam regem Iuda locutus 21,3.4; 32,1; 37,5.6
sum
secundum omnia verba haec di-
cens
subicite colla vestra sub iugo regis 17; 38,17; 40,9 12.13: 21,9! 38,2
Babylonis
et servite ei et populo eius et vi-
vetis
13 quare moriemini tu et populus tuus 8!
gladio fame et peste
sicut locutus est Dominus ad gen-
tem quae servire noluerit regi Ba-
bylonis
14 nolite audire verba prophetarum di- 9,10!
centium vobis
non servietis regi Babylonis quia
mendacium ipsi loquuntur vobis
15 quia non misi eos ait Dominus
et ipsi prophetant in nomine meo 10! 14,14! Ez 13,6! Mt 7,22
mendaciter
ut eiciant vos et pereatis tam vos
quam prophetae qui vaticinantur
vobis
16 et ad sacerdotes et ad populum istum
locutus sum dicens
haec dicit Dominus nolite audire
verba prophetarum vestrorum
qui prophetant vobis dicentes
ecce vasa Domini revertentur de 28,3
Babylone nunc cito
mendacium enim prophetant vobis
17 nolite ergo audire eos sed servite regi 12!
Babylonis ut vivatis
quare datur haec civitas in solitudi-
nem
18 et si prophetae sunt et est verbum
Domini in eis
occurrant Domino exercituum
ut non veniant vasa quae derelicta

AC ΣΛOSTΦ cr

5 homines c | 7 seruiant[1] A | seruiant[2] A. | 10 faciam uos A.; ~ uos faciant c. | eiciant CΣOST c | 11 in terram suam AST | 13 gladio + et OST c | 15 eiciam r𝔐 *Hi* | 17 in solitudine AO | 18 ~ uerbum domini in eis est CΣ. |

fuerant in domum Domini
et in domum regis Iuda et in Hierusalem in Babylonem
19 quia haec dicit Dominus exercituum
IV Rg 25,13 ad columnas et ad mare et ad bases
et ad reliqua vasorum quae remanserunt in civitate hac
20 quae non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis
28,4; IV Rg 24,15! cum transferret Iechoniam filium Ioachim regem Iuda de Hierusalem in Babylonem
et omnes optimates Iuda et Hierusalem
21,22; 52,17 21 quia haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
ad vasa quae derelicta sunt in domum Domini et in domum regis Iuda et Hierusalem
IV Rg 25,13; I Esr 7,19 22 in Babylonem transferentur et ibi erunt usque ad diem visitationis suae dicit Dominus
et adferri faciam ea et restitui in loco isto
28 et factum est in anno illo in principio regni Sedeciae regis Iuda
in anno quarto in mense quinto
dixit ad me Ananias filius Azur propheta de Gabaon in domo Domini
coram sacerdotibus et omni populo dicens
2 haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
contrivi iugum regis Babylonis
27,16 3 adhuc duo anni dierum et ego referri faciam ad locum istum omnia vasa Domini
quae tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto
et transtulit ea in Babylonem
27,20! 4 et Iechoniam filium Ioachim regem Iuda et omnem transmigrationem Iudae qui ingressi sunt in Babylonem
ego convertam ad locum istum ait Dominus
conteram enim iugum regis Babylonis
5 et dixit Hieremias propheta ad Ananiam prophetam
in oculis sacerdotum et in oculis omnis populi qui stabant in domo Domini
6 et ait Hieremias propheta amen sic faciat Dominus suscitet Dominus verba tua quae prophetasti
ut referantur vasa in domo Domini
et omnis transmigratio de Babylone ad locum istum
7 verumtamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis
et in auribus universi populi
8 prophetae qui fuerunt ante me et te ab initio
et prophetaverunt super terras multas et super regna magna
de proelio et de adflictione et de fame
9 propheta qui vaticinatus est pacem Dt 18,22
cum venerit verbum eius scietur propheta quem misit Dominus in veritate
10 et tulit Ananias propheta catenam de collo Hieremiae prophetae et confregit eam
11 et ait Ananias in conspectu omnis populi dicens
haec dicit Dominus
sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum
de collo omnium gentium
12 et abiit Hieremias prophetes in viam suam

18 in domo[1] ΛSTΦc | in domo[2] ΛΦc | 20 ioiachim Ar.𝔐 | 21 in domo[1.2] ΛOSTΦc | 22 ad] in CΣ || 28,3 deferri CΣ. | uasa + domus c. | 4 ioiachim Ar.𝔐 | iudae[1] ΛOΦr | iuda[2] c. | ~ babylonis regis A | 5 stabat CΛOTΦc | 6 in domum ΛOc | 7 loquar C | 8 et ante te Λc | magna] multa Λ | 12 propheta[1] CΣSTc |

AC ΣΛOSTΦ cr

et factum est verbum Domini ad
Hieremiam
postquam confregit Ananias propheta catenam de collo Hieremiae
prophetae dicens
13 vade et dices Ananiae
haec dicit Dominus
catenas ligneas contrivisti
et facies pro eis catenas ferreas
14 quia haec dicit Dominus exercituum
Deus Israhel
Dt 28,48 iugum ferreum posui super collum
27,6.7 cunctarum gentium istarum
25,11 ut serviant Nabuchodonosor regi
Babylonis
et servient ei insuper et bestias terrae
dedi ei
15 et dixit Hieremias propheta ad Ananiam prophetam
29,31 audi Anania non misit te Dominus
et tu confidere fecisti populum istum
in mendacio
16 idcirco haec dicit Dominus
Dt 18,20! ecce emittam te a facie terrae
hoc anno morieris adversum Dominum enim locutus es
17 et mortuus est Ananias propheta in
anno illo mense septimo
Bar 6 tit 29 et haec sunt verba libri quae misit
Hieremias propheta de Hierusalem
ad reliquias seniorum transmigrationis
et ad sacerdotes et ad prophetas
et ad omnem populum quem transduxerat Nabuchodonosor de Hierusalem in Babylonem
24,11 2 postquam egressus est Iechonias rex
et domina
et eunuchi et principes Iuda et Hierusalem
et faber et inclusor de Hierusalem
3 in manu Ellasa filii Saphan et Gamaliae filii Helciae
quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in
Babylonem dicens
4 haec dicit Dominus exercituum Deus
Israhel
omni transmigrationi quam transtuli de Hierusalem in Babylonem 4.5: Am 9,14
5 aedificate domos et habitate 28: Is 65,21
et plantate hortos et comedite fructum eorum
6 accipite uxores et generate filios et
filias
date filiis vestris uxores et filias vestras date viris
et pariant filios et filias
et multiplicamini ibi et nolite esse
pauci numero
7 et quaerite pacem civitatis ad quam
transmigrare vos feci
et orate pro ea ad Dominum I Tim 2,2
quia in pace illius erit pax vobis
8 haec enim dicit Dominus exercituum Deus Israhel 23,16! Mt 24,4!
non vos inducant prophetae vestri 27,9!
qui sunt in medio vestrum et
divini vestri
et ne adtendatis ad somnia vestra
quae vos somniatis
9 quia falso ipsi prophetant vobis in 14,14!
nomine meo et non misi eos dicit
Dominus
10 quia haec dicit Dominus Dn 9,2
cum coeperint impleri in Babylone Bar 6,2
septuaginta anni
visitabo vos et suscitabo super vos
verbum meum bonum
ut reducam vos ad locum istum
11 ego enim scio cogitationes quas cogito super vos ait Dominus
cogitationes pacis et non adflictionis 33,6
ut dem vobis finem et patientiam

AC ΣΛOSTΦ cr

15 anania] ananias CΣ | 16 ecce + ego c | mittam CΛOSTc | dominum] deum CΣ. | ~ enim dominum c || 29,1 quae] quem A c | 2 iudae AΛT | et[4]] de CΦ; ex ST | 3 gamariae cr, *cf.* 𝔐 | 4 transtulit ASΦ (*partim*) | 6 filias[1] + et AS c | pauci + in C | 8 inducant ACO r] seducant *cet.* | 10 ut] et A | 11 quas + ego O c | finem] fidem CΣ |

Mc 11,24! 12.13: Mt 7,7.8! Lc 11,9.10 12 et invocabitis me et ibitis
et orabitis me et exaudiam vos
I Par 28,9! II Par 15,2 13 quaeretis me et invenietis cum quae-
Is 55,6! Am 5,4 sieritis me in toto corde vestro
14 et inveniar a vobis ait Dominus
30,3! 31,23: 32,44! et reducam captivitatem vestram
et congregabo vos de universis gentibus
et de cunctis locis ad quae expuli vos dicit Dominus
et reverti vos faciam de loco ad quem transmigrare vos feci
15 quia dixistis suscitavit nobis Dominus prophetas in Babylone
16 quia haec dicit Dominus ad regem qui sedet super solium David
et ad omnem populum habitatorem urbis huius
ad fratres vestros qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem
17 haec dicit Dominus exercituum
21,9! 42,17! Ez 5,17! ecce mittam in eis gladium et famem et pestem
24,8 et ponam eos quasi ficus malas
quae comedi non possunt eo quod pessimae sint
18 et persequar eos in gladio in fame et in pestilentia
24,9 et dabo eos in vexationem universis regnis terrae
25,18! 44,8; Ez 5,14.15; 22,4; IV Esr 4,23 in maledictionem et in stuporem
et in sibilum et in obprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos
Dt 18,19! 19 eo quod non audierint verba mea dicit Dominus
quae misi ad eos per servos meos prophetas
de nocte consurgens et mittens et non audistis dicit Dominus
20 vos ergo audite verbum Domini
24,5 omnis transmigratio quam emisi de Hierusalem in Babylonem
21 haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
ad Ahab filium Culia
et ad Sedeciam filium Maasiae
qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter
ecce ego tradam eos in manu Nabuchodonosor regis Babylonis
et percutiet eos in oculis vestris
22 et adsumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iuda quae est in Babylone dicentium
ponat te Dominus sicut Sedeciam et sicut Ahab quos frixit rex Babylonis in igne
23 pro eo quod fecerint stultitiam in Israhel 14,14!
et moechati sunt in uxores amicorum suorum
et locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter quod non mandavi eis
ego sum iudex et testis dicit Dominus
24 et ad Semeiam Neelamiten dices
25 haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem populum qui est in Hierusalem
et ad Sophoniam filium Maasiae sacerdotem
et ad universos sacerdotes dicens
26 Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiadae sacerdote
ut sis dux in domo Domini
super omnem virum arrepticium et prophetantem 20,2; II Par 16,10
ut mittas eum in nervum et in carcerem
27 et nunc quare non increpasti Hieremiam Anathothiten qui prophetat vobis

12 ibitis] uiuetis O; timebitis CΣ | et[4] + ego c | 13 quaeretis O cr 𝔐 *Hi*] quaeritis *cet.* | 14 ad locum a quo CΣ. | 15 suscitabit CΣΦ | in babylonem A r | 17 in eos Λ c | 18 in[2]] et ST; et in COΦ c; *om.* Σ. | eicio CΣ. | 21 culiae ΣΦ; coliae c | in manus c. | 25 amasiae CΣ | 26 ioadae ACΣS |

AC ΣΛOSTΦ cr

28 quia super hoc misit ad nos in Babylonem dicens longum est
51! aedificate domos et habitate
et plantate hortos et comedite fructum eorum
29 legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Hieremiae prophetae
30 et factum est verbum Domini ad Hieremiam dicens
31 mitte ad omnem transmigrationem dicens
haec dicit Dominus ad Semeiam Neelamiten
28,15 pro eo quod prophetavit vobis Semeias et ego non misi eum
et fecit vos confidere in mendacio
32 idcirco haec dicit Dominus
ecce ego visitabo super Semeiam Neelamiten et super semen eius
non erit ei vir sedens in medio populi huius
et non videbit bonum quod ego faciam populo meo ait Dominus
quia praevaricationem locutus est adversum Dominum

30 hoc verbum quod factum est ad Hieremiam a Domino dicens
36,2; Is 8,1; 30,8! 2 haec dicit Dominus Deus Israhel dicens
scribe tibi omnia verba quae locutus sum ad te in libro
Ioel 3,1 3 ecce enim dies veniunt dicit Dominus
29,14! Ez 39,25! Am 9,14 et convertam conversionem populi mei Israhel et Iuda ait Dominus
16,15! et convertam eos ad terram quam dedi patribus eorum et possidebunt eam
4 et haec verba quae locutus est Dominus ad Israhel et ad Iudam
5 quoniam haec dicit Dominus
vocem terroris audivimus
formido et non est pax
6 interrogate et videte si generat masculus
quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parientis Is 21,3!
et conversae sunt universae facies in auruginem
7 vae quia magna dies illa Ioel 2,11; So 1,14!
nec est similis eius tempusque tribulationis est Iacob et ex ipso salvabitur Is 33,2!
8 et erit in die illa ait Dominus exercituum
conteram iugum eius de collo tuo Is 9,4! Ez 34,27
et vincula illius disrumpam Na 1,13
et non dominabuntur ei amplius alieni
9 sed servient Domino Deo suo
et David regi suo quem suscitabo eis Ez 34,23! 37,24
10 tu ergo ne timeas serve meus Iacob ait Dominus 42,11; Is 43,1! 5,6! 10,11; 46,27,28
neque paveas Israhel
quia ecce ego salvo te de terra longinqua
et semen tuum de terra captivitatis eorum
et revertetur Iacob et quiescet
et cunctis affluet et non erit quem formidet
11 quoniam tecum ego sum ait Dominus ut salvem te
faciam enim consummationem in cunctis gentibus in quibus dispersi te Am 9,8
te autem non faciam in consummationem 4,27! Ps 117,18! Is 27,7
sed castigabo te in iudicio ut non tibi videaris innoxius
12 quia haec dicit Dominus
insanabilis fractura tua pessima plaga tua Na 3,19 12,13; 15,18; Is 1,6

AC ΣΛOS(T)Φ(I) cr

28 ~ in babylonem ad nos c. | fructus Sc | 31 mitte—dicens *om.* C || 30,1 [*deest* T *usque ad v.* 10] | 3 enim *om.* A | 4 ad² *om.* CΣ | 5 [*adest* I *usque ad* 37,9] | 6 parturientis Ic | 8 illius] eius Oc | 10 saluabo CΣΦc | affluet + bonis AΦc | 11 [*iterum adest* T] | in consummatione CΣ. | ~ uidearis tibi Φc. |

13 non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum
Ez 30,21 curationum utilitas non est tibi
4,30; Lam 1,2! 14 omnes amatores tui obliti sunt tui
te non quaerent
plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli
propter multitudinem iniquitatis tuae
dura facta sunt peccata tua
15 quid clamas super contritione tua
insanabilis est dolor tuus
propter multitudinem iniquitatis tuae
et dura peccata tua feci haec tibi
2,31 16 propterea omnes qui comedunt te devorabuntur
et universi hostes tui in captivitatem ducentur
et qui te vastant vastabuntur
cunctosque praedatores tuos dabo in praedam
33,6; Is 30,26 17 obducam enim cicatricem tibi
et a vulneribus tuis sanabo te dicit Dominus
Is 54,6 quia Eiectam vocaverunt te Sion
haec est quae non habebat requirentem
18 haec dicit Dominus
33,7 ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Iacob
et tectis eius miserebor
18.19: 31,4 et aedificabitur civitas in excelso suo
et templum iuxta ordinem suum fundabitur
19 et egredietur de eis laus voxque ludentium
et multiplicabo eos et non inminuentur
et glorificabo eos et non adtenuabuntur
20 et erunt filii eius sicut a principio
et coetus eius coram me permanebit
2,31 et visitabo adversum omnes qui tribulant eum
21 et erit dux eius ex eo Gn 49,10
et princeps de medio eius producetur
et adplicabo eum et accedet ad me Nm 16,5
quis enim iste est qui adplicet cor suum ut adpropinquet mihi ait Dominus
22 et eritis mihi in populum et ego ero vobis in Deum 24,7!
23 ecce turbo Domini furor egrediens procella ruens 23.24: 23,19.20
in capite impiorum conquiescet
24 non avertet iram indignationis Dominus
donec faciat et conpleat cogitationem cordis sui
in novissimo dierum intellegetis ea
31 in tempore illo dicit Dominus
ero Deus universis cognationibus Israhel 24,7!
et ipsi erunt mihi in populum
2 haec dicit Dominus
invenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio Prv 12,2!
vadet ad requiem suam Israhel
3 longe Dominus apparuit mihi
et in caritate perpetua dilexi te Is 43,4; 63,9; Mal 1,2!
ideo adtraxi te miserans
4 rursumque aedificabo te et aedificaberis virgo Israhel 30,18.19
adhuc ornaberis tympanis tuis et egredieris in choro ludentium
5 adhuc plantabis vineas in montibus Samariae Am 5,11!
plantabunt plantantes et donec tempus veniat non vindemiabunt
6 quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim
surgite et ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum Is 2,3! 27,13
7 quia haec dicit Dominus
exultate in laetitia Iacob
et hinnite contra caput gentium

14 te[1]] teque c | quaerunt AΣSTΦ(*partim*) | 15 est *om.* CT. | et + propter Φc | 17 a *om.* AS | 18 conuersationem AO | [*deest* T *usque ad* 31,4] | 19 minuentur AS|cr || 31,2 remanserat + a c | 4 [*iterum adest* T] | ludentium] psallentium CΣ. | 6 et *om.* C |

AC ΣΛOS(T)Φ| cr

personate canite et dicite
Ps 27,9 salva Domine populum tuum reliquias Israhel
16,15! [8]ecce ego adducam eos de terra aquilonis
et congregabo eos ab extremis terrae
inter quos erunt caecus et claudus et praegnans et pariens simul
coetus magnus revertentium huc
50,4 [9]in fletu venient et in precibus deducam eos
Is 49,10! et adducam eos per torrentes aquarum
in via recta et non inpingent in ea
Dt 32,6! quia factus sum Israheli pater
20 et Ephraim primogenitus meus est
[10]audite verbum Domini gentes
et adnuntiate insulis quae procul sunt et dicite
Is 40,11 qui dispersit Israhel congregabit eum
Sir 18,13; Ez 34,12 et custodiet eum sicut pastor gregem suum
[11]redemit enim Dominus Iacob
Iob 5,15! et liberavit eum de manu potentioris
Is 2,2.3! Ez 20,40 [12]et venient et laudabunt in monte Sion
Os 3,5 et confluent ad bona Domini
super frumento et vino et oleo et fetu pecorum et armentorum
Is 58,11 eritque anima eorum quasi hortus inriguus
et ultra non esurient
[13]tunc laetabitur virgo in choro
iuvenes et senes simul
Ps 29,12! Is 61,3 et convertam luctum eorum in gaudium
et consolabor eos et laetificabo a dolore suo
25! [14]et inebriabo animam sacerdotum pinguedine
et populus meus bonis meis adimplebitur ait Dominus
[15]haec dicit Dominus
vox in excelso audita est lamentationis fletus et luctus 3,21; Mt 2,18
Rachel plorantis filios suos
et nolentis consolari super eis quia non sunt
[16]haec dicit Dominus quiescat vox tua a ploratu et oculi tui a lacrimis
quia est merces operi tuo ait Dominus
et revertentur de terra inimici
[17]et est spes novissimis tuis ait Dominus
et revertentur filii ad terminos suos
[18]audiens audivi Ephraim transmigrantem
castigasti me et eruditus sum quasi iuvenculus indomitus
converte me et revertar quia tu Dominus Deus meus Lam 5,21
[19]postquam enim convertisti me egi paenitentiam
et postquam ostendisti mihi percussi femur meum Ez 21,12
confusus sum et erubui quoniam sustinui obprobrium adulescentiae meae
[20]si filius honorabilis mihi Ephraim si puer delicatus 9
quia ex quo locutus sum de eo adhuc recordabor eius
idcirco conturbata sunt viscera mea super eum Os 11,9
miserans miserebor eius ait Dominus
[21]statue tibi speculam pone tibi amaritudines
dirige cor tuum in viam directam in qua ambulasti
revertere virgo Israhel revertere ad civitates tuas istas 3,7
[22]usquequo deliciis dissolveris filia

AC ΣΛOS(T)Φl cr 7 personate + et l c | 8 et[3] *om.* Λ c | 9 precibus] misericordia c *Hi* | deducam] reducam c *Hi*; ducam ST | 10 adnuntiate + in CΣl c | 11 redimit A.; redimet CΣΛl | liberabit ACΣΛS | 12 [*deest* T *usque ad v.* 20] | 15 ~ luctus et fletus c. | plorans CΣ | super eos AΣ | 18 transmigrationem CΣ | conuertar c *Hi* | domine AΛ | 20 miserabor ASr | [*iterum adest* T] | 21 specula A; speculum Λ | in uiam rectam c; in uia directa ST |

vaga
quia creavit Dominus novum super terram
femina circumdabit virum
23 haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
adhuc dicent verbum istud in terra Iuda et in urbibus eius
29,14! cum convertero captivitatem eorum
benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiae mons sanctus
24 et habitabunt in eo Iudas et omnes civitates eius simul
agricolae et minantes greges
14: Ps 106,9! Mt 11,28 25 quia inebriavi animam lassam
et omnem animam esurientem saturavi
26 ideo quasi de somno suscitatus sum et vidi
et somnus meus dulcis mihi
27 ecce dies veniunt dicit Dominus
Ez 36,11.37.38! Os 2,23 et seminabo domum Israhel et domum Iuda semine hominis et semine iumentorum
1,10! 32,42! 44,27; Bar 2,9; Dn 9,14 28 et sicut vigilavi super eos ut evellerem et demolirer
et dissiparem et disperderem et adfligerem
sic vigilabo super eos ut aedificem et plantem ait Dominus
29 in diebus illis non dicent ultra
Ez 18,2.3 patres comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstipuerunt
Ez 18,4.20! 30 sed unusquisque in iniquitate sua morietur
omnis homo qui comederit uvam acerbam obstupescent dentes eius
50,4.5 31—34: Hbr 8,8-12 31 ecce dies veniunt dicit Dominus
et feriam domui Israhel et domui Iuda foedus novum
Dt 29,25! 32 non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris
in die qua adprehendi manum eorum
ut educerem eos de terra Aegypti
pactum quod irritum fecerunt
et ego dominatus sum eorum dicit Dominus
33 sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israhel 33.34: Hbr 10,16.17
post dies illos dicit Dominus
dabo legem meam in visceribus eorum 24,7! Bar 2,35
et in corde eorum scribam eam
et ero eis in Deum Ez 11,20!
et ipsi erunt mihi in populum
34 et non docebunt ultra vir proximum suum
et vir fratrem suum dicens cognoscite Dominum
omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum ait Dominus Lc 1,77
quia propitiabor iniquitati eorum et peccati eorum non ero memor amplius III Rg 8,50! Is 43,25!
35 haec dicit Dominus
qui dat solem in lumine diei Gn 1,16: Ps 135,7-9
ordinem lunae et stellarum in lumine noctis
qui turbat mare et sonant fluctus eius Is 51,15!
Dominus exercituum nomen illi
36 si defecerint leges istae coram me dicit Dominus
tunc et semen Israhel deficiet
ut non sit gens coram me cunctis diebus
37 haec dicit Dominus
si mensurari potuerint caeli sursum
et investigari fundamenta terrae deorsum
et ego abiciam universum semen Israhel
propter omnia quae fecerunt dicit Dominus
38 ecce dies veniunt dicit Dominus

24 greges] oues gregis CΣ | 27 uenient AOSΦ | hominum A c *Hi* | 31 [*deest* T *usque ad v.* 37] | uenient Φ c | 32 uestris] eorum Λ c | qua] quando CΛ r *Hi* | 33 in corda AΣ | 34 docebit c | cognosce AΣΦ c *Hi* | ero memor] memorabor c | 37 poterint CΣΛ | [*iterum adest* T] | AC ΣΛOS(T)Φ| cr

et aedificabitur civitas Domino
II Par 26,9; Za 14,10 a turre Ananehel usque ad portam Anguli
39 et exibit ultra norma mensurae in conspectu eius
super collem Gareb et circuibit Goatha
40 et omnem vallem cadaverum et cineris
et universam regionem mortis
usque ad torrentem Cedron et usque ad angulum portae Equorum orientalis
sanctum Domini non evelletur et non destruetur ultra in perpetuum
21,3.4; 27,12; 37,5.6 **32** verbum quod factum est ad Hieremiam a Domino
in anno decimo Sedeciae regis Iuda
ipse est annus octavusdecimus Nabuchodonosor
34,1; 52,4; IV Rg 25,1 2 tunc exercitus regis Babylonis obsi-
Ez 24,2 debat Hierusalem
37,20! 38,6; II Esr 3,25 et Hieremias propheta erat clausus in atrio carceris
qui erat in domo regis Iuda
3 clauserat enim eum Sedecias rex Iuda dicens
quare vaticinaris dicens haec dicit Dominus
28; 21,10! 38,3 ecce ego dabo civitatem istam in manu regis Babylonis et capiet eam
34,3 4 et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldeorum
IV Rg 25,6 sed tradetur in manu regis Babylonis
et loquetur os eius cum ore illius
et oculi eius oculos illius videbunt
5 et in Babylonem ducet Sedeciam
et ibi erit donec visitem eum ait Dominus
si autem dimicaveritis adversum Chaldeos nihil prosperum habebitis
6 et dixit Hieremias
factum est verbum Domini ad me dicens
7 ecce Anamehel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te dicens
eme tibi agrum meum qui est in Anathoth
tibi enim conpetit ex propinquitate Lv 25,25! Rt 4,4
ut emas
8 et venit ad me Anamehel filius patrui mei secundum verbum Domini
ad vestibulum carceris et ait ad me
posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Beniamin
quia tibi conpetit hereditas Lv 25,25!
et tu propinquus ut possideas
intellexi autem quod verbum Domini esset
9 et emi agrum ab Anamehel filio patrui mei qui est in Anathoth
et adpendi ei argentum septem stateres et decem argenteos
10 et scripsi in libro et signavi et adhibui testes
et adpendi argentum in statera
11 et accepi librum possessionis signatum
stipulationes et rata et signa forinsecus
12 et dedi librum possessionis Baruch 16; 36,32
filio Neri filii Maasiae
in oculis Anamehel patruelis mei
et in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis
in oculis omnium Iudaeorum qui sedebant in atrio carceris
13 et praecepi Baruch coram eis dicens
14 haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
sume libros istos
librum emptionis hunc signatum
et librum hunc qui apertus est
et pones illos in vase fictili
ut permanere possint diebus multis

AC ΣΛΟS(T)Φl cr
39 normam CΣSTl | 40 cineres ΛΟΤΦ r *Hi* || **32**,1 decimus octauus c.; octauus l. | 3 iudae AO r | do A.𝔐 | in manus c | 4 in manus c | 5 [*deest* T *usque ad v.* 13] | 7 tuus] tui A | 8 propinquus + es c | 9 ei *om.* CS | 11 signatum + et Cc | 12 et² *om.* c. | emptionis + et c | 14 [*iterum adest* T] | pone c |

[15]haec enim dicit Dominus exerci-
tuum Deus Israhel
43 adhuc possidebuntur domus et agri
et vineae in terra ista
[16]et oravi ad Dominum postquam
12! tradidi librum possessionis Baruch
filio Neri dicens
[17]heu heu heu Domine Deus
27,5! Is 37,16! ecce tu fecisti caelum et terram in
fortitudine tua magna
et in brachio tuo extento
27! Gn 18,14! non erit tibi difficile omne verbum
[18]qui facis misericordiam in milibus
Ex 20,5.6! et reddes iniquitatem patrum in si-
nu filiorum eorum post eos
10,16! Ps 23,8.10 fortissime magne potens Dominus
exercituum nomen tibi
Ps 65,5 [19]magnus consilio et inconprehensi-
bilis cogitatu
cuius oculi aperti sunt super omnes
vias filiorum Adam
17,10! Sir 16,15! III Rg 8,39! ut reddas unicuique secundum vias
suas
et secundum fructum adinventio-
num eius
II Esr 9,10! [20]qui posuisti signa et portenta in terra
Aegypti
usque ad diem hanc et in Israhel et
in hominibus
Bar 2,11 et fecisti tibi nomen sicut est dies
haec
Dt 26,8! Bar 2,11 [21]et eduxisti populum tuum Israhel de
terra Aegypti
in signis et in portentis
et in manu robusta et in brachio ex-
tento et in terrore magno
11,5! [22]et dedisti eis terram hanc quam iuras-
ti patribus eorum ut dares eis
terram fluentem lacte et melle
[23]et ingressi sunt et possederunt eam
9,13! et non oboedierunt voci tuae et in
lege tua non ambulaverunt
omnia quae mandasti eis ut facerent
non fecerunt
et evenerunt eis omnia mala haec
[24]ecce munitiones extructae sunt ad- 33,4.5
versum civitatem ut capiatur
et urbs data est in manu Chaldeo- 36
rum qui proeliantur adversum eam
a facie gladii et famis et pestilentiae
et quaecumque locutus es acciderunt
ut ipse tu cernis
[25]et tu dicis mihi Domine Deus
eme agrum argento et adhibe testes
cum urbs data sit in manu Chaldeo-
rum
[26]et factum est verbum Domini ad
Hieremiam dicens
[27]ecce ego Dominus Deus universae Nm 16,22! Dn 14,4
carnis
numquid mihi difficile erit omne ver- 17! Za 8,6!
bum
[28]propterea haec dicit Dominus
ecce ego tradam civitatem istam in 3; 21,10!
manu Chaldeorum et in manu re-
gis Babylonis et capiet eam
[29]et venient Chaldei proeliantes ad-
versum urbem hanc
et succendent eam igni et conburent
eam
et domos in quarum domatibus sac- 19,13
rificabant Baal
et libabant diis alienis libamina ad
inritandum me
[30]erant enim filii Israhel et filii Iuda 3,25!
iugiter facientes malum in oculis
meis ab adulescentia sua
filii Israhel qui usque nunc exacer-
bant me in opere manuum suarum
dicit Dominus
[31]quia in furore et in indignatione mea
facta est mihi civitas haec
a die qua aedificaverunt eam usque
ad diem istam qua aufertur de con-
spectu meo
[32]propter malitiam filiorum Israhel et 2,26

18 reddis Λc | in sinum ΛOSTΦc | magne + et c. | 20 hominibus] omnibus CΣΛ Ol | 21 [*deest* T *usque ad v.* 30] | 23 obaudierunt CΣ | facerent + et A | uenerunt CΣSl | 24 in manus Φc | ~ tu ipse c; ipse Φ | 25 dices AΦ | in manus c | 28 in manus[1.2] c | capient c | 30 [*iterum adest* T] | sua] tua C | 31 auferetur ΣSTΦlc |

AC
ΣΛOS(T)Φl
cr

filiorum Iuda
quam fecerunt ad iracundiam me provocantes
ipsi et reges eorum
principes eorum et sacerdotes et prophetae eorum
vir Iuda et habitatores Hierusalem
2.27 33 et verterunt ad me terga et non facies
cum docerem eos diluculo et erudirem
et nollent audire ut acciperent disciplinam
34.35; 7.30.31! 34 et posuerunt idola sua in domo in qua invocatum est nomen meum ut polluerent eam
35 et aedificaverunt excelsa Baal quae sunt in valle filii Ennom
Ps 105.37! ut initiarent filios suos et filias suas Moloch
quod non mandavi eis nec ascendit in cor meum
ut facerent abominationem hanc et in peccatum deducerent Iudam
36 et nunc propter ista
haec dicit Dominus Deus Israhel
24 ad civitatem hanc de qua vos dicitis quod tradatur in manu regis Babylonis
in gladio et in fame et in peste
23.3! 37 ecce ego congregabo eos de universis terris ad quas eieci eos
in furore meo et in ira mea et in indignatione grandi
et reducam eos ad locum istum
et habitare eos faciam confidenter
24.7! 38 et erunt mihi in populum et ego ero eis in Deum
Ez 11.19! 39 et dabo eis cor unum et viam unam
ut timeant me universis diebus
et bene sit eis et filiis eorum post eos
Is 55.3! Ez 16.60 40 et feriam eis pactum sempiternum
et non desinam eis benefacere
et timorem meum dabo in corde eorum ut non recedant a me
41 et laetabor super eis cum bene eis fecero Dt 28.63; Is 65.19!
et plantabo eos in terra ista in veritate
in toto corde meo et in tota anima mea
42 quia haec dicit Dominus 31.28! Bar 4.18; Za 8.14.15
sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande
sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos
43 et possidebuntur agri in terra ista 15
de qua vos dicitis quod deserta sit
eo quod non remanserit homo et iumentum
et data sit in manu Chaldeorum
44 agri pecunia ementur et scribentur in libro
et inprimetur signum et testis adhibebitur
in terra Beniamin et in circuitu Hierusalem 17.26; 33.13
in civitatibus Iuda et in civitatibus montanis
et in civitatibus campestribus et in civitatibus quae ad austrum sunt
quia convertam captivitatem eorum ait Dominus 29.14! 33.7!
33 et factum est verbum Domini ad Hieremiam secundo
cum adhuc clausus esset in atrio carceris dicens
2 haec dicit Dominus qui facturus est Dominus et formaturus illud et paraturus Dominus nomen eius
3 clama ad me et exaudiam te Is 30.19!
et adnuntiabo tibi grandia et firma quae nescis
4 quia haec dicit Dominus Deus Israhel 4.5; 32.24
ad domos urbis huius et ad domos regis Iuda quae destructae sunt Is 22.10

AC ΣΛOS(T)Φl cr

32 sacerdotes + eorum c | uir CΛr𝔐, *cf. Hi(var. lect.)*] uiri *cet., cf. Hi(text.)* | 36 tradetur ATc; traditur Sl | in manus Σc | in³ *om.* AT. | in⁴ *om.* AT | 37 [*deest* T *usque ad* 33,1] | 40 in corda Cl | 41 super eos AΣ | 42 loquar AΦ | 43 in manus c | 44 ~ ementur pecunia c. | inprimitur AS | testes adhibentur AOr || 33,1 [*iterum adest* T] | 2 qui] quae CΣ; quia S. | dominus² *om.* AΦc |

et ad munitiones et gladium
5 venientium ut dimicent cum Chaldeis
et impleant eas cadaveribus hominum
quas percussi in furore meo et in indignatione mea
abscondens faciem meam a civitate hac
propter omnem malitiam eorum
30,17: Is 30,26 6 ecce ego obducam ei cicatricem et sanitatem et curabo eos
29,11 et revelabo illis deprecationem pacis et veritatis
30,18! 32,44! 7 et convertam conversionem Iuda et conversionem Hierusalem
et aedificabo eos sicut a principio
Ez 36,25! 8 et emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccaverunt mihi
8.9: Ps 78,9! et propitius ero cunctis iniquitatibus eorum
in quibus deliquerunt mihi et spreverunt me
13,11: Dt 26,19; So 3,20! 9 et erit mihi in nomen et in gaudium et in laudem
et in exultationem cunctis gentibus terrae
quae audierint omnia bona quae ego facturus sum eis
et pavebunt et turbabuntur in universis bonis
et in omni pace quam ego faciam ei
10 haec dicit Dominus
adhuc audietur in loco isto quem vos dicitis esse desertum
eo quod non sit homo et iumentum in civitatibus Iuda et foris Hierusalem
quae desolatae sunt absque homine et absque habitatore et absque pecore
Is 51,3 11 vox gaudii et vox laetitiae
vox sponsi et vox sponsae
vox dicentium confitemini Domino exercituum quoniam bonus Dominus Ps 105,1! Dn 3,89.90
quoniam in aeternum misericordia eius
et portantium vota in domum Domini
reducam enim conversionem terrae sicut a principio dicit Dominus
12 haec dicit Dominus exercituum
adhuc erit in loco isto deserto absque homine et absque iumento
et in cunctis civitatibus eius
habitaculum pastorum accubantium gregum
13 in civitatibus montuosis et in civitatibus campestribus et in civitatibus quae ad austrum sunt 32,44!
et in terra Beniamin et in circuitu Hierusalem et in civitatibus Iuda
adhuc transibunt greges ad manum numerantis ait Dominus
14 ecce dies veniunt dicit Dominus
et suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israhel et ad domum Iuda
15 in diebus illis et in tempore illo 15.16: 23,5.6!
germinare faciam David germen iustitiae
et faciet iudicium et iustitiam in terra II Sm 8,15!
16 in diebus illis salvabitur Iuda et
Hierusalem habitabit confidenter Za 14,11
et hoc est quod vocabit eam
Dominus iustus noster
17 quia haec dicit Dominus
non interibit de David vir qui sedeat super thronum domus Israhel II Par 6,16; III Rg 2,4
18 et de sacerdotibus et Levitis non interibit vir a facie mea
qui offerat holocaustomata et incendat sacrificium et caedat victimas cunctis diebus III Rg 8,64!
19 et factum est verbum Domini ad

4 et[3] + ad ΑΛSΦc | 5 quas] quos lc | 6 ei] eis Oc | 7 hierusalem] israhel r𝔐 | 9 in exultatione AC | audierunt AO | [*deest* T *usque ad v.* 15] | ei ASΦr𝔐] eis *cet.* | 10 et[1]] nec Φc | absque homines et absque habitatores A | 15 [*iterum adest* T] | 16 iudaea AS | est + nomen Σc | uocabunt c | eum CΣΛOc | 18 et[2] + de TΦc | cunctis] omnibus c |

AC ΣΛOS(T)Φl cr

Hieremiam dicens
20.21: 25.26 [20]haec dicit Dominus
Ps 88,36–38 si irritum fieri potest pactum meum
cum die et pactum meum cum
nocte
ut non sit dies et nox in tempore
suo
[21]et pactum meum irritum esse poterit
cum David servo meo
ut non sit ex eo filius qui regnet in
throno eius
et Levitae et sacerdotes ministri mei
Gn 15,5; Dn 3,36! [22]sicuti numerari non possunt stellae
caeli et metiri harena maris
sic multiplicabo semen David servi
mei et Levitas ministros meos
[23]et factum est verbum Domini ad
Hieremiam dicens
[24]numquid non vidisti quid populus
hic locutus sit dicens
duae cognationes quas elegerat Do-
minus abiectae sunt
et populum meum despexerunt
eo quod non sit ultra gens coram eis
25.26: 20.21! [25]haec dicit Dominus
si pactum meum inter diem et noc-
tem et leges caelo et terrae non
posui
[26]equidem et semen Iacob et David
servi mei proiciam
ut non adsumam de semine eius
principes seminis Abraham et Isaac
et Iacob
reducam enim conversionem eorum
et miserebor eis
32,2; 52,4; IV Rg 25,1; Ez 24,2 **34** verbum quod factum est ad Hiere-
miam a Domino
quando Nabuchodonosor rex Baby-
lonis et omnis exercitus eius
universaque regna terrae quae erant
sub potestate manus eius
et omnes populi bellabant contra
Hierusalem
et contra omnes urbes eius dicens
[2]haec dicit Dominus Deus Israhel
vade et loquere ad Sedeciam regem
Iuda et dices ad eum
haec dicit Dominus ecce ego tradam 21,10!
civitatem hanc in manu regis Baby-
lonis et succendet eam igni
[3]et tu non effugies de manu eius 32,4!
sed conprehensione capieris et in
manu eius traderis
et oculi tui oculos regis Babylonis
videbunt
et os eius cum ore tuo loquetur
et Babylonem introibis
[4]attamen audi verbum Domini Sede-
cia rex Iuda
haec dicit Dominus ad te
non morieris in gladio [5]sed in pace
morieris
et secundum conbustiones patrum II Par 21,19
tuorum regum priorum qui fuerunt
ante te sic conburent te
et vae domine plangent te
quia verbum ego locutus sum dicit
Dominus
[6]et locutus est Hieremias propheta ad
Sedeciam regem Iuda
universa verba haec in Hierusalem
[7]et exercitus regis Babylonis pugna-
bat contra Hierusalem
et contra omnes civitates Iuda quae
reliquae erant
contra Lachis et contra Azeca
haec enim supererant de civitatibus
Iuda urbes munitae
[8]verbum quod factum est ad Hiere-
miam a Domino
postquam percussit rex Sedecias foe-
dus cum omni populo in Hierusa-
lem
praedicans [9]ut dimitteret unusquis- 14!
que servum suum et unusquisque
ancillam suam hebraeum et heb-
raeam liberos
et nequaquam dominarentur eis

AC ΣΛOS(T)Φl cr 20 ~ potest fieri Cl c | 21 leuites A | 22 enumerari Tl c: enumerare S. | 24 numquid — dicens *om.* A | cogitationes CS | 25 [*deest* T *usque ad* 34, 6] | 26 et[3] *om.* l c || **34**,2 in manus c | 4 et tamen Cl | sedecias CΣl | 6 [*iterum adest* T] | 7 hae CΣΛ c | 8 domino + dicens Cl |

id est in Iudaeo et fratre suo
10 audierunt ergo omnes principes et universus populus qui inierant pactum
ut dimitteret unusquisque servum suum et unusquisque ancillam suam liberos
et ultra non dominarentur in eis
audierunt igitur et dimiserunt
16 11 et conversi sunt deinceps et retraxerunt servos et ancillas suas quos dimiserant liberos
et subiugaverunt in famulos et in famulas
12 et factum est verbum Domini ad Hieremiam a Domino dicens
13 haec dicit Dominus Deus Israhel
Dt 29,25! ego percussi foedus cum patribus vestris
in die qua eduxi eos de terra Aegypti de domo servitutis dicens
14 cum conpleti fuerint septem anni
9; Ex 21,2! dimittat unusquisque fratrem suum hebraeum qui venditus est ei
et serviet tibi sex annis et dimittes eum a te liberum
et non audierunt patres vestri me nec inclinaverunt aurem suam
15 et conversi estis vos hodie et fecistis quod rectum est in oculis meis
ut praedicaretis libertatem unusquisque ad amicum suum
et inistis pactum in conspectu meo in domo in qua invocatum est nomen meum super eam
11 16 et reversi estis et commaculastis nomen meum
et reduxistis unusquisque servum suum et unusquisque ancillam suam
quos dimiseratis ut essent liberi et suae potestatis
et subiugastis eos ut sint vobis servi et ancillae
17 propterea haec dicit Dominus
vos non audistis me ut praedicaretis libertatem unusquisque fratri suo et unusquisque amico suo
ecce ego praedico libertatem ait Dominus
ad gladium et pestem et famem 14,12!
et dabo vos in commotionem cunctis regnis terrae
18 et dabo viros qui praevaricantur foedus meum et non observaverunt verba foederis quibus adsensi sunt in conspectu meo
vitulum quem ceciderunt in duas partes Gn 15,10
et transierunt inter divisiones eius Gn 15,17
19 principes Iuda et principes Hierusalem
eunuchi et sacerdotes et omnis populus terrae
qui transierunt inter divisiones vituli
20 et dabo eos in manu inimicorum suorum 22,25!
et in manu quaerentium animam eorum
et erit morticinum eorum in escam volucribus caeli et bestiis terrae 7,33!
21 et Sedeciam regem Iuda et principes eius 21,7!
dabo in manu inimicorum suorum
et in manu quaerentium animam eorum
et in manu exercituum regis Babylonis qui recesserunt a vobis
22 ecce ego praecipio dicit Dominus et reducam eos in civitatem hanc 37,7
et proeliabuntur adversum eam et capient eam et incendent igni
et civitates Iuda dabo in solitudinem eo quod non sit habitator 9,11!

9 iudaeo] hebreo CΣ. | et[4] + in AΣ | 10 inierunt C; inierat A. | in *om.* ΣΛΟc | 11 suas *om.* Sr𝔐 | in[2] *om.* Ac | 12 a domino *om.* ASl | 14 [*deest* T *usque ad v.* 20] | seruiat A Σ | 17 dominus + deus A | praedico + uobis c | et[2]] ad c.; et ad Φl | et[3] + ad lc | 18 conciderunt Σc; deciderunt l. | 19 inter diuisionem C | 20 in manus[1] c. | [*iterum adest* T] | in manus[2] c. | uolatilibus ΣΦc | 21 in manus[1] CΣc. | in manus[2] c | animas c. | in manus[3] c. ||

AC ΣΛOS(T)Φl cr

25,11 **35** verbum quod factum est ad Hieremiam a Domino
in diebus Ioachim filii Iosiae regis Iuda dicens
2 vade ad domum Rechabitarum et loquere eis
et introduces eos in domum Domini in unam exedram thesaurorum
et dabis eis bibere vinum
3 et adsumpsi Iezoniam filium Hieremiae filii Absaniae
et fratres eius et omnes filios eius
et universam domum Rechabitarum
4 et introduxi eos in domum Domini
ad gazofilacium filiorum Anan filii Hiegedeliae hominis Dei
quod erat iuxta gazofilacium principum
super thesaurum Maasiae filii Sellum qui erat custos vestibuli
5 et posui coram filiis domus Rechabitarum scyphos plenos vino et calices
et dixi ad eos bibite vinum
6 qui responderunt non bibemus vinum
IV Rg 10,15! quia Ionadab filius Rechab pater noster praecepit nobis dicens
non bibetis vinum vos et filii vestri usque in sempiternum
7 et domum non aedificabitis et sementem non seretis
et vineas non plantabitis nec habebitis
sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris
ut vivatis diebus multis super faciem terrae in qua vos peregrinamini
14; IV Rg 10,15! 8 oboedivimus ergo voci Ionadab filii Rechab patris nostri in omnibus quae praecepit nobis
ita ut non biberemus vinum cunctis diebus nostris
nos et mulieres nostrae filii et filiae nostrae
9 et non aedificaremus domos ad habitandum
et vineam et agrum et sementem non habuimus
10 sed habitavimus in tabernaculis
et oboedientes fecimus iuxta omnia quae praecepit nobis Ionadab pater noster
11 cum autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram
diximus venite et ingrediamur Hierusalem
a facie exercitus Chaldeorum et a facie exercitus Syriae
et mansimus in Hierusalem
12 et factum est verbum Domini ad Hieremiam dicens
13 haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
vade et dic viris Iuda et habitatoribus Hierusalem
numquid non recipietis disciplinam ut oboediatis verbis meis dicit Dominus
14 praevaluerunt sermones Ionadab filii Rechab 8
quos praecepit filiis suis ut non biberent vinum
et non biberunt usque ad diem hanc
quia oboedierunt praecepto patris sui
ego autem locutus sum ad vos de mane consurgens et loquens 7,13!
et non oboedistis mihi
15 misique ad vos omnes servos meos prophetas 7,25.26! 44,4.5; IV Esr 2,1
consurgens diluculo mittensque et dicens
convertimini unusquisque a via sua pessima 18,11! Ez 33,11; Za 1,4
et bona facite studia vestra
et nolite sequi deos alienos neque colatis eos
et habitabitis in terra quam dedi vo-

AC
ΣΛOSTΦI
cr 35,1 ioiachim r.𝔐 | 2 introduc AΣ. | 8 nostrae¹ ~ et CT | 10 fecimus] fuimus STΦIc |

bis et patribus vestris
et non inclinastis aurem vestram neque audistis me
16 firmaverunt igitur filii Ionadab filii Rechab praeceptum patris sui quod praeceperat eis
populus autem iste non oboedivit mihi
17 idcirco haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
ecce ego adduco super Iudam et super omnes habitatores Hierusalem
universam adflictionem quam locutus sum adversum eos
7,13! eo quod locutus sum ad illos et non audierunt
vocavi illos et non responderunt mihi
18 domui autem Rechabitarum dixit Hieremias
haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
Dt 28,13! pro eo quod oboedistis praecepto Ionadab patris vestri
et custodistis omnia mandata eius
et fecistis universa quae praecepit vobis
19 propterea haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab
stans in conspectu meo cunctis diebus
1,3; 25,1! 45,1 36 et factum est in anno quarto Ioachim filii Iosiae regis Iuda
factum est verbum hoc ad Hieremiam a Domino dicens
30,2! 2 tolle volumen libri
et scribes in eo omnia verba quae locutus sum tibi
adversum Israhel et Iudam et adversum omnes gentes
a die qua locutus sum ad te
ex diebus Iosiae usque ad diem hanc
3 si forte audiente domo Iuda universa mala quae ego cogito facere eis 18,8! 26,3
revertatur unusquisque a via sua pessima
et propitius ero iniquitati et peccato eorum
4 vocavit ergo Hieremias Baruch filium Neriae 18,32; Bar 1,1
et scripsit Baruch ex ore Hieremiae
omnes sermones Domini quos locutus est ad eum in volumine libri
5 et praecepit Hieremias Baruch dicens
ego clausus sum nec valeo ingredi domum Domini
6 ingredere ergo tu et lege de volumine 8.10.13
in quo scripsisti ex ore meo verba Domini
audiente populo in domo Domini in die ieiunii
insuper et audiente universo Iuda
qui veniunt de civitatibus suis leges eis
7 si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini
et revertatur unusquisque a via sua pessima
quoniam magnus furor et indignatio
quam locutus est Dominus adversum populum hunc
8 et fecit Baruch filius Neriae iuxta omnia quae praeceperat ei Hieremias propheta
legens ex volumine sermones Domini in domo Domini 6!
9 factum est autem in anno quinto Ioachim filii Iosiae regis Iuda in mense nono
praedicaverunt ieiunium in conspectu Domini II Par 20,3.4!
omni populo in Hierusalem
et universae multitudini quae confluxerat de civitatibus Iuda in Hie-

17 adducam AΦIc | super iuda c. | eos] illos c || 36,1 ioiachim A r.𝔐 | 2 scribe AS T | ~ tibi sum A | 5 in domum C | 7 indignatio + est c. | 8 praecepit A | 9 ioiachim r.𝔐 |

AC ΣΛOSTΦI cr

rusalem
6! 10 legitque Baruch ex volumine sermo-
nes Hieremiae in domo Domini
in gazofilacio Gamariae filii Saphan
scribae
in vestibulo superiori in introitu por-
tae novae domus Domini
audiente omni populo
11 cumque audisset Micheas filius Ga-
mariae filii Saphan
omnes sermones Domini ex libro
12 descendit in domum regis ad gazo-
filacium scribae
et ecce ibi omnes principes sedebant
Elisama scriba
et Dalaias filius Semeiae
et Elnathan filius Achobor
et Gamarias filius Saphan
et Sedecias filius Ananiae
et universi principes
13 et nuntiavit eis Micheas omnia verba
6! quae audivit legente Baruch ex vo-
lumine in auribus populi
14 miserunt itaque omnes principes ad
Baruch
Iudi filium Nathaniae filii Selemiae
filii Chusi dicentes
volumen ex quo legisti audiente po-
pulo sume in manu tua et veni
tulit ergo Baruch filius Neriae volu-
men in manu sua et venit ad eos
15 et dixerunt ad eum sede et lege haec
in auribus nostris
et legit Baruch in auribus eorum
16 igitur cum audissent omnia verba
obstipuerunt unusquisque ad pro-
ximum suum
et dixerunt ad Baruch
nuntiare debemus regi omnes ser-
mones istos
17 et interrogaverunt eum dicentes
indica nobis quomodo scripsisti om-
nes sermones istos ex ore eius
18 dixit autem eis Baruch
ex ore suo loquebatur quasi legens 41!
ad me omnes sermones istos
et ego scribebam in volumine atra-
mento
19 et dixerunt principes ad Baruch
vade et abscondere tu et Hieremias
et nemo sciat ubi sitis
20 et ingressi sunt ad regem in atrium
porro volumen commendaverunt in
gazofilacio Elisamae scribae
et nuntiaverunt audiente rege om-
nes sermones
21 misitque rex Iudi ut sumeret volu-
men
qui tollens illud de gazofilacio Eli-
samae scribae
legit audiente rege et universis prin-
cipibus qui stabant circa regem
22 rex autem sedebat in domo hiemali
in mense nono
et posita erat arula coram eo plena
prunis
23 cumque legisset Iudi tres pagellas
vel quattuor
scidit illud scalpello scribae et proie-
cit in igne qui erat super arulam
donec consumeretur omne volumen
igni qui erat in arula
24 et non timuerunt neque sciderunt Is 37,1!
vestimenta sua
rex et omnes servi eius qui audierunt
universos sermones istos
25 verumtamen Elnathan et Dalaias et
Gamarias
contradixerunt regi ne conbureret
librum et non audivit eos
26 et praecepit rex Hieremahel filio
Ammelech
et Saraiae filio Ezrihel
et Selemiae filio Abdehel
ut conprehenderent Baruch scribam
et Hieremiam prophetam
abscondit autem eos Dominus
27 et factum est verbum Domini ad

AC
ΣΛΟSTΦl
cr
12 et[1] *om.* CΣT | 18 eis *om.* CΣ. | 19 et[2] *om.* A | 23 in ignem ΛSTΦc | quae[1] A | super arulam] in arula A | 26 hieremahel + et selemiae CΣ. | abdehel] ammelech A. |

Hieremiam
postquam conbuserat rex volumen
et sermones quos scripserat Baruch
ex ore Hieremiae dicens
28 rursum tolle volumen aliud
Ex 34,1 et scribe in eo omnes sermones prio-
res
qui erant in volumine primo quod
conbusit Ioachim rex Iuda
29 et ad Ioachim regem Iuda dices haec
dicit Dominus
tu conbusisti volumen illud dicens
quare scripsisti in eo adnuntians
7,20 festinus veniet rex Babylonis et vas-
tabit terram hanc
et cessare faciet ex illa hominem et
iumentum
30 propterea haec dicit Dominus con-
tra Ioachim regem Iuda
22,30 non erit ex eo qui sedeat super soli-
um David
22,19! et cadaver eius proicietur ad aestum
per diem et ad gelu per noctem
31 et visitabo contra eum et contra se-
men eius
et contra servos eius iniquitates suas
19,15 et adducam super eos et super habi-
tatores Hierusalem et super viros
Iuda
omne malum quod locutus sum ad
eos et non audierunt
4! 32,12! 32 Hieremias autem tulit volumen aliud
et dedit illud Baruch filio Neriae
scribae
qui scripsit in eo ex ore Hieremiae
omnes sermones libri quem conbu-
serat Ioachim rex Iuda igni
et insuper additi sunt sermones mul-
to plures quam ante fuerant
IV Rg 24,17; II Par 36,10 37 et regnavit rex Sedecias filius Iosiae
pro Iechonia filio Ioachim
quem constituit regem Nabuchodo-
nosor rex Babylonis in terra Iuda
2 et non oboedivit ipse et servi eius et II Par 36,12
populus terrae
verbis Domini quae locutus est in
manu Hieremiae prophetae
3 et misit rex Sedecias Iuchal filium
Selemiae
et Sophoniam filium Maasiae sacer-
dotem
ad Hieremiam prophetam dicens
ora pro nobis Dominum Deum nos- I Sm 7,8!
trum
4 Hieremias autem libere ambulabat
in medio populi
non enim miserant eum in custodi-
am carceris
igitur exercitus Pharao egressus est
Aegyptum
et audientes Chaldei qui obsidebant
Hierusalem huiuscemodi nuntium
recesserunt ab Hierusalem
5 et factum est verbum Domini ad 5,6: 21,3.4; 27,12
Hieremiam prophetam dicens 32,1
6 haec dicit Dominus Deus Israhel
sic dicetis regi Iuda qui misit vos ad
me ad interrogandum
ecce exercitus Pharaonis qui egres-
sus est vobis in auxilium
revertetur in terram suam in Aegyp-
tum
7 et redient Chaldei et bellabunt con- 34,22
tra civitatem hanc
et capient eam et incendent igni
8 haec dicit Dominus
nolite decipere animas vestras di-
centes
euntes abibunt et recedent a nobis
Chaldei
quia non abibunt
9 sed et si percusseritis omnem exer-
citum Chaldeorum qui proeliantur
adversum vos
et derelicti fuerint ex eis aliqui vul-
nerati

AC ΣΛOSTΦ(l) cr

27 hieremiam + prophetam c | 28 uolumine priori A; uol. priore Φ; ~ primo uol. c | ioiachim r.𝔐, *item vv.* 29.30 | 32 ioiachim A r.𝔐 | antea ΛOS c | 37,1 ioiachim A r𝔐 | 3 ad dominum CΣ | 4 in custodia A | pharaonis Σ c | de aegypto AOΦ c | 6 ad[2] A r𝔐] *om. cet.* | in[1]] ad C | in[2]] ad CΣ. | 7 succendent c.; + eam c. | 9 [*hic desinit* l] |

singuli de tentorio suo consurgent
Sir 49,8! et incendent civitatem hanc igni
10 ergo cum recessisset exercitus Chaldeorum ab Hierusalem propter exercitum Pharaonis
11 egressus est Hieremias de Hierusalem ut iret in terram Beniamin
et divideret ibi possessionem in conspectu civium
12 cumque pervenisset ad portam Beniamin erat ibi custos portae per vices
nomine Hierias filius Selemiae filii Ananiae
et adprehendit Hieremiam prophetam dicens ad Chaldeos profugis
13 et respondit Hieremias falsum est non fugio ad Chaldeos
et non audivit eum sed conprehendit Hierias Hieremiam
et adduxit eum ad principes
14 quam ob rem irati principes contra Hieremiam
caesum eum miserunt in carcerem
qui erat in domo Ionathan scribae
ipse enim praepositus erat super carcerem
38,6 15 itaque ingressus est Hieremias in domum laci et in ergastula
et sedit ibi Hieremias diebus multis
38,14 16 mittens autem rex Sedecias tulit eum
et interrogavit in domo sua abscondite et dixit
putasne est sermo a Domino
et dixit Hieremias est
et ait in manu regis Babylonis traderis
17 et dixit Hieremias ad regem Sedeciam
quid peccavi tibi et servis tuis et populo tuo
quia misisti me in domum carceris
18 ubi sunt prophetae vestri qui prophetabant vobis et dicebant
non veniet rex Babylonis super vos
et super terram hanc
19 nunc ergo audi obsecro domine mi rex 38,26
valeat deprecatio mea in conspectu tuo
et ne me remittas in domum Ionathan scribae ne moriar ibi
20 praecepit ergo rex Sedecias
ut traderetur Hieremias in vestibulo carceris 32,2; 38,6.13
et daretur ei torta panis cotidie excepto pulmento
donec consumerentur omnes panes de civitate 38,9!
et mansit Hieremias in vestibulo carceris 38,28

38 audivit autem Saphatias filius Matthan
et Gedelias filius Phassur
et Iuchal filius Selemiae 20,1
et Phassur filius Melchiae
sermones quos Hieremias loquebatur ad omnem populum dicens
2 haec dicit Dominus 21,9! 27,12.13
quicumque manserit in civitate hac
morietur gladio et fame et peste
qui autem profugerit ad Chaldeos vivet 17
et erit anima eius sospes et vivens
3 haec dicit Dominus 21,10! 32,3
tradenda tradetur civitas haec in manu exercitus regis Babylonis et capiet eam
4 et dixerunt principes regi 26,11!
rogamus ut occidatur homo iste
de industria enim dissolvit manus virorum bellantium
qui remanserunt in civitate hac
et manus universi populi loquens ad eos iuxta verba haec
siquidem homo hic non quaerit pa-

AC ΣΛΟSTΦ cr
15 in ergastulo A; in ergastulum Φc | 16 ~ sedecias rex c. | eum *om.* r. *lapsu* | interrogauit + eum ΣTc | in manus c. | 19 ~ remittas me A | in domo ACr || 38,1 gedelias CΦcr, *cf.* 𝔐] iedelias Σ; hiegelias O.; hiegedelias ΑΛST | 3 tradendo ΑΛc; tradens Σ. | 4 hic] iste c |

cem populi huius sed malum
5 et dixit rex Sedecias
ecce ipse in manibus vestris est
nec enim fas est regem vobis quicquam negare
6 tulerunt ergo Hieremiam et proiecerunt
32,2; 37,15.20! Ps 68,3 eum in lacu Melchiae filii Ammelech
qui erat in vestibulo carceris
et submiserunt Hieremiam in funibus
et in lacum non erat aqua sed lutum
descendit itaque Hieremias in caenum
7 audivit autem Abdemelech Aethiops vir eunuchus qui erat in domo regis
quod misissent Hieremiam in lacum
porro rex sedebat in porta Beniamin
8 et egressus est Abdemelech de domo regis
et locutus est ad regem dicens
9 domine mi rex malefecerunt viri isti omnia quaecumque perpetrarunt contra Hieremiam prophetam
mittentes eum in lacum ut moriatur ibi fame
37,20; 52,6 non sunt enim panes ultra in civitate
10 praecepit itaque rex Abdemelech Aethiopi dicens
tolle tecum hinc triginta viros
et leva Hieremiam prophetam de lacu antequam moriatur
11 adsumptis ergo Abdemelech secum viris
ingressus est domum regis quae erat sub cellario
et tulit inde veteres pannos et antiqua quae conputruerant
et submisit ea ad Hieremiam in lacum per funiculos
12 dixitque Abdemelech Aethiops ad Hieremiam
pone veteres pannos et haec scissa et putrida sub cubitu manuum tuarum et subter funes
fecit ergo Hieremias sic
13 et extraxerunt Hieremiam funibus et eduxerunt eum de lacu
mansit autem Hieremias in vestibulo carceris 28; 37,20!
14 et misit rex Sedecias et tulit ad se Hieremiam prophetam 37,16
ad ostium tertium quod erat in domo Domini
et dixit rex ad Hieremiam
interrogo ego te sermonem ne abscondas a me aliquid
15 dixit autem Hieremias ad Sedeciam
si adnuntiavero tibi numquid non interficies me
et si consilium tibi dedero non me audies
16 iuravit ergo rex Sedecias Hieremiae clam dicens
vivit Dominus qui fecit nobis animam hanc
si occidero te et si tradidero te in manu virorum istorum qui quaerunt animam tuam
17 et dixit Hieremias ad Sedeciam
haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
si profectus exieris ad principes regis Babylonis 2; 21,9; 27,12
vivet anima tua et civitas haec non succendetur igni
et salvus eris tu et domus tua
18 si autem non exieris ad principes regis Babylonis
tradetur civitas haec in manu Chaldeorum 23; 21,10!
et succendent eam igni
et tu non effugies de manu eorum
19 et dixit rex Sedecias ad Hieremiam
sollicitus sum propter Iudaeos qui

4 populo huic A cr; populo huius ΣS. | 5 ~ quicquam uobis CΣ | 6 in lacum melchiae cr.; in lacum (h)elchiae *cet.* | in[3] *om.* A c | et[3] *om.* c | in lacu CΣΛ r; | in quo Φ c | 9 ultra *om.* C; ~ ultra enim panes O.; ~ enim ultra panes A | 10 leuate A | 11 in lacu CΣS | 12 cubitum CO; cubito S c | subter AΛO r𝔐] super *cet.* | 14 ego] ergo A ST | 15 ~ dedero tibi c | non me] nonne C; non T. | 16 in manus AT cr | 18 in manus AOΦ cr |

AC ΣΛOSTΦ cr

transfugerunt ad Chaldeos
ne forte tradar in manus eorum et inludant mihi
20 respondit autem Hieremias non te tradent
audi quaeso vocem Domini quam ego loquor ad te
et bene tibi erit et vivet anima tua
21 quod si nolueris egredi iste est sermo quem ostendit mihi Dominus
22 ecce omnes mulieres quae remanserunt in domo regis Iuda
educentur ad principes regis Babylonis
et ipsae dicent seduxerunt te et praevaluerunt adversum te
viri pacifici tui demerserunt in caeno et lubrico pedes tuos et recesserunt a te
23 et omnes uxores tuae et filii tui educentur ad Chaldeos
18! et non effugies manus eorum
sed in manu regis Babylonis capieris
et civitatem hanc conburet igni
24 dixit ergo Sedecias ad Hieremiam
nullus sciat verba haec et non morieris
25 si autem audierint principes quia locutus sum tecum
et venerint ad te et dixerint tibi
indica nobis quid locutus sis cum rege
ne celes nos et non te interficiemus
et quid locutus est tecum rex
26 dices ad eos
37,19 prostravi ego preces meas coram rege
ne me reduci iuberet in domum Ionathan et ibi morerer
27 venerunt ergo omnes principes ad Hieremiam et interrogaverunt eum
et locutus est eis iuxta omnia verba quae praeceperat ei rex
et cessaverunt ab eo nihil enim fuerat auditum
28 mansit vero Hieremias in vestibulo carceris 13; 37,20!
usque ad diem quo capta est Hierusalem
et factum est ut caperetur Hierusalem
39 anno nono Sedeciae regis Iuda mense decimo 1—10: 52,4–16; IV Rg 25,1–12
venit Nabuchodonosor rex Babylonis
et omnis exercitus eius ad Hierusalem
et obsidebant eam
2 undecimo autem anno Sedeciae mense quarto quinta mensis aperta est civitas
3 et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis 1,15! 26,10!
et sederunt in porta media
Neregel Sereser Semegar Nabu Sarsachim Rabsares Neregel Sereser Rebmag 13
et omnes reliqui principes regis Babylonis
4 cumque vidisset eos Sedecias rex Iuda et omnes viri bellatores
fugerunt et egressi sunt nocte de civitate
per viam horti regis et per portam quae erat inter duos muros
et egressi sunt ad viam deserti
5 persecutus est autem eos exercitus Chaldeorum
et conprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis hiericuntinae
et captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis
in Reblatha quae est in terra Emath
et locutus est ad eum iudicia
6 et occidit rex Babylonis filios Sedeciae in Reblatha in oculis eius
et omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis

AC ΣΛOSTΦ cr — 20 te[1] *om.* CΣ. | loquar A | 22 in domibus CΣ | iudae ducentur A | regis[2] *om.* CΣ. | caeno et in lubrico AO c; lubrico et in ceno Σ. | 25 est] sit CΣ. | 26 in domo C | 28 uero] ergo CΣ; autem O || 39,3 regis[1] *om.* C | 4 cum C |

7 oculos quoque Sedeciae eruit
et vinxit eum conpedibus ut ducere-
tur in Babylonem
17.27 8 domum quoque regis et domum vulgi
succenderunt Chaldei igni
et murum Hierusalem subverterunt
52.30 9 et reliquias populi quae remanserunt
in civitate
et perfugas qui transfugerant ad
eum
et superfluos vulgi qui remanserant
transtulit Nabuzardan magister mi-
litum in Babylonem
40.7 10 et de plebe pauperum qui nihil peni-
tus habebant
dimisit Nabuzardan magister mili-
tum in terra Iuda
et dedit eis vineas et cisternas in die
illa
11 praeceperat autem Nabuchodono-
sor rex Babylonis
de Hieremia Nabuzardan magistro
militiae dicens
40.4 12 tolle illum et pone super eum oculos
tuos
nihilque ei mali facias
sed ut voluerit sic facies ei
13 misit ergo Nabuzardan princeps
3 militiae et Nabu et Sesban et Rab-
sares
et Neregel et Sereser et Rebmag
et omnes optimates regis Babylonis
14 miserunt et tulerunt Hieremiam de
vestibulo carceris
40.5.6; IV Rg 25.22! et tradiderunt eum Godoliae filio
Ahicam filii Saphan
ut intraret domum et habitaret in
populo
15 ad Hieremiam autem factus fuerat
sermo Domini
cum clausus esset in vestibulo car-
ceris dicens
16 vade et dic Abdemelech Aethiopi
dicens
haec dicit Dominus exercituum Deus
Israhel
ecce ego inducam sermones meos 21.10!
super civitatem hanc
in malum et non in bonum
et erunt in conspectu tuo in die illa
17 et liberabo te in die illa ait Dominus
et non traderis in manus virorum
quos tu formidas
18 sed eruens liberabo te Ps 36.40
et gladio non cades
sed erit tibi anima tua in salutem 45.5
quia in me habuisti fiduciam ait Do-
minus
40 sermo qui factus est ad Hieremiam
a Domino
postquam dimissus est a Nabuzar-
dan magistro militiae de Rama
quando tulit eum vinctum catenis in
medio omnium qui migrabant de
Hierusalem et Iuda
et ducebantur in Babylonem
2 tollens ergo princeps militiae Hiere-
miam dixit ad eum
Dominus Deus tuus locutus est ma-
lum hoc super locum istum
3 et adduxit et fecit Dominus sicut lo- Lam 2.17; Za 1.6
cutus est
quia peccastis Domino et non audis-
tis vocem eius
et factus est vobis sermo hic
4 nunc ergo ecce solvi te hodie de
catenis quae sunt in manibus tuis
si placet tibi ut venias mecum in Ba-
bylonem veni
et ponam oculos meos super te 39.12
si autem displicet tibi venire mecum
in Babylonem reside
ecce omnis terra in conspectu tuo Gn 20.15!
quod elegeris et quo placuerit tibi ut

7 ut adduceretur AOr | in babylone CΣ | 9 quae] qui Λc | remanserant¹ Sc | in ba- AC
bylone A | 10 ~ penitus nihil CΛT | 11 militum c. | 12 male COS | sic facias Tc | ΣΛOSTΦ
13 et nabu] ennabu O; ennebu C. | nabu et sesban] nabusezban c. | 14 in domum ACΣ cr
c | 15 esset] fuisset A | 17 ait] dicit AS || 40,1 de catenis A | 2 hoc *om.* CΣ | 4 in
babylone² CΣ | tuo + est Ac |

vadas illuc perge
39,14; 41,2! IV Rg 25,22! 5 et mecum noli venire sed habita
apud Godoliam filium Ahicam filii
Saphan
quem praeposuit rex Babylonis civitatibus Iudaeae
habita ergo cum eo in medio populi
vel quocumque placuerit tibi ut vadas vade
dedit quoque ei magister militiae
cibaria et munuscula et dimisit eum
39,14; IV Rg 25,22! 6 venit autem Hieremias ad Godoliam
filium Ahicam in Masphat
et habitavit cum eo in medio populi
qui relictus fuerat in terra
7–9: IV Rg 25,23.24 7 cum ergo audissent omnes principes
exercitus qui dispersi fuerant per
regiones
ipsi et socii eorum
11; 41,2! quod praefecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terrae
39,10; IV Rg 25,12 et quod commendasset ei viros et
mulieres et parvulos
IV Rg 24,14 et de pauperibus terrae qui non fuerant translati in Babylonem
8 venerunt ad Godoliam in Masphat
et Ismahel filius Nathaniae
et Iohanan et Ionathan filii Caree
et Sareas filius Thenoemeth et filii
Offi qui erat de Nethophathi
et Iezonias filius Maachathi
ipsi et viri eorum
9 et iuravit eis Godolias filius Ahicam
filii Saphan
et comitibus eorum dicens
27,12 nolite timere servire Chaldeis
habitate in terra et servite regi Babylonis et bene erit vobis
10 ecce ego habito in Masphat ut respondeam praecepto Chaldeorum
qui mittuntur ad nos
vos autem colligite vindemiam et
messem et oleum
et condite in vasis vestris
et manete in urbibus vestris quas tenetis
11 sed et omnes Iudaei qui erant in
Moab et in filiis Ammon
et in Idumea et in universis regionibus
audito quod dedisset rex Babylonis 7; 41,2!
reliquias in Iudaeam
et quod praeposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan
12 reversi sunt inquam omnes Iudaei
de universis locis ad quae profugerant
et venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Masphat
et collegerunt vinum et messem
multam nimis
13 Iohanan autem filius Caree
et omnes principes exercitus qui dispersi erant in regionibus
venerunt ad Godoliam in Masphat
14 et dixerunt ei
scito quia Baalis rex filiorum Ammon
misit Ismahel filium Nathaniae percutere animam tuam
et non credidit eis Godolias filius
Ahicam
15 Iohanan vero filius Caree dixit ad
Godoliam seorsum in Masphat
loquens
ibo et percutiam Ismahel filium
Nathaniae nullo sciente
ne interficiat animam tuam
et dissipentur omnes Iudaei qui congregati sunt ad te
et peribunt reliquiae Iuda
16 et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree
noli facere verbum hoc
falsum enim tu loqueris de Ismahel
41 et factum est in mense septimo 1–3: IV Rg 25,25
venit Ismahel filius Nathaniae filii

AC ΣΛΟSTΦ cr 5 iudae CΣSΦ; iuda c. | 6 in terram iudeam CΣ. | 7 cum ergo] cumque c | 8 thanehumeth c. | erat CΣr, *cf.* 𝔐] erant *cet.* | 10 et condite] recondite C | 11 in iudaea ΛSTΦ c | proposuisset C | 13 fuerant Oc | 14 quia] quod c | 15 uero] autem Σc ||

Elisama de semine regali
et optimates regis et decem viri cum eo
ad Godoliam filium Ahicam in Masphat
et comederunt ibi panes simul in Masphat
2 surrexit autem Ismahel filius Nathaniae et decem viri qui erant cum eo
18; 40,5! 7! et percusserunt Godoliam filium Ahicam filii Saphan gladio
et interfecerunt eum quem praefecerat rex Babylonis terrae
3 omnes quoque Iudaeos qui erant cum Godolia in Masphat
et Chaldeos qui repperti sunt ibi
et viros bellatores percussit Ismahel
4 secundo autem die postquam occiderat Godoliam nullo adhuc sciente
5 venerunt viri de Sychem et de Silo et de Samaria
octoginta viri rasi barbam et scissis vestibus et squalentes
Bar 1,10 munera et tus habebant in manu ut offerrent in domo Domini
6 egressus ergo Ismahel filius Nathaniae in occursum eorum de Masphat
incedens et plorans ibat
cum autem occurrisset eis dixit ad eos
venite ad Godoliam filium Ahicam
7 qui cum venissent ad medium civitatis
interfecit eos Ismahel filius Nathaniae circa medium laci
ipse et viri qui erant cum eo
8 decem autem viri repperti sunt inter eos qui dixerunt ad Ismahel
noli occidere nos quia habemus thesauros in agro
frumenti et hordei et olei et mellis
et cessavit et non interfecit eos cum fratribus suis
9 lacus autem in quem proiecerat Ismahel omnia cadavera virorum quos percussit propter Godoliam
ipse est quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israhel
ipsum replevit Ismahel filius Nathaniae occisis
10 et captivas duxit Ismahel omnes reliquias populi qui erant in Masphat
filias regis et universum populum qui remanserat in Masphat
quos commendarat Nabuzardan princeps militiae Godoliae filio Ahicam
et cepit eos Ismahel filius Nathaniae
et abiit ut transiret ad filios Ammon
11 audivit autem Iohanan filius Caree
et omnes principes bellatorum qui erant cum eo
omne malum quod fecerat Ismahel filius Nathaniae
12 et adsumptis universis viris profecti sunt ut bellarent adversum Ismahel filium Nathaniae
et invenerunt eum ad aquas Multas quae sunt in Gabaon
13 cumque vidisset omnis populus qui erat cum Ismahel
Iohanan filium Caree et universos principes bellatorum qui erant cum eo laetati sunt
14 et reversus est omnis populus quem ceperat Ismahel in Masphat
reversusque abiit ad Iohanan filium Caree
15 Ismahel autem filius Nathaniae fugit cum octo viris a facie Iohanan et abiit ad filios Ammon
16 tulit ergo Iohanan filius Caree 16.17: 43,5–7
et omnes principes bellatorum qui erant cum eo
universas reliquias vulgi quas reduxerat ab Ismahel filio Nathaniae

41,2 qui erant *om.* CΣ.; ~ qui cum eo erant c | 3 cum godoliam AΣO | 5 barba OST c | squalentes + et c. | 6 eis *om.* A | 9 locus CO | 10 erat C | commendarat ACΣΛ r] commendauerat *cet.* | 15 octo] octoginta CΣ. | 16 reduxerat A cr 𝔐] reduxerant *cet.* | ab ismahele AΛO ||

AC ΣΛOSTΦ cr

de Masphat
postquam percussit Godoliam filium Ahicam
fortes viros ad proelium
et mulieres et pueros et eunuchos quos reduxerat de Gabaon
17.18: IV Rg 25,26 [17]et abierunt et sederunt peregrinantes in Chamaam quae est iuxta Bethleem
42,14! ut pergerent et introirent Aegyptum
[18]a facie Chaldeorum
IV Rg 25,25 timebant enim eos quia percusserat
2! IV Rg 25,22! Ismahel filius Nathaniae Godoliam filium Ahicam
quem praeposuerat rex Babylonis in terra Iuda
42 et accesserunt omnes principes bellatorum
et Iohanan filius Caree
et Iezonias filius Osaiae
et reliquum vulgus a parvo usque ad magnum
[2]dixeruntque ad Hieremiam prophetam
9,20 cadat oratio nostra in conspectu tuo
Is 37,4! et ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro universis reliquiis istis
Dt 28,62! Bar 2,13.29; Dn 3,37 quia derelicti sumus pauci de pluribus
sicut oculi tui nos intuentur
7,23! [3]et adnuntiet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus et verbum quod faciamus
[4]dixit autem ad eos Hieremias propheta audivi
ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra
omne verbum quodcumque responderit mihi indicabo vobis
nec celabo vos quicquam
[5]et illi dixerunt ad Hieremiam
Idc 11,10 sit Dominus inter nos testis veritatis et fidei
si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos sic faciemus 20
[6]sive bonum est sive malum
voci Domini Dei nostri ad quem mittimus te oboediemus
ut bene sit nobis cum audierimus vocem Domini Dei nostri
[7]cum autem conpleti essent decem dies
factum est verbum Domini ad Hieremiam
[8]vocavitque Iohanan filium Caree
et omnes principes bellatorum qui erant cum eo
et universum populum a minimo usque ad magnum
[9]et dixit ad eos haec dicit Dominus Deus Israhel
ad quem misistis me ut prosternerem preces vestras in conspectu eius 2!
[10]si quiescentes manseritis in terra hac 24,6!
aedificabo vos et non destruam
plantabo et non evellam
iam enim placatus sum super malo quod feci vobis
[11]nolite timere a facie regis Babylonis 30,10!
quem vos pavidi formidatis
nolite eum metuere dicit Dominus
quia vobiscum sum ego ut salvos faciam vos
et eruam de manu eius
[12]et dabo vobis misericordiam et miserebor vestri
et habitare vos faciam in terra vestra
[13]si autem dixeritis vos non habitabimus in terra ista
nec audiemus vocem Domini Dei nostri [14]dicentes
nequaquam sed ad terram Aegypti pergemus ubi non videbimus bellum 41,17; 43,7! Nm 14,3.4

AC ΣΛOSTΦ cr **42,**1 iechonias A | 2 reliquis A | nos *om.* A | 3 et[1]] ut CΣ | 4 uos] uobis CΣO | 6 ~ siue malum est A; est *om.* O | te] et A | 11 ~ metuere eum c | ~ ego sum C Σ. | ~ uos faciam c. | 12 misericordias ΛOS cr | miserabor A | in terram uestram AΣ | 13 audiuimus C | 14 pergemus] fugiemus CΣ |

et clangorem tubae non audiemus
et famem non sustinebimus et ibi habitabimus
15 propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiae Iuda
15.16: 44.12 haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
si posueritis faciem vestram ut ingrediamini Aegyptum
et intraveritis ut ibi habitetis
44.27; Ez 11.8 16 gladium quem vos formidatis ibi conprehendet vos in terra Aegypti
et fames pro qua estis solliciti adherebit vobis in Aegypto
et ibi moriemini
22 17 omnesque viri qui posuerint faciem suam
ut ingrediantur Aegyptum et habitent ibi
29.17! morientur gladio et fame et peste
nullus de eis remanebit
nec effugient a facie mali quod ego adferam super eos
18 quia haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
sicut conflatus est furor meus et indignatio mea super habitatores Hierusalem
sic conflabitur indignatio mea super vos cum ingressi fueritis Aegyptum
25.18! 44.12; Bar 3.8 et eritis in iusiurandum et in stuporem
et in maledictum et in obprobrium
et nequaquam ultra videbitis locum istum
19 verbum Domini super vos reliquiae Iuda
43.2; Dt 17.16 nolite intrare Aegyptum
scientes scietis quia obtestatus sum vobis hodie
20 quia decepistis animas vestras
vos enim misistis me ad Dominum
Deum nostrum dicentes
ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum 2!
et iuxta omnia quaecumque dixerit tibi Dominus Deus noster 5
sic adnuntia nobis et faciemus
21 et adnuntiavi vobis hodie
et non audistis vocem Domini Dei vestri
super universis pro quibus misit me ad vos
22 nunc ergo scientes scietis 17!
quia gladio et fame et peste moriemini
in loco ad quem voluistis intrare ut habitaretis ibi
43 factum est autem cum conplesset Hieremias loquens ad populum
universos sermones Domini Dei eorum
pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos omnia verba haec
2 dixit Azarias filius Osaiae
et Iohanan filius Caree
et omnes viri superbi dicentes ad Hieremiam
mendacium tu loqueris
non misit te Dominus Deus noster dicens
ne ingrediamini Aegyptum ut habitetis illuc 42.19!
3 sed Baruch filius Neriae incitat te adversum nos
ut tradat nos in manibus Chaldeorum
ut interficiat nos et transduci faciat in Babylonem
4 et non audivit Iohanan filius Caree
et omnes principes bellatorum
et universus populus vocem Domini
ut maneret in terra Iuda

16 gladius ΛΟΦc | 17 omnes uiri CO. | posuerunt Φc | in aegyptum A | et[1]] ut Λc | effugiet ΑΟΦc | 18 maledictionem A | 19 in aegyptum AOS | uobis] uos ΛΟΦcr; *om.* A | 20 decipitis ΑΣS | dominus *om.* CΛS | 21 uestri] nostri CΣ | 22 ~ peste et fame AC || 43,1 loqui A | 2 et dixit A | deus *om.* CΣ. | in aegyptum ATΦ | illic ΛOSTc | 3 in manus c. | ut[2]] et CΣΛ.; et ut A. | 4 manerent ΣΛSc |

AC ΣΛOSTΦ cr

5—7: 41,16.17 [5] sed tollens Iohanan filius Caree
5.6: IV Rg 25,26 et universi principes bellatorum universos reliquiarum Iuda
qui reversi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant ante dispersi
ut habitarent in terra Iuda
[6] viros et mulieres et parvulos et filias regis
et omnem animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiae cum Godolia filio Ahicam filii Saphan
et Hieremiam prophetam et Baruch filium Neriae
42,14! IV Rg 25,26 [7] et ingressi sunt terram Aegypti
quia non oboedierunt voci Domini
et venerunt usque ad Tafnas
[8] et factus est sermo Domini ad Hieremiam in Tafnis dicens
[9] sume in manu tua lapides grandes
et absconde eos in crypta quae est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Tafnis
cernentibus viris iudaeis
[10] et dices ad eos
25,9! haec dicit Dominus exercituum Deus
10.11: 46,13.25.26! Israhel
1,15! ecce ego mittam et adsumam Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum
et ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi
et statuet solium suum super eos
[11] veniensque percutiet terram Aegypti
15,2! Za 11,9 quos in morte in morte
Apc 13,10! et quos in captivitate in captivitate
et quos in gladio in gladio
[12] et succendet ignem in delubris deorum Aegypti
Is 46,2 et conburet ea et captivos ducet illos
et amicietur terra Aegypti sicut amicitur pastor pallio suo
et egredietur inde in pace
[13] et conteret statuas domus solis
quae sunt in terra Aegypti
et delubra deorum Aegypti conburet igni

44 verbum quod factum est ad Hieremiam 46,14
ad omnes Iudaeos qui habitant in terra Aegypti
habitantes in Magdolo et in Tafnis et in Memphis et in terra Fatures dicens
[2] haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Hierusalem et super 6: 9,11!
omnes urbes Iuda
et ecce sunt desertae hodie et non est in eis habitator
[3] propter malitiam quam fecerunt ut me ad iracundiam provocarent
et irent et sacrificarent et colerent 7,18!
deos alienos
quos nesciebant et illi et vos et patres vestri
[4] et misi ad vos omnes servos meos 4.5: 35,15!
prophetas
de nocte consurgens mittensque et dicens
nolite facere verbum abominationis huius quam odi
[5] et non audierunt nec inclinaverunt aurem suam
ut converterentur a malis suis et non sacrificarent diis alienis
[6] et conflata est indignatio mea et furor meus
et succensa est in civitatibus Iuda et 21
in plateis Hierusalem
et versae sunt in solitudinem et vastitatem secundum diem hanc
[7] et nunc haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
quare vos facitis malum grande contra animas vestras

AC ΣΛOSTΦ cr

6 et[2] *om.* AΦ | 7 in terram A; in terra S | ad tafnis SΦc | 8 in tafnas A | 9 ~ lapides grandes in manu tua c. | abscondes Φc | 10 ponet thronum suum[1] A | 11 mortem in mortem c; morte in mortem S | captiuitatem in captiuitatem c; captiuitate in captiuitatem S | gladium[1.2] c || 44,1 ad[1]] per c. | habitabant ASTc | 2 ~ desertae sunt c. | 3 et[2]] ut c. | 4 exsurgens A | huius quam odi] huiuscemodi STΦ; huiuscemodi quam odiui c. | 7 grande + hoc Σc |

ut intereat ex vobis vir et mulier
parvulus et lactans de medio Iudae
nec relinquatur vobis quicquam residuum
8 provocantes me in operibus manuum vestrarum
sacrificando diis alienis in terra Aegypti
in quam ingressi estis ut habitetis ibi
29,18! et dispereatis et sitis in maledictionem et in obprobrium cunctis gentibus terrae
9 numquid obliti estis mala patrum vestrorum
et mala regum Iuda et mala uxorum eius
et mala vestra et mala uxorum vestrarum
quae fecerunt in terra Iuda et in regionibus Hierusalem
10 non sunt mundati usque ad diem hanc
et non timuerunt et non ambulaverunt in lege et in praeceptis meis
quae dedi coram vobis et coram patribus vestris
11 ideo haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
21,10! Am 9,4 ecce ego pono faciem meam in vobis in malum
et disperdam omnem Iudam
12 et adsumam reliquias Iudae
42,15.16 qui posuerunt facies suas ut ingrederentur terram Aegypti et habitarent ibi
27 et consumentur omnes in terra Aegypti cadent
in gladio et in fame consumentur
a minimo usque ad maximum in gladio et in fame morientur
42,18! et erunt in iusiurandum et in miraculum et in maledictionem et in obprobrium
13 et visitabo habitatores terrae Aegypti 14,12!
sicut visitavi super Hierusalem
in gladio et in fame et in peste
14 et non erit qui effugiat et sit residuus de reliquiis Iudaeorum
qui vadunt ut peregrinentur in terra Aegypti
et revertantur in terram Iuda 22,27
ad quam ipsi elevant animas suas ut revertantur et habitent ibi
non revertentur nisi qui fugerint
15 responderunt autem Hieremiae omnes viri
scientes quod sacrificarent uxores eorum diis alienis
et universae mulieres quarum stabat multitudo grandis
et omnis populus habitantium in terra Aegypti in Fatures dicens
16 sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te
17 sed facientes faciemus omne verbum 25
quod egreditur de ore nostro
ut sacrificemus Reginae caeli et libemus ei libamina 7,18!
sicut fecimus nos et patres nostri
reges nostri et principes nostri in urbibus Iuda et in plateis Hierusalem
et saturati sumus panibus et bene nobis erat malumque non vidimus
18 ex eo autem quo cessavimus sacrificare Reginae caeli et libare ei libamina
indigemus omnibus et gladio et fame consumpti sumus
19 quod si nos sacrificamus Reginae 7,18!
caeli et libamus ei libamina
numquid sine viris nostris fecimus ei

AC ΣΛOSTΦ 𝔠𝔯

7 lactens 𝔠 | nec] ne CΣO𝔯 | 9 et mala uestra *om.* AΛ | 10 lege A𝔯𝔐] + domini *cet.* | meis] eius CΣΦ | 11 pono A𝔯𝔐] ponam *cet.* | in[1] *om.* CΣ | 12 et cadent A | in gladio[1]] gladio C | fame[1] + et ΛΦ𝔠 | 13 uisitabo + super 𝔠 | in[2.3] *om.* Φ𝔠 | 14 reliquis AΣ | in terra[2] ACSΦ | 15 dicentes 𝔠 | 16 domini + nostri CΣ. | 17 egredietur A𝔠 | 18 autem + tempore Φ𝔠 | quo] quod OΦ𝔯 | et[2] *om.* A | 19 facimus Λ; faciemus ST |

placentas
ad colendum eam et liba libandi
20 et dixit Hieremias ad omnem populum
adversum viros et adversum mulieres et adversum universam plebem
qui responderant ei verbum dicens
21 numquid non sacrificium quod sacrificastis in civitatibus Iuda et in plateis Hierusalem
vos et patres vestri reges vestri et principes vestri et populus terrae
Est 10,12! horum recordatus est Dominus et ascendit super cor eius
22 et non poterat Dominus ultra portare propter malitiam studiorum vestrorum
et propter abominationes quas fecistis
18,16! et facta est terra vestra in desolationem et in stuporem et in maledictum
eo quod non sit habitator sicut est dies haec
23 propterea quod sacrificaveritis idolis et peccaveritis Domino
et non audieritis vocem Domini
et in lege et in praeceptis et in testimoniis eius non ambulaveritis
idcirco evenerunt vobis mala haec sicut est dies haec
24 dixit autem Hieremias ad omnem populum et ad universas mulieres
audite verbum Domini omnis Iuda qui estis in terra Aegypti
25 haec inquit Dominus exercituum Deus Israhel dicens
vos et uxores vestrae locuti estis ore vestro et manibus vestris implestis dicentes
17! faciamus vota nostra quae vovimus
ut sacrificemus Reginae caeli et libemus ei libamina
implestis vota vestra et opere perpetrastis ea
26 ideo audite verbum Domini omnis Iuda qui habitatis in terra Aegypti
ecce ego iuravi in nomine meo magno ait Dominus
quia nequaquam ultra nomen meum vocabitur ex ore omnis viri iudaei dicentis
vivit Dominus Deus in omni terra Aegypti
27 ecce ego vigilabo super eos in malum 31,28!
et non in bonum
et consumentur omnes viri Iuda qui 12; 42,16
sunt in terra Aegypti
gladio et fame donec penitus consumantur
28 et qui fugerint gladium revertentur de terra Aegypti in terram Iuda viri pauci
et scient omnes reliquiae Iuda ingredientium terram Aegypti ut habitent ibi
cuius sermo conpleatur meus an illorum
29 et hoc vobis signum ait Dominus Is 38,7!
quod visitem ego super vos in loco isto
ut sciatis quia vere conplebuntur sermones mei contra vos in malum
30 haec dicit Dominus 21,7!
ecce ego tradam Pharaonem Efree regem Aegypti in manu inimicorum eius
et in manu quaerentium animam illius
sicut tradidi Sedeciam regem Iuda
in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui et quaerentis animam eius
45 verbum quod locutus est Hieremias 25,1! 36,1.2
propheta ad Baruch filium Neri

AC ΣΛOSTΦ cr

19 liba libandi AΦ r] liba libanda OS; liba libandam Λ.; libanda T.; libandum illi CΣ; libandum ei libamina c | 21 sacrificatis A | 22 dominus] deus A | propter¹ *om.* A | est² *om.* A | 23 *vers. om.* C. | sacrificaretis A | est] et AOΦ r | die hac AO r | 25 uestris *om.* A | 26 ~ uocabitur nomen meum c | 28 in terra CΣST | iudae² A | terram²] terra AST || 45,1 neriae ΣΛTΦ c |

cum scripsisset verba haec in libro
de ore Hieremiae
anno quarto Ioachim filii Iosiae regis
Iuda dicens
2 haec dicit Dominus Deus Israhel ad
te Baruch
3 dixisti vae misero mihi quoniam ad-
didit Dominus dolorem dolori meo
Ps 6,7! laboravi in gemitu meo et requiem
non inveni
4 haec dices ad eum sic dicit Dominus
24,6! ecce quos aedificavi ego destruo
et quos plantavi ego evello
et universam terram hanc
5 et tu quaeris tibi grandia
noli quaerere
quia ecce ego adducam malum su-
per omnem carnem ait Dominus
39,18! et dabo tibi animam tuam in salu-
tem
in omnibus locis ad quaecumque
perrexeris

46 quod factum est verbum Domini
25,13 ad Hieremiam prophetam contra
gentes
2 ad Aegyptum
IV Rg 23,29; II Par 35,20 adversum exercitum Pharaonis Ne-
chao regis Aegypti
qui erat iuxta flumen Eufraten in
Charchamis
quem percussit Nabuchodonosor
rex Babylonis
25,1! in quarto anno Ioachim filii Iosiae
regis Iuda
3 praeparate scutum et clypeum et
procedite ad bellum
4 iungite equos et ascendite equites
state in galeis polite lanceas induite
vos loricis
5 quid igitur vidi
ipsos pavidos et terga vertentes
fortes eorum caesos
fugerunt conciti nec respexerunt
49,29 terror undique ait Dominus
6 non fugiat velox nec salvari se putet Am 2,14!
fortis
ad aquilonem iuxta flumen Eufraten
victi sunt et ruerunt
7 quis est iste qui quasi flumen ascen-
dit
et veluti fluviorum intumescunt gur-
gites eius
8 Aegyptus fluminis instar ascendet Ez 32,2
et velut flumina movebuntur fluctus
eius
et dicet ascendens operiam terram 47,2
perdam civitatem et habitatores eius
9 ascendite equos et exultate in curri- Ez 38,4.5
bus et procedant fortes
Aethiopia et Lybies tenentes scutum Is 66,19; Ez 27,10!
et Lydii arripientes et iacientes sagit-
tas
10 dies autem ille Domini Dei exercitu-
um dies ultionis
ut sumat vindictam de inimicis suis Dt 32,41.42!
devorabit gladius et saturabitur et Is 34,6!
inebriabitur sanguine eorum
victima enim Domini exercituum in
terra aquilonis iuxta flumen Eufra-
ten
11 ascende in Galaad et tolle resinam 8,22; 51,8
virgo filia Aegypti
frustra multiplicas medicamina sani- Is 1,6!
tas non erit tibi
12 audierunt gentes ignominiam tuam
et ululatus tuus replevit terram
quia fortis inpegit in fortem ambo
pariter conciderunt
13 verbum quod locutus est Dominus 43,10.11!
ad Hieremiam prophetam
super eo quod venturus esset Nabu-
chodonosor rex Babylonis
et percussurus terram Aegypti
14 adnuntiate Aegypto et auditum fa- 44,1
cite Magdolo
et resonet in Memphis et in Tafnis
dicite
sta et praepara te quia devoravit

1 de] ex T c | ioiachim r.𝔐 | 4 ~ dicit dominus sic dices ad eum c | destruam A ‖ 46,2 fluuium A c | ioiachim r𝔐 | 8 ascendit Φ c | mouentur A | 10 deuorauit ACΛOT | domini² + dei c | 12 replebit AΣ | fortem + et c | 14 facite + in c | et²] ut A | deuorabit CΣΦ c |

AC ΣΛOSTΦ cr

gladius ea quae per circuitum tuum
sunt
15 quare conputruit fortis tuus
non stetit quoniam Dominus sub-
vertit eum
16 multiplicavit ruentes ceciditque vir
ad proximum suum
et dicent surge et revertamur ad
populum nostrum
et ad terram nativitatis nostrae
a facie gladii columbae
17 vocate nomen Pharao regis Aegypti
Tumultum adduxit tempus
18 vivo ego inquit Rex
10,16! Dominus exercituum nomen eius
quoniam sicut Thabor in montibus
et sicut Carmelus in mari veniet
Ez 12,3 19 vasa transmigrationis fac tibi habi-
tatrix filia Aegypti
quia Memphis in solitudinem erit et
deseretur inhabitabilis
20 vitula eligans atque formonsa Ae-
gyptus
stimulator ab aquilone veniet ei
21 mercennarii quoque eius qui versa-
bantur in medio eius quasi vituli
saginati
versi sunt et fugerunt simul nec stare
potuerunt
23,12! 50,27.31 quia dies interfectionis eorum venit
super eos
tempus visitationis eorum
22 vox eius quasi aeris sonabit quoniam
cum exercitu properabunt
Ps 73,5.6 et cum securibus venient ei quasi lig-
na caedentes
Is 10,34! 23 succiderunt saltum eius ait Dominus
qui supputari non potest
Idc 6,5! multiplicati sunt super lucustas et
non est eis numerus
24 confusa est filia Aegypti et tradita in
manu populi aquilonis
25.26: 43,10.11! 25 dixit Dominus exercituum Deus Is-
rahel
ecce ego visitabo super tumultum Ez 30,13.15.16
Alexandriae
et super Pharao et super Aegyptum
et super deos eius et super reges eius
et super Pharao et super eos qui con-
fidunt in eo
26 et dabo eos in manu quaerentium
animam eorum
et in manu Nabuchodonosor regis Is 19,4; Ez 29,19! 30,10.11!
Babylonis
et in manu servorum eius
et post haec habitabitur sicut diebus
pristinis ait Dominus
27 et tu ne timeas serve meus Iacob et ne 27.28: 30,10.11!
paveas Israhel
quia ecce ego salvum te faciam de
longinquo
et semen tuum de terra captivitatis
suae
et revertetur Iacob et quiescet
et prosperabitur et non erit qui ex-
terreat eum
28 et tu noli timere serve meus Iacob
ait Dominus quia tecum ego sum
quia consumam ego cunctas gentes
ad quas eieci te
te vero non consumam
sed castigabo te in iudicio
nec quasi innocenti parcam tibi
47 quod factum est verbum Domini
ad Hieremiam prophetam contra
Palestinos antequam percuteret
Pharao Gazam
2 haec dicit Dominus
ecce aquae ascendunt ab aquilone Is 28,2!
et erunt quasi torrens inundans
et operient terram et plenitudinem 46,8
eius
urbem et habitatores eius
clamabunt homines et ululabit om-
nis habitator terrae
3 ab strepitu pompae armorum et bel- Na 3,2.3

AC ΣΛOSTΦ cr
14 tuum *om.* A | 16 dicet A | ad[3] *om.* CΣ. | 17 pharaonis c | 19 deseretur et inhabitabilis erit c | 22 ~ caedentes ligna c. | 25 pharaonem[1.2] c | 26 babylonie CΣ. | in manus seruorum c | 27 suae] tuae c | requiescet Ac | properabitur C | 28 ~ ego tecum ACΣ | ~ ego consumam c. || 47,2 homines] omnes C | ululabunt omncs habitatores AΦc |

latorum eius
a commotione quadrigarum eius et multitudine rotarum illius
non respexerunt patres filios manibus dissolutis
Ez 25,16! Ioel 3,4 4 pro adventu diei in quo vastabuntur omnes Philisthim
et dissipabitur Tyrus et Sidon
cum omnibus reliquis auxiliis suis
depopulatus est enim Dominus Palestinos
reliquias insulae Cappadociae
Am 1,7.8! 5 venit calvitium super Gazam
conticuit Ascalon et reliquiae vallis earum
usquequo concideris
6 o mucro Domini usquequo non quiescis
ingredere in vaginam tuam
refrigerare et sile
7 quomodo quiescet cum Dominus praeceperit ei adversus Ascalonem
et adversus maritimas eius regiones
ibique condixerit illi
48 ad Moab
haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
vae super Nabo quoniam vastata est et confusa
capta est Cariathaim confusa est fortis et tremuit
Is 16,14 2 non est ultra exultatio in Moab
contra Esebon cogitaverunt malum
venite et disperdamus eam de gente
ergo silens conticesces sequeturque te gladius
3 vox clamoris de Oronaim
vastitas et contritio magna
4 contrita est Moab
adnuntiate clamorem parvulis eius
Is 15,5 5 per ascensum enim Luaith plorans ascendet in fletu
quoniam in descensu Oronaim hostes ululatum contritionis audierunt
6 fugite salvate animas vestras
et eritis quasi myrice in deserto 17,6
7 pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis et in thesauris tuis 49,4
tu quoque capieris
et ibit Chamos in transmigrationem 49,3; Am 1,15
sacerdotes eius et principes eius simul
8 et veniet praedo ad omnem urbem
et urbs nulla salvabitur
et peribit vallis et dissipabuntur campestria
quoniam dixit Dominus
9 date florem Moab quia floriens egredietur 15
et civitates eius desertae erunt et inhabitabiles
10 maledictus qui facit opus Domini fraudulenter
et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine
11 fertilis fuit Moab ab adulescentia sua
et requievit in fecibus suis
nec transfusus est de vase in vas
et in transmigrationem non abiit
idcirco permansit gustus eius in eo
et odor eius non est inmutatus
12 propterea ecce dies veniunt dicit Dominus
et mittam ei ordinatores et stratores laguncularum et sternent eum
et vasa eius exhaurient
et lagoenas eorum conlident
13 et confundetur Moab a Chamos Is 16,12
sicut confusa est domus Israhel a Bethel in qua habebat fiduciam
14 quomodo dicitis fortes sumus et viri robusti ad proeliandum
15 vastata est Moab et civitates illius ascenderunt 9

3 illius] eius CΣ | 4 dominus] deus CΣS; deos T | 5 et *om.* OST r 𝔐 | reliquae CΣΛ | ualles CΣΛOST | 6 quiesces ΛΦ c | 7 quiescit CS. | illi] ei C ‖ 48, 1 cariathiarim A | 5 luit CΣΛ; luith OT c | in descensum A | 6 myricae AΛS c | 8 peribunt ualles ΣΦ c | 10 fraudulenter + desidiose CΣ | 12 lagoenas] lagunculas c | 15 ascenderunt] succiderunt c. |

AC ΣΛOSTΦ cr

et electi iuvenes eius descenderunt in occisionem
ait Rex Dominus exercituum nomen ei
16 prope est interitus Moab ut veniat
et malum eius velociter adcurret nimis
17 consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius
et universi qui scitis nomen eius
Is 14.5! dicite quomodo confracta est virga fortis baculus gloriosus
Is 47.1 18 descende de gloria et sede in siti habitatio filiae Dibon
quoniam vastator Moab ascendet ad te dissipabit munitiones tuas
19 in via sta et prospice habitatio Aroer
interroga fugientem et eum qui evasit dic quid accidit
39 20 confusus est Moab quoniam victus est
Is 16.7! ululate et clamate
adnuntiate in Arnon quoniam vastata est Moab
21 et iudicium venit ad terram campestrem
super Helon et super Iaesa et super Mefath
22 et super Dibon et super Nabo et super domum Deblathaim
23 et super Cariathaim et super Bethgamul et super Bethmaon
24 et super Carioth et super Bosra
et super omnes civitates terrae Moab
quae longe et quae prope sunt
25 abscisum est cornu Moab
Ez 30.22 et brachium eius contritum est ait Dominus
Is 19.14 26 inebriate eum quoniam contra Dominum erectus est
et adlidet manum Moab in vomitu suo
39; 20.7! et erit in derisum etiam ipse
27 fuit enim in derisum tibi Israhel
quasi inter fures repperisses eum
propter verba ergo tua quae adversum illum locutus es captivus duceris
28 relinquite civitates et habitate in petra habitatores Moab
et estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis Ct 2.14
29 audivimus superbiam Moab superbus est valde 29.30: Is 16.6
sublimitatem eius et arrogantiam et superbiam et altitudinem cordis illius
30 ego scio ait Dominus iactantiam eius
et quod non sit iuxta eam virtus eius
nec iuxta quod poterat conata sit facere
31 ideo super Moab heiulabo 36; Is 15.5; 16.11
et ad Moab universam clamabo ad viros muri fictilis lamentantes
32 de planctu Iazer plorabo tibi vinea Sobema Is 16.8.9
propagines tuae transierunt mare
usque ad mare Iazer pervenerunt
super messem tuam et vindemiam tuam praedo inruit
33 ablata est laetitia et exultatio de Carmelo et de terra Moab Is 16.10; 24.7; Ioel 1.12
et vinum de torcularibus sustuli
nequaquam calcator uvae solitum celeuma cantabit 25.30
34 de clamore Esebon usque Eleale et Iaesa dederunt vocem suam Is 15.4–6
a Segor usque ad Oronaim vitula conternante
aquae quoque Namrim pessimae erunt
35 et auferam de Moab ait Dominus offerentem in excelsis et sacrificantem diis eius
36 propterea cor meum ad Moab quasi tibiae resonabit 31; Is 15.5; 16.11

AC ΣΛΟSTΦ cr

15 ei] eius ΣTc | 16 occurret CΣ | 17 fortis] eius CΣ. | 18 ascendit cr | dissipauit A O cr | 19 eum] ei c. | 25 abscissum c. | 28 et² *om.* A | 29 illius] eius c | 31 clamabo + et CΣ | 34 ad *om.* C | uitula conternante AS cr] uitula consternante ΛΟΤΦ; uitulam consternantem CΣ | 36 tibiae resonabit ΛOcr] tibia resonabit (-uit A) ACΣST; tibia aeris sonabit Φ |

et cor meum ad viros muri fictilis
dabit sonitum tibiarum
quia plus fecit quam potuit idcirco
perierunt
Is 15,2! Ez 7,18 37 omne enim caput calvitium et omnis
barba rasa erit
in cunctis manibus conligatio et super omne dorsum cilicium
Is 15,3! 38 super omnia tecta Moab et in plateis
eius omnis planctus
19,11! quia contrivi Moab sicut vas inutile
ait Dominus
20! 39 quomodo victa est et ululaverunt
quomodo deiecit cervicem Moab et
confusus est
26! eritque Moab in derisum et in exemplum omnibus in circuitu suo
40 haec dicit Dominus
40.41: 49,22 ecce quasi aquila evolabit et extendet alas suas ad Moab
41 capta est Carioth et munitiones conprehensae sunt
et erit cor fortium Moab in die illa
sicut cor mulieris parturientis
42 et cessabit Moab esse populus quon-
So 2,10 iam contra Dominum gloriatus est
43.44: Is 24,17.18! 43 pavor et fovea et laqueus super te
o habitator Moab ait Dominus
44 qui fugit a facie pavoris cadet in
foveam
et qui conscenderit de fovea capietur
laqueo
adducam enim super Moab annum
visitationis eorum dicit Dominus
45.46: Nm 21,28.29! 45 in umbra Esebon steterunt de laqueo
fugientes
quia ignis egressus est de Esebon et
flamma de medio Seon
Is 15,1 et devorabit partem Moab et verticem filiorum tumultus
46 vae tibi Moab peristi popule Chamos
quia conprehensi sunt filii tui et filiae
tuae in captivitatem
47 et convertam captivitatem Moab in 49,6.39
novissimis diebus ait Dominus
hucusque iudicia Moab
49 ad filios Ammon
haec dicit Dominus
numquid filii non sunt Israhel aut
heres non est ei
cur igitur hereditate possedit Melchom Gad
et populus eius in urbibus eius habitavit
2 ideo ecce dies veniunt dicit Dominus
et auditum faciam super Rabbath Ez 21,20
filiorum Ammon fremitum proelii
et erit in tumulum dissipata Am 1,14
filiaeque eius igni succendentur
et possidebit Israhel possessores
suos dicit Dominus
3 ulula Esebon quoniam vastata est
Ahi
clamate filiae Rabbath
accingite vos ciliciis plangite et circuite per sepes
quia Melchom in transmigratione 48,7; Am 1,15
ducetur
sacerdotes eius et principes eius simul
4 quid gloriaris in vallibus
defluxit vallis tua filia delicata
quae confidebas in thesauris tuis et 21,13; 48,7
dicebas quis veniet ad me
5 ecce ego inducam super te terrorem
ait Dominus Deus exercituum ab
omnibus qui sunt in circuitu tuo
et dispergemini singuli a conspectu
vestro
nec erit qui congreget fugientem
6 et post haec reverti faciam captivos 39; 48,47
filiorum Ammon ait Dominus

37 omnem dorsum CΣ | 38 et super CΣ | quoniam Φc | 39 uicta es AΛST; uincta es O. | in derisu AC | 40 euolauit Σ; auolabit C; uolabit Oc; uolauit AS | 42 glorificatus A | 43 ait] dicit c. | 44 fugiet A; fugerit Λc | dicit] ait ΣTc | 45 deuorauit AΛOTr | 46 in captiuitate AΣΛ | 47 iudicium CΣ. || 49,1 ~ non filii c | hereditatem AΣST | habitabit AΣS | 2 tumulum Ccr.𝔐] tumultum *cet.* | dicit] ait c | 3 ai Λ; hai OSTΦ c | quia] quoniam ΛSTΦc | in transmigrationem AΣTc | 5 dispergimini A; dispergamini SΦ | fugientem Ar.𝔐] fugientes *cet.* |

AC ΣΛOSTΦ cr

Abd 8 7 ad Idumeam
haec dicit Dominus exercituum
Is 19,11; Bar 3,23 numquid non est ultra sapientia in Theman
Is 29,14! periit consilium a filiis
inutilis facta est sapientia eorum
30 8 fugite terga vertite descendite in voragine habitatores Dedan
quoniam perditionem Esau adduxi super eum
tempus visitationis eius
Abd 5 9 si vindemiatores venissent super te non reliquissent racemum
si fures in nocte rapuissent quod sufficeret sibi
Abd 6 10 ego vero discoperui Esau
revelavi abscondita eius et celari non poterit
vastatum est semen eius et fratres eius et vicini eius et non erit
11 relinque pupillos tuos ego eos faciam vivere
1Tim 5,5 et viduae tuae in me sperabunt
12 quia haec dicit Dominus
25,28 ecce quibus non erat iudicium ut biberent calicem bibentes bibent
et tu quasi innocens relinqueris
non eris innocens sed bibens bibes
13 quia per memet ipsum iuravi dicit Dominus
25,18! quod in solitudinem et in obprobrium et in desertum et in maledictionem erit Bosra
Is 6,11! et omnes civitates eius erunt in solitudines sempiternas
14–16: Abd 1–4 14 auditum audivi a Domino
et legatus ad gentes missus est
Is 13,4 congregamini et venite contra eam
et consurgamus in proelium
15 ecce enim parvulum dedi te in gentibus
contemptibilem inter homines
16 arrogantia tua decepit te et superbia cordis tui
qui habitas in cavernis petrae Nm 24,21; Abd 3
et adprehendere niteris altitudinem collis 51,53!
cum exaltaveris quasi aquila nidum tuum inde detraham te dicit Dominus
17 et erit Idumea deserta 50,13! So 2,15
omnis qui transibit per eam stupebit
et sibilabit super omnes plagas eius
18 sicuti subversa est Sodoma et Gomorra et vicinae eius ait Dominus 23,14; 50,40; Gn 19,25! Dt 29,23; Is 13,19.20
non habitabit ibi vir et non incolet eam filius hominis 33
19 ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam 12,5; IV Esr 11,37! 19–21: 50,44–46
quia subito currere eum faciam ad illam
et quis erit electus quem praeponam ei
quis enim similis mei et quis sustinebit me
et quis est iste pastor qui resistat vultui meo
20 propterea audite consilium Domini quod iniit de Edom
et cogitationes eius quas cogitavit de habitatoribus Theman
si non deiecerint eos parvuli gregis
nisi dissipaverint cum eis habitaculum eorum
21 a voce ruinae eorum commota est terra Ez 26,15
clamor in mari Rubro auditus est vocis eius
22 ecce quasi aquila ascendet et evolabit 48,40.41
et expandet alas suas super Bosram
et erit cor fortium Idumeae in die illa quasi cor mulieris parturientis
23 ad Damascum
confusa est Emath et Arfad quia auditum pessimum audierunt

AC ΣΛOSTΦ cr 7 ~ ultra est c | perit CΛSTΦ | 8 fugite + et Ac | in uoraginem ΣΛTΦc | super eos A | 11 tuos + et A | ~ faciam eos c | 16 tua *om.* AC. | 19 de *om.* CS | ~ faciam eum c | 22 euolauit ST.; auolabit c; uolabit CΦ; uolauit Σ | 23 confusus A |

Is 57,20 turbati sunt in mari sollicitudine
quiescere non potuit
Is 17,1! 24 dissoluta est Damascus versa in fugam tremor adprehendit eam
6,24! angustia et dolores tenuerunt eam
quasi parturientem
25 quomodo dereliquerunt civitatem
laudabilem urbem laetitiae
50,30! 26 ideo cadent iuvenes eius in plateis
eius
et omnes viri proelii conticescent in
die illa ait Dominus exercituum
Am 1,4 27 et succendam ignem in muro Damasci et devorabit moenia Benadad
28 ad Cedar et ad regna Asor quae percussit Nabuchodonosor rex Babylonis
Is 21,16 haec dicit Dominus
2,10 surgite ascendite ad Cedar et vastate
Is 11,14 filios orientis
4,20! 29 tabernacula eorum et greges eorum
capient
pelles eorum et omnia vasa eorum
32 et camelos eorum tollent sibi
46,5 et vocabunt super eos formidinem in
circuitu
8 30 fugite abite vehementer
in voraginibus sedete qui habitatis
Asor ait Dominus
iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium
et cogitavit adversum vos cogitationes
31 consurgite et ascendite ad gentem
quietam
et habitantem confidenter ait Dominus
non ostia non vectes ei
soli habitant
29 32 et erunt cameli eorum in direptionem
et multitudo iumentorum in praedam
et dispergam eos in omnem ventum 36! 9,25.26!
qui sunt adtonsi in comam
et ex omni confinio eorum adducam
interitum super eos ait Dominus
33 et erit Asor in habitaculum draconum deserta usque in aeternum
non manebit ibi vir nec incolet eam 18!
filius hominis
34 quod factum est verbum Domini ad
Hieremiam prophetam adversus
Aelam
in principio regni Sedeciae regis Iuda
dicens
35 haec dicit Dominus exercituum
ecce ego confringam arcum Aelam
summam fortitudinem eorum
36 et inducam super Aelam quattuor
ventos a quattuor plagis caeli
et ventilabo eos in omnes ventos 32: Ez 5,10!
istos
et non erit gens ad quam non perveniant profugi Aelam
37 et pavere faciam Aelam coram inimicis suis
et in conspectu quaerentium animam
eorum
et adducam super eos malum iram
furoris mei dicit Dominus
et emittam post eos gladium donec 9,16
consumam eos
38 et ponam solium meum in Aelam
et perdam inde reges et principes ait
Dominus
39 in novissimis autem diebus reverti 6; 48,47
faciam captivos Aelam dicit Dominus
50 verbum quod locutus est Dominus
de Babylone et de terra Chaldeorum in manu Hieremiae prophetae
2 adnuntiate in gentibus et auditum
facite
levate signum praedicate et nolite

23 sollicitudines C; prae solicitudine c | potuerunt CΣ | 24 uersa + est c | in fuga CΣS | adprehendet AT | angustiae et CΣΛ | 27 in muros C | benadab AΦ | 28 nabuchodonosor *om.* CΣ. | surgite + et AΣc | 29 in circuitum AO | 31 non²] nec Sc | ei Ar𝔐] sed S.; eis *cet.* | 35 aelam + et Σc | summam ΛTcr, *cf.* 𝔐] sumam *cet.* | 37 mittam T c; inmittam O. ||

AC ΣΛOSTΦ cr

celare
51,44; Is 21,9! 46,1 dicite capta est Babylon confusus est Bel
victus est Marodach confusa sunt sculptilia eius superata sunt idola eorum
51,48 3 quoniam ascendit contra eam gens ab aquilone
51,62! Is 13,9! quae ponet terram eius in solitudinem
et non erit qui habitet in ea ab homine usque ad pecus
et moti sunt et abierunt
31,31; 3,18! 4 in diebus illis et in tempore illo ait Dominus
venient filii Israhel ipsi et filii Iuda simul
31,9 ambulantes et flentes properabunt
et Dominum Deum suum quaerent
5 in Sion interrogabunt viam
huc facies eorum venient
et adponentur ad Dominum foedere sempiterno
quod nulla oblivione delebitur
17; Ez 34,5! Mt 10,6! III Rg 22,17! Za 10,2! 6 grex perditus factus est populus meus
Is 53,6! pastores eorum seduxerunt eos feceruntque vagari in montibus
de monte in collem transierunt
obliti sunt cubilis sui
7 omnes qui invenerunt comederunt eos
et hostes eorum dixerunt non peccavimus
pro eo quod peccaverunt Domino decori iustitiae
et expectationi patrum eorum Domino
51,6.45! Is 48,20; Za 2,7 8 recedite de medio Babylonis et de terra Chaldeorum egredimini
et estote quasi hedi ante greges
14! 6,22.23! 9 quoniam ecce ego suscito et adducam in Babylonem
congregationem gentium magnarum
de terra aquilonis
et praeparabuntur adversum eam et inde capietur
sagitta eius quasi viri fortis interfectoris non revertetur vacua
10 et erit Chaldea in praedam Za 2,9!
omnes vastantes eam replebuntur ait Dominus
11 quoniam exultatis et magna loquimini
diripientes hereditatem meam
quoniam effusi estis sicut vitulus super herbam et mugistis ut tauri
12 confusa est mater vestra nimis
et adaequata pulveri quae genuit vos
ecce novissima erit in gentibus
deserta invia et arens
13 ab ira Domini non habitabitur
sed redigetur tota in solitudinem 19,8! 49,17! 51,37!
omnis qui transit per Babylonem stupebit
et sibilabit super universis plagis eius
14 praeparamini contra Babylonem per circuitum 9.29; 51,11
omnes qui intenditis arcum debellate eam
non parcatis iaculis quia Domino peccavit
15 clamate adversus eam ubique
dedit manum ceciderunt fundamenta eius destructi sunt muri eius 51,44.58
quoniam ultio Domini est ultionem accipite de ea Ps 93,1! 29!
sicut fecit facite ei
16 disperdite satorem de Babylone
et tenentem falcem in tempore messis
a facie gladii columbae unusquisque ad populum suum convertetur 25,38 Is 13,14
et singuli ad terram suam fugient 51,9
17 grex dispersus Israhel leones eiecerunt eum 6!
primus comedit eum rex Assur
iste novissimus exossavit eum Na- 51,34

AC ΣΛOSTΦ cr 50,2 confusus] confusa AΣ | 6 in colle AC | 8 gregem STc | 9 adduco Ar𝔐 | eum A | 11 exultastis AΛΦ | uituli SΦc | mugitis CSr; mugitus Σ | ut] sicut c. | 12 uos] eos A | 13 transibit c | 14 tenditis c |

buchodonosor rex Babylonis
18 propterea haec dicit Dominus exer-
cituum Deus Israhel
ecce ego visitabo regem Babylonis
et terram eius
sicut visitavi regem Assur
Ez 34,13.14 19 et reducam Israhel ad habitaculum
suum
et pascetur Carmelum et Basan
et in monte Ephraim et Galaad sa-
turabitur anima eius
20 in diebus illis et in tempore illo ait
Dominus quaeretur iniquitas Isra-
hel et non erit
Is 33,24! Mi 7,18 et peccatum Iuda et non invenietur
quoniam propitius ero eis quos reli-
quero
21 super terram dominantium ascende
et super habitatores eius visita
dissipa et interfice quae post eos sunt
ait Dominus
et fac iuxta omnia quae praecepi tibi
51,54 22 vox belli in terra et contritio magna
23 quomodo confractus est et contritus
est malleus universae terrae
quomodo versa est in desertum Ba-
bylon in gentibus
24 inlaqueavi te et capta es Babylon et
nesciebas
inventa es et adprehensa quoniam
Dominum provocasti
25 aperuit Dominus thesaurum suum
Is 13,5 et protulit vasa irae suae
quoniam opus est Domino Deo
exercituum in terra Chaldeorum
26 venite ad eam ab extremis finibus
aperite ut exeant qui conculcent eam
tollite de via lapides et redigite in
acervos
et interficite eam nec sit quicquam
reliquum
27 dissipate universos fortes eius
descendant in occisionem
46,21! vae eis quia venit dies eorum
tempus visitationis eorum
28 vox fugientium et eorum qui evase-
runt de terra Babylonis
ut adnuntient in Sion ultionem Do- 51,11
mini Dei nostri
ultionem templi eius
29 adnuntiate in Babylonem plurimis 14!
omnibus qui tendunt arcum
consistite adversum eam per gyrum
et nullus evadat
reddite ei secundum opus suum 15; 25,14; Abd 15
iuxta omnia quae fecit facite illi Apc 18,6!
quia contra Dominum erecta est ad-
versum Sanctum Israhel
30 idcirco cadent iuvenes eius in plateis 49,26; 51,3.4
eius
et omnes viri bellatores eius conti-
cescent in die illa ait Dominus
31 ecce ego ad te superbe dicit Dominus
Deus exercituum
quia venit dies tuus tempus visitatio- 46,21!
nis tuae
32 et cadet superbus et corruet
et non erit qui suscitet eum
et succendam ignem in urbibus eius
et devorabit omnia in circuitu eius
33 haec dicit Dominus exercituum
calumniam sustinent filii Israhel et
filii Iuda simul
omnes qui ceperunt eos tenent
nolunt dimittere eos
34 redemptor eorum Fortis Dominus Is 47,4!
exercituum nomen eius
iudicio defendet causam eorum 51,36
ut exterreat terram et commoveat
habitatores Babylonis
35 gladius ad Chaldeos ait Dominus
et ad habitatores Babylonis et ad
principes et ad sapientes eius
36 gladius ad divinos eius qui stulti
erunt
gladius ad fortes illius qui timebunt
37 gladius ad equos eius et ad currus 51,21
eius

19 carmelus AΦ | in montem AS | 21 dominationum AS | uisitabo AS | 23 est[2] *om.* ΛSTc | 29 eam] eum c (*lapsu*) | illi] ei CΣ |

AC ΣΛOSTΦ cr

51,30: Is 19,16; Na 3,13 et ad omne vulgus quod est in medio eius et erunt quasi mulieres
gladius ad thesauros eius qui diripientur
51,36! 38 siccitas super aquas eius erit et arescent
quia terra sculptilium est et in portentis gloriantur
51,37; Is 13,21! Bar 4,35 39 propterea habitabunt dracones cum fatuis ficariis
et habitabunt in ea strutiones
39.40: Is 13,19.20 et non habitabitur ultra usque ad sempiternum
nec extruetur usque ad generationem et generationem
49,18! 40 sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorram et vicinas eius ait Dominus
non habitabit ibi vir nec incolet eam filius hominis
41—43: 6,22–24 41 ecce populus venit ab aquilone et gens magna
et reges multi consurgent a finibus terrae
42 arcum et scutum adprehendent
crudeles sunt et inmisericordes
Is 17,12 vox eorum quasi mare sonabit
et super equos ascendent
sicut vir paratus ad proelium contra te filia Babylon
43 audivit rex Babylonis famam eorum et dissolutae sunt manus eius
angustia adprehendit eum dolor quasi parturientem
44—46: 49,19–21 44 ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam
quia subito currere eum faciam ad illam
et quis erit electus quem praeponam ei
quis enim similis mei et quis sustinebit me
et quis est iste pastor qui resistat vultui meo
45 propterea audite consilium Domini quod mente concepit adversum Babylonem 51,12.29
et cogitationes eius quas cogitavit super terram Chaldeorum
nisi detraxerint eos parvuli gregum
nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum
46 a voce captivitatis Babylonis commota est terra
et clamor inter gentes auditus est
51 haec dicit Dominus
ecce ego suscitabo super Babylonem et super habitatores eius
qui cor suum levaverunt contra me quasi ventum pestilentem
2 et mittam in Babylonem ventilatores et ventilabunt eam 15,7!
et demolientur terram eius
quoniam venerunt super eam undique in die adflictionis eius
3 non tendat qui tendit arcum suum
et non ascendat loricatus
nolite parcere iuvenibus eius Is 13,1
interficite omnem militiam eius 3.4: 50,30!
4 et cadent interfecti in terra Chaldeorum
et vulnerati in regionibus eius
5 quoniam non fuit viduatus Israhel et Iuda
a Deo suo Domino exercituum
terra autem eorum repleta est delicto a Sancto Israhel
6 fugite de medio Babylonis et salvet unusquisque animam suam 45! 50,8!
nolite tacere super iniquitatem eius
quoniam tempus ultionis est Domino Dt 32,35!
vicissitudinem ipse retribuet ei
7 calix aureus Babylon in manu Domini
inebrians omnem terram

AC ΣΛΟSTΦ cr 38 erit *om.* CΣ. | 39 fatuis] faunis c. | sicariis CΣT | inhabitabitur ΛSTΦc | ad¹] in A ΛSc | 40 deus] dominus c | nec] et non c. | 42 babylonis ACΛ | 44 ~ eum currere faciam Σ; ~ currere faciam eum c. | quis² + est c. || **51**,3 militiam] malitiam AO | 6 ultionis + eius CΣ | est + a Σc. |

25,15.16; Apc 18,3! de vino eius biberunt gentes
et ideo commotae sunt
Is 21,9! 8 subito cecidit Babylon et contrita est
46,11! ululate super eam tollite resinam ad dolorem eius si forte sanetur
9 curavimus Babylonem et non est sanata
50,16! derelinquamus eam et eamus unusquisque in terram suam
Apc 18,5 quoniam pervenit usque ad caelos iudicium eius
et elevatum est usque ad nubes
Ps 36,6! 10 protulit Dominus iustitias nostras
venite et narremus in Sion opus Domini Dei nostri
50,14! 11 acuite sagittas implete faretras
Is 13,17 suscitavit Dominus spiritum regum Medorum
et contra Babylonem mens eius ut perdat eam
50,28 quoniam ultio Domini est ultio templi sui
12 super muros Babylonis levate signum augete custodiam
levate custodes praeparate insidias
29; 50,45 quia cogitavit Dominus et fecit
quaecumque locutus est contra habitatores Babylonis
13 quae habitas super aquas multas locuples in thesauris
venit finis tuus pedalis praecisionis tuae
22,5! Am 6,8 14 iuravit Dominus exercituum per animam suam
quoniam replebo te hominibus quasi brucho
25,30; Is 16,9 et super te celeuma cantabitur
27,5! 15 qui fecit terram in fortitudine sua
15—19: 10,12–16 praeparavit orbem in sapientia sua
Ps 135,5! et prudentia sua extendit caelos
16 dante eo vocem multiplicantur aquae in caelo
Ps 134,7 qui levat nubes ab extremo terrae
fulgura in pluviam fecit
et produxit ventum de thesauris suis
17 stultus factus est omnis homo ab scientia
confusus est omnis conflator in sculptili Is 45,16!
quia mendax conflatio eius nec est spiritus in eis
18 vana sunt opera et risu digna
in tempore visitationis suae peribunt
19 non sicut haec pars Iacob
quia qui fecit omnia ipse est
et Israhel sceptrum hereditatis eius
Dominus exercituum nomen eius
20 conlidis tu mihi vasa belli
et ego conlidam in te gentes
et disperdam in te regna
21 et conlidam in te equum et equitem eius 50,37; Na 2,4
et conlidam in te currum et ascensorem eius
22 et conlidam in te virum et mulierem
et conlidam in te senem et puerum II Par 36,17; Lam 2,21
et conlidam in te iuvenem et virginem
23 et conlidam in te pastorem et gregem eius
et conlidam in te agricolam et iugales eius
et conlidam in te duces et magistratus
24 et reddam Babyloni et cunctis habitatoribus Chaldeae 25,12
omne malum suum quod fecerunt in Sion in oculis vestris ait Dominus
25 ecce ego ad te mons pestifer ait Dominus Is 13,2
qui corrumpis universam terram
et extendam manum meam super te
et evolvam te de petris
et dabo te in montem conbustionis
26 et non tollent de te lapidem in angu-

7 bibent A; + omnes A | 9 eamus] eat CΣ. | 10 et *om.* A | 11 eius + est c | 12 babylon² A | 13 habitabas A | thesauris + eius A | 16 multiplicabuntur CΣΛΦ | 17 scientia + sua CΣ | mendax + est c | eius] eorum c. | 22 iuuenes et uirgines A | 25 et¹ *om.* A | euellam A; euolam Λ.; euolabam O. |

AC ΣΛOSTΦ cr

lum et lapidem in fundamenta
sed perditus in aeternum eris ait Dominus
4.5.6! 27 levate signum in terra clangite bucina in gentibus
sanctificate super eam gentes adnuntiate contra illam regibus
Ararat Menni et Aschenez
numerate contra eam Thapsar
adducite equum quasi bruchum aculeatum
28 sanctificate contra eam gentes
reges Mediae
duces eius et universos magistratus eius
cunctamque terram potestatis eius
29 et commovebitur terra et turbabitur
12; 50.45 quia evigilavit contra Babylonem cogitatio Domini
ut ponat terram Babylonis desertam et inhabitabilem
30 cessaverunt fortes Babylonis a proelio
habitaverunt in praesidiis
devoratum est robur eorum et facti
50.37! Na 3.13 sunt quasi mulieres
incensa sunt tabernacula eius con-
Ps 106.16; Is 45.2 triti sunt vectes eius
31 currens obviam currenti veniet
et nuntius obvius nuntianti
ut adnuntiet regi Babylonis quia capta est civitas eius a summo usque ad summum
32 et vada praeoccupata sunt et paludes incensae sunt igni
et viri bellatores conturbati sunt
Is 21.10 33 quia haec dicit Dominus exercituum Deus Israhel
filia Babylon quasi area tempus triturae eius
adhuc modicum et veniet tempus messionis eius
50.17 34 comedit me devoravit me Nabuchodonosor rex Babylonis
reddidit me quasi vas inane absorbuit me sicut draco
replevit ventrem suum teneritudine mea et eiecit me
35 iniquitas adversum me et caro mea super Babylonem dicit habitatio Sion
et sanguis meus super habitatores Chaldeae dicit Hierusalem
36 propterea haec dicit Dominus
ecce ego iudicabo causam tuam et 50.34
ulciscar ultionem tuam
et desertum faciam mare eius et sic- 50.38; Is 19.5!
cabo venam eius
37 et erit Babylon in tumulos habitatio 9.11; 50.13! 39! Is 25.2!
draconum
stupor et sibilus eo quod non sit ha- 43!
bitator
38 simul ut leones rugient
excutient comas velut catuli leonum
39 in calore eorum ponam potus eorum
et inebriabo eos ut sopiantur et dor- 57! Ps 75.6
miant somnum sempiternum
et non consurgant dicit Dominus
40 deducam eos quasi agnos ad victi- 11.19; Is 53.7! IV Esr 15.10
mam
quasi arietes cum hedis
41 quomodo capta est Sesach et con- Is 13.19!
prehensa est inclita universae terrae
quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes
42 ascendit super Babylonem mare
multitudine fluctuum eius operta est
43 factae sunt civitates eius in stuporem 37
terra inhabitabilis et deserta Is 6.11! Ez 33.28
terra in qua nullus habitet nec transeat per eam filius hominis
44 et visitabo super Bel in Babylone 50.2! Dn 14.21
et eiciam quod absorbuerat de ore eius
et non confluent ad eum ultra gentes
siquidem et murus Babylonis corruit 50.15!

AC ΣΛOSTΦ cr 27 bucinam Σ; bucinis A | et nuntiate A | 29 conturbabitur c | euigilabit O c | 30 robor C; rubor ST | 33 babylonis AΣc | 34 sicut] quasi ΣΦc | teneritudinem meam A | 39 somnium CS | 40 uictimam + et c | 41 in stupore A | 42 super babylon AΣ | multitudinem OTΦ; a multitudine A | 44 in babylonem AST | corruet CΣΦc |

6; 50,8! Apc 18,4! 45 egredimini de medio eius populus meus
ut salvet unusquisque animam suam
ab ira furoris Domini
46 et ne forte mollescat cor vestrum
et timeatis auditum qui audietur in terra
et veniet in anno auditio
et post hunc annum auditio
et iniquitas in terra et dominator super dominatorem
52 47 propterea ecce dies veniunt
et visitabo super sculptilia Babylonis
et omnis terra eius confundetur
et universi interfecti eius cadent in medio eius
Tb 8,7! 48 et laudabunt super Babylonem caeli
et terra et omnia quae in eis sunt
50,3 quia ab aquilone venient ei praedones ait Dominus
49 et quomodo fecit Babylon ut caderent occisi in Israhel
sic de Babylone cadent occisi in universa terra
50 qui fugistis gladium venite nolite stare
recordamini procul Domini et Hierusalem ascendat super cor vestrum
51 confusi sumus quoniam audivimus obprobrium
operuit ignominia facies nostras
Ps 73,3! Is 63,18 quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini
47 52 propterea ecce dies veniunt ait Dominus
et visitabo super sculptilia eius
et in omni terra eius mugiet vulneratus
49,16; Is 14,13 53 si ascenderit Babylon in caelum
et firmaverit in excelso robur suum
a me venient vastatores eius ait Dominus
54 vox clamoris de Babylone 50,22
et contritio magna de terra Chaldeorum
55 quoniam vastavit Dominus Babylonem
et perdidit ex ea vocem magnam
et sonabunt fluctus eorum quasi aquae multae
dedit sonitum vox eorum
56 quia venit super eam id est super Babylonem praedo
et adprehensi sunt fortes eius et emarcuit arcus eorum
quia fortis ultor Dominus reddens retribuet Idt 16,20! Ps 93,1!
57 et inebriabo principes eius et sapientes eius
duces eius et magistratus eius et fortes eius
et dormient somnum sempiternum 39; Ps 75,6; Na 3,18
et non expergiscentur
ait Rex Dominus exercituum nomen eius
58 haec dicit Dominus exercituum
murus Babylonis ille latissimus 50,15! Hab 2,13
suffossione suffodietur
et portae eius excelsae igni conburentur
et labores populorum ad nihilum et gentium in igne erunt et disperibunt
59 verbum quod praecepit Hieremias prophetes
Saraiae filio Neriae filii Maasiae
cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonem
in anno quarto regni eius
Saraias autem erat princeps prophetiae
60 et scripsit Hieremias omne malum
quod venturum erat super Babylonem in libro uno

46 et[5] *om.* AΣ | 48 super babylone A | ueniunt in te A | 49 in uniuersam terram C; per uniuersam terram A | 50 fugitis ASr, *cf.* 𝔐 | 51 obprobria A | 52 uulneratus + eius A | 56 super[2] *om.* CΣ | et[1] *om.* CΣ | retribuit AΛOSTΦr | 57 et[1] *om.* CΣ | eius[2] + et c. | somnium sempiternum CΣS; somno sempiterno A | 58 in igne] in ignem A OScr; *om.* T. | 59 propheta ASTc | amasiae A |

AC ΣΛOSTΦ cr

omnia verba haec quae scripta sunt
contra Babylonem
[61]et dixit Hieremias ad Saraiam
cum veneris Babylonem et videris et
legeris omnia verba haec [62]dices
25.12 Domine tu locutus es contra locum
istum ut disperderes eum
50.3 ne sit qui in eo habitet ab homine
usque ad pecus
et ut sit perpetua solitudo
[63]cumque conpleveris legere librum
istum
63.64: Apc 18.21 ligabis ad eum lapidem et proicies
13.5 illum in medio Eufraten [64]et dices
sic submergetur Babylon et non consurget
a facie adflictionis quam ego adduco
super eam et dissolventur
hucusque verba Hieremiae
1—3: IV Rg 24.18–20: II Par 36.11–13 **52** filius viginti et unius anni Sedecias
cum regnare coepisset
et undecim annis regnavit in Hierusalem
et nomen matris eius Amithal
filia Hieremiae de Lobna
[2]et fecit malum in oculis Domini iuxta omnia quae fecerat Ioachim
[3]quoniam furor Domini erat in Hierusalem et in Iuda
usquequo proiceret eos a facie sua
II Par 26.13 et recessit Sedecias a rege Babylonis
Ez 24,1.2 **4—16: 39.1–10: IV Rg 25.1–12** [4]factum est autem in anno nono regni
eius in mense decimo decima mensis
32.2; 34.1 venit Nabuchodonosor rex Babylonis
ipse et omnis exercitus eius adversum
Hierusalem
et obsederunt eam et aedificaverunt
contra eam munitiones in circuitu
[5]et fuit civitas obsessa usque ad undecimum annum regis Sedeciae
[6]mense autem quarto nona mensis
obtinuit fames in civitate
et non erant alimenta populo terrae 38.9!
[7]et disrupta est civitas et omnes viri
bellatores fugerunt
et exierunt de civitate nocte per viam
portae quae est inter duos muros
et ducit ad hortum regis
Chaldeis obsidentibus urbem in
gyro
et abierunt per viam quae ducit in
heremum
[8]persecutus est autem exercitus Chaldeorum regem
et adprehenderunt Sedeciam in deserto quod est iuxta Hiericho
et omnis comitatus eius diffugit ab
eo
[9]cumque conprehendissent regem adduxerunt eum ad regem Babylonis
in Reblatha quae est in terra Emath
et locutus est ad eum iudicia
[10]et iugulavit rex Babylonis filios Sedeciae in oculis eius
sed et omnes principes Iudae occidit
in Reblatha
[11]et oculos Sedeciae eruit
et vinxit eum conpedibus
et adduxit eum rex Babylonis in Babylonem
et posuit eum in domo carceris usque ad diem mortis eius
[12]in mense autem quinto decima mensis **12.13: Bar 1,2**
ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis
venit Nabuzardan princeps militiae
qui stabat coram rege Babylonis in
Hierusalem
[13]et incendit domum Domini et domum regis
et omnes domos Hierusalem et om-

AC ΣΛOSTΦ cr 61 ueneris + in CΣΦc | 62 et ut] ut A; et ST | 63 in medium CΛOTcr | 64 dissoluetur ΛΣOΦc 52,1 anni + erat Λc | lomna AΣOST | 2 ioiachim Λr𝔐 | 4 in circuitum CΣ. | 5 regis] regni AΛΦ | 6 in ciuitatem CΣ; ciuitatem Tc | 7 bellatores + eius TΦc | exieruntque c; exierunt S | ad heremum A | 8 ~ chaldaeorum exercitus c | 9 est[2] *om.* C | 10 iuda OSΦc | 11 in domum AOTr | 12 decima + die C | nonusdecimus] decimus CΣ |

nem domum magnam igne con-
busit
14 et totum murum Hierusalem per cir-
cuitum
destruxit cunctus exercitus Chaldeo-
rum qui erat cum magistro militiae
15 de pauperibus autem populi et de
reliquo vulgo quod remanserat in
civitate
et de perfugis qui transfugerant ad
regem Babylonis
et ceteros de multitudine transtulit
Nabuzardan princeps militiae
16 de pauperibus vero terrae reliquit
Nabuzardan princeps militiae in
vinitores et in agricolas
27,21.22 17—23: IV Rg 25,13–17 17 columnas quoque aereas quae erant
in domo Domini et bases
et mare aereum quod erat in domo
Domini confregerunt Chaldei
et tulerunt omne aes eorum in Baby-
lonem
18 et lebetas et creagras et psalteria
et fialas et mortariola
et omnia vasa aerea quae in minis-
terio fuerant tulerunt
19 et hydrias et thymiamateria et urceos
et pelves et candelabra et mortaria et
cyatos
quotquot aurea aurea et quotquot
argentea argentea
tulit magister militiae
III Rg 7,25! 20 columnas duas et mare unum
vitulos duodecim aereos
qui erant sub basibus quas fecerat
rex Salomon in domo Domini
non erat pondus aeris omnium va-
sorum horum
III Rg 7,15! 21 de columnis autem decem et octo
cubiti altitudinis erant in columna
una
et funiculus duodecim cubitorum
circuibat eam
porro grossitudo eius quattuor digi-
torum et intrinsecus cava erat
22 et capitella super utramque aerea III Rg 7,16!18!
altitudo capitelli unius quinque cubi-
torum
et retiacula 23 et mala granata nona-
ginta sex dependentia
omnia mala granata centum retia-
culis circumdabantur
24 et tulit magister militiae Saraiam sa- 24—27: IV Rg 25,18–21
cerdotem primum
et Sophoniam sacerdotem secun-
dum
et tres custodes vestibuli
25 et de civitate tulit eunuchum unum
qui erat praepositus super viros bel-
latores
et septem viros de his qui videbant
faciem regis qui inventi sunt in ci-
vitate
et scribam principem militum qui
probabat tirones
et sexaginta viros de populo terrae
qui inventi sunt in medio civitatis
26 tulit autem eos Nabuzardan magis-
ter militiae
et duxit eos ad regem Babylonis in
Reblatha
27 et percussit eos rex Babylonis et
interfecit eos in Reblatha in terra
Emath
et translatus est Iuda de terra sua
28 iste est populus quem transtulit Na-
buchodonosor
in anno septimo Iudaeos tria milia
et viginti tres
29 in anno octavodecimo Nabucho-

16 in[1] *om.* TΦ c | in[2] *om.* Φ c | 17 aeneum Λ c | 18 lebetes ΣSΦ c | 19 th(y)miateria COr: thimiataria S.; thimiamataria T.; thymiama materia Φ.; thimiama et materia Σ. | mortariola AΛ. | quodquod[1] ACΛT | quodquod[2] ACT | 20 et columnas c. | unum + et c | ~ horum uasorum c. | 21 erat[1] ATr | digitorum] cubitorum CΣ | ~ erat caua A | 22 utrumque AC; utraque Φ | 23 malogranata CΣ c; + centum retiaculis circumdabantur et retiacula et mala granata A(*sub* ÷)Φ; + super coronam in circuitu omnia aerea similiter columnae secundae et malogranata [23] et fuerunt malogranata c. | nonaginta et sex CΛOTΦ r | dependentia + et AΦ c | malogranata Σ c | 25 ~ tulit de ciuitate A | de his *om.* A | 26 babylonis + et interfecit eos A |

AC
ΣΛOSTΦ
cr

donosor
de Hierusalem animas octingentas triginta duas
39,9 30 in anno vicesimo tertio Nabuchodonosor transtulit Nabuzardan magister militiae
Iudaeorum animas septingentas quadraginta quinque
omnes ergo animae quattuor milia sescentae
31—34: IV Rg 25,27–30 31 et factum est in tricesimo septimo anno transmigrationis Ioachim regis Iudae
duodecimo mense vicesima quinta mensis
elevavit Evilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui
caput Ioachim regis Iudae
et eduxit eum de domo carceris
32 et locutus est cum eo bona
et posuit thronum eius super thronos regum qui erant post se in Babylone
33 et mutavit vestimenta carceris eius
et comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitae suae
34 et cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei a rege Babylonis
statuta per singulos dies
usque ad diem mortis suae cunctis diebus vitae eius

Lamentationes ALEPH Quomodo sedit sola civitas plena populo
facta est quasi vidua domina gentium
princeps provinciarum facta est sub tributo
2 BETH plorans ploravit in nocte et
Sir 35,18 lacrimae eius in maxillis eius
non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius
omnes amici eius spreverunt eam et facti sunt ei inimici 19: Ier 4,30; 30,14
3 GIMEL migravit Iuda propter adflictionem et multitudinem servitutis
habitavit inter gentes nec invenit requiem Dt 28,65!
omnes persecutores eius adprehenderunt eam inter angustias
4 DELETH viae Sion lugent eo quod non sint qui veniant ad sollemnitatem Is 3,26; Ier 14,2
omnes portae eius destructae sacerdotes eius gementes IV Esr 10,22
virgines eius squalidae et ipsa oppressa amaritudine
5 HE facti sunt hostes eius in capite inimici illius locupletati sunt
quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius
parvuli eius ducti sunt captivi ante faciem tribulantis
6 VAV et egressus est a filia Sion omnis decor eius
facti sunt principes eius velut arietes non invenientes pascuam
et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis
7 ZAI recordata est Hierusalem dierum adflictionis suae et praevaricationis I Mcc 2,11
omnium desiderabilium suorum quae habuerat a diebus antiquis
cum caderet populus eius in manu hostili et non esset auxiliator
viderunt eam hostes et deriserunt

AC 30 ~ animas iudaeorum c | 31 ioiachim A; ioachin ΣΛc.; ioiachin r., *cf.* 𝔐, *item infra* |
ΣΛOSTΦ iuda[1] Oc | iuda[2] c | 32 super thronum CΣ | in babylonem CΣS | 34 eius[2]] suae
cr CΣΦ ||
Lamentationes. *Tit.* threni idest lamentationes ieremiae prophetae c.; + et factum est postquam in captiuitatem redactus (captiuitate reductus A) est israel et ierusalem deserta est sedit ieremias propheta (*om.* A) flens et planxit lamentatione hac (lamentationem hanc A) in ierusalem et amaro animo suspirans et eiulans (amaro—eiulans *om.* A) dixit A (*ante tit.*) c, *cf.* 𝔊 || 1,1 sedit ASr𝔐] sedet *cet.* | 3 migrabit ΣA; migrans C. | iudas c | habitabit ACΣΛS | 5 illius] eius c | iniquitatis A | captiui] in captiuitatem STΦc | 6 pascuam AOSr𝔐] pascua *cet.* |

sabbata eius
Ier 13,22! 8 HETH peccatum peccavit Hierusalem
propterea instabilis facta est
omnes qui glorificabant eam spreverunt illam quia viderunt ignominiam eius
ipsa autem gemens et conversa retrorsum
Ier 13,22 9 TETH sordes eius in pedibus eius nec
Is 47,7 recordata est finis sui
deposita est vehementer non habens consolatorem
Ex 4,31! vide Domine adflictionem meam
quoniam erectus est inimicus
Is 64,11! 10 IOTH manum suam misit hostis ad
omnia desiderabilia eius
Ps 78,1! quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum
de quibus praeceperas ne intrarent
in ecclesiam tuam
11 CAPH omnis populus eius gemens et
19 quaerens panem
dederunt pretiosa quaeque pro cibo
ad refocilandam animam
Ex 4,31! vide Domine considera quoniam
facta sum vilis
2,13! 12 LAMED o vos omnes qui transitis per
viam
adtendite et videte si est dolor sicut
dolor meus
quoniam vindemiavit me ut locutus
est Dominus in die irae furoris sui
13 MEM de excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit me
Ez 12,13! 17,20 expandit rete pedibus meis convertit
me retrorsum
3,11 posuit me desolatam tota die maerore confectam
Ps 37,5! 14 NUN vigilavit iugum iniquitatum
mearum in manu eius
convolutae sunt et inpositae collo
meo
infirmata est virtus mea dedit me
Dominus in manu de qua non potero surgere
15 SAMECH abstulit omnes magnificos
meos Dominus de medio mei
vocavit adversum me tempus ut contereret electos meos
torcular calcavit Dominus virgini Is 63,3!
filiae Iuda
16 AIN idcirco ego plorans et oculus Ier 14,17!
meus deducens aquam
quia longe factus est a me consolator
convertens animam meam
facti sunt filii mei perditi quoniam
invaluit inimicus
17 FE expandit Sion manus suas non
est qui consoletur eam
mandavit Dominus adversum Iacob
in circuitu eius hostes eius
facta est Hierusalem quasi polluta
menstruis inter eos
18 SADE iustus est Dominus quia os I Esr 9,15! Ier 23,6!
eius ad iracundiam provocavi
audite obsecro universi populi et
videte dolorem meum
virgines meae et iuvenes mei abie- Dt 28,41!
runt in captivitatem
19 COPH vocavi amicos meos et ipsi de- 21
ceperunt me
sacerdotes mei et senes mei in urbe
consumpti sunt
quia quaesierunt cibum sibi ut refo- 11
cilarent animam suam
20 RES vide Domine quoniam tribulor
venter meus conturbatus est Ier 4,19
subversum est cor meum in memet Ps 41,7
ipsa quoniam amaritudine plena
sum
foris interfecit gladius et domi mors Dt 32,25
similis est
21 SEN audierunt quia ingemesco ego
et non est qui consoletur me
omnes inimici mei audierunt malum
meum laetati sunt quoniam tu fe-

8 et conuersa] conuersa est c | 9 quoniam] quia CΣ. | 10 in *om.* CΣΛ | 11 domine + et CΣc | factus CΛO | 16 aquas c. | 17 hostis ΣS.; hostibus C | 20 domine *om.* CΣ. | ~ conturbatus est uenter meus c. | ~ plena sum amaritudine Λ | interficit ΣΛOc | 21 me *om.* A |

AC ΣΛOSTΦ cr

cisti
adduxisti diem consolationis et fient
similes mei
Ps 108,14 22 THAV ingrediatur omne malum eo-
rum coram te
et devindemia eos sicut vindemiasti
me propter omnes iniquitates meas
5,17! Ier 8,18! multi enim gemitus mei et cor meum
maerens
2 ALEPH Quomodo obtexit caligine in
furore suo Dominus filiam Sion
Ps 88,40.41 proiecit de caelo terram inclitam Is-
rahel
et non recordatus est scabilli pedum
suorum in die furoris sui
2 BETH praecipitavit Dominus nec pe-
percit omnia speciosa Iacob
destruxit in furore suo munitiones
virginis Iuda
9; Ez 24,21 deiecit in terram polluit regnum et
principes eius
Is 42,25 3 GIMEL confregit in ira furoris omne
cornu Israhel
Ps 73,11 avertit retrorsum dexteram suam a
facie inimici
et succendit in Iacob quasi ignem
flammae devorantis in gyro
Ier 21,5.6! 4 DELETH tetendit arcum suum quasi
inimicus
firmavit dexteram suam quasi hostis
et occidit omne quod pulchrum
erat visu
in tabernaculo filiae Sion effudit
quasi ignem indignationem suam
Is 63,10 5 HE factus est Dominus velut inimi-
cus praecipitavit Israhel
praecipitavit omnia moenia eius dis-
sipavit munitiones eius
et replevit in filia Iuda humiliatum
et humiliatam
6 VAV et dissipavit quasi hortum ten-
torium suum demolitus est taber-
naculum suum
oblivioni tradidit Dominus in Sion Is 1,13! Am 5,21
festivitatem et sabbatum
et obprobrio in indignatione furoris
sui regem et sacerdotem
7 ZAI reppulit Dominus altare suum
maledixit sanctificationi suae
tradidit in manu inimici muros tur-
rium eius
vocem dederunt in domo Domini
sicut in die sollemni
8 HETH cogitavit Dominus dissipare
murum filiae Sion
tetendit funiculum suum et non aver- Is 34,11
tit manum suam a perditione
luxitque antemurale et murus pariter
dissipatus est
9 TETH defixae sunt in terra portae 2! Ps 73,6
eius
perdidit et contrivit vectes eius re-
gem eius et principes eius in genti-
bus
non est lex et prophetae eius non Ps 73,9; Ez 7,26!
invenerunt visionem a Domino
10 IOTH sederunt in terra conticuerunt
senes filiae Sion
consperserunt cinere capita sua ac- Ier 6,26!
cincti sunt ciliciis
abiecerunt in terra capita sua virgi-
nes Hierusalem
11 CAPH defecerunt prae lacrimis oculi
mei conturbata sunt viscera mea
effusum est in terra iecur meum su- Iob 16,14
per contritione filiae populi mei
cum deficeret parvulus et lactans in 19.21; Is 51,20
plateis oppidi
12 LAMED matribus suis dixerunt ubi 4,4
est triticum et vinum
cum deficerent quasi vulnerati in
plateis civitatis
cum exhalarent animas suas in sinu
matrum suarum

AC ΣΛOSTΦ cr

21 fiant ST.; finient CΣ. | 22 uindemia O c | deuindemiasti C. | omnes *om.* A || **2,1** in terram ACΣΛ c | ~ est recordatus ΣΛOΦ cr | scabillum CΣ | 2 iuda + et c | in terra AT | 3 furoris + sui CΣ c | 5 humiliatam] humiliatum C | 6 obprobrio] in opprobrium et c | in indignationem T c; indignatione O; indignationem S | 10 cinerem A; cineres T. | in terram² c | 11 super contritionem CTΦ | lactens c | 12 in sinum ST r; in manu A. |

1.12; Is 46,5! 13 MEM cui conparabo te vel cui adsimilabo te filia Hierusalem
cui exaequabo te et consolabor te virgo filia Sion
magna enim velut mare contritio tua quis medebitur tui
Is 3,12! Ier 14,14! 14 NUN prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta
nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad paenitentiam provocarent
viderunt autem tibi adsumptiones falsas et eiectiones
15 SAMECH plauserunt super te manibus
Ier 18,16! omnes transeuntes per viam
sibilaverunt et moverunt caput suum super filiam Hierusalem
Ez 16,14 haecine est urbs dicentes perfecti decoris gaudium universae terrae
3,46; Ps 34,21! 123,2.3 16 FE aperuerunt super te os suum omnes inimici tui
Ps 34,25! 36,12! sibilaverunt et fremuerunt dentibus dixerunt devoravimus
en ista est dies quam expectabamus invenimus vidimus
Ier 40,3; Za 1,6 17 AIN fecit Dominus quae cogitavit
conplevit sermonem suum quem praeceperat a diebus antiquis destruxit et non pepercit
et laetificavit super te inimicum et exaltavit cornu hostium tuorum
18 SADE clamavit cor eorum ad Dominum super muros filiae Sion
Ier 14,17! deduc quasi torrentem lacrimas per diem et per noctem
non des requiem tibi neque taceat pupilla oculi tui
19 COPH consurge lauda in nocte in principio vigiliarum
1 Sm 1,15! effunde sicut aqua cor tuum ante conspectum Domini
Gn 14,22! II Mcc 15,12 leva ad eum manus tuas pro anima
parvulorum tuorum 11.21; Is 51,20
qui defecerunt in fame in capite omnium conpetorum
20 RES vide Domine et considera quem vindemiaveris ita
ergone comedent mulieres fructum IV Rg 6,29!
suum parvulos ad mensuram palmae
si occidetur in sanctuario Domini sacerdos et propheta
21 SEN iacuerunt in terra foris puer et 11.19; Is 51,20; II Par 36,17; Ier 51,22; 1 Mcc 2,9!
senex
virgines meae et iuvenes mei ceciderunt in gladio
interfecisti in die furoris tui percus- 3,43
sisti nec misertus es
22 THAV vocasti quasi ad diem sollemnem qui terrerent me de circuitu
et non fuit in die furoris Domini qui effugeret et relinqueretur
quos educavi et enutrivi inimicus meus consumpsit eos
3 ALEPH Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius
2 ALEPH me minavit et adduxit in tenebris et non in lucem
3 ALEPH tantum in me vertit et convertit manum suam tota die
4 BETH vetustam fecit pellem meam et 4,8! Iob 30,30!
carnem meam contrivit ossa mea
5 BETH aedificavit in gyro meo et cir- Iob 19,12
cumdedit me felle et labore
6 BETH in tenebrosis conlocavit me Ps 142,3! Is 59,10
quasi mortuos sempiternos
7 GIMEL circumaedificavit adversum Ps 87,9
me ut non egrediar adgravavit conpedem meam
8 GIMEL sed et cum clamavero et roga- Ps 21,3!
vero exclusit orationem meam
9 GIMEL conclusit vias meas lapidibus quadris semitas meas subvertit

13 magna + est c | 15 dicentis A | 16 fe] se ST.; ain CΣΛΦ | dentibus + et AΦc | deuorabimus CΣΦc | expectauimus CΣS | 17 ain] phe CΛ; fe ΣΦ | 18 per[2] *om.* CΣΛΦc | 19 aquam ΣΛc | pro animabus ST; pro animas A | compitorum c; conpeditorum O; conflictorum Λ | 20 paruulus AΦ; *om.* T. | occiditur CΣΛOTΦc | [*deest* S *usque ad* 3,59] | 21 senes ACΣΦr | 22 nutriui AΣ || 3,2 in tenebras c | 7 meam AOr] meum *cet.* |

AC
ΣΛO(S)TΦ
cr

Os 13,8 10 DELETH ursus insidians factus est
mihi leo in absconditis
1,13 11 DELETH semitas meas subvertit et
confregit me posuit me desola-
tam
12 DELETH tetendit arcum suum et po-
suit me quasi signum ad sagittam
Ps 37,3! 13 HE misit in renibus meis filias faret-
rae suae
Ier 20,7! 14 HE factus sum in derisu omni populo
meo canticum eorum tota die
Rt 1,20; Iob 9,18 15 HE replevit me amaritudinibus ineb-
riavit me absinthio
16 VAV et fregit ad numerum dentes
meos cibavit me cinere
17 VAV et repulsa est a pace anima mea
oblitus sum bonorum
18 VAV et dixi periit finis meus et spes
mea a Domino
19 ZAI recordare paupertatis et trans-
gressionis meae absinthii et fellis
20 ZAI memoria memor ero et tabescet
in me anima mea
21 ZAI hoc recolens in corde meo ideo
sperabo
II Esr 9,31 22 HETH misericordiae Domini quia
Mal 3,6 non sumus consumpti quia non
defecerunt miserationes eius
23 HETH novae diluculo multa est fides
tua
Ps 15,5! 118,57 24 HETH pars mea Dominus dixit anima
mea propterea expectabo eum
Ecl 8,12! Na 1,7 25 TETH bonus est Dominus speranti-
bus in eum animae quaerenti illum
Mi 7,7! 26 TETH bonum est praestolari cum si-
lentio salutare Domini
27 TETH bonum est viro cum portaverit
iugum ab adulescentia sua
28 IOTH sedebit solitarius et tacebit quia
levavit super se
29 IOTH ponet in pulvere os suum si
forte sit spes

30 IOTH dabit percutienti se maxillam Is 50,6; Mt 5,39; Lc 6,29
saturabitur obprobriis
31 CAPH quia non repellet in sempiter- Ps 93,14!
num Dominus
32 CAPH quia si abiecit et miserebitur Is 54,7!
secundum multitudinem misericor-
diarum suarum
33 CAPH non enim humiliavit ex corde
suo et abiecit filios hominis
34 LAMED ut contereret sub pedibus suis
omnes vinctos terrae
35 LAMED ut declinaret iudicium viri in
conspectu vultus Altissimi
36 LAMED ut perverteret hominem in
iudicio suo Dominus ignoravit
37 MEM quis est iste qui dixit ut fieret
Domino non iubente
38 MEM ex ore Altissimi non egredien- Is 45,7! So 1,12
tur nec mala nec bona
39 MEM quid murmuravit homo vivens
vir pro peccatis suis
40 NUN scrutemur vias nostras et quae-
ramus et revertamur ad Dominum Is 19,22! Os 6,1!
41 NUN levemus corda nostra cum ma- Gn 14,22! Ps 24,1! 85,4
nibus ad Dominum in caelos
42 NUN nos inique egimus et ad iracun- Is 64,5!
diam provocavimus idcirco tu in-
exorabilis es
43 SAMECH operuisti in furore et per- 2,21
cussisti nos occidisti nec pepercisti
44 SAMECH opposuisti nubem tibi ne
transeat oratio
45 SAMECH eradicationem et abiectio- I Cor 4,13
nem posuisti me in medio populo-
rum
46 FE aperuerunt super nos os suum 2,16!
omnes inimici
47 FE formido et laqueus facta est nobis
vaticinatio et contritio
48 FE divisiones aquarum deduxit ocu- Ps 118,136! Ier 9,18; 14,17!
lus meus in contritione filiae populi
mei

AC ΣΛΟΤΦ cr

14 in derisum ΑΛΤcr | 15 amaritudinibus + et CΣ | me^2 *om.* ΑΛΦ | 17 a pace Λcr𝔐] *om. cet.* | 21 haec c | 23 noui c; moue Λ | 24 eam ΛΟ. | 25 quaerentium Λ: quaerent T. | 26 domini] dei c | 28 leuabit ΑΣΛ | 30 satiabitur C | 33 hominum Tc | 38 nec mala nec bona ΛΟcr, *cf.* 𝔐𝔊] nec bona nec mala ΑΦ: mala pro bonis T: mala pro uobis CΣ. | 40 scrutemus CΣ | 41 ad deum ΛΟr𝔐 | 46 fe] ain CΛ: *om.* Σ., *item vv.* 47.48 |

49 AIN oculus meus adflictus est nec ta-
cuit eo quod non esset requies
50 AIN donec respiceret et videret Do-
minus de caelis
51 AIN oculus meus depraedatus est
animam meam in cunctis filiabus
urbis meae
52 SADE venatione ceperunt me quasi
avem inimici mei gratis
Dn 6,16.17 53 SADE lapsa est in lacu vita mea et
posuerunt lapidem super me
Ps 68,2! 123,4 Ion 2,6 54 SADE inundaverunt aquae super ca-
put meum dixi perii
Ps 129,1 55 COPH invocavi nomen tuum Domine
55.56: Ion 2,3 de lacis novissimis
56 COPH vocem meam audisti ne aver-
tas aurem tuam a singultu meo et
clamoribus
57 COPH adpropinquasti in die quando
invocavi te dixisti ne timeas
Ps 9,5! 58 RES iudicasti Domine causam ani-
mae meae redemptor vitae meae
59 RES vidisti Domine iniquitatem ad-
versum me iudica iudicium meum
Ps 55,6! 60 RES vidisti omnem furorem universas
cogitationes eorum adversum me
61 SEN audisti obprobria eorum Domi-
ne omnes cogitationes eorum ad-
versum me
Ps 37,13! 62 SEN labia insurgentium mihi et me-
ditationes eorum adversum me to-
ta die
Ps 138,2 63 SEN sessionem eorum et resurrectio-
nem eorum vide ego sum psalmus
eorum
Ps 27,4! 64 THAV reddes eis vicem Domine iuxta
opera manuum suarum
65 THAV dabis eis scutum cordis labo-
rem tuum
66 THAV persequeris in furore et conte-
res eos sub caelis Domine
4 ALEPH Quomodo obscuratum est
aurum mutatus est color optimus
dispersi sunt lapides sanctuarii in
capite omnium platearum
2 BETH filii Sion incliti et amicti auro
primo
quomodo reputati sunt in vasa testea
opus manuum figuli
3 GIMEL sed et lamiae nudaverunt
mammam lactaverunt catulos suos
filia populi mei crudelis quasi strutio
in deserto
4 DELETH adhesit lingua lactantis ad 2,12
palatum eius in siti
parvuli petierunt panem et non erat
qui frangeret eis
5 HE qui vescebantur voluptuose inter-
ierunt in viis
qui nutriebantur in croceis ample-
xati sunt stercora
6 VAV et maior effecta est iniquitas Gn 4,13
filiae populi mei peccato Sodomo- Ez 16,48
rum
quae subversa est in momento et non
ceperunt in ea manus
7 ZAI candidiores nazarei eius nive ni-
tidiores lacte
rubicundiores ebore antiquo sap-
phyro pulchriores
8 HETH denigrata est super carbones 5,10
facies eorum et non sunt cogniti in
plateis
adhesit cutis eorum ossibus aruit et 3,4! Iob 19,20; Ps 101,6
facta est quasi lignum
9 TETH melius fuit occisis gladio quam
interfectis fame
quoniam isti extabuerunt consumpti
ab sterilitate terrae
10 IOTH manus mulierum misericordi-
um coxerunt filios suos IV Rg 6,29!
facti sunt cibus earum in contritione
filiae populi mei
11 CAPH conplevit Dominus furorem Ier 7,20!
suum effudit iram indignationis
suae

49 ain] phe C; fe Λ; *om.* Σ, *item vv.* 50.51 | 53 in lacum c | 55 de lacu nouissimo Φc | 57 quando] qua CΣ | 59 iniquitatem + illorum c | [*iterum adest* S] | 61 opprobrium c | 63 surrectionem OSTΦ (*partim*) r | 64 thau] sen C; *om.* Σ ‖ 4,4 lactentis c; letantis S. | 6 coeperunt CΛOΦ (*partim*) r; receperunt A | 8 ossibus + eorum A | 11 conplebit AΣΛ |

AC ΣΛO(S)TΦ cr

Dt 32,22! et succendit ignem in Sion et devoravit fundamenta eius
12 LAMED non crediderunt reges terrae et universi habitatores orbis
quoniam ingrederetur hostis et inimicus per portas Hierusalem
13 MEM propter peccata prophetarum eius iniquitates sacerdotum eius
qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum
14 NUN erraverunt caeci in plateis polluti sunt sanguine
cumque non possent tenuerunt lacinias suas
15 SAMECH recedite polluti clamaverunt eis recedite abite nolite tangere
iurgati quippe sunt et commoti dixerunt inter gentes non addet ultra ut habitet in eis
16 FE facies Domini divisit eos non addet ut respiciat eos
5,12 facies sacerdotum non erubuerunt neque senum miserti sunt
17 AIN cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum (Is 30,5)
cum respiceremus adtenti ad gentem quae salvare non poterat
18 SADE lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum
adpropinquavit finis noster conpleti sunt dies nostri quia venit finis noster
Is 30,16; Ier 4,13 19 COPH velociores fuerunt persecutores nostri aquilis caeli
Ier 16,16 super montes persecuti sunt nos in deserto insidiati sunt nobis
20 RES spiritus oris nostri christus dominus captus est in peccatis nostris
cui diximus in umbra tua vivemus in gentibus
21 SEN gaude et laetare filia Edom quae habitas in terra Hus
ad te quoque perveniet calix inebriaberis atque nudaberis Gn 9,21
22 THAV conpleta est iniquitas tua filia Sion non addet ultra ut transmigret te Is 40,2
visitavit iniquitatem tuam filia Edom discoperuit peccata tua Bar 2,35
5 recordare Domine quid acciderit nobis intuere et respice obprobrium nostrum Ps 88,51 Ex 4,31!
2 hereditas nostra versa est ad alienos domus nostrae ad extraneos IV Esr 2,2
3 pupilli facti sumus absque patre matres nostrae quasi viduae
4 aquam nostram pecunia bibimus ligna nostra pretio conparavimus
5 cervicibus minabamur lassis non dabatur requies
6 Aegypto dedimus manum et Assyriis ut saturaremur pane Os 7,11! 12,1
7 patres nostri peccaverunt et non sunt et nos iniquitates eorum portavimus
8 servi dominati sunt nostri non fuit qui redimeret de manu eorum
9 in animabus nostris adferebamus panem nobis a facie gladii in deserto
10 pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis 4,8!
11 mulieres in Sion humiliaverunt virgines in civitatibus Iuda
12 principes manu suspensi sunt facies senum non erubuerunt 4,16
13 adulescentibus inpudice abusi sunt et pueri in ligno corruerunt
14 senes de portis defecerunt iuvenes de choro psallentium
15 defecit gaudium cordis nostri versus Iob 30,31! Bar 4,34

AC ΣΛΟ(S)ΤΦ cr
13 eius¹ + et STΦc | 14 sunt + in ΛΤΦc | 16 fe] sem S.; ain Λ; *om.* CΣ | 17 ain] phe Λ; *om.* CΣ | saluari CΛ. | 19 nobis *om.* CΣ | 21 hus *om.* CΣST | 22 uisitabit AΣ || 5,1 *Tit.* oratio ieremiae prophetae c | *praem. singulis versibus nomina litt. hebr.* CΛ, *numeros graecis litt. expressos* AOTΦr | 2 domus nostra AS | 5 ceruicibus + nostris c | 6 panem A | 9 animabus] manibus C | 11 humiliauerunt + et ΣΛc | 14 ~ defecerunt de portis c | iuuenes — 22 uehementer *om.* S. |

est in luctu chorus noster
Ier 13,18 16 cecidit corona capitis nostri vae no-
bis quia peccavimus
1,22; Is 1,5; Ier 8,18! 17 propterea maestum factum est cor
Gn 27,1! nostrum ideo contenebrati sunt
oculi nostri
18 propter montem Sion quia disperiit
vulpes ambulaverunt in eo
Ps 9,8! 19 tu autem Domine in aeternum per-
manebis solium tuum in generatio-
ne et generatione
Ps 12,1! 20 quare in perpetuum oblivisceris nos-
tri derelinques nos in longitudinem
dierum
Ier 31,18 21 converte nos Domine ad te et con-
vertemur innova dies nostros sicut
a principio
22 sed proiciens reppulisti nos iratus es
contra nos vehementer

EXPLICIT LIBER HIEREMIAE

PROPHETAE

INCIPIT LIBER BARUCH

Ier 36,4! Et haec verba libri quae scripsit
Baruch filius Neeri filius Maasei
filii Sedechiae filii Sedei filii Hel-
chiae in Babylonia
IV Rg 25,8.9! Ier 52,12.13 2 in anno quinto in septima die men-
sis
in tempore quo ceperunt Chaldei
Hierusalem et succenderunt eam
igni
3 et legit Baruch verba libri huius ad
aures Iechoniae filii Ioachim regis
Iuda
et ad aures universi populi venientis
ad librum
4 et ad aures potentium filiorum re-
gum
et ad aures presbyterorum
et ad aures populi a minimo usque
ad magnum eorum omnium habi-
tantium in Babylonia ad flumen
Sudi
5 qui audientes plorabant et ieiuna-
bant et orabant in conspectu Do- Idt 4,12!
mini
6 et collegerunt pecuniam secundum 6.7: Act 11,29
quod potuit uniuscuiusque ma-
nus
7 et miserunt in Hierusalem ad Ioa-
chim filium Helchiae filii Salom
sacerdotem
et ad sacerdotes et ad omnem popu-
lum qui inventi sunt cum eo in
Hierusalem
8 cum acciperet vasa templi Domini
quae ablata fuerant de templo
revocare in terram Iuda decima die
illius sivan
vasa argentea quae fecit Sedechias
filius Iosiae rex Iuda
9 posteaquam cepisset Nabuchodono- Ier 24,1!
sor rex Babylonum Iechoniam et
principes et vinctos et potentes et
populum terrae ab Hierusalem
et duxit eos in Babyloniam
10 et dixerunt
ecce misimus ad vos pecunias de
quibus emite holocaustomata et
tus
et facite manna et offerte pro pecca- I Esr 6,10! Ier 41,5
to ad aram Domini Dei nostri
11 et orate pro vita Nabuchodonosor
regis Babyloniae
et pro vita Balthasar filii eius
ut sint dies ipsorum sicut dies caeli
super terram

AC ΣΛΟΤΦ cr Θ cr

15 in luctum ATΦ cr | 18 quia] qui A. | in eum CΣ | 19 in generationem c | et generationem OΦ cr | 20 in longitudine ΣO c ||
Baruch. *Hic liber deest in* AΣOSTΦ; *in* CΛ *textus ad vet. lat. vers. pertinet. Citantur* Θ *et* cr. [*Divisio textus per cola et commata, quam codd. non praebent, ad imitationem cet. librorum expressa est*] | *Tit.* prophetia baruch c. || 1,1 neriae filii maasiae c | 2 septimo c. | coeperunt Θ r. | 3 uenientes Θ | 4 ad¹ *om.* Θ. | magnum] maximum c | sodi c | 8 illius] mensis c | 9 coepisset Θ r. | rex babylonis c | uinctos et] cunctos c. | eos + uinctos c | in babylonem c | 11 babylonis c | ipsorum] eorum c. |

12 et det Dominus virtutem nobis et
inluminet oculos nostros
ut vivamus sub umbra Nabuchodo-
nosor regis Babyloniae
et sub umbra Balthasar filii eius
et serviamus eis multis diebus
et inveniamus gratiam in conspectu
eorum
1 Sm 12,19! 13 et pro nobis ipsis orate ad Dominum
Deum nostrum
Is 64,5; Mi 7,9 quia peccavimus Domino Deo nos-
tro
et non est aversus furor eius a nobis
usque in hunc diem
14 et legite librum istum quem misimus
ad vos recitari in templo Domini
in die sollemni et in die oportuno
15—20: Dn 9,7-11 15 et dicetis
2,6 Domino Deo nostro iustitia
nobis autem confusio faciei nostrae
sicut dies haec omni Iuda et habi-
tantibus in Hierusalem
16 regibus nostris et principibus nostris
sacerdotibus nostris et prophetis
nostris et patribus nostris
Is 42,24! 17 peccavimus ante Dominum nostrum
et non credidimus diffidentes in eum
18 et non fuimus subiectibiles illi
2,10 et non obaudivimus vocem Domini
Dei nostri
ut ambularemus in mandatis eius
quibus dedit nobis
1 Sm 8,8! Ier 7,24.25! 19 a die qua eduxit patres nostros de
terra Aegypti usque in hunc diem
eramus incredibiles ad Dominum
Deum nostrum et dissipati recessi-
19.20: Dt 28,15! mus ne audiremus vocem ipsius
20 et adheserunt nobis mala multa et
maledictiones
quae constituit Dominus Moysi ser-
vo suo
qui eduxit patres nostros de terra
Aegypti
dare nobis terram fluentem lac et Ex 13,5!
mel
sicut hodierna die
21 et non audivimus vocem Domini Dei
nostri secundum omnia verba pro-
phetarum quos misit ad nos
22 et abivimus unusquisque in sensum Is 65,2; Ier 7,24!
cordis nostri maligni
operari diis alienis
facientes mala ante oculos Domini
Dei nostri
2 propter quod statuit Dominus Deus 1.2: Dn 9,12.13
noster verbum suum
quod locutus est ad nos et ad iudices
nostros qui iudicaverunt in Israhel
et ad reges nostros et ad principes
nostros et ad omnem Israhel et Iuda
2 ut adduceret Dominus super nos Ez 5,9
mala magna
quae non sunt facta sub caelo quem-
admodum facta sunt Hierusalem
secundum quae scripta sunt in lege
Moysi
3 ut manducaret homo carnes filii sui Dt 28,53! Ier 19,9
et carnes filiae suae
4 et dedit illos sub manus regum om-
nium qui sunt in circuitu nostro
in inproperium et in desolationem
et in omnibus populis quo nos di-
spersit Dominus
5 et facti sumus subtus et non supra Dt 28,13
quia peccavimus Domino Deo nos- Is 42,24! Ier 7,24!
tro non obaudiendo vocem ipsius
6 Domino Deo nostro iustitia 1,15; Dn 9,7!
nobis autem et patribus nostris con-
fusio faciei
sicut dies haec
7 quae locutus est Dominus super nos
omnia mala haec quae evenerunt
super nos
8 et non sumus deprecati faciem Do- 8—20: Dn 9,13-18
mini Dei nostri
ut reverteremur unusquisque nos-

Θ cr 12 et[1] + ut c. | babylonis c | 15 sicut + est c | 16 nostris[2] + et c | 17 dominum + deum c | 18 audiuimus c. | quibus] quae c | 19 usque ad diem hanc c | 20 ~ multa mala c | 22 abibimus Θ. || 2,1 in *om.* c | 2 sunt[2] + in c | 4 eos sub manu c | et[3] *om.* c. | quo] in quibus c | 5 uoci c | 6 sicut + est c | 7 quae[1]] quia c | uenerunt c |

trum a viis nostris pessimis
Ier 31,28! 9 et vigilavit Dominus in malis et ad-
duxit ea super nos
II Esr 9,33! Ps 144,17! quia iustus est Dominus in omnibus
operibus suis quae mandavit nobis
1,18 10 et non audivimus vocem ipsius
ut iremus in praeceptis Domini quae
dedit ante faciem nostram
11 et nunc Domine Deus Israhel
Dt 26,8! Ier 32,21 qui eduxisti plebem tuam de terra
Aegypti
in manu valida et in signis et in pro-
digiis
et in virtute tua magna et in brachio
excelso
Ier 32,20! et fecisti tibi nomen
sicut dies iste
III Rg 8,47! 12 peccavimus impie egimus inique ges-
simus Domine Deus noster in om-
nibus iustitiis tuis
13 avertatur ira tua a nobis
29; Ier 42,2! quia derelicti sumus pauci inter gen-
tes ubi dispersisti nos
14 exaudi Domine preces nostras et
orationes nostras
Ps 142,11! et educ nos propter te
et da nobis invenire gratiam ante fa-
ciem eorum qui nos abduxerunt
I Sm 17,46! 15 ut sciat omnis terra
quia tu es Dominus Deus noster
Nm 6,27! et quia nomen tuum invocatum est
super Israhel et super genus ipsius
Dt 26,15! 16 respice Domine de domo sancta tua
in nos
16,17: IV Rg 19,16! et inclina aurem tuam et audi
17 aperi oculos tuos et vide
Ps 6,6! 113,25! Is 38,18 quia non mortui qui sunt in inferno
quorum spiritum acceptum est a vis-
ceribus suis
dabunt honorem et iustificationem
Domino
18 sed anima quae tristis est super mag-
nitudine
et incedit curva et infirmis
et oculi deficientes et anima esuriens Ps 73,21
dat tibi gloriam et iustitiam Domino
19 quia non secundum iustitias patrum
nostrorum nos fundimus miseri-
cordiam
ante conspectum tuum Domine Deus
noster
20 sed quia misisti iram tuam et furo-
rem tuum super nos
sicut locutus es in manus puerorum
tuorum prophetarum dicens Ier 27,11
21 sic dicit Dominus
inclinate umerum vestrum et cervi-
cem vestram
et operam facite regi Babylonis
et sedebitis in terra quam dedi patri-
bus vestris
22 quod si autem non audieritis vocem
Domini Dei vestri operari regi Ba-
byloniae 22.23: Ier 7,34!
defectionem faciam de civitatibus
Iuda et a foris Hierusalem Ier 16,9; 25,10.11!
23 et auferam a vobis vocem iucundi-
tatis et vocem gaudimonii
et vocem sponsi et vocem sponsae
et erit omnis terra sine vestigio ab
inhabitantibus eam
24 et non audierunt vocem tuam ut
operarentur regi Babyloniae Ier 8,1
et statuisti verba tua quae locutus es
in manibus puerorum tuorum pro-
phetarum
ut proferrentur ossa regum nostro-
rum et ossa patrum nostrorum de
loco suo Ier 8,2
25 et ecce sunt proiecta in calore solis
et in gelu noctis
et mortui sunt in doloribus pessimis
in fame et in gladio et in emissione
26 et posuisti templum in quo invoca-
tum est nomen tuum in ipso
sicut haec dies

11 plebem tuam] populum tuum c | sicut + est c | 16 audi] exaudi nos c | 17 spiritus acceptus c | 18 magnitudine + mali c | infirma c. | 19 fundimus + preces et petimus c. | 20 in manu c | 21 opera c | 22 autem *om.* c | defectionem + uestram c | 23 gaudii c | 24 babylonis c | transferrentur c | 25 ~ proiecta sunt c. | Θ cr

propter iniquitatem domus Israhel
et domus Iuda
27 et fecisti in nobis Domine Deus nos-
ter secundum omnem benignitatem
tuam
et secundum omnem miserationem
tuam illam magnam
28 sicut locutus es in manu pueri tui
Moysi
in die qua praecepisti ei scribere le-
gem tuam coram filiis Israhel 29 di-
cens
si non obaudieritis vocem meam
13; Ier 42,2! ambitio haec magna et multa con-
vertetur in minimo inter gentes quo
ego dispergam illos
Dt 31,27! 30 quia scio quod me non audiet popu-
lus
populus est enim dura cervice
et convertetur ad cor suum in terra
captivitatis suae
Ex 7,5! Ez 28,26; 39,22! 28 31 et scient quoniam ego sum Dominus
Deus eorum
Ier 24,7! et dabo eis cor et audient aures
32 et laudabunt me in terra captivitatis
suae
et memores erunt nominis mei
33 et avertent se a dorso suo duro et a
malignitatibus suis
quia reminiscentur viam patrum
suorum qui peccaverunt in me
Dt 30,5; Ier 16,15! 34 et revocabo illos in terram quam iu-
ravi patribus illorum Abraham et
Isaac et Iacob
et dominabuntur eius
et multiplicabo eos et non minora-
buntur
Ier 31,33! 35 et statuam illis testamentum alterum
sempiternum
ut sim illis in Deum
et ipsi erunt mihi in populum
et non movebo amplius populum Lam 4,22
meum filios Israhel a terra quam
dedi illis
3 et nunc Domine omnipotens Deus
Israhel
anima in angustiis et spiritus anxius Ps 119,1!
clamat ad te
2 audi Domine et miserere quia Deus
es misericors
et miserere nostri quia peccavimus
ante te
3 quia tu sedes in sempiternum et nos
peribimus in aevum
4 Domine omnipotens Deus Israhel
audi nunc orationem mortuorum
Israhel et filiorum ipsorum
qui peccaverunt ante te et non au-
dierunt vocem Domini Dei sui
et adglutinata sunt nobis mala
5 noli meminisse iniquitates patrum Ps 78,8!
nostrorum
sed memento manus tuae et nominis
tui in tempore isto
6 quia tu es Dominus Deus noster
et laudabimus te Domine
7 quia propter hoc dedisti timorem
tuum in cordibus nostris
et ut invocemus nomen tuum et lau-
demus te in captivitate nostra
quia convertemus iniquitatem pat-
rum nostrorum qui peccaverunt
ante te
8 et ecce nos hodie in captivitate nos-
tra sumus
quo nos dispersisti in inproperium Ier 42,18!
et in maledictum et in peccatum
secundum omnes iniquitates patrum
nostrorum qui discesserunt a te Do-
mine Deus noster
9 audi Israhel mandata vitae Dt 4,1! Ps 77,1! IV Esr 9,30
auribus percipite ut scias prudentiam

Θ c r 26 domus[1]] domui Θ | 27 benignitatem] bonitatem c | 29 audieritis c | ambitio] multitudo c | et multa *om.* c | in minimam c | dispergam illos] eos dispergam c | 30 audient Θ r | 31 quoniam] quia c | audient aures] intelligent aures et audient c | 34 illorum] eorum c | et[2] *om.* c | eius] eis c || 3,5 iniquitatum c | 7 conuertimur ab iniquitate c. | 8 ~ in captiuitate nostra sumus hodie qua c | recesserunt c. | 9 percipe c | sciatis Θ (*partim*) |

10 quid est Israhel quid est quod in
terra es inimicorum
11 inveterasti in terra aliena
coinquinatus es cum mortuis
Ps 27,1! deputatus es cum descendentibus in
infernum
Ier 2,13; 17,13 12 dereliquisti fontem sapientiae
Is 48,18 13 si in via Dei ambulasses habitasses in
pace sempiterna
Iob 28,12! 14 disce ubi sit prudentia
ubi sit virtus
ubi sit intellectus
ut scias simul ubi sit longiturnitas
vitae et victus
ubi sit lumen oculorum et pax
Iob 28,12! 15 quis invenit locum eius et quis intra-
vit in thesauros eius
16 ubi sunt principes gentium et qui
Sap 9,2! Sir 17,4! dominantur super bestias quae sunt
super terram
17 qui in avibus caeli inludunt
18 qui argentum thesaurizant et aurum
in quo confidebant homines
et non est finis adquisitionis eorum
qui argentum fabricant et solliciti
sunt
nec est inventio operum illorum
19 exterminati sunt et ad inferos descen-
derunt
et alii loco eorum exsurrexerunt
20 iuvenes viderunt lumen et habitave-
runt super terram
27 viam autem disciplinae ignoraverunt
21 neque intellexerunt semitas eius
neque filii eorum susceperunt eam
a facie ipsorum longe facta est
22 non est audita in terra Chanaan
neque visa est in Theman
23 filii quoque Agar qui exquirunt pru-
dentiam quae de terra est
Ier 49,7 negotiatores Merrae et Theman
et fabulatores et exquisitores intelle-
gentiae
viam autem sapientiae nescierunt
neque commemorati sunt semitas
eius
24 o Israhel quam magna est domus
Dei
et ingens locus possessionis eius
25 magnus et non habet finem
excelsus et inmensus
26 ibi fuerunt gigantes nominati illi qui 26.27: Sap 14,6
ab initio fuerunt 26—28: Sir 16,8
statura magna scientes bellum
27 non hos elegit Deus
neque viam disciplinae dedit illis 20
et perierunt 28 eo quod non haberent
sapientiam
et perierunt propter insipientiam
suam
29 quis ascendit in caelum et accepit 29.30: Dt 30,12.13
eam
et deduxit eam de nubibus
30 quis transfretavit mare et invenit il-
lam
et adtulit illam super aurum elec-
tum
31 non est qui possit scire viam eius Iob 28,12!
neque qui exquirat semitas eius
32 sed qui scit universa novit eam Iob 28,24
et invenit eam prudentia sua
qui praeparavit terram in aeterno Ecl 1,4
tempore
et replevit eam pecudibus et quadru-
pedibus
33 qui emittit lumen et vadit
et vocavit illud et obaudit illi in tre-
more
34 stellae autem lumen dederunt in 34.35: Sir 43,10.11! Is 40,26!
custodiis suis et laetatae sunt
35 vocatae sunt et dixerunt adsumus
et luxerunt ei cum iucunditate qui

Θ cr

10 quid est² *om.* c | ~ inimicorum es c | 13 si] nam si c | habitasses + utique c | 17 ludunt c | 18 confidunt c | 19 surrexerunt c | 23 merrae cr.] terrae Θ | exquisitores + prudentiae et c | 25 magnus + est c. | 27 deus] dominus c | dedit illis] inuenerunt c | 27 et—28 haberent] propterea perierunt 28 et quoniam non habuerunt c | et perierunt²] interierunt c | ~ suam insipientiam c | 29 eduxit c | 31 uias c | 32 adinuenit c | 33 obedit c | 34 ~ dederunt lumen c |

fecit illas
36 hic Deus noster
non aestimabitur alius adversus eum
Ps 147,19! 37 hic adinvenit omnem viam discipli-
nae
Sir 24,13 et tradidit illam Iacob puero suo et
Israhel dilecto suo
Prv 8,31; Io 1,14 38 post haec in terris visus est
et cum hominibus conversatus est
Sir 24,32 4 hic liber mandatorum Dei et lex
quae est in aeternum
Lv 18,5! omnes qui tenent eam ad vitam
qui autem dereliquerint eam in mor-
tem
2 convertere Iacob et adprehende eam
Is 2,5! ambula per viam ad splendorem eius
contra lumen eius
Est 14,11; Sir 49,7 3 ne tradas altero gloriam tuam et dig-
nitatem tuam genti alienae
4 beati sumus Israhel
Sap 9,18 quoniam quae Deo placent nobis
manifesta sunt
5 animaequior esto populus Dei me-
morabilis Israhel
6 venundati estis gentibus non in per-
ditionem
I Esr 5,12! sed propter quod in ira ad iracundi-
am provocastis Deum traditi estis
adversariis
7 exacerbastis enim eum qui fecit vos
Deum aeternum
Dt 32,17! immolantes daemoniis et non Deo
Dt 32,18! Is 1,2 8 obliti autem estis eum qui nutrivit
vos
et contristastis nutricem vestram
Hierusalem
9.10: 14 24 9 vidit enim iracundiam a Deo veni-
entem vobis
et dixit audite confines Sion
adduxit enim mihi Deus luctum
magnum
10 vidi enim captivitatem populi mei
filiorum meorum et filiarum
quam superduxit illis Aeternus
11 nutrivi enim illos cum iucunditate 11.12: IV Esr 2,2.3
dimisi autem illos cum fletu et luctu 23
12 nemo gaudeat super me viduam et
desolatam a multis
derelicta sum propter peccata filio-
rum meorum
quia declinaverunt a lege Dei
13 iustitias autem ipsius nescierunt
nec ambulaverunt per vias manda- Ier 18,15
torum Dei
neque per semitas veritatis eius
cum iustitias ingressi sunt
14 veniant confines Sion 9.10.24
et memorentur captivitatem filiorum
et filiarum mearum
quam superduxit illis Aeternus
15 adduxit enim super illos gentem de 15.16: Dt 28,49.50
longinquo
gentem inprobam et alterius linguae
16 qui non sunt reveriti senem
neque puerorum miserti sunt
et abduxerunt dilectos viduae
et a filiis unicam desolaverunt
17 ego autem quid possum adiuvare vos
18 qui enim adduxit super vos mala Ier 32,42!
ipse vos eripiet de manibus inimico-
rum vestrorum
19 ambulate filii ambulate IV Esr 2,4
ego enim derelicta sum sola
20 exui me stola pacis
indui autem me sacco obsecrationis
et clamabo ad Altissimum in diebus Ps 114,2
meis
21 animaequiores estote filii 27: Idc 10,12!
clamate ad Dominum
et eripiet vos de manu principum ini-
micorum
22 ego enim speravi in Aeternum salu-
tem vestram
et venit mihi gaudium a Sancto
super misericordia quae veniet vobis
ab Aeterno salutari nostro

Θ cr 36 hic + est c | noster + et c || 4,1 eam[1] + peruenient c | dereliquerunt c | 3 alteri c | 4 quoniam] quia c. | ~ manifesta sunt nobis c. | 8 autem] enim c | eum] deum c | 13 iustitias[2]] iustitia c |

11! 23 emisi enim vos cum luctu et ploratu
29 reducet autem vos mihi Deus cum
gaudio et iucunditate in sempiternum
9.10.14 24 sicut enim viderunt vicinae Sion
captivitatem vestram
sic videbunt et in celeritate salutem
vestram a Deo
quae superveniet vobis cum honore
magno et splendore aeterno
25 filii patienter sustinete iram quae supervenit vobis
persecutus est enim te inimicus tuus
sed cito videbis perditionem ipsius
Dt 33,29! et super cervices ipsius ascendes
26 delicati mei ambulaverunt vias asperas
ducti sunt enim ut grex direptus ab
inimicis
21 27 animaequiores estote filii et proclamate ad Deum
erit enim memoria vestra ab eo qui
ducit vos
28 sicut enim fuit sensus vester ut erraretis a Deo
decies tantum iterum convertentes
requiretis eum
29 qui enim induxit vobis mala
23 ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra
30 animaequior esto Hierusalem
exhortatur enim te qui te nominavit
Sir 27,32 31 nocentes parebunt qui te vexaverunt
et qui gratulati sunt in tua ruina
punientur 32 civitates quibus servierunt filii tui
punietur quae accepit filios tuos
33 sicut enim gavisa est in tua ruina
et laetata est in tuo casu
sic contristabitur in sua desolatione
34 et amputabitur exultatio multitudinis eius Lam 5,15
et gaudimonium eius erit in luctum Iob 30,31!
35 ignis enim superveniet ei ab Aeterno
in longiturnis diebus
et habitabitur a daemoniis in multitudinem temporis Ier 50,39!
36 circumspice Hierusalem ad orientem 36.37: 5,5; Is 60,4!
et vide iucunditatem a Deo tibi venientem
37 ecce enim veniunt filii tui quos dimisisti dispersos Tb 13,12!
veniunt collecti ab oriente usque ad Is 43,5! Za 8,7!
occidentem in verbo Sancti
gaudentes in honorem Dei
5 exue te Hierusalem stola luctus et
vexationis tuae
et indue te decore et honore eius quae Is 52,1
a Deo tibi est in sempiterna gloriae
2 circumdato te deploide a Deo iustitiae Is 61,10!
et inpone mitram capiti tuo honoris
Aeterni
3 Deus enim ostendet splendorem suum in te omni quod sub caelo est Is 60,1!
4 nominabitur enim tibi nomen tuum Is 43,1!
a Deo in sempiternum
Pax iustitiae et Honor pietatis
5 exsurge Hierusalem et sta in excelso 4,36.37!
et circumspice ad orientem
et vide collectos filios tuos
ab oriente sole usque ad occidentem
in verbo Sancti
gaudentes Dei memoria
6 exierunt enim abs te pedibus ducti
ab inimicis
adducet autem illos Dominus ad te Is 66,20
portatos in honorem sicut filios
regni
7 constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum et rupes per- Is 40,4; 49,11

Θ cr

23 deus] dominus c | 24 uestram¹ + a deo c | 27 deum] dominum c | duxit c. | 31 parebunt] peribunt c. | 32 punientur Θ c; + et c | 33 ~ in casu tuo c | 35 in multitudine c || 5,1 in sempiterna gloriae *restituimus*] in sempiterna gloria Θ r; sempiternae gloriae c | 2 circumdabit c | deploide deo Θ; deus diploide c. | inponet Θ cr | tuo *om.* c. | 3 omni quod r] omni qui c.; quod Θ | 6 in honore c |

ennes
et convalles replere in aequalitatem terrae
ut ambulet Israhel diligenter in honorem Dei
8 obumbraverunt autem et silvae et omne lignum suavitatis Israhel mandato Dei
Ps 104,43; Is 55,12 9 adducet enim Deus Israhel cum iucunditate in lumine maiestatis suae
cum misericordia et iustitia quae est ab ipso
Ier 29,1 6 EXEMPLUM EPISTULAE QUAM MISIT HIEREMIAS AD ABDUCTOS CAPTIVOS IN BABYLONIAM A REGE BABYLONIORUM UT NUNTIARET ILLIS SECUNDUM QUOD PRAECEPTUM EST ILLI A DEO
1 propter peccata quae peccastis ante Deum abducemini in Babyloniam captivi a Nabuchodonosor rege Babylonum
Ier 29,10 2 ingressi itaque in Babyloniam eritis illic annis plurimis et tempus longum usque ad generationes septem
post hoc autem educam vos inde cum pace
3 nunc autem videbitis in Babylonia
38; Ps 113,12! Sap 13,10 deos aureos et argenteos et lapideos
25! et ligneos in umeros portari
ostentantes metum gentibus
4 videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis
et metuatis et metus vos capiat in ipsis
5 visa itaque turba de retro et ab ante adorantes
dicite in cordibus vestris
tibi oportet adorari Domine
Ex 23,20! 6 angelus autem meus vobiscum est
ipse autem exquiram animas vestras
7 nam lingua ipsorum polita a fabro
50.70 ipsa etiam inaurata et inargentata falsa sunt et non possunt loqui
8 et sicut virgini amanti ornamenti
ita accepto auro fabricati sunt
9 coronas certe habent aureas super capita sua dii illorum
unde subtrahent sacerdotes ab eis aurum et argentum
et erogant illud in semet ipsis
10 dant autem et ex ipso prostitutis et meretrices ornant
et iterum cum receperint illud a meretricibus ornant deos suos
11 hii autem non liberantur ab erugine et tinea
12 opertis autem illis veste purpurea
extergent faciem ipsorum propter 16
pulverem domus
qui est plurimus inter eos
13 sceptrum autem habet ut homo sicut iudex regionis
qui in se peccantem non interficit
14 habet etiam gladium in manu et securem
se autem de bello et a latronibus non 56
liberat
unde vobis notum sit quia non sunt 14.15; 22.28.64.68
dii 51
15 ne ergo timueritis eos
sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur
tales sunt et dii illorum
16 constitutis illis in domo 12
oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium
17 et sicut alicui qui regem offendit circumseptae sunt ianuae
aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum
ita tutant sacerdotes ostia clusuris et seris
ne a latronibus expolientur
18 lucernas accendunt illis et quidem

Θ cr 8 israhel + ex c | 9 ab] ex c. || 6, *Tit.* exemplar c | abducendos c. | annunciaret c | 1 babyloniorum c | 2 in babylonem c | illic] ibi c | temporibus longis c | 3 in humeris c | 5 tibi] te c | 6 autem¹] enim c. | 8 ornamenti *restituimus*] ornament• Θ.; ornamenta c; ornamentum r | 9 ~ aureas habent c. | subtrahunt c | in semet ipsos c | 12 extergunt c | 14 ~ in manu gladium c | 15 ne] non c | timueritis] inueneritis Θ | 17 tutantur c |

multas
ex quibus nullam videre possunt
sunt autem sicut trabes in domo
19 corda vero eorum dicunt elingere
serpentes qui de terra sunt
dum comedent eos et vestimentum
ipsorum et non sentiunt
20 nigrae fiunt facies eorum a fumo qui
in domo fit
21 supra corpus eorum et supra caput
volant noctuae et hirundines
et aves etiam similiter et cattae
14.151 22 unde scietis quia non sunt dii
ne ergo timueritis eos
23 aurum etiam quod habent ad spe-
ciem est
nisi aliquis exterserit eruginem non
fulgebunt
neque enim dum conflarentur sen-
tiebant
24 ex omni pretio empta sunt
Ps 134,17 in quibus spiritus non est in ipsis
3; Is 46,7! 25 sine pedibus in umeris portantur
ostentantes ignobilitatem suam ho-
minibus
38; Ps 96,7! confundantur etiam qui colunt ea
Sap 13,16 26 propterea si ceciderint in terram a
semet ipsis non surgent
neque si quis eum statuerit rectum
per semet ipsum stabit
sed sicut mortuis munera eorum illis
adponentur
27 hostias illorum sacerdotes ipsorum
vendunt et abutuntur
similiter et mulieres eorum decer-
pentes neque infirmo neque men-
dicanti aliquid inpertiunt
28 de sacrificiis eorum fetae et menstru-
atae contingunt
14.151 scientes itaque ex his quia non sunt
dii ne timeatis eos
29 unde enim vocantur dii
quia mulieres adponunt diis argen-
teis et aureis et ligneis
30 et in domibus eorum sacerdotes se-
dent
habentes tunicas scissas et capita et Lv 10,6! 21,5
barbas rasa
quorum capita nuda sunt
31 rugiunt autem clamantes contra deos
suos sicut in cena mortui
32 a vestimento eorum auferent sacer- 57
dotes
et vestiunt uxores suas et filios suos
33 neque si quid mali patiantur ab ali- 65
quo neque si quid bonum poterunt
retribuere
neque regem constituere possunt ne- 52
que auferre
34 similiter neque divitias dare possunt
neque malum retribuere
si quis illis votum voverit et non red- Sap 14,29
diderit nec hoc requirent
35 hominem a morte non liberant ne-
que infimum a potentiore eripient
36 hominem caecum ad visum non re-
stituent
de necessitate hominem non libera-
bunt
37 viduae non miserebuntur neque or-
fanis benefacient
38 lapidibus de monte similes sunt dii 3!
illorum lignei et lapidei aurei et
argentei
qui autem colunt illa confundentur 25; Ps 96,7!
39 quomodo ergo aestimandum est aut 44.49.55.63
dicendum illos esse deos
40 adhuc enim ipsis Chaldeis non hono-
rantibus ea
qui cum audierint mutum non posse
loqui
offerent illum ad Bel postulantes ab
eo loqui
41 quasi possint sentire qui non habent

19 comedunt c | 21 caput + eorum c | 22 sciatis c | 24 est in] inest c. | 26 non consurgunt c | 27 ~ uendunt sacerdotes ipsorum c | 30 barbas rasa *restituimus*] barba rasa Θ.; barbam rasam c; barbas rasas r | 32 a uestimento] uestimenta c | auferunt c | 33 patiuntur c | boni c | 34 ~ dare diuitias c | neque hoc requirunt c | 35 infirmum c | eripiunt c | 36 restituunt c | 38 lapidei + et c | illa] ea c | 40 offerunt illud c | Θ cr

motum
et ipsi cum intellexerint relinquent ea
sensum enim non habent ipsi dii illorum
Gn 38,14! 42 mulieres autem circumdatis funibus in viis sedent succendentes ossa olivarum
43 cum autem aliqua ex ipsis adtracta ab aliquo transeunte dormierit
proximae suae exprobrat quod ea non sit digna habita sicut ipsa
neque funis eius disruptus sit
44 omnia autem quae illis fiunt falsa sunt
39! quomodo ergo aestimandum aut dicendum est esse illos deos
Is 40,19! 45 a fabris autem et ab aurificibus facta sunt
nihil aliud erint nisi id quod volunt esse sacerdotes
46 aurifices ipsi etiam qui ea faciunt non sunt multi temporis
numquid ergo possunt quae ab ipsis fabricata sunt esse dii
47 reliquerunt autem falsa et obprobrium postea futuris
48 nam cum supervenerit illis proelium et mala
cogitant post se sacerdotes ubi se abscondant cum illis
39! 49 quomodo ergo sentiri debeant quoniam dii sunt
qui nec de bello se liberant
neque de malis se eripiunt
71 Ps 113,12! 50 nam cum sint lignea et inaurata et inargentata
scietur postea quia falsa sunt gentibus universis et regibus
quae manifestata sunt quia non sunt dii sed opera manuum hominum
et nullum opus Dei in illis
51 unde ergo notum est quia non sunt dii sed opera manuum hominum 14!
et nullum Dei opus in ipsis est
52 regem regioni non suscitant neque pluviam hominibus dabunt 33
53 iudicium quoque non discernent neque regionem liberabunt ab iniuria 63
quia nihil possunt sicut corniculae inter medium caeli et terrae
54 etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum aureorum et argenteorum
sacerdotes quidem ipsorum fugient et liberabuntur
ipsi vero sicut trabes in medio conburentur
55 regi autem et bello non resistent
quomodo ergo aestimandum est aut recipiendum quia dii sunt 39!
56 non a furibus neque a latronibus se liberabunt dii lignei et lapidei et inaurati et argentati 14
quibus hii qui fortiores sunt
57 aurum et argentum et vestimentum quod operti sunt auferent illis et abibunt 32
nec sibi auxilium ferunt
58 itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam
aut vas in domo utile in quo gloriabitur qui possidet illud
quam falsi dii
vel ostium in domo quod custodit quae in ipsa sunt
quam falsi dii
59 sol quidem et luna Sir 43,10.11!
sidera cum sint splendida et emissa ad utilitates obaudiunt
60 similiter et fulgur cum apparuerit

Θ cr 42 circumdatae c | 43 dormierit + cum eo c. | 44 ergo *om.* c | ~ illos esse c | 45 erunt c | 46 artifices c. | ~ etiam ipsi c | eam Θ. | possunt + ea c. | ~ fabricata sunt ab ipsis c. | 48 post se sacerdotes] sacerdotes apud se c. | 50 et[1] *om.* c. | sunt[1] + ab c | ~ uniuersis gentibus c. | manifesta c | ~ dei opus c | in] cum c | 53 regiones c | 54 ~ argenteorum et aureorum c. | 56 inargentati c | 57 quo c | ferent c | 58 quam falsi dii[1] *om.* c | 59 luna + ac c |

perspicuum est
id ipsum autem et spiritus in omni regione spirat
61 et nubes quibus cum imperatum fuerit a Deo perambulare universum orbem
perficiunt quod imperatum est eis
62 ignis etiam missus desuper ut consumat montes et silvas
facit quod praeceptum est ei
haec autem neque speciebus neque virtutibus uni eorum similia sunt
39! 63 unde neque aestimandum est neque dicendum esse illos deos
53 quando non possint neque iudicium iudicare neque benefacere hominibus
14.15! 64 scientes itaque quia non sunt dii
ne ergo timueritis eos
33 65 neque enim regibus maledicent neque benedicent
66 signa etiam in caelo gentibus non ostendunt
neque ut sol lucebunt neque inluminabunt ut luna
67 bestiae meliores sunt illis
quae possunt fugere sub tectum ac prodesse sibi
68 nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii 14.15!
propter quod ne timeatis eos
69 nam sicut in cucumeraria formido nihil custodit
ita sunt dii illorum lignei et argentei et inaurati
70 eodem modo et in horto spina alba supra quam omnis avis sedet
similiter et mortuo proiecto in tenebris
similes sunt dii illorum lignei et inaurati et inargentati 71!
71 a purpura quoque et marmore quae supra illud tineant scietis itaque quia non sunt dii
ipsi etiam postremo comeduntur
et erit obprobrium in regione
72 melior est homo iustus qui non habet simulacra
nam erit longe ab obprobriis

EXPLICIT LIBER BARUCH

63 existimandum c. | ~ illos esse c | possunt c | benefacere *restituimus*] quidquam facere Θ cr c.: facere Θ r | 69 cucumerario c | 71 marmore] murice c. | illud] illos c. | teneant Θ | erunt c ||

INCIPIT PROLOGUS
HIEZECHIELIS PROPHETAE

Hiezechiel propheta cum Ioachim rege Iudae captivus ductus est in Babylonem ibique his qui cum eo capti fuerant prophetavit, paenitentibus quod ad Hieremiae vaticinium se ultro adversariis tradidissent et viderent adhuc urbem Hierosolymam stare, quam ille casuram esse praedixerat. Tricesimo autem aetatis suae anno et captivitatis quinto exorsus est ad concaptivos loqui. Et eodem tempore, licet posterior, hic in Chaldea, Hieremias in Iudaea prophetaverunt. Sermo eius nec satis disertus nec admodum rusticus est, sed ex utroque medie temperatus. Sacerdos et ipse sicut et Hieremias, principia voluminis et finem magnis habens obscuritatibus involuta. Sed et vulgata eius editio non multum distat ab hebraico. Unde satis miror quid causae extiterit, ut si eosdem in universis libris habemus interpretes, in aliis eadem, in aliis diversa transtulerint. Legite igitur et hunc iuxta translationem nostram quia, per cola scriptus et commata, manifestiorem sensum legentibus tribuit. Si autem amici mei et hunc subsannaverint, dicite eis quod nemo eos conpellat ut scribant. Sed vereor ne illud eis eveniat, quod graece significantius dicitur, ut vocentur φαγολοιδοροι. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER
HIEZECHIELIS PROPHETAE

Et factum est in tricesimo anno
in quarto in quinta mensis
cum essem in medio captivorum iuxta fluvium Chobar
Mt 3,16! aperti sunt caeli et vidi visiones Dei
[2]in quinta mensis ipse est annus
quintus transmigrationis regis
Ioachin
[3]factum est verbum Domini ad Hiezechiel filium Buzi sacerdotem
in terra Chaldeorum secus flumen Chobar 3,23!
et facta est super eum ibi manus Domini 8,1; 33,22; 37,1! 40,1
[4]et vidi et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone et nubes magna
et ignis involvens et splendor in circuitu eius 27; 8,2!
et de medio eius quasi species electri

AC ΣΛOSTMΦ cr Prologus. *Citantur* AC *et* ΣΛOSTMΦ *ac* c(*edd.* 1593 *et* 1598)r. *Tit.* eiusdem in ezechielem praefatio c ‖ 1 ioachin Λc | iuda OTΦc | 2 his] iis c. | capti] captiui ΛSΦc; + ducti Λ | 8 et ipse sicut et] et ipse sicut S; et ipse fuit sicut c.; sicut et ipse Λ | 10 unde + non c. | 11 transtulerunt A | 12 quia] quoniam c | ~ legentibus sensum c | 13 eis] illis CΛOST | eos] illos ΣST | 14 scribant] scripta mea legant Λ | eis] eos ΛS.; illis Λ. | 15 φαγολοιδοροι + hoc est fagolydoros Φ; *deinde* + hoc est manducantes (manducans OMΦ) senecias AOMΦ; + quod est manducantes sannas c.; + hoc est uua amara T. ‖

Hiezechiel. *Citantur* AC *et* ΣΛOSTMΦkls (= f *apud* r) *ac* cr. [*Hi* = *Hieronymus, in Ezechielem*]. *Tit.* prophetia ezechielis c ‖ **1,1** [*desunt* k *usque ad* 42,6, l *usque ad* 20,25, s *usque ad* 40,20] | quarto · mense ACΣΛO | uisionem ΛO | 2 ioachim COSTMΦ; ioiachim A.; ioiachin r.𝔐 *Hi* | 3 ezechielem c |

id est de medio ignis
5.6: 10,14! 21 5 et ex medio eorum similitudo quattuor animalium
et hic aspectus eorum similitudo hominis in eis
6 et quattuor facies uni et quattuor pinnae uni
Apc 1,15 7 et pedes eorum pedes recti
Dn 10,6 et planta pedis eorum quasi planta pedis vituli
et scintillae quasi aspectus aeris candentis
10,8.21 8 et manus hominis sub pinnis eorum in quattuor partibus
et facies et pinnas per quattuor partes habebant
9 iunctaeque erant pinnae eorum alterius ad alterum
non revertebantur cum incederent
12 sed unumquodque ante faciem suam
9.10: 10,22 gradiebatur
10,14! 10 similitudo autem vultus eorum
facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor
facies autem bovis a sinistris ipsorum quattuor
et facies aquilae ipsorum quattuor
11 et facies eorum et pinnae eorum extentae desuper
duae pinnae singulorum iungebantur
23; Is 6,2 et duae tegebant corpora eorum
9! 12 et unumquodque coram facie sua ambulabat
ubi erat impetus spiritus illuc gradiebantur
17! nec revertebantur cum ambularent
13 et similitudo animalium aspectus
Gn 15,17 eorum quasi carbonum ignis ardentium
et quasi aspectus lampadarum
haec erat visio discurrens in medio animalium
splendor ignis et de igne fulgor egrediens
14 et animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis
15 cumque aspicerem animalia apparuit 15—21: 10,9–17
rota una super terram iuxta animalia habens quattuor facies
16 et aspectus rotarum et opus earum quasi visio maris
et una similitudo ipsarum quattuor
et aspectus earum et opera quasi sit rota in medio rotae
17 per quattuor partes earum euntes 10,11
ibant et non revertebantur cum 12
ambularent
18 statura quoque erat rotis et altitudo et horribilis aspectus
et totum corpus plenum oculis in Apc 4,6
circuitu ipsarum quattuor
19 cumque ambularent animalia am- 11,22!
bulabant pariter et rotae iuxta ea
et cum elevarentur animalia de terra elevabantur simul et rotae
20 quocumque ibat spiritus illuc eunte spiritu et rotae pariter levabantur sequentes eum
spiritus enim vitae erat in rotis
21 cum euntibus ibant et cum stantibus stabant
et cum elevatis a terra pariter elevabantur et rotae sequentes ea
quia spiritus vitae erat in rotis
22 et similitudo super caput animalium 26; 10,1
firmamenti
quasi aspectus cristalli horribilis et extenti super capita eorum desuper
23 sub firmamento autem pinnae eorum rectae alterius ad alterum
unumquodque duabus alis velabat 11!
corpus suum
et alterum similiter velabatur
24 et audiebam sonum alarum quasi 3,13
sonum aquarum multarum quasi 10,5; 43,21 Is 28,21

5 in medio eius c *Hi* | 6 et[1] *om.* c. | 7 et[1] *om.* c | 10 aquilae + desuper ΛOM c *Hi* | 11 et[1] *om.* c. | 12 unumquodque + eorum MΦ c | 13 fulgur ΛMΦ cr | 14 fulgoris CΣOT | 15 super terra C | 18 ~ oculis plenum c. | 19 eam Λ | 20 eleuabantur CΣT c | 21 eas ΛO. | 22 caput] capita c | extensi ΛO | 23 erectae C. |

AC ΣΛOSTMΦ cr

sonum sublimis Dei
cum ambularent quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum
cumque starent dimittebantur pinnae eorum
25 nam cum fieret vox supra firmamentum quod erat super caput eorum
stabant et submittebant alas suas
22; 10,1 26 et super firmamentum quod erat inminens capiti eorum
Ex 24,10 quasi aspectus lapidis sapphyri similitudo throni
et super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper
4; 8,2! 27 et vidi quasi speciem electri velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum
a lumbis eius et desuper
et a lumbis eius usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu
Gn 9,14 28 velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluviae
hic erat aspectus splendoris per gyrum
3,23! 2 haec visio similitudinis gloriae Domini
et vidi et cecidi in faciem meam
et audivi vocem loquentis et dixit ad me
Act 26,16 fili hominis sta supra pedes tuos et loquar tecum
3,24; 37,10! Is 11,2! 2 et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi
et statuit me supra pedes meos
et audivi loquentem ad me 3 et dicentem
fili hominis mitto ego te ad filios Israhel
ad gentes apostatrices quae recesserunt a me
patres eorum praevaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc
4 et filii dura facie et indomabili corde 3,7; Is 48,4!
sunt ad quos ego mitto te
et dices ad eos haec dicit Dominus Deus
5 si forte vel ipsi audiant et si forte quiescant 7; 3,27; 12,2
quoniam domus exasperans est
et scient quia propheta fuerit in medio eorum 33,33!
6 tu ergo fili hominis ne timeas eos 3,9
neque sermones eorum metuas
quoniam increduli et subversores sunt tecum et cum scorpionibus habitas
verba eorum ne timeas et vultus eorum ne formides
quia domus exasperans est
7 loqueris ergo verba mea ad eos 3,11.27
si forte audiant et quiescant quoniam inritatores sunt 5!
8 tu autem fili hominis audi quaecumque loquor ad te
et noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est
aperi os tuum et comede quaecumque ego do tibi 3,1
9 et vidi et ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber
et expandit illum coram me
qui erat scriptus intus et foris Apc 5,1
et scriptae erant in eo lamentationes et carmen et vae
3 et dixit ad me fili hominis quodcumque inveneris comede
comede volumen istud et vadens loquere ad filios Israhel 2,8
2 et aperui os meum et cibavit me volumine illo
3 et dixit ad me fili hominis venter tuus comedet et viscera tua conplebuntur
volumine isto quod ego do tibi

AC ΣΛOSTMΦ cr 24 demittebantur c (*edd.* 1592 *et* 1593) | 25 supra] super ΣΦc ‖ 2,1 filii A | super CΣSTM c | 2 super CΣSTM | 3 me | ipsi et c𝔐 *lli* | 4 facie] ceruice AO | ~ te mitto A | 6 timeas²] metuas AO | 8 filii A | sicut] et CΣ | 9 scriptae] scripta CAS (*vid.*) ‖ 3,1 filii A, *item v.* 3 |

Ier 15,16; Apc 10,9.10 et comedi illud et factum est in ore
meo sicut mel dulce
4 et dixit ad me fili hominis vade ad
domum Israhel et loqueris verba
mea ad eos
Is 33,19! 5 non enim ad populum profundi ser-
monis et ignotae linguae tu mitteris
ad domum Israhel
Is 33,19! 6 neque ad populos multos profundi
sermonis et ignotae linguae
quorum non possis audire sermones
et si ad illos mittereris ipsi audirent te
7 domus autem Israhel nolent audire
te quia nolunt audire me
2,4; Is 48,4! omnis quippe domus Israhel adtrita
fronte est et duro corde
8 ecce dedi faciem tuam valentiorem
faciebus eorum
et frontem tuam duriorem frontibus
eorum
Is 50,7! 9 ut adamantem et ut silicem dedi fa-
ciem tuam
2,6 ne timeas eos neque metuas a facie
eorum quia domus exasperans est
10 et dixit ad me fili hominis omnes ser-
mones meos quos loquor ad te
adsume in corde tuo et auribus tuis
audi
11 et vade ingredere ad transmigratio-
nem ad filios populi tui
27; 2,7 et loqueris ad eos et dices eis
haec dicit Dominus Deus si forte
audiant et quiescant
43,5! 12 et adsumpsit me spiritus et audivi
post me vocem commotionis mag-
nae
benedicta gloria Domini de loco suo
1,24 13 et vocem alarum animalium percuti-
entium altera ad alteram
et vocem rotarum sequentium ani-
malia et vocem commotionis mag-
nae
14 spiritus quoque levavit me et ad-
sumpsit me
et abii amarus in indignatione spiri-
tus mei
manus enim Domini erat mecum
confortans me
15 et veni ad transmigrationem acer-
vum novarum frugum
ad eos qui habitabant iuxta flumen
Chobar
et sedi ubi illi sedebant Iob 2,13
et mansi ibi septem diebus maerens
in medio eorum
16 cum autem pertransissent septem
dies
factum est verbum Domini ad me
dicens
17 fili hominis speculatorem dedi te Ier 6,17!
domui Israhel 17—19: 33,7–9
et audies de ore meo verbum et ad-
nuntiabis eis ex me
18 si dicente me ad impium morte mo- 33,14
rieris
non adnuntiaveris ei neque locutus
fueris ut avertatur a via sua impia
et vivat
ipse impius in iniquitate sua morie- 33,6
tur
sanguinem autem eius de manu tua 20; Gn 9,5!
requiram
19 si autem tu adnuntiaveris impio
et ille non fuerit conversus ab impie-
tate sua et via sua impia
ipse quidem in iniquitate sua mori-
etur
tu autem animam tuam liberasti
20 sed et si conversus iustus a iustitia 18,24! 33,13; Sir 26,27
sua fecerit iniquitatem
ponam offendiculum coram eo
ipse morietur quia non adnuntiasti
ei
in peccato suo morietur
et non erunt in memoria iustitiae
eius quas fecit

4 filii AT | 6 mitteris ΑΛΟΤ | 7 nolent] nolunt AOMΦ c | ~ corde duro AO | 9 ut[2] *om.* CΛ | 10 filii A | quos + ego c | 11 audiant + te CΣ. | 12 de] e AO | 13 altera ad alteram M r *Hi*] alter ad alterum AO.; alterum ad alteram CS.; alteram ad alteram ΣΛΤΦ c | 15 in aceruum AO; ad aceruum M c | 17 domus CΣ | 18 in *om.* Λ | 19 tu[1] *om.* C | et a uia ΣΛΤΜ c | in *om.* A | 20 sua + fuerit et c; + et TMΦ. | AC ΣΛΟSTMΦ cr

18! sanguinem vero eius de manu tua
requiram
[21] si autem tu adnuntiaveris iusto ut
non peccet iustus et ille non peccaverit
vivens vivet quia adnuntiasti ei
et tu animam tuam liberasti
37,11 [22] et facta est super me manus Domini
et dixit ad me
surgens egredere in campum et ibi
loquar tecum
[23] et surgens egressus sum in campum
et ecce ibi gloria Domini stabat quasi
1,3; 2,1; 8,4; 43,3 si gloria quam vidi iuxta fluvium
Chobar
et cecidi in faciem meam
2,21 [24] et ingressus est in me spiritus et statuit me super pedes meos
et locutus est mihi et dixit ad me
ingredere et includere in medio domus tuae
4,8 [25] et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula
Or Man 10
et ligabunt te in eis et non egredieris
in medio eorum
Iob 29,10; Ps 21,16; 136,6 [26] et linguam tuam adherescere faciam
palato tuo
Lc 1,20 et eris mutus nec quasi vir obiurgans
quia domus exasperans est
11; 2,7; 24,27! [27] cum autem locutus fuero tibi
aperiam os tuum et dices ad eos
2,5! haec dicit Dominus Deus
qui audit audiat et qui quiescit quiescat
quia domus exasperans est
4 et tu fili hominis sume tibi laterem
et pones eum coram te
et describes in eo civitatem Hierusalem
21,22; Is 29,3! [2] et ordinabis adversus eam obsidionem
26,8 et aedificabis munitiones et comportabis aggerem
et dabis contra eam castra et pones
arietes in gyro
[3] et tu sume tibi sartaginem ferream
et pones eam murum ferreum inter
te et inter civitatem
et obfirmabis faciem tuam ad eam et
erit in obsidionem
et circumdabis eam
signum est domui Israhel
[4] et tu dormies super latus tuum sinistrum
et pones iniquitates domus Israhel Is 53,11!
super eo
numero dierum quibus dormies super illud
et adsumes iniquitatem eorum
[5] ego autem dedi tibi annos iniquitatis
eorum numero dierum
trecentos et nonaginta dies
et portabis iniquitatem domus Israhel
[6] et cum conpleveris haec dormies
super latus tuum dextrum secundo
et adsumes iniquitatem domus Iuda Nm 14,34
quadraginta diebus
diem pro anno diem inquam pro anno dedi tibi
[7] et ad obsidionem Hierusalem convertes faciem tuam 21,2
et brachium tuum erit exertum et
prophetabis adversus eam
[8] ecce circumdedi te vinculis 3,25
et non te convertes a latere tuo in
latus aliud
donec conpleas dies obsidionis tuae
[9] et tu sume tibi frumentum et hordeum et fabam
et lentem et milium et viciam
et mittes ea in vas unum
et facies tibi panes numero dierum
quibus dormies super latus tuum
trecentis et nonaginta diebus comedes illud

AC ΣΛΟSTMΦ cr
23 gloriam[2] CΣ | 25 in[2]] de c | 26 adherere T c | 27 domus ~ mea CΣ. || **4**,1 sumes CΣ | 3 eam[1] ~ in Σ c | in obsidione AO r | domus CΣST | 4 iniquitates[2] CΣTΦ | 7 exertum] extentum OTΦ c

10.11: 16! Is 30,20! 10 cibus autem tuus quo vesceris erit in pondere viginti stateres in die
a tempore usque ad tempus comedes illud
11 et aquam in mensura bibes sextam partem hin
a tempore usque ad tempus bibes illud
12 et quasi subcinericium hordiacium comedes illud
et stercore quod egredietur de homine operies illud in oculis eorum
13 et dixit Dominus sic comedent filii
Tb 1,12! Os 9,3 Israhel panem suum pollutum inter gentes ad quas eiciam eos
Ier 1,6! 14 et dixi ha ha ha Domine Deus
ecce anima mea non est polluta
Lv 22,8! et morticinum et laceratum a bestiis non comedi ab infantia mea usque nunc
et non est ingressa os meum omnis caro inmunda
15 et dixit ad me ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis
et facies panem tuum in eo
Lv 26,26! 16 et dixit ad me fili hominis ecce ego conteram baculum panis in Hierusalem
0.11; 12,18.19; Is 30,20! et comedent panem in pondere et in sollicitudine
et aquam in mensura et in angustia bibent
17 ut deficientibus pane et aqua corruat
24,23 unusquisque ad fratrem suum
et contabescant in iniquitatibus suis
5 et tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos
adsumes eum et duces per caput tuum et per barbam tuam
et adsumes tibi stateram ponderis et divides eos
12! 2 tertiam partem igni conbures in medio civitatis
iuxta conpletionem dierum obsidionis
et adsumens tertiam partem concides gladio in circuitu eius
tertiam vero aliam disperges in ventum
et gladium nudabo post eos
3 et sumes inde parvum numerum et ligabis eos in summitate pallii tui
4 et ex eis rursum tolles et proicies in medio ignis et conbures eos igni
ex eo egredietur ignis in omnem domum Israhel
5 haec dicit Dominus Deus
ista est Hierusalem
in medio gentium posui eam
et in circuitu eius terras
6 et contempsit iudicia mea
ut plus esset impia quam gentes 16,47
et praecepta mea ultra quam terrae quae in circuitu eius sunt
iudicia enim mea proiecerunt et in praeceptis meis non ambulaverunt
7 idcirco haec dicit Dominus Deus
quia superastis gentes quae in circuitu vestro sunt 11,12
in praeceptis meis non ambulastis et iudicia mea non fecistis
et iuxta iudicia gentium quae in circuitu vestro sunt non estis operati
8 ideo haec dicit Dominus Deus ecce ego ad te
et ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium 11,9; Ier 4,12!
9 et faciam in te quae non feci Bar 2,2
et quibus similia ultra non faciam
propter omnes abominationes tuas
10 ideo patres comedent filios in medio tui Dt 28,53!
et filii comedent patres suos
et faciam in te iudicia 36,19
et ventilabo universas reliquias tuas in omnem ventum 12,15! 22,15; Ier 15,7! 49,36!

10 in diem CΣ | 12 egreditur ΛMc | 14 ingressa + in ATc | 16 in sollicitudinem ΛA | in mensuram AT | 17 in *om.* AΣ | 5,1 filii A | pilos + et Ac | staterem AO. | 2 adsumes SMc | partem² + et c | nudabis C | 4 proicies + eos c | igni + et ΛOc | 7 sunt¹ + et c | non³] nunc O; uos T: *om.* CΣ | 9 quae] quod c

AC ΣΛOSTMΦ cr

11 idcirco vivo ego dicit Dominus Deus
Ier 7,30! nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis
et in omnibus abominationibus tuis
7,4! ego quoque confringam et non parcet oculus meus et non miserebor
2; 6,12; Ier 15,2! 12 tertia tui pars peste morietur et fame consumetur in medio tui
et tertia tui pars gladio cadet in circuitu tuo
12,14 tertiam vero partem tuam in omnem ventum dispergam et gladium evaginabo post eos
20,8 13 et conpleam furorem meum
16,42; 24,13 et requiescere faciam indignationem meam in eis
Ex 31,13! et consolabor et scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo 7,8! 38,19
6,12 cum implevero indignationem meam in eis
14,15; Ier 29,18! 14 et dabo te in desertum et in obprobrium in gentibus quae in circuitu tuo sunt
in conspectu omnis praetereuntis
15 et eris obprobrium et blasphemia exemplum et stupor in gentibus quae in circuitu tuo sunt
cum fecero in te iudicia in furore et in indignatione et in increpationibus irae
16 ego Dominus locutus sum
14,13! quando misero sagittas famis pessimas in eos
quae erunt mortiferae et quas mittam ut disperdam vos
Lv 26,26! Ps 104,16! et famem congregabo super vos et conteram vobis baculum panis
14,13! 15,21! Ier 29,17! 17 et inmittam in vos famem et bestias pessimas usque ad internicionem
et pestilentia et sanguis transibunt per te et gladium inducam super te
ego Dominus locutus sum
6 et factus est sermo Domini ad me dicens
2 fili hominis pone faciem tuam ad montes Israhel 2.3: 36,1!
et prophetabis ad eos 3 et dices
montes Israhel audite verbum Domini Dei 36,4! 6 3–6: Lv 26,30.31!
haec dicit Dominus Deus montibus et collibus rupibus et vallibus
ecce ego inducam super vos gladium Lv 26,25!
et disperdam excelsa vestra
4 et demoliar aras vestras et confringentur simulacra vestra IV Rg 23,14
et deiciam interfectos vestros ante idola vestra
5 et dabo cadavera filiorum Israhel ante faciem simulacrorum vestrorum
et dispergam ossa vestra circum aras vestras Ps 52,6!
6 in omnibus habitationibus vestris urbes desertae erunt 12,20
et excelsa demolientur et dissipabuntur
et interibunt arae vestrae et confringentur et cessabunt idola vestra
et conterentur delubra vestra et delebuntur opera vestra
7 et cadet interfectus in medio vestri
et scietis quoniam ego Dominus 10! 13,14; Ex 7,17!
8 et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus 12,16
cum dispersero vos in terris
9 et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas captivi ducti sunt 20,43; 36,31
quia contrivi cor eorum fornicans et recedens a me 23,30
et oculos eorum fornicantes post idola sua
et displicebunt sibimet super malis quae fecerunt in universis abominationibus suis
10 et scient quia ego Dominus non 7! 7,27; 11,10.12! 14,23

AC ΣΛOSTMΦ cr 11 uiolastis C | omnibus[2]] cunctis c. *Hi* | 12 ~ pars tui[1] Φ c | ~ pars tui[2] c | in gladio c. | 13 conplebo A c | 14 in[3] *om.* CΣOMΦ c | 16 quas emittam CΣ. | conteram + in c || 6,3 dei *om.* A | 7 quia M c | ego + sum T c | 9 displicebant C | quae] quas CΣ. | fecerant CΣOSTΦ r |

frustra locutus sum ut facerem eis
malum hoc
11 haec dicit Dominus Deus
percute manu tua et adlide pedem
tuum
et dic eheu ad omnes abominationes
malorum domus Israhel
Ier 14,12! qui gladio fame peste ruituri sunt
5,12! 12 qui longe est peste morietur
Ier 15,2! qui autem prope gladio corruet
et qui relictus fuerit et obsessus fa-
me morietur
5,13! et conpleam indignationem meam
in eis
7! 13 et scietis quia ego Dominus
cum fuerint interfecti vestri in medio
idolorum vestrorum in circuitu
ararum vestrarum
20,28; Ier 17,2; IV Rg 16,4! in omni colle excelso in cunctis sum-
Os 4,13 mitatibus montium
et subtus omne lignum nemoro-
sum et subtus universam quercum
frondosam
locum ubi accenderunt tura redo-
lentia universis idolis suis
Is 5,25 14 et extendam manum meam super
eos
15,8 et faciam terram desolatam et de-
stitutam
a deserto Deblatha in omnibus ha-
bitationibus eorum
7! et scient quia ego Dominus
7 et factus est sermo Domini ad me
dicens
2 et tu fili hominis
Is 10,23! haec dicit Dominus Deus terrae Isra-
hel
finis venit finis super quattuor pla-
gas terrae
Am 8,2 3 nunc finis super te
8; 18,30! et emittam furorem meum in te et
iudicabo te iuxta vias tuas

et ponam contra te omnes abomi-
nationes tuas
4 et non parcet oculus meus super te 9; 5,11; 8,18; 9,10
et non miserebor
sed vias tuas ponam super te et abo- 11,21; 16,43!
minationes tuae in medio tui erunt
et scietis quia ego Dominus 13,9! 23,49! Ex 31,13!
5 haec dicit Dominus Deus
adflictio una adflictio ecce venit
6 finis venit venit finis
evigilavit adversum te ecce venit
7 venit contractio super te qui habitas 10
in terra
venit tempus prope est dies occi-
sionis et non gloriae montium
8 nunc de propinquo effundam iram 21,31; 22,20.21
meam super te
et conpleam furorem meum in te 5,13!
et iudicabo te iuxta vias tuas 3!
et inponam tibi omnia scelera tua
9 et non parcet oculus meus neque 4!
miserebor
sed vias tuas inponam tibi et abo-
minationes tuae in medio tui erunt
et scietis quia ego sum Dominus per-
cutiens
10 ecce dies ecce venit 7
egressa est contractio floruit virga
germinavit superbia
11 iniquitas surrexit in virga impietatis
non ex eis et non ex populo neque
ex sonitu eorum
et non erit requies in eis
12 venit tempus adpropinquavit dies
qui emit non laetetur et qui vendit Is 24,2
non lugeat
quia ira super omnem populum eius
13 quia qui vendit ad id quod vendidit
non revertetur
et adhuc in viventibus vita eorum
visio enim ad omnem multitudinem
eius non regredietur

11 manum tuam OM c | heu ΣΛSTMΦ c | qui] quia Σ c | fame + et c | 12 conplebo Λ c | 13 excelso + et OMΦ c | locum] lucum AO r || 7,2 finis²] finis uenit CΣΦ; uenit finis ΛM c | 3 inmittam ΛST c | 4 miserebitur AO | 6 euigilabit AO | 7 contractio] confractio AO; contritio ΛT c *Hi* | 8 conplebo Λ c | 9 neque] nec c. | inponam] ponam CΣ. | 10 contractio] confractio AO; contritio ΛTΦ c | 11 eorum] aerum CΣ. | 13 quia *om.* AO. | egredictur CΣT |

AC ΣΛOSTMΦ cr

et vir in iniquitate vitae suae non confortabitur
14 canite tuba praeparentur omnes
et non est qui vadat ad proelium
ira enim mea super universum populum eius
Ier 14,18 15 gladius foris pestis et fames intrinsecus
qui in agro est gladio morietur
et qui in civitate pestilentia et fame devorabuntur
16 et salvabuntur qui fugerint ex eis
et erunt in montibus quasi columbae convallium
omnes trepidi unusquisque in iniquitate sua
21,7; Is 13,7! Ier 6,24 17 omnes manus dissolventur et omnia genua fluent aquis
18 et accingent se ciliciis et operiet eos formido
Is 15,2! Ier 48,37 et in omni facie confusio et in universis capitibus eorum calvitium
19 argentum eorum foris proicietur et aurum eorum in sterquilinium erit
Prv 11,4! So 1,18 argentum eorum et aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini
14,3 animam suam non saturabunt et ventres eorum non implebuntur
quia scandalum iniquitatis eorum factum est
16,17! 20 et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt
et imagines abominationum suarum et simulacrorum fecerunt ex eo
propter hoc dedi eis illud in inmunditiam
23,46 21 et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum
et impiis terrae in praedam
et contaminabunt illud
22 et avertam faciem meam ab eis
et violabunt arcanum meum
et introibunt in illud emissarii et contaminabunt illud
23 fac conclusionem quoniam terra plena est iudicio sanguinum 9,9; 11,6
et civitas plena iniquitate 22,3
24 et adducam pessimos de gentibus et possidebunt domos eorum 28,7
et quiescere faciam superbiam potentium
et possidebunt sanctuaria eorum
25 angustia superveniente requirent pacem et non erit Ier 6,14! 8,15!
26 conturbatio super conturbationem veniet Ier 4,20
et auditus super auditum
et quaerent visionem de propheta Lam 2,9! Mi 3,7
et lex peribit a sacerdote et consilium a senioribus
27 rex lugebit et princeps induetur maerore
et manus populi terrae conturbabuntur
secundum viam eorum faciam eis et secundum iudicia eorum iudicabo eos
et scient quia ego Dominus 6,10!
8 et factum est in anno sexto in sexto mense in quinta mensis 14,1.2; 20,1.2
ego sedebam in domo mea et senes Iuda sedebant coram me
et cecidit super me ibi manus Domini Dei 1,3!
2 et vidi et ecce similitudo quasi aspectus ignis 1,4.27; Sir 49,10
ab aspectu lumborum eius et deorsum ignis
et a lumbis eius et sursum quasi aspectus splendoris ut visio electri
3 et emissa similitudo manus adprehendit me in cincinno capitis mei Dn 14,35
et elevavit me spiritus inter terram et caelum 43,5!
et adduxit in Hierusalem in visione Dei 14; Lc 4,9
iuxta ostium interius quod respicie-

AC ΣΛOSTMΦ cr 15 foris] furoris eius CΣ.; – et c | 19 foras c | 20 in superbia CΣST | 26 super conturbatione C | 8,1 in sexto mense] in mense quinto AO. | ~ ibi super me c | 3 adduxit – me Γc𝔐 *Hi* |

bat aquilonem
ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam aemulationem
3.23! 4 et ecce ibi gloria Dei Israhel secundum visionem quam videram in campo
5 et dixit ad me fili hominis leva oculos tuos ad viam aquilonis
et levavi oculos meos ad viam aquilonis
et ecce ab aquilone portae altaris idolum zeli in ipso introitu
6 et dixit ad me fili hominis putasne vides tu quid isti faciant abominationes magnas
quas domus Israhel facit hic ut procul recedam a sanctuario meo
13.15 et adhuc conversus videbis abominationes maiores
7 et introduxit me ad ostium atrii et vidi et ecce foramen unum in pariete
12,5 8 et dixit ad me fili hominis fode parietem
et cum perfodissem parietem apparuit ostium unum
9 et dixit ad me ingredere et vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic
Dt 4.16–18 10 et ingressus vidi et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abominatio
23.14 et universa idola domus Israhel depicta erant in pariete in circuitu per totum
11 et septuaginta viri de senioribus domus Israhel
et Hiezonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas
et unusquisque habebat turibulum in manu sua et vapor nebulae de ture consurgebat
12 et dixit ad me certe vides fili hominis quae seniores domus Israhel faciunt in tenebris
unusquisque in abscondito cubiculi sui
dicunt enim non videt Dominus nos dereliquit Dominus terram 9,9; Ps 9,32! 34!
13 et dixit ad me adhuc conversus videbis abominationes maiores quas isti faciunt 6!
14 et introduxit me per ostium portae domus Domini quod respiciebat ad aquilonem 3
et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem
15 et dixit ad me certe vidisti fili hominis
adhuc conversus videbis abominationes maiores his 6!
16 et introduxit me in atrium domus Domini interius 11,1
et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum et altare
quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini
et facies ad orientem et adorabant ad ortum solis
17 et dixit ad me certe vidisti fili hominis
numquid leve est hoc domui Iuda ut facerent abominationes istas quas fecerunt hic
quia replentes terram iniquitate conversi sunt ad inritandum me Ps 73,20
et ecce adplicant ramum ad nares suas
18 ergo et ego faciam in furore
non parcet oculus meus nec miserebor 7,4!
et cum clamaverint ad aures meas voce magna non exaudiam eos Is 1,15!
9 et clamavit in auribus meis voce magna dicens

3 ad aquilonem ΣΛSTMΦ c | 4 in campum A | 6 faciunt ΣSTM c | 8 fodissem Σ c. | 10 in circuitum AO. | 11 suphan AO. | 12 uidisti AO; uidis S | cubilis C; cubili ΣTΦ *Hi* | 14 adonem AO | 15 hominis + et AO | 17 filii A | iniquitatem AOS

AC ΣΛOSTMΦ cr

adpropinquaverunt visitationes ur-
bis
et unusquisque vas interfectionis ha-
bet in manu sua
2 et ecce sex viri veniebant de via por-
tae superioris quae respicit ad aqui-
lonem
et uniuscuiusque vas interitus in ma-
nu eius
3,11; Dn 10,5! vir quoque unus in medio eorum
vestitus lineis
et atramentarium scriptoris ad renes
eius
et ingressi sunt et steterunt iuxta al-
tare aereum
10,4! 18 3 et gloria Domini Israhel adsumpta
est de cherub quae erat super eum
ad limen domus
2! et vocavit virum qui indutus erat
lineis
et atramentarium scriptoris habebat
in lumbis suis
4 et dixit Dominus ad eum
transi per mediam civitatem in me-
dio Hierusalem
Apc 7,3! et signa thau super frontes virorum
gementium et dolentium
super cunctis abominationibus quae
fiunt in medio eius
5 et illis dixit audiente me transite per
civitatem sequentes eum
et percutite non parcat oculus vester
neque misereamini
Ios 6,21! 6 senem adulescentulum et virginem
parvulum et mulieres interficite us-
que ad internicionem
Apc 9,4 omnem autem super quem videritis
thau ne occidatis
I Pt 4,17 et a sanctuario meo incipite
coeperunt ergo a viris senioribus qui
erant ante faciem domus
7 et dixit ad eos contaminate domum
et implete atria interfectis
egredimini et egressi sunt et per-
cutiebant eos qui erant in civitate
8 et caede conpleta remansi ego ruique 11,13
super faciem meam
et clamans aio heu heu heu Domine Ex 32,11
Deus
ergone disperdes omnes reliquias Is-
rahel
effundens furorem tuum super Hie-
rusalem
9 et dixit ad me iniquitas domus Isra-
hel et Iuda magna est nimis valde
et repleta est terra sanguinibus et 7,23! 11,6
civitas repleta est aversione
dixerunt enim dereliquit Dominus 8,12!
terram et Dominus non videt
10 igitur et meus non parcet oculus ne- 7,4!
que miserebor
viam eorum super caput eorum red-
dam
11 et ecce vir qui indutus erat lineis qui 21
habebat atramentarium in dorso
suo
respondit verbum dicens feci sicut
praecepisti mihi
10 et vidi et ecce in firmamento quod 1,22.26
erat super caput cherubin quasi
lapis sapphyrus
quasi species similitudinis solii appa-
ruit super ea
2 et dixit ad virum qui indutus erat 6
lineis et ait
ingredere in medio rotarum quae
sunt subtus cherub
et imple manum tuam prunis ignis
quae sunt inter cherubin
et effunde super civitatem Apc 8,5
ingressusque est in conspectu meo
3 cherubin autem stabant a dextris do-
mus cum ingrederetur vir
et nubes implevit atrium interius
4 et elevata est gloria Domini desuper 18; 9,3; III Rg 8,10.11!
cherub ad limen domus

AC ΣΛOSTMΦ cr

9,2 uestitus + erat c | 4 super frontem AOMΦr; super fronte T. | 6 ne] non CΣ | 11 ~ erat indutus c || 10,2 cherub CΣr𝔐 *Hi*] cherubin ΛOST; cherubim ΛMΦc | igneis AO | 4 cherubin AOS; cherubim MΦ |

et repleta est domus nube
et atrium repletum est splendore gloriae Domini
1,24 [5]et sonitus alarum cherubin audiebatur usque ad atrium exterius
quasi vox Dei omnipotentis loquentis
2 [6]cumque praecepisset viro qui indutus erat lineis dicens
sume ignem de medio rotarum quae sunt inter cherubin
ingressus ille stetit iuxta rotam
[7]et extendit cherub manum de medio cherubin ad ignem qui erat inter cherubin
et sumpsit et dedit in manus eius qui indutus erat lineis
qui accipiens egressus est
21; 1,8 [8]et apparuit in cherubin similitudo manus hominis subtus pinnas eorum
9–17: 1,15–21 [9]et vidi et ecce quattuor rotae iuxta cherubin
rota una iuxta cherub unum
et rota alia iuxta cherub unum
species autem erat rotarum quasi visio lapidis chrysoliti
[10]et aspectus earum similitudo una quattuor
quasi sit rota in medio rotae
1,17! [11]cumque ambularent in quattuor partes gradiebantur
non revertebantur ambulantes
sed ad locum ad quem ire declinabat quae prima erat
sequebantur et ceterae nec convertebantur
[12]et omne corpus earum et colla et manus et pinnae et circuli
plena erant oculis in circuitu quattuor rotarum
[13]et rotas istas vocavit volubiles audiente me
[14]quattuor autem facies habebat unum 1,5.6.10; Apc 4,7
facies una facies cherub
et facies secunda facies hominis
et in tertio facies leonis
et in quarto facies aquilae
[15]et elevata sunt cherubin
ipsum est animal quod videram iuxta flumen Chobar 20
[16]cumque ambularent cherubin ibant pariter et rotae iuxta ea
et cum levarent cherubin alas suas ut exaltarentur de terra 19; 11,22!
non residebant rotae sed et ipsae iuxta erant
[17]stantibus illis stabant et cum elevatis elevabantur
spiritus enim vitae erat in eis
[18]et egressa est gloria Domini a limine templi et stetit super cherubin 4! 9,3
[19]et elevantia cherubin alas suas exaltata sunt a terra coram me 16; 11,22
et illis egredientibus rotae quoque subsecutae sunt
et stetit in introitu portae domus Domini orientalis
et gloria Dei Israhel erat super ea
[20]ipsum est animal quod vidi subter Deum Israhel iuxta fluvium Chobar 15
et intellexi quia cherubin essent
[21]quattuor per quattuor vultus uni 1,5.6
et quattuor alae uni
et similitudo manus hominis sub alis eorum 8; 1,8
[22]et similitudo vultuum eorum ipsi vultus quos videram iuxta fluvium Chobar 1,9.10!
et intuitus eorum et impetus singulorum ante faciem suam ingredi
11 et elevavit me spiritus et introduxit me ad portam domus Domini orientalem 8,16

7 cherub] cherubin AOS | manu[1] CST | manu[2] CΣS | 9 ~ rotarum erat c | 11 gradiebantur + et T c | 12 plenae A | 14 cherub + uituli CS; *praem.* uituli Λ | et[1] *om.* CΣ. | in[1] *om.* CΣ | 15 fluuium OMΦ c | 16 eam ACΣ.; earum O. | eleuarent OM c; eleuaret Σ. | de] e CΣ.; a MΦ | 18 ad limen AO | 19 super eam CΣS. | 20 subter] super CΣ | 21 per quattuor *om.* c | 22 ingrediebantur ΣΛ; gradiebantur C. ||

AC ΣΛOSTMΦ cr

quae respicit solis ortum
et ecce in introitu portae viginti quinque viri
et vidi in medio eorum Hiezoniam filium Azur et Pheltiam filium Banaiae principes populi
2 dixitque ad me fili hominis hi viri qui cogitant iniquitatem
et tractant consilium pessimum in urbe ista 3 dicentes
nonne dudum aedificatae sunt domus
7.11 haec est lebes nos autem carnes
4 idcirco vaticinare de eis vaticinare fili hominis
Nm 24,2.3! 5 et inruit in me spiritus Domini et dixit ad me
loquere haec dicit Dominus
sic locuti estis domus Israhel
et cogitationes cordis vestri ego novi
7,23! 9,9 6 plurimos occidistis in urbe hac
et implestis vias eius interfectis
7 propterea haec dicit Dominus Deus
interfecti vestri quos posuistis in me-
3.11 dio eius hii sunt carnes et haec est lebes
et educam vos de medio eius
Ier 42,16 8 gladium metuistis et gladium inducam super vos ait Dominus Deus
9 et eiciam vos de medio eius
5,8! daboque vos in manu hostium et faciam in vobis iudicia
10 gladio cadetis in finibus Israhel iudicabo vos
6,10! et scietis quia ego Dominus
3.7 11 haec non erit vobis in lebetem et vos non eritis in medio eius in carnes
in finibus Israhel iudicabo vos
6,10! 12,15! 12 et scietis quia ego Dominus
5.7 qui in praeceptis meis non ambulastis
et iudicia mea non fecistis
sed iuxta iudicia gentium quae in circuitu vestro sunt estis operati

13 et factum est cum prophetarem Pheltias filius Banaiae mortuus est
et cecidi in faciem meam clamans 9,8!
voce magna et dixi
heu heu heu Domine Deus consummationem tu facis reliquiarum Israhel
14 et factum est verbum Domini ad me dicens
15 fili hominis fratres tui fratres tui viri propinqui tui
et omnis domus Israhel universi quibus dixerunt habitatores Hierusalem
longe recedite a Domino nobis data est terra in possessionem
16 propterea haec dicit Dominus Deus
quia longe feci eos in gentibus et quia dispersi eos in terris
ero eis in sanctificationem modicam 37,26; Is 8,14
in terris ad quas venerunt
17 propterea loquere haec dicit Domi- 37,21!
nus Deus
congregabo vos de populis et aduna- 34,13; 36,24; 39,28; Dt 30,3!
bo de terris in quibus dispersi estis Is 11,12! Ier 23,3!
daboque vobis humum Israhel
18 et ingredientur illuc et auferent omnes offensiones cunctasque abo- 37,23
minationes eius de illa
19 et dabo eis cor unum et spiritum no- 18,31; Ps 50,12! Ier 32,39;
vum tribuam in visceribus eorum IV Esr 6,26
et auferam cor lapideum de carne 19.20: 36,26–28
eorum et dabo eis cor carneum
20 ut in praeceptis meis ambulent et III Rg 8,58!
iudicia mea custodiant
faciantque ea et sint mihi in popu- 14,11! Ier 31,33! Za 8,8
lum et ego sim eis in Deum
21 quorum cor post offendicula et abominationes suas ambulat
horum viam in capite suo ponam 7,4!
dicit Dominus Deus
22 et elevaverunt cherubin alas suas et 1,19; 10,16.19
rotae cum eis
et gloria Dei Israhel erat super ea

AC ΣΛΟSTMΦ cr 11,1 respicit + ad c. | in introitum A | 2 hi + sunt c | 4 filii A | 5 dominus + deus AO | sic] sicut A | 12 qui] quia CΣΛΜ c | 15 fratres tui² *om.* ΑΛΟ | 16 uenerint CΣ *Hi* | 17 et *om.* CΣ. | 18 de] in diae C | 21 uia CT | in capita sua CΣ |

43,2.4; Za 14,4 23 et ascendit gloria Domini de medio
civitatis
stetitque super montem qui est ad
orientem urbis
24 et spiritus levavit me adduxitque in
Chaldeam ad transmigrationem in
visione in spiritu Dei
et sublata est a me visio quam vide-
ram
25 et locutus sum ad transmigrationem
omnia verba Domini quae osten-
derat mihi
12 et factus est sermo Domini ad me
dicens
2,51 2 fili hominis in medio domus exaspe-
rantis tu habitas
Is 6,9! Ier 5,21! qui oculos habent ad videndum et
non vident
et aures ad audiendum et non audi-
unt
quia domus exasperans est
Ier 46,19 3 tu ergo fili hominis fac tibi vasa
transmigrationis et transmigrabis
per diem coram eis
transmigrabis autem de loco tuo ad
locum alterum in conspectu eorum
si forte aspiciant quia domus exas-
perans est
4 et efferes foras vasa tua quasi vasa
transmigrantis per diem in conspec-
tu eorum
tu autem egredieris vespere coram
eis sicut egreditur migrans
8,8 5 ante oculos eorum perfodi tibi pa-
rietem et egredieris per eum
7.12 6 in conspectu eorum in umeris porta-
beris in caligine effereris
faciem tuam velabis et non videbis
terram
11; 24,24 quia portentum dedi te domui Is-
rahel
7 feci ergo sicut praeceperat mihi
vasa mea protuli quasi vasa trans-
migrantis per diem
et vespere perfodi mihi parietem 12
manu
in caligine egressus sum
et in umeris portatus in conspectu 6
eorum
8 et factus est sermo Domini ad me
mane dicens
9 fili hominis numquid non dixerunt 17,12; 24,19; 37,18
ad te domus Israhel domus exaspe-
rans quid tu facis
10 dic ad eos haec dicit Dominus Deus
super ducem onus istud qui est in 21,25
Hierusalem
et super omnem domum Israhel
quae est in medio eorum
11 dic ego portentum vestrum 6; 24,24
quomodo feci sic fiet illis
in transmigrationem et captivitatem
ibunt
12 et dux qui est in medio eorum in 6.7
umeris portabitur
in caligine egredietur
parietem perfodient ut educant eum
facies eius operietur ut non videat
oculo terram
13 et extendam rete meum super illum 17,20; 32,3; Lam 1,13;
et capietur in sagena mea Os 7,12
et adducam eum in Babylonem in
terram Chaldeorum
et ipsam non videbit ibique morietur
14 et omnes qui circa eum sunt praesidi- 5,12
um eius et agmina eius dispergam
in omnem ventum
et gladium evaginabo post eos
15 et scient quia ego Dominus quando 20; 11,12! 17,21!
dispersero illos in gentibus 5,10! 20,23
et disseminavero eos in terris
16 et relinquam ex eis viros paucos a 6,8
gladio et fame et pestilentia
ut narrent omnia scelera eorum in
gentibus ad quas ingredientur
et scient quia ego Dominus

24 in spiritu] spiritus C; spiritu Σ. ‖ **12**,3 filii A | ad] in AO | 4 transmigrationis CΣ | 5 perfode CASTMΦ c | 6 portaueris CΣO | efferes ACOS r | 7 mihi + dominus CΣA c | manu + et c | et[2] *om.* ST c. | portatus + sum A; portaui ST𝔐 *Hi* | 8 ad me *om.* CΣ; ~ mane ad me c. | 11 ego] ergo CΣOSΦ | et + in M c | 13 super eum c | 15 illos] eos AO | 16 enarrent AOM c | sciant A |

AC ΣΛOSTMΦ cr

17 et factus est sermo Domini ad me dicens
4,16! 18 fili hominis panem tuum in conturbatione comede
sed et aquam tuam in festinatione et maerore bibe
19 et dices ad populum terrae
haec dicit Dominus Deus ad eos qui habitant in Hierusalem in terra Israhel
4,16! panem suum in sollicitudine comedent
et aquam suam in desolatione bibent
ut desoletur terra a multitudine sua
propter iniquitatem omnium qui habitant in ea
6,6 20 et civitates quae nunc habitantur desolatae erunt terraque deserta
15! et scietis quia ego Dominus
21,22; 18,1.2 21 et factus est sermo Domini ad me dicens
27 22 fili hominis quod est proverbium istud vobis in terra Israhel dicentium
II Pt 3,4 in longum differentur dies et peribit omnis visio
18,3 23 ideo dic ad eos haec dicit Dominus Deus
quiescere faciam proverbium istud
neque vulgo dicetur ultra in Israhel
et loquere ad eos quod adpropinquaverint dies et sermo omnis visionis
13,23 24 non enim erit ultra omnis visio cassa
neque divinatio ambigua in medio filiorum Israhel
28! Is 55,11 25 quia ego Dominus loquar quodcumque locutus fuero verbum et fiet
non prolongabitur amplius
sed in diebus vestris domus exasperans
Ier 1,12 loquar verbum et faciam illud dicit Dominus Deus
26 et factus est sermo Domini ad me dicens
27 fili hominis ecce domus Israhel dicentium 22; Ier 17,15
visio quam hic videt in dies multos
et in tempora longa iste prophetat
28 propterea dic ad eos haec dicit Dominus Deus 25!
non prolongabitur ultra omnis sermo meus Is 5,19!
verbum quod locutus fuero conplebitur dicit Dominus Deus
13 et factus est sermo Domini ad me dicens
2 fili hominis vaticinare ad prophetas Israhel qui prophetant Ier 23,26
et dices prophetantibus de corde suo audite verbum Domini
3 haec dicit Dominus Deus Ier 14,15
vae prophetis insipientibus
qui sequuntur spiritum suum et nihil vident
4 quasi vulpes in desertis prophetae tui Israhel erant
5 non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israhel 22,30
ut staretis in proelio in die Domini
6 vident vana et divinant mendacium 21,29; 22,28; Ier 27,15!
dicentes ait Dominus cum Dominus non miserit eos
et perseveraverunt confirmare sermonem
7 numquid non visionem cassam vidistis et divinationem mendacem locuti estis
et dicitis ait Dominus cum ego non sim locutus
8 propterea haec dicit Dominus Deus 8.9: Ier 23,32!
quia locuti estis vana et vidistis mendacium
ideo ecce ego ad vos ait Dominus Deus Na 2,13!
9 et erit manus mea super prophetas qui vident vana et divinant men-

AC ΣΛOSTMΦ cr 19 in¹ *om.* ΛSMΦ𝔐 *Hi* | 22 in terram AO. | 25 loquar¹ + et c. | ~ fiet et c | 27 ~ prophetat iste AO | 28 dic] dices CS (*vid.*) || **13**,4 errant C | 8 quia] qui AS. | ait] dicit AΣO c |

dacium
in concilio populi mei non erunt
Ps 68,29! et in scriptura domus Israhel non scribentur
20,38: Nm 14,30! nec in terra Israhel ingredientur
7,4! et scietis quia ego Dominus Deus
16: Ier 6,14! 10 eo quod deceperint populum meum
dicentes pax et non est pax
et ipse aedificabat parietem
illi autem liniebant eum luto absque paleis
13 11 dic ad eos qui liniunt absque temperatura quod casurus sit
38,22 erit enim imber inundans et dabo
Ios 10,11! lapides praegrandes desuper inruentes
et ventum procellae dissipantem
12 siquidem ecce cecidit paries
numquid non dicetur vobis ubi est litura quam levistis
11! 13 propterea haec dicit Dominus Deus
et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea
et imber inundans in furore meo erit
et lapides grandes in ira in consummationem
Mi 1,6 14 et destruam parietem quem levistis absque temperamento
et adaequabo eum terrae et revelabitur fundamentum eius
et cadet et consumetur in medio eius
14,8; 15,7! Ex 7,17! et scietis quia ego sum Dominus
15 et conplebo indignationem meam in parietem et in his qui linunt eum absque temperamento
dicamque vobis non est paries et non sunt qui linunt eum
10; Ier 6,14! 16 prophetae Israhel qui prophetant ad Hierusalem
et vident ei visionem pacis et non est pax ait Dominus Deus

17 et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui
quae prophetant de corde suo
et vaticinare super eas 18 et dic
haec ait Dominus Deus
vae quae consuunt pulvillos sub omni cubito manus
et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas
cum caperent animas populi mei vivificabant animas eorum
19 et violabant me ad populum meum Prv 28,21
propter pugillum hordei et fragmen panis
ut interficerent animas quae non moriuntur et vivificarent animas quae non vivunt
mentientes populo meo credenti mendaciis
20 propter hoc haec dicit Dominus Deus
ecce ego ad pulvillos vestros quibus vos capitis animas volantes
et disrumpam eos de brachiis vestris
et dimittam animas quas vos capitis animas ad volandum
21 et disrumpam cervicalia vestra
et liberabo populum meum de manu vestra 23; 34,10! 27; IV Rg 19,19!
neque erunt ultra in manibus vestris ad praedandum
et scietis quia ego Dominus
22 pro eo quod maerere fecistis cor iusti mendaciter quem ego non contristavi
et confortastis manus impii ut non reverteretur a via sua mala et viveret Ier 23,14
23 propterea vana non videbitis 12,24
et divinationes non divinabitis amplius
et eruam populum meum de manu 21!

AC ΣΛΟSTMΦ cr

9 consilio ASc | in terram c | 10 ipsi OS; ipsa A. | illi] ipsi AΦ | 11 cassurus AT; casurum Σ. | 12 deleuistis Σ.; lenistis T; linistis Φc; linuistis A | 13 consumptionem AA c | 14 quam AΣM | lenistis TΦ; linistis c | 15 in pariete AOMΦc | liniunt[1] AΣΦcr; leniunt T; lenunt S.; linant O. | eam[1] C | sunt] est C | liniunt[2] Φcr; leniunt T; liniant A; linant O; liniuit CΣ. | 17 de cordibus suis AO | 18 ait AOr] dicit *cet.* *Hi* | quae] qui CΣTMΦ | cubitu CΣTΦr; cubitus S. | animas[1] + et c | 23 diuinationem A.𝔐 |

vestra
et scietis quoniam ego Dominus
1.2: 8,1; 20,1.2 14 et venerunt ad me viri seniorum Israhel et sederunt coram me
2 et factus est sermo Domini ad me dicens
3 fili hominis viri isti posuerunt inmunditias suas in cordibus suis
7,19 et scandalum iniquitatis suae statuerunt contra faciem suam
numquid interrogatus respondebo eis
4 propter hoc loquere eis et dices ad eos haec dicit Dominus Deus
7 homo homo de domo Israhel qui posuerit inmunditias suas in corde suo
et scandalum iniquitatis suae statuerit contra faciem suam
et venerit ad prophetam interrogans per eum me
ego Dominus respondebo ei in multitudine inmunditiarum suarum
5 ut capiatur domus Israhel in corde suo
quo recesserunt a me in cunctis idolis suis
6 propterea dic ad domum Israhel
18,30! haec dicit Dominus Deus
convertimini et recedite ab idolis vestris
et ab universis contaminationibus vestris avertite facies vestras
4 7 quia homo homo de domo Israhel et de proselytis quicumque advena fuerit in Israhel
si alienatus fuerit a me et posuerit idola sua in corde suo
et scandalum iniquitatis suae statuerit contra faciem suam
et venerit ad prophetam ut interroget per eum me
ego Dominus respondebo ei per me
8 et ponam faciem meam super hominem illum
et faciam eum in exemplum et in proverbium
et disperdam eum de medio populi mei
et scietis quia ego Dominus 13,14! 15,7!
9 et propheta cum erraverit et locutus fuerit verbum
ego Dominus decepi prophetam illum
et extendam manum meam super eum
et delebo eum de medio populi mei Israhel
10 et portabunt iniquitatem suam
iuxta iniquitatem interrogantis sic iniquitas prophetae erit
11 ut non erret ultra domus Israhel a me
neque polluatur in universis praevaricationibus suis 37,23
sed sit mihi in populum et ego sim eis in Deum ait Dominus exercituum 11,20! 36,28; IV Esr 1,29
12 et factus est sermo Domini ad me dicens
13 fili hominis terra cum peccaverit mihi ut praevaricetur praevaricans
extendam manum meam super eam 5,16! Is 3,1; Ps 104,16!
et conteram virgam panis eius
et inmittam in eam famem et interficiam de ea hominem et iumentum 19; 5,17! Am 8,11
14 et si fuerint tres viri isti in medio eius 18,20
Noe Danihel et Iob
ipsi iustitia sua liberabunt animas suas ait Dominus exercituum
15 quod si et bestias pessimas induxero 5,17!
super terram ut vastem eam
et fuerit invia eo quod non sit pertransiens propter bestias
16 tres viri isti qui fuerint in ea Ier 15,1
vivo ego dicit Dominus Deus quia 18,20
nec filios nec filias liberabunt
sed ipsi soli liberabuntur

AC ΣΛOSTMΦ cr
23 quoniam] quia ST c | **14**,4 homo² *om.* AS | 9 super illum c | 11 ut] et AS | sint c; *om.* S. | ei CΣΦ | 13 iumenta AOSΦr | 15 fuerint A | 16 qui] si c; *om.* C | fuerunt AO. |

terra autem desolabitur
[17] vel si gladium induxero super terram illam
et dixero gladio transi per terram
et interfecero de ea hominem et iumentum
14.20 [18] et tres viri isti fuerint in medio eius
16.20 vivo ego dicit Dominus Deus non liberabunt filios neque filias
sed ipsi soli liberabuntur
38,22 [19] si autem et pestilentiam inmisero super terram illam
et effudero indignationem meam super eam in sanguine
13 ut auferam ex ea hominem et iumentum
14.18 [20] et Noe et Danihel et Iob fuerint in medio eius
16.18 vivo ego dicit Dominus Deus quia filium et filiam non liberabunt
sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas
5,17! Is 51,19 [21] quoniam haec dicit Dominus Deus
33,27; Ier 15,3; 21,9! quod si et quattuor iudicia mea pessima
gladium et famem et bestias malas et pestilentiam misero in Hierusalem
ut interficiam de ea hominem et pecus
[22] tamen relinquetur in ea salvatio educentium filios et filias
ecce ipsi egredientur ad vos
et videbitis viam eorum et adinventiones eorum
et consolabimini super malo quod induxi in Hierusalem
in omnibus quae inportavi super eam
[23] et consolabuntur vos cum videritis viam eorum et adinventiones eorum
6,10 et cognoscetis quod non frustra fecerim omnia quae feci in ea ait Dominus Deus

15 et factus est sermo Domini ad me dicens
[2] fili hominis quid fiet ligno vitis
ex omnibus lignis nemorum quae sunt inter ligna silvarum
[3] numquid tolletur de ea lignum ut fiat opus
aut fabricabitur de ea paxillus ut dependeat in eo quodcumque vas Is 22,24
[4] ecce igni datum est in escam
utramque partem eius consumpsit ignis
et medietas eius redacta est in favillam
numquid utile erit ad opus
[5] etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus
quanto magis cum ignis illud devoraverit et conbuserit nihil ex eo fiet operis
[6] propterea haec dicit Dominus Deus
quomodo lignum vitis inter ligna silvarum quod dedi igni ad devorandum
sic tradidi habitatores Hierusalem
[7] et ponam faciem meam in eos 14,8
de igne egredientur et ignis consumet eos
et scietis quia ego Dominus cum posuero faciem meam in eos 13,14! 16,62; 20,26!
[8] et dedero terram inviam et desolatam 6,14
eo quod praevaricatores extiterint dicit Dominus Deus

16 et factus est sermo Domini ad me dicens
[2] fili hominis notas fac Hierusalem abominationes suas 20,4!
[3] et dices haec dicit Dominus Deus Hierusalem
radix tua et generatio tua de terra

18 deus + quia AO | 19 misero CΣ | in sanguinem CΣOTΦ | iumenta CΣ | 21 si *om.* S.; ~ et si c | et[3]] ac c | immisero c | 22 egrediuntur S; ingredientur c. || 15,2 de ligno c; ligni CΣ. | 3 fiat] faciat CΣ. | in] de CΣ | 4 in fauilla CΣ. | 5 ~ illud ignis Σ c | 6 tradam Φ c ||

AC ΣΛOSTMΦ cr

chananea
45 pater tuus Amorreus et mater tua Cetthea
4 et quando nata es in die ortus tui non est praecisus umbilicus tuus
et in aqua non es lota in salutem
nec sale salita nec involuta pannis
5 non pepercit super te oculus ut facerem tibi unum de his miseratus tui
sed proiecta es super faciem terrae
in abiectione animae tuae in die qua nata es
22 6 transiens autem per te vidi te conculcari in sanguine tuo
et dixi tibi cum esses in sanguine tuo vive
dixi inquam tibi in sanguine tuo vive
Ex 1,7! 7 multiplicatam quasi germen agri dedi te
et multiplicata es et grandis effecta
et ingressa es et pervenisti ad mundum muliebrem
ubera tua intumuerunt et pilus tuus germinavit
22 et eras nuda et confusionis plena
8 et transivi per te et vidi te
et ecce tempus tuum tempus amantium
Rt 3,9 et expandi amictum meum super te
et operui ignominiam tuam
60 et iuravi tibi et ingressus sum pactum tecum ait Dominus Deus
et facta es mihi 9 et lavi te aqua
et emundavi sanguinem tuum ex te
et unxi te oleo
10 et vestivi te discoloribus
et calciavi te ianthino
et cinxi te bysso et indui te subtilibus
11 et ornavi te ornamento
11.12: 23,42; Gn 24,47 et dedi armillas in manibus tuis et torquem circa collum tuum
12 et dedi inaurem super os tuum et circulos auribus tuis
et coronam decoris in capite tuo
13 et ornata es auro et argento
et vestita es bysso et polymito et multicoloribus
similam et mel et oleum comedisti 19
et decora facta es vehementer nimis
et profecisti in regnum
14 et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam Lam 2,15
quia perfecta eras in decore meo
quem posueram super te dicit Dominus Deus
15 et habens fiduciam in pulchritudine tua 25
fornicata es in nomine tuo
et exposuisti fornicationem tuam omni transeunti ut eius fieres
16 et sumens de vestimentis meis fecisti tibi excelsa hinc inde consuta Ier 2,20!
et fornicata es super eis sicut non est factum neque futurum est
17 et tulisti vasa decoris tui 7,20
de auro meo et argento meo quae dedi tibi
et fecisti tibi imagines masculinas et fornicata es in eis Dt 4,16
18 et sumpsisti vestimenta tua multicoloria et vestita es eis
et oleum meum et thymiama meum posuisti coram eis 23,41
19 et panem meum quem dedi tibi
similam et oleum et mel quibus enutrivi te 13
posuisti in conspectu eorum in odorem suavitatis
et factum est ait Dominus Deus
20 et tulisti filios tuos et filias tuas quas generasti mihi 23,37; Dt 12,31!
et immolasti eis ad devorandum
numquid parva est fornicatio tua

AC ΣΛΟSTMΦ cr

16,3 chanaan Σ(*vid.*) M c; canone S. | 4 in[2] *om.* c | 5 faceret STM c | misertus c | 6 uiue[1] *om.* CΣ. | 7 germen] semen CΣ. | confusione CΣOTΦ c | 9 mundaui CΣ | 10 ianthino cr *Hi*, *cf.* 𝔐] hyacinthino *cet.* | 13 multicoloribus cr *Hi*] multis coloribus *cet.* | simila TΦ; similagine S.; semidalin A | 14 in gentiles CΣ.; in gentibus T | erat C𝔐 | 16 meis] tuis c𝔐 *Hi* | 17 tui + et AO | et[2]] atque c.; + de OSMΦ r *Hi* | 18 uestita es eis] operuisti illas c𝔐 *Hi* |

Ps 105,37! 21 immolantis filios meos
et dedisti illos consecrans eis
22 et post omnes abominationes tuas et fornicationes
Is 54,4! non es recordata dierum adulescentiae tuae
6.7 quando eras nuda et confusione plena conculcata in sanguine tuo
23 et accidit post omnem malitiam tuam
vae vae tibi ait Dominus Deus
31! 24 et aedificasti tibi lupanar
et fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis
15 25 ad omne caput viae aedificasti signum prostitutionis tuae
et abominabilem fecisti decorem tuum
et divisisti pedes tuos omni transeunti et multiplicasti fornicationes tuas
20,8; 23,3.19.20 26 et fornicata es cum filiis Aegypti vicinis tuis magnarum carnium
Ier 3,1 et multiplicasti fornicationem tuam ad inritandum me
27 ecce ego extendi manum meam super te et auferam ius tuum
et dabo te in animam odientium te filiarum palestinarum
quae erubescunt in via tua scelerata
23,11.12 28 et fornicata es in filiis Assyriorum
eo quod necdum fueris expleta
et postquam fornicata es nec sic es satiata
23,16! 29 et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldeis
et nec sic satiata es
30 in quo mundabo cor tuum ait Dominus Deus
cum facias omnia haec opera mulieris meretricis et procacis
24 31 quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viae
Is 57,7 et excelsum tuum fecisti in omni platea
nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium
32 sed quasi mulier adultera quae super virum suum inducit alienos 23,5
33 omnibus meretricibus dantur mercedes
tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis Os 8,9; IV Esr 15,47
et donabas eis ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum
34 factumque in te est contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis
et post te non erit fornicatio
in eo enim quod dedisti mercedes et mercedes non accepisti
factum est in te contrarium
35 propterea meretrix audi verbum Domini
36 haec dicit Dominus Deus
quia effusum est aes tuum et revelata est ignominia tua in fornicationibus tuis 22,4!
super amatores tuos et super idola abominationum tuarum
in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis
37 ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commixta es 23,22
et omnes quos dilexisti cum universis quos oderas
et congregabo eos super te undique 23,29; Na 3,5
et nudabo ignominiam tuam coram eis 23,10; Ier 13,26!
et videbunt omnem turpitudinem tuam
38 et iudicabo te iudiciis adulterarum et effundentium sanguinem 23,45!
et dabo te in sanguinem furoris et zeli
39 et dabo te in manus eorum et destruent lupanar tuum
et demolientur prostibulum tuum

21 immolantes S; immolasti c | 27 extendam AOM c; extendo Φ | ius tuum] iustificationem tuam Φ c *Hi* | in anima ΑΛΟ; in animas c; in manu Σ. | 30 haec *om.* CΣ. | 33 dona donabas c | 34 ~ est in te OΦ c *Hi* | 36 in sanguinem AO. | 38 in sanguine CΣT | et⁴ *om.* C |

AC ΣΛOSTMΦ cr

23,26! Os 2,3 et denudabunt te vestimentis tuis et auferent vasa decoris tui
et derelinquent te nudam plenamque ignominia
40,41: 23,46–48 40 et adducent super te multitudinem
et lapidabunt te lapidibus et trucidabunt te gladiis suis
41 et conburent domos tuas igni
et facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum
et desines fornicari et mercedes ultra non dabis
5,13! 42 et requiescet indignatio mea in te
et auferetur zelus meus a te
et quiescam nec irascar amplius
43 eo quod non fueris recordata dierum adulescentiae tuae
et provocasti me in omnibus his
7,4! 22,31 quapropter et ego vias tuas in capite tuo dedi ait Dominus Deus
et non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis
44 ecce omnis qui dicit vulgo proverbium in te adsumet illud dicens
sicut mater ita et filia eius
45 filia matris tuae es tu
quae proiecit virum suum et filios suos
et soror sororum tuarum tu
quae proiecerunt viros suos et filios suos
3 mater vestra Cetthea et pater vester Amorreus
55 46 et soror tua maior Samaria
ipsa et filiae eius quae habitat ad sinistram tuam
soror autem tua minor te quae habitat a dextris tuis Sodoma et filiae eius
5,6 47 sed nec in viis earum ambulasti
neque secundum scelera earum fecisti
52; 23,11 pauxillum minus paene sceleratiora
fecisti illis in omnibus viis tuis
48 vivo ego dicit Dominus Deus Lam 4,6
quia non fecit Sodoma soror tua ipsa et filiae eius
sicut fecisti tu et filiae tuae
49 ecce haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae Sir 16,9
superbia saturitas panis et abundantia
et otium ipsius et filiarum eius
et manum egeno et pauperi non porrigebant
50 et elevatae sunt et fecerunt abominationes coram me et abstuli eas sicut vidisti
51 et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit
sed vicisti eas sceleribus tuis
et iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es Ier 3,11
52 ergo et tu porta confusionem tuam
quae vicisti sorores tuas peccatis tuis sceleratius agens ab eis 47; 23,11
iustificatae sunt enim a te
ergo et tu confundere et porta ignominiam tuam
quae iustificasti sorores tuas
53 et convertam restituens eas conversione Sodomorum cum filiabus suis
et conversione Samariae et filiarum eius
et convertam reversionem tuam in medio earum
54 ut portes ignominiam tuam et confundaris in omnibus quae fecisti consolans eas
55 et soror tua Sodoma et filiae eius revertentur ad antiquitatem suam 46
et Samaria et filiae eius revertentur ad antiquitatem suam
et tu et filiae tuae revertemini ad antiquitatem vestram

AC ΣΛOSTMΦ cr

39 auferentur AO | ignominiam ACΣOSΦ | 45 tu[2] *om.* AO: es tu c | 46 filia[1] C | habitant[1] AOSMΦc | 47 scelera eorum AO | 53 eorum AO | 55 antiquitatem[1.2]] iniquitatem *utroque loco* CΣ | reuertemini A cr𝔐] reuertimini *cet.*

56 non fuit autem Sodoma soror tua
audita in ore tuo in die superbiae
tuae
57 antequam revelaretur malitia tua
sicut hoc tempore in obprobrium
filiarum Syriae
et cunctarum in circuitu tuo filiarum
palestinarum
quae ambiunt te per gyrum
23,35.49 58 scelus tuum et ignominiam tuam tu
portasti ait Dominus Deus
59 quia haec dicit Dominus Deus
et faciam tibi sicut dispexisti iura-
mentum
ut irritum faceres pactum
8 60 et recordabor ego pacti mei tecum in
diebus adulescentiae tuae
Ier 32,40! et suscitabo tibi pactum sempiter-
num
61 et recordaberis viarum tuarum et
confunderis
cum receperis sorores tuas te maio-
res cum minoribus tuis
et dabo eas tibi in filias sed non ex
pacto tuo
62 et suscitabo ego pactum meum te-
cum
15,7! et scies quia ego Dominus
63 ut recorderis et confundaris
et non sit tibi ultra aperire os prae
confusione tua
cum placatus fuero tibi in omnibus
quae fecisti ait Dominus Deus
17 et factum est verbum Domini ad
me dicens
2 fili hominis propone enigma et narra
parabolam ad domum Israhel
3 et dices haec dicit Dominus Deus
IV Esr 11,1 aquila grandis magnarum alarum
longo membrorum ductu plena
plumis et varietate
22 venit ad Libanum et tulit medullam
cedri
4 summitatem frondium eius avellit
et transportavit eam in terram Cha-
naan
in urbem negotiatorum posuit illam
5 et tulit de semente terrae et posuit
illud in terra pro semine
ut firmaret radicem super aquas
multas
in superficie posuit illud
6 cumque germinasset crevit in vine-
am latiorem
humili statura respicientibus ramis
eius ad eam
et radices eius sub illa erunt
facta est ergo vinea et fructificavit in
palmites et emisit propagines
7 et facta est aquila altera grandis
magnis alis multisque plumis
et ecce vinea ista quasi mittens radi-
ces suas ad eam
palmites suos extendit ad illam ut
inrigaret eam de areolis germinis
sui
8 in terra bona super aquas multas Dt 8,7
plantata est
ut faciat frondes et portet fructum
et sit in vineam grandem
9 dic haec dicit Dominus Deus ergone
prosperabitur
nonne radices eius evellet et fructum
eius distringet
et siccabit omnes palmites germinis
eius et arescet
et non in brachio grandi neque in
populo multo ut evelleret eam radi-
citus
10 ecce plantata est ergone prosperabi-
tur
nonne cum tetigerit eam ventus urens 19,12; Os 13,15
siccabitur
et in areis germinis sui arescet
11 et factum est verbum Domini ad me
dicens

57 sicut in AT | tuo *om.* A | 59 pactum + meum A | 63 ~ tibi fuero c || **17**,2 filii A | 4 euellit A: auulsit c | in terra CΛT | in urbe Sc | 5 de semente] de sementa S.: de semen TΦ; de semine ΛMc | 6 humilis statura ACΛOMΦr | erunt AOS𝔐] erant *cet.* misit CΣ | 8 et[2]] ut MΦc | 9 fructus Φc | destringet CΛOMΦr |

AC ΣΛOSTMΦ cr

12,9; 24,19 12 dic ad domum exasperantem
nescitis quid ista significent
dic ecce venit rex Babylonis Hierusalem
II Par 36,10! et adsumet regem et principes eius
et adducet eos ad semet ipsum in Babylonem
13 et tollet de semine regni
ferietque cum eo foedus et accipiet ab eo iusiurandum
sed et fortes terrae tollet
14 ut sit regnum humile et non elevetur
sed custodiat pactum eius et servet illud
15 qui recedens ab eo misit nuntios ad Aegyptum
ut daret sibi equos et populum multum
numquid prosperabitur vel consequetur salutem qui fecit haec
et qui dissolvit pactum numquid effugiet
16 vivo ego dicit Dominus Deus
quoniam in loco regis qui constituit eum regem
cuius fecit irritum iuramentum et solvit pactum quod habebat cum eo
in medio Babylonis morietur
17 et non in exercitu grandi neque in populo multo faciet contra eum Pharao proelium
in iactu aggeris et in extructione vallorum ut interficiat animas multas
18 spreverat enim iuramentum ut solveret foedus
et ecce dedit manum suam
et cum omnia haec fecerit non effugiet
19 propterea haec dicit Dominus Deus
vivo ego quoniam iuramentum quod sprevit
et foedus quod praevaricatus est ponam in caput eius
20 et expandam super eum rete meum 12,13! 32,3; Lam 1,13
et conprehendetur sagena mea
et adducam eum in Babylonem et iudicabo illum ibi
in praevaricatione qua despexit me
21 et omnes profugi eius cum universo agmine gladio cadent 12,15!
residui autem in omnem ventum dispergentur Za 2,6; 7,14
et scietis quia ego Dominus locutus sum
22 haec dicit Dominus Deus
et sumam ego de medulla cedri sublimis 3
et ponam de vertice ramorum eius
tenerum distringam et plantabo super montem excelsum et eminentem
23 in monte sublimi Israhel plantabo illud 20,40!
et erumpet in germen et faciet fructum et erit in cedrum magnam 36,8; Dn 4,18! Os 14,6.7
et habitabunt sub eo omnes volucres Mt 13,32!
universum volatile sub umbra frondium eius nidificabit 31,6
24 et scient omnia ligna regionis quia ego Dominus 36,36
humiliavi lignum sublime et exaltavi lignum humile
et siccavi lignum viride et frondere feci lignum aridum
ego Dominus locutus sum et feci 22,14; 24,14; 37,14
18 et factus est sermo Domini ad me dicens 1,2: 12,21.22
2 quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israhel dicentes 2,3: Ier 31,29
patres comederunt uvam acerbam et dentes filiorum obstupescunt
3 vivo ego dicit Dominus Deus 12,23
si erit vobis ultra parabola haec in

AC ΣΛOSTMΦ cr 12 nec scitis A.; ncc scictis O. | babylonis + in c | 13 ~ ab co accipiet c | 20 extendam A | in sagena M c | illum] eum AOΦ c | 21 agmine + suo c | 22 et sumam] adsumam AO | destringam AΛOTΦ r | 23 sub ea ΣΛT c | uolucres + et c || **18**,2 obstipuerunt AOTΦ *Hi* | 3 uobis *om.* S.; ~ ultra uobis c |

proverbium in Israhel
4 ecce omnes animae meae sunt
ut anima patris ita et anima filii mea
est
20! Ier 31,30 anima quae peccaverit ipsa morietur
Prv 21,15! 5 et vir si fuerit iustus et fecerit iudi-
cium et iustitiam
6—9: 11–13.15–17 6 in montibus non comederit
et oculos suos non levaverit ad idola
domus Israhel
et uxorem proximi sui non violaverit
Lv 18,19.20! et ad mulierem menstruatam non
accesserit
7 et hominem non contristaverit
pignus debitori reddiderit
per vim nihil rapuerit
Tb 4,17; Is 58,7! panem suum esurienti dederit
et nudum operuerit vestimento
Ex 22,25! 8 ad usuram non commodaverit
et amplius non acceperit
ab iniquitate averterit manum suam
iudicium verum fecerit inter virum
et virum
17! 20,11! 9 in praeceptis meis ambulaverit et
iudicia mea custodierit ut faciat
veritatem
hic iustus est vita vivet ait Dominus
Deus
10.11: 22,9 10—13: 14–17 10 quod si genuerit filium latronem ef-
fundentem sanguinem
et fecerit unum de istis
11 et haec quidem omnia non facientem
11—13: 6–9 sed in montibus comedentem
et uxorem proximi sui polluentem
22,29 12 egenum et pauperem contristantem
rapientem rapinas
pignus non reddentem
et ad idola levantem oculos suos
abominationem facientem
22,12 13 ad usuram dantem
et amplius accipientem
numquid vivet non vivet
33,4! cum universa detestanda haec fecerit
morte morietur
sanguis eius in ipso erit
14 quod si genuerit filium qui videns 14—17: 10–13
omnia peccata patris sui quae fecit
timuerit et non fecerit simile eis
15 super montes non comederit 15—17: 6–9
et oculos suos non levaverit ad idola
domus Israhel
et uxorem proximi sui non violaverit
16 et virum non contristaverit
pignus non retinuerit
et rapinam non rapuerit
panem suum esurienti dederit Tb 4,17; Is 58,7!
et nudum operuerit vestimento
17 a pauperis iniuria averterit manum
suam
usuram et superabundantiam non Ex 22,25!
acceperit
iudicia mea fecerit 9! 19,21! Lv 18,5!
in praeceptis meis ambulaverit
hic non morietur in iniquitate patris
sui sed vita vivet
18 pater eius quia calumniatus est et
vim fecit fratri
et malum operatus est in medio po-
puli sui
ecce mortuus est in iniquitate sua
19 et dicitis quare non portavit filius
iniquitatem patris
videlicet quia filius iudicium et iusti-
tiam operatus est
omnia praecepta mea custodivit et 17!
fecit illa
vita vivet
20 anima quae peccaverit ipsa morietur 4; Dt 24,16! Ier 31,30
filius non portabit iniquitatem patris
et pater non portabit iniquitatem
filii
iustitia iusti super eum erit
et impietas impii erit super eum
21 si autem impius egerit paenitentiam 21.22: 33,14–16; Ier 18,8!
ab omnibus peccatis suis quae opera- 27; 33,19
tus est

4 et ecce AO. | 7 ~ uestimento operuerit AO | 8 ~ manum suam auerterit AO | suam + et c. | ~ inter uirum fecerit AO. | 13 ~ haec detestanda c | 16 ~ uestimento operuerit AO | 17 iniuriam C | ~ manum suam auerterit AO | 19 uita *om.* S.; ~ uiuet uita c. | 20 ~ super eum erit² AΣO |

AC
ΣΛΟSTMΦ
cr

17! 37,24; Mt 19,17 et custodierit universa praecepta mea
et fecerit iudicium et iustitiam
vita vivet non morietur
22 omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor
in iustitia sua quam operatus est vivet
32! 33,11! II Sm 14,14 23 numquid voluntatis meae est mors impii dicit Dominus Deus
I Tim 2,4! et non ut convertatur a viis suis et vivat
3,20! 33,12 24 si autem averterit se iustus a iustitia sua
et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius
numquid vivet
omnes iustitiae eius quas fecerat non recordabuntur
in praevaricatione qua praevaricatus est
et in peccato suo quod peccavit in ipsis morietur
29 25 et dixistis non est aequa via Domini
25—29: 33,17-20 audite domus Israhel
numquid via mea non est aequa
et non magis viae vestrae pravae sunt
26 cum enim averterit se iustus a iustitia sua
et fecerit iniquitatem morietur in eis
in iniustitia quam operatus est morietur
21! 27 et cum averterit se impius ab impietate sua quam operatus est
et fecerit iudicium et iustitiam
ipse animam suam vivificabit
28 considerans enim et avertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est
vita vivet et non morietur
25 29 et dicunt filii Israhel non est aequa via Domini
numquid viae meae non sunt aequae
domus Israhel
et non magis viae vestrae pravae
30 idcirco unumquemque iuxta vias suas iudicabo domus Israhel ait Dominus Deus 7,3! 33,20
convertimini et agite paenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris 14,6; Lv 5,5; II Par 7,14! Act 8,22
et non erit vobis in ruinam iniquitas
31 proicite a vobis omnes praevaricationes vestras in quibus praevaricati estis
et facite vobis cor novum et spiritum novum 11,19!
et quare moriemini domus Israhel
32 quia nolo mortem morientis dicit Dominus Deus 23! 33,11; Sap 1,13
revertimini et vivite
19 et tu adsume planctum super principes Israhel 2 et dices
quare mater tua leaena inter leones cubavit
in medio leunculorum enutrivit catulos suos
3 et eduxit unum de leunculis suis
leo factus est et didicit capere praedam hominemque comedere 6; 22,25
4 et audierunt de eo gentes et non absque vulneribus suis ceperunt eum 8,9
et adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti
5 quae cum vidisset quoniam infirmata est et periit expectatio eius
tulit unum de leunculis suis
leonem constituit eum
6 qui incedebat inter leones
et factus est leo 3!
didicit praedam capere et homines devorare
7 didicit viduas facere et civitates eorum in desertum adducere
et desolata est terra et plenitudo eius a voce rugitus illius
8 et convenerunt adversum eum gen-

AC ΣΛOSTMΦ cr 21 uniuersa] omnia Λc | uiuet + et CΣOTMΦc | 22 ~ in sua iustitia CΣ | 25 audite + ergo c 26 in² *om.* CS | 27 uiuificauit CST | 30 unumquemque + uestrum CΣ | iniquitas] iniquitatis A | 31 morimini ACOr ‖ **19,** 2 nutriuit CΣ | 3 suis + et c | 6 leo + et c |

tes undique de provinciis
et expanderunt super eum rete suum
4 in vulneribus earum captus est
9 et miserunt eum in caveam in catenis
adduxerunt eum ad regem Babylonis
miseruntque eum in carcerem
ne audiretur vox eius ultra super montes Israhel
Ps 127,3 10 mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata
fructus eius et frondes eius creverunt ex aquis multis
11 et factae sunt ei virgae solidae in sceptra dominantium
et exaltata est statura eius inter frondes
et vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum
12 et evulsa est in ira in terramque proiecta
17,10! et ventus urens siccavit fructum eius
marcuerunt et arefactae sunt virgae roboris eius
ignis comedit eam
13 et nunc transplantata est in desertum
in terra invia et sitienti
14 et egressus est ignis de virga ramorum eius qui fructum eius comedit
et non fuit in ea virga fortis sceptrum dominantium
planctus est et erit in planctum
20 et factum est in anno septimo in quinto in decima mensis
1,2; 8,1; 14,1.2 venerunt viri de senioribus Israhel ut interrogarent Dominum et sederunt coram me
2 et factus est sermo Domini ad me dicens
3 fili hominis loquere senioribus Israhel et dices ad eos
haec dicit Dominus Deus
num ad interrogandum me vos venistis
vivo ego quia non respondebo vobis 31
ait Dominus Deus
4 si iudicas eos si iudicas fili hominis 16,2; 22,2.3
abominationes patrum eorum ostende eis
5 et dices ad eos haec dicit Dominus Deus
in die qua elegi Israhel et levavi manum meam pro stirpe domus Iacob 5.6: Ex 6,7.8!
et apparui eis in terra Aegypti
et levavi manum meam pro eis dicens
ego Dominus Deus vester
6 in die illa levavi manum meam pro
eis ut educerem eos de terra Aegypti Ios 5,6!
in terram quam provideram eis fluentem lacte et melle
quae est egregia inter omnes terras
7 et dixi ad eos unusquisque offensiones oculorum suorum abiciat
et in idolis Aegypti nolite pollui Lv 18,3!
ego Dominus Deus vester
8 et inritaverunt me nolueruntque audire 16,26
unusquisque abominationes oculorum suorum non proiecit 23,19.20
nec idola Aegypti reliquerunt
et dixi ut effunderem indignationem meam super eos 5,13!
et implerem iram meam in eis in medio terrae Aegypti
9 et feci propter nomen meum ut non violaretur coram gentibus in quarum medio erant 14! Ps 108,21!
et inter quas apparui eis ut educerem eos de terra Aegypti Ier 2,6!
10 eieci ergo eos de terra Aegypti et eduxi in desertum
11 et dedi eis praecepta mea et iudicia mea ostendi eis 18,9!
quae faciat homo et vivat in eis
12 insuper et sabbata mea dedi eis Ex 31,13!

10 plantata + est c | 12 in iram AOΦ; iram S. | 14 in planctu C | 20,1 quinto + mense ACΣO | in³] et S.; *om.* CΣ | 3 numquid OS c *Hi* | 4 filii A | 5 dicens—6 pro eis *om.* CΣ. | 8 audire] *praem.* me MΦ c; + me CΣ | 10 eduxi + eos c | 11 quae faciens homo uiuet c. |

AC ΣΛOSTMΦ c

ut esset signum inter me et eos
et scirent quia ego Dominus sanctificans eos
16.21.24 13 et inritaverunt me domus Israhel in deserto
in praeceptis meis non ambulaverunt
et iudicia mea proiecerunt
22.8! quae faciens homo vivet in eis
et sabbata mea violaverunt vehementer
dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos in deserto et consumerem eos
9! 22; 36.21 14 et feci propter nomen meum ne violaretur coram gentibus
de quibus eieci eos in conspectu earum
Nm 14.30! 15 ego igitur levavi manum meam super eos in deserto
ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte et melle
praecipuam terrarum omnium
13! 16 quia iudicia mea proiecerunt
et in praeceptis meis non ambulaverunt
et sabbata mea violaverunt
post idola enim cor eorum gradiebatur
17 et pepercit oculus meus super eos ut non interficerem eos
nec consumpsi eos in deserto
18 dixi autem ad filios eorum in solitudine
in praeceptis patrum vestrorum nolite incedere
nec iudicia eorum custodiatis nec in idolis eorum polluamini
19 ego Dominus Deus vester
III Rg 8.58! in praeceptis meis ambulate
et iudicia mea custodite et facite ea
Ex 31.13! 20 et sabbata mea sanctificate ut sit signum inter me et vos
et sciatur quia ego Dominus Deus vester
21 et exacerbaverunt me filii 13!
in praeceptis meis non ambulaverunt
et iudicia mea non custodierunt ut facerent ea
quae cum fecerit homo vivet in eis
et sabbata mea violaverunt
et comminatus sum ut effunderem furorem meum super eos
et implerem iram meam in eis in deserto
22 averti autem manum meam et feci propter nomen meum 14!
ut non violaretur coram gentibus
de quibus eieci eos in oculis earum
23 iterum levavi manum meam in eos in solitudine
ut dispergerem illos in nationes et ventilarem in terras 12.15!
24 eo quod iudicia mea non fecissent 13!
et praecepta mea reprobassent
et sabbata mea violassent
et post idola patrum suorum fuissent oculi eorum
25 ergo et ego dedi eis praecepta non bona
et iudicia in quibus non vivent
26 et pollui eos in muneribus suis
cum offerrent omne quod aperit vulvam propter delicta sua
et scient quia ego Dominus 44; 15,7!
27 quam ob rem loquere ad domum Israhel fili hominis et dices ad eos
haec dicit Dominus Deus
adhuc et in hoc blasphemaverunt me patres vestri
cum sprevissent me contemnentes
28 et induxissem eos in terram super quam levavi manum meam ut darem eis 42
viderunt omnem collem excelsum et omne lignum nemorosum 6.13! IV Rg 16.4!
et immolaverunt ibi victimas suas

AC 12 essent c | 18 in[3] *om.* ΣATr *Hi* | 19 et[1] *om.* c | 20 sint c. | sciatis c | ego sum c. |
ΣΛOSTMΦ 21 filii CSTcr𝔐 *Hi*] sibi filii et Φ.; + israhel AΣOM; eorum A | 23 in terris AO |
(I) cr 25 [*adest* I *passim usque ad* 27,7] | 27 filii A |

et dederunt ibi inritationem oblationis suae
et posuerunt ibi odorem suavitatis suae
et libaverunt libationes suas
29 et dixi ad eos quid est excelsum ad quod vos ingredimini
et vocatum est nomen eius Excelsum usque ad hanc diem
30 propterea dic ad domum Israhel haec dicit Dominus Deus
certe in via patrum vestrorum vos polluimini
et post offendicula eorum vos fornicamini
31 et in oblatione donorum vestrorum
Ier 7,31! cum transducitis filios vestros per ignem vos polluimini
in omnibus idolis vestris usque hodie
3 et ego respondebo vobis domus Israhel
vivo ego dicit Dominus Deus quia non respondebo vobis
32 neque cogitatio mentis vestrae fiet dicentium
Dt 28,64! erimus sicut gentes et sicut cognationes terrae ut colamus ligna et lapides
33 vivo ego dicit Dominus Deus
21,5 quoniam in manu forti et brachio extento et in furore effuso regnabo super vos
34 et educam vos de populis et congregabo vos de terris in quibus dispersi estis
in manu valida et brachio extento et in furore effuso regnabo super vos
35 et adducam vos in desertum populorum
et iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem
36 sicuti iudicio contendi adversum patres vestros in deserto terrae Aegypti
sic iudicabo vos dicit Dominus Deus
37 et subiciam vos sceptro meo et induceam vos in vinculis foederis
38 et eligam de vobis transgressores et impios
et de terra incolatus eorum educam eos
et terram Israhel non ingredientur 13,9!
et scietis quia ego Dominus
39 et vos domus Israhel
haec dicit Dominus Deus
singuli post idola vestra ambulate et servite eis
quod si et in hoc non audieritis me
et nomen meum sanctum pollueritis 39,40; 43,7
ultra in muneribus vestris et in idolis vestris
40 in monte sancto meo in monte excelso Israhel ait Dominus Deus 17,23; Ier 31,12!
ibi serviet mihi omnis domus Israhel
omnes inquam in terra in qua placebunt mihi
et ibi quaeram primitias vestras
et initium decimarum vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris
41 in odorem suavitatis suscipiam vos 28,25; 39,27
cum eduxero vos de populis
et congregavero vos de terris in quas dispersi estis Is 11,12!
et sanctificabor in vobis in oculis nationum 28,22; 36,23! 38,16.23 Sir 36,4
42 et scietis quia ego Dominus Ex 6,7.8!
cum induxero vos ad terram Israhel 28
in terram pro qua levavi manum meam ut darem eam patribus vestris
43 et recordabimini ibi viarum vestrarum 6,9; 36,31
et omnium scelerum vestrorum quibus polluti estis in eis
et displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitiis vestris
quas fecistis

28 oblationes suas SΦ; oblectationis suae ΛO. | 29 hunc AOΦr | 31 in oblationem AOS Φ | quia ~ ego ΛOl | 33 et¹ ~ in ΛMΦc | 34 et³ ~ in ΣΛlc | 36 deus *om.* ΑΛΟΤΜ *Hi* | 37 foederis] ferreis CΣl | 38 eos] uos CΣ | et⁴ ~ in c | 40 in terram CS |

AC ΣΛOSTMΦl cr

26! 44 et scietis quia ego Dominus cum be-
nefecero vobis propter nomen
meum
non secundum vias vestras malas
neque secundum scelera vestra pes-
sima domus Israhel ait Dominus
Deus
45 et factus est sermo Domini ad me
dicens
46 fili hominis pone faciem tuam con-
tra viam austri
et stilla ad africum
et propheta ad saltum agri meridiani
47 et dices saltui meridiano
audi verbum Domini haec dicit Do-
minus Deus
ecce ego succendam in te ignem
et conburam in te omne lignum vi-
ride et omne lignum aridum
non extinguetur flamma succensio-
nis
et conburetur in ea omnis facies ab
austro usque ad aquilonem
48 et videbit universa caro quia ego Do-
Is 30,33 minus succendi eam nec extingue-
tur
Ier 1,6! 49 et dixi ha ha ha Domine Deus
ipsi dicunt de me numquid non per
parabolas loquitur iste
21 et factus est sermo Domini ad me
dicens
4,7 2 fili hominis pone faciem tuam ad
Hierusalem
et stilla ad sanctuaria et propheta
contra humum Israhel
3 et dices terrae Israhel
Iob 9,22! haec dicit Dominus Deus
ecce ego ad te
et eiciam gladium meum de vagina
sua
et occidam in te iustum et impium
4 pro eo autem quod occidi in te ius-
tum et impium
idcirco egredietur gladius meus de
vagina sua ad omnem carnem ab
austro ad aquilonem
5 ut sciat omnis caro quia ego Domi-
nus eduxi gladium meum de vagina
sua inrevocabilem
6 et tu fili hominis ingemesce
in contritione lumborum et in ama-
ritudinibus ingemesce coram eis
7 cumque dixerint ad te quare tu ge-
mis
dices pro auditu quia venit
et tabescet omne cor et dissolventur 7,17; Is 13,7! Ier 6,24
universae manus
et infirmabitur omnis spiritus et per
cuncta genua fluent aquae
ecce venit et fiet ait Dominus Deus 39,8
8 et factus est sermo Domini ad me
dicens
9 fili hominis propheta et dices haec
dicit Dominus Deus loquere
gladius gladius exacutus est et lima-
tus
10 ut caedat victimas exacutus est ut 28
splendeat limatus est
qui moves sceptrum filii mei succi-
disti omne lignum
11 et dedi eum ad levigandum ut tenea-
tur manu
iste exacutus est gladius et iste lima-
tus
ut sit in manu interficientis
12 clama et ulula fili hominis Ier 31,19
quia hic factus est in populo meo hic
in cunctis ducibus Israhel
qui fugerant gladio traditi sunt cum
populo meo
idcirco plaude super femur
13 quia probatus est et hoc cum scep-
trum subverterit
et non erit dicit Dominus Deus
14 tu ergo fili hominis propheta et per-
cute manu ad manum
et duplicetur gladius ac triplicetur
gladius interfectorum

AC ΣΛOSTMΦI cr
44 meum et C c | 45 [*hic incip. cap.* 21 𝔐] | 47 dices] dic AO | **21**,4 usque ad aquilonem MΦ c; ab aquilone SI | 6 ingemesces^{2} TMΦ r; ingemisces S | 7 et ecce A | 10 mei + dicit dominus deus CΣΛ. | omnem A | 11 limatus – est Φ c | 14 filii A | manum^{1} OSTMI |

hic est gladius occisionis magnae
qui obstupescere eos facit 15 et corde
tabescere et multiplicat ruinas
in omnibus portis eorum dedi conturbationem
gladii acuti et limati ad fulgendum
amicti ad caedem
16 exacuere vade ad dextram sive ad
sinistram
quocumque faciei tuae est appetitus
17 quin et ego plaudam manu ad manum
et implebo indignationem meam
ego Dominus locutus sum
18 et factus est sermo Domini ad me
dicens
19 et tu fili hominis pone tibi duas vias
ut veniat gladius regis Babylonis
de terra una egredientur ambo
et manu capiet coniecturam
in capite viae civitatis coniciet
Ier 49.2 20 viam pones ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon
et ad Iudam in Hierusalem munitissimam
21 stetit enim rex Babylonis in bivio
in capite duarum viarum
divinationem quaerens commiscens
sagittas
interrogavit idola exta consuluit
22 ad dextram eius facta est divinatio
super Hierusalem
26.8 ut ponat arietes ut aperiat os in caede
ut elevet vocem in ululatu
4.2! ut ponat arietes contra portas ut
conportet aggerem
ut aedificet munitiones
23 eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum
et sabbatorum otium imitans
ipse autem recordabitur iniquitatis
ad capiendum
24 idcirco haec dicit Dominus Deus
pro eo quod recordati estis iniquitatis vestrae
et revelastis praevaricationes vestras
et apparuerunt peccata vestra in
omnibus cogitationibus vestris
pro eo inquam quod recordati estis
manu capiemini
25 tu autem profane impie dux Israhel 12.10
cuius venit dies in tempore iniquitatis
praefinita
26 haec dicit Dominus Deus aufer cidarim tolle coronam
nonne haec est quae humilem sublevavit et sublimem humiliavit 1 Sm 2,7!
27 iniquitatem iniquitatem iniquitatem
ponam eam
et hoc nunc factum est donec veniret cuius est iudicium et tradam ei
28 et tu fili hominis propheta et dic 25.2
haec dicit Dominus Deus ad filios
Ammon et ad obprobrium eorum
et dices mucro mucro evaginate ad 10
occidendum limate ut interficias et
fulgeas
29 cum tibi viderentur vana et divinarentur mendacia 13.6!
ut dareris super colla vulneratorum
impiorum
quorum venit dies in tempore iniquitatis praefinita
30 revertere ad vaginam tuam in loco
in quo creatus es
in terra nativitatis tuae iudicabo te
31 et effundam super te indignationem 7.8! 22.20.21
meam
in igne furoris mei sufflabo in te
daboque te in manus hominum insipientium et fabricantium interitum
32 igni eris cibus sanguis tuus erit in 24.7

17 quin] quia AO. | 19 filii A | ambae c. | 20 in *om.* AA | munitissimum AO. | 21 extuma A. | 22 super] supra CTΦI r | 26 humiles c. | sublimauit CΣ. | 27 nunc] non Φ cr 𝔐 | 28 filii A | euagina te … lima te A | 29 mendacia + non est daemonum diuinatio sed dei iudicium qui perfectae malitiae dedit finem AO |

AC ΣΛOSTMΦI cr

medio terrae
oblivioni traderis quia ego Dominus
locutus sum
22 et factum est verbum Domini ad
me dicens
2.3; 20.4! 2 et tu fili hominis num iudicas num
iudicas civitatem sanguinum
3 et ostendes ei omnes abominationes
suas
et dices haec dicit Dominus Deus
7.23! civitas effundens sanguinem in me-
dio sui ut veniat tempus eius
et quae fecit idola contra semet ipsam
ut pollueretur
16.36; 36.18 4 in sanguine tuo qui a te effusus est
deliquisti
et in idolis tuis quae fecisti polluta es
et adpropinquare fecisti dies tuos et
adduxisti tempus annorum tuorum
Ier 29.18! propterea dedi te obprobrium genti-
bus et inrisionem universis terris
5 quae iuxta sunt et quae procul a te
triumphabunt de te
sordida nobilis grandis interitu
27! 6 ecce principes Israhel singuli in bra-
chio suo fuerunt in te ad effunden-
dum sanguinem
7 patrem et matrem contumeliis ad-
fecerunt in te
advenam calumniati sunt in medio
tui
pupillum et viduam contristaverunt
apud te
20.13! 23.38 8 sanctuaria mea sprevistis et sabbata
mea polluistis
18.10.11 9 viri detractores fuerunt in te ad ef-
fundendum sanguinem
et super montes comederunt in te
scelus operati sunt in medio tui
10 verecundiora patris discoperuerunt
in te
inmunditiam menstruatae humilia-
verunt in te
11 et unusquisque in uxorem proximi Ier 5.8
sui operatus est abominationem
et socer nurum suam polluit nefarie
frater sororem suam filiam patris sui
oppressit in te
12 munera acceperunt apud te ad effun-
dendum sanguinem
usuram et superabundantiam acce- 18.13
pisti
et avare proximos tuos calumniaba-
ris
meique oblita es ait Dominus Deus
13 ecce conplosi manus meas super Ier 22.17!
avaritiam tuam quam fecisti
et super sanguinem qui effusus est in
medio tui
14 numquid sustinebit cor tuum aut
praevalebunt manus tuae in diebus
quos ego faciam tibi
ego Dominus locutus sum et faciam 17.24!
15 et dispergam te in nationes et ven- 5.10! 36.19
tilabo te in terras
et deficere faciam inmunditiam tuam
a te
16 et possidebo te in conspectu gentium
et scies quia ego Dominus 22; 25.5.7.11. 17! Ex 7.17!
17 et factum est verbum Domini ad me
dicens
18 fili hominis versa est mihi domus Is 1.22!
Israhel in scoriam
omnes isti aes et stagnum et ferrum
et plumbum
in medio fornacis scoria argenti facti
sunt
19 propterea haec dicit Dominus Deus
eo quod versi estis omnes in scoriam
propterea ecce ego congregabo vos
in medium Hierusalem
20 congregatione argenti et aeris et
ferri et stagni et plumbi in medium
fornacis
ut succendam in eam ignem ad con-
flandum

AC
ΣΛΟSTMΦΙ 22,2 filii A | num[1 2]] nonne c. | 4 inrisione CΣΙ. | 8 spreuisti ... polluisti c𝔐 | 18 filii
cr A | 19 in medio STM c | 20 ~ stanni et ferri c. | in medio CASTM c | in ea AOM c |

20.21: 7,8! 21,31 sic congregabo in furore meo et in ira mea et requiescam et conflabo vos
21 et congregabo vos et succendam vos in igne furoris mei
et conflabimini in medio eius
Is 1,25; Za 13,9! 22 ut conflatur argentum in medio fornacis sic eritis in medio eius
16! et scietis quia ego Dominus effuderim indignationem meam super vos
23 et factum est verbum Domini ad me dicens
24 fili hominis dic ei tu es terra inmunda et non conpluta
in die furoris 25 coniuratio prophetarum in medio eius sicut leo rugiens capiensque praedam
19,3 animam devoraverunt opes et pretium acceperunt
viduas eius multiplicaverunt in medio illius
So 3,4! 26 sacerdotes eius contempserunt legem meam et polluerunt sanctuaria mea
Lv 10,10! inter sanctum et profanum non habuere distantiam
et inter pollutum et mundum non intellexerunt
et a sabbatis meis averterunt oculos suos
et coinquinabar in medio eorum
6; Prv 28,15! Is 1,23! So 3,3; Gn 49,27; Ier 22,17! 27 principes eius in medio illius quasi lupi rapientes praedam
ad effundendum sanguinem et perdendas animas et avare sectanda lucra
13,6! 28 prophetae autem eius liniebant eos absque temperamento
videntes vana et divinantes eis mendacium
dicentes haec dicit Dominus Deus
cum Dominus non sit locutus
29 populi terrae calumniabantur calumniam et rapiebant violenter 18,12
egenum et pauperem adfligebant
et advenam opprimebant calumnia absque iudicio
30 et quaesivi de eis virum qui interponeret sepem et staret oppositus contra me 13,5
pro terra ne dissiparem eam et non inveni
31 et effudi super eos indignationem meam
in igne irae meae consumpsi eos
viam eorum in caput eorum reddidi 16,43!
ait Dominus Deus
23 et factus est sermo Domini ad me dicens
2 fili hominis duae mulieres filiae matris unius fuerunt
3 et fornicatae sunt in Aegypto in 8,19; 16,26
adulescentia sua fornicatae sunt
ibi subacta sunt ubera earum 21
et fractae sunt mammae pubertatis earum
4 nomina autem earum Oolla maior et Ooliba soror eius
et habui eas et pepererunt filios et filias
porro earum nomina Samaria Oolla et Hierusalem Ooliba
5 fornicata est igitur Oolla super me 16,32
et insanivit in amatores suos in Assyrios propinquantes
6 vestitos hyacintho principes et magistratus iuvenes cupidinis
universos equites ascensores equorum
7 et dedit fornicationes suas super eos
electos filios Assyriorum universos
et in omnibus in quos insanivit in in-

21 uos² *om.* A. | 22 dominus + cum c | 25 rapiensque c. | animas c | opes] inopes Φ; inopis AOTM | 26 habuerunt ΣΜΦc | ~ mundum et pollutum CΣ. | a *om.* AST | 27 et¹ + ad AOMΦc | auare + ad c. | 28 linebant CΣS | eis AΦc𝔐] ei CΣΛSTIr; *om.* OM | 30 pro terram C: propter terram AO; propterea S | 31 in ignem AST | **23**, 1 factum ΛΛΟΤ | sermo] uerbum AOT | 2 filii A | ~ matris unius filiae ΑΣΟΦΙ; ~ filiae unius matris C | 4 eius + minor Φc | 5 oolla *om.* CΣ.; ~ super me oolla c. | 7 eos + et ΑΣΟ | in³ *om.* CΛ |

AC ΣΛΟSΤΜΦΙ cr

munditiis eorum polluta est
3 8 insuper et fornicationes suas quas
habuerat in Aegypto non reliquit
21 nam et illi dormierant cum ea in
adulescentia eius
et illi confregerant ubera pubertatis
eius
et effuderant fornicationem suam
super eam
9 propterea tradidi eam in manu amatorum suorum
in manus filiorum Assur super quorum insanivit libidinem
16,37! 10 ipsi discoperuerunt ignominiam eius
filios et filias illius tulerunt et ipsam
occiderunt gladio
et factae sunt famosae mulieres
et iudicia perpetrarunt in ea
11 quod cum vidisset soror eius Ooliba
plus quam illa insanivit libidine
16,47.52 et fornicationem suam super fornicationem sororis suae
11.12: 16,28
23 12 ad filios Assyriorum praebuit inpudenter
ducibus et magistratibus ad se venientibus indutis veste varia
equitibus qui vectabantur equis et
adulescentibus forma cunctis egregia
13 et vidi quod polluta esset via una
ambarum
8,10 14 et auxit fornicationes suas
cumque vidisset viros depictos in
pariete
imagines Chaldeorum expressas coloribus
15 et accinctos balteis renes et tiaras
tinctas in capitibus eorum
formam ducum omnium similitudinem filiorum Babylonis
terraeque Chaldeorum in qua orti
sunt
16,29 16 et insanivit super eos concupiscentia
oculorum suorum
et misit nuntios ad eos in Chaldeam 40: Is 57,9
17 cumque venissent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum
polluerunt eam stupris suis
et polluta est ab eis et saturata est
anima eius ab illis
18 denudavit quoque fornicationes suas
et discoperuit ignominiam suam
et recessit anima mea ab ea sicut recesserat anima mea a sorore eius Ier 6,8
19 multiplicavit enim fornicationes suas 3
recordans dies adulescentiae suae 19.20: 16,26; 20,8
quibus fornicata est in terra Aegypti
20 et insanivit libidine super concubitu
eorum
quorum carnes sunt ut carnes asinorum
et sicut fluxus equorum fluxus eorum Ier 5,8
21 et visitasti scelus adulescentiae tuae 3.8
quando subacta sunt in Aegypto
ubera tua
et confractae mammae pubertatis
tuae
22 propterea Ooliba haec dicit Dominus
Deus
ecce ego suscitabo omnes amatores
tuos contra te
de quibus satiata est anima tua 16,37!
et congregabo eos adversum te in
circuitu
23 filios Babylonis et universos Chal- 12
deos nobiles tyrannosque et prin- 23.24: Ier 6,22.23!
cipes
omnes filios Assyriorum iuvenes
forma egregia
duces et magistratus universos
principes principum et nominatos
ascensores equorum
24 et venient super te instructi curru et
rota multitudo populorum
lorica et clypeo et galea armabuntur

AC ΣΛΟSTMΦI cr 8 relinquit A | dormierunt ΣΦ c | confregerunt SΦ c | effuderunt ΣSΦ c | 9 in manus[1] O c | libidine CΛS c; *legi nequit* I | 10 illius] eius AΣOMΦI c | ~ mulieres famosae AO | perpetrauerunt I c | 12 induti Λ; indutus S. | 16 et[1] *om.* CΣΛ c | 20 super concubitum c | et[2] *om.* CΣ. | 21 confractae – sunt c |

contra te undique
et dabo coram eis iudicium et iudicabunt te iudiciis suis
25 et ponam zelum meum in te quem exercent tecum in furore
nasum tuum et aures tuas praecident
et quae remanserint gladio concident
ipsi filios tuos et filias tuas capient
et novissimum tuum devorabitur igni
16,39! I Sm 4,21! I Mcc 1,24! 2,9 26 et denudabunt te vestimentis tuis et tollent vasa gloriae tuae
27 et requiescere faciam scelus tuum de te
et fornicationem tuam de terra Aegypti
nec levabis oculos tuos ad eos
et Aegypti non recordaberis amplius
28 quia haec dicit Dominus Deus
ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti
in manu de quibus satiata est anima tua
29 et agent tecum in odio et tollent omnes labores tuos
16,37! et dimittent te nudam et ignominia plenam
revelabitur ignominia fornicationum tuarum
scelus tuum et fornicationes tuae
6,9 30 fecerunt haec tibi
quia fornicata es post gentes inter quas polluta es in idolis eorum
31 in via sororis tuae ambulasti
et dabo calicem eius in manu tua
32 haec dicit Dominus Deus
32,33; Hab 2,16! calicem sororis tuae bibes profundum et latum
Ier 20,7! eris in derisum et in subsannationem quae es capacissima
33 ebrietate et dolore repleberis
calice maeroris et tristitiae
calice sororis tuae Samariae
34 et bibes illum et epotabis usque ad feces
et fragmenta eius devorabis
et ubera tua lacerabis quia ego locutus sum ait Dominus Deus
35 propterea haec dicit Dominus Deus
quia oblita es mei et proiecisti me post corpus tuum
tu quoque porta scelus tuum et fornicationes tuas 49; 16,58
36 et ait Dominus ad me dicens
fili hominis numquid iudicas Oollam et Oolibam
et adnuntias eis scelera earum Is 58,1!
37 quia adulterae sunt et sanguis in manibus earum 45
et cum idolis suis fornicatae sunt 16,20!
insuper et filios suos quos genuerunt mihi obtulerunt eis ad devorandum
38 sed et hoc fecerunt mihi
polluerunt sanctuarium meum in die illa 22,8!
et sabbata mea profanaverunt
39 cumque immolarent filios suos idolis suis Ps 105,37!
et ingrederentur sanctuarium meum in die illa ut polluerent illud 44,7!
etiam haec fecerunt in medio domus meae
40 miserunt ad viros venientes de longe 16
ad quos nuntium miserant
itaque ecce venerunt quibus te lavisti
et circumlevisti stibio oculos tuos et ornata es mundo muliebri
41 sedisti in lecto pulcherrimo
et mensa ordinata est ante te
thymiama meum et unguentum meum posuisti super eam 16,18
42 et vox multitudinis exultantis erat in ea
et in viris qui de multitudine hominum adducebantur

25 quem] quum CΣ(*vid.*). | 28 in manu[1] CΣΛ | in manus[2] AΣΦc | 29 plenam + et c | 30 earum Λc | 32 in[2] *om.* AM | es] est ΛOMΦc | 33 calicem[1] ΣOSMr | calicem[2] CΣOr; *om.* SMΦ | 35 portas ST.; portabis AO | 36 filii A | 37 adulteratae Tc | 39 hoc CΣ | 40 nuntios AΛOST | ~ miserant nuntium CΣ. | circumlinisti I(*vid.*)c | stibio] tibi ΛOSMΦ | 41 ornata ΣΛSTMΦc *Hi* |

AC ΣΛOSTMΦI cr

et veniebant de deserto
16,11.12! posuerunt armillas in manibus eorum
et coronas speciosas in capitibus eorum
43 et dixi ei quae adtrita est in adulteriis
nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam haec
44 et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem
sic ingrediebantur ad Oollam et ad Oolibam mulieres nefarias
16,38 45 viri ergo iusti sunt hii iudicabunt eas iudicio adulterarum
et iudicio effundentium sanguinem
37 quia adulterae sunt et sanguis in manibus earum
46—48: 16,40.41 46 haec enim dicit Dominus Deus
7,21 adduc ad eas multitudinem et trade eas in tumultum et in rapinam
47 et lapidentur lapidibus populorum
et confodiantur gladiis eorum
24,21 filios et filias earum interficient
et domos earum igne succendent
48 et auferam scelus de terra
et discent omnes mulieres ne faciant secundum scelus earum
35; 16,58 49 et dabunt scelus vestrum super vos
et peccata idolorum vestrorum portabitis
7,4! 24,24! 28,24; 29,16 et scietis quia ego Dominus Deus
1,2: IV Rg 25,1; Ier 52,4 **24** et factum est verbum Domini ad me
in anno nono in mense decimo decima mensis dicens
2 fili hominis scribe tibi nomen diei huius
Ier 32,2; 34,1 in qua confirmatus est rex Babylonis adversum Hierusalem hodie
3 et dices per proverbium ad domum inritatricem parabolam
et loqueris ad eos haec dicit Dominus Deus
pone ollam pone inquam et mitte in ea aquam
4 congere frusta eius in ea 4,5: 10
omnem partem bonam femur et armum electa et ossibus plena
5 pinguissimum pecus adsume
conpone quoque struices ossuum sub ea
efferbuit coctio eius et discocta sunt ossa illius in medio eius
6 propterea haec dicit Dominus Deus 9
vae civitati sanguinum ollae cuius rubigo in ea est Na 3,1
et rubigo eius non exivit de ea 12
per partes et per partes suas eice eam
non cecidit super eam sors
7 sanguis enim eius in medio eius est 21,32; Lv 17,13
super limpidissimam petram effudit illum
non effudit illum super terram ut possit operiri pulvere
8 ut superducerem indignationem meam et vindicta ulciscerer
dedi sanguinem eius super petram limpidissimam ne operiretur
9 propterea haec dicit Dominus Deus 6!
vae civitati sanguinum cuius ego grandem faciam pyram
10 congere ossa quae igne succendam 4,5
consumentur carnes et concoquetur universa conpositio et ossa tabescent
11 pone quoque eam super prunas vacuam ut incalescat et liquefiat aes eius
et confletur in medio eius inquinamentum eius et consumatur rubigo eius
12 multo labore sudatum est
et non exibit de ea nimia rubigo eius 6

AC ΣΛΟSTMΦI cr

42 earum[1] A c 𝔐: brachiorum suorum ST | earum[2] A c 𝔐: suis ST *Hi* | 44 ad[4] *om.* TM c | 46 rapinam] rapinas AO || **24**,1 decima + die c | 3 et[2] *om.* CΣ | in eam CΣMI c | 4 in eam STI c | 5 struice T.: strues ΣSM c | 6 exibit CT: exiit Σ. | 8 ut] et CΣS: ne Φ | supereducerem O; superinducerem MΦ c; super A. | meam *om.* A.𝔐 | 10 in igne AO | consummentur CA | coquetur CΣMΦ c: quetur S. | 12 exibit AS𝔐] exiuit *cet.* |

neque per ignem
13 inmunditia tua execrabilis quia mun-
dare te volui et non es mundata a
sordibus tuis
sed nec mundaberis prius donec
5,13! quiescere faciam indignationem me-
am in te
17,24! 14 ego Dominus locutus sum venit et
faciam
non transeam nec parcam nec pla-
cabor
iuxta vias tuas et iuxta adinventiones
tuas iudicavi te dicit Dominus
15 et factum est verbum Domini ad me
dicens
16 fili hominis ecce ego tollo a te desi-
derabile oculorum tuorum in plaga
16,17; 22,23 et non planges neque plorabis neque
fluent lacrimae tuae
Ier 16,7 17 ingemesce tacens mortuorum luc-
tum non facies
corona tua circumligata sit tibi et cal-
ciamenta tua erunt in pedibus tuis
nec amictu ora velabis nec cibos lu-
gentium comedes
18 locutus sum ergo ad populum mane
et mortua est uxor mea vesperi
fecique mane sicut praeceperat mihi
12,9; 17,12; 37,18 19 et dixit ad me populus quare non in-
dicas nobis quid ista significent
quae tu facis
20 et dixi ad eos sermo Domini factus
est ad me dicens
21 loquere domui Israhel haec dicit
Dominus Deus
Ps 88,40; Lam 2,2 ecce ego polluam sanctuarium meum
25 superbiam imperii vestri et desidera-
bile oculorum vestrorum
et super quo pavet anima vestra
23,47 et filii vestri et filiae quas reliquistis
gladio cadent
22,23; 16,17! 22 et facietis sicut feci
ora amictu non velabitis et cibos lu-
gentium non comedetis
23 coronas habebitis in capitibus ves-
tris
et calciamenta in pedibus
non plangetis neque flebitis sed ta-
bescetis in iniquitatibus vestris
et unusquisque gemet ad fratrem 4,17
suum
24 eritque Hiezechiel vobis in porten- 27; 12,6.11
tum
iuxta omnia quae fecit facietis cum
venerit istud
et scietis quia ego Dominus Deus 23,49!
25 et tu fili hominis ecce in die quo 21
tollam ab eis fortitudinem eorum
et gaudium dignitatis et desiderium
oculorum eorum
super quo requiescunt animae eo-
rum
filios et filias eorum
26 in die illa cum venerit fugiens ad te 33,21
ut adnuntiet tibi
27 in die inquam illa aperietur os tuum 3,27; 29,21; 33,22
cum eo qui fugit
et loqueris et non silebis ultra
erisque eis in portentum 24!
et scietis quia ego Dominus
25 et factus est sermo Domini ad me
dicens
2 fili hominis pone faciem tuam con- 21,28; Am 1,13
tra filios Ammon et prophetabis de
eis
3 et dices filiis Ammon audite verbum
Domini Dei
haec dicit Dominus Deus 36,2
pro eo quod dixisti euge euge super
sanctuarium meum quia pollutum
est
et super terram Israhel quoniam
desolata est
et super domum Iuda quoniam ducti
sunt in captivitatem
4 idcirco ego tradam te filiis orientali-

14 ueniet et c; ueni et AOΦ: uenite et T. | iudicabo AOM c | 16 filii A | neque²] et non AO | 18 ergo] ego A; + ego M | 21 et³ *om.* c | filiae + uestrae c | 23 plangebitis A | 24 deus *om.* A | 25 filii A | quo¹] qua ΛΦc ‖ **25**,4 ego *om.* S; ~ tradam te ego C. |

AC ΣΛOSTMΦI cr

bus in hereditatem
et conlocabunt caulas suas in te
et ponent in te tentoria sua
ipsi comedent fruges tuas et ipsi bibent lac tuum
II Sm 11,1 5 daboque Rabbath in habitaculum camelorum
et filios Ammon in cubile pecorum
22,16! et scietis quia ego Dominus
6 quia haec dicit Dominus Deus
pro eo quod plausisti manu et percussisti pede
6,7; So 2,9.10 et gavisa es ex toto affectu super terram Israhel
7 idcirco ecce ego extendam manum meam super te
et tradam te in direptionem gentium
et interficiam te de populis et perdam de terris et conteram
22,16! et scies quia ego Dominus
8 haec dicit Dominus Deus
pro eo quod dixerunt Moab et Seir
ecce sicut omnes gentes domus Iuda
9 idcirco ecce ego aperiam umerum Moab de civitatibus
de civitatibus inquam eius et de finibus eius
inclitas terrae Bethiesimoth et Beelmeon et Cariathaim
10 filiis orientis cum filiis Ammon
et dabo eam in hereditatem
ut non sit memoria ultra filiorum Ammon in gentibus
22,16! 11 et in Moab faciam iudicia et scient quia ego Dominus
12,13; Ioel 3,19! Am 1,11 12 haec dicit Dominus Deus
pro eo quod fecit Idumea ultionem
ut se vindicaret de filiis Iuda
peccavitque delinquens et vindictam expetivit de eis
13 idcirco haec dicit Dominus Deus
35,3.7; Abd 18 extendam manum meam super Idumeam
et auferam de ea hominem et iumentum
et faciam eam desertum ab austro
et qui sunt in Daedan gladio cadent
14 et dabo ultionem meam super Idumeam Is 34,5!
per manum populi mei Israhel
et facient in Edom iuxta iram meam et furorem meum
et scient vindictam meam dicit Dominus Deus
15 haec dicit Dominus Deus
pro eo quod fecerunt Palestini in vindictam
et ulti se sunt toto animo interficientes et implentes inimicitias veteres
16 propterea haec dicit Dominus Deus So 2,5
ecce ego extendam manum meam super Palestinos Ier 47,4! Am 1,8
et interficiam interfectores
et perdam reliquias maritimae regionis
17 faciamque in eis ultiones magnas arguens in furore
et scient quia ego Dominus cum dedero vindictam meam super eos 22,16! 26,6; 28,23
26 et factum est in undecimo anno prima mensis
factus est sermo Domini ad me dicens
2 fili hominis pro eo quod dixit Tyrus de Hierusalem euge
confractae sunt portae populorum
conversa est ad me implebor deserta est
3 propterea haec dicit Dominus Deus
ecce ego super te Tyre
et ascendere faciam ad te gentes multas
sicut ascendit mare fluctuans
4 et dissipabunt muros Tyri et destruent turres eius

AC ΣAOSTMΦI cr
5 pecorum] porcorum AO. | 7 perdam · te CI | scietis AOSTI | dominus + deus AO | 9 ecce *om.* A | bethisimoth C; bethsimoth AΣO; beth et simoth M | beelmethon CΣ.; beelmeoth A.; belmeoth T.; beelmoth O | 10 filios[1] AO; filius S. | ~ ultra memoria O c || 13 desertam CATMΦc; *legi nequit* I | 15 in *om.* AOΦc || **26**,2 filii A | 3 ascendit] ascendet C |

et radam pulverem eius de ea
4.5: 14 et dabo eam in limpidissimam petram
5 siccatio sagenarum erit in medio maris
quia ego locutus sum ait Dominus Deus
et erit in direptionem gentibus
6 filiae quoque eius quae sunt in agro gladio interficientur
25,17! et scient quia ego Dominus
29,18 7 quia haec dicit Dominus Deus
ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone
regem regum cum equis et curribus et equitibus et coetu populoque magno
8 filias tuas quae sunt in agro gladio interficiet
4,8! 21,22 et circumdabit te munitionibus
et conportabit aggerem in gyro et levabit contra te clypeum
9 et vineas et arietes temperabit in muros tuos
et turres tuas destruet in armatura sua
10 inundatione equorum eius operiet te pulvis eorum
a sonitu equitum et rotarum et curruum movebuntur muri tui
dum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitus urbis dissipatae
11 ungulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas
populum tuum gladio caedet
et statuae tuae nobiles in terram corruent
12 vastabunt opes tuas diripient negotiationes tuas
Is 23,13 et destruent muros tuos et domos tuas praeclaras subvertent
et lapides tuos et ligna tua et pulverem tuum in medio aquarum ponent
13 et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum Is 24,8! Apc 18,22
et sonitus cithararum tuarum non audietur amplius
14 et dabo te in limpidissimam petram 4.5
siccatio sagenarum eris
nec aedificaberis ultra quia ego locutus sum dicit Dominus Deus
15 haec dicit Dominus Deus Tyro
numquid non a sonitu ruinae tuae Ier 49,21
et gemitu interfectorum tuorum
cum occisi fuerint in medio tui commovebuntur insulae
16 et descendent de sedibus suis omnes principes maris 27,35!
et auferent exuvias suas et vestimenta sua varia abicient et induentur stupore
in terra sedebunt et adtoniti super repentino casu tuo admirabuntur
17 et adsumentes super te lamentum dicent tibi 27,2! 32,33
quomodo peristi quae habitas in mari urbs inclita Is 23,8
quae fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis
quos formidabant universi
18 nunc stupebunt naves in die pavoris tui 27,28
et turbabuntur insulae in mari eo quod nullus egrediatur ex te
19 quia haec dicit Dominus Deus
cum dedero te urbem desolatam sicut civitates quae non habitantur
et adduxero super te abyssum et operuerint te aquae multae 27,34
20 et detraxero te cum his qui descendunt in lacum ad populum sempiternum 32,18!
et conlocavero te in terra novissima
sicut solitudines veteres cum his qui

8 et eleuabit CΣTΦc | 9 uineas] lineas CΣΛ | 10 equitum] equorum AO | dum] cum Tc | fueris CΣ; + per A | per introitum Sc; per introitu T | 13 cantatorum ΣS; cantorum CΛ | 14 dicit] ait c |

AC ΣΛOSTMΦI cr

deduceuntur in lacum ut non habiteris
20.21: Dn 11,19 porro dedero gloriam in terra viventium
27,36! 21 in nihilum redigam te et non eris
et requisita non invenieris ultra in sempiternum dicit Dominus Deus
1,2: 28,11 **27** et factum est verbum Domini ad me dicens
26,17! 2 tu ergo fili hominis adsume super Tyrum lamentum
3 et dices Tyro quae habitat in introitu maris
negotiationi populorum ad insulas multas
28,12 haec dicit Dominus Deus
3.4: 25; 28,2 o Tyre tu dixisti perfecti decoris ego sum 4 et in corde maris sita
finitimi tui qui te aedificaverunt impleverunt decorem tuum
5 abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris
5.6: Is 2,13; Za 11,2 cedrum de Libano tulerunt ut facerent tibi malum
6 quercus de Basan dolaverunt in remos tuos
transtra tua fecerunt tibi ex ebore indico
et praetoriola de insulis Italiae
Prv 7,16 7 byssus varia de Aegypto texta est tibi in velum ut poneretur in malo
Prv 31,22 hyacinthus et purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum
8 habitatores Sidonis et Aradii fuerunt remiges tui
Is 23,8 sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui
9 senes Bibli et prudentes eius
habuerunt nautas ad ministerium variae supellectilis tuae
omnes naves maris et nautae earum fuerunt in populo negotiationis tuae
10 Persae et Lydi et Lybies erant in exercitu tuo 30,5; 38,5; Ier 46,9
viri bellatores tui clypeum et galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo
11 filii Aradii cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu
sed et Pigmei qui erant in turribus tuis faretras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum
ipsi conpleverunt pulchritudinem tuam
12 Carthaginienses negotiatores tui a multitudine cunctarum divitiarum 38,13
argento ferro stagno plumboque repleverunt nundinas tuas
13 Graecia Thubal et Mosoch ipsi institores tui
mancipia et vasa aerea adduxerunt populo tuo
14 de domo Thogorma equos et equites et mulos adduxerunt ad forum tuum 38,6
15 filii Dadan negotiatores tui insulae multae negotiatio manus tuae
dentes eburneos et hebeninos commutaverunt in pretio tuo
16 Syrus negotiator tuus
propter multitudinem operum tuorum
gemmam purpuram et scutulata et byssum et sericum et chodchod proposuerunt in mercatu tuo
17 Iuda et terra Israhel ipsi institores tui in frumento primo
balsamum et mel et oleum et resinam proposuerunt in nundinis tuis
18 Damascenus negotiator tuus
in multitudine operum tuorum
in multitudine diversarum opum in

AC ΣΛOSTMΦ (I) cr
20 porro + cum ΣOI c ‖ 27,2 filii AO | 3 negotia AO | tyre + et AOM. | 5 tabulatis maris] muris tabulatis CΣ. | 6 tuos + et c. | 7 in malum CΣSM | [*deest* I *usque ad* 48,7] | 8 habitatoris AO | arabii CΣΛ; radii M. | 9 biblii ΣM; giblii c. | supellectilis Λ cr𝔐 *Ili*] supellectili M.; supellectiles *cet.* | 10 lydii ΛΦ c | 13 ipsi *om.* ΛM. | institutores ΛΣΛOTMΦ | adduxi S.; aduexerunt C cr | 14 thorgoma ACOSTr; thogomorra Σ. | 15 dedan S c | 16 gemmam + et O c | scutula A | chodchodi ST; chochu Λ.; cocco Σ; quodquod C | mercato ACΣOSM r | 17 institutores ΛΣΛOTMΦ |

vino pingui in lanis coloris optimi
19 Dan et Graecia et Mozel in nundinis
tuis proposuerunt ferrum fabrefactum
stacte et calamus in negotiatione tua
20 Dadan institores tui in tapetibus ad
sedendum
Is 60,7 21 Arabia et universi principes Cedar
ipsi negotiatores manus tuae
cum agnis et arietibus et hedis venerunt ad te negotiatores tui
22 venditores Saba et Reema ipsi negotiatores tui
cum universis primis aromatibus et
lapide pretioso et auro quod proposuerunt in mercatu tuo
23 Aran et Chenne et Eden negotiatores
Saba Assur Chelmad venditores tui
24 ipsi negotiatores tui multifariam
involucris hyacinthi et polymitorum
gazarumque pretiosarum
quae obvolutae et adstrictae erant
funibus
cedros quoque habebant in negotiationibus tuis
25 naves maris principes tuae in negotiatione tua
3,4; 28,2 et repleta es et glorificata nimis in
corde maris
26 in aquis multis adduxerunt te remiges tui
ventus auster contrivit te in corde
maris
27 divitiae tuae et thesauri tui et multiplex instrumentum tuum
nautae tui et gubernatores tui qui
tenebant supellectilem tuam et populo tuo praeerant
viri quoque bellatores tui qui erant
in te
cum universa multitudine tua quae
est in medio tui
cadent in corde maris in die ruinae
tuae
28 a sonitu clamoris gubernatorum 26,18
tuorum conturbabuntur classes
29 et descendent de navibus suis omnes 29.30: Apc 18,17–19
qui tenebant remum
nautae et universi gubernatores maris in terra stabunt
30 et heiulabunt super te voce magna
et clamabunt amare
et superiacient pulverem capitibus 30.31: Ier 6,26!
suis
et cinere conspergentur
31 et radent super te calvitium et accingentur ciliciis
et plorabunt te in amaritudine animae ploratu amarissimo
32 et adsument super te carmen lugubre Apc 18,11
et plangent te 32.33: 26,17!
quae est ut Tyrus quae obmutuit in Apc 18,19
medio maris
33 quae in exitu negotiationum tuarum
de mari implesti populos multos
in multitudine divitiarum tuarum et
populorum tuorum ditasti reges
terrae
34 nunc contrita es a mari in profundis 26,19
aquarum
opes tuae et omnis multitudo tua
quae erat in medio tui ceciderunt
35 universi habitatores insularum ob- 26,16; 32,10
stipuerunt super te
et reges earum omnes tempestate
perculsi mutaverunt vultus
36 negotiatores populorum sibilaverunt 28,19
super te
ad nihilum deducta es et non eris 26,21
usque in perpetuum
28 et factus est sermo Domini ad me
dicens
2 fili hominis dic principi Tyri haec 6
dicit Dominus Deus
eo quod elevatum est cor tuum et 27,3.4

19 mosel c.; mozelo C.; mozen Σ. | staclen AM | 20 dedan c | institutores ΑΣΛΟΤΜΦ | 22 mercato ΑCΣΛOSMr | 23 edan S; teden AO | negotiatores + tui ΑΣΛΟΤΜc | assur + et c | 24 inuoluclis CΣSMΦr; inuoluculis ΛT | 25 tuae] tui CΣOMΦc | 30 hululabunt Λ.; heuigilabunt C. | 34 nunc] num C | a *om.* CΣ | 36 reducta C; redacta Σ || 28,2 filii ΛT |

AC ΣΛOSTMΦ cr

dixisti
27,25; II Th 2,4 Deus ego sum et in cathedra Dei
sedi in corde maris
9; Is 31,3 cum sis homo et non Deus
et dedisti cor tuum quasi cor Dei
3 ecce sapientior es tu Danihele
omne secretum non est absconditum
a te
Za 9,2.3 4 in sapientia et prudentia tua fecisti
tibi fortitudinem
et adquisisti aurum et argentum in
thesauris tuis
5 in multitudine sapientiae tuae et in
negotiatione tua multiplicasti tibi
fortitudinem
et elevatum est cor tuum in robore
tuo
21 6 propterea haec dicit Dominus Deus
6.7: Is 23,9 eo quod elevatum est cor tuum quasi cor Dei
7,24 7 idcirco ecce ego adducam super te
alienos robustissimos gentium
et nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiae tuae
et polluent decorem tuum
8 interficient et detrahent te
et morieris interitu occisorum in
corde maris
21 9 numquid dicens loqueris Deus ego
sum coram interficientibus te
cum sis homo et non Deus in manu
occidentium te
32,19! 10 morte incircumcisorum morieris in
manu alienorum
quia ego locutus sum ait Dominus
Deus
27,1.2! 11 et factus est sermo Domini ad me
dicens
fili hominis leva planctum super
regem Tyri
27,3 12 et dices ei haec dicit Dominus Deus
tu signaculum similitudinis plenus
sapientia et perfectus decore
13 in deliciis paradisi Dei fuisti

omnis lapis pretiosus operimentum
tuum
sardius topazius et iaspis
chrysolitus et onyx et berillus
sapphyrus et carbunculus et zmaragdus
aurum opus decoris tui et foramina
tua in die qua conditus es praeparata sunt
14 tu cherub extentus et protegens
et posui te in monte sancto Dei
in medio lapidum ignitorum ambulasti
15 perfectus in viis tuis a die conditionis tuae
donec inventa est iniquitas in te
16 in multitudine negotiationis tuae
repleta sunt interiora tua iniquitate
et peccasti et eieci te de monte Dei
et perdidi te o cherub protegens de
medio lapidum ignitorum
17 elevatum est cor tuum in decore tuo
perdidisti sapientiam tuam in decore
tuo
in terram proieci te ante faciem regum dedi te ut cernerent te
18 in multitudine iniquitatum tuarum
et iniquitate negotiationis tuae polluisti sanctificationem tuam
producam ergo ignem de medio tui 30,8; Am 1,10; Za 9,4
qui comedat te
et dabo te in cinerem super terram
in conspectu omnium videntium te
19 omnes qui viderint te in gentibus 27,36!
obstupescent super te
nihili factus es et non eris in perpetuum
20 et factus est sermo Domini ad me
dicens
21 fili hominis pone faciem tuam contra
Sidonem
et prophetabis de ea 22 et dices haec
dicit Dominus Deus
ecce ego ad te Sidon et glorificabor 20,41.42!

AC ΣΛOS(T)M Φcr
2 sedeo AOr | 8 in interitu OSMΦc: in interitum T | 10 [*deest* T *usque ad* 29,3] | 11 filii A | 16 monte + sancto CΣΛ | protegens] procedens AO | 17 et eleuatum Φc | 18 tuam] meam C | 19 nihil ACΣS

in medio tui
et scient quia ego Dominus
cum fecero in ea iudicia et sanctificatus fuero in ea
38,21.22! 23 et inmittam ei pestilentiam et sanguinem in plateis eius
et corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum
25,17! et scient quia ego Dominus
24 et non erit ultra domui Israhel offendiculum amaritudinis et spina dolorem inferens
undique per circuitum eorum qui adversantur eis
23,49! et scient quia ego Dominus Deus
25 haec dicit Dominus Deus
20,41! quando congregavero domum Israhel de populis in quibus dispersi sunt
sanctificabor in eis coram gentibus
37,25! et habitabunt in terra sua quam dedi servo meo Iacob
26 et habitabunt in ea securi
Is 65,21! et aedificabunt domos plantabuntque vineas et habitabunt confidenter
cum fecero iudicia in omnibus qui adversantur eis per circuitum
Bar 2,31! et scient quia ego Dominus Deus eorum
29 in anno decimo in decimo mense undecima mensis
factum est verbum Domini ad me dicens
2,3: 32,2 2 fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Aegypti
et prophetabis de eo et de Aegypto universa
30,22 3 loquere et dices haec dicit Dominus Deus
ecce ego ad te Pharao rex Aegypti
draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum
et dicis meus est fluvius et ego feci memet ipsum 9
4 et ponam frenum in maxillis tuis 38,4!
et adglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis
et extraham te de medio fluminum tuorum
et universi pisces tui squamis tuis adherebunt
5 et proiciam te in desertum et omnes pisces fluminis tui
super faciem terrae cades non colligeris neque congregaberis
bestiis terrae et volatilibus caeli dedi te ad devorandum Ier 7,33!
6 et scient omnes habitatores Aegypti quia ego Dominus Ex 14,4!
pro eo quod fuisti baculus harundineus domui Israhel 6,7: IV Rg 18,21! Is 36,6
7 quando adprehenderunt te manu et confractus es
et lacerasti omnem umerum eorum
et innitentibus eis super te comminutus es
et dissolvisti omnes renes eorum
8 propterea haec dicit Dominus Deus
ecce ego adducam super te gladium 30,4
et interficiam de te hominem et iumentum
9 et erit terra Aegypti in desertum et solitudinem
et scient quia ego Dominus 21; 34,27! Ex 7,17!
eo quod dixerit fluvius meus est et ego feci 3
10 idcirco ecce ego ad te et ad flumina tua 30,6
daboque terram Aegypti in solitudines gladio dissipatam
a turre Syenes usque ad terminos Aethiopiae
11 non pertransibit eam pes hominis neque pes iumenti gradietur in ea 32,13

24 domui et 𝔐𝔊 *Hi*] domus *cet.* | per circuitu CO | 26 et plantabunt c *Hi* ‖ **29**,1 in[2] *om.* c. | undecima + die S c | 2 filii A | 3 [*iterum adest* T] | dicis] dices CSΦ | 5 cadens A | 6 domus AO | 9 et[2] + in ΣOM c | dominus + pro c | dixeris TMΦ c | feci + eum CΣSΦ c |

AC ΣΛOS(T)M Φ cr

et non habitabitur quadraginta annis
30.7 [12] daboque terram Aegypti desertam in medio terrarum desertarum
et civitates eius in medio urbium subversarum
erunt desolatae quadraginta annis
30.23.26 et dispergam Aegyptios in nationes et ventilabo eos in terras
[13] quia haec dicit Dominus Deus
post finem quadraginta annorum congregabo Aegyptum de populis in quibus dispersi fuerunt
[14] et reducam captivitatem Aegypti
et conlocabo eos in terra Fatures in terra nativitatis suae
et erunt ibi in regnum humile
[15] inter regna cetera erit humillima
et non elevabitur ultra super nationes
et inminuam eos ne imperent gentibus
[16] neque erunt ultra domui Israhel in confidentia
docentes iniquitatem ut fugiant et sequantur eos
23.49! et scient quia ego Dominus Deus
[17] et factum est in vicesimo et septimo anno in primo in una mensis
factum est verbum Domini ad me dicens
26.7 [18] fili hominis Nabuchodonosor rex Babylonis
servire fecit exercitum suum servitute magna adversum Tyrum
omne caput decalvatum et omnis umerus depilatus est
et merces non est reddita ei neque exercitui eius de Tyro
pro servitute qua servivit mihi adversum eam
30.10.11; 32.11.12 [19] propterea haec dicit Dominus Deus
ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti Ier 46.26!
et accipiet multitudinem eius et depraedabitur manubias eius
et diripiet spolia eius et erit merces exercitui illius
[20] et operi pro quo servivit adversum eam
dedi ei terram Aegypti pro eo quod laboraverunt mihi ait Dominus Deus
[21] in die illo pullulabit cornu domui Israhel I Sm 2.10; Ps 131.17!
et tibi dabo apertum os in medio eorum 24.27!
et scient quoniam ego Dominus 9! 30.8.19.25!
30 et factum est verbum Domini ad me dicens
[2] fili hominis propheta et dic haec dicit Dominus Deus
ululate vae vae diei [3] quia iuxta est dies et adpropinquavit dies Domini 2.3; Is 13.6; Ioel 1.15!
dies nubis tempus gentium erit
[4] et veniet gladius in Aegyptum et erit pavor in Aethiopia 29.8
cum ceciderint vulnerati in Aegypto
et ablata fuerit multitudo illius
et destructa fundamenta eius
[5] Aethiopia et Lybia et Lydii et omne reliquum vulgus 27.10!
et Chub et filii terrae foederis cum eis gladio cadent
[6] haec dicit Dominus Deus
et corruent fulcientes Aegyptum et destruetur superbia imperii eius 29.10
a turre Syenes gladio cadent in ea ait Dominus exercituum
[7] et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum 29.12
et urbes eius in medio civitatum desertarum erunt
[8] et scient quoniam ego Dominus 29.21!

AC ΣΛOSTMΦ cr
12 subuersarum + et AOTMΦc | 13 fuerant MΦc | 14 et[1] – aegypti *ad* 30,4 *transpon.* A. | 15 ~ cetera regna c. | 18 filii A | 20 pro[1] *om.* c | cum AO. | laborauerit c. | 21 pullulauit AS | domus AOTMΦ | quoniam] quia c ‖ 30,2 filii A | 3 adpropinquat ΣATMΦcr *Hi* | 4 illius + et reducam captiuitatem aegypti AO, *cf.* 29,14 | 6 fulcientes] fugientes A | dominus[2] + deus c | 7 desertarum] desolatarum AO | 8 quoniam] quia Ac |

28,18! cum dedero ignem in Aegyptum
et adtriti fuerint omnes auxiliatores eius
9 in die illa egredientur nuntii a facie mea in trieribus
ad conterendam Aethiopiae confidentiam
et erit pavor in eis in die Aegypti quia absque dubio veniet
10 haec dicit Dominus Deus
10.11: 29,19; 32,11.12; Is 19,4; Ier 46,26 et cessare faciam multitudinem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis
11 ipse et populus eius cum eo
fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram
et evaginabunt gladios suos super Aegyptum
et implebunt terram interfectis
Is 19,5.6! 12 et faciam alveos fluminum aridos
et tradam terram in manu pessimorum
et dissipabo terram et plenitudinem eius in manu alienorum
ego Dominus locutus sum
13 haec dicit Dominus Deus
Ier 46,25! et disperdam simulacra et cessare faciam idola de Memphis
et dux de terra Aegypti non erit amplius
Is 19,16 et dabo terrorem in terra Aegypti
14 et disperdam terram Fatures
et dabo ignem in Tafnis et faciam iudicia in Alexandriam
15.16: Ier 46,25! 15 et effundam indignationem meam super Pelusium robur Aegypti
et interficiam multitudinem Alexandriae
16 et dabo ignem in Aegypto
quasi parturiens dolebit Pelusium et Alexandria erit dissipata
et in Memphis angustiae cotidianae
17 iuvenes Eliupoleos et Bubasti gladio cadent
et ipsae captivae ducentur
18 et in Tafnis nigrescet dies
cum contrivero ibi sceptra Aegypti
et defecerit in ea superbia potentiae eius
ipsam nubes operiet filiae autem eius in captivitatem ducentur
19 et faciam iudicia in Aegypto
et scient quia ego Dominus 29,21!
20 et factum est in undecimo anno in primo in septima mensis
factum est verbum Domini ad me dicens
21 fili hominis brachium Pharao regis Aegypti confregi Ier 30,13!
et ecce non est obvolutum ut restitueretur ei sanitas
ut ligaretur pannis et farciretur linteolis
et recepto robore posset tenere gladium
22 propterea haec dicit Dominus Deus 29,3
ecce ego ad Pharao regem Aegypti
et comminuam brachium eius forte sed confractum Ier 48,25
et deiciam gladium de manu eius
23 et dispergam Aegyptum in gentibus et ventilabo eos in terris 26; 29,12
24 et confortabo brachia regis Babylonis
daboque gladium meum in manu eius
et confringam brachia Pharaonis
et gement gemitibus interfecti coram facie eius
25 et confortabo brachia regis Babylonis
et brachia Pharaonis concident
et scient quia ego Dominus 29,21! 32,15; 33,29
cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis
et extenderit eum super terram Ae-

8 in aegypto ΛOSTMΦ c | 10 et *om.* c. | 12 in manus[1] ΣM c | in manus[2] MΦ; manu c | 13 de terra] terrae ΛO | 14 in alexandria ΛSTΦ c | 16 in aegyptum A | 18 in captiuitate AOST r | 19 ~ iudicia faciam c | 20 primo + mense O c | 21 filii A | pharaonis c | ut[2]] et AO | fasciretur ΛΦ; fasciaretur c et[3]] ut O c | possit ΣOSTM r | 22 ad pharaonem C c; ad te pharao S |

AC ΣΛOSTMΦ cr

gypti
23; 29,12 26 et dispergam Aegyptum in nationes
et ventilabo eos in terris
et scient quia ego Dominus
31 et factum est in undecimo anno tertio una mensis
factum est verbum Domini ad me dicens
2 fili hominis dic Pharaoni regi Aegypti et populo eius
cui similis factus es in magnitudine tua
3 ecce Assur quasi cedrus in Libano
Dn 4,8.9! pulcher ramis et frondibus nemorosus excelsusque altitudine
et inter condensas frondes elevatum est cacumen eius
4 aquae nutrierunt illum abyssus exaltavit eum
flumina eius manabant in circuitu radicum eius
et rivos suos emisit ad universa ligna regionis
5 propterea elevata est altitudo eius super omnia ligna regionis
et multiplicata sunt arbusta eius
et elevati sunt rami eius prae aquis multis
6 cumque extendisset umbram suam
17,23! Dn 4,18! in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia caeli
et sub frondibus eius genuerunt omnes bestiae saltuum
et sub umbraculo illius habitabat coctus gentium plurimarum
7 eratque pulcherrimus in magnitudine sua
et in dilatatione arbustorum suorum
erat enim radix illius iuxta aquas multas
8 cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei
abietes non adaequaverunt summitatem eius
et platani non fuerunt aequae frondibus illius
omne lignum paradisi Dei non est adsimilatum illi et pulchritudini eius
9 quoniam speciosum feci eum et multis condensisque frondibus
et aemulata sunt eum omnia ligna voluptatis quae erant in paradiso Dei
10 propterea haec dicit Dominus Deus
pro eo quod sublimatus est in altitudine 10.11: Dn 5,20.21
et dedit summitatem suam virentem atque condensam
et elevatum est cor eius in altitudine sua
11 tradidi eum in manu fortissimi gentium
faciens faciet ei
iuxta impietatem eius eieci eum
12 et succident illum alieni et crudelissimi nationum
et proicient eum super montes 32,5
et in cunctis convallibus corruent rami eius
et confringentur arbusta eius in universis rupibus terrae
et recedent de umbraculo eius omnes populi terrae et relinquent eum
13 in ruina eius habitaverunt omnia volatilia caeli 32,4; Ps 103,12
et in ramis eius fuerunt universae bestiae regionis
14 quam ob rem non elevabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum
neque ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa
nec stabunt in sublimitate eorum omnia quae inrigantur aquis
quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam 32,18!

AC ΣΛOSTMΦ cr
26 in terras ΛSc | **31**,1 ~ anno undecimo c. | tertio] *praem.* mense AO; + mense c | 3 frondis CΣ | 4 eum] illum Σc | 7 eratque] et erat AO | in dilatione CO | 12 illum] eum AΣOc | 14 neque] nec c | ponet AOMΦ | nemorosam adque frondosam CΣ. | eorum] sua c. *Hi* |

in medio filiorum hominum ad eos
qui descendunt in lacum
15 haec dicit Dominus Deus
in die quando descendit ad inferos
indixi luctum
operui eum abysso et prohibui flu-
mina eius et coercui aquas multas
contristatus est super eum Libanus
et omnia ligna agri concussa sunt
16 a sonitu ruinae eius commovi gen-
tes
32,18! cum deducerem eum ad infernum
cum his qui descendebant in lacum
et consolata sunt in terra infima om-
Is 14,8 nia ligna voluptatis
egregia atque praeclara in Libano
universa quae inrigabantur aquis
17 nam et ipsi cum ea descendent ad in-
fernum ad interfectos gladio
et brachium uniuscuiusque sedebit
sub umbraculo eius in medio na-
tionum
18 cui adsimilatus es o inclite atque sub-
limis inter ligna voluptatis
ecce deductus es cum lignis volupta-
tis ad terram ultimam
32,19.20! 32 in medio incircumcisorum dormies
cum his qui interfecti sunt gladio
ipse est Pharao et omnis multitudo
eius dicit Dominus Deus
17 **32** et factum est duodecimo anno in
mense duodecimo in una mensis
factum est verbum Domini ad me
dicens
29,2.3 2 fili hominis adsume lamentum super
Pharao regem Aegypti et dices ad
eum
leoni gentium adsimilatus es et dra-
coni qui est in mari
Ier 46,8 et ventilabas cornu in fluminibus
tuis et conturbabas aquas pedibus
tuis
et conculcabas flumina eorum
3 propterea haec dicit Dominus Deus
expandam super te rete meum in 12,13! 17,20
multitudine populorum multorum
et extrahent te in sagena mea
4 et proiciam te in terram super fa-
ciem agri abiciam te
et habitare faciam super te omnia 31,13!
volatilia caeli
et saturabo de te bestias universae
terrae
5 et dabo carnes tuas super montes 31,12
et implebo colles tuos sanie tua
6 et inrigabo terram pedore sanguinis
tui super montes
et valles implebuntur ex te
7 et operiam cum extinctus fueris cae-
los
et nigrescere faciam stellas eius Is 13,10!
solem nube tegam et luna non dabit
lumen suum
8 omnia luminaria caeli maerere faci-
am super te
et dabo tenebras super terram tuam
dicit Dominus Deus
9 et inritabo cor populorum multorum
cum induxero contritionem tuam in
gentibus super terras quas nescis
10 et stupescere faciam super te popu- 27,35!
los multos
et reges eorum horrore nimio for-
midabunt super te
cum volare coeperit gladius meus
super facies eorum
et obstupescent repente singuli pro
anima sua in die ruinae suae
11 quia haec dicit Dominus Deus 11.12: 29,19; 30,10.11!
gladius regis Babylonis veniet tibi
12 in gladiis fortium deiciam multitudi-
nem tuam
inexpugnabiles gentes omnes heae
et vastabunt superbiam Aegypti et

15 induxi ΑΣΦ c; induxit T.; inluxi S. | contristatus] contritus CΣ *Hi* | 16 descendunt AT | infirma ΑΣΟΦ | 17 cum eo MΦ c | ad[1]] in c | 18 his] eis MΦ c || **32**,2 pharaonem TMΦ c | earum TΦ c | 3 multorum *om.* CΣ | extraham SM c *Hi* | 4 in terra CΣΦ | 6 pedore] fetore ΣΦ c; fedore TM | 7 caelum c. *Hi* | 8 deus + cum ceciderint uulnerati tui in medio terrae ait dominus deus Φ c; *eadem habet* T *v.* 10 *post* te[2] | 10 stupere C | tuae cr. 𝔐𝔊 | 12 ~ omnes gentes c | hae MΦ c |

AC
ΣΛΟSTMΦ
cr

dissipabitur multitudo eius
13 et perdam omnia iumenta eius quae
erant super aquas plurimas
29,11 et non conturbabit eas pes hominis
ultra
neque ungula iumentorum turbabit
eas
14 tunc purissimas reddam aquas eo-
rum
et flumina eorum quasi oleum ad-
ducam ait Dominus Deus
15 cum dedero terram Aegypti desola-
tam
deseretur autem terra a plenitudine
sua
quando percussero omnes habitato-
res eius
30,25! et scient quia ego Dominus
16 planctus est et plangent eum
filiae gentium plangent eum
super Aegypto et super multitudine
eius plangent eum ait Dominus
Deus
1 17 et factum est in duodecimo anno in
quintadecima mensis
factum est verbum Domini ad me
dicens
18 fili hominis cane lugubre super mul-
26,20; 31,14.16; Is 14,15! titudine Aegypti et detrahe eam
ipsam et filias gentium robustarum
ad terram ultimam cum his qui
descendunt in lacum
28,10 19 quo pulchrior es descende et dormi
19,20: 28,32; 31,18 cum incircumcisis
20 in medio interfectorum gladio ca-
dent
gladius datus est adtraxerunt eam et
omnes populos eius
Is 14,9 21 loquentur ei potentissimi robusto-
rum de medio inferni
qui cum auxiliatoribus eius descen-
derunt et dormierunt incircumcisi
interfecti gladio

22 ibi Assur et omnis multitudo eius
in circuitu illius sepulchra eius 26
omnes interfecti et qui ceciderunt
gladio
23 quorum data sunt sepulchra in no-
vissimis laci
et facta est multitudo eius per gyrum
sepulchri eius
universi interfecti cadentesque gla- 26
dio
qui dederant quondam formidinem
in terra viventium
24 ibi Aelam et omnis multitudo eius
per gyrum sepulchri sui
omnes hi interfecti ruentesque gla-
dio
qui descenderunt incircumcisi ad
terram ultimam
qui posuerunt terrorem suum in
terra viventium
et portaverunt ignominiam suam
cum his qui descendunt in lacum
25 in medio interfectorum posuerunt
cubile eius in universis populis eius
in circuitu eius sepulchrum illius
omnes hi incircumcisi interfectique 30
gladio
dederant enim terrorem in terra vi-
ventium
et portaverunt ignominiam suam
cum his qui descendunt in lacum
in medio interfectorum positi sunt
26 ibi Mosoch et Thubal et omnis mul-
titudo eius
in circuitu illius sepulchra eius 22
omnes hi incircumcisi interfectique 23
et cadentes gladio
quia dederunt formidinem suam in
terra viventium
27 et non dormient cum fortibus caden-
tibusque et incircumcisis
qui descenderunt ad infernum cum
armis suis

AC ΣΛOSTMΦ cr

16 super aegyptum M c | super multitudinem STMΦ c | 18 super multitudinem AOTM Φ cr | in lacu CΣ. | 20 omnem populum Σ.; omnis populus CST | 22 ceciderint CΛO | 23 dederunt AΛO | 24 posuerant A r | 25 interfectique + et cadentes AO | dederunt c | terrorem + suum O c | 26 ~ eius sepulchra illius AΣOΦ c |

et posuerunt gladios suos sub capi-
tibus suis
et fuerunt iniquitates eorum in ossi-
bus eorum
quia terror fortium facti sunt in terra
viventium
19.20! 28 et tu ergo in medio incircumcisorum
contereris
et dormies cum interfectis gladio
29 ibi Idumea et reges eius
omnes duces eius qui dati sunt cum
exercitu suo cum interfectis gladio
et qui cum incircumcisis dormierunt
et cum his qui descenderunt in la-
cum
30 ibi principes aquilonis omnes et uni-
versi venatores
qui deducti sunt cum interfectis
paventes et in sua fortitudine con-
fusi
qui dormierunt incircumcisi cum
interfectis gladio
et portaverunt confusionem suam
cum his qui descendunt in lacum
31 vidit eos Pharao et consolatus est
super universa multitudine sua quae
interfecta est gladio
Pharao et omnis exercitus eius ait
Dominus Deus
32 quia dedi terrorem meum in terra
viventium
19.20! 31.18 et dormivit in medio incircumciso-
rum cum interfectis gladio
Pharao et omnis multitudo eius ait
Dominus Deus
33 et factum est verbum Domini ad me
dicens
2 fili hominis loquere ad filios populi
tui et dices ad eos
terra cum induxero super eam gla-
dium
et tulerit populus terrae virum unum
de novissimis suis
et constituerit eum super se specula-
torem
3 et ille viderit gladium venientem
super terram
et cecinerit bucina et adnuntiaverit
populo
4 audiens autem quisquis ille est so-
num bucinae non se observaverit
veneritque gladius et tulerit eum
sanguis ipsius super caput eius erit 18.13; Os 12.14
5 sonum bucinae audivit et non se ob- Am 3.6
servavit
sanguis eius in ipso erit
si autem custodierit animam suam
salvavit
6 quod si speculator viderit gladium
venientem
et non insonuerit bucina et populus
non se custodierit
veneritque gladius et tulerit de eis
animam
ille quidem in iniquitate sua captus 3.18!
est
sanguinem autem eius de manu spe-
culatoris requiram
7 et tu fili hominis speculatorem dedi Ier 6.17!
te domui Israhel 7—9: 3.17–19
audiens ergo ex ore meo sermonem
adnuntiabis eis ex me
8 si me dicente ad impium impie morte
morieris
non fueris locutus ut se custodiat
impius a via sua
ipse impius in iniquitate sua morie-
tur
sanguinem autem eius de manu tua
requiram
9 si autem adnuntiante te ad impium
ut a viis suis convertatur
non fuerit conversus a via sua
ipse in iniquitate sua morietur
porro tu animam tuam liberasti
10 tu ergo fili hominis dic ad domum
Israhel
sic locuti estis dicentes

29 eius[1] + et c𝔐 | descendunt c ‖ 33,4 sonitum OSTc | bucinae + et Mc | 5 obseruabit AΣOT | autem + se c | saluauit AΦr𝔐 *Hi*] saluabit *cet.* | 6 ~ se non STMΦc | in *om.* A | 7 filii A. *item v.* 10 |

AC ΣΛOSTMΦ cr

Lv 26,39; 1 Esr 9,6! iniquitates nostrae et peccata nostra
super nos sunt
et in ipsis nos tabescimus
quomodo ergo vivere poterimus
11 dic ad eos vivo ego dicit Dominus
Deus
18,23! 32; II Sm 14,14 nolo mortem impii sed ut revertatur
impius a via sua et vivat
Za 1,4; Ier 35,15! convertimini a viis vestris pessimis
et quare moriemini domus Israhel
12 tu itaque fili hominis dic ad filios
populi tui
iustitia iusti non liberabit eum in
quacumque die peccaverit
et impietas impii non nocebit ei in
quacumque die conversus fuerit ab
impietate sua
18,24! et iustus non poterit vivere in iusti-
tia sua in quacumque die pecca-
verit
3,20! 13 etiam si dixero iusto quod vita vivat
et confisus in iustitia sua fecerit ini-
quitatem
omnes iustitiae eius oblivioni tra-
dentur
et in iniquitate sua quam operatus
est in ipsa morietur
3,18 14 sin autem dixero impio morte mo-
14–16: 18,21.22! rieris
et egerit paenitentiam a peccato suo
feceritque iudicium et iustitiam
15 pignus restituerit ille impius
rapinamque reddiderit
in mandatis vitae ambulaverit
nec fecerit quicquam iniustum
vita vivet non morietur
16 omnia peccata eius quae peccavit
non inputabuntur ei
iudicium et iustitiam fecit vita vivet
17–20: 18,25–29 17 et dixerunt filii populi tui
non est aequi ponderis via Domini
et ipsorum via iniusta est
18 cum enim recesserit iustus a iustitia
sua feceritque iniquitatem morietur
in eis
19 et cum recesserit impius ab impieta- 18,21!
te sua feceritque iudicium et iusti-
tiam vivet in eis
20 et dicitis non recta via Domini
unumquemque iuxta vias suas iudi- 18,30!
cabo de vobis domus Israhel
21 et factum est in duodecimo anno in
duodecimo mense
in quinta mensis transmigrationis
nostrae
venit ad me qui fugerat de Hierusa- 24,26
lem dicens
vastata est civitas
22 manus autem Domini facta fuerat ad 1,3!
me vespere
antequam veniret qui fugerat
aperuitque os meum donec veniret 24,27!
ad me mane
et aperto ore meo non silui amplius
23 et factum est verbum Domini ad me
dicens
24 fili hominis qui habitant in ruinosis
his super humum Israhel loquentes
aiunt
unus erat Abraham et hereditate
possedit terram
nos autem multi nobis data est terra Is 51,2
in possessionem
25 idcirco dices ad eos haec dicit Do-
minus Deus
qui in sanguine comeditis et oculos
vestros levatis ad inmunditias ves-
tras et sanguinem funditis
numquid terram hereditate posside-
bitis
26 stetistis in gladiis vestris
fecistis abominationes
et unusquisque uxorem proximi sui
polluit

AC ΣΛOSTMΦ cr

11 conuertatur c | conuertimini + conuertimini c.𝔐 | morimini AOr | 12 filii A | 14 sin] si AOTM c | 15 et pignus c | uiuet Ar𝔐] + et *cet.* | 16 fecerit CS | 18 iniquitatem ACr𝔐] iniquitates *cet.* | 20 recta Cr.] + est A.; *praem.* est *cet.* | 21 duodecimo²] decimo cr𝔐 *Hi* | 22 aperuique AΛSTMΦ | 24 filii A | multi + sumus M c | 25 in sanguine] sanguine A.; sanguinem O | comedistis CΣOS; comedetis Φ | leuastis CΣO | hereditatem AOST |

et terram hereditate possidebitis
14,21! 27 haec dices ad eos sic dicit Dominus
Deus
vivo ego quia qui in ruinosis habitant gladio cadent
et qui in agro est bestiis tradetur ad devorandum
qui autem in praesidiis et in speluncis sunt peste morientur
Ier 51,43! 28 et dabo terram in solitudinem et desertum
et deficiet superba fortitudo eius
et desolabuntur montes Israhel
eo quod nullus sit qui per eos transeat
30,25! 29 et scient quia ego Dominus
cum dedero terram desolatam et desertam
propter universas abominationes suas quas operati sunt
30 et tu fili hominis
filii populi tui qui loquuntur de te iuxta muros et in ostiis domorum
et dicunt unus ad alterum vir ad proximum suum loquentes
venite et audiamus qui sit sermo egrediens a Domino
31 et veniunt ad te quasi si ingrediatur populus et sedent coram te populus meus
Is 29,13! et audiunt sermones tuos et non faciunt eos
quia in canticum oris sui vertunt illos
Ps 9,24.25 H Ier 22,17! et avaritiam suam sequitur cor eorum
32 et es eis quasi carmen musicum quod suavi dulcique sono canitur
et audient verba tua et non facient ea
Io 13,19! 33 et cum venerit quod praedictum est ecce enim venit
2,5; Za 2,9! tunc scient quod prophetes fuerit
inter eos

34 et factum est verbum Domini ad me dicens
2 fili hominis propheta de pastoribus Israhel
propheta et dices pastoribus·
haec dicit Dominus Deus
vae pastoribus Israhel qui pascebant semet ipsos Ier 23,1
nonne greges pascuntur a pastoribus
3 lac comedebatis et lanis operiebamini
et quod crassum erat occidebatis Za 11,5
gregem autem meum non pascebatis
4 quod infirmum fuit non consolidastis et quod aegrotum non sanastis Za 11,16
quod fractum est non alligastis et quod abiectum est non reduxistis
quod perierat non quaesistis sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia
5 et dispersae sunt oves meae eo quod non esset pastor II Par 18,16! Ier 50,6! Za 10,2
et factae sunt in devorationem omnium bestiarum agri et dispersae sunt 8
6 erraverunt greges mei in cunctis montibus et in universo colle excelso II Par 18,16!
et super omnem faciem terrae dispersi sunt greges mei Ier 10,21
et non erat qui requireret non erat inquam qui requireret
7 propterea pastores audite verbum Domini 9
8 vivo ego dicit Dominus Deus
quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam 5!
et oves meae in devorationem omnium bestiarum agri eo quod non esset pastor Ier 23,2
neque enim quaesierunt pastores gregem meum

27 in[4] *om.* c. | 28 et[2] + in c | 29 terram + eorum Φ c | 30 quis sit c | 31 et[3] *om.* CΣ. | 32 audiunt c | faciunt c || **34**,2 ~ a pastoribus pascuntur c | 4 confractum c. | reduxistis + et Φ c | 8 quia *om.* AO. | pastores[1] + mei c. |

AC ΣΛOSTMΦ cr

sed pascebant pastores semet ipsos
et greges meos non pascebant
7 9 propterea pastores audite verbum Domini
Ier 23,2; Za 10,3 10 haec dicit Dominus Deus
ecce ego ipse super pastores
requiram gregem meum de manu eorum
et cessare eos faciam ut ultra non pascant gregem
nec pascant amplius pastores semet ipsos
22; 13,21 et liberabo gregem meum de ore eorum
et non erunt ultra eis in escam
11 quia haec dicit Dominus Deus
ecce ego ipse requiram oves meas et visitabo eas
Sir 18,13; Is 40,11; Ier 31,10 12 sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum
sic visitabo oves meas et liberabo eas de omnibus locis
quo dispersae fuerant in die nubis et caliginis
11,17; Ier 23,3! 13,14: Ier 50,19 13 et educam eas de populis et congregabo eas de terris
et inducam eas in terram suam et pascam eas in montibus Israhel
in rivis et in cunctis sedibus terrae
Ps 22,2! 14 in pascuis uberrimis pascam eas
et in montibus excelsis Israhel erunt pascuae eorum
ibi requiescent in herbis virentibus
et in pascuis pinguibus pascentur super montes Israhel
Za 11,7 15 ego pascam oves meas et ego eas accubare faciam dicit Dominus Deus
Mi 4,6.7! Mt 18,12; Lc 15,4 16 quod perierat requiram et quod abiectum erat reducam
et quod confractum fuerat alligabo
et quod infirmum erat consolidabo
et quod pingue et forte custodiam
et pascam illas in iudicio
17 vos autem greges mei
haec dicit Dominus Deus
ecce ego iudico inter pecus et pecus arietum et hircorum 22; Mt 25,32
18 nonne satis vobis erat pascuam bonam depasci
insuper et reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris
et cum purissimam aquam biberetis
reliquam pedibus vestris turbabatis
19 et oves meae his quae conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur
et quae pedes vestri turbaverant haec bibebant
20 propterea haec dicit Dominus Deus ad eos
ecce ego ipse iudico
inter pecus pingue et macilentum
21 pro eo quod lateribus et umeris inpingebatis
et cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora
donec dispergerentur foras
22 salvabo gregem meum et non erit ultra in rapinam 10!
et iudicabo inter pecus et pecus 17!
23 et suscitabo super ea pastorem unum 37,24! Ier 3,15; 23,4! 5
qui pascat ea servum meum David
ipse pascet ea et ipse erit eis in pastorem II Sm 5,2! I Par 11,2; Ier 30,9
24 ego autem Dominus ero eis in Deum Os 3,5
et servus meus David princeps in medio eorum 37,25
ego Dominus locutus sum 25 et faciam cum eis pactum pacis 37,26! Lv 26,6! Iob 5,23; Os 2,18
et cessare faciam bestias pessimas de terra
et qui habitant in deserto securi dormient in saltibus

AC ΣΛOSTMΦ cr

10 eos *om.* Φ.; ~ faciam eos c. | nec] neque C | erunt CΣ.𝔐] erit *cet.* | 12 quo *restituimus, cf.* 𝔐] in quo ACOSr; in quos ΛM *Hi*; in quibus ΣTΦc | 14 pascuae AOMΦr *Hi*] pascua *cet.* | earum c | 16 erat[2]] fuerat Tc | 18 pascua bona ΣMΦc | 20 eos] uos Φc | 21 inpingebant A; + omnia infirma pecora A.; + omnia O | omnia *om.* O | 23 ea[1]] eam SM; eas Tc | ea[2]] eas CSTMΦc | ea[3]] eas SMc |

26 et ponam eos in circuitu collis mei
benedictionem
Lv 26,3! et deducam imbrem in tempore suo
pluviae benedictionis erunt
36,30; Lv 25,19! 27 et dabit lignum agri fructum suum
et terra dabit germen suum
et erunt in terra sua absque timore
29,9! 35,12! 13,21! Ex 7,17! et scient quia ego Dominus
Ier 30,8! cum contrivero catenas iugi eorum
et eruero eos de manu imperantium
sibi
28 et non erunt ultra in rapinam genti-
bus
neque bestiae terrae devorabunt eos
39,26 sed habitabunt confidenter absque
ullo terrore
29 et suscitabo eis germen nominatum
36,30 et non erunt ultra inminuti fame in
terra
neque portabunt amplius obprob-
ria gentium
37,27.28 30 et scient quia ego Dominus Deus
eorum cum eis
et ipsi populus meus domus Israhel
ait Dominus Deus
Ps 94,7! 99,3 31 vos autem greges mei greges pascuae
meae homines estis
et ego Dominus Deus vester dicit
Dominus Deus
35 et factus est sermo Domini ad me
dicens
2,3; Am 1,11 2 fili hominis pone faciem tuam adver-
sum montem Seir
et prophetabis de eo et dices illi
25,13! 3 haec dicit Dominus Deus
ecce ego ad te mons Seir
et extendam manum meam super te
7 et dabo te desolatum atque deser-
tum
9 4 urbes tuas demoliar et tu desertus
eris
et scies quia ego Dominus
5 eo quod fueris inimicus sempiternus
et concluseris filios Israhel in manus
gladii
in tempore adflictionis eorum in
tempore iniquitatis extremae
6 propterea vivo ego dicit Dominus
Deus
quoniam sanguini tradam te et san-
guis te persequetur
et cum sanguinem oderis sanguis
persequetur te
7 et dabo montem Seir desolatum et 3! 25,13!
desertum
et auferam de eo euntem et redeun-
tem
8 et implebo montes eius occisorum
suorum
in collibus tuis et in vallibus tuis at-
que in torrentibus
interfecti gladio cadent
9 in solitudines sempiternas tradam te 4
et civitates tuae non habitabuntur
et scietis quoniam ego Dominus
10 eo quod dixeris duae gentes et duae
terrae meae erunt
et hereditate possidebo eas cum Do-
minus esset ibi
11 propterea vivo ego dicit Dominus
Deus
quia faciam iuxta iram tuam et se- Abd 15!
cundum zelum tuum quem fecisti
odio habens eos
et notus efficiar per eos cum te iudi-
cavero
12 et scies quia ego Dominus audivi 15; 34,27! 36,11.38!
universa obprobria tua
quae locutus es de montibus Israhel
dicens
deserti nobis dati sunt ad devoran-
dum
13 et insurrexistis super me ore vestro
et rogastis adversum me
verba vestra ego audivi
14 haec dicit Dominus Deus

26 eis C | benedictiones[2] T c | 28 rapinam + in M c | 29 amplius] ultra c. | obprobrium Σ c. | 31 et *om.* ST𝔐 || 35,2 et dicit S.; dicens AO. | 5 in manu AOS | 6 sanguine oderis Σ; sanguine morieris C | 7 et[2]] atque c | 8 in[3] *om.* CΛM r *Hi* | 9 inhabitabuntur AO | quoniam] quia c | dominus + deus Φ c | 12 ~ ad deuorandum dati sunt c | 13 derogastis MΦ c |

AC ΣΛOSTMΦ cr

laetante universa terra in solitudinem te redigam
36.5 15 sicuti gavisus es super hereditatem domus Israhel eo quod fuerit dissipata
sic faciam tibi dissipatus eris mons Seir et Idumea omnis
12! et scient quia ego Dominus
6.2.3 **36** tu autem fili hominis propheta super montes Israhel et dices
4 montes Israhel audite verbum Domini
25.3 2 haec dicit Dominus Deus
eo quod dixerit inimicus de vobis euge
altitudines sempiternae in hereditatem datae sunt nobis
3 propterea vaticinare et dic haec dicit Dominus Deus
pro eo quod desolati estis et conculcati per circuitum
et facti in hereditatem reliquis gentibus
et ascendistis super labium linguae et obprobrium populi
1 4 propterea montes Israhel
audite verbum Domini Dei
6.3 haec dicit Dominus Deus montibus et collibus
torrentibus vallibusque et desertis parietinis
et urbibus derelictis quae depopulatae sunt
et subsannatae a reliquis gentibus per circuitum
35.15 5 propterea haec dicit Dominus Deus
quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus et de Idumea universa
qui dederunt terram meam sibi in hereditatem
cum gaudio et toto corde ex animo
et eiecerunt eam ut vastarent
6 idcirco vaticinare super humum Israhel
et dices montibus et collibus iugis et vallibus 6.3
haec dicit Dominus Deus
ecce ego in zelo meo et in furore meo locutus sum
eo quod confusionem gentium sustinueritis
7 idcirco haec dicit Dominus Deus
ego levavi manum meam ut gentes quae in circuitu vestro sunt
ipsae confusionem suam portent
8 vos autem montes Israhel ramos vestros germinetis 17.23!
et fructum vestrum adferatis populo meo Israhel
prope est enim ut veniat
9 quia ecce ego ad vos
et convertar ad vos et arabimini et accipietis sementem
10 et multiplicabo in vobis homines omnemque domum Israhel 37.26
et habitabuntur civitates et ruinosa instaurabuntur Ps 68.36! Is 61.4!
11 et replebo vos hominibus et iumentis 37.38! Ier 31.27; Za 10.8
et multiplicabuntur et crescent
et habitari vos faciam sicut a principio
bonisque donabo maioribus quam habuistis ab initio
et scietis quia ego Dominus 35.12!
12 et adducam super vos homines populum meum Israhel
et hereditate possidebunt te et eris eis in hereditatem
et non addes ultra ut absque eis sis
13 haec dicit Dominus Deus
pro eo quod dicunt de vobis devoratrix hominum es et suffocans gentem tuam
14 propterea homines non comedes amplius

AC ΣΛOSTMΦ cr

14 in solitudine AΣOΦr || **36**,1 filii A | 2 de uobis] deuorabis CT | 3 dicit] ait CΛSr | et[2] *om.* CΣ. | 5 qui] quae Σc | cum gaudio Φcr𝔐𝔊] cum gladio *cet.* | corde + et ΛST MΦc | 8 ~ enim est c; enim *om.* T. | 10 ciuitates + uestrae CΣ. | 11 habitare ΣMΦc; habita S. | dominus + deus AO | 12 eis[1] *om.* CΣ |

et gentem tuam non necabis ultra ait
Dominus Deus
15 nec auditam faciam in te amplius
confusionem gentium
et obprobrium populorum nequa-
quam portabis
et gentem tuam non amittes amplius
ait Dominus Deus
16 et factum est verbum Domini ad me
dicens
17 fili hominis domus Israhel habitave-
runt in humo sua
et polluerunt eam in viis suis et in
studiis suis
Is 64,6 iuxta inmunditiam menstruatae facta
est via eorum coram me
18 et effudi indignationem meam super
eos
22,4! pro sanguine quem fuderunt super
terram et in idolis suis polluerunt
eam
5,10! 22,15 19 et dispersi eos in gentes et ventilati
sunt in terris
iuxta vias eorum et adinventiones
iudicavi eos
20 et ingressi sunt ad gentes ad quas
introierunt
Is 52,5! et polluerunt nomen sanctum meum
cum diceretur de eis populus Domini
iste est
et de terra eius egressi sunt
20,14! 21 et peperci nomini meo sancto
quod polluerat domus Israhel in gen-
tibus ad quas ingressi sunt
22 idcirco dices domui Israhel haec di-
cit Dominus Deus
non propter vos ego faciam domus
Israhel
sed propter nomen sanctum meum
quod polluistis in gentibus ad quas
intrastis
II Sm 7,26! 23 et sanctificabo nomen meum mag-
num quod pollutum est inter gentes
quod polluistis in medio earum
ut sciant gentes quia ego Dominus 37,28; 38,16; 39,7; Ex 31,13!
ait Dominus exercituum 1 Sm 17,46! II Mcc 1,27
cum sanctificatus fuero in vobis co- 20,41
ram eis
24 tollam quippe vos de gentibus et con- 11,17! 37,21!
gregabo de universis terris 37,12
et adducam vos in terram vestram
25 et effundam super vos aquam mun- Ps 50,4! Za 13,1
dam
et mundabimini ab omnibus inqui- 29; Ier 33,8
namentis vestris
et ab universis idolis vestris munda-
bo vos
26 et dabo vobis cor novum et spiritum Ps 50,12!
novum ponam in medio vestri 26—28: 11,19.20
et auferam cor lapideum de carne
vestra
et dabo vobis cor carneum
27 et spiritum meum ponam in medio Is 63,11!
vestri 27.28: Dt 4,1!
et faciam ut in praeceptis meis am- Lc 1,6
buletis
et iudicia mea custodiatis et opere-
mini
28 et habitabitis in terra quam dedi pat- 37,25!
ribus vestris
et eritis mihi in populum et ego ero 14,11!
vobis in Deum
29 et salvabo vos ex universis inquina- 25!
mentis vestris
et vocabo frumentum et multiplica-
bo illud
et non inponam in vobis famem
30 et multiplicabo fructum ligni et geni- 34,27!
mina agri
ut non portetis ultra obprobrium fa- 34,29
mis in gentibus
31 et recordabimini viarum vestrarum 6,9; 20,43
pessimarum
studiorumque non bonorum
et displicebunt vobis iniquitates ves-
trae et scelera vestra

17 filii A | in humu CΣr; in domu Φ | 19 in terras ΛSMc | adinuentiones + eorum Λc | 21 ~ sancto meo c | 22 domui² AO | introistis CΣΛ | 24 congregabo + uos Σc | 28 habitetis A | in terram CΣST | 29 in uobis] in uos Φ.; uobis CΣΛMc | 30 germina CΣSTMΦ | portetis] patereris CΣ. |

AC ΣΛOSTMΦ cr

32 non propter vos ego faciam ait Do-
minus Deus notum sit vobis
confundimini et erubescite super viis
vestris domus Israhel
33 haec dicit Dominus Deus
in die qua mundavero vos ex omni-
bus iniquitatibus vestris
Is 61,4! et habitari fecero urbes et instaura-
vero ruinosa
Am 9,13 34 et terra deserta fuerit exculta
quae quondam erat desolata in ocu-
lis omnis viatoris
35 dicent terra illa inculta facta est ut
hortus voluptatis
Is 61,4! et civitates desertae et destitutae at-
que suffossae munitae sederunt
17,24! 36 et scient gentes quaecumque derelic-
tae fuerint in circuitu vestro
quia ego Dominus aedificavi dissi-
pata plantavique inculta
ego Dominus locutus sum et fecerim
37 haec dicit Dominus Deus
37.38: 11; Ier 31,27; Mi 2,12; Za 2,4 adhuc in hoc invenient me domus
Israhel ut faciam eis
multiplicabo eos sicut gregem homi-
num
38 ut gregem sanctum ut gregem Hie-
rusalem in sollemnitatibus eius
sic erunt civitates desertae plenae-
que gregibus hominum
35,12! 37,6! 13 et scient quia ego Dominus
1,3! 3,22 **37** facta est super me manus Domini
et eduxit me in spiritu Domini
et dimisit me in medio campi qui
erat plenus ossibus
2 et circumduxit me per ea in gyro
erant autem multa valde super fa-
ciem campi siccaque vehementer
3 et dixit ad me fili hominis putasne
vivent ossa ista
Apc 7,14 et dixi Domine Deus tu nosti
4 et dixit ad me vaticinare de ossibus
istis et dices eis
ossa arida audite verbum Domini
5 haec dicit Dominus Deus ossibus his
ecce ego intromittam in vos spiritum 10! 14! IV Rg 19,7!
et vivetis
6 et dabo super vos nervos
et succrescere faciam super vos car-
nes
et superextendam in vobis cutem
et dabo vobis spiritum et vivetis
et scietis quia ego Dominus 36,38! 38,23; 39,6
7 et prophetavi sicut praeceperat mihi
factus est autem sonitus prophetante
me
et ecce commotio et accesserunt ossa
ad ossa unumquodque ad iunctu-
ram suam
8 et vidi et ecce super ea nervi et car-
nes ascenderunt
et extenta est in eis cutis desuper et
spiritum non habebant
9 et dixit ad me vaticinare ad spiritum
vaticinare fili hominis et dices ad
spiritum
haec dicit Dominus Deus
a quattuor ventis veni spiritus
et insufla super interfectos istos et
revivescant
10 et prophetavi sicut praeceperat mihi
et ingressus est in ea spiritus et vixe- 5! 2,2! Apc 11,11
runt
steteruntque super pedes suos exer-
citus grandis nimis valde
11 et dixit ad me fili hominis ossa haec
universa domus Israhel est
ipsi dicunt aruerunt ossa nostra
et periit spes nostra et abscisi sumus
12 propterea vaticinare et dices ad eos
haec dicit Dominus Deus
ecce ego aperiam tumulos vestros Is 26,19; Dn 12,2;
et educam vos de sepulchris vestris Os 13,14; Mt 27,52;
populus meus IV Esr 2,16
et inducam vos in terram Israhel 21! 36,24!
13 et scietis quia ego Dominus 36,38!

AC ΣΛΟST(M)Φ cr 32 confundemini CTΦ | 33 habitare ΣSTMΦ; inhabitari c. | 34 [*deest* M *usque ad* 39,28] | 36 dissipatas CΣ | incultas CΣ | sim ΛTc | 38 plenae gregibus c. || **37**,1 dominus[2] CΣ | 4 istis] his CΣ. | 9 filii A | 10 mihi + dominus AO | 11 abscissi c. |

cum aperuero sepulchra vestra et
eduxero vos de tumulis vestris po-
pulus meus
5! 1 Th 4,8! 14 et dedero spiritum meum in vobis et
vixeritis
12! 21 et requiescere vos faciam super hu-
mum vestram
17,24! et scietis quia ego Dominus locutus
sum et feci ait Dominus Deus
15 et factus est sermo Domini ad me
dicens
16 et tu fili hominis sume tibi lignum
unum
et scribe super illud Iudae
et filiorum Israhel sociis eius
et tolle lignum alterum et scribe su-
per eum Ioseph
lignum Ephraim et cunctae domui
Israhel sociorumque eius
17 et adiunge illa unum ad alterum tibi
in lignum unum
et erunt in unionem in manu tua
12,9; 24,19 18 cum autem dixerint ad te filii populi
tui loquentes
nonne indicas nobis quid in his tibi
velis
19 loqueris ad eos haec dicit Dominus
Deus
Is 11,13 ecce ego adsumam lignum Ioseph
quod est in manu Ephraim
et tribus Israhel quae iunctae sunt ei
et dabo eas pariter cum ligno Iuda
et faciam eas in lignum unum
et erunt unum in manu eius
20 erunt autem ligna super quae scrip-
seris in manu tua in oculis eorum
21 et dices ad eos haec dicit Dominus
Deus
11,17! 36,24; Ier 3,18! ecce ego adsumam filios Israhel de
medio nationum ad quas abierunt
12.14 et congregabo eos undique et addu-
cam eos ad humum suam
22 et faciam eos gentem unam in terra
in montibus Israhel
et rex unus erit omnibus imperans
et non erunt ultra duae gentes
nec dividentur amplius in duo regna
23 neque polluentur ultra in idolis suis 11,18; 14,11!
et abominationibus
et in cunctis iniquitatibus suis
et salvos eos faciam de universis se-
dibus suis in quibus peccaverunt
et mundabo eos et erunt mihi popu- Tit 2,14!
lus et ego ero eis Deus
24 et servus meus David rex super eos 34,23! Ier 30,9
et pastor unus erit omnium eorum Io 10,16
in iudiciis meis ambulabunt et man- 18,21!
data mea custodient et facient ea
25 et habitabunt super terram quam 28,25; 34,24; 36,28
dedi servo meo Iacob
in qua habitaverunt patres vestri
et habitabunt super eam ipsi et filii
eorum
et filii filiorum eorum usque in sem-
piternum
et David servus meus princeps eorum
in perpetuum
26 et percutiam illis foedus pacis 34,25; Is 55,3! Mal 2,5
pactum sempiternum erit eis Nm 25,12.13!
et fundabo eos et multiplicabo 36,10
et dabo sanctificationem meam in 11,16!
medio eorum in perpetuum
27 et erit tabernaculum meum in eis Lv 26,11.12!
et ero eis Deus et ipsi erunt mihi po- 27.28: 34,30
pulus
28 et scient gentes quia ego Dominus 36,23!
sanctificator Israhel
cum fuerit sanctificatio mea in me-
dio eorum in perpetuum
38 et factus est sermo Domini ad me
dicens
2 fili hominis pone faciem tuam contra 14
Gog terram Magog 2.3: 39,1
principem capitis Mosoch et Thubal
et vaticinare de eo 3 et dices ad eum
haec dicit Dominus Deus

13 popule c | 14 locutus—dominus *om.* CΣ. | 16 scribes[1.2] C | israhel[1] + et AO | sociorum[1] c. | eum] illud ΛST c | ligno[3] c. | domus AOTΦ | 17 in unione AO | 19 iunctae sunt ei] sunt ei adiunctae c | 22 eos + in c | 23 abominationibus + suis ACΣO c | in[2] *om.* c. | suis[3] *om.* c. | emundabo Φ c | in populum AO | in deum AO | 25 uestri] eorum AO ||

AC
ΣΛOSTΦ
cr

ecce ego ad te Gog principem capitis
Mosoch et Thubal
29,4; Is 37,29; IV Rg 19,28 [4]et circumagam te et ponam frenum
in maxillis tuis
4.5: Ier 46,9 et educam te et omnem exercitum
tuum
equos et equites vestitos loricis universos
multitudinem magnam hastam et
clypeum arripientium et gladium
27,10 [5]Persae Aethiopes et Lybies cum eis
omnes scutati et galeati
[6]Gomer et universa agmina eius
27,14 domus Thogorma latera aquilonis
et totum robur eius populique multi
tecum
[7]praepara et instrue te et omnem
multitudinem tuam quae coacervata est ad te
et esto eis in praeceptum
Is 24,22 [8]post dies multos visitaberis
8.9: 14,15 in novissimo annorum venies ad terram quae reversa est a gladio
8.9: 39,4 congregata est de populis multis ad
montes Israhel
qui fuerunt deserti iugiter
haec de populis educta est et habitaverunt in ea confidenter universi
Ier 4,13! [9]ascendens autem quasi tempestas
venies
16 et quasi nubes ut operias terram
tu et omnia agmina tua et populi
multi tecum
[10]haec dicit Dominus Deus
in die illa ascendent sermones super
cor tuum
et cogitabis cogitationem pessimam
[11]et dices
ascendam ad terram absque muro
Za 2,4 veniam ad quiescentes habitantesque
secure
omnes habitant sine muro vectes et
portae non sunt eis

[12]ut diripias spolia et invadas praedam
ut inferas manum tuam super eos qui
deserti fuerant et postea restituti
et super populum qui est congregatus ex gentibus
qui possidere coepit et esse habitator
umbilici terrae
[13]Seba et Dedan et negotiatores Tharsis
et omnes leones eius dicent tibi
numquid ad sumenda spolia tu venis
ecce ad diripiendam praedam congregasti multitudinem tuam 27,12
ut tollas argentum et aurum
auferas supellectilem atque substantiam et diripias manubias infinitas
[14]propterea vaticinare fili hominis 2; 39,1
et dices ad Gog haec ait Dominus
Deus
numquid non in die illo cum habitaverit populus meus Israhel confidenter 14.15: 8,9
scies [15]et venies de loco tuo a lateribus aquilonis
tu et populi multi tecum ascensores
equorum universi coetus magnus et
exercitus vehemens
[16]et ascendes super populum meum 9!
Israhel quasi nubes ut operias terram
in novissimis diebus eris
et adducam te super terram meam
ut sciant gentes me cum sanctificatus 20,41! 36,23!
fuero in te in oculis eorum o Gog
[17]haec dicit Dominus Deus
tu ergo ille es de quo locutus sum in
diebus antiquis
in manu servorum meorum prophetarum Israhel
qui prophetaverunt in diebus illorum temporum ut adducerem te
super eos
[18]et erit in die illa in die adventus Gog

AC ΣΛOSTΦ cr — 38,7 et[2] *om.* CΣ. | 8 a gladio *om.* A.; a *om.* ΣOST r; + et c *Hi* | habitabunt c. *Hi* | 11 omnes] *praem.* hi c.; + hi ΛOTΦ | 13 saba AOST c | aurum + et c | 14 ait] dicit CΣSΦ c | 16 eris *om.* CΣ. | me] meae AOTΦ |

super terram Israhel ait Dominus
Deus
ascendet indignatio mea in furore
5.13 meo 19 et in zelo meo
in igne irae meae locutus sum
quia in die illa erit commotio magna
super terram Israhel
20 et commovebuntur a facie mea pisces maris et volucres caeli
Na 1,5! et bestiae agri et omne reptile quod
movetur super humum
cunctique homines qui sunt super
faciem terrae
et subvertentur montes et cadent
sepes et omnis murus in terra corruet
Ier 25,29 21 et convocabo adversum eum in cunc-
21,22: 28,23 tis montibus meis gladium ait Dominus Deus
Za 14,13; IV Esr 15,19 gladius uniuscuiusque in fratrem
suum dirigetur
13,11! 14,19 22 et iudicabo eum peste et sanguine et
imbre vehementi et lapidibus inmensis
ignem et sulphur pluam super eum
et super exercitum eius
et super populos multos qui sunt
cum eo
23 et magnificabor et sanctificabor
20,41! et notus ero in oculis gentium multarum
37,6! et scient quia ego Dominus
38,2.3.14 39 tu autem fili hominis vaticinare adversum Gog et dices
haec dicit Dominus Deus
ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch et Thubal
2 et circumagam te et seducam te et
ascendere faciam de lateribus aquilonis
et adducam te super montes Israhel
3 et percutiam arcum tuum in manu
sinistra tua
et sagittas tuas de manu dextera tua
deiciam
4 super montes Israhel cades tu et 38,8.9
omnia agmina tua et populi qui
sunt tecum
feris avibus omnique volatili et
bestiis terrae dedi te devorandum
5 super faciem agri cades quia ego locutus sum ait Dominus Deus
6 et emittam ignem in Magog et in his
qui habitant in insulis confidenter
et scient quia ego Dominus 37,6!
7 et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israhel
et non polluam nomen sanctum
meum amplius
et scient gentes quia ego Dominus 36,23!
Sanctus Israhel
8 ecce venit et factum est ait Dominus 21,7
Deus
haec est dies de qua locutus sum
9 et egredientur habitatores de civitatibus Israhel
et succendent et conburent arma Ps 45,10! Is 9,5
clypeum et hastas arcum et sagittas
et baculos manus et contos et succendent ea igne septem annis
10 et non portabunt ligna de regionibus
neque succident de saltibus
quoniam arma succendent igne
et depraedabuntur eos quibus prae- Is 17,14; 33,1! Za 2,9!
dae fuerant
et diripient vastatores suos ait Dominus Deus
11 et erit in die illa dabo Gog locum
nominatum sepulchrum in Israhel
vallem Viatorum ad orientem maris
quae obstupescere facit praetereuntes
et sepelient ibi Gog et omnem multitudinem eius
et vocabitur vallis Multitudinis Gog
12 et sepelient eos domus Israhel ut

20 humum] terram A | in terram ΛOSTΦ c | ~ corruet in terram c | 22 et[4]] cum AO | AC
23 ~ multarum gentium c || 39,2 seducam] reducam CΣΦ; educam c. | ascendere + te ΣΛOSTΦ
c | 4 populus Σ.; populi tui c | te + ad c | 6 et inmittam OST c; ecce mittam C. | do- cr
minus + deus CΣT | 9 manuum c. *Hi* | 11 faciat OS; faciet c |

mundent terram septem mensibus
13 sepeliet autem omnis populus terrae
et erit eis nominata dies in qua glorificatus sum ait Dominus Deus
14 et viros iugiter constituent lustrantes terram
qui sepeliant et requirant eos qui remanserant super faciem terrae ut emundent eam
post menses autem septem quaerere incipient
15 et circumibunt peragrantes terram
cumque viderint os hominis statuent iuxta illud titulum
donec sepeliant illud pollinctores in valle Multitudinis Gog
16 nomen autem civitatis Amona et mundabunt terram
17 tu ergo fili hominis haec dicit Dominus Deus
Is 56,9! dic omni volucri et universis avibus cunctisque bestiis agri
17.18: Apc 19,17.18 convenite properate concurrite undique
ad victimam meam quam ego immolo vobis
victimam grandem super montes Israhel
ut comedatis carnes et bibatis sanguinem
18 carnes fortium comedetis et sanguinem principum terrae bibetis
arietum agnorum et hircorum
taurorumque altilium et pinguium omnium
19 et comedetis adipem in saturitate et bibetis sanguinem in ebrietate
de victima quam ego immolabo vobis
Apc 19,18 20 et saturabimini super mensam meam
de equo et de equite forti
et de universis viris bellatoribus ait Dominus Deus
21 et ponam gloriam meam in gentibus
et videbunt omnes gentes iudicium meum quod fecerim
et manum meam quam posuerim super eos
22 et scient domus Israhel quia ego Dominus Deus eorum a die illa et deinceps Bar 2,31! Ioel 2,27
23 et scient gentes quoniam in iniquitate sua capta sit domus Israhel
eo quod reliquerint me et absconderim faciem meam ab eis
et tradiderim eos in manu hostium
et ceciderint in gladio universi
24 iuxta inmunditiam eorum et scelus feci eis Dt 31,18
et abscondi faciem meam ab illis
25 propterea haec dicit Dominus Deus
nunc reducam captivitatem Iacob et miserebor omnis domus Israhel Ps 84,2.3; Ier 30,3! Am 9,14
et adsumam zelum pro nomine sancto meo
26 et portabunt confusionem suam et omnem praevaricationem quam praevaricati sunt in me
cum habitaverint in terra sua confidenter neminem formidantes 34,28
27 et reduxero eos de populis et congregavero de terris inimicorum suorum 20,41!
et sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum
28 et scient quia ego Dominus Deus eorum Bar 2,31!
eo quod transtulerim eos in nationes 11,17!
et congregavero eos super terram suam
et non dereliquerim quemquam ex eis ibi
29 et non abscondam ultra faciem meam ab eis
eo quod effuderim spiritum meum super omnem domum Israhel ait Is 32,15! 44,3; Za 12,10

AC ΣΛOST(M)Φ cr — 13 autem + eum c | 15 in uallem AΣOT | 17 super montem AO | carnem O c | 18 arietum + et c | taurorumque + et c | 19 in saturitatem SΦ c | in ebrietatem AΛSΦ c | de uictimam AO | 20 saturamini C | de² *om.* c | 21 posueram² CΣS. | 23 dereliquerint ΣΛΦ c | in manus STΦ c | 26 quam] qua T c | 28 congregauerim c | [*iterum adest* M] ||

Dominus Deus
40 in vicesimo et quinto anno transmigrationis nostrae
in exordio anni decima mensis
quartodecimo anno postquam percussa est civitas in ipsa hac die
1,3! facta est super me manus Domini et adduxit me illuc
2 in visionibus Dei adduxit me in terram Israhel
Mt 4,8! Apc 21,10 et dimisit me super montem excelsum nimis
super quem erat quasi aedificium civitatis vergentis ad austrum
3 et introduxit me illuc et ecce vir cuius erat species quasi species aeris
47,3; Za 2,1 et funiculus lineus in manu eius et calamus mensurae in manu eius
stabat autem in porta
4 et locutus est ad me idem vir
44,5; Is 30,20.21 fili hominis vide oculis tuis et auribus tuis audi
et pone cor tuum in omnia quae ego ostendam tibi
quia ut ostendantur tibi adductus es huc
adnuntia omnia quae tu vides domui Israhel
5 et ecce murus forinsecus in circuitu domus undique
Apc 11,1 et in manu viri calamus mensurae sex cubitorum et palmo
et mensus est latitudinem aedificii calamo uno
altitudinem quoque calamo uno
42,15; 43,1 6 et venit ad portam quae respiciebat viam orientalem
et ascendit per gradus eius et mensus est limen portae
calamo uno latitudinem
id est limen unum calamo uno in latitudine
7 et thalamum uno calamo in longum
et uno calamo in latum
et inter thalamos quinque cubitos
8 et limen portae iuxta vestibulum portae intrinsecus calamo uno
9 et mensus est vestibulum portae octo cubitorum et frontem eius duobus cubitis
vestibulum autem portae erat intrinsecus
10 porro thalami portae ad viam orientalem
tres hinc et tres inde mensura una trium
et mensura una frontium ex utraque parte
11 et mensus est latitudinem liminis portae decem cubitorum 41,2
et longitudinem portae tredecim cubitorum
12 et marginem ante thalamos cubiti unius
et cubitus unus finis utrimque
thalami autem sex cubitorum erant hinc et inde
13 et mensus est portam a tecto thalami usque ad tectum eius
latitudinem viginti et quinque cubitorum ostium contra ostium
14 et fecit frontes per sexaginta cubitos
et ad frontem atrium portae undique per circuitum
15 et ante faciem portae quae pertingebat usque ad faciem vestibuli portae interioris quinquaginta cubitos
16 et fenestras obliquas in thalamis 41,15.16.26; III Rg 6,4
et in frontibus eorum quae erant intra portam undique per circuitum
similiter autem erant et in vestibulis fenestrae per gyrum intrinsecus
et ante frontes pictura palmarum
17 et eduxit me ad atrium exterius 42,1
et ecce gazofilacia et pavimentum 42,3
stratum lapide in atrio per circui-

40,1 et[1] *om.* c | 4 filii A | 7 thalamo[1] S; calamum Σ; calamo C. | thalamus[2] S; calamos C.; calamus M. | 12 utrumque CS; utrisque M | 13 et[2] *om.* CΣΛ c | cubitorum + et AO | 16 picturae Λ; picturas AO |

AC ΣΛΟSTMΦ cr

tum
triginta gazofilacia in circuitu pavimenti
18 et pavimentum in fronte portarum
secundum longitudinem portarum erat inferius
19 et mensus est latitudinem a facie portae inferioris usque ad frontem atrii interioris extrinsecus
centum cubitos ad orientem et ad aquilonem
20 portam quoque quae respiciebat viam aquilonis atrii exterioris mensus est
tam in longitudine quam in latitudine
21 et thalamos eius tres hinc et tres inde
et frontem eius et vestibulum eius secundum mensuram portae prioris
quinquaginta cubitorum longitudinem eius
et latitudinem viginti quinque cubitorum
22 fenestrae autem eius et vestibulum et scalpturae
secundum mensuram portae quae respiciebat ad orientem
et septem graduum erat ascensus eius et vestibulum ante eam
23 et porta atrii interioris contra portam aquilonis et orientalem
et mensus est a porta usque ad portam centum cubitos
24 et duxit me ad viam australem et ecce porta quae respiciebat ad austrum
et mensus est frontem eius et vestibulum eius iuxta mensuras superiores
25 et fenestras eius et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras
quinquaginta cubitorum longitudine
et latitudine viginti quinque cubitorum
26 et in gradibus septem ascendebatur ad eam et vestibulum ante fores eius
et celatae palmae erant una hinc et altera inde in fronte eius
27 et porta atrii interioris in via australi
et mensus est a porta usque ad portam in via australi centum cubitos
28 et introduxit me in atrium interius ad portam australem **28—31:** 32–34: 35–37
et mensus est portam iuxta mensuras superiores
29 thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius hisdem mensuris
et fenestras eius et vestibulorum eius in circuitu
quinquaginta cubitos longitudinis et latitudinis viginti quinque cubitos
30 et vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum et latitudine quinque cubitorum
31 et vestibulum eius ad atrium exterius
et palmas eius in fronte
et octo gradus erant quibus ascendebatur per eam
32 et introduxit me in atrium interius per viam orientalem **32—34:** 28–31: 35–37
et mensus est portam secundum mensuras superiores
33 thalamum eius et frontem eius et vestibula eius sicut supra
et fenestras eius et vestibuli eius in circuitu
longitudine quinquaginta cubitorum et latitudine viginti quinque cubitorum
34 et vestibulum eius id est atrii exterioris
et palmae celatae in fronte eius hinc et inde

AC ΣΛOSTMΦ (s) cr
20 [*adest* s *usque ad v.* 29] | 22 sculpturae ΣΛSTM c | 24 et eduxit AOM c; et adduxit Λ. | 25 longitudinem ΛSTΦs | latitudinem ΛSTΦ | 29 isdem SM; eisdem c | [*deest* s *usque ad v.* 39] | uestibulum² SΦ c | 33 uestibulum¹ c | uestibula² OΦ c | longitudinem AΛSTΦ | latitudinem AΛSTΦ |

et in octo gradibus ascensus eius
47,2 35 et introduxit me ad portam quae
35—37: 28–31; 32–34 respiciebat ad aquilonem
et mensus est secundum mensuras
superiores
36 thalamum eius frontem eius vestibulum eius et fenestras eius per
circuitum
longitudine quinquaginta cubitorum
et latitudine viginti quinque cubitorum
37 vestibulum eius in atrium exterius
et celatura palmarum in fronte illius
hinc et inde
et in octo gradibus ascensus eius
38 et per singula gazofilacia ostium in
frontibus portarum
II Par 4,6 ibi lavabunt holocaustum
39 et in vestibulo portae duae mensae
hinc et duae mensae inde
42,13; 46,20; II Par 29,24 ut immoletur super eas holocaustum
et pro peccato et pro delicto
40 et ad latus exterius quod ascendit ad
ostium portae quae pergit ad aquilonem duae mensae
et ad latus alterum ante vestibulum
portae duae mensae
41 quattuor mensae hinc et quattuor
mensae inde
per latera portae octo mensae erunt
super quas immolabunt
42 quattuor autem mensae ad holocaustum de lapidibus quadris extructae
longitudine cubiti unius et dimidii
et latitudine cubiti unius et dimidii
et altitudine cubiti unius
super quas ponant vasa in quibus
immolatur holocaustum et victima
43 et labia earum palmi unius reflexa
intrinsecus per circuitum
super mensas autem carnes oblationis
44 et extra portam interiorem gazofilacia cantorum
in atrio interiori quod erat in latere
portae respicientis ad aquilonem
et facies eorum contra viam australem una
ex latere portae orientalis quae respiciebat ad viam aquilonis
45 et dixit ad me hoc est gazofilacium
quod respicit viam meridianam
sacerdotum qui excubant in custodiis templi Nm 3,25!
46 porro gazofilacium quod respicit ad 42,13
viam aquilonis
sacerdotum erit qui excubant ad 44,15!
ministerium altaris
isti sunt filii Sadoc qui accedunt de
filiis Levi ad Dominum ut ministrent ei
47 et mensus est atrium longitudine
centum cubitorum
et latitudine centum cubitorum per
quadrum
et altare ante faciem templi
48 et introduxit me in vestibulum
templi
et mensus est vestibulum quinque
cubitis hinc et quinque cubitis inde
et latitudinem portae trium cubitorum hinc et trium cubitorum inde
49 longitudinem autem vestibuli viginti III Rg 6,3
cubitorum
et latitudinem undecim cubitorum
et octo gradibus ascendebatur ad
eam
et columnae erant in frontibus una II Par 3,17!
hinc et altera inde

41 et introduxit me in templum et
mensus est frontes

36 eius[1] + et SΦ c | eius[2] + et Φ c | 37 et uestibulum c | eius[1] + respiciebat ΛOST c *Hi* | in[1]] ad c | illius] eius Σ c | 38 lauabant ΣTΦ c; leuabunt Λ. | 39 [*adest* s *usque ad* 41,7] | 41 erant ΛTΦ c | immolabant CΛΦ c; immolarent T | 42 longitudinem AOS | et[2] *om.* CΣ | latitudinem AO; latitudinis S. | et[3]—unius[3] *om.* CΣ | altitudinem AO | 45 sacerdotum + erit TΦ c | 46 accedent AO. | 47 longitudinem AOSΦ | latitudinem AOSΦ |

AC ΣΛOSTMΦ (s) cr

sex cubitos latitudinis hinc et sex cu-
bitos latitudinis inde latitudinem ta-
bernaculi
40,11; III Rg 6,3 2 et latitudo portae decem cubitorum
erat
et latera portae quinque cubitis hinc
et quinque cubitis inde
et mensus est longitudinem eius
quadraginta cubitorum
et latitudinem viginti cubitorum
3 et introgressus intrinsecus mensus
est in fronte portae duos cubitos
et portam sex cubitorum
et latitudinem portae septem cubi-
torum
III Rg 6,20 4 et mensus est longitudinem eius vi-
ginti cubitorum
et latitudinem viginti cubitorum ante
faciem templi
et dixit ad me hoc est sanctum sanc-
torum
5 et mensus est parietem domus sex
cubitorum
et latitudinem lateris quattuor cubi-
torum undique per circuitum do-
mus
6 latera autem latus ad latus bis tri-
ginta tria
et erant eminentia quae ingrederen-
tur per parietem domus in lateribus
per circuitum ut continerent
et non adtingerent parietem templi
III Rg 6,8 7 et platea erat in rotundum ascendens
sursum per cocleam et in cenacu-
lum templi deferebat per gyrum
idcirco latius erat templum in su-
perioribus
et sic de inferioribus ascendebatur ad
superiora in medium
8 et vidi in domo altitudinem per cir-
cuitum
fundata latera ad mensuram calami
sex cubitorum spatio
9 et latitudinem per parietem lateris
forinsecus quinque cubitorum
et interior domus in lateribus domus
10 et inter gazofilacia latitudinem vigin-
ti cubitorum in circuitu domus un-
dique
11 et ostium lateris ad orationem ostium
unum ad viam aquilonis
et ostium unum ad viam australem
et latitudinem loci ad orationem
quinque cubitorum in circuitu
12 et aedificium quod erat separatum
versumque ad viam respicientem ad
mare
latitudinis septuaginta cubitorum
paries autem aedificii quinque cubi-
torum latitudinis per circuitum
et longitudo eius nonaginta cubito-
rum
13 et mensus est domus longitudinem
centum cubitorum
et quod separatum erat aedificium
et parietes eius longitudinis centum
cubitorum
14 latitudo autem ante faciem domus
et eius quod erat separatum contra
orientem centum cubitorum
15 et mensus est longitudinem aedificii
contra faciem eius quod erat sepa-
ratum ad dorsum
ekthetas ex utraque parte centum
cubitorum
et templum interius et vestibula atrii 15.16: 40,16!
16 limina et fenestras obliquas
et ekthetas in circuitu per tres partes
contra uniuscuiusque limen
stratumque ligno per gyrum in cir-
cuitu
terra autem usque ad fenestras et
fenestrae clausae
super ostia 17 et usque ad domum in-

AC ΣΛΟSTMΦ (s) cr

41, 1 cubitis[2] C | latitudinis[2]] altitudinis ΛCΛSTMs | 3 sex S cr 𝔐𝔊 *Hi*] decem *cet.* | 4 latitudinem + eius c. | 7 [*deest* s *usque ad v.* 16] | ~ per gyrum deferebat AO | 9 et[2] + erat Λ c | 12 latitudinis[2]] altitudinis CΣ. | 13 ~ cubitorum centum[1] ΛO. | 15 longitudinem] latitudinem AO | ecthetas AO; ethecas c.; haec thetas SMΦ; haec thestas T. | 16 ecthetas A; etheeas c.; haec thetas S.; haec thetas TMΦ | [*adest* s *usque ad* 42,1] |

teriorem
et forinsecus per omnem parietem
in circuitu
intrinsecus et forinsecus ad mensu-
ram
III Rg 6,29! 18 et fabrefacta cherubin et palmae
et palma inter cherub et cherub
duasque facies habebat cherub
19 faciem hominis iuxta palmam ex hac
parte
et faciem leonis iuxta palmam ex
alia parte
expressam per omnem domum in
circuitu
20 de terra usque ad superiora portae
cherubin
et palmae celatae erant in pariete
templi
21 limen quadrangulum et facies sanc-
tuarii aspectus contra aspectum
22 altaris lignei trium cubitorum alti-
tudo et longitudo eius duo cubito-
rum
et anguli eius et longitudo eius et
parietes eius lignei
et locutus est ad me haec est mensa
coram Domino
23 et duo ostia erant in templo et in
sanctuario
24.25: III Rg 6,34.35 24 et in duobus ostiis ex utraque parte
bina erant ostiola quae in se invi-
cem plicabantur
bina enim ostia erant ex utraque
parte ostiorum
25 et celata erant in ipsis ostiis templi
cherubin
et scalptura palmarum sicut in pa-
rietibus quoque expressa erat
quam ob rem erant et grossiora
ligna in vestibuli fronte forin-
secus
40,16! 26 super quae fenestrae obliquae et si-
militudo palmarum hinc atque inde
in umerulis vestibuli secundum late-
ra domus latitudinemque parietum
42 et eduxit me in atrium exterius per 40,17
viam ducentem ad aquilonem
et eduxit me in gazofilacium quod
erat contra separatum aedificium
et contra aedem vergentem ad aqui-
lonem
2 in facie longitudinis centum cubitos
ostii aquilonis et latitudinis quin-
quaginta cubitos
3 contra viginti cubitos atrii interioris
et contra pavimentum stratum lapi- 40,17
de atrii exterioris
ubi erat porticus iuncta porticui tri-
plici
4 et ante gazofilacia deambulatio de- 46,19
cem cubitorum latitudinis
ad interiora respiciens viae cubiti
unius
et ostia earum ad aquilonem
5 ubi erant gazofilacia in superioribus
humiliora
quia subportabant porticus quae ex
illis eminebant de inferioribus et de
mediis aedificii
6 tristega enim erant et non habebant
columnas sicut erant columnae at-
riorum
propterea eminebant de inferioribus
et de mediis a terra
7 et peribolus exterior secundum gazo-
filacia quae erant in via atrii exte-
rioris ante gazofilacia
longitudo eius quinquaginta cubi-
torum
8 quia longitudo erat gazofilaciorum
atrii exterioris quinquaginta cubi-
torum
et longitudo ante faciem templi cen-
tum cubitorum

20 in parietem AM | 22 duum Λ.; duorum M c | 24 ostia] ostiola CΣ. | 25 sculptura STMΦ; sculpturae c; scritura Σ | expresserat T; expressa erant M; expressae erant S c | crassiora CΣ. | ~ et grossiora erant c. *Hi* | 26 atque] et AO. || 42,1 eduxit[2]] induxit Φ; introduxit c. | [*deest* s *usque ad v.* 11] | 2 ostia CΣT | 3 contra[1]] *praem.* et CΣ. | 4 eorum c | 6 [*adest* k *usque ad* 43,8] | terra + cubitis quinquaginta STΦ c *Hi*; + cubitos quinquaginta M; + cubitis ΛOk. |

AC ΣΛOSTMΦ (ks) cr

9 et erat subter gazofilacia haec introitus ab oriente
ingredientium in ea de atrio exteriori
10 in latitudine periboli atrii quod erat contra viam orientalem in facie aedificii separati
et erant ante aedificium gazofilacia
11 et via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazofilaciorum quae erant in via aquilonis
secundum longitudinem eorum sic et latitudo eorum
et omnis introitus eorum et similitudines et ostia eorum
12 secundum ostia gazofilaciorum quae erant in via respiciente ad notum
ostium in capite viae quae via erat ante vestibulum separatum per viam orientalem ingredientibus
13 et dixit ad me gazofilacia aquilonis et gazofilacia austri quae sunt ante aedificium separatum
40,46; 45,4 haec sunt gazofilacia sancta in quibus
Lv 6,26! vescuntur sacerdotes qui adpropinquant ad Dominum in sancta sanctorum
40,39! ibi ponent sancta sanctorum et oblationem pro peccato et pro delicto locus enim sanctus est
44,19! 14 cum autem ingressi fuerint sacerdotes non egredientur de sanctis in atrium exterius
et ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrant quia sancta sunt
Lv 6,11! vestienturque vestimentis aliis et sic procedent ad populum
15 cumque conplesset mensuras domus interioris
40,6; 43,1 eduxit me per viam portae quae respiciebat ad viam orientalem
et mensus est eam undique per circuitum
16 mensus autem est contra ventum orientalem calamo mensurae
quingentos calamos in calamo mensurae per circuitum
17 et mensus est contra ventum aquilonem quingentos calamos in calamo mensurae per gyrum
18 et ad ventum australem mensus est quingentos calamos in calamo mensurae per circuitum
19 et ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensurae
20 per quattuor ventos mensus est illud
murum eius undique per circuitum
longitudine quingentorum cubitorum et latitudine quingentorum cubitorum
dividentem inter sanctuarium et vulgi locum
43 et duxit me ad portam quae respiciebat ad viam orientalem 40,6; 42,15
2 et ecce gloria Dei Israhel ingrediebatur per viam orientalem 11,23!
et vox erat ei quasi vox aquarum multarum 1,24; Is 28,2! Apc 1,15! IV Esr 6,17
et terra splendebat a maiestate eius Apc 18,1
3 et vidi visionem secundum speciem quam videram quando venit ut disperderet civitatem
et species secundum aspectum quem videram iuxta fluvium Chobar 3,23!
et cecidi super faciem meam
4 et maiestas Domini ingressa est templum per viam portae quae respiciebat ad orientem 11,23! 44,2
5 et levavit me spiritus et introduxit me in atrium interius 3,12; 8,3,4
et ecce repleta erat gloria Domini domus 44,4; Ex 40,32!
6 et audivi loquentem ad me de domo
et vir qui stabat iuxta me 7 dixit ad

AC ΣΛOSTMΦ k(s)cr
9 subter] super AOTk | 10 in faciem STc | 11 similitudinis[2] ASM | [*adest* s *usque ad* 43,17] | 13 uescentur CΣ; uestiuntur Φ | in[2] *om.* Ok., *cf.* 𝔐 | oblationes AOMΦk | 16 est *om.* S: ~ est autem Σc | 17 aquilonis c; *om.* S. | 20 illud *om.* Ac*Hi* | longitudinem AOSTMΦkc; longitudini s. | et[1]—cubitorum[2] *om.* CΣ | latitudinem AOTMΦc; latitudini s.: altitudinem S || **43**,2 uiam] portam CΣ. | 5 et eleuauit CΣc |

me
fili hominis locus solii mei et locus
vestigiorum pedum meorum
ubi habito in medio filiorum Israhel
in aeternum
20,39.40 et non polluent ultra domus Israhel
nomen sanctum meum
ipsi et reges eorum in fornicationi-
bus suis
et in ruinis regum suorum et in ex-
celsis
8 qui fabricati sunt limen suum iuxta
limen meum et postes suos iuxta
postes meos
et murus erat inter me et eos
et polluerunt nomen sanctum meum
in abominationibus quas fecerunt
propter quod consumpsi eos in ira
mea
9 nunc ergo repellant procul fornica-
tionem suam et ruinas regum suo-
rum a me
et habitabo in medio eorum semper
10 tu autem fili hominis ostende domui
Israhel templum
et confundantur ab iniquitatibus
suis et metiantur fabricam
11 et erubescant ex omnibus quae
fecerunt
figuram domus et fabricae eius
exitus et introitus et omnem descrip-
tionem eius
Dt 7,11! et universa praecepta eius cunctum-
que ordinem eius et omnes leges
eius ostende eis
et scribes in oculis eorum et custo-
diant omnes descriptiones eius et
praecepta illius et faciant ea
12 ista est lex domus in summitate
montis
omnes fines eius in circuitu sanctum
sanctorum est
haec ergo est lex domus
13 istae autem mensurae altaris
in cubito verissimo qui habebat cu-
bitum et palmum
in sinu eius erat cubitus et cubitus in
latitudine
et definitio usque ad labium eius
in circuitu palmus unus
haec quoque erat fossa altaris
14 et de sinu terrae usque ad crepidinem
novissimam duo cubiti et latitudo
cubiti unius
et a crepidine maiori usque ad cre-
pidinem minorem quattuor cubiti
et latitudo unius cubiti
15 ipse autem arihel quattuor cubito-
rum et ab arihel usque sursum
cornua quattuor
16 et arihel duodecim cubitorum in
longitudine per duodecim cubitos
latitudinis
quadrangulatum aequis lateribus
17 et crepido quattuordecim cubitorum
longitudinis per quattuordecim la-
titudinis in quattuor angulis eius
et corona in circuitu eius dimidii
cubitus
et sinus cius unius cubiti per circui-
tum
gradus autem eius versi ad orientem
18 et dixit ad me fili hominis haec dicit
Dominus Deus
hii sunt ritus altaris in quacumque
die fuerit fabricatum
ut offeratur super illud holocaustum
et effundatur sanguis
19 et dabis sacerdotibus Levitis qui sunt 44,15!
de semine Sadoc
qui accedunt ad me ait Dominus
Deus
ut offerant mihi vitulum de armento 19.20: Ex 29,36.37!
pro peccato

8 propterea quod A | 9 [*deest* k *usque ad* 44,25] | 11 et[3]] ut TMΦc | 12 montes A | omnis finis ΛSTc | est[3] *om.* Σ.; ~ est ergo MΦc | 13 cubitu[1] AOr; cubo T. | definitio + eius c | eius[2] – et c | 14 minore … maiorem c𝔐 | ~ cubiti unius c. | 15 usque + ad CΣSTc | 16 in] et AO | longitudinem AOSTMΦ | 17 quattuordecim[2] + cubitos c [*deest* s *usque ad* 44,9] | cubitus] cubiti ΣTΦc; cubitum S. | et[3] + in CΣ. | 19 sacerdotibus + atque Σ.; + et MΦc |

AC ΣΛOSTMΦ (ks)cr

45,19; Lv 8,15! 20 et adsumens de sanguine eius pones
super quattuor cornua eius
et super quattuor angulos crepidinis
et super coronam in circuitu
et mundabis illud et expiabis
Lv 16,3! 21 et tolles vitulum qui oblatus fuerit
pro peccato
et conbures illum in separato loco
domus extra sanctuarium
25! I Esr 6,17! 22 et in die secunda offeres hircum caprarum inmaculatum pro peccato
et expiabunt altare sicut expiaverunt
in vitulo
23 cumque conpleveris expians illud
23.24: Nm 7,15! offeres vitulum de armento inmaculatum
et arietem de grege inmaculatum
24 et offeres eos in conspectu Domini
Lv 2,13! et mittent sacerdotes super eos sal
et offerent eos holocaustum Domino
22! 45,23 25 septem diebus facies hircum pro peccato cotidie
46,6! Lv 23,18! et vitulum de armento et arietem de
pecoribus inmaculatos offerent
Ex 29,37 26 septem diebus expiabunt altare
et mundabunt illud et implebunt
manum eius
27 expletis autem diebus in die octava
et ultra
II Sm 6,17.18! facient sacerdotes super altare holocausta vestra et quae pro pace
offerunt
et placatus ero vobis ait Dominus
Deus
44 et convertit me ad viam portae
sanctuarii exterioris quae respiciebat ad orientem et erat clausa
2 et dixit Dominus ad me
porta haec clausa erit non aperietur
et vir non transiet per eam
43,4! quoniam Dominus Deus Israhel
ingressus est per eam eritque clausa
3 principi
princeps ipse sedebit in ea ut comedat panem coram Domino
per viam vestibuli portae ingredietur 46,2
et per viam eius egredietur
4 et adduxit me per viam portae aquilonis in conspectu domus
et vidi et ecce implevit gloria Domini 43,5!
domum Domini
et cecidi in faciem meam
5 et dixit ad me Dominus 40,4!
fili hominis pone cor tuum et vide
oculis tuis et auribus tuis audi
omnia quae ego loquor ad te de universis caerimoniis domus Domini
et de cunctis legibus eius
et pones cor tuum in viis templi per
omnes exitus sanctuarii
6 et dices ad exasperantem me domum
Israhel
haec dicit Dominus Deus 45,9
sufficiant vobis omnia scelera vestra
domus Israhel
7 eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde et incircumcisos
carne
ut sint in sanctuario meo et polluant 23,39; Act 21,28!
domum meam
et offertis panes meos adipem et
sanguinem
et dissolvitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris
8 et non servastis praecepta sanctuarii
mei
et posuistis custodes observationum
mearum in sanctuario meo vobismet ipsis
9 haec dicit Dominus Deus
omnis alienigena incircumcisus corde et incircumcisus carne non ingredietur sanctuarium meum Is 52,1!
omnis filius alienus qui est in medio
filiorum Israhel
10 sed et Levitae qui longe recesserunt

AC ΣΛOSTMΦ (s) cr 21 illut C.; illud Σ; eum c | 23 offerens ACOT | 27 facient + autem AO. | pace] peccato ΑΛΟ || **44**,2 transibit c | 3 ~ portae uestibuli c | 4 meam + et audiui uocem dicentis ad me benedicta gloria domini de loco suo CΣ | 5 exitus] exercitus CS | 7 et[2]] ut AO𝔐 | 10 [*adest* s *usque ad* 45,17] | et[1] *om.* AΣOsr | recesserant AO.

a me in errore filiorum Israhel
et erraverunt a me post idola sua et
portaverunt iniquitatem suam
Nm 3,25! 11 erunt in sanctuario meo aeditui et
ianitores portarum domus et minis-
tri domus
ipsi mactabunt holocaustosin et vic-
timas populi
Nm 16,9! et ipsi stabunt in conspectu eorum
ut ministrent eis
12 pro eo quod ministraverunt illis in
conspectu idolorum suorum
et facti sunt domui Israhel in offen-
diculum iniquitatis
idcirco levavi manum meam super
eos dicit Dominus Deus
et portaverunt iniquitatem suam
13 et non adpropinquabunt ad me ut
sacerdotio fungantur mihi
neque accedent ad omne sanctuari-
um meum iuxta sancta sanctorum
sed portabunt confusionem suam et
scelera sua quae fecerunt
14 et dabo eos ianitores domus
in omni ministerio eius et universis
quae fiunt in ea
40,46; 43,19; 48,11 15 sacerdotes autem Levitae filii Sadoc
qui custodierunt caerimonias sanc-
tuarii mei
cum errarent filii Israhel a me
ipsi accedent ad me ut ministrent
mihi
Lv 7,33! et stabunt in conspectu meo ut of-
ferant mihi adipem et sanguinem
ait Dominus Deus
16 ipsi ingredientur sanctuarium meum
et ipsi accedent ad mensam meam ut
ministrent mihi
et custodiant caerimonias meas
17 cumque ingredientur portas atrii in-
terioris vestibus lineis induentur
nec ascendet super eos quicquam la-
neum quando ministrant in portis
atrii interioris et intrinsecus
18 vittae lineae erunt in capitibus eo- Ex 39,26.27
rum
et feminalia linea erunt in lumbis Ex 28,42
eorum
et non accingentur in sudore
19 cumque egredientur atrium exterius 42,14!
ad populum
exuent se vestimenta sua in quibus
ministraverunt
et reponent ea in gazofilacio sanc-
tuarii
et vestient se vestimentis aliis
et non sanctificabunt populum in
vestibus suis
20 caput autem suum non radent neque Lv 19,27!
comam nutrient
sed tondentes adtondent capita sua
21 et vinum non bibet omnis sacerdos Lv 10,9
quando ingressurus est atrium in-
terius
22 et viduam et repudiatam non acci- Lv 21,14!
pient uxores sed virgines de semine
domus Israhel
sed et viduam quae fuerit vidua a
sacerdote accipient
23 et populum meum docebunt quid Lv 10,10.11!
sit inter sanctum et pollutum
et inter mundum et inmundum os-
tendent eis
24 et cum fuerit controversia stabunt in
iudiciis meis et iudicabunt
leges meas et praecepta mea in om- II Esr 10,29!
nibus sollemnitatibus meis custo-
dient
et sabbata mea sanctificabunt
25 et ad mortuum hominem non ingre- Lv 21,1–3!
dientur ne polluantur
nisi ad patrem et matrem et filium et
filiam et fratrem et sororem quae
alterum virum non habuit in qui-
bus contaminabuntur
26 et postquam fuerit emundatus sep-

11 holocausta et M c; holocausta sine ΣST; holocausto sine C | 12 dicit] ait S c | portabunt c | 13 omnem A | 14 et[2] + in c | fient c | 15 autem + et c | 17 ingredientur] egredientur AO | et *om.* CΣT | 19 uestimentis suis ΛSTM c | ministrauerant CSMΦ c; ministrauerint Λs r. | 25 [*adest* k *usque ad* 45,15] | habuerit c | contaminabantur CΣ. |

AC ΣΛOSTMΦ (k)s cr

tem dies numerabuntur ei
27 et in die introitus sui in sanctuarium
ad atrium interius
ut ministret mihi in sanctuario
offeret pro peccato suo ait Dominus
Deus
Nm 18,20! 28 erit autem eis hereditas
ego hereditas eorum
et possessionem non dabitis eis in
Israhel
ego enim possessio eorum
Lv 7,7! 29 victimam et pro peccato et pro delic-
to ipsi comedent
Nm 18,14! et omne votum in Israhel ipsorum
erit
Nm 18,12! 30 et primitiva omnium primogenitorum
et omnia libamenta ex omnibus quae
offeruntur sacerdotum erunt
et primitiva ciborum vestrorum da-
bitis sacerdoti
ut reponat benedictionem domui
suae
Lv 22,8! 31 omne morticinum et captum a bestia
de avibus et de pecoribus non com-
edent sacerdotes
1—7: 48,8–21 **45** cumque coeperitis terram dividere
Ex 35,5! sortito separate primitias Domino
sanctificatum de terra longitudine
viginti quinque milia et latitudine
decem milia
sanctificatum erit in omni termino
eius per circuitum
2 et erit ex omni parte sanctificatum
quingentos per quingentos quadri-
fariam per circuitum
et quinquaginta cubitis in subur-
bana eius per gyrum
3 et a mensura ista mensurabis longi-
tudinem viginti quinque milium et
latitudinem decem milium
et in ipso erit templum sanctumque
sanctorum
42,13! 4 sanctificatum de terra erit sacerdoti-
bus ministris sanctuarii qui acce-
dunt ad ministerium Domini
et erit eis locus in domos et in sanc-
tuarium sanctitatis
5 viginti quinque autem milia longitu-
dinis et decem milia latitudinis
erunt Levitis qui ministrant domui
ipsi possidebunt viginti gazofilacia
6 et possessionem civitatis dabitis
quinque milia latitudinis et longitu-
dinis viginti quinque milia
secundum separationem sanctuarii
omni domui Israhel
7 principi quoque hinc et inde in se-
parationem sanctuarii et in posses-
sionem civitatis
contra faciem separationis sanctuarii
et contra faciem possessionis urbis
a latere maris usque ad mare et a
latere orientis usque ad orientem
longitudinem autem iuxta unam-
quamque partium
a termino occidentali usque ad ter-
minum orientalem
8 de terra erit ei possessio in Israhel
et non depopulabuntur ultra princi- 46,18
pes populum meum
sed terram dabunt domui Israhel se- 47,13! 21
cundum tribus eorum
9 haec dicit Dominus Deus 44,6
sufficiat vobis principes Israhel
iniquitatem et rapinas intermittite
et iudicium et iustitiam facite Dt 33,21!
separate confinia vestra a populo
meo ait Dominus Deus
10 statera iusta et oephi iustum et batus Lv 19,36!
iustus erit vobis
11 oephi et batus aequalia et unius
mensurae erunt
ut capiat decimam partem chori batus 14
et decimam partem chori oephi
iuxta mensuram chori erit aequa
libratio eorum

AC ΣΛOSTMΦ ks cr

26 enumerabuntur C *Hi* | 27 ministrent AOSTMk | 28 non erit ΣΛSM c *Hi*. | 30 primitia[1] C.: primitie Σ | tuae cr. 𝔐 | **45**,1 diuidere + de AOk | latitudinem AOTΦ | 3 a *om*. CΣ | 7 longitudinis c. | partem M c *Hi* | 8 eis AOks | tribum AOk | 11 aequilibratio A *Hi*: aequi liberatio ΛS. |

Ex 30,13! 12 siclus autem viginti obolos habeat
porro viginti sicli et viginti quinque sicli et quindecim sicli minam facient
13 et haec sunt primitiae quas tolletis
sextam partem oephi de choro frumenti
et sextam partem oephi de choro hordei
14 mensura quoque olei batus olei decima pars chori est
11 et decem bati chorum faciunt quia decem bati implent chorum
15 et arietem unum de grege ducentorum
de his quae nutriunt Israhel in sacrificium et in holocaustum et in pacifica
ad expiandum pro eis ait Dominus Deus
16 omnis populus terrae tenebitur primitiis his principi in Israhel
II Par 2,4! 17 et super principem erunt holocausta et sacrificium et libamina
in sollemnitatibus et in kalendis et in sabbatis
in universis sollemnitatibus domus Israhel
Lv 7,2! II Mcc 12,43; Hbr 5,1! ipse faciat pro peccato sacrificium et holocaustum et pacifica ad expiandum pro domo Israhel
18 haec dicit Dominus Deus
Lv 16,16! in primo mense una mensis sumes vitulum de armento inmaculatum
et expiabis sanctuarium
43,20! 19 et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato
et ponet in postibus domus et in quattuor angulis crepidinis altaris
et in postibus portae atrii interioris
20 et sic facies in septima mensis
pro unoquoque qui ignoravit et errore deceptus est
et expiabitis pro domo
21 in primo mense quartadecima die mensis erit vobis paschae sollemnitas Nm 9,2.3!
septem diebus azyma comedentur Nm 28,17!
22 et faciet princeps in die illa pro se et pro universo populo terrae vitulum pro peccato Lv 16,3!
23 et in septem dierum sollemnitate faciet holocaustum Domino 43,25!
septem vitulos et septem arietes inmaculatos cotidie septem diebus
et pro peccato hircum caprarum cotidie
24 et sacrificium oephi per vitulum et oephi per arietem faciet et olei hin per singula oephi 46,5.7.11
25 septimo mense quintadecima die mensis in sollemnitate Lv 23,34!
faciet sicut supra dicta sunt per septem dies
tam pro peccato quam pro holocausto et in sacrificio et in oleo
46 haec dicit Dominus Deus
porta atrii interioris quae respicit ad orientem
erit clausa sex diebus in quibus opus fit Ex 20,9.10!
die autem sabbati aperietur sed et in die kalendarum aperietur
2 et intrabit princeps per viam vestibuli portae de foris 44,3
et stabit in limine portae
et facient sacerdotes holocaustum eius et pacifica eius II Sm 6,17.18!
et adorabit super limen portae et egredietur
porta autem non claudetur usque ad vesperam
3 et adorabit populus terrae ad ostium portae illius 9
in sabbatis et in kalendis coram Domino

12 habet T c *Hi* | mnam c | faciunt CΣΦ c *Hi* | 13 haec] hae M c | 15 de gregem Ak. | [*deest* k *usque ad* 47,9] | 16 principis Σ.; principii AO | 17 [*deest* s *usque ad* 46,2] | sabbatis + et S c | faciet ΣM c | 19 angulos AOS | 20 expiabis SMΦ c | 23 sollemnitatem ΣSTM | inmaculatus AS ‖ 46,2 [*adest* s *usque ad* 47,16] | ad uesperum AO |

AC ΣAOSTMΦ (ks) cr

Lv 3,6! 23,18! [4]holocaustum autem hoc offeret prin-
ceps Domino in die sabbati
sex agnos inmaculatos et arietem in-
maculatum
45,24! [5]et sacrificium oephi per arietem
agnis autem sacrificium quod dede-
rit manus eius
et olei hin per singula oephi
43,25! Nm 28,11! [6]in die autem kalendarum vitulum de
armento inmaculatum
et sex agni et aries inmaculati
erunt
11; 45,24! [7]et oephi per vitulum oephi quoque
per arietem faciet sacrificium
agnis autem sicut invenerit manus
eius
et olei hin per singula oephi
[8]cumque ingressurus est princeps per
viam vestibuli portae ingrediatur et
per eandem viam exeat
3 [9]et cum intrabit populus terrae in
conspectu Domini in sollemnitati-
bus
qui ingreditur per portam aquilonis
ut adoret egrediatur per viam por-
tae meridianae
porro qui ingreditur per viam portae
meridianae egrediatur per viam
portae aquilonis
non revertetur per viam portae per
quam ingressus est
sed e regione illius egredietur
[10]princeps autem in medio eorum cum
ingredientibus ingredietur et cum
egredientibus egredietur
[11]et in nundinis et in sollemnitatibus
7; 45,24! erit sacrificium oephi per vitulum et
oephi per arietem
agnis autem erit sacrificium sicut in-
venerit manus eius
et olei hin per singula oephi
II Sm 6,17.18! [12]cum autem fecerit princeps sponta-
neum holocaustum aut pacifica vo-
luntaria Domino
aperietur ei porta quae respicit ad
orientem
et faciet holocaustum suum et paci-
fica sua
sicuti fieri solet in die sabbati
et egredietur claudeturque porta
postquam exierit
[13]et agnum eiusdem anni inmaculatum I Sm 7,9!
faciet holocaustum cotidie Domino Sir 45,17; III Esr 4,52
semper mane faciet illud
[14]et sacrificium faciet super eo cata
mane mane sextam partem oephi
et de oleo tertiam partem hin ut mis- Ex 29,42
ceatur similae
sacrificium Domino legitimum iuge
atque perpetuum
[15]faciet agnum et sacrificium et oleum I Sm 7,9!
cata mane mane holocaustum sem-
piternum
[16]haec dicit Dominus Deus
si dederit princeps donum alicui de
filiis suis
hereditas eius filiorum suorum erit
possidebunt ea hereditarie
[17]si autem dederit legatum de heredi-
tate sua uni servorum suorum
erit illius usque ad annum remissio- Lv 25,28!
nis et revertetur ad principem
hereditas autem eius filiis eius erit
[18]et non accipiet princeps de hereditate 45,8
populi per violentiam et de posses-
sione eorum
sed de possessione sua hereditatem
dabit filiis suis
ut non dispergatur populus meus
unusquisque a possessione sua
[19]et introduxit me per ingressum qui 42,4
erat ex latere portae
in gazofilacia sanctuarii ad sacerdo-
tes quae respiciebant ad aquilo-
nem
et erat ibi locus vergens ad occiden-
tem
[20]et dixit ad me iste est locus ubi co- 40,39!

AC ΣΛOSTMΦs cr
5 arietem + de Λ; + in c | 6 aries ΣΛ r 𝔐 *Hi*] arietes *cet.* | 7 sacrificium + de c | 14 ~ faciet sacrificium c | cata mane *om.* A. | mane[2] *om.* ΣOST | 15 mane[2] *om.* AO | 16 eam OTMsc |

quent sacerdotes pro delicto et pro peccato
ubi coquent sacrificium ut non efferant in atrio exteriori et sanctificetur populus
21 et eduxit me in atrium exterius et circumduxit me per quattuor angulos atrii
et ecce atriolum erat in angulo atrii
atriola singula per angulos atrii
22 in quattuor angulos atrii atriola disposita
quadraginta cubitorum per longum et triginta per latum
mensurae unius quattuor erant
23 et paries per circuitum ambiens quattuor atriola
et culinae fabricatae erant subter porticus per gyrum
24 et dixit ad me haec est domus culinarum
in qua coquent ministri domus Domini victimas populi
47 et convertit me ad portam domus
12; Ioel 3,18; Za 14,8 et ecce aquae egrediebantur subter limen domus ad orientem
facies enim domus respiciebat ad orientem
Apc 22,1 aquae autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris
40,35 2 et eduxit me per viam portae aquilonis
et convertit me ad viam foras portam exteriorem viam quae respiciebat ad orientem
et ecce aquae redundantes a latere dextro
3 cum egrederetur vir ad orientem qui
40,31 habebat funiculum in manu sua
et mensus est mille cubitos
et transduxit me per aquam usque ad talos
4 rursumque mensus est mille
et transduxit me per aquam usque ad genua
5 et mensus est mille
et transduxit me per aquam usque ad renes
et mensus est mille torrentem quem non potui pertransire
quoniam intumuerant aquae profundae torrentis qui non potest transvadari
6 et dixit ad me certe vidisti fili hominis
et duxit me et convertit ad ripam torrentis
7 cumque me convertissem ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraque parte
8 et ait ad me
aquae istae quae egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis et descendunt ad plana deserti
intrabunt mare et exibunt et sanabuntur aquae
9 et omnis anima vivens quae serpit quocumque venerit torrens vivet
et erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquae istae et sanabuntur
et vivent omnia ad quae venerit torrens
10 vivent et stabunt super illa piscatores ab Engaddi usque ad Engallim
siccatio sagenarum erunt
plurimae species erunt piscium eius sicut pisces maris magni multitudinis nimiae
11 in litoribus autem eius et in palustribus non sanabuntur quia in salinas dabuntur
12 et super torrentem orietur in ripis eius ex utraque parte omne lignum pomiferum Apc 22,2
non defluet folium ex eo et non de- Ps 1,3!

AC ΣΛOS(T)M Φ(k)s cr

20 ~ pro peccato et pro delicto c; + et CΣ. | in atrium exterius S c: in atrium exteriori T. | 22 angulis ΛΦs c | 23 subter] super AΣTs || **47**,1 templi + a CΣ. | 5 pertransire] transire C | profundi c. | 6 filii A | et eduxit M c; + ad C | 8 orientales CΛ. | ad mare CΣ. | 9 [*adest* k *usque ad* 48,10] | 10 uiuent *om.* c *Hi* | super illas c; super illam T | erunt[1]] erit c | 11 palustribus] plaustribus CΣ | [*deest* T *usque* 48,35] |

ficiet fructus eius
per singulos menses adferet primi-
1! tiva quia aquae eius de sanctuario
egredientur
IV Esr 7,123 et erunt fructus eius in cibum et fo-
lia eius ad medicinam
13 haec dicit Dominus Deus
21: 45,8; 48,29 hic est terminus in quo possidebitis
terram
in duodecim tribubus Israhel quia
Ioseph duplicem funiculum habet
14 possidebitis autem eam singuli ae-
que ut frater suus
Ex 6,8! quam levavi manum meam ut da-
rem patribus vestris
et cadet terra haec vobis in possessio-
nem
15—17: 48,1: Nm 34,7–9 15 hic est autem terminus terrae ad
plagam septentrionalem
a mari magno via Bethalon venien-
tibus Sadada
16 Emath Berotha Sabarim quae est
inter terminum Damasci et confi-
nium Emath
domus Atticon quae est iuxta ter-
minos Auran
17 et erit terminus a mari usque ad at-
rium Aenon terminus Damasci
et ab aquilone ad aquilonem
et terminus Emath plaga autem sep-
tentrionalis
Nm 34,10–12! 18 porro plaga orientalis de medio
Auran et de medio Damasci
et de medio Galaad et de medio
terrae Israhel
Iordanis disterminans ad mare ori-
entale
metiemini etiam plagam orientalem
48,28: Nm 34,4.5 19 plaga autem australis meridiana a
Thamar usque ad aquas Contradic-
tionis Cades
et torrens usque ad mare magnum et
plaga ad meridiem australis
20 et plaga maris mare magnum a con-
finio per directum donec venias
Emath haec est plaga maris
21 et dividetis terram istam vobis per 13! 45,8
tribus Israhel
22 et mittetis eam in hereditatem vobis
et advenis qui accesserint ad vos
qui genuerint filios in medio ves-
trum
et erunt vobis sicut indigenae inter
filios Israhel
vobiscum divident possessionem in
medio tribuum Israhel
23 in tribu autem quacumque fuerit
advena
ibi dabitis possessionem illi ait Do-
minus Deus
48 et haec nomina tribuum a finibus 47,15–17
aquilonis iuxta viam Aethlon per-
gentibus Emath
atrium Aenon terminus Damasci ad
aquilonem iuxta Emath
et erit ei plaga orientalis mare Dan
una
2 et ad terminum Dan a plaga orientali
usque ad plagam maris Aser una
3 et super terminum Aser a plaga ori-
entali usque ad plagam maris Nep-
thalim una
4 et super terminum Nepthalim a
plaga orientali usque ad plagam
maris Manasse una
5 et super terminum Manasse a plaga
orientali usque ad plagam maris
Ephraim una
6 et super terminum Ephraim a plaga
orientali usque ad plagam maris
Ruben una
7 et super terminum Ruben a plaga
orientali usque ad plagam maris
Iuda una

AC ΣΛOSMΦ k(ls) cr

12 adferent AOk. | 14 suus – super ΛMΦs(*vid.*)c | 15 hethalon cr𝔐 *Hi* | sedada c | 16 inter] in AΣOSMΦk | termino[1] S.; terminos CΣ | [*deest* s *usque ad* 48,6] | atticon] tichon c | terminum[2] Sc | 17 et[3] *om.* Mc | autem *om.* c | 18 orientale] orientalem AOk | 19 et[2] – haec est c*Hi* | 20 a *om.* CS | **48**,1 aethlon] hethalon c; aethalon Mk; methalon Φ | aenon] enan c | iuxta[2] – uiam c. | 2 ad[1]] super c.; a S | 3 a *om.* C | 6 [*adest* s *usque ad v.* 23] | 7 [*adest* l *passim usque ad v.* 35] |

8—21: 45,1–7 [8]et super terminum Iuda a plaga ori-
entali usque ad plagam maris
erunt primitiae quas separabitis vi-
ginti quinque milibus latitudinis
et longitudinis sicuti singulae partes
a plaga orientali usque ad plagam
maris
et erit sanctuarium in medio eius
[9]primitiae quas separastis Domino
longitudo viginti quinque milibus et
latitudo decem milibus
[10]hae autem erunt primitiae sanctuarii
sacerdotum
ad aquilonem viginti quinque milia
et ad mare latitudinis decem milia
sed et ad orientem latitudinis decem
milia et ad meridiem longitudinis
viginti quinque milia
et erit sanctuarium Domini in medio
eius
44,15! [11]sacerdotibus sanctuarium erit de fi-
liis Sadoc
qui custodierunt caerimonias meas
et non erraverunt cum errarent filii
Israhel
sicut erraverunt et Levitae
[12]et erunt eis primitiae de primitiis
terrae
sanctum sanctorum iuxta terminum
Levitarum
[13]sed et Levitis similiter iuxta fines sa-
cerdotum
viginti quinque milia longitudinis et
latitudinis decem milia
omnis longitudo viginti et quinque
milium et latitudo decem milium
Lv 27,28! [14]et non venundabunt ex eo neque
mutabunt
nec transferentur primitiae terrae
quia sanctificatae sunt Domino
[15]quinque milia autem quae supersunt
in latitudine per viginti quinque
milia
profana erunt urbis in habitaculum
et in suburbana et erit civitas in
medio eius
[16]et heae mensurae eius
ad plagam septentrionalem quin-
genti et quattuor milia
et ad plagam meridianam quingenti
et quattuor milia
et ad plagam orientalem quingenti
et quattuor milia
et ad plagam occidentalem quingenti
et quattuor milia
[17]erunt autem suburbana civitatis ad
aquilonem ducenti quinquaginta
et in meridie ducenti quinquaginta
et ad orientem ducenti quinquaginta
et ad mare ducenti quinquaginta
[18]quod autem reliquum fuerit in lon-
gitudine secundum primitias sanc-
tuarii
decem milia in orientem et decem
milia ad occidentem
erunt sicut primitiae sanctuarii
et erunt fruges eius in panes his qui
serviunt civitati
[19]servientes autem civitati operabun-
tur ex omnibus tribubus Israhel
[20]omnes primitiae viginti quinque mi-
lium per viginti quinque milia in
quadrum separabuntur
in primitias sanctuarii et possessio-
nem civitatis
[21]quod autem reliquum fuerit princi-
pis erit
ex omni parte primitiarum sanctua-
rii et possessionis civitatis
e regione viginti quinque milium
primitiarum usque ad terminum
orientalem
sed et ad mare e regione viginti
quinque milium usque ad termi-

9 separabitis OMΦk c | 10 haec CΣSMΦs r | aquilonem ACΦls r 𝔐] longitudinis *cet.* | [*deest* k *usque ad v.* 35] | 14 nec] neque Σ c | transferuntur AOS | 16 heae CΣΛ] hae AOMΦl cr; hec S | quingenta[1] Φ c; quinquaginta M | quingenta[2.3.4] MΦ c | 17 ducenta *quater* MΦl c | in] ad c | meridiem CΛSMΦl cr | 18 in longitudinem ΛO | ad] in CΣM c | 20 et + in s(*vid.*) c |

AC ΣΛOSMΦ (k)ls cr

num maris
similiter in partibus principis erit
et erunt primitiae sanctuarii et
sanctuarium templi in medio eius
22 de possessione autem Levitarum et de
possessione civitatis in medio par-
tium principis
erit inter terminum Iuda et inter ter-
minum Beniamin et ad principem
pertinebit
23 et reliquis tribubus a plaga orientali
usque ad plagam occidentalem
Beniamin una
24 et contra terminum Beniamin a
plaga orientali usque ad plagam
occidentalem Symeon una
25 et super terminum Symeonis a plaga
orientali usque ad plagam occiden-
tis Issachar una
26 et super terminum Issachar a plaga
orientali usque ad plagam occiden-
talem Zabulon una
27 et super terminum Zabulon a plaga
orientali usque ad plagam maris
Gad una
47.19! 28 et super terminum Gad ad plagam
austri in meridiem
et erit finis de Thamar usque ad
aquas Contradictionis Cades here-
ditas contra mare magnum
29 haec est terra quam mittetis in sor- 47.13!
tem tribubus Israhel
et hae partitiones earum ait Domi-
nus Deus
30 et hi egressus civitatis
a plaga septentrionali quingentos et
quattuor milia mensurabis
31 et portae civitatis in nominibus tri- 31—34: Apc 21.12.13
buum Israhel
portae tres a septentrione porta Ru-
ben una porta Iudae una porta
Levi una
32 et ad plagam orientalem quingentos
et quattuor milia
et portae tres porta Ioseph una porta
Beniamin una porta Dan una
33 et ad plagam meridianam quingen-
tos et quattuor milia metieris
portam Symeonis unam portam Issa-
char unam portam Zabulon unam
34 et ad plagam occidentalem quingen-
ti et quattuor milia
portae eorum tres porta Gad una por-
ta Aser una porta Nepthalim una
35 per circuitum decem et octo milia
et nomen civitatis ex illa die Domi- Is 60.14!
nus ibidem

EXPLICIT LIBER

HIEZECHIELIS PROPHETAE

AC ΣΛOSMΦI (s) cr

22 principis + et AO | inter[1] Cs cr 𝔐] inter in l.: in *cet.* | inter[2] Cs cr 𝔐] in *cet.* | 23 [*deest* s *usque ad v.* 35] | 25 occidentalem c; orientis S | 28 in meridie M c | 29 tribus CΣSI | hae] haec CΣS | 31 in] ex c *Hi*; *om.* Φ. | iuda AOΦI cr; *om.* S. | 33 metieris + et portae tres c 𝔐 | porta ... una *ter* ΣSMΦI c | 34 quingentos c; quinquaginta M | milia + et c | 35 ibidem + amen ΛΛOMI ||

INCIPIT PROLOGUS HIERONYMI IN DANIHELE PROPHETA

Danihelem prophetam iuxta Septuaginta interpretes Domini Salvatoris ecclesiae non legunt, utentes Theodotionis editione, et hoc cur acciderit nescio. Sive enim, quia sermo chaldaicus est et quibusdam proprietatibus a nostro eloquio discrepat, noluerunt Septuaginta interpretes easdem lineas in translatione servare, sive sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis chaldeam linguam sciente editus liber est, sive aliud quid causae extiterit ignorans, hoc unum adfirmare possum, quod multum a veritate discordet et recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe Danihelem maxime et Ezram hebraicis quidem litteris, sed chaldaico sermone conscriptos, et unam Hieremiae pericopen, Iob quoque cum arabica lingua habere plurimam societatem.

Denique et ego adulescentulus, post Quintiliani et Tullii lectionem ac flores rethoricos, cum me in linguae huius pistrinum reclusissem et multo sudore multoque tempore vix coepissem halantia stridentiaque verba resonare et quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicere, inpegi novissime in Danihelem et tanto taedio affectus sum, ut desperatione subita omnem veterem laborem voluerim contemnere. Verum, adhortante me Hebraeo et illud mihi sua lingua crebrius ingerente: «labor omnia vicit Vergil. Georg. 1.146
inprobus», qui mihi videbar sciolus inter eos, coepi rursum discipulus esse chaldaicus. Et ut vere fatear, usque ad praesentem diem magis possum sermonem chaldeum legere et intellegere quam sonare.

Haec idcirco, ut difficultatem vobis Danihelis ostenderem, qui apud Hebraeos nec Susannae habet historiam nec hymnum trium puerorum nec Belis draconisque fabulas, quas nos, quia in toto orbe dispersae sunt, veru ante posito easque iugulante subiecimus, ne videremur apud inperitos magnam partem voluminis detruncasse. Audivi ego quendam de praeceptoribus Iudaeorum, cum Susannae derideret historiam et a Graeco nescio quo diceret esse confictam, illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, ετυμολογιας has απο του σχινου σχισαι και απο του πρινου πρισαι de grae- Dn 13,54–59
co sermone descendere. Cuius rei nos intellegentiam nostris hanc possumus dare, ut verbi gratia dicamus ab arbore ilice dixisse eum «ilico pereas» et a lentisco «in lentem te comminuat angelus» vel «non lente pereas» aut «lentus, id est flexibilis, duca-

Prologus. *Citantur* AC *et* ΣΛOSZMΦIs (= f *apud* r) *ac* c (*edd.* 1593 *et* 1598) r. *Tit.* eiusdem in danielem praefatio c | 1 [*deest* s *usque ad* 23] | danielum CΣ | 2 editionem CΣ | 4 easdem + linguae SΦ c | 5 chaldaeicam AO | 6 scientem CΣ | ∼ est liber Σ c | 8 quippe + est c | chaldaeo c. | 9 unum S; una CΣ | 10 ∼ plurimam habere c | 13 anhelantia CΣZ c; mahellantia S. | 14 aspicerem SMΦ c | 15 ∼ laborem ueterem c | uoluerim contemnere] contemnerem CΣ. | 16 me] quodam O; + quodam c | crebrius in sua lingua c. | uincit c; uincet S; ∼ improbus omnia uincit c | 17 qui] et qui c | eos] hebraeos c | ∼ esse discipulus c. | 18 uerum c | chaldaicum AOZΦ cr | 20 idcirco refero c | 22 uerum CΣO | anteposito c; ante disposito AO | 23 [*adest* s *usque ad* 42] | 25 quo + eam c. | 26 ετοιμολογιας r *cum archetypo varie ab antiquariis corrupto* | σχοινου σχοισαι c | 27 cui rei CΣI | ∼ uerbi gratia ut CΣ. | 28 ab] de c. | ilico + et s; ilic AO.; illic et SZ; ilicet Λ; licet C; uel ilico Φ | in lente A | 29 comminuit AS. |

AC
ΣΛOSZMΦ
I(s) cr

ris ad mortem» sive aliud quid ad arboris nomen conveniens. Deinde tantum fuisse
Dn 3,51–90 otii tribus pueris cavillabatur, ut in camino aestuantis incendii metro luderent et per
ordinem ad laudem Dei elementa omnia provocarent, aut quod miraculum divinae-
Dn 14,26.1–21 que adspirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis vel sacerdotum Belis
machinas deprehensas, quae magis prudentia sollertis viri quam prophetali essent spi-
Dn 14,32–38 ritu perpetrata. Cum vero ad Abacuc venerat et de Iudaea ad Chaldeam raptum dis-
coforum lectitabat, quaerebat exemplum, ubi legissemus in toto Veteri Testamento
quemquam sanctorum gravi volasse corpore et in puncto horae tanta terrarum spatia
transisse. Cui cum quidam e nostris satis promptulus ad loquendum Hiezecihel ad-
Ez 8,3 duxisset in medium et diceret eum de Chaldea in Iudeam fuisse translatum, derisit
hominem et ex ipso volumine demonstravit Hiezecihelem in spiritu se vidisse trans-
positum. Denique et Apostolum nostrum, videlicet ut eruditum virum et qui Legem
ab Hebraeis didicisset, non fuisse ausum adfirmare se raptum in corpore, sed dixisse:
II Cor 12,2 «Sive in corpore sive extra corpus, nescio, Deus scit». His et talibus argumentis apo-
cryfas in libro Ecclesiae fabulas arguebat.

Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo non haberi Danihelem apud Hebraeos inter Prophetas, sed inter eos qui Agiografa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis Scriptura dividitur, in Legem, in Prophetas, in Agiografa, id est, in quinque et octo et undecim libros; de quo non est huius temporis disserere. Quae autem ex hoc propheta, immo contra hunc librum, Porfyrius obiciat, testes sunt Methodius, Eusebius, Apollinaris, qui multis versuum milibus eius vesaniae respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Unde obsecro vos, o Paula et
II Pt 1,13 Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces, ut quamdiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, utile Ecclesiae, dignum posteris. Praesentium quippe iudiciis non satis moveor, qui in utramque partem aut amore labuntur aut odio.

EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT LIBER DANIHELIS PROPHETAE

Ier 25,1! Anno tertio regni Ioachim re-
II Par 36,6.7! gis Iuda venit Nabuchodo-
nosor rex Babylonis Hieru-
salem et obsedit eam
[2]et tradidit Dominus in manu eius
Ioachim regem Iudae
et partem vasorum domus Dei
et asportavit ea in terram Sennaar in
domum dei sui
et vasa intulit in domum thesauri dei
sui
[3]et ait rex Asfanaz praeposito eunu-
chorum suorum
ut introduceret de filiis Israhel Is 39,7
et de semine regio et tyrannorum
[4]pueros in quibus nulla esset ma-
cula
decoros forma et eruditos omni sa-
pientia
cautos scientia et doctos disciplina
et qui possent stare in palatio regis

AC ΣΛOSZMΦ (ls) cr
30 ab arboris nomine CΣ.; arboris nomen Z | 31 aestuantes SZs | 32 ~ omnia elementa c | 34 sollertia prudentis CΣZ | 35 uenerit S.; ueniret c | ad[2]] in c | 36 lectitaret c | 38 ~ ad loquendum promptulus c | hiezechielem M c | 42 [*deest* s *usque ad* 55] | 47 diuidatur AO.: diu diuiditur S. | prophetas + et c. | 48 et in undecim Φ c | 50 methodius + et CΣl(*vid.*) | eusebius + et CΣ c | apollinarius c. | 51 [*deest* l *usque ad* 55] | 52 ~ preces ad dominum CΣ. | 54 iudiciis + oblatrantium c | qui] quae AΣΛZΦ | labuntur] laudabuntur CΣ ||

Danihel. *Citantur* AC *et* ΣΛOSZMΦls (= ſ *apud* r) *ac* cr [*Hi* = *Hieronymus, in Danielem*]. *Tit.* prophetia danielis c || **1,1** [*adsunt passim* s *usque ad* 2,1 *et* l *usque ad* 3,73] | ioiachim r; ioakim c. | babylonis + in s c | 2 ioiachim r; ioiacim s.: ioakim c. | iuda c | dei[1]] domini CΣ | 3 arfanaz AO | suorum *om.* Φ c | 4 possint CZ; possunt Σ |

ut doceret eos litteras et linguam
Chaldeorum
10; IV Rg 25,30 5 et constituit eis rex annonam per singulos dies
Idt 12,1 de cibis suis et de vino unde bibebat
ipse
ut enutriti tribus annis postea starent
in conspectu regis
6 fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda
19; 2,17! I Mcc 2,59 Danihel Ananias Misahel et Azarias
7 et inposuit eis praepositus eunuchorum nomina
Daniheli Balthasar et Ananiae Sedrac Misaheli Misac et Azariae Abdenago
8 proposuit autem Danihel in corde
suo
Tb 1,12! Idt 12,2 ne pollueretur de mensa regis neque
de vino potus eius
et rogavit eunuchorum praepositum
ne contaminaretur
9 dedit autem Deus Daniheli gratiam
Gn 39,21! et misericordiam in conspectu principis eunuchorum
10 et ait princeps eunuchorum ad Danihel
timeo ego dominum meum regem
5! qui constituit vobis cibum et potum
qui si viderit vultus vestros macilentiores prae ceteris adulescentibus
coaevis vestris
condemnabitis caput meum regi
11 et dixit Danihel ad Malassar quem
constituerat princeps eunuchorum
super Danihel Ananiam Misahel et
Azariam
12 tempta nos obsecro servos tuos diebus decem
et dentur nobis legumina ad vescendum et aqua ad bibendum
13 et contemplare vultus nostros et vultus puerorum qui vescuntur cibo regio
et sicut videris facies cum servis tuis
14 qui audito sermone huiuscemodi
temptavit eos diebus decem
15 post dies autem decem apparuerunt
vultus eorum meliores et corpulentiores
prae omnibus pueris qui vescebantur cibo regio
16 porro Malassar tollebat cibaria et
vinum potus eorum dabatque eis
legumina
17 pueris autem his dedit Deus scientiam et disciplinam in omni libro 5,12!
et sapientiam
Daniheli autem intellegentiam omnium visionum et somniorum
18 conpletis itaque diebus post quos
dixerat rex ut introducerentur
introduxit eos praepositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor
19 cumque locutus eis fuisset rex non
sunt inventi de universis tales
ut Danihel Ananias Misahel et Aza- 6!
rias
et steterunt in conspectu regis Gn 41,46
20 et omne verbum sapientiae et intellectus quod sciscitatus est ab eis rex
invenit in eis decuplum super cunctos ariolos et magos
qui erant in universo regno eius
21 fuit autem Danihel usque ad annum 6,28
primum Cyri regis
2 in anno secundo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor som- 1.2: 4,1–3
nium
et conterritus est spiritus eius et som- 1.2: Gn 41,8!
nium eius fugit ab eo
2 praecepit ergo rex ut convocarentur 5,7
arioli et magi et malefici et Chaldei
et indicarent regi somnia sua 6!

4 docerent CΣ | 6 et *om.* CSΦ | 7 et[2] *om.* Λ c | 10 ad danihelem ZMΦ c; danieli Σ | adulescentulis CΣ | 11 super danielem c; super danielum Σ. | misaelem c | 13 uescentur C; + de AOS | uideris + sic CΣΛ | 17 libro] uerbo A | sapientia CΣΛ c | 19 ~ locutus fuisset eis SI; ~ eis loc. fuisset c | ~ tales de uniuersis c | 21 regis + persarum C || **2**,1 [*deest* s *usque ad v.* 10] | 2 ergo] autem Φ c | et[1] *om.* CΣ | et[4]] ut Φ c𝔐 |

AC
ΣAOSZMΦ
l(s) cr

qui cum venissent steterunt coram rege [3]et dixit ad eos rex
vidi somnium et mente confusus ignoro quid viderim
3,9 [4]responderuntque Chaldei regi syria-
5,10! II Esr 2,3! ce rex in sempiternum vive
7 dic somnium servis tuis et interpretationem eius indicabimus
8 [5]et respondens rex ait Chaldeis sermo recessit a me
3,96 nisi indicaveritis mihi somnium et coniecturam eius
peribitis vos et domus vestrae publicabuntur
5,7! [6]si autem somnium et coniecturam eius narraveritis
praemia et dona et honorem multum accipietis a me
2; 4,6 somnium igitur et interpretationem eius indicate mihi
[7]responderunt secundo atque dixerunt
4 rex somnium dicat servis suis
et interpretationem illius indicabimus
[8]respondit rex et ait
certo novi quia tempus redimitis
5 scientes quod recesserit a me sermo
[9]si ergo somnium non indicaveritis mihi una est de vobis sententia
quod interpretationem quoque fallacem et deceptione plenam conposueritis
ut loquamini mihi donec tempus pertranseat
somnium itaque dicite mihi ut sciam
quod interpretationem quoque eius veram loquamini
[10]respondentes ergo Chaldei coram rege dixerunt
non est homo super terram qui sermonem tuum rex possit implere
sed neque regum quisquam magnus et potens verbum huiuscemodi
sciscitatur ab omni ariolo et mago et Chaldeo
[11]sermo enim quem tu rex quaeris gravis est
nec repperietur quisquam qui indicet Gn 40,8!
illum in conspectu regis
exceptis diis quorum non est cum hominibus conversatio
[12]quo audito rex in furore et in ira 3,19
magna
praecepit ut perirent omnes sapientes Babylonis
[13]et egressa sententia sapientes interficiebantur
quaerebaturque Danihel et socii eius ut perirent
[14]tunc Danihel requisivit de lege atque sententia
ab Arioch principe militiae regis
qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis
[15]et interrogavit eum qui a rege acceperat potestatem
quam ob causam tam crudelis sententia a facie esset regis egressa
cum ergo rem indicasset Arioch Daniheli
[16]Danihel ingressus rogavit regem
ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi
[17]et ingressus est domum suam
Ananiaeque Misaheli et Azariae so- 1,6!
ciis suis indicavit negotium 17.18: 3,88
[18]ut quaererent misericordiam a facie Dei caeli super sacramento isto
et non perirent Danihel et socii eius cum ceteris sapientibus Babylonis
[19]tunc Daniheli per visionem nocte mysterium revelatum est
et Danihel benedixit Deo caeli [20]et

AC ΣΛΟSZMΦ l(s) cr

4 responderunt C *Hi* | 5 et[1] *om.* CΣ | 8 certe ΣSΦ c | quia] quod l(*vid.*) c | 9 deceptionem AOS | 10 {*adest* s *usque ad v.* 20} | et[2] *om.* CΣ | 11 ~ quaeris rex c | illud C | 12 in[2] *om.* AO | 13 quaerebanturque AΣOl c | 14 principem militiae ASl | 15 ~ potestatem acceperat c | ~ regis esset c | 17 ananiaeque + et c | 19 ~ mysterium per uisionem nocte c | ~ benedixit daniel c. | deum Sl(*vid.*) c |

locutus ait
Ps 112,2! sit nomen Domini benedictum a saeculo et usque in saeculum
Prv 8,14 quia sapientia et fortitudo eius sunt
7,25 21 et ipse mutat tempora et aetates
Prv 8,15.16! transfert regna atque constituit
dat sapientiam sapientibus et scientiam intellegentibus disciplinam
28! 13,42 22 ipse revelat profunda et abscondita
Ps 138,12 et novit in tenebris constituta et lux cum eo est
I Esr 10,11! 23 tibi Deus patrum meorum confiteor teque laudo
quia sapientiam et fortitudinem dedisti mihi
et nunc ostendisti mihi quae rogavimus te
quia sermonem regis aperuisti nobis
24 post haec Danihel ingressus ad Arioch
quem constituerat rex ut perderet sapientes Babylonis
sic ei locutus est
sapientes Babylonis ne perdas
introduc me in conspectu regis et solutionem regi enarrabo
5,13; 6,13 25 tunc Arioch festinus introduxit Danihelem ad regem et dixit ei
inveni hominem de filiis transmigrationis Iudae qui solutionem regi adnuntiet
5,12! 26 respondit rex et dixit Daniheli cuius nomen erat Balthasar
putasne vere potes indicare mihi somnium quod vidi et interpretationem eius
27 et respondens Danihel coram rege ait
mysterium quod rex interrogat
4,4! sapientes magi et arioli et aruspices non queunt indicare regi
22; Gn 40,8 28 sed est Deus in caelo revelans mysteria
qui indicavit tibi rex Nabuchodonosor 10,14; Gn 49,1!
quae ventura sunt novissimis temporibus
somnium tuum et visiones capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt
29 tu rex cogitare coepisti in stratu tuo quid esset futurum post haec
et qui revelat mysteria ostendit tibi quae ventura sunt Gn 41,25! Apc 1,1!
30 mihi quoque non in sapientia quae est in me
plus quam in cunctis viventibus sacramentum hoc revelatum est
sed ut interpretatio regi manifesta fieret
et cogitationes mentis tuae scires
31 tu rex videbas et ecce quasi statua una grandis
statua illa magna et statura sublimis stabat contra te
et intuitus eius erat terribilis
32 huius statuae caput ex auro optimo erat
pectus autem et brachia de argento
porro venter et femora ex aere 33 tibiae autem ferreae
pedum quaedam pars erat ferrea quaedam fictilis
34 videbas ita donec abscisus est lapis sine manibus 34.35: 45!
et percussit statuam in pedibus eius ferreis et fictilibus et comminuit eos
35 tunc contrita sunt pariter ferrum testa aes argentum et aurum
et redacta quasi in favillam aestivae areae rapta sunt vento
nullusque locus inventus est eis
lapis autem qui percusserat statuam factus est mons magnus et implevit

20 [*deest* s *usque ad v.* 30] | 21 transferet C | constituet ACΣΦ | 23 meorum] nostrorum OMlc | 24 ingressus + est A; regressus Σ | babylonis¹ + et A | narrabo CΣΛSΦlcr | 25 danihel C | iuda c.; iudeae CΣZ | 26 ~ mihi indicare c | 27 et² *om.* c. | nequeunt c | 28 sunt¹] sint CΣOΦ; + in c | 30 [*adest* s *usque ad v.* 39] | 32 femora] femina CSsr; feminalia Σ. | 33 quaedam² + autem c | 34 abscissus c. | lapis + de monte AMc | 35 in fauilla C | areae + quae AΦc |

AC ΣΛOSZMΦ l(s) cr

universam terram
Gn 40,12 36 hoc est somnium
interpretationem quoque eius dicemus coram te rex
5,18 37 tu rex regum es
et Deus caeli regnum fortitudinem et imperium et gloriam dedit tibi
38 et omnia in quibus habitant filii hominum et bestiae agri volucresque caeli dedit in manu tua
Est 13,9! et sub dicione tua universa constituit tu es ergo caput aureum
39 et post te consurget regnum aliud minus te
et regnum tertium aliud aereum quod imperabit universae terrae
40 et regnum quartum erit velut ferrum
quomodo ferrum comminuit et domat omnia
sic comminuet omnia haec et conteret
41 porro quia vidisti pedum et digitorum partem testae figuli et partem ferream
regnum divisum erit
quod tamen de plantario ferri orietur
secundum quod vidisti ferrum mixtum testae ex luto
42 et digitos pedum ex parte ferreos et ex parte fictiles
ex parte regnum erit solidum et ex parte contritum
43 quia autem vidisti ferrum mixtum testae ex luto
commiscebuntur quidem humano semine sed non adherebunt sibi
sicuti ferrum misceri non potest testae
44 in diebus autem regnorum illorum
6,26! 7,18.27; Apc 11,15 suscitabit Deus caeli regnum quod in aeternum non dissipabitur
et regnum eius populo alteri non tradetur
comminuet et consumet universa regna haec I Cor 15,24
et ipsum stabit in aeternum
45 secundum quod vidisti quod de monte abscisus est lapis sine manibus 34.35; IV Esr 13,6
et comminuit testam et ferrum et aes et argentum et aurum
Deus magnus ostendit regi quae futura sunt postea Gn 41,25!
et verum est somnium et fidelis interpretatio eius
46 tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam et Danihelum adoravit
et hostias et incensum praecepit ut sacrificarent ei Act 14,12
47 loquens ergo rex ait Daniheli
vere Deus vester Deus deorum est et Dt 10,17!
Dominus regum et revelans mysteria IV Esr 10,38
quoniam potuisti aperire sacramentum hoc
48 tunc rex Danihelum in sublime extulit
et munera multa et magna dedit ei
et constituit eum principem super omnes provincias Babylonis 5,11; Gn 41,41!
et praefectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis
49 Danihel autem postulavit a rege
et constituit super opera provinciae Babylonis
Sedrac Misac et Abdenago 3,12.97
ipse autem Danihel erat in foribus regis
3 Nabuchodonosor rex fecit statuam auream
altitudine cubitorum sexaginta latitudine cubitorum sex

AC ΣΛOSZMΦ l(s) cr 37 regnum + et AΣΛO c | 38 bestias AO r | uolucres quoque c | 39 [*deest* s *usque ad* 3,1] | te ^{2} + argenteum c. | 40 comminuit] comminuet Al | ~ et conteret omnia haec c | 42 fictiles + et A | 43 quia] quod c; quomodo S. | ~ non potest misceri CΦl r | testae ^{2}] terrae CΣ. | 44 ~ alteri populo c | comminuet + autem Φ c | 45 abscissus c | testa C | futura] uentura Z c | sint AΛOZ | 46 danihelem ZMΦ c; danihel S | 47 misterium C | quoniam + tu c | ~ hoc sacramentum c | 48 danihelem SMΦ c | ~ magna et multa CΣΛΦ r *Hi* | magistratum CSZΦ || 3,1 altitudinem AOSZM | [*adest* s *passim usque ad v.* 45] | latitudinem ASZ |

et statuit eam in campo Duram provinciae Babylonis
2 itaque Nabuchodonosor rex misit
94 ad congregandos satrapas magistratus et iudices
duces et tyrannos et praefectos
omnesque principes regionum ut convenirent ad dedicationem statuae
quam erexerat Nabuchodonosor rex
3 tunc congregati sunt satrapae magistratus et iudices
duces et tyranni et optimates qui erant in potestatibus constituti
et universi principes regionum
ut convenirent ad dedicationem statuae
quam erexerat Nabuchodonosor rex
stabant autem in conspectu statuae quam posuerat Nabuchodonosor
6,25! Apc 10,11 4 et praeco clamabat valenter
vobis dicitur populis tribubus et linguis
5.6: 10.11.15! 5 in hora qua audieritis sonitum tubae et fistulae et citharae
sambucae et psalterii et symphoniae et universi generis musicorum
cadentes adorate statuam auream quam constituit Nabuchodonosor rex
6 si quis autem non prostratus adoraverit
eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis
15 7 post haec igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubae fistulae et citharae
sambucae et psalterii et symphoniae et omnis generis musicorum
Is 44,17! cadentes omnes populi et tribus et linguae adoraverunt statuam auream
quam constituerat Nabuchodonosor rex
8 statimque et in ipso tempore accedentes viri chaldei accusaverunt
Iudaeos 9 dixeruntque Nabuchodonosor regi
rex in aeternum vive 2,4!
10 tu rex posuisti decretum 10.11: 5.6!
ut omnis homo qui audierit sonitum tubae fistulae et citharae
sambucae et psalterii et symphoniae et universi generis musicorum
prosternat se et adoret statuam auream
11 si quis autem non procidens adoraverit mittatur in fornacem ignis ardentem
12 sunt ergo viri iudaei quos constituisti super opera regionis Babyloniae 97; 2,49
Sedrac Misac et Abdenago
viri isti contempserunt rex decretum tuum
deos tuos non colunt et statuam auream quam erexisti non adorant
13 tunc Nabuchodonosor in furore et in ira praecepit ut adducerent Sedrac Misac et Abdenago
qui confestim adducti sunt in conspectu regis
14 pronuntiansque Nabuchodonosor rex ait eis
verene Sedrac Misac et Abdenago
deos meos non colitis et statuam auream quam constitui non adoratis
15 nunc ergo si estis parati quacumque 5! 6.7!
hora audieritis sonitum tubae fistulae citharae
sambucae psalterii et symphoniae omnisque generis musicorum
prosternite vos et adorate statuam quam feci

1 dura c *Hi*; durum O. | 2 omnesque] omnes A | 3 nabuchodonosor^{2} + rex Σ c | 4 ualenter] uehementer CZ | 5 rex *om.* C | 6 ardentem OZ s r | 7 tubae + et s r | et^{3} *om.* ΛSMΦ r | et^{5} *om.* c | constituit CΣ; statuerat MΦ | 8 et *om.* AOZ c | 11 ardentis CΣZMΦ c | 12 babylonis OMls cr | 13 adducerentur AOZMΦ c | 15 fistulae et citharae ACOZΦ; *om.* S.; fistulae Σ. | sambucae + et S c | omnisque] et omnis CΣ | quam feci] *praem.* auream ΣS; + auream A. |

AC ΣΛOSZMΦ ls cr

quod si non adoraveritis eadem hora
mittemini in fornacem ignis arden-
tem
et quis est Deus qui eripiat vos de
manu mea
16 respondentes Sedrac Misac et Ab-
denago dixerunt regi Nabuchodo-
nosor
non oportet nos de hac re respondere
tibi
17 ecce enim Deus noster quem coli-
mus potest eripere nos de camino
ignis ardentis et de manibus tuis
rex liberare
18 quod si noluerit notum tibi sit rex
quia deos tuos non colimus et sta-
tuam auream quam erexisti non
adoramus
2,12 19 tunc Nabuchodonosor repletus est
furore et aspectus faciei illius in-
mutatus est super Sedrac Misac et
Abdenago
et praecepit ut succenderetur fornax
septuplum quam succendi consue-
rat
20 et viris fortissimis de exercitu suo
iussit ut ligatis pedibus Sedrac Mi-
sac et Abdenago
mitterent eos in fornacem ignis ar-
dentem
21 et confestim viri illi vincti cum bra-
cis suis et tiaris et calciamentis et
vestibus
91 missi sunt in medium fornacis ignis
ardentis
22 nam iussio regis urguebat fornax
autem succensa erat nimis
porro viros illos qui miserant Sedrac
Misac et Abdenago interfecit flam-
ma ignis
23 viri autem hii id est tres
Sedrac Misac et Abdenago
ceciderunt in medio camini ignis
ardentis conligati
QUAE SEQUUNTUR IN HEBRAICIS VOLU-
MINIBUS NON REPPERI
24 et ambulabant in medio flammae 51
÷ laudantes Deum et benedicentes
÷ Domino
25 stans autem Azarias oravit sic aperi-
÷ ensque os suum in medio ignis ait
26 benedictus es Domine Deus patrum 52! III Esr 4,60
÷ nostrorum et laudabilis et glorio-
÷ sum nomen tuum in saecula
27 quia iustus es in omnibus quae fecisti Tb 3,2!
÷ nobis 27.28: II Esr 9,33!
÷ et universa opera tua vera et viae
÷ tuae rectae et omnia iudicia tua
÷ vera
28 iudicia enim vera fecisti iuxta omnia 31
÷ quae induxisti super nos et super
÷ civitatem sanctam patrum nostro-
÷ rum Hierusalem
÷ quia in veritate et in iudicio induxisti
÷ omnia haec propter peccata nostra
29 peccavimus enim et inique egimus 29.30: 9,5!
÷ recedentes a te et deliquimus in om-
÷ nibus
30 et praecepta tua non audivimus nec
÷ observavimus nec fecimus sicut
÷ praeceperas nobis ut bene nobis
÷ esset
31 omnia ergo quae induxisti super nos 28!
÷ et universa quae fecisti nobis vero
÷ iudicio fecisti
32 et tradidisti nos in manibus inimi-
÷ corum iniquorum
÷ et pessimorum praevaricatorumque
÷ et regi iniusto et pessimo ultra om-
÷ nem terram
33 et nunc non possumus aperire os
÷ confusio et obprobrium facti sumus
÷ servis tuis et his qui colebant te
34 ne quaesumus tradas nos in perpetu-
÷ um propter nomen tuum et ne dis-
÷ sipes testamentum tuum

AC ΣΛOSZMΦ ls cr

15 ardentis CΦ c | eripiet c.; eruat M | 17 ardente As r; ardenti S.; ardentem Λ. | rex] o rex ΣS c | 18 sit *om.* Σ.; ~ sit tibi OSZMs c | 19 nabuchodonosor + rex A | illius] eius AΣ. | consuerat As r] consueuerat *cet.* | 20 ardentis Φl c | 23 id est *om.* A; ~ tres id est Φ c | camino ΣS c; caminis Φ. | hebraeis AΛS c | 24 deum *om.* C | 26 laudabile c | 29 et¹ *om.* CΣl | 31 nobis + in c | 32 inimicorum + nostrorum c | 33 colebunt S.; colunt ACΣΛO c |

II Mcc 6,16! 35 neque auferas misericordiam tuam a
Is 44,1! ÷ nobis propter Abraham dilectum
÷ tuum et Isaac servum tuum et Is-
÷ rahel sanctum tuum
36 quibus locutus es pollicens quod
Gn 22,17! Ier 33,22! ÷ multiplicares semen eorum sicut
÷ stellas caeli
÷ et sicut harenam quae est in litore
÷ maris
Ier 42,2! 37 quia Domine inminuti sumus plus
÷ quam omnes gentes
÷ sumusque humiles in universa terra
÷ hodie propter peccata nostra
Os 3,4 38 et non est in tempore hoc princeps
Ps 73,9! ÷ et propheta et dux
÷ neque holocaustum neque sacrifi-
÷ cium
÷ neque oblatio neque incensum
÷ neque locus primitiarum coram te
39 ut possimus invenire misericordiam
Ps 50,19! ÷ sed in anima contrita et spiritu hu-
÷ militatis
÷ suscipiamur 40 sicut in holocaustum
÷ arietum et taurorum
÷ et sicut in milibus agnorum pingui-
÷ um
÷ sic fiat sacrificium nostrum in con-
÷ spectu tuo hodie ut placeat tibi
Is 49,23 ÷ quoniam non est confusio confiden-
÷ tibus in te
41 et nunc sequimur in toto corde et
÷ timemus te
÷ et quaerimus faciem tuam 42 ne con-
÷ fundas nos
÷ sed fac nobiscum iuxta mansuetudi-
÷ nem tuam
Ps 118,124! ÷ et secundum multitudinem miseri-
÷ cordiae tuae
43 et erue nos in mirabilibus tuis
Ps 113,9 ÷ et da gloriam nomini tuo Domine
Ps 70,13! 44 et confundantur omnes qui osten-
÷ dunt servis tuis mala
÷ confundantur in omni potentia et
÷ robur eorum conteratur
45 sciant quia tu Dominus Deus solus Ex 16,12! Ps 82,19!
÷ et gloriosus super orbem terrarum
46 et non cessabant qui inmiserant eos
÷ ministri regis
÷ succendere fornacem naptha et stup-
÷ pa et pice et malleolis
47 et effundebatur flamma super forna-
÷ cem cubitis quadraginta novem
48 et erupit et incendit quos repperit
÷ iuxta fornacem de Chaldeis
49 angelus autem descendit cum Azaria I Mcc 2,59
÷ et sociis eius in fornacem
÷ et excussit flammam ignis de fornace
50 et fecit medium fornacis quasi ven-
÷ tum roris flantem
÷ et non tetigit eos omnino ignis 92; Is 43,2
÷ neque contristavit nec quicquam
÷ molestiae intulit
51 tunc tres quasi ex uno ore
÷ laudabant et glorificabant et bene- 24
÷ dicebant Deo in fornace dicentes
52 benedictus es Domine Deus patrum 26! I Par 29,10!
÷ nostrorum et laudabilis et super-
÷ exaltatus in saecula
÷ et benedictum nomen gloriae tuae
÷ sanctum et laudabile et superexal-
÷ tatum in omnibus saeculis
53 benedictus es in templo sancto glo-
÷ riae tuae et superlaudabilis et su-
÷ pergloriosus in saecula
54 benedictus es in throno regni tui et
÷ superlaudabilis et superexaltatus in
÷ saecula
55 benedictus es qui intueris abyssos et
÷ sedes super cherubin et laudabilis Ps 98,1!
÷ et superexaltatus in saecula
56 benedictus es in firmamento caeli et Ps 150,1
÷ laudabilis et gloriosus in saecula

38 et[2] *om.* CΣ | ~ dux et propheta c | 39 misericordiam + tuam c | animo contrito c. | 40 in holocausto ΛOSMΦls cr | tibi + et perfice subsequentes te CΣΛ | 41 sequimur + te c | 44 potentia + tua c | 45 et sciant c | tu dominus Osr, *cf.* 𝔊] tu es dominus ΛZMΦ c; tu domine ACΣSl | [*deest* s *usque ad v.* 65] | 46 miserant ΣΛSZMΦ c; miserunt l | et[3] *om.* C | 49 autem + domini ΣZMΦ c | in fornace A; in fornaci O. | 51 tres OSr] illi tres ZMl.; hi(i) tres *cet.* | deum Sl c; dominum O | 52 laudabilis + et gloriosus c | et[3] *om.* CΣ | 53 supergloriosus] superexaltatus AOS | 54 laudabilis A |

AC ΣΛOSZMΦ l(s) cr

Ps 102,22; 144,10 57 benedicite omnia opera Domini Do-
÷ mino laudate et superexaltatc eum
÷ in saecula
Ps 102,20! 58 benedicite angeli Domino laudate et
÷ superexaltate eum in saecula
59.60: Ps 148,4! 59 benedicite caeli Domino laudate et
÷ superexaltate eum in saecula
60 benedicite aquae omnes quae super
÷ caelos sunt Domino laudate et su-
÷ perexaltate eum in saecula
Ps 102,21! 61 benedicite omnes virtutes Domini
÷ Domino laudate et superexaltate
÷ eum in saecula
62.63: Ps 148,3 62 benedicite sol et luna Domino lau-
÷ date et superexaltate eum in sae-
÷ cula
63 benedicite stellae caeli Domino lau-
÷ date et superexaltate eum in saecu-
÷ la
68 64 benedicite omnis imber et ros Do-
÷ mino laudate et superexaltate eum
÷ in saecula
65 benedicite omnis spiritus Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
66—70: Ps 148,8 66 benedicite ignis et aestus Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
67 benedicite frigus et aestus Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
64 68 benedicite rores et pruina Domino
÷ laudate et superexaltate eum in sae-
÷ cula
69 benedicite gelu et frigus Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
70 benedicite glacies et nives Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
Ps 18,3 71 benedicite noctes et dies Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
72 benedicite lux et tenebrae Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
73 benedicite fulgura et nubes Domino
÷ laudate et superexaltate eum in sae-
÷ cula
74 benedicat terra Dominum laudet et Ps 148,7
÷ superexaltet eum in saecula
75 benedicite montes et colles Domino Is 55,12!
÷ laudate et superexaltate eum in 75.76: Ps 148,9
÷ saecula
76 benedicite universa germinantia in
÷ terra Domino laudate et superexal-
÷ tate eum in saecula
77 benedicite fontes Domino laudate et 77—79: Tb 8,7
÷ superexaltate eum in saecula
78 benedicite maria et flumina Domino 78.79: Ps 68,35
÷ laudate et superexaltate eum in sae-
÷ cula
79 benedicite cete et omnia quae mo-
÷ ventur in aquis Domino laudate et
÷ superexaltate eum in saecula
80 benedicite omnes volucres caeli Do- 80.81: Ps 148,10
÷ mino laudate et superexaltate eum
÷ in saecula
81 benedicite omnes bestiae et pecora
÷ Domino laudate et superexaltate
÷ eum in saecula
82 benedicite filii hominum Domino
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula
83 benedic Israhel Domino laudate et 83—86: Ps 134,19.20!
÷ superexaltate eum in saecula
84 benedicite sacerdotes Domini Do-
÷ mino laudate et superexaltate eum
÷ in saecula
85 benedicite servi Domini Domino Ps 133,1!
÷ laudate et superexaltate eum in
÷ saecula

AC ΣΛOSZMΦ (ls) cr

58 angeli + domini ΑΛΟΦl c | 60 dominum AOl | 65 [*adest* s *usque ad* 6,12] | omnes Λ c | spiritus + dei Φ c | 67 *tot. v. om.* CΣΛ | 68 ros CΣ | pruinae ΑΛΟΖΦ s r | 73 [*deest* l *usque ad* 14,41] | 74 domino ΑΣΛΖΜΦ s r | laudate et supexaltate ΟΜΦ s r; laudet et superexaltate A | 78 dominum AOS | 79 cete et *om.* S | caeti ΑΛΜ | 82 dominum AOS | 83 benedicite S; benedicat ΣΟΖΜΦ c | dominum OS c | lauda et superexalta CΛ.; laudet et superexaltet ΣΖ c | 84 domini *om.* CΣSZ s r | 85 *tot. v. om.* ΛΖ. | domini *om.* CΣ |

86 benedicite spiritus et animae iusto-
÷ rum Domino laudate et superexal-
÷ tate eum in saecula
87 benedicite sancti et humiles corde
÷ Domino laudate et superexaltate
÷ eum in saecula
2,17.18! 88 benedicite Anania Azaria et Misahel
÷ Domino laudate et superexaltate
÷ eum in saecula
Ps 55,13! ÷ quia eruit nos de inferno et salvos
÷ fecit de manu mortis
÷ et liberavit de medio ardentis flam-
÷ mae et de medio ignis eruit nos
Ier 33,11! 89 confitemini Domino quoniam bonus
÷ quoniam in saeculum misericordia
÷ eius
Ps 29,5! Ier 33,11! 90 benedicite omnes religiosi Domino
÷ Deo deorum laudate et confitemini
÷ quia in omnia saecula misericordia
÷ eius

HUCUSQUE NON HABETUR IN HEBRAEO ET QUAE POSUIMUS DE THEODOTIONIS EDITIONE TRANSLATA SUNT

91 tunc Nabuchodonosor rex obstipuit
et surrexit propere et ait optimati-
bus suis
21 nonne tres viros misimus in medio
ignis conpeditos
qui respondentes dixerunt regi vere
rex
92 respondit et ait
ecce ego video viros quattuor solu-
50! tos et ambulantes in medio ignis et
nihil corruptionis in eis est
et species quarti similis filio Dei
93 tunc accessit Nabuchodonosor ad
ostium fornacis ignis ardentis et ait
Sedrac Misac et Abdenago servi Dei
excelsi egredimini et venite
statimque egressi sunt Sedrac Misac
et Abdenago de medio ignis
94 et congregati satrapae magistratus 2
et iudices et potentes regis
contemplabantur viros illos quon-
iam nihil potestatis habuisset ignis
in corporibus eorum
et capillus capitis eorum non esset
adustus
et sarabara eorum non fuissent in-
mutata
et odor ignis non transisset per eos
95 et erumpens Nabuchodonosor ait
benedictus Deus eorum Sedrac vide-
licet Misac et Abdenago qui misit
angelum suum et eruit servos suos 6,22
quia crediderunt in eo et verbum
regis inmutaverunt
et tradiderunt corpora sua ne ser-
virent
et ne adorarent omnem deum ex-
cepto Deo suo
96 a me ergo positum est hoc decretum
ut omnis populus et tribus et lingua
quaecumque locuta fuerit blasphe-
miam
contra Deum Sedrac Misac et Ab-
denago
dispereat et domus eius vastetur 2,5
neque enim est Deus alius qui possit
ita salvare
97 tunc rex promovit Sedrac Misac et 12; 2,49
Abdenago in provincia Babylonis
98 Nabuchodonosor rex omnibus po- 6,25!
pulis gentibus et linguis quae ha-
bitant in universa terra pax vobis 1 Pt 1,2!
multiplicetur
99 signa et mirabilia fecit apud me Deus 99.100: Dt 6,22!
excelsus
placuit ergo mihi praedicare 100 signa 99.100: 4,31; 6,26.27!
eius quia magna sunt

86 dominum AOS, *item v. seq.* | 88 ananias (et) azarias ΑΣΟΜΦ | et azarias et O.; et azarias M.; azaria(s) ΛSZΦs cr | de[1]] ab A | liberauit + nos c | 90 confitemini + ei c | quia] quoniam CΣS | omnia saecula] saeculum CΣS | ~ in hebraeo non habetur c | 91 in medium CΣΛs cr | ~ regi dixerunt c | 92 ~ quattuor uiros solutos c.; ~ uiros solutos quattuor Φ | 94 satrapae + et ΛO c | regis + et Σ; et reges C. | sarabarae AO; sarauera Σ; saraballa SMΦ; sarabala c | inmutatae AOZ; inminuta CΣ. | 95 quia] qui ΣΛ c | in eum AOSZM c | 96 propositum AM *Hi* | et[1] *om.* OZ c | linguae CΣ | ~ alius deus c | 98 quae] qui S c |

AC ΣΛOSZMΦs cr

et mirabilia eius quia fortia et reg-
Ps 144,13! num eius regnum sempiternum
et potestas eius in generatione et
generationem
1—3: 2,1.2 4 ego Nabuchodonosor quietus eram
1—4: Gn 41,8! in domo mea
et florens in palatio meo
7,15! 2 somnium vidi quod perterruit me
IV Esr 3,1 et cogitationes meae in stratu meo
et visiones capitis mei conturbave-
runt me
5,7 3 et per me propositum est decretum
ut introducerentur in conspectu meo
cuncti sapientes Babylonis
et ut solutionem somnii indicarent
mihi
5,8.15 4 tunc ingrediebantur arioli magi
Chaldei et aruspices
et somnium narravi in conspectu
eorum
2,27 et solutionem eius non indicaverunt
4.5: 15 mihi
5 donec collega ingressus est in con-
spectu meo Danihel
5,12! cuius nomen Balthasar secundum
nomen dei mei
5,11! qui habet spiritum deorum sancto-
rum in semet ipso
et somnium coram eo locutus sum
6 Balthasar princeps ariolorum quem
ego scio quod spiritum deorum
sanctorum habeas in te
et omne sacramentum non est in-
possibile tibi
2,6! visiones somniorum meorum quas
vidi et solutionem eorum narra
7 visio capitis mei in cubili meo
videbam et ecce arbor in medio ter-
rae et altitudo eius nimia
8.9: 17.18! Ez 31,3 8 magna arbor et fortis et proceritas
eius contingens caelum
aspectus illius erat usque ad terminos
universae terrae
9 folia eius pulcherrima et fructus eius
nimius
et esca universorum in ea
subter eam habitabant animalia et
bestiae
et in ramis eius conversabantur vo-
lucres caeli
et ex ea vescebatur omnis caro
10 videbam in visione capitis mei super 10.11: 20!
stratum meum
et ecce vigil et sanctus de caelo de-
scendit
11 clamavit fortiter et sic ait
succidite arborem et praecidite ra-
mos eius
excutite folia eius et dispergite fruc-
tum eius
fugiant bestiae quae subter eam sunt
et volucres de ramis eius
12 verumtamen germen radicum eius 20.23
in terra sinite
et alligetur vinculo ferreo et aereo in
herbis quae foris sunt
et rore caeli tinguatur 22; 5,21
et cum feris pars eius in herba terrae 12.13: 29
13 cor eius ab humano commutetur et
cor ferae detur ei
et septem tempora mutentur super 20
eum
14 in sententia vigilum decretum est
et sermo sanctorum et petitio donec
cognoscant viventes 22.29; 5,21
quoniam dominatur Excelsus in reg-
no hominum
et cuicumque voluerit dabit illud
et humillimum hominem constituet
super eo
15 hoc somnium vidi ego rex Nabucho-
donosor
tu ergo Balthasar interpretationem 4.5!
narra festinus

AC ΣΛOSZMΦs cr
100 in generationem ΑΛΟΖΜ c ‖ 4,3 depositum C.; prepositum Σ. | 5 cui Λ c | eo] ipso Φ c | 6 quem] quoniam c. | sanctorum *om.* S.; ~ spiritum sanctorum deorum c; ~ deorum spir. sanct. C.; ~ deorum sanct. spir. Σ. | solutiones C | earum c. | narra + mihi ΑΛ | 9 subter ea ΛSΦs | 11 fructus CΣ c | subter ea AS | 12 in terram A | aereo + et CΣZ | 14 constituit AS | super eum ΣSZMs c | 15 rex *om.* C; ~ nabuchodonosor rex SM c |

quia omnes sapientes regni mei non
queunt solutionem edicere mihi
tu autem potes quia spiritus deorum
sanctorum in te est
16 tunc Danihel cuius nomen Balthasar
coepit intra semet ipsum tacitus
cogitare quasi hora una
et cogitationes eius conturbabant
eum
respondens autem rex ait Balthasar
somnium et interpretatio eius non
conturbent te
respondit Balthasar et dixit
domine mi somnium his qui te ode-
runt
et interpretatio eius hostibus tuis sit
17.18; 8.9! 17 arborem quam vidisti sublimem at-
que robustam
cuius altitudo pertingit ad caelum
et aspectus illius in omnem terram
Ez 17,23! 31,6 18 et rami eius pulcherrimi et fructus
eius nimius et esca omnium in ea
subter eam habitantes bestiae agri et
in ramis eius commorantes aves
caeli
19 tu es rex qui magnificatus es et inva-
luisti
et magnitudo tua crevit et pervenit
usque ad caelum
et potestas tua in terminos universae
terrae
10.11 20 quod autem vidit rex vigilem et sanc-
tum descendere de caelo et dicere
succidite arborem et dissipate illam
12.23 attamen germen radicum eius in
terra dimittite
et vinciatur ferro et aere in herbis
foris
et rore caeli conspergatur et cum
feris sit pabulum eius
13! donec septem tempora commuten-
tur super eum
21 haec est interpretatio sententiae
Altissimi
quae pervenit super dominum meum
regem
22 eicient te ab hominibus et cum bestiis 29; 5,21
feris erit habitatio tua
et faenum ut bos comedes et rore 12.13
caeli infunderis
septem quoque tempora mutabun-
tur super te
donec scias quod dominetur Excel- 14
sus super regnum hominum et cui-
cumque voluerit det illud
23 quod autem praecepit ut relinque- 12.20
retur germen radicum eius id est
arboris
regnum tuum tibi manebit postquam
cognoveris potestatem esse caeles-
tem
24 quam ob rem rex consilium meum
placeat tibi
et peccata tua elemosynis redime Tb 4,11!
et iniquitates tuas misericordiis pau-
perum
forsitan ignoscat delictis tuis
25 omnia venerunt super Nabuchodo- 30
nosor regem
26 post finem mensuum duodecim in
aula Babylonis deambulabat
27 responditque rex et ait
nonne haec est Babylon magna
quam ego aedificavi in domum
regni
in robore fortitudinis meae et in
gloria decoris mei
28 cum adhuc sermo esset in ore regis
vox de caelo ruit
tibi dicitur Nabuchodonosor rex
regnum transiit a te 29 et ab homi- 22; 5,21
nibus te eicient
et cum bestiis feris erit habitatio tua 12.13
faenum quasi bos comedes
et septem tempora mutabuntur su-
per te

16 ~ una hora A c | cogitationes + cordis A | 18 bestias ΛOZMs r | 19 qui] quia ΛZMs r | 20 mutentur M c | super eam A | 21 interpretatio + sermonis et C; + et Σ. | 22 ferisque AOΦ c | ut boues Ss r 𝔐 | 24 ignoscet c; + deus A | 25 omnia + haec c | 28 cumque sermo adhuc c. | regnum + tuum AZM c | transit O; transiet M; transibit C c. | 29 ~ eicient te S c | bestiis + et c |

AC ΣΛOSZMΦs cr

14 donec scias quod dominetur Excelsus in regno hominum
et cuicumque voluerit det illud
25 30 eadem hora sermo conpletus est super Nabuchodonosor
ex hominibus abiectus est
et faenum ut bos comedit
et rore caeli corpus eius infectum est
donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent et ungues eius quasi avium
31 igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum levavi et sensus meus redditus est mihi
3,99.100! Apc 4,9 et Altissimo benedixi et viventem in sempiternum laudavi et glorificavi
Ps 144,13! quia potestas eius potestas sempiterna
et regnum eius in generationem et generationem
Is 40,17! IV Esr 6,57 32 et omnes habitatores terrae apud eum in nihilum reputati sunt
iuxta voluntatem enim suam facit
tam in virtutibus caeli quam in habitatoribus terrae
Ecl 8,4! Sap 11,22! et non est qui resistat manui eius
et dicat ei quare fecisti
33 in ipso tempore sensus meus reversus est ad me
et ad honorem regni mei decoremque perveni
et figura mea reversa est ad me
et optimates mei et magistratus mei requisierunt me
et in regno meo constitutus sum
et magnificentia amplior addita est mihi
34 nunc igitur ego Nabuchodonosor
Dt 32,3.4 laudo et magnifico et glorifico Regem caeli
Apc 15,3 quia omnia opera eius vera et viae eius iudicia
et gradientes in superbia potest humiliare

5 Balthasar rex fecit grande convivium optimatibus suis mille Est 1,3!
et unusquisque secundum suam bibebat aetatem
2 praecepit ergo iam temulentus ut adferrentur vasa aurea et argentea I Esr 1,7!
quae asportaverat Nabuchodonosor pater eius
de templo quod fuit in Hierusalem
ut biberent in eis rex et optimates eius
uxoresque eius et concubinae
3 tunc adlata sunt vasa aurea 23!
quae asportaverat de templo quod fuerat in Hierusalem
et biberunt in eis rex et optimates eius
uxores et concubinae illius 4 bibebant vinum
et laudabant deos suos aureos et argenteos et aereos ferreos ligneosque et lapideos
5 in eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis 24
scribentes contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae
et rex aspiciebat articulos manus scribentis
6 tunc regis facies commutata est et cogitationes eius perturbabant eum 9; Na 2,10
et conpages renum eius solvebantur
et genua eius ad se invicem conlidebantur
7 exclamavit itaque rex fortiter ut introducerent magos Chaldeos et aruspices 2,2; 4,3
et proloquens rex ait sapientibus Babylonis
quicumque legerit scripturam hanc et interpretationem eius manifestam mihi fecerit 16; 2,6
purpura vestietur et torquem auream habebit in collo Gn 41,42!

AC ΣΛOSZMΦs cr
30 ex] et ex AΦc | 31 in generatione CSZΦ(*partim*)r | 33 constitutus] restitutus Φc *Hi* ‖ 5,3 aurea + et argentea Oc | fuit C | illius] eius ASMΦsr | 4 et[3] *om.* c | aereos + et A | 5 scribentes Ar𝔐] scribentis *cet.* | 6 ~ facies regis c | conturbabant ACΣc | 7 purpuram CS | collo + suo CΣ |

et tertius in regno meo erit
15; 4,41 [8]tunc ingressi omnes sapientes regis
non potuerunt nec scripturam legere
nec interpretationem indicare regi
6: Na 2,10 [9]unde rex Balthasar satis conturbatus
est
et vultus illius inmutatus est
sed et optimates eius turbabantur
[10]regina autem pro re quae acciderat
regi et optimatibus eius
domum convivii ingressa est et pro-
loquens ait
2,4! 6,6.21 rex in aeternum vive
non te conturbent cogitationes tuae
neque facies tua inmutetur
14; 4,5 [11]est vir in regno tuo qui spiritum deo-
rum sanctorum habet in se
et in diebus patris tui scientia et sa-
pientia inventae sunt in eo
2,48! nam et rex Nabuchodonosor pater
tuus
principem magorum incantatorum
Chaldeorum et aruspicum consti-
tuit eum
pater inquam tuus o rex [12]quia spi-
1,17 ritus amplior et prudentia intelle-
gentiaque
interpretatio somniorum et ostensio
6,3; 10,1 secretorum ac solutio ligatorum in-
ventae sunt in eo
2,26; 4,5 hoc est in Danihelo cui rex posuit
nomen Balthasar
nunc itaque Danihel vocetur et inter-
pretationem narrabit
2,25! [13]igitur introductus est Danihel coram
rege
ad quem praefatus rex ait
tu es Danihel de filiis captivitatis Iu-
dae
quam adduxit rex pater meus de Iu-
daea
11; 4,5 [14]audivi de te quoniam spiritum deo-
rum habeas
et scientia intellegentiaque ac sapi-
entia ampliores inventae sint in te
[15]et nunc introgressi sunt in conspectu 8; 4,4!
meo sapientes magi
ut scripturam hanc legerent et inter-
pretationem eius indicarent mihi
et nequiverunt sensum sermonis
huius edicere
[16]porro ego audivi de te quod possis
obscura interpretari et ligata dis-
solvere
si ergo vales scripturam legere et 7!
interpretationem indicare mihi
purpura vestieris et torquem auream
circa collum tuum habebis
et tertius in regno meo princeps eris
[17]ad quae respondens Danihel ait co-
ram rege
munera tua sint tibi et dona domus
tuae alteri da
scripturam autem legam tibi rex
et interpretationem eius ostendam
tibi
[18]o rex Deus altissimus regnum et 2,37
magnificentiam gloriam et hono-
rem
dedit Nabuchodonosor patri tuo
[19]et propter magnificentiam quam de-
derat ei
universi populi tribus et linguae tre-
mebant et metuebant eum
quos volebat interficiebat et quos
volebat percutiebat
quos volebat exaltabat et quos vole-
bat humiliabat
[20]quando autem elevatum est cor eius 20.21: Ez 31,10.11
et spiritus illius obfirmatus est ad
superbiam
depositus est de solio regni sui et
gloria eius ablata est
[21]et a filiis hominum eiectus est 4,22.29
sed et cor eius cum bestiis positum 4,12
est

9 conturbabantur AΦ | 10 quae] qua CΣ | 11 inuenta A | 12 intellegentiaque + et c | in danihele COZMΦc; in danihel Λsr | 13 profatus Osr | quam] quem CΣΛc | adduxerat AOZ. | rex *om.* CΣM; ~ pater meus rex c | 14 inuenta OSZ | sunt MΦc: est OS; *legi nequit* Z | 15 et[1] *om.* C | huius] eius CΣ | ~ huius sermonis c | 16 interpretationem + eius AOΦc | purpuram C | 17 eius *om.* Ssr | 19 percutiebat + et Φc |

AC ΣΛOSZMΦs cr

et cum onagris erat habitatio eius
faenum quoque ut bos comedebat
et rore caeli corpus eius infectum est
4,14 donec cognosceret quod potestatem habeat Altissimus in regno hominum
et quemcumque voluerit suscitabit super illud
22 tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum cum scires haec omnia
23 sed adversum Dominatorem caeli elevatus es
3,4 et vasa domus eius adlata sunt coram te
et tu et optimates tui et uxores tuae et concubinae
vinum bibistis in eis
Apc 9,20 deos quoque argenteos et aureos et aereos ferreos ligneosque et lapideos
qui non vident neque audiunt neque sentiunt laudasti
porro Deum qui habet flatum tuum in manu sua et omnes vias tuas non glorificasti
5 24 idcirco ab eo missus est articulus manus quae scripsit hoc quod exaratum est
25 haec est autem scriptura quae digesta est
mane thecel fares
26 et haec interpretatio sermonis
mane numeravit Deus regnum tuum et conplevit illud
27 thecel adpensus es in statera et inventus es minus habens
28 fares divisum est regnum tuum et datum est Medis et Persis
Gn 41,42! 29 tunc iubente rege indutus est Danihel purpura et circumdata est torques aurea collo eius
et praedicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno
30 eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldeus
31 et Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duo
6 placuit Dario et constituit supra regnum satrapas centum viginti ut essent in toto regno suo
2 et super eos principes tres ex quibus Danihel unus erat
ut satrapae illis redderent rationem
et rex non sustineret molestiam
3 igitur Danihel superabat omnes principes et satrapas
quia spiritus Dei amplior erat in eo 5,12!
4 porro rex cogitabat constituere eum super omne regnum
unde principes et satrapae quaerebant occasionem
ut invenirent Daniheli ex latere regni
nullamque causam et suspicionem repperire potuerunt
eo quod fidelis esset et omnis culpa et suspicio non inveniretur in eo
5 dixerunt ergo viri illi
non inveniemus Daniheli huic aliquam occasionem nisi forte in lege Dei sui
6 tunc principes et satrapae subripuerunt regi et sic locuti sunt ei
Darie rex in aeternum vive 5,10!
7 consilium inierunt cuncti principes regni
magistratus et satrapae senatores et iudices
ut decretum imperatorium exeat et edictum
ut omnis qui petierit aliquam petitionem a quocumque deo et ho- 12

AC ΣΛOSZMΦs cr
21 haberet ΛZM c | suscitauit AZ | 23 et[4] *om.* AO. | concubinae + tuae AOZMΦ c | ligneos quoque AO. | laudastis ΣOZMs | 24 conscripsit CΣ | 26 haec + est Z c | numerabit AO | 27 adpensum est ACΣZΦ; appensus est O; adpensum es M. | inuentum est CΣΦ; inuentum es M.; inuentus est A | 29 regno + suo ΣS c | 31 anno CM | et duo AOZ; duos ΣM c || 6,1 super AΛS c | 2 illis] illius C | 3 eo] illo c | 4 regnum + suum A | regni] regis CΣMΦ c *Hi* | suspicionem] occasionem AOs | repperire] inuenire ACΣ | 6 dari ZM c | 7 cuncti] uniuersi Σ.; omnes c | regni + tui c | ut[2]] et ACZΦs r |

mine
usque ad dies triginta nisi a te rex
mittatur in lacum leonum
8 nunc itaque rex confirma sententiam
et scribe decretum
15; Est 1,19! ut non inmutetur quod statutum est
a Medis atque Persis
nec praevaricari cuiquam liceat
9 porro rex Darius proposuit edic-
tum et statuit
10 quod cum Danihel conperisset id est
constitutam legem
ingressus est domum suam
et fenestris apertis in cenaculo suo
contra Hierusalem
13; Est 3,2; II Par 29,30; Ps 54,18 tribus temporibus in die flectebat
genua sua
14,3 et adorabat confitebaturque coram
Deo suo sicut et ante facere con-
suerat
11 viri igitur illi curiosius inquirentes
invenerunt Danihel orantem et ob-
secrantem Deum suum
12 et accedentes locuti sunt regi super
edicto
rex numquid non constituisti
7 ut omnis homo qui rogaret quem-
quam de diis et hominibus
usque ad dies triginta nisi a te rex
mitteretur in lacum leonum
ad quod respondens rex ait
Est 1,19! verus sermo iuxta decretum Medo-
rum atque Persarum
quod praevaricari non licet
2,25! 13 tunc respondentes dixerunt coram
rege
Danihel de filiis captivitatis Iudae
non curavit de lege tua et de edicto
quod constituisti
10! sed tribus temporibus per diem orat
obsecratione sua
Mt 14,9 14 quod verbum cum audisset rex satis
contristatus est
et pro Danihel posuit cor ut libera-
ret eum
et usque ad occasum solis laborabat
ut erueret illum
15 viri autem illi intellegentes regem di-
xerunt ei
scito rex quia lex Medorum est 8; Est 1,19!
atque Persarum
ut omne decretum quod constituit
rex non liceat inmutari
16 tunc rex praecepit et adduxerunt 14,29.30
Danihelem
et miserunt eum in lacum leonum 16.17: Lam 3,53
dixitque rex Daniheli
Deus tuus quem colis semper ipse 20
liberabit te
17 adlatusque est lapis unus et positus
est super os laci
quem obsignavit rex anulo suo et 14,10.13
anulo optimatum suorum
ne quid fieret contra Danihel
18 et abiit rex in domum suam et dor-
mivit incenatus cibique non sunt
inlati coram eo
insuper et somnus recessit ab eo
19 tunc rex primo diluculo consurgens 19.20: 14,39
festinus ad lacum leonum perrexit
20 adpropinquansque lacui Danihelem
voce lacrimabili inclamavit et affa-
tus est eum
Danihel serve Dei viventis
Deus tuus cui tu servis semper putas- 16; 14,24
ne valuit liberare te a leonibus
21 et Danihel regi respondens ait rex in 5,10!
aeternum vive
22 Deus meus misit angelum suum 3,95; 14,31
et conclusit ora leonum et non nocu- 1 Mcc 2,60! Hbr 11,33
erunt mihi
quia coram eo iustitia inventa est in
me
sed et coram te rex delictum non

AC ΣΛOSZMΦ (s)cr

7 ~ triginta dies c | 8 inminuetur C; inminuatur Σ | atque] et O c | 10 consuerat s r] consueuerat *cet.* | 11 igitur] ergo c; *om.* Σ | danihelem ΣΛΦ c; danihele s. | 12 super edictum CΣ | a *om.* ΣΛSZMs cr | [*deest* s *usque ad* 7,23] | quod¹] quos AS c | uerus + est c | 13 iuda c.; iudeae ΣOSZM | 14 danihele ΛOZMΦ c | illum] eum CΣΛM | 15 est *om.* O.; ~ atque persarum est c. | constituerit ΣOSZ c | 17 danihelem AΣΦ c | 18 allati c | 20 inclamauit] uocauit A | ~ te liberare c | a] de CΣ |

feci
23 tunc rex vehementer gavisus est su-
per eo
14,40 et Danihelem praecepit educi de
lacu
eductusque est Danihel de lacu
et nulla laesio inventa est in eo quia
credidit Deo suo
14,41 24 iubente autem rege adducti sunt viri
illi qui accusaverant Danihelem
et in lacum leonum missi sunt
ipsi et filii et uxores eorum
et non pervenerunt usque ad pavi-
mentum laci
donec arriperent eos leones et om-
nia ossa eorum comminuerunt
3,4.98! III Esr 4,47 25 tunc Darius rex scripsit universis
populis tribubus et linguis
habitantibus in universa terra pax
vobis multiplicetur
26 a me constitutum est decretum ut in
universo imperio et regno meo
tremescant et paveant Deum Dani-
helis
Ex 15,18! Lc 1,32.33! 26,27: 3,99.100! ipse est enim Deus vivens et aeternus
in saecula
2,44! 7,14! et regnum eius non dissipabitur
et potestas eius usque in aeternum
Est 10,9! Ioel 2,30! 27 ipse liberator atque salvator faciens
signa et mirabilia in caelo et in terra
qui liberavit Danihelem de manu
leonum
1,21 28 porro Danihel perseveravit usque ad
regnum Darii regnumque Cyri
Persae
8,1 7 anno primo Balthasar regis Baby-
lonis Danihel somnium vidit
visio autem capitis eius in cubili suo
et somnium scribens brevi sermone
conprehendit
summatimque perstringens ait
2 videbam in visione mea nocte
IV Esr 13,2 et ecce quattuor venti caeli pugna-
bant in mari magno
3 et quattuor bestiae grandes ascende- Apc 13,1!
bant de mari diversae inter se
4 prima quasi leaena et alas habebat
aquilae
aspiciebam donec evulsae sunt alae
eius et sublata est de terra
et super pedes quasi homo stetit
et cor eius datum est ei
5 et ecce bestia alia similis urso in par-
te stetit
et tres ordines erant in ore eius et in
dentibus eius et sic dicebant ei
surge comede carnes plurimas
6 post hoc aspiciebam
et ecce alia quasi pardus
et alas habebat avis quattuor super IV Esr 11,1
se
et quattuor capita erant in bestia
et potestas data est ei
7 post hoc aspiciebam in visione noc-
tis
et ecce bestia quarta terribilis atque 19.20.23
mirabilis et fortis nimis
dentes ferreos habebat magnos
comedens atque comminuens et re-
liqua pedibus suis conculcans
dissimilis autem erat ceteris bestiis
quas videram ante eam et habebat
cornua decem
8 considerabam cornua
et ecce cornu aliud parvulum ortum 20; 8,9
est de medio eorum
et tria de cornibus primis evulsa sunt
a facie eius
et ecce oculi quasi oculi hominis
erant in cornu isto et os loquens
ingentia
9 aspiciebam donec throni positi sunt 22; III Rg 22,19; Is 6,1! Apc 4,2
et antiquus dierum sedit
vestimentum eius quasi nix candi- Mt 17,2!
dum
et capilli capitis eius quasi lana Apc 1,14

AC ΣΛOSZMΦ cr 23 ~ uehementer rex gauisus est c; ~ rex gau. est uehem. Σ. | 24 comminuerent AΣ | 25 tribus AOSΦ | 27 qui] quia A | manu] lacu ΣOZM c || 7,4 subleuata CΣ | eius[2]] hominis c. | 5 dicebat AO; dicebatur Σ. | 6 post haec c | habebat + quasi c | 7 post haec c | 9 ~ candidum quasi nix c |

munda
thronus eius flammae ignis
rotae eius ignis accensus
10 fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius
milia milium ministrabant ei
et decies milies centena milia adsistebant ei
Apc 20,12 iudicium sedit et libri aperti sunt
11 aspiciebam propter vocem sermonum grandium quos cornu illud loquebatur
Apc 17,16; 19,20 et vidi quoniam interfecta esset bestia et perisset corpus eius et traditum esset ad conburendum igni
12 aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas
et tempora vitae constituta essent eis usque ad tempus et tempus
IV Esr 13,3 13 aspiciebam ergo in visione noctis
Mt 24,30! 26,64; Mc 13,26! Lc 21,27 et ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat
et usque ad antiquum dierum pervenit
et in conspectu eius obtulerunt eum
Mt 28,18! Apc 2,26 14 et dedit ei potestatem et honorem et regnum
et omnes populi tribus ac linguae ipsi servient
6,26! potestas eius potestas aeterna quae non auferetur
et regnum eius quod non corrumpetur
28! 4,2! 8,27 15 horruit spiritus meus ego Danihel territus sum in his
et visiones capitis mei conturbaverunt me
16 accessi ad unum de adsistentibus
et veritatem quaerebam ab eo de omnibus his
qui dixit mihi interpretationem sermonum et edocuit me
23 17 hae bestiae magnae quattuor
quattuor regna consurgent de terra
18 suscipient autem regnum sancti Dei altissimi 27; 2,44!
et obtinebunt regnum usque in saeculum et saeculum saeculorum 22 Apc 22,5
19 post hoc volui diligenter discere de bestia quarta 19.20: 7
quia erat dissimilis valde ab omnibus et terribilis nimis
dentes et ungues eius ferrei
comedebat et comminuebat et reliquias pedibus suis conculcabat
20 et de cornibus decem quae habebat in capite 8
et de alio quod ortum fuerat
ante quod ceciderant tria cornua
de cornu illo quod habebat oculos et os loquens grandia et maius erat ceteris
21 aspiciebam et ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos et praevalebat eis Apc 11,7!
22 donec venit antiquus dierum et iudicium dedit sanctis Excelsi 9!
et tempus advenit et regnum obtinuerunt sancti 18.27
23 et sic ait bestia quarta regnum quartum erit in terra 7.17; IV Esr 11,39.40; 12,11
quod maius erit omnibus regnis
et devorabit universam terram
et conculcabit et comminuet eam
24 porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt Apc 17,12
et alius consurget post eos
et ipse potentior erit prioribus
et tres reges humiliabit
25 et sermones contra Excelsum loquetur
et sanctos Altissimi conteret
et putabit quod possit mutare tempora et leges 2,21
et tradentur in manu eius usque ad tempus et tempora et dimidium temporis 12,7!

9 flamma CΣS | 11 esset[1]] est AΣS | 14 ac] et O c | ipsi] illi A | 16 docuit ΛOZMΦ c | 17 ~ quattuor bestiae magnae c | regna] sunt regna quae c. | 18 et[2] + in CΣ | 19 quia] qui M; quae AΣO c | reliquia O.; reliqua Φ c | 20 cornua + et c | illo] illud CΣ | 23 [*adest* s *usque ad* 9,11] | 24 erunt] sunt CΣ | 25 putauit A |

AC ΣΛOSZMΦ (s) cr

26 et iudicium sedebit ut auferatur potentia
et conteratur et dispereat usque in finem
27 regnum autem et potestas et magnitudo regni quae est subter omne caelum
18.22; 2.44! Lc 12.32! Sap 3.8! Mt 4.7! detur populo sanctorum Altissimi
cuius regnum regnum sempiternum est
et omnes reges servient ei et oboedient
28 hucusque finis verbi
15! 10.8 ego Danihel multum cogitationibus meis conturbabar et facies mea mutata est in me
I Sm 21.12! verbum autem in corde meo conservavi
7.1 **8** anno tertio regni Balthasar regis visio apparuit mihi
ego Danihel post id quod videram in principio
II Esr 1.1 2 vidi in visione mea cum essem in Susis castro quod est in Aelam civitate
vidi autem in visione esse me super portam Ulai 3 et levavi oculos meos et vidi
20 et ecce aries unus stabat ante paludem habens cornua excelsa
et unum excelsius altero atque succrescens
postea 4 vidi arietem cornibus ventilantem
contra occidentem et contra aquilonem et contra meridiem
et omnes bestiae non poterant resistere ei
neque liberari de manu eius
fecitque secundum voluntatem suam et magnificatus est
5 et ego intellegebam
21 ecce autem hircus caprarum veniebat ab occidente super faciem totius terrae
et non tangebat terram
porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos
6 et venit usque ad arietem illum cornutum
quem videram stantem ante portam
et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suae
7 cumque adpropinquasset prope arietem
efferatus est in eum et percussit arietem
et comminuit duo cornua eius et non poterat aries resistere ei
cumque eum misisset in terram conculcavit et nemo quibat liberare arietem de manu eius
8 hircus autem caprarum magnus factus est nimis
cumque crevisset fractum est cornu magnum et orta sunt cornua quattuor subter illud per quattuor ventos caeli 22!
9 de uno autem ex eis egressum est cornu unum modicum et factum est grande 7.8
contra meridiem et contra orientem et contra fortitudinem
10 et magnificatum est usque ad fortitudinem caeli
et deiecit de fortitudine et de stellis et conculcavit eas Apc 12.4
11 et usque ad principem fortitudinis magnificatus est
et ab eo tulit iuge sacrificium 11.31; 12.11; I Mcc 1.47–49
et deiecit locum sanctificationis eius
12 robur autem datum est contra iuge sacrificium propter peccata 24
et prosternetur veritas in terra
et faciet et prosperabitur
13 et audivi unum de sanctis loquentem

AC ΣΛOSZMΦs cr 27 super AOSMs; sub CΣ | omne] omnem AZ | oboedient + ei AOZ || 8,2 castrorum A | ciuitatem SZ; regione c *Hi* | 7 prope] propter ΣSZM r *Hi* | 8 cornum magnum CΣ | ~ quattuor cornua c | super CΣΛSZMs | 11 ad fortitudinem principis AO. | magnificatum S(*vid.*)c | 12 est + ei c |

et dixit unus sanctus alteri nescio cui
loquenti
usquequo visio et iuge sacrificium et
peccatum desolationis quae facta est
et sanctuarium et fortitudo concul-
cabitur
14 et dixit ei usque ad vesperam et mane
duo milia trecenti
et mundabitur sanctuarium
15 factum est autem cum viderem ego
Danihel visionem et quaererem
intellegentiam
10,16.18 ecce stetit in conspectu meo quasi
species viri
16 et audivi vocem viri inter Ulai et
clamavit et ait
Gabrihel fac intellegere istum visio-
nem
17 et venit et stetit iuxta ubi ego stabam
cumque venisset pavens corrui in
faciem meam
et ait ad me intellege fili hominis
quoniam in tempore finis conplebi-
tur visio
IV Esr 10,30 18 cumque loqueretur ad me conlapsus
sum pronus in terram
10,10; IV Esr 5,15 et tetigit me et statuit me in gradu
meo 19 dixitque mihi
10,14! ego ostendam tibi quae futura sint
in novissimo maledictionis
quoniam habet tempus finem suum
3 20 aries quem vidisti habere cornua
rex Medorum est atque Persarum
5 21 porro hircus caprarum rex Graeco-
rum est
et cornu grande quod erat inter ocu-
los eius ipse est rex primus
8; 11,4 22 quod autem fracto illo surrexerunt
quattuor pro eo
quattuor reges de gente eius consur-
gent sed non in fortitudine eius
23 et post regnum eorum cum creverint
iniquitates
consurget rex inpudens facie et in- 11,3!
tellegens propositiones
24 et roborabitur fortitudo eius sed non 12
in viribus suis
et supra quam credi potest universa
vastabit et prosperabitur et faciet
et interficiet robustos et populum
sanctorum 25 secundum voluntatem
suam
et dirigetur dolus in manu eius
et cor suum magnificabit
et in copia rerum omnium occidet
plurimos
et contra principem principum con-
surget et sine manu conteretur
26 et visio vespere et mane quae dicta
est vera est
tu ergo signa visionem quia post 12,4!
dies multos erit
27 et ego Danihel langui et aegrotavi 7,15!
per dies
cumque surrexissem faciebam opera
regis
et stupebam ad visionem et non erat
qui interpretaretur
9 in anno primo Darii filii Asueri de 1,2; 11,1
semine Medorum
qui imperavit super regnum Chal-
deorum
2 anno uno regni eius ego Danihel
intellexi in libris numerum anno-
rum
de quo factus est sermo Domini ad Ier 29,10
Hieremiam prophetam ut conple-
rentur desolationis Hierusalem sep-
tuaginta anni
3 et posui faciem meam ad Dominum
Deum
rogare et deprecari in ieiuniis sacco Idt 4,8.9!
et cinere
4 et oravi Dominum Deum meum et II Esr 1,4.5
confessus sum et dixi
obsecro Domine Deus magne et ter- Dt 7,9!

14 mane + dies CΣΛ c *Hi*; + et s. | 16 istam CM | 17 filii A | 18 in terra AZ | 19 sunt ΛS c | 24 super CΣS | 26 ~ uisionem signa c | ~ multos dies c ‖ 9,2 uno] nono AOZ.; *** S | desolationes AOSZs | 3 deum + meum AΦ c | deprecare CΣOSΦ |

AC ΣΛOSZMΦs cr

ribilis
custodiens pactum et misericordiam
diligentibus te et custodientibus
mandata tua
3.29.30; Ps 105,6! 5 peccavimus inique fecimus
impie egimus et recessimus et declinavimus a mandatis tuis ac iudiciis
II Esr 9,34 6 non oboedivimus servis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo
regibus nostris principibus nostris
patribus nostris omnique populo terrae
II Esr 9,33! Bar 2,6 7—11: Bar 1,15-20 7 tibi Domine iustitia nobis autem
confusio faciei sicut est hodie
viro Iuda et habitatoribus Hierusalem et omni Israhel
his qui prope sunt et his qui procul
in universis terris ad quas eiecisti eos
propter iniquitates eorum in quibus
peccaverunt in te 8 Domine
nobis confusio faciei
regibus nostris principibus nostris et
patribus nostris qui peccaverunt
9 tibi autem Domino Deo nostro mi-
II Esr 9,17! Ps 129,4 sericordia et propitiatio quia recessimus a te
Ier 26,4.5! 10 et non audivimus vocem Domini Dei nostri
ut ambularemus in lege eius
quam posuit nobis per servos suos prophetas
11 et omnis Israhel praevaricati sunt
legem tuam
et declinaverunt ne audirent vocem
tuam
Dt 29,27! et stillavit super nos maledictio et detestatio
quae scripta est in libro Mosi servi
Dei quia peccavimus ei
12.13: Bar 2,1.2 12 et statuit sermones suos quos locutus
est super nos et super principes
nostros qui iudicaverunt nos
ut superducerent in nos malum magnum
quale numquam fuit sub omni caelo
secundum quod factum est in Hierusalem
13 sicut scriptum est in lege Mosi 13—18: Bar 2,8-20
omne malum hoc venit super nos
et non rogavimus faciem tuam Domine Deus noster ut reverteremur
ab iniquitatibus nostris
et cogitaremus veritatem tuam
14 et vigilavit Dominus et adduxit eam Ier 31,28!
super nos
iustus Dominus Deus noster in om- Ps 144,17!
nibus operibus suis quae fecit
non enim audivimus vocem eius
15 et nunc Domine Deus noster qui
eduxisti populum tuum de terra Dt 7,8!
Aegypti in manu forti
et fecisti tibi nomen secundum diem
hanc
peccavimus iniquitatem fecimus II Sm 24,17!
16 Domine in omnem iustitiam tuam
avertatur obsecro ira tua et furor tuus
a civitate tua Hierusalem et monte
sancto tuo
propter peccata enim nostra et iniquitates patrum nostrorum
Hierusalem et populus tuus in obprobrium sunt
omnibus per circuitum nostrum
17 nunc ergo exaudi Deus noster orationem servi tui et preces eius
et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est
propter temet ipsum 18 inclina Deus IV Rg 19,16!
meus aurem tuam et audi
aperi oculos tuos et vide desolationem nostram et civitatem super
quam invocatum est nomen tuum Nm 6,27!
neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem

AC ΣΛOSZMΦ (s) cr 5 inique] iniquitatem Φ c | 8 et *om.* C | 11 [*deest* s *usque ad* 10,19] | scriptae sunt AO. | ei *om.* AO. | 12 statuit + super CΣ. | superinducerent CΛ; superinduceret c; induceret Σ. | ~ magnum malum c | 13 ~ hoc malum AOZ. | 14 dominus[1] + super malitiam Φ c 𝔐 *Hi* | 17 exaudi + domine AO | desertum] destructum AOZ |

tuam
sed in miserationibus tuis multis
19 exaudi Domine placare Domine adtende et fac
ne moreris propter temet ipsum Deus meus
Nm 6,27! quia nomen tuum invocatum est super civitatem et super populum tuum
I Sm 12,19! 20 cumque adhuc loquerer et orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei Israhel
ut prosternerem preces meas in conspectu Dei mei
pro monte sancto Dei mei
21 adhuc me loquente in oratione
ecce vir Gabrihel quem videram in visione principio
cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini
22 et docuit me et locutus est mihi dixitque
Danihel nunc egressus sum ut docerem te et intellegeres
23 ab exordio precum tuarum egressus est sermo
ego autem veni ut indicarem tibi
10,11.19 quia vir desideriorum es
tu ergo animadverte sermonem et intellege visionem
24 septuaginta ebdomades adbreviatae sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam
ut consummetur praevaricatio et finem accipiat peccatum
Is 6,7! et deleatur iniquitas et adducatur iustitia sempiterna
et impleatur visio et prophetes
et unguatur sanctus sanctorum
25 scito ergo et animadverte
ab exitu sermonis ut iterum aedificetur Hierusalem usque ad christum ducem
ebdomades septem et ebdomades sexaginta duae erunt
et rursum aedificabitur platea et muri in angustia temporum
26 et post ebdomades sexaginta duas occidetur christus et non erit eius
et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo
et finis eius vastitas et post finem belli statuta desolatio
27 confirmavit autem pactum multis ebdomas una
et in dimidio ebdomadis deficiet hostia et sacrificium
et in templo erit abominatio desolationis 11,31; 12,11; Mt 24,15; Mc 13,14
et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio
10 anno tertio Cyri regis Persarum
verbum revelatum est Daniheli cognomento Balthasar 5,12!
et verum verbum et fortitudo magna
intellexitque sermonem
intellegentia est enim opus in visione
2 in diebus illis ego Danihel lugebam trium ebdomadarum diebus IV Esr 6,35
3 panem desiderabilem non comedi
et caro et vinum non introierunt in os meum sed neque unguento unctus sum
donec conplerentur trium ebdomadarum dies
4 die autem vicesima et quarta mensis primi
eram iuxta fluvium magnum qui est Tigris Tb 6,1 4.5: 12,5.6
5 et levavi oculos meos et vidi
et ecce vir unus vestitus lineis Ez 9,2! Apc 1,13; 15,6
et renes eius accincti auro obrizo
6 et corpus eius quasi chrysolitus
et facies eius velut species fulgoris Mt 28,3!

20 ut] et c𝔐 | 21 oratione + mea C | in uisione a principio Φ c; in uisionis principio Z. | 24 et prophetis ΛS; et prophetia AOΦ c | 25 ergo + et planta aurem A | 26 duo C | eius¹ + populus qui eum negaturus est AOΦ c *Hi* | 27 confirmabit CΣ c; *legi nequit* S | ebdomas C *Hi*] ebdoma AΛ.; ebdomada OΦ cr; ebdomadas Σ; ebdomadis SZM (*vid.*) | ~ erit in templo c | perseuerauit ASZΦ || **10**,1 ~ uerbum uerum c | ~ enim est opus S c; ~ enim opus est Σ | 5 obrizo + et lumbi eius accincti erant colore ephaz C *ex Hi* | 6 fulguris c |

AC ΣΛOSZMΦ cr

Apc 1,14! et oculi eius ut lampas ardens
et brachia eius et quae deorsum us-
Ez 1,7! que ad pedes quasi species aeris
candentis
et vox sermonum eius ut vox multi-
tudinis
Act 9,7 7 vidi autem ego Danihel solus visi-
onem
porro viri qui erant mecum non vi-
derunt
sed terror nimius inruit super eos et
fugerunt in absconditum
8 ego autem relictus solus vidi visio-
nem grandem hanc
16; 7,28! et non remansit in me fortitudo
sed et species mea inmutata est in me
et emarcui nec habui quicquam vi-
rium
9 et audivi vocem sermonum eius
et audiens iacebam consternatus
super faciem meam
vultusque meus herebat terrae
8,18 10 et ecce manus tetigit me
et erexit me super genua mea et su-
per articulos manuum mearum
19; 9,23 11 et dixit ad me Danihel vir desiderio-
rum
intellege verba quae ego loquor ad
te et sta in gradu tuo nunc enim
sum missus ad te
cumque dixisset mihi sermonem
istum steti tremens
Lc 1,13! 12 et ait ad me noli metuere Danihel
quia ex die primo quo posuisti cor
tuum ad intellegendum
ut te adfligeres in conspectu Dei tui
exaudita sunt verba tua
et ego veni propter sermones tuos
20 13 princeps autem regni Persarum
restitit mihi viginti et uno diebus
21; 12,1 et ecce Michahel unus de principibus
primis venit in adiutorium meum
et ego remansi ibi iuxta regem Persa-
rum

14 veni autem ut docerem te quae ven- 2,28; 8,19; Gn 49,1!
tura sunt populo tuo in novissimis
diebus
quoniam adhuc visio in dies
15 cumque loqueretur mihi huiusce-
modi verbis
deieci vultum meum ad terram et
tacui
16 et ecce quasi similitudo filii hominis Is 6,6.7; Ier 1,9
tetigit labia mea
et aperiens os meum locutus sum et
dixi ad eum qui stabat contra me 8,15
domine mi in visione dissolutae sunt 8!
conpages meae et nihil in me re-
mansit virium
17 et quomodo poterit servus domini
mei loqui cum domino meo
nihil enim in me remansit virium
sed et halitus meus intercluditur
18 rursum ergo tetigit me quasi visio 8,15
hominis Dt 32,43 LXX; Lc 22,43
et confortavit me 19 et dixit
noli timere vir desideriorum pax tibi 11; 9,23
confortare et esto robustus
cumque loqueretur mecum convalui
et dixi
loquere domine mi quia confortasti
me
20 et ait numquid scis quare venerim
ad te
et nunc revertar ut proelier adver- 13
sum principem Persarum
cum enim egrederer apparuit prin-
ceps Graecorum veniens
21 verumtamen adnuntiabo tibi quod 11,2
expressum est in scriptura veritatis
et nemo est adiutor meus in omnibus
his nisi Michahel princeps vester 13
11 ego autem ab anno primo Darii 9,1.2
Medi stabam ut confortaretur et
roboraretur
2 et nunc veritatem adnuntiabo tibi 10,21
ecce adhuc tres reges stabunt in Per-
side

AC ΣΛOSZMΦ (s)cr 6 deorsum + sunt c. | 9 et uultus c | 11 enim] autem AOZ | 12 metuere] timere C | 15 uerba CΣ | 16 uisione + tua AΦ c *Hi* | 19 [*adest* s *usque ad* 11,39] | 20 persarum] terrarum ASs | enim] ergo Φ; ego c., *cf.* 𝔐 ||

et quartus ditabitur opibus nimiis
super omnes
et cum invaluerit divitiis suis
concitabit omnes adversum regnum
Graeciae
36; 8.23 3 surget vero rex fortis et dominabitur
potestate multa
et faciet quod placuerit ei
8.22 4 et cum steterit conteretur regnum
eius
et dividetur in quattuor ventos caeli
sed non in posteros eius neque se-
cundum potentiam illius qua do-
minatus est
lacerabitur enim regnum eius etiam
in externos exceptis his
5 et confortabitur rex austri et de
principibus eius praevalebit super
eum
et dominabitur dicione multa enim
dominatio eius
6 et post finem annorum foederabun-
tur
filiaque regis austri veniet ad regem
aquilonis facere amicitiam
et non obtinebit fortitudine bra-
chii
nec stabit semen eius
et tradetur ipsa et qui adduxerunt
eam
adulescentes eius et qui conforta-
bant eam in temporibus
7 et stabit de germine radicum eius
plantatio et veniet cum exercitu
et ingredietur provinciam regis aqui-
lonis
et abutetur eis et obtinebit
8 insuper et deos eorum et sculptilia
vasa quoque pretiosa argenti et auri
captiva ducet in Aegyptum
ipse praevalebit adversum regem
aquilonis
9 et intrabit in regnum rex austri et
revertetur ad terram suam
10 filii autem eius provocabuntur et
congregabunt multitudinem exer- 10.11: 25!
cituum plurimorum
et veniet properans et inundans
et revertetur et concitabitur et con-
gredietur cum robore eius
11 et provocatus rex austri egredietur
et pugnabit adversum regem aqui-
lonis
et praeparabit multitudinem nimiam
et dabitur multitudo in manu eius
12 et capiet multitudinem et exaltabi-
tur cor eius
et deiciet multa milia sed non prae-
valebit
13 convertetur enim rex aqui-
lonis
et praeparabit multitudinem multo
maiorem quam prius
et in fine temporum annorumque
veniet properans cum exercitu
magno et opibus nimiis
14 et in temporibus illis multi consur-
gent adversum regem austri
filii quoque praevaricatorum populi
tui
extollentur ut impleant visionem et
corruent
15 et veniet rex aquilonis et conportabit
aggerem
et capiet urbes munitissimas
et brachia austri non sustinebunt
et consurgent electi eius ad resis-
tendum et non erit fortitudo
16 et faciet veniens super eum iuxta
placitum suum et non erit qui stet
contra faciem eius
et stabit in terra inclita et consume-
tur in manu eius
17 et ponet faciem suam ut veniat ad
tenendum universum regnum eius
et recta faciet cum eo
et filiam feminarum dabit ei ut ever-
tat illud
et non stabit nec illius erit
18 et convertet faciem suam ad insulas
et capiet multas

AC ΣΛOSZMΦs cr

11,4 qua] quia C | 6 fortitudine AOsr] fortitudinem *cet.* | 11 in manus CΣΛZMΦsr |

et cessare faciet principem obprobrii sui
et obprobrium eius convertetur in eum
Ez 26,20.21 19 et convertet faciem suam ad imperium terrae suae
et inpinget et corruet et non invenietur
Ps 11,9 H 20 et stabit in loco eius vilissimus et indignus decore regio
et in paucis diebus conteretur non in furore nec in proelio
21 et stabit in loco eius despectus et non tribuetur ei honor regius
et veniet clam et obtinebit regnum in fraudulentia
22 et brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius et conterentur
insuper et dux foederis
23 et post amicitias cum eo faciet dolum
et ascendet et superabit in modico populo
24 abundantes et uberes urbes ingredietur
et faciet quae non fecerunt patres eius et patres patrum eius
rapinas et praedam et divitias eorum dissipabit
et contra firmissimas cogitationes iniet
et hoc usque ad tempus
10.11.40; II Mcc 5,1 25.26: I Mcc 1,18.19 25 et concitabitur fortitudo eius et cor eius adversum regem austri in exercitu magno
et rex austri provocabitur ad bellum multis auxiliis et fortibus nimis
et non stabunt quia inibunt adversum eum consilia
26 et comedentes panem cum eo conterent illum
exercitusque eius opprimetur et cadent interfecti plurimi

27 duorum quoque regum cor erit ut malefaciant
et ad mensam unam mendacium loquentur
et non proficient quia adhuc finis in aliud tempus
28 et revertetur in terram suam cum opibus multis I Mcc 1,21–24
et cor eius adversus testamentum sanctum
et faciet et revertetur in terram suam
29 statuto tempore revertetur et veniet ad austrum et non erit priori simile novissimum
30 et venient super eum trieres et Romani et percutietur
et revertetur et indignabitur contra testamentum sanctuarii
et faciet reverteturque et cogitabit adversum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarii
31 et brachia ex eo stabunt et polluent sanctuarium fortitudinis 8,11! 9,27!
et auferent iuge sacrificium et dabunt abominationem in desolationem 12,11
32 et impii in testamentum simulabunt fraudulenter
populus autem sciens Deum suum obtinebit et faciet
33 et docti in populo docebunt plurimos 12,10
et ruent in gladio et in flamma
in captivitate et rapina dierum
34 cumque corruerint sublevabuntur auxilio parvulo et adplicabuntur eis plurimi fraudulenter
35 et de eruditis ruent ut conflentur et eligantur et dealbentur usque ad tempus praefinitum 12,10
quia adhuc aliud tempus erit
36 et faciet iuxta voluntatem suam rex 31!
et elevabitur et magnificabitur adversum omnem deum I Mcc 1,25

AC ΣΛOSZMΦs cr
23 ascendit A | 24 et abundantes O(*vid.*)Φc | dissipauit AS | inibit c | et[7] *om.* AOZ. | 25 quia + non C | 27 mendacia AOSZ. | 30 dereliquerint ΛOr; dereliquerant SΦ | 31 in desolatione CΣsr | 32 deum] dominum CΣ | 33 flamma + et Sc | in captiuitatem AOΦ | et in rapina ΛSsc*Hi*; et in rapinam Φ |

II Th 2,4 et adversum Deum deorum loquetur
magnifica
et diriget donec conpleatur iracundia
perpetrata est quippe definitio
[37]et Deum patrum suorum non reputabit
et erit in concupiscentiis feminarum
nec quemquam deorum curabit
quia adversum universa consurget
[38]deum autem Maozim in loco suo
venerabitur
et deum quem ignoraverunt patres
eius colet
auro et argento et lapide pretioso
rebusque pretiosis
[39]et faciet ut muniat Maozim cum deo
alieno quem cognovit
et multiplicabit gloriam et dabit eis
potestatem in multis
et terram dividet gratuito
25! I Mcc 1,18.19 [40]et in tempore praefinito proeliabitur
adversum eum rex austri
et quasi tempestas veniet contra illum rex aquilonis
in curribus et in equitibus et in classe
magna
et ingredietur terras et conteret et
pertransiet
[41]et introibit in terram gloriosam et
multae corruent
hae autem solae salvabuntur de manu eius
Edom et Moab et principium filiorum Ammon
[42]et mittet manum suam in terras et
terra Aegypti non effugiet
[43]et dominabitur thesaurorum auri et
Na 3,9 argenti et in omnibus pretiosis Aegypti
per Lybias quoque et Aethiopas
transibit
[44]et fama turbabit eum ab oriente et
ab aquilone
et veniet in multitudine magna ut
conterat et interficiat plurimos
[45]et figet tabernaculum suum Apedno
inter maria
super montem inclitum et sanctum
et veniet usque ad summitatem eius
et nemo auxiliabitur ei
12 in tempore autem illo consurget 10,13
Michahel
princeps magnus qui stat pro filiis
populi tui
et veniet tempus quale non fuit Mt 24,21; Mc 13,19; IV Esr 16,75
ab eo quo gentes esse coeperunt usque ad tempus illud
et in tempore illo salvabitur populus
tuus
omnis qui inventus fuerit scriptus Ps 138,16! Phil 4,3; Apc 20,15!
in libro
[2]et multi de his qui dormiunt in terrae pulvere evigilabunt Ez 37,12! Mt 27,52
alii in vitam aeternam et alii in opprobrium ut videant semper Is 26,19; Mt 25,46; Io 5,29
[3]qui autem docti fuerint fulgebunt Idc 5,31! Phil 2,15; IV Esr 7,97
quasi splendor firmamenti
et qui ad iustitiam erudiunt multos
quasi stellae in perpetuas aeternitates
[4]tu autem Danihel clude sermones et 9! 8,26; Is 8,16
signa librum usque ad tempus
statutum
pertransibunt plurimi et multiplex
erit scientia
[5]et vidi ego Danihel et ecce quasi duo 5,6; 10,4.5!
alii stabant
unus hinc super ripam fluminis et
alius inde ex altera ripa fluminis
[6]et dixit viro qui indutus erat lineis
qui stabat super aquas fluminis
usquequo finis horum mirabilium
[7]et audivi virum qui indutus erat
lineis qui stabat super aquas flumi-

36 dirigetur c | ~ quippe est c | 39 [*deest* s *usque ad* 12,5] | gratuitu CΣM; gratis O. | 41 in terra AZ | gloriosa AΛZ | haec ACMr; heae Σ | 43 lybiam Φc | aethiopias AΛOSM; aethiopiam Φc | 44 ab[2] *om.* AS | 45 apadno c. || **12**,1 ab eo ex quo c | 2 uigilabunt CΣ *Hi* | 4 ~ plurimi pertransibunt c. | 5 [*adest* s *usque ad* 13,19] | altera] alia AO | 6 dixi AΛOSMΦc | ~ erat indutus c |

AC ΣΛOSZMΦ (s)cr

nis
Dt 32,40; Apc 10,5.6 cum levasset dexteram et sinistram suam in caelum
et iurasset per viventem in aeternum
7,25; Apc 12,14 quia in tempus temporum et dimidium temporis
et cum conpleta fuerit dispersio manus populi sancti
conplebuntur universa haec
8 et ego audivi et non intellexi
et dixi domine mi quid erit post haec
4! 9 et ait vade Danihel quia clausi sunt
Is 29,11 signatique sermones usque ad tempus praefinitum
11,35 10 eligentur et dealbabuntur et quasi ignis probabuntur multi
Apc 22,11 et impie agent impii neque intellegent omnes impii porro docti intel-
11,33 legent
8,11! 11,31 11 et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium
9,27! et posita fuerit abominatio in desolatione
dies mille ducenti nonaginta
12 beatus qui expectat et pervenit ad dies mille trecentos triginta quinque
Apc 6,11 13 tu autem vade ad praefinitum et requiesce
et stabis in sorte tua in fine dierum
HUCUSQUE DANIHEL IN HEBRAEO VOLUMINE LEGIMUS CETERA QUAE SEQUUNTUR USQUE AD FINEM LIBRI DE THEODOTIONIS EDITIONE TRANSLATA SUNT
13 et erat vir habitans in Babylone et
÷ nomen eius Ioachim
2 et accepit uxorem nomine Susannam
÷ filiam Chelciae
÷ pulchram nimis et timentem Dominum
3 parentes enim illius cum essent iusti
÷ erudierunt filiam suam secundum legem Mosi
4 erat autem Ioachim dives valde
÷ et erat ei pomerium vicinum domus suae
÷ et ad ipsum confluebant Iudaei
÷ eo quod esset honorabilior omnium
5 et constituti sunt duo senes iudices in anno illo
÷ de quibus locutus est Dominus quia
÷ egressa est iniquitas de Babylone
÷ a senibus iudicibus qui videbantur regere populum
6 isti frequentabant domum Ioachim
÷ et veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia
7 cum autem populus revertisset per meridiem
÷ ingrediebatur Susanna et deambulabat in pomerio viri sui
8 et videbant eam senes cotidie ingredientem et deambulantem
÷ et exarserunt in concupiscentia eius Idt 12,16; Sir 9,9!
9 et everterunt sensum suum
÷ et declinaverunt oculos suos
÷ ut non viderent caelum
÷ neque recordarentur iudiciorum iustorum
10 erant ergo ambo vulnerati amore eius
÷ nec indicaverunt sibi vicissim dolorem suum
11 erubescebant enim indicare concupiscentiam suam
÷ volentes concumbere cum ea
12 et observabant cotidie sollicitius videre eam
÷ dixitque alter ad alterum
13 eamus domum quia prandii hora est

AC ΣΛOSZMΦs cr

7 eleuasset sc | temporum] *praem.* et S; et tempora Φc | 9 ~ praefinitum tempus c. | 11 in desolationem Ssc | 12 usque ad c *Hi* | et quinque CΣΛ. | 13 requiesces Φc | in finem c | danielem c | cetera *om.* c || **13**,1 et nomen eius] nomine Φ; cui nomen erat AO | 2 pulchra AΣ | dominum] deum Λc | 4 pomarium Ac. | domui CΣMscr | 5 sunt + de populo c., *cf.* 𝔊 | ~ illo anno c. | senioribus ΛSc | 7 post meridiem CΣ; meridie AO | pomario c., *et sic semper* | 8 in concupiscentiam ΛSΦc | 9 auerterunt AOZ | 11 indicare + sibi AOc | concubere CΣΛ | 13 ~ hora prandii c |

÷ et egressi recesserunt a se
14 cumque revertissent venerunt in
÷ unum
÷ et sciscitantes ab invicem causam
÷ confessi sunt concupiscentiam suam
÷ et tunc in commune statuerunt tem-
÷ pus
÷ quando eam possent invenire solam
15 factum est autem cum observarent
÷ diem aptum
÷ ingressa est aliquando sicut heri et
÷ nudius tertius
÷ cum duabus solis puellis
÷ voluitque lavari in pomerio
÷ aestus quippe erat 16 et non erat ibi
÷ quisquam praeter duos senes abs-
÷ conditos
÷ et contemplantes eam
17 dixit ergo puellis adferte mihi oleum
÷ et smegmata
÷ et ostia pomerii claudite ut lavem
18 et fecerunt sicut praeceperat
÷ clauseruntque ostia pomerii et egres-
÷ sae sunt per posticium ut adferrent
÷ quae iusserat
÷ nesciebantque senes intus esse abs-
÷ conditos
19 cum autem egressae essent puellae
÷ surrexerunt duo senes et adcurrerunt
÷ ad eam et dixerunt
20 ecce ostia pomerii clausa sunt
÷ et nemo nos videt et in concupis-
÷ centia tui sumus
÷ quam ob rem adsentire nobis et
÷ commiscere nobiscum
21 quod si nolueris dicemus testimo-
÷ nium contra te quod fuerit tecum
÷ iuvenis
÷ et ob hanc causam emiseris puellas
÷ a te
22 ingemuit Susanna et ait angustiae
÷ mihi undique
÷ si enim hoc egero mors mihi est
÷ si autem non egero non effugiam 22.23: I Par 21,13!
÷ manus vestras
23 sed melius mihi est absque opere in-
÷ cidere in manus vestras
÷ quam peccare in conspectu Domini
24 et exclamavit voce magna Susanna 42
÷ exclamaverunt autem et senes adver-
÷ sus eam
25 et cucurrit unus et aperuit ostia po-
÷ merii
26 cum ergo audissent clamorem in
÷ pomerio famuli domus
÷ inruerunt per posticam ut viderent
÷ quidnam esset
27 postquam autem senes locuti sunt
÷ erubuerunt servi vehementer
÷ quia numquam dictus fuerat sermo
÷ huiuscemodi de Susanna
÷ et facta est dies crastina
28 cumque venisset populus ad virum
÷ eius Ioachim
÷ venerunt et duo presbyteri
÷ pleni iniqua cogitatione adversum
÷ Susannam ut interficerent eam
29 et dixerunt coram populo
÷ mittite ad Susannam filiam Chelciae
÷ uxorem Ioachim
÷ et statim miserunt
30 et venit cum parentibus et filiis et
÷ universis cognatis suis
31 porro Susanna erat delicata nimis et
÷ pulchra specie
32 at iniqui illi iusserunt ut discoperire-
÷ tur
÷ erat enim cooperta
÷ ut vel sic satiarentur decore eius
33 flebant igitur sui et omnes qui no-

AC ΣΛOSZMΦ (s)cr

14 et^{2} *om.* CΣ | in communi c | ~ statuerunt in commune AOZ. | 15 autem] ergo CΣ SMsr | 16 duo senes absconditi CΣ. | 17 lauer ΣOZM c | 18 posticum ΣM c | adferrent + ea AOZsr | 19 [*deest* s *usque ad v.* 37] | accucurrerunt AO | 20 et^{2} + nos c. | in concupiscentiam AOZ. | consentire CΣ | 21 ~ contra te testimonium c | 22 mihi undique] *praem.* sunt c; mihi sunt undique Φ; + sunt CΣ; + uenerunt S. | 23 mihi *om.* Σ.; ~ est mihi Sc | domini] dei AO. | 25 ad ostia pomarii et aperuit c. | ostium AO | 26 ergo] autem A; *om.* O. | ~ famuli domus in pomario c | postica M; posticum CΛ c; posticia Σ; posticiam Φ.; posticium S | 27 autem] enim CΣ | 28 ~ ioakim uirum eius c. | 29 ioiachim A |

÷ verant eam
34 consurgentes autem duo presbyteri
÷ in medio populi
Lv 24,14! ÷ posuerunt manus super caput eius
35 quae flens suspexit ad caelum
Ps 111,7! ÷ erat enim cor eius fiduciam habens
÷ in Domino
36 et dixerunt presbyteri cum deambu-
÷ laremus in pomerio soli
÷ ingressa est haec cum duabus puellis
÷ et clausit ostia pomerii et dimisit
÷ puellas
37 venitque ad eam adulescens qui erat
÷ absconditus et concubuit cum ea
38 porro nos cum essemus in angulo
÷ pomerii
÷ videntes iniquitatem cucurrimus ad
÷ eos
÷ et vidimus eos pariter commisceri
39 et illum quidem non quivimus con-
÷ prehendere
÷ quia fortior nobis erat
÷ et apertis ostiis exilivit
40 hanc autem cum adprehendissemus
÷ interrogavimus quisnam esset adu-
÷ lescens
÷ et noluit indicare nobis
÷ huius rei testes sumus
41 credidit eis multitudo quasi senibus
÷ populi et iudicibus
Lv 20,10! ÷ et condemnaverunt eam ad mortem
24 42 exclamavit autem voce magna Su-
÷ sanna et dixit
2,22! ÷ Deus aeterne qui absconditorum es
÷ cognitor qui nosti omnia antequam
÷ fiant
43 tu scis quoniam falsum contra me
÷ tulerunt testimonium
÷ et ecce morior cum nihil horum fe-
÷ cerim
÷ quae isti malitiose conposuerunt ad-
÷ versum me
44 exaudivit autem Dominus vocem
÷ eius
45 cumque duceretur ad mortem
÷ suscitavit Deus spiritum sanctum
÷ pueri iunioris cuius nomen Danihel
46 et exclamavit voce magna mundus Mt 27,24
÷ ego sum a sanguine huius
47 et conversus omnis populus ad eum
÷ dixit
÷ quis est sermo iste quem tu locutus es
48 qui cum staret in medio eorum ait
÷ sic fatui filii Israhel non iudicantes
÷ neque quod verum est cognoscentes
÷ condemnastis filiam Israhel
49 revertimini ad iudicium quia falsum 61: Dt 19,18
÷ testimonium locuti sunt adversum
÷ eam
50 reversus est ergo populus cum festi-
÷ natione
÷ et dixerunt ei senes veni et sede in
÷ medio nostrum
÷ et indica nobis quia tibi dedit Deus
÷ honorem senectutis
51 et dixit ad eos Danihel
÷ separate illos ab invicem procul et
÷ diiudicabo eos
52 cum ergo divisi essent alter ab altero
÷ vocavit unum de eis et dixit ad eum
÷ inveterate dierum malorum
÷ nunc venerunt peccata tua quae ope-
÷ rabaris prius 53 iudicans iudicia in-
÷ iusta
÷ innocentes opprimens et dimittens
÷ noxios
÷ dicente Domino innocentem et ius- Ex 23,7!
÷ tum non interficies
54 nunc ergo si vidisti eam die sub qua 54.55: 58.59
÷ arbore videris eos loquentes sibi
÷ qui ait sub scino
55 dixit autem Danihel recte mentitus

AC ΣΛOSZMΦ (s) cr

34 autem + illi ΛO | populo CΣ. | manus + suas ΛΣOZM c | 35 enim] autem ΛOZ | in dominum ΛZ. | 36 puellas] *praem.* a se O c; + a se Λ | 37 [*adest* s *usque ad* 14,39] | 41 et credidit ΛOZ. | ~ et iudicibus populi c | 43 tulere C s r. *Hi* | ~ testimonium tulerunt contra me c; ~ tulerunt contra me test. O | 45 deus] dominus ΛO c | 46 ~ sum ego CΣO | 47 ~ iste sermo Φ c | tu *om.* CΣΦ | 48 condemnatis C | 49 ad] in ΛO. | 50 ~ deus dedit c | 52 aduenerunt ΛO | 54 colloquentes c | 55 autem] ad eum ΛΣOZ s (*vid.*). |

÷ es in caput tuum
÷ ecce enim angelus Dei accepta sen-
÷ tentia ab eo scindet te medium
56 et amoto eo iussit venire alium
÷ et dixit ei semen Chanaan et non Iu-
÷ da
Sir 9,9! ÷ species decepit te et concupiscentia
÷ subvertit cor tuum
57 sic faciebatis filiabus Israhel
÷ et illae timentes loquebantur vobis
÷ sed non filia Iuda sustinuit iniquita-
÷ tem vestram
58.59: 54.55 58 nunc ergo dic mihi sub qua arbore
÷ conprehenderis eos loquentes sibi
÷ qui ait sub prino
59 dixit autem ei Danihel recte mentitus
÷ es et tu in caput tuum
÷ manet enim angelus Dei gladium ha-
÷ bens ut secet te medium et inter-
÷ ficiat vos
Idt 13,17 60 exclamavit itaque omnis coetus vo-
÷ ce magna et benedixerunt Deo qui
÷ salvat sperantes in se
61 et consurrexerunt adversum duos
÷ presbyteros
49; Dt 19,18.19 ÷ convicerat enim eos Danihel ex ore
÷ suo falsum dixisse testimonium
÷ feceruntque eis sicuti male egerant
÷ adversum proximum 62 ut facerent
÷ secundum legem Mosi et inter-
÷ fecerunt eos
÷ et salvatus est sanguis innoxius in
÷ die illa
63 Chelcias autem et uxor eius lauda-
÷ verunt Deum pro filia sua Susanna
÷ cum Ioachim marito eius et cognatis
÷ omnibus
÷ quia non esset inventa in ea res turpis
64 Danihel autem factus est magnus in
÷ conspectu populi a die illa et dein-
÷ ceps
65 et rex Astyages adpositus est ad pat-
÷ res suos
÷ et suscepit Cyrus Perses regnum eius
14 erat autem Danihel conviva regis et
÷ honoratus super omnes amicos
÷ eius
2 erat quoque idolum nomine Bel
÷ apud Babylonios
÷ et inpendebantur in eo per dies sin-
÷ gulos similae artabae duodecim et
÷ oves quadraginta
÷ vinique amphorae sex
3 rex quoque colebat eum et ibat per
÷ singulos dies adorare eum
÷ porro Danihel adorabat Deum suum 6,10!
÷ dixitque ei rex quare non adoras Bel
4 qui respondens ait ei
÷ quia non colo idola manufacta sed
÷ viventem Deum
÷ qui creavit caelum et terram et habet Est 13,10.11! Ier 32,27!
÷ potestatem omnis carnis
5 et dixit ad eum rex
÷ non tibi videtur esse Bel vivens deus
÷ an non vides quanta comedat et bi-
÷ bat cotidie
6 et ait Danihel adridens ne erres rex
÷ iste enim intrinsecus luteus est et
÷ forinsecus aereus neque comedit Sir 30,19
÷ aliquando
7 et iratus rex vocavit sacerdotes eius
÷ et ait eis
÷ nisi dixeritis mihi quis est qui come-
÷ dat inpensas has moriemini
8 si autem ostenderitis quoniam Bel
÷ comedat haec
÷ morietur Danihel quia blasphema-
÷ vit in Bel
÷ et dixit Danihel regi fiat iuxta ver- Lv 1,38
÷ bum tuum
9 erant autem sacerdotes Bel septua-
÷ ginta exceptis uxoribus et parvu-
÷ lis et filiis
÷ et venit rex cum Danihele in tem-

56 ~ te decepit AO. | 57 ~ filia iuda non c. | 58 sub pino AO | 59 dei] domini AΦc ‖ 60 deum SZΦs c | 63 eius²] suo AO. ‖ **14**,2 ~ apud babylonios nomine bel c | uini quoque ACΣ | 5 ~ rex ad eum non uidetur tibi c. | ~ bel esse deus uiuens AO | 7 quis] qui CO | 8 quia] quoniam AOMs r | iuxta] secundum AOZ | 9 autem] ergo CΣΛM r; enim Φ; *legi nequit* s | et uenit—belis *om.* Σ. |

AC ΣΛOSZMΦs cr

÷ plum Belis
10 et dixerunt sacerdotes Belis
÷ ecce nos egredimur foras
÷ et tu rex pone escas et vinum misce
6,17! ÷ et claude ostium et signa anulo tuo
11 et cum ingressus fueris mane nisi
÷ inveneris omnia comesta a Bel mo-
÷ riemur vel Danihel qui mentitus
÷ est adversum nos
12 contemnebant autem quia fecerant
÷ sub mensa absconditum introitum
÷ et per illum ingrediebantur semper
÷ et devorabant ea
13 factum est igitur postquam egressi
÷ sunt illi et rex posuit cibos ante Bel
÷ praecepit Danihel pueris suis et ad-
÷ tulerunt cinerem et cribravit per to-
÷ tum templum coram rege
6,17! ÷ et egressi clauserunt ostium
÷ et signantes anulo regis abierunt
14 sacerdotes autem ingressi sunt nocte
÷ iuxta consuetudinem suam
÷ et uxores et filii eorum et comede-
÷ runt omnia et biberunt
15 surrexit autem rex primo diluculo et
÷ Danihel cum eo
16 et ait rex salvane sunt signa Danihel
÷ qui respondit salva rex
17 statimque cum aperuissent ostium
÷ intuitus rex mensam exclamavit vo-
÷ ce magna
÷ magnus es Bel et non est apud te do-
÷ lus quisquam
18 et risit Danihel et tenuit regem ne
÷ ingrederetur intro
÷ et dixit ecce pavimentum animad-
÷ verte cuius vestigia sunt haec
19 et dixit rex video vestigia virorum et
÷ mulierum et infantium
÷ et iratus rex 20 tunc adprehendit sa-
÷ cerdotes et uxores et filios eorum
÷ et ostenderunt ei abscondita ostiola
÷ per quae ingrediebantur et consu-
÷ mebant quae erant super mensam
21 occidit ergo illos rex et tradidit Bel in Ier 51,44!
÷ potestate Daniheli
÷ qui subvertit eum et templum eius
22 et erat draco magnus in loco illo et Sap 15,18
÷ colebant eum Babylonii
23 et dixit rex Daniheli ecce nunc non
÷ potes dicere quia non sit iste deus
÷ vivens adora ergo eum
24 dixitque Danihel Dominum Deum 6,20
÷ meum adoro quia ipse est Deus vi-
÷ vens
25 tu autem rex da mihi potestatem et
÷ interficiam draconem absque gla-
÷ dio et fuste
÷ et ait rex do tibi
26 tulit ergo Danihel picem et adipem
÷ et pilos
÷ et coxit pariter fecitque massas
÷ et dedit in os draconi et disruptus
÷ est draco
÷ et dixit ecce quae colebatis
27 quod cum audissent Babylonii in-
÷ dignati sunt vehementer et congre-
÷ gati adversum regem dixerunt
÷ Iudaeus factus est rex
÷ Bel destruxit draconem interfecit et
÷ sacerdotes occidit
28 et dixerunt cum venissent ad regem
÷ trade nobis Danihelum alioquin
÷ interficiemus te et domum tuam
29 vidit ergo rex quod inruerent in eum 29.30: 6,16
÷ vehementer
÷ et necessitate conpulsus tradidit eis
÷ Danihelum
30 qui miserunt eum in lacum leonum
÷ et erat ibi diebus sex

AC ΣΛOSZMΦs cr

9 in templo AZ | bel c | 10 bel c | appone cibos AO. | 11 comesa C | bel + morte c | 12 contemnebant] confidebant AOZ | sub mensam AO | 13 igitur] autem AO | et[1] *om.* c. | 14 eorum] ipsorum AO | 16 signacula Φc | 17 aperuisset SMΦs c | 18 sint CZΦs cr | ~ haec sunt AO. | 19 et[2]] ac CΣZ | iratus + est c | 20 conprehendit CΣ | per qua CΣS | 21 in potestatem SZMΦs cr | danihelis Σc | 22 eum] illum AOZ | 23 ~ iste non sit c | 24 adorabo CΣ | uiuens + iste autem non est deus uiuens c | 25 interficio CΛSs r | 26 ~ pilos et adipem AO. | fecitque massas *om.* Σ. | massas] offas AO | draconis AOZ c | quae] quem AOSΦ c | 28 danihelem ZΦ c | 29 inruerunt CΣS | danihelem Φ c |

6,22; I Mcc 2,60! 31 porro in lacu erant septem leones et
÷ dabantur eis cotidie duo corpora
÷ et duae oves
÷ et tunc non data sunt eis ut devora-
÷ rent Danihelum
32 erat autem Abacuc propheta in Iu-
÷ daea
÷ et ipse coxerat pulmentum et intri-
÷ verat panes in alveolo
÷ et ibat in campum ut ferret messo-
÷ ribus
33 dixitque angelus Domini ad Abacuc
÷ fer prandium quod habes in Babylo-
÷ nem Daniheli qui est in lacu leonum
34 et dixit Abacuc domine Babylonem
÷ non vidi et lacum nescio
Ez 8,3 35 et adprehendit eum angelus Domini
÷ in vertice eius et portavit eum ca-
÷ pillo capitis sui
÷ posuitque eum in Babylone super
÷ lacum in impetu spiritus sui
36 et clamavit Abacuc dicens
÷ Danihel tolle prandium quod misit
÷ tibi Deus
37 et ait Danihel recordatus es enim
÷ mei Deus et non dereliquisti dili- Ps 144,20!
÷ gentes te
38 surgensque Danihel comedit
÷ porro angelus Dei restituit Abacuc
÷ confestim in loco suo
39 venit ergo rex die septima ut lugeret 6,19.20
÷ Danihelum
÷ et venit ad lacum et introspexit
÷ et ecce Danihel sedens
40 et exclamavit rex voce magna dicens
÷ magnus es Domine Deus Danihelis 6,23
÷ et extraxit eum
41 porro illos qui perditionis eius causa 6,24
÷ fuerant intromisit
÷ et devorati sunt in momento coram
÷ eo

EXPLICIT DANIHEL

PROPHETA

31 in lacum ACΣs | ~ leones septem c | ~ duo corpora quotidie c | datae AΛOS | danihelem ZMΦc | 32 offerret C.; offeret Σ | 33 in babylone CΣΦ | in lacum ACΣΛOs | 35 in uerticem CΣSZ | supra lacum AOZc.; super lacu Φ. | 36 danihel + serue dei c | deus] dominus AOZM. | 37 es] est AΣO | enim *om.* ΣSc | 38 dei] domini AΛOZc | 39 septimo c. | danihelem ZMΦc | ad locum A | intro aspexit CΣ | [*deest* ꞩ *usque ad v.* 41] | sedens + in medio leonum c | 40 clamauit CΣ | ~ uoce magna rex c | est dominus AO | eum + de lacu leonum Σc | 41 fuerunt C; fuerint O.; fuerat Σ. | intromisit + in lacum c | eo + amen AO; + 42 tunc rex ait paueant omnes habitantes in uniuersa terra deum danielis quia ipse est saluator faciens signa et mirabilia in terra qui liberauit danielem de lacu leonum c ||

AC ΣΛOSZMΦ (s) cr

INCIPIT PROLOGUS
DUODECIM PROPHETARUM

Non idem ordo est duodecim Prophetarum apud Hebraeos, qui et apud nos. Unde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee commaticus est et quasi per sententias loquens. Iohel planus in principiis, in fine obscurior. Et usque ad Malachiam habent singuli proprietates suas, quem Ezram scribam legisque doctorem Hebraei autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos, o Paula et Eustochium, admonitas volo, unum librum esse duodecim Prophetarum, et Osee συνχρονον Esaiae, Malachiam vero Aggei et Zacchariae fuisse temporibus. In quibus autem tempus non praefertur in titulo, sub illis eos regibus prophetasse sub quibus et hii qui ante eos habent titulos prophetaverunt. EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT OSEE PROPHETA

Is 1,1! Am 1,1; Mi 1,1 Verbum Domini quod factum est ad Osee filium Beeri in diebus Oziae Ioatham Ahaz Ezechiae regum Iuda
et in diebus Hieroboam filii Ioas regis Israhel
[2] principium loquendi Dominum in Osee
et dixit Dominus ad Osee
vade sume tibi uxorem fornicationum et filios fornicationum
4,12; 9,1 quia fornicans fornicabitur terra a Domino
[3] et abiit et accepit Gomer filiam Debelaim
et concepit et peperit filium
[4] et dixit Dominus ad eum voca nomen eius Hiezrahel
quoniam adhuc modicum et visitabo sanguinem Hiezrahel super domum Hieu
et quiescere faciam regnum domus Israhel
[5] et in illa die conteram arcum Israhel in valle Hiezrahel
[6] et concepit adhuc et peperit filiam
et dixit ei voca nomen eius Absque misericordia 2,23
quia non addam ultra misereri domui Israhel 2,4
sed oblivione obliviscar eorum
[7] et domui Iuda miserebor
et salvabo eos in Domino Deo suo
et non salvabo eos in arcu et gladio 2,18! Za 4,6; 9,10
et in bello et in equis et in equitibus

AC ΣΛΟSΦI cr **Prologus.** *Citantur* AC *et* ΣΛΟSΦI *ac* c (*edd.* 1593 *et* 1598) r. *Tit.* eiusdem in xii prophetas praefatio c. | 1 ~ est idem ordo c. | et] est c. | 7 synchronon c; in xpo non ΣS. | 8 tempus] temporibus A | profertur AΛ.; praeferatur C.; preferebatur Σ. ||

AC ΣΛΟSMΦ I(s) c **Osee.** *Citantur* AC *et* ΣΛΟSMΦIs *ac* c. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas; Iul = Iulianus, in eosdem*]. *Tit.* propheta osee c. || 1,1 [*adest* I *usque ad* 12,11; *deest* s *usque ad v.* 6] | ioathan c | ioas] iosias A.; ihosiae C. | 2 dominum] domino AΦc | fornicationum[1]] fornicationis A | et[2] + fac ΛΟSΦ; + fac tibi c | 3 ~ filiam gomer C | peperit + ei ΛΟMc | 5 et *om.* CΣ. | ~ die illa C | 6 filium C | 7 [*adest* s *usque ad* 2,19] |

8 et ablactavit eam quae erat absque misericordia
et concepit et peperit filium
2,24 9 et dixit voca nomen eius Non populus meus
quia vos non populus meus et ego non ero vester
Gn 32,12; Is 10,22! 10 et erit numerus filiorum Israhel quasi harena maris quae sine mensura est et non numerabitur
Rm 9,26 et erit in loco ubi dicetur eis non populus meus vos
dicetur eis filii Dei viventis
Is 11,12.13! Ier 3,18! 11 et congregabuntur filii Iuda et filii Israhel pariter
et ponent sibimet caput unum et ascendent de terra
quia magnus dies Hiezrahel
23.24! 2 dicite fratribus vestris Populus meus
et sorori vestrae Misericordiam consecuta
2 iudicate matrem vestram
iudicate quoniam ipsa non uxor mea et ego non vir eius
auferat fornicationes suas a facie sua et adulteria sua de medio uberum suorum
Ez 16,39! 3 ne forte expoliem eam nudam
et statuam eam secundum diem nativitatis suae
et ponam eam quasi solitudinem
et statuam eam velut terram inviam
et interficiam eam siti
1,6; Sap 3,16! 4 et filiorum illius non miserebor
quoniam filii fornicationum sunt
5 quia fornicata est mater eorum
confusa est quae concepit eos
quia dixit vadam post amatores meos qui dant panes mihi et aquas meas
lanam meam et linum meum oleum meum et potum meum
6 propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis
et sepiam eam maceria
et semitas suas non inveniet
7 et sequetur amatores suos et non adprehendet eos
et quaeret eos et non inveniet
et dicet vadam et revertar ad virum meum priorem
quia bene mihi erat tunc magis quam nunc
8 et haec nescivit quia ego dedi ei frumentum et vinum et oleum
et argentum multiplicavi ei et aurum quae fecerunt Baal
9 idcirco convertar et sumam frumentum meum in tempore suo
et vinum meum in tempore suo
et liberabo lanam meam et linum meum quae operiebant ignominiam eius
10 et nunc revelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius
et vir non eruet eam de manu mea
11 et cessare faciam omne gaudium eius Ier 7,34!
sollemnitatem eius neomeniam eius Is 1,13!
sabbatum eius et omnia festa tempora eius
12 et corrumpam vineam eius et ficum eius Is 5,5.6!
de quibus dixit mercedes hae meae Mi 1,7
sunt quas dederunt mihi amatores mei
et ponam eam in saltu
et comedet illam bestia agri
13 et visitabo super eam dies Baalim 11,2; 13,1
quibus accendebat incensum
et ornabatur inaure sua et monili suo
et ibat post amatores suos et mei obliviscebatur dicit Dominus
14 propter hoc ecce ego lactabo eam
et ducam eam in solitudinem
et loquar ad cor eius Is 40,2
15 et dabo ei vinitores eius ex eodem

8 ablactaui CΣ | 10 [*hic incip. cap.* 2 𝔐] || 2,2 et[1] *om.* CΣ. | 3 in siti AO *lul* | 5 quia[1]] quoniam AI. | meas + et A | meum[1] + et AS | 6 in spinis AΣSlsr | 8 ei[1 2]] eis CΣ. | 11 neomenias C; neomenia Σ. | temporum CΣO | 12 hae] haec CΣ | in saltum CΣc | illam] eam Φlsc |

AC ΣΛOSMΦls cr

loco
et vallem Achor ad aperiendam spem
et canet ibi iuxta dies iuventutis suae
et iuxta dies ascensionis suae de terra Aegypti
16 et erit in die illo ait Dominus
vocabit me Vir meus et non vocabit me ultra Baali
Za 13,2! 17 et auferam nomina Baalim de ore eius
et non recordabitur ultra nominis eorum
Ez 34,25! 18 et percutiam eis foedus in die illa cum bestia agri et cum volucre caeli et cum reptili terrae
1,7; Ps 45,10! Za 9,10 et arcum et gladium et bellum conteram de terra
et dormire eos faciam fiducialiter
19 et sponsabo te mihi in sempiternum
et sponsabo te mihi in iustitia et iudicio et in misericordia et miserationibus
20 et sponsabo te mihi in fide
Ier 9,24! Io 21,12 et scies quia ego Dominus
21 et erit in illa die
exaudiam dicit Dominus exaudiam caelos
21.22: Ps 84,13! Za 8,12 et illi exaudient terram
22 et terra exaudiet triticum et vinum et oleum
et haec exaudient Hiezrahel
Ier 31,27 23 et seminabo eam mihi in terram
1,6 23.24: 1; Rm 9,25! et miserebor eius quae fuit absque misericordia
1,9; Za 13,9 24 et dicam non populo meo populus meus tu
et ipse dicet Dominus meus es tu
3 et dixit Dominus ad me
adhuc vade dilige mulierem dilectam amico et adulteram
sicut diligit Dominus filios Israhel
et ipsi respectant ad deos alienos et diligunt vinacea uvarum
2 et fodi eam mihi quindecim argenteis
et choro hordei et dimidio choro hordei
3 et dixi ad eam dies multos expectabis me
non fornicaberis et non eris viro
sed et ego expectabo te
4 quia dies multos sedebunt filii Israhel sine rege et sine principe Dn 3,38
et sine sacrificio et sine altari et sine ephod et sine therafin
5 et post haec revertentur filii Israhel
et quaerent Dominum Deum suum et David regem suum Ez 34,24
et pavebunt ad Dominum et ad bonum eius in novissimo dierum Ier 31,12
4 audite verbum Domini filii Israhel Ps 49,7!
quia iudicium Domino cum habitatoribus terrae 12,2; Ier 25,31! Mi 6,2!
non est enim veritas et non est misericordia et non est scientia Dei in terra Ps 11,2
2 maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adulterium inundaverunt 7,1; Ier 7,9
et sanguis sanguinem tetigit
3 propter hoc lugebit terra Is 24,4! 33,9
et infirmabitur omnis qui habitat in ea in bestia agri et in volucre caeli So 1,3
sed et pisces maris congregabuntur
4 verumtamen unusquisque non iudicet et non arguatur vir
populus enim tuus sicut hii qui contradicunt sacerdoti
5 et corrues hodie et corruet etiam propheta tecum
nocte tacere feci matrem tuam
6 conticuit populus meus eo quod non habuerit scientiam Is 5,13
quia tu scientiam reppulisti
repellam te ne sacerdotio fungaris mihi

AC ΣΛOSMΦ I(s) cr

16 illa Σsc | me² *om.* A | bahalim AΣOSMΦI | 18 cum eis c | illo A | 19 [*deest* s *usque ad* 4,15] | et⁵ + in c | 21 ~ die illa ΛSMIc | 23 in terra ΛSc | 24 meus¹ + es AΣMΦc | dicit CS | dominus] deus c || 3,1 uade + et Oc | respiciunt c || **4**,1 quia] quoniam A | domino] domini AΣ |

et oblita es legis Dei tui
obliviscar filiorum tuorum et ego
7 secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi
Ps 7,6 gloriam eorum in ignominiam commutabo
8 peccata populi mei comedent
et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum
Is 24,2 9 et erit sicut populus sic sacerdos
et visitabo super eum vias eius
et cogitationes eius reddam ei
Is 9,20! Mi 6,14 10 et comedent et non saturabuntur
fornicati sunt et non cessaverunt
quoniam Dominum reliquerunt in non custodiendo
Prv 20,1; 31,4; Sir 19,2 11 fornicatio et vinum et ebrietas aufert cor
Ez 21,26 Lxx 12 populus meus in ligno suo interrogavit
et baculus eius adnuntiavit ei
5,4 spiritus enim fornicationum decepit eos
1,2; 9,1 et fornicati sunt a Deo suo
Ez 6,13! 13 super capita montium sacrificabant
et super colles accendebant thymiama
subtus quercum et populum et terebinthum quia bona erat umbra eius
ideo fornicabuntur filiae vestrae
et sponsae vestrae adulterae erunt
14 non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatae
Iob 36,14 et super sponsas vestras cum adulteraverint
quoniam ipsi cum meretricibus versabantur
et cum effeminatis sacrificabant
et populus non intellegens vapulabit
15 si fornicaris tu Israhel non delinquat saltim Iuda
12,11; Am 5,5! et nolite ingredi in Galgala
et ne ascenderitis in Bethaven
neque iuraveritis vivit Dominus
16 quoniam sicut vacca lasciviens declinavit Israhel
nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine
17 particeps idolorum Ephraim dimitte eum 5,3!
18 separatum est convivium eorum
fornicatione fornicati sunt
dilexerunt adferre ignominiam protectores eius
19 ligavit spiritus eam in alis suis
et confundentur a sacrificiis suis
5 audite hoc sacerdotes et adtendite domus Israhel et domus regis auscultate
quia vobis iudicium est
quoniam laqueus facti estis speculationi 9,8
et rete expansum super Thabor
2 et victimas declinastis in profundum
et ego eruditor omnium eorum
3 ego scio Ephraim
et Israhel non est absconditus a me
quia nunc fornicatus est Ephraim 4,17; 6,10
contaminatus est Israhel
4 non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Dominum suum 7,10!
quia spiritus fornicationis in medio eorum 4,12
et Dominum non cognoverunt
5 et respondebit arrogantia Israhel in facie eius et Israhel et Ephraim ruent in iniquitate sua 7,10
ruet etiam Iudas cum eis
6 in gregibus suis et in armentis suis Ier 6,20!
vadent ad quaerendum Dominum et non invenient ablatus est ab eis Am 8,12
7 in Domino praevaricati sunt
quia filios alienos genuerunt
nunc devorabit eos mensis cum partibus suis
8 clangite bucina in Gabaa tuba in

8 iniquitates CΣ. | 10 dereliquerunt CΣΛOc | 11 auferunt c. | 12 interrogabit COr | adnuntiabit CΣOΦr | 14 conuersabantur Φc | uapulauit A; papulauit Σ. | 15 [*adest* s *usque ad* 14,10] | 16 latitudinem A | 19 eum ΛSΦc | ~ eam spiritus O; ~ eum spir. c | a *om.* C || **5**,1 uobiscum C | 4 dominum[1]] deum ΛOSlcr | fornicationum ΛΦc | 7 in dominum c. | mensis] memfis AO | participibus AO |

AC ΣΛOSMΦ l(s) cr

Rama ululate in Bethaven
post tergum tuum Beniamin
[9]Ephraim in desolatione erit in die correptionis
in tribubus Israhel ostendi fidem
[10]facti sunt principes Iuda quasi adsumentes terminum
super eos effundam quasi aquam iram meam
Dt 28,33 [11]calumniam patiens Ephraim fractus iudicio
quoniam coepit abire post sordem
[12]et ego quasi tinea Ephraim
et quasi putredo domui Iuda
[13]et vidit Ephraim languorem suum
et Iudas vinculum suum
7,11! 8,9; 10,6 et abiit Ephraim ad Assur
et misit ad regem ultorem
14,4 et ipse non poterit sanare vos
nec solvere poterit a vobis vinculum
13,7! [14]quoniam ego quasi leaena Ephraim
Gn 49,9 et quasi catulus leonis domui Iuda
ego ego capiam et vadam
tollam et non est qui eruat
Is 18,4 [15]vadens revertar ad locum meum
donec deficiatis et quaeratis faciem meam
1,2: Is 19,22! 26,16; Ier 2,27 6 in tribulatione sua mane consurgunt ad me
14,2! Lam 3,40 venite et revertamur ad Dominum
Iob 5,18 [2]quia ipse cepit et sanabit nos
percutiet et curabit nos
[3]vivificabit nos post duos dies
in die tertia suscitabit nos et vivemus in conspectu eius
sciemus sequemurque ut cognoscamus Dominum
quasi diluculum praeparatus est egressus eius
Ps 71,6; Prv 16,15; Sir 35,26 et veniet quasi imber nobis temporaneus et serotinus terrae
11,8; IV Esr 1,24 [4]quid faciam tibi Ephraim quid faciam tibi Iuda
misericordia vestra quasi nubes matutina 13,3
et quasi ros mane pertransiens
[5]propter hoc dolavi in prophetis
occidi eos in verbis oris mei Is 11,4!
et iudicia tua quasi lux egredientur
[6]quia misericordiam volui et non sacrificium 1 Sm 15,22! Ps 39,7! Prv 21,3! Mt 9,13; 12,7
et scientiam Dei plus quam holocausta
[7]ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum 8,1
ibi praevaricati sunt in me
[8]Galaad civitas operantium idolum 9,15
subplantata sanguine [9]et quasi fauces virorum latronum
particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sychem
quia scelus operati sunt
[10]in domo Israhel vidi horrendum
ibi fornicationes Ephraim 5,3!
contaminatus est Israhel
[11]sed et Iuda pone messem tibi cum convertero captivitatem populi mei
7 cum sanare vellem Israhel
revelata est iniquitas Ephraim et malitia Samariae
quia operati sunt mendacium 4,2!
et fur ingressus est spolians latrunculus foris
[2]et ne forte dicant in cordibus suis
omnem malitiam eorum me recordatum
nunc circumdederunt eos adinventiones suae coram facie mea factae sunt Ps 48,6; 89,8
[3]in malitia sua laetificaverunt regem
et in mendaciis suis principes
[4]omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente
quievit paululum civitas a commixtione fermenti
donec fermentaretur totum

AC ΣΛOSMΦls cr 9 corruptionis AΛS.; + et C; + sed Σ. | tribus CΣ | 11 patiens + est SMc | sordes Φc; sortem S | 13 iuda c || 6.1 consurgent Oc | et *om.* CΣ | 3 diluculo CΣOS | 4 et *om.* C || 7.1 latrunculus AMΦlsc𝔐 *Hi Iul*] latrunculos *cet.* | 4 a² *om.* A |

5 dies regis nostri
coeperunt principes furere a vino
extendit manum suam cum inlusoribus
6 quia adplicuerunt quasi clibanum cor suum cum insidiaretur eis
tota nocte dormivit coquens eos
mane ipse succensus quasi ignis flammae
Ps 20,10 7 omnes calefacti sunt quasi clibanus
et devoraverunt iudices suos
Is 64,7 omnes reges eorum ceciderunt
non est qui clamet in eis ad me
8 Ephraim in populis ipse commiscebatur
Ephraim factus est subcinericius qui non reversatur
9 comederunt alieni robur eius et ipse nescivit
sed et cani effusi sunt in eo et ipse ignoravit
5,5 10 et humiliabitur superbia Israhel in facie eius
5,4; Is 9,13! nec reversi sunt ad Dominum Deum suum
et non quaesierunt eum in omnibus his
11 et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor
5,13! 12,1; Lam 5,6 Aegyptum invocabant ad Assyrios abierunt
Ez 12,13! 12 et cum profecti fuerint expandam super eos rete meum
quasi volucrem caeli detraham eos
caedam eos secundum auditionem coetus eorum
13 vae eis quoniam recesserunt a me
12,1 vastabuntur quia praevaricati sunt in me
et ego redemi eos et ipsi locuti sunt contra me mendacia
14 et non clamaverunt ad me in corde suo
sed ululabant in cubilibus suis
super triticum et vinum ruminabant
recesserunt a me
15 et ego erudivi et confortavi brachia eorum
et in me cogitaverunt malitiam
16 reversi sunt ut essent absque iugo Ps 77,57
facti sunt quasi arcus dolosus
cadent in gladio principes eorum a furore linguae suae
ista subsannatio eorum in terra Aegypti
8 in gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum Domini
pro eo quod transgressi sunt foedus meum 6,7
et legem meam praevaricati sunt
2 me invocabunt Deus meus cognovimus te Israhel
3 proiecit Israhel bonum inimicus persequetur eum
4 ipsi regnaverunt et non ex me
principes extiterunt et non cognovi
argentum suum et aurum suum fecerunt sibi idola ut interirent
5 proiectus est vitulus tuus Samaria
iratus est furor meus in eis
usquequo non poterunt emundari
6 quia ex Israhel et ipse est
artifex fecit illum et non est Deus 13,2
quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariae
7 quia ventum seminabunt et turbinem metent 10,13; Iob 4,8!
culmus stans non est in eis
germen non faciet farinam
quod si et fecerit alieni comedent eam
8 devoratus est Israhel
nunc factus est in nationibus quasi vas inmundum
9 quia ipsi ascenderunt ad Assur 5,13!
onager solitarius sibi Ephraim

6 quia] qui ΛCΣSI | adplicauerunt CΛ | clibanus C | 7 ceciderunt + et CΣ | 8 subcinericius + panis c | 9 ignorabit Λ | 12 retem ΛSI (*vid.*) | 13 mendacium Λs | 14 et² + super CΣ | 15 erudiui + eos Oc || 8,2 inuocabant ΛOSMIs *Iul* | 5 in eos c | 6 illum] illud sr *Hi Iul* | 7 in eo c. | facient C | et² *om.* ΣS; ~ et si Oc | 9 sibi] simul CΣ |

ΛC
ΣΛOSMΦls
cr

Ez 16,33 munera dederunt amatoribus
10 sed et cum mercede conduxerint nationes
nunc congregabo eos
et quiescent paulisper ab onere regis et principum
10,1; 12,11 11 quia multiplicavit Ephraim altaria ad peccandum
factae sunt ei arae in delictum
12 scribam ei multiplices leges meas
quae velut alienae conputatae sunt
Am 5,22! 13 hostias adfer adfer immolabunt carnes et comedent
Dominus non suscipiet eas
9,9; Ier 14,10 nunc recordabitur iniquitatis eorum
et visitabit peccata eorum
9,3 ipsi in Aegyptum convertentur
Is 17,10! 14 et oblitus est Israhel factoris sui et aedificavit delubra
et Iudas multiplicavit urbes munitas
Am 2,5! et mittam ignem in civitates eius et devorabit aedes illius
9 noli laetari Israhel
noli exultare sicut populi
1,2; 4,12 quia fornicatus es a Deo tuo
dilexisti mercedem super omnes areas tritici
2 area et torcular non pascet eos
et vinum mentietur eis
3 non habitabunt in terra Domini
8,13 reversus est Ephraim Aegyptum
Tb 1,12! Ez 4,13 et in Assyriis pollutum comedit
4 non libabunt Domino vinum
et non placebunt ei
sacrificia eorum quasi panis lugentium
omnes qui comedunt cum contaminabuntur
quia panis eorum animae ipsorum
non intrabit in domum Domini
5 quid facietis in die sollemni
in die festivitatis Domini
6 ecce enim profecti sunt a vastitate
Aegyptus congregavit eos
Memphis sepeliet eos
desiderabile argenti eorum urtica hereditabit 10,8
lappa in tabernaculis eorum
7 venerunt dies visitationis Is 10,3; 63,4!
venerunt dies retributionis
scitote Israhel stultum prophetam So 3,4!
insanum virum spiritalem
propter multitudinem iniquitatis tuae et multitudo amentiae
8 speculator Ephraim cum Deo meo 5,1
propheta laqueus ruinae super omnes vias eius
insania in domo Dei eius
9 profunde peccaverunt sicut in diebus Gabaa 10,9
recordabitur iniquitatis eorum 8,13; Ier 14,10
et visitabit peccata eorum
10 quasi uvas in deserto inveni Israhel
quasi prima poma ficulneae in cacumine eius vidi patres eorum
ipsi autem intraverunt ad Beelphegor Nm 25,3!
et abalienati sunt in confusione
et facti sunt abominabiles sicut ea quae dilexerunt
11 Ephraim quasi avis avolavit gloria eorum a partu et ab utero et a conceptu
12 quod si et enutrierint filios suos absque liberis eos faciam in hominibus Dt 28,41! Iob 27,14
sed et vae eis cum recessero ab eis
13 Ephraim ut vidi Tyrus erat fundata in pulchritudine
et Ephraim educit ad interfectorem filios suos
14 da eis Domine quid dabis eis

AC ΣΛOSMΦΙs cr

13 adfer adfer CΣASMs *Hi Iul*] adfert adfert Φ.; affert A; offer****** O.; afferent I; offerent c | immolabant CAs | comedent + et CΣΦc *Hi* | iniquitates AOSMΦ; iniquitas Σ. | in] ad O; *om.* CΣIr | 14 et mittam] emittam ACsr || 9,1 laetare AΣSΦI | exaltare A; exultari CS | 3 ephraim] israhel CΣ; + in AΛMΦc | 4 comedent I (*vid.*) c | anima CΣI | intrauit CΦ; intrabunt ASM | 6 congregabit AMcr | argento S.; argentum Mc | hereditauit ACI | 7 retributionis] tribulationis C | multitudinem[2] ΣAc | 8 ruinae] *praem.* factus est A.; + factus est OΦIc | 10 in confusionem AMsc | dilexerant CΣ. | 11 concepto A; concepturo S. | 12 et[1] *om.* M; ~ et si c | eis[1]] eius A.; illis Λ | 13 uidit CΣOSΦ *Iul* | educet OSc *Hi*; deducit A. | 14 eis da eis] da eis S.; eis CΣ |

da eis vulvam sine liberis et ubera
arentia
6,8 15 omnes nequitiae eorum in Galgal
quia ibi exosos habui eos
propter malitiam adinventionum eo-
rum de domo mea eiciam eos
non addam ut diligam eos
omnes principes eorum recedentes
16 percussus est Ephraim
radix eorum exsiccata est
fructum nequaquam facient
quod si et genuerint interficiam
amantissima uteri eorum
17 abiciet eos Deus meus quia non au-
dierunt eum
et erunt vagi in nationibus
10 vitis frondosa Israhel
fructus adaequatus est ei
8,11; 12,11 secundum multitudinem fructus sui
multiplicavit altaria
iuxta ubertatem terrae suae exube-
ravit simulacris
2 divisum est cor eorum nunc interi-
bunt
ipse confringet simulacra eorum
depopulabitur aras eorum
3 quia nunc dicent non est rex nobis
non enim timemus Dominum
et rex quid faciet nobis
4 loquimini verba visionis inutilis
et ferietis foedus et germinabit quasi
amaritudo
iudicium super sulcos agri
III Rg 12,32 5 vaccas Bethaven coluerunt habitato-
res Samariae
quia luxit super eum populus eius
et aeditui eius super eum exultave-
runt in gloria eius quia migravit ab
eo
5,13! 6 siquidem et ipse in Assur delatus est
munus regi ultori
confusio Ephraim capiet
et confundetur Israhel in voluntate
sua
7 transire fecit Samaria regem suum 11,1
quasi spumam super faciem aquae
8 et disperdentur excelsa idoli pecca-
tum Israhel
lappa et tribulus ascendet super aras 9,6
eorum
et dicent montibus operite nos Lc 23,30; Apc 6,16
et collibus cadite super nos
9 ex diebus Gabaa peccavit Israhel 9,9
ibi steterunt non conprehendet eos
in Gabaa proelium super filios ini-
quitatis
10 iuxta desiderium meum corripiam
eos
congregabuntur super eos populi
cum corripientur propter duas ini- Tb 13,5!
quitates suas
11 Ephraim vitula docta diligere tritu-
ram
et ego transivi super pulchritudinem
colli eius
ascendam super Ephraim arabit
Iudas
confringet sibi sulcos Iacob
12 seminate vobis in iustitia
metite in ore misericordiae
innovate vobis novale Ier 4,3
tempus autem requirendi Dominum
cum venerit qui docebit vos iustiti-
am
13 arastis impietatem iniquitatem mes- 8,7; Iob 4,8!
suistis comedistis frugem mendacii
quia confisus es in viis tuis in multi-
tudine fortium tuorum
14 consurget tumultus in populo tuo
et omnes munitiones tuae vastabun-
tur
sicut vastatus est Salman
a domo eius qui iudicavit Baal in die
proelii matre super filios adlisa
15 sic fecit vobis Bethel a facie malitiae
nequitiarum vestrarum

15 exosos habui] exhorrui A | 16 ~ et si OMc || **10**,4 uisionis inutiles AOSls; uisiones inutiles AC
r | super ulcos AS. | 5 in gloriam CΣ | 6 est *om.* CΣ. | 8 ascendent A; ascendit ΛS; ascen- ΣΛOSMΦls
derunt Σ. | 9 filiis ΛOSMΦsr | 11 diligit CΣ. | arauit ACΣΦ | 12 in iustitiam Al; iustitiam cr
S.; + et OSMlc | 13 confusus AOM | 14 uastatus] uastata C | salmana ΣΛSMΦc | baal in]
bahalim CΣ | 15 ~ uobis fecit A. ||

10,7 **11** sicuti mane transit pertransiit rex
Israhel
quia puer Israhel et dilexi eum
Mt 2,15 et ex Aegypto vocavi filium meum
[2] vocaverunt eos sic abierunt a facie
eorum
2,13 Baalim immolabant et simulacris
sacrificabant
[3] et ego quasi nutricius Ephraim
Nm 11,12! portabam eos in brachiis meis
et nescierunt quod curarem eos
[4] in funiculis Adam traham eos in
vinculis caritatis
et ero eis quasi exaltans iugum super
maxillas eorum
et declinavi ad eum ut vesceretur
[5] non revertetur in terram Aegypti
et Assur ipse rex eius quoniam no-
luerunt converti
[6] coepit gladius in civitatibus eius et
consumet electos eius et comedet
capita eorum
[7] et populus meus pendebit ad redi-
tum meum
iugum autem inponetur ei simul quod
non auferetur
6,4! [8] quomodo dabo te Ephraim prote-
gam te Israhel
Dt 29,23! quomodo dabo te sicut Adama po-
nam te ut Seboim
conversum est in me cor meum pa-
riter
conturbata est paenitudo mea
Ier 31,20 [9] non faciam furorem irae meae
non convertar ut disperdam Eph-
raim
Nm 23,19 quoniam Deus ego et non homo
Is 12,6! in medio tui Sanctus et non ingre-
diar civitatem
Ier 25,30! Apc 10,3 [10] post Dominum ambulabunt quasi
leo rugiet
quia ipse rugiet et formidabunt filii
maris
[11] et avolabunt quasi avis ex Aegypto Is 60,8
et quasi columba de terra Assyrio-
rum
et conlocabo eos in domibus suis di-
cit Dominus
[12] circumdedit me in negatione Ephra-
im et in dolo domus Israhel
Iudas autem testis descendit cum
Deo
et cum sanctis fidelis
12 Ephraim pascit ventum et sequitur
aestum
tota die mendacium et vastitatem 7,13
multiplicat
et foedus cum Assyriis iniit et oleum 7,11! Lam 5,6
in Aegyptum ferebat
[2] iudicium ergo Domini cum Iuda et 4,1! Mi 6,2!
visitatio super Iacob
iuxta vias eius et iuxta adinventiones
eius reddet ei
[3] in utero subplantavit fratrem suum Gn 27,36
et in fortitudine sua directus est cum Gn 32,24
angelo
[4] et invaluit ad angelum et conforta-
tus est
flevit et rogavit eum
in Bethel invenit eum et ibi locutus
est nobiscum
[5] et Dominus Deus exercituum Do- Ex 3,15!
minus memoriale eius
[6] et tu ad Deum tuum converteris Prv 21,21!
misericordiam et iudicium custodi
et spera in Deo tuo semper
[7] Chanaan in manu eius statera dolosa Am 8,5
calumniam dilexit
[8] et dixit Ephraim verumtamen dives Za 11,5
effectus sum inveni idolum mihi
omnes labores mei non invenient
mihi iniquitatem quam peccavi
[9] et ego Dominus Deus tuus ex terra 13,4; Lv 11,45!
Aegypti

AC ΣΛOSMΦIk cr

11,1 transit] transiit CΣSc | dilexit ΛO. | 5 reuertitur S.; reuertentur ΛΛ.; reuertebatur CΣ.; reuerteretur I. | in terra AΣSΦI | 7 meus *om.* CΣ. | pendebat CΣ | eis simul CΣOMc *Hi Iul* | 8 protegam ACΣΛIc *Hi*] expugnabo OSMs *Iul*; expugnabo protegam Φ | ut] sicut AΣ | 10 dominum] deum AC | 12 negatione ASsc𝔐 *Hi*] negotiatione *cet. Iul* || 12,1 pascet CΣS | 6 dominum deum CΣ *Iul*; dominum S | 8 mihi[1] + et A | inuenientur S; uenient C | 9 deus *om.* CΣ. |

adhuc sedere te faciam in tabernaculis sicut in diebus festivitatis
10 et locutus sum super prophetas
et ego visionem multiplicavi
et in manu prophetarum adsimilatus sum
4,15! 11 si Galaad idolum tamen frustra erant in Galgal bubus immolantes
8,11; 10,1 nam et altaria eorum quasi acervi super sulcos agri
12 fugit Iacob in regionem Syriae
et servivit Israhel in uxore et in uxore servavit
Sap 11,1 13 in propheta autem eduxit Dominus Israhel de Aegypto
et in propheta servatus est
14 ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis
Ez 33,4! et sanguis eius super eum veniet
et obprobrium eius restituet ei Dominus suus
13 loquente Ephraim horror invasit Israhel
2,13 et deliquit in Baal et mortuus est
III Rg 12,30 2 et nunc addiderunt ad peccandum
feceruntque sibi conflatile de argento
14,9! suo quasi similitudinem idolorum
8,6 factura artificum totum est
his ipsi dicunt immolate
homines vitulos adorantes
6,4 3 idcirco erunt quasi nubes matutina
et sicut ros matutinus praeteriens
Sap 5,15! sicut pulvis turbine raptus ex area
et sicut fumus de fumario
12,9! 4 ego autem Dominus Deus tuus ex terra Aegypti
Is 43,11; 45,21! et Deum absque me nescies
et salvator non est praeter me
Dt 32,10! 5 ego cognovi te in deserto in terra solitudinis
6 iuxta pascua sua et adimpleti sunt et saturati
elevaverunt cor suum et obliti sunt mei Dt 8,14
7 et ero eis quasi leaena sicut pardus in via Assyriorum 5,14; Ier 5,6!
8 occurram eis quasi ursa raptis catulis II Sm 17,8; Prv 17,12; Lam 3,10
et disrumpam interiora iecoris eorum
et consumam eos ibi quasi leo bestia agri scindet eos
9 perditio tua Israhel tantummodo in me auxilium tuum
10 ubi est rex tuus maxime nunc salvet te in omnibus urbibus tuis
et iudices tui de quibus dixisti da mihi regem et principes I Sm 8,19!
11 dabo tibi regem in furore meo
et auferam in indignatione mea
12 conligata est iniquitas Ephraim
absconditum peccatum eius
13 dolores parturientis venient ei Is 13,8!
ipse filius non sapiens nunc enim non stabit in contritione filiorum
14 de manu mortis liberabo eos Ez 37,12!
de morte redimam eos
ero mors tua o mors Apc 20,14; Is 25,8; I Cor 15,55
ero morsus tuus inferne
consolatio abscondita est ab oculis meis
15 quia ipse inter fratres dividet
adducet urentem ventum Dominus de deserto ascendentem Is 21,1! Ier 4,11; Ez 17,10!
et siccabit venas eius et desolabit fontem eius
et ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis
14 pereat Samaria quoniam ad amaritudinem concitavit Dominum suum
in gladio pereat

11 galaad MIc𝔐 *Hi*] galgal *cet. Iul* | tamen] ergo c | 12 [*hic desinit* I] | in regiones CΣ. | in uxorem[1] Ac; in uxores O; uxorem S | in uxorem[2] Sc; in uxores O | seruauit] seruabit S; seruiuit AΛ; errauit O | 13 in prophetam[1] A. | dominus + deus CΣ. | in prophetas[2] AS || **13**,2 fecerunt sibi CΣ | 3 turbinis CΣ. | 6 et[1] *om.* ΛΦc | saturati + sunt Oc *Iul* | et eleuauerunt ΣΦ; et leuauerunt Ac | 7 et + ego c | leaena + et A | 14 ~ morsus tuus ero c | inferni A | 15 diuidit AMΦr || **14**,1 dominum ACΣO *Iul*] deum ΛSMΦsc𝔐 *Hi* | pereant[2] c |

AC ΣΛOSMΦ (I)sc

Ps 136,9! Na 3,10 parvuli eorum elidantur
et fetae eius discindantur
6,1! II Par 30,6; Is 31,6! Ier 3,12! Ioel 2,12 2 convertere Israhel ad Dominum Deum tuum
quoniam corruisti in iniquitate tua
3 tollite vobiscum verba et convertimini ad Dominum
dicite ei omnem aufer iniquitatem et accipe bonum
Ps 49,14! Hbr 13,15 et reddemus vitulos labiorum nostrorum
5,13 4 Assur non salvabit nos
super equum non ascendemus
nec dicemus ultra dii nostri opera manuum nostrarum
quia eius qui in te est misereberis pupilli
Ier 3,22 5 sanabo contritiones eorum
diligam eos spontanee
quia aversus est furor meus ab eo
Is 26,19; 27,6! 35,1! Ez 17,23! 6 ero quasi ros Israhel germinabit quasi lilium et erumpet radix eius ut Libani
Ps 51,10 7 ibunt rami eius et erit quasi oliva gloria eius et odor eius ut Libani
8 convertentur sedentes in umbra eius
vivent tritico et germinabunt quasi vinea
memoriale eius sicut vinum Libani
9 Ephraim quid mihi ultra idola
ego exaudiam et dirigam eum
ego ut abietem virentem ex me fructus tuus inventus est
Ps 106,43; Ier 9,12 10 quis sapiens et intelleget ista
intellegens et sciet haec
Is 26,7! quia rectae viae Domini et iusti
Iob 17,9 ambulabunt in eis
praevaricatores vero corruent in eis

EXPLICIT OSEE PROPHETA

INCIPIT IOHEL PROPHETA

Verbum Domini quod factum est ad Iohel filium Fatuhel
2 audite hoc senes et auribus percipite omnes habitatores terrae Ps 48,2!
si factum est istud in diebus vestris
aut in diebus patrum vestrorum
3 super hoc filiis vestris narrate Ps 77,6
et filii vestri filiis suis
et filii eorum generationi alterae
4 residuum erucae comedit lucusta 2,25
et residuum lucustae comedit bruchus
et residuum bruchi comedit rubigo
5 expergescimini ebrii et flete
et ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine quoniam periit ab ore vestro Is 32,10
6 gens enim ascendit super terram meam fortis et innumerabilis 2,2
dentes eius ut dentes leonis Apc 9,8
et molares eius ut catuli leonis
7 posuit vineam meam in desertum
et ficum meam decorticavit
nudans spoliavit eam et proiecit
albi facti sunt rami eius
8 plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suae IV Esr 16,34
9 periit sacrificium et libatio de domo Domini 13; 2,17
luxerunt sacerdotes ministri Domini
10 depopulata est regio luxit humus
quoniam devastatum est triticum
confusum est vinum elanguit oleum
11 confusi sunt agricolae
ululaverunt vinitores super frumento et hordeo IV Esr 15,13
quia periit messis agri
12 vinea confusa est et ficus elanguit Is 24,7; Ier 48,33!

AC ΣΛOSMΦs 𝔠𝔯 2 in *om.* AΣSsr | 3 dominum + et S𝔠 | et² *om.* 𝔠. | 4 popilli C.; populi ASMs *Iul*; populo Σ | 5 eo] eis OSΦs𝔠 | 6 quasi²] sicut 𝔠. | 7 erunt C; erumpet Σ. | 10 intellegit ACSM ||

Iohel. *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦs *ac* 𝔠. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas; Iul = Iulianus, in eosdem*]. *Tit.* prophetia ioel 𝔠. || 1,1 [*adest s usque ad v.* 14] | 4 comedet¹ AΣ | 5 et² *om.* C *Iul* | perit C; periuit A | 7 decoriauit Σ.; deeortauit A. | expoliauit CS | 8 suae] tuae CΣΦ *Hi Iul* | 10 et languit A; et elanguit Φ |

malogranatum et palma et malum et omnia ligna agri aruerunt
quia confusum est gaudium a filiis hominum
9; 2,17 13 accingite vos et plangite sacerdotes
ululate ministri altaris
ingredimini cubate in sacco ministri Dei mei
quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium et libatio
2,15.16 14 sanctificate ieiunium vocate coetum
congregate senes omnes habitatores terrae in domum Dei vestri
Ier 1,6! et clamate ad Dominum 15 a a a diei
Is 13,6; Ez 30,2.3; So 1,7.14! quia prope est dies Domini
et quasi vastitas a potente veniet
16 numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt
de domo Dei nostri laetitia et exultatio
17 conputruerunt iumenta in stercore suo
demolita sunt horrea
dissipatae sunt apothecae
quoniam confusum est triticum
18 quid ingemuit animal
mugierunt greges armenti quia non est pascua eis
sed et greges pecorum disperierunt
19 ad te Domine clamabo quia ignis comedit speciosa deserti et flamma succendit omnia ligna regionis
Ps 41,2; 103,21! 20 sed et bestiae agri quasi area sitiens imbrem suspexerunt ad te
quoniam exsiccati sunt fontes aquarum
et ignis devoravit speciosa deserti
15; Ier 4,5! 2 canite tuba in Sion
ululate in monte sancto meo
So 1,14! conturbentur omnes habitatores terrae quia venit dies Domini
So 1,15! quia prope est 2 dies tenebrarum et caliginis
dies nubis et turbinis
quasi mane expansum super montes 1,6
populus multus et fortis
similis ei non fuit a principio
et post eum non erit usque in annos generationis et generationis·
3 ante faciem eius ignis vorans
et post eum exurens flamma
quasi hortus voluptatis terra coram eo Gn 13,10; Is 51,3
et post eum solitudo deserti
neque est qui effugiat eum
4 quasi aspectus equorum aspectus eorum Apc 9,7
et quasi equites sic current
5 sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient Apc 9,9
sicut sonitus flammae ignis devorantis stipulam Is 5,24!
velut populus fortis praeparatus ad proelium
6 a facie eius cruciabuntur populi
omnes vultus redigentur in ollam Na 2,10
7 sicut fortes current quasi viri bellatores ascendent murum
vir in viis suis gradietur
et non declinabunt a semitis suis
8 unusquisque fratrem suum non coartabit
singuli in calle suo ambulabunt Prv 30,27
sed et per fenestras cadent et non demolientur
9 urbem ingredientur in muro current
domos conscendent
per fenestras intrabunt quasi fur Ier 9,21
10 a facie eius contremuit terra moti sunt caeli
sol et luna obtenebrati sunt 3,15; Is 13,10! Lc 21,25
et stellae retraxerunt splendorem suum
11 et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui
quia multa sunt nimis castra eius
quia fortia et facientia verbum eius
magnus enim dies Domini et terribi- Ier 30,7; So 1,14! Mal 3,2; Apc 6,17

14 [*deest* s *usque ad* 3,21] || **2**,5 ignis *om.* C | 7 uir] uiri AΛSc *Hi* | gradientur Scr𝔐 *Hi*; gradiebantur A. | 9 current] corruent A | 10 traxerunt AΣ |

AC ΣΛOSMΦ(s) cr

lis valde et quis sustinebit eum
Os 14,2! 12 nunc ergo dicit Dominus convertimi-
ni ad me in toto corde vestro
Idt 4,12! in ieiunio et in fletu et in planctu
13 et scindite corda vestra et non ves-
timenta vestra
Is 55,7! Ier 18,8! et convertimini ad Dominum Deum
vestrum
II Esr 9,17! Sir 2,13; Ion 4,2 quia benignus et misericors est
patiens et multae misericordiae
et praestabilis super malitia
Ion 3,9 14 quis scit si convertatur et ignoscat
et relinquat post se benedictionem
sacrificium et libamen Domino Deo
nostro
1! 15 canite tuba in Sion
15.16: 1,14 sanctificate ieiunium vocate coetum
16 congregate populum
sanctificate ecclesiam coadunate se-
nes
congregate parvulos et sugentes ube-
ra
egrediatur sponsus de cubili suo
et sponsa de thalamo suo
1,9.13 17 inter vestibulum et altare plorabunt
sacerdotes ministri Domini et di-
cent
IV Esr 8,45 parce Domine populo tuo et ne des
Ier 14,21 hereditatem tuam in obprobrium
ut dominentur eis nationes
Ps 41,4! 113,10! quare dicunt in populis ubi est Deus
eorum
Za 1,14; 8,2 18 zelatus est Dominus terram suam et
pepercit populo suo
19 et respondit Dominus et dixit popu-
lo suo
ecce ego mittam vobis frumentum
et vinum et oleum et replebimini eo
et non dabo vos ultra obprobrium in
gentibus
20 et eum qui ab aquilone est procul
Is 34,3! faciam a vobis et expellam eum in
terram inviam et desertam
faciem eius contra mare orientale
et extremum eius ad mare novissi-
mum
et ascendet fetor eius et ascendet
putredo eius quia superbe egit
21 noli timere terra exulta et laetare
quoniam magnificavit Dominus ut Ps 125,3
faceret
22 nolite timere animalia regionis
quia germinaverunt speciosa deserti
quia lignum adtulit fructum suum
ficus et vinea dederunt virtutem su-
am
23 et filii Sion exultate et laetamini in Ps 31,11!
Domino Deo vestro
quia dedit vobis doctorem iustitiae
et descendere faciet ad vos imbrem Dt 11,14! Iac 5,7
matutinum et serotinum in prin-
cipio
24 et implebuntur areae frumento
et redundabunt torcularia vino et
oleo
25 et reddam vobis annos quos comedit 1,4
lucusta bruchus et rubigo et eruca
fortitudo mea magna quam misi in
vos
26 et comedetis vescentes et saturabi- Is 23,18
mini
et laudabitis nomen Domini Dei Ps 85,9.10! Is 25,1
vestri qui fecit vobiscum mirabilia
et non confundetur populus meus in
sempiternum
27 et scietis quia in medio Israhel ego 3,17! Ez 39,22! Is 12,6! 45,5! So 3,15
sum
et ego Dominus Deus vester et non
est amplius
et non confundetur populus meus in
aeternum
28 et erit post haec effundam spiritum Is 32,15! Tit 3,5.6! Nm 11,25! 28—32: Act 2,17–21
meum super omnem carnem
et prophetabunt filii vestri et filiae
vestrae
senes vestri somnia somniabunt

AC ΣΛΟSMΦ cr 13 multum misericordiae Φ; multum misericordia O; multus misericordia ΛM r; multus miseri S | super malitiam AC; + hominum CΣ | 14 uestro Σcr | 16 coadunate] conuocate O; uocate A. | de cubiculo AΛOr *Hi Iul* | 17 domine + parce Λc *Iul* | 19 in eo CΣSM; eis c. | 22 noli CΣS | 23 serotinum + sicut OSMc | 26 ~ mirabilia uobiscum c | 28 [*hic incip. cap.* 3 𝔐] |

et iuvenes vestri visiones videbunt
29 sed et super servos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum
Is 32,15!
Dn 6,27! 30 et dabo prodigia in caelo et in terra
sanguinem et ignem et vaporem fumi
3,14.15; Is 13,10! Apc 6,12 Is 13,9; Mal 4,5 31 sol vertetur in tenebras et luna in sanguinem antequam veniat dies Domini magnus et horribilis
Rm 10,13 32 et erit omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit
Is 46,13! Abd 17; Za 9,9! quia in monte Sion et in Hierusalem erit salvatio sicut dixit Dominus
et in residuis quos Dominus vocaverit
Ier 30,3! 3 quia ecce in diebus illis et in tempore illo
cum convertero captivitatem Iuda et Hierusalem
12 2 congregabo omnes gentes et deducam eas in valle Iosaphat
et disceptabo cum eis ibi super populo meo et hereditate mea Israhel
quos disperserunt in nationibus
et terram meam diviserunt
Abd 11; Na 3,10 3 et super populum meum miserunt sortem
et posuerunt puerum in prostibulum
et puellam vendiderunt pro vino ut biberent
Ier 47,4! 4 verum quid vobis et mihi Tyrus et Sidon et omnis terminus Palestinorum
numquid ultionem vos redditis mihi
et si ulciscimini vos contra me
7; II Esr 4,4; Ps 27,4! Sir 17,19 cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum
5 argentum enim meum et aurum tulistis
et desiderabilia mea et pulcherrima intulistis in delubra vestra
6 et filios Iuda et filios Hierusalem
vendidistis filiis Graecorum
ut longe faceretis eos de finibus suis
7 ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos
et convertam retributionem vestram in caput vestrum 4! Abd 15
8 et vendam filios vestros et filias vestras in manibus filiorum Iuda
et venundabunt eos Sabeis genti longinquae quia Dominus locutus est
9 clamate hoc in gentibus sanctificate bellum suscitate robustos Is 13,4
accedant ascendant omnes viri bellatores
10 concidite aratra vestra in gladios Is 2,4
et ligones vestros in lanceas
infirmus dicat quia fortis ego sum
11 erumpite et venite omnes gentes de circuitu et congregamini
ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos
12 consurgant et ascendant gentes in vallem Iosaphat 2
quia ibi sedebo ut iudicem omnes gentes in circuitu Is 2,4!
13 mittite falces quoniam maturavit messis Mc 4,29; Apc 14,15
venite et descendite quia plenum est torcular
exuberant torcularia quia multiplicata est malitia eorum
14 populi populi in valle concisionis
quia iuxta est dies Domini in valle concisionis 14.15: 2,31!
15 sol et luna obtenebricata sunt 2,10!
et stellae retraxerunt splendorem suum
16 et Dominus de Sion rugiet et de Hierusalem dabit vocem suam Ier 25,30! Am 1,2
et movebuntur caeli et terra
et Dominus spes populi sui et forti-

29 seruos + meos CΣOSMc *Hi* | de spiritu meo AS | 31 conuertetur Sc | in sanguine CΣS || AC
3(𝔐 4),2 deducam illas CΦ; ducam eos A | in uallem ΣΛc *Hi Iul* | 3 in prostibulo ΛOMc | ΣΛOSMΦ
4 ~ mihi et uobis AΣΦc | reddetis ΛΦc *Hi*; reddistis O; reddidistis Σ | 7 ecce] et CΣ. | 12 in cr
ualle COSΦ | 13 quia[1]] quoniam CM | 14 in uallem[1 2] CΣ | 15 intenebricati sunt A.; obtenebrati sunt c *Hi Iul*; obtenebrescent CΣ; obtenebricatae sunt Φ | traxerunt A |

tudo filiorum Israhel
2,27! Ex 16,12! 17 et scietis quia ego Dominus Deus vester
Ps 21,4! habitans in Sion in monte sancto meo
Is 52,1! et erit Hierusalem sancta et alieni non transibunt per eam amplius
Am 9,13 18 et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem et colles fluent lacte
Is 30,25 et per omnes rivos Iuda ibunt aquae
Ez 47,1! Za 14,8 et fons de domo Domini egredietur
et inrigabit torrentem Spinarum
19 Aegyptus in desolatione erit
Ez 25,12.13! Am 1,11; Abd 10; Mal 1,3 et Idumea in desertum perditionis
pro eo quod inique egerint in filios Iuda
et effuderint sanguinem innocentem in terra sua
20 et Iudaea in aeternum habitabitur
et Hierusalem in generatione et generationem
Is 4,4! 21 et mundabo sanguinem eorum quem non mundaveram
et Dominus commorabitur in Sion

EXPLICIT IOHEL PROPHETA

INCIPIT AMOS PROPHETA

7,14 Verba Amos qui fuit in pastoralibus de Thecuae
Is 1,1! Os 1,1 quae vidit super Israhel in diebus Oziae regis Iuda
et in diebus Hieroboam filii Ioas regis Israhel
ante duos annos terraemotus 2 et dixit
Ier 25,30! Ioel 3,16 Dominus de Sion rugiet et de Hierusalem dabit vocem suam
et luxerunt speciosa pastorum
et exsiccatus est vertex Carmeli

3 haec dicit Dominus super tribus sceleribus Damasci 6.9.11.13; 2,1.4.6
et super quattuor non convertam eum
eo quod trituraverint in plaustris ferreis Galaad Is 25,10; 41,15
4 et mittam ignem in domum Azahel 7.10.12.14; 2,2.5! Ier 49,27
et devorabit domos Benadad
5 et conteram vectem Damasci
et disperdam habitatorem de campo Idoli 8
et tenentem sceptrum de domo Voluptatis
et transferetur populus Syriae Cyrenen dicit Dominus 9,7; IV Rg 16,9
6 haec dicit Dominus super tribus sceleribus Gazae 3!
et super quattuor non convertam eum
eo quod transtulerit captivitatem perfectam
ut concluderet eam in Idumea
7 et mittam ignem in murum Gazae 4!
et devorabit aedes eius 7.8: Ier 47,5; So 2,4; Za 9,5.6
8 et disperdam habitatorem de Azoto 5
et tenentem sceptrum de Ascalone
et convertam manum meam super Accaron Ez 25,16!
et peribunt reliqui Philisthinorum dicit Dominus Deus
9 haec dicit Dominus super tribus sceleribus Tyri 3!
et super quattuor non convertam eum
eo quod concluserint captivitatem perfectam in Idumea
et non sint recordati foederis fratrum
10 et emittam ignem in murum Tyri 4!
et devorabit aedes eius Ez 28,18! Za 9,4
11 haec dicit Dominus super tribus sce- 3! Is 34,5! Ez 25,12.13!

AC ΣΛOSMΦ(s) c 17 in^{2} *om.* c. | 18 dulcedines O.: dulcedine C | 19 in desolationem c | 20 in generatione et generatione AΣ: in generationem et generationem ΛOMΦc *Hi Iul* ||

Amos. *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦs *ac* c. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas; Iul = Iulianus, in eosdem*]. *Tit.* prophetia amos c. || 1,1 [*deest* s *usque ad* v. 5] | pastoribus c | 3 triturauerit C | 4 benadab CΣOS^{2}: beneniadab S*. | 6 [*adest* s *usque ad* 2,1] | transtulerint c | concluderent c. | 9 concluserit Cs; cluserit S. | in idumeam AΛM | 10 inmittam OM *Hi*; mittam ΣΛsc *Iul* |

Ez 35,2.3; Ioel 3,19! leribus Edom
et super quattuor non convertam
eum
eo quod persecutus sit in gladio frat-
rem suum
et violaverit misericordiam eius
et tenuerit ultra furorem suum
et indignationem suam servaverit us-
que in finem
4! 12 mittam ignem in Theman
et devorabit aedes Bosrae
3! Ez 25,2! 13 haec dicit Dominus super tribus sce-
leribus filiorum Ammon
et super quattuor non convertam
eum
eo quod dissecuerit praegnantes Ga-
laad ad dilatandum terminum su-
um
4! Ier 49,2 14 et succendam ignem in muro Rabbae
et devorabit aedes eius
in ululatu in die belli et in turbine in
die commotionis
Ier 48,7; 49,3 15 et ibit Melchom in captivitatem
ipse et principes eius simul dicit Do-
minus
1,3! 2 haec dicit Dominus super tribus sce-
leribus Moab
et super quattuor non convertam
eum
eo quod incenderit ossa regis Idu-
meae usque ad cinerem
1,4! 2 et mittam ignem in Moab et devo-
rabit aedes Carioth
et morietur in sonitu Moab in clan-
gore tubae
3 et disperdam iudicem de medio eius
et omnes principes eius interficiam
cum eo dicit Dominus
1,3! 4 haec dicit Dominus super tribus sce-
leribus Iuda
et super quattuor non convertam
eum
eo quod abiecerint legem Domini
et mandata eius non custodierint
deceperunt enim eos idola sua
post quae abierant patres eorum
5 et mittam ignem in Iuda et devora- 1,4! Os 8,14
bit aedes Hierusalem
6 haec dicit Dominus super tribus sce- 1,3!
leribus Israhel
et super quattuor non convertam
eum
pro eo quod vendiderit argento ius- 8,6
tum
et pauperem pro calciamentis
7 qui conterunt super pulverem terrae 8,4; Iob 24,4; Is 10,2!
capita pauperum
et viam humilium declinant
et filius ac pater eius ierunt ad puel-
lam ut violarent nomen sanctum
meum
8 et super vestimentis pigneratis accu-
buerunt iuxta omne altare
et vinum damnatorum bibebant in
domo Dei sui
9 ego autem exterminavi Amorreum a Dt 2,24!
facie eorum
cuius altitudo cedrorum altitudo
eius
et fortis ipse quasi quercus
et contrivi fructum eius desuper
et radices eius subter
10 ego sum qui ascendere vos feci de 3,1; 9,7; Ier 2,6!
terra Aegypti et eduxi vos in deserto Nm 32,13!
quadraginta annis
ut possideretis terram Amorrei
11 et suscitavi de filiis vestris in prophe-
tas
et de iuvenibus vestris nazarenos
numquid non ita est filii Israhel dicit
Dominus
12 et propinabatis nazarenis vino
et prophetis mandabatis dicentes ne 7,13; Ier 11,21!
prophetetis
13 ecce ego stridebo super vos sicut
stridet plaustrum onustum faeno

14 rabbat Φ.: rabbah s.: rabba c. | 15 melcho CΣ ‖ **2**,1 dominus + deus CΣO | [*deest* s *usque ad* 3,10] | 4 abiecerit Φc | custodierit Φc | 6 uendiderint ΣOS r; + pro c. | 10 et duxi c. | in desertum CΣ | 11 nazareos Φc *Hi*; in nazoreos Σ. | filiis A | 12 propinabitis OΦc | nazoreos Σ.; nazoreis C.; nazareis Φc | uinum AOMΦc; ui Σ. | mandabitis OΦc | 13 subter ΛMcr *Hi Iul* |

AC ΣΛOSMΦ(s) cr

9,1; Is 40,30; Ier 25,35; 46,6 14 et peribit fuga a veloce et fortis non obtinebit virtutem suam
et robustus non salvabit animam suam
15 et tenens arcum non stabit
et velox pedibus suis non salvabitur
et ascensor equi non salvabit animam suam
16 et robustus corde inter fortes nudus fugiet in die illa dicit Dominus
3 audite verbum quod locutus est Dominus super vos filii Israhel
2,10! super omni cognatione quam eduxi de terra Aegypti dicens
2 tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terrae
idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras
3 numquid ambulabunt duo pariter nisi convenerit eis
Is 5,29! 4 numquid rugiet leo in saltu nisi habuerit praedam
numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo nisi aliquid adprehenderit
5 numquid cadet avis in laqueum terrae absque aucupe
numquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit
Ez 33,5 6 si clanget tuba in civitate et populus non expavescet
si erit malum in civitate quod Dominus non fecit
7 quia non faciet Dominus Deus verbum
Apc 10,7! nisi revelaverit secretum suum ad servos suos prophetas
8 leo rugiet quis non timebit
Act 4,20! Dominus Deus locutus est quis non prophetabit
9 auditum facite in aedibus Azoti et in aedibus terrae Aegypti et dicite
4,1; 6,1 congregamini super montes Samariae
et videte insanias multas in medio eius
et calumniam patientes in penetrabilibus eius
10 et nescierunt facere rectum dicit Dominus Ier 4,22
thesaurizantes iniquitatem et rapinas in aedibus suis Is 3,14
11 propterea haec dicit Dominus Deus
tribulabitur et circumietur terra
et detrahetur ex te fortitudo tua et diripientur aedes tuae
12 haec dicit Dominus quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auriculae
sic eruentur filii Israhel qui habitant in Samaria in plaga lectuli et in Damasco grabatti
13 audite et contestamini in domo Iacob dicit Dominus Deus exercituum
14 quia in die cum visitare coepero praevaricationes Israhel super eum
visitabo et super altaria Bethel
et amputabuntur cornua altaris et cadent in terram
15 et percutiam domum hiemalem cum domo aestiva
et peribunt domus eburneae et dissipabuntur aedes multae dicit Dominus
4 audite verbum hoc vaccae pingues quae estis in monte Samariae 3,9; 6,1; Is 32,9!
quae calumniam facitis egenis et confringitis pauperes
quae dicitis dominis vestris adferte et bibemus
2 iuravit Dominus Deus in sancto suo Ps 88,36
quia ecce dies venient super vos
et levabunt vos in contis
et reliquias vestras in ollis ferventibus

AC ΣΛOSMΦ(s) c 16 ~ illa die c. ‖ 3,1 omnem cognationem CΣc | eduxit C | 4 in saltum M; in siluam CΣ. | ~ uocem cat. leonis C | 6 fecerit c | 7 facit c. | 8 deus *om.* CΣΛ | 9 penetralibus c | 10 [*adest* s *usque ad* 4,5] | 12 de] ex A | damasci c *Hi Iul* | grauati AΣ; grabato c *Hi Iul* ‖ 4,1 uaccae] uitulae C | montes C | quae[2 3]] qui A | 2 ueniunt AΣS |

[3] et per aperturas exibitis altera contra alteram
et proiciemini in Armon dicit Dominus
5,5! [4] venite ad Bethel et impie agite
ad Galgalam et multiplicate praevaricationem
et offerte mane victimas vestras
tribus diebus decimas vestras
Lv 7,13 [5] et sacrificate de fermentato laudem
et vocate voluntarias oblationes et adnuntiate
sic enim voluistis filii Israhel dicit Dominus Deus
[6] unde et ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris
et indigentiam panum in omnibus locis vestris
8.9.10.11; Is 9,13! et non estis reversi ad me dicit Dominus
Ier 3,3 [7] ego quoque prohibui a vobis imbrem
cum adhuc tres menses superessent usque ad messem
et plui super civitatem unam et super civitatem alteram non plui
pars una conpluta est
et pars super quam non plui aruit
[8] et venerunt duae et tres civitates ad civitatem unam ut biberent aquam et non sunt satiatae
6! et non redistis ad me dicit Dominus
Agg 2,18 [9] percussi vos in vento urente et in aurugine
multitudinem hortorum vestrorum et vinearum vestrarum
oliveta vestra et ficeta vestra comedit eruca
6! et non redistis ad me dicit Dominus
[10] misi in vos mortem in via Aegypti
percussi in gladio iuvenes vestros
usque ad captivitatem equorum vestrorum
et ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras
et non redistis ad me dicit Dominus 6!
[11] subverti vos sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorram Is 1,9!
et facti estis quasi torris raptus de incendio Is 7,4; Za 3,2
et non redistis ad me dicit Dominus 6!
[12] quapropter haec faciam tibi Israhel
postquam autem haec fecero tibi
praeparare in occursum Dei tui Israhel
[13] quia ecce formans montes et creans ventum
et adnuntians homini eloquium suum
faciens matutinam nebulam
et gradiens super excelsa terrae Is 58,14! Mi 1,3
Dominus Deus exercituum nomen eius 5,27; Is 48,2
5 audite verbum istud quod ego levo super vos planctum domus Israhel
cecidit non adiciet ut resurgat [2] virgo Israhel 8,14
proiecta est in terram suam non est qui suscitet eam
[3] quia haec dicit Dominus Deus
urbs de qua egrediebantur mille relinquentur in ea centum
et de qua egrediebantur centum relinquentur in ea decem in domo Israhel
[4] quia haec dicit Dominus domui Israhel
quaerite me et vivetis II Par 15,2; Ier 29,13!
[5] et nolite quaerere Bethel 4,4; Os 4,15!
et in Galgala nolite intrare
et in Bersabee non transibitis
quia Galgala captiva ducetur
et Bethel erit inutilis
[6] quaerite Dominum et vivite ne forte conburatur ut ignis domus Ioseph Ier 4,4!
et devorabit et non erit qui extinguat

3 proicimini AM. | 4 ad galgala AΣ | afferte c *Hi* | 5 [*deest* s *usque ad* 7,14] | 7 ~ unam ciuitatem c | ciuitatem[2] *om.* S; ~ alteram ciuitatem c | 8 ~ unam ciuitatem c | 11 de] ab c. | 12 haec[2]] hoc ΛOSM r *Iul* || **5**,1 cecidit + et c | 5 in galgalam c | 6 uiuetis CΣ |

AC ΣΛOSMΦ(s) cr

Bethel
6,13 7 qui convertitis in absinthium iudicium
et iustitiam in terra relinquitis
Iob 9,9; 38,31.32 8 facientem Arcturum et Orionem
Ps 103,20 et convertentem in mane tenebras
et diem nocte mutantem
9,6 qui vocat aquas maris et effundit eas super faciem terrae
Dominus nomen eius
9 qui subridet vastitatem super robustum
et depopulationem super potentem adfert
Is 29,21 10 odio habuerunt in porta corripientem
et loquentem perfecte abominati sunt
11 idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem
et praedam electam tollebatis ab eo
Dt 28,30! Is 65,21! So 1,13 domos quadro lapide aedificabitis
et non habitabitis in eis
Ier 31,5 vineas amantissimas plantabitis et non bibetis vinum earum
12 quia cognovi multa scelera vestra et fortia peccata vestra
hostes iusti accipientes munus
et pauperes in porta deprimentes
13 ideo prudens in tempore illo tacebit
Eph 5,16 quia tempus malum est
14 quaerite bonum et non malum ut vivatis
et erit Dominus Deus exercituum vobiscum sicut dixistis
Ps 96,10; Prv 8,13; Rm 12,9 15 odite malum et diligite bonum
et constituite in porta iudicium
si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioseph
16 propterea haec dicit Dominus Deus exercituum Dominator
in omnibus plateis planctus et in cunctis quae foris sunt dicetur vae vae
et vocabunt agricolam ad luctum et ad planctum eos qui sciunt plangere
17 et in omnibus vineis erit planctus
quia pertransibo in medio tui dicit Dominus
18 vae desiderantibus diem Domini
ad quid eam vobis
dies Domini ista tenebrae et non lux So 1,15!
19 quomodo si fugiat vir a facie leonis et occurrat ei ursus
et ingrediatur domum et innitatur manu sua super parietem et mordeat eum coluber
20 numquid non tenebrae dies Domini et non lux
et caligo et non splendor in ea
21 odi et proieci festivitates vestras Is 1,13! Lam 2,6; IV Esr 1,31
et non capiam odorem coetuum vestrorum
22 quod si adtuleritis mihi holocaustomata et munera vestra non suscipiam Is 1,11! Ier 6,20! Os 8,13; Mal 1,10; 2,13
et vota pinguium vestrorum non respiciam
23 aufer a me tumultum carminum tuorum
et cantica lyrae tuae non audiam
24 et revelabitur quasi aqua iudicium
et iustitia quasi torrens fortis
25 numquid hostias et sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israhel II Par 32,23! Is 43,23 25—27: Act 7,42.43
26 et portastis tabernaculum Moloch vestro
et imaginem idolorum vestrorum Is 46,7!
sidus dei vestri quae fecistis vobis
27 et migrare vos faciam trans Damascum dixit Dominus Deus exercituum nomen eius 4,13!
6 vae qui opulenti estis in Sion Lc 6,24
et confiditis in monte Samariae 3,9; 4,1
optimates capita populorum ingre-

AC ΣΛOSMΦ cr 8 in nocte Σ; in noctem c | effundet AΣSr | nomen + est ΣΦc | 10 ~ corripientem in porta c. | eloquentem C | 11 ~ plantabitis amantissimas c. | bibitis CM; bibebitis Σ. | 12 ~ deprimentes in porta c | 15 deus *om.* CΣ. | 19 domum + suam CΣ | 22 obtuleritis Cc | respiciam] recipiam CΣ | 26 tabernacula ΛSMΦr *Iul* | 27 dicit Σc || 6,1 in montem AS |

dientes pompatice domum Israhel
[2] transite in Chalanne et videte
et ite inde in Emath magnam
et descendite in Geth Palestinorum
et ad optima quaeque regna horum
si latior terminus eorum termino vestro est
[3] qui separati estis in diem malum
et adpropinquatis solio iniquitatis
[4] qui dormitis in lectis eburneis
et lascivitis in stratis vestris
qui comeditis agnum de grege
et vitulos de medio armenti
5,6: Sir 32,7! Is 5,12 [5] qui canitis ad vocem psalterii sicut David
putaverunt se habere vasa cantici
[6] bibentes in fialis vinum
et optimo unguento delibuti
et nihil patiebantur super contritione Ioseph
7,11! [7] quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium
et auferetur factio lascivientium
8,7; Ier 51,14! Na 2,2 [8] iuravit Dominus Deus in anima sua dicit Dominus Deus exercituum
detestor ego superbiam Iacob
et domos eius odi
et tradam civitatem cum habitatoribus suis
[9] quod si reliqui fuerint decem viri in domo una et ipsi morientur
[10] et tollet eum propinquus suus et conburet eum ut efferat ossa de domo
et dicet ei qui in penetrabilibus domus est
numquid adhuc est apud te
[11] et respondebit finis est
et dicet ei tace et non recorderis nominis Domini
[12] quia ecce Dominus mandabit
et percutiet domum maiorem ruinis
et domum minorem scissionibus
[13] numquid currere queunt in petris equi
aut arari potest in bubalis
quoniam convertistis in amaritudinem iudicium 5,7
et fructum iustitiae in absinthium
[14] qui laetamini in nihili
qui dicitis numquid non in fortitudine nostra adsumpsimus nobis cornua
[15] ecce enim suscitabo super vos domus Israhel dicit Dominus Deus exercituum gentem
et conterent vos ab introitu Emath usque ad torrentem Deserti

7 haec ostendit mihi Dominus Deus
et ecce fictor lucustae in principio germinantium serotini imbris
et ecce serotinus post tonsorem regis
[2] et factum est cum consummasset comedere herbam terrae
et dixi Domine Deus propitius esto obsecro 5
quis suscitabit Iacob quia parvulus est
[3] misertus est Dominus super hoc non erit dixit Dominus 6; Ion 3,10
[4] haec ostendit mihi Dominus Deus
et ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus
et devoravit abyssum multam
et comedit simul partem
[5] et dixi Domine Deus quiesce obsecro 2
quis suscitabit Iacob quia parvulus est
[6] misertus est Dominus super hoc 3!
sed et istud non erit dixit Dominus Deus
[7] haec ostendit mihi

1 domus AΛSMΦ | 2 horum] eorum ACΣ | 6 ~ uinum in phialis c. | 8 domus OM; domum CΣ | odii A r; odiui CΣ | 10 penetralibus Oc | apud] penes Φc | 13 in amaritudine CΣSΦr | 14 nihilo AOc; nihilum Σ; nihil C | 15 conteret CΣc | torrentem] introitum Σ.; introitu C. || 7.1 tonsionem c. | regis SMcr𝔐 *Hi*] gregis *cet. Iul* | 2 et² *om.* c *Iul* | suscitauit AΣΛS | 4 deuorabit ASMΦ | 5 qui suscitabit AΣS | 7 mihi + dominus AMc *Hi Iul*; + dominus deus CΣ |

AC ΣΛOSMΦ cr

et ecce Dominus stans super murum
litum
et in manu eius trulla cementarii
8,2; Ier 1,11! Za 4,2. 5,2 8 et dixit Dominus ad me quid tu vides Amos
et dixi trullam cementarii
et dixit Dominus ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israhel
non adiciam ultra superinducere eum
9 et demolientur excelsa idoli
et sanctificationes Israhel desolabuntur
et consurgam super domum Hieroboam in gladio
10 et misit Amasias sacerdos Bethel ad Hieroboam regem Israhel dicens
rebellavit contra te Amos in medio domus Israhel
non poterit terra sustinere universos sermones eius
11 haec enim dicit Amos
in gladio morietur Hieroboam
17; 6,7 et Israhel captivus migrabit de terra sua
12 et dixit Amasias ad Amos
qui vides gradere fuge in terram Iuda
et comede ibi panem et ibi prophetabis
2,12; Ier 11,21! 13 et in Bethel non adicies ultra ut prophetes
quia sanctificatio regis est et domus regni est
14 et respondit Amos et dixit ad Amasiam
Za 13,5 non sum propheta et non sum filius
1,1 prophetae sed armentarius ego sum vellicans sycomoros
II Sm 7,8! Ps 77,70! 15 et tulit me Dominus cum sequerer gregem
et dixit ad me Dominus
vade propheta ad populum meum Israhel
16 et nunc audi verbum Domini
tu dicis non prophetabis super Israhel Mi 2,6
et non stillabis super domum idoli
17 propter hoc haec dicit Dominus
uxor tua in civitate fornicabitur
et filii tui et filiae tuae in gladio cadent
et humus tua funiculo metietur
et tu in terra polluta morieris Is 22,18!
et Israhel captivus migrabit de terra sua 11!
8 haec ostendit mihi Dominus Deus
et ecce uncinus pomorum
2 et dixit quid tu vides Amos 7,8!
et dixi uncinum pomorum
et dixit Dominus ad me
venit finis super populum meum Israhel Ez 7,3
non adiciam ultra ut pertranseam eum
3 et stridebunt cardines templi in die illa dicit Dominus Deus
multi morientur in omni loco proicietur silentium
4 audite hoc qui conteritis pauperem 2,7!
et deficere facitis egenos terrae
5 dicentes quando transibit mensis et venundabimus merces
et sabbatum et aperiemus frumentum
ut inminuamus mensuram et augeamus siclum
et subponamus stateras dolosas Os 12,7
6 ut possideamus in argento egenos 2,6
et pauperes pro calciamentis
et quisquilias frumenti vendamus
7 iuravit Dominus in superbia Iacob 6,8!
si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum
8 numquid super isto non commovebitur terra 9,5
et lugebit omnis habitator eius

AC ΣΛΟSMΦ(s) cr 8 superducere C | 12 ~ prophetabis ibi c | 13 est[2]] eius CΣ; *om.* S *Iul* | 14 responditque c. | [*adest* s *usque ad* 9,5] | 15 ~ dominus ad me c || 8,3 deus *om.* CΣ *Iul* | 5 mensis] messis ACΣΟΦ | 7 in superbiam c |

et ascendet quasi fluvius universus
et eicietur et defluet quasi rivus Ae-
gypti
9 et erit in die illa dicit Dominus
Ier 15,9; Mi 3,6; Mt 27,45! occidet sol meridie et tenebrescere
faciam terram in die luminis
Tb 2,6! I Mcc 1,41 10 et convertam festivitates vestras in
luctum
Is 22,12! et omnia cantica vestra in planctum
et inducam super omne dorsum ves-
trum saccum
et super omne caput calvitium
et ponam eam quasi luctum unige-
niti
et novissima eius quasi diem amarum
Is 3,1 11 ecce dies veniunt dicit Dominus
Ez 14,13! et mittam famem in terram
non famem panis neque sitim aquae
sed audiendi verbum Domini
12 et commovebuntur a mari usque ad
mare
et ab aquilone usque ad orientem
Os 5,6 circumibunt quaerentes verbum Do-
mini et non invenient
13 in die illa deficient virgines pulchrae
et adulescentes in siti
14 qui iurant in delicto Samariae
et dicunt vivit deus tuus Dan
et vivit via Bersabee
5,1 et cadent et non resurgent ultra
9 vidi Dominum stantem super altare
et dixit percute cardinem et com-
Is 6,4 moveantur superliminaria
avaritia enim in capite omnium
et novissimum eorum in gladio in-
2,14; Ier 25,35 terficiam non erit fuga eis
fugiet et non salvabitur ex eis qui
fugerit
Ps 138,8–10; Is 14,14.15! Mt 11,23 2 si descenderint usque ad infernum
inde manus mea educet eos
et si ascenderint usque ad caelum
inde detraham eos
3 et si absconditi fuerint in vertice
Carmeli inde scrutans auferam eos
et si celaverint se ab oculis meis in
fundo maris ibi mandabo serpenti
et mordebit eos
4 et si abierint in captivitatem coram
inimicis suis ibi mandabo gladio et
occidet eos
et ponam oculos meos super eos in Ier 21,10! 44,11
malum et non in bonum
5 et Dominus Deus exercituum qui 8,8
tangit terram et tabescet
et lugebunt omnes habitantes in ea
et ascendet sicut rivus omnis
et defluet sicut fluvius Aegypti
6 qui aedificat in caelo ascensionem Ps 103,3
suam
et fasciculum suum super terram
fundavit
qui vocat aquas maris et effundit eas 5,8
super faciem terrae Dominus no-
men eius
7 numquid non ut filii Aethiopum vos
estis mihi filii Israhel ait Dominus
numquid non Israhel ascendere feci 2,10!
de terra Aegypti
et Palestinos de Cappadocia
et Syros de Cyrene 1,5!
8 ecce oculi Domini Dei super regnum Prv 15,3! Ier 30,11!
peccans
et conteram illud a facie terrae
verumtamen conterens non conte-
ram domum Iacob dicit Dominus
9 ecce enim ego mandabo et concuti-
am in omnibus gentibus domum
Israhel
sicut concutitur in cribro et non ca- Lc 22,31
det lapillus super terram
10 in gladio morientur omnes peccato-
res populi mei
qui dicunt non adpropinquabit et Ier 5,12! Mi 3,11
non veniet super nos malum
11 in die illo suscitabo tabernaculum **11.12:** Act 15,16.17
David quod cecidit et reaedificabo

8 eicitur AS. | 9 dominus + deus c. | sol + in c | 11 emittam ΣOSMΦsr | in terra CΣsr | 14 dominus deus AO *Iul* | resurgunt A || **9**,1 fugient c | 2 ad²] in ΛSMscr | 3 in profundo Cc; in profundum ΣS | 5 [*deest* s *usque ad v.* 15] | 6 effundet ACSΦr | 9 ~ mandabo ego c | concutitur + triticum c | 11 illa AΛc |

AC ΣΛOSMΦ(s) cr

aperturas murorum eius
et ea quae corruerant instaurabo
et reaedificabo eum sicut diebus antiquis
12 ut possideant reliquias Idumeae et omnes nationes
eo quod invocatum sit nomen meum super eos dicit Dominus faciens haec
13 ecce dies veniunt dicit Dominus
Lv 26,5 et conprehendet arator messorem
et calcator uvae mittentem semen
Ioel 3,18! et stillabunt montes dulcedinem
Ez 36,34 et omnes colles culti erunt
Ier 30,3! Ez 39,25! 14 et convertam captivitatem populi mei Israhel
Ps 68,36! Is 65,21! Ier 29,4.5! et aedificabunt civitates desertas et habitabunt
et plantabunt vineas et bibent vinum earum
et facient hortos et comedent fructus eorum
Ier 24,6! 15 et plantabo eos super humum suam
et non evellam eos ultra de terra sua
quam dedi eis dicit Dominus Deus tuus

EXPLICIT AMOS PROPHETA

INCIPIT ABDIAS PROPHETA

1—4: Ier 49,14–16 Visio Abdiae
haec dicit Dominus Deus ad Edom
Iob 42,5! auditum audivimus a Domino
et legatum ad gentes misit
surgite et consurgamus adversum eum in proelium
2 ecce parvulum te dedi in gentibus
contemptibilis tu es valde
3 superbia cordis tui extulit te
Nm 24,21; Ier 49,16 habitantem in scissuris petrae
exaltantem solium suum
qui dicit in corde suo quis detrahet me in terram
4 si exaltatus fueris ut aquila
et si inter sidera posueris nidum tuum Hab 2,9
inde detraham te dicit Dominus
5 si fures introissent ad te si latrones Ier 49,9
per noctem quomodo conticuisses
nonne furati essent sufficientia sibi
si vindemiatores introissent ad te
numquid saltim racemos reliquissent tibi
6 quomodo scrutati sunt Esau Ier 49,10
investigaverunt abscondita eius
7 usque ad terminum emiserunt te
omnes viri foederis tui inluserunt tibi
invaluerunt adversum te viri pacis tuae Ps 40,10!
qui comedunt tecum ponent insidias subter te
non est prudentia in eo
8 numquid non in die illa dicit Dominus Ier 49,7
perdam sapientes de Idumea Is 34,12
et prudentiam de monte Esau
9 et timebunt fortes tui a meridie
ut intereat vir de monte Esau
10 propter interfectionem et propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob Ioel 3,19!
operiet te confusio et peribis in aeternum
11 in die cum stares adversus quando capiebant alieni exercitum eius Ps 136,7; III Esr 4,45
et extranei ingrediebantur portas eius
et super Hierusalem mittebant sortem Ioel 3,3; Na 3,10
tu quoque eras quasi unus ex eis
12 et non despicies in die fratris tui in die peregrinationis eius

AC ΣΛOSMΦ cr 11 aperturas] pertusuras A. | corruerunt A | eum] illud Σc | sicut + in ΣOc | 14 inhabitabunt c. ||

Abdias. *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦ *ac* c. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia abdiae c. || 1 deus *om.* C | 2 ~ dedi te c | 3 petrarum Oc | tuum c | dicis Σc | tuo Σc | 5 sufficientiam CS | racemus Σ; racemum c | 7 comedent CΣ | 9 a *om.* CΣMΦ | 11 aduersus + eum Φc | exercituum A |

et non laetaberis super filios Iuda in
die perditionis eorum
et non magnificabis os tuum in die
angustiae
13 neque ingredieris portam populi mei
in die ruinae eorum
neque despicies et tu in malis eius
in die vastitatis illius
et non emitteris adversum exercitum
eius in die vastitatis illius
14 neque stabis in exitibus ut interficias
eos qui fugerint
et non concludes reliquos eius in die
tribulationis
15 quoniam iuxta est dies Domini su-
per omnes gentes
Ier 50,29! Ez 35,11; Ioel 3,7! sicut fecisti fiet tibi retributionem
tuam convertet in caput tuum
Ier 25,27 16 quomodo enim bibisti super mon-
tem sanctum meum bibent omnes
gentes iugiter
et bibent et absorbent et erunt quasi
non sint
Is 4,3; 46,13! Ioel 2,32 17 et in monte Sion erit salvatio et erit
sanctus
et possidebit domus Iacob eos qui
se possederant
Is 10,17; Za 12,6 18 et erit domus Iacob ignis et domus
Ioseph flamma et domus Esau sti-
pula
et succendentur in eis et devorabunt
eos
Is 34,12! Ez 25,13! et non erunt reliquiae domus Esau
quia Dominus locutus est
19 et hereditabunt hii qui ad austrum
montem Esau
et qui in campestribus Philisthim
et possidebunt regionem Ephraim et
regionem Samariae
et Beniamin possidebit Galaad
20 et transmigratio exercitus huius filio-
rum Israhel omnia Chananeorum
usque ad Saraptham
et transmigratio Hierusalem quae in
Bosforo est possidebit civitates
austri
21 et ascendent salvatores in montem
Sion iudicare montem Esau et erit
Domino regnum Ps 21,29!

EXPLICIT ABDIAS PROPHETA

INCIPIT IONA PROPHETA

Et factum est verbum Domini ad IV Rg 14,25 1.2: 3,1.2
Ionam filium Amathi dicens
2 surge vade in Nineven civitatem
grandem et praedica in ea quia a-
scendit malitia eius coram me
3 et surrexit Iona ut fugeret in Tharsis
a facie Domini
et descendit Ioppen et invenit na-
vem euntem in Tharsis
et dedit naulum eius et descendit in 4,2
eam
ut iret cum eis in Tharsis a facie Do-
mini
4 Dominus autem misit ventum mag-
num in mari
et facta est tempestas magna in mari Mt 8,24
et navis periclitabatur conteri
5 et timuerunt nautae
et clamaverunt viri ad deum suum
et miserunt vasa quae erant in navi Act 27,19
in mare ut adleviaretur ab eis
et Iona descendit ad interiora navis
et dormiebat sopore gravi
6 et accessit ad eum gubernator et di-
xit ei
quid tu sopore deprimeris
surge invoca Deum tuum si forte re-

13 despicias CO | 16 bibistis[1] ΣΦcr; bibitis M | absorbebunt Λc *Hi*; obseruent Σ. | 19 austrum + sunt c | 20 omnia + loca c | 21 in monte C || AC ΣΛOSMΦ(s) cr

Iona. *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦs *ac* c. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia ionae c. || **1,1** [*deest* s *usque ad v.* 6] | 2 surge + et ASMΦc *Hi* | in eam CΣ | malitiam A; clamor malitiae Φ | 3 ionas AΣOc | ioppe A.; in ioppen Σc | in[2] *om.* CΛΦr | 4 in mare[1] ΛOMΦc *Hi* | 5 dominum deum O; dominum CΣMΦ | adleuaretur AC | ionas *codd. et* cr | 6 [*adest* s *usque ad* 3,6] | surge + et A |

cogitet Deus de nobis et non perea-
mus
7 et dixit vir ad collegam suum
1 Sm 14,42 venite et mittamus sortes
et sciamus quare hoc malum sit no-
bis
et miserunt sortes
et cecidit sors super Ionam
8 et dixerunt ad eum indica nobis cuius
causa malum istud sit nobis
quod est opus tuum quae terra tua
et quo vel ex quo populo es tu
9 et dixit ad eos
Hebraeus ego sum et Dominum De-
Idt 5,9; Ps 88,12.13 um caeli ego timeo qui fecit mare et
aridam
10 et timuerunt viri timore magno
et dixerunt ad eum quid hoc fecisti
cognoverunt enim viri quod a facie
Domini fugeret quia indicaverat eis
11 et dixerunt ad eum quid faciemus
tibi et cessabit mare a nobis
quia mare ibat et intumescebat
12 et dixit ad eos
tollite me et mittite in mare et ces-
sabit mare a vobis
scio enim ego quoniam propter me
tempestas grandis haec super vos
13 et remigabant viri ut reverterentur
ad aridam et non valebant
quia mare ibat et intumescebat super
eos
14 et clamaverunt ad Dominum et di-
xerunt
Dt 21,8 quaesumus Domine ne pereamus in
anima viri istius et ne des super nos
sanguinem innocentem
Ps 113,11! quia tu Domine sicut voluisti fecisti
15 et tulerunt Ionam et miserunt in
mare
et stetit mare a fervore suo
16 et timuerunt viri timore magno Do-
minum
et immolaverunt hostias Domino 1 Sm 1,21!
et voverunt vota
2 et praeparavit Dominus piscem
grandem ut deglutiret Ionam
et erat Iona in ventre piscis tribus Mt 12,40
diebus et tribus noctibus
2 et oravit Iona ad Dominum Deum
suum de utero piscis 3 et dixit
clamavi de tribulatione mea ad Do- Ps 119,1!
minum et exaudivit me
de ventre inferni clamavi et exaudisti Ps 129,1; Lam 3,55.56
vocem meam
4 et proiecisti me in profundum in
corde maris et flumen circumdedit
me
omnes gurgites tui et fluctus tui su- Ps 41,8!
per me transierunt
5 et ego dixi abiectus sum a conspectu Ps 30,23
oculorum tuorum
verumtamen rursus videbo templum
sanctum tuum
6 circumdederunt me aquae usque ad Ps 68,2! Lam 3,54!
animam abyssus vallavit me
pelagus operuit caput meum
7 ad extrema montium descendi
terrae vectes concluserunt me in
aeternum
et sublevabis de corruptione vitam Ps 15,10!
meam Domine Deus meus
8 cum angustiaretur in me anima mea Ps 17,7!
Domini recordatus sum
ut veniat ad te oratio mea ad tem-
plum sanctum tuum
9 qui custodiunt vanitates frustra mi-
sericordiam suam derelinquunt
10 ego autem in voce laudis immolabo Ps 49,14!
tibi
quaecumque vovi reddam pro salute
Domino
11 et dixit Dominus pisci et evomuit
Ionam in aridam
3 et factum est verbum Domini ad 1,2: 1,1.2
Ionam secundo dicens

AC ΣΛOSMΦς cr 6 cogitet AΣ | 8 sit] euenerit Σ.; *om.* CMsr | est *om.* sr | et quo] et quis Σ; et qui Λ.; et S.; et de quo Λ.; + uadis OΦc | 10 cognouerant AOM *Hi* | 12 ~ haec grandis CΣc; + uenit c. | 14 in animam CΣOM || 2,1 ionas² ΛOMc | piscis] ceti A | 2 ionas ΣΛOMc | de uentre ΣOΦc | 3 inferni ACΣ] inferi *cet.* | audisti sr | 5 conspectu] facie C | 9 derelinquent SMΦsr *Hi*; dereliquerunt CΣ; relinquent A. ||

2 surge vade ad Nineven civitatem magnam
et praedica in ea praedicationem quam ego loquor ad te
3 et surrexit Iona et abiit in Nineven iuxta verbum Domini
et Nineve erat civitas magna Dei itinere dierum trium
4 et coepit Iona introire in civitatem itinere diei unius et clamavit et dixit
Tb 14,6 adhuc quadraginta dies et Nineve
4.5: Mt 12,41! subvertetur
5 et crediderunt viri ninevitae in Deo
et praedicaverunt ieiunium et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem
6 et pervenit verbum ad regem Nineve
et surrexit de solio suo
et abiecit vestimentum suum a se
et indutus est sacco et sedit in cinere
7 et clamavit et dixit in Nineve ex ore regis et principum eius dicens
homines et iumenta et boves et pecora non gustent quicquam
nec pascantur et aquam non bibant
8 et operiantur saccis homines et iumenta
et clament ad Dominum in fortitudine
Is 55,7! et convertatur vir a via sua mala
et ab iniquitate quae est in manibus eorum
Ioel 2,14 9 quis scit si convertatur et ignoscat Deus
et revertatur a furore irae suae et non peribimus
Ier 18,8! 10 et vidit Deus opera eorum quia conversi sunt a via sua mala
Am 7,3! et misertus est Deus super malitiam quam locutus fuerat ut faceret eis
et non fecit
4 et adflictus est Iona adflictione magna et iratus est
2 et oravit ad Dominum et dixit
obsecro Domine numquid non hoc est verbum meum cum adhuc essem in terra mea
propter hoc praeoccupavi ut fugerem in Tharsis 1,3
scio enim quia tu Deus clemens et misericors es II Esr 9,17! Sir 2,13; Ioel 2,13!
patiens et multae miserationis et ignoscens super malitia
3 et nunc Domine tolle quaeso animam meam a me quia melior est mihi mors quam vita Tb 3,6; Iob 7,15.16! 8: Ier 8,3
4 et dixit Dominus putasne bene irasceris tu 9
5 et egressus est Iona de civitate
et sedit contra orientem civitatis
et fecit sibimet ibi umbraculum
et sedebat subter eum in umbra
donec videret quid accideret civitati
6 et praeparavit Dominus Deus hederam
et ascendit super caput Ionae
ut esset umbra super caput eius et protegeret eum laboraverat enim
et laetatus est Iona super hedera laetitia magna
7 et paravit Deus vermem ascensu diluculo in crastinum
et percussit hederam et exaruit
8 et cum ortus fuisset sol praecepit Dominus vento calido et urenti
et percussit sol super caput Ionae et aestuabat
et petivit animae suae ut moreretur et dixit III Rg 19,4
melius est mihi mori quam vivere 3!

3,2 surge + et ΣOMΦc *Hi* | ad] in Oc | 3 ionas AΛOMc | dei AMs𝔐 *Hi*] de CΣ; *om. cet.* | ~ trium dierum c | 4 ionas AΣΛOsc | 5 in deum Σc; in domino ΛOSMΦs | ~ a minore usque ad maiorem C | 6 [*deest* s *usque ad* 4,11] | solio] tribunali A. | 10 deus[1]] dominus A | a] de ΛOSMΦcr | mala + paenituit A. | deus[2]] dominus AC; *om.* M | super malitia CΛMr || 4,1 ionas ΣΛOc | 2 ~ est hoc A; est S | super malitiam CΣS | 5 iona C.] ionas *cet.* | ibi *om.* ΛSM; ~ umbraculum ibi c | eum] illud ΣΛSMΦc | 6 ionas ΣΛOΦc | super hederam CS | 7 diluculi ΛOMΦcr | 8 calido] ualido AΛ. |

AC ΣΛOSMΦ(s) cr

4 9 et dixit Dominus ad Ionam
putasne bene irasceris tu super hederam
et dixit bene irascor ego usque ad mortem
10 et dixit Dominus
tu doles super hederam in qua non laborasti neque fecisti ut cresceret
quae sub una nocte nata est et una nocte periit
11 et ego non parcam Nineve civitati magnae
in qua sunt plus quam centum viginti milia hominum qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram suam
et iumenta multa

EXPLICIT IONA PROPHETA

INCIPIT MICHA PROPHETA

Is 1,1! Os 1,1 Ier 26,18 Verbum Domini quod factum est ad Micham Morasthiten
in diebus Ioatham Ahaz Ezechiae regum Iuda
quod vidit super Samariam et Hierusalem
Is 1,2! 34,1 2 audite populi omnes et adtendat terra et plenitudo eius
et sit Dominus Deus vobis in testem
Dominus de templo sancto suo
Is 26,21 3 quia ecce Dominus egreditur de loco suo
Am 4,13! et descendet et calcabit super excelsa terrae
Ps 96,5! Na 1,6; IV Esr 8,23 4 et consumentur montes subtus eum
et valles scindentur
Ps 67,3 sicut cera a facie ignis
sicut aquae quae decurrunt in praeceps
3,8! 5 in scelere Iacob omne istud
et in peccatis domus Israhel
quod scelus Iacob nonne Samaria
et quae excelsa Iudae nonne Hierusalem
6 et ponam Samariam quasi acervum lapidum in agro cum plantatur vinea Ez 13,14
et detraham in vallem lapides eius
et fundamenta eius revelabo
7 et omnia sculptilia eius concidentur
et omnes mercedes eius conburentur igni
et omnia idola eius ponam in perditionem
quia de mercedibus meretricis congregata sunt Os 2,12
et usque ad mercedem meretricis revertentur
8 super hoc plangam et ululabo
vadam spoliatus et nudus Is 20,2
faciam planctum velut draconum Iob 30,29
et luctum quasi strutionum
9 quia desperata est plaga eius
quia venit usque ad Iudam
tetigit portam populi mei usque ad Hierusalem 12
10 in Geth nolite adnuntiare II Sm 1,20
lacrimis ne ploretis
in domo Pulveris pulvere vos conspergite
11 et transite vobis habitatio Pulchra confusa ignominia
non est egressa quae habitat in Exitu
planctum domus Vicinae accipiet ex vobis quae stetit sibimet
12 quia infirmata est in bonum
quae habitat in Amaritudinibus
quia descendit malum a Domino in portam Hierusalem 9
13 tumultus quadrigae stuporis habi-

AC ΣΛOSMΦ(s) 9 putas bene ASMr | super hedera ASc | 10 super hedera AΛMΦr | et² + sub ASΦc ||

cr **Micha.** *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦs *ac* c. [*Hi* = *Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia michaeae c. || 1,1 [*adest* s *usque ad* v. 12] | micha Ar.; micheam CΣOMc | ioathan c; ioachim A. | ahaz + et ΣΛOc | 2 ~ uobis dominus deus AΣ | 3 egredietur CΣΛMc | 4 ignis + et c | 5 omnes AS | 6 in agrum C | 8 expoliatus AΣ. | ueluti C.; sicut A.; quasi Σ. | 9 iudam + et C *Hi* | 10 in domum C | 11 uicina c *Hi* | 12 [*deest* s *usque ad* 2,7] |

tanti Lachis
principium peccati est filiae Sion
quia in te inventa sunt scelera Israhel
14 propterea dabit emissarios super hereditatem Geth
domus Mendacii in deceptionem regibus Israhel
15 adhuc heredem adducam tibi quae habitas in Maresa
usque Adollam veniet gloria Israhel
16 decalvare et tondere super filios deliciarum tuarum
Ier 7,29 dilata calvitium tuum sicut aquila
quoniam captivi ducti sunt ex te
Ps 35,5 **2** vae qui cogitatis inutile et operamini malum in cubilibus vestris
in luce matutina faciunt illud
quoniam contra Deum est manus eorum
Is 5,8! 2 et concupierunt agros et violenter tulerunt et domos rapuerunt
et calumniabantur virum et domum eius virum et hereditatem eius
3 idcirco haec dicit Dominus
ecce ego cogito super familiam istam malum unde non auferetis colla vestra
et non ambulabitis superbi
quoniam tempus pessimum est
Hab 2,6 4 in die illa sumetur super vos parabola
Is 26,1 et cantabitur canticum cum suavitate dicentium
depopulatione vastati sumus
pars populi mei commutata est
quomodo recedet a me cum revertatur qui regiones nostras dividat
5 propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in coetu Domini
Am 7,16 6 ne loquamini loquentes
non stillabit super istos non conprehendet confusio
7 dicit domus Iacob
numquid adbreviatus est spiritus Domini
aut tales sunt cogitationes eius
nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur
8 et e contrario populus meus in adversarium consurrexit
desuper tunica pallium sustulistis
eos qui transiebant simpliciter convertistis in bellum
9 mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum
a parvulis earum tulistis laudem meam in perpetuum
10 surgite et ite quia non habetis hic requiem Dt 12,9; Hbr 13,14
propter inmunditiam eius corrumpetur putredine pessima
11 utinam non essem vir habens spiritum
et mendacium potius loquerer
stillabo tibi in vinum et in ebrietatem
et erit super quem stillatur populus iste
12 congregatione congregabo Iacob totum te Io 10,16; 11,52
in unum conducam reliquias Israhel pariter
ponam illum quasi gregem in ovili Ez 36,37.38!
quasi pecus in medio caularum Za 2,4
tumultuabuntur a multitudine hominum
13 ascendet enim pandens iter ante eos
divident et transibunt portam et egredientur per eam
et transibit rex eorum coram eis Is 52,12
et Dominus in capite eorum
3 et dixi audite principes Iacob et duces domus Israhel Ier 5,5! 1,2: 9!
numquid non vestrum est scire iudicium
2 qui odio habetis bonum et diligitis

13 habitantis CΣ.; habitant in A. | in te *om.* ACΣΛΦ | 14 hereditate C | domos AΛ | in deceptione CΣΦ | 15 usque ad odollam Cc || **2**,2 et domos rapuerunt] et domos diripuerunt Σ.; et domos et rapuerunt SMr; ~ rapuerunt et domos Λ; ~ et rapuerunt domos c. | 4 regiones uestras A | 7 [*adest* s *usque ad* 4,10] | 8 tunica Ac] tunicam *cet.* | sustulistis + et ΣOc *Hi* | ~ simpliciter transiebant CO | ad bellum C | 10 habebitis A | 11 in uino et in ebrietate A | 13 ingredientur c. ||

AC ΣΛOSMΦ(s) cr

malum
qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos
et carnem eorum desuper ossibus eorum
Ps 13,4; 52,5 [3] qui comederunt carnem populi mei
et pellem eorum desuper excoriaverunt
et ossa eorum confregerunt
et conciderunt sicut in lebete
et quasi carnem in medio ollae
Is 1,15! [4] tunc clamabunt ad Dominum et non exaudiet eos
et abscondet faciem suam ab eis in tempore illo
sicut nequiter egerunt in adinventionibus suis
Ier 6,14! 23,32! [5] haec dicit Dominus super prophetas qui seducunt populum meum
qui mordent dentibus suis et praedicant pacem
et si quis non dederit in ore eorum
Ier 6,4! quippiam sanctificant super eum proelium
[6] propterea nox vobis pro visione erit
et tenebrae vobis pro divinatione
Am 8,9! et occumbet sol super prophetas
et obtenebrabitur super eos dies
Ez 7,26! Za 13,4 [7] et confundentur qui vident visiones
et confundentur divini
et operient vultus suos omnes
quia non est responsum Dei
[8] verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini iudicio et virtute
1,5; Is 58,1! ut adnuntiem Iacob scelus suum
et Israhel peccatum suum
1,2; Is 48,1 [9] audite haec principes domus Iacob et iudices domus Israhel
qui abominamini iudicium et omnia recta pervertitis
Hab 2,12 [10] qui aedificatis Sion in sanguinibus
et Hierusalem in iniquitate
7,3; Is 1,23! [11] principes eius in muneribus iudicabant
et sacerdotes eius in mercede docebant Ier 5,31!
et prophetae eius in pecunia divinabant
et super Dominum requiescebant dicentes Is 48,2
numquid non Dominus in medio nostrum
non venient super nos mala Ier 5,12! Am 9,10
[12] propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur Ier 26,18
et Hierusalem quasi acervus lapidum erit Ier 9,11!
et mons templi in excelsa silvarum

4 et in novissimo dierum erit mons domus Domini praeparatus in vertice montium 1–3: Is 2,2–4
et sublimis super colles
et fluent ad eum populi
[2] et properabunt gentes multae et dicent
venite ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Iacob
et docebit nos de viis suis II Par 6,27!
et ibimus in semitis eius
quia de Sion egredietur lex
et verbum Domini de Hierusalem
[3] et iudicabit inter populos multos
et corripiet gentes fortes usque in longinquum
et concident gladios suos in vomeres
et hastas suas in ligones
non sumet gens adversus gentem gladium
et non discent ultra belligerare
[4] et sedebit vir subtus vineam suam et subtus ficum suam et non erit qui deterreat Is 36,16; Za 3,10; I Mcc 14,12!
quia os Domini exercituum locutum est
[5] quia omnes populi ambulabunt unusquisque in nomine dei sui Za 10,12

AC
ΣΛOSMΦc 3,2 eos] eis ΛΛΦc; *om.* s | 7 ~ omnes uultus suos c. | responsus C | 9 hoc ΣOc || 4,1 et[1] + erit
cr Φc *Hi* | 4 subtus[1]] subter C; super Σ. | uineam] uitem c. |

nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in aeternum et ultra
So 3,19 6,7; Ez 34,16! 6 in die illa dicit Dominus congregabo claudicantem
Is 54,7! et eam quam eieceram colligam et quam adflixeram
7 et ponam claudicantem in reliquias
et eam quae laboraverat in gentem robustam
5,2; Ps 98,2! Is 24,23; Dn 7,27! Apc 1,6; 11,15 et regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc et usque in aeternum
8 et tu turris Gregis nebulosa filiae Sion
usque ad te veniet et veniet potestas prima regnum filiae Hierusalem
Ier 8,19 9 nunc quare maerore contraheris
numquid rex non est tibi aut consiliarius tuus periit
Is 21,3! Ier 6,24! quia conprehendit te dolor sicut parturientem
Is 26,18 10 dole et satage filia Sion quasi parturiens
quia nunc egredieris de civitate
et habitabis in regione
et venies usque ad Babylonem
ibi liberaberis ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum
Za 12,3! 14,2 11 et nunc congregatae sunt super te gentes multae
quae dicunt lapidetur et aspiciat in Sion oculus noster
Is 10,7 12 ipsi autem non cognoverunt cogitationes Domini
et non intellexerunt consilium eius
quia congregavit eos quasi faenum areae
13 surge et tritura filia Sion
quia cornu tuum ponam ferreum
et ungulas tuas ponam aereas
et comminues populos multos
et interficiam Domino rapinas eorum
et fortitudinem eorum Domino universae terrae
5 nunc vastaberis filia latronis
obsidionem posuerunt super nos in virga percutient maxillam iudicis Israhel
2 et tu Bethleem Ephrata parvulus es in milibus Iuda Mt 2,6
ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israhel Io 7,42
et egressus eius ab initio a diebus aeternitatis 4,7!
3 propter hoc dabit eos usque ad tempus in quo parturiens pariet
reliquiae fratrum eius convertentur ad filios Israhel
4 et stabit et pascet in fortitudine Domini Is 49,5
in sublimitate nominis Domini Dei sui Is 52,13
et convertentur quia nunc magnificabitur usque ad terminos terrae
5 et erit iste pax Eph 2,14
Assyrius cum venerit in terram nostram et quando calcaverit in domibus nostris
et suscitabimus super eum septem pastores et octo primates homines
6 et pascent terram Assur in gladio
et terram Nemrod in lanceis eius
et liberabit ab Assur cum venerit in terram nostram
et cum calcaverit in finibus nostris
7 et erunt reliquiae Iacob in medio populorum multorum
quasi ros a Domino et quasi stillae super herbam
quae non expectat virum et non praestolatur filios hominum
8 et erunt reliquiae Iacob in gentibus in medio populorum multorum
quasi leo in iumentis silvarum
et quasi catulus leonis in gregibus

7 in montem AΣS | 8 uenient[1] ΑΛΟ | 10 [*deest* s *usque ad* 7,20] | 13 interficies c || 5,1 super te CΣ | in uirgam AS | 2 eufrata AΣ; + numquid Σ | 3 pariet + et Ac *Hi* | 5 ~ cum uenerit assyrius c. | 6 in finibus nostris] in terminis nostris CΦ; in monte nostro A |

AC ΣΛOSMΦ(s) cr

pecorum
qui cum transierit et conculcaverit et
ceperit non est qui eruat
Is 26,11! [9]exaltabitur manus tua super hostes
tuos
et omnes inimici tui interibunt
[10]et erit in die illa dicit Dominus
Agg 2,23 auferam equos tuos de medio tui
et disperdam quadrigas tuas
[11]et perdam civitates terrae tuae
et destruam omnes munitiones tuas
et auferam maleficia de manu tua
et divinationes non erunt in te
Za 13,2! [12]et perire faciam sculptilia tua
et statuas tuas de medio tui
Is 17,8 et non adorabis ultra opera manu-
um tuarum
[13]et evellam lucos tuos de medio tui
et conteram civitates tuas
[14]et faciam in furore et in indignatione
ultionem in omnibus gentibus quae
non audierunt
6 audite quae Dominus loquitur
surge contende iudicio adversum
montes
et audiant colles vocem tuam
Ps 49,4 [2]audiant montes iudicium Domini et
fortia fundamenta terrae
quia iudicium Domini cum populo
suo
Os 4,1! 12,2 et cum Israhel diiudicabitur
Ier 2,5 [3]populus meus quid feci tibi et quid
molestus fui tibi responde mihi
Dt 7,8! [4]quia eduxi te de terra Aegypti
et de domo servientium liberavi te
et misi ante faciem tuam Mosen et
Aaron et Mariam
[5]populus meus memento quaeso quid
cogitaverit Balac rex Moab
et quid responderit ei Balaam filius
Beor
de Setthim usque ad Galgalam
ut cognosceret iustitias Domini
[6]quid dignum offeram Domino
curvem genu Deo excelso
numquid offeram ei holocaustomata
et vitulos anniculos
[7]numquid placari potest Dominus in
milibus arietum aut in multis mili- Is 1,11!
bus hircorum pinguium
numquid dabo primogenitum meum
pro scelere meo
fructum ventris mei pro peccato ani-
mae meae
[8]indicabo tibi o homo quid sit bo-
num et quid Dominus quaerat a te Dt 10,12
utique facere iudicium et diligere Prv 21,3! Za 7,9!
misericordiam
et sollicitum ambulare cum Deo tuo
[9]vox Domini ad civitatem clamat
et salus erit timentibus nomen tuum
audite tribus et quis adprobabit illud
[10]adhuc ignis in domo impii thesauri
iniquitatis et mensura minor irae
plena
[11]numquid iustificabo stateram im- Prv 11,1!
piam et saccelli pondera dolosa
[12]in quibus divites eius repleti sunt ini-
quitate
et habitantes in ea loquebantur men-
dacium
et lingua eorum fraudulenta in ore
eorum
[13]et ego ergo coepi percutere te per-
ditione super peccatis tuis
[14]tu comedes et non saturaberis Is 9,20! Os 4,10
et humiliatio tua in medio tui
et adprehendes et non salvabis
et quos salvaveris in gladium dabo
[15]tu seminabis et non metes Dt 28,38–40; Agg 1,6! Io 4,37
tu calcabis olivam et non ungueris
oleo
et mustum et non bibes vinum
[16]et custodisti praecepta Omri et omne
opus domus Achab
et ambulasti in voluntatibus eorum

AC ΣΛOSMΦ cr

14 indignatione + mea CΣ. ‖ 6,1 surge + et C | 3 popule ΣOc *Hi* | et] aut AΣMc | 4 seruitutis AΣO | 5 popule ΣOc *Hi* | cognosceres ΣΛΦcr | 6 curuabo ΣΛOSMc | genua CΣΛM | deo] domino A | 8 o *om.* CΣM | requirat Sc | 10 thesaurus C | 16 amri Oc | uoluptatibus CΣΛΦ ‖

ut darem te in perditionem
et habitantes in ea in sibilum
et obprobrium populi mei portabitis
7 vae mihi quia factus sum sicut qui
Is 24,13 colligit in autumno racemos vindemiae
non est botrus ad comedendum
praecoquas ficus desideravit anima mea
Ps 11,2; Is 57,1 2 periit sanctus de terra
et rectus in hominibus non est
Is 3,5! omnes in sanguine insidiantur
vir fratrem suum venatur ad mortem
3 malum manuum suarum dicunt bonum
3,11; Is 1,23! princeps postulat et iudex in reddendo est
et magnus locutus est desiderium animae suae et conturbaverunt eam
4 qui optimus in eis est quasi paliurus
et qui rectus quasi spina de sepe
dies speculationis tuae
visitatio tua venit
nunc erit vastitas eorum
Ier 9,4! 5 nolite credere amico
et nolite confidere in duce
ab ea quae dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui
Mt 10,35.36! 6 quia filius contumeliam facit patri
filia consurgit adversus matrem suam
nurus contra socrum suam
inimici hominis domestici eius
7 ego autem ad Dominum aspiciam
Gn 49,18! Is 8,17; 17,7; Lam 3,26 expectabo Deum salvatorem meum
audiet me Deus meus
8 ne laeteris inimica mea super me
quia cecidi consurgam
Is 50,10 cum sedero in tenebris Dominus lux
Ps 26,1 mea est
Is 64,5; Bar 1,13 9 iram Domini portabo quoniam peccavi ei
donec iudicet causam meam et faciat iudicium meum
educet me in lucem
videbo in iustitiam eius
10 et aspiciet inimica mea et operietur confusione
quae dicit ad me ubi est Dominus Deus tuus Ps 41,4!
oculi mei videbunt in eam
nunc erit in conculcationem ut lutum platearum II Sm 22,43; Ps 17,43; Is 10,6
11 dies ut aedificentur maceriae tuae
in die illa longe fiet lex
12 in die illa et usque ad te veniet Assur Is 27,13!
et usque ad civitates munitas
et a civitatibus munitis usque ad flumen
et ad mare de mari et ad montem de monte
13 et erit terra in desolationem propter habitatores suos et propter fructum cogitationum eorum Ier 7,34!
14 pasce populum tuum in virga tua gregem hereditatis tuae Ps 77,71!
habitantes solos in saltu in medio Carmeli
pascentur Basan et Galaad iuxta dies
antiquos 15 secundum dies egressionis tuae de terra Aegypti Is 11,16
ostendam ei mirabilia
16 videbunt gentes et confundentur super omni fortitudine sua Is 26,11
ponent manus super os
aures eorum surdae erunt
17 lingent pulverem sicut serpens Ps 71,9!
velut reptilia terrae proturbabuntur de aedibus suis
Dominum Deum nostrum desiderabunt et timebunt te
18 quis Deus similis tui qui aufers iniquitatem Ps 82,2! Ier 50,20! Ex 34,7!
et transis peccatum reliquiarum here-

7,2 hominibus] omnibus CΣ | ~ ad mortem uenatur c. | 3 in perdendo C | cum AΣ. | 6 patri + et c | contra] aduersus c. | suam² + et ΣSc | 7 aspiciam + et CO | 9 ~ causam meam iudicet c | in² *om.* AΣΛOΦc | 10 in conculcatione CΣΛM *lli* | 11 lex] lux C | 12 ueniet + de c. | 13 ~ terra erit c | 16 manum Φc | 17 serpentes c *lli* | perturbabuntur Sc | de] in c. | desiderabunt] desiderant S.: formidabunt c. *lli* | 18 auferes CΛ ||

AC ΣΛOSMΦ cr

ditatis tuae
18.19; Ps 50,3! non inmittet ultra furorem suum
quoniam volens misericordiam est
19 revertetur et miserebitur nostri
deponet iniquitates nostras
Is 38,17! et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra
Lc 1,54.55 20 dabis veritatem Iacob misericordiam Abraham
quae iurasti patribus nostris a diebus antiquis

EXPLICIT MICHA PROPHETA

INCIPIT NAUM PROPHETA

Onus Nineve
liber visionis Naum Helcesei
2 Deus aemulator et ulciscens Dominus
Is 59,18! ulciscens Dominus et habens furorem
ulciscens Dominus in hostes suos
et irascens ipse inimicis suis
Ier 4,13! 3 Dominus patiens et magnus fortitudine
et mundans non faciet innocentem
Dominus in tempestate et turbine viae eius
et nebulae pulvis pedum eius
Ps 105,9 4 increpans mare et exsiccans illud
et omnia flumina ad desertum deducens
Is 33,9 infirmatus est Basan et Carmelus
et flos Libani elanguit
Sir 16,18.19! Ier 4,24! Ez 38,20 5 montes commoti sunt ab eo
et colles adsolati sunt
Is 24,4! et contremuit terra a facie eius
et orbis et omnes habitantes in eo
Iob 9,13; Ps 75,8; Or Man 4 6 ante faciem indignationis eius quis stabit
et quis resistet in ira furoris eius
Ps 78,5! indignatio eius effusa est ut ignis
Mi 1,4! et petrae dissolutae sunt ab eo
7 bonus Dominus et confortans in die tribulationis Lam 3,25
et sciens sperantes in se
8 et in diluvio praetereunte consummationem faciet loci eius Is 30,28!
et inimicos eius persequentur tenebrae
9 quid cogitatis contra Dominum
consummationem ipse faciet
non consurget duplex tribulatio
10 quia sicut spinae se invicem conplectuntur sic convivium eorum pariter potantium
consumentur quasi stipula ariditate plena Is 47,14!
11 ex te exivit cogitans contra Dominum malitiam
mente pertractans praevaricationem
12 haec dicit Dominus
si perfecti fuerint et ita plures sic quoque adtondentur et pertransibit
adflixi te et non adfligam te ultra
13 et nunc conteram virgam eius de dorso tuo et vincula tua disrumpam Ier 30,8!
14 et praecipiet super te Dominus
non seminabitur ex nomine tuo amplius
de domo Dei tui interficiam sculptile et conflatile
ponam sepulchrum tuum quia inhonoratus es
15 ecce super montes pedes evangelizantis et adnuntiantis pacem Is 52,7!
celebra Iuda festivitates tuas et redde vota tua
quia non adiciet ultra ut pertranseat in te Is 52,1!
Belial universus interiit
2 ascendit qui dispergat coram te qui custodit obsidionem Am 6,8!
contemplare viam conforta lumbos robora virtutem valde Ier 6,26; 12,12
2 quia reddidit Dominus superbiam

AC ΣΛOSMΦ cr Naum. *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦ cr. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia nahum c. ‖ 1,1 onus] sumptio C | naum + filii CΣΛ | 2 in *om.* CΣ. | 3 uia CΛOSr | 5 adesolati A.; desolate Σ.; desolati OΦc | in ea CΣ | 6 eius² + et CΣ. | 8 diluuio + quasi CΣ | 11 exibit CSMΦc *Hi* ‖ 2,1 custodiat OΦc | 2 quia reddet C; quia reddit S.; quare dedit Σ. |

Iacob sicut superbiam Israhel
quia vastatores dissipaverunt eos
et propagines eorum corruperunt
3 clypeus fortium eius ignitus
viri exercitus in coccineis
igneae habenae currus in die praeparationis eius
et agitatores consopiti sunt 4 in itineribus conturbati sunt
Ier 51,21 quadrigae conlisae sunt in plateis
aspectus eorum quasi lampades
quasi fulgura discurrentia
5 recordabitur fortium suorum ruent in itineribus suis
velociter ascendent muros eius
et praeparabitur umbraculum
6 portae fluviorum apertae sunt
et templum ad solum dirutum
7 et miles captivus abductus est
et ancillae eius minabantur gementes
ut columbae murmurantes in cordibus suis
8 et Nineve quasi piscina aquarum aquae eius ipsi vero fugerunt
state state et non est qui revertatur
9 diripite argentum diripite aurum
et non est finis divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus
Dn 5,6! 10 dissipata et scissa et dilacerata
et cor tabescens et dissolutio geniculorum
et defectio in cunctis renibus et facies omnium sicut nigredo ollae Ioel 2,6
11 ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum leonum
ad quam ivit leo ut ingrederetur illuc catulus leonis
et non est qui exterreat
12 leo cepit sufficienter catulis suis et necavit leaenis suis
et implevit praeda speluncas suas et cubile suum rapina
13 ecce ego ad te dicit Dominus exercituum 3,5; Ez 13,8
et succendam usque ad fumum quadrigas eius
et leunculos tuos comedet gladius
et exterminabo de terra praedam tuam
et non audietur ultra vox nuntiorum tuorum
3 vae civitas sanguinum Ez 24,6!
universa mendacii dilaceratione plena
non recedet a te rapina
2 vox flagelli et vox impetus rotae 2,3: Ier 47,3
et equi frementis et quadrigae ferventis
equitis ascendentis 3 et micantis gladii
et fulgurantis hastae et multitudinis interfectae
et gravis ruinae nec est finis cadaverum
et corruent in corporibus suis
4 propter multitudinem fornicationum meretricis
speciosae et gratae et habentis maleficia
quae vendidit gentes in fornicationibus suis
et familias in maleficiis suis
5 ecce ego ad te dicit Dominus exercituum 2,13!
et revelabo pudenda tua in facie tua Ier 13,26! Ez 16,37!
et ostendam gentibus nuditatem tuam
et regnis ignominiam tuam
6 et proiciam super te abominationes
et contumeliis te adficiam
et ponam te in exemplum
7 et erit omnis qui viderit te resiliet a te Sir 13,8!

2 corruerunt CS | 6 disrutum Σ.; disruptum AC. | 7 adductus AΣOM | 10 dissipata + est c | excissa A.; discissa Σ. | omnium] eorum Σ; + eorum ΛOc | 11 ibit ACΣΛO | 12 necabit AΦ; negauit ΣOS | rapinas C; rapinis Σ. | 13 eius] tuas Φc || **3**,2 frementes CΣSM | feruentes CΣSM; + et ΛΦc *Hi* | equites CΣOSMΦ | ascendentes CΣOSM | 3 micantes COSM | fulgurantes CΣOSM | multitudines C | graues CΣOSM | 4 habentes CΣS | 5 in faciem tuam A *Hi* |

AC ΣΛOSMΦ cr

et dicet vastata est Nineve
quis commovebit super te caput
unde quaeram consolatorem tibi
8 numquid melior es ab Alexandria populorum quae habitat in fluminibus
aqua in circuitu eius
cuius divitiae mare aquae muri eius
Dn 11,43 9 Aethiopia fortitudo et Aegyptus et non est finis
Africa et Lybies fuerunt in auxilio tuo
10 sed et ipsa in transmigrationem ducta est in captivitatem
Ps 136,9! Os 14,1 parvuli eius elisi sunt in capite omnium viarum
Ioel 3,3; Abd 11 et super inclitos eius miserunt sortem
et omnes optimates eius confixi sunt in conpedibus
11 et tu ergo inebriaberis eris despecta
et tu quaeres auxilium ab inimico
12 omnes munitiones tuae sicuti ficus cum grossis suis
si concussae fuerint cadent in os comedentis
Ier 50,37! 51,30 13 ecce populus tuus mulieres in medio tui
inimicis tuis adapertione pandentur portae terrae tuae
devorabit ignis vectes tuos
14 aquam propter obsidionem hauri tibi
extrue munitiones tuas
intra in lutum et calca
subigens tene laterem
15 ibi comedet te ignis
peribis gladio devorabit te ut bruchus
congregare ut bruchus multiplicare ut lucusta
16 plures fecisti negotiationes tuas quam stellae sunt caeli
bruchus expansus est et avolavit
17 custodes tui quasi lucustae
et parvuli tui quasi lucustae lucustarum
quae considunt in sepibus in die frigoris
sol ortus est et avolaverunt
et non est cognitus locus earum ubi fuerint
18 dormitaverunt pastores tui Ier 51,57!
rex Assur sepelientur principes tui
latitavit populus tuus in montibus et non est qui congreget II Par 18,16!
19 non est obscura contritio tua Ier 30,12!
pessima est plaga tua
omnes qui audierunt auditionem tuam conpresserunt manum super te
quia super quem non transiit malitia tua semper

EXPLICIT NAUM PROPHETA

INCIPIT ABACUC PROPHETA

Onus quod vidit Abacuc propheta
2 usquequo Domine clamabo et non exaudies Iob 19,7! Ps 21,3!
vociferabor ad te vim patiens et non salvabis Is 38,14
3 quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem videre
praeda et iniustitia contra me
et factum est iudicium et contradictio potentior
4 propter hoc lacerata est lex
et non pervenit usque ad finem iudicium
quia impius praevalet adversus iustum
propterea egreditur iudicium perversum
5 aspicite in gentibus et videte Act 13,41

AC ΣΛΟSMΦ cr 7 est] es CM | 8 ab *om.* c | aquae¹ Φc | 9 fortitudo + eius Φc *Hi* | 11 et eris ΛΟΦc *Hi*: erisque CΣ | quaeris AO | 16 sint Φc | 17 lucusta¹ CSr | 19 audierint C | transiuit A: transit Σ; transiet S. ||

Abacuc. *Citantur* AC *et* ΣΛΟSMΦs *ac* c. [*Hi* = *Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia habacuc c. || 1,1 [*deest* s *usque ad* 2,13] | 2 saluabis + dum noceor A. | 3 praedam et iniustitiam ΣΛΟMΦc |

Is 29,9.14 et admiramini et obstupescite
quia opus factum est in diebus vestris
quod nemo credet cum narrabitur
Ier 5,15 6 quia ecce ego suscitabo Chaldeos
gentem amaram et velocem
Apc 20,8 ambulantem super latitudinem terrae
ut possideat tabernacula non sua
7 horribilis et terribilis est
ex semet ipsa iudicium et onus eius egredietur
8 leviores pardis equi eius
et velociores lupis vespertinis
et diffundentur equites eius
equites namque eius de longe venient
Dt 28,49 volabunt quasi aquila festinans ad comedendum
9 omnes ad praedam venient
facies eorum ventus urens
et congregabit quasi harenam captivitatem
10 et ipse de regibus triumphabit
et tyranni ridiculi eius erunt
ipse super omnem munitionem ridebit
et conportabit aggerem et capiet eam
11 tunc mutabitur spiritus et pertransibit et corruet
haec est fortitudo eius dei sui
Ps 89,2! 12 numquid non tu a principio Domine Deus meus Sancte meus et non moriemur
Domine in iudicium posuisti eum
et fortem ut corriperes fundasti eum
13 mundi sunt oculi tui ne videas malum
et respicere ad iniquitatem non poteris
Iob 21,7! Ier 12,1! quare non respicis super inique agentes
et taces devorante impio iustiorem se
14 et facies homines quasi pisces maris
et quasi reptile non habens principem
15 totum in hamo sublevavit
traxit illud in sagena sua
et congregavit in rete suo
super hoc laetabitur et exultabit
16 propterea immolabit sagenae suae
et sacrificabit reti suo
quia in ipsis incrassata est pars eius
et cibus eius electus
17 propter hoc ergo expandit sagenam suam
et semper interficere gentes non parcet
2 super custodiam meam stabo Is 21,6.8
et figam gradum super munitionem
et contemplabor ut videam quid dicatur mihi
et quid respondeam ad arguentem me
2 et respondit mihi Dominus et dixit
scribe visum et explana eum super tabulas Apc 1,11!
ut percurrat qui legerit eum
3 quia adhuc visus procul et apparebit in finem et non mentietur
si moram fecerit expecta illum Is 8,17
quia veniens veniet et non tardabit Hbr 10,37
4 ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semet ipso
iustus autem in fide sua vivet Rm 1,17; Gal 3,11; Hbr 10,38
5 et quomodo vinum potantem decipit
sic erit vir superbus et non decorabitur
qui dilatavit quasi infernus animam suam Is 5,14!
et ipse quasi mors et non adimpletur
et congregabit ad se omnes gentes Ier 27,7!
et coacervabit ad se omnes populos
6 numquid non omnes isti super eum parabolam sument Mi 2,4

5 et² *om.* Mϲ | 6 possideant C | 9 congregauit AS | 11 spiritus + eius CΣ; + ipse O | 13 uideant C | non² *om.* ϲ. | iniqua ϲ | 14 reptilem C | 15 subleuabit ACΛOΦ | suo] suum CΣSMΦϲr *Hi* | 16 immolauit AΣS | sacrificauit ACΣS || **2**,2 ut] et C | 3 in fine A | 4 in semet ipso + si subduxerit se non bene sentiet anima mea in eum A |

AC
ΣΛOSMΦ
ϲr

et loquellam enigmatum eius
Is 5,8! et dicetur vae ei qui multiplicat non sua
usquequo et adgravat contra se densum lutum
7 numquid non repente consurgent qui mordeant te
et suscitabuntur lacerantes te
et eris in rapinam eis
Is 33,1! 8 quia tu spoliasti gentes multas
spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis
propter sanguinem hominis et iniquitatem terrae
civitatis et omnium habitantium in ea
9 vae qui congregat avaritiam malam domui suae
Abd 4 ut sit in excelso nidus eius
et liberari se putat de manu mali
10 cogitasti confusionem domui tuae
concidisti populos multos
et peccavit anima tua
IV Esr 5,5 11 quia lapis de pariete clamabit
et lignum quod inter iuncturas aedificiorum est respondebit
Mi 3,10 12 vae qui aedificat civitatem in sanguinibus
et praeparat urbem in iniquitate
13 numquid non haec a Domino sunt exercituum
Ier 51,58 laborabunt enim populi in multo igni et gentes in vacuum et deficient
Is 11,9 14 quia replebitur terra ut cognoscat gloriam Domini
quasi aquae operientes mare
15 vae qui potum dat amico suo mittens fel suum et inebrians
ut aspiciat nuditatem eius
Ez 23,32.33 16 repletus est ignominia pro gloria
Ier 25,15.16 bibe tu quoque et consopire
circumdabit te calix dexterae Domini
et vomitus ignominiae super gloriam tuam
17 quia iniquitas Libani operiet te
et vastitas animalium deterrebit eos
de sanguinibus hominis et iniquitate terrae et civitatis et omnium habitantium in ea
18 quid prodest sculptile quia sculpsit illud fictor suus Is 44,9
conflatile et imaginem falsam
quia speravit in figmento fictor eius
ut faceret simulacra muta
19 vae qui dicit ligno expergiscere
surge lapidi tacenti
numquid ipse docere poterit
ecce iste coopertus est auro et argento et omnis spiritus non est in visceribus eius
20 Dominus autem in templo sancto suo Ps 10,5
sileat a facie eius omnis terra Is 14,7; 41,1; So 1,7; Za 2,13

3 ORATIO ABACUC PROPHETAE PRO IGNORATIONIBUS

2 Domine audivi auditionem tuam et timui
Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud
in medio annorum notum facies
cum iratus fueris misericordiae recordaberis Is 54,8!
3 Deus ab austro veniet et Sanctus de monte Pharan Dt 33,2 Ps 8,2; 56,6!
SEMPER
operuit caelos gloria eius Ps 71,19! Is 6,3
et laudis eius plena est terra
4 splendor eius ut lux erit Is 62,1
cornua in manibus eius
ibi abscondita est fortitudo eius
5 ante faciem eius ibit mors
et egredietur diabolus ante pedes eius
6 stetit et mensus est terram
aspexit et dissolvit gentes

AC ΣΛΟSMΦ(s) cr

6 et[2] + euigilabunt insidiatores tui A | 13 ~ sunt a domino c | [*adest* s *usque ad* 3,16] | 14 cognoscant ΣΟΦc | operientis CS | 16 est] es c | 17 eos] te CΣ | hominis] hominum ΛΟΜΦsc | 18 simulacra multa Cs || **3**,1 ignorantibus ΣS; ignorantiis c | 2 recordaueris ΑCΣΛ | 3 semper] diapsalma OM: *om.* c | et[2] *om.* r |

Ier 4,24! et contriti sunt montes saeculi
incurvati sunt colles mundi ab itineribus aeternitatis eius
7 pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae
turbabuntur pelles terrae Madian
8 numquid in fluminibus iratus es Domine
aut in fluminibus furor tuus
vel in mari indignatio tua
quia ascendes super equos tuos
et quadrigae tuae salvatio
9 suscitans suscitabis arcum tuum
iuramenta tribubus quae locutus es
SEMPER
fluvios scindes terrae
10 viderunt te et doluerunt montes
gurges aquarum transiit
dedit abyssus vocem suam
altitudo manus suas levavit
Ios 10,13! 11 sol et luna steterunt in habitaculo suo
in luce sagittarum tuarum ibunt
in splendore fulgurantis hastae tuae
Sir 43,18 12 in fremitu conculcabis terram
in furore obstupefacies gentes
Ps 67,8 13 egressus es in salutem populi tui
in salutem cum christo tuo
percussisti caput de domo impii
denudasti fundamentum usque ad collum
SEMPER
14 maledixisti sceptris eius capiti bellatorum eius
venientibus ut turbo ad dispergendum me
exultatio eorum sicut eius qui devorat pauperem in abscondito
Is 43,16.17! 15 viam fecisti in mari equis tuis in luto
aquarum multarum
16 audivi et conturbatus est venter meus
ad vocem contremuerunt labia mea
ingrediatur putredo in ossibus meis Iob 7,5
et subter me scateat
ut requiescam in die tribulationis
ut ascendam ad populum accinctum nostrum
17 ficus enim non florebit Ier 5,17!
et non erit germen in vineis
mentietur opus olivae
et arva non adferent cibum
abscidetur de ovili pecus et non erit armentum in praesepibus
18 ego autem in Domino gaudebo Ps 34,9! Is 61,10! Lc 1,47
exultabo in Deo Iesu meo
19 Dominus Deus fortitudo mea
et ponet pedes meos quasi cervorum II Sm 22,34; Ps 17,34
et super excelsa mea deducet me
victori in psalmis canentem

EXPLICIT ABACUC PROPHETA

INCIPIT SOFONIAS PROPHETA

Verbum Domini quod factum est ad Sofoniam filium Chusi Ier 1,2!
filium Godoliae filii Amariae filii Ezechiae
in diebus Iosiae filii Amon regis Iuda
2 congregans congregabo omnia a facie terrae dicit Dominus Ier 8,13
3 congregans hominem et pecus Os 4,3
congregans volatile caeli et pisces maris
et ruinae impiorum erunt
et disperdam homines a facie terrae dicit Dominus
4 et extendam manum meam super

7 uident CΣ.; uide S. | 8 quia] qui SMc | ascendis ΣS; ascendisti C. | 9 semper] diapsalma O; *om.* c | 11 fulgurantes CΣOSM | 13 in salute[1 2] AΣ | fundamentum + eius c | semper] diapsalma O; *om.* Mc | 16 a uoce Sc | [*deest* s *usque ad v.* 19] | 17 arba A; herbe Σ. | adferet C | abscindetur c *Hi* | 18 gaudebo + et ΛOSMc *Hi* | 19 ~ deus dominus CΛOMΦcr | uictorem C.; uictor MΦc || AC ΣΛOSMΦ(s) cr

Sofonias. *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦs *ac* c. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia sophoniae c. || 1,1 [*deest* s *usque ad* 3,13] | filium[2]] filii ΛΦc *Hi* | iudae MΦc | 3 uolatilia c | 4 et[1] *om.* CS |

Iudam
et super omnes habitantes Hierusa-
lem
et disperdam de loco hoc reliquias
Baal
et nomina aedituorum cum sacer-
dotibus
Ier 19,13 5 et eos qui adorant super tecta mili-
tiam caeli
et adorant et iurant in Domino et
Ier 5,7! iurant in Melchom
6 et qui avertuntur de post tergum Do-
mini
et qui non quaesierunt Dominum
nec investigaverunt eum
Hab 2,20! Ioel 1,15! 7 silete a facie Domini Dei quia iuxta
est dies Domini
quia praeparavit Dominus hostiam
sanctificavit vocatos suos
8 et erit in die hostiae Domini visitabo
super principes et super filios regis
et super omnes qui induti sunt veste
peregrina
9 et visitabo omnem qui arroganter
ingreditur super limen in die illa
qui conplent domum Domini Dei
sui iniquitate et dolo
10 et erit in die illa dicit Dominus
vox clamoris a porta Piscium
et ululatus a secunda
et contritio magna a collibus
11 ululate habitatores pilae
conticuit omnis populus Chanaan
disperierunt omnes involuti argento
12 et erit in tempore illo
scrutabor Hierusalem in lucernis
et visitabo super viros defixos in
fecibus suis
Is 45,7! Lam 3,38 qui dicunt in cordibus suis non fa-
ciet bene Dominus et non faciet
male
13 et erit fortitudo eorum in direptio-
nem
et domus eorum in desertum
et aedificabunt domos et non habi- Am 5,11!
tabunt
et plantabunt vineas et non bibent
vinum earum
14 iuxta est dies Domini magnus Ier 30,7; Ioel 1,15! 2,1.11
iuxta et velox nimis
vox diei Domini amara
tribulabitur ibi fortis
15 dies irae dies illa
dies tribulationis et angustiae
dies calamitatis et miseriae Ioel 2,2; Am 5,18
dies tenebrarum et caliginis
dies nebulae et turbinis
16 dies tubae et clangoris
super civitates munitas et super an- Is 2,15
gulos excelsos
17 et tribulabo homines et ambulabunt Dt 28,28
ut caeci quia Domino peccaverunt
et effundetur sanguis eorum sicut Is 5,25!
humus
et corpus eorum sicut stercora
18 sed et argentum eorum et aurum eo- Prv 11,4! Ez 7,19
rum non poterit liberare eos in die
irae Domini
in igne zeli eius devorabitur omnis 3,8
terra
quia consummationem cum festina- Is 10,23! 28,22
tione faciet cunctis habitantibus
terram
2 convenite congregamini gens non
amabilis
2 priusquam pariat iussio quasi pul-
verem transeuntem diem
antequam veniat super vos ira fu-
roris Domini
antequam veniat super vos dies furo-
ris Domini
3 quaerite Dominum omnes mansueti
terrae
qui iudicium eius estis operati
quaerite iustum quaerite mansue-
tum

AC ΣΛOSMΦ cr 4 nomina] nomen Φ.; omnia C. | 9 super omnem OMΦc; super omnes Σ. | in iniquitate C | 10 a[3] *om.* CΦ | 12 facial[1,2] AOMr | 14 iuxta[2] + est ΣOc *Hi* | 17 corpora CΣΛΦc *Hi* || 2.2 super uos[1] *om.* A. | antequam[2]–domini[2] *om.* ΣSMΦ | furoris[2]] indignationis c |

Is 2,10; 26,20 si quo modo abscondamini in die
furoris Domini
Am 1,7.8! Za 9,5 4 quia Gaza destructa erit
et Ascalon in desertum
Azotum in meridie eicient
et Accaron eradicabitur
5 vae qui habitatis funiculum maris
gens perditorum
Ez 25,16! verbum Domini super vos Chanaan
terra Philisthinorum
3,6 et disperdam te ita ut non sit inhabi-
tator
Is 65,10 6 et erit funiculus maris requies pasto-
rum et caulae pecorum
7 et erit funiculus eius qui remanserit
de domo Iuda
ibi pascentur in domibus Ascalonis
ad vesperam requiescent
Za 10,3 quia visitabit eos Dominus Deus
eorum
et avertet captivitatem eorum
8 audivi obprobrium Moab et blas-
phemias filiorum Ammon
quae exprobraverunt populo meo
et magnificati sunt super terminos
eorum
9 propterea vivo ego dicit Dominus
exercituum Deus Israhel
Is 13,19! quia Moab ut Sodoma erit
et filii Ammon quasi Gomorra
siccitas spinarum et acervi salis
et desertum usque in aeternum
9.10: Ez 25,6.7 reliquiae populi mei diripient illos
residui gentis meae possidebunt eos
10 hoc eis eveniet pro superbia sua
Ier 48,42 quia blasphemaverunt et magnificati
sunt super populum Domini exer-
cituum
11 horribilis Dominus super eos
et adtenuabit omnes deos terrae
Is 24,15; 42,12! et adorabunt eum vir de loco suo
omnes insulae gentium
Ier 25,33! 12 sed et vos Aethiopes interfecti gladio
meo eritis
13 et extendet manum suam super aqui-
lonem et perdet Assur
et ponet speciosam in solitudinem et
in invium et quasi desertum
14 et accubabunt in medio eius greges
omnes bestiae gentium
et onocrotalus et ericius in liminibus Is 34,11!
eius morabuntur
vox cantantis in fenestra
corvus in superliminari
quoniam adtenuabo robur eius
15 haec est civitas gloriosa habitans in
confidentia
quae dicebat in corde suo ego sum
et extra me non est alia amplius
quomodo facta est in desertum cu- Ier 49,17!
bile bestiae
omnis qui transit per eam sibilabit
et movebit manum suam
3 vae provocatrix et redempta civitas
columba
2 non audivit vocem et non suscepit
disciplinam
in Domino non est confisa
ad Deum suum non adpropiavit
3 principes eius in medio eius quasi Prv 28,15!
leones rugientes
iudices eius lupi vespere non relin- Ez 22,27!
quebant in mane
4 prophetae eius vesani viri infideles Ier 6,13! Os 9,7
sacerdotes eius polluerunt sanctum Ez 22,26
iniuste egerunt contra legem
5 Dominus iustus in medio eius Ps 10,8! 118,137!
non faciet iniquitatem
mane mane iudicium suum dabit
in luce et non abscondetur
nescivit autem iniquus confusionem
6 disperdi gentes et dissipati sunt an-
guli earum
desertas feci vias eorum dum non est Sir 49,8
qui transeat
desolatae sunt civitates eorum non 2,5

7 eis r | remanserint ACr | 8 quae] qui Σ.; quia C. | 9 illos et Φ; eos et c. | eos] illos c. | 11 et horribilis CΣ. | uiri OΦc | 13 speciosa ACΣ | 15 et[2] *om.* CΛΦr || 3,2 deum] dominum C | adpropriabit Σ; adpropinquauit OSc; adpropinquabit Φ | 5 mane[2] *om.* AΣ | in lucem Mc | 6 disperdit Σ; disperdidi Ac | earum] eorum AO |

AC ΣΛOSMΦ cr

remanente viro nec ullo habitatore
7 dixi attamen timebis me
suscipies disciplinam
et non peribit habitaculum eius
propter omnia in quibus visitavi eam
verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas
8 quapropter expecta me dicit Dominus
in die resurrectionis meae in futurum
Ps 68,25! Is 14,26 quia iudicium meum ut congregem gentes et colligam regna
ut effundam super eas indignationem meam
omnem iram furoris mei
1,18 in igne enim zeli mei devorabitur omnis terra
9 quia tunc reddam populis labium electum
ut vocent omnes in nomine Domini
et serviant ei umero uno
Ps 67,32; Is 19,21; 45,14 10 ultra flumina Aethiopiae inde supplices mei
Is 66,20 filii dispersorum meorum deferent munus mihi
Is 54,4! 11 in die illa non confunderis super cunctis adinventionibus tuis quibus praevaricata es in me
quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiae tuae
et non adicies exaltari amplius in monte sancto meo
Is 14,32 12 et derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum
et sperabunt in nomine Domini
13 reliquiae Israhel
Iob 36,4! Apc 14,5 non facient iniquitatem nec loquentur mendacium
et non invenietur in ore eorum lingua dolosa
Lv 26,6! Is 17,2 quoniam ipsi pascentur et accubabunt et non erit qui exterreat
14 lauda filia Sion iubilate Israhel Is 12,6! Za 2,10; 9,9!
laetare et exulta in omni corde filia Hierusalem
15 abstulit Dominus iudicium tuum
avertit inimicos tuos
rex Israhel Dominus in medio tui Is 12,6! Ioel 2,27
non timebis malum ultra
16 in die illa dicetur Hierusalem noli timere Is 35,3.4!
Sion non dissolvantur manus tuae
17 Dominus Deus tuus in medio tui Fortis ipse salvabit
gaudebit super te in laetitia Is 66,10!
silebit in dilectione tua
exultabit super te in laude
18 nugas qui a lege recesserant congregabo quia ex te erant
ut non ultra habeas super eis obprobrium
19 ecce ego interficiam omnes qui adflixerunt te in tempore illo
et salvabo claudicantem Mi 4,6!
et eam quae eiecta fuerat congregabo
et ponam eos in laudem et in nomen in omni terra confusionis eorum
20 in tempore illo quo adducam vos
et in tempore quo congregabo vos
dabo enim vos in nomen et in laudem omnibus populis terrae Is 61,11! Ier 33,9!
cum convertero captivitatem vestram coram oculis vestris dicit Dominus

EXPLICIT SOFONIAS PROPHETA

INCIPIT AGGEUS PROPHETA

In anno secundo Darii regis in mense sexto in die una mensis 2,1–3,11! Za 1,1!
factum est verbum Domini in manu Aggei prophetae ad Zorobabel filium Salathihel ducem Iuda 12: I Esr 3,2! 5,1!

AC ΣΛOSMΦ(s) cr 6 nec] neque c | 8 ut[2]] et OSc | eos Σc; + omnem CΣ | 9 inuocent c | 13 [*adest* s *usque ad* v. 20] | 14 iubila tu ΛΦ; iubila CΣc *Hi* | 17 tua] sua c | 19 eam] ea CΣ ||

Aggeus. *Citantur* AC *et* ΣΛOSMΦs *ac* c. [*Hi* = *Hieronymus. in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia aggaei c. || 1,1 [*deest* s *usque ad* 2,7] |

et ad Iesum filium Iosedech sacer-
dotem magnum dicens
2 haec ait Dominus exercituum dicens
populus iste dicit nondum venit
tempus domus Domini aedifican-
dae
3 et factum est verbum Domini in
manu Aggei prophetae dicens
4 numquid tempus vobis est ut habi-
tetis in domibus laqueatis
et domus ista deserta
5 et nunc haec dicit Dominus exerci-
tuum
ponite corda vestra super vias ves-
tras
Dt 28,38; Ier 12,13; Mi 6,15 6 seminastis multum et intulistis parum
comedistis et non estis satiati
bibistis et non estis inebriati
operuistis vos et non estis calefacti
et qui mercedes congregavit misit
eas in sacculum pertusum
7 haec dicit Dominus exercituum
ponite corda vestra super vias ves-
tras
8 ascendite in montem portate lignum
et aedificate domum
et acceptabilis mihi erit et glorifica-
bor dicit Dominus
9 respexistis ad amplius et ecce factum
est minus
et intulistis in domum et exsuflavi
illud
quam ob causam dicit Dominus ex-
ercituum
quia domus mea deserta est
et vos festinatis unusquisque in do-
mum suam
III Rg 17,1! Is 5,6 10 propter hoc super vos prohibiti sunt
caeli ne darent rorem
et terra prohibita est ne daret ger-
men suum
11 et vocavi siccitatem super terram
et super montes et super triticum
et super vinum et super oleum
et quaecumque profert humus
et super homines et super iumenta
et super omnem laborem manuum
12 et audivit Zorobabel filius Salathihel 1!
et Iesus filius Iosedech sacerdos
magnus
et omnes reliquiae populi vocem Dei
sui et verba Aggei prophetae
sicut misit eum Dominus Deus eorum
ad ipsos
et timuit populus a facie Domini
13 et dixit Aggeus nuntius Domini de
nuntiis Domini populo dicens
ego vobiscum dicit Dominus 2,5
14 et suscitavit Dominus spiritum Zo- I Esr 3,2!
robabel filii Salathihel ducis Iuda
et spiritum Iesu filii Iosedech sacer-
dotis magni
et spiritum reliquorum de omni po-
pulo
et ingressi sunt et faciebant opus in
domo Domini exercituum Dei sui
2 in die vicesima et quarta mensis 1—3: 1,1!
in sexto mense in anno secundo Da-
rii regis
2 in septimo mense vicesima et prima
mensis
factum est verbum Domini in manu
Aggei prophetae dicens
3 loquere ad Zorobabel filium Sala-
thihel ducem Iuda
et ad Iesum filium Iosedech sacer-
dotem magnum
et ad reliquos populi dicens
4 quis in vobis est derelictus qui vidit
domum istam in gloria sua prima I Esr 3,12
et quid vos videtis hanc nunc
numquid non ita est quasi non sit in
oculis vestris
5 et nunc confortare Zorobabel dicit
Dominus
et confortare Iesu fili Iosedech sa-
cerdos magne
et confortare omnis popule terrae

AC ΣΛOSMΦ cr

2 ait] dicit A | 6 saturati AΣO | 8 ligna c | 9 festinastis ACΣΛ | 12 domini dei Oc; domini Σ. | ipsos] eos c *Hi* | 13 uobiscum + sum Oc *Hi* || **2**,5 populus c |

dicit Dominus exercituum
1,13 et facite quoniam ego vobiscum sum
dicit Dominus exercituum
Ex 29,46! [6]verbum quod placui vobiscum cum
egrederemini de terra Aegypti
et spiritus meus erit in medio ves-
trum
nolite timere [7]quia haec dicit Do-
minus exercituum
22; Sir 16,18! Is 13,13! Hbr 12,26 adhuc unum modicum est et ego
commovebo caelum et terram et
mare et aridam
[8]et movebo omnes gentes
et veniet desideratus cunctis genti-
bus
Is 60,7! et implebo domum istam gloria di-
cit Dominus exercituum
[9]meum est argentum et meum est
aurum dicit Dominus exercituum
Sir 49,14 [10]magna erit gloria domus istius no-
vissimae plus quam primae dicit
Dominus exercituum
et in loco isto dabo pacem dicit Do-
minus exercituum
21; 1,1! [11]in vicesima et quarta noni mensis in
anno secundo Darii
factum est verbum Domini ad Ag-
geum prophetam dicens
[12]haec dicit Dominus exercituum
interroga sacerdotes legem dicens
[13]si tulerit homo carnem sanctifica-
tam in ora vestimenti sui
et tetigerit de summitate eius panem
aut pulmentum aut vinum aut
oleum aut omnem cibum
numquid sanctificabitur
respondentes autem sacerdotes di-
xerunt non
[14]et dixit Aggeus
Nm 19,22! si tetigerit pollutus in anima ex om-
nibus his numquid contaminabitur
et responderunt sacerdotes et dixe-
runt contaminabitur
[15]et respondit Aggeus et dixit
sic populus iste et sic gens ista ante
faciem meam dicit Dominus
et sic omne opus manuum eorum
et omnia quae obtulerint ibi conta-
minata erunt
[16]et nunc ponite corda vestra a die hac 19
et supra
antequam poneretur lapis super la-
pidem in templo Domini
[17]cum accederetis ad acervum viginti Is 5,10
modiorum et fierent decem
intraretis ad torcular ut exprimere-
tis quinquaginta lagoenas et fiebant
viginti
[18]percussi vos vento urente et auru- Is 9,13! Am 4,9
gine et grandine omnia opera ma-
nuum vestrarum
et non fuit in vobis qui reverteretur
ad me dicit Dominus
[19]ponite corda vestra ex die ista et in 16
futurum
a die vicesima et quarta noni mensis
a die qua fundamenta iacta sunt Za 8,9
templi Domini
ponite super cor vestrum
[20]numquid iam semen in germine est Za 8,12!
et adhuc vinea et ficus et malograna-
tum et lignum olivae non floruit
ex die ista benedicam
[21]et factum est verbum Domini secun- 11!
do ad Aggeum in vicesima et quarta
mensis dicens
[22]loquere ad Zorobabel ducem Iuda
dicens
ego movebo caelum pariter et terram 7! Is 13,13!
[23]et subvertam solium regnorum
et conteram fortitudinem regni gen-
tium
et subvertam quadrigam et ascenso- Mi 5,10
rem eius
et descendent equi et ascensores
eorum
vir in gladio fratris sui
[24]in die illo dicit Dominus exercituum

AC ΣΛOSMΦ(s) cr 6 placui] pepigi cr *Hi* | 7 [*adest* s *usque ad* v. 19] | 9 ~ aurum ... argentum A | 11 darii + regis CΣOMc | 13 omne CΣ | 15 obtulerunt CΛMc *Hi*; obtulerit S | 17 decem + et c *Hi* | fiebant] fierent C | 18 fuit] est A. | reuertetur Ss.; reuertatur A. | 19 [*deest* s *usque ad* v. 24] | 20 uineae et CΣ. | 24 illa CΣc ||

Sir 49,13; Ier 22,24 adsumam te Zorobabel fili Salathi-
hel serve meus dicit Dominus
et ponam te quasi signaculum
quia te elegi dicit Dominus exerci-
tuum

EXPLICIT AGGEUS PROPHETA

INCIPIT ZACCHARIAS PROPHETA

; 7,1! Agg 1,1; 1 Esr 5,1! In mense octavo in anno secundo
Darii
factum est verbum Domini ad Zac-
chariam filium Barachiae filium
Addo prophetam dicens
2 iratus est Dominus super patres ves-
tros iracundia
3 et dices ad eos haec dicit Dominus
exercituum
Ier 3,12! Mal 3,7 convertimini ad me ait Dominus
exercituum
et convertar ad vos dicit Dominus
exercituum
7,7; Ps 77,8 4 ne sitis sicut patres vestri ad quos
clamabant prophetae priores di-
centes
haec dicit Dominus exercituum
Ier 35,15! Ez 33,11 convertimini de viis vestris malis
et cogitationibus vestris pessimis
et non audierunt neque adtenderunt
ad me dicit Dominus
5 patres vestri ubi sunt et prophe-
tae
numquid in sempiternum vivent
6 verumtamen verba mea et legitima
mea quae mandavi servis meis pro-
phetis
numquid non conprehenderunt pat-
res vestros
Ier 40,3; Lam 2,17 et conversi sunt et dixerunt
sicut cogitavit Dominus exercituum
facere nobis
secundum vias nostras et secundum
adinventiones nostras fecit nobis
7 in die vicesima et quarta undecimo 1!
mense sabath in anno secundo
Darii
factum est verbum Domini ad Zac-
chariam filium Barachiae filium
Addo prophetam dicens
8 vidi per noctem et ecce vir ascendens 2,1; 6,2.3!
super equum rufum
et ipse stabat inter myrteta quae
erant in profundo
et post eum equi rufi varii et albi
9 et dixi quid sunt isti domine mi
et dixit ad me angelus qui loqueba- 19; 4,1
tur in me
ego ostendam tibi quid sint haec
10 et respondit vir qui stabat inter myr-
teta et dixit
isti sunt quos misit Dominus ut per- 6,7
ambularent terram
11 et responderunt angelo Domini qui
stabat inter myrteta et dixerunt
perambulavimus terram et ecce om- 6,7; Iob 1,7
nis terra habitatur et quiescit
12 et respondit angelus Domini et dixit
Domine exercituum usquequo tu
non misereberis Hierusalem et ur-
bium Iuda quibus iratus es
iste septuagesimus annus est
13 et respondit Dominus angelo qui lo-
quebatur in me verba bona verba
consolatoria
14 et dixit ad me angelus qui loquebatur
in me
clama dicens
haec dicit Dominus exercituum 8,2
zelatus sum Hierusalem et Sion zelo Ioel 2,18
magno
15 et ira magna ego irascor super gen- Ps 78,6!
tes opulentas
quia ego iratus sum parum
ipsi vero adiuverunt in malum

Zaccharias. *Citantur* AC *et* ΣΛΟSMΦks *ac* ϲ. [*Hi = Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia zachariae ϲ. ‖ 1,1 [*desunt* k *usque ad* 5,4 *et* s *usque ad* 9,16] | darii + regis ϲ | filium[2]] filii Oϲ | 3 ait] dicit AOS | dicit[2]] ait A. | 4 et ne CΣ | et[1] + de OΦϲ | ad[2] *om.* CO. | 7 undecimi mensis CΣΦcr; undecima mensis OSM | filium[2]] filii ϲ | 10 perambulent AΛΦϲ | 12 iste + iam ΛΦϲ |

AC ΣΛOSMΦ cr

8,3 16 propterea haec dicit Dominus
revertar ad Hierusalem in misericordiis
I Esr 6,14 15! domus mea aedificabitur in ea ait Dominus exercituum
et perpendiculum extendetur super Hierusalem
17 adhuc clama dicens
haec dicit Dominus exercituum
adhuc affluent civitates meae bonis
Is 51,3! et consolabitur Dominus adhuc Sion
2,12 et eliget adhuc Hierusalem
18 et levavi oculos meos et vidi
et ecce quattuor cornua
9; 4,1 19 et dixi ad angelum qui loquebatur in me
quid sunt haec
et dixit ad me
haec sunt cornua quae ventilaverunt Iudam et Israhel et Hierusalem
20 et ostendit mihi Dominus quattuor fabros
21 et dixi quid isti veniunt facere
qui ait dicens
haec sunt cornua quae ventilaverunt Iudam per singulos viros
et nemo eorum levavit caput suum
et venerunt isti deterrere ea
ut deiciant cornua gentium quae levaverunt cornu super terram Iuda ut dispergerent eam
1,8; Ez 40,3! **2** et levavi oculos meos et vidi
et ecce vir et in manu eius funiculus mensorum
2 et dixi quo tu vadis
et dixit ad me ut metiar Hierusalem
et videam quanta sit latitudo eius et quanta longitudo eius
3 et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur
et angelus alius egrediebatur in occursum eius
4 et dixit ad eum
curre loquere ad puerum istum dicens
absque muro habitabitur Hierusalem Ez 36,37.38! 38,11
prae multitudine hominum et iumentorum in medio eius Mi 2,12
5 et ego ero ei ait Dominus murus ignis in circuitu
et in gloria ero in medio eius Is 60,19
6 o o fugite de terra aquilonis dicit Dominus
quoniam in quattuor ventos caeli dispersi vos dicit Dominus 7,14; Ez 17,21!
7 o Sion fuge quae habitas apud filiam Babylonis Ier 50,8!
8 quia haec dicit Dominus exercituum
post gloriam misit me ad gentes quae spoliaverunt vos
qui enim tetigerit vos tangit pupillam oculi eius
9 quia ecce ego levo manum meam super eos Ier 50,10
et erunt praedae his qui serviebant sibi Ez 39,10!
et cognoscetis quia Dominus exercituum misit me 4,9; 6,15; Ez 33,33!
10 lauda et laetare filia Sion Is 12,6! So 3,14
quia ecce ego venio et habitabo in medio tui ait Dominus 8,3
11 et adplicabuntur gentes multae ad Dominum in die illa 8,22! Tb 13,17; Ps 101,23
et erunt mihi in populum
et habitabo in medio tui
et scies quia Dominus exercituum misit me ad te
12 et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata
et eliget adhuc Hierusalem 1,17
13 sileat omnis caro a facie Domini Hab 2,20!
quia consurrexit de habitaculo sancto suo
3 et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo

AC ΣΛΟSMΦ cr 16 misericordiis + et c *Hi* | ait] dicit A | super] in CΣ. | 17 ~ adhuc dominus sion c; ~ dominus sion adhuc A | 18 [*hic incip. cap.* 2 𝔐] | 21 iudam] iudeam CΣ. | deterere A | disperderent C; deicerent Σ. || **2**,6 dicit¹] ait A. | uentis AΛSMΦ | 7 babylonem CS | 8 eius] mei OSΦc | 10 ait] dicit A || **3**,1 mihi + dominus CΣΦc |

Domini
Iob 1,6; Ps 108,6 et Satan stabat a dextris eius ut adversaretur ei
2 et dixit Dominus ad Satan increpet Dominus in te Satan
et increpet Dominus in te qui elegit Hierusalem
Is 7,4; Am 4,11 numquid non iste torris est erutus de igne
3 et Iesus erat indutus vestibus sordidis
et stabat ante faciem angeli
4 qui respondit et ait ad eos qui stabant coram se dicens
auferte vestimenta sordida ab eo
et dixit ad eum
Is 6,7! ecce abstuli a te iniquitatem tuam
et indui te mutatoriis
6,11 5 et dixit ponite cidarim mundam super caput eius
et posuerunt cidarim mundam super caput eius
et induerunt eum vestibus
et angelus Domini stabat
6 et contestabatur angelus Domini Iesum dicens
7 haec dicit Dominus exercituum
Gn 18,19! si in viis meis ambulaveris
et custodiam meam custodieris
tu quoque iudicabis domum meam
et custodies atria mea
Ex 23,20! Prv 8,20 et dabo tibi ambulantes de his qui nunc hic adsistunt
8 audi Iesu sacerdos magne
tu et amici tui qui habitant coram te quia viri portendentes sunt
6,12; Lc 1,78 ecce enim ego adducam servum meum orientem
4,10 9 quia ecce lapis quem dedi coram Iesu super lapidem unum septem oculi sunt
ecce ego celabo sculpturam eius ait Dominus exercituum
Is 33,24! IV Esr 16,53 et auferam iniquitatem terrae illius
in die una
10 in die illa dicit Dominus exercituum
vocabit vir amicum suum subter vineam et subter ficum Is 36,16; Mi 4,4! I Mcc 14,12!
4 et reversus est angelus qui loquebatur in me 1,9.19
et suscitavit me quasi virum qui suscitatur de somno suo
2 et dixit ad me quid tu vides 5,2; Am 7,8!
et dixi vidi et ecce candelabrum aureum totum
et lampas eius super caput ipsius Ex 25,37
et septem lucernae eius super illud
septem et septem infusoria lucernis quae erant super caput illius
3 et duae olivae super illud 11
una a dextris lampadis et una a sinistris eius
4 et respondi et aio ad angelum qui loquebatur in me dicens 6,4
quid sunt haec domine mi
5 et respondit angelus qui loquebatur in me et dixit ad me
numquid nescis quid sunt haec 13
et dixi non domine mi
6 et respondit et ait ad me dicens
hoc est verbum Domini ad Zorobabel dicens
non in exercitu nec in robore Os 1,7
sed in spiritu meo dicit Dominus exercituum
7 quis tu mons magne coram Zorobabel in planum
et educet lapidem primarium et exaequabit gratiam gratiae eius
8 et factum est verbum Domini ad me dicens 8,9; I Esr 6,14!
9 manus Zorobabel fundaverunt domum istam et manus eius perficient eam
et scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos 2,9! 6,15
10 quis enim despexit dies parvos
et laetabuntur et videbunt lapidem

AC ΣΛOSMΦ cr

3 ~ indutus erat C | 7 dominus + deus AΛSMΦ | 8 iesus ACSΦr | 10 dicit] ait A *Hi* | uineam] uitem c. || 4,2 septem² *om.* MΦc | illius] eius c *Hi* | 7 gratia eius AO |

stagneum in manu Zorobabel
3,9 septem isti oculi Domini qui discurrunt in universa terra
11 et respondi et dixi ad eum
3 quid sunt duae olivae istae ad dextram candelabri et ad sinistram eius
12 et respondi secundo et dixi ad eum
quid sunt duae spicae olivarum
quae sunt iuxta duo rostra aurea
in quibus sunt suffusoria ex auro
13 et ait ad me dicens
numquid nescis quid sunt haec
et dixi non domine
Apc 11,4 14 et dixit isti duo filii olei
qui adsistunt Dominatori universae terrae
5 et conversus sum et levavi oculos meos et vidi
et ecce volumen volans
4,2; Am 7,8! 2 et dixit ad me quid tu vides
et dixi ego video volumen volans
longitudo eius viginti cubitorum
et latitudo eius decem cubitorum
Is 24,6! 3 et dixit ad me haec est maledictio
quae egreditur super faciem omnis terrae
quia omnis fur sicut ibi scriptum est iudicabitur
et omnis iurans ex hoc similiter iudicabitur
4 educam illud dicit Dominus exercituum
et veniet ad domum furis et ad domum iurantis in nomine meo mendaciter
et commorabitur in medio domus eius
et consumet eam et ligna eius et lapides eius
5 et egressus est angelus qui loquebatur in me et dixit ad me
leva oculos tuos et vide quid est hoc
quod egreditur
6 et dixi quidnam est
et ait haec est amphora egrediens
et dixit haec est oculus eorum in universa terra
7 et ecce talentum plumbi portabatur
et ecce mulier una sedens in medio amphorae
8 et dixit haec est impietas
et proiecit eam in medio amphorae
et misit massam plumbeam in os eius
9 et levavi oculos meos et vidi
et ecce duae mulieres egredientes
et spiritus in alis earum
et habebant alas quasi alas milvi
et levaverunt amphoram inter terram et caelum
10 et dixi ad angelum qui loquebatur in me
quo istae deferunt amphoram
11 et dixit ad me ut aedificetur ei domus in terra Sennaar
et stabiliatur et ponatur ibi super basem suam
6 et conversus sum et levavi oculos meos et vidi
et ecce quattuor quadrigae egredientes de medio duorum montium
et montes montes aerei
2 in quadriga prima equi rufi 2.3: 1,8; Apc 6,4
et in quadriga secunda equi nigri Apc 6,5
3 et in quadriga tertia equi albi Apc 6,2.8
et in quadriga quarta equi varii fortes
4 et respondi et dixi ad angelum qui loquebatur in me 4,4
quid sunt haec domine mi
5 et respondit angelus et ait ad me
isti sunt quattuor venti caeli
qui egrediuntur ut stent coram Dominatore omnis terrae
6 in quo erant equi nigri egredieban-

AC ΣΛOSMΦ(k) cr 10 domini] *praem.* sunt c. *Hi*; + sunt A | in uniuersam terram OMc; super omnem terram CΣ | 12 duae] duo C; + oliuae A. | 13 domine + mi Φc | 14 isti *om.* S.; + sunt CΣOΦc | olei + splendoris AOΦ; + hoc est splendoris S. || 5,4 [*adest* k *usque ad* 7,7] | eam] eum AΛOSMkr | 6 ait] dixit CΣ. | haec²] hic AΦk. | 9 in terram A || 6,3 uarii + et c | 6 in qua c |

tur in terra aquilonis
et albi egressi sunt post eos
et varii egressi sunt ad terram austri
7 qui autem erant robustissimi exierunt et quaerebant ire et discurrere per omnem terram
et dixit ite perambulate terram
1,10.11; Iob 1,7 et perambulaverunt terram
8 et vocavit me et locutus est ad me dicens
ecce qui egrediuntur in terram aquilonis requiescere fecerunt spiritum meum in terra aquilonis
9 et factum est verbum Domini ad me dicens
10 sume a transmigratione ab Oldai et a Tobia et ab Idaia
et venies tu in die illa et intrabis domum Iosiae filii Sofoniae qui venerunt de Babylone
3,5 11 et sumes argentum et aurum et facies coronas
et pones in capite Iesu filii Iosedech sacerdotis magni
3,8 12 et loqueris ad eum dicens
haec ait Dominus exercituum dicens
ecce vir Oriens nomen eius
et subter eum orietur
et aedificabit templum Domino
13 et ipse extruet templum Domino
et ipse portabit gloriam
et sedebit et dominabitur super solio suo
Ps 109,4! et erit sacerdos super solio suo
et consilium pacis erit inter duos illos
14 et coronae erunt Helem et Tobiae et Idaiae et Hen filio Sofoniae
memoriale in templo Domini
15 et qui procul sunt venient
Is 60,10 et aedificabunt in templo Domini
2,9! 4,9 et scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos
erit autem hoc si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri

7 et factum est in anno quarto Darii regis 1,1!
factum est verbum Domini ad Zacchariam
in quarta mensis noni qui est casleu
2 et miserunt ad domum Dei Sarasar et Rogomelech et viri qui erant cum eo ad deprecandam faciem Domini
3 ut dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum et prophetis loquentes
numquid flendum mihi est in mense quinto
vel sanctificare me debeo sicuti feci iam multis annis
4 et factum est verbum Domini exercituum ad me dicens
5 loquere ad omnem populum terrae et ad sacerdotes dicens
cum ieiunaretis et plangeretis in quinto et septimo per hos septuaginta annos Is 58,3
numquid ieiunium ieiunastis mihi
6 et cum comedistis et cum bibistis
numquid non vobis comedistis et vobismet ipsis bibistis
7 numquid non sunt verba quae locutus est Dominus in manu prophetarum priorum 12; 1,4
cum adhuc Hierusalem habitaretur
et esset opulenta ipsa et urbes in circuitu eius
et ad austrum et in campestribus habitaretur
8 et factum est verbum Domini ad Zacchariam dicens
9 haec ait Dominus exercituum dicens
iudicium verum iudicate Prv 21,21! Mi 6,8
et misericordiam et miserationes fa-

6 in terram ΛMΦc *Hi* | 7 terram[3]] eam CΣ | 8 in terra[1] CΣk | 10 in domum AΣ | 11 ~ aurum et argentum c | 12 ait] dicit AΣOS | 13 super solium suum[2] AOk | ~ illos duos c ‖ 7,3 loquentis AS. | ~ est mihi c *Hi* | ~ quinto mense c *Hi* | feci *om.* CΣ; ~ iam feci c | 5 et in septimo CΛΦ | 6 comeditis[1.2] CΛr; comedetis S. | cum[2] *om.* AΛOMΦkcr | bibitis[1.2] CΛr; bibetis S | 7 [*deest* k *usque ad* 14,21] | 9 ait] dicit AΛSMΦ |

AC ΣΛOSMΦ(k) cr

cite unusquisque cum fratre suo
Ex 22,21.22! Prv 22,22. Ier 7,6! 10 et viduam et pupillum et advenam et
pauperem nolite calumniari
8,17 et malum vir fratri suo non cogitet
in corde suo
11 et noluerunt adtendere
et verterunt scapulam recedentem
et aures suas adgravaverunt ne audirent
12 et cor suum posuerunt adamantem
ne audirent legem
7! et verba quae misit Dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum
et facta est indignatio magna a Domino exercituum
13 et factum est sicut locutus est et non
audierunt
Prv 1,28! Ier 11,11! sic clamabunt et non exaudiam dicit
Dominus exercituum
2,6; Ez 17,21! 14 et dispersi eos per omnia regna quae
nesciunt
Is 34,10! et terra desolata est ab eis eo quod
non esset transiens et revertens
et posuerunt terram desiderabilem
in desertum
8 et factum est verbum Domini exercituum dicens
1,14 2 haec dicit Dominus exercituum
Ioel 2,18 zelatus sum Sion zelo magno
et indignatione magna zelatus sum
eam
1,16; 2,10 3 haec dicit Dominus exercituum
reversus sum ad Sion et habitabo in
medio Hierusalem
Is 60,14! et vocabitur Hierusalem civitas veritatis
et mons Domini exercituum mons
sanctificatus
4 haec dicit Dominus exercituum
Is 65,20 adhuc habitabunt senes et anus in
plateis Hierusalem
et viri baculus in manu eius prae
multitudine dierum
5 et plateae civitatis conplebuntur infantibus et puellis ludentibus in
plateis eius
6 haec dicit Dominus exercituum
si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis Mt 19,26! Mc 10,27; Lc 18,27
numquid in oculis meis difficile erit Gn 18,14! Ier 32,27!
dicit Dominus exercituum
7 haec dicit Dominus exercituum
ecce ego salvabo populum meum de Is 43,5! Bar 4,37!
terra orientis et de terra occasus IV Esr 1,38
solis
8 et adducam eos et habitabunt in
medio Hierusalem
et erunt mihi in populum et ego ero Ez 11,20!
eis in Deum in veritate et iustitia
9 haec dicit Dominus exercituum
confortentur manus vestrae qui auditis in diebus his sermones istos
per os prophetarum
in die qua fundata est domus Domini exercituum ut templum aedificaretur Agg 2,19!
10 siquidem ante dies illos merces hominum non erat
nec merces iumentorum erat
neque introeunti et exeunti erat pax II Par 15,5
prae tribulatione
et dimisi omnes homines unumquemque contra proximum suum
11 nunc autem non iuxta dies priores
ego faciam reliquiis populi huius
dicit Dominus exercituum
12 sed semen pacis erit
vinea dabit fructum suum Os 2,21.22; Agg 2,20
et terra dabit germen suum Ps 84,13!
et caeli dabunt rorem suum
et possidere faciam reliquias populi
huius universa haec
13 et erit sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda et domus Israhel Is 19,24
sic salvabo vos et eritis benedictio

AC ΣΛΟSMΦ cr 11 et euerterunt Σ; et auerterunt Φc | 12 posuerunt + ut Φc || 8,1 exercituum + ad me CΣ | 4 uir AΦr | 5 inplebuntur CΣ | 6 ~ uidebitur difficile c | 8 et[5] + in ΛSMΦc | 9 ~ his diebus c | 10 et[1]] neque c |

Is 35,3! nolite timere confortentur manus
vestrae
14 quia haec dicit Dominus exercituum
14.15: Ier 32,42! sicut cogitavi ut adfligerem vos
I Esr 5,12! cum ad iracundiam provocassent
patres vestri me dicit Dominus 15 et
non sum misertus
sic conversus cogitavi in diebus istis
ut benefaciam Hierusalem et do-
mui Iuda
nolite timere
16 haec sunt ergo verba quae facietis
Eph 4,25 loquimini veritatem unusquisque
cum proximo suo
veritatem et iudicium pacis iudicate
in portis vestris
7,10; I Cor 13,5 17 et unusquisque malum contra ami-
cum suum ne cogitetis in cordibus
vestris
et iuramentum mendax ne diligatis
omnia enim haec sunt quae odi dicit
Dominus
18 et factum est verbum Domini exer-
cituum ad me dicens
19 haec dicit Dominus exercituum
ieiunium quarti et ieiunium quinti
et ieiunium septimi et ieiunium deci-
mi
erit domui Iuda in gaudium et in
laetitiam et in sollemnitates prae-
claras
veritatem tantum et pacem diligite
20 haec dicit Dominus exercituum
usquequo veniant populi et habitent
in civitatibus multis
21 et vadant habitatores unus ad alte-
rum dicentes
eamus et deprecemur faciem Domini
et quaeramus Dominum exercituum
vadam etiam ego
2,11! 14,16; Is 2,3! Tb 14,8.9! 22 et venient populi multi et gentes ro-
bustae
ad quaerendum Dominum exercitu-
um in Hierusalem et deprecandam
faciem Domini
23 haec dicit Dominus exercituum
in diebus illis in quibus adprehen-
dent decem homines ex omnibus
linguis gentium
et adprehendent fimbriam viri iu-
daei dicentes ibimus vobiscum
audivimus enim quoniam Deus vo- I Cor 14,25
biscum est
9 onus verbi Domini in terra Adrach
et Damasci requiei eius
quia Domini est oculus hominis et
omnium tribuum Israhel
2 Emath quoque in terminis eius et
Tyrus et Sidon
adsumpserunt quippe sibi sapien- 2.3: Ez 28,4
tiam valde
3 et aedificavit Tyrus munitionem su-
am
et coacervavit argentum quasi hu- Iob 27,16
mum
et aurum ut lutum platearum
4 ecce Dominus possidebit eam
et percutiet in mari fortitudinem
eius
et haec igni devorabitur Ez 28,18! Am 1,10; So 2,4
5 videbit Ascalon et timebit 5.6: Am 1,7.8!
et Gaza et dolebit nimis
et Accaron quoniam confusa est
spes eius
et peribit rex de Gaza
et Ascalon non habitabitur
6 et sedebit separator in Azoto
et disperdam superbiam Philisthi-
norum
7 et auferam sanguinem eius de ore
eius
et abominationes eius de medio den-
tium eius
et relinquetur etiam ipse Deo nostro
et erit quasi dux in Iuda
et Accaron quasi Iebuseus
8 et circumdabo domum meam ex his Ps 33,8
qui militant mihi

AC ΣΛOSMΦ cr

15 ~ domui iuda et ierusalem c | 19 iudae AOSr | in² *om.* SΦc | 22 et³] ad AΣ || 9,1 requies A | dominus² CMΦ | 2 ualde] male CΣ. |

euntes et revertentes
et non transibit super eos ultra exactor
quia nunc vidi in oculis meis
Ioel 2,32! So 3,14.15! Is 62,11! 9 exulta satis filia Sion
iubila filia Hierusalem
Is 35,4! 59,20 ecce rex tuus veniet tibi
iustus et salvator ipse
Mt 21,5; Io 12,15 pauper et ascendens super asinum
et super pullum filium asinae
Os 1,7; 2,18! 10 et disperdam quadrigam ex Ephraim
et equum de Hierusalem
et dissipabitur arcus belli
et loquetur pacem gentibus
Sir 44,23; Ps 71,8! 88,26 et potestas eius a mari usque ad mare
et a fluminibus usque ad fines terrae
11 tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua
12 convertimini ad munitionem vincti spei
Iob 42,10! Is 61,7 hodie quoque adnuntians duplicia reddam tibi
13 quoniam extendi mihi Iudam
quasi arcum implevi Ephraim
et suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Graecia
et ponam te quasi gladium fortium
14 et Dominus Deus super eos videbitur
et exibit ut fulgur iaculum eius
et Dominus Deus in tuba canet
et vadet in turbine austri
15 Dominus exercituum proteget eos
et devorabunt et subicient lapidibus fundae
et bibentes inebriabuntur quasi vino
et replebuntur ut fialae
et quasi cornua altaris
16 et salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa ut gregem populi sui
quia lapides sancti elevantur super terram eius
17 quid enim bonum eius est et quid pulchrum eius
nisi frumentum electorum et vinum germinans virgines
10 petite a Domino pluviam in tempore serotino et Dominus faciet nives Ier 5,24!
et pluviam imbris dabit eis singulis herbam in agro
2 quia simulacra locuta sunt inutile
et divini viderunt mendacium
et somniatores frustra locuti sunt
vane consolabantur
idcirco abducti sunt quasi grex II Par 18,16! Ier 50,6! Ez 34,5!
adfligentur quia non est eis pastor
3 super pastores iratus est furor meus Ez 34,10!
et super hircos visitabo
quia visitavit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda So 2,7
et posuit eos quasi equum gloriae suae in bello
4 ex ipso angulus ex ipso paxillus ex ipso arcus proelii
ex ipso egredietur omnis exactor simul
5 et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in proelio
et bellabunt quia Dominus cum eis
et confundentur ascensores equorum
6 et confortabo domum Iuda
et domum Ioseph salvabo
et convertam eos quia miserebor eorum Tb 13,5!
et erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos
ego enim Dominus Deus eorum et exaudiam eos
7 et erunt quasi fortes Ephraim
et laetabitur cor eorum quasi a vino
et filii eorum videbunt et laetabuntur

AC ΣΛΟSMΦ(s) cr 9 uenit CΛΦ | super asinam c *Hi* | 10 a flumine CΣ | 13 tuos[1] *om.* CΣ | 15 quasi a uino AOMc | cornu ACΣO | 16 [*adest* s *usque ad* 11,8] | eleuabuntur AOMc *Hi* || **10**,2 ~ locuti sunt frustra c *Hi* | uane] uana et CΣ; et uane OM | adducti CΣM | 3 uisitauit] uisitabit AΣΛO | 4 angulus OΦsc𝔐 *Hi*] angelus *cet.*; + et AM | pax illius CO; + et A | 6 et[5] *om.* CΣΛΦ |

I Sm 2,1! et exultabit cor eorum in Domino
[8] sibilabo eis et congregabo illos quia
redemi eos
Ez 36,11 et multiplicabo eos sicut ante fuerant
multiplicati
[9] et seminabo eos in populis
et de longe recordabuntur mei
et vivent cum filiis suis et revertentur
Is 11,11; 27,13 [10] et reducam eos de terra Aegypti
et de Assyriis congregabo eos
et ad terram Galaad et Libani addu-
cam eos
et non invenietur eis locus
[11] et transibit in maris freto
et percutiet in mari fluctus
et confundentur omnia profunda
Fluminis
et humiliabitur superbia Assur
et sceptrum Aegypti recedet
[12] confortabo eos in Domino et in no-
Mi 4,5 mine eius ambulabunt dicit Domi-
nus
11 aperi Libane portas tuas
et comedat ignis cedros tuas
Is 2,13; Ez 27,5.6 [2] ulula abies quia cecidit cedrus
quoniam magnifici vastati sunt
ululate quercus Basan
quoniam succisus est saltus munitus
Ier 25,34! [3] vox ululatus pastorum
quia vastata est magnificentia eorum
vox rugitus leonum
quoniam vastata est superbia Ior-
danis
[4] haec dicit Dominus Deus meus
7 pasce pecora occisionis
Ez 34,3 [5] quae qui possederant occidebant et
non dolebant
et vendebant ea dicentes
Os 12,8 benedictus Dominus divites facti su-
mus
et pastores eorum non parcebant eis
[6] et ego non parcam ultra super habi-
tantes terram dicit Dominus
ecce ego tradam homines unum-
quemque in manu proximi sui et in
manu regis sui
et concident terram et non eruam de
manu eorum
[7] et pascam pecus occisionis 4; Ez 34,15
propter hoc o pauperes gregis
et adsumpsi mihi duas virgas 10.14
unam vocavi Decorem et alteram vo-
cavi Funiculos
et pavi gregem [8] et succidi tres pas-
tores in mense uno
et contracta est anima mea in eis
siquidem anima eorum variavit in
me
[9] et dixi non pascam vos
quod moritur moriatur Ier 43,11!
et quod succiditur succidatur
et reliqui vorent unusquisque car- Is 9,20
nem proximi sui
[10] et tuli virgam meam quae vocabatur 7
Decus et abscidi eam
ut irritum facerem foedus meum
quod percussi cum omnibus popu-
lis
[11] et in irritum deductum est in die illa
et cognoverunt sic pauperes gregis
qui custodiunt mihi quia verbum
Domini est
[12] et dixi ad eos si bonum est in oculis
vestris adferte mercedem meam et
si non quiescite
et adpenderunt mercedem meam tri- Mt 26,15
ginta argenteos
[13] et dixit Dominus ad me proice illud Mt 27,9.10
ad statuarium
decorum pretium quod adpretiatus
sum ab eis
et tuli triginta argenteos et proieci Mt 27,5
illos in domo Domini ad statuari-
um
[14] et praecidi virgam meam secundam 7
quae appellabatur Funiculus

7 et[5] *om.* CMsr | 8 antea AΣSM | 9 uiuent] uenient C | 11 fretu Φ.; freta CΣ.; fletu s. || AC
11,2 quoniam[2]] quia CΣ | 7 funiculos SM𝔐 *Hi*] funiculus CΣs; funiculum *cet.* | 8 [*deest* s ΣΛOSMΦ(s)
usque ad 14,21] | siquidem + et Λc *Hi* | 9 deuorent c *Hi* | 11 in[1] *om.* AΣOSΦ | 13 quod] cr
quo CMc | in domum Oc *Hi* |

ut dissolverem germanitatem inter Iudam et inter Israhel
15 et dixit Dominus ad me
adhuc sume tibi vasa pastoris stulti
16 quia ecce ego suscitabo pastorem in terra
Ez 34,4 qui derelicta non visitabit
dispersum non quaeret
et contritum non sanabit
et id quod stat non enutriet
et carnes pinguium comedet
et ungulas eorum dissolvet
17 o pastor et idolum derelinquens gregem
gladius super brachium eius et super oculum dextrum eius
brachium eius ariditate siccabitur
et oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur
Is 42,5! 44,24! **12** onus verbi Domini super Israhel
Is 45,12! dixit Dominus extendens caelum et
Iob 26,4! fundans terram et fingens spiritum hominis in eo
2 ecce ego ponam Hierusalem superliminare crapulae omnibus populis in circuitu
14,14 sed et Iuda erit in obsidione contra Hierusalem
Lc 21,24! 3 et erit in die illa ponam Hierusalem lapidem oneris cunctis populis
omnes qui levabunt eam concisione lacerabuntur
14,2; Mi 4,11 et colligentur adversum eam omnia regna terrae
4 in die illa dicit Dominus
percutiam omnem equum in stuporem
et ascensorem eius in amentiam
III Rg 8,29! et super domum Iuda aperiam oculos meos
et omnem equum populorum percutiam in caecitate
5 et dicent duces Iuda in corde suo
confortentur mihi habitatores Hierusalem in Domino exercituum Deo eorum
6 in die illo ponam duces Iuda sicut Is 10,17; Abd 18
caminum ignis in lignis
et sicut facem ignis in faeno
et devorabunt ad dextram et ad sinistram omnes populos in circuitu
et habitabitur Hierusalem rursum in loco suo in Hierusalem
7 et salvabit Dominus tabernacula Iuda sicut in principio
ut non magnifice glorietur domus David
et gloria habitantium Hierusalem contra Iudam
8 in die illo proteget Dominus habitatores Hierusalem
et erit qui offenderit ex eis in die illa quasi David
et domus David quasi Dei sicut an- II Sm 14,17!
gelus Domini in conspectu eius
9 et erit in die illa quaeram conterere 14,12
omnes gentes quae veniunt contra Hierusalem
10 et effundam super domum David et Ez 39,29!
super habitatores Hierusalem spiritum gratiae et precum
et aspicient ad me quem confixerunt Io 19,37; Apc 1,7
et plangent eum planctu quasi super Ier 6,26
unigenitum
et dolebunt super eum ut doleri solet in morte primogeniti
11 in die illa magnus erit planctus in Hierusalem
sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon
12 et planget terra familiae et familiae Mt 24,30
seorsum
familiae domus David seorsum
et mulieres eorum seorsum
13 familiae domus Nathan seorsum
et mulieres eorum seorsum

AC ΣΛOSMΦ cr 14 inter[2] *om.* MΦc | 16 in terram A | ~ et dispersum non quaeret CΣ || **12**,1 dicit c | 3 ~ illa die AOMΦr | 4 in amentia ACr | in[4] *om.* Ac | 6 illa c *Hi* | faciem c; falcem O | 8 illa[1] c *Hi* | eius] eorum cr *Hi* | 10 planctum AΛOSMΦr |

familiae domus Levi seorsum
et mulieres eorum seorsum
familiae Semei seorsum
et mulieres eorum seorsum
14 omnes familiae reliquae familiae et familiae seorsum
et mulieres eorum seorsum
Is 4,4! Ez 36,25! **13** in die illa erit fons patens domus David
et habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris et menstruatae
2 et erit in die illa dicit Dominus exercituum
Os 2,17; Mi 5,12 disperdam nomina idolorum de terra et non memorabuntur ultra
et prophetas et spiritum inmundum auferam de terra
Dt 18,20! 3 et erit cum prophetaverit quispiam ultra
dicent ei pater eius et mater eius qui genuerunt eum
non vives quia mendacium locutus es in nomine Domini
et configent eum pater eius et mater eius genitores eius cum prophetaverit
Mi 3,7 4 et erit in die illa confundentur prophetae
unusquisque ex visione sua cum prophetaverit
nec operientur pallio saccino ut mentiantur
Am 7,14 5 sed dicet non sum propheta
homo agricola ego sum
quoniam Adam exemplum meum ab adulescentia mea
6 et dicetur ei quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum
et dicet his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me
7 framea suscitare super pastorem meum
et super virum coherentem mihi dicit Dominus exercituum
percute pastorem et dispergantur oves Mt 26,31; Mc 14,27
et convertam manum meam ad parvulos
8 et erunt in omni terra dicit Dominus
partes duae in ea disperdentur et deficient 14,2
et tertia pars relinquetur in ea
9 et ducam tertiam partem per ignem Prv 17,3! Is 1,25; Mal 3,3
et uram eos sicut uritur argentum Is 48,10! Ez 22,22;
et probabo eos sicut probatur aurum IV Esr 16,74
ipse vocabit nomen meum et ego exaudiam eum
dicam populus meus es et ipse dicet Dominus Deus meus Os 2,24!
14 ecce dies veniunt Domini et dividentur spolia tua in medio tui Is 39,6!
2 et congregabo omnes gentes ad Hierusalem in proelium 12,3! 13,8; Mi 4,11
et capietur civitas et vastabuntur domus et mulieres violabuntur Is 13,16
et egredietur media pars civitatis in captivitatem
et reliquum populi non auferetur ex urbe
3 et egredietur Dominus et proeliabitur contra gentes illas sicut proeliatus est in die certaminis
4 et stabunt pedes eius in die illa super montem Olivarum qui est contra Hierusalem ad orientem Ez 11,23!
et scindetur mons Olivarum ex media parte sui ad orientem et occidentem praerupto grandi valde
et separabitur medium montis ad aquilonem et medium eius ad meridiem
5 et fugietis ad vallem montium meorum
quoniam coniungetur vallis mon-

14 familia[2] CΣ. ‖ **13**,1 domui AM𝔠𝔯 | in ablutione AΣ | 2 memorabuntur] nominabuntur A; numerabuntur M; recordabuntur nominabuntur O | pseudoprophetas CΣO𝔠 | 3 confringent CΣM | 6 is A | 7 dispergentur ΛSM𝔠 *Hi* | oues + gregis A | 8 dispergentur 𝔠 ‖ **14**,1 dies uenient SMΦ *Hi*; uenient dies 𝔠. | 4 et[3] + ad Λ𝔠 *Hi* | occidentem + et CΣ | ualle A | 5 meorum Λ𝔯𝔐 *Hi*] eorum *cet.* |

AC ΣΛOSMΦ 𝔠𝔯

tium usque ad proximum
et fugietis sicut fugistis a facie terrae-
motus in diebus Oziae regis Iuda
Dt 33,2! I Th 3,13! et veniet Dominus Deus meus om-
nesque sancti cum eo
6 et erit in die illa non erit lux sed
frigus et gelu
Mt 24,36! 7 et erit dies una quae nota est Domino
non dies neque nox
et in tempore vesperae erit lux
Ez 47,1! Ioel 3,18 8 et erit in die illa exibunt aquae vivae
de Hierusalem
medium earum ad mare orientale
et medium earum ad mare novissi-
mum
in aestate et in hieme erunt
Ps 46,8; Is 54,5 9 et erit Dominus rex super omnem
terram
in die illa erit Dominus unus
et erit nomen eius unum
10 et revertetur omnis terra usque ad
desertum
de colle Remmon ad austrum Hie-
rusalem
et exaltabitur et habitabit in loco suo
a porta Beniamin usque ad locum
Ier 31,38 portae Prioris usque ad portam
Angulorum
et a turre Ananehel usque ad torcu-
laria regis
Ier 33,16! Apc 22,3 11 et habitabunt in ea et anathema non
erit amplius
sed sedebit Hierusalem secura
12,9 12 et haec erit plaga qua percutiet Do-
minus omnes gentes quae pugna-
verunt adversus Hierusalem
tabescet caro uniuscuiusque stantis
super pedes suos
et oculi eius contabescent in fora-
minibus suis
et lingua eorum contabescet in ore
suo
13 in die illo erit tumultus Domini mag-
nus in eis
et adprehendet vir manum proximi Ez 38,21!
sui
et conseretur manus eius super ma-
num proximi sui
14 sed et Iudas pugnabit adversus Hie- 12,2
rusalem
et congregabuntur divitiae omnium
gentium in circuitu
aurum et argentum et vestes multae
satis
15 et sic erit ruina equi et muli cameli
et asini
et omnium iumentorum quae fuerint
in castris illis
sicut ruina haec
16 et omnes qui reliqui fuerint de uni- 8,22; Is 2,3! Tb 14,8.9!
versis gentibus quae venerint con-
tra Hierusalem
ascendent ab anno in annum ut ado-
rent regem Dominum exercituum
et celebrent festivitatem tabernacu- Lv 23,34!
lorum
17 et erit qui non ascenderit de familiis
terrae ad Hierusalem
ut adoret regem Dominum exerci-
tuum
non erit super eos imber
18 quod si et familia Aegypti non a-
scenderit et non venerit nec super
eos erit
sed erit ruina qua percutiet Dominus
omnes gentes
quae non ascenderint ad celebrandam
festivitatem tabernaculorum
19 hoc erit peccatum Aegypti et hoc
peccatum omnium gentium
quae non ascenderint ad celebrandam
festivitatem tabernaculorum
20 in die illo erit quod super frenum
equi est sanctum Domino
et erunt lebetes in domo Domini
quasi fialae coram altari

AC ΣΛOSMΦ ϛr
7 uesperi Λϛ *Hi* | 10 prioris + et ϛ | 12 contabescet] tabescet CΣ | 13 illa ΣΛϛ *Hi* | tumulus CΣ | 15 et² *om.* A | muli + et SΦϛ *Hi* | cameli *om.* CΣ. | 16 uenerunt CΣϛ | ab] de CΣ | regem *om.* CS | domino C. | 18 ~ et si Oϛ *Hi* | 20 illa Φϛ *Hi* |

[21] et erit omnis lebes in Hierusalem et
in Iuda sanctificatus Domino exer-
cituum
et venient omnes immolantes et su-
ment ex eis et coquent in eis
et non erit mercator ultra in domo
Domini exercituum in die illo

EXPLICIT ZACCHARIAS PROPHETA

INCIPIT MALACHI PROPHETA

Onus verbi Domini ad Israhel in
manu Malachi
Dt 7,8! Ier 31,3! [2] dilexi vos dicit Dominus
et dixistis in quo dilexisti nos
nonne frater erat Esau Iacob dicit
Dominus
2.3: Rm 9,13; IV Esr 3,16 et dilexi Iacob [3] Esau autem odio
habui
Ioel 3,19! et posui montes eius in solitudinem
et hereditatem eius in dracones de-
serti
[4] quod si dixerit Idumea destructi
sumus
sed revertentes aedificabimus quae
deserta sunt
haec dicit Dominus exercituum
isti aedificabunt et ego destruam
et vocabuntur Termini impietatis
et Populus cui iratus est Dominus
usque in aeternum
[5] et oculi vestri videbunt
et vos dicetis magnificetur Dominus
super terminum Israhel
Dt 32,6! Sir 3,9! Io 8,49 [6] filius honorat patrem et servus do-
minum suum
si ergo pater ego sum ubi est honor
meus
et si dominus ego sum ubi est timor
meus dicit Dominus exercituum
ad vos o sacerdotes qui despicitis
nomen meum
et dixistis in quo despeximus nomen
tuum
[7] offertis super altare meum panem
pollutum
et dicitis in quo polluimus te
in eo quod dicitis mensa Domini de- 12
specta est
[8] si offeratis caecum ad immolandum Lv 22,22
nonne malum est
et si offeratis claudum et languidum 13
nonne malum est
offer illud duci tuo si placuerit ei
aut si susceperit faciem tuam dicit
Dominus exercituum
[9] et nunc deprecamini vultum Dei ut
misereatur vestri
de manu enim vestra factum est hoc
si quo modo suscipiat facies vestras
dicit Dominus exercituum
[10] quis est in vobis qui claudat ostia et
incendat altare meum gratuito
non est mihi voluntas in vobis dicit 2,13
Dominus exercituum
et munus non suscipiam de manu Am 5,22!
vestra
[11] ab ortu enim solis usque ad occasum Ps 112,3; Is 45,6; 59,19
magnum est nomen meum in genti-
bus
et in omni loco sacrificatur et offer- 1 Esr 6,10!
tur nomini meo oblatio munda
quia magnum nomen meum in genti-
bus dicit Dominus exercituum
[12] et vos polluistis illud in eo quod di- 7
citis mensa Domini contaminata
est
et quod superponitur contemptibile
est cum igni qui illud devorat
[13] et dixistis ecce de labore
et exsuflastis illud dicit Dominus
exercituum
et intulistis de rapinis claudum et 8
languidum et intulistis munus
numquid suscipiam illud de manu
vestra dicit Dominus

21 in[2] *om.* CΣ || AC

Malachi. *Citantur* AC *et* ΣΛΟSMΦks *ac* c. [*Hi* = *Hieronymus, in XII Prophetas*]. *Tit.* prophetia malachiae c. || **1**,1 [*adest* s *usque ad* 2,6; *deest* k *usque ad* 2,10] | malacia Σ.; malachiae Oc | 4 deserta] destructa ΛΟΦc *Hi* | 11 magnum[2] + est AOMc *Hi* | 13 exsuflaui ΑΟΦ | ΣΛΟSMΦ(s) cr

Lv 22,20! 14 maledictus dolosus qui habet in
grege suo masculum et votum
faciens immolat debile Domino
Ps 46,3! quia rex magnus ego dicit Dominus
exercituum
et nomen meum horribile in genti-
bus
2 et nunc ad vos mandatum hoc o sa-
cerdotes
Dt 28,58! 2 si nolueritis audire
et si nolueritis ponere super cor
1 Par 16,29! ut detis gloriam nomini meo ait Do-
minus exercituum
mittam in vos egestatem
et maledicam benedictionibus ves-
tris
et maledicam illis quoniam non po-
suistis super cor
3 ecce ego proiciam vobis brachium
et dispergam super vultum vestrum
stercus sollemnitatum vestrarum
et adsumet vos secum
4 et scietis quia misi ad vos mandatum
istud
ut esset pactum meum cum Levi di-
cit Dominus exercituum
Nm 25,12! Ez 37,26! 5 pactum meum fuit cum eo vitae et
pacis
et dedi ei timorem et timuit me
et a facie nominis mei pavebat
6 lex veritatis fuit in ore eius
et iniquitas non est inventa in labiis
eius
in pace et in aequitate ambulavit me-
cum
et multos avertit ab iniquitate
7 labia enim sacerdotis custodient
scientiam
et legem requirent ex ore eius
quia angelus Domini exercituum est
8 vos autem recessistis de via
et scandalizastis plurimos in lege
irritum fecistis pactum Levi dicit
Dominus exercituum
9 propter quod et ego dedi vos con-
temptibiles et humiles omnibus po-
pulis
sicut non servastis vias meas
et accepistis faciem in lege
10 numquid non pater unus omnium Mt 23,9! Eph 4,6!
nostrum
numquid non Deus unus creavit nos Iob 31,15! Prv 22,2
quare ergo despicit unusquisque
nostrum fratrem suum
violans pactum patrum nostrorum
11 transgressus est Iuda et abominatio
facta est in Israhel et in Hierusalem
quia contaminavit Iudas sanctifica- I Esr 9,2!
tionem Domini quam dilexit et
habuit filiam dei alieni
12 disperdat Dominus virum qui fecerit
hoc
magistrum et discipulum de taber-
naculis Iacob
et offerentem munus Domino exer-
cituum
13 et hoc rursum fecistis
operiebatis lacrimis altare Domini
fletu et mugitu
ita ut ultra non respiciam ad sacrifi- 1,10
cium
nec accipiam placabile quid de manu Am 5,22!
vestra
14 et dixistis quam ob causam
quia Dominus testificatus est inter
te et uxorem pubertatis tuae quam
tu despexisti
et haec particeps tua et uxor foederis
tui
15 nonne unus fecit et residuum spiri-
tus eius est
et quid unus quaerit nisi semen Dei
custodite ergo spiritum vestrum
et uxorem adulescentiae tuae noli
despicere
16 cum odio habueris dimitte dicit Do- Dt 24,1

AC ΣΛOSMΦ (ks) cr
14 horribile] terribile O; honorabile A ‖ **2**,2 ait] dicit AΣ | 6 lex] lux CSΦ | [*deest* s *usque ad* 4,6] | 10 [*adest* k *usque ad* 3,16] | ~ unus pater C | 11 in[2] *om.* ASM | 12 disperdet c | 13 ~ non respiciam ultra c | 15 unus[2]] unusquisque CΣ |

minus Deus Israhel
operiet autem iniquitas vestimentum
eius dicit Dominus exercituum
custodite spiritum vestrum et nolite
despicere
Is 43,24 17 laborare fecistis Dominum in ser-
monibus vestris
et dixistis in quo eum fecimus labo-
rare
in eo cum diceretis omnis qui facit
malum bonus est in conspectu Do-
mini
et tales ei placent
aut certe ubi est Deus iudicii
Gn 24,7! Mt 11,10; 3 ecce ego mittam angelum meum
Mc 1,2; Lc 7,27 Is 40,3! et praeparabit viam ante faciem
Lc 1,76 meam
et statim veniet ad templum suum
dominator quem vos quaeritis
et angelus testamenti quem vos vul-
tis
ecce venit dicit Dominus exercituum
Ioel 2,11! 2 et quis poterit cogitare diem adven-
tus eius
et quis stabit ad videndum eum
ipse enim quasi ignis conflans et quasi
herba fullonum
3 et sedebit conflans et emundans ar-
gentum
Prv 17,3! Za 13,9! et purgabit filios Levi et colabit eos
quasi aurum et quasi argentum
Ps 4,6! et erunt Domino offerentes sacrifi-
cia in iustitia
4 et placebit Domino sacrificium Iuda
et Hierusalem sicut dies saeculi et
sicut anni antiqui
5 et accedam ad vos in iudicio
et ero testis velox maleficis et adul-
teris et periuris
Ier 5,28! et qui calumniantur mercedem mer-
cennarii viduas et pupillos
et opprimunt peregrinum nec timu-
erunt me dicit Dominus exercituum
Iac 1,17 6 ego enim Dominus et non mutor

et vos filii Iacob non estis consumpti Lam 3,22!
7 a diebus enim patrum vestrorum re-
cessistis a legitimis meis et non
custodistis
revertimini ad me et revertar ad vos Za 1,3!
dicit Dominus exercituum
et dixistis in quo revertemur
8 si adfiget homo Deum quia vos con-
figitis me
et dixistis in quo confiximus te
in decimis et in primitivis
9 et in penuria vos maledicti estis et
me vos configitis gens tota
10 inferte omnem decimam in horreum Prv 3,9.10!
et sit cibus in domo mea
et probate me super hoc dicit Do-
minus
si non aperuero vobis cataractas caeli
et effudero vobis benedictionem us-
que ad abundantiam
11 et increpabo pro vobis devorantem
et non corrumpet fructum terrae
vestrae
nec erit sterilis vinea in agro dicit
Dominus exercituum
12 et beatos vos dicent omnes gentes Lc 1,48
eritis enim vos terra desiderabilis Ier 3,19
dicit Dominus exercituum
13 invaluerunt super me verba vestra
dicit Dominus
14 et dixistis quid locuti sumus contra te
dixistis vanus est qui servit Deo Iob 21,15
et quod emolumentum quia custo-
divimus praecepta eius
et quia ambulavimus tristes coram
Domino exercituum
15 ergo nunc beatos dicimus arrogan-
tes
siquidem aedificati sunt facientes Ier 12,1!
impietatem
et temptaverunt Deum et salvi facti
sunt
16 tunc locuti sunt timentes Deum
unusquisque cum proximo suo

17 quod diceretis S; quod dicitis c *Hi* ‖ 3,1 mitto c *Hi* | 3 colabit] conflabit A | 8 configimus
c | primitiis ΣSc | 9 et[1] *om.* ΣΛΟΦkr *Hi* | uos[2] + fraudatis et A | 14 te + et CΛΦ |
16 deum] dominum c | [*deest* k *usque ad* 4,6] |

AC
ΣΛΟSMΦ(k)
cr

et adtendit Dominus et audivit
et scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum et cogitantibus nomen eius
Ex 19,5! Ps 134,4 H 17 et erunt mihi ait Dominus exercituum
in die qua ego facio in peculium
Ps 102,13 et parcam eis sicut parcit vir filio suo servienti sibi
18 et convertemini et videbitis quid sit inter iustum et impium
et inter servientem Deo et non servientem ei
Ps 20,10! 4 ecce enim dies veniet succensa quasi caminus
Is 5,24! 47,14! et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem stipula
et inflammabit eos dies veniens dicit Dominus exercituum quae non relinquet eis radicem et germen
2 et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiae
et sanitas in pinnis eius
et egrediemini et salietis sicut vituli de armento
3 et calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum
in die qua ego facio dicit Dominus exercituum
4 mementote legis Mosi servi mei
quam mandavi ei in Choreb ad omnem Israhel praecepta et iudicia
5 ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus et horribilis Mt 11,14! Ioel 2,31! 5.6: Sir 48,10; Lc 1,17
6 et convertet cor patrum ad filios
et cor filiorum ad patres eorum
ne forte veniam et percutiam terram anathemate

EXPLICIT MALACHI PROPHETA

AC ΣΛOSMΦ cr 18 conuertimini ACΣΛOSM || 4,1 (3,19 𝔐, *et totum cap. numerat* 3,19-24) impietatem] iniquitatem AΦ; uanitatem Σ. | derelinquet c | 2 egredimini AS | 6 corda[1] C | percutiam + omnem C ||

INCIPIT LIBER PRIMUS MACCHABEORUM

6,2 Et factum est postquam percus-
sit Alexander Philippi Ma-
cedo qui primus regnavit in
Graecia
egressus de terra Cetthim Darium
regem Persarum et Medorum 2 con-
stituit proelia multa
et omnium obtinuit munitiones et
interfecit reges terrae 3 et pertransiit
usque ad fines terrae
et accepit spolia multitudinis gen-
tium et siluit terra in conspectu
eius
4 et congregavit virtutem exercituum
fortem nimis
et exaltatum est et elevatum cor eius
5 et obtinuit regiones gentium et ty-
rannos et facti sunt illi in tributum
6 et post haec decidit in lectum et co-
gnovit quia moritur
7 et vocavit pueros suos nobiles qui
secum erant nutriti a iuventute
et divisit illis regnum suum cum ad-
huc viveret
8 et regnavit Alexander annis duode-
cim et mortuus est
9 et obtinuerunt pueri eius regnum
unusquisque in loco suo
10 et inposuerunt sibi omnes diade-
mata post mortem eius
et filii eorum post eos annis multis
et multiplicata sunt mala in terra
11 et exiit ex eis radix peccatrix Antio-
chus Inlustris filius Antiochi regis
qui fuerat Romae obses
et regnavit in anno centesimo trice-
simo et septimo regni Graecorum
12 in diebus illis exierunt ex Israhel filii 6,21; 7,5; 9,23; 10,61
iniqui et suaserunt multis dicentes
eamus et disponamus testamentum
cum gentibus quae circa nos sunt
quia ex quo recessimus ab eis in-
venerunt nos multa mala
13 et bonus visus est sermo in oculis
eorum
14 et destinaverunt aliqui de populo et
abierunt ad regem
et dedit illis potestatem ut facerent II Mcc 4,10
iustitiam gentium
15 et aedificaverunt gymnasium in II Mcc 4,12
Hierosolymis secundum leges na-
tionum
16 et fecerunt sibi praeputia
et recesserunt a testamento sancto
et iuncti sunt nationibus
et venundati sunt ut facerent malum
17 et paratum est regnum in conspectu II Mcc 5,1
Antiochi
et coepit regnare in terra Aegypti ut
regnaret super duo regna
18 et intravit in Aegyptum in multitu- **18.19:** Dn 11,25.26! 40
dine gravi
in curribus et elefantis et equitibus
et copiosa navium multitudine
19 et constituit bellum adversus Ptolo-
meum regem Aegypti
et veritus est Ptolomeus a facie eius
et fugit
et ceciderunt vulnerati multi
20 et conprehendit civitates munitas in
terra Aegypti
et accepit spolia terrae Aegypti

I Macchabeorum. *Citantur* AC *et* ΣΛSZMΦ *ac* cðr. [CSZ = KGD *apud* ð] *Tit.* liber primus machabaeorum c. || 1,2 ~ obtinuit omnium c | 4 uirtutem + et Φc | exercitum AΣΦcr | eleuatum | elatum CZ | 6 moriretur ΛΦ; moreretur c | 10 ~ omnes sibi c. | 11 et septimo *om.* CΣΛ.; et *om.* c | 15 legem CΣΛS | 18 et² + in CΣΛ |

AC
ΣΛSZMΦ
cðr

21—24: Dn 11,28 21—25: II Mcc 5,11–16 21 et convertit Antiochus postquam
percussit Aegyptum in centesimo
et quadragesimo et tertio anno
et ascendit ad Israhel 22 et ascendit
Hierosolymis in multitudine gravi
IV Esr 10,21.22 23 et intravit in sanctificationem cum
superbia
et accepit altare aureum et candelabrum luminis et universa vasa eius
et mensam propositionis et libatoria
et fialas et mortariola aurea et velum et coronas
et ornamentum aureum quod in facie templi erat
et comminuit omnia
6,12; Ez 23,26! 24 et accepit argentum et aurum et vasa
concupiscibilia
et accepit thesauros occultos quos invenit
et sublatis omnibus abiit in terram suam
Dn 11,36! 25 et fecit caedem hominum et locutus
est superbia magna
26 et factus est planctus magnus in Israhel et in omni loco eorum
27 et ingemuerunt principes et seniores
virgines et iuvenes infirmati sunt
et speciositas mulierum inmutata est
28 omnis maritus sumpsit lamentum
quae sedebant in toro maritali lugebant
29 et commota est terra super habitantes in ea
et universa domus Iacob induit confusionem
30—32: II Mcc 5,24–26 30 et post duos annos dierum misit rex
principem tributorum in civitates
Iuda
et venit Hierusalem cum turba magna
31 et locutus est ad eos verba pacifica
in dolo et crediderunt ei
32 et inruit super civitatem repente et
percussit eam plaga
et perdidit populum multum ex Israhel
33 et accepit spolia civitatis et succendit eam igni
et destruxit domos eius et muros
eius in circuitu
34 et captivas duxerunt mulieres et na- 5,13; 8,10; Nm 31,9!
tos et pecora possederunt
35 et aedificaverunt civitatem David 9,52: II Sm 5,7
muro magno et firmo et turribus
firmis et facta est illis in arcem
36 et posuerunt illic gentem peccatorum
viros iniquos et convaluerunt in ea
et posuerunt arma et escas et congregaverunt spolia Hierusalem
37 et reposuerunt illic et facti sunt in
laqueum magnum
38 et factum est hoc ad insidias sanctificationi et in diabolum malum in
Israhel
39 et effuderunt sanguinem innocentem
per circuitum sanctificationis
et contaminaverunt sanctificationem 3,51
40 et fugerunt habitatores Hierusalem
propter eos
et facta est habitatio exterorum et
facta est extera semini suo
et nati eius reliquerunt eam
41 sanctificatio eius desolata est sicut 3,45; 4,38
solitudo
dies festi eius conversi sunt in luctum Tb 2,6! Am 8,10
sabbata eius in obprobrium honores
eius in nihilum
42 secundum gloriam eius multiplicata
est ignominia eius
et sublimitas eius conversa est in luctum
43 et scripsit rex Antiochus omni regno 43—67: II Mcc 6,1–11
suo ut esset omnis populus unus
et reliquerunt unusquisque legem suam

AC ΣΛSZMΦ cbr 21 et[3] *om.* c | 22 ierosolymam c | 25 est + in c | 28 lamentum + et ΛSMc | 29 inhabitantes CZΦbr | 32 plaga + magna ΛZMc | 36 peccatricem Mc | 38 sanctificationis ACΣΛ | in[1] *om.* CΣΛ | malum] magnum CΣΛ | 43 relinqueret c. |

44 et consenserunt omnes gentes secun-
dum verbum regis Antiochi
6,23 45 et multi ex Israhel consenserunt ei et
sacrificaverunt idolis
et coinquinaverunt sabbatum
46 et misit rex Antiochus libros per ma-
nus nuntiorum in Hierusalem
et in omnes civitates Iudae ut seque-
rentur legem gentium terrae
47—49: Dn 8,11! 47 et prohiberent holocausta et sacri-
ficia et placationes fieri in templo
Dei
48 et prohiberent celebrari sabbatum et
dies sollemnes
49 et coinquinari sancta et sanctum po-
pulum Israhel
50 et iussit aedificari aras et templa et
idola
et immolari carnes suillas et pecora
communia
51 et relinquere filios suos incircumci-
sos
et coinquinari animas eorum in om-
nibus inmundis et abominationibus
ita ut obliviscerentur legem et inmu-
tarent omnes iustificationes Dei
52 et quicumque non fecisset secundum
verbum regis Antiochi moreretur
53 secundum omnia verba haec scripsit
omni regno suo
et praeposuit principes populo qui
haec fieri cogerent
54 et iusserunt civitatibus Iudae sacri-
ficare
55 et congregati sunt multi de populo
ad eos qui dereliquerant legem Do-
mini
et fecerunt mala super terram
56 et effugaverunt populum Israhel in
abditis et in absconditis fugitivo-
rum locis
57 die quintadecima mensis casleu
quinto et quadragesimo anno
aedificavit rex Antiochus abominan- 6,7
dum idolum desolationis super al-
tare Dei
et per universas civitates Iudae in
circuitu aedificaverunt aras
58 et ante ianuas domorum et in plateis
incendebant tura et sacrificabant
59 et libros legis Dei conbuserunt igni
scindentes eos
60 et apud quemcumque inveniebantur
libri testamenti Domini
et quicumque observabant legem
Domini
secundum edictum regis trucidabant
eum
61 in virtute sua faciebant haec populo
Israhel qui inveniebantur in omni
mense in civitatibus
62 et quinta et vicesima die mensis sac- 4,52.53
rificabant super aram quae erat
contra altare
63 et mulieres quae circumcidebant
filios suos trucidabantur secundum
iussum regis Antiochi
64 et suspendebant pueros a cervicibus
per universas domos eorum
et eos qui circumciderunt eos tru-
cidabant
65 et multi de populo Israhel definie-
runt apud se ut non manducarent
inmunda
et elegerunt magis mori quam cibis
coinquinari inmundis
66 et noluerunt infringere legem Dei
sanctam et trucidati sunt
67 et facta est ira magna super populum
valde
2 in illis diebus surrexit Matthathias
filius Iohannis filii Simeonis sacer-
dos ex filiis Ioarim ab Hierusalem
et consedit in monte Modin

45 ei] seruituti eius c.𝔊 | 46 antiochus *om.* c. | in² *om.* CΣΛ | iudeae Z; iuda c. | leges Zc | 48 celebrare AZ | 49 et¹ + iussit c | 51 inmunditiis C | 52 fecissent ASMΦc𝔡 | morerentur SMΦc𝔡 | 54 iudaeae Z; iuda c. | 55 in terra CΣΛ. | 56 in² *om.* A | 57 quadragesimo + et centesimo Zc𝔊 | iudeae Z; iuda c | 60 obseruabat Sc | 61 faciebat AΦ | inueniebatur c | mense + et mense c.𝔊 | 64 circumciderant CΣΛSZc𝔡r | eos²] illos c || **2**,1 ~ diebus illis Sc | ioarib c. |

AC ΣΛSZMΦ c𝔡r

2 et habebat filios quinque
Iohannan qui cognominabatur Gaddis
3 et Simeon qui cognominabatur Thasi
3,1 4 et Iudas qui vocabatur Macchabeus
5 et Eleazarus qui cognominabatur Abaron
et Ionathas qui cognominabatur Apphus
6 hii viderunt mala quae fiebant in populo Iuda et in Hierusalem
7 et dixit Matthathias
vae mihi ut quid natus sum videre contritionem populi mei et contritionem civitatis sanctae
et sedere illic cum datur in manibus inimicorum
8 sancta in manu extraneorum facta sunt
templum eius sicut homo ignobilis
Ez 23,26! 9 vasa gloriae eius captiva abducta sunt
Lam 2,21! II Mcc 5,13 trucidati sunt iuvenes eius in plateis
et iuvenes eius ceciderunt gladio inimicorum
10 quae gens non hereditavit regnum eius et non obtinuit spolia eius
Lam 1,6 11 omnis conpositio eius ablata est
quae erat libera facta est ancilla
12 et ecce sancta nostra et pulchritudo nostra et claritas nostra desolata est
et coinquinaverunt eam gentes
13 quo ergo nobis adhuc vivere
Gn 37,34! 14 et scidit Matthathias et filii eius vestimenta sua
et operuerunt se ciliciis et planxerunt valde
15 et venerunt illuc qui missi erant a rege Antiocho
ut cogerent eos qui confugerant in civitate Modin
immolare et accendere et a lege Dei discedere
16 et multi de populo Israhel consentientes accesserunt ad eos
sed Matthathias et filii eius constanter steterunt
17 et respondentes qui missi erant ab Antiocho dixerunt Matthathiae
princeps et clarissimus et magnus es in hac civitate
et ornatus filiis et fratribus
18 ergo accede prior et fac iussum regis
sicut fecerunt omnes gentes
et viri Iuda et qui remanserunt in Hierusalem
et eris tu et filii tui inter amicos regis
et amplificatus argento et auro et muneribus multis
19 et respondit Matthathias et dixit magna voce 19.20: II Mcc 7,30
et si omnes gentes regi Antiocho oboediunt
ut discedat unusquisque a servitute patrum suorum et consentiunt mandatis eius
20 ego et filii mei et fratres mei oboediemus legi patrum nostrorum
21 propitius sit nobis Deus Lv 23,28!
non est nobis utile relinquere legem et iustitias Dei
22 non audibimus verba regis Antiochi
nec sacrificabimus transgredientes legis nostrae mandata ut eamus altera via
23 et ut cessavit loqui verba haec
accessit quidam Iudaeus in omnium oculis sacrificare idolis super aram
in civitate Modin secundum iussum regis

AC ΣΛSZMΦ cr

2 ioannem c | 3 simonem c | 4 iudam c | uocabatur] cognominabatur CΣΛ (*et vice versa in vs seq.*) | 5 eleazarum c | ionathan c | 6 iudae CΣΛ | in[2] *om.* CΣΛZ | 9 iuuenes[1]] senes ΣΛc | in gladio Φc | 12 caritas A | ea c | 14 ~ uestimenta sua mathathias et filii eius c. | 15 in ciuitatem Zc; ciuitatem MΦ | accendere] *praem.* tura Λ; + tura ZMΦc | 18 ~ auro et argento c. | 19 respondens CΣΛ | et[2] *om.* CΣΛ | ~ uoce magna A | seruitute + legis ΣΛZc | consentiant C; consentiat c. | 22 audibimus b] audiuimus ASM; audiemus ΣΛc; audimus CZΦ | sacrificauimus AΣΛS |

24 et vidit Matthathias et doluit et contremuerunt renes eius
et ascendit furor eius secundum iudicium legis
et insiliens trucidavit eum super aram
25 sed et virum quem miserat rex Antiochus qui cogebat immolari occidit in ipso tempore et aram destruxit
Nm 25,13 26 et zelatus est legem sicut fecit Finees Zambri filio Salomi
27 et exclamavit Matthathias voce magna dicens
omnis qui zelum habet legis statuens testamentum exeat post me
II Mcc 5,27 28 et fugit ipse et filii eius in montes
et reliquerunt quaecumque habebant in civitate
29 tunc descenderunt multi quaerentes iudicium et iustitiam in desertum
30 ut sederent ibi
ipsi et filii eorum et mulieres eorum et pecora eorum
quoniam induraverunt super eos mala
31 et renuntiatum est viris regis et exercitui qui erat in Hierusalem civitate David
quoniam discessissent viri quidam qui dissipaverunt mandatum regis in loca occulta in deserto
et abissent post illos multi
32 et statim perrexerunt ad eos
9,34 et constituerunt adversus eos proelium in die sabbatorum
33 et dixerunt ad eos resistitis et nunc adhuc
exite et facite secundum verbum regis et vivetis
34 et dixerunt non exibimus neque faciemus verbum regis ut polluamus diem sabbatorum
35 et concitaverunt adversus eos proelium
36 et non responderunt eis nec oppilaverunt loca occulta
37 dicentes moriamur omnes in simplicitate nostra
et testes erunt super nos caelum et terra quod iniuste perditis nos Dt 31,28! Idt 7,17
38 et intulerunt eis bellum sabbatis
et mortui sunt ipsi et uxores eorum
et filii eorum et pecora eorum usque ad mille animas hominum
39 et cognovit Matthathias et amici eius
et luctum habuerunt super eos valde
40 et dixit vir proximo suo
si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt
et non pugnaverimus adversus gentes pro animabus nostris et iustificationibus nostris
citius disperdent nos a terra
41 et cogitaverunt in illa die dicentes
omnis homo quicumque venerit ad nos in bello die sabbatorum
pugnemus adversus eum et non moriemur omnes sicut mortui sunt fratres nostri in occultis
42 tunc congregata est ad eos synagoga Asideorum fortis viribus ex Israhel
omnis voluntarius in lege
43 et omnes qui fugiebant a malis additi sunt ad eos
et facti sunt illis ad firmamentum
44 et collegerunt exercitum
et percusserunt peccatores in ira sua
et viros iniquos in indignatione sua
et ceteri fugerunt ad nationes ut evaderent
45 et circuivit Matthathias et amici eius

24 ascendit] accensus est Φc | ~ et secundum iudicium legis CΣΛ | 25 ~ rex antiochus miserat c. | immolare CΣΛSZc | 26 salom AS | 27 et clamauit CΣΛ | magna + in ciuitate c | 30 et sederunt c | inundauerunt c. | 31 ciuitatem ACΣΛ | 33 regis + antiochi c | 34 exiuimus AΛZ; *om.* Σ. | 36 eis + nec lapidem miserunt in eos c.𝔊; + non lapidem miserunt illis Z | 38 eis] illis c. | 40 nostris[2] + nunc c. | disperdet A | 41 ~ die illa MΦc | bello + in CΣΛ | 42 asideorum] iudaeorum ZMΦc | 45 circuit CΣΛ |

AC ΣΛSZMΦ cr

et destruxerunt aras
46 et circumciderunt pueros incircumcisos quotquot invenerunt in finibus Israhel in fortitudine
47 et persecuti sunt filios superbiae
et prosperatum est opus in manu eorum
48 et obtinuerunt legem de manibus gentium et de manibus regum
et non dederunt cornu peccatori
49 et adpropinquaverunt dies Matthathiae moriendi
et dixit filiis suis
nunc confortata est superbia et castigatio et tempus eversionis et ira indignationis
50 nunc ergo o filii aemulatores estote legis
II Mcc 8,21 et date animas vestras pro testamento patrum
51 et mementote operum patrum quae fecerunt in generationibus suis
et accipietis gloriam magnam et nomen aeternum
Idt 8,22; Sir 44,21 52 Abraham nonne in temptatione inventus est fidelis et reputatum est ei
Gn 15,6! ad iustitiam
Gn 42,6; Ps 118,143! 53 Ioseph in tempore angustiae suae custodivit mandatum et factus est dominus Aegypti
54 Finees pater noster zelando zelum
Nm 25,13! Sir 45,29.30! Dei accepit testamentum sacerdotii aeterni
55 Iesus dum implet verbum factus est dux Israhel
Nm 13,31 56 Chaleb dum testificatur in ecclesia accepit hereditatem
57 David in sua misericordia consecu-
II Sm 7,13! tus est sedem regni in saecula
IV Rg 2,11! 58 Helias dum zelat zelum legis receptus est in caelum
Dn 1,6! 3,49 59 Ananias Azarias Misahel credentes liberati sunt de flamma
60 Danihel in sua simplicitate liberatus est de ore leonum Ps 21,22; Dn 6,22; 14,31; II Tim 4,17
61 et ita cogitate per generationem et generationem
quia omnes qui sperant in eum non infirmantur Ps 70,1; Sir 2,11
62 et a verbis viri peccatoris non timueritis quia gloria eius stercus et vermis est Iob 25,6! 62.63: Sir 10,12.13! Ps 57,9 H
63 hodie extollitur et cras non invenietur
quia conversus est in terram suam et cogitatio eius periet Ps 145,4!
64 vos ergo filii confortamini et viriliter agite in lege quia in ipsa gloriosi eritis Ios 1,7!
65 et ecce Simeon frater vester scio quod vir consilii est
ipsum audite semper et ipse vobis erit pater
66 et Iudas Macchabeus fortis viribus a iuventute sua
sit vobis princeps militiae et ipse aget bellum populi
67 et vos adducetis ad vos omnes factores legis
et vindicate vindictam populi vestri
68 et retribuite retributionem gentibus Dt 32,41!
et intendite in praeceptum legis
69 et benedixit eos
et adpositus est ad patres suos
70 et defunctus est centesimo et quadragesimo et sexto anno
et sepultus est a filiis suis in sepul- 9,19.20; 13,25.26
chris patrum suorum in Modin I Sm 25,1!
et planxerunt eum omnis Israhel planctu magno 12,52
3 et surrexit Iudas qui vocabatur 2,4
Macchabeus filius eius pro eo 1–9: II Mcc 8,1–7
2 et adiuvabant eum omnes fratres eius

AC ΣΛSZMΦ cr 46 israhel + et c. | in fortitudinem CΣΛ. | 47 in manus A; in manibus Zc | 50 patrum + uestrorum c. | 55 impleret A; impleuit Φc | dux + in SZMc; + populi Λ. | 59 et azarias et c. | 62 non] ne c | 63 periit c; perit Z | 65 simon c | ~ erit uobis c | 67 uos[1] *om.* MΦc | ad *om.* Φ. | 68 et[1] *om.* AZΦcr | 70 anno] *ante* centesimo *transpon.* c. | et[3] *om.* SMΦc || 3,1 uocatur CΛ |

et universi qui se coniunxerant patri eius
et proeliabantur proelium Israhel cum laetitia
3 et dilatavit gloriam populo suo
et induit se loricam sicut gigans
et succinxit se arma bellica sua in proeliis et protegebat castra gladio suo
4 similis factus est leoni in operibus suis
Ps 103,21! et sicut catulus leonis rugiens in venatione
5,5 5 et persecutus est iniquos perscrutans eos
et qui conturbabant populum suum succendit flammis
6 et repulsi sunt inimici prae timore eius
et omnes operarii iniquitatis conturbati sunt
et directa est salus in manu eius
7 et exacerbabat reges multos
et laetificabat Iacob in operibus suis
et in saeculum memoria eius in benedictione
8 et perambulavit civitates Iuda et perdidit impios ex eis
et avertit iram ab Israhel
9 et nominatus est usque ad novissimum terrae
et congregavit pereuntes
10,69; II Mcc 5,24 10 et congregavit Apollonius gentes et a Samaria virtutem multam et magnam ad bellandum contra Israhel
11 et cognovit Iudas et exiit obviam illi
et percussit et occidit illum
et ceciderunt vulnerati multi et reliqui fugerunt
12 et accepit spolia eorum
et gladium Apollonii abstulit Iudas
et erat pugnans in eo omnibus diebus
13 et audivit Seron princeps exercitus Syriae quod congregavit Iudas congregationem et ecclesiam fidelium secum Idc 20,2!
14 et ait faciam mihi nomen et glorificabor in regno et debellabo Iudam
et eos qui cum ipso sunt qui spernebant verbum regis
15 et praeparavit se et ascenderunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarii
ut facerent vindictam in filios Israhel
16 et adpropinquaverunt usque Bethoron
et exivit Iudas obviam illi cum paucis
17 ut viderunt autem exercitum venientem sibi obviam dixerunt Iudae
quomodo poterimus pauci pugnare ad multitudinem tantam tam fortem
et nos fatigati sumus ieiunio hodie Ps 108,24!
18 et ait Iudas facile est concludi multos in manus paucorum
et non est differentia in conspectu Dei caeli liberare in multis et in paucis I Sm 14,6; II Par 14,11
19 quia non in multitudine exercitus victoria belli Ps 32,16
sed de caelo fortitudo est
20 ipsi veniunt ad nos in multitudine contumaci et superba
ut disperdant nos et uxores nostras et filios nostros et ut spolient nos
21 nos vero pugnabimus pro animabus nostris et legibus nostris II Mcc 13,14!
22 et ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram
vos autem ne timueritis eos
23 ut cessavit autem loquens insiluit in eos subito
et contritus est Seron et exercitus eius in conspectu ipsius

3 lorica CΣΛS | 5 suum + eos MΦc | 6 inimici + eius c | 8 perambulabat AZ | 13 ~ fidelium et ecclesiam c | 16 adpropiauerunt ΣZr; adpropriauerunt CΛ | usque + ad c | 17 ~ autem uiderunt c. | ad] contra c. | tantam + et c | 19 quia] quoniam c | 20 superba CSZb, *cf.* 𝔊] superbia *cet.* | 21 pugnauimus AΣΛS | 23 loqui c | insiliuit CΣ |
AC ΣΛSZMΦ cbr

24 et persequebatur eum in descensu
Bethoron usque in campum
et ceciderunt ex eis octingenti viri
reliqui autem fugerunt in terram
Philisthim
25 et cecidit timor Iudae ac fratrum eius
et formido super omnes gentes in
circuitu eorum
26 et pervenit ad regem nomen eius
et de proeliis Iudae narrabant om-
nes gentes
27—60: II Mcc 8,8–20 27 ut audivit autem Antiochus sermo-
nes istos iratus est animo
et misit et congregavit exercitum
universi regni sui castra fortia valde
28 et aperuit aerarium suum et dedit
stipendia exercitui in annum
et mandavit illis ut essent parati ad
omnia
29 et vidit quod defecit pecunia de
thesauris
et tributa regionis modica propter
dissensionem et plagam
quam fecit in terra ut tolleret legiti-
ma quae erant a primis diebus
30 et timuit ne non haberet et semel et
bis in sumptus et donativa
quae dederat ante larga manu et
abundaverat super reges qui ante
eum fuerant
31 consternatus erat animo valde
et cogitavit ire in Persidem et acci-
pere tributa regionum
et congregare argentum multum
II Mcc 10,11; 11,1! 32 et reliquit Lysiam hominem nobilem
de genere regali
Gn 15,18! super negotia regia a flumine Eufra-
ten usque ad flumen Aegypti
6,15.17.55 33 et ut nutriret Antiochum filium su-
um donec rediret
34 et tradidit ei medium exercitum et
elefantos
et mandavit ei de omnibus quae vo-
lebat
et de inhabitantibus Iudaeam et
Hierusalem
35 ut mitteret ad eos exercitum ad con- 6,12
terendam et extirpandam virtutem
Israhel et reliquias Hierusalem
et auferendam memoriam de loco Ps 33,17!
36 et ut constitueret habitatores filios
alienigenas in omnibus finibus
eorum
et sorte distribueret terram eorum
37 et rex adsumpsit partem exercitus 6,1! II Mcc 9,23
residui
et exivit ab Antiochia civitate regni
sui
anno centesimo et quadragesimo et
septimo
et transfretavit Eufraten flumen
et perambulabat superiores regiones
38 et elegit Lysias Ptolomeum filium
Dorimini et Nicanorem et Gorgiam
viros potentes ex amicis regis
39 et misit cum eis quadraginta milia
virorum et septem milia equitum
ut venirent in terram Iuda
et disperderent eam secundum ver-
bum regis
40 et processerunt ut irent cum universa
virtute sua
et venerunt et adplicuerunt Amma-
um in terra campestri
41 et audierunt mercatores regionum
nomen eorum
et acceperunt argentum et aurum
multum valde et pueros
et venerunt in castra ut acciperent
filios Israhel in servos
et additi sunt ad eos exercitus Syriae
et terrae alienigenarum
42 et vidit Iudas et fratres eius quia
multiplicata sunt mala

AC ΣΛSZMΦ ¢𝔟r

24 persecutus est ¢; persequebat S | 27 autem + rex ¢ | fortium CΣΛ | 29 thesauris + suis ¢ | in terram AΣΦ | 30 et[2]] ut ¢ | donaria ¢. | 31 et consternatus ¢ | persidam CΣΛ | 32 eufrate ACΣΛ¢𝔟r | ad flumina C; ad flumine Λ | 35 ut] et ASM; et ut Φ¢ | ad[1] *om.* A | auferenda memoria A; + eorum ZΦ¢ | 37 et[4] *om.* SM¢ | perambulauit CΣΛ | 40 ut irent *om.* ¢. | adplicauerunt SMΦ | emmaum ¢. | in terram CΣΛ | campestrem ΣΛ. |

et exercitus adplicabat ad fines eorum
et cognoverunt verba regis
quae mandavit populo facere in interitum et consummationem
5,32 [43]et dixerunt unusquisque ad proximum suum
erigamus deiectionem populi nostri
et pugnemus pro populo nostro et sanctis nostris
[44]et congregatus est conventus ut essent parati in proelium
et ut orarent et peterent misericordiam et miserationes
1,41; 4,38 [45]et Hierusalem non habitabatur
sed erat sicut desertum
non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis eius
et sanctum conculcabatur et filii alienigenarum erant in arce
ibi erat habitatio gentium
et ablata est voluptas ab Iacob et defecit ibi tibia et cithara
Idc 20,1! [46]et congregati sunt et venerunt in Masefat contra Hierusalem
quia locus orationis erat in Masefat ante Israhel
11,71! Ios 7,6! Est 4,1! II Mcc 10,25 [47]et ieiunaverunt illa die et induerunt se ciliciis et cinere in capite suo
et destituerunt vestimenta sua
[48]et expanderunt librum legis de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum
[49]et adtulerunt ornamenta sacerdotalia
et primitias et decimas
et suscitaverunt nazoreos qui impleverant dies
4,10.40; 9,46 [50]et clamaverunt voce magna in caelum dicentes
quid faciemus istis et quo eos ducemus
[51]et sancta tua conculcata sunt et contaminata sunt et sacerdotes tui in luctu et humilitate 1,39
[52]et ecce nationes convenerunt adversum nos ut nos disperdant
tu scis quae cogitant in nos
[53]quomodo poterimus subsistere ante facies illorum
nisi tu adiuves nos
[54]et tubis exclamaverunt voce magna 16,8
[55]et post hoc constituit Iudas duces populi 55.56: Dt 20,5–8
tribunos et centuriones et pentecontarcos et decuriones
[56]et dixit his qui aedificabant domos
et sponsabant uxores et plantabant vineas
et formidolosis ut redirent unusquisque in domum suam secundum legem
[57]et moverunt castra et conlocaverunt ad austrum Ammaum
[58]et ait Iudas accingimini et estote filii potentes
et estote parati in mane ut pugnetis adversus nationes has
quae convenerunt disperdere nos et sancta nostra
[59]quoniam melius est nos mori in bello
quam videre mala gentis nostrae et sanctorum
[60]sicut autem fuerit voluntas in caelo sic fiat Mt 6,10!
4 et adsumpsit Gorgias quinque milia virorum et mille equites electos 1–27: II Mcc 8,20–36
et moverunt castra nocte
[2]ut adplicarent ad castra Iudaeorum
et percuterent eos subito
et filii qui erant ex arce erant illi duces

42 adplicabit S; applicabant c. | in *om.* ACΣΛS | 46 maspha[1.2] c. | ante + in ZMΦc | 47 ieiunauerunt + in AZ | cinerem Zc; + imposuerunt c. | in capite] capiti c. | destituerunt] disciderunt c. | 48 libros c; *om.* Λ. | 51 tui + facti sunt Φc | in luctum et in humilitatem c | 53 ante faciem MΦc | illorum] eorum c | tu + deus c | 55 post haec c | 57 emmaum c | 58 conuenerunt + aduersus nos c. | 59 nos] nobis CΣΛ || 4,2 illis ZMc |

AC ΣΛSZMΦ cdr

3 et audivit Iudas et surrexit ipse et
potentes
percutere virtutem exercituum regis
quae erat in Ammaum
4 adhuc enim dispersus erat exercitus
a castris
5 et venit Gorgias in castra Iudae
noctu et neminem invenit
et quaerebant eos in montibus quon-
iam dixit fugiunt hii a nobis
6 et cum dies factus esset apparuit
Iudas in campo cum tribus milibus
virorum tantum
quia tegumenta et gladios non habe-
bant
7 et viderunt castra gentium valida
et loricatos et equitatus in circuitu
eorum et hii docti proelium
8 et ait Iudas viris qui secum erant
II Mcc 8,16 ne timueritis multitudinem eorum
et impetum eorum ne formidetis
Ex 14,8 9 mementote qualiter salvi facti sunt
patres nostri in mari Rubro
cum sequeretur eos Pharao cum ex-
ercitu
3,50! 10 et nunc clamemus in caelum et mise-
rebitur nostri et testamenti patrum
nostrorum
et conteret exercitum istum ante fa-
ciem nostram hodie
Is 49,26! 11 et scient omnes gentes quia est qui
redimat et liberet Israhel
12 et levaverunt alienigenae oculos suos
et viderunt eos venientes ex adverso
13 et exierunt de castris in proelium
et tuba cecinerunt hii qui fuerant
cum Iuda
14 et congressi sunt et contritae sunt
gentes et fugerunt in campum
15 novissimi autem ceciderunt gladio
et persecuti sunt eos usque Gesoron
et usque in campos Idumeae et
Azoti et Iamniae
et ceciderunt ex illis ad tria milia
virorum
16 et reversus est Iudas et exercitus eius
sequens eum
17 et dixit ad populum non concupis-
catis spolia quia bellum contra nos
est
18 et Gorgias et exercitus eius in monte
prope nos
sed state contra inimicos nostros et
expugnate eos
et post hoc sumetis spolia
19 et adhuc loquente Iuda haec appa-
ruit pars quaedam prospiciens de
monte
20 et vidit quod in fugam conversi sunt
et succensa sunt castra
fumus enim qui videbatur declara-
bat quod factum est
21 quibus illi conspectis timuerunt valde
aspicientes simul et Iudam et exerci-
tum in campo paratum ad proelium
22 et fugerunt omnes in campo alieni-
genarum
23 et Iudas reversus est ad spolia cas-
trorum
et acceperunt aurum multum et ar-
gentum
et hyacinthum et purpuram marinam
et opes magnas
24 et conversi hymnum canebant et be- I Esr 3,11!
nedicebant in caelum
quoniam bonum est quoniam in
saeculum misericordia eius
25 et facta est salus magna in Israhel in
illa die
26 quicumque autem alienigenarum

AC ΣΛSZMΦ cr

3 exercitum ΛΦr | quae erat Mb] quae erant ASZr; qui erant CΣΛc | emmaum c | 5 nocte CΣΛZ; *om.* S | quaerebat ΛAc | 6 quia] qui c | 7 equitatos A; equitatum Φ | proelio CΣΛ; in proelium M; ad praelium c | 9 exercitu + suo A.; + multo MΦc | 10 nostri + dominus Φc | et[3] + memor erit Φc | 12 et eleuauerunt c | 13 erant SZMc | 15 autem + omnes c | in gladio AMΦc | gezeron c | illis + usque c | 17 dixitque c | 18 ~ prope nos in monte c | state + nunc Zc | ~ sumetis postea c. | spolia + securi Zc | 19 haec] ecce Φ; + ecce c | 20 uidit + gorgias Φc | sunt[1] + sui Φc | succenderunt c. | 22 in campum Mc | 24 canebant] dicebant CΣΛ | benedicebant + deum c | bonus ΣSMΦc | 25 ~ die illa c |

evaserunt venerunt et nuntiaverunt
Lysiae universa quae acciderant
6,8 27 quibus auditis ille consternatus est
animo deficiebat quod non qualia
voluit talia contigerunt in Israhel
et qualia mandavit rex
28 et sequenti anno congregavit electorum virorum sexaginta milia et
equitum quinque milia
ut debellaret eos
29 et venerunt in Iudaeam
et castra posuerunt in Bethoron
et occurrit illis Iudas cum decem
milibus viris
30 et viderunt exercitum fortem et oravit et dixit
benedictus es salvator Israhel qui
1 Sm 17.50! contrivisti impetum potentis in
manu servi tui David
1 Sm 14.13 et tradidisti castra alienigenarum in
manus Ionathae filii Saul et armigeri eius
31 conclude exercitum istum in manu
populi tui Israhel
et confundantur in exercitu suo et
equitibus
32 da illis formidinem et tabefac audaciam virtutis eorum
et commoveantur contritione sua
33 deice eos gladio diligentium te
I Esr 3.11! et conlaudent te omnes qui noverunt
nomen tuum in hymnis
34 et commiserunt et ceciderunt de
exercitu Lysiae quinque milia virorum
35 videns autem Lysias suorum fugam
et Iudaeorum audaciam et quod
parati sunt aut vivere aut mori fortiter abiit Antiochiam
et elegit milites ut multiplicatus
rursus veniret in Iudaeam

36 dixit autem Iudas et fratres eius 36—39: II Mcc 10,1-8
ecce contriti sunt inimici nostri
ascendamus nunc mundare sancta
et renovare
37 et congregatus est omnis exercitus
et ascenderunt in montem Sion
38 et viderunt sanctificationem desertam et altare profanatum et portas 1,41; 3,45
exustas
et in atriis virgulta nata sicut in saltu
vel montibus et pastoforia diruta
39 sciderunt vestimenta sua et planxerunt planctu magno 11,71! Ios 7,6! Iob 2,12
et inposuerunt cinerem
40 et ceciderunt in faciem super terram
et exclamaverunt tubis signorum et 5,31; 7,45
clamaverunt in caelum 3,50!
41 tunc ordinavit Iudas viros ut pugnarent adversus eos qui erant in arce
donec emundarent sancta
42 et elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei
43 et mundaverunt sancta
et tulerunt lapides contaminationis
in locum inmundum
44 et cogitavit de altare holocaustorum
quod profanatum erat quid de eo
faceret
45 et incidit illi consilium bonum ut
destrueret illud
ne forte esset illis in obprobrium quia
contaminaverunt illud gentes
et demoliti sunt illud
46 et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto
quoadusque veniret propheta et responderet de eis
47 et acceperunt lapides integros secundum legem
et aedificaverunt altare novum secundum illud quod fuit prius Ios 8,31!

27 ~ ille auditis Σϲ | est *om.* SZMϲ𝔡; + et CΛ | 28 congregauit + lysias ϲ | ~ uirorum electorum ϲ | 29 illi AZ | 30 in manu[2] CΣΛSZϲ | 33 eos] illos ϲ | 34 commiserunt + praelium ϲ | 35 ~ fugam suorum ϲ. | multiplicati rursus uenirent MΦϲ | 38 profanum C | uel + in CΣΛZϲ | 39 et sciderunt ϲ | cinerem + super capita sua SM; + super caput suum Φϲ | 41 mundarent CΣΛ | 44 de altari CΣΛΦϲr | 45 illis Mϲ | destruerent Mϲ | ~ illis esset ϲ |

AC ΣΛSZMΦ ϲ𝔡r

48 et aedificaverunt sancta et quae intra
domum intrinsecus et aedem et atria
sanctificaverunt
49 et fecerunt vasa sancta nova
et intulerunt candelabrum et altare
incensorum et mensam in templum
50.51: II Mcc 1,8 50 et incensum posuerunt super altare
et accenderunt lucernas quae super
candelabrum erant et lucebant in
templo
51 et posuerunt super mensam panes et
adpenderunt vela
et consummaverunt omnia opera
quae fecerunt
52 et ante matutinum surrexerunt
52.53: 1,62 quinta et vicesima mensis noni hic
mensis casleu
centesimi quadragesimi octavi anni
53 et obtulerunt sacrificium secundum
legem super altare holocaustorum
novum
quod fecerunt 54 secundum tempus
et secundum diem in qua contaminaverunt illud gentes
in ipsa renovatum est in canticis et
citharis et cinyris et cymbalis
II Par 20,18! 55 et cecidit omnis populus et adoraverunt
et benedixerunt in caelum ei qui
prosperavit eis
56 et fecerunt dedicationem altaris diebus octo
II Par 29,31! Ps 115,17! et obtulerunt holocausta cum laetitia et salutaria laudis
57 et ornaverunt faciem templi coronis
aureis et scutulis
et dedicaverunt portas et pastoforia
et inposuerunt eis ianuas
58 et facta est laetitia in populo magna
valde
et aversum est obprobrium gentium
59 et statuit Iudas et fratres eius et universa ecclesia Israhel
ut agatur dies dedicationis altaris in
temporibus suis ab anno in annum
per dies octo
a quinta et vicesima mensis casleu
cum laetitia et gaudio
60 et aedificaverunt in tempore illo 6,7
montem Sion
et per circuitum muros altos et turres firmas
nequando venirent gentes et conculcarent eam sicut antea fecerunt
61 et conlocavit illic exercitum ut servarent eam
et munivit eam ad custodiendam 6,26; 9,52
Bethsuram
ut haberet populus munitionem contra faciem Idumeae
5 et factum est ut audierunt gentes in 1—13: II Mcc 10,15–38
circuitu quia aedificatum est altare 1—68: II Mcc 12,1–46
et sancta sicut prius
et iratae sunt valde 2 et cogitabant
tollere genus Iacob qui erant inter
eos
et coeperunt occidere de populo et
persequi
3 et debellabat Iudas filios Esau in
Idumea
et eos qui erant in Acrabattene
quia circumsedebant Israhelitas
et percussit eos plaga magna
4 et recordatus est malitiam filiorum
Bean qui erant populo in laqueum
et in scandalum insidiantes in via
5 et conclusi sunt ab eo in turribus 3,5
et adplicuit ad eos et anathematizavit eos
et incendit turres eorum igni cum
omnibus qui in eis erant
6 et transiit ad filios Ammon et invenit
manum fortem et populum copiosum et Timotheum ducem ipsorum

AC ΣΛSZMΦ cr 48 domum + erant c | 50 in templum CΣΛ | 51 fecerant ΣΛc | 52 uicesima + die Zc | hic + est c | 54 et⁴ + in c. | 55 populus + in faciem Φc | ei SMb] et A; eum et Φ.; eum c; *om.* CΣΛZr | 56 salutaria] sacrificium salutaris et c. | 59 uicesima + die c | 60 eum Φc | ante CΣΛ | 61 eum¹ ² Φc || 5.1 sancta] sanctuarium Φc | et³ *om.* Mc | 4 insidiantes + ei ΣΛZΦc | 6 amon AZM |

[7]et commisit cum eis proelia multa
et contriti sunt in conspectu eorum
et percussit eos
[8]et cepit Iazer civitatem et filias eius
et reversus est in Iudaeam
[9]et congregatae sunt gentes quae sunt
in Galaad adversus Israhelitas qui
erant in finibus eorum ut tollerent
eos
et fugerunt in Datheman munitio-
nem
[10]et miserunt litteras ad Iudam et frat-
res eius dicentes
congregatae sunt adversum nos gen-
tes per circuitum ut auferant nos
[11]et parant venire et occupare muni-
tionem in quam confugimus
et Timotheus est dux exercitus eo-
rum
[12]nunc ergo veni eripe nos de manibus
eorum
quia cecidit multitudo de nobis
[13]et omnes fratres nostri qui erant in
locis Tubi interfecti sunt
1,34; 8,10; Nm 31,9 et captivas abduxerunt uxores eorum
et natos et spolia
et peremerunt illic ferme mille viros
[14]et adhuc epistulae legebantur
et ecce alii nuntii venerunt de Galilea
conscissis tunicis nuntiantes secun-
dum verba haec [15]dicentes
convenisse adversum se a Ptoloma-
ida et Tyro et Sidone et omni Ga-
lilea alienigenas ut nos consumant
[16]ut audivit autem Iudas et populus
Idc 20,2! sermones istos convenit ecclesia
magna
cogitare quid facerent fratribus suis
qui in tribulatione erant et expug-
nabantur ab eis
[17]dixitque Iudas Simoni fratri suo
elige tibi viros et vade et libera frat-
res tuos in Galilea
ego enim et frater meus Ionathas
ibimus in Galaditin
[18]et reliquit Iosepphum filium Zaccha-
riae et Azariam duces populi cum
residuo exercitu in Iudaeam ad
custodiendum
[19]et praecepit illi dicens praeesto po-
pulo huic
et nolite bellum committere adver-
sus gentes donec revertamur
[20]et dati sunt Simoni viri tria milia ut
iret in Galileam
Iudae autem octo milia in Galaditin
[21]et abiit Simon in Galileam et com-
misit proelia multa cum gentibus
et contritae sunt gentes a facie eius
et persecutus est eos usque ad por-
tam [22]Ptolomaidis
et ceciderunt de gentibus fere tria
milia virorum et accepit spolia
eorum
[23]et sumpsit eos qui erant in Galilea
et in Arbatis cum uxoribus et natis
et omnibus quae erant illis
et adduxit in Iudaeam cum laetitia
magna
[24]et Iudas Macchabeus et Ionathas et
fratres eius transierunt Iordanem
et abierunt viam trium dierum per
desertum
[25]et occurrerunt eis Nabuthei et sus-
ceperunt eos pacifice
et narraverunt eis omnia quae acci-
derunt fratribus in Galaditide
[26]et quia multi ex eis conprehensi sunt
in Basara et Bosor et in Alimis et in
Casfor et Macet et Carnain

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔟𝔯

8 gazer Z𝔠; inazer C. | 10 ~ nos auferant 𝔠 | 11 in qua A | 12 ueni + et 𝔠 | 13 tubi 𝔊] ubi ASM𝔟; ibi CΣΛ; ubique Φ; *ubi* Z.; tubin 𝔠 | adduxerunt CZMΦ𝔟; duxerunt ΣΛ𝔠 | fere AZ𝔠 | 15 ad ptolomeidam A | et[3] + repleta est Φ𝔠 | omnis Φ𝔠 | alienigenis Φ𝔠 | 17 enim] etenim S.; autem 𝔠 | 18 in iudaea SMΦ𝔠𝔯 | ad custodiam Φ𝔠 | 19 illis Z𝔠 | praeestote Z𝔠 | 20 dati] partiti 𝔠. | 23 et adsumpsit Φ𝔠; et consumpsit Z. | erant[2] + cum CΣΛ | 24 et[1] *om.* CΣΛ | et fratres] frater ΛS𝔠 | uia A | 25 acciderant Σ𝔠 | fratribus + eorum ZΦ𝔠 | 26 basara] basar A.; barasa 𝔠 | maceth C𝔟; mageth 𝔠 |

hae omnes civitates munitae et magnae
27 sed et in ceteris civitatibus Galaditidis tenentur conprehensi
et in crastinum constituerunt admovere exercitum civitatibus his
et conprehendere et tollere eos in una die
35 28 et convertit Iudas et exercitus eius viam in desertum Bosor repente
50 51; Dt 20,13! et occupavit civitatem et occidit omnem masculum in ore gladii
et accepit omnia spolia eorum et succendit eam igni
29 et surrexerunt inde nocte et ibant usque ad munitionem
30 et factum est diluculo cum adlevassent oculos suos
ecce populus multus cuius non erat numerus portantes scalas et machinas
ut conprehenderent munitionem et expugnarent eos
31 et vidit Iudas quia coepit bellum et
4,40 clamor belli ascendit in caelum sicut tuba
et clamor magnus de civitate
3,43 32 et exercitui dixit
pugnate hodie pro fratribus vestris
33 et venit tribus ordinibus post eos
et exclamaverunt tubis
et clamaverunt in oratione
34 et cognoverunt castra Timothei quia Macchabeus est
et refugerunt a facie eius et percusserunt eos plaga magna
et ceciderunt ex eis in illa die fere octo milia virorum
28! 50.51 35 et divertit Iudas in Maspha et expugnavit et cepit eam et occidit omnem masculum eius
et sumpsit spolia eius et succendit eam igni
36 inde perrexit et cepit Casbon et Maged et Bosor et reliquas civitates Galaditidis
37 post haec autem verba congregavit Timotheus exercitum alium
et castra posuit contra Rafon trans torrentem
38 et misit Iudas speculari exercitum 12,26
et renuntiaverunt ei dicentes
quia convenerunt ad eum omnes gentes quae in circuitu nostro sunt exercitus multus nimis
39 et Arabas conduxit in auxilium
et castra posuerunt trans torrentem parati venire ad te in proelium
et abiit Iudas obviam illis
40 et ait Timotheus principibus exercitus sui
cum adpropiaverit Iudas et exercitus eius ad torrentem aquae
si transierit ad nos prior
non poterimus sustinere eum quia potens poterit adversum nos
41 si vero timuerit transire et posuerit castra extra flumen transfretemus ad eos et poterimus adversus illum
42 ut autem adpropinquavit Iudas ad torrentem aquae
statuit scribas populi secus torrentem
et mandavit eis dicens
neminem hominum reliqueritis sed veniant omnes in proelium
43 et transfretavit ad illos prior et omnis populus post eum
et contritae sunt ante faciem eorum omnes gentes
et proiecerunt arma sua et fugerunt ad fanum quod est in Carnain
44 et occupavit ipsam civitatem et fanum succendit igni cum omnibus

AC ΣΛSZMΦ c𝔡r 26 haec CM | 27 admonere C. | 30 eleuassent c | 31 ad caelum ΣΛSZMΦcr | 32 ~ et (*om.* Φ) dixit exercitui suo Φc | 33 exclamauerunt] clamauerunt CΣΛ | 34 in *om.* ΛZ. | ~ die illa c. | 36 maget Λ𝔡; mageth c | 39 conduxerunt Φc | auxilium + sibi ΣΛZΦc | ~ ad te uenire c | 40 adpropinquauerit Cc | 43 ante– gentes] omnes gentes a facie eorum c | est] erat c; *om.* Z. |

qui erant in ipso
et oppressa est Carnain et non potuit sustinere contra faciem Iudae
23 45 et congregavit Iudas universos Israhelitas qui erant in Galaditiden
a minimo usque ad maximum et uxores eorum et natos
et exercitum magnum valde ut venirent in terram Iudae
46 et venerunt usque Efron
et haec civitas magna in ingressu posita munita valde
et non erat declinare ab ea dextra vel sinistra sed per mediam iter erat
47 et incluserunt se qui erant in civitate
et obstruxerunt portas lapidibus
47.48: Dt 2,26.27! et misit ad eos Iudas verbis pacificis
48 dicens
transeamus per terram vestram ut eamus in terram nostram
et nemo vobis nocebit tantum pedibus transibimus
Dt 2,30 et nolebant eis aperire
49 et praecepit Iudas praedicare in castris
ut adplicarent unusquisque in quo erat loco
50 et adplicuerunt viri virtutis
50.51: 28! 35 et obpugnavit civitatem illam tota die et tota nocte
et tradita est civitas in manu eius
51 et peremerunt omnem masculum in ore gladii et eradicavit eam et accepit spolia eius
et transiit per totam civitatem super interfectos
52 et transgressi sunt Iordanem in campo magno contra Bethsan
53 et erat Iudas congregans extremos
et exhortabatur populum per totam viam donec venerunt in terram Iuda
54 et ascenderunt in montem Sion cum laetitia et gaudio
et obtulerunt holocausta quod nemo ex eis cecidisset
donec reverterentur in pace
55 et in diebus quibus erat Iudas et Ionathas in terra Galaad
et Simeon frater eius in Galilea contra faciem Ptolomaidis
56 audivit Iosepphus Zacchariae filius
et Azarias princeps virtutis res bene gestas et proelia quae facta sunt
57 et dixit faciamus et ipsi nobis nomen
et eamus pugnare adversum gentes quae in circuitu nostro sunt
58 et praecepit his qui erant in exercitu suo et abierunt Iamniam
59 et exivit Gorgias de civitate et viri eius obviam illi in pugnam
60 et fugati sunt Iosepphus et Azarias usque in fines Iudae
et ceciderunt illa die de populo Israhel ad duo milia viri
et facta est fuga magna in populo
61 quia non audierunt Iudam et fratres eius
existimantes se fortiter facturos
62 ipsi autem non erant de semine virorum illorum per quos salus facta est in Israhel
63 et viri Iuda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israhel
et gentium omnium ubi audiebatur nomen eorum
64 et convenerunt ad eos fausta adclamantes
65 et exivit Iudas et fratres eius et expugnabant filios Esau in terra quae ad austrum est II Mcc 10,16
et percussit Chebron et filias eius et muros eius et turres succendit in circuitu

44 iuda CΣSΦr | 45 in galaaditide c | iuda c; iudeae Z | 46 uel sinistra] sinixtra C.; sinistraue ΣΛ | 48 transibimus] transiuimus AΛ; transimus Z. | 49 adplicaret A | 50 adplicuerunt + se Φc | die et tota *om.* A.; tota[2] *om.* CΣΛ | 52 contra + faciem Φc | 53 uenirent CΣΛc | 54 in[1] *om.* C. | ex his CΣΛ | reuertentur C. | 55 simon MΦc | 59 illis ZΦc; ei ΣΛ | 60 iudeae AZcbr | illo c. | 61 ~ fortiter se c | 65 turres + et CΣΛ | succendit + igni c |

AC ΣΛSZMΦ cbr

66 et movit castra ut iret in terra alie-
nigenarum
et perambulabat Samariam
67 in illa die ceciderunt sacerdotes in
bello dum vult fortiter facere
dum sine consilio exiit in proelium
68 et declinavit Iudas in Azotum in ter-
ra alienigenarum
et vidit aras eorum et spolia deorum
ipsorum succendit igni
et cepit spolia civitatum et regressus
est in terram Iuda
3,37; II Mcc 9,23 6 et rex Antiochus perambulavit su-
1—16: II Mcc 9,1–29 periores regiones
et audivit esse civitatem Elymaidem
in Perside nobilissimam et copio-
sam in argento et auro
2 templumque in ea locuples valde et
illic velamina aurea et loricae et
scuta
1,1 quae reliquit Alexander Philippi rex
Macedo qui regnavit primus in
Graecia
3 et venit et quaerebat civitatem
capere et praedare eam et non po-
tuit
quoniam innotuit sermo his qui
erant in civitate
4 et insurrexerunt in proelium
et fugit inde et abiit cum tristitia
magna
et reversus est Babyloniam
5 et venit qui nuntiaret ei in Perside
quia fugata sunt castra quae erant
in terra Iuda
6 et quia abiit Lysias cum virtute forti
in primis et fugatus est a facie Iu-
daeorum
et invaluerunt armis et viribus et
spoliis multis quas ceperunt
7 et quia diruerunt abominationem
quam aedificaverat super altare 1,57; 4,60
quod erat in Hierusalem
et sanctificationem sicut prius cir-
cumdederunt muris excelsis
sed et Bethsuram civitatem suam
8 et factum est ut audivit rex sermones 4,27
istos expavit et commotus est valde
et decidit in lectum et incidit in lan-
guorem prae tristitia
quia non est factum sicut cogitabat
9 et erat illic dies multos
quia renovata est in eo tristitia mag-
na
et arbitratus est se mori
10 et vocavit omnes amicos suos et dixit
illis
recessit somnus ab oculis meis et
concidi et corrui corde prae sollici-
tudine 11 et dixi in corde meo
in quantam tribulationem deveni
et in quos fluctus tristitiae in qua
nunc sum
qui iucundus eram et dilectus in po-
testate mea
12 nunc vero reminiscor malorum quae
feci in Hierusalem
unde abstuli omnia spolia argentea 1,24!
et aurea quae erant in ea
et misi auferri habitantes Iudaeam 3,35
sine causa
13 cognovi ergo quia propterea invene-
runt me mala ista
et ecce pereo tristitia magna in terra
aliena
14 et vocavit Philippum unum de ami- 14.15: 55: Gn 41,41.42!
cis suis
et praeposuit eum super universum
regnum suum 15 et dedit ei diadema
et stolam suam et anulum

AC ΣΛSZMΦ c𝔇r 66 in terram MΦc𝔇 | 67 ~ die illa c | uolunt c; uoluerunt Z. | exeunt c; exierunt Z | in proelio AM | 68 iudas *om.* C | in terram[1] Zc | uidit] diruit c𝔊; destituit Z. | spolia] sculptilia Zc𝔊 | regressus] reuersus MΦc || 6,1 perambulabat AZc; perambulabit Σ | elymaidem ACΣΛSZ | 2 lorica CS | 3 ~ capere ciuitatem c | praedari CΦ; depraedari c | in ciuitatem CΣΛ | 4 est + in c | 6 quas] quae Zc | ceperunt + de castris quae exciderunt Zc𝔊; + de castris Λ | 8 ~ factum est[2] c.; + ei c. | 9 illic + per c | 10 prae solitudine CΣΛ | 12 unde + et c | ~ aurea et argentea c | auferre CΣΛSZc |

3,33! ut adduceret Antiochum filium suum
et nutriret eum et regnaret
16 et mortuus est illic Antiochus rex
anno centesimo quadragesimo et
nono
17 et cognovit Lysias quoniam mortuus
est rex
3,33! et constituit regnare Antiochum filium eius quem nutrivit adulescentem
et vocavit nomen eius Eupator
18 et hii qui erant in arce concluserant
Israhel in circuitu sanctorum
et quaerebant eis mala semper ad
firmamentum gentium
19 et cogitavit Iudas disperdere eos
et convocavit universum populum
ut obsiderent eos 20 et coirent si-
mul
et obsederunt eos anno centesimo
quinquagesimo
et fecerunt ballistas et machinas
21 et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur et adiunxerunt se illis aliqui
1,12; 7,5; 9,23; 10,61 ex impiis Israhel
22 et abierunt ad regem et dixerunt
quousque non facies iudicium et
vindicas fratres nostros
1,45 23 nos decrevimus servire patri tuo et
ambulare in praeceptis eius et obsequi edictis eius
Sir 11,36 24 et filii populi nostri propter hoc abalienabantur se a nobis
et quicumque inveniebantur ex nobis interficiebantur
et hereditates nostrae diripiebantur
25 et non ad nos tantum extenderunt
manum sed et in omnes fines nostros
26 et ecce adplicuerunt hodie ad arcem
in Hierusalem occupare eam

et munitionem in Bethsuram munierunt 4,61; 9,52
27 et nisi praeveneris eos velocius maiora quam haec facient nec poteris
obtinere eos
28 et iratus est rex ut audivit
et convocavit omnes amicos suos et
principes exercitus sui
et eos qui super equites erant
29 sed et de regnis aliis et insulis et 11,38
maritimis venerunt ad eum exercitus conducticius
30 et erat numerus exercitus centum
milia peditum et viginti milia equitum
et elefanti triginta duo docti ad proelium
31 et venerunt per Idumeam et adplicuerunt ad Bethsuram
et pugnaverunt dies multos et fecerunt machinas
et exierunt et succenderunt eas igni
et pugnaverunt viriliter
32 et recessit Iudas ab arce
et admovit castra ad Bethzacara
contra castra regis
33 et surrexit ante lucem et concitavit
exercitus impetum contra viam
Bethzacara
et conparaverunt se exercitus in
proelium et tubis cecinerunt
34 et elefantis ostenderunt sanguinem
uvae et mori ad acuendos eos in
proelium
35 et diviserunt bestias per legiones
et adstiterunt singulis elefantis mille
viri in loricis concatenatis
et galeae aereae in capitibus eorum
et quingenti equites ordinati unicuique bestiae electi erant

15 et[4]] ut CΣΛ | 16 et[1]] ut CΣ. | et[2] *om.* ASc | 18 ad] et c.𝔊 | 20 coierunt Z𝔇; conuenerunt c; circuierunt MΦ | 21 ex impiis] impii ex c. | 22 facis ZMc | 24 alienabant Zc | 26 in[1] *om.* Ac | in[2] *om.* c | bethsura ACZΦr | 27 nec] et non c | 28 ut + haec c | 29 et[2] + de SZMΦc | et[3] *om.* c. | conductitii c.; conductus A | 30 exercitus + eius c | docti] ducti C | 32 amouit AZ; mouit Φc | bethzacharam c | 33 surrexit] *praem.* rex ΣΛZ; + rex c | exercitus[1] + in Zc | bethzacarae M; bethzacharam c |

AC ΣΛSZMΦ c𝔇r

36 hii ante tempus ubicumque erat bestia erant et quocumque ibat ibant
non discedebant ab ea
37 sed et turres ligneas super eos firmae protegentes super singulas bestias
et super eas machinae
et super singulas viri virtutis triginta duo qui pugnabant desuper et intus magister bestiae
38 et residuum equitatum hinc et inde statuit in duas partes tubis
et exercitum commovere et perurguere constipati in legionibus eius
39 et ut refulsit sol in clypeos aureos et aereos resplenduerunt montes ab eis
resplenduerunt sicut lampades ignis
40 et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos et alii per loca humilia
et ibant caute et ordinate
41 et commovebantur omnes inhabitantes a voce multitudinis eorum
et incessu turbae et conlisionis armorum
erat enim exercitus magnus valde et fortis
42 et adpropiavit Iudas et exercitus eius in proelium
et ceciderunt de exercitu regis sescenti viri
43 et vidit Eleazar filius Saura
unam de bestiis loricatam loricis regis
et erat eminens super ceteras bestias
et visum est ei quod in ea esset rex
44 et dedit se ut liberaret populum suum et adquireret sibi nomen aeternum
45 et cucurrit ad eam audaciter in medio legionis interficiens a dextris et a sinistris 45.46: II Mcc 13,15
et cadebant ab eo huc et illuc
46 et ivit sub pedes elefanti et subposuit ei et occidit eum
et cecidit in terram super ipsum et mortuus est illic
47 et videntes virtutem regis et impetum exercitus eius deverterunt ab eis
48 castra autem regis ascenderunt contra eos in Hierusalem 48—63: II Mcc 13,18–26
et adplicuit castra rex ad Iudaeam et montem Sion
49 et fecit pacem cum his qui erant in Bethsuram
et exierunt de civitate quia non erant eis ibi alimenta conclusis
quia sabbata erant terrae
50 et conprehendit rex Bethsuram
et constituit illic custodiam servare eam
51 et convertit castra ad locum sanctificationis dies multos
et statuit illic ballistas et machinas et ignis iacula
et tormenta ad lapides iactandos et spicula
et scorpios ad mittendas sagittas et fundibula
52 fecerunt autem et ipsi machinas adversus machinas eorum
et pugnaverunt dies multos
53 escae autem non erant in civitate eo quod septimus annus esset
et qui remanserant in Iudaea de gentibus consumpserant reliquias eorum quae repositae fuerant
54 et remanserunt in sanctis viri pauci quoniam obtinuerat eos fames

AC ΣΛSZMΦ cr

36 erat bestia] erant (+ in C.) bestiae CΣΛ; + ibi MΦc | ibant + et SZMΦc | 37 ligneae SMcr | super eas[1] AM | intus] indus c.𝔊 | 38 et[3] *om.* ZMΦcr | constipatos c | 39 aereos + et CΣΛ | eis + et c | 40 alia c | 41 ~ commouebantur et CΣΛ | habitantes A.; + terram c; + turbati sunt Λ | eorum *om.* c. | collisione c; conlisiones MΦ | 45 audacter SZc | et[4]] atque Ac | 46 pedes elephantis Ac; elefantum Z | subposuit + se c | 47 diuerterunt se c | 48 applicuerunt c | regis Φc | 49 in bethsura MΦcr | 53 in iudeam CΣΛ |

et dispersi sunt unusquisque in locum suum
14.15 55 et audivit Lysias quod Philippus quem constituit rex Antiochus cum adhuc viveret
3,33! et nutriret Antiochum filium suum ut regnaret
56 et reversus esset a Perside et Media et exercitus qui abierat cum ipso
et quia quaerit suscipere regni negotia
57—60: II Mcc 11,13–15 57 festinavit ire et dicere ad regem et duces exercitus
deficimus cotidie et esca nobis modica est
et locus quem obsidemus est munitus
et incumbit nobis ordinare de regno
58 nunc itaque demus dextras hominibus istis
et faciamus cum illis pacem et cum omni gente eorum
59 et constituamus illis ut ambulent in legitimis suis sicut prius
propter legitima enim ipsorum quae despeximus irati sunt et fecerunt omnia haec
60 et placuit sermo in conspectu regis et principum
et misit ad eos pacem facere et receperunt illam
61 et iuravit illis rex et principes et exierunt de munitione
62 et intravit rex montem Sion
et vidit munitionem loci et rupit ius iuramenti quod iuravit
et mandavit destruere murum in gyro
63 et discessit festinanter et reversus est Antiochiam
et invenit Philippum dominantem civitati
et pugnavit adversus eum et occupavit civitatem
7 anno centesimo quinquagesimo et primo 1—4: II Mcc 14,1.2
exiit Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma
et ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam et regnavit illic
2 et factum est ut ingressus est in domum regni patrum suorum
conprehendit exercitus Antiochum et Lysiam ut adduceret eos ad eum
3 et res ei innotuit et ait
nolite mihi ostendere faciem eorum
4 et occidit eos exercitus
et sedit Demetrius super sedem regni sui
5 et venerunt ad eum viri iniqui et impii ex Israhel 1,12; 6,21; 9,23; 10,61 5—25: II Mcc 14,3–14
et Alchimus dux eorum qui volebat fieri sacerdos
6 et accusaverunt populum apud regem dicentes
perdidit Iudas et fratres eius amicos tuos
et nos disperdit de terra nostra
7 nunc ergo mitte virum cui credis
et eat et videat exterminium omne quod fecit nobis et regionibus regis
et puniit omnes amicos eius et adiutores eorum
8 et elegit rex ex amicis suis Bacchidem qui dominabatur trans Flumen
magnum in regno et fidelem regi et misit eum
9 et Alchimum impium constituit in sacerdotio

55 constituerat Λc | et[2]] ut Zc | ut] et Zc; *om.* ASr | 56 et[1] *om.* ΣΛZcb | et[3] *om.* A | abierat] ibi erat CΣΛ | quaerebat c; quaeret Z. | 57 defecimus A | incumbis ASZΦ | 59 ipsorum] eorum CΣΛ | 62 ius iuramenti] citius iuramentum MΦc || 7.1 et[1] *om.* Sc | 2 in *om.* c | adducerent ΛZc | 6 eius + omnes c | disperdidit ΣΛSZM; dispersit Φc | 7 credes CΣ; credas Λ. | et[1]] ut Φc | et[3]] e C.; in SZ | punit Λ; puniat c. | 9 et[1]] ut uideret exterminium quod fecit iudas sed et c | in sacerdotium ΣΛMΦc |

AC ΣΛSZMΦ cbr

et mandavit ei facere ultionem in filios Israhel
[10] et surrexerunt et venerunt cum exercitu magno in terram Iuda
et miserunt nuntios et locuti sunt ad Iudam et fratres eius verbis pacificis in dolo
10,46 [11] et non intenderunt sermonibus eorum
viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno
[12] et convenerunt ad Alchimum et Bacchidem
congregatio scribarum requirere quae iusta sunt
[13] et primi Asidei qui erant in filiis Israhel
et exquirebant ab eis pacem
[14] dixerunt enim homo sacerdos de semine Aaron venit non decipiet nos
[15] et locutus est cum eis verba pacifica et iuravit illis dicens
non inferemus vobis malum neque amicis vestris
[16] et crediderunt ei
et conprehendit ex eis sexaginta viros et occidit eos in una die secundum verbum quod scriptum est
Ps 78,3 [17] carnes sanctorum tuorum et sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Hierusalem
et non erat qui sepeliret
[18] et incubuit timor et tremor in omnem populum
quia dixerunt non est ei veritas et iudicium
transgressi sunt enim constitutum et iusiurandum quod iuraverunt
[19] et movit Bacchides castra ab Hierusalem et adplicuit in Bethzetha
et misit et conprehendit multos ex eis qui a se refugerant
et quosdam de populo mactavit et in puteum magnum proiecit
[20] et commisit regionem Alchimo
et reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi
et abiit Bacchides ad regem
[21] et satis agebat Alchimus pro principatu sacerdotii sui
[22] et convenerunt ad eum omnes qui perturbabant populum suum
et obtinuerunt terram Iuda
et fecerunt plagam magnam in Israhel
[23] et vidit Iudas omnia mala quae fecit Alchimus et qui cum eo erant in filios Israhel
plus multo quam gentes
[24] et exiit in omnes fines Iudae in circuitu et fecit vindictam in viros desertores
et cessaverunt ultra exire in regionem
[25] vidit autem Alchimus quod praevaluit Iudas et qui cum eo sunt
et cognovit quia non potest sustinere eos
et regressus est ad regem et accusavit eos multis criminibus
[26] et misit rex Nicanorem unum ex principibus suis nobilioribus II Mcc 14,12
qui erat inimicitias exercens contra Israhel 26—50: II Mcc 14,15–15,37
et mandavit ei evertere populum
[27] et venit Nicanor in Hierusalem cum exercitu magno
et misit ad Iudam et ad fratres eius cum dolo verbis pacificis [28] dicens
non sit pugna inter me et vos
veniam cum viris paucis et videam facies vestras cum pace
[29] et venit ad Iudam et salutaverunt se invicem pacifice

AC ΣΛSZMΦ cr 9 facere] ut faceret CΣΛ | in filiis A | 10 et[5] + ad CSc | 15 inferimus ASM; inferamus Φ. | 16 in *om.* CΣΛZ. | 18 est *om.* A | ei] eis M; in eis Φ; *om.* c. | iudicium + in eis c. | 19 in[1] *om.* CΣΛ | bethzecha c | refugerunt A.; effugerant c. | 22 plaga magna ASΦ | 23 in filios] in filiis Σ.; filiis Φc | ~ multo plus c. | 24 iudaeae c | 25 sunt] erant Λc | 26 ex] de A | 27 ad[2] *om.* CΣΛ | ~ uerbis pacificis cum dolo c | 28 et[2]] ut c. | 29 pacifici AΦ. |

et hostes parati erant rapere Iudam
30 et innotuit sermo Iudae quoniam cum dolo venerat ad eum
et conterritus est ab eo et amplius noluit videre faciem eius
31 et cognovit Nicanor quoniam denudatum est consilium eius
et exivit obviam Iudae in pugnam iuxta Capharsalama
32 et ceciderunt de Nicanoris fere quinque milia viri et fugerunt in civitatem David
33 et post haec verba ascendit Nicanor in montem Sion
et exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace
I Esr 6,10! et demonstrare ei holocaustomata quae offerebantur pro rege
34 et inridens sprevit eos et polluit et locutus est superbe
35 et iuravit cum ira dicens
nisi traditus fuerit Iudas et exercitus eius in manus meas
continuo cum regressus fuero in pace succendam domum istam
et exiit cum ira magna
36 et intraverunt sacerdotes et steterunt ante faciem altaris et templi et flentes dixerunt
III Rg 8,43 37 tu elegisti domum istam Domine ad invocandum nomen tuum in ea
Is 56,7! ut esset domus orationis et obsecrationis populo tuo
38 fac vindictam in homine isto et exercitu eius et cadant gladio
memento blasphemias eorum et ne dederis eis ut permaneant
39 et exiit Nicanor ab Hierusalem et castra adplicuit ad Bethoron
et occurrit illi exercitus Syriae
40 et Iudas adplicuit in Adarsa cum tribus milibus viris
et oravit Iudas et dixit
41 qui missi erant a rege Sennacherib Domine qui blasphemaverunt te IV Rg 19,6! 35! II Mcc 8,19; 15,22
exiit angelus et percussit ex eis centum octoginta quinque milia
42 sic percute exercitum istum in conspectu nostro hodie
et sciant ceteri quia male locutus est super sancta tua
et iudica illum secundum malitiam illius
43 et commiserunt exercitus proelium tertiadecima die mensis adar
et contrita sunt castra Nicanoris 9,1; II Mcc 15,28
et cecidit ipse primus in proelio
44 ut vidit autem exercitus eius quia cecidit Nicanor
proiecerunt arma sua et fugerunt
45 et persecuti sunt eos viam diei unius ab Adasor usquequo veniatur Gazera
et tubis cecinerunt post eos cum significationibus 4,40!
46 et exierunt de omnibus castellis Iudae in circuitu
et ventilabant eos cornibus et convertebantur iterum ad eos
et ceciderunt omnes gladio
et non est relictus ex eis nec unus
47 et acceperunt spolia eorum et praedam
et caput Nicanoris amputaverunt et dexteram eius quam extenderat superbe II Mcc 15,30
et adtulerunt et suspenderunt contra Hierusalem
48 et laetatus est populus valde et egerunt diem illam in laetitia magna
49 et constituit agi omnibus annis diem istam tertiadecima die mensis adar II Mcc 15,36.37

31 esset CΛ | 32 nicanoris + exercitu ΛMc | 37 ~ elegisti domine domum istam ZM; ~ domine elegisti domum istam c | 38 exercitum CΛZr; exercitus M; in exercitu A; in exercitum S | in gladio c | 40 uiris *om.* CΣΛ | 41 qui[2]] quia Zc | 42 percute] contere SZMΦc | 43 die *om.* CΣΛ | 44 ~ autem uidit c | cecidisset c | 45 persecutus est CΣΛ | ~ unius diei c | adazer c | gazara CΣΛc; *praem.* in c | 46 iudaeae SZMcb | ~ ex eis relictus C. | 47 et[2]] in c ||

AC ΣΛSZMΦ cbr

50 et siluit terra Iuda dies paucos
8 et audivit Iudas nomen Romanorum
quia sunt potentes viribus
et adquiescunt ad omnia quae postulantur ab eis
et quicumque accesserunt ad eos statuerunt cum eis amicitias
et quia sunt potentes viribus
2 audierunt proelia eorum
et virtutes bonas quas faciunt in Galatia
quia obtinuerunt eos et duxerunt sub tributum
3 et quanta fecerunt in regione Hispaniae
et quod in potestate redegerunt metalla argenti et auri quae illic sunt
et possederunt omnem locum consilio suo et patientia
4 locos qui longe erant valde ab eis
et reges qui supervenerant illis ab extremis terrae contriverunt
et percusserunt eos plaga magna
ceteri autem dant eis tributum omnibus annis
5 et Philippum et Persen Citiorum regem
et ceteros qui adversus eos arma tulerunt contriverunt bello et obtinuerunt eos
6 et Antiochum magnum regem Asiae qui eis pugnam intulerat
habens centum viginti elefantos et exercitum magnum valde contritum ab eis
7 et quia ceperunt eum vivum
et statuerunt ei ut daret ipse et qui regnaverint post eum tributum magnum
et daret obsides et constitutum
8 et regionem Medorum et Lydos et Medos de optimis regionibus eorum
et acceptas eas ab illis dederunt Eumeni regi
9 et quia qui erant apud Elladam voluerunt ire et tollere eos
et innotuit sermo his
10 et miserunt ad eos ducem unum et pugnaverunt contra illos
et ceciderunt ex eis multi
et captivas duxerunt uxores eorum et filios 1,34; 5,13; Nm 31,9!
et diripuerunt eos et terram eorum possederunt
et destruxerunt muros eorum
et in servitutem illos redegerunt usque in hunc diem
11 et residua regna et insulas quae aliquando restiterant illis
exterminaverunt et in potestatem redegerunt
12 cum amicis autem suis et qui in ipsis requiem habebant conservaverunt amicitiam
et obtinuerunt regna quae erant proxima et quae longe
quia quicumque audiebant nomen eorum timebant eos
13 quibus vero vellent auxilio esse ut regnarent regnabant
et exaltati sunt valde
14 et in omnibus istis nemo portabat diadema
nec induebatur purpura ut magnificaretur in ea
15 et quia curiam fecerunt sibi et cotidie consulebant
trecentos viginti consilium agentes semper de multitudine
ut quae digna sunt gerant

AC ΣΛSZMΦ c𝔊r

8,2 et audierunt Zc | fecerunt CΣΛc | 3 in potestatem ΣSZc | 4 locaque quae c; locusque M; locus qui ΣΛ; lucos qui Φ | erat ΣM | illis] eis c. | 5 ceteorum c.: tiorum AS | tulerant Mc; + et CΣΛ. | in bello ΛMΦc | 6 elefantos + et equitatum et currus c𝔊 | 7 regnauerunt Φ; regnauerit C; regnarent ΣΛc | eum] ipsum c | 8 medorum] indorum c𝔊 | ~ et medos et lydos c | optimis] omnibus CΣΛ. | illis] eis ΣΛc | eumeni] eum AS | 9 uoluerant ACSr | 12 quae[2] + erant c | 13 regnabant + quos autem uellent regno deturbabant ΣΛZc, *cf.* 𝔊 | 14 in[2]] ab CΣΛ |

16 et committunt uni homini magistratum suum per singulos annos dominari universae terrae suae
et omnes oboediunt uni
et non est invidia neque zelus inter eos
II Mcc 4,11 17 et elegit Iudas Eupolemum filium Iohannis filii Iacob
et Iasonem filium Eleazari
12,16! 15,17 et misit eos Romam constituere cum illis amicitiam et societatem
18 et ut auferrent ab eis iugum Graecorum
quia viderunt quod in servitutem premerent regnum Israhel
19.20: 12,3! 19 et abierunt Romam viam multam valde
et introierunt curiam et dixerunt
20 Iudas Macchabeus et fratres eius et populus Iudaeorum miserunt nos ad vos
statuere vobiscum societatem et pacem
14,40 et conscribi nos socios et amicos vestros
21 et placuit sermo in conspectu eorum
22 et hoc rescriptum quod rescripserunt in tabulis aereis
et miserunt Hierusalem ut esset apud eos ibi memoriale pacis et societatis
23 bene sit Romanis et genti Iudaeorum in mari et in terra in aeternum
gladiusque et hostis procul sit ab eis
24 quod si institerit bellum Romanis prius aut omnibus sociis eorum
in omni dominatione eorum
25 auxilium feret gens Iudaeorum prout tempus dictaverit corde pleno
26 et proeliantibus non dabunt neque subministrabunt triticum arma pecuniam naves
sicut placuit Romanis
et custodient mandata eorum
nihil ab eis accipientes
27 similiter autem et si genti Iudaeorum prius acciderit bellum adiuvabunt Romani
ex animo prout eis tempus permiserit
28 et adiuvantibus non dabitur triticum arma pecunia naves sicut placuit Romanis
et custodiant mandata eorum absque dolo
29 secundum haec verba constituerunt Romani populo Iudaeorum
30 quod si post haec verba hii aut illi addere vel demere ad haec aliquid voluerint
facient ex proposito suo
et quaecumque addiderint vel dempserint rata erunt
31 sed et de malis quae Demetrius rex fecit in eos
scripsimus ei dicentes
quare gravasti iugum tuum super amicos nostros et socios Iudaeos
32 si ergo iterum adierint nos adversum te faciemus illis iudicium
et pugnabimus tecum mari terraque
9 interea ubi audivit Demetrius quia cecidit Nicanor et exercitus eius in proelio 7,43!
adposuit Bacchidem et Alchimum rursum mittere in Iudaeam et dextrum cornu cum illis
2 et abierunt viam quae ducit in Galgala
et castra posuerunt in Mesaloth quae est in Arbellis et occupaverunt eam
et peremerunt animas hominum multas
3 et mense primo anni centesimi quinquagesimi et secundi

18 et *om.* CΣΛ | regnum] regum C | 20 conscribere MΦc | 22 rescriptum + est c | in hierusalem MΦc | 28 et¹ *om.* CΣΛ | dabunt CΣΛ | custodient CΣΛZc | 30 uel¹] aut CΣΛc | erant AS. | 32 tecum + cum A.; + in Z. || **9**,1 ubi] ut c.; *om.* Λ. | in proelium CΣΛ | dextro CΣΛ | 2 masaloth c | 3 et¹] in Zc | et quinquagesimi et AZ; et quinquagesimi c; quinquagesimi M | AC ΣΛSZMΦ cr

adplicuerunt exercitum ad Hierusalem
4 et surrexerunt et abierunt in Berea
viginti milia virorum et duo milia equitum
5 et Iudas castra posuerat in Laisa et tria milia viri cum eo electi
6 et viderunt multitudinem exercitus quia multi sunt et timuerunt valde
et multi subtraxerunt se de castris
et non remanserunt ex eis nisi octingenti viri
7 et vidit Iudas quod defluxit exercitus suus et bellum perurguebat eum
confractus est corde quia non habebat tempus congregandi eos et dissolutus est
8 et dixit his qui residui erant
surgamus et eamus ad adversarios nostros si poterimus pugnare adversus eos
9 et avertebant eum dicentes
non poterimus sed liberemus animas nostras modo
et revertemur ad fratres nostros et pugnabimus adversus eos
nos autem pauci sumus
10 et ait Iudas
absit istam rem facere ut fugiamus ab eis
et si adpropiavit tempus nostrum moriamur in virtute propter fratres nostros
et non inferamus crimen gloriae nostrae
11 et movit exercitus de castris
et steterunt illis obviam
et divisi sunt equites in duas partes
et fundibalarii et sagittarii praeibant exercitum
et primi certaminis omnes potentes
12 Bacchides autem erat in dextro cornu
et proximavit legio ex duabus partibus et clamabant tubis
13 exclamaverunt autem et hii qui erant ex parte Iudae etiam ipsi
et commota est terra a voce exercituum
et commissum est proelium a mane usque ad vesperam
14 et vidit Iudas quia firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris
et convenerunt cum ipso omnes constantes corde
15 et contrita est dextra pars ab eis
et persecutus est eos usque ad montem Azoti
16 et qui in sinistro cornu erant
viderunt quod contritum est dextrum cornu
et secuti sunt post Iudam et qui cum ipso erant a tergo
17 et ingravatum est proelium
et ceciderunt vulnerati multi ex his et illis
18 et Iudas cecidit et ceteri fugerunt
19 et Ionathas et Simon tulerunt Iudam fratrem suum in Modin 19.20: 2,70! 13,25.26
20 et fleverunt eum omnis populus Israhel planctu magno
et lugebant dies multos
21 et dixerunt quomodo cecidit potens qui salvum faciebat Israhel
22 et cetera verba Iudae bellorum et virtutum quas fecit non sunt descripta
multa enim erant valde
23 et factum est post obitum Iudae
emerserunt iniqui in omnibus finibus Israhel 1,12; 6,21; 7,5; 10,61

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔯

4 in beream 𝔠. | 5 ~ posuerat castra 𝔠 | ~ electi cum eo S𝔠 | 7 suus] eius CΣΛ | eum + et 𝔠 | 8 potuerimus A | 9 reuertimur AZ.; reuertamur ΛΦ𝔠 | et³ + tunc Φ𝔠 | pugnauimus AΣΛ | 12 clamabat Σ.; clamauerunt A | 13 uesperum CΣΛΦ | 14 quia] quod 𝔠 | 16 et³ + eos 𝔠 | 17 multo C.; *om.* MΦ | et³ + ex Z𝔠 | 19 suum + et sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum Φ𝔠𝔊 | in + ciuitate Φ𝔠 | 21 faciebat + populum 𝔠 | 22 ~ bellorum iudae 𝔠 | fecit + et magnitudinis eius 𝔠𝔊 |

Ps 91,8 et exorti sunt omnes qui operaban-
tur iniquitatem
24 in diebus illis facta est fames magna
valde
et tradidit se Bacchidi omnis regio
eorum cum ipsis
25 et elegit Bacchides impios viros
et constituit eos dominos regionis
26 et exquirebant et perscrutabantur
amicos Iudae
et adducebant eos ad Bacchidem et
vindicabat in illos et inludebat
27 et facta est tribulatio magna in Isra-
hel
Ps 73,9! qualis non fuit ex qua die non est
visus propheta in Israhel
28 et congregati sunt omnes amici
Iudae
et dixerunt Ionathae
29 ex quo frater tuus Iudas defunctus
est
vir similis ei non est qui exeat contra
inimicos
Bacchidem et eos qui inimici sunt
genti nostrae
30 nunc itaque te elegimus hodie esse
nobis principem et ducem ad bel-
landum bellum nostrum
31 et suscepit Ionathas tempore illo
principatum
et surrexit loco Iudae fratris sui
32 et cognovit Bacchides et quaerebat
eum occidere
33 et cognovit Ionathas et Simon frater
eius et omnes qui cum eo erant
et fugerunt in desertum Thecuae
et consederunt ad aquam lacus As-
phar
2,32 34 et cognovit Bacchides et die sabba-
torum venit ipse et omnis exercitus
eius trans Iordanem
35 et misit fratrem suum ducem populi
et rogavit Nabatheos amicos suos ut
commendaret illis adparatum suum
qui erat copiosus
36 et exierunt filii Iambri ex Madabas
et conprehenderunt Iohannem et om-
nia quae habebat
et abierunt habentes ea
37 post haec verba renuntiatum est Io-
nathae et Simoni fratri eius
quia filii Iambri faciunt nuptias mag-
nas
et ducunt sponsam ex Nadaba
filiam unius de magnis principibus
Chanaan cum ambitione magna
38 et recordati sunt sanguinis Iohannis
fratris sui
et ascenderunt et absconderunt se
sub tegumento montis
39 et levaverunt oculos suos et viderunt
et ecce tumultus et adparatus multus
et sponsus processit et amici eius
et fratres eius obviam illis cum tym-
panis et musicis et armis multis
40 et surrexerunt ad eos cum insidiis et
occiderunt eos
et ceciderunt multi vulnerati et resi-
dui fugerunt in montem
et acceperunt omnia spolia eorum
41 et conversae sunt nuptiae in luctum
et vox musicorum ipsorum in la-
mentum
42 et vindicaverunt vindicta sanguinem
fratris sui
et reversi sunt ad ripam Iordanis
43 et audivit Bacchides
et venit die sabbatorum usque ad
oram Iordanis in virtute multa
44 et dixit ad suos Ionathas

25 ~ uiros impios c | 26 praescrutabantur CΣΛ | 27 ~ die qua c | 29 inimicos + nostros c | gentis ΣΛΦc | 30 eligimus AC𝔡 | ~ hodie elegimus c | esse + pro eo c; + pro Z; ~ pro eo nobis esse Φ | in principem Zc | 33 in] ad CΣΛ | aquas CΣΛ | 35 et[1] + ionathas c. | commodarent c. | 36 madaba SMc; madabar C | 37 nuntiatum CΣΛ | et ducunt—nadaba *om.* A. | madaba Φc | filia AΣ. | 38 tegumen CΣΛ | 39 eleuauerunt c | eius[2] *om.* CΣΛ | 40 cum] ex c; de ΣΛZ | ~ uulnerati multi Zc | in montes c; in monte S. | 42 uindicta sanguinem CM𝔡] uindictam sanguinem SZ; uindicta sanguinis A(*vid.*)ΣΛΦ; uindictam sanguinis c𝔊 | 43 multa] magna c |

AC ΣΛSZMΦ c𝔡r

surgamus et pugnemus contra inimicos nostros
non est enim hodie sicut heri et nudius tertius
45 ecce enim bellum ex adverso
aqua vero Iordanis hinc et inde
et ripae et paludes et saltus et non est locus devertendi
3,50! Idc 10,12! 46 nunc ergo clamate in caelum ut liberemini de manu inimicorum vestrorum
et commissum est bellum
47 et extendit Ionatha manum suam percutere Bacchidem et devertit ab eo retro
48 et desiluit Ionathan
et transnataverunt ad eos Iordanem
49 et ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri et reversi sunt Hierusalem
50 et aedificaverunt civitates munitas in Iudaea
munitionem quae erat in Hiericho
et in Ammaum et in Bethoron et Bethel et Tamnatan et Phara et Thopo
muris excelsis et portis et seris
51 et posuit custodiam in eis ut inimicitias exercerent in Israhel
4,61; 6,26 52 et munivit civitatem Bethsuram et Gazara et arcem
1,35 et posuit in eis auxilia et adparatum escarum
53 et accepit filios principum regionis obsides
10,6 et posuit eos in arce in Hierusalem in custodia
54 et anno centesimo quinquagesimo tertio
mense secundo praecepit Alchimus destrui muros domus sanctae interioris
et destrui opera prophetarum et coepit destruere
55 in tempore illo percussus est Alchimus et inpedita sunt opera illius
et obclusum est os eius
et dissolutus est paralysin
nec ultra loqui potuit verbum et mandare de domo sua
56 et mortuus est Alchimus in tempore illo cum tormento magno
57 et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alchimus
et reversus est ad regem et siluit terra annis duobus
58 et cogitaverunt omnes iniqui dicentes
ecce Ionathas et qui cum eo sunt in silentio habitant confidentes
nunc ergo adducamus Bacchidem et conprehendet eos omnes in una nocte
59 et abierunt et consilium ei dederunt
60 et surrexit ut veniret cum exercitu multo
et misit occulte epistulas sociis suis qui erant in Iudaea
ut conprehenderent Ionathan et eos qui cum eo erant
sed non potuerunt quia innotuit eis consilium eorum
61 et adprehendit de viris regionis qui principes erant malitiae quinquaginta viros et occidit eos
62 et secessit Ionathas et Simon et qui cum eo erant in Bethbessi quae est in deserto
et struxit diruta eius et firmaverunt eam

AC ΣΛSZMΦ cr

45 diuertendi ASZc; reuertendi Σ. | 46 nostrorum CΛ | 47 ionathas ΣZMcr; ionathan Φ | diuertit CΣΛSZc | 48 dissiluit ZM; dissiliit c; desiliuit S; siluit ΣΛ | ionatha A; ionathas Mcr; + et qui cum eo erant in iordanem Zc𝔊 | 49 in ierusalem c | 50 munitione CΣΛZ | et[4] + in c | tamnata ΣΛc; tamnatam SMΦ | 52 gazaram Mc | 53 in custodiam ΣSc | 54 et[1] *om.* A | quinquagesimo + et AZ | 55 paralysi c | ~ potuit loqui Sc | 58 silentio] silo A. | confidenter c | eos *om.* CΣΛ | in[2] *om.* c | 60 in iudeam CΣΛ | 61 militiae CΣΛZMΦ; *om.* S | 62 erant *om.* AZr | bethbessen c. | et extruxit Φc |

63 et agnovit Bacchides
et congregavit universam multitudinem suam
et his qui de Iuda erant denuntiavit
64 et venit et castra posuit desuper a Bethbesse
et obpugnavit eam dies multos et fecit machinas
65 et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in civitate
et exiit in regionem
et venit cum numero
66 et percussit Odaren et fratres eius
et filios Phaseron in tabernaculo ipsorum
et coepit caedere et crescere in virtutibus
67 Simon vero et qui cum ipso erant
exierunt de civitate et succenderunt machinas
68 et pugnaverunt contra Bacchidem et contritus est ab eis
et adflixerunt eum valde
quoniam consilium eius et congressus eius erat inanis
69 et iratus contra viros iniquos qui ei consilium dederant ut veniret in regionem ipsorum
multos ex eis occidit
ipse autem cogitavit cum reliquis abire in regionem suam
70 et cognovit Ionathas et misit ad eum legatos
conponere cum ipso pacem et reddere ei captivitatem
71 et libenter accepit et fecit secundum verba eius
et iuravit nihil se ei facturum mali omnibus diebus vitae eius
10,33 72 et reddidit ei captivitatem quam prius erat praedatus de terra Iuda
et conversus abiit in terram suam
et non adposuit amplius venire in fines eius
73 et cessavit gladius ex Israhel
et habitavit Ionathas in Machemas
et coepit Ionathas ibi iudicare populum
et exterminavit impios ex Israhel
10 et anno centesimo sexagesimo
ascendit Alexander Antiochi filius qui cognominatus est Nobilis
et occupavit Ptolomaidam et receperunt eum et regnavit illic
2 et audivit Demetrius rex
et congregavit exercitum valde copiosum
et exivit obviam illi in proelium
3 et misit Demetrius ad Ionathan epistulam verbis pacificis ut magnificaret eum
4 dixit enim anticipemus pacem facere cum eo
priusquam faciat cum Alexandro adversus nos
5 recordabitur enim omnium quae fecimus in eum
et in fratrem eius et in gentem eius
6 et dedit ei potestatem congregandi exercitum et fabricare arma 9,53
et esse ipsum socium eius
et obsides qui erant in arce iussit tradi ei
7 et venit Ionathas in Hierusalem
et legit epistulas in auditu omnis populi et eorum qui in arce erant
8 et timuerunt timore magno
quoniam audierunt quod dedit ei rex in potestatem congregandi exercitum
9 et traditi sunt Ionathae obsides
et reddidit eos parentibus suis

63 cognouit 𝔠 | de iudaea CΣΛZ𝔠𝔟𝔯 | 64 a *om.* Z𝔠 | bethbessi M.; bethbessen 𝔠. | 65 ionathan C. | in ciuitatem CΣΛ | 66 eius *om.* CΣΛ | in tabernaculis 𝔠 | 68 congressio CΣΛ | 69 ipsorum + et AS | 70 ad eos AS. | ~ pacem cum ipso 𝔠 | 71 ~ se nihil facturum ei 𝔠. | 73 machmas Z𝔠 || **10**,2 ~ copiosum ualde 𝔠. | 3 ~ epistolam ad ionathan 𝔠. | 4 ~ facere pacem 𝔠 | 5 omnium] malorum Σ.; + malorum CΛΦ𝔠 | 6 fabrificare 𝔠. | 7 in[1] *om.* A | 8 in *om.* SZMΦ𝔠𝔟𝔯 |

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔟𝔯

10 et habitavit Ionathas in Hierusalem
et coepit aedificare et innovare civitatem
11 et dixit facientibus opera
13,10 ut struerent muros et montem Sion
in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem et ita fecerunt
12 et fugerunt alienigenae qui erant in munitionibus quas aedificaverat Bacchides
13 et reliquit unusquisque locum suum
et abiit in terram suam
14 tantum in Bethsuram remanserant aliqui ex his qui reliquerant legem et praecepta Dei
erat enim haec eis ad refugium
15 et audivit Alexander rex promissa quae promisit Demetrius Ionathae
et narraverunt ei proelia et virtutes quas ipse fecit et fratres eius
et labores quos laboraverunt
16 et ait numquid inveniemus aliquem virum talem
et nunc faciemus eum amicum et socium nostrum
17 et scripsit epistulam
et misit ei secundum haec verba dicens
18 rex Alexander fratri Ionathae salutem
19 audivimus de te quod vir potens viribus et aptus es ut sis amicus noster
11,27.57; 14,38.39 20 et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuae
et ut amicus regis voceris
et misit ei purpuram et coronam auream
ut quae nostra sunt sentias
et conserves amicitias ad nos
21 et induit se Ionathas stolam sanctam
septimo mense anno centesimo sexagesimo in die sollemni scenophegiae
et congregavit exercitum et fecit arma copiosa
22 et audivit Demetrius verba ista et contristatus est
et ait 23 quid hoc fecimus quod praeoccupavit nos Alexander
adprehendere amicitiam Iudaeorum ad munimen sui
24 scribam et ego illi verba deprecatoria
et dignitates et dona ut sit mecum in adiutorio
25 et scripsit in haec verba
rex Demetrius genti Iudaeorum salutem
26 quoniam servastis ad nos pactum
et mansistis in amicitia nostra
et non accessistis ad inimicos nostros audivimus et gavisi sumus
27 et nunc perseverate adhuc conservare ad nos fidem
et retribuemus vobis bona pro his quae fecistis nobiscum
28 et remittemus vobis praestationes multas
et dabimus vobis donationes
29 et nunc absolvo vos et omnes Iudaeos a tributis 11,35; 13,39
et pretia salis indulgeo
et coronas remitto 29.30: 11,34
et tertias seminis 30 et dimidiam partem fructus ligni quod est portionis meae
relinquo vobis ex hodierno et deinceps ne accipiatur a terra Iuda 11,28
et a tribus civitatibus quae additae sunt illi ex Samaria et Galilea 38
ex hodierna die et in totum tempus

AC ΣΛSZMΦ cr 11 operam CΣΛ | ut] et C. | extruerent Φc; instruerent Σ | 12 ~ bacchides aedificauerat c | 14 bethsura Mc | remanserunt c | ex eis CΣΛ | 16 faciamus CΛZ | 19 potens + sis c | es] est Σ.; + et C. | 20 ~ uoceris regis MΦc | ut[2]] et MΦc | sentias + nobiscum MΦc | 21 stola sancta c | 22 est + nimis Φc | 24 illis c; ei Λ | sint c. | in adiutorium ΣΛc | 25 scripsit + eis c.; + ei Z | 29 tertiam CΣΛ | 30 mediam partem CΣΛSZr; media A. | hodierno[1] + die c | ne] nec A | hodierno[2] CΣΛ | totum] notum CΣΛ |

15.7 [31]et Hierusalem sit sancta et libera cum finibus suis
et decimae et tributa ipsius sint
[32]remitto etiam potestatem arcis quae est in Hierusalem
et do eam summo sacerdoti
et constituat in ea viros quoscumque ipse elegerit qui custodiant eam
9.72 [33]et omnem animam Iudaeorum quae captiva est a terra Iuda
in omni regno meo relinquo liberam gratis
ut omnes a tributis resolvantur etiam pecorum suorum
[34]et omnes dies sollemnes et sabbata et neomeniae et dies decreti
et tres dies ante diem sollemnem
et tres post diem sollemnem
sint omnes inmunitatis et remissionis omnibus Iudaeis qui sunt in regno meo
[35]et nemo potestatem agere aliquid habeat et movere negotii adversus aliquem eorum in omni causa
13.40 [36]et ut adscribantur ex Iudaeis in exercitu regis ad triginta milia virorum
et dabuntur illis copiae ut oportet omnibus exercitibus regis
et ex ipsis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni
[37]et ex his constituentur supra negotia regni quae aguntur ex fide
et principes sint ex eis
et ambulent legibus suis
sicut praecepit rex in terra Iuda
30 [38]et tres civitates quae additae sunt Iudaeae ex regione Samariae cum Iudaea reputentur
ut sint sub uno et non oboediant aliae potestati nisi summi sacerdotis
[39]Ptolomaidam et confines eius
quas dedi donum sanctis qui sunt in Hierusalem
ad necessarios sumptus sanctorum
[40]et ego singulis annis dabo quindecim milia siclorum argenti de rationibus regis quae me contingunt
[41]et omne quod reliquum fuit
quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus
ex hoc dabunt in opera domus
[42]et super haec quinque milia siclorum argenti
quae accipiebant de sanctorum ratione per singulos annos
et haec ad sacerdotes pertineant qui ministerio funguntur
[43]et quicumque fugerint in templum quod est in Hierosolymis et in omnibus finibus eius
obnoxios regi in omni negotio dimittatis
et universa quae sunt eis in regno meo libera habeant
[44]et ad aedificanda vel restauranda opera sanctorum
sumptus dabuntur de ratione regis
[45]et ad extruendos muros Hierusalem et communiendos in circuitu
sumptus dabuntur de ratione regis
et ad construendos muros in Iudaea
[46]ut audivit autem Ionathas et populus sermones istos 7.11
non crediderunt eis nec receperunt eos
quia recordati sunt malitiae magnae quam fecerat in Israhel
et tribulaverat eos valde
[47]et conplacuit eis in Alexandrum

31 decimas CΣΛ. | 32 et[2]] ut ΣΛZc | quosque ΣΛ; quos C. | 33 captiuata CΣΛ. | soluantur MΦc | 34 tres[2] + dies c | 35 habebit CΣΛZΦcr | ~ potestatem habebit agere aliquid CΣΛr; ~ hab. potest. agere aliquid ZΦc | negotia CΣΛc | eorum] illorum c | 36 ut[1] *om.* c | scribantur CΣΛ | ipsis] eis c. | 37 super ΣΛc | in legibus Zc | 38 iudae CΣΛS | et sint CΣΛ.; ut sit A | alii c. | 39 ptolemaida c. | 40 do singulis annis Zc | milia *om.* CΣΛZ | 41 fuerit c | 43 confugerit Z; confugerint c; fuerint AΣ. | in[2] *om.* SZc | obnoxius SZMΦ; obnoxii c | dimittantur c; dimittat eis ΣΛ. | libere A. | 44 ad *om.* AMΦ | 46 fecerant CΣΛ | tribulauerant C; tribulauerunt ΣΛ |

AC ΣΛSZMΦ cðr

quia ipse fuerat eis princeps sermo-
num pacis
et ipsi auxilium ferebant omnibus
diebus
48 et congregavit Alexander rex exer-
citum magnum
et admovit castra ad Demetrium
49 et commiserunt proelium reges
et fugit exercitus Alexandri
et insecutus est eum Demetrius et
incubuit super eos
50 et invaluit proelium nimis donec
occidit sol
et cecidit Demetrius in illa die
51 et misit Alexander ad Ptolomeum
regem Aegypti legatos secundum
haec verba dicens
52 quoniam ingressus sum in regnum
meum
et sedi in sede patrum meorum et
obtinui principatum et contrivi
Demetrium
et possedi regionem nostram
53 et commisi cum eo pugnam et con-
tritus est ipse et castra eius a no-
bis
et sedimus in sede regni eius
54 et nunc statuamus ad invicem ami-
citiam
et da mihi filiam tuam uxorem
et ero gener tuus
et ipsi dignitatem
55 et respondit Ptolomeus rex dicens
felix dies in qua reversus es ad ter-
ram patrum tuorum
et sedisti in sede regni eorum
56 et nunc faciam tibi quae scripsisti
sed occurre Ptolomaidae ut videa-
mus nos invicem
et spondeam tibi sicut dixisti
57 et exiit Ptolomeus de Aegypto Est 11,1
ipse et Cleopatra filia eius et venit
Ptolomaidae
anno centesimo sexagesimo secundo
58 et occurrit ei Alexander rex 11,2
et dedit ei Cleopatram filiam suam
et fecit nuptias eius Ptolomaidae sic-
ut reges in magna gloria
59 et scripsit rex Alexander Ionathae ut
veniret obviam sibi
60 et abiit cum gloria Ptolomaidem 11,24
et occurrit ibi duobus regibus
et dedit illis argentum multum et
aurum et dona
et invenit gratiam in conspectu eo-
rum
61 et convenerunt adversus eum viri 1,12; 6,21; 7,5; 9,23
pestilentes ex Israhel
viri iniqui interpellantes adversus
eum
et non intendit ad eos rex
62 et iussit expoliari Ionathan vesti-
mentis suis et induit eum purpura
et ita fecerunt
et conlocavit eum rex sedere se-
cum
63 dixitque principibus
exite cum eo in medio civitatis
et praedicate ut nemo interpellet ad-
versus eum de ullo negotio
nec quisquam ei molestus sit de ulla
ratione
64 et factum est ut viderunt qui inter-
pellabant gloriam eius quae prae-
dicabatur et opertum eum purpura
fugerunt omnes
65 et magnificavit eum rex
et scripsit eum inter primos amicos
et posuit eum ducem et participem
principatus

AC ΣΛSZMΦ c𝔟𝔯

48 ~ rex alexander MΦc | ad] contra Zc | 49 proelium + duo c𝔊 | alexandri] demetrii c | est *om.* A | demetrius] alexander c | 50 ~ die illa c. | 52 regressus Zc | in sedem AΛS. | 53 ~ pugnam cum eo c. | 54 et[3] + ego c. | et[4] + dabo tibi dona et CΣΛΦc𝔯; + dabo tibi et Z. | dignitatem] digna te c. | 55 ~ rex ptolemaeus c | in quo CΣΛ | 56 quae] quod c. | occurre + mihi c | ptolomaidem MΦ; ptolomaida C; ptolomaidam ΣΛc𝔟 | ~ inuicem nos c. | et expon-deam CΣΛ. | 57 ptolemaidam c; ptolomaidem M | 60 ptolemaidam Zc | 62 spoliari SZΦc; spoliare M. | uestibus c. | indui ASc𝔯 | 63 principibus + suis c | in medium Zc | ~ aduersus eum interpellet c. |

16.10 66 et reversus est Ionathan in Hierusalem cum pace et laetitia
67 in anno centesimo sexagesimo quinto
venit Demetrius filius Demetrii a Creta in terram patrum suorum
68 et audivit Alexander rex
et contristatus est valde
et reversus est Antiochiam
3,10; II Mcc 3,5; 4,4 69 et constituit Demetrius Apollonium qui praeerat Coelesyriae
et congregavit exercitum magnum
et accessit ad Iamniam
et misit ad Ionathan summum sacerdotem 70 dicens
Ier 20,7! tu solus resistis nobis
ego autem factus sum in derisum et in obprobrium
propterea quia tu potestatem exerces in montibus
71 nunc ergo si confidis in virtutibus tuis descende ad nos in campum
et conparemus illic invicem quia mecum est virtus bellorum
72 interroga et disce qui sim ego
et ceteri qui auxilio sunt mihi qui et dicunt
quia non potest stare pes vester ante faciem nostram
quia bis in fugam conversi sunt patres tui in terra sua
73 et nunc quomodo poteris sustinere equitatum exercitum tantum
in campo ubi non est lapis neque saxum neque locus fugiendi
74 ut audivit autem Ionathas sermones Apollonii motus est animo
et elegit decem milia virorum
et exiit ab Hierusalem
et concurrit ei Simon frater eius in adiutorium
75 et adplicuerunt castra in Ioppen
et exclusit eum a civitate quia custodia Apollonii Ioppe erat
et obpugnavit eam
76 et exterriti qui erant intra civitatem aperuerunt ei
et obtinuit Ionathas Ioppen
77 et audivit Apollonius et admovit tria milia equitum et exercitum multum
78 et abiit Azotum tamquam iter faciens
et statim exiit in campum
eo quod haberet multitudinem equitum et confideret in eis
et insecutus est eum Ionathas in Azotum
et proelium commiserunt
79 et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occulte
80 et cognovit Ionathas quoniam sunt insidiae post se
et circuierunt castra eius a mane usque ad vesperam
81 populus autem stabat sicut praecepit Ionathas
et laboraverunt equi eorum
82 et eiecit Simon exercitum suum
et commisit contra legionem
equites enim fatigati erant
et contriti sunt ab eo et fugerunt
83 et qui dispersi sunt in campum fugerunt in Azotum
et intraverunt in Bethdagon idolum suum ut se liberarent
84 et succendit Ionathas Azotum et civitates quae erant in circuitu eius 16,10
et accepit spolia eorum
et templum Dagon et eos qui fugerunt in illud succendit igni

AC ΣΛSZMΦ cΦr

66 ionatha AS.; ionathas ZMΦcΦ | 69 demetrius + rex c. | apollonium + ducem c | 70 exerces] *praem.* aduersum nos c.; + aduersum nos Φ | 71 si *om.* A. | confides ACΛZ | 72 quis sim SΦ; quis sum Mc | in fuga C | 73 exercituum A; et exercitum SZΦc | 74 occurrit c | 75 et exclusit—ioppe erat *om.* A. | 76 in ciuitate c. | 77 equitum] equitatum CΣΛ | 78 equitum] equitatum CΣΛZ | ~ commiserunt proelium c. | 80 ~ insidiae sunt c. | eius + et iecerunt iacula in populum Zc𝔊 | 81 praeceperat c. | 83 per campum c. | ut + ibi c | 84 eos] omnes c. |

85 et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succensi sunt fere octo milia virorum
86 et movit inde Ionathas castra et adplicuit ea Ascalona
et exierunt de civitate obviam illi in magna gloria
87 et reversus est Ionathas in Hierusalem cum suis habentibus spolia multa
88 et factum est ut audivit Alexander rex sermones istos
addidit adhuc glorificare Ionathan
11,58! 89 et misit ei fibulam auream
sicuti est consuetudo dari cognatis regum
et dedit ei Accaron et omnes fines eius in possessionem

11 et rex Aegypti congregavit exercitum sicut harena quae est circa ora maris et naves multas
et quaerebat obtinere regnum Alexandri dolo
et addere illud regno suo
2 et exiit in Syriam verbis pacificis
10,58 et aperiebant ei quia mandaverat Alexander rex exire ei obviam
eo quod socer suus esset
3 cum introiret autem civitatem Ptolomeus ponebat custodias militum in singulis civitatibus
4 et ut adpropiavit Azoto ostenderunt ei templum Dagon succensum
et Azotum et cetera eius demolita et corpora proiecta
et eorum qui caesi erant in bello tumulos quos fecerat secus viam
5 et narraverunt regi quia haec fecit Ionathas ut invidiam facerent ei
et tacuit rex
6 et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria
et invicem se salutaverunt et dormierunt illic
7 et abiit Ionathas cum rege usque ad fluvium qui vocatur Eleutherus
et reversus est Hierusalem
8 rex autem Ptolomeus obtinuit dominium civitatum usque Seleuciam maritimam
et cogitabat in Alexandrum consilia mala
9 et misit legatos ad Demetrium dicens
veni conponamus inter nos pactum
et dabo tibi filiam meam quam habet Alexander
et regnabis in regno patris tui
10 paenituit enim me quod dederim illi filiam meam
quaesivit enim me occidere
11 et vituperavit eum propterea quod concupierat regnum eius
12 et abstulit filiam suam et dedit eam Demetrio
et abalienavit se ab Alexandro
et manifestae factae sunt inimicitiae eius
13 et intravit Ptolomeus Antiochiam
et inposuit duo diademata capiti suo Aegypti et Asiae
14 Ptolomeus autem rex erat in Cilicia illis temporibus
quia rebellabant qui erant in locis illius
15 et audivit Alexander et venit ad eum in bello
et produxit Ptolomeus rex exercitum
et occurrit ei in manu valida
et fugavit eum
16 et fugit Alexander in Arabiam ut ibi protegeretur
rex autem Ptolomeus exaltatus est

AC ΣΛSZMΦ cr

86 ascalonem c. | 89 est *om.* Λ.; ~ consuetudo est c. || **11**,1 harenam ACΛSZ | quae est *om.* C. | circa oram ΣΛSMc | multae CΣ; multus Λ. | 2 ei + ciuitates et occurrebant ei Zc, *cf.* 𝔊 | 3 ~ autem introiret c | 4 succensum + igni c | fecerant SZMc | 5 faceret C | 7 est + in Zc | 9 pactum] pacem Λ. | 10 paenitet ΛSMc | 12 alienauit ΣΛZΦc | manifestatae sunt c. | 13 duo *om.* C | 14 ptolomeus] alexander Zc𝔊 | illius ACΣ] illis *cet.* | 15 in bellum Mc | 16 in arabia AZ |

17 et abstulit Gaddihel Arabs caput
Alexandri et misit Ptolomeo
18 et rex Ptolomeus mortuus est in die
tertia
et qui erant in munitionibus perie-
runt ab his qui erant intra castra
19 et regnavit Demetrius anno centesi-
mo sexagesimo septimo
20 in diebus illis congregavit Ionathas
eos qui erant in Iudaea
ut expugnarent arcem quae est in
Hierusalem
et fecerunt contra eam machinas
multas
21 et abierunt quidam qui oderant gen-
tem suam viri iniqui ad regem
et renuntiaverunt ei quod Ionathas
obsideret arcem
22 et ut audivit iratus est
et statim venit Ptolomaidam
et scripsit Ionathae ne obsideret
sed occurreret sibi ad conloquium
festinato
23 ut audivit autem Ionathas iussit ob-
sideri
et elegit de senioribus Israhel et de
sacerdotibus et dedit se periculo
10,60 24 et accepit aurum et argentum et
vestem et alia xenia multa
et abiit ad regem Ptolomaidae
et invenit gratiam in conspectu eius
25 et interpellabant adversus eum qui-
dam iniqui ex gente sua
26 et fecit ei rex sicut fecerant ei qui
ante ipsum fuerant
et exaltavit eum ante conspectu
amicorum omnium
57; 10,20; 14,38.39 27 et statuit ei principatum sacerdotii
et quaecumque alia habuit prius
pretiosa
et fecit eum principem amicorum
28 et postulavit Ionathas a rege
ut inmunem faceret Iudaeam topar- 10,30
cias id est et Samariam
et promisit ei talenta trecenta
29 et consensit rex
et scripsit Ionathae epistulas de his
omnibus hunc modum continentes
30 rex Demetrius Ionathae fratri salu-
tem et genti Iudaeorum
31 exemplum epistulae quam scripsi-
mus Lastheni parenti nostro de
vobis misimus ad vos ut sciretis
32 rex Demetrius Lastheni parenti sa-
lutem
33 genti Iudaeorum amicis nostris et
conservantibus quae iusta sunt
apud nos
decrevimus benefacere propter be-
nignitatem ipsorum quam erga nos
habent
34 statuimus ergo illis omnes fines 10,29.30
Iudaeae
et tres civitates Lyddam et Rama-
thae quae additae sunt Iudaeae ex
Samaria
et omnes confines earum
sequestra omnibus sacrificantibus
in Hierosolymis
pro his quae ab eis rex accipiebat
per singulos annos
et pro fructibus terrae et pomorum
35 et alia quae ad nos pertinebant de- 10,29
cimarum et tributorum
ex hoc tempore remittimus eis 13,39
et areas salinarum et coronas quae
nobis deferebantur
36 omnia ipsis concedimus
et nihil horum irritum erit ex hoc et
in omne tempus

17 zabdiel ϲ.; zamdiel Z. | 18 tertio CΣΛ. | 21 regem + demetrium Sϲ | 22 uenit + ad ϲ. | obsideret + arcem ϲ | 23 obsidere ZΦϲ | 24 ptholomaidem A; ptolemaidam ϲ; ptolomaidi Λ. | 26 ipsum] eum ϲ | ante conspectum ΣΛSZMΦ; in conspectu ϲ | ~ omnium amicorum MΦϲ; + suorum ϲ.; + eius Φ | 28 facerent CΣΛ. | toparciam id est et samariam CΣΛ; toparcias id est samariam S𝔟; ~ id est tres toparthias et samariam Z; ~ et tres toparcias id est samariam et confines eius ϲ | 30 ~ fratri ionathae ϲ | 34 statuamus A.; statuemus S | illis *om.* Σ; ~ illis ergo CΛ | lydan ϲ | ramathan ϲ. | sequestrari ϲ | rex prius accipiebat Z; ~ prius accipiebat rex ϲ. |

AC
ΣΛSZMΦ
ϲ𝔟r

37 nunc ergo curate facere horum exemplum et detur Ionathae
et ponatur in monte sancto in loco celebri
38 et vidit Demetrius rex quod siluit terra in conspectu suo et nihil ei resistit
dimisit totum exercitum suum
unumquemque in locum suum
6,29 excepto peregrino exercitu quem contraxit ab insulis gentium
et inimici erant ei omnis exercitus patrum eius
39 Tryfon autem erat quidam partium Alexandri prius
et vidit quoniam omnis exercitus murmurat contra Demetrium
et iit ad Emalcuhel Arabum
qui nutriebat Antiochum filium Alexandri
40 et adsidebat ei ut traderet eum ipsi
ut regnaret loco patris sui
et enuntiavit ei quanta fecit Demetrius
et inimicitias exercituum eius adversum illum
et mansit illic diebus multis
41 et misit Ionathas ad Demetrium regem
ut eicerent eos qui in arce erant in Hierusalem
et qui in praesidiis erant
quia inpugnabant Israhel
42 et misit Demetrius ad Ionathan dicens
non haec tantum faciam tibi et genti tuae
sed gloria inlustrabo te et gentem tuam cum fuerit oportunum
43 nunc ergo recte feceris
si miseris viros in auxilium
quia discessit omnis exercitus meus
44 et misit ei Ionathas tria milia virorum fortium Antiochiam
et venerunt ad regem
et delectatus est rex in adventu eorum
45 et convenerunt qui erant de civitate centum viginti milia virorum
et volebant interficere regem
46 et fugit rex in aulam
et occupaverunt qui erant de civitate itinera civitatis et coeperunt pugnare
47 et vocavit rex Iudaeos in auxilium
et convenerunt omnes simul ad eum
et dispersi sunt omnes per civitatem
48 et occiderunt in illa die centum milia hominum
et succenderunt civitatem
et ceperunt spolia multa in illa die
et liberaverunt regem
49 et viderunt qui erant de civitate quod obtinuissent Iudaei civitatem sicut volebant
et infirmati sunt mente sua
et clamaverunt ad regem cum precibus dicentes
50 da nobis dextras
et cessent Iudaei obpugnantes nos et civitatem
51 et proiecerunt arma et fecerunt pacem
et glorificati sunt Iudaei in conspectu regis
et in conspectu omnium qui erant in regno eius
et nominati sunt in regno
et regressi sunt in Hierusalem habentes spolia multa
52 et sedit Demetrius rex in sede regni sui
et siluit terra in conspectu eius

AC ΣΛSZMΦ cΦr
38 uidens c | contradixit A.; traxit MΦ | omnes Mc | 39 murmurabat c | arabem c | 40 in loco A | illic] ibi c | 41 eiceret ΣΛMΦc | 43 in auxilium mihi uiros c. | 46 qui erant – coeperunt *om.* A.; qui erant *om.* C. | 48 ~ die illa² Ac | 49 qui erant *om.* C. | 50 oppugnare c | 51 arma + sua c | regis – conspectu² *om.* CΣΛ | nominati] dominati CΣΛ | 52 in sedem A |

53 et mentitus est omnia quaecumque
dixit
et alienavit se ab Ionathan
et non retribuit ei secundum bene-
ficia quae sibi tribuerat
et vexabat eum valde
54 post haec autem reversus est Tryfon
et Antiochus cum eo puer adules-
cens
et regnavit et inposuit diadema
55 et congregati sunt ad eum omnis
exercitus quos disperserat Demetri-
us
et pugnaverunt contra eum et fugit
et terga vertit
56 et accepit Tryfon bestias et obtinuit
Antiochiam
57 et scripsit Antiochus adulescens
Ionathae dicens
27; 10,20; 14,38.39 constituo tibi sacerdotium
et constituo te super quattuor civi-
tates ut sis de amicis regis
58 et misit illi vasa aurea et ministe-
rium
et dedit ei potestatem bibendi in auro
et esse in purpura
10,89; 14,44 et habere fibulam auream
59 et Simonem fratrem eius constituit
ducem a terminis Tyri usque ad
fines Aegypti
60 et exiit Ionathas et perambulabat
trans flumen civitates
et congregatus est ad eum omnis
exercitus Syriae in auxilium et venit
Ascalona
et occurrerunt ei de civitate honori-
fice
61 et abiit inde Gazam
et concluserunt se qui erant Gazae et
obsedit eam
et succendit quae in circuitu erant
civitates
et praedatus est eas
62 et rogaverunt Gazenses Ionathan 66
et dedit illis dextram
et accepit filios eorum obsides
et misit illos in Hierusalem
et perambulavit regionem usque Da- 12,32
mascum
63 et audivit Ionathas quia praevari- 12,24
cati sunt principes Demetrii in
Cades quae est in Galilea cum ex-
ercitu multo
volentes eum removere a negotio
regni 64 et occurrit illis
fratrem autem suum Simonem reli-
quit intra provinciam
65 et adplicuit Simon ad Bethsuram
et expugnabat eam diebus multis et
conclusit eos
66 et postulaverunt ab eo dextras acci- 62
pere
et dedit illis
et eiecit eos inde
et cepit civitatem
et posuit in ea praesidium
67 et Ionatha et castra eius adplicue-
runt ad aquam Gennesar
et ante lucem vigilaverunt in cam-
pum Asor
68 et ecce castra alienigenarum occurre-
bant in campo
et tendebant ei insidias in montibus
ipse autem occurrit ex adverso
69 insidiae vero exsurrexerunt de locis
suis
et commiserunt proelium
70 et fugerunt qui erant ex parte Iona-
thae omnes
et nemo relictus est ex eis
nisi Matthathias filius Absolomi
et Iudas filius Chalfi princeps mili-
tiae exercitus
71 et scidit Ionathas vestimenta sua 3,47! 4,39!

53 abalienauit Sϲ | ionatha SMℭ; ionathae Φ. | 54 post hoc CΣΛ. | posuit A.; + sibi SMϲ | 55 omnes Sϲ | 58 et²] in ϲ | in purpuram ACΣΛ | 60 ascalone Φ; ascalonem SMϲ; ascalonia Λ. | ~ honorifice de ciuitate ϲ. | 61 inde] in CΣΛ | succendit + ea A. | ~ erant in circuitu ϲ | ciuitatis SZMϲ | eas] ea Mϲ; eam Z | 63 quia] quod ϲ. | 66 cepit] accepit CΣΛ | 67 ionathas ΣΛMℭ | in campo ϲ |

AC ΣΛSZMΦ ℭr

II Mcc 10,25 et posuit terram in capite suo et
oravit
72 et reversus est ad eos in proelium
et convertit illos et pugnaverunt
73 et viderunt qui fugiebant partis illius
et reversi sunt ad eum
et insequebantur cum eo usque Cades ad castra sua
et pervenerunt usque illuc
74 et ceciderunt de alienigenis in die illa
tria milia virorum
et regressus est Ionatha in Hierusalem
12 et vidit Ionathas quia tempus eum iuvat
et elegit viros et misit Romam
statuere et renovare cum eis amicitiam
2 et ad Spartas et ad alia loca misit
epistulas secundum eandem formam
16! 8,19.20; 15,17 3 et abierunt Romam et intraverunt in
curiam
et dixerunt
Ionathas summus sacerdos et gens Iudaeorum miserunt nos
ut renovetis amicitiam et societatem secundum pristinam
4 et dederunt illis epistulas ad ipsos
per loca
ut deducerent eos in terram Iuda cum pace
5 et hoc exemplum epistularum quas
scripsit Ionathas Spartiatis
6 Ionathas summus sacerdos et seniores gentis
et sacerdotes et reliquus populus Iudaeorum Spartiatis fratribus salutem
7 iam pridem missae erant epistulae
ad Onian summum sacerdotem a
Dario qui regnabat apud vos
quoniam estis fratres nostri sicut rescriptum continet quod subiectum est
8 et suscepit Onias virum qui fuerat
missus cum honore
et accepit epistulas in quibus significabatur de societate et amicitia
9 nos cum nullo horum indigeremus
habentes solacio sanctos libros qui Rm 15,4
sunt in manibus nostris
10 maluimus mittere ad vos renovare 16!
fraternitatem et amicitiam ne forte alieni efficiamur a vobis
multa enim tempora transierunt ex quo misistis ad nos
11 nos ergo in omni tempore sine intermissione
in diebus sollemnibus et ceteris quibus oportet
memores sumus vestri in sacrificiis
quae offerimus et observationibus
sicut fas est et decet meminisse fratrum
12 laetamur itaque de gloria vestra
13 nos autem circumdederunt multae
tribulationes et multa proelia
et inpugnaverunt nos reges qui sunt in circuitu nostro
14 noluimus ergo vobis molesti esse
neque ceteris sociis et amicis nostris in his proeliis
15 habuimus enim de caelo auxilium Ps 56,4
et liberati sumus nos et humiliati sunt inimici nostri
16 elegimus itaque Numenium Antiochi 14,22
et Antipatrum Iasonis filium et misimus ad Romanos
renovare cum eis amicitiam et so- 3! 10; 8,17; 14,18; 15,17
cietatem pristinam
17 mandavimus itaque eis ut veniant

AC ΣΛSZMΦ cbr

72 est + ionathas c | illos] eos in fugam c. | 73 qui] quia A | eo + omnes c. | illic CΣΛM | 74 tria] quattuor A | regressi sunt ΣΛ.; reuersus est MΦc | ionatha AZ] ionathan C; ionathas *cet.*; + et qui cum eo erant ΣΛ. || **12**,1 et[2] *om.* Φc | misit + eos c | amicitias C | 2 spartiatas Zc | 3 in *om.* Ac | renouaremus c. | pristinum ZMΦc | 4 in terra SZ; ad terram CΣΛ | iudam C | 5 hoc + est c | 7 a dario] ab ario c.𝔊 | 8 ~ missus fuerat Σc; missus est Λ. | 9 solacia CΣΛZ | 11 et[2] + in Zc | 16 antiochi + filium c. | antipatrem c. |

etiam ad vos et salutent vos
ut reddant vobis epistulas nostras de
innovatione fraternitatis nostrae
18 et nunc bene facietis respondentes
nobis ad haec
19 et hoc rescriptum epistularum quod
miserat Onias 20 rex Spartiarum
Onias Ionathae sacerdoti magno
salutem
21 inventum est in scriptura de Spartia-
tis et Iudaeis
quoniam sunt fratres et quia sunt de
genere Abraham
22 et nunc ex quo haec cognovimus
bene facitis scribentes nobis de pace
vestra
23 sed et nos rescripsimus vobis
pecora nostra et possessiones nos-
trae vestrae sunt
et vestra nostra
mandavimus itaque haec nuntiari
vobis
11,63 24 et audivit Ionathas quoniam egressi
sunt principes Demetrii cum exer-
citu multo
supra quam prius pugnare adversus
eum
25 et exiit ab Hierusalem et occurrit eis
in Amathite regione
non enim dederat eis spatium ut in-
grederentur regionem eius
5,38 26 et misit speculatores in castra eo-
rum
et reversi renuntiaverunt
quia constituunt supervenire illis
nocte
27 cum occidisset autem sol praecepit
Ionathas suis vigilare
et esse in armis paratos ad pugnam
tota nocte
et posuit custodes per circuitum
castrorum
28 et audierunt adversarii quia paratus
est Ionathas cum suis in bello
et timuerunt et formidaverunt corde
suo
et accenderunt focos in castris suis
29 Ionathas autem et qui cum eo erant
non cognoverunt usque mane
videbant enim lumina ardentia
30 et secutus est Ionatha et non conpre-
hendit eos
transierant enim flumen Eleutherum
31 et divertit Ionathas ad Arabas qui
vocantur Zabadei
et percussit eos et accepit spolia eo-
rum
32 et iunxit et venit Damascum 11,62
et perambulavit omnem regionem
illam
33 Simon autem exiit et venit usque ad
Ascalona et ad proxima praesidia
et declinavit in Ioppen et occupavit
eam
34 audivit enim quod vellent praesidium
tradere partibus Demetrii
et posuit ibi custodes ut custodirent
eam
35 et reversus est Ionathas 35.36: 13,33
et convocavit seniores populi
et cogitavit cum eis aedificare prae-
sidia in Iudaea
36 et aedificare muros in Hierusalem
et exaltare altitudinem magnam inter 13,49
medium arcis et civitatis
ut separaret eam a civitate
ut esset ipsa singulariter
et neque emant neque vendant
37 et convenerunt ut aedificarent civi-
tatem
et cecidit murus qui erat super tor-
rentem ab ortu solis

AC
ΣΛSZMΦ
𝔠𝔡r

17 ut²] et SZMΦ𝔠𝔡 | 19 hoc + est c. | oniae c., *cf.* 𝔊 | 20 arius rex c., *cf.* 𝔊 | spartiatarum SZMΦ𝔠𝔡 | onias ionathae] oniae c. | 21 quia] quod c. | 23 et uestrae nostrae ZMΦc | mandamus AZ | nuntiare AΛS; renuntiare Σ. | 24 regressi Zc | 26 quia] quod c. | 28 quia] quod c. | in corde Zc | 29 enim] autem c | luminaria ZΦc | 30 est + eos c | ionathas Mc | 31 deuertit AMΦr | 32 perambulabat c | 33 ad ascalon AΣΛ; ad ascalonem c; ad ascalonam Z | 35 ionathan CΛ | 36 altitudine magna CΣΛZM. |

et reparavit eum qui vocatur Caphetetha
38 et Simon aedificavit Adiada in Sephela
et munivit eam et inposuit portas et seras
13,31 39 et cum cogitasset Tryfon regnare Asiae et adsumere diadema
et extendere manum in Antiochum regem
40 timens ne forte non permitteret eum Ionathas
sed pugnaret adversus eum
quaerebat conprehendere eum et occidere
et exsurgens abiit in Bethasan
41 et exiit Ionathas obviam cum quadraginta milibus virorum electorum in proelium
et venit Bethasan
42 et vidit Tryfon quia venit cum exercitu multo
ut extenderet in eum manus
et timuit 43 et excepit eum cum honore
et commendavit eum omnibus amicis suis
et dedit ei munera
et praecepit exercitibus suis ut oboedirent ei sicut sibi
44 et dixit Ionathae
Ios 7,3 ut quid vexasti universum populum cum bellum nobis non sit
45 et nunc remitte eos in domos suas
elige autem tibi viros paucos qui tecum sint et veni mecum Ptolomaidam
et tradam illam tibi
et reliqua praesidia et exercitum
et universos praepositos negotii
et conversus abibo
propterea enim veni
46 et credidit ei et fecit sicut dixit
et dimisit exercitum et abierunt in terram Iudam
47 retinuit autem secum tria milia virorum
ex quibus remisit in Galileam duo milia
mille autem cum eo venerunt
48 ut intravit autem Ionathas Ptolomaidam
cluserunt portas Ptolomenses et conprehenderunt eum
et omnes qui cum eo intraverant gladio interfecerunt
49 et misit Tryfon exercitum et equites in Galileam et in campum magnum
ut perderent omnes socios Ionathae
50 at illi cum cognovissent quia conprehensus est et periit et omnes qui cum eo erant
hortati sunt semet ipsos
et exierunt parati in proelium
51 et videntes hii qui insecuti fuerant quia pro anima res est illis reversi sunt
52 illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda
et planxerunt Ionathan et eos qui cum eo fuerant valde
et luxit Israhel luctu magno 2,70! 13,26
53 et quaesierunt omnes gentes quae erant in circuitu eorum perdere eos 13,6
dixerunt enim 54 non habent principem et adiuvantem
nunc ergo expugnemus illos
et tollamus de hominibus memoriam eorum
13 et audivit Simon quod congregavit Tryfon exercitum copiosum
ut veniret in terram Iuda et adtereret eam
2 videns quia in tremore populus est

AC ΣΛSZMΦ cbr
38 posuit ΛΛ. | 39 extenderet AZ. | 40 bethsan ΛΣZc | 41 obuiam + illi c. | uenit + in CΣΛ | bethsan ΛΣZc | 42 uenit + ionathas Φc | et² *om.* c | 45 sint] sunt Λ | illam] eam CΣΛc; ~ tibi illam A | et exercitum] exercituum C | 46 iuda ASZcbr | 47 ~ uenerunt cum eo c. | 48 ~ autem intrauit ptolemaidam ionathas c. | portas + ciuitatis c. | 49 et³ *om.* CΣΛ | 50 at] et CΣΛ | est + ionathas c | 52 eo] ipso Zc | 53 perdere] conterere SMΦcb | 54 memoria C ||

et timore
ascendit Hierusalem et congregavit populum
3 et adhortans dixit
vos scitis quanta ego et fratres mei et domus patris mei
fecimus pro legibus et pro sanctis proelia
et angustias quales vidimus
4 horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israhel
et relictus sum ego solus
5 et nunc non mihi contingat parcere animae meae in omni tempore tribulationis
non enim melior sum fratribus meis
6 vindicabo itaque gentem meam et sancta
natosque vestros et uxores
12,53 quia congregatae sunt universae gentes
conterere nos inimicitiae gratis
7 et accensus est spiritus populi simul ut audivit sermones istos
8 et responderunt voce magna dicentes
tu es dux noster loco Iudae et Ionathae fratris tui
9 pugna proelium nostrum
et omnia quaecumque dixeris nobis faciemus
10 et congregans omnes viros bellatores
10,11; 14,37 adceleravit consummare omnes muros Hierusalem et munivit eam in gyro
11 et misit Ionathan filium Absalomi
et cum eo exercitum novum in Ioppen
et eiectis his qui erant in ea mansit
illic ipse
12 et movit Tryfon a Ptolomaida cum exercitu multo
ut veniret in terram Iuda
et Ionatha cum eo in custodia
13 Simon autem adplicuit in Addus contra faciem campi
14 et ut cognovit Tryfon quia surrexit Simon in loco Ionathae fratris sui
misit ad eum legatos 15 dicens
pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis detinuimus eum
16 et nunc mitte argenti talenta centum
et duos filios eius obsides ut non dimissus fugiat a nobis
et remittemus eum
17 et cognovit Simon quia cum dolo loquitur secum
iussit tamen dari argentum et pueros
ne inimicitiam magnam sumeret ad Israhel populum dicentem
18 quia non misit argentum et pueros propterea periit
19 et mentitus est et non dimisit Ionathan
20 et post haec venit Tryfon intra regionem ut contereret eam
et gyraverunt per viam quae ducit Ador
et Simon et castra eius ambulabant in omnem locum quocumque ibant
21 qui autem in arce erant miserunt ad Tryfonem legatos
ut festinaret venire per desertum et mitteret illis alimonias
22 et paravit Tryfon omnem equitatum ut veniret illa nocte
erat autem nix valde multa et non venit in Galaditin

13,2 timor CΣΛ; in timore Z𝔠 | in hierusalem CΣΛ | 6 natos quoque nostros 𝔠 | gratia Z𝔠 | 10 omnes] uniuersos 𝔠. | 11 ionatha CΣΛ | absolomoni Λ. | remansit 𝔠. | 12 ionathan ΑSM𝔟; ionathas 𝔠 | 14 in *om.* Z𝔠 | ~ fratris sui ionathae 𝔠; + et quia commissurus esset (erat Z) cum eo proelium Z𝔠𝔊 | 15 regis + propter negotia quae habuit 𝔠.𝔊 | 17 loqueretur Φ𝔠 | ~ populum israel 𝔠 | 18 misit + ei Z𝔠 | 19 et[1]] et misit (+ ei Z) pueros et centum talenta et Z𝔠𝔊 | 20 intra] ut intraret Z; intrare 𝔟.𝔊 | pergyrauerunt CΣΛ | 21 mitteret] mittere CΛS | 22 ~ multa ualde 𝔠 |

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔟r

[23]et cum adpropiasset Baschama
occidit Ionathan et filios eius
[24]et convertit Tryfon et abiit in terram
suam
25.26: 2,70! 9,19 20 [25]et misit Simon et accepit ossa Iona-
thae fratris sui
et sepelivit ea in Modin civitate pat-
rum eius
12,52 [26]et planxerunt eum omnis Israhel
planctu magno
et luxerunt eum dies multos
[27]et aedificavit Simon super sepul-
chrum patris sui et fratrum suorum
aedificium altum visu
lapide polito retro et ante
[28]et statuit septem pyromidas
unam contra unam patri et matri et
quattuor fratribus
[29]et his circumposuit columnas mag-
nas
et super columnas arma ad memo-
riam aeternam
et iuxta arma naves sculptas
quae viderentur ab omnibus navi-
gantibus mare
[30]hoc est sepulchrum quod fecit in
Modin usque in hunc diem
12,39 [31]Tryfon autem cum iter faceret cum
Antiocho rege adulescente
dolo occidit eum [32]et regnavit loco
eius et inposuit sibi diadema Asiae
et fecit plagam magnam in terra
12,35.36; 14,33 [33]et aedificavit Simon praesidia Iudae-
ae
muniens ea turribus excelsis et muris
magnis et portis et seris
et posuit alimenta in munitionibus
[34]et elegit Simon viros et misit ad
Demetrium regem
ut faceret remissionem regioni
quia actus omnes Tryfonis per direp-
tionem fuerant gesti
[35]et Demetrius rex ad verba ista re-
spondit et scripsit epistulam talem
[36]rex Demetrius Simoni summo sacer- 14,20; 15,2; II Mcc 11,27!
doti et amico regum et senioribus
et genti Iudaeorum salutem
[37]coronam auream et baen quam mi-
sistis suscepimus
et parati sumus facere vobiscum pa-
cem magnam
et scribere praepositis regis remittere
vobis quae indulsimus
[38]quaecumque enim constituimus vo-
bis constant
munitiones quas aedificastis sint 15,7
vobis
[39]remittimus quoque ignorantias et 10,29; 11,35
peccata usque in hodiernum diem
et coronam quam debebatis
et si quid aliud erat tributarium
Hierusalem
iam non sit tributarium
[40]et si qui in vobis apti sunt conscribi 10,36
inter nostros conscribantur et sit in-
ter nos pax
[41]anno centesimo septuagesimo
ablatum est iugum gentium ab Isra-
hel
[42]et coepit populus Israhel scribere in
tabulis et gestis publicis
anno primo sub Simone sacerdote
magno duce et principe Iudaeorum
[43]in illis diebus Simon adplicuit ad
Gazam
et circumdedit eam castris
et fecit machinas et adplicuit ad ci-
vitatem
et percussit turrem unam et con-
prehendit
[44]et qui eruperunt erant intra machi-
nam in civitate

AC ΣΛSZMΦ cr 23 appropinquasset ZMc | bascaman c. | eius + illic Zc | 28 pyramidas SZΦc | 32 in loco CΣΛ | 33 iudae CS | 34 regioni] regi C | quia] qui AΦ. | 35 respondit + ei Zc | 37 bahen Λ: behen Σ.; ben S; bahem c | misisti CΣΛS | 38 sint *om.* M.; ~ uobis sint c | 39 in ierusalem c | 40 in] ex MΦc | 42 simone + summo SMΦcr | 43 ~ diebus illis ΣSMc | ~ applicuit simon c. | conprehendit + eam c | 44 eruperant ΣΛSMc.; ~ eruperant qui c | in ciuitatem[1] Φc |

et factus est motus magnus in civitate
45 et ascenderunt qui erant in civitate cum uxoribus et filiis supra murum scissis tunicis suis
et clamaverunt voce magna postulantes a Simone dextras sibi dari
46 et dixerunt
non nobis reddas secundum malitias nostras
sed secundum misericordias tuas
47 et flexus Simon non debellavit eos
14,36 eiecit tamen eos de civitate
et emundavit aedes in quibus fuerant simulacra
et tunc intravit in ea cum hymnis benedicens Dominum
48 et eiecta ex ea omni inmunditia
14,37 conlocavit in ea viros qui legem facerent et munivit eam
et fecit sibi habitationem
12,36 49 qui autem erant in arce Hierusalem prohibebantur egredi et ingredi in regionem
et emere ac vendere
et esurierunt valde
et multi ex eis fame perierunt
50 et clamaverunt ad Simonem ut dextras acciperent
et dedit illis
et eiecit eos inde
et mundavit arcem a contaminationibus
51 et intraverunt in ea tertia et vicesima secundi mensis
anno centesimo septuagesimo primo
1 Par 15,16! cum laude et ramis palmarum
et cinyris et cymbalis et nablis et hymnis et canticis
quia contritus est inimicus magnus ex Israhel
52 et constituit ut omnibus annis agerentur dies hii cum laetitia
53 et munivit montem templi qui erat secus arcem
et habitavit ibi ipse et qui cum eo erant
54 et vidit Simon Iohannem filium suum quod vir esset
et posuit eum ducem virtutum universarum et habitavit Gazaris
14 anno centesimo septuagesimo secundo
et congregavit rex Demetrius exercitus suos
et abiit Mediam ad contrahenda sibi auxilia
et expugnare Tryfonem
2 et audivit Arsaces rex Persidis et Mediae
quia intravit Demetrius confines suos
et misit unum de principibus suis ut conprehenderent eum vivum et adducerent eum ad se
3 et abiit et percussit castra Demetrii
et conprehendit eum et duxit eum ad Arsacen
et posuit eum in custodiam
4 et siluit terra Iuda omnibus diebus Simonis
et quaesivit bona genti suae
et placuit illis potestas eius et gloria eius omnibus diebus
5 et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum
et fecit introitum in insulis maris
6 et dilatavit fines gentis suae
et obtinuit regionem
7 et congregavit captivitatem multam
et dominatus est Gazarae et Bethsurae et arci et abstulit inmunditias ex ea

47 mundauit Ac | in eam ZMc | 48 ex] ab MΦc | 49 in arcem AΦ | in[2] *om.* c. | 51 in eam ZMc | uicesima + die c | secunda C | 53 ~ ipse ibi CΣΛ | 54 uir esset] *praem.* fortis praelii c.; + proelii Λ.; uir proelii esset Σ | in gazaris c || **14**,1 et[1] *om.* ΣΛZMΦcr | exercitu suo AS.; exercitum suum Φc | in mediam Ac | et expugnaret SM; ut expugnare Λ.; ut expugnaret Zcr | 2 et[1] + ut ΑΣΛ | conprehenderet ZMc | adduceret Mc | 3 arsacem ΣΛc | 4 siluit + omnis Zc |

AC
ΣΛSZMΦ
cr

et non erat qui resisteret ei
[8]et unusquisque colebat terram suam cum pace
et terra dabat fructus suos
et ligna camporum fructum suum
[9]seniores in plateis sedebant omnes
et de bonis terrae tractabant
et iuvenes induebant se gloriam et stolas belli
[10]civitatibus tribuebat alimonias et constituebat eas ut essent vasa munitionis
15,9 quoadusque nominatum est nomen
Is 42,10! gloriae eius usque ad extremum terrae
[11]fecit pacem super terram
et laetatus est Israhel laetitia magna
III Rg 4,25; IV Rg 18,31! Mi 4,4! Za 3,10! [12]et sedit unusquisque sub vite sua et sub ficulnea
nec erat qui eos terreret
[13]defecit inpugnans eos super terram
reges contriti sunt in diebus illis
[14]et confirmavit omnes humiles populi sui
et legem exquisivit et abstulit omnem iniquum et malum
[15]sancta glorificavit et multiplicavit vasa sanctorum
[16]et auditum est Romae quia defunctus est Ionathas et usque in Sparta
et contristati sunt valde
[17]ut audierunt autem quod Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius
et ipse obtineret regionem et civitates in ea
[18]scripserunt ad eum tabulis aereis
12,16! ut renovaret amicitias et societatem
quam fecerunt cum Iuda et Ionatha
fratribus eius
[19]et lectae sunt in conspectu ecclesiae in Hierusalem
et hoc exemplum epistularum quas miserunt Spartiatae
[20]Spartianorum princeps et civitatis
Simoni sacerdoti magno et senioribus et sacerdotibus 13,36; 15,2
et reliquo populo Iudaeorum fratribus salutem
[21]legati qui missi sunt ad populum nostrum nuntiaverunt nobis de vestra gloria et honore ac laetitia
et gavisi sumus in introitu eorum
[22]et scripsimus quae ab ipsis erant dicta in conciliis populi sic
Numenius Antiochi et Antipater 12,16!
Iasonis filius legati Iudaeorum venerunt ad nos
renovantes nobiscum amicitiam
[23]et placuit populo excipere viros gloriose
et ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris
ut sit ad memoriam populo Spartiarum
exemplum autem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti
[24]post haec autem misit Simon Numenium Romam habentem clype- 15,18
um aureum magnum
pondus minarum mille ad statuendam cum eis societatem
cum audisset autem populus romanus [25]sermones istos dixerunt
quam gratiarum actionem reddemus Simoni et filiis eius
[26]restituit enim ipse fratres suos
et expugnavit inimicos Israhel
et statuerunt ei libertatem
et descripserunt in tabulis aereis 48

AC ΣΛSZMΦ cr 8 terra + iuda Φc | 9 gloria CΣΛM | 10 et ciuitatibus c | tribuebant ΑΣS | 12 nec] sua et non c. | 16 est[2]] esset Φc | spartia CΣΛ: spartiatas c | 17 obtineret + omnem c. | 18 in tabulis c | renouarent ΛZMc; renouaretur Φ | fecerant CZc | et[2] + cum c | 19 lecta MΦ; laetati A | ~ spartiatae miserunt c. | 20 principes et ciuitates Zc, *cf.* 𝔊 | 22 ipsis] eis c | amicitiam + pristinam Φc | 23 populi] populis A | spartiatarum CZMΦcr | 24 pondo c | mnarum Sc | cum his CΣΛ | ~ autem audisset c. | 26 israhel + ab eis Φc |

et posuerunt in titulis in montem Sion
[27] octava decima die mensis elul
anno centesimo septuagesimo secundo
anno tertio sub Simone sacerdote magno in Asaramel
[28] in conventu magno sacerdotum et populi et principum gentis et seniorum regis
nota facta sunt haec quoniam frequenter facta sunt proelia in regione nostra
[29] Simon autem Matthathiae filius ex filiis Iarib et fratres eius dederunt se periculo
et restiterunt adversariis gentis suae ut starent sancta ipsorum et lex
35 et gloria magna glorificaverunt gentem suam
[30] et congregavit Ionathas gentem suam
et factus est illis sacerdos magnus
et adpositus est ad populum suum
[31] et voluerunt inimici eorum calcare et adterere regionem ipsorum
et extendere manus in sancta eorum
[32] tunc restitit Simon et pugnavit pro gente sua
et erogavit multas pecunias
et armavit viros virtutis gentis suae
et dedit eis stipendia
13,33! [33] et munivit civitates Iudaeae et Bethsuram quae erat in finibus Iudaeae
ubi erant arma hostium antea
et posuit illic praesidium viros iudaeos
[34] et Ioppen munivit quae erat ad mare
et Gazaram quae est in finibus Azoti
in qua hostes antea habitabant
et conlocavit illic Iudaeos
et quaecumque apta erant ad correptionem eorum posuit in eis
[35] et vidit populus actum Simonis
et gloriam quam cogitabat facere genti suae 29
et posuerunt ducem suum et principem sacerdotum
eo quod ipse fecerat haec omnia
et iustitiam et fidem quam conservavit genti suae
et exquisivit omni modo exaltare populum suum
[36] et in diebus eius prosperatum est in manibus eius ut tollerentur gentes de regione ipsorum 13,47
qui in civitate David erant in Hierusalem
in arce de qua procedebant et contaminabant omnia quae in circuitu sanctorum sunt
et inferebant plagam magnam castitati
[37] et conlocavit in ea viros iudaeos tutamentum regionis et civitatis 13,48 13,10
et exaltavit muros Hierusalem
[38] et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium 38.39: 10,20; 11,27.57
[39] secundum haec fecit eum amicum suum
et glorificavit eum gloria magna
[40] audivit enim quod appellati sunt Iudaei a Romanis amici et socii et fratres 8,20
et quia susceperunt legatos Simonis gloriose
[41] et quia Iudaei et sacerdotes eorum consenserunt esse eum ducem suum
et summum sacerdotem in aeternum donec surgat propheta fidelis
[42] et ut sit super eos dux
et ut cura esset illi pro sanctis
et ut constitueret praepositos super opera eorum

26 in monte Z𝔠 | 27 octaua] *praem.* et hoc est (*om.* Z) exemplum scripturae Z𝔠𝔊 | 28 regis] regionis ΣΛ𝔠𝔊 | 32 ~ pecunias multas 𝔠. | eis] illis 𝔠. | 33 iudae[1.2] CΣΛS | bethsura AZ. | erat] erant ACZ | 34 ante CS | 35 posuerunt + eum ΣΛΜΦ𝔠 | 36 ipsorum + et M𝔠 | et contaminabant *om.* CΦ | 37 uiros *om.* A. | ad tutamentum 𝔠 | in hierusalem CSΦ | 41 ~ eum esse 𝔠 | 42 ut[3] *om.* AZ |

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔯

et super regionem et super arma et
super praesidia
43 et cura sit illi de sanctis et ut audiatur ab omnibus
et ut scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione
et ut operiatur purpura et auro
44 et ne liceat ulli ex populo et ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum
et contradicere his quae ab eo dicuntur
aut convocare conventum in regione sine ipso
11,58! et vestiri purpura et uti fibula aurea
45 qui autem fecerit extra haec
aut irritum fecerit aliquid horum reus erit
46 et conplacuit omni populo statuere Simonem
et facere secundum verba ista
47 et suscepit Simon et placuit ut summo sacerdotio fungeretur
et esset dux et princeps gentis Iudaeorum et sacerdotum
et praeesset omnibus
26 48 et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis aereis
et ponere eas in peribolo sanctorum in loco celebri
49 exemplum autem eorum ponere in aerario ut habeat Simon et filii eius
15 et misit rex Antiochus filius Demetrii epistulas ab insulis maris
Simoni sacerdoti et principi gentis Iudaeorum et universae genti
2 et erant continentes hunc modum
13,36; 14,20 rex Antiochus Simoni sacerdoti magno et genti Iudaeorum salutem
3 quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum
volo autem vindicare regnum et restituere illud sicut erat antea
electum feci multitudinem exercitus et feci naves bellicas
4 volo autem procedere per regiones
ut ulciscar in eos qui corruperunt regionem nostram
et qui desolaverunt civitates multas in regno meo
5 nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me reges
et quaecumque alia dona remiserunt tibi
6 et permitto tibi facere percussuram proprii nomismatis in regione tua
7 Hierusalem autem sanctam esse et liberam 10,31
et omnia arma quae fabricata sunt
et praesidia quae struxisti quae tenes maneant tibi 13,38
9 cum autem obtinuerimus regnum nostrum
glorificabimus te et gentem tuam et templum gloria magna 14,10!
ita ut manifestetur gloria vestra in universa terra
10 anno centesimo septuagesimo quarto
exiit Antiochus in terram patrum suorum
et convenerunt ad eum omnis exercitus
ita ut pauci relicti essent cum Tryfone
11 et insecutus est eum Antiochus rex
et venit Doram fugiens per maritimam
12 sciebat enim quod congregata sunt in eum mala et reliquit eum exercitus

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔟𝔯 43 ut[2] *om.* MΦ𝔠 | in regiones A.; in regionem Φ | 47 placuit + ei 𝔠 || 15,3 antea + et 𝔠. | electam Φ𝔠 | multitudines CΣΛZ𝔟𝔯 | exercituum CΣΛ. | 4 regionem 𝔠 | 5 me + omnes 𝔠 | 6 promitto CΣΛ. | 7 extruxisti Φ; construxisti 𝔠. | tibi + [8]et omne debitum regium (regis 𝔠) et (*om.* Z) quae futura sunt (in futuro debebuntur Z) regia (regi Z𝔠) ex hoc (haec Z) et in totum tempus (toto omni tempore Z) remittuntur (remittantur Φ) tibi ZΦ𝔠 | 10 omnes 𝔠 | 11 per maritima CΣS𝔟 | 12 ~ mala in eum 𝔠. |

13 et adplicuit Antiochus super Doram cum centum viginti milibus virorum belligeratorum et octo milibus equitum
14 et circuivit civitatem
et naves a mari accesserunt
et vexabant civitatem a terra et mari
et neminem sinebant egredi
15 venit autem Numenius et qui cum eo fuerant ab urbe Roma
habentes epistulas regibus et regionibus scriptas in quibus continebantur haec
16 Lucius consul Romanorum Ptolomeo regi salutem
8,17; 12,3! 16! 17 legati Iudaeorum venerunt ad nos amici nostri
renovantes pristinam amicitiam et societatem
missi a Simone principe sacerdotum et populo Iudaeorum
14,24 18 adtulerunt autem et clypeum aureum minarum mille
19 placuit itaque nobis scribere regibus et regionibus ut non inferant illis mala
neque inpugnent eos et civitates eorum et regiones eorum
et ut non ferant auxilium pugnantibus adversus eos
20 visum est autem nobis accipere ab eis clypeum
21 si qui ergo pestilentes refugerunt de regione ipsorum ad vos
tradite eos Simoni principi sacerdotum
ut vindicet in eos secundum legem suam
22 haec eadem scripta sunt Demetrio regi
et Attalo et Arahae et Arsaci
23 et in omnes regiones et Samsamae et Spartanis et Delo et Mydo
et Sicyone et Cariae et Samum et Pamphiliam et Lyciam et Alacarnasum
et Rhodum et Faselida et Choo et Siden et Arado
et Gortinam et Cnidum et Cyprum et Cyrenen
24 exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacerdotum
25 Antiochus autem rex adplicuit castra in Dora secundo
admovens ei semper manus et machinas faciens
et conclusit Tryfonem ne procederet
26 et misit ei Simon duo milia virorum electorum in auxilium
et argentum et aurum et vasa copiosa
27 et noluit ea accipere
sed inrupit omnia quae pactus est cum eo antea et alienavit se ab eo
28 et misit ad eum Athenovium unum de amicis suis
ut tractaret cum ipso dicens
vos tenetis Ioppen et Gazaram et arcem quae est in Hierusalem civitates regni mei
29 fines earum desolastis et fecistis plagam magnam super terram
et dominati estis per loca multa in regno meo
30 nunc ergo tradite civitates quas occupastis
et tributa locorum quibus dominati estis extra fines Iudaeae
31 sin autem date pro illis quingenta

14 circuit CM | a[1] *om.* AΣ. | ingredi CΣΛ; ingredi uel egredi ϲ | 18 mnarum Sϲ | 20 ~ autem est ϲ. | 22 arahae] ariarathi ϲ. | 23 samsamae] lampsaco ϲ. | spartianis Λ; spartionis Σ.; spartiatis Cϲ | et[4] *om.* CΣΛ | delo] in delum ϲ. | et medo M.; et in myndum ϲ. | et in sicyonem et in cariam et in samum et in pamphyliam et in lyciam et in alicarnassum ϲ. | et rhodum — cnidum] et in coo et in siden et in aradon et in rhodum et in phaselidem et in gortynam et gnidum ϲ. | 24 sacerdotum + et populo iudaeorum Φϲ | 25 adplicauit CΣΛ | in doram ϲ | 25 eis A | 26 ei] ad eum ϲ. | 27 rupit ϲ. | 28 athenobium Sϲ | 29 in terra ϲ; in terram Φ | 30 in quibus ϲ. | AC ΣΛSZMΦ ϲr

talenta argenti
et exterminii quod exterminastis et tributorum civitatium alia talenta quingenta
sin autem veniemus et expugnabimus vos
32 et venit Athenovius amicus regis in Hierusalem
et vidit gloriam Simonis et claritatem in auro et argento
et adparatum copiosum
et obstipuit et rettulit ei verba regis
33 et respondit Simon et dixit ei
neque alienam terram sumpsimus
neque aliena detinemus
sed hereditatem patrum nostrorum quae ab inimicis nostris iniuste aliquo tempore possessa est
34 nos vero tempus habentes vindicamus hereditatem patrum nostrorum
35 nam de Ioppen et Gazara quae expostulas
ipsi faciebant in populo plagam magnam et in regione nostra
horum damus talenta centum
et non respondit illi verbum
36 reversus autem cum ira ad regem renuntiavit ei verba ista
et gloriam Simonis et universa quae vidit
et iratus est rex ira magna
37 Tryfon autem fugit navi in Orthosiada
38 et constituit rex Cendebeum ducem maritimum et exercitum equitum et peditum dedit illi
39 et mandavit illi movere castra contra faciem Iudaeae
et mandavit ei aedificare Caedronem
et obstruere portas civitatis
et debellare populum
rex autem persequebatur Tryfonem
40 et pervenit Cendebeus Iamniam
et coepit inritare plebem et conculcare Iudaeam
et captivare populum et interficere
et aedificare Caedronem
41 et conlocavit illic equites et exercitum
ut egressi perambularent viam Iudaeae sicut constituit ei rex
16 et ascendit Iohannis de Gazaris
et nuntiavit Simoni patri suo quae fecit Cendebeus
2 et vocavit Simon duos filios suos seniores
Iudam et Iohannem et ait illis
ego et fratres mei expugnavimus hostes Israhel ab adulescentia usque in hunc diem
et prosperatum est in manibus nostris liberare Israhel aliquotiens
3 nunc autem senui
sed estote loco meo et fratris mei
et egressi pugnate pro gente nostra
auxilium vero de caelo vobiscum sit
4 et elegit de regione viginti milia virorum belligeratorum et equites
et profecti sunt ad Cendebeum
et dormierunt in Modin
5 et surrexerunt mane et abierunt in campum
et ecce exercitus copiosus in obviam illis peditum et equitum
et fluvius torrens erat inter medium ipsorum
6 et admovit castra contra faciem eorum ipse et populus eius
et vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem
et transfretavit primus

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔯

31 ciuitatum ΣΛΦ𝔠 | 32 athenobius S𝔠; atheoticus Λ. | 33 respondit + ei 𝔠 | adsumpsimus CΣΛ | alienam² CΣΛZ | detinuimus CΛS; detulimus Σ. | ~ iniuste ab inimicis nostris 𝔠 | 35 de ioppe ZMΦ𝔠 | et² *om.* CΣΛ | in regionem nostram C | illi] ei athenobius 𝔠 | 38 ~ peditum et equitum 𝔠. | 39 caedronem] gedorem 𝔠. | extruere CΣΛ | 40 cedrone Λ.; gedorem 𝔠. | 41 et *om.* Λ | iudae CΣ || **16**,1 cendebeus + in populo ipsorum Φ𝔠 | 2 suos *om.* 𝔠 | mei + et domus patris mei Φ𝔠𝔊 | 3 fratres ΛΣΛM𝔠 | 5 erat *om.* C |

et viderunt eum viri et transierunt post eum
7 et divisit populum et equites in medio peditum
erat autem equitatus adversariorum copiosus nimis
3,54 8 et exclamaverunt sacris tubis
et in fugam conversus est Cendebeus et castra eius
et ceciderunt ex eis multi vulnerati
residui autem fugerunt in munitionem
9 tunc vulneratus est Iudas frater Iohannis
Iohannes autem insecutus est eos
donec venit Caedronam quam aedificavit
10,84 10 et fugerunt usque ad turres quae erant in agris Azoti
et succendit eas igni
et ceciderunt ex illis duo milia virorum
10,66 et reversus est Iudaeam in pace
11 et Ptolomeus filius Abobi constitutus erat dux in campo Hiericho
et habebat argentum et aurum multum
12 erat enim gener summi sacerdotis
13 et exaltatum est cor eius
et volebat obtinere regionem
et cogitabat dolum adversus Simonem et filios eius ut tolleret eos
14 Simon autem perambulans civitates quae erant in regione
et sollicitudinem gerens earum descendit Hiericho
ipse et Matthathias filius eius et Iudas
anno centesimo septuagesimo septimo
mense undecimo hic mensis sabath
15 et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam
quae vocatur Doch cum dolo quam aedificavit
et fecit eis convivium magnum
et abscondit illic viros
16 et cum inebriatus esset Simon et filii eius
surrexit Ptolomeus cum suis
et sumpserunt arma sua et intraverunt in convivium
et occiderunt eum et duos filios eius et quosdam pueros eius
17 et fecit deceptionem magnam in Israhel
et reddidit mala pro bonis
18 et scripsit haec Ptolomeus
et misit regi ut mitteret ei exercitum in auxilium et traderet regionem
et civitates eorum et tributa
19 et misit alios in Gazaram tollere Iohannem
et tribunis misit epistulas ut venirent ad se
et daret eis argentum et aurum et dona
20 et alios misit occupare Hierusalem et montem templi
21 et praecurrens quidam nuntiavit Iohanni in Gazara
quia periit pater eius et fratres eius
et quia misit te quoque interfici
22 ut audivit autem vehementer expavit
et conprehendit viros qui venerant perdere eum
et occidit eos
cognovit enim quia quaerebant eum perdere
23 et cetera sermonum Iohannis et bellorum eius
et bonarum virtutum quibus fortiter gessit
et aedificii murorum quos struxit et rerum gestarum eius

8 et clamauerunt CΣΛ | ~ in munitionem fugerunt c | 9 cedronem CΣΛc | 10 in iudaeam c | 14 regione + iudaeae Φc | in iericho c | hic + est c | 15 in munitiuncula AZ | 16 exurrexit C.; et surrexit ΣΛ. | 18 traderet + ei c | 21 in gazaram CΣΛ | 23 extruxit SMΦc ||

AC ΣΛSZMΦ cðr

24 ecce haec scripta sunt in libro die-
rum sacerdotii eius
ex quo factus est princeps sacerdo-
tum post patrem suum

EXPLICIT LIBER PRIMUS

MACCHABEORUM

INCIPIT LIBER SECUNDUS

Fratribus qui sunt per Aegyptum
Iudaeis salutem dicunt
fratres qui sunt in Hierosolymis
Iudaei
et qui in regione Iudaeae et pacem
bonam
Lv 26,42! 2 benefaciat vobis Deus et meminerit
testamenti sui
quod est ad Abraham et Isaac et
Iacob servorum suorum fidelium
3 et det vobis cor omnibus ut colatis
eum et faciatis eius voluntatem
corde magno et animo volente
Ps 118,18 4 adaperiat cor vestrum in lege sua et
in praeceptis eius et faciat pacem
5 exaudiat orationes vestras et recon-
cilietur vobis
nec vos deserat in tempore malo
6 et nunc hic sumus orantes pro vobis
7 regnante Demetrio anno centesimo
sexagesimo nono
nos Iudaei scripsimus vobis
in tribulatione et impetu qui super-
venit nobis in istis annis
ex quo recessit Iason a sancta terra
et a regno
8 portam succenderunt et effuderunt
sanguinem innocentem
et oravimus ad Dominum et exauditi
sumus
et obtulimus sacrificium et simila-
ginem
et accendimus lucernas et proposui- I Mcc 4,50.51
mus panes
9 et nunc frequentate dies scenophe-
giae mensis casleu
10 anno centesimo octogesimo octavo
populus qui est Hierosolymis et in
Iudaea senatusque et Iudas
Aristobolo magistro Ptolomei regis
qui est de genere christorum sacer-
dotum
et his qui in Aegypto sunt Iudaeis
salutem et sanitatem
11 de magnis periculis a Deo liberati 2,19!
magnifice gratias ipsi
utpote qui adversus talem regem di-
micavimus
12 ipse enim ebullire fecit de Perside
eos qui pugnaverunt contra nos
13 nam cum in Perside esset dux ipse et
cum ipso inmensus exercitus ceci-
dit in templo Naneae
consilio deceptus sacerdotis Naneae
14 ut enim cum ea habitaturus venit ad
locum Antiochus et amici eius
et ut acciperet pecunias multas dotis
nomine
15 cumque proposuissent eas sacerdo-
tes Naneae
et ipse cum paucis ingressus esset
intra ambitum fani
clauserunt templum 16 cum intrasset
Antiochus
apertoque occulto aditu templi
mittentes lapides percusserunt du-
cem et qui cum eo erant
et diviserunt membratim et capiti-
bus amputatis foras proiecerunt
17 per omnia benedictus Deus qui tra-
didit impios

AC ΣΛSZMΦ cr

II Macchabeorum. *Tit.* liber secundus machabaeorum c. ‖ 1,1 per] in CΣΛ | iudae CΣΛS.; iudaea ZΦ | 2 quod locutus est c.; ~ quod ad abraham et isaac et iacob locutus est MΦ | 3 anima AZ | uolenti Zc; uoluntati Φ. | 4 eius] suis ZΦc | et²] ut Φ; *om.* CΣΛ | 6–7 ~ regnante demetrio orantes pro uobis CΣΛ. | 10 est¹ + in CΣM | 11 ipsi] illi ΣΛ; *praem.* agimus Zc; + agimus C | utpote + agimus ΣΛ | 12 nos] sanctam ciuitatem Z.; + et sanctam ciuitatem c | 13 sacerdotum c | 14 etenim MΦc | habiturus A | ~ antiochus ad locum A | antiochus et amici eius *om.* CΣΛ | 15 sacerdotis C | 16 et cum CΣΛ | et¹ + eos c |

18 facturi igitur quinta et vicesima mensis casleu purificationem templi 2,16; 10,5
necessarium duximus significare vobis
ut vos quoque agatis diem scenophegiae
et diem ignis qui datus est quando Neemias aedificato templo et altari obtulit sacrificia
19 nam cum in Persidem ducerentur patres nostri
sacerdotes qui tunc Dei cultores erant
acceptum ignem de altario occulte absconderunt in valle ubi erat puteus altus siccus
et in eo contutati sunt eum
ita ut omnibus ignotus esset locus
20 cum praeterissent autem multi anni
et placuit Deo ut mitteretur Neemias a rege Persidis
nepotes sacerdotum illorum qui absconderant misit ad requirendum ignem
et sicut narraverunt nobis non invenerunt ignem sed aquam crassam
21 et iussit eos haurire et adferre sibi
et sacrificia quae inposita erant iussit sacerdos Neemias aspargi aqua ipsa
et ligna et quae erant superposita
22 utque hoc factum est
et tempus adfuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo
accensus est ignis magnus ita ut omnes mirarentur
23 orationem autem faciebant omnes sacerdotes dum consummaretur sacrificium
Ionatha inchoante ceteris autem respondentibus
24 et Neemiae erat oratio hunc habens modum
Domine Deus omnium creator
terribilis et fortis
iustus et misericors
qui solus es rex bonus
25 solus praestans
solus iustus et omnipotens et aeternus
qui liberas Israhel de omni malo
qui fecisti patres electos et sanctificasti eos
26 accipe sacrificium pro universo populo tuo Israhel
et custodi partem tuam et sanctifica
27 congrega dispersionem nostram Dt 30,3! Ps 105,47!
libera eos qui serviunt gentibus
contemptos et abominatos respice Gn 31,42!
ut sciant gentes quod tu es Deus noster Ez 36,23!
28 adflige opprimentes et contumeliam facientes in superbia
29 constitue populum tuum in loco sancto tuo sicut dixit Moses 2,18
30 sacerdotes autem psallebant hymnos usquequo consumptum esset sacrificium
31 cum autem consummatum fuisset sacrificium
ex residua aqua Neemias iussit lapides maiores perfundi
32 quod ut factum est flamma ex eis accensa est
sed ex lumine quod refulsit ab altari consumpta est
33 ut vero manifestata essent haec
renuntiatum est regi Persarum
quod in loco in quo ignem absconde-

18 uicesima + die c | ut + et Φc | 19 ~ cultores dei c. | de altari ZMΦc | altus + et c | 20 ~ autem praeterissent anni multi c | persarum CΣΛ | 21 eos] eam M; *om.* C. | adferri CΣΛM | sacerdotes CΣ | ~ ipsa aqua c. | 22 utique CΣΛ; atque MΦ; cumque S. | 23 consummatur AZr; consummarentur Σ; consumeretur M. | 24 ~ bonus rex MΦc | 27 gentibus + et c | quod] quia c | 28 conprimentes CΣΛ; + nos c | 30 consummatum AZ | est CΣΛZr | 31 cum—sacrificium *om.* Φ | consumptum esset c; consumptum fuisset ΛZ; fuisset S | 32 ~ ex eis flamma c. | ab altario CΣΛ | 33 manifesta AZ | essent haec AMð] est res c. *cf.* 𝔊; res est SZ; esset Φ; est et Σ; est CΛ | AC ΣΛSZMΦ cðr

rant hii qui translati erant sacer-
dotes
aqua apparuit de qua Neemias et
qui cum eo erant purificaverunt
sacrificia
34 considerans autem rex et rem dili-
genter examinans fecit ei templum
35 et si quibus donaverat rex multa bo-
na accipiebat ex hoc et tribuebat
36 appellavit autem Neemias hoc Nep-
thar
quod interpretatur purificatio
vocatur autem apud plures Nephi
2 invenitur autem in descriptionibus
Hieremiae prophetae
quod iussit accipere ignem eos qui
transmigrabantur
ut significatum est et ut mandavit
transmigratis
2 et dedit illis legem ne obliviscerentur
praecepta Domini
et ut non exerrarent mentibus
videntes simulacra aurea et argen-
tea et ornamenta eorum
3 et alia huiuscemodi dicens hortaba-
tur ne legem amoverent a corde
suo
4 erat autem in ipsa scriptura
quomodo tabernaculum et arcam
iussit propheta divino responso ad
se facto comitari secum
usquequo exiit in montem in quo
Dt 34,1 Moses ascendit et vidit Dei heredi-
tatem
5 et veniens ibi Hieremias invenit lo-
cum speluncae
et tabernaculum et arcam et altare
incensi intulit illuc et ostium ob-
struxit
6 et accesserunt quidam simul qui se-
quebantur ut notarent sibi locum
et non potuerunt invenire
7 ut autem cognovit Hieremias cul-
pans illos dixit
quod ignotus erit locus donec con-
greget Deus congregationem popu-
li et propitius fiat
8 et tunc Dominus ostendet haec et
apparebit maiestas Domini Ex 40,33!
et nubes erit sicut et Mosi manifesta-
batur
et sicut cum Salomon petiit ut locus
sanctificaretur magno Deo mani-
festabat haec
9 et ut sapientiam habens obtulit sac-
rificium dedicationis et consumma- Lv 8,28; III Rg 8,62.63
tionis templi
10 sicut et Moses orabat ad Dominum II Par 7,1!
et descendit ignis de caelo et con-
sumpsit holocaustum
11 et dixit Moses eo quod non sit mun- Lv 10,17
datum quod erat pro peccato et con-
sumptum est
12 similiter et Salomon octo diebus III Rg 8,65
celebravit dedicationem
13 inferebantur autem in descriptioni-
bus et commentariis Neemiae haec
eadem
et ut construens bibliothecam
congregavit de regibus libros et pro-
phetarum et David et epistulas re-
gum et de donariis
14 similiter autem et Iudas ea quae di-
dicerat per bellum quod nobis acci-
derat
congregavit omnia et sunt apud nos
15 si ergo desiderastis haec mittite qui
perferant vobis
16 acturi itaque purificationem scripsi- 1,18
mus vobis

AC ΣΛSZMΦ cbr

33 erant[1]] fuerant MΦ𝔠 | 34 templum + ut probaret quod factum erat 𝔠 | 35 et[1] -- tribuebat] et cum probasset sacerdotibus donauit multa bona et alia atque alia munera et accipiens manu sua tribuebat eis 𝔠 | 36 hoc] hunc locum Φ𝔠 || **2**,1 ~ eos ignem accipere 𝔠 | transmigrabant 𝔠 | 3 huiusmodi SΦ𝔠 | 4 arca CΣ | 5 altari AS. | 8 petit AS | 9 et[1]] *praem.* magnifice etenim sapientiam tractabat 𝔠 | 10 holocaustum + sic et salomon orauit et descendit ignis de caelo et consumpsit holocaustum 𝔠𝔊 | 11 mundatum] comestum 𝔠.𝔊 | et[2] *om.* A𝔠 | 13 de regionibus ΣΛSMΦ𝔠 | 14 didicerat] deciderant Z.𝔠, *cf.* 𝔊 | accedebat CΣΛ | 15 desideratis CΣΛZΦ𝔠 | perferat CΣΛ |

bene igitur facietis si egeritis hos dies
17 Deus autem qui liberavit populum suum
et reddidit hereditatem omnibus et regnum et sacerdotium et sanctificationem
18 sicut promisit in lege speramus quod cito nostri miserebitur
1,29 et congregabit de sub caelo in locum sanctum
1,11; Dt 20,4! II Cor 1,10 19 eripuit enim nos de magnis periculis et locum purgavit
20 de Iuda vero Macchabeo et fratribus eius et de templi magni purificatione et de arae dedicatione
21 sed et de proeliis quae pertinent ad
10,10 Antiochum Nobilem et filium eius Eupatorem
22 et de inluminationibus quae de caelo factae sunt ad eos qui pro Iudaeis fortiter fecerunt
ita ut universam regionem cum pauci essent vindicarent
et barbaram multitudinem fugarent
3,12; 5,15; 10,1 23 et famosissimum in toto orbe templum recuperarent et civitatem liberarent
ut leges quae abolendae erant restituerentur Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis
24 itemque ab Iasone Cyreneo quinque libris conprehensa
temptavimus nos uno volumine breviare
25 considerantes enim multitudinem librorum
et difficultatem volentibus adgredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum
26 curavimus volentibus quidem legere ut esset animi oblectatio
studiosis vero ut facile possint memoriae commendare
omnibus autem legentibus utilitas conferatur
27 et nobis quidem ipsis qui opus hoc breviandi causa suscepimus non facilem laborem
immo vero negotium plenum vigiliarum et sudoris adsumpsimus
28 sicut hii qui praeparant convivium et quaerunt aliorum voluntati parere
propter multorum gratiam libenter laborem sustinemus
29 veritatem quidem de singulis auctori concedentes
ipsi autem secundum datam formam brevitati studentes
30 sicut enim novae domus architecto de universa structura curandum est
ei vero qui pingere conatur quae apta sunt ad ornatum exquirenda sunt
ita aestimandum est et in nobis
31 etenim intellectum colligere et ordinare sermonem
et curiosius partes singulas quasque disquaerere
historiae congruit auctori
32 brevitatem vero dictionis sectari
et exsecutiones rerum vitare
brevitati concedendum est
33 hinc igitur narrationem incipiemus
de praefatione tantum dixisse sufficiat
stultum etenim est ante historiam effluere
in ipsa autem historia succingi
3 igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace
leges etiam adhuc optime custodirentur
propter Oniae pontificis pietatem et animos odio habentes mala

16 igitur] ergo c. | facitis CΣΛ | 18 congregauit ACΣΛZM | in loco AS. | 23 in *om.* ACΣΛSMΦcbr | ut] et Ac | abolitae c | 26 facilius c | 27 ~ hoc opus c | 28 parere] parare ΛAS | 29 auctoribus Φc | 30 conatur] curat c; curatur SΦ | 32 benedictionis A. | executionis AS | uitare] uitae CΣΛ. | breuitatem A.; breuianti Zc | 33 igitur] ergo c || 3,1 animo CΣΛ | habentis CΣ; habens Λ. |

AC ΣΛSZMΦ cbr

2 fiebat ut ipsi reges et principes locum summo honore dignum ducerent
9,16; 13,23 et templum maximis muneribus inlustrarent
3 ita ut Seleucus Asiae rex de reditibus suis praestaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes
4 Simon autem de tribu Beniamin praepositus templi constitutus contendebat
obsistente sibi principe sacerdotum iniquum aliquid in civitate moliri
5 sed cum vincere Onian non posset
4,4; I Mcc 10,69 venit ad Apollonium Tharseae filium qui illo tempore erat dux Coelesyriae et Foenicis
6 et nuntiavit ei pecuniis innumerabilibus plenum esse aerarium Hierosolymis
et communes copias inmensas esse quae non pertinent ad rationem sacrificiorum
esse autem possibile sub potestate regis cadere universa
7 cumque rettulisset Apollonius ad regem de pecuniis quae delatae erant
ille accitum Heliodorum qui erat super negotia eius
misit cum mandatis ut praedictam pecuniam transportaret
8 statimque Heliodorus iter adgressus
specie quidem quasi per Coelesyriam et Foenicen civitates esset peragraturus
re autem vera regis propositum perfecturus
9 sed cum venisset Hierosolymam
et benigne a summo sacerdote in civitate esset exceptus
narravit de dato indicio pecuniarum
et cuius rei gratia adesset apparuit
interrogabat autem si vere haec ita essent
10 tunc summus sacerdos ostendit deposita esse haec
et victualia viduarum ac pupillorum
11 quaedam vero esse Hircani Tobiae viri valde eminentis in his quae detulerat impius Simon
universa autem argenti talenta quadringenta esse et auri ducenta
12 decipi vero eos qui credidissent loco et templo
quod per universum mundum honoratur pro sui veneratione et sanctitate 2,23; 5,15
inpossibile omnino esse
13 at ille pro his quae habebat in mandatis a rege
dicebat omni genere regiae deferenda
14 constituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus
non modica vero per universam civitatem erat trepidatio
15 sacerdotes autem ante altare cum sacerdotalibus stolis iactaverunt se
et invocabant de caelo eum qui de depositis legem posuit
ut his qui deposuerant ea salva custodiret
16 iam vero qui videret summi sacerdotis vultum mente vulnerabatur
facies enim et color inmutatus declarabat internum animi dolorem
17 circumfusa enim erat viro maestitia quaedam et horror corporis
per quae manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur
18 alii etiam congregati de domibus confluebant

AC ΣΛSZMΦ cδr 2 fiebant ACS; fidebat ΣΛ. | ut + et c | 3 seleucius CΣΛ | 4 templo AM | obsistentes CΣΛ | principem A.; principes CΣΛ | 5 illo] eo c. | 7 ~ ad regem apollonius c. | 8 iter + est c. | ~ uera autem c | 9 aperuit ZΦcᏰ | uera AΣ. | 10 ac] et c; aut CΣΛ. | 11 quadraginta AZ; ~ esse quadringenta c. | 12 ~ omnino impossibile c. | 13 regiae] regi ea CΣΛ; regi ea esse c | 15 ~ stolis sacerdotalibus c | 16 uidebat c.; uiderat ΣS | 17 ~ moestitia quaedam uiro c. | per quaem C; per quem c; per quam ΛΜΦ | 18 congregati] gregatim Zc |

publica supplicatione obsecrantes
pro eo quod in contemptum locus
esset venturus
19 accinctaeque mulieres ciliciis pectus
per plateas confluebant
sed et virgines quae conclusae erant
procurrebant ad Onian
aliae autem ad muros
quaedam vero per fenestras aspicie-
bant
Sir 48,22! 20 universae autem protendentes ma-
nus in caelum deprecabantur
21 erat enim misera commixtae multi-
tudinis
et magni sacerdotis in agone con-
stituti expectatio
22 et hii quidem invocabant omnipo-
tentem Deum
ut credita sibi his qui crediderant
cum omni integritate conservaren-
tur
23 Heliodorus autem quod decreverat
perficiebat
eodem loco ipse cum satellitibus
circa aerarium praesens
24 sed spiritus Omnipotentis magnam
fecit suae ostensionis evidentiam
ita ut omnes qui ausi fuerant parere
ei ruentes Dei virtute in dissolutio-
nem et formidinem converteren-
tur
25 apparuit enim illis quidam equus
terribilem habens sessorem optimis
operimentis adornatus
isque cum impetu Heliodoro priores
calces elisit
qui autem ei sedebat videbatur arma
habere aurea
Lc 24,4! 26 alii etiam apparuerunt duo iuvenes
virtute decori optimi gloria speciosi-
que amictu
qui circumsteterunt eum
et ex utraque parte flagellabant sine
intermissione multis plagis verbe-
rantes
27 subito autem Heliodorus concidit
in terram
eumque multa caligine circumfusum
rapuerunt
atque in sella gestatoria positum eie-
cerunt
28 et is qui cum multis cursoribus et
satellitibus praedictum ingressus
est aerarium portabatur
nullo sibi auxilium ferente manifesta
cognita Dei virtute
29 et ille quidem per divinam virtutem
iacebat mutus
30 hii autem Dominum benedicebant
quia magnificavit locum suum
et templum quod paulo ante timore
ac tumultu erat plenum
apparente omnipotente Domino
gaudio et laetitia impletum est
31 tunc vero ex amicis Heliodori qui-
dam rogabant confestim Onian ut
invocaret Altissimum
et vitam donaret ei qui in supremo
spiritu erat constitutus
32 considerans autem summus sacerdos
ne forte rex suspicaretur malitiam
aliquam ex Iudaeis circa Heliodo-
rum consummatam
obtulit pro salute viri hostiam salu-
tarem
33 cumque summus sacerdos exoraret
idem iuvenes eisdem vestibus amicti
adstantes Heliodoro dixerunt
Oniae sacerdoti gratias age
nam propter eum tibi Dominus vi-
tam donavit
34 tu autem ab eo flagellatus nuntia
omnibus magnalia Dei et potesta- 1 Par 16,24! Ps 117,17.18
tem
et his dictis non conparuerunt
35 Heliodorus autem hostia Deo oblata 1 Sm 1,21!

18 in contemptu CΣΛS. | 24 omnipotentis + dei c | conuertentur C.; conterentur M. | 27 in terra A | inpositum AS | 28 ~ dei cognita c | 29 mutus + atque omni spe et salute priuatus ZcG | 30 magnificabat ZMΦc | gaudium CΣ | 31 tunc] tum CΣMΦr; dum Λ. | et] ut c | 33 ~ dominus tibi c. | 34 ab eo] a deo c |

AC ΣΛSZMΦ cGr

et votis magnis promisit ei qui vivere illi concessit
et Oniae gratias agens recepto exercitu repedabat ad regem
36 testabatur autem omnibus ea quae sub oculis suis viderat opera magni Dei
37 cum autem rex interrogasset Heliodorum quis est aptus adhuc semel Hierosolymam mitti ait
38 si quem habes hostem aut regni tui insidiatorem
mitte illuc et flagellatum eum recipies
si tamen evaserit eo quod in loco vere sit Dei quaedam virtus
8,36 39 nam ipse qui habet in caelis habitationem
visitator et adiutor est loci illius
et venientes ad malefaciendum percutit ac perdit
40 igitur de Heliodoro et aerarii custodia ita se res habet
4 Simon autem praedictus pecuniarum et patriae delator male loquebatur de Onia
tamquam ipse Heliodorum instigasset ad haec
et ipse fuisset incentor malorum
2 provisoremque civitatis ac defensorem gentis suae et aemulatorem legis Dei
audebat insidiatorem regni dicere
3 sed cum inimicitiae in tantum procederent
ut etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent
4 considerans Onias periculum contentionis
3,5; I Mcc 10,69 et Apollonium insanire utpote ducem Coelesyriae et Foenicis
ad augendam malitiam Simonis
ad regem se contulit
5 non ut civium accusator
sed communem utilitatem apud semet ipsum universae multitudinis considerans
6 videbat enim sine regali providentia inpossibile esse pacem rebus dari
nec Simonem posse cessare ab stultitia sua
7 sed post Seleuci vitae excessum
cum suscepisset regnum Antiochus qui Nobilis appellabatur 10,9
ambiebat Iason frater Oniae summum sacerdotium
8 adito rege promittens ei argenti talenta sexaginta et trecenta
et ex reditibus aliis talenta octoginta
9 super haec promittebat et alia centum quinquaginta
si potestati eius concederetur gymnasium et ephoebian sibi constituere
et eos qui in Hierosolymis erant Antiochenos scribere
10 quod cum rex agnovisset et obtinuisset principatum
statim ad gentilem ritum contribules suos transferre coepit I Mcc 1,14
11 et amotis his quae humanitatis causa Iudaeis a regibus fuerant constituta
per Iohannem patrem Eupolemi I Mcc 8,17
qui apud Romanos de amicitia et societate functus est legationem legitimam
civium iura destituens prava instituta sancibat
12 etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere I Mcc 1,15
et optimos quosque ephoeborum in lupanaribus ponere
13 erat autem hoc non initium sed incrementum quoddam et profectus gentilis et alienigenae conversationis

AC ΣΛSZMΦ cr 35 promissis Φc | agens + et CΣΛ | 37 qui ΑΣΛ. | esset Zc | 38 ~ sit uere c. | 40 ~ res se c. || 4,1 tamquam + si CΣΛ | 3 proderent CΣΛ | 8 sexaginta et trecenta] trecenta et sexaginta Φ; trecenta sexaginta CΣΛc | 10 annuisset Zc | 11 legatione legitima Zc |

propter impii et non sacerdotis Iasonis nefarium et inauditum scelus
14 ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent
sed contempto templo et sacrificiis neglectis
festinarent participes fieri palestrae et praebitionis eius iniustae et in exercitiis disci
15 et patrios quidem honores nihil habentes
graecas glorias optimas arbitrabantur
16 quarum gratia periculosa eos contentio habebat
et eorum instituta aemulabantur
ac per omnia his consimiles esse cupiebant
quos hostes et peremptores habuerant
17 in leges enim divinas impie agere inpune non cedit
sed haec sequens tempus declaravit
18 cum autem quinquennalis agon Tyro celebraretur
et rex praesens esset
19 misit Iason facinorosus ab Hierosolymis viros peccatores
portantes argenti didragmas trecentas in sacrificiis Herculis
quas postulaverunt hii qui adportaverant ne in sacrificiis erogarentur
quia non oporteret
sed in alios sumptus eas deputari
20 sed haec oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis
propter praesentes autem datae sunt in fabricam navium triremis
21 misso autem in Aegypto Apollonio Mnesthei filio propter primatus Filometoris regis
cum cognovisset Antiochus alienum se a negotiis regni effectum propriis utilitatibus consulens
profectus inde venit Ioppen et inde Hierosolymam
22 et magnifice ab Iasone et civitate susceptus cum facularum luminibus et laudibus ingressus est
et inde Foenicen exercitum convertit
23 et post triennii tempus misit Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem
portantem pecunias regi et de negotiis necessariis responsa perlaturum
24 at ille commendatus regi
cum magnificasset faciem potestatis eius
in semet ipsum retorsit summum sacerdotium
superponens Iasonem talenta argenti trecenta
25 acceptisque a rege mandatis venit
nihil quidem dignum habens sacerdotio
animos vero crudelis tyranni et ferae beluae iram gerens
26 et Iason quidem qui proprium fratrem captivaverat
ipse deceptus profugus in ammaniten expulsus est regionem
27 Menelaus autem principatum quidem obtinuit
de pecuniis vero regi promissis nihil agebat
cum exactionem faceret Sostratus qui arce erat praepositus
28 nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat

14 praebitioni A; prebitione S. | 16 habuerunt[2] ASM; habuerat A. | 17 hoc c | ~ tempus sequens c. | declarabit Σc | 18 tyri c. | 19 in sacrificium[1] c | adportauerunt ΣΛSZ; asportauerant c | oportet ΣΛ; oporterent A | alias AS | 20 hae oblatae c | data CΣΛ | in fabrica CΣΛ | triremium Zc; triremum Φ | 21 in aegyptum c | primatum A.; primatos ZMΦ; primates c; + ptolomaei Φc | 22 inde] in ΣΛ; + in SMΦc | 24 retrorsit AΣ | iasoni MΦc | 25 dignum *om.* A.; ~ habens dignum c | 27 arcae A.; arci Zc; in arce SM |

AC
ΣΛSZMΦ
cr

quam ob causam utrique ad regem vocati
29 Menelaus motus est sacerdotio
succedente Lysimacho fratre suo
Sostratus autem praelatus est Cypris
30 et cum haec agerentur contigit Tarsenses et Mallotas seditionem movere
eo quod Antiochidi concubinae regis dono essent dati
31 festinanter itaque rex venit sedare illos relicto suffecto uno ex comitibus suis Andronico
32 ratus autem Menelaus accepisse se tempus oportunum
aurea quaedam vasa templo furatus donavit Andronico
et alia vendiderat Tyro et per vicinas civitates
33 quod cum certissime cognovisset Onias
arguebat eum ipse in loco tuto se continens Antiochiae secus Dafnen
34 unde Menelaus accedens ad Andronicum rogabat ut Onian interficeret
qui cum venisset ad Onian et datis dextris cum iureiurando
quamvis esset ei suspectus suasisset asylo procedere
statim eum peremit non veritus iustitiam
35 ob quam causam non solum Iudaei sed et aliae quoque nationes indignabantur
et moleste ferebant de nece tanti viri iniusta
36 sed regressum regem de Ciliciae locis adierunt Iudaei apud Antiochiam simul et Graeci
conquerentes de iniqua nece Oniae
37 contristatus itaque ad animam Antiochus et flexus ad misericordiam lacrimas fudit
recordatus defuncti sobrietatem et modestiam
38 accensusque animis Andronicum purpura exutum circumduci per totam civitatem iubet
et eodem loco quo in Onian impietatem commiserat sacrilegum vita privari
Domino illi dignam poenam tribuente
39 multis autem sacrilegiis in templo a Lysimacho commissis Menelai consilio
et divulgata fama congregata est multitudo adversus Lysimachum multo iam auro exportato
40 turbis autem insurgentibus et animis ira repletis
Lysimachus armatis fere tribus milibus iniquis manibus uti coepit
duce quodam Tyranno aetate pariter et dementia provecto
41 sed ut intellexerunt conatum Lysimachi
alii lapides alii fustes validos arripere
quidam vero cinerem in Lysimachum iacere
42 et multi quidem vulnerati quidam autem et prostrati
omnes vero in fugam versi sunt
ipsum etiam sacrilegum secus aerarium interfecerunt
43 de his ergo coepit iudicium adversus Menelaum agitari

AC ΣΛSZMΦ ϲ𝔇r

28 utriusque CΣ | regem + sunt Φϲ | euocati Zϲ | 29 et menelaus ϲ | amotus Zϲ | est + a ϲ | cypriis Zϲ | 30 antiochide CΣΛSr; antiochi MΦ | ~ regis concubinae ϲ | 32 se *om.* AΛ | e templo ASZϲ | tyri ϲ. | 34 de asylo SZϲ | 35 et[1] *om.* Sϲ | 36 adierunt] audierunt ACΣΛ. | conquaerentes A; conquirentes CΣΛZΦ | 37 ad animam] animo Φϲ | antiochus + propter oniam ϲ | 38 accensisque ϲ | ~ per totam ciuitatem iubet circumduci ϲ; ~ circumduci iubet per tot. ciu. ΣΛ | in eodem ϲ | in quo Σϲ | condignam ϲ. | ~ retribuente poenam ϲ | 39 uulgata CΣΛ | portato CΣΛ | 40 prouectu MΦ; prouectus A; proueheri CΣΛ | 41 arripuere CΣΛϲ | iecere ϲ | 42 autem *om.* CΣΛ | conuersi Zϲ |

[44]et cum venisset rex Tyrum ad ipsum
negotium detulerunt
missi viri tres a senioribus
[45]et cum superaretur Menelaus pro-
misit Ptolomeo multas pecunias ad
suadendum regi
[46]itaque Ptolomeus in quodam atrio
positum quasi refrigerandi gratia
regem
adiit et a sententia deduxit
[47]et Menelaum quidem universae ma-
litiae reum criminibus absolvit
miseros autem qui etiam si apud
Scytas causam dixissent innocentes
iudicarentur morte damnavit
[48]cito ergo iniustam poenam dederunt
qui pro civitate et populo et sacris
vasis causam prosecuti sunt
[49]quam ob rem Tyri quoque indignati
erga sepulturam eorum liberalissi-
mi extiterunt
[50]Menelaus autem propter eorum qui
in potentia erant avaritiam perma-
nebat in potestate
crescens in malitia et ad insidias ci-
vium
Dn 11,25! I Mcc 1,17 **5** eodem tempore Antiochus secundam
profectionem paravit in Aegyptum
[2]contigit autem per universam Hiero-
solymorum civitatem
videri diebus quadraginta per aera
equites discurrentes
auratas stolas habentes et hastis quasi
cohortes armatas
[3]et cursus equorum per ordines diges-
tos
et congressiones fieri comminus et
scutorum motus
et galeatorum multitudinem gladiis
destrictis
et telorum iactus et aureorum armo-
rum splendorem
omnisque generis loricarum
[4]quapropter omnes rogabant in bo-
num monstra converti
[5]sed cum falsus rumor exisset
tamquam vita excessisset Antiochus
adsumptis Iason non minus mille
viris repente adgressus est civita-
tem
et civibus ad murum convolantibus
ad ultimum adprehensa civitate
Menelaus fugit in arcem
[6]Iason vero non parcebat in caede
civibus suis
nec cogitabat prosperitatem adver-
sus cognatos malum esse maximum
arbitrans hostium et non civium se
tropea capturum
[7]et principatum quidem non obtinuit
finem vero insidiarum suarum con-
fusione cepit
et profugus iterum abiit in Ammani-
ten
[8]ad ultimum in exitum sui conclusus
ab Areta Arabum tyrannum
fugiens de civitate in civitatem
omnibus odiosus ut refuga legum
et execrabilis ut patriae et civium
hostis in Aegyptum extrusus est
[9]et qui multos de patria expulerat per-
egre periit
Lacedemonas profectus quasi pro
cognatione ibi refugium habiturus
[10]et qui insepultos abiecerat multos
ipse et inlamentatus et insepultus
abicitur
sepultura neque peregrina usus ne-
que patrio sepulchro participans
[11]his ita gestis suspicatus est rex so- 11—16: I Mcc 1,21–25

44 ~ tres uiri c | 45 pecunias + dare Φc | 46 positus A | ~ deduxit a sententia c | 47 reum] rerum AΛ | iudicarentur + hos c; + quos MΦ | 49 tyrii Zc | 50 auaritia AΦ | et *om.* c. ‖ 5,2 armatos c.; + habent A | 3 equorum] eorum CΣΛS | galearum AΣS; gladiatorum M. | districtis SZMc | 5 uiros AS | conprehensa CΣΛZ | 7 confusionem Zc | accepit c | 8 in exitium cb; expulsus Φ.; exitus M; in exercitus Σ. | tyranno ΣΛZMc | in ciuitate AΛ. | 9 patria + sua c | excluserat CΣΛ. | 10 ~ multos abiecerat c | sepulturam CΣΛ | peregrinam CΣΛ | 11 itaque Zc |

AC ΣΛSZMΦ cbr

cietatem deserturos Iudaeos
et ob hoc profectus ex Aegypto efferatis animis civitatem quidem armis cepit
12 iussit autem militibus interficere nec parcere occursantibus
et per domos ascendentes trucidare
1 Mcc 2,9! 13 fiebant ergo caedes iuvenum ac seniorum
mulierum et natorum exterminia
virginumque et parvulorum neces
14 erant autem toto triduo octoginta milia interfecti quadraginta milia vincti
15 sed nec ista sufficiunt
2,23; 3,12 ausus est intrare templum universa terra sanctius
Menelao ductore qui legum et patriae fuit proditor
16 et scelestis manibus sumens sancta vasa
quae ab aliis regibus et civitatibus erant posita ad ornatum loci et gloriam
contrectabat indigne et contaminabat
17 ita alienatus mente Antiochus
7,33 non considerabat quod propter peccata habitantium civitatem modicum Dominus fuerat iratus
propter quod et accidit circa locum despectio
18 alioquin nisi contigisset eos multis peccatis esse involutos
sicut Heliodorus qui missus est a Seleuco rege ad expoliandum aerarium
etiam hic statim adveniens flagellatus et repulsus utique fuisset ab audacia
Mc 2,27 19 verum non propter locum gentem
sed propter gentem locum Dominus elegit
20 ideoque et ipse locus particeps factus est populi malorum
postea autem fiet socius et bonorum
et qui derelictus in ira Dei omnipotentis
iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur
21 igitur Antiochus mille et octingentis ablatis de templo talentis
velociter Antiochiam regressus est
existimans se prae superbia terram ad navigandum
pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem
22 reliquit autem et praepositos ad adfligendam gentem
Hierosolymis quidem Philippum genere Frigem
moribus crudeliorem eo ipso a quo constitutus est
23 in Garizin autem Andronicum et Menelaum
qui gravius quam ceteri inminebant civibus
24 cumque adpositus esset contra Iudaeos 24–26: I Mcc 1,30–32
misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti et duobus milibus I Mcc 3,10
praecipiens ei omnes perfectae aetatis interficere
mulieres ac iuvenes vendere
25 qui cum venisset Hierosolymam pacem simulans quievit usque ad sanctum diem sabbati
et tunc feriatis Iudaeis arma capere suis praecepit
26 omnesque qui ad spectaculum processerant trucidavit
et civitatem cum armatis discurrens ingentem multitudinem peremit
27 Iudas autem Macchabeus qui deci-

AC ΣΛSZMΦ 𝔊r 13 fiebat ΑΛΦr | seniorum + et c. | 14 uincti + non minus autem uenundati Zc, *cf.* 𝔊 | 15 est + etiam c | doctore A | 17 ciuitatem *om.* CΣΛ | dominus] deus c. | accedit AS | 19 gente[2] C.: + ad CΣ. | dominus] deus c. | 20 et[2] *om.* c | omnipotentis + est c. | 21 oblatis A | 24 esset + et A | uiginti duo A | ei] et A.: *om.* Z. | 25 ~ diem sanctum Σc | 27 decimus] de ciuibus CΣΛ |

I Mcc 2,28 mus fuerat secesserat in desertum locum
ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat
et faeni cibo vescentes demorabantur
ne participes essent coinquinationis
1—11: I Mcc 1,43–67 6 sed non post multum temporis
misit rex senem quendam antiochenum qui conpelleret Iudaeos
7,2.24 ut se transferrent a patriis et Dei legibus
2 contaminare etiam quod in Hierosolymis erat templum
et cognominare Iovis Olympii
et in Garizin prout erant hii qui locum inhabitabant Iovis Hospitalis
3 pessima autem universis et gravis malorum erat incursio
Ps 73,3! 78,1! 4 nam templum luxuria et comesationibus erat plenum
et scortantium cum meretricibus
sacratisque aedibus mulieres se ultro ingerebant
intro ferentes ea quae non licebat
5 altare etiam plenum erat inlicitis quae legibus prohibebantur
6 neque autem sabbata custodiebantur
neque dies sollemnes patrii servabantur
nec simpliciter se quisquam Iudaeum esse confitebatur
7 ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia
et cum Liberi sacra celebrarentur
cogebantur hedera coronati Libero circumire
8 decretum autem exiit in proximas gentilium civitates suggerentibus Ptolomeis
ut pari modo et ipsi adversus Iudaeos agerent ut sacrificarent
9 eos autem qui nollent transire ad instituta gentilium interficerent
erat ergo videre miseriam
10 duae enim mulieres delatae sunt natos suos circumcidisse
quas infantibus ad ubera suspensis
cum publice per civitatem circumduxissent per muros praecipitaverunt
11 alii vero ad proximas coeuntes speluncas
et latenter sabbati diem celebrantes
cum indicati essent Philippo flammis succensi sunt
eo quod verebantur propter religionem et observantiam manu sibimet auxilium ferre
12 obsecro autem eos qui hunc librum lecturi sunt ne abhorrescant propter adversos casus
sed reputent ea quae acciderunt
non ad interitum sed ad correptionem generis esse nostri
13 etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere
sed statim ultiones adhibere magni beneficii est indicium
14 non enim sicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat
ut eas cum iudicii dies venerit in plenitudine peccatorum puniat
15 ita et in nobis statuit ut peccatis nostris in finem devolutis
ita demum in nos vindicet
16 propter quod numquam quidem a nobis misericordiam suam amovet Ps 65,20! Dn 3,35
corripiens vero in adversis populum suum non derelinquit
17 sed haec nobis ad commonitionem legentium dicta sint paucis

27 fuerant C. ‖ 6,1 sed + et C. | 2 praecontaminaret A. | cognominaret ACΣΛ | 3 ~ et uniuersis CΣΛZΦc | ~ erat malorum c | 4 luxuriae CΣΛ | comesationibus + gentium c. | 6 quisque CΣΛ | ~ iudaeum se quisquam esse Z.; ~ iudaeum se esse quisquam c. | 7 natali AΦ | 9 autem *om.* AC. | statuta AZ. | gentium SMΦc | 12 ~ esse generis c. | 13 ultionis AZ. | exibere CΣΛ | 14 aduenerit c. | 16 dereliquit AZ; derelinquet SMΦ |

AC ΣΛSZMΦ cðr

iam autem veniendum est ad narrationem
18 igitur Eleazarus de primoribus scribarum
vir aetate provectus et vultu decorus
aperto ore hians conpellebatur carnem porcinam manducare
19 at ille gloriosam mortem magis quam odibilem vitam amplectens
voluntarie praeibat ad supplicium
20 intuens autem quemadmodum oportet accedere
patienter sustinens destinavit non admittere inlicita propter vitae amorem
21 hii autem qui adstabant iniqua miseratione commoti
propter antiquam viri amicitiam
tollentes eum secreto rogabant adferri carnes quibus vesci ei licebat
et simularetur manducasse sicut rex imperaverat de sacrificii carnibus
22 ut hoc facto a morte liberaretur
et propter veterem amicitiam
hanc in eo facerent humanitatem
23 at ille cogitationem cepit aetatis ac senectutis suae eminentiam dignam
et ingenuitatem nobilitatis canitiem atque a puero optimae conversationis
et secundum sanctae et a Deo conditae legis constituta
respondit cito dicens praemitti se velle in infernum
24 non enim aetatem nostram dignum est inquit fingere
ut multi adulescentium arbitrati Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum
25 et ipsi propter meam simulationem
et propter modicum corruptibilis vitae tempus decipiantur
et per hoc maculam atque execrationem meae senectuti conquiram
26 nam et si in praesenti tempore suppliciis hominum eripiar
sed manus Omnipotentis neque vivens neque defunctus effugiam
27 quam ob rem fortiter vitam excedendo
senectute quidem dignus apparebo
28 adulescentibus autem exemplum forte relinquam
si prompto animo ac fortiter pro gravissimis et sanctissimis legibus honesta morte perfungar
his dictis confestim ad supplicium trahebatur
29 hii autem qui eum ducebant et paulo ante fuerant mitiores
in iram versi sunt propter sermones ab eo dictos
quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur
30 sed cum plagis perimeretur ingemuit et dixit
Domine qui habes sanctam scientiam
manifeste scis tu quia cum a morte possim liberari
duros corporis sustineo dolores
secundum animam vero propter timorem tuum libenter haec patior
31 et iste quidem hoc modo vita decessit
non solum iuvenibus sed et universae genti
memoriam mortis suae ad exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔟𝔯

18 eleazarus + unus ZΦ𝔠 | prioribus CΣΛΦ | uir] uera ACΣΛ.; *om.* Z. | (h)iens CΣΛ | 19 gloriosissimam 𝔠 | complectens 𝔠 | uoluntariae ACΣΛSΦ𝔯 | 20 oporteret 𝔠; oporteat S | 21 qui *om.* A | uesci ei] uesceri A; uesci CΣΛ𝔯 | et] ut A𝔠 | de sacrificiis A | 22 ueterem + uiri 𝔠 | faciebant 𝔠 | 23 cogitatione A.; cogitare ZΦ𝔠 | cepit S] coepit AZMΦ𝔠; accepit CΣΛ𝔟 | eminentiae A; eminentia Z | ingenuitate M.; ingenuae CΣΛZ; ingenitae S𝔠 | canitiae ASZΦ𝔯 | conuersationis + actus 𝔠. | uelle] uel AZΦ. | 24 aetati nostrae 𝔠 | arbitrantes Φ𝔠 | 26 temporis AZΦ | manum Z𝔠; manu Φ. | neque uiuus neque ΣΛ; nec uiuus nec 𝔠. | 27 uita 𝔠. | 28 forte] fortem A | et] ac 𝔠 | 29 in ira AZ. | conuersi 𝔠 | 30 ~ tu scis 𝔠 | possem ASΦ𝔠𝔯 | 31 discessit CΣΛS ‖

7 contigit autem et septem fratres cum
matre adprehensos
conpelli a rege contra fas ad carnes
porcinas flagris et taureis cruciatos
2 unus autem ex illis qui erat primus
sic ait
quid quaeris et quid vis discere a no-
bis
6,1! parati sumus mori magis quam pat-
rias Dei leges praevaricari
3 iratus itaque rex iussit sartagines et
ollas aeneas succendi
quibus statim succensis
4 iussit ei qui prior fuerat locutus am-
putari linguam
et cute capitis abstracta
summas quoque manus ei et pedes
praecidi
ceteris eius fratribus et matre inspi-
cientibus
5 et cum iam per omnia inutilis factus
esset
iussit ignem admoveri
et adhuc spirantem torreri in sarta-
ginem
in qua cum diu cruciaretur
ceteri una cum matre invicem se
hortabantur mori fortiter
6 dicentes Dominus Deus aspiciat
veritatem et consolabitur in nobis
quemadmodum protestationem can-
tici declaravit Moses
Dt 32,36! et in servis suis consolabitur
7 mortuo itaque primo illo hoc modo
sequentem deducebant ad inluden-
dum
et cute capitis eius cum capillis de-
tracta
interrogabant si manducaret
priusquam toto corpore per membra
singula puniretur

8 at ille respondens patria voce dixit
non faciam
propter quod et iste sequenti loco
primi tormenta suscepit
9 et in ultimo spiritu constitutus ait
tu quidem scelestissime in praesenti
vita nos perdis
sed rex mundi defunctos nos pro 14!
suis legibus in aeternae vitae resur-
rectione suscitabit
10 post hunc tertius inludebatur
et linguam postulatus cito protulit
et manus constanter extendit
11 et cum fiducia ait
e caelo ista possideo
sed propter Dei leges nunc haec ipsa
despicio
quoniam ab ipso me ea recepturum
spero
12 ita ut rex et qui cum ipso erant mira-
rentur adulescentis animum
quod tamquam nihili duceret cru-
ciatus
13 et hoc ita defuncto quartum similiter
vexabant torquentes
14 et cum iam esset ad mortem sic ait
potius est ab hominibus morti da- 9
tos spem expectare a Deo
iterum ab ipso resuscitandos Iob 19,25! Hbr 11,35
tibi enim resurrectio ad vitam non
erit
15 et cum admovissent quintum vexa-
bant eum
at ille respiciens in eum 16 dixit
potestatem inter homines habens
cum sis corruptibilis facis quod vis
noli autem putare genus nostrum a
Deo esse derelictum
17 patienter sustine et videbis magna
potestas ipsius qualiter te et semen
tuum torquebit

7,1 una cum matre sua ς. | rege + edere ς. | ad] contingere Z; *om.* ς | 3 iratusque rex CΣ; iratus est rex Λ. | 4 primus CΣΛ | ~ manus et pedes ei ς; ~ ei manus et pedes ΣΛ | praescindi ς. | 5 in sartagine M𝔠 | 6 aspiciet Zς | protestatione ΣMΦς; *praem.* in ς | suis + dominus AC | 7 ~ illo primo Zς | abstracta ς | per *om.* AΦ | 9 sic ait Zς | suscitauit AΣΛ | 10 inluditur Φς | 12 tamquam] tam CΣΛZ | nihili AΛ] nihil CΣ; nihilum SZMΦ𝔠 | 13 ~ uexabant similiter ς | 17 tu autem patienter ς | magnam potestatem Λς |

AC ΣΛSZMΦ 𝔠r

[18] post hunc ducebant et sextum et is
mori incipiens sic ait
noli frustra errare
32 nos enim propter nosmet ipsos haec
patimur peccantes in Deum nostrum
et digna admiratione facta sunt in nobis
[19] tu autem ne existimes tibi inpune
futurum quod contra Deum pugnare temptaveris
[20] supra modum autem mater mirabilis et bonorum memoria digna
quae pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspiciens
bono animo ferebat propter spem quam in Deum habebat
[21] singulos illorum hortabatur patria voce
fortiter repleta sapientia
et femineae cogitationi masculinum animum inserens [22] dixit ad eos
nescio qualiter in utero meo apparuistis
neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam
et singulorum membra non ego ipsa conpegi
[23] sed enim mundi creator qui formavit hominis nativitatem
quique omnium invenit originem
et spiritum vobis iterum cum misericordia reddet et vitam
sicut nunc vosmet ipsos despicitis propter leges eius
[24] Antiochus autem contemni se arbitratus
simul et exprobrantis voce despecta
cum adhuc adulescentior superesset
non solum verbis hortabatur
sed et iuramento adfirmabat
divitem se et beatum facturum
et translatum a patriis legibus amicum habiturum et res necessarias praebiturum 6,1!
[25] sed ad ista cum adulescens nequaquam inclinaretur
vocavit rex matrem et suadebat ut adulescenti fieret in salutem
[26] cum autem multis eam verbis esset hortatus
promisit suasuram se filio suo
[27] itaque inclinata ad illum inridens crudelem tyrannum ait patria voce
fili mi miserere mei quae te in utero decem menses portavi
et lac triennio dedi et alui
et in aetatem istam perduxi
[28] peto nate aspicias in caelum et terram et ad omnia quae in eis sunt Ex 20,11! Is 40,26!
et intellegas quia ex nihilo fecit illa Deus et hominum genus
[29] ita fit ut non timeas carnificem istum
sed dignus fratribus tuis effectus
suscipe mortem ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam
[30] cum haec illa adhuc diceret ait adulescens
quem sustinetis
non oboedio praecepto regis I Mcc 2,19.20
sed praecepto legis quae data est nobis per Mosen
[31] tu vero qui inventor omnis malitiae factus es in Hebraeos non effugies manum Dei
[32] nos enim pro peccatis nostris haec patimur 18
[33] et si nobis propter increpationem et 5,17
correptionem Dominus noster modicum iratus est Is 54,7!
sed iterum reconciliabitur servis suis
[34] tu autem o sceleste et omnium hominum flagitiosissime
noli frustra extolli vanis spebus in

AC ΣΛSZMΦ cr

18 et[1] *om.* c. | 21 ~ uoce patria c | 22 enim *om.* CΣ. | 23 quique] quicumque C | 24 contemni se] contemnisse AΣΛ | et[2] + cum Zc | ~ se diuitem c | patris A | necessarias + ei c | 25 ista] haec c; his Φ. | suadebat + ei Zc | 26 ~ uerbis eam CΣΛ | suasura se A; suasura Z; suasurum se C; se suadere SM. | 27 nouem mensibus Zc | triennium ASΦ | 28 nate + ut MΦc | ad caelum Zc | 29 fiet c; fecit SM | effectus + particeps c. | 30 praecepta A | nobis *om.* CΣΛ | 33 dominus + deus c. | 34 speibus A; specibus S; speciebus Z |

servos eius inflammatus
35 nondum enim omnipotentis Dei et omnia inspicientis iudicium effugisti
36 nam fratres mei modico nunc dolore sustentato
sub testamento aeternae vitae effecti sunt
tu vero iudicio Dei iustas superbiae poenas solves
14,38 37 ego autem sicut fratres mei animam et corpus meum trado pro patriis legibus
Dt 21,8! invocans Deum maturius genti nostrae propitium fieri
9,11.12 teque cum tormentis et verberibus confiteri quod ipse est Deus solus
38 in me vero et in fratribus meis desinet Omnipotentis ira
quae super omne genus nostrum iuste superducta est
39 tunc rex accensus ira in hunc super omnes crudelius desaeviit
indigne ferens derisum se
40 et hic itaque mundus obiit per omnia in Domino confidens
41 novissime autem et mater consummata est
42 igitur de sacrificiis et de nimiis crudelitatibus satis dictum
1—7: I Mcc 3,1–9 **8** Iudas vero Macchabeus et qui cum illo erant
introibant latenter in castella
et convocantes cognatos et eos qui permanserant in iudaismo
adsumentes eduxerunt ad sex milia viros
2 et invocabant Dominum ut respiceret in populum qui ab omnibus calcabatur
misereretur templo quod contaminabatur ab impiis
3 misereretur etiam exterminio civitatis quae esset ilico conplananda
et vocem sanguinis ad se clamantis audiret Gn 4,10!
4 memoraretur quoque iniquissimas mortes innocentium parvulorum
et blasphemias nomini suo inlatas
et indignaretur super his
5 at Macchabeus congregata multitudine
intolerabilis gentibus efficiebatur
ira enim Domini in misericordiam conversa est
6 et superveniens castellis et civitatibus
inprovisus succendebat eas
et oportuna loca occupans
non paucas hostium strages dabat
7 maxime autem noctibus ad huiuscemodi excursus ferebatur
et fama virtutis eius ubique diffundebatur Mt 9,26!
8 videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire 8—20: I Mcc 3,27–60
ac frequentius res ei prospere cedere
ad Ptolomeum ducem Coelesyriae et Foenicis scripsit
ut auxilium ferret regis negotiis
9 at ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum
datis ei permixtis gentibus armatis non minus viginti milibus
ut universum Iudaeorum genus deleret
adiuncto ei Gorgia viro militari
10 constituit autem Nicanor regi ut tributum Romanis quod erat dandum
duo milia talentum de captivitate

36 dolores AΣ | superbiae + tuae Zϲ | exolues Zϲ | 37 sicut + et Zϲ | 39 desaeuiit ASMΦϸr] desaeuit *cet.* | ~ se derisum ϲ | 40 domino] deo CΣΛ | 41 autem + post filios Zϲ | consumpta Sϲ | 42 dictum + est ΣΛMϲ ‖ 8,1 et[1] + amicos et ϲ | permanserunt ϲ. | eduxerunt] adsumpserunt CΣ; assumpserant Λ. | ad se sex ϲ | uirorum Λϲ | 2 calcabatur + et ϲ | 4 ~ paruulorum innocentum ϲ. | 6 inprouisis CΣΛ | 8 perfectum CΣΛ | ~ cedere prospere ϲ. | scribit A | 9 ei[1]] et ACΣΛZ r | de permixtis ϲ | ei[2] + et Zϲ | militari + et in bellicis rebus experientissimo Zϲ𝔊 | 10 ~ ut regi tributum quod romanis ϲ. | talentorum ΛMϲ |

AC ΣΛSZMΦ ϸr

Iudaeorum suppleret
11 statimque ad maritimas misit civitates
convocans ad coemptionem iudaeorum mancipiorum
promittens se nonaginta mancipia talento distracturum
non respiciens ad vindictam quae eum ab Omnipotente esset consecutura
12 Iudas autem ubi conperit indicavit his qui secum erant Iudaeis Nicanoris adventum
13 ex quibus quidam formidantes et non credentes Dei iustitiae in fugam vertebantur
14 alii vero si quid eis supererat vendebant
simulque Dominum deprecabantur ut eriperet eos ab impio Nicanore
qui eos priusquam in comminus veniret vendiderat
15 si non propter eos
propter testamentum quod erat ad patres eorum et propter invocationem sancti et magnifici nominis eius super ipsos
16–18: 15,7.8 16 convocatis autem Macchabeus septem milibus qui cum ipso erant
rogabat ne hostibus reconciliarentur
I Mcc 4,8 neque metuerent inique venientium adversum se hostium multitudinem
sed fortiter contenderent
17 ante oculos habentes contumeliam quae in locum sanctum ab his iniuste esset inlata
itemque et ludibria habitae civitatis iniuriam
adhuc etiam veterum instituta convulsa
18 nam illi quidem armis confidunt ait simul et audacia
nos autem in omnipotente Domino
qui potest venientes adversus nos et universum mundum uno nutu delere confidimus
19 admonuit autem eos et de auxiliis Dei quae facta sunt erga parentes
et sub Sennacherim centum octoginta quinque milia ut perierunt 15,22: IV Rg 19,35! I Mcc 7,41
20 et de proelio quod eis adversus Galatas fuit in Babylonia 20–36: I Mcc 4,1–27
ut omnes ubi ad rem ventum est
Macedonibus sociis haesitantibus
ipsi sex milia soli peremerunt centum viginti milia
propter auxilium illis datum e caelo
et beneficia pro his plurima consecuti sunt
21 his verbis constantes effecti sunt
et pro legibus et patria mori parati I Mcc 2,50
22 constituit itaque fratres suos duces utrique ordini Simonem et Iosepphum et Ionathan
subiectis unicuique millenis et quingentenis
23 ad hoc etiam ab Ezra lecto illis sancto libro
et dato signo adiutorio Dei
in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore
24 et facto sibi adiutore Omnipotente interfecerunt super novem milia hominum
maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere conpulerunt
25 pecuniis vero eorum qui ad emptionem ipsorum venerant sublatis
ipsos usquequaque persecuti sunt

AC ΣΛSZMΦ cbr

11 ~ ciuitates misit MΦc | ad emptionem CΣΛ | iudaicorum SMΦcb | nongenta CΣΛ. | 14 quid ei c (*lapsu*); qui de his CΦ; quid de his M | supererant AΦ | in *om.* c. | 15 et si ZΦc | testamentum + tamen c | 16 rogabant AZ | iniqui AΣ. | 17 in *om.* c | loco sancto MΦc | ludibrio cr | 18 potest] post A.; + et SMΦcbr | 19 eos *om.* CΣΛ | et² + quod c [*et* b, *lapsu*] | sennacherib CΣΛZΦc | ut] qui CΣΛ; *om.* MΦc | 20 de caelo c | 23 ~ lecto illis ab ezra AS | in adiutorium CΣΛ.; adiutorii c | 24 autem *om.* AZ. |

26 sed reverterunt hora conclusi nam erat ante sabbatum
quam ob causam non perseveraverunt insequentes
27 arma autem ipsorum et spolia congregantes
sabbatum agebant benedicentes Dominum qui liberavit eos in isto die
misericordiae initium stillans in eos
28 post sabbatum vero debilibus et orfanis et viduis diviserunt spolia
et residua ipsi cum suis habuere
29 his ita gestis et communiter ab omnibus facta obsecratione
misericordem Dominum postulabant
ut in finem servis suis reconciliaretur
30 et ex his qui cum Timotheo et Bacchide erant contra se contendentes
super viginti milia interfecerunt
et munitiones excelsas obtinuerunt
et plures praedas diviserunt
aequam portionem debilibus pupillis et viduis sed et senioribus facientes
31 et cum arma eorum collegissent
diligenter omnia conposuerunt in locis oportunis
residua vero spolia Hierosolymam detulerunt
32 et phylarchen qui cum Timotheo erat interfecerunt
virum scelestum qui in multis Iudaeos adflixerat
33 et cum epicinia agerent in Hierosolymis
eos qui sacras ianuas incenderant id est Callistenen
cum in quodam domicilio refugisset incenderunt
digna ei mercede pro impietatibus suis reddita
34 facinorosissimus autem Nicanor
qui mille negotiantes ad Iudaeorum venditionem adduxerat
35 humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos existimaverat
deposita veste gloriae per mediterranea fugiens solus venit Antiochiam
summam infelicitatem de interitu sui exercitus consecutus
36 et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captivitate Hierosolymorum
praedicabat nunc protectorem Deum habere Iudaeos 3,39
et ob ipsum invulnerabiles esse
eo quod sequerentur leges ab ipso constitutas
9 eodem tempore Antiochus inhoneste revertebatur de Perside 1—29: I Mcc 6,1–16
2 intraverat enim ea quae dicitur Persipolis
et temptavit expoliare templa et civitatem opprimere
sed multitudine ad arma concurrente in fugam versi sunt
et ita contigit ut Antiochus post fugam turpiter rediret
3 et cum venisset circa Ecbatana
recognovit quae erga Nicanorem et Timotheum gesta sunt
4 elatus autem ira arbitrabatur se iniuriam illorum qui se fugaverant posse in Iudaeos retorquere
ideoque iussit agitari currum sine intermissione agens iter
caelesti eum iudicio perurguente
quod ita superbe locutus est
venturum se Hierosolymam et congeriem sepulchri Iudaeorum eam 14

26 reuersi sunt ¢ | ora AZ | 29 itaque A¢ | 30 pupillis] populis CΣ | 31 ~ diligenter collegissent ¢. | 33 epinicia ¢ | in¹ *om.* A¢ | eos] eum ¢ | incenderat ¢ | quoddam domicilium MΦ¢ð | 35 nullus CΣΛSMΦ; nullo Z. | 36 ob] ab AS. ‖ 9,2 ea] eam Mð; in eam Z¢ | templum ¢. | in fuga A | 3 ecbatanam ¢ | 4 in ira Φ¢; *om.* M. | se¹ *om.* CΣΛZ | fugauerunt Φ; fugerant CΣΛ | cursum A.; + suum ¢ | eo quod ¢ [*et* ð, *lapsu*] | se² *om.* A.; ~ se uenturum ¢ |

AC ΣΛSZMΦ ¢ðr

facturum
5 sed qui universa conspicit Dominus Israhel percussit eum insanabili et invisibili plaga
ut enim finivit hunc ipsum sermonem
adprehendit eum dolor dirus viscerum et amara internorum tormenta
6 et quidem satis iuste
quippe qui multis et novis cruciatibus aliorum torserat viscera
licet ille nullo modo a sua malitia cessaret
7 super haec autem superbia repletus
ignem spirans animo in Iudaeos
et praecipiens adcelerare negotium
contigit illum impetu euntem de curru cadere
et gravi corporis conlisione membra vexare
8 isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare
supra humanum modum superbia repletus
Is 40,12 et montium altitudines in statera adpendere
nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur
8,9: Act 12,23 manifestam Dei virtutem in semet ipso contestans
9 ita ut de corpore impii vermes scaturrirent ac viventes in doloribus carnes eius effluerent
odore etiam illius et fetore exercitus gravaretur
10 et qui paulo ante sidera caeli contingere se arbitrabatur
eum nemo poterat propter intolerantiam fetoris portare
11 hinc igitur coepit ex gravi superbia deductus ad agnitionem sui venire
divina admonitus plaga
11,12: 7,37 per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus
12 et cum nec ipse iam fetorem suum ferre posset ita ait
iustum est subditum esse Deo
et mortalem non paria Deo sentire
13 orabat autem haec scelestus Dominum a quo non esset misericordiam consecuturus Prv 1,28!
14 et civitatem ad quam festinans veniebat
ut eam ad solum deduceret et sepulchrum congestorum faceret 4
nunc optat liberam reddere
15 et Iudaeos quos nec sepultura quidem se dignos habituros
sed avibus ac feris diripiendos traditurum
et cum parvulis exterminaturum dixerat
aequales nunc Atheniensibus facturum pollicetur
16 templum etiam sanctum quod prius expoliaverat optimis donis ornaturum 3,2!
et sancta vasa multiplicaturum
et pertinentes ad sacrificia sumptus de reditibus suis praestaturum
17 super haec et Iudaeum futurum
et omnem locum terrae perambulaturum
et praedicaturum Dei potestatem
18 sed non cessantibus doloribus
supervenerat enim in eum iustum Dei iudicium
desperans scripsit ad Iudaeos in modum deprecationis epistulam haec continentem
19 optimis civibus Iudaeis plurimam salutem et bene valere et esse felices 19,20: 11,27.28!
rex et princeps Antiochus
20 si bene valetis et filii vestri

AC ΣΛSZMΦ cbr

5 dominus + deus SZMΦc𝔊 | 6 et quidem] equidem CΣΛS | ille *om.* CΣΛ | 7 hoc c. | accelerari c | impetum A | uexari Zc | 8 isque qui ZMΦc. *cf.* 𝔊] isque A.; is qui ΣSb; his qui CΛ | altitudinis AS. | 9 ac—effluerent *om.* A. | uiuentis cb𝔊 | ac fetore CΣΛ | 11 sui *om.* CΣΛ | 12 nec *om.* CΣΛ | ferre + non CΣΛ | non *om.* A. | 13 hoc A; hic c. | 14 et²] ac MΦc | 15 habiturus S.; habiturum Zc | 17 facturum AΣ; se futurum c |

et ex sententia vobis cuncta sunt
maximas agimus gratias
21 et ego in infirmitate constitutus
vestri autem benigne memor
regressus de Persidis locis
et infirmitate gravi adprehensus
necessarium duxi pro communi utilitate curam habere
22 non desperans memet ipsum
sed spem multam habeo effugiendi infirmitatem
I Mcc 3,37; 6,1 23 respiciens autem quod et pater quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum
ostendit qui post se susciperet principatum
24 ut si quid contrarium accideret aut difficile nuntiaretur
scientes hii qui in regionibus erant cui esset rerum summa derelicta
non turbarentur
25 ad haec considerans de proximo potentes quosque et vicinos
temporibus insidiantes et eventum expectantes
designavi filium meum Antiochum regem
quem saepe recurrens in superiora regna multis vestrum commendabam
et scripsi ad eum quae subiecta sunt
26 orate itaque vos
et peto memores beneficiorum publice et privatim
ut unusquisque conservet fidem ad me et ad filium meum
27 confido enim eum modeste et humane acturum
et sequentem propositum meum communem vobis fore
28 igitur homicida et blasphemus pessime percussus
et ut ipse alios tractaverat
peregre in montibus miserabili obitu vita functus est
29 transferebat autem corpus Philippus conlactaneus eius
qui metuens filium Antiochi ad Ptolomeum Filometora in Aegyptum abiit
10 Macchabeus autem et qui cum illo erant Domino se protegente 1–8: I Mcc 4,36–59
templum quidem et civitatem recepit 2,23
2 aras autem quas alienigenae per plateas extruxerant
itemque delubra demolitus est
3 et purgato templo aliud altare fecerunt
et de ignitis lapidibus igne concepto
obtulerunt sacrificia post biennium
et incensum et lucernas et panes propositionis posuerunt
4 quibus gestis rogabant Dominum prostrati in terram
ne amplius malis talibus inciderent
sed et si quando peccassent
ut ab ipso mitius corriperentur
et non blasphemis ac barbaris hominibus traderentur
5 qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat
contigit eadem die purgationem fieri vicesima et quinta mensis qui fuit casleu 1,18
6 et cum laetitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum
recordantes quod ante modicum temporis
diem sollemnem tabernaculorum in montibus more bestiarum egerant Lv 23,341
7 propter quod tyrsos et ramos virides
et palmas praeferebant ei qui prosperavit mundari locum suum

21 ~ memor benigne c | reuersus MΦc | 22 habens c | 23 pater + meus c | 25 quosque] quoque ASZM. | 26 oro Zc𝔊 | 27 meum + et c | 29 filometorem SZMΦc𝔟 ‖ 10,1 illo] eo c | 2 struxerant AZΦr; extruxerunt Σ. | 3 ~ sacrificia obtulerunt c | 4 ~ talibus malis c | incederent AZΦ | blasfemiis CΣ.; ~ barbaris ac blasphemis Φc | 5 purificationem c | et *om.* c. | 6 montibus + et in (*om.* Z) speluncis Zc𝔊 | 7 tyros A. |

AC ΣΛSZMΦ c𝔟r

8 et decreverunt communi praecepto
et decreto universae genti Iudaeo-
rum
omnibus annis agere dies istos
4,7 9 et Antiochi quidem qui appellatus
est Nobilis
vitae excessus ita se habuit
2,21 10 nunc autem de Eupatore Antiochi
filio impii quae gesta sunt narrabi-
mus
breviantes mala quae in bellis gesta
sunt
I Mcc 3,32! 11 hic suscepto regno constituit super
negotia regni Lysiam quendam
Foenicis et Syriae militiae princi-
pem
12 nam Ptolomeus qui dicebatur Ma-
cer
iusti tenax erga Iudaeos esse insti-
tuit
et praecipue propter iniquitatem
quae facta erat in eos
et pacifice agere cum eis
13 sed ob hoc accusatus ab amicis apud
Eupatorem
cum frequenter proditor audiret
eo quod Cyprum creditus a Filome-
tore Nobilem translatus etiam ab
eo recessisset
veneno vitam finivit
12,32 14 Gorgias autem cum esset dux loco-
rum
adsumptis advenis frequenter Iudae-
os debellabat
15—38: I Mcc 5,1–13 15 Iudaei vero qui tenebant oportunas
munitiones
fugatos ab Hierosolymis suscipie-
bant et bellare temptabant
16 hii vero qui erant cum Macchabeo
per orationes Dominum rogantes ut
esset sibi adiutor
I Mcc 5,65 impetum fecerunt in munitiones
Idumeorum
17 multaque vi insistentes loca obtinue-
runt occurrentes interemerunt
et omnes simul non minus a viginti
milibus trucidaverunt
18 quidam autem cum confugissent in
duas turres valde munitas
omnem adparatum ad repugnan-
dum habentes
19 Macchabeus ad eorum expugnatio-
nem relicto Simone et Ioseppho
item Macchabeo eisque qui cum ipsis
erant satis multis
ipse ad eas quae amplius perurgue-
bant pugnas conversus est
20 hii vero qui cum Simone erant cupi-
ditate ducti
a quibusdam qui in turribus erant
suasi sunt pecunia
et septuaginta milibus didragmis
acceptis dimiserunt quosdam effu-
gere
21 cum autem Macchabeo nuntiatum
esset quod factum est
congregatis principibus populi
accusavit quod pecunia fratres ven-
didissent
adversariis eorum dimissis
22 hos igitur proditores factos interfe-
cit
et confestim duas turres occupavit
23 armis autem ac manibus omnia pro-
spere agendo in duabus munitioni-
bus plus quam viginti milia peremit
24 Timotheus qui prius a Iudaeis fuerat
superatus
convocato exercitu peregrinae multi-
tudinis
et congregato exercitu asiano adve-
nit quasi armis Iudaeam capturus
25 Macchabeus autem et qui cum ipso
erant

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔟𝔯

10 ~ impii filio 𝔠 | 11 hic + enim 𝔠 | 12 constituit 𝔠. | 13 creditus S] creditam 𝔠; ereditas ACZMΦ𝔟; cretes Σ.; cretas Λ; + sibi 𝔠 | filometore + deseruisset (defecisset Z) et ad antiochum Z𝔠𝔊 | nobile CΣΛ | 17 a *om.* Σ𝔠 | 19 eorum] horum ASZ | itemque zachaeo 𝔠𝔊; item zachaeo r; item macchabeus CΣΛΦ | 21 ~ principibus populi congregatis 𝔠. | 24 timotheus uero CΣΛ; at timotheus Z𝔠 | exercitu²] equitatu Z𝔠𝔊 |

adpropiante illo deprecabantur Deum
I Mcc 3,47! 11,71! caput terra aspergentes
lumbosque ciliciis praecincti
26 ad altaris crepidinem provoluti ut sibi propitius
Ex 23,22 inimicis autem eorum esset inimicus
et adversaretur sicut lex dicit
27 et ita post orationem sumptis armis
longius de civitate procedentes
et proximi hostibus effecti resederunt
28 primo autem solis ortu utrique commiserunt
isti quidem victoriae et prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes
illi autem ducem belli animum habebant
29 sed cum vehemens pugna esset apparuerunt adversariis de caelo
viri quinque in equis frenis aureis decori ducatum Iudaeis praestantes
30 ex quibus duo Macchabeum medium habentes
armis suis circumseptum incolomem conservabant
in adversarios autem tela et fulmina iaciebant
ex quo et caecitate confusi et repleti perturbatione cadebant
31 interfecti sunt autem viginti milia quingenti et equites sescenti
32 Timotheus autem confugit in Gazara
praesidium munitum cui praeerat Caereas
33 Macchabeus autem et qui cum eo erant
laetantes obsederunt praesidium diebus quattuor
34 at hii qui in turres erant loci firmitate confisi
super modum maledicebant et sermones nefandos iactabant
35 sed cum dies quinta inlucesceret
viginti iuvenes ex his qui cum Macchabeo erant accensi animis propter blasphemiam
viriliter accesserunt ad murum
et feroci animo incedentes ascendebant
36 sed et alii similiter ascendentes turres portasque succendere adgressi
atque ipsos maledicos vivos concremare
37 per continuum autem biduum praesidio vastato
Timotheum occultantem se in quodam reppertum loco peremerunt
et fratrem illius Caerean et Apollofanem occiderunt
38 quibus gestis in hymnis et confessionibus benedicebant Dominum I Esr 3,11!
qui magna fecit cum Israhel et victoriam illi dedit
11 sed parvo post tempore Lysias procurator regis et propinquus ac negotiorum praepositus 13,2; I Mcc 3,32!
graviter ferens de his quae acciderant
2 congregatis octoginta milibus et equitatu universo veniebat adversus Iudaeos
existimans se civitatem quidem captam gentibus habitaculum facturum
3 templum vero in pecuniae quaestu
sicut cetera delubra gentium habiturum
et per singulos annos venale sacerdotium
4 nusquam recogitans Dei potestatem
sed mente effrenatus
in multitudine peditum et in milibus

25 appropinquante ϛ. | deum] dominum Zϛ | 26 et + aduersariis ϛ𝔊; + aduersarios Z. | aduersetur AZ. | 28 domini A | 29 e caelo CΣΛ | 30 in aduersariis ASZ | iacebant A; iacebat Λ. | 32 autem] uero Zϛ | in gazaram ϛ | 34 at] et CΣΛ. | in turribus M; intus Zϛ𝔊 | confusi A | supra ϛ | 35 blasphemias S𝔟; blasphemia AM | 36 adgressi + sunt ΣΛϛ | atque + in AZ | 38 cum] in CΣΛϛ | dedit illis ϛ ‖ 11,3 quaestum ϛ |

AC ΣΛSZMΦ ϛ𝔡𝔯

equitum et in octoginta elefantis confidebat
5 ingressus autem Iudaeam
et adpropians Bethsurae quod erat in angusto loco ab Hierosolyma intervallo quinque stadiorum
illud praesidium expugnabat
6 ut autem Macchabeus et qui cum eo erant cognoverunt expugnari praesidia
cum fletu et lacrimis rogabant Dominum
15,23 et omnis turba simul ut bonum angelum mitteret ad salutem Israhel
7 et ipse primus Macchabeus sumptis armis ceteros adhortatus est
simul secum periculum subire et ferre auxilium fratribus suis
8 cumque pariter prompto animo procederent Hierosolymis
apparuit praecedens eos eques in veste candida
armis aureis hastam vibrans
9 tum simul omnes benedixerunt misericordem Dominum
et convaluerunt animis
non solum homines sed et bestias ferocissimas et muros ferreos parati penetrare
10 ibant igitur prompti de caelo habentes adiutorem et miserantem eos Dominum
11 leonum autem impetu inruentes hostibus
prostraverunt ex eis undecim milia peditum et equites mille sescentos
12 universos autem in fugam verterunt
plures vero ex eis vulnerati nudi evaserunt
sed et ipse Lysias turpiter fugiens evasit
13 et quia non insensatus erat 13—15: 1 Mcc 6,57–60
secum ipse reputans factam erga se diminutionem
et intellegens invictos esse Hebraeos Dei auxilio nitentes
misit ad eos
14 promisitque consensurum se omnibus quae iusta sunt
et regem conpulsurum amicum fieri
15 annuit autem Macchabeus precibus Lysiae in omnibus utilitati consulens
et quaecumque Macchabeus scripsit Lysiae de Iudaeis ea rex concessit
16 nam erant scriptae Iudaeis epistulae a Lysia quidem hunc modum continentes
Lysias populo Iudaeorum salutem
17 Iohannes et Abessalom qui missi sunt a vobis tradentes scripta postulabant
ut ea quae per illos significabantur implerem
18 quaecumque igitur regi potuerunt perferri exposui
et quae res permittebat concessit
19 si igitur in negotiis fidem conservaveritis etiam deinceps
honorum vobis causa esse temptabo
20 de ceteris autem per singula verbo mandavi
et istis et his qui a me missi sunt conloqui vobiscum 21 bene valete
anno centesimo quadragesimo octavo
dioscori die mensis vicesima et quarta
22 regis autem epistula ista continebat

AC ΣΛSZMΦ cϐr

4 confidebant AΛ. | 5 quod] quae c | 9 tunc ΣSZMΦc | ~ omnes simul MΦc | 10 miserantem + super c. | 11 autem + more Φc | impetum AΣSZΦ | in hostes c | equitum Zc | 12 in fuga ACΣ | uero] autem c. | 13 hebraeos + iudaeos MΦ. | dei] *praem.* omnipotentis c.; + omnipotentis Φ | innitentes c. | 14 ~ se consensurum c | 15 concessit] consensit AZ. | 17 sunt] fuerant c | 18 permittebant AMΦ | concessi MΦc (*edd.* 1592 *et* 1593); consensit A. | 19 etiam] et c | bonorum Zc𝔊 | 20 uerba CΣΛS | 21 ~ mensis dioscori die c. |

rex Antiochus Lysiae fratri salutem
[23]patre nostro inter deos translato
nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere
et rebus suis adhibere diligentiam
[24]audivimus Iudaeos non consensisse patri ut transferrentur ad ritum Graecorum
sed tenere velle suum institutum
ac propterea postulare concedi sibi legitima sua
[25]volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse
statuentes iudicavimus templum restitui illis
ut agerent secundum maiorum suorum consuetudinem
[26]bene igitur feceris si miseris ad eos et dextram dederis
ut cognita nostra voluntate bono animo sint
et utilitatibus propriis deserviant
[27]ad Iudaeos autem regis epistula talis erat
I Mcc 13,36 rex Antiochus senatui Iudaeorum et
27.28: 9.19.20 ceteris Iudaeis salutem
[28]si valetis sic estis ut volumus
sed et ipsi bene valemus
[29]adiit nos Menelaus dicens
velle vos descendere ad vestros qui sunt apud nos
[30]his igitur qui commeant usque ad diem tricesimum mensis xandici
damus dextras securitatis
[31]ut Iudaei utantur cibis et legibus suis sicut et prius
et nemo eorum ullo modo molestiam patiatur de his quae per ignorantiam gesta sunt
[32]misi autem et Menelaum qui vos adloquatur [33]valete
38 anno centesimo quadragesimo octavo
xandici mensis quintadecima
[34]miserunt autem etiam Romani epistulam ita se habentem
Quintus Memmius et Titus Manilius legati Romanorum populo Iudaeorum salutem
[35]de his quae Lysias cognatus regis concessit vobis
et nos concessimus
[36]de quibus autem iudicavit referendum
confestim aliquem mittite
diligentius inter vos conferentes
ut decernamus sicut congruit vobis
nos enim Antiochiam accedimus
[37]ideoque festinate scribere
ut nos quoque sciamus cuius estis voluntatis [38]bene valete
anno centesimo quadragesimo octavo 33
quintadecima die mensis xandici
12 his factis pactionibus Lysias pergebat ad regem 1—46: I Mcc 5,1–68
Iudaei autem agriculturae operam dabant
[2]sed hii qui resederant
Timotheus et Apollonius gehennae filius
sed et Hieronimus et Demofon
super hos et Nicanor cypriarches
non sinebant eos in silentio agere et quiete
[3]Ioppitae vero tale quoddam flagitium perpetrarunt
rogaverunt Iudaeos cum quibus habitabant
ascendere scaphas quas paraverant cum uxoribus et filiis
quasi nullis inimicitiis inter eos subiacentibus
[4]secundum communem itaque decre-

24 patri + meo c. | postulare + a nobis c; + nobis Z | 25 ~ suorum maiorum c. | 27 autem] uero c | 28 sic estis] sic est Z; si sic estis SΦ; si cessistis A | uoluimus C | 31 legibus] leguminibus A. | et² *om.* CΣΛ | molestia A. | 32 misimus c | 33 quintadecima + die SMc | 36 autem + ad regem c; + et regem Z. | indicauit C | congruit] congregauit A | 37 rescribere MΦc ‖ 12.2 gennei Zc; genne Φ | 4 commune Sc | AC ΣΛSZMΦ cr

tum civitatis
et ipsis adquiescentibus
pacisque causa nihil suspectum habentibus
cum in altum processissent
submerserunt non minus ducentos
5 quam crudelitatem Iudas in suae gentis homines factam ut cognovit
praecepit viris qui erant cum ipso
et invocato iusto iudice Deo
6 venit adversus interfectores fratrum
et portum quidem noctu succendit scaphas exusit
eos autem qui ab igne refugerant gladio peremit
7 et cum haec ita egisset discessit quasi iterum reversurus et universos Ioppitas eradicaturus
8 sed cum cognovisset
et eos qui erant Iamniae velle pari modo facere habitantibus secum Iudaeis
9 Iamnitis quoque nocte supervenit et portum cum navibus succendit
ita ut lumen ignis pareret Hierosolymis
ab stadiis ducentis quadraginta
10 inde cum abissent novem stadiis et iter facerent ad Timotheum
commiserunt cum eo Arabes quinque milia viri et equites quingenti
11 cumque pugna valida fieret
et auxilio Dei prospere cessisset
residui victi Arabes petebant a Iuda dextras sibi dari
promittentes pascua daturos et in ceteris profuturos
12 Iudas autem arbitratus vere in multis eos utiles promisit pacem
dextrisque acceptis discessere ad tabernacula sua
13 adgressus est autem et civitatem quandam firmam pontibus murisque circumseptam
quae a turbis habitabatur gentium promiscuarum cui nomen Caspin
14 hii vero qui intus erant
confidentes in stabilitate murorum
et adparatu alimoniarum remissius agebant
maledictis lacessentes Iudam ac blasphemantes et loquentes quae fas non est
15 Macchabeus autem invocato magno mundi principe
qui sine arietibus et machinis temporibus Iesu praecipitavit Hiericho 15.16: Ios 6,20.21
inruit ferociter muris
16 et capta civitate per Domini voluntatem
inenarrabiles caedes fecit
ita ut adiacens stagnum stadiorum duo latitudinis sanguine infectum fluere videretur
17 inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta
et venerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubianei Iudaeos
18 et Timotheum quidem in illis locis conprehenderunt
nulloque negotio perfecto regressus est
relicto in quodam loco firmissimo praesidio
19 Dositheus autem et Sosipater qui erant duces cum Macchabeo
peremerunt a Timotheo relictos in praesidio decem milia viros
20 at Macchabeus ordinatis circum se sex milibus et constitutis per cohortes
adversus Timotheum processit
habentem secum centum viginti milia peditum equitumque duo

AC ΣΛSZMΦ cbr

4 ipsi AΛ. | causam ASZΦ | 8 cognouissent A | secum *om.* A | 9 appareret c. | 10 cum¹ + iam Zc | abessent ACr | 11 ~ arabes uicti c. | a *om.* AZ. | dextram c | ~ dari sibi CΣΛ | promittentes + se c | 12 dextrasque AS. | 13 firmissimam CΣΛ | 14 ac] et c. | ac loquentes c.; eloquentes A. | 16 in ea narrabiles A.; innumerabiles c | duum AΛ.br; duorum c | infectum] interfectorum c | 17 quinquaginta *om.* A | 18 locis + non Zc | 19 sopater AMΦ |

milia quingentos
21 cognito autem Iudae adventu
Timotheus praemisit mulieres et filios et reliquum adparatum
in praesidium quod Carnion dicitur
erat enim inexpugnabile et accessu difficile propter locorum angustias
22 cumque cohors Iudae prima apparuisset
timor hostibus incussus est ex praesentia Dei qui universa conspicit
et in fugam versi sunt alius alio
ita ut magis a suis deicerentur
et gladiorum suorum ictibus debilitarentur
23 Iudas autem vehementer instabat puniens profanos
et prostravit ex eis triginta milia virorum
24 ipse vero Timotheus incidit in partes Dosithei et Sosipatri
et multis precibus postulabat ut vivus dimitteretur
eo quod multorum ex Iudaeis parentes haberet ac fratres
quos morte eius decipi eveniret
25 et cum fidem dedisset restituturum se eos secundum constitutum
inlaesum eum dimiserunt propter fratrum salutem
26 Iudas autem egressus est a Carnio
interfectis viginti quinque milibus
27 post horum fugam et necem movit exercitum ad Efron
civitatem munitam in qua multitudo diversarum gentium habitabat
et robusti iuvenes pro muris consistentes fortiter repugnabant
in hac autem machinae multae et telorum erat adparatus
28 sed cum Omnipotentem invocassent qui potestate vires hostium confregit ceperunt civitatem
et ex eis qui intus erant viginti quinque milia prostraverunt
29 inde ad civitatem Scytarum abierunt
quae ab Hierosolymis sescentis stadiis aberat
30 contestantibus autem his qui apud Scytopolitas erant Iudaeis
quod benigne ab eis haberentur etiam temporibus infelicitatis
quod modeste secum egerint
31 gratias agentes eis
exhortati etiam de cetero erga genus suum benignos esse
venerunt Hierosolymam die sollemni septimanarum instante
32 et post pentecosten abierunt contra Gorgiam praepositum Idumeae 10.14
33 exivit autem cum peditibus tribus milibus et equitibus quadringentis
34 quibus congressis contigit paucos ruere Iudaeorum
35 Dositheus vero quidam de Bachenoris eques vir fortis Gorgiam tenebat
et cum vellet illum capere vivum
eques quidam de Thracibus inruit in eum umerumque eius amputavit
atque ita Gorgias effugit in Marisa
36 at illis qui cum Esdrin erant diutius pugnantibus et fatigatis
invocavit Dominum Iudas adiutorem et ducem belli fieri
37 incipiens voce patria et cum hymnis clamorem extollens
fugam Gorgiae militibus incussit
38 Iudas autem collecto exercitu venit in civitatem Odollam
et cum septima dies superveniret secundum consuetudinem purificati Nm 31.191
in eodem loco sabbatum egerunt
39 et sequenti die venit cum suis Iudas
ut corpora prostratorum tolleret
et cum parentibus poneret in sepul-

20 quingenti ASZMΦ | 22 apparuisset + ei CΣΛ | alius + ab c | 24 sosipatris MΦc | 26 ad carnion c | 28 potestate + sua c | confringit c; confringet Z. | 29 aberant CΦ; abierat Σ | 31 eis + et Zc | in hierusolyma A. | 35 maresa CΣΛc | 36 ~ iudas dominum c | 37 incursit A | 38 modollam CM; modolam AΣΛS |

AC ΣΛSZMΦ cbr

chris paternis
Dt 7,26! 40 invenerunt autem sub tunicis inter-
fectorum de donariis idolorum
quae apud Iamnian fuerunt
a quibus lex prohibet Iudaeos
omnibus ergo manifestum factum
est ob hanc causam eos corruisse
41 omnes itaque benedixerunt iustum
iudicium Domini qui occulta fece-
rit manifesta
42 atque ita ad preces conversi rogave-
runt
ut id quod factum erat delictum ob-
literaretur
at vero fortissimus Iudas hortabatur
populum conservare se sine peccato
sub oculis videntes quae facta sint
pro peccato eorum qui prostrati
sunt
43 et facta conlatione duodecim milia
dragmas argenti misit Hierosoly-
Ez 45,17! mam offerri pro peccato sacrificium
bene et religiose de resurrectione
cogitans
44 nisi enim eos qui ceciderant resur-
recturos speraret
superfluum videretur et vanum ora-
re pro mortuis
45 et quia considerabat quod hii qui
cum pietate dormitionem accepe-
rant
optimam haberent repositam gra-
tiam
46 sancta ergo et salubris cogitatio
pro defunctis exorare ut a peccato
solverentur
13 anno centesimo quadragesimo no-
no
cognovit Iudas Antiochum Eupato-
ris venire cum multitudine adversus
Iudaeam
11,11 2 et cum eo Lysiam procuratorem et
praepositum negotiorum
secum habentem peditum centum
decem milia
et equitum quinque milia et elefan-
tos viginti duo currus cum falcibus
trecentos
3 commiscuit autem se illis et Mene-
laus
et cum multa fallacia deprecabatur
Antiochum non pro patriae salute
sed sperans se constitui in principa-
tum
4 sed Rex regum suscitavit animos An-
tiochi in peccatorem
et suggerente Lysia hunc esse cau-
sam omnium malorum
iussit ut eis est consuetudo conpre-
hensum in eodem loco necari
5 erat autem in eodem loco turris
quinquaginta cubitorum
aggestum undique habens cineris
haec prospectum habebat in prae-
ceps
6 inde in cinerem deici iussit sacrile-
gum
omnibus eum propellentibus ad in-
teritum
7 et tali lege praevaricatorem legis
contigit mori
nec terrae dari Menelaum 8 et qui-
dem satis iuste
nam quia multa erga aram Dei delic-
ta commisit
cuius ignis et cinis erat sanctus
ipse in cineris morte damnatus est
9 sed rex mente effrenatus veniebat
nequiorem se Iudaeis ostensurus
10 quibus Iudas cognitis praecepit po-
pulo
ut die ac nocte Dominum invocarent
quo sicut semper et nunc adiuvaret
eos

AC 40 iamnion CΣΛ.; iamniam SZMΦc | 41 fecerat c | 42 id *om.* A | obliteraretur] obliuioni tra-
ΣΛSZMΦ deretur MΦc | conseruare se] conseruare A; conseruari Λ. | sunt ΣZc | pro peccatis Zc |
cr 43 pro peccatis c; + mortuorum c | 46 salubris + est c | a peccatis ΣΛSc | soluantur c ||
13,1 eupatorem SMc | 2 negotiatorum CΣΛ | duos MΦc; *om.* A. | 4 apprehensum c. |
9 iniquiorem CΣΛ. | se + patre suo c | ostensurum CΣΛZΦ | 10 eos *om.* CΣΛ |

11 quippe qui lege et patria sanctoque templo privari vererentur
ac populum qui nuper paululum respirasset
ne sineret blasphemis rursum nationibus subdi
12 omnibus itaque id simul facientibus
Idt 4,8! Est 4,16 et petentibus a Domino misericordiam
cum fletu et ieiuniis per triduum continuum prostratis
hortatus est eos Iudas ut se praepararent
13 ipse vero cum senioribus cogitavit
priusquam rex admoveret exercitum
ad Iudaeam et obtineret civitatem
exire et Domini iudicio committere exitum rei
14 dans itaque potestatem omnium Deo mundi creatori
I Mcc 3,21 et hortatus suos ut fortiter dimicarent
Sir 4,33 et usque ad mortem pro legibus templo civitate patria et civibus starent
circa Modin exercitum constituit
15 et dato signo suis Dei victoria
I Mcc 6,45.46 iuvenibus fortissimis electis nocte adgressus aulam regiam
in castris interfecit viros quattuor milia
et maximum elefantorum cum his qui superpositi erant
16 summoque metu ac perturbatione hostium replentes rebus prospere gestis abierunt
17 hoc autem factum est die inlucescente
Sir 4,33 adiuvante eum Domini protectione
18—26: I Mcc 6,48–63 18 sed rex accepto gustu audaciae Iudaeorum
arte difficultates locorum temptabat
19 et Bethsurae quod erat Iudaeorum praesidium munitum castra admovebat
sed fugabatur inpingebat minuebatur
20 his autem qui intus erant Iudas necessaria mittebat
21 enuntiavit autem mysteria hostibus
Rhodocus quidam de iudaico exercitu
qui requisitus conprehensus conclusus est
22 iterum rex sermonem habuit ad eos
qui erant in Bethsuris
dextram dedit accepit abiit
23 commisit cum Iuda superatus est
ut autem cognovit rebellasse Philippum Antiochiae
qui relictus erat super negotia
mente consternatus Iudaeos deprecans
subditusque eis iurat de omnibus quibus iustum visum est
et reconciliatus obtulit sacrificium
honorificavit templum et munera posuit 3,2!
24 Macchabeum amplexus est
et fecit eum ab Ptolomaide usque Gerrenos ducem et principem
25 ut autem venit Ptolomaidam graviter ferebant Ptolomenses amicitiae conventionem
indignantes ne forte foedus inrumperent
26 tunc ascendit Lysias tribunal et exposuit rationem et populum sedavit
regressusque est Antiochiam et hoc modo regi profectio et reditus processit
14 sed post triennii tempus cognovit Iudas et qui cum eo erant 1.2: I Mcc 7,1–4

11 uerentur AΣ | 12 ~ simul id c. | 13 exiret AZΦ | 14 et exhortatus c; exhortatus A. | templo + et CΣΛ | 15 uictoriae c | fuerant c. | 16 hostium + castra c | 18 difficultatem c | 19 bethsuram A. | quae c | minorabatur c. | 21 est et conclusus c; et conclusus est M | 23 honorauit c | 24 amplexatus Σc | ad phtolomaidem A. | usque + ad c | terrenos C. | 26 regis SZc ‖

AC ΣΛSZMΦ cr

Demetrium Seleuci cum multitudi-
ne valida et navibus per portum
Tripoli ascendisse ad loca oportuna
2 et tenuisse regiones adversus Antio-
chum et eius ducem Lysiam
3—14: I Mcc 7,5–25 3 Alchimus autem quidam qui sum-
mus sacerdos fuerat
sed voluntarie coinquinatus est
temporibus commixtionis
considerans nullo modo sibi esse
salutem neque accessum ad altare
4 venit ad regem Demetrium centesi-
mo quinquagesimo anno
offerens ei auream coronam et pal-
mam
super haec et tallos qui templi esse
videbantur
et ipsa quidem die siluit
5 tempus autem oportunum demen-
tiae suae nanctus
convocatus a Demetrio ad consilium
et interrogatus quibus rebus et con-
siliis Iudaei niterentur
6 respondit ipsi qui dicuntur Asidei
Iudaeorum
quibus praeest Iudas Macchabeus
bella nutriunt et seditiones movent
nec patiuntur regnum esse quietum
7 nam et ego defraudatus parentum
gloria
dico autem summo sacerdotio huc
veni
8 primo quidem utilitatibus regis fidem
servans
secundo autem etiam civibus consu-
lens
nam illorum pravitate universum
genus nostrum non minime vexatur
9 sed his singulis oro rex cognitis
et regioni et generi secundum per-
vulgatam omnibus humanitatem
tuam prospice
10 nam quamdiu superest Iudas inpos-
sibile est pacem esse negotiis
11 talibus autem ab hoc dictis
et ceteri amici hostiliter habentes
adversus Iudam inflammaverunt De-
metrium
12 qui statim Nicanorem praepositum I Mcc 7,26
elefantorum ducem misit Iudaeam
13 datis mandatis ipsum quidem Iu-
dam caperet
eos vero qui cum illo erant disper-
geret
et constitueret Alchimum maximi
templi summum sacerdotem
14 tunc gentes quae de Iudaea fugerant
Iudam segregatim se Nicanori mis-
cebant
miserias et clades Iudaeorum pro-
speritates rerum suarum existiman-
tes
15 audito itaque Iudaei Nicanoris ad- 15—15.37: I Mcc 7,26–50
ventu et conventu nationum
conspersi terra rogabant eum qui
populum suum constituit eum in
aeternum custodiret
quique suam portionem signis evi-
dentibus protegit
16 imperante autem duce statim inde
moverunt et convenerunt ad cas-
tellum Dessau
17 Simon vero frater Iudae commiserat
cum Nicanore
sed conterritus est repentino adven-
tu adversariorum
18 Nicanor tamen audiens virtutem
comitum Iudae
et animi magnitudinem quam pro
patriae certaminibus habebant
sanguine iudicium facere metuebat
19 quam ob rem misit Possidonium et

AC ΣΛSZMΦ ϲ𝔡r

14,1 tripolis Zϲ | ascendisset A; accessisse Z. | 2 ~ ducem eius ϲ. | 4 ei] et A; *om.* Z. | ~ coronam auream Aϲ | 9 his—oro] oro his singulis o ϲ. | ~ humanitatem tuam peruulgatam omnibus ϲ. | 11 hostiliter + se ϲ [*et* 𝔡. *lapsu*] | 12 misit + in Zϲ | 13 mandatis + ut SMΦϲ | 14 fugerunt A.; fugerent C. | gregatim ϲ | 15 aduentum AZ | eum] ut ϲ.; *om.* AZΦr | custodiret *om.* CΣΛΦr | uidentibus A | proteget AZ. | 16 et *om.* Φ; conueneruntque ϲ | 19 praemisit ϲ |

Theodotum et Matthathiam ut
darent dextras atque acciperent
20 et cum diu de his consilium ageretur
et ipse dux ad multitudinem rettulisset
omnium una fuit sententia amicitiis annuere
21 itaque diem constituerunt qua secreto inter se agerent
et a singulis sellae prolatae sunt et positae
22 praecepit autem Iudas armatos esse locis oportunis
ne forte ab hostibus repente mali aliquid oriretur
et congruum conloquium fecerunt
23 morabatur autem Nicanor Hierosolymis
et nihil inique agebat
gregesque turbarum quae congregatae fuerant dimisit
24 habebat autem semper Iudam carum
ex animo erat vero inclinatus
25 rogavit eum ducere uxorem filiosque procreare
nuptias fecit quiete egit communiterque vivebant
26 Alchimus autem videns caritatem illorum ad invicem et conventiones
venit ad Demetrium et dicebat Nicanorem rebus alienis adsentare
Iudamque regni insidiatorem successorem sibi destinasse
27 itaque rex exasperatus et pessimis huius criminationibus inritatus
scripsit Nicanori dicens
graviter quidem se ferre de amicitiae conventione
iubere tamen Macchabeum citius vinctum mittere Antiochiam
28 quibus cognitis Nicanor consternabatur et graviter ferebat
si ea quae convenerant irrita faceret nihil laesus a viro
29 sed quia regi resistere non poterat
oportunitatem observabat qua praeceptum perficeret
30 at Macchabeus videns austerius secum agere Nicanorem
et consuetum occursum ferocius exhibentem
intellegens non ex bono esse austeritatem istam
paucis suorum congregatis occultavit se a Nicanore
31 quod ut ille cognovit fortiter se a viro praeventum
venit ad maximum et sanctissimum templum
et sacerdotibus solitas hostias offerentibus iussit sibi tradi virum
32 quibus cum iuramento dicentibus
nescire se ubi esset qui quaerebatur
extendens manum ad templum
33 iuravit
nisi mihi vinctum Iudam tradideritis
istud Dei fanum in planitiem deducam
et altare effodiam
et templum hoc Libero patri consecrabo
34 et his dictis abiit
sacerdotes autem protendentes manus in caelum Sir 48,22!
invocabant eum qui semper propugnator esset gentis ipsorum haec dicentes
35 tu Domine qui universitatis nullius indiges
voluisti templum habitationis tuae fieri in nobis II Sm 7,13!
36 et nunc sancte sanctorum omnium

19 theodotium c | matthiam CΣΛSZMΦc | 21 qua] quia CΛ.; quae AΦ | a *om.* c | 23 et *om.* Φ; nihilque c | 24 ~ iudam semper Φc | carum + et SZM | animo + et Φc | erat *om.* CΣΛ | uero] uiro ΦcrƟ; uiso Z. | 25 rogauitque c; rogauit autem A.; rogabat autem M.; rogabat S | 26 assentari Z; absentare A; assentire Φc | 27 mitti CΣΛ; mitteret Z. | 28 conuenerat A | 30 ~ secum austerius Ac | 31 ut] cum c | 33 iurauit + dicens c. | ~ iudam mihi uinctum c. | 35 uniuersorum qui c |

AC ΣΛSZMΦ cbr

Domine
conserva in aeternum inpollutam domum istam quae nuper mundata est
37 Razias autem quidam de senioribus ab Hierosolymis delatus est Nicanori
vir amator civitatis et bene audiens
qui pro adfectu pater Iudaeorum appellabatur
38 hic multis temporibus continentiae propositum tenuit in iudaismo
corpusque et animam tradere contentus pro perseverantia (7,37)
39 volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudaeos
misit milites quingentos ut eum conprehenderent
40 putabat enim si illum decepisset se cladem maximam Iudaeis inlaturum
41 turbis autem inruere domum eius
et ianuam disrumpere atque ignem admovere cupientibus
cum iam conprehenderetur gladio se petit
42 eligens nobiliter mori potius quam subditus fieri peccatoribus
et contra natales suos indignis iniuriis agi
43 sed cum per festinationem non certo ictu plagam dedisset
et turbae intra ostia inrumperent
recurrens audenter ad murum praecipitavit semet ipsum viriliter in turbas
44 quibus velociter locum dantibus casui eius venit per mediam cervicem
45 et cum adhuc spiraret accensis animis surrexit
cum et sanguis eius magno fluxu deflueret
saucius cursu turbam pertransiit
46 et stans super petram quandam praeruptam et iam exsanguis effectus
conplexus intestina sua utrisque manibus proiecit super turbas
invocans Dominatorem vitae ac spiritus ut haec illi iterum redderet
atque ita vita defunctus est
15 Nicanor autem ut conperit Iudam esse in locis Samariae
cogitavit die sabbati cum omni impetu committere
2 Iudaeis vero qui illum per necessitatem sequebantur dicentibus
ne ita ferociter et barbare feceris
sed honorem tribue diei sanctificationis
et honora eum qui universa conspicit
3 at ille infelix interrogavit
si est potens in saeculo qui imperavit agi diem sabbatorum
4 et respondentibus illis
est Dominus vivus ipse in caelo potens
qui iussit agi septimam diem (Lv 19,30)
5 at ille ait
et ego potens sum super terram qui impero sumi arma et negotia regis impleri
tamen non obtinuit ut consilium perficeret
6 et Nicanor quidem cum summa superbia erectus
cogitaverat commune tropeum statuere de Iuda
7 Macchabeus autem confidebat semper cum omni spe auxilium sibi a Domino adfuturum (7,8: 8,16–18)
8 et hortabatur suos ne formidarent ad adventum nationum

AC ΣΛSZMΦ 𝔠𝔟𝔯

37 armator A | 40 ~ iudaeis maximam 𝔠 | 41 in domum 𝔠. | petiit ΣΛSZ𝔠 | 43 audacter MΦ𝔠 | 45 accensus Z𝔠 | animo 𝔠. | ~ et cum 𝔠 | flueret CΣΛ; + et grauissimis uulneribus esset Z𝔠𝔊 | 46 supra[1] Z𝔠 | ~ quandam petram 𝔠 | et iam et sanguis AZ ‖ **15**,1 ~ cum omni impetu die sabbati 𝔠 | committere + bellum 𝔠 | 3 at *om.* 𝔠. | saeculo] caelo 𝔠𝔊 | die A | 7 ~ semper confidebat 𝔠. | domino] deo MΦ𝔠 | 8 ad *om.* CΣΛ |

sed in mente haberent adiutoria sibi
facta de caelo
et nunc sperarent ab Omnipotente
adfuturam sibi victoriam
9 et adlocutus illos de lege et prophe-
tis
admonens etiam certaminum quae
fecerant prius
promptiores eos constituit
10 et ita animis eorum erectis simul
ostendens gentium fallaciam
et iuramentorum praevaricationem
11 singulos autem illorum armavit
non clypei et hastae munitione
sed sermonibus optimis et hortatio-
nibus
exposito digno fide somnio per quod
universos laetificavit
12 erat autem huiusmodi visus
Onian qui fuerat summus sacerdos
virum bonum et benignum
verecundum visu modestum mori-
bus et eloquio decorum
et qui a puero in virtutibus exercita-
tus sit
Lam 2,19! manus protendentem orare pro
omni populo Iudaeorum
13 post haec apparuisse et alium virum
aetate et gloria mirabilem
et magni decoris habitudine circa
illum
14 respondentem vero Onian dixisse
hic est fratrum amator et populi Is-
rahel
hic est qui multum orat pro populo
et universa sancta civitate
Hieremias propheta Dei
15 extendisse autem Hieremiam dexte-
ram
et dedisse Iudae gladium aureum
dicentem
16 accipe sanctum gladium munus a
Deo
quo deicies adversarios populi mei
Israhel
17 exhortati itaque Iudae sermonibus
bonis valde
de quibus extolli possit impetus et
animi iuvenum confortari
statuerunt dimicare et confligere for-
titer
ut virtus de negotiis iudicaret
eo quod civitas et sancta et templum
periclitaretur
18 erat enim pro uxoribus et filiis
itemque pro fratribus et cognatis
minor sollicitudo
maximus vero et primus pro sancti-
tate timor erat templi
19 sed et eos qui in civitate erant
non minima sollicitudo habebat pro
his qui congressi erant
20 et cum iam omnes sperarent iudici-
um futurum
hostisque adesset atque exercitus
esset ordinatus
bestiae equitesque oportuno in loco
conpositi
21 considerans Macchabeus adventum
multitudinis
et adparatum varium armorum ac
ferocitatem bestiarum
extendens manum in caelum prodi- Sir 48,22!
gia facientem Dominum invocavit
qui non secundum armorum poten-
tiam
sed prout ipsi placet dat dignis vic-
toriam
22 dixit autem invocans hoc modo
tu Domine misisti angelum tuum IV Rg 19,35! I Mcc 7,41
sub Ezechia rege Iudae
et interfecisti de castris Sennacherim 8,19

8 ~ sibi affuturam c | 9 ad illos A.; eos c | certamina c | ~ constituit eos c. | 10 ostendebat Zc | 11 munitionem AS | exhortationibus c; orationibus ΣZ | fidei ΛΣΛZ | 12 huiuscemodi c | 13 [*deest* S *usque ad* v. 31] | hoc c. | 16 quod AΛ: in quo Φc | ei(e)cies AΛΦ | 17 posset AΦc | et[3] *om.* Mc | periclitarentur Ac | 18 cognatis + non CΣΛ | 19 congressuri ΛZc | 20 hostesque Zc | adessent Zc; adesse Φ | 21 ac] et c. | manus Zc | 22 domine + qui c | iudaeae MΦ; iuda Σc | sennacherib CΣΛZc |

AC ΣΛ(S)ZMΦ cr

centum octoginta quinque milia
23 et nunc Dominator caelorum
11,6 mitte angelum tuum bonum ante nos
in timore et tremore magnitudinis brachii tui
24 ut metuant qui cum blasphemia veniunt adversus sanctum populum tuum
et hic quidem ita peroravit
25 Nicanor autem et qui cum ipso erant
cum tubis et canticis admovebant
26 Iudas vero et qui cum eo erant
invocato Deo per orationes congressi sunt
27 manu quidem pugnantes sed cordibus Dominum orantes
prostraverunt non minus triginta milia
praesentia Dei magnifice delectati
28 cumque cessassent et cum gaudio redirent
I Mcc 7,43! cognoverunt Nicanorem ruisse cum armis suis
29 facto itaque clamore et perturbatione suscitata
patria voce omnipotentem Dominum benedicebant
30 praecepit autem Iudas
qui per omnia corpore et animo emori pro civibus paratus erat
I Mcc 7,47 caput Nicanoris et manum cum umero abscisam Hierosolymam perferri
31 quo cum convenisset convocatis contribulibus et sacerdotibus ad altare
arcersiit et eos qui in arce erant
32 et ostenso capite Nicanoris et manu nefaria
quam extendens contra domum sanctam omnipotentis Dei magnifice gloriatus est
33 linguam etiam impii Nicanoris praecisam iussit particulatim avibus dari
manum autem dementis contra templum suspendi
34 omnes igitur caeli Dominum benedixerunt dicentes
benedictus qui locum suum incontaminatum conservavit
35 suspendit autem Nicanoris caput in summa arce
evidens ut esset et manifestum sit auxilii Dei
36 itaque omnes communi consilio decreverunt 36.37: I Mcc 7,49
nullo modo diem istum absque celebritate praeterire
37 habere autem celebritatem tertiadecima die mensis adar
quod dicitur voce syriaca pridie Mardochei die
38 igitur his erga Nicanorem gestis
et ex illis temporibus ab Hebraeis civitate possessa
ego quoque in his finem faciam sermonis
39 et siquidem bene et ut historiae conpetit et ipse velim
si autem minus digne concedendum est mihi
40 sicut enim vinum semper bibere aut semper aquam contrarium est
alternis autem uti delectabile
ita legentibus si semper exactus sit sermo non erit gratus
hic ergo erit consummatus

EXPLICIT LIBER SECUNDUS
MACCHABEORUM

AC ΣΛ(S)ZMΦ c𝔊r

27 ~ dominum cordibus c. | triginta + quinque MΦc𝔊 | 28 ruisset A.; cecidisse Z. | 29 excitata MΦc | 30 emori] et mori AZ.; mori MΦc | abscissam c | 31 conuenissent ΣΛ; uenisset Z; peruenisset MΦc | [*iterum adest* S] | 34 ~ benedixerunt dominum c | seruauit c | 35 ~ ut euidens c | manifestatum C | sit] signum Zc𝔊; *om.* CΣΛ | 37 die[2]] diei c. | 38 ~ faciam finem c | 39 et ut] ut A, et Φ | conpetit + hoc Zc | sin autem c ||

NOVUM TESTAMENTUM

ORDO LIBRORUM NOVI TESTAMENTI

EVANGELIA IV id est SECUNDUM MATTHEUM · SECUNDUM MARCUM · SECUNDUM LUCAM · SECUNDUM IOHANNEM

ACTUS APOSTOLORUM

EPISTULAE PAULI XIV quae sunt AD ROMANOS · AD CORINTHIOS II · AD GALATAS · AD EPHESIOS · AD PHILIPPENSES · AD COLOSSENSES · AD THESSALONICENSES II · AD TIMOTHEUM II · AD TITUM · AD PHILEMONEM · AD HEBRAEOS

EPISTULAE CATHOLICAE VII quae sunt IACOBI I · PETRI II · IOHANNIS III · IUDAE I

APOCALYPSIS

INCIPIT PRAEFATIO
SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI
IN EVANGELIO

Beato papae Damaso Hieronymus.

Novum opus facere me cogis ex veteri, ut post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam et, quia inter se variant, quae sint illa quae cum graeca consentiant veritate decernam. Pius labor, sed periculosa praesumptio, iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam et canescentem mundum ad initia retrahere parvulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen adsumpserit et a saliva quam semel inbibit viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium me clamans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Adversum quam invidiam duplex causa me consolatur: quod et tu qui summus sacerdos es fieri iubes, et verum non esse quod variat etiam maledicorum testimonio conprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus; tot sunt paene quot codices. Sin autem veritas est quaerenda de pluribus, cur non ad graecam originem revertentes ea quae vel a vitiosis interpretibus male edita vel a praesumptoribus inperitis emendata perversius vel a librariis dormitantibus aut addita sunt aut mutata corrigimus? Neque vero ego de Veteri disputo Testamento, quod a septuaginta senioribus in graecam linguam versum tertio gradu ad nos usque pervenit. Non quaero quid Aquila quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter novos et veteres medius incedat; sit illa vera interpretatio quam Apostoli probaverunt. De Novo nunc loquor Testamento, quod graecum esse non dubium est, excepto Apostolo Mattheo qui primus in Iudaea evangelium Christi hebraeis litteris edidit. Hoc certe cum in nostro sermone discordat et diversos rivulorum tramites ducit unio, de fonte quaerendum est. Praetermitto eos codices quos a Luciano et Hesychio nuncupatos paucorum hominum adserit perversa contentio, quibus utique nec in Veteri instrumento post septuaginta interpretes emendare quid licuit nec in Novo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis Scriptura ante translata doceat falsa esse quae addita sunt.

Igitur haec praesens praefatiuncula pollicetur quattuor tantum evangelia, quorum ordo iste est Mattheus Marcus Lucas Iohannes, codicum graecorum emendata conlatione sed veterum. Quae ne multum a lectionis latinae consuetudine discreparent,

Praefatio. *Citantur* A *et* GDCΦ *ac* 𝔠(*edd.* 1593 *et* 1598)𝔬. [D *alium cod. designat ac in* 𝔬] *Tit.* eiusdem in euangelistas ad damasum praefatio 𝔠 | 1 beato—hieronymus *om.* G 𝔠 | beatissimo A | 2 ~ me facere 𝔠 | 6 canescentem + iam Φ𝔠 | 9 clamitans Φ𝔠. | 13 sunt paene G𝔬] sunt enim pene AD; sunt paene exemplaria C; enim sunt pene exemplaria Φ.; enim sunt exemplaria pene 𝔠. | est *om.* G | 14 male reddita 𝔠 | 21 hebraicis Φ𝔠 | 22 et + in 𝔠 | unio AGC] uno DΦ𝔠𝔬 | 23 quaerendus AC | 24 in + toto 𝔠. | 28 haec] hoc ADCΦ | tantum *om.* DC | 30 sed + et AΦ | a] e A |

A
GDCΦ
𝔠𝔬

ita calamo imperavimus ut, bis tantum quae sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant.

Canones quoque, quos Eusebius caesariensis episcopus alexandrinum secutus Ammonium in decem numeros ordinavit, sicut in graeco habentur expressimus, quo si quis de curiosis voluerit nosse quae in evangeliis vel eadem vel vicina vel sola sint, eorum distinctione cognoscat. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inolevit, dum quod in eadem re alius evangelista plus dixit, in alio quia minus putaverint addiderunt; vel dum eundem sensum alius aliter expressit, ille qui unum e quattuor primum legerat, ad eius exemplum ceteros quoque aestimaverit emendandos. Unde accidit ut apud nos mixta sint omnia, et in Marco plura Lucae atque Matthei, rursum in Mattheo Iohannis et Marci, et in ceteris reliquorum quae aliis propria sunt inveniantur. Cum itaque canones legeris qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, et similia omnium scies et singulis sua quaeque restitues. In canone primo concordant quattuor, Mattheus Marcus Lucas Iohannes; in secundo tres, Mattheus Marcus Lucas; in tertio tres, Mattheus Lucas Iohannes; in quarto tres, Mattheus Marcus Iohannes; in quinto duo, Mattheus Lucas; in sexto duo, Mattheus Marcus; in septimo duo, Mattheus Iohannes; in octavo duo, Lucas Marcus; in nono duo, Lucas Iohannes; in decimo propria unusquisque, quae non habentur in aliis, ediderunt. Singulis evangeliis ab uno incipiens usque ad finem librorum dispar numerus increscit. Hic nigro colore praescriptus sub se habet alium ex minio numerum discolorem, qui ad decem usque procedens indicat, prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum igitur aperto codice verbi gratia illud sive illud capitulum scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, et recurrens ad principia in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis invento, illum quem quaerebas numerum eiusdem evangelistae qui et ipse ex inscriptione signatur invenies, atque e vicinia ceterorum tramitibus inspectis, quos numeros e regione habeant adnotabis; et cum scieris, recurres ad volumina singulorum et sine mora, reppertis numeris quos ante signaveras, repperies et loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt.

Opto ut in Christo valeas et memineris mei, papa beatissime. EXPLICIT PRAEFATIO

INCIPIUNT CANONES EVANGELIORUM

INCIPIT CANON ·I· IN QUO QUATTUOR

MATTH·	MARC·	LUC·	IOH·
VIII	II	VII	X
XI	IIII	X	VI
XI	IIII	X	XII
XI	IIII	X	XIIII

A GDCΦ co 31 imperauimus AGC] temperauimus DΦ co | 34 quo si AD] quos si GΦ.; quod si C co | 36 cognoscet c. | 39 existimauerit c. | 41 mattheo + plura c. | in *om.* A | 44 in[1] + canone AG, *et sic semper usque ad* 47 in[3] | 48 unusquisque] quique c. | singulis + uero c | 49 usque in A | accrescit c. | perscriptus ADΦ; descriptus c. | 50 ~ discolorem numerum c. | 51 igitur] ergo c. | 55 uicinio Φ.; uicino c | 58 dixerunt] *hic addit* c *longius quoddam monitum* sciendum tamen.... quod solum est, *de quo cf.* o, *pag.* 5, *idem ponit* Φ *post* 59 beatissime | 59 opto—beatissime *om.* G, *litt. min. scr.* A ||

AZ GDCΦo Canones. *Citantur* AZ *et* GDCΦ *ac* o. *Tabulas can. om.* c. *Ed.* o *Tischendorfium sequitur, nos ordinem numerorum secundum codd. correximus.* |

MATTH·	MARC·	LUC·	IOH·
XI	IIII	X	XXVIII
XIIII	V	XIII	XV
XXIII	XXVII	XVII	XLVI
XXIII	XXVII	XXXIIII	XLVI
XXIII	XXVII	XLV	XLVI
LXX	XX	XXXVII	XXXVIII
XCVIII	XCVI	CXVI	CXX
XCVIII	XCVI	CXVI	CXI
XCVIII	XCVI	CXVI	XL
XCVIII	XCVI	CXVI	CXLIIII
XCVIII	XCVI	CXVI	CXXVIIII
XCVIII	XCVI	CXVI	CXXXI
CXXXIII	XXXVII	LXXVII	CVIIII
CXLI	L	XVIIII	LVIIII
CXLII	LI	XXI	XXXV
CXLVII	LXIIII	XCIII	XLVIIII
CLXVI	LXXXII	XCIIII	LXXIIII
CLXVI	LXXXII	XCIIII	XVII
CCVIIII	CXVIIII	CCXXXIIII	C
CCXI	CXXI	CCXXXVIII	XXI
CCXX	CXXII	CCXXXVIIII	LXXXV
CCXX	CXXVIIII	CCXLII	LXXXVIII
CCXX	CXXII	CCLXI	LXXVII
CCXLIIII	CXXXVIIII	CCL	CXLVI
CCXLIIII	CXXXVIIII	CCL	CXLI
CCLXXIIII	CLVI	CCLX	XX
CCLXXIIII	CLVI	CCLX	XLVIII
CCLXXIIII	CLVI	CCLX	XCVI
CCLXXVI	CLVIII	LXXIIII	XCVIII
CCLXXX	CLXII	CCLXVIIII	CXXII
CCLXXXIIII	CLXV	CCLXVI	LV
CCLXXXIIII	CLXV	CCLXVI	LXIII
CCLXXXIIII	CLXV	CCLXVI	LXV
CCLXXXIIII	CLXV	CCLXVI	LXVII
CCLXXXVIIII	CLXX	CCLXXV	CXXVI
CCXCI	CLXXII	CCLXXVIIII	CLVI
CCXCIIII	CLXXV	CCLXXXI	CLXI
CCXCV	CLXXVI	CCLXXXII	LVII
CCXCV	CLXXVI	CCLXXXII	XLII
CCC	CLXXXI	CCLXXXV	CLVIII
CCC	CLXXXI	CCLXXXV	LXXVIIII
CCCII	CLXXXIII	CCLXXXVII	CLX
CCCIIII	CLXXXIIII	CCLXXXVIIII	CLXX

I. *Post* 70 20 37 38 *add.* 87 139 250 141 *et* 87 139 250 146 ɒ, *sed codd. haec in can.* VI *pon.* | ΛZ
220 122 261 77 ΛDΦ] 220 129 261 77 ZGC | 244 139 250 146 *post* 244 139 250 141 GDCΦ
Zɒ | ɒ

MATTH·	MARC·	LUC·	IOH·
CCCVI	CLXXXVII	CCXC	CLXII
CCCVI	CLXXXVII	CCXC	CLXXIIII
CCCX	CXCI	CCXCVII	LXVIIII
CCCXIII	CXCIIII	CCXCIIII	CLXXII
CCCXIIII	CXCV	CCXCI	CLXVIII
CCCXIIII	CXCV	CCXCI	CLXVI
CCCXV	CXCVI	CCXCII	CLXXV
CCCXVIII	CXCVIIII	CCC	CLXXVI
CCCXX	CC	CCCII	CLXXVIII
CCCXX	CC	CCCII	CLXXX
CCCXXV	CCIIII	CCCX	CLXXXIIII
CCCXXVI	CCV	CCCXI	CLXXXVIII
CCCXXVI	CCV	CCCXIII	CXCIIII
CCCXXVIII	CCVI	CCCXIIII	CXCVI
CCCXXXI	CCVIIII	CCCXV	CXCVII
CCCXXXII	CCX	CCCXVIII	CXCVII
CCCXXXIIII	CCXII	CCCXXI	CCI
CCCXXXV	CCXIIII	CCCXXIIII	CXCVIIII
CCCXXXVI	CCXV	CCCXVII	CXCVIII
CCCXXXVI	CCXV	CCCXVIIII	CXCVIII
CCCXLIII	CCXXIII	CCCXXVIIII	CCIIII
CCCXLVIII	CCXXVII	CCCXXXII	CCVI
CCCXLVIIII	CCXXVIII	CCCXXXIII	CCVIII
CCCLII	CCXXXI	CCCXXXVI	CCVIIII
CCCLII	CCXXXI	CCCXXXVI	CCXI

EXPLICIT CANON ·I·

INCIPIT CANON ·II· IN QUO TRES

MATTH·	MARC·	LUC·
XV	VI	XV
XXI	X	XXXII
XXXI	CII	CLXXXV
XXXII	XXXVIIII	CXXXIII
XXXII	XXXVIIII	LXXVIIII
L	XLI	LVI
LXII	XIII	IIII
LXII	XIII	XXIIII
LXIII	XVIII	XXXIII
LXVII	XV	XXVI
LXVIIII	XLVII	LXXXIII
LXXI	XXI	XXXVIII
LXXII	XXII	XXXVIIII
LXXII	XXII	CLXXXVI
LXXIII	XXIII	XL

AZ
GDCΦo I. 320 200 302 180 *om. codd. ex errore archetypi, qui* Io 180 *in can.* IIII *posuerat* |

MATTH·	MARC·	LUC·
LXXIIII	XLVIIII	LXXXV
LXXVI	LII	CLXVIIII
LXXVIIII	XXVIIII	LXXXVI
LXXX	XXX	XLIIII
LXXXII	LIII	LXXXVII
LXXXII	LIII	CX
LXXXIII	LIIII	LXXXVII
LXXXIII	LIIII	CXII
LXXXV	LV	CXIIII
LXXXV	LV	LXXXVIII
LXXXVIII	CXLI	CXLVIII
LXXXVIII	CXLI	CCLI
XCII	XL	LXXX
XCIIII	LXXXVI	XCVII
XCIIII	LXXXVI	CXLVI
CIII	I	LXX
CXIIII	XXIIII	XLI
CXVI	XXV	XLII
CXXI	XXXII	CXXVII
CXXII	XXXIII	CXXVIIII
CXXIII	XXXIIII	CXLVII
CXXX	XXXV	LXXXII
CXXXI	XXXVI	LXXVI
CXXXV	XXXVIII	LXXVIII
CXXXVII	XLIIII	CLXVII
CXLIII	LVII	XC
CXLIIII	LVIIII	XII
CXLVIIII	LXVI	XLIII
CXLVIIII	LXVI	XXXV
CLIII	LXVIIII	XXXVI
CLXIIII	LXXVIIII	CXLIIII
CLXVIII	LXXXIII	XCV
CLXVIII	LXXXIII	CCVI
CLXX	LXXXV	XCVI
CLXXII	LXXXVII	XCVIII
CLXXIIII	XCI	XCVIIII
CLXXVI	XCIII	CI
CLXXVIII	XCV	CII
CLXXVIII	XCV	CCXVII
CLXXVIIII	XCVIIII	CXCVII
CXC	CV	CXCV
CXCII	CVI	CCXVI
CXCIII	CVII	CXXI
CXCIII	CVII	CCXVIII
CXCIIII	CVIII	CLII

II. *Post* 116 25 42 *add.* 116 25 165 *et* 116 25 177 ɒ, *sed codd. haec in can.* V *pon.* | AZ GDCΦɒ

MATTH·	MARC·	LUC·
CXCIIII	CVIII	CCXVIIII
CXCV	CVIIII	CCXX
CXCVIII	CX	CCXXI
CXCVIIII	CXI	CLXXIII
CCI	CXII	CCXXII
CCIII	CXIIII	CCLXX
CCV	CXVI	CCXXIIII
CCVI	CXVII	CCXXXII
CCVIII	CXVIII	CCXXXIII
CCXVII	CXXVII	CCXL
CCXVIIII	CXXVIII	CCXLI
CCXXIII	CXXX	CCXLIII
CCXXV	CXXXIIII	CCXLV
CCXXVI	CXXXIII	CCXLIIII
CCXXVIIII	CXXXV	CXXXVII
CCXXVIIII	CXXXV	CCXLVI
CCXLII	CXXXVII	CCXXXVII
CCXLII	CXXXVII	CCXLVIII
CCXLIII	CXXXVIII	CCXLVIIII
CCXLVIII	CXLIII	CCVIIII
CCXLVIII	CXLIII	CCLIII
CCXLVIIII	CXLIIII	CCLIIII
CCLI	CXLVI	CCLV
CCLIII	CXLVIII	CCIIII
CCLVIII	CL	CCLVII
CCLVIIII	CLI	CCLVIII
CCLXIIII	CLV	CLVI
CCLXVIIII	CLIIII	CCXXVIII
CCLXXI	XLII	CCXXX
CCLXXVIII	CLX	CCLXIII
CCLXXXI	CLXIII	CCLXVIII
CCLXXXV	CLXVI	CCLXV
CCLXXXV	CLXVI	CCLXVII
CCXCVI	CLXXVII	CCLXXX
CCXCVI	CLXXVII	CCLXXXIIII
CCCI	CLXXXII	CCLXXXVI
CCCVIII	CLXXXVIIII	CCCV
CCCXII	CXCIII	CCXCVIIII
CCCXVI	CXCVII	CCXCIII
CCCXVII	CXCVIII	CCXCV
CCCXXII	CCII	CCCVIIII
CCCXXXVIII	CCXVIII	CCCXXII
CCCXXXVIIII	CCXVIIII	CCCXXV
CCCXL	CCXX	CCCXXVII
CCCXLII	CCXXII	CCCXXIII
CCCXLIIII	CCXXIIII	CCCXXVIII
CCCXLVI	CCXXV	CCCXXX

MATTH·	MARC·	LUC·
CCCLIII	CCXXXII	.CCCXXXVII
CCCLIIII	CCXXXIII	CCCXXXVIII

EXPLICIT CANON ·II·

INCIPIT CANON ·III· IN QUO TRES

MATTH·	LUC·	IOH·
I	XIIII	I
I	XIIII	III
I	XIIII	V
VII	VI	II
VII	VI	XXV
LVIIII	LXIII	CXVI
LXIIII	LXV	XXXVII
XC	LVIII	CXVIII
XC	LVIII	CXXXVIIII
XCVII	CCXI	CV
CXI	CXVIIII	CXLVIII
CXI	CXVIIII	XXX
CXI	CXVIIII	CXIIII
CXII	CXVIIII	LXXXVII
CXII	CXVIIII	XLIIII
CXII	CXVIIII	LXI
CXII	CXVIIII	VIII
CXII	CXVIIII	LXXVI
CXII	CXVIIII	XC
CXII	CXVIIII	CLIIII
CXII	CXVIIII	CXLII
CXLVI	XCII	XLVII

EXPLICIT CANON ·III·

INCIPIT CANON ·IIII· IN QUO TRES

MATTH·	MARC·	IOH·
XVIII	VIII	XXVI
CXVII	XXVI	XCIII
CXVII	XXVI	XCV
CL	LXVII	LI
CLXI	LXXVII	XXIII
CLXI	LXXVII	LIII
CCIIII	CXV	XCI
CCIIII	CXV	CXXXV
CCXVI	CXXV	CL
CCXVI	CXXV	CXXVIII
CCXVI	CXXV	CXXXVII
CCXVI	CXXV	CXXXIII
CCLXXVII	CLVIIII	XCVIII

MATTH·	MARC·	IOH·
CCLXXVIIII	CLXI	LXXII
CCLXXVIIII	CLXI	CXXI
CCLXXXVII	CLXVIII	CLII
CCXCIII	CLXXIIII	CVII
CCXCVII	CLXXVIII	LXX
CCXCVIIII	CLXXX	CIII
CCCVII	CLXXXVIII	CLXIIII
CCCXXI	CCI	CXCII
CCCXXIII	CCIII	CLXXXIII
CCCXXVIIII	CCVII	CLXXXV
CCCXXVIIII	CCVII	CLXXXVII
CCCXXXIII	CCXI	CCIII

EXPLICIT CANON ·IIII·

INCIPIT CANON ·V· IN QUO DUO

MATTH·	LUC·	MATTH·	LUC·
III	II	LXVI	LXVI
X	VIII	LXVIII	CV
XII	XI	LXXVIII	CVIII
XVI	XVI	LXXXIIII	CXI
XXV	XLVI	LXXXVI	CVIIII
XXVII	XLVIII	XCIII	CXLV
XXVIII	XLVII	XCV	CLX
XXX	XLVIIII	XCVI	CLXXXII
XXXIIII	CXCIIII	XCVI	CLXXXIIII
XXXVI	CLXII	CII	LXVIIII
XXXVIII	LIII	CIIII	LXXI
XL	LII	CV	CXCIII
XLI	LV	CVII	LXXIII
XLIII	CXXIII	CVIII	CXV
XLVI	CLIII	CX	CXVIII
XLVII	CXXXIIII	CXVI	CLXV
XLVIII	CXCI	CXVI	CLXXVII
XLVIIII	CL	CXVIIII	CXXVI
LI	LVIIII	CXXV	LXII
LIII	CXXV	CXXVII	CXXVIII
LIIII	LIIII	CXXVIII	CXXXII
LV	CLXX	CXXVIIII	CXXX
LVII	LXI	CXXXII	LXXXI
LVIII	LX	CXXXIIII	CXX
LX	CLXXI	CXXXVIII	CLXVIII
LXI	LXIIII	CLVI	LVII
LXV	CLXXII	CLVIII	CCXXVI

AZ ƷDCΦᴅ IIII. *Post* 307 188 164 *add.* 321 201 180 *codd. ex errore archetypi, cf. can.* I *ad* 320 | V. 116 165 *et* 116 177 *pon.* ᴅ *in can.* II |

MATTH·	LUC·	MATTH·	LUC·
CLXII	CLXI	CCXXXVII	CXXXVIII
CLXXV	CC	CCXXXVIII	CXL
CLXXXII	CLXXXVII	CCXL	CXLI
CLXXXII	CLXXXVIIII	CCXLI	CLXXV
CLXXXIII	CXCVIII	CCLV	CCII
CLXXXVII	CXCVIIII	CCLVI	CCV
CXCVII	CCLXXII	CCLVII	CCXIII
CCXIII	CCXXXV	CCLXI	CCVII
CCXXI	CLXXXI	CCLXII	CCXII
CCXXVIII	CXXXVIIII	CCLXV	CLVII
CCXXXI	CLXXVIIII	CCLXVI	CLV
CCXXXI	CCXV	CCLXVI	CLVII
CCXXXII	CXLII	CCLXVII	CLVIII
CCXXXIIII	CXXXVI	CCLXX	CCXXVIIII
CCXXXVI	CXXXV	CCLXXII	CCXXXI

EXPLICIT CANON ·V·

INCIPIT CANON ·VI· IN QUO DUO

MATTH·	MARC·	MATTH·	MARC·
VIIII	III	CCXV	CXXIIII
XVII	VII	CCXXIIII	CXXXI
XX	VIIII	CCXLVI	CXL
XXII	XI	CCXLVII	CXLII
XLIIII	CXXVI	CCL	CXLV
LXXVII	LXIII	CCLII	CXLVII
LXXXVII	CXXXVIIII	CCLIIII	CXLVIIII
C	XCVIII	CCLX	CLII
CXXXVIIII	XLV	CCLXIII	CLIII
CXLV	LX	CCLXXV	CLVII
CXLVIII	LXV	CCLXXXII	CLXIIII
CLII	LXVIII	CCLXXXVI	CLXVII
CLIIII	LXXI	CCLXXXVIII	CLXVIIII
CLVII	LXXII	CCXC	CLXXI
CLVIIII	LXXIII	CCXCII	CLXXIII
CLX	LXXVI	CCXCVIII	CLXXVIIII
CLXIII	LXXVIII	CCCV	CLXXXV
CLXV	LXXX	CCCVIIII	CXC
CLXVIIII	LXXXIIII	CCCXI	CXCII
CLXXIII	LXXXVIIII	CCCXXX	CCVIII
CLXXX	C	CCCXXXVII	CCXVII
CLXXXVIIII	CIII	CCCXLI	CCXXI
CCII	CXIII	CCCXLVII	CCXXVI
CCXIIII	CXX	CCCL	CCXXVIIII

EXPLICIT CANON ·VI·

231 179] 231 176 ο *lapsu* | 266 157 *om. codd.* | VI. 87 139 *pon.* ο *in can.* I || AZ GDCΦο

INCIPIT CANON ·VII· IN QUO DUO

MATTH·	IOH·	MATTH·	IOH·
V	LXXXIII	CXX	LXXXII
XVIIII	XVIIII	CLXXXV	CCXV
XVIIII	XXXII	CCVII	CI
XVIIII	XXXIIII		

EXPLICIT CANON ·VII·

INCIPIT CANON ·VIII· IN QUO DUO

LUC·	MARC·	LUC·	MARC·
XXIII	XII	XCI	LXI
XXV	XIIII	C	LXXV
XXVII	XVI	CIII	XCVII
XXVII	XXVIII	CCXLVII	CXXXVI
XXVIII	XVII	CCLXXVII	CCXVI
LXXXIIII	XLVIII	CCCXXXV	CCXXX
LXXXVIIII	LVI		

EXPLICIT CANON ·VIII·

INCIPIT CANON ·VIIII· IN QUO DUO

LUC·	IOH·	LUC·	IOH·
XXX	CCXVIIII	CCCVII	CLXXXVI
XXX	CCXXII	CCCXII	CLXXXVI
CCLXII	CXIII	CCCIII	CLXXXII
CCLXII	CXXIIII	CCCVII	CLXXXII
CCLXXIIII	CCXXVIIII	CCCXII	CLXXXII
CCLXXIIII	CCXXVII	CCCXL	CCXIII
CCLXXIIII	CCXXXI	CCCXL	CCXVII
CCCIII	CXC	CCCXLI	CCXXI
CCCVII	CXC	CCCXLI	CCXXIII
CCCXII	CXC	CCCXLI	CCXXV
CCCIII	CLXXXVI		

EXPLICIT CANON ·VIIII·

INCIPIT CANON ·X· IN QUO MATTH· PROPRIE

II	XXXVII	XCI	CXXVI
IIII	XXXVIIII	XCVIIII	CXXXVI
VI	XLII	CI	CXL
XIII	XLV	CVI	CLI
XXIIII	LII	CVIIII	CLV
XXVI	LVI	CXIII	CLXVII
XXVIIII	LXXV	CXV	CLXXI
XXXIII	LXXXI	CXVIII	CLXXVII
XXXV	LXXXVIIII	CXXIIII	CLXXXI

CLXXXIIII	CCXII	CCXXXVIIII	CCCXVIIII
CLXXXVI	CCXVIII	CCXLV	CCCXXIIII
CLXXXVIII	CCXXII	CCLXVIII	CCCXXVII
CXCI	CCXXVII	CCLXXIII	CCCXLV
CXCVI	CCXXX	CCLXXXIII	CCCLI
CC	CCXXXIII	CCCIII	CCCLV
CCX	CCXXXV		

EXPLICIT CANON ·X· IN QUO MATTH· PROPRIE

INCIPIT CANON ·X· IN QUO MARC· PROPRIE

XVIIII	LXII	XC	CXXIII
XXXI	LXX	XCII	CXXXII
XLIII	LXXIIII	XCIIII	CLXXXVI
XLVI	LXXXI	CI	CCXIII
LVIII	LXXXVIII	CIIII	

EXPLICIT CANON ·X· IN QUO MARC· PROPRIE

INCIPIT CANON ·X· IN QUO LUC· PROPRIE

I	CXIII	CLXXXVIII	CCLXXIII
III	CXVII	CXC	CCLXXVI
V	CXXII	CXCII	CCLXXVIII
VIIII	CXXIIII	CXCVI	CCLXXXIII
XVIII	CXXXI	CCI	CCLXXXVIII
XX	CXLIII	CCIII	CCXCVI
XXII	CXLVIIII	CCVIII	CCXCVIII
XXVIIII	CLI	CCX	CCCI
XXXI	CLIIII	CCXIIII	CCCIIII
L	CLVIIII	CCXXIII	CCCVI
LI	CLXIII	CCXXV	CCCVIII
LXVII	CLXIIII	CCXXVII	CCCXVI
LXVIII	CLXVI	CCXXXVI	CCCXX
LXXII	CLXXIIII	CCLII	CCCXXVI
LXXV	CLXXVI	CCLVI	CCCXXXI
CIIII	CLXXVIII	CCLVIIII	CCCXXXIIII
CVI	CLXXX	CCLXIIII	CCCXXXVIIII
CVII	CLXXXIII	CCLXXI	CCCXLII

EXPLICIT CANON ·X· IN QUO LUC· PROPRIE

INCIPIT CANON ·X· IN QUO IOH· PROPRIE

IIII	XVIII	XXXIII	L
VII	XXII	XXXVI	LII
VIIII	XXIIII	XXXVIIII	LIIII
XI	XXVII	XLI	LVI
XIII	XXVIIII	XLIII	LVIII
XVI	XXXI	XLV	LX

LXII	CIIII	CXLV	CXCI
LXIIII	CVI	CXLVII	CXCIII
LXVI	CVIII	CXLVIIII	CXCV
LXVIII	CX	CLI	CC
LXXI	CXII	CLIII	CCII
LXXIII	CXV	CLV	CCV
LXXV	CXVII	CLVII	CCVII
LXXVIII	CXVIIII	CLVIIII	CCX
LXXX	CXXIII	CLXIII	CCXII
LXXXI	CXXV	CLXV	CCXIIII
LXXXIIII	CXXVII	CLXVII	CCXVI
LXXXVI	CXXX	CLXVIIII	CCXVIII
LXXXVIIII	CXXXII	CLXXI	CCXX
XCII	CXXXIIII	CLXXIII	CCXXIIII
XCIIII	CXXXVI	CLXXVII	CCXXVI
XCVII	CXXXVIII	CLXXVIIII	CCXXVIII
XCVIIII	CXL	CLXXXI	CCXXX
CII	CXLIII	CLXXXVIIII	CCXXXII

EXPLICIT CANON ·X· IN QUO IOH· PROPRIE

EXPLICIUNT CANONES EVANGELIORUM

INCIPIT EVANGELIUM SECUNDUM MATTHEUM

I/III Mc 12,35! Lc 20,41 Liber generationis Iesu Christi
filii David filii Abraham
Gn 25,19! 2 Abraham genuit Isaac
2—5: Lc 3,31–34 Isaac autem genuit Iacob
Iacob autem genuit Iudam et fratres
eius
3—5: Rt 4,18–22 3 Iudas autem genuit Phares et Zara
de Thamar
Phares autem genuit Esrom
Esrom autem genuit Aram
4 Aram autem genuit Aminadab
Aminadab autem genuit Naasson
Naasson autem genuit Salmon
5 Salmon autem genuit Booz de Ra-
chab
Booz autem genuit Obed ex Ruth
Obed autem genuit Iesse
Iesse autem genuit David regem
6 David autem rex genuit Salomonem
II Sm 12,24 ex ea quae fuit Uriae
7—12: I Par 3,10–19 7 Salomon autem genuit Roboam
Roboam autem genuit Abiam
Abia autem genuit Asa
8 Asa autem genuit Iosaphat
Iosaphat autem genuit Ioram
Ioram autem genuit Oziam
9 Ozias autem genuit Ioatham
Ioatham autem genuit Achaz
Achaz autem genuit Ezechiam
10 Ezechias autem genuit Manassen
Manasses autem genuit Amon
Amon autem genuit Iosiam
11 Iosias autem genuit Iechoniam et
fratres eius in transmigratione Ba-
bylonis
12 et post transmigrationem Babylonis
Lc 3,27! Iechonias genuit Salathihel
Salathihel autem genuit Zorobabel

13 Zorobabel autem genuit Abiud
Abiud autem genuit Eliachim
Eliachim autem genuit Azor
14 Azor autem genuit Saddoc
Saddoc autem genuit Achim
Achim autem genuit Eliud
15 Eliud autem genuit Eleazar
Eleazar autem genuit Matthan
Matthan autem genuit Iacob
16 Iacob autem genuit Ioseph virum
Mariae de qua natus est Iesus qui 27,17.22
vocatur Christus
17 II/X Omnes ergo generationes ab Ab-
raham usque ad David generatio-
nes quattuordecim
et a David usque ad transmigratio-
nem Babylonis generationes quat-
tuordecim
et a transmigratione Babylonis us-
que ad Christum generationes quat-
tuordecim
18 III/V Christi autem generatio sic erat
cum esset desponsata mater eius Lc 1,27; 2,5
Maria Ioseph
antequam convenirent inventa est in
utero habens de Spiritu Sancto
19 IIII/X Ioseph autem vir eius cum esset
iustus et nollet eam traducere
voluit occulte dimittere eam
20 haec autem eo cogitante
ecce angelus Domini in somnis ap- 2,13.19: Gn 20,3!
paruit ei dicens
Ioseph fili David noli timere accipe- Lc 1,27; 2,4
re Mariam coniugem tuam 24
quod enim in ea natum est de Spiritu
Sancto est
21 pariet autem filium et vocabis no- 25! Is 7,14! Lc 1,31; 2,21
men eius Iesum
ipse enim salvum faciet populum Sir 47,31; Tit 2,14!
suum a peccatis eorum
22 hoc autem totum factum est 21,4; 26,56

Mattheus. *Citantur* S(*aut* s) NAMZ *et* (F)P(G)DCΦ *ac* cɔ. [*cod.* s *citatur salum ubi deficit* S, *cuius lacunae nan indicantur, cum ex permutatione siglarum* S *et* s *satis eluceant;* F *citatur ubi revera lectianem ex* Mt *praebet*, G (= g_1 *apud* ɔ *in* Mt) *ubi textum vulgatae versionis habet; sigla* SPD *alias cadd. designant ac in* ɔ, Φ = ΦT(*Sangall.* 75) GV(= KV *in* ɔ)] *Tit.* incipit] sanctum iesu christi c ‖ 1,1 [*desunt* N *usque ad* 3,1 *et* MP *usque ad* 1,15] | 2 autem¹ *am.* ZGΦ | 3 zaram D c; zarad A | 5 autem² *am.* AFC | autem⁴ *am.* ZF | 7 abiam] abia FDɔ | abia] abias c | 11 in transmigrationem AC | 15 [*incipiunt* MP] | 17 ergo] itaque c. | ad² *am.* A | 18 *num.* 3/5 *ad* cum *pon.* ɔ | 20 paruit AF | ~ apparuit in somnis c. | S(s)A(M)Z (FPG)DCΦ cɔ

2,15 ut adimpleretur id quod dictum est a
Domino per prophetam dicentem
Is 7,14! 23 ecce virgo in utero habebit et pariet
filium et vocabunt nomen eius Emmanuhel
quod est interpretatum Nobiscum
Deus
24 exsurgens autem Ioseph a somno
fecit sicut praecepit ei angelus Domini
20 et accepit coniugem suam
25 et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum
Lc 2,7
21! et vocavit nomen eius Iesum
2 cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudaeae in diebus Herodis regis
ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam 2 dicentes
ubi est qui natus est rex Iudaeorum
9 vidimus enim stellam eius in oriente
8; 14,33; 15,25; 28,17 et venimus adorare eum
3 audiens autem Herodes rex turbatus
est et omnis Hierosolyma cum illo
4 et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi
sciscitabatur ab eis ubi Christus
nasceretur
5 V/VII At illi dixerunt ei in Bethleem
Iudaeae
sic enim scriptum est per prophetam
Mi 5,2; Io 7,42 6 et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus
Iuda
Hbr 7,14 ex te enim exiet dux qui reget populum meum Israhel
7 VI/X Tunc Herodes clam vocatis magis
diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis
8 et mittens illos in Bethleem dixit
ite et interrogate diligenter de puero
I Sm 23,23 et cum inveneritis renuntiate mihi
2! ut et ego veniens adorem eum
9 qui cum audissent regem abierunt

et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos 2
usque dum veniens staret supra ubi
erat puer
10 videntes autem stellam gavisi sunt
gaudio magno valde
11 et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius Lc 2,16
et procidentes adoraverunt eum Gn 43,26
et apertis thesauris suis obtulerunt
ei munera aurum tus et murram Is 60,6!
12 et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem
per aliam viam reversi sunt in regionem suam III Rg 13,10
13 qui cum recessissent
ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens 19,20; 1,20!
surge et accipe puerum et matrem eius Gn 21,18
et fuge in Aegyptum
et esto ibi usque dum dicam tibi
futurum est enim ut Herodes quaerat puerum ad perdendum eum
14 qui consurgens accepit puerum et 21
matrem eius nocte et recessit in
Aegyptum
15 et erat ibi usque ad obitum Herodis
ut adimpleretur quod dictum est a 1,22
Domino per prophetam dicentem
ex Aegypto vocavi filium meum Os 11,1
16 tunc Herodes videns quoniam inlusus esset a magis iratus est valde
et mittens occidit omnes pueros qui
erant in Bethleem et in omnibus
finibus eius
a bimatu et infra secundum tempus
quod exquisierat a magis
17 tunc adimpletum est quod dictum
est per Hieremiam prophetam dicentem
18 vox in Rama audita est ploratus et Ier 31,15
ululatus multus
Rachel plorans filios suos et noluit

S(s)A(M)Z (F)P(G)DCΦ co 22 id AMo] *om. cet.* | 25 [*deest* M *usque ad* 3,12] || **2,1** iudae CΦ; iuda c | 3 illo] eo s(*marg.*)D | 5 iudae ZFGCΦc | 6 nequaquam] numquid s(*marg.*)C | regat Pc | 13 somnio A | 14 recessit] secessit c |

consolari quia non sunt
19 defuncto autem Herode
13; 1.20! ecce apparuit angelus Domini in
somnis Ioseph in Aegypto 20 dicens
surge et accipe puerum et matrem
eius
et vade in terram Israhel
Ex 4,19 defuncti sunt enim qui quaerebant
animam pueri
14 21 qui surgens accepit puerum et matrem eius et venit in terram Israhel
22 audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudaea pro Herode patre
suo timuit illo ire
et admonitus in somnis secessit in
partes Galilaeae
Lc 2,39 23 et veniens habitavit in civitate quae
vocatur Nazareth
ut adimpleretur quod dictum est per
prophetas
Is 11,1 quoniam Nazareus vocabitur
Mc 1,4; Lc 3,3 3 VII/III In diebus autem illis venit Iohannes Baptista praedicans in deserto
Iudaeae 2 et dicens
4,17; 10,7; 12,28! Mc 1,15 paenitentiam agite adpropinquavit
enim regnum caelorum
3–6: Mc 1,3–6 3 VIII/I Hic est enim qui dictus est per
Esaiam prophetam dicentem
Is 40,3! Lc 3,4; Io 1,23 vox clamantis in deserto parate viam
Domini rectas facite semitas eius
4 VIIII/VI Ipse autem Iohannes habebat
vestimentum de pilis camelorum
IV Rg 1,8 et zonam pelliciam circa lumbos suos
esca autem eius erat lucustae et mel
silvestre
5 tunc exiebat ad eum Hierosolyma et
5.6: Act 19,18 omnis Iudaea et omnis regio circa
Iordanen
6 et baptizabantur in Iordane ab eo
confitentes peccata sua
7–10: Lc 3,7–9 7 X/V Videns autem multos Pharisaeorum et Sadducaeorum venientes ad
baptismum suum dixit eis
progenies viperarum quis demonstravit vobis fugere a futura ira 12,34; 23,33
8 facite ergo fructum dignum paenitentiae Act 26,20
9 et ne velitis dicere intra vos patrem Io 8,33.39; Rm 4,16
habemus Abraham
dico enim vobis quoniam potest
Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae
10 iam enim securis ad radicem arborum posita est
omnis ergo arbor quae non facit 7,19; Io 15,2.6
fructum bonum exciditur et in ignem mittitur
11 XI/I Ego quidem vos baptizo in aqua Act 13,24.25; 19,4
in paenitentiam
qui autem post me venturus est fortior me est Mc 1,7.8; Lc 3,16.17; Io 1,26.27
cuius non sum dignus calciamenta
portare
ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto Io 1,30.31.33; Act 1,5! 11,16
et igni
12 XII/V Cuius ventilabrum in manu sua
et permundabit aream suam
et congregabit triticum suum in horreum 13,30
paleas autem conburet igni inextinguibili
13 XIII/X Tunc venit Iesus a Galilaea in Mc 1,9
Iordanen ad Iohannem ut baptizaretur ab eo
14 Iohannes autem prohibebat eum dicens
ego a te debeo baptizari
et tu venis ad me
15 respondens autem Iesus dixit ei
sine modo
sic enim decet nos implere omnem
iustitiam

19 ~ angelus domini apparuit c | 21 consurgens Φc | 22 quod] quia APo | illuc AF Do || 3,1 [*adest* N *usque ad* 4,23] | 3 qui dictus est] de quo dictum est N | 4 zona pellicia Z | suos] eius A | lucusta Z | 5 circum AFo | 6 in iordane *om.* Z; ~ ab eo in iordane c | 7 futura] uentura c | 9 potest] potens est Φc | de APGΦco] ex *cet.* | abraham AF | 10 exciditur sZG𝔊] excidetur *cet.* | mittitur sZFG𝔊] mittetur *cet.* | 11 ~ baptizo uos c | in paenitentia Z | baptizauit AFPD | 12 [*iterum adest* M] | permundauit AMZFPD | congregauit FP | ~ tritticum in horreum suum ZP |

S(sN)A(M)Z (F)P(G)DCΦ co

tunc dimisit eum
16.17: Mc 1,10.11; Lc 3,21.22; Io 1,32–34 Ez 1,1; Io 1,51; Act 7,55! 16 XIIII I Baptizatus autem confestim
ascendit de aqua
et ecce aperti sunt ei caeli
16.17: Is 42,1! et vidit Spiritum Dei descendentem
sicut columbam
venientem super se
17,5! Io 12,28; Apc 10,4! 17 et ecce vox de caelis dicens
4,3! Ps 2,7! hic est Filius meus dilectus in quo
mihi conplacui
1.2: Mc 1,12.13 4 XV II Tunc Iesus ductus est in desertum
1—11: Lc 4,1–13 ab Spiritu ut temptaretur a diabolo
Ex 34,28! 2 XVI V Et cum ieiunasset quadraginta
diebus et quadraginta noctibus postea esuriit
3 et accedens temptator dixit ei
6; 3,17! 14,33! si Filius Dei es dic ut lapides isti panes fiant
4 qui respondens dixit
scriptum est
Dt 8,3! non in pane solo vivet homo sed in
omni verbo quod procedit de ore
Dei
5 tunc adsumit eum diabolus in sanctam civitatem
et statuit eum supra pinnaculum
templi 6 et dixit ei
3! si Filius Dei es mitte te deorsum
scriptum est enim
Ps 90,11.12 quia angelis suis mandabit de te et in
manibus tollent te ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum
7 ait illi Iesus
rursum scriptum est
Dt 6,16; I Cor 10,9 non temptabis Dominum Deum tuum
17,1; Ez 40,2; Apc 21,10 8 iterum adsumit eum diabolus in
montem excelsum valde
et ostendit ei omnia regna mundi et
gloriam eorum
9 et dixit illi
haec tibi omnia dabo si cadens adoraveris me
10 tunc dicit ei Iesus
vade Satanas
scriptum est
Dominum Deum tuum adorabis et Dt 6,13!
illi soli servies
11 XVII VI Tunc reliquit eum diabolus
et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei Mc 1,13
12 XVIII IIII Cum autem audisset quod Iohannes traditus esset secessit in Mc 1,14
Galilaeam
13 XVIIII VII Et relicta civitate Nazareth
venit et habitavit in Capharnaum
maritimam in finibus Zabulon et
Nepthalim
14 ut adimpleretur quod dictum est per
Esaiam prophetam
15 terra Zabulon et terra Nepthalim 15.16: Is 9,1.2
via maris trans Iordanen Galilaeae
gentium
16 populus qui sedebat in tenebris lucem vidit magnam
et sedentibus in regione et umbra Lc 1,79
mortis lux orta est eis
17 XX VI Exinde coepit Iesus praedicare et
dicere
paenitentiam agite adpropinquavit 3,2!
enim regnum caelorum
18 ambulans autem iuxta mare Galilaeae vidit duos fratres 18–22: Mc 1,16–20
Simonem qui vocatur Petrus et Andream fratrem eius 10,2; Mc 3,16; Lc 6,14; Io 1,40! 42
mittentes rete in mare erant enim
piscatores
19 XXI II Et ait illis
venite post me et faciam vos fieri Lc 5,10
piscatores hominum
20 at illi continuo relictis retibus secuti
sunt eum

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

16 autem + iesus ZPΦ co | columbam + et NMPΦ c | 17 conplacuit NM || 4,4 ~ solo pane c | uiuet sZD𝔊] uiuit *cet.* | 5 adsumit sMF𝔬𝔊] adsumpsit *cet.* | supra] super ZPD c | 6 ~ es dei ZD. | mandabit MΦ𝔬𝔊] mandauit *cet.* | 8 adsumit AMFC𝔬𝔊] adsumpsit *cet.* | 9 illi] ei c. | ~ omnia tibi PG c | 10 dixit NGC | uade + retro ZG; + retro me P | satana NMC c | est + enim PGCΦ co | 12 audisset + iesus ZPGΦ c | 13 maritima C c | 14 impleretur sNAFGDC𝔬 | 15 terra² *om.* NA | galilaea MF c | 16 lumen uidit magnum A; uidit magnum C.; ~ uidit lucem magnam c | et in umbra F; umbrae G c | 18 autem + iesus P c | retem N.; retia M |

21 XXII VI Et procedens inde vidit alios
duos fratres
10,3; 17,1! Mc 10,35; Lc 5,10 Iacobum Zebedaei et Iohannem fratrem eius
in navi cum Zebedaeo patre eorum
reficientes retia sua
et vocavit eos
19,27! 22 illi autem statim relictis retibus et
patre secuti sunt eum
9,35! Mc 1,14 39; Lc 4,14.15! 23 XXIII I Et circumibat Iesus totam Galilaeam docens in synagogis eorum
Lc 9,60! et praedicans evangelium regni
et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo
24 et abiit opinio eius in totam Syriam
8,16: Mc 1,32-34; 6,55; Lc 4,40.41! 24.25: Lc 6,17.18 et obtulerunt ei omnes male habentes variis languoribus et tormentis conprehensos
Act 5,16; 10,38 et qui daemonia habebant et lunaticos et paralyticos
et curavit eos
Mc 3,7.8 25 et secutae sunt eum turbae multae de
Galilaea et Decapoli et Hierosolymis et Iudaea et de trans Iordanen
15,29.30! 24,3; Io 6,3 5 XXIIII X Videns autem turbas ascendit
in montem
et cum sedisset accesserunt ad eum
discipuli eius
2 XXV V Et aperiens os suum docebat
eos dicens
Lc 6,20 3 beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum caelorum
Ps 36,11! 4 XXVI X Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram
Is 61,2! 5 XXVII V Beati qui lugent quoniam ipsi
consolabuntur
Lc 6,21 6 XXVIII V Beati qui esuriunt et sitiunt
iustitiam quoniam ipsi saturabuntur
7 XXVIIII X Beati misericordes quia ipsi
misericordiam consequentur
Apc 22,4! 8 beati mundo corde quoniam ipsi
Deum videbunt
9 beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur
10 beati qui persecutionem patiuntur I Pt 3,14
propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum caelorum
11 XXX V Beati estis cum maledixerint 10,22; I Pt 4,14! 11.12: Lc 6,22.23!
vobis et persecuti vos fuerint
et dixerint omne malum adversum
vos mentientes propter me
12 gaudete et exultate quoniam merces
vestra copiosa est in caelis
sic enim persecuti sunt prophetas
qui fuerunt ante vos
13 XXXI II Vos estis sal terrae
quod si sal evanuerit in quo sallietur Mc 9,49; Lc 14,34.35
ad nihilum valet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus
14 XXXII II Vos estis lux mundi Io 8,12! Phil 2,15!
non potest civitas abscondi supra
montem posita
15 neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio Mc 4,21; Lc 8,16; 11,33
sed super candelabrum
ut luceat omnibus qui in domo sunt
16 sic luceat lux vestra coram hominibus
ut videant vestra bona opera
et glorificent Patrem vestrum qui in caelis est 45; 6,9! 7,11; 16,17! I Pt 2,12
17 XXXIII X Nolite putare quoniam veni Rm 3,31
solvere legem aut prophetas
non veni solvere sed adimplere
18 XXXIIII V Amen quippe dico vobis
donec transeat caelum et terra 24,35! Mc 13,31; Lc 16,17; 21,33
iota unum aut unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant
19 XXXV X Qui ergo solverit unum de
mandatis istis minimis et docuerit
sic homines
minimus vocabitur in regno caelorum
qui autem fecerit et docuerit
hic magnus vocabitur in regno caelorum

21 [*deest* P *usque ad* 8,3] | 23 [*deest* N *usque ad* 6,6] | 25 et[3] + de c | et[4] + de AD c || 5,1 autem + iesus G c | 7 quia MZΦ] quoniam *cet.* | 9 quoniam + ipsi AΦ o | 11 uobis + homines M | omnem malum MZGD | 15 super] supra MGD | 16 ~ opera uestra bona G c | ~ est in caelis sF | S(sN)AMZ (FPG)DCΦ co

20 dico enim vobis quia nisi abundaverit
iustitia vestra plus quam scribarum
et Pharisaeorum
18,3! Ps 68,28; Io 3,3.5! non intrabitis in regnum caelorum
Ex 20,13! Lc 18,20 21 audistis quia dictum est antiquis non
Iac 2,11 occides
Nm 35,21! qui autem occiderit reus erit iudicio
22 ego autem dico vobis
I Io 3,15 quia omnis qui irascitur fratri suo
reus erit iudicio
qui autem dixerit fratri suo racha
reus erit concilio
qui autem dixerit fatue reus erit gehennae ignis
23 si ergo offeres munus tuum ad altare
et ibi recordatus fueris quia frater
Mc 11,25 tuus habet aliquid adversum te
24 relinque ibi munus tuum ante altare
et vade prius reconciliare fratri tuo
et tunc veniens offers munus tuum
25.26: Lc 12,58.59 25 XXXVI/V Esto consentiens adversario
tuo cito dum es in via cum eo
ne forte tradat te adversarius iudici
et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris
18,34 26 amen dico tibi non exies inde donec
reddas novissimum quadrantem
Ex 20,14! 27 XXXVII/X Audistis quia dictum est antiquis non moechaberis
Lc 18,20; Iac 2,11
28 ego autem dico vobis
Sir 25,28! quoniam omnis qui viderit mulierem
ad concupiscendum eam
iam moechatus est eam in corde suo
29.30: 18,8.9; Mc 9,46 29 quod si oculus tuus dexter scandalizat te
erue eum et proice abs te
expedit enim tibi ut pereat unum
membrorum tuorum
10,28 quam totum corpus tuum mittatur
in gehennam
Mc 9,42 30 et si dextera manus tua scandalizat
te
abscide eam et proice abs te
expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum
quam totum corpus tuum eat in gehennam
31 dictum est autem quicumque dimiserit uxorem suam det illi libellum 19,7; Dt 24,1; Mc 10,4 **31.32:** 19,3; Mc 10,2; I Cor 7,11
repudii
32 ego autem dico vobis 19,9; Mc 10,11; Lc 16,18
quia omnis qui dimiserit uxorem
suam excepta fornicationis causa
facit eam moechari
et qui dimissam duxerit adulterat
33 iterum audistis quia dictum est antiquis non peierabis Lv 19,12!
reddes autem Domino iuramenta Nm 30,3!
tua
34 ego autem dico vobis non iurare omnino **34–37:** Iac 5,12; Sir 23,9!
neque per caelum quia thronus Dei 23,22 **34.35:** Is 66,1; Act 7,49
est
35 neque per terram quia scabillum est
pedum eius
neque per Hierosolymam quia civitas est magni Regis
36 neque per caput tuum iuraveris
quia non potes unum capillum album facere aut nigrum
37 sit autem sermo vester EST EST NON NON II Cor 1,18; Iac 5,12
quod autem his abundantius est a
malo est
38 audistis quia dictum est
oculum pro oculo et dentem pro Ex 21,24!
dente
39 ego autem dico vobis non resistere
malo
XXXVIII/V Sed si quis te percusserit in Lam 3,30!
dextera maxilla tua praebe illi et **39.40:** Lc 6,29
alteram
40 et ei qui vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere remitte ei et pallium
41 XXXVIIII/X Et quicumque te angaria-

S(s)AMZ (FG)DCΦ co 20 in regno sMF | 22 irascetur Z | 23 offers c | 24 ante] ad sAFDC | reconciliari s Fc | offer MFC; offeres Φc | 25 in carcere MF | 27 moechaueris AC | 28 quoniam] quia Dc | 30 expedit + enim AMFGΦco | 31 illi] ei c | 33 est] sit Z | 39 in dexteram maxillam tuam sΦc | et *om.* Z; ~ et illi Φ | 40 ei[1]] illi AF; *om.* s. | remittes M.; dimitte GDc | ei[2] *om.* AF |

verit mille passus vade cum illo alia
duo
Dt 15,8! Lc 6,30 42 qui petit a te da ei
et volenti mutuari a te ne avertaris
43 audistis quia dictum est
Lv 19,18! diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum
44 XL V Ego autem dico vobis
Lc 6,27.28 35 diligite inimicos vestros
benefacite his qui oderunt vos
Rm 12,14 et orate pro persequentibus et calumniantibus vos
161 45 ut sitis filii Patris vestri qui in caelis est
qui solem suum oriri facit super bonos et malos
et pluit super iustos et iniustos
Lc 6,32 46 XLI V Si enim diligatis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis
nonne et publicani hoc faciunt
47 et si salutaveritis fratres vestros tantum quid amplius facitis
nonne et ethnici hoc faciunt
Lv 19,2! Lc 6,40 48 estote ergo vos perfecti sicut et Pater vester caelestis perfectus est
6 XLII X Adtendite ne iustitiam vestram
23,5 faciatis coram hominibus ut videamini ab eis
alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in caelis est
2 cum ergo facies elemosynam noli tuba canere ante te
5.16 sicut hypocritae faciunt in synagogis et in vicis ut honorificentur ab hominibus
5.16; Lc 6.24 amen dico vobis receperunt mercedem suam
3 te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua

4 ut sit elemosyna tua in abscondito
et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi 6.18
5 et cum oratis non eritis sicut hypocritae 2.16
qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare
ut videantur ab hominibus
amen dico vobis receperunt mercedem suam 2.16; Lc 6,24
6 tu autem cum orabis intra in cubiculum tuum IV Rg 4,33; Is 26,20
et cluso ostio tuo ora Patrem tuum in abscondito
et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi 4.18
7 XLIII V Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici Sir 7,15!
putant enim quia in multiloquio suo exaudiantur
8 nolite ergo adsimilari eis
scit enim Pater vester quibus opus sit vobis antequam petatis eum
9 sic ergo vos orabitis 9–13: Lc 11,2–4
Pater noster qui in caelis es 5,16! 7,21; Is 63,16!
sanctificetur nomen tuum II Sm 7,26! II Th 1,12!
10 veniat regnum tuum 7.21; 26.42; I Mcc 3,60;
fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra Lc 22,42; Act 21,14; Hbr 13,21
11 panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie Prv 30,8; Io 6,32
12 et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimisimus debitoribus nostris III Rg 8,34
13 et ne inducas nos in temptationem 26.41! Sir 33.1! Is 63.16 Lxx;
sed libera nos a malo Io 17.15; II Th 3.3!
14 XLIIII VI Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum Sir 28,2; Lc 6,37; Col 3,13
dimittet et vobis Pater vester caelestis delicta vestra 9,2! 14.15: Mc 11,25.26
15 si autem non dimiseritis hominibus 18,35

41 et alia Zc | 43 audistis] *num.* 40/5 *hic pon.* sAFo, *cf.* M | odio habebis] odies sMGD | 45 pluet Z | 46 diligitis Gc | 47 facietis ZΦ | et² *om.* A || 6,2 facis MGCc | 4 absconso¹·² sMGD | 6 oraueris c | [*adest* N *usque ad* 10,28] | tuo *om.* ZGc | absconso¹·² sMGD | 7 quia] quod c | 8 enim] namque ZΦ | quibus] quid ZGCΦc | 9 ~ es in caelis AGco | 10 adueniat NAΦco | 11 supersubstantialem] cotidianum S(*marg.*) GC; + cotidianum F. | 12 dimittimus AMFGCΦco | 13 ~ nos inducas SNc | malo + amen c. | 14 et *om.* ND | delicta] peccata N |

S(sN)AMZ (FG)DCΦ co

nec Pater vester dimittet peccata vestra

[16] XLV X Cum autem ieiunatis nolite fieri

2.5 sicut hypocritae tristes

Is 58,5 demoliuntur enim facies suas ut pareant hominibus ieiunantes

2.5; Lc 6,24 amen dico vobis quia receperunt mercedem suam

[17] tu autem cum ieiunas ungue caput tuum et faciem tuam lava

[18] ne videaris hominibus ieiunans

sed Patri tuo qui est in abscondito

4.6 et Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi

Iac 5,2 [19] nolite thesaurizare vobis thesauros in terra

ubi erugo et tinea demolitur

ubi fures effodiunt et furantur

19.21! I Tim 6,19; IV Esr 7,77 [20] XLVI V Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo

20.21: Lc 12,33.34 ubi neque erugo neque tinea demolitur

et ubi fures non effodiunt nec furantur

[21] ubi enim est thesaurus tuus ibi est et cor tuum

22.23: Lc 11,34 [22] XLVII V Lucerna corporis est oculus

si fuerit oculus tuus simplex

totum corpus tuum lucidum erit

20,15 [23] si autem oculus tuus nequam fuerit

totum corpus tuum tenebrosum erit

si ergo lumen quod in te est tenebrae sunt

tenebrae quantae erunt

Lc 16,13 [24] XLVIII V Nemo potest duobus dominis servire

aut enim unum odio habebit et alterum diliget

aut unum sustinebit et alterum contemnet

non potestis Deo servire et mamonae

[25] XLVIIII V Ideo dico vobis 25—33: Lc 12,22-31

ne solliciti sitis animae vestrae quid manducetis

neque corpori vestro quid induamini

nonne anima plus est quam esca

et corpus plus est quam vestimentum

[26] respicite volatilia caeli

quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea

et Pater vester caelestis pascit illa

nonne vos magis pluris estis illis 10,31! Lc 12,7

[27] quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum

[28] et de vestimento quid solliciti estis

considerate lilia agri quomodo crescunt

non laborant nec nent

[29] dico autem vobis

quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis

[30] si autem faenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur Deus sic vestit

quanto magis vos minimae fidei 30.31: 16,8

[31] nolite ergo solliciti esse dicentes Phil 4,6

quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur

[32] haec enim omnia gentes inquirunt

scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis

[33] quaerite autem primum regnum et iustitiam eius Col 3,1

et omnia haec adicientur vobis

[34] nolite ergo esse solliciti in crastinum

crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse

sufficit diei malitia sua

S(s)NAMZ (FG)DCΦ co 15 dimittet + uobis FG c | 16 demoliuntur s(*marg.*)Z co] exterminant *cet.* | appareant c | 18 ieiunasse Z | absconso[1.2] SMD | 19 ubi[2] sA] et ubi *cet.* | 22 corporis + tui NZ GCΦ c | oculus[1] + tuus NGCΦ c | ~ oculus tuus fuerit c. | 23 ~ fuerit nequam c. | tenebrae[2]] *praem.* ipsae ZGCΦ c; + ipsae D | 24 diligit ZF | 25 plus est[2]] plus DΦ c; *om.* ZC co | 26 plures SAMZFGD | 28 nec sZDΦ] neque *cet.* | 30 minimae] modicae GD c | 31 quo sAΦ co] quod F.; quid MZGDC | 33 autem] ergo G c | regnum AZ𝔊] regnum dei *cet.* | ~ haec omnia G co | 34 ~ solliciti esse NFD c | sibi ipsi MΦ c ||

Lc 6,37 7 L/II Nolite iudicare ut non iudicemini
Rm 2,1; Iac 2,13 2 in quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini
Mc 4,24; Lc 6,38 et in qua mensura mensi fueritis metietur vobis
3—5: Lc 6,41.42 3 LI/V Quid autem vides festucam in oculo fratris tui
et trabem in oculo tuo non vides
4 aut quomodo dicis fratri tuo
sine eiciam festucam de oculo tuo
et ecce trabis est in oculo tuo
5 hypocrita eice primum trabem de oculo tuo
et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui
15,26; Sir 13,22 6 LII/X Nolite dare sanctum canibus
neque mittatis margaritas vestras ante porcos
ne forte conculcent eas pedibus suis
7—11: Lc 11,9–13 et conversi disrumpant vos
7.8: 18,19; 21,22; Ier 29,12.13! Mc 11,24; Io 11,22! 15,7 7 LIII/V Petite et dabitur vobis
quaerite et invenietis
pulsate et aperietur vobis
8 omnis enim qui petit accipit
et qui quaerit invenit
et pulsanti aperietur
9 aut quis est ex vobis homo quem si petierit filius suus panem
numquid lapidem porriget ei
10 aut si piscem petet
numquid serpentem porriget ei
11 si ergo vos cum sitis mali nostis bona dare filiis vestris
5,16! Iac 1,17 quanto magis Pater vester qui in caelis est dabit bona petentibus se
Tb 4,16! Lc 6,31 12 LIIII/V Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite eis
22,40 haec est enim lex et prophetae
13,14: Lc 13,24 13 LV/V Intrate per angustam portam
quia lata porta et spatiosa via quae ducit ad perditionem
et multi sunt qui intrant per eam
14 quam angusta porta et arta via quae ducit ad vitam
et pauci sunt qui inveniunt eam
15 LVI/X Adtendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi rapaces
16 a fructibus eorum cognoscetis eos 20; 12,33; Lc 6,44
LVII/V Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus
17 LVIII/V Sic omnis arbor bona fructus bonos facit 12,33
mala autem arbor fructus malos facit
18 non potest arbor bona fructus malos facere Lc 6,43
neque arbor mala fructus bonos facere
19 omnis arbor quae non facit fructum bonum exciditur et in ignem mittitur 3,10; Lc 3,9; Io 15,2.6
20 igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos 16; 12,33; Lc 6,44
21 LVIIII/III Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum caelorum Lc 6,46
sed qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est 6,9! 10! I Io 2,17
ipse intrabit in regnum caelorum
22 LX/V Multi dicent mihi in illa die Domine Domine
nonne in nomine tuo prophetavimus Ier 27,15!
et in tuo nomine daemonia eiecimus Mc 9,37; 16,17; Lc 9,49; 10,17
et in tuo nomine virtutes multas fecimus
23 et tunc confitebor illis quia numquam novi vos 25,12
discedite a me qui operamini iniquitatem 25,41; Ps 6,9! Lc 13,27
24 LXI/V Omnis ergo qui audit verba mea Lc 8,21

7,2 remetietur MGΦc | 4 ~ in oculo tuo est s | 9 porrigit NFD | 10 petit FGD; petierit Φc | porrigit FD | 11 bona[1] + data GΦc | 12 eis] illis ZGΦc | enim *om.* M | 13 uia + est sc. | 14 uia + est c. | 17 ~ bonos fructus facit NG; fructus facit bonos MD | ~ malos fructus NGDc | 18 ~ malos fructus GDc | ~ bonos fructus Gc | 19 exciditur sAMD𝔬𝔊] excidetur *cet.* | mittitur sAMFD𝔬𝔊] mittetur *cet.* | 21 in regno[1.2] MF | 22 dicunt Z | ~ tuo nomine[1] N𝔬 | ~ nomine tuo[2] NAc | ~ nomine tuo[3] Ac | 23 confitebor] iurabo s(*marg.*) | S(s)NAMZ (FG)DCΦ c𝔬

24—27: Lc 6,47–49 haec et facit ea
16,18 adsimilabitur viro sapienti qui aedi-
ficavit domum suam supra petram
25 et descendit pluvia
et venerunt flumina
et flaverunt venti
et inruerunt in domum illam et non
cecidit
fundata enim erat super petram
Io 12,47 26 et omnis qui audit verba mea haec
et non facit ea
similis erit viro stulto qui aedificavit
domum suam supra harenam
27 et descendit pluvia
et venerunt flumina
et flaverunt venti
et inruerunt in domum illam et ce-
cidit et fuit ruina eius magna
11,1; 13,53; 19,1; 26,1; Lc 7,1 28 LXII II Et factum est cum consummas-
set Iesus verba haec
22,33! admirabantur turbae super doc-
28.29: Mc 1,22! Lc 4,32 trinam eius
29 erat enim docens eos sicut potesta-
tem habens
non sicut scribae eorum et Pharisaei
8 LXIII II Cum autem descendisset de
monte secutae sunt eum turbae
multae
2—4: Mc 1,40–44; Lc 5,12–14 2 et ecce leprosus veniens adorabat
eum dicens
Domine si vis potes me mundare
3 et extendens manum tetigit eum Ie-
sus dicens
volo mundare
et confestim mundata est lepra eius
9,30! 12,16; 16,20; 17,9; Mc 5,43! 4 et ait illi Iesus
vide nemini dixeris
Lv 14,2–4; Lc 17,14 sed vade ostende te sacerdoti
et offer munus quod praecepit Mo-
ses in testimonium illis
5—7: Lc 7,1–3 5 LXIIII III Cum autem introisset Caphar-
naum
accessit ad eum centurio rogans
eum 6 et dicens
Domine puer meus iacet in domo
paralyticus et male torquetur
7 et ait illi Iesus
ego veniam et curabo eum
8 et respondens centurio ait 8—10: Lc 7,6–9
Domine non sum dignus ut intres Lc 5,8
sub tectum meum
sed tantum dic verbo et sanabitur
puer meus
9 nam et ego homo sum sub potestate
habens sub me milites
et dico huic vade et vadit
et alio veni et venit
et servo meo fac hoc et facit
10 audiens autem Iesus miratus est
et sequentibus se dixit
amen dico vobis non inveni tantam
fidem in Israhel
11 LXV V Dico autem vobis Ps 106,2.3!
quod multi ab oriente et occidente 11.12: Lc 13,28.29
venient
et recumbent cum Abraham et Isaac
et Iacob in regno caelorum
12 filii autem regni eicientur in tenebras 13,42! 22,13; 25,30
exteriores
ibi erit fletus et stridor dentium 24,51
13 LXVI V Et dixit Iesus centurioni
vade et sicut credidisti fiat tibi 9,29; 15,28
et sanatus est puer in hora illa
14 LXVII II Et cum venisset Iesus in do- 14.15: Mc 1,29–31; Lc 4,38.39
mum Petri
vidit socrum eius iacentem et febri-
citantem
15 et tetigit manum eius et dimisit eam Act 28,8
febris
et surrexit et ministrabat eis
16 vespere autem facto obtulerunt ei 4,24! Mc 1,32.34; Lc 4,40.41!
multos daemonia habentes
et eiciebat spiritus verbo
et omnes male habentes curavit

S(s)NAMZ (FPG)DCΦ cɒ 24 super NZ | 25 et¹ *om.* ZGΦ | supra AMZFGΦɒ | 26 super NZDCΦc | 27 et¹ *om.* ZGΦ | eius] illius c. | 28 supra doctrinam MG.; super doctrina ZFCΦc | 29 habens + et Dc || 8, 3 ~ manum iesus tetigit eum C; ~ iesus manum tetigit eum ZGΦc | [*iterum adest* P] | 4 uade + et s | offers F.; offert M.; offeris G. | 7 et¹ *om.* AMFGɒ | 9 potestate + constitutus PGc | alio] alii c | 13 hora illa AMZPΦɒ𝔊] illa hora *cet.* |

17 ut adimpleretur quod dictum est per
Esaiam prophetam dicentem
Is 53,4; Io 1,29; 1 Pt 2,24; 1 Io 3,5 ipse infirmitates nostras accepit et
aegrotationes portavit
18 videns autem Iesus turbas multas
Mc 4,35; Lc 8,22 circum se iussit ire trans fretum
19—22: Lc 9,57–60 19 LXVIII V Et accedens unus scriba ait illi
magister sequar te quocumque ieris
20 et dicit ei Iesus
vulpes foveas habent et volucres
caeli tabernacula
Filius autem hominis non habet ubi
caput reclinet
21 alius autem de discipulis eius ait illi
Domine permitte me primum ire et
sepelire patrem meum
9,9; Mc 2,14; Lc 5,27; Io 1,43 22 Iesus autem ait illi
sequere me
et dimitte mortuos sepelire mortuos
suos
23—27: Mc 4,35–40; Lc 8,22–25 23 LXVIIII II Et ascendente eo in navicu-
la secuti sunt eum discipuli eius
Ion 1,4 24 et ecce motus magnus factus est in
mari
ita ut navicula operiretur fluctibus
ipse vero dormiebat
25 et accesserunt et suscitaverunt eum
dicentes
25.26: 14,30.31 Domine salva nos perimus
26 et dicit eis
quid timidi estis modicae fidei
Ps 88,10 tunc surgens imperavit ventis et
mari
et facta est tranquillitas magna
Mc 1,27 27 porro homines mirati sunt dicentes
qualis est hic quia et venti et mare
oboediunt ei
28—34: Mc 5,1–17; Lc 8,26–37 28 et cum venisset trans fretum in re-
gionem Gerasenorum
occurrerunt ei duo habentes dae-
monia
de monumentis exeuntes
saevi nimis ita ut nemo posset trans-
ire per viam illam
29 et ecce clamaverunt dicentes Mc 1,23.24; Lc 4,33.34
quid nobis et tibi Fili Dei Ios 22,24
venisti huc ante tempus torquere nos
30 erat autem non longe ab illis grex
porcorum multorum pascens
31 daemones autem rogabant eum di-
centes
si eicis nos mitte nos in gregem por-
corum
32 et ait illis ite
at illi exeuntes abierunt in porcos
et ecce impetu abiit totus grex per
praeceps in mare
et mortui sunt in aquis
33 pastores autem fugerunt
et venientes in civitatem nuntiave-
runt omnia
et de his qui daemonia habuerant
34 et ecce tota civitas exiit obviam Iesu Io 12,13.18
et viso eo rogabant ut transiret a Act 16,39
finibus eorum
9 LXX I Et ascendens in naviculam 1—8: Mc 2,1–12
transfretavit et venit in civitatem
suam
2 et ecce offerebant ei paralyticum ia- 2—8: Lc 5,18–26
centem in lecto
et videns Iesus fidem illorum dixit
paralytico
confide fili remittuntur tibi peccata 5: 6,14! Mc 11,25; Lc 7,48
tua
3 et ecce quidam de scribis dixerunt
intra se
hic blasphemat
4 et cum vidisset Iesus cogitationes 12,25; Ps 93,11! Lc 6,8; 9,47! 11,17; Io 2,25
eorum dixit
ut quid cogitatis mala in cordibus
vestris
5 quid est facilius dicere dimittuntur 2!

17 aegrotationes + nostras P c | 18 iussit + discipulis suis N.; + discipulos suos P; + discipulis suos G. | 20 et[1] *om.* ZGΦ | tabernacula ZFD o, *cf.* 𝔊] nidos *cet.* | 23 in nauiculam AZCΦ c o | 25 accesserunt + ad eum discipuli eius c; + discipuli P | 26 eis + iesus c | imperauit] increpauit A o | uento AFPG o | 27 homines + illi s | et[1] *om.* NPGDCΦ c | 28 uenissent Z | in regione sZFPDCΦ | ~ daemonia habentes s G | 29 tibi + iesu sFPGΦ c | 30 ~ multorum porcorum c | 31 nos[1] + hinc c | 33 his] eis c. | habuerunt MZD || 9,1 in nauicula sMFPGD | 2 ~ in lecto iacentem ZPGΦ | et uidens] uidens autem ZPΦ |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ c o

tibi peccata
aut dicere surge et ambula
Mc 2,10.11; Lc 5,24 6 ut sciatis autem quoniam Filius ho-
28,18! Io 17,2 minis habet potestatem in terra di-
mittendi peccata
tunc ait paralytico
Io 5,8! surge tolle lectum tuum et vade in
domum tuam
7 et surrexit et abiit in domum suam
15,31! Lc 5,26; 7,16 8 videntes autem turbae timuerunt
Act 19,17! et glorificaverunt Deum qui dedit
potestatem talem hominibus
9—13: Mc 2,13–17; Lc 5,27–32 9 LXXI II Et cum transiret inde Iesus
vidit hominem sedentem in teloneo
Mattheum nomine
8,22; Lc 9,59; Io 1,43 et ait illi sequere me
et surgens secutus est eum
10 LXXII II Et factum est discumbente eo
in domo
ecce multi publicani et peccatores
venientes discumbebant cum Iesu
et discipulis eius
11 et videntes Pharisaei dicebant disci-
pulis eius
Tb 4,18; Lc 15,2; 19,7 quare cum publicanis et peccatoribus
manducat magister vester
12 LXXIII II At Iesus audiens ait
non est opus valentibus medico sed
male habentibus
12,7; Os 6,6! 13 euntes autem discite quid est miseri-
cordiam volo et non sacrificium
non enim veni vocare iustos sed pec-
catores
14—17: Mc 2,18–22; Lc 5,33–38 14 tunc accesserunt ad eum discipuli
Iohannis dicentes
quare nos et Pharisaei ieiunamus
frequenter
discipuli autem tui non ieiunant
15 et ait illis Iesus
numquid possunt filii sponsi lugere
quamdiu cum illis est sponsus
venient autem dies cum auferetur ab
eis sponsus et tunc ieiunabunt
16 nemo autem inmittit commissuram
panni rudis in vestimentum vetus
tollit enim plenitudinem eius a vesti-
mento et peior scissura fit
17 neque mittunt vinum novum in ut-
res veteres
alioquin rumpuntur utres et vinum
effunditur et utres pereunt
sed vinum novum in utres novos mit-
tunt et ambo conservantur
18 LXXIIII II Haec illo loquente ad eos 18—26: Mc 5,22–43; Lc 8,41–56
ecce princeps unus accessit et adora-
bat eum dicens
filia mea modo defuncta est
sed veni inpone manum super eam
et vivet
19 et surgens Iesus sequebatur eum et
discipuli eius
20 et ecce mulier quae sanguinis flu- Lv 15,25
xum patiebatur duodecim annis
accessit retro et tetigit fimbriam ves- 14,36! Mc 6,56; Lc 6,19
timenti eius
21 dicebat enim intra se
si tetigero tantum vestimentum eius
salva ero
22 at Iesus conversus et videns eam di-
xit
confide filia fides tua te salvam fecit Mc 5,34!
et salva facta est mulier ex illa hora
23 et cum venisset Iesus in domum
principis
et vidisset tibicines et turbam tumul-
tuantem 24 dicebat
recedite non est enim mortua puella
sed dormit
et deridebant eum
25 et cum eiecta esset turba Act 9,40.41
intravit et tenuit manum eius et sur-
rexit puella
26 et exiit fama haec in universam ter- II Mcc 8,7; Lc 4,14.37; 5,15; 7,17
ram illam
27 LXXV X Et transeunte inde Iesu secuti
sunt eum duo caeci clamantes et di- 15,22; 20,30.31; Mc 10,47.48; Lc 18,38.39
centes
miserere nostri Fili David

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cɔ 5 peccata + tua PGDΦc | aut] an Fc | 6 ~ autem sciatis Fc. | quoniam] quia c | 8 talem *om.* ND. | 12 medicus NPGCΦc | 15 et[1] *om.* Z | 17 effundetur NPGD | 18 adorauit ZG | dicens + domine ZΦc | manum + tuam Gc | 21 uestimenta N |

[28]cum autem venisset domum acces-
serunt ad eum caeci
et dicit eis Iesus
creditis quia possum hoc facere vo-
bis
dicunt ei utique Domine
29.30: 20,34 [29]tunc tetigit oculos eorum dicens
8,13; 15,28 secundum fidem vestram fiat vobis
Io 9,10! [30]et aperti sunt oculi illorum
30.31: Mc 1,44.45; 7,36 et comminatus est illis Iesus dicens
8,4! videte ne quis sciat
[31]illi autem exeuntes diffamaverunt
eum in tota terra illa
32–34: 12,22–24; Lc 11,14.15 [32]egressis autem illis
ecce obtulerunt ei hominem mutum
daemonium habentem
[33]et eiecto daemone locutus est mutus
15,31! Mc 2,12 et miratae sunt turbae dicentes
numquam paruit sic in Israhel
[34]Pharisaei autem dicebant
12,27; Mc 3,22 in principe daemoniorum eicit dae-
mones
4,23! 11,1; Mc 6,7; Lc 4,43.44; 8,1; 9,2.6.11; 13,22 [35]LXXVI II Et circumibat Iesus civitates
omnes et castella
docens in synagogis eorum et prae-
dicans evangelium regni
et curans omnem languorem et om-
nem infirmitatem
14,14; III Rg 22,17! Mc 6,34 [36]LXXVII VI Videns autem turbas misertus
est eis
quia erant vexati et iacentes sicut
oves non habentes pastorem
37.38: Lc 10,2 [37]LXXVIII V Tunc dicit discipulis suis
messis quidem multa operarii autem
pauci
[38]rogate ergo dominum messis ut ei-
ciat operarios in messem suam
Mc 6,7; Lc 9,1 1–4: Mc 3,14–19; Lc 6,13–16 **10** LXXVIIII II Et convocatis duodecim
discipulis suis
dedit illis potestatem spirituum in-
mundorum ut eicerent eos
et curarent omnem languorem et
omnem infirmitatem
[2]LXXX II Duodecim autem apostolo-
rum nomina sunt haec 2–4: Act 1,13
primus Simon qui dicitur Petrus et 4,18! Mc 1,16
Andreas frater eius
[3]Iacobus Zebedaei et Iohannes frater 4,21!
eius
Philippus et Bartholomeus
Thomas et Mattheus publicanus
et Iacobus Alphei et Thaddeus
[4]Simon Cananeus et Iudas Scariotes 26,25: Io 6,72; 12,4!
qui et tradidit eum
[5]LXXXI X Hos duodecim misit Iesus
praecipiens eis et dicens
in viam gentium ne abieritis
et in civitates Samaritanorum ne in-
traveritis
[6]sed potius ite ad oves quae perierunt 15,24; Ier 50,6!
domus Israhel
[7]LXXXII II Euntes autem praedicate di- 7.8: Lc 10,9
centes
quia adpropinquavit regnum caelo- 3,2!
rum
[8]infirmos curate
mortuos suscitate
leprosos mundate
daemones eicite
gratis accepistis gratis date
[9]nolite possidere aurum neque argen- Act 20,33
tum 9.10: Mc 6,8.9; Lc 9,3; 10,4
neque pecuniam in zonis vestris
[10]non peram in via
neque duas tunicas
neque calciamenta
neque virgam
dignus enim est operarius cibo suo Dt 24,14! Lc 10,7!
[11]LXXXIII II In quamcumque civitatem Mc 6,10; Lc 9,4
aut castellum intraveritis
interrogate quis in ea dignus sit
et ibi manete donec exeatis
[12]LXXXIIII V Intrantes autem in domum 12.13: Lc 10,5.6
salutate eam

28 dixit sG | ~ hoc possum c | 30 illorum] eorum PDc | 31 in totam terram illam Z GDΦ; in uniuersam terram illam F. | 33 daemonio Dc | paruit sZDC] apparuit *cet.* | 34 in (+ beelzebub P; + beelzebul G.) principem ZPGC. | 35 ~ omnes ciuitates Dc. | 38 eiciat] mittat GCc || 10,2 apostolorum] discipulorum ZP | 3 et[4] *om.* PGDco | 4 iscariotes c. | 5 et[1] *om.* c. | 10 enim *om.* D; ~ est enim NGC | 11 quamcumque + autem c | in eam A | 12 eam sNAMDo] + dicentes pax huic domui *cet.* |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

13 et siquidem fuerit domus digna
veniat pax vestra super eam
si autem non fuerit digna
pax vestra ad vos revertatur
Mc 6,11; Lc 10,10.11 14 LXXXV/II Et quicumque non receperit
vos neque audierit sermones vestros
Lc 9,5; Act 13,50.51 exeuntes foras de domo vel de civitate excutite pulverem de pedibus vestris
11,24; Lc 10,12 15 amen dico vobis
tolerabilius erit terrae Sodomorum et Gomorraeorum in die iudicii quam illi civitati
Lc 10,3 16 LXXXVI/V Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum
estote ergo prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbae
17—22: Mc 13,9–13; Lc 21,12–17 17 LXXXVII/VI Cavete autem ab hominibus
tradent enim vos in conciliis
Act 6,12 23,34; Act 22,19 et in synagogis suis flagellabunt vos
Ps 118,46 18 et ad praesides et ad reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus
19.20: Mc 13,11; Lc 12,11.12! 19 LXXXVIII/II Cum autem tradent vos
nolite cogitare quomodo aut quid loquamini
Ex 4,12! Lc 21,15 dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini
20 non enim vos estis qui loquimini
II Sm 23,2 sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis
35! 21 tradet autem frater fratrem in mortem
et pater filium
et insurgent filii in parentes et morte eos adficient
21.22: 24,9 5,11! Lc 6,22! Io 15,18! 21 22 et eritis odio omnibus propter nomen meum
24,13; IV Esr 6,25 qui autem perseveraverit in finem
hic salvus erit
23 LXXXVIIII/X Cum autem persequentur vos in civitate ista
fugite in aliam
amen enim dico vobis
non consummabitis civitates Israhel
donec veniat Filius hominis 16,28
24 XC/III Non est discipulus super magistrum Lc 6,40; Io 13,16; 15,20
nec servus super dominum suum
25 sufficit discipulo ut sit sicut magister eius
et servus sicut dominus eius
XCI/X Si patrem familias Beelzebub vocaverunt
quanto magis domesticos eius
26 ne ergo timueritis eos 26—33: Lc 12,2–9
XCII/II Nihil enim opertum quod non revelabitur Mc 4,22; Lc 8,17; I Cor 4,5
et occultum quod non scietur
27 XCIII/V Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine
et quod in aure auditis praedicate super tecta
28 et nolite timere eos qui occidunt corpus
animam autem non possunt occidere
sed potius eum timete qui potest et 5,29.30
animam et corpus perdere in gehennam Iac 4,12
29 nonne duo passeres asse veneunt
et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro
30 vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt
31 nolite ergo timere
multis passeribus meliores estis vos 6,26; Lc 12,24
32 omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus 32.33: I Sm 2,30
confitebor et ego eum coram Patre Apc 3,5

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

13 domus + illa ZGΦ c | ueniet PGΦ c | sin autem ZΦ | reuertetur ZPGΦ c | ~ reuert. ad uos c. | 14 de² *om.* c | uestris + in testimonium eorum A; + in testimonium illis F G. | 17 87/6] *ad can.* 1 *remitt.* sMCɔ | 18 ad² *om.* ZPCΦ | ducimini AF | 19 dabitur—loquamini² *om.* ZG | 22 omnibus + hominibus ZPGΦ | perseuerauerit + usque sPGCΦ c | 23 in alia ZG | amen enim sAFɔ𝔊] amen amen M.; amen *cet.* | 25 seruus] seruo DCc | 26 opertum] *praem.* est c; + est D | sciatur APG | 27 audietis S; audistis PD | 28 ~ timete eum c | et² *om.* ZGD | in gehenna MZPC | [*deest* N *usque ad* 15,9] | 29 ueniunt AZPGDC | cadit SD | 30 et *om.* c |

meo qui est in caelis
Mc 8,38; Lc 9,26; 12,9; II Tim 2,12 33 XCIIII II Qui autem negaverit me coram
hominibus
negabo et ego eum coram Patre meo
qui est in caelis
Lc 12,51 34 XCV V Nolite arbitrari quia venerim
mittere pacem in terram
non veni pacem mittere sed gladium
21; Mi 7,6; Mc 13,12; Lc 12,53 35 veni enim separare hominem adversus patrem suum
et filiam adversus matrem suam
et nurum adversus socrum suam
36 et inimici hominis domestici eius
37.38: Lc 14,26.27 37 XCVI V Qui amat patrem aut matrem
plus quam me
non est me dignus
et qui amat filium aut filiam super
me
non est me dignus
16,24; Mc 8,34; Lc 9,23 38 et qui non accipit crucem suam et
sequitur me
non est me dignus
16,25; Mc 8,35; Lc 9,24; 17,33; Io 12,25 39 XCVII III Qui invenit animam suam perdet illam
et qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam
18,5; Mc 9,36; Lc 9,48; 10,16! Io 12,44.45! 13,20 40 XCVIII I Qui recipit vos me recipit
et qui me recipit recipit eum qui me
misit
41 XCVIIII X Qui recipit prophetam in nomine prophetae mercedem prophetae accipiet
et qui recipit iustum in nomine iusti
mercedem iusti accipiet
Mc 9,40 42 C VI Et quicumque potum dederit uni
ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli
amen dico vobis non perdet mercedem suam
7,28; 13,53; 19,1; 26,1; Lc 7,1 **11** CI X Et factum est cum consummasset Iesus praecipiens duodecim discipulis suis
9,35! transiit inde ut doceret et praedicaret in civitatibus eorum
2 CII V Iohannes autem cum audisset in vinculis opera Christi 2—6: Lc 7,18–23
mittens duos de discipulis suis 3 ait 21,1; Mc 11,1; 14,13; Lc 19,29
illi
tu es qui venturus es an alium expectamus
4 et respondens Iesus ait illis
euntes renuntiate Iohanni quae auditis et videtis 4.5: 15,31
5 caeci vident Is 35,5.6! Lc 7,22
claudi ambulant
leprosi mundantur
surdi audiunt
mortui resurgunt
pauperes evangelizantur Lc 4,18
6 et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me 13,57; 26,31
7 illis autem abeuntibus 7—11: Lc 7,24–28
coepit Iesus dicere ad turbas de Iohanne
quid existis in desertum videre
harundinem vento agitatam
8 sed quid existis videre
hominem mollibus vestitum
ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt
9 sed quid existis videre
prophetam
etiam dico vobis et plus quam prophetam
10 CIII II Hic enim est de quo scriptum
est
ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui praeparabit viam tuam ante te Mal 3,1! Mc 1,2; Lc 1,76; 7,27; Io 3,28
11 CIIII V Amen dico vobis
non surrexit inter natos mulierum
maior Iohanne Baptista
qui autem minor est in regno caelorum maior est illo
12 CV V A diebus autem Iohannis Baptistae usque nunc regnum caelorum Lc 16,16
vim patitur

32 ~ in caelis est SPc | 33 ~ me negauerit S | ~ in caelis est Gc | 34 ~ uenerim pacem mittere D; ~ pacem uenerim mittere c. | in terra MZP | 37 aut¹] et AF || 11,4 auditis et uidetis S. 𝔊] audistis et uidetis PC; audistis et uidistis *cet.* | 7 in deserto sZFPG | 9 propheta² ZD | 10 ~ est enim ZPΦc | ego *om.* SMZΦ | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

et violenti rapiunt illud
[13] CVI/X Omnes enim prophetae et lex
usque ad Iohannem prophetaverunt
17,10.11; Mal 4,5 [14] et si vultis recipere ipse est Helias
qui venturus est
13,9! Is 32,3; Mc 4,9! [15] qui habet aures audiendi audiat
16—19: Lc 7,31–35 [16] CVII/V Cui autem similem aestimabo
generationem istam
similis est pueris sedentibus in foro
qui clamantes coaequalibus [17] dicunt
cecinimus vobis et non saltastis
lamentavimus et non planxistis
[18] venit enim Iohannes neque manducans neque bibens
Mc 3,30! et dicunt daemonium habet
[19] venit Filius hominis manducans et
bibens
et dicunt
ecce homo vorax et potator vini
publicanorum et peccatorum amicus
et iustificata est sapientia a filiis suis
[20] CVIII/V Tunc coepit exprobrare civitatibus in quibus factae sunt plurimae
virtutes eius
quia non egissent paenitentiam
21—24: Lc 10,12–15 [21] vae tibi Corazain
vae tibi Bethsaida
quia si in Tyro et Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis
Iob 42,6 olim in cilicio et cinere paenitentiam
egissent
[22] verumtamen dico vobis
Tyro et Sidoni remissius erit in die
iudicii quam vobis
Am 9,2 [23] et tu Capharnaum numquid usque
in caelum exaltaberis
Is 14,15! usque in infernum descendes
CVIIII/X Quia si in Sodomis factae fuissent virtutes quae factae sunt in te
forte mansissent usque in hunc diem
10,15; Lc 10,12 [24] verumtamen dico vobis
quia terrae Sodomorum remissius
erit in die iudicii quam tibi
25—27: Lc 10,21.22 [25] CX/V In illo tempore respondens Iesus
dixit
confiteor tibi Pater Domine caeli et terrae Sir 51,1! Act 17,24
quia abscondisti haec a sapientibus
et prudentibus
et revelasti ea parvulis
[26] ita Pater quoniam sic fuit placitum
ante te
[27] CXI/III Omnia mihi tradita sunt a Patre 28,18! Io 3,35!
meo
CXII/III Et nemo novit Filium nisi Pater Io 6,46; 7,28.29! 8,19! 10,15
neque Patrem quis novit nisi Filius
et cui voluerit Filius revelare
[28] CXIII/X Venite ad me omnes qui labo- Sir 24,26
ratis et onerati estis Ier 31,25!
et ego reficiam vos
[29] tollite iugum meum super vos Sir 51,34; Ier 6,16
et discite a me quia mitis sum et humilis corde
et invenietis requiem animabus vestris
[30] iugum enim meum suave est et onus 1 Io 5,3
meum leve est
12 CXIIII/II In illo tempore abiit Iesus 1—8: Mc 2,23–28; Lc 6,1–5
sabbato per sata
discipuli autem eius esurientes coe- Dt 23,25
perunt vellere spicas et manducare
[2] Pharisaei autem videntes dixerunt ei
ecce discipuli tui faciunt quod non
licet eis facere sabbatis Dt 5,14; Io 5,10
[3] at ille dixit eis
non legistis quid fecerit David quando esuriit et qui cum eo erant
[4] quomodo intravit in domum Dei et 1 Sm 21,6
panes propositionis comedit
quos non licebat ei edere neque his
qui cum eo erant
nisi solis sacerdotibus
[5] CXV/X Aut non legistis in lege
quia sabbatis sacerdotes in templo
sabbatum violant et sine crimine
sunt
[6] dico autem vobis quia templo maior
est hic
[7] si autem sciretis quid est misericor- 9,13; Os 6,6!

S(s)AMZ
(F)P(G)DCΦ 12 diripiunt ZGΦ | 14 et *om.* AF | 23 hanc c | 25 quia] qui SZPC | 30 est² *om.* SD
cɵ Cc ‖ **12,1** ~ per sata sabbato c | 2 eis *om.* c. | 3 fecit S. | 4 quos] quod Z. |

diam volo et non sacrificium
numquam condemnassetis innocentes
8 dominus est enim Filius hominis etiam sabbati
9—14: Mc 3,1–6; Lc 6,6–11 9 CXVI II·V Et cum inde transisset venit in synagogam eorum
10 et ecce homo manum habens aridam
Lc 11,54; Io 8,6 et interrogabant eum dicentes
Lc 14,3 si licet sabbatis curare
ut accusarent eum
Lc 14,5 11 ipse autem dixit illis
Dt 22,4! quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unam
et si ceciderit haec sabbatis in foveam
nonne tenebit et levabit eam
12 quanto magis melior est homo ove
itaque licet sabbatis benefacere
13 tunc ait homini
extende manum tuam
et extendit
et restituta est sanitati sicut altera
22,15! 27,1! 14 CXVII IIII Exeuntes autem Pharisaei consilium faciebant adversus eum
quomodo eum perderent
15 CXVIII X Iesus autem sciens recessit inde
15,30; 19,2 et secuti sunt eum multi et curavit eos omnes
8,4! Mc 3,12 16 et praecepit eis ne manifestum eum facerent
17 ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem
18—21: Is 42,1–4 18 ecce puer meus quem elegi
dilectus meus in quo bene placuit animae meae
ponam spiritum meum super eum
et iudicium gentibus nuntiabit
19 non contendet neque clamabit neque audiet aliquis in plateis vocem eius
20 harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet
donec eiciat ad victoriam iudicium
21 et in nomine eius gentes sperabunt Rm 15,12
22 CXVIIII V Tunc oblatus est ei daemonium habens caecus et mutus et curavit eum 22—24: 9,32–34; Lc 11,14.15
ita ut loqueretur et videret
23 CXX VII Et stupebant omnes turbae et dicebant
numquid hic est Filius David Io 4,29; 7,26
24 CXXI II Pharisaei autem audientes dixerunt Mc 3,22 24—30: Lc 11,17–23
hic non eicit daemones nisi in Beelzebub principe daemoniorum
25 CXXII II Iesus autem sciens cogitationes eorum dixit eis 9,4! 25.26: Mc 3,24–26
omne regnum divisum contra se desolatur
et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit
26 et si Satanas Satanan eicit adversus se divisus est
quomodo ergo stabit regnum eius
27 et si ego in Beelzebub eicio daemones 9,34
filii vestri in quo eiciunt
ideo ipsi iudices erunt vestri
28 si autem ego in Spiritu Dei eicio daemones
igitur pervenit in vos regnum Dei 3,2! Lc 10,9.11!
29 aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis Mc 3,27
et vasa eius diripere Is 49,24
nisi prius alligaverit fortem
et tunc domum illius diripiat
30 qui non est mecum contra me est
et qui non congregat mecum spargit
31 CXXIII II Ideo dico vobis Mc 3,28.29
omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus Ex 34,9!

8 ~ enim est Pc | 9 116/2.5] *ad can.* 2 *remitt.* ZPDCΦo, *ad can.* 5 SAG, *ad utrumque* F, *cf. tabulas can.* | transiret M | in synagoga MPG | 13 sicut + et ZFD | 14 ~ perderent eum c | 15 recessit] secessit AFPGo | 18 placuit SAFo] conplacuit *cet.* | 20 fumigantem M | 24 daemones] daemonia SG | principem AZPGC | daemoniorum] daemonum AMo | 25 desolatur MZFDo𝔊] desolabitur *cet.* | 26 ergo *om.* M | 27 ~ uestri erunt Fc | 29 diripiat] diripiet MPGCΦc | 30 *num.* 123/2 *ad* qui[1] *pon. codd. ex errore archetypi* |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

Spiritus autem blasphemia non re-
mittetur
Lc 12,10 32 et quicumque dixerit verbum contra
Filium hominis remittetur ei
qui autem dixerit contra Spiritum
Sanctum non remittetur ei neque in
hoc saeculo neque in futuro
7,17 33.34: Sir 27,7 33 CXXIIII X Aut facite arborem bonam et
fructum eius bonum
aut facite arborem malam et fructum
eius malum
7,16.20; Lc 6,44 siquidem ex fructu arbor agnoscitur
3,7; 23,33; Lc 3,7 34 progenies viperarum quomodo pot-
34.35: Lc 6,45 estis bona loqui cum sitis mali
ex abundantia enim cordis os loqui-
tur
35 CXXV V Bonus homo de bono thesauro
profert bona
et malus homo de malo thesauro
profert mala
36 CXXVI X Dico autem vobis
Iud 15 quoniam omne verbum otiosum
quod locuti fuerint homines
reddent rationem de eo in die iudicii
Lc 19,22! 37 ex verbis enim tuis iustificaberis
et ex verbis tuis condemnaberis
16,1! Io 6,30! I Cor 1,22 38 CXXVII V Tunc responderunt ei quidam
38.39: Mc 8,11.12 de scribis et Pharisaeis dicentes
Idc 6,17! magister volumus a te signum vi-
dere
16,4! 17,16! Lc 11,29 39 CXXVIII V Qui respondens ait illis
generatio mala et adultera signum
quaerit
et signum non dabitur ei nisi signum
Ionae prophetae
Ion 2,1 40 sicut enim fuit Ionas in ventre ceti
tribus diebus et tribus noctibus
sic erit Filius hominis in corde terrae
tribus diebus et tribus noctibus
Ion 3,4.5 41 viri ninevitae surgent in iudicio cum
41.42: Lc 11,31.32 generatione ista
et condemnabunt eam
quia paenitentiam egerunt in prae-
dicatione Ionae

et ecce plus quam Iona hic
42 regina austri surget in iudicio cum III Rg 10,1
generatione ista
et condemnabit eam
quia venit a finibus terrae audire sa- III Rg 10,24
pientiam Salomonis
et ecce plus quam Salomon hic
43 CXXVIIII V Cum autem inmundus spi- 43–45: Lc 11,24–26
ritus exierit ab homine
ambulat per loca arida quaerens re-
quiem et non invenit
44 tunc dicit revertar in domum meam
unde exivi
et veniens invenit vacantem
scopis mundatam et ornatam
45 tunc vadit et adsumit septem alios
spiritus secum nequiores se
et intrantes habitant ibi
et fiunt novissima hominis illius pe- 27,64; II Pt 2,20
iora prioribus
sic erit et generationi huic pessimae
46 CXXX II Adhuc eo loquente ad turbas
ecce mater eius et fratres stabant fo- Io 2,12; Act 1,14
ris quaerentes loqui ei 46–50: Mc 3,31–35; Lc 8,19–21
47 dixit autem ei quidam
ecce mater tua et fratres tui foris
stant quaerentes te
48 at ipse respondens dicenti sibi ait
quae est mater mea et qui sunt frat-
res mei
49 et extendens manum in discipulos
suos dixit
ecce mater mea et fratres mei
50 quicumque enim fecerit voluntatem Io 15,14!
Patris mei qui in caelis est
ipse meus et frater et soror et mater
est
13 CXXXI II In illo die exiens Iesus de do- 1–9: Mc 4,1–9; Lc 8,4–8
mo sedebat secus mare
2 et congregatae sunt ad eum turbae
multae
ita ut in naviculam ascendens sede-
ret
et omnis turba stabat in litore

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cↄ
31 blasphemia²] blasphemiae AMPDCΦ | 41 iona] ionas c. | 44 inuenit + eam MZPΦc | 45 et¹ *om.* SD. | sic — pessimae *om.* Z | 48 ipse] ille AFↄ | 49 manus ZPΦ | suos *om.* AMↄ | 50 et¹ *om.* SZPGΦc ||

10.13.24.31.33! 34! Ps 77,2! Mc 4,2 3 et locutus est eis multa in parabolis
dicens
ecce exiit qui seminat seminare
19 4 et dum seminat
quaedam ceciderunt secus viam
et venerunt volucres et comederunt
ea
20 5 alia autem ceciderunt in petrosa ubi
non habebat terram multam
et continuo exorta sunt quia non
habebant altitudinem terrae
Iac 1,11 6 sole autem orto aestuaverunt
21 et quia non habebant radicem arue-
runt
22 7 alia autem ceciderunt in spinas
et creverunt spinae et suffocaverunt
ea
23 8 alia vero ceciderunt in terram bo-
nam
et dabant fructum
aliud centesimum
aliud sexagesimum
aliud tricesimum
43; 11,15! Apc 2,7! 9 qui habet aures audiendi audiat
3! 10.11: Mc 4,10.11; Lc 8,9.10 10 et accedentes discipuli dixerunt ei
quare in parabolis loqueris eis
11 qui respondens ait illis
I Cor 2,10; Col 2,2 quia vobis datum est nosse mysteria
regni caelorum
illis autem non est datum
25,29; Mc 4,25; Lc 8,18; 19,26; IV Esr 7,25 12 CXXXII V Qui enim habet dabitur ei et
abundabit
qui autem non habet et quod habet
auferetur ab eo
3! Lc 8,10 13 CXXXIII I Ideo in parabolis loquor eis
Ps 113,13.14! Ier 5,21! quia videntes non vident
et audientes non audiunt neque in-
tellegunt
14.15: Is 6,9.10! Act 28,26.27! 14 et adimpletur eis prophetia Esaiae
dicens
auditu audietis et non intellegetis
et videntes videbitis et non videbitis

15 incrassatum est enim cor populi hu-
ius
et auribus graviter audierunt Mc 4,12; 8,17.18; Io 12,40; Rm 11,8
et oculos suos cluserunt
nequando oculis videant
et auribus audiant
et corde intellegant
et convertantur et sanem eos
16 CXXXIIII V Vestri autem beati oculi 16.17: Lc 10,23.24
quia vident
et aures vestrae quia audiunt
17 amen quippe dico vobis
quia multi prophetae et iusti cupie-
runt videre quae videtis et non vi-
derunt
et audire quae auditis et non audie-
runt
18 CXXXV II Vos ergo audite parabolam 18—23: Mc 4,13-20; Lc 8,11-15
seminantis
19 omnis qui audit verbum regni et non
intellegit
venit malus et rapit quod seminatum
est in corde eius
hic est qui secus viam seminatus est 4
20 qui autem supra petrosa seminatus 5: Act 17,11
est
hic est qui verbum audit et continuo I Th 1,6
cum gaudio accipit illud
21 non habet autem in se radicem sed 6
est temporalis
facta autem tribulatione et persecu-
tione propter verbum
continuo scandalizatur
22 qui autem est seminatus in spinis 7
hic est qui verbum audit
et sollicitudo saeculi istius et fallacia
divitiarum suffocat verbum
et sine fructu efficitur
23 qui vero in terra bona seminatus est 8
hic est qui audit verbum et intellegit
et fructum adfert
et facit aliud quidem centum

13,3 exit S; exiet P. | 4 uolucres + caeli c | 5 habebat] habebant GDΦ cɔ | habebant] habebat Z | 8 uero] autem c | 10 eis *om.* A | 13 audiunt] audient AZ | 14 ut adimpleatur AZΦ; et adinpleretur D. | in eis FPGC c | dicentis GC c | intellegitis ZD | 15 ~ uideant oculis c | 17 auditis] audistis MPGC | 20 super SZD c | suscipit S.; recepit P | 22 ~ seminatus est in spinis D c; ~ in sp. sem. est P | 23 in terram bonam M FΦ cɔ | uerbum *om.* S | centesimum... sexagesimum... tricesimum PGDC c | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

aliud autem sexaginta
porro aliud triginta
31! 24 CXXXVI X Aliam parabolam proposuit
illis dicens
Mc 4,26 simile factum est regnum caelorum
27 homini qui seminavit bonum semen
in agro suo
39 25 cum autem dormirent homines venit inimicus eius
et superseminavit zizania in medio
tritici et abiit
26 cum autem crevisset herba et fructum fecisset
tunc apparuerunt et zizania
27 accedentes autem servi patris familias dixerunt ei
24 domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo
unde ergo habet zizania
28 et ait illis
inimicus homo hoc fecit
servi autem dixerunt ei
vis imus et colligimus ea
29 et ait non
ne forte colligentes zizania eradicetis
simul cum eis et triticum
30 sinite utraque crescere usque ad messem
et in tempore messis dicam messoribus
colligite primum zizania et alligate
ea fasciculos ad conburendum
3,12; Lc 3,17 triticum autem congregate in horreum meum
31! 31 CXXXVII II Aliam parabolam proposuit
eis dicens
31.32: Mc 4,30–32; Lc 13,18.19 simile est regnum caelorum grano
sinapis
quod accipiens homo seminavit in
agro suo
32 quod minimum quidem est omnibus
seminibus
cum autem creverit maius est omnibus holeribus
et fit arbor Ez 17,23!
ita ut volucres caeli veniant et habitent in ramis eius
33 CXXXVIII V Aliam parabolam locutus 31! 21,33; 22,1; Mc 3,23; 12,1; Lc 5,36!
est eis
simile est regnum caelorum fermento
quod acceptum mulier abscondit in Lc 13,21
farinae satis tribus
donec fermentatum est totum
34 CXXXVIIII VI Haec omnia locutus est 31! Mc 4,33.34
Iesus in parabolis ad turbas
et sine parabolis non loquebatur eis
35 ut impleretur quod dictum erat per
prophetam dicentem
aperiam in parabolis os meum Ps 77,2!
eructabo abscondita a constitutione
mundi
36 CXL X Tunc dimissis turbis venit in domum
et accesserunt ad eum discipuli eius
dicentes
dissere nobis parabolam zizaniorum 15,15
agri
37 qui respondens ait
qui seminat bonum semen est Filius
hominis
38 ager autem est mundus I Cor 3,9
bonum vero semen hii sunt filii regni
zizania autem filii sunt nequam
39 inimicus autem qui seminavit ea est 25
diabolus
messis vero consummatio saeculi est
messores autem angeli sunt
40 sicut ergo colliguntur zizania et igni
conburuntur
sic erit in consummatione saeculi 40.41: 49
41 mittet Filius hominis angelos suos 24,31; Mc 13,27
et colligent de regno eius omnia
scandala
et eos qui faciunt iniquitatem
42 et mittent eos in caminum ignis 50; 8,12! Apc 20,15
ibi erit fletus et stridor dentium
43 tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Idc 5,31!
Patris eorum

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cϲ

23 porro aliud] aliud uero Cc | 29 ~ simul et triticum cum eis AF; ~ cum eis simul et trit. P | 30 fasciculis S; in fasciculos c. | 32 maius] maior ZΦ. | 33 eis + dicens AD | 35 adimpleretur AGϲ | erat] est ZPGΦ | 36 edissere c | 37 ait + illis c. | 42 mittunt MF; mittet Z | 43 eorum] sui AMFGϲ |

91 qui habet aures audiat
44 simile est regnum caelorum thesauro
abscondito in agro
quem qui invenit homo abscondit
et prae gaudio illius vadit et vendit
universa quae habet et emit agrum
illum
45 iterum simile est regnum caelorum
homini negotiatori quaerenti bonas
margaritas
46 inventa autem una pretiosa marga-
rita
abiit et vendidit omnia quae habuit
et emit eam
47 iterum simile est regnum caelorum
sagenae missae in mare et ex omni
genere congreganti
48 quam cum impleta esset educentes
et secus litus sedentes
elegerunt bonos in vasa
malos autem foras miserunt
40.41! 49 sic erit in consummatione saeculi
25,32 exibunt angeli et separabunt malos
de medio iustorum
42! Apc 20,15 50 et mittent eos in caminum ignis
ibi erit fletus et stridor dentium
51 intellexistis haec omnia
dicunt ei etiam
52 ait illis
ideo omnis scriba doctus in regno
caelorum
similis est homini patri familias
qui profert de thesauro suo nova et
vetera
7,28; 11,1; 19,1; 26,1; Lc 7,1 53—58: Mc 6,1–6 53 et factum est cum consummasset
Iesus parabolas istas transiit inde
Lc 4,16! 54 CXLI/I Et veniens in patriam suam do-
cebat eos in synagogis eorum
Io 7,15 ita ut mirarentur et dicerent
54.55: Lc 4,22! unde huic sapientia haec et virtutes
Lc 3,23; Io 1,45; 6,42 55 nonne hic est fabri filius
nonne mater eius dicitur Maria
et fratres eius Iacobus et Ioseph et
Simon et Iudas
56 et sorores eius nonne omnes apud
nos sunt
unde ergo huic omnia ista
57 et scandalizabantur in eo 11,6!
CXLII/I Iesus autem dixit eis
non est propheta sine honore nisi in Lc 4,24; Io 4,44
patria sua et in domo sua
58 et non fecit ibi virtutes multas prop- 17,19
ter incredulitatem illorum
14 CXLIII/II In illo tempore audiit Hero- 1.2: Mc 6,14; Lc 9,7.8
des tetrarcha famam Iesu
2 et ait pueris suis
hic est Iohannes Baptista 16,14; Mc 8,28; Lc 9,19
ipse surrexit a mortuis
et ideo virtutes inoperantur in eo
3 CXLIIII/II Herodes enim tenuit Iohan- 3—12: Mc 6,17–29
nem et alligavit eum et posuit in
carcere Lc 3,19.20
propter Herodiadem uxorem fratris
sui 3.4: Lv 20,21!
4 dicebat enim illi Iohannes
non licet tibi habere eam
5 et volens illum occidere timuit popu- Mc 12,12; 14,1! Lc 20,19! 21,26.46; Mc 11,32; Lc 20,6
lum
quia sicut prophetam eum habebant
6 CXLV/VI Die autem natalis Herodis sal-
tavit filia Herodiadis in medio et
placuit Herodi
7 unde cum iuramento pollicitus est ei
dare quodcumque postulasset ab eo
8 at illa praemonita a matre sua
da mihi inquit hic in disco caput Io-
hannis Baptistae
9 et contristatus est rex Dn 6,14
propter iuramentum autem et eos
qui pariter recumbebant iussit dari
10 misitque et decollavit Iohannem in
carcere
11 et adlatum est caput eius in disco
et datum est puellae et tulit matri
suae
12 et accedentes discipuli eius tulerunt Act 8,2

43 aures + audiendi PGD𝔠 | 47 et *om.* AF | genere + piscium AZPGΦ𝔠 | 51 ei *om.* Z | 54 uirtus A | 55 nonne hic est fabri filius *om.* Z | fratres] frater AG. | 57 et in domo sua *om.* ZG. || **14**,2 inoperantur S, *cf.* 𝔊] operantur *cet.* | 3 enim] autem M | in carcere SD𝔊] in carcerem *cet.* | 5 illum] eum ZDΦ | 6 natali Z | 8 dixit da mihi inquit Z | 9 iusiurandum ZΦ | 10 in carcerem ZG | 11 tulit] attulit 𝔠 |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ 𝔠𝔬

corpus et sepelierunt illud
et venientes nuntiaverunt Iesu
13 CXLVI/III Quod cum audisset Iesus se-
Mc 1,35! 45 13—21: Mc 6,30–44; Lc 9,10–17; Io 6,1–13 cessit inde in navicula in locum de-
sertum seorsum
et cum audissent turbae secutae sunt
eum pedestres de civitatibus
9,36; Mc 6,34 14 et exiens vidit turbam multam
et misertus est eius et curavit lan-
guidos eorum
15 CXLVII/I Vespere autem facto accesse-
runt ad eum discipuli eius dicentes
desertus est locus et hora iam prae-
teriit
dimitte turbas ut euntes in castella
emant sibi escas
16 Iesus autem dixit eis
non habent necesse ire
date illis vos manducare
17—21: 15,34–38; Mc 8,5–9 17 responderunt ei
non habemus hic nisi quinque panes
et duos pisces
18 qui ait eis
adferte illos mihi huc
19.20: IV Rg 4,42–44 19 et cum iussisset turbam discumbere
supra faenum
26,26! Mc 6,41! acceptis quinque panibus et duobus
piscibus
aspiciens in caelum benedixit et fre-
git
et dedit discipulis panes
discipuli autem turbis
20 et manducaverunt omnes et saturati
sunt
Mc 8,19 et tulerunt reliquias duodecim cofi-
nos fragmentorum plenos
21 manducantium autem fuit numerus
quinque milia virorum
exceptis mulieribus et parvulis
22—27: Mc 6,45–50; Io 6,15–20 22 CXLVIII/VI Et statim iussit discipulos
ascendere in navicula
et praecedere eum trans fretum do-
nec dimitteret turbas
23 CXLVIIII/II Et dimissa turba ascendit in
montem solus orare Lc 6,12!
CL/IIII Vespere autem facto solus erat
ibi
24 navicula autem in medio mari iac-
tabatur fluctibus
erat enim contrarius ventus
25 quarta autem vigilia noctis venit ad
eos ambulans supra mare Iob 9,8
26 et videntes eum supra mare ambu- 26.27: Lc 24,36.37
lantem turbati sunt dicentes
quia fantasma est
et prae timore clamaverunt
27 statimque Iesus locutus est eis di-
cens
habete fiduciam ego sum nolite time-
re
28 CLI/X Respondens autem Petrus dixit
Domine si tu es iube me venire ad te
super aquas
29 at ipse ait veni
et descendens Petrus de navicula
ambulabat super aquam ut veniret
ad Iesum
30 videns vero ventum validum timuit 30.31: 8,25.26
et cum coepisset mergi clamavit di-
cens
Domine salvum me fac
31 et continuo Iesus extendens manum
adprehendit eum
et ait illi
modicae fidei quare dubitasti
32 CLII/VI Et cum ascendissent in navicu- 32.33: Mc 6,51
lam cessavit ventus
33 qui autem in navicula erant venerunt
et adoraverunt eum dicentes 2,2!
vere Filius Dei es 4,3! 16,16! 26,63! 27,54!
34 et cum transfretassent venerunt in 34—36: Mc 6,53–56
terram Gennesar
35 CLIII/II Et cum cognovissent eum viri
loci illius

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ 12 corpus + eius Φc | 13 desertum] secretum Z | 14 eius] eis MPc | 18 ~ huc illos mihi ZΦ; ~ mihi illos huc c. | 19 super Zc | ac fregit S. | discipulis + suis SD | 22 iussit] compulit iesus c. | discipulos + suos ZGΦ | in nauiculam CΦ cɒ | 23 in monte SF | 25 super MZDc | 26 super c | ambulare S. | 28 ~ ad te uenire Mc | 30 mergeri AF | 31 modice ZFPD | 32 in nauicula SMG | 35 *num.* 153/2 *hic pon.* G, *cet. supra ad* et cum (*v.* 34) ||

miserunt in universam regionem illam
et obtulerunt ei omnes male habentes
9,20.21; Lc 6,19 36 et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent
et quicumque tetigerunt salvi facti sunt
Mc 3,22 1.2: Lc 11,38 1–20: Mc 7,1–23 15 CLIIII/VI Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribae et Pharisaei dicentes
2 quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum
20 non enim lavant manus suas cum panem manducant
3 ipse autem respondens ait illis
quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram
4 nam Deus dixit
19,19; Ex 20,12! Lc 18,20; Mc 7,10! Eph 6,2 honora patrem et matrem
Ex 21,17! et qui maledixerit patri vel matri morte moriatur
5 vos autem dicitis
quicumque dixerit patri vel matri munus quodcumque est ex me tibi proderit
6 et non honorificabit patrem suum aut matrem
et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram
7 hypocritae bene prophetavit de vobis Esaias dicens
8.9: Is 29,13! 8 populus hic labiis me honorat cor autem eorum longe est a me
9 sine causa autem colunt me docentes
Col 2,22 doctrinas mandata hominum
10 et convocatis ad se turbis dixit eis audite et intellegite
11 non quod intrat in os coinquinat hominem
18 sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem
12 CLV/X Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei
scis quia Pharisaei audito verbo scandalizati sunt
13 at ille respondens ait
omnis plantatio quam non plantavit Pater meus caelestis eradicabitur
14 CLVI/V Sinite illos caeci sunt duces caecorum Lc 6,39
caecus autem si caeco ducatum praestet ambo in foveam cadunt
15 CLVII/VI Respondens autem Petrus dixit ei
edissere nobis parabolam istam 13,36
16 at ille dixit
adhuc et vos sine intellectu estis
17 non intellegitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit et in secessum emittitur
18 quae autem procedunt de ore de corde exeunt 11
et ea coinquinant hominem
19 de corde enim exeunt cogitationes malae
homicidia adulteria
fornicationes furta
falsa testimonia blasphemiae
20 haec sunt quae coinquinant hominem
non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem 2
21 et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri et Sidonis 21–28: Mc 7,24–30
22 et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamavit dicens ei 9,27; 20,30.31; Mc 10,47.48; Lc 18,38.39
miserere mei Domine Fili David
filia mea male a daemonio vexatur
23 qui non respondit ei verbum
et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes
dimitte eam quia clamat post nos
24 CLVIII/V Ipse autem respondens ait

15,2 traditiones ZΦ | 4 patrem + tuum sAPGΦο | 6 honorificauit AZFPDC | aut] et s | matrem + suam ZDCΦc | 9 [*adest* N *usque ad* 17,4] | doctrinas + et AMPG DCΦc | 12 uerbo] *praem.* hoc sG; + hoc Pc | 14 sunt + et c. | 17 in secessu sA MP | 20 hae ZF | coinquinat] coinquinant NGDCΦ | 22 ei *om.* AFC | 24 respondens ait] respondit eis S. | S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

10,6 non sum missus nisi ad oves quae
perierunt domus Israhel
2,2! 25 CLVIIII/VI At illa venit et adoravit eum
dicens
Domine adiuva me
26 qui respondens ait
7,6 non est bonum sumere panem filio-
rum et mittere canibus
27 at illa dixit
etiam Domine
Lc 16,21 nam et catelli edunt de micis quae
cadunt de mensa dominorum suo-
rum
28 tunc respondens Iesus ait illi
8,13; 9,29 o mulier magna est fides tua fiat tibi
sicut vis
et sanata est filia illius ex illa hora
Mc 7,31 29 CLX/VI Et cum transisset inde Iesus ve-
nit secus mare Galilaeae
5,1; Io 6,3 et ascendens in montem sedebat ibi
12,15; 19,2 30 et accesserunt ad eum turbae multae
habentes secum mutos clodos cae-
cos debiles et alios multos
et proiecerunt eos ad pedes eius et
curavit eos
9,8! 33; 11,4.5! Mc 2,12; 7,37 31 ita ut turbae mirarentur
videntes mutos loquentes
clodos ambulantes
caecos videntes
et magnificabant Deum Israhel
32—39: Mc 8,1-10 32 Iesus autem convocatis discipulis
suis dixit
misereor turbae
quia triduo iam perseverant mecum
et non habent quod manducent
et dimittere eos ieiunos nolo ne de-
ficiant in via
33 et dicunt ei discipuli
unde ergo nobis in deserto panes
tantos ut saturemus turbam tantam
34—38: 14,17-21; Mc 6,33-44; Lc 9,13-17; Io 6,9-13 34 et ait illis Iesus
quot panes habetis
at illi dixerunt
septem et paucos pisciculos
35 et praecepit turbae ut discumberet
super terram
36 et accipiens septem panes et pisces
et gratias agens fregit et dedit dis-
cipulis suis
et discipuli dederunt populo
37 et comederunt omnes et saturati sunt
et quod superfuit de fragmentis tule- Mc 8,20
runt septem sportas plenas
38 erant autem qui manducaverant
quattuor milia hominum
extra parvulos et mulieres
39 et dimissa turba ascendit in navicu-
lam
et venit in fines Magedan
16 CLXI/IIII Et accesserunt ad eum Phari- 19,3; 22,35; Mc 10,2; Lc 10,25
saei et Sadducaei temptantes
et rogaverunt eum ut signum de cae- 12,38! Mc 8,11; Lc 11,16
lo ostenderet eis
2 CLXII/V At ille respondens ait eis **2—4:** Lc 12,54-56
facto vespere dicitis serenum erit
rubicundum est enim caelum
3 et mane hodie tempestas
rutilat enim triste caelum
4 faciem ergo caeli diiudicare nostis
signa autem temporum non potestis
CLXIII/VI Generatio mala et adultera 12,39; 17,16! Mc 8,12.13; Lc 11,29
signum quaerit
et signum non dabitur ei nisi signum
Ionae
et relictis illis abiit 21,17; 22,22! 26,44
5 et cum venissent discipuli eius trans **5—12:** Mc 8,14-21
fretum obliti sunt panes accipere
6 CLXIIII/II Qui dixit illis
intuemini et cavete a fermento Pha- 11; Lc 12,1
risaeorum et Sadducaeorum
7 CLXV/VI At illi cogitabant inter se dicen-
tes
quia panes non accepimus
8 sciens autem Iesus dixit
quid cogitatis inter vos modicae fidei 6,30.31
quia panes non habetis

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cɔ 28 illius] eius ZPGΦc | 29 in monte S | 30 ~ caecos claudos c | 32 ~ iam triduo SD | 34 ~ habetis panes c. | 35 discumberent PDc | supra M | 38 manducauerunt ZPGD CΦc | 39 in nauicula NPG. || **16**,2 eis] illis c | 4 *num.* 163/6 *ad* faciem *pon.* ɔ | iudicare M | potestis + scire ZPΦc | ionae + prophetae PΦc | 5 accipere] tollere M | 7 intra c | 8 intra c |

Mc 6,52 9 nondum intellegitis neque recordamini quinque panum quinque milium hominum
et quot cofinos sumpsistis
10 neque septem panum quattuor milium hominum
et quot sportas sumpsistis
11 quare non intellegitis quia non de pane dixi vobis
6! cavete a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum
12 tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum a fermento panum
sed a doctrina Pharisaeorum et Sadducaeorum
13—16: Mc 8,27–29; Lc 9,18–20 13 CLXVI I Venit autem Iesus in partes Caesareae Philippi
et interrogabat discipulos suos dicens
quem dicunt homines esse Filium hominis
14 at illi dixerunt
14,2; Mc 6,14.15; Lc 9,8 alii Iohannem Baptistam
alii autem Heliam
alii vero Hieremiam aut unum ex prophetis
15 dicit illis
vos autem quem me esse dicitis
16 respondens Simon Petrus dixit
14,33! Io 6,70! tu es Christus Filius Dei vivi
17 CLXVII X Respondens autem Iesus dixit ei
Io 1,42; 21,15.16.17 beatus es Simon Bar Iona
quia caro et sanguis non revelavit tibi
5,16! 18,19; 23,9! sed Pater meus qui in caelis est
18 et ego dico tibi quia tu es Petrus
7,24 et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam
et portae inferi non praevalebunt adversum eam
19 et tibi dabo claves regni caelorum
et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum in caelis 18,18; Io 20,23
et quodcumque solveris super terram erit solutum in caelis
20 CLXVIII II Tunc praecepit discipulis suis 8,4! **20.21:** Lc 9,21.22 **20—23:** Mc 8,30–33
ut nemini dicerent quia ipse esset Iesus Christus
21 exinde coepit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum ire Hierosolymam 17,21.22! 20,18.19!
et multa pati a senioribus et scribis et principibus sacerdotum 17,12
et occidi et tertia die resurgere 27,63; Lc 13,32; I Cor 15,3.4
22 CLXVIIII VI Et adsumens eum Petrus coepit increpare illum dicens
absit a te Domine non erit tibi hoc
23 qui conversus dixit Petro
vade post me Satana scandalum es mihi
quia non sapis ea quae Dei sunt sed ea quae hominum 1 Cor 2,11!
24 CLXX II Tunc Iesus dixit discipulis suis **24—28:** Mc 8,34–39; Lc 9,23–27
si quis vult post me venire abneget semet ipsum
et tollat crucem suam et sequatur me 10,38; Lc 14,27
25 qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam 10,39; Lc 17,33; Io 12,25
qui autem perdiderit animam suam propter me inveniet eam
26 quid enim prodest homini si mundum universum lucretur Ps 48,8.9
animae vero suae detrimentum patiatur
aut quam dabit homo commutationem pro anima sua
27 CLXXI X Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis 24,30! 25,31; Mc 13,26! Lc 21,27
et tunc reddet unicuique secundum opus eius Ps 61,13! Rm 2,6; I Cor 3,8; Apc 2,23!
28 CLXXII II Amen dico vobis

9 quinque milium SNɔ.𝔊] q. milia AMZGC; in q. milia PDΦc | 10 quattuor milium SNɔ.𝔊] et q. milium D.; q. milia AMZC; et q. milia G; in q. milia PΦc | 13 quem + me MZFPGC | 14 alii[1] *om.* SG | 15 illis + iesus ZPGc | 17 ei *om.* AFɔ | 18 inferni Z DΦ | 19 ligatum + et Gc | solutum + et PGc | 20 ipse est christus NP | 21 oportet MZFPGD | hierosolymis ZG; hierusolyma P | 26 ~ uniuersum mundum ZPGΦ | 27 opera PGc ||

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

sunt quidam de hic stantibus
10,23; Lc 2,26! IV Esr 6,26 qui non gustabunt mortem donec
videant Filium hominis venientem
in regno suo
17 et post dies sex adsumpsit Iesus
4,21! 26,37! Petrum et Iacobum et Iohannem
fratrem eius
4,8! 1—9: Mc 9,1–8; Lc 9,28–36 et ducit illos in montem excelsum
seorsum
2 et transfiguratus est ante eos
28,3! Apc 1,16! 10,1 et resplenduit facies eius sicut sol
Dn 7,9 vestimenta autem eius facta sunt
alba sicut nix
3 et ecce apparuit illis Moses et Helias
cum eo loquentes
4 respondens autem Petrus dixit ad
Iesum
Domine bonum est nos hic esse
si vis faciamus hic tria tabernacula
tibi unum et Mosi unum et Heliae
unum
5 adhuc eo loquente
3,17! II Pt 1,17 ecce nubes lucida obumbravit eos
et ecce vox de nube dicens
hic est Filius meus dilectus in quo
mihi bene conplacuit ipsum audite
6 et audientes discipuli ceciderunt in
27,54! 28,4! Lc 1,65! faciem suam et timuerunt valde
6.7: Apc 1,17 7 et accessit Iesus et tetigit eos dixit-
que eis
surgite et nolite timere
8 levantes autem oculos suos neminem
viderunt nisi solum Iesum
9 et descendentibus illis de monte prae-
cepit Iesus dicens
8,4! nemini dixeritis visionem donec Fi-
lius hominis a mortuis resurgat
10—12: Mc 9,10–12 10 CLXXIII VI Et interrogaverunt eum dis-
cipuli dicentes
10,11: 11,14! quid ergo scribae dicunt quod He-
liam oporteat primum venire
11 at ille respondens ait eis
Helias quidem venturus est et resti-
tuet omnia
12 dico autem vobis quia Helias iam
venit et non cognoverunt eum
sed fecerunt in eo quaecumque vo-
luerunt
sic et Filius hominis passurus est ab 16,21!
eis
13 tunc intellexerunt discipuli quia de
Iohanne Baptista dixisset eis
14 CLXXIIII II Et cum venisset ad turbam
accessit ad eum homo genibus pro- Mc 1,40; 10,17
volutus ante eum dicens
Domine miserere filii mei 14—20: Mc 9,16–28; Lc 9,37–43
quia lunaticus est et male patitur
nam saepe cadit in ignem et crebro
in aquam
15 et obtuli eum discipulis tuis et non
potuerunt curare eum
16 respondens Iesus ait
o generatio incredula et perversa 12,39! 16,4! Dt 32,20!
quousque ero vobiscum
usquequo patiar vos IV Esr 1,9
adferte huc illum ad me
17 et increpavit ei Iesus Mc 1,25.43; Lc 4,35
et exiit ab eo daemonium
et curatus est puer ex illa hora
18 CLXXV V Tunc accesserunt discipuli ad
Iesum secreto et dixerunt
quare nos non potuimus eicere illum
19 dicit illis
propter incredulitatem vestram 13,58
amen quippe dico vobis 21,21; Mc 11,22.23; Lc 17,6; I Cor 13,2
si habueritis fidem sicut granum si-
napis
dicetis monti huic transi hinc et trans-
ibit
et nihil inpossibile erit vobis
20 hoc autem genus non eicitur nisi per
orationem et ieiunium

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cᴅ **17**,1 adsumit MCc | 3 apparuerunt Φc | illis] eis ZPΦ | 4 [*deest* N *usque ad v.* 14] | faciam M | hic² *om.* Z | et¹ *om.* c | 5 conplacui ZPΦcᴅ | 7 et³ *om.* ZCΦ | 9 praecepit + eis Pc | 10 oportet ZPGDC | 11 eis] illis F; *om.* A | 13 eis *om.* AF | 14 [*adest* N *usque ad v.* 18] | prouolutis AMFD | filio meo MFPGCΦcᴅ | et³ *om.* Z | in aqua Z | 16 respondens + autem Fc | usquequo] quousque MG | 17 ei] eum NAPΦᴅ; illum Mc | 18 [*deest* N *usque ad* 18,9] | 19 dicit] dixit c | illis + iesus ZFPΦc | hinc + illuc PGc |

21.22; 16,21! Mc 9,29.30; 21 CLXXVI/II Conversantibus autem eis in
Lc 24,6.7 Galilaea dixit illis Iesus
26,45! II Sm 24,14 Filius hominis tradendus est in manus hominum
22 et occident eum et tertio die resurget
Io 16,6 et contristati sunt vehementer
23 CLXXVII/X Et cum venissent Capharnaum
accesserunt qui didragma accipiebant ad Petrum et dixerunt
magister vester non solvit didragma
24 ait etiam
et cum intrasset domum praevenit eum Iesus dicens
quid tibi videtur Simon
reges terrae a quibus accipiunt tributum vel censum
a filiis suis an ab alienis
25 et ille dixit ab alienis
dixit illi Iesus
ergo liberi sunt filii
Rm 14,13! I Cor 8,13 26 ut autem non scandalizemus eos
vade ad mare et mitte hamum
et eum piscem qui primus ascenderit tolle
et aperto ore eius invenies staterem
illum sumens da eis pro me et te
1—5: Mc 9,33–36; 18 CLXXVIII/II In illa hora accesserunt
Lc 9,46–48 disciPuli ad Iesum dicentes
4 quis putas maior est in regno caelorum
2 et advocans Iesus parvulum statuit eum in medio eorum 3 et dixit
Lc 18,17 amen dico vobis
nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli
5,20! non intrabitis in regnum caelorum
4 quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste
1 hic est maior in regno caelorum
10,40! 5 et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo me suscipit
Mc 9,41 6 CLXXVIIII/II Qui autem scandalizaverit

unum de pusillis istis qui in me credunt 6.7: Lc 17,1.2
expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius
et demergatur in profundum maris
7 vae mundo ab scandalis
necesse est enim ut veniant scandala
verumtamen vae homini per quem scandalum venit
8 CLXXX/VI Si autem manus tua vel pes Mc 9,42.44
tuus scandalizat te abscide eum et proice abs te 8.9: 5,29.30
bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel clodum
quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum
9 et si oculus tuus scandalizat te erue Mc 9,46
eum et proice abs te
bonum tibi est unoculum in vitam intrare
quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis
10 CLXXXI/X Videte ne contemnatis unum ex his pusillis
dico enim vobis quia angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei qui in caelis est
11 venit enim Filius hominis salvare Lc 19,10; I Tim 1,15
quod perierat
12 CLXXXII/V Quid vobis videtur
si fuerint alicui centum oves Lc 15,4
et erraverit una ex eis
nonne relinquet nonaginta novem in montibus
et vadit quaerere eam quae erravit Ez 34,16
13 et si contigerit ut inveniat eam
amen dico vobis quia gaudebit super Lc 15,7!
eam magis quam super nonaginta novem quae non erraverunt
14 sic non est voluntas ante Patrem ves- Io 6,39!
trum qui in caelis est ut pereat unus de pusillis istis
15 CLXXXIII/V Si autem peccaverit in te Lc 17,3; Gal 6,1

22 tertia sPGDCΦc | 23 uenisset ZPG | dixerunt + ei MPΦc | 24 domum SAFɒ] in domum *cet.* | 25 et] at SD. | 26 prius M || **18**,3 in regno SAFPG | 5 suscipit] suscepit ZP | 7 homini + illi c | 9 unoculum ɒ.] unum oculum S; uno oculo AD; cum unum oculum ZP.; cum uno oculo Φc; unum oculum habentem MGC | [*adest* N *usque ad v.* 25] | 10 his *om.* SNG. | 12 relinquit Fc | 13 gaudet c | super ea A |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

frater tuus
vade et corripe eum inter te et ipsum solum
si te audierit lucratus es fratrem tuum
16 CLXXXIIII/X Si autem non te audierit
adhibe tecum adhuc unum vel duos
Dt 19,15! Io 8,17; II Cor 13,1; I Tim 5,19 ut in ore duorum testium vel trium
stet omne verbum
17 quod si non audierit eos dic ecclesiae
si autem et ecclesiam non audierit
sit tibi sicut ethnicus et publicanus
18 CLXXXV/VII Amen dico vobis
16,19; Io 20,23 quaecumque alligaveritis super terram erunt ligata et in caelo
et quaecumque solveritis super terram erunt soluta et in caelo
19 CLXXXVI/X Iterum dico vobis
quia si duo ex vobis consenserint super terram
7,7.8! Mc 11,24 de omni re quacumque petierint fiet
16,17! illis a Patre meo qui in caelis est
20 ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo
ibi sum in medio eorum
21 CLXXXVII/V Tunc accedens Petrus ad eum dixit
Domine quotiens peccabit in me frater meus et dimittam ei
usque septies
22 dicit illi Iesus
non dico tibi usque septies sed usque septuagies septies
22,2 23 CLXXXVIII/X Ideo adsimilatum est regnum caelorum homini regi
25,19 qui voluit rationem ponere cum servis suis
24 et cum coepisset rationem ponere
oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta
Lc 7,42 25 cum autem non haberet unde redderet
iussit eum dominus venundari
et uxorem eius et filios et omnia quae habebat et reddi
26 procidens autem servus ille orabat 29
eum dicens
patientiam habe in me et omnia reddam tibi
27 misertus autem dominus servi illius
dimisit eum et debitum dimisit ei
28 egressus autem servus ille invenit
unum de conservis suis qui debebat ei centum denarios
et tenens suffocabat eum dicens
redde quod debes
29 et procidens conservus eius rogabat 26
eum dicens
patientiam habe in me et omnia reddam tibi
30 ille autem noluit
sed abiit et misit eum in carcerem
donec redderet debitum
31 videntes autem conservi eius quae
fiebant contristati sunt valde
et venerunt et narraverunt domino suo omnia quae facta erant
32 tunc vocavit illum dominus suus et ait illi
serve nequam omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me
33 non ergo oportuit et te misereri conservi tui sicut et ego tui misertus sum
34 et iratus dominus eius tradidit eum
tortoribus quoadusque redderet 5,26
universum debitum
35 sic et Pater meus caelestis faciet vobis
si non remiseritis unusquisque fratri 6,15; Mc 11,26
suo de cordibus vestris
19 CLXXXVIIII/VI Et factum est cum con- 7,28; 11,1; 13,53; 26,1; Lc 7,1
summasset Iesus sermones istos 1—9: Mc 10,1–12
migravit a Galilaea

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

15 te et] temet Z | es SPGC𝔊] eris *cet.* | 16 ~ te non c | ~ uel trium testium PG c | 17 et¹ *om.* SZPGDC c | 19 quacumque SMZɒ] quiacumque D.; quaecumque AG; quamcumque *cet.* | 21 ~ accedens ad eum petrus MG; ~ petrus accedens ad eum N. | peccauit ZFPC | 24 debebat + ei c | 25 dominus + eius NP c | reddi + debitum APGΦ; + tantum D. | 26 [*deest* N *usque ad* 19,9] | procedens AD | orabat] rogabat MDCΦ | 31 erant SAFɒ] fuerant *cet.* | 33 non] nonne c | et¹ *om.* SG. | et² *om.* MG. ||

et venit in fines Iudaeae trans Iordanen
12,15; 15,30 2 et secutae sunt eum turbae multae et curavit eos ibi
16,1! 3 et accesserunt ad eum Pharisaei temptantes eum et dicentes
5,31.32! I Cor 7,11 si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa
4 qui respondens ait eis
non legistis quia qui fecit ab initio
Gn 1,27 masculum et feminam fecit eos
5 et dixit
Gn 2,24! Eph 5,31 propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adherebit uxori suae
I Cor 6,16 et erunt duo in carne una
6 itaque iam non sunt duo sed una caro
quod ergo Deus coniunxit homo non separet
7 dicunt illi
5,31; Dt 24,1 quid ergo Moses mandavit dari libellum repudii et dimittere
8 ait illis
quoniam Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras
ab initio autem non sic fuit
5,32; Lc 16,18 9 CXC II Dico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem
et aliam duxerit moechatur
et qui dimissam duxerit moechatur
10 CXCI X Dicunt ei discipuli eius
si ita est causa homini cum uxore non expedit nubere
11 qui dixit
non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est
12 sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt
et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus
et sunt eunuchi qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum
qui potest capere capiat
13 CXCII II Tunc oblati sunt ei parvuli ut manus eis inponeret et oraret Act 6,6! 13.14: Mc 10,13.14; Lc 18,15.16
discipuli autem increpabant eis
14 Iesus vero ait eis
sinite parvulos et nolite eos prohibere ad me venire
talium est enim regnum caelorum
15 et cum inposuisset eis manus abiit inde Mc 10,16
16 CXCIII II Et ecce unus accedens ait illi 16—30: Mc 10,17–31; Lc 18,18–30
magister bone quid boni faciam ut habeam vitam aeternam
17 qui dixit ei
quid me interrogas de bono
unus est bonus Deus
si autem vis ad vitam ingredi serva mandata Ez 18,21!
18 dicit illi quae 18.19: Ex 20,12–16
Iesus autem dixit
non homicidium facies Rm 13,9; Iac 2,11
non adulterabis
non facies furtum
non falsum testimonium dices
19 honora patrem et matrem 15,4!
et diliges proximum tuum sicut te ipsum 22,39! Lv 19,18! Mc 12,31.33
20 dicit illi adulescens
omnia haec custodivi quid adhuc mihi deest
21 CXCIIII II Ait illi Iesus
si vis perfectus esse vade vende quae habes et da pauperibus Lc 12,33 Tb 4,9.10; I Tim 6,18.19
et habebis thesaurum in caelo 6,20
et veni sequere me
22 CXCV II Cum audisset autem adulescens verbum abiit tristis
erat enim habens multas possessiones
23 Iesus autem dixit discipulis suis

19,1 iudaeae + et Z | 4 ab initio] *praem.* hominem c.; + hominem Z. | 5 dimittit AMP | 7 dare G c | librum sM | 8 et ait ZΦ | ~ fuit sic ZPGΦ c | 9 [*adest* N *usque ad* 22,11] | 10 hominis c | uxore] muliere AFo | 11 dixit + illis G c; + eis P. | 12 castrauerunt] eunuchizauerunt ZPCΦ; eunuchauerunt D | 13 eis² sZGDC] eos *cet.* | 19 patrem + tuum ZFPCΦ c | matrem + tuam P c | 20 ~ haec omnia S | custodiui + a iuuentute mea F c |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

amen dico vobis quia dives difficile
intrabit in regnum caelorum
24 et iterum dico vobis
facilius est camelum per foramen
acus transire
quam divitem intrare in regnum cae-
lorum
25 auditis autem his discipuli mirabantur
tur valde dicentes
quis ergo poterit salvus esse
26 aspiciens autem Iesus dixit illis
Za 8,6! apud homines hoc inpossibile est
Mc 14,36 apud Deum autem omnia possibilia
sunt
27 tunc respondens Petrus dixit ei
4,22; Mc 1,18; Lc 5,11.28 ecce nos reliquimus omnia et secuti
sumus te
quid ergo erit nobis
28 CXCVI X Iesus autem dixit illis
Lc 22,28.30 amen dico vobis quod vos qui secuti
estis me
in regeneratione cum sederit Filius
hominis in sede maiestatis suae
CXCVII V Sedebitis et vos super sedes
duodecim
iudicantes duodecim tribus Israhel
29 CXCVIII II Et omnis qui reliquit domum
Lc 14,26 vel fratres aut sorores aut patrem
aut matrem
aut uxorem aut filios aut agros prop-
ter nomen meum
centuplum accipiet et vitam aeter-
nam possidebit
20,16; Lc 13,30 30 CXCVIIII II Multi autem erunt primi
novissimi et novissimi primi
20 CC X Simile est enim regnum caelo-
rum homini patri familias
qui exiit primo mane conducere
operarios in vineam suam
13 2 conventione autem facta cum ope-
rariis ex denario diurno
misit eos in vineam suam
3 et egressus circa horam tertiam
vidit alios stantes in foro otiosos
4 et illis dixit
ite et vos in vineam 7; 21,28
et quod iustum fuerit dabo vobis Col 4,1
5 illi autem abierunt
iterum autem exiit circa sextam et
nonam horam et fecit similiter
6 circa undecimam vero exiit et inve-
nit alios stantes et dicit illis
quid hic statis tota die otiosi
7 dicunt ei
quia nemo nos conduxit
dicit illis
ite et vos in vineam 4; 21,28
8 cum sero autem factum esset
dicit dominus vineae procuratori
suo
voca operarios et redde illis merce-
dem
incipiens a novissimis usque ad pri-
mos
9 cum venissent ergo qui circa undeci-
mam horam venerant
acceperunt singulos denarios
10 venientes autem et primi arbitrati
sunt quod plus essent accepturi
acceperunt autem et ipsi singulos de-
narios
11 et accipientes murmurabant adver-
sus patrem familias 12 dicentes
hii novissimi una hora fecerunt
et pares illos nobis fecisti qui porta-
vimus pondus diei et aestus
13 at ille respondens uni eorum dixit
amice non facio tibi iniuriam
nonne ex denario convenisti me- 2
cum
14 tolle quod tuum est et vade 25,25
volo autem et huic novissimo dare
sicut et tibi
15 aut non licet mihi quod volo facere
an oculus tuus nequam est quia ego 6,23
bonus sum
16 sic erunt novissimi primi et primi 19,30; Mc 10,31; Lc 13,30
novissimi

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co
23 in regno SNAFP | 24 in regno ZFP | 26 illis] eis ZPΦ | 28 illis] eis ZPΦ | 29 reliquit MF.; reliquerit PD c || **20,** 1 enim *om.* ZPGDC c; ~ enim est N. | 2 suam *om.* AF | 4 ~ dixit illis c | uineam + meam PGC c | 5 autem[2] *om.* S | 6 dixit M | 7 uineam + meam PG c | 8 redde] trade Z | 12 unam horam MG |

22,14; IV Esr 8,3 multi sunt enim vocati pauci autem
electi
17—19: Mc 10,32–34; Lc 18,31–33 17 CCI/II Et ascendens Iesus Hierosolymam adsumpsit duodecim discipulos secreto et ait illis
18.19: 16,21! 18 ecce ascendimus Hierosolymam
et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis
et condemnabunt eum morte
26,2 19 et tradent eum gentibus ad deludendum et flagellandum et crucifigendum
et tertia die resurget
27,56 20—28: Mc 10,35–45 20 CCII/VI Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis
adorans et petens aliquid ab eo
21 qui dixit ei
quid vis
ait illi
dic ut sedeant hii duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram in regno tuo
22 respondens autem Iesus dixit
nescitis quid petatis
potestis bibere calicem quem ego biberus sum
dicunt ei possumus
23 ait illis
calicem quidem meum bibetis
sedere autem ad dexteram meam et sinistram
non est meum dare vobis
sed quibus paratum est a Patre meo
24 CCIII/II Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus
25—28: Lc 22,25–27 25 Iesus autem vocavit eos ad se et ait
scitis quia principes gentium dominantur eorum
et qui maiores sunt potestatem exercent in eos
26 non ita erit inter vos
26.27: 23,11; Mc 9,34; Lc 9,48 sed quicumque voluerit inter vos maior fieri
sit vester minister
27 et qui voluerit inter vos primus esse
erit vester servus
28 CCIIII/IIII Sicut Filius hominis non venit ministrari sed ministrare
et dare animam suam redemptionem pro multis Is 53,10; Io 10,11! I Tim 2,6!
29 CCV/II Et egredientibus eis ab Hiericho 29—34: Mc 10,46–52; Lc 18,35–43
secuta est eum turba multa
30 et ecce duo caeci sedentes secus viam
audierunt quia Iesus transiret
et clamaverunt dicentes 30.31: 9,27; 15,22
Domine miserere nostri Fili David
31 turba autem increpabat eos ut tacerent
at illi magis clamabant dicentes
Domine miserere nostri Fili David
32 et stetit Iesus et vocavit eos et ait
quid vultis ut faciam vobis IV Rg 4,2!
33 dicunt illi
Domine ut aperiantur oculi nostri
34 misertus autem eorum Iesus
tetigit oculos eorum 9,29.30
et confestim viderunt et secuti sunt eum
21 CCVI/II Et cum adpropinquassent Hierosolymis 1—9: Mc 11,1–10; Lc 19,28–38
et venissent Bethfage ad montem Oliveti
tunc Iesus misit duos discipulos
2 dicens eis 11,2; Mc 14,13
ite in castellum quod contra vos est
et statim invenietis asinam alligatam et pullum cum ea
solvite et adducite mihi
3 et si quis vobis aliquid dixerit
dicite quia Dominus his opus habet
et confestim dimittet eos
4 CCVII/VII Hoc autem factum est 1,22! 26,56
ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem
5 dicite filiae Sion Is 62,11!

16 ~ enim sunt GCc | autem] uero c | 17 hierosolyma N; hierosolymis APG | 19 ad illudendum c | 21 qui dixit] dixitque ZPΦ | sinistram + tuam ZPG | 22 ei *om.* A | 23 et] uel c.; et ad C; uel ad Φ; aut ad D | 29 eis] illis A co | 31 eos] eis ZC || **21**,1 adpropinquasset MD | 3 dimittit MP | 4 autem + totum Nc | adimpleretur PGΦc |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

Za 9,9; Io 12,15 ecce rex tuus venit tibi mansuetus et
sedens super asinam et pullum filium subiugalis
26,19 6 CCVIII/II Euntes autem discipuli fecerunt sicut praecepit illis Iesus
Io 12,14 7 et adduxerunt asinam et pullum
et inposuerunt super eis vestimenta sua
et eum desuper sedere fecerunt
8 plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via
IV Rg 9,13
8.9: Io 12,13 alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in via
9 CCVIIII/I Turbae autem quae praecedebant et quae sequebantur clamabant dicentes
15 osanna Filio David
23,39; Ps 117,26; Lc 13,35 benedictus qui venturus est in nomine Domini
Ps 148,1! Lc 2,14 osanna in altissimis
10 CCX/X Et cum intrasset Hierosolymam commota est universa civitas dicens
quis est hic
11 populi autem dicebant
46! Lc 24,19! Io 4,19; 6,14; 7,40; 9,17 hic est Iesus propheta a Nazareth Galilaeae
Mc 11,15; Io 2,14.15 12 CCXI/I Et intravit Iesus in templum Dei
12.13: Lc 19,45.46
et eiciebat omnes vendentes et ementes in templo
et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas evertit
13 et dicit eis
Is 56,7! Mc 11,17 scriptum est domus mea domus orationis vocabitur
Ier 7,11; Io 2,16 vos autem fecistis eam speluncam latronum
14 CCXII/X Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo et sanavit eos
Nm 14,22! Io 2,23! 6,2.14 15 CCXIII/V Videntes autem principes sacerdotum et scribae mirabilia quae fecit
et pueros clamantes in templo et dicentes
osanna Filio David 9
indignati sunt 16 et dixerunt ei
audis quid isti dicant
Iesus autem dicit eis
utique numquam legistis quia ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem Ps 8,3
17 CCXIIII/VI Et relictis illis abiit foras extra civitatem in Bethaniam ibique mansit 16,4! Mc 11,11.19
18 mane autem revertens in civitatem esuriit 18.19: Mc 11,12–14
19 et videns fici arborem unam secus viam venit ad eam Lc 13,6 19–22: Mc 11,20–24
et nihil invenit in ea nisi folia tantum
et ait illi
numquam ex te fructus nascatur in sempiternum
et arefacta est continuo ficulnea
20 et videntes discipuli mirati sunt dicentes
quomodo continuo aruit
21 CCXV/VI Respondens autem Iesus ait eis 17,19!
amen dico vobis
si habueritis fidem et non haesitaveritis
non solum de ficulnea facietis
sed et si monti huic dixeritis tolle et iacta te in mare fiet
22 CCXVI/IIII Et omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis 7,7.8! Mc 11,24
23 CCXVII/II Et cum venisset in templum 23–27: Mc 11,27–33; Lc 20,1–8
accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes Io 2,18! Act 4,7
in qua potestate haec facis
et quis tibi dedit hanc potestatem
24 respondens Iesus dixit illis
interrogabo vos et ego unum sermonem
quem si dixeritis mihi

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cω

5 et¹ *om.* SFc | filium *om.* AG | 6 praeceperat NP. | 7 super eis] super eos ZPGc; super eum Φ; eis D | 9 fili SZ | uenturus est] uenit ZPCc | 11 populus autem dicebat AG | 13 eam] illam AMDCcω | 15 fili Z | 16 ei *om.* ZΦ. | dicant] dicunt DΦc | dicit] dixit GDCc | quia *om.* ZP | lactentium c | 21 tolle + te MFGD | iacta te] iactare S.; mitte te P. | 23 in templo MZP | 24 illis] eis ZPΦc, *om.* C. |

et ego vobis dicam in qua potestate
haec facio
25 baptismum Iohannis unde erat
e caelo an ex hominibus
at illi cogitabant inter se dicentes
si dixerimus e caelo
dicet nobis quare ergo non credidistis
illi
26 si autem dixerimus ex hominibus
46; 14,51 timemus turbam
omnes enim habent Iohannem sicut
prophetam
27 et respondentes Iesu dixerunt nescimus
ait illis et ipse
nec ego dico vobis in qua potestate
haec facio
28 CCXVIII X Quid autem vobis videtur
Lc 15,11 homo habebat duos filios
et accedens ad primum dixit
20,4.7 fili vade hodie operare in vinea mea
29 ille autem respondens ait nolo
postea autem paenitentia motus abiit
30 accedens autem ad alterum dixit similiter
at ille respondens ait eo domine et
non ivit
31 quis ex duobus fecit voluntatem patris
dicunt novissimus
dicit illis Iesus
amen dico vobis
quia publicani et meretrices praecedunt vos in regno Dei
32 venit enim ad vos Iohannes in via
Lc 20,5 iustitiae et non credidistis ei
publicani autem et meretrices crediderunt ei
vos autem videntes nec paenitentiam
habuistis postea ut crederetis ei
13,33! 33 CCXVIIII II Aliam parabolam audite
homo erat pater familias
Ct 8,11; Is 5,1.2 qui plantavit vineam
et sepem circumdedit ei 33—46: Mc 12,1–12; Lc 20,9–19
et fodit in ea torcular
et aedificavit turrem
et locavit eam agricolis
et peregre profectus est
34 cum autem tempus fructuum adpropinquasset
misit servos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius
35 et agricolae adprehensis servis eius 22,6; 23,37! Lc 13,34
alium ceciderunt
alium occiderunt
alium vero lapidaverunt
36 iterum misit alios servos plures prioribus 22,4
et fecerunt illis similiter
37 novissime autem misit ad eos filium
suum dicens
verebuntur filium meum
38 agricolae autem videntes filium dixerunt intra se
hic est heres
venite occidamus eum et habebimus
hereditatem eius
39 et adprehensum eum eiecerunt extra
vineam et occiderunt
40 cum ergo venerit dominus vineae
quid faciet agricolis illis
41 aiunt illi malos male perdet
et vineam locabit aliis agricolis qui
reddant ei fructum temporibus suis
42 dicit illis Iesus
numquam legistis in scripturis
lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli Ps 117,22.23; Act 4,11; 1 Pt 2,7
a Domino factum est istud et est
mirabile in oculis nostris
43 ideo dico vobis
quia auferetur a vobis regnum Dei
et dabitur genti facienti fructus eius
44 et qui ceciderit super lapidem istum
confringetur

24 ~ dicam uobis N | 25 baptismus c | 26 habebant PDc | 27 ~ uobis dico ZPΦ | faciam AMFo | 28 homo + quidam SPCΦc | in uineam meam ZP | 31 dicunt + ei PΦc | nouissimus] primus NMΦco | praecedent AFc | in regnum Φco | 33 sepe AZFPCo | 34 suos *om.* ZPΦ. | 35 eius *om.* SZ. | 41 uineam + suam c | fructus NPC ||

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

super quem vero ceciderit conteret eum
45 CCXX I Et cum audissent principes sacerdotum et Pharisaei parabolas eius
cognoverunt quod de ipsis diceret
26; 14,5! 26,16; Mc 11,18! 46 et quaerentes eum tenere timuerunt turbas
11! quoniam sicut prophetam eum habebant
13,33! **22** CCXXI V Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis dicens
18,23 2 simile factum est regnum caelorum
homini regi qui fecit nuptias filio suo
Tb 9,3 3.4: Lc 14,17 3 et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias
et nolebant venire
21,36 4 iterum misit alios servos dicens
dicite invitatis ecce prandium meum paravi
tauri mei et altilia occisa et omnia parata venite ad nuptias
Lc 14,18 5 illi autem neglexerunt et abierunt
alius in villam suam
alius vero ad negotiationem suam
21,35! Act 14,5 6 reliqui vero tenuerunt servos eius
et contumelia adfectos occiderunt
7 rex autem cum audisset iratus est
et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos
et civitatem illorum succendit
8 tunc ait servis suis
nuptiae quidem paratae sunt
sed qui invitati erant non fuerunt digni
Lc 14,21! 9 ite ergo ad exitus viarum
et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias
10 et egressi servi eius in vias
congregaverunt omnes quos invenerunt malos et bonos
et impletae sunt nuptiae discumbentium

11 CCXXII X Intravit autem rex ut videret discumbentes
et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali
12 et ait illi 26,50
amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem
at ille obmutuit
13 tunc dixit rex ministris
ligatis pedibus eius et manibus mittite eum in tenebras exteriores 8,12!
ibi erit fletus et stridor dentium
14 multi autem sunt vocati 20,16; IV Esr 8,3
pauci vero electi
15 CCXXIII II Tunc abeuntes Pharisaei consilium inierunt ut caperent eum in sermone 12,14! Mc 3,6; Lc 11,54 **15—22:** Mc 12,13–17; Lc 20,20–26
16 et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes
magister scimus quia verax es
et viam Dei in veritate doces
et non est tibi cura de aliquo
non enim respicis personam hominum Dt 10,17! Act 10,34!
17 dic ergo nobis quid tibi videatur
licet censum dare Caesari an non
18 cognita autem Iesus nequitia eorum ait
quid me temptatis hypocritae
19 ostendite mihi nomisma census
at illi obtulerunt ei denarium
20 et ait illis Iesus
cuius est imago haec et suprascriptio
21 dicunt ei Caesaris
tunc ait illis
reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari 1 Pt 2,17!
et quae sunt Dei Deo
22 et audientes mirati sunt 33! Io 8,9
et relicto eo abierunt 16,4! Mc 12,12
23 in illo die accesserunt ad eum Sadducaei qui dicunt non esse resurrectionem Act 23,8; 1 Cor 15,12 **23—33:** Mc 12,18–27; Lc 20,27–38
et interrogaverunt eum 24 dicentes

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co **22,4** seruos + suos NZΦ | occisa + sunt P c | 6 contumeliis c | 11 [*deest* N *usque ad v.* 33] | 13 eius *om.* SZPC; ~ manibus et pedibus eius c | 14 autem] enim c | 17 uidetur ZPGDCΦ c | dare SZPGΦ c 𝔊] dari *cet.* | an] aut SGDC | 20 superscriptio SZP DCΦ c |

magister Moses dixit
Dt 25,5! si quis mortuus fuerit non habens filium ut ducat frater eius uxorem illius
et suscitet semen fratri suo
25 erant autem apud nos septem fratres
et primus uxore ducta defunctus est
et non habens semen reliquit uxorem suam fratri suo
26 similiter secundus et tertius usque ad septimum
27 novissime autem omnium et mulier defuncta est
28 in resurrectione ergo cuius erit de septem uxor
omnes enim habuerunt eam
29 respondens autem Iesus ait illis
erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei
30 in resurrectione enim neque nubent neque nubentur
sed sunt sicut angeli Dei in caelo
31 de resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis
Ex 3,6! Act 3,13; 7,32 32 ego sum Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob
non est Deus mortuorum sed viventium
22; 7,28! Lc 4,32 33 et audientes turbae mirabantur in doctrina eius
34—40: Mc 12,28–31 34 CCXXIIII VI Pharisaei autem audientes quod silentium inposuisset Sadducaeis
convenerunt in unum
16,1! Lc 10,25 35 et interrogavit eum unus ex eis legis doctor temptans eum
36 magister quod est mandatum magnum in lege
37 ait illi Iesus
Dt 6,5! Lc 10,27 37—39: I Io 4,21 diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua
et in tota mente tua
38 hoc est maximum et primum mandatum
39 secundum autem simile est huic
diliges proximum tuum sicut te ipsum 19,19! Lc 10,27; Iac 2,8 39.40: Rm 13,8! 9; Gal 5,14
40 in his duobus mandatis universa lex pendet et prophetae 7,12
41 CCXXV II Congregatis autem Pharisaeis interrogavit eos Iesus 42 dicens 41—45: Mc 12,35–37; Lc 20,41–44
quid vobis videtur de Christo
cuius filius est
dicunt ei David
43 ait illis
quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum dicens
44 dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum Ps 109,1! Act 2,34.35 26,64! Mc 16,19; Hbr 1,13; 10,12.13
45 si ergo David vocat eum Dominum quomodo filius eius est
46 CCXXVI II Et nemo poterat respondere ei verbum Lc 14,6
neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare Mc 9,31; 12,34; Lc 9,45; 20,40; Io 21,12
23 CCXXVII X Tunc Iesus locutus est ad turbas et discipulos suos 2 dicens Lc 20,45
super cathedram Mosi sederunt scribae et Pharisaei
3 omnia ergo quaecumque dixerint vobis servate et facite
secundum opera vero eorum nolite facere
dicunt enim et non faciunt
4 CCXXVIII V Alligant autem onera gravia et inportabilia et inponunt in umeros hominum Lc 11,46
digito autem suo nolunt ea movere
5 CCXXVIIII II Omnia vero opera sua faciunt ut videantur ab hominibus 6,1
dilatant enim phylacteria sua
et magnificant fimbrias

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

30 sunt] erunt c | dei *om.* ZP | 32 uiuorum SF | 33 [*adest* N *usque ad* 24,30] | 37 diligis ZFPGC | ex] in NGDCɒ | in¹] ex AFP | in²] ex FP | 38 est + enim AΦ | 45 *num.* 226/2 *ad* si ergo *pon. codd.* (*excepto* M) *ex errore archetypi* | dauid + in spiritu NF | uocauit Z | 46 ~ ei respondere c | ~ ex illa die quisquam ZPΦ || **23**,1 et + ad AMFGCcɒ | 2 super cathedra NZGC | 4 autem¹] enim Dc | 5 fimbrias + suas S; + uestimentorum suorum P. |

Lc 14,7 6.7: Mc 12,38.39; Lc 11,43; 20,46 6 amant autem primos recubitus in ce-
nis
et primas cathedras in synagogis
7 et salutationes in foro
et vocari ab hominibus rabbi
8 CCXXX X Vos autem nolite vocari rab-
bi
unus enim est magister vester
omnes autem vos fratres estis
9 et patrem nolite vocare vobis super
terram
Mal 2,10! Io 8,41 unus enim est Pater vester qui in
16,17! Mc 11,25.26 caelis est
Io 13,13 10 nec vocemini magistri
quia magister vester unus est Chris-
tus
20,26.27; Mc 9,34; 10,43.44; Lc 9,48; 22,26 11 qui maior est vestrum erit minister
vester
Prv 29,23! Lc 14,11; 18,14; Phil 2,8.9; Iac 4,10; I Pt 5,6 12 CCXXXI V Qui autem se exaltaverit hu-
miliabitur
et qui se humiliaverit exaltabitur
Lc 11,52 13 CCXXXII V Vae autem vobis scribae et
Pharisaei hypocritae
quia clauditis regnum caelorum ante
homines
vos enim non intratis nec introeuntes
sinitis intrare
15 CCXXXIII X Vae vobis scribae et Phari-
saei hypocritae
quia circuitis mare et aridam ut fa-
ciatis unum proselytum
et cum fuerit factus facitis eum filium
gehennae duplo quam vos
16 vae vobis duces caeci
qui dicitis quicumque iuraverit per
templum nihil est
qui autem iuraverit in aurum templi
debet
17 stulti et caeci
quid enim maius est aurum an tem-
plum quod sanctificat aurum
18 et quicumque iuraverit in altari ni-
hil est
quicumque autem iuraverit in dono
quod est super illud debet
19 caeci quid enim maius est
donum an altare quod sanctificat
donum
20 qui ergo iurat in altare iurat in eo et
in omnibus quae super illud sunt
21 et qui iuraverit in templo iurat in illo
et in eo qui inhabitat in ipso
22 et qui iurat in caelo iurat in throno 5,34
Dei et in eo qui sedet super eum
23 CCXXXIIII V Vae vobis scribae et Pha- Lc 11,42
risaei hypocritae
quia decimatis mentam et anethum
et cyminum
et reliquistis quae graviora sunt legis
iudicium et misericordiam et fidem
haec oportuit facere et illa non omit-
tere
24 CCXXXV X Duces caeci
excolantes culicem
camelum autem gluttientes
25 CCXXXVI V Vae vobis scribae et Phari- Lc 11,39
saei hypocritae
quia mundatis quod de foris est cali-
cis et parapsidis
intus autem pleni sunt rapina et in-
munditia
26 Pharisaee caece
munda prius quod intus est calicis
et parapsidis
ut fiat et id quod de foris est mun-
dum
27 CCXXXVII V Vae vobis scribae et Phari- Lc 11,44
saei hypocritae
quia similes estis sepulchris dealbatis
quae a foris parent hominibus spe-

S(s)NA(M)Z (F)P(G)DCΦ cɒ 6 autem] enim AF | 8 enim *om.* C.; ~ est enim ZFΦ c; est autem P. | 9 uobis *om.* S. | ~ est enim ZPΦ c | 11 *num.* 231/5 *ad* qui maior *pon. codd. (excepto* M*) ex errore archetypi* | 13 intrare] introire ZΦ; + [14] uae uobis scribae et pharisaei hypocritae qui (quia c.) comeditis domos uiduarum occasione (oratione S; orationes c.) longa (longas c.) orantes propter hoc amplius accipietis iudicium S(*marg.*) c | 15 quia] qui ZΦ | 16 in templum SND; in templo G. | in auro NCΦ cɒ; per aurum P. | debet] debitor est Z | 18 in altare SZPGD | quicumque[2]] qui AG | 20 in altari NC cɒ | 21 qui[1]] quicumque c | habitat NZPGCΦ c | 23 quia] qui SFPC c | 25 [*deest* M *usque ad* 25,41] | sunt] estis C c | 26 et[2] *om.* D c | 27 quae foris sC; quia foris F. |

ciosa
intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia
Lc 16,15 28 sic et vos a foris quidem paretis hominibus iusti
intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate
29–36: Lc 11,47–51 29 CCXXXVIII V Vae vobis scribae et Pharisaei hypocritae
quia aedificatis sepulchra prophetarum
et ornatis monumenta iustorum
30 et dicitis si fuissemus in diebus patrum nostrorum
non essemus socii eorum in sanguine prophetarum
31 itaque testimonio estis vobismet ipsis
31.32: 1 Th 2,15.16 quia filii estis eorum qui prophetas occiderunt
32 CCXXXVIIII X Et vos implete mensuram patrum vestrorum
3,7; 12,34: Lc 3,7 33 serpentes genimina viperarum
quomodo fugietis a iudicio gehennae
34 CCXL V Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas
ex illis occidetis et crucifigetis
10,17; Mc 13,9; Act 22,19 et ex eis flagellabitis in synagogis vestris
et persequemini de civitate in civitatem
27,25! III Rg 2,32! Apc 16,6! 35 ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram
a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zacchariae filii Barachiae
quem occidistis inter templum et altare
24,34; Mc 13,30 36 amen dico vobis venient haec omnia super generationem istam
II Esr 9,26! IV Esr 1,32 21,35! Act 7,52! 37 CCXLI V Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas
37–39: Lc 13,34.35 et lapidas eos qui ad te missi sunt
IV Esr 1,30 quotiens volui congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti
38 ecce relinquitur vobis domus vestra deserta Ps 68,26; Ier 22,5; Act 1,20
39 dico enim vobis
non me videbitis amodo donec dicatis
benedictus qui venit in nomine Domini 21,9! Ps 117,26; Io 12,13
24 CCXLII II Et egressus Iesus de templo ibat 1–3: Mc 13,1–4; Lc 21,5–7
et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei aedificationes templi
2 ipse autem respondens dixit eis
videtis haec omnia
amen dico vobis
non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur Lc 19,44
3 CCXLIII II Sedente autem eo super montem Oliveti 5,1; Io 6,3
accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes
dic nobis quando haec erunt
et quod signum adventus tui et consummationis saeculi 4–8: Mc 13,5–8; Lc 21,8–11
4 et respondens Iesus dixit eis
videte ne quis vos seducat Ier 29,8! Eph 5,6!
5 multi enim venient in nomine meo 11! 24; Ier 14,14!
dicentes ego sum Christus
et multos seducent
6 audituri autem estis proelia et opiniones proeliorum
videte ne turbemini
oportet enim haec fieri
sed nondum est finis
7 consurget enim gens in gentem II Par 15,6; Is 19,2!
et regnum in regnum
et erunt pestilentiae et fames et terraemotus per loca
8 haec autem omnia initia sunt dolorum
9 CCXLIIII I Tunc tradent vos in tribulationem et occident vos 10,21.22
et eritis odio omnibus gentibus prop- 9–14: Mc 13,9–13; Lc 21,12–19

29 quia FC𝔊] qui *cet.* | 33 genimina] progenies N(*marg.*)Z | 34 ego *om.* NZ | et[1] *om.* ZP | ex[1] sAZF𝔊] et ex *cet.* | persequimini NAFPGD | 38 relinquitur AFo𝔊] relinquetur *cet.* || **24**,1 et[1] *om.* ZC. | 2 eis] illis NGDCc | 3 discipuli + eius Z | 6 autem] enim AGΦco | 7 in[1]] contra NP. | in[2]] contra FP. | 9 in tribulatione AZFG |

S(s)NAZ (F)P(G)DCΦ co

ter nomen meum
10 CCXLV X Et tunc scandalizabuntur
multi et invicem tradent et odio
habebunt invicem
5! 24; II Pt 2,1! I Io 4,1! 11 et multi pseudoprophetae surgent et
seducent multos
12 et quoniam abundabit iniquitas re-
frigescet caritas multorum
10,22! 13 qui autem permanserit usque in fi-
nem hic salvus erit
26,13; Mc 16,15; Col 1,5.6.23 14 CCXLVI VI Et praedicabitur hoc evan-
gelium regni in universo orbe in
testimonium omnibus gentibus
et tunc veniet consummatio
Dn 9,27! **15—22:** Mc 13,14–20; Lc 21,20–24 15 CCXLVII VI Cum ergo videritis abomi-
nationem desolationis quae dicta
est a Danihelo propheta
stantem in loco sancto
qui legit intellegat
16 CCXLVIII II Tunc qui in Iudaea sunt fu-
giant ad montes
17.18: Lc 17,31 17 et qui in tecto non descendat tollere
aliquid de domo sua
18 et qui in agro non revertatur tollere
tunicam suam
Lc 23,29! 19 CCXLVIIII II Vae autem praegnatibus
et nutrientibus in illis diebus
20 CCL VI Orate autem ut non fiat fuga
vestra hieme vel sabbato
Dn 12,1; Apc 16,18 21 CCLI II Erit enim tunc tribulatio magna
qualis non fuit ab initio mundi us-
que modo neque fiet
22 CCLII VI Et nisi breviati fuissent dies illi
non fieret salva omnis caro
sed propter electos breviabuntur dies
illi
Lc 17,21.23 23 CCLIII II Tunc si quis vobis dixerit ecce
23—25: Mc 13,21–23 hic Christus aut illic
nolite credere
5! 11! Dt 13,1; Apc 19,20; II Th 2,9 24 CCLIIII VI Surgent enim pseudochristi et
pseudoprophetae
et dabunt signa magna et prodigia
ita ut in errorem inducantur si fieri
potest etiam electi
25 ecce praedixi vobis
26 CCLV V Si ergo dixerint vobis ecce in
deserto est
nolite exire
ecce in penetrabilibus
nolite credere
27 CCLVI V Sicut enim fulgur exit ab orien- Lc 17,24
te et paret usque in occidente
ita erit et adventus Filii hominis
28 CCLVII V Ubicumque fuerit corpus Iob 39,30; Lc 17,37
illuc congregabuntur aquilae
29 CCLVIII II Statim autem post tribulatio-
nem dierum illorum sol obscurabi- Is 13,10! Act 2,20
tur
et luna non dabit lumen suum Apc 6,12.13
et stellae cadent de caelo Is 34,4!
et virtutes caelorum commovebun- **29—31:** Mc 13,24–27; Lc 21,25–28
tur
30 et tunc parebit signum Filii hominis IV Esr 13,32
in caelo
CCLVIIII II Et tunc plangent omnes tri- Za 12,12; Apc 1,7!
bus terrae
et videbunt Filium hominis venien- 16,27! 26,64; Dn 7,13!
tem in nubibus caeli cum virtute Mc 8,38! Lc 9,26!
multa et maiestate Apc 14,14 **30.31:** I Th 4,16
31 et mittet angelos suos cum tuba et 13,41; Is 27,12.13
voce magna
et congregabunt electos eius a quat-
tuor ventis
a summis caelorum usque ad termi-
nos eorum
32 ab arbore autem fici discite parabo- **32.33:** Mc 13,28.29; Lc 21,29–31
lam
cum iam ramus eius tener fuerit et
folia nata
scitis quia prope est aestas
33 ita et vos cum videritis haec omnia
scitote quia prope est in ianuis Iac 5,9; Apc 3,20
34 amen dico vobis quia non praeteribit 23,36! **34.35:** Lc 21,32.33
haec generatio donec omnia haec **34—36:** Mc 13,30–32
fiant
35 caelum et terra transibunt 5,18! II Pt 3,12!

S(sN)AZ (F)P(G)DCΦ co

10 inuicem[1] + se N | 12 abundauit ZG c | 13 perseuerauerit AFG co | 15 a] in Z | daniele c | 16 ad] in ZFΦ | 20 in hieme c. | 21 tunc *om.* ZG | 23 hic + est ZP G c | aut + ecce NG | 26 penetralibus AG co | 27 occidentem AGDΦ co | et[2] *om.* Z | 28 illic G c | congregabuntur + et c | 30 [*deest* N *usque ad v.* 50] | 31 uentis + et Z | 32 fico SD | aestus Z | 34 ~ generatio haec c |

Ps 101,27; 118,89! verba vero mea non praeteribunt
25,13; Za 14,7; Mc 13,32.35; Act 1,7 36 CCLX VI De die autem illa et hora nemo
scit
neque angeli caelorum
nisi Pater solus
37—39: Lc 17,26.27 37 CCLXI V Sicut autem in diebus Noe
ita erit et adventus Filii hominis
38 sicut enim erant in diebus ante dilu-
vium
comedentes et bibentes
Lc 20,34! nubentes et nuptum tradentes
Gn 7,13! usque ad eum diem quo introivit in
arcam Noe
39 et non cognoverunt donec venit dilu-
vium et tulit omnes
ita erit et adventus Filii hominis
40.41: Lc 17,34.35 40 CCLXII V Tunc duo erunt in agro
unus adsumetur et unus relinquetur
41 duae molentes in mola
una adsumetur et una relinquetur
50; 25,13; Mc 13,33 42 CCLXIII VI Vigilate ergo quia nescitis qua
hora Dominus vester venturus sit
43.44: Lc 12,39.40 43 CCLXIIII II Illud autem scitote quoniam
si sciret pater familias qua hora fur
venturus esset
vigilaret utique et non sineret per-
fodiri domum suam
44 ideoque et vos estote parati quia qua
nescitis hora Filius hominis ven-
turus est
45—51: Lc 12,42–46 45 CCLXV V Quis putas est fidelis servus et
prudens
quem constituit dominus suus supra
familiam suam
Ps 103,27 ut det illis cibum in tempore
46 CCLXVI V Beatus ille servus quem cum
venerit dominus eius invenerit sic
facientem
25,21.23 47 amen dico vobis quoniam super om-
nia bona sua constituet eum
48 CCLXVII V Si autem dixerit malus ser-
vus ille in corde suo

moram facit dominus meus venire 25,19; II Pt 3,4
49 et coeperit percutere conservos suos
manducet autem et bibat cum ebriis Dt 21,20
50 veniet dominus servi illius in die qua
non sperat et hora qua ignorat 42!
51 et dividet eum partemque eius ponet
cum hypocritis
illic erit fletus et stridor dentium 8,12!
25 CCLXVIII X Tunc simile erit regnum
caelorum decem virginibus
quae accipientes lampadas suas ex-
ierunt obviam sponso et sponsae
2 quinque autem ex eis erant fatuae et
quinque prudentes
3 sed quinque fatuae acceptis lampa-
dibus non sumpserunt oleum secum
4 prudentes vero acceperunt oleum in
vasis suis cum lampadibus
5 moram autem faciente sponso
dormitaverunt omnes et dormierunt
6 media autem nocte clamor factus est
ecce sponsus venit exite obviam ei
7 tunc surrexerunt omnes virgines il-
lae
et ornaverunt lampades suas
8 fatuae autem sapientibus dixerunt
date nobis de oleo vestro
quia lampades nostrae extinguntur Prv 13,9!
9 responderunt prudentes dicentes
ne forte non sufficiat nobis et vobis
ite potius ad vendentes et emite vobis
10 dum autem irent emere venit spon-
sus
et quae paratae erant intraverunt
cum eo ad nuptias
et clausa est ianua 10—12: Lc 13,25
11 novissime veniunt et reliquae virgi-
nes dicentes
domine domine aperi nobis
12 at ille respondens ait 7,23; Lc 13,27
amen dico vobis nescio vos
13 vigilate itaque quia nescitis diem 24,36! 42!

35 uero] autem PGDc | 36 ~ solus pater FCc. | 37 et *om.* ZP | 38 nuptu SG.; nuptui c; nuptam D. | intrauit AGDΦ co | in arca Z | ~ noe in arcam c | 39 et[3] *om.* ZP | 41 relinquetur + duo in lecto (+ uno F.) unus adsumetur et unus (alter F) relinquetur Z FP | 43 uenturus est ZG; ueniret F | perfodi Cc | 44 ideoque] ideo AZPGΦ co | 45 super PGDCc | 49 ebriosis ZPGΦ c | 50 [*adest* N *usque ad* 26,35] ‖ **25**,5 mora Z PG | 11 nouissime + uero c |

S(sN)AZ (F)P(G)DCΦ co

neque horam
Mc 13,34 14 CCLXVIIII II Sicut enim homo proficiscens vocavit servos suos
et tradidit illis bona sua
15 CCLXX V Et uni dedit quinque talenta
alii autem duo
alii vero unum
unicuique secundum propriam virtutem
et profectus est statim
16 abiit autem qui quinque talenta acceperat
et operatus est in eis et lucratus est alia quinque
17 similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo
18 qui autem unum acceperat
abiens fodit in terra et abscondit pecuniam domini sui
24,48 19 post multum vero temporis venit dominus servorum illorum
18,23 et posuit rationem cum eis
20 et accedens qui quinque talenta acceperat
obtulit alia quinque talenta dicens
domine quinque talenta mihi tradidisti
ecce alia quinque superlucratus sum
21 ait illi dominus eius
Lc 16,10! euge bone serve et fidelis
24,47; Lc 12,44 quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam
intra in gaudium domini tui
22 accessit autem et qui duo talenta acceperat et ait
domine duo talenta tradidisti mihi
ecce alia duo lucratus sum
23 ait illi dominus eius
euge serve bone et fidelis
24,47; Lc 12,44 quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam
intra in gaudium domini tui
24—28: Lc 19,20–26 24 accedens autem et qui unum talentum acceperat ait
domine scio quia homo durus es
metis ubi non seminasti
et congregas ubi non sparsisti
25 et timens abii et abscondi talentum tuum in terra
ecce habes quod tuum est 20,14
26 respondens autem dominus eius dixit ei
serve male et piger
sciebas quia meto ubi non semino
et congrego ubi non sparsi
27 oportuit ergo te mittere pecuniam meam nummulariis
et veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura
28 tollite itaque ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta
29 CCLXXI II Omni enim habenti dabitur et abundabit 13,12! Lc 19,26
ei autem qui non habet et quod videtur habere auferetur ab eo
30 CCLXXII V Et inutilem servum eicite in tenebras exteriores 8,12!
illic erit fletus et stridor dentium
31 CCLXXIII X Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua et omnes angeli cum eo 16,27! Mc 8,38; Lc 9,26
tunc sedebit super sedem maiestatis suae
32 et congregabuntur ante eum omnes gentes Rm 14,10!
et separabit eos ab invicem 13,49; Ez 34,17!
sicut pastor segregat oves ab hedis
33 et statuet oves quidem a dextris suis
hedos autem a sinistris
34 tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt
venite benedicti Patris mei
possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi IV Esr 2,13
35 esurivi enim et dedistis mihi manducare 35.36: Is 58,7!
sitivi et dedistis mihi bibere

S(s)NAZ (F)P(G)DCΦ co 14 homo + peregre APΦco | 17 similiter + et FPGc | 18 in terram NZPGDc | 20 ~ tradidisti mihi c | et ecce AFo | 21 ~ serue bone G co | super²] supra ZPDΦo | 22 accedens ZΦ. | et² *om.* ZPΦ. | 23 ~ bone serue AP | supra] super NGCΦc | 24 es + et AFo | 27 mittere] committere NZFc; dare P. | 34 dicit NPGD |

hospes eram et collexistis me
36 nudus et operuistis me
infirmus et visitastis me
in carcere eram et venistis ad me
37 tunc respondebunt ei iusti dicentes
Domine quando te vidimus esurientem et pavimus
sitientem et dedimus tibi potum
38 quando autem te vidimus hospitem et colleximus te
aut nudum et cooperuimus
39 aut quando te vidimus infirmum aut in carcere et venimus ad te
40 et respondens rex dicet illis
amen dico vobis
I Cor 8,12 quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis mihi fecistis
41 tunc dicet et his qui a sinistris erunt
7,23! Lc 13,27 discedite a me maledicti in ignem aeternum
qui paratus est diabolo et angelis eius
Iob 22,7 42 esurivi enim et non dedistis mihi manducare
sitivi et non dedistis mihi potum
43 hospes eram et non collexistis me
nudus et non operuistis me
infirmus et in carcere et non visitastis me
44 tunc respondebunt et ipsi dicentes
Domine quando te vidimus esurientem aut sitientem
aut hospitem aut nudum
aut infirmum vel in carcere
et non ministravimus tibi
45 tunc respondebit illis dicens
amen dico vobis
quamdiu non fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis
Dn 12,2; Io 5,29 46 et ibunt hii in supplicium aeternum
iusti autem in vitam aeternam
7,28; 11,1; 13,53; 19,1; **26** et factum est cum consummasset
Iesus sermones hos omnes Lc 7,1
dixit discipulis suis
2 CCLXXIIII I Scitis quia post biduum pascha fiet 2—5: Mc 14,1.2; Lc 22,1.2
et Filius hominis tradetur ut crucifigatur 20,19
3 CCLXXV VI Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi 57; Mc 14,53 3.4: Ps 2,2; Io 11,47; Act 4,27
in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiaphas
4 et consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent et occiderent Io 11,53! Act 9,23!
5 dicebant autem non in die festo
ne forte tumultus fieret in populo
6 CCLXXVI I Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Simonis leprosi 6—13: Mc 14,3–9
7 accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi Lc 7,37
et effudit super caput ipsius recumbentis
8 videntes autem discipuli indignati sunt dicentes
ut quid perditio haec
9 potuit enim istud venundari multo et dari pauperibus Io 12,5
10 sciens autem Iesus ait illis 10—12: Io 12,7.8
quid molesti estis mulieri
opus bonum operata est in me
11 nam semper pauperes habetis vobiscum Dt 15,11
me autem non semper habetis
12 CCLXXVII IIII Mittens enim haec unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit
13 amen dico vobis
ubicumque praedicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo 24,14! Mc 16,15
dicetur et quod haec fecit in memoriam eius
14 CCLXXVIII II Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth 47; Mc 14,43; Lc 22,47; Io 6,72!

S(s)NA(M)Z (F)P(G)DCΦ cɒ

35 collegistis SZPDCcɒ | 36 cooperuistis ZΦc | in carcerem ZG | eram *om.* AF | 37 pauimus + te c | 38 collegimus SZPDCcɒ | cooperuimus + te ZPGCΦc | 39 aut²] et AF | in carcerem NZFGDC | 40 de] ex Gc | minimis *om.* Z | 41 et¹ *om.* ZPD | praeparatus AFDΦɒ | [*iterum adest* M] | 42 potum] bibere NG | 43 collegistis SZPD Ccɒ | cooperuistis c | 44 respondebunt + ei DCc | uel] aut c. | in carcerem ZPGD || **26**,1 *num.* 274/1 *ad* et *pon.* AMPGCɒ | 5 autem] enim N | 6 ~ iesus esset c. | in domum ZP | 10 estis + huic Φc | opus + enim c | 11 habebitis¹ MPDCΦ | habebitis² FPDCΦ | 13 in memoria MZ | 14 dicebatur A cɒ | iscariotes c. |

14—16: Mc 14,10.11; Lc 22,3–6 ad principes sacerdotum 15 et ait
illis
quid vultis mihi dare et ego vobis
eum tradam
Za 11,12 at illi constituerunt ei triginta ar-
genteos
21,46! 16 et exinde quaerebat oportunitatem
ut eum traderet
17—19: Mc 14,12–16; Lc 22,7–13 17 prima autem azymorum accesserunt
discipuli ad Iesum dicentes
ubi vis paremus tibi comedere pas-
cha
18 at Iesus dixit
ite in civitatem ad quendam et dicite
ei
magister dicit
tempus meum prope est
apud te facio pascha cum discipulis
meis
21,6 19 et fecerunt discipuli sicut constituit
illis Iesus
et paraverunt pascha
Lc 22,14 20—25: Mc 14,17–21 20 CCLXXVIIII IIII Vespere autem facto dis-
cumbebat cum duodecim discipulis
21 et edentibus illis dixit
Io 13,21 amen dico vobis
quia unus vestrum me traditurus est
22 CCLXXX I Et contristati valde coepe-
Lc 22,23 runt singuli dicere
numquid ego sum Domine
23 CCLXXXI II At ipse respondens ait
Ps 40,10! Io 13,18 qui intinguit mecum manum in par-
apside hic me tradet
Lc 22,22 24 Filius quidem hominis vadit sicut
scriptum est de illo
vae autem homini illi per quem Fi-
lius hominis traditur
CCLXXXII VI Bonum erat ei si natus non
fuisset homo ille
10,4! Mc 3,19; Lc 6,16 25 CCLXXXIII X Respondens autem Iudas
qui tradidit eum dixit
numquid ego sum rabbi
ait illi tu dixisti
26 CCLXXXIIII I Cenantibus autem eis ac- 14,19! 26—29: Mc 14,22–25; Lc 22,18–20; I Cor 11,23–25
cepit Iesus panem et benedixit ac
fregit
deditque discipulis suis et ait
accipite et comedite hoc est corpus
meum
27 CCLXXXV II Et accipiens calicem gratias
egit et dedit illis dicens
bibite ex hoc omnes
28 hic est enim sanguis meus novi testa- Ex 24,8; Hbr 9,20
menti
qui pro multis effunditur in remis-
sionem peccatorum
29 dico autem vobis
non bibam amodo de hoc genimine
vitis
usque in diem illum cum illud bibam
vobiscum novum in regno Patris
mei
30 CCLXXXVI VI Et hymno dicto exierunt in 30—35: Mc 14,26–31 Lc 22,39! Io 18,1!
montem Oliveti
31 CCLXXXVII IIII Tunc dicit illis Iesus
omnes vos scandalum patiemini in 11,6!
me in ista nocte
CCLXXXVIII VI Scriptum est enim
percutiam pastorem et dispergentur Za 13,7
oves gregis
32 postquam autem resurrexero prae-
cedam vos in Galilaeam 28,7; Mc 16,7
33 CCLXXXVIIII I Respondens autem Pet-
rus ait illi
et si omnes scandalizati fuerint in te
ego numquam scandalizabor
34 ait illi Iesus
amen dico tibi
quia in hac nocte antequam gallus 75; Lc 22,34.61; Io 13,38
cantet ter me negabis
35 CCXC VI Ait illi Petrus
etiam si oportuerit me mori tecum
non te negabo
similiter et omnes discipuli dixerunt

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

17 autem + die FPDΦc | 18 in ciuitate SPG. | 20 *num.* 279/4 *ad* uespere *pon.* MZPΦ, *cf.* Mc 14,17, *ad* et edentibus *cet.*, *cf.* Lc 22,14 | discipulis + suis ZFPCΦc | 23 in parabsidem S | 24 *num.* 282/6 *ad* uae *pon. codd. (excepto* M*) et* c *contra* Mc *et* Lc | tradetur PDΦc | bonum + enim M | 26 suis *om.* M | 28 effunditur AMFc𝔊] effundetur *cet.* | 29 illum *om.* A | illud] illum AMGD | 32 in galilaea Z | 35 [*deest* N *usque ad* 28,9] |

36—40: Lc 22,40–46 36—46: Mc 14,32–42 36 CCXCI/I Tunc venit Iesus cum illis in
villam quae dicitur Gethsemani
CCXCII/VI Et dixit discipulis suis
Gn 22,5 sedete hic donec vadam illuc et
orem
17,1! 37 et adsumpto Petro et duobus filiis
Zebedaei
coepit contristari et maestus esse
38 CCXCIII/IIII Tunc ait illis
Ps 41,6! Io 12,27 tristis est anima mea usque ad mor-
tem
sustinete hic et vigilate mecum
39 CCXCIIII/I Et progressus pusillum pro-
42! cidit in faciem suam orans et dicens
mi Pater si possibile est transeat a me
calix iste
Io 5,30; 6,38 CCXCV/I Verumtamen non sicut ego
volo sed sicut tu
43 40 CCXCVI/II Et venit ad discipulos et in-
venit eos dormientes
et dicit Petro
sic non potuistis una hora vigilare
mecum
Mc 13,33; Lc 21,36! 41 vigilate et orate ut non intretis in
6,13! Lc 11,4 temptationem
CCXCVII/IIII Spiritus quidem promptus
est
caro autem infirma
39! 42 CCXCVIII/VI Iterum secundo abiit et ora-
vit dicens
Io 18,11 Pater mi si non potest hic calix trans-
6,10! ire nisi bibam illum fiat voluntas
tua
40 43 et venit iterum et invenit eos dor-
Lc 9,32 mientes
erant enim oculi eorum gravati
16,4! 44 et relictis illis iterum abiit et oravit
tertio eundem sermonem dicens
45 CCXCVIIII/IIII Tunc venit ad discipulos
suos et dicit illis
dormite iam et requiescite
ecce adpropinquavit hora
et Filius hominis traditur in manus 17,21! Lc 9,44
peccatorum Io 14,31
46 surgite eamus
ecce adpropinquavit qui me tradit
47 CCC/I Adhuc ipso loquente
ecce Iudas unus de duodecim venit 14! Mc 14,10; Io 18,3
et cum eo turba multa 47—56: Mc 14,43–50; Lc 22,47–53
cum gladiis et fustibus a principibus
sacerdotum et senioribus populi
48 CCCI/II Qui autem tradidit eum dedit
illis signum dicens
quemcumque osculatus fuero ipse
est tenete eum
49 et confestim accedens ad Iesum di-
xit
have rabbi II Sm 20,9
et osculatus est eum
50 dixitque illi Iesus
amice ad quod venisti 22,12: Gn 26,27
tunc accesserunt et manus iniece-
runt in Iesum
et tenuerunt eum
51 CCCII/I Et ecce unus ex his qui erant 51.52: Io 18,10.11!
cum Iesu
extendens manum exemit gladium
suum
et percutiens servum principis sa-
cerdotum amputavit auriculam eius
52 tunc ait illi Iesus
converte gladium tuum in locum
suum
CCCIII/X Omnes enim qui acceperint Apc 13,10!
gladium gladio peribunt
53 an putas quia non possum rogare
Patrem meum
et exhibebit mihi modo plus quam
duodecim legiones angelorum
54 quomodo ergo implebuntur scrip-
turae quia sic oportet fieri
55 CCCIIII/I In illa hora dixit Iesus turbis

36 in uilla Z | suis *om.* S | *num.* 292/6 *ad* sedete *pon.* ZCΦ, *cf.* Mc 14,32 | 39 mi *om.* Ao; ~ pater mi ZPΦc | a me *om.* A | tu + uis ZP | 40 discipulos + suos FPGDc | 45 adpropinquabit ZΦ | traditur SF𝔊] tradetur *cet.* | 46 adpropinquabit ZΦ | tradit SAMo𝔊] tradet *cet.* | 47 ipso] eo Pc | fustibus SMFG. 𝔊] + missi *cet.* | 50 ad quid c | 51 percussit... et amputauit ZFG | 52 *num.* 303/10 *ad* omnes *pon.* F, *cf.* Io 18,11, *ad* tunc *cet.*, *cf.* Mc *et* Lc | 53 possim MG; possem s. | duodecim + milia SZFPG | 54 ergo *om.* S |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

tamquam ad latronem existis cum
gladiis et fustibus conprehendere
me
Lc 19,47; 21,37; Io 8,20; 18,20 cotidie apud vos sedebam docens in
templo et non me tenuistis
1,22; 21,4 [56] CCCV VI Hoc autem totum factum est
ut implerentur scripturae propheta-
rum
Io 16,32 tunc discipuli omnes relicto eo fu-
gerunt
3; Lc 22,54; Io 18,24; Act 4,5.6! [57] CCCVI I At illi tenentes Iesum duxerunt
ad Caiaphan principem sacerdo-
57—68: Mc 14,53–65 tum
ubi scribae et seniores convenerant
Lc 22,54; Io 18,15 [58] CCCVII IIII Petrus autem sequebatur eum
a longe
usque in atrium principis sacerdo-
tum
et ingressus intro sedebat cum mi-
nistris ut videret finem
[59] CCCVIII II Principes autem sacerdotum
et omne concilium quaerebant fal-
sum testimonium contra Iesum
ut eum morti traderent
[60] et non invenerunt
cum multi falsi testes accessissent
III Rg 21,10! CCCVIIII VI Novissime autem venerunt
duo falsi testes [61] et dixerunt
27,40; Mc 15,29; Io 2,19; Act 6,14 hic dixit possum destruere templum
Dei et post triduum aedificare illud
[62] et surgens princeps sacerdotum ait
illi
nihil respondes ad ea quae isti ad-
versum te testificantur
27,12.14! Is 53,7! [63] Iesus autem tacebat
et princeps sacerdotum ait illi
adiuro te per Deum vivum
14,33! Mc 14,61! Lc 22,66.70 ut dicas nobis si tu es Christus Filius
Dei
[64] dicit illi Iesus tu dixisti
CCCX I Verumtamen dico vobis
22,44! Act 7,55! Lc 20,42; 22,69; Hbr 1,3! amodo videbitis Filium hominis se-
dentem a dextris virtutis
24,30! Dn 7,13! et venientem in nubibus caeli

[65] CCCXI VI Tunc princeps sacerdotum
scidit vestimenta sua dicens
blasphemavit Lc 22,71
CCCXII II Quid adhuc egemus testibus 65.66: Lv 24,16!
ecce nunc audistis blasphemiam
[66] quid vobis videtur
at illi respondentes dixerunt Ier 26,11!
reus est mortis
[67] CCCXIII I Tunc expuerunt in faciem 27,30; Mc 15,19!
eius
et colaphis eum ceciderunt
alii autem palmas in faciem ei de- 67.68: Lc 22,64
derunt [68] dicentes
prophetiza nobis Christe quis est
qui te percussit
[69] CCCXIIII I Petrus vero sedebat foris in 69—75: Mc 14,66–72; Lc 22,55–62; Io 18,25–27
atrio
et accessit ad eum una ancilla dicens 69.70: Io 18,17
et tu cum Iesu Galilaeo eras
[70] at ille negavit coram omnibus dicens
nescio quid dicis
[71] CCCXV I Exeunte autem illo ianuam
vidit eum alia
et ait his qui erant ibi
et hic erat cum Iesu Nazareno Act 4,13
[72] et iterum negavit cum iuramento
quia non novi hominem
[73] et post pusillum accesserunt qui
stabant et dixerunt Petro
vere et tu ex illis es
nam et loquella tua manifestum te
facit
[74] tunc coepit detestari et iurare quia
non novisset hominem
et continuo gallus cantavit
[75] CCCXVI II Et recordatus est Petrus verbi
Iesu quod dixerat
priusquam gallus cantet ter me 34; Lc 22,34; Io 13,38
negabis
et egressus foras ploravit amare
27 CCCXVII II Mane autem facto 12,14! 28,12; Mc 3,6! 15,1; Lc 22,66
consilium inierunt omnes principes
sacerdotum et seniores populi ad-
versus Iesum

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ 56 adimplerentur ZPDΦc | 57 ubi] quo ZΦ | seniores] pharisaei s | 58 finem + rei ZP | 59 princeps S. | 61 reaedificare c | 64 *num.* 310/1 *ad* dicit *pon.* ɔ | uirtutis + dei Fc | 65 *num.* 312/2 *ad* ecce *pon. codd.* (*excepto* M) *contra* Mc Lc | 67 in facie² Z | ei] eius Fc | 71 alia + ancilla ZFPΦc | 74 detestare MG | 75 plorauit SACɔ] fleuit *cet.* ||

ut eum morti traderent
Io 18,28 2 CCCXVIII/I Et vinctum adduxerunt
eum
Lc 23,1 et tradiderunt Pontio Pilato praesidi
3 CCCXVIIII/X Tunc videns Iudas qui eum
tradidit quod damnatus esset
paenitentia ductus rettulit triginta
argenteos principibus sacerdotum
et senioribus 4 dicens
peccavi tradens sanguinem iustum
at illi dixerunt
quid ad nos tu videris
Za 11,13 5 et proiectis argenteis in templo
recessit et abiens laqueo se suspendit
6 principes autem sacerdotum accep-
tis argenteis dixerunt
non licet mittere eos in corbanan
quia pretium sanguinis est
7 consilio autem inito emerunt ex illis
agrum figuli in sepulturam pereg-
rinorum
Act 1,19 8 propter hoc vocatus est ager ille
Acheldemach ager sanguinis usque
in hodiernum diem
9 tunc impletum est quod dictum est
per Hieremiam prophetam dicen-
tem
9.10: Za 11,13 et acceperunt triginta argenteos pre-
tium adpretiati quem adpretiave-
runt a filiis Israhel
10 et dederunt eos in agrum figuli sicut
constituit mihi Dominus
11—14: Mc 15,2–5 11 CCCXX/I Iesus autem stetit ante praesi-
dem
Lc 23,3; Io 18,33.37 et interrogavit eum praeses dicens
tu es rex Iudaeorum
dicit ei Iesus tu dicis
26,63! 12 CCCXXI/IIII Et cum accusaretur a princi-
pibus sacerdotum et senioribus ni-
hil respondit
13 tunc dicit illi Pilatus
non audis quanta adversum te dicant
testimonia
14 et non respondit ei ad ullum verbum 26,63! Lc 23,9! Mc 14,61
ita ut miraretur praeses vehementer
15 CCCXXII/II Per diem autem sollemnem 15—17: Io 18,39.40
consueverat praeses dimittere po- 15—26: Mc 15,6–15; Lc 23,17–25
pulo unum vinctum quem voluis-
sent
16 CCCXXIII/IIII Habebat autem tunc vinc-
tum insignem qui dicebatur Barab-
bas
17 congregatis ergo illis dixit Pilatus
quem vultis dimittam vobis
Barabban an Iesum qui dicitur 22; 1,16
Christus
18 sciebat enim quod per invidiam tra-
didissent eum
19 CCCXXIIII/X Sedente autem illo pro tri-
bunali
misit ad illum uxor eius dicens
nihil tibi et iusto illi
multa enim passa sum hodie per vi-
sum propter eum
20 CCCXXV/I Princeps autem sacerdotum
et seniores persuaserunt populis ut
peterent Barabban
Iesum vero perderent
21 respondens autem praeses ait illis
quem vultis vobis de duobus dimitti
at illi dixerunt Barabban Io 18,40!
22 CCCXXVI/I Dicit illis Pilatus
quid igitur faciam de Iesu qui dici- 17; 1,16
tur Christus
23 dicunt omnes crucifigatur Io 19,6.15
ait illis praeses
quid enim mali fecit Lc 23,41
at illi magis clamabant dicentes cru-
cifigatur
24 CCCXXVII/X Videns autem Pilatus quia Io 12,19
nihil proficeret sed magis tumultus
fieret
accepta aqua lavit manus coram po-
pulo dicens

27,2 *num.* 318/1 *ad* et uinctum *pon.* MFP𝔬, *ad* et tradiderunt *cet.* | 3 quia damnatus est SGDC | 6 ~ eos mittere PD𝔠 | 7 consilium MP. | 8 acheldemach + hoc est MZPΦ𝔠 | 9 et tunc AM𝔬 | a filiis] filii SGC; filiis D | 11 *num.* 321/4 *ad* dicit *pon.* SAZGDCΦ, *ad* tu es P | ei] illi 𝔠 | 13 dicunt SZPDCΦ𝔠 | 15 ~ populo dimittere 𝔠 | 16 habebant MD | tunc] unum Z; + unum Φ | 17 ergo] autem SPG | 19 ad eum 𝔠 | 20 principes ZGDCΦ𝔠𝔬 | 23 male M |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ 𝔠𝔬

Dn 13,46 innocens ego sum a sanguine iusti
huius vos videritis
25 et respondens universus populus dixit
23,35! Act 5,28 sanguis eius super nos et super filios
nostros
26 CCCXXVIII/I Tunc dimisit illis Barabban
Io 19,16 Iesum autem flagellatum tradidit eis
ut crucifigeretur
27—31: Mc 15,16–20 27 CCCXXVIIII/IIII Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praetorio
congregaverunt ad eum universam
cohortem
28—30: Io 19,2.3 28 et exuentes eum clamydem coccineam circumdederunt ei
29 et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius
et harundinem in dextera eius
et genu flexo ante eum inludebant
dicentes
have rex Iudaeorum
26,67; Mc 14,65 30 CCCXXX/VI Et expuentes in eum acceperunt harundinem et percutiebant
caput eius
31 et postquam inluserunt ei exuerunt
eum clamydem
et induerunt eum vestimentis eius
CCCXXXI/I Et duxerunt eum ut crucifigerent
Mc 15,21; Lc 23,26 32 exeuntes autem invenerunt hominem cyreneum nomine Simonem
hunc angariaverunt ut tolleret crucem eius
Io 19,17 33—44: Mc 15,22–32; Lc 23,33–39 33 CCCXXXII/I Et venerunt in locum qui
dicitur Golgotha
quod est Calvariae locus
Ps 68,22 34 CCCXXXIII/IIII Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum
et cum gustasset noluit bibere

35 CCCXXXIIII/I Postquam autem crucifi- Io 19,23
xerunt eum diviserunt vestimenta
eius sortem mittentes
36 et sedentes servabant eum
37 CCCXXXV/I Et inposuerunt super caput 37.38: Io 19,18.19
eius causam ipsius scriptam
hic est Iesus rex Iudaeorum
38 CCCXXXVI/I Tunc crucifixi sunt cum eo
duo latrones
unus a dextris et unus a sinistris
39 CCCXXXVII/VI Praetereuntes autem blas- Ier 18,16!
phemabant eum
moventes capita sua 40 et dicentes Ps 21,8!
qui destruit templum et in triduo 26,61!
illud reaedificat
salva temet ipsum
si Filius Dei es descende de cruce 54!
41 CCCXXXVIII/II Similiter et principes sacerdotum inludentes cum scribis et
senioribus dicentes
42 alios salvos fecit se ipsum non potest salvum facere
si rex Israhel est descendat nunc de
cruce et credemus ei
43 confidet in Deo liberet nunc eum si Ps 21,9; Sap 2,18
vult
dixit enim quia Dei Filius sum 54! Lc 1,32.35; Io 1,34!
44 CCCXXXVIIII/II Id ipsum autem et latrones qui fixi erant cum eo inproperabant ei
45 CCCXL/II A sexta autem hora tenebrae Am 8,9; Lc 23,44
factae sunt super universam terram 45—56: Mc 15,33–41
usque ad horam nonam
46 CCCXLI/VI Et circa horam nonam clamavit Iesus voce magna dicens
Heli Heli lema sabacthani
hoc est Deus meus Deus meus ut Ps 21,2
quid dereliquisti me
47 quidam autem illic stantes et audi-

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

27 in praetorium c | 29 inludebant + ei c | 31 clamyde AMCΦco | 32 *num.* 331/1 *ad* uenientem *pon.* Z, *ad* exeuntes *cet.*, *sed cf. parall.* | cyreneum + uenientem obuiam sibi Z | 35 mittentes + ut impleretur (adimpleretur P) quod dictum est per prophetam (+ dicentem ZPΦc) diuiserunt sibi (*om.* Z) uestimenta mea et super uestem meam (uestimentum meum P) miserunt sortem AZPΦc | 40 dicentes + uah ZFPΦc | destruebat... reaedificabat A; destruis... reaedificas c | templum + dei AΦc | 41 dicentes] dicebant MZFPΦco | 42 credemus S] credamus F.; credimus *cet.* | 43 confidit DΦco | in deum FPGD; in domino C | eum si uult eum MFPGo; si uult eum c | ~ filius dei GDc | 44 crucifixi MFΦco | 46 et circa horam] circa horam uero A | heloi heloi ZPΦ | hoc] quod ZΦ | meus[1] *om.* S | ~ me dereliquisti S |

entes dicebant
Heliam vocat iste
48 CCCXLII/II Et continuo currens unus ex
eis
Ps 68,22; Io 19,29 acceptam spongiam implevit aceto
et inposuit harundini et dabat ei
bibere
49 ceteri vero dicebant
sine videamus an veniat Helias liberans eum
50.51: Lc 23,45.46 50 CCCXLIII/I Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum
51 CCCXLIIII/II Et ecce velum templi scissum est in duas partes
a summo usque deorsum
CCCXLV/X Et terra mota est
et petrae scissae sunt
Ez 37,12! 52 et monumenta aperta sunt
Dn 12,2 et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt
53 et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius
venerunt in sanctam civitatem et apparuerunt multis
Lc 23,47 54 CCCXLVI/II Centurio autem et qui cum eo erant custodientes Iesum
viso terraemotu et his quae fiebant
17,6! Mc 4,40! timuerunt valde dicentes
40.43! 14,33! vere Dei Filius erat iste
Ps 37,12! Mc 15,40; Lc 23,49.55 55 CCCXLVII/VI Erant autem ibi mulieres multae a longe
quae secutae erant Iesum a Galilaea ministrantes ei
61; 28,1; Lc 24,10 56 inter quas erat Maria Magdalene
et Maria Iacobi et Ioseph mater
20,20 et mater filiorum Zebedaei
57.58: Io 19,38 57—61: Mc 15,42–47; Lc 23,50–55 57 CCCXLVIII/I Cum sero autem factum esset
venit quidam homo dives ab Arimathia nomine Ioseph
qui et ipse discipulus erat Iesu
58 hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Iesu
tunc Pilatus iussit reddi corpus
59 CCCXLVIIII/I Et accepto corpore Ioseph involvit illud sindone munda Io 19,40
60 et posuit illud in monumento suo novo quod exciderat in petra
et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti et abiit
61 CCCL/VI Erat autem ibi Maria Magdalene et altera Maria sedentes contra sepulchrum 56! 28,1
62 CCCLI/X Altera autem die quae est post parasceven
convenerunt principes sacerdotum et Pharisaei ad Pilatum 63 dicentes
domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens
post tres dies resurgam 16,21!
64 iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium
ne forte veniant discipuli eius et furentur eum 28,13
et dicant plebi surrexit a mortuis
et erit novissimus error peior priore 12,45; Lc 11,26; II Pt 2,20
65 ait illis Pilatus
habetis custodiam
ite custodite sicut scitis
66 illi autem abeuntes munierunt sepulchrum
signantes lapidem cum custodibus
28 CCCLII/I Vespere autem sabbati quae lucescit in primam sabbati **1—8:** Mc 16,1–8; Lc 24,1–6
venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulchrum 27,56! 61; Io 20,1
2 et ecce terraemotus factus est magnus Act 16,26!
angelus enim Domini descendit de caelo
et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum
3 erat autem aspectus eius sicut fulgur 17,2! Dn 10,6
et vestimentum eius sicut nix Mc 9,2; Lc 9,29
4 CCCLIII/II Prae timore autem eius exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui 17,6! Mc 9,5

49 *num.* 343/1 *ad* ceteri *pon. codd. (excepto* M*) ex errore archetypi* | 54 ~ filius dei c | 55 longe + aspicientes M; + uidentes P | 57 ~ autem sero Cc | 58 petiit PCΦcø𝔊] petit *cet.* | corpus² + eius M | 59 sindone SG.] in sindone *cet.* | 63 quia] quod Z || **28,**1 in primam S. 𝔊] in prima *cet.* | 3 autem] enim A | uestimenta MZPGΦ | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cø

[5]respondens autem angelus dixit
mulieribus
nolite timere vos
Act 2,36 scio enim quod Iesum qui crucifixus
est quaeritis
[6]non est hic
surrexit enim sicut dixit
venite videte locum ubi positus erat
Dominus
[7]et cito euntes dicite discipulis eius
quia surrexit
26,32; Mc 14,28; 16,7 et ecce praecedit vos in Galilaeam
ibi eum videbitis
ecce praedixi vobis
[8] CCCLIIII/II Et exierunt cito de monu-
mento cum timore et magno gau-
dio
currentes nuntiare discipulis eius
[9] CCCLV/X Et ecce Iesus occurrit illis di-
cens havete
illae autem accesserunt et tenuerunt
pedes eius et adoraverunt eum
[10]tunc ait illis Iesus
nolite timere
Io 20,17 ite nuntiate fratribus meis ut eant in
Galilaeam ibi me videbunt
[11]quae cum abissent
ecce quidam de custodibus venerunt
in civitatem
Gn 42,29! et nuntiaverunt principibus sacerdo-
tum omnia quae facta fuerant
27,1! [12]et congregati cum senioribus consi-
lio accepto pecuniam copiosam
dederunt militibus [13]dicentes
dicite quia discipuli eius nocte vene-
27,64 runt et furati sunt eum nobis dor-
mientibus
[14]et si hoc auditum fuerit a praeside
nos suadebimus ei et securos vos
faciemus

[15]at illi accepta pecunia fecerunt sicut
erant docti
et divulgatum est verbum istud apud
Iudaeos usque in hodiernum diem
[16]undecim autem discipuli abierunt in
Galilaeam in montem ubi constitue-
rat illis Iesus
[17]et videntes eum adoraverunt 2,2!
quidam autem dubitaverunt Mc 16,11! 13; Lc 24,11!
[18]et accedens Iesus locutus est eis di-
cens
data est mihi omnis potestas in caelo 9,6! 11,27! Dn 7,14!
et in terra
[19]euntes ergo docete omnes gentes Mc 16,15!
baptizantes eos in nomine Patris et
Filii et Spiritus Sancti
[20]docentes eos servare omnia quae-
cumque mandavi vobis
et ecce ego vobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem
saeculi

EXPLICIT

EVANGELIUM SECUNDUM MATTHEUM

INCIPIT SECUNDUM MARCUM

I/II Initium evangelii Iesu Christi Filii
Dei
[2]sicut scriptum est in Esaia propheta Mt 11,10!
ecce mitto angelum meum ante fa- Mal 3,1! Io 3,28
ciem tuam qui praeparabit viam
tuam
[3] II/I Vox clamantis in deserto parate Is 40,3! Lc 3,4; Io 1,23
viam Domini rectas facite semitas 3–6: Mt 3,3–6
eius
[4] III/VI Fuit Iohannes in deserto baptizans Mt 3,1; Lc 3,3; Act 13,24; 19,4
et praedicans baptismum paeniten-
tiae
in remissionem peccatorum
[5]et egrediebatur ad illum omnis Iu- Act 19,18

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

5 *num.* 353/2 *ad* respondens *pon.* ɔ | angelus + domini Z | 6 uenite + et FPDCc | 7 surrexit + a mortuis F | et[2] *om.* Z | 8 magno gaudio AMFɔ] gaudio magno *cet.* | 9 [*adest* N *usque ad v.* 20] | 10 ibi + enim S. | 14 suademus Z; persuadebimus P. | 15 edocti c | 16 illis] eis ZΦ | 20 saeculi + amen A ||

Marcus. *Citantur* S(*aut* s)NAMZ *et* (F)P(G)DCΦ *ac* co. [*de* SsFPGDΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Mt *notata sunt*] *Tit.* incipit] sanctum iesu christi euangelium c; euangelium ɔ || 1,2 [*adest* N *usque ad v.* 20] | ecce + ego c | praeparauit ZPG | tuam[2] + ante te ZPGΦc | 5 egrediebantur ZGC | illum] eum c |

daeae regio et Hierosolymitae uni-
versi
et baptizabantur ab illo in Iordane
flumine confitentes peccata sua
6 et erat Iohannes vestitus pilis cameli
et zona pellicia circa lumbos eius
et lucustas et mel silvestre edebat
7.8: Mt 3,11! Lc 3,16: Io 1,26.27 7 et praedicabat dicens
IIII/I Venit fortior me post me
cuius non sum dignus procumbens
solvere corrigiam calciamentorum
eius
8 ego baptizavi vos aqua
ille vero baptizabit vos Spiritu
Sancto
9—11: Lc 3,21 22 9 V/I Et factum est in diebus illis
Mt 3,13 venit Iesus a Nazareth Galilaeae
et baptizatus est in Iordane ab Io-
hanne
10.11: Mt 3,16.17! 10 et statim ascendens de aqua
vidit apertos caelos
et Spiritum tamquam columbam
descendentem et manentem in ipso
11 et vox facta est de caelis
tu es Filius meus dilectus in te con-
placui
12.13: Mt 4,1.2; Lc 4,1.2 12 VI/II Et statim Spiritus expellit eum in
desertum
Ex 24,18! 13 et erat in deserto quadraginta diebus
et quadraginta noctibus
et temptabatur a Satana
VII/VI Eratque cum bestiis
Mt 4,11 et angeli ministrabant illi
Mt 4,12 14 VIII/IIII Postquam autem traditus est
Iohannes
Mt 4,23! venit Iesus in Galilaeam
VIIII/VI Praedicans evangelium regni
Dei 15 et dicens
Gal 4,4 quoniam impletum est tempus et
Mt 3,2! adpropinquavit regnum Dei
paenitemini et credite evangelio
16—20: Mt 4,18–22 16 et praeteriens secus mare Galilaeae
Mt 10,2; Lc 6,14 vidit Simonem et Andream fratrem
eius mittentes retia in mare
erant enim piscatores
17 X/II Et dixit eis Iesus
venite post me
et faciam vos fieri piscatores homi- Lc 5,10
num
18 et protinus relictis retibus secuti sunt Mt 19,27!
eum
19 XI/VI Et progressus inde pusillum
vidit Iacobum Zebedaei et Iohannem 10,35; Lc 5,10
fratrem eius
et ipsos in navi conponentes retia
20 et statim vocavit illos
et relicto patre suo Zebedaeo in navi
cum mercennariis
secuti sunt eum
21 XII/VIII Et ingrediuntur Capharnaum 21—28: Lc 4,31–37
et statim sabbatis ingressus synago- 6,2; Lc 4,16! 6,6; 13,10
gam docebat eos
22 XIII/II Et stupebant super doctrina eius 6,2! 11,18; Act 13,12; Mt 7,28.29
erat enim docens eos quasi potesta-
tem habens
et non sicut scribae
23 XIIII/VIII Et erat in synagoga eorum ho-
mo in spiritu inmundo 23.24: Mt 8,29!
et exclamavit 24 dicens 23—25: 5,7.8; Lc 8,28 29
quid nobis et tibi Iesu Nazarene
venisti perdere nos I Io 3,8
scio qui sis Sanctus Dei
25 et comminatus est ei Iesus dicens 9,24; Mt 17,17!
obmutesce et exi de homine
26 et discerpens eum spiritus inmundus
et exclamans voce magna exivit ab
eo
27 et mirati sunt omnes Mt 8,27
ita ut conquirerent inter se dicentes
quidnam est hoc
quae doctrina haec nova
quia in potestate et spiritibus in-
mundis imperat et oboediunt ei
28 et processit rumor eius statim in
omnem regionem Galilaeae
29 XV/II Et protinus egredientes de syn- 29—31: Mt 8,14.15; Lc 4,38.39

5 iudaea Z; iudae G | iordanis ¢ | 6 *num.* 4/1 *ad* et erat *pon. codd. ex errore archetypi* | 9 ~ a ioanne in iordane ¢ | 10 ~ caelos apertos ¢. | spiritum + sanctum Z | 12 expulit NPGCΦ¢ | 19 ~ componentes retia in naui ¢. | 20 [*deest* N *usque ad* 4,31] | 21 in synagogam SPGDCΦ¢ | 22 super doctrinam MZGD | 24 quia sis D; quis es A | 27 quae] quaenam ¢. | et[2]] etiam ¢; *om.* G. | 29 egrediens SC |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ ¢o

agoga
venerunt in domum Simonis et Andreae
cum Iacobo et Iohanne
30 decumbebat autem socrus Simonis febricitans
et statim dicunt ei de illa
9,26! Act 3,7; 9,41 31 et accedens elevavit eam adprehensa manu eius
et continuo dimisit eam febris
et ministrabat eis
32—34: Mt 4,24! 8,16; Lc 4,40.41! 32 vespere autem facto cum occidisset sol
adferebant ad eum omnes male habentes et daemonia habentes
33 et erat omnis civitas congregata ad ianuam
34 et curavit multos qui vexabantur variis languoribus
et daemonia multa eiciebat
XVI VIII Et non sinebat loqui ea
quoniam sciebant eum
Mt 14,13! Lc 5,16 35—39: Lc 4,42–44 35 XVII VIII Et diluculo valde surgens egressus abiit in desertum locum ibique orabat
36 et persecutus est eum Simon et qui cum illo erant
Lc 8,40 37 et cum invenissent eum dixerunt ei
quia omnes quaerunt te
38 et ait illis
eamus in proximos vicos et civitates
ut et ibi praedicem
ad hoc enim veni
Mt 4,23! 39 et erat praedicans in synagogis eorum et omni Galilaea
et daemonia eiciens
40 XVIII II Et venit ad eum leprosus deprecans eum
10,17; Mt 17,14 40—44: Mt 8,2–4; Lc 5,12–14 et genu flexo dixit
si vis potes me mundare
41 Iesus autem misertus eius extendit
manum suam
et tangens eum ait illi
volo mundare
42 et cum dixisset statim discessit ab eo lepra et mundatus est
43 et comminatus ei statim eiecit illum Mt 17,17!
44 et dicit ei 44.45: 7,36; Mt 9,30.31!
vide nemini dixeris
sed vade ostende te principi sacerdotum Lv 14,2–4; Lc 17,14
et offer pro emundatione tua quae praecepit Moses in testimonium illis
45 XVIIII X At ille egressus coepit praedicare et diffamare sermonem
ita ut iam non posset manifeste in civitatem introire
sed foris in desertis locis esse Mt 14,13!
et conveniebant ad eum undique
2 XX I Et iterum intravit Capharnaum post dies 1—12: Mt 9,1–8
2 et auditum est quod in domo esset 3,20
et convenerunt multi ita ut non caperet neque ad ianuam
et loquebatur eis verbum
3 et venerunt ferentes ad eum paralyticum qui a quattuor portabatur 3—12: Lc 5,18–26
4 et cum non possent offerre eum illi prae turba
nudaverunt tectum ubi erat
et patefacientes submiserunt grabattum in quo paralyticus iacebat
5 cum vidisset autem Iesus fidem illorum ait paralytico
fili dimittuntur tibi peccata 9: 11,25; Lc 7,48
6 erant autem illic quidam de scribis sedentes et cogitantes in cordibus suis
7 quid hic sic loquitur blasphemat
quis potest dimittere peccata nisi solus Deus Is 43,25!

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cο

31 leuauit SD; leuabit P. | ministrabit ο. *lapsu* | 32 et daemonia habentes *om.* Z | 34 ~ ea loqui G c | quoniam] quia ZΦ | 35 egressus] *praem.* et D; + et SC | 36 *num.* 17/8 *ad* et persecutus *pon.* ZΦ | secutus A; prosecutus Φ c. | 38 et[3] *om.* SP. | 39 et[2] + in G c | 40 dixit + ei c | 43 comminatus + est PGDCΦ c | statim] *praem.* et Φ.; statimque c; + et GDC | eicit APD | 45 possit SPD | in ciuitate ZF | ~ introire in ciuitatem c | esse] esset c || 2,3 ~ ad eum ferentes c | 5 ~ autem uidisset c. | peccata + tua PG c |

[8] quo statim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se
dicit illis
quid ista cogitatis in cordibus vestris
[9] quid est facilius
dicere paralytico dimittuntur tibi peccata
an dicere surge et tolle grabattum tuum et ambula
10.11: Mt 9,6! [10] ut autem sciatis quia potestatem habet Filius hominis in terra dimittendi peccata
ait paralytico
[11] tibi dico surge tolle grabattum tuum et vade in domum tuam
[12] et statim ille surrexit et sublato grabatto abiit coram omnibus
Mt 9,33; 15,31! ita ut admirarentur omnes et honorificarent Deum dicentes
quia numquam sic vidimus
4,1; 10,1 [13] XXI II Et egressus est rursus ad mare
13—17: Mt 9,9–13; Lc 5,27–32 omnisque turba veniebat ad eum et docebat eos
[14] et cum praeteriret vidit Levin Alphei sedentem ad teloneum
Mt 8,22; Lc 9,59; Io 1,43 et ait illi sequere me
et surgens secutus est eum
[15] XXII II Et factum est cum accumberet in domo illius
multi publicani et peccatores simul discumbebant cum Iesu et discipulis eius
erant enim multi qui et sequebantur eum
[16] et scribae et Pharisaei videntes quia manducaret cum peccatoribus et publicanis
dicebant discipulis eius
Lc 15,2; 19,7 quare cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit magister vester
[17] XXIII II Hoc audito Iesus ait illis
non necesse habent sani medicum sed qui male habent
non enim veni vocare iustos sed peccatores
[18] et erant discipuli Iohannis et Pharisaei ieiunantes 18—22: Mt 9,14–17; Lc 5,33–38
et veniunt et dicunt illi
cur discipuli Iohannis et Pharisaeorum ieiunant
tui autem discipuli non ieiunant
[19] et ait illis Iesus
numquid possunt filii nuptiarum quamdiu sponsus cum illis est ieiunare
quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare
[20] venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt in illa die
[21] nemo adsumentum panni rudis adsuit vestimento veteri
alioquin aufert supplementum novum a veteri
et maior scissura fit
[22] et nemo mittit vinum novellum in utres veteres
alioquin disrumpet vinum utres
et vinum effunditur et utres peribunt
sed vinum novum in utres novos mitti debet
[23] XXIIII II Et factum est iterum cum sabbatis ambularet per sata 23—28: Mt 12,1–8; Lc 6,1–5
et discipuli eius coeperunt praegredi et vellere spicas
[24] Pharisaei autem dicebant ei
ecce quid faciunt sabbatis quod non licet
[25] et ait illis
numquam legistis quid fecerit David quando necessitatem habuit
et esuriit ipse et qui cum eo erant

8 in spiritu ZG | inter se A | 9 an] aut SGDC | et[1] *om.* c | 10 ~ filius hominis habet potestatem c | 11 surge + et MD | 12 ~ surrexit ille c. | et[2] *om.* A | mirarentur M c | 14 leui c | 16 ~ publicanis et peccatoribus P c | 17 medico D c | 18 cur] quare AMG co | 20 in illis diebus ZFPGDCΦ c | 21 auferet AM o | 22 nouellum] nouum FPG c | effundetur SPGDΦ c | 23 cum + dominus c. | coepissent Z | progredi c | 24 faciunt + discipuli tui ZPGΦ | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

26 quomodo introiit in domum Dei sub
Abiathar principe sacerdotum
et panes propositionis manducavit
quos non licet manducare nisi sacerdotibus
et dedit eis qui cum eo erant
II Mcc 5,19 27 XXV/II Et dicebat eis
sabbatum propter hominem factum est
et non homo propter sabbatum
28 itaque dominus est Filius hominis
etiam sabbati
1–6: Mt 12,9–14; Lc 6,6–11 3 et introivit iterum synagogam
et erat ibi homo habens manum aridam
Lc 14,1 2 et observabant eum si sabbatis curaret ut accusarent illum
3 et ait homini habenti manum aridam
surge in medium
Lc 14,3 4 et dicit eis
licet sabbatis bene facere an male
animam salvam facere an perdere
at illi tacebant
5 et circumspiciens eos cum ira
contristatus super caecitatem cordis eorum
dicit homini
extende manum tuam
et extendit et restituta est manus illi
Mt 22,15! 27,1! 6 XXVI/IIII Exeuntes autem statim Pharisaei cum Herodianis
consilium faciebant adversus eum
quomodo eum perderent
7.8: Mt 4,25; Lc 6,17.18 7 et Iesus cum discipulis suis secessit
ad mare
XXVII/I Et multa turba a Galilaea et
Iudaea secuta est eum
8 et ab Hierosolymis et ab Idumea et
trans Iordanen
et qui circa Tyrum et Sidonem multitudo magna
audientes quae faciebat venerunt ad eum
9 et dixit discipulis suis
ut navicula sibi deserviret propter
turbam ne conprimerent eum
10 multos enim sanabat
ita ut inruerent in eum ut illum tangerent
quotquot habebant plagas
11 et spiritus inmundi
cum illum videbant procidebant ei
XXVIII/VIII Et clamabant dicentes 11.12: Lc 4,41
12 tu es Filius Dei
et vehementer comminabatur eis ne Mt 12,16!
manifestarent illum
13 XXVIIII/II Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit ipse
et venerunt ad eum
14 et fecit ut essent duodecim cum illo 14.15: 6,7; Lc 9,1.2
et ut mitteret eos praedicare 14–19: Mt 10,1–4; Lc 6,13–16
15 et dedit illis potestatem curandi infirmitates et eiciendi daemonia
16 XXX/II Et inposuit Simoni nomen Petrus Mt 4,18! 16–18: Act 1,13
17 et Iacobum Zebedaei et Iohannem
fratrem Iacobi
et inposuit eis nomina Boanerges
quod est Filii tonitrui
18 et Andream et Philippum
et Bartholomeum et Mattheum et
Thomam
et Iacobum Alphei et Thaddeum
et Simonem Cananeum
19 et Iudam Scarioth qui et tradidit illum Mt 26,25!
20 XXXI/X Et veniunt ad domum 2,2; 6,31
et convenit iterum turba ita ut non
possent neque panem manducare
21 et cum audissent sui exierunt tenere eum
dicebant enim quoniam in furorem

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

26 in *om.* AMo | principem ZG; princeps D. | licet SAo𝔊] licebat *cet.* | 28 est *om.* S || 3,1 in synagogam ZGCΦco; in synagoga P. | 2 illum] eum SZPG | 3 in medio ZP | 4 eis + si ZPGΦ | 5 circuminspiciens Z | super caecitate A co. | illi] illius ZΦ | 6 statim *om.* GD; ~ pharisaei statim c. | 7 et iesus] iesus autem Gc. | 8 et¹ *om.* SA | 9 ut AMPΦco] uti D; ut in SZGC | deseruirent SG | 10 quotquot + autem A | plagas] flagella S(*marg.*)M. | 11 inmundos Z(*vid.*) | procedebant ZP | 12 eis] illis S. | 14 illo] eo S. | praedicare + euangelium AG | 19 iscariotem c. | et² *om.* ZDC | 21 in furore sZPΦ |

versus est
30! 7,1: Mt 9,34; 12,24; 15,1; Lc 11,15 22 XXXII/II Et scribae qui ab Hierosolymis
descenderant dicebant quoniam
Beelzebub habet
et quia in principe daemonum eicit
daemonia
Mt 13,33! 23 XXXIII/II Et convocatis eis in parabolis
dicebat illis
quomodo potest Satanas Satanan
eicere
24—26: Mt 12,25.26; Lc 11,17.18 24 et si regnum in se dividatur non pot-
est stare regnum illud
25 et si domus super semet ipsam dis-
pertiatur
non poterit domus illa stare
26 et si Satanas consurrexit in semet
ipsum dispertitus est
et non potest stare sed finem habet
Mt 12,29! 27 nemo potest vasa fortis ingressus in
domum diripere
nisi prius fortem alliget
et tunc domum eius diripiet
28.29: Mt 12,31! 28 XXXIIII/II Amen dico vobis
quoniam omnia dimittentur filiis
hominum peccata et blasphemiae
quibus blasphemaverint
Lc 12,10 29 qui autem blasphemaverit in Spiri-
tum Sanctum
non habet remissionem in aeternum
sed reus erit aeterni delicti
22! Mt 11,18! Io 7,20; 8,48.52; 10,20 30 quoniam dicebant spiritum inmun-
dum habet
31—35: Mt 12,46–50; Lc 8,19–21 31 XXXV/II Et veniunt mater eius et frat-
res
et foris stantes miserunt ad eum vo-
cantes eum
32 et sedebat circa eum turba et dicunt
ei
ecce mater tua et fratres tui foris
quaerunt te
33 et respondens eis ait
quae est mater mea et fratres mei
34 et circumspiciens eos qui in circuitu
eius sedebant ait
ecce mater mea et fratres mei
35 qui enim fecerit voluntatem Dei
hic frater meus et soror mea et ma-
ter est
4 XXXVI/II Et iterum coepit docere ad 2,13!
mare 1—9: Mt 13,1–9; Lc 8,4–8
et congregata est ad eum turba mul-
ta
ita ut in navem ascendens sederet in
mari
et omnis turba circa mare super ter-
ram erat
2 et docebat eos in parabolis multa Mt 13,3!
et dicebat illis in doctrina sua 3 au-
dite
ecce exiit seminans ad seminandum
4 et dum seminat
aliud cecidit circa viam 15
et venerunt volucres et comederunt
illud
5 aliud vero cecidit super petrosa ubi 16
non habuit terram multam
et statim exortum est quoniam non
habebat altitudinem terrae
6 et quando exortus est sol exaestua- Iac 1,11!
vit
et eo quod non haberet radicem 17
exaruit
7 et aliud cecidit in spinas 18
et ascenderunt spinae et offocave-
runt illud
et fructum non dedit
8 et aliud cecidit in terram bonam 20
et dabat fructum ascendentem et
crescentem
et adferebat unum triginta
et unum sexaginta
et unum centum
9 et dicebat
qui habet aures audiendi audiat 23; 7,16; Mt 11,15! Lc 8,8; 14,35

22 *num.* 32/2 *ad* quoniam *pon.* ZPΦ | daemonum AMG𝔬] daemoniorum *cet.* | 24 illud] illius A | ~ regnum illud stare 𝔠. | 25 potest A𝔠 | 26 consurrexerit sMPCΦ𝔠 | poterit AMG𝔠 | 27 in *om.* A | 28 blasphemauerunt ZPCΦ | 29 habebit 𝔠 || 4,1 in¹ *om.* 𝔠 | 2 eos] illos AMPΦ𝔬 | 4 uolucres + caeli 𝔠. | 5 quoniam] quia M | 6 aestuauit ZC | et² *om.* AP | habebat P𝔠.; habuit G | 7 in spinis AM | offocauerunt SM.] suffocauerunt *cet.* | 8 et⁵ *om.* 𝔠. |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ 𝔠𝔬

10.11: Mt 13,10.11 10—12: Lc 8,9.10 10 et cum esset singularis
interrogaverunt eum hii qui cum eo
erant cum duodecim parabolas
11 et dicebat eis
vobis datum est mysterium regni
Dei
XXXVII/I Illis autem qui foris sunt in
parabolis omnia fiunt
8,18; Is 6,10! Mt 13,15! Io 12,40 12 ut videntes videant et non videant
et audientes audiant et non intelle-
gant
nequando convertantur et dimittan-
tur eis peccata
13—20: Mt 13,18–23; Lc 8,11–15 13 et ait illis
nescitis parabolam hanc
et quomodo omnes parabolas co-
gnoscetis
14 XXXVIII/II Qui seminat verbum seminat
4 15 hii autem sunt qui circa viam ubi se-
minatur verbum
et cum audierint confestim venit Sa-
tanas et aufert verbum quod semi-
natum est in corda eorum
5 16 et hii sunt similiter qui super pet-
rosa seminantur
qui cum audierint verbum statim
cum gaudio accipiunt illud
6 17 et non habent radicem in se sed tem-
porales sunt
deinde orta tribulatione et persecu-
tione propter verbum confestim
scandalizantur
7 18 et alii sunt qui in spinis seminantur
hii sunt qui verbum audiunt
Lc 21,34! 19 et aerumnae saeculi et deceptio di-
vitiarum
et circa reliqua concupiscentiae in-
troeuntes suffocant verbum
et sine fructu efficitur
8 20 et hii sunt qui super terram bonam
seminati sunt
qui audiunt verbum et suscipiunt et
fructificant
unum triginta
et unum sexaginta
et unum centum
21 XXXVIIII/II Et dicebat illis Mt 5,15; Lc 11,33
numquid venit lucerna ut sub modio 21—25: Lc 8,16–18
ponatur aut sub lecto
nonne ut super candelabrum pona-
tur
22 XL/II Non enim est aliquid abscondi- Mt 10,26; Lc 12,2; I Cor 4,5
tum quod non manifestetur
nec factum est occultum sed ut in
palam veniat
23 si quis habet aures audiendi audiat 9!
24 XLI/II Et dicebat illis
videte quid audiatis
in qua mensura mensi fueritis reme- Mt 7,2; Lc 6,38
tietur vobis et adicietur vobis
25 XLII/II Qui enim habet dabitur illi Mt 13,12! Lc 19,26
et qui non habet etiam quod habet
auferetur ab illo
26 XLIII/X Et dicebat
sic est regnum Dei Mt 13,24!
quemadmodum si homo iaciat se-
mentem in terram 27 et dormiat et
exsurgat nocte ac die
et semen germinet et increscat dum
nescit ille
28 ultro enim terra fructificat
primum herbam
deinde spicam
deinde plenum frumentum in spica
29 et cum se produxerit fructus statim
mittit falcem quoniam adest messis Ioel 3,13; Apc 14,15
30 XLIIII/II Et dicebat Is 40,18! 30—32: Mt 13,31.32! Lc 13,18.19
cui adsimilabimus regnum Dei
aut cui parabolae conparabimus il-
lud
31 sicut granum sinapis
quod cum seminatum fuerit in terra

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ 10 singularis + et Z | cum[3] *om.* ZPCΦc | parabolam c; de parabola P. | 11 est S., *cf.* 𝔊] + scire AMZPΦɒ; + nosse DCc; + cognuscere G. | 15 auferet ZPDΦ; auferat G. | in corde SPGCΦ; in cordibus c | 16 supra PGDC; circa S. | 19 erumna M | 20 supra ZPGDCΦ | et[4] *om.* c | 22 ~ est enim c | in *om.* M | 25 illo] eo PGc | 26 iactet GD; ••ctat Z. | ~ iaciat homo PCΦ; ~ ••ctat homo Z | in terra S | 27 ac] et Gc. | 28 in spica] in spicam MZGΦ | 29 se *om.* Gc. | 31 [*adest* N *usque ad* 5,31] | in terram[1] NP |

minus est omnibus seminibus quae
sunt in terra
32 et cum seminatum fuerit ascendit et
fit maius omnibus holeribus
et facit ramos magnos
ita ut possint sub umbra eius aves
caeli habitare
33.34: Mt 13,34! 33 XLV VI Et talibus multis parabolis lo-
quebatur eis verbum
prout poterant audire
34 sine parabola autem non loquebatur
eis
XLVI X Seorsum autem discipulis suis
disserebat omnia
35—40: Mt 8,23–27; Lc 8,22–25 35 XLVII II Et ait illis illa die cum sero esset
factum
Mt 8,18 transeamus contra
36 et dimittentes turbam adsumunt
eum ita ut erat in navi
et aliae naves erant cum illo
37 et facta est procella magna venti et
fluctus mittebat in navem
ita ut impleretur navis
38 et erat ipse in puppi supra cervical
dormiens
et excitant eum et dicunt ei
Lc 10,40 magister non ad te pertinet quia per-
imus
39 et exsurgens comminatus est vento
et dixit mari tace obmutesce
et cessavit ventus et facta est tran-
quillitas magna
40 et ait illis
quid timidi estis
necdum habetis fidem
5,42; Mt 27,54! Lc 1,12; 2,9; 8,37 et timuerunt magno timore
et dicebant ad alterutrum
quis putas est iste quia et ventus et
mare oboediunt ei
1—17: Mt 8,28–34 1—20: Lc 8,26–39 5 et venerunt trans fretum maris in
regionem Gerasenorum
2 et exeunti ei de navi statim occurrit
ei de monumentis homo in spiritu
inmundo
3 qui domicilium habebat in monu-
mentis
et neque catenis iam quisquam eum
poterat ligare
4 quoniam saepe conpedibus et cate-
nis vinctus disrupisset catenas et
conpedes comminuisset
et nemo poterat eum domare
5 et semper nocte ac die in monumen-
tis et in montibus erat
clamans et concidens se lapidibus
6 videns autem Iesum a longe cucurrit
et adoravit eum
7 et clamans voce magna dicit
quid mihi et tibi Iesu Fili Dei sum- Ios 22,24; Io 2,4!
mi
adiuro te per Deum ne me tor- 7.8: 1,23–25; Lc 4,33–35
queas
8 dicebat enim illi
exi spiritus inmunde ab homine
9 et interrogabat eum
quod tibi nomen est
et dicit ei
Legio nomen mihi est quia multi
sumus
10 et deprecabatur eum multum ne se
expelleret extra regionem
11 erat autem ibi circa montem grex
porcorum magnus pascens
12 et deprecabantur eum spiritus dicen-
tes
mitte nos in porcos ut in eos introea-
mus
13 et concessit eis statim Iesus
et exeuntes spiritus inmundi introie-
runt in porcos
et magno impetu grex praecipitatus
est in mare ad duo milia
et suffocati sunt in mare
14 qui autem pascebant eos fugerunt

35 in illa die c; in die illa ZPΦ | 36 erat] erant NAMP | ~ in naui era(n)t ZPΦ | 37 mittebant NP | in naui ZP. | 38 super NFc | ei] illi c | 39 tace + et AFP | 40 ~ timore magno c || 5,1 in regione ZP | 2 ei[2] *om.* Φc | 3 ~ poterat eum Mc. | 5 ~ die ac nocte c | montibus] conpedibus ZP. | erat + et AM | 6 occurrit ZF | 7 dixit SNPDc; + ei ZΦ | summi] altissimi Fc | 9 ~ mihi nomen SDc | 10 deprecabantur SG. | 13 ei statim Dc. | est *om.* ZP. | in mari[1] ZP. | in mari[2] ZPCΦc |

S(s)NAMZ
(F)P(G)DCΦ
co

et nuntiaverunt in civitatem et in
agros
et egressi sunt videre quid esset facti
15 et veniunt ad Iesum
et vident illum qui a daemonio vexa-
batur sedentem vestitum et sanae
mentis
et timuerunt
16 et narraverunt illis qui viderant qua-
liter factum esset ei qui daemonium
habuerat et de porcis
Act 16,39 17 et rogare eum coeperunt ut disce-
deret de finibus eorum
18 XLVIII VIII Cumque ascenderet navem
coepit illum deprecari qui daemonio
vexatus fuerat ut esset cum illo
19 et non admisit eum
sed ait illi
Lc 8,39; Ps 65,16 vade in domum tuam ad tuos
et adnuntia illis quanta tibi Domi-
nus fecerit et misertus sit tui
20 et abiit et coepit praedicare in De-
capoli quanta sibi fecisset Iesus
et omnes mirabantur
21 XLVIIII II Et cum transcendisset Iesus
in navi
rursus trans fretum convenit turba
multa ad illum
et erat circa mare
22—43: Mt 9,18–26; Lc 8,41–56 22 et venit quidam de archisynagogis
nomine Iairus
et videns eum procidit ad pedes eius
7,32 23 et deprecabatur eum multum dicens
quoniam filia mea in extremis est
8,25! 16,18 veni inpone manus super eam ut sal-
va sit et vivat
24 et abiit cum illo
et sequebatur eum turba multa et
conprimebant illum
Lv 15,25 25 et mulier quae erat in profluvio san-
guinis annis duodecim
26 et fuerat multa perpessa a conpluri-
bus medicis
et erogaverat omnia sua
nec quicquam profecerat sed magis
deterius habebat
27 cum audisset de Iesu venit in turba
retro et tetigit vestimentum eius
28 dicebat enim quia si vel vestimen- 28.29: 6,56!
tum eius tetigero salva ero
29 et confestim siccatus est fons sangui-
nis eius
et sensit corpore quod sanata esset a
plaga
30 et statim Iesus cognoscens in semet Lc 5,17; 6,19; 8,46
ipso virtutem quae exierat de eo
conversus ad turbam aiebat
quis tetigit vestimenta mea
31 et dicebant ei discipuli sui
vides turbam conprimentem te et di-
cis quis me tetigit
32 et circumspiciebat videre eam quae
hoc fecerat
33 mulier autem timens et tremens sci-
ens quod factum esset in se
venit et procidit ante eum et dixit ei
omnem veritatem
34 ille autem dixit ei 10,52; Lc 7,50; 8,48!
filia fides tua te salvam fecit vade in Mt 9,22
pace et esto sana a plaga tua
35 adhuc eo loquente veniunt ab archi-
synagogo dicentes
quia filia tua mortua est quid ultra Lc 7,6
vexas magistrum
36 Iesus autem verbo quod dicebatur
audito ait archisynagogo
noli timere tantummodo crede
37 et non admisit quemquam sequi se
nisi Petrum et Iacobum et Iohan- 9,1! Lc 8,51
nem fratrem Iacobi
38 et veniunt in domum archisynagogi
et videt tumultum et flentes et heiu-
lantes multum
39 et ingressus ait eis

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ 14 in ciuitate SFDC | factum c | 17 ~ coeperunt eum c. | de SMDCc] a *cet.* | 18 deprecare MG. | qui + a SCΦc | 19 et¹] iesus autem ZPΦ | sit] est SFPGC | 21 illum] eum c | 23 manum c; manum tuam G. | 24 illum] eum c. | 27 in turbam ZP | 29 corpori ZPGCΦ | quod] quia c. | 30 ~ in semetipso cognoscens c. | eo] illo c. | 31 [*deest* N *usque ad* 8,12] | sui AMPcɒ] illius SZDCΦ; eius G | 32 circuminspiciebat Z | 33 autem] uero c. | 36 ~ audito uerbo quod dicebatur c. | 37 ~ se sequi c. | 39 eis] illis c |

Act 20,10 quid turbamini et ploratis
puella non est mortua sed dormit
40 et inridebant eum
ipse vero eiectis omnibus adsumit
patrem et matrem puellae et qui secum erant
et ingreditur ubi erat puella iacens
41.42: Lc 7,14.15; Act 9,40.41 41 et tenens manum puellae ait illi
talitha cumi quod est interpretatum
puella tibi dico surge
42 et confestim surrexit puella et ambulabat
erat autem annorum duodecim
4,40! et obstipuerunt stupore maximo
7,36; 8,30; 9,8; Mt 8,4! Lc 8,56; 9,21 43 et praecepit illis vehementer ut nemo id sciret
et dixit dari illi manducare
1.2: Lc 4,16! 1–6: Mt 13,53–58 6 L/I Et egressus inde abiit in patriam suam
et sequebantur illum discipuli sui
1,21; Lc 6,6; 13,10 2 et facto sabbato coepit in synagoga docere
1,22! 11,18; Io 7,15 2.3: Lc 4,22! et multi audientes admirabantur in doctrina eius dicentes
unde huic haec omnia et quae est sapientia quae data est illi
et virtutes tales quae per manus eius efficiuntur
3 nonne iste est faber filius Mariae
frater Iacobi et Ioseph et Iudae et Simonis
nonne et sorores eius hic nobiscum sunt
et scandalizabantur in illo
4 LI/I Et dicebat eis Iesus
Lc 4,24; Io 4,44 quia non est propheta sine honore
nisi in patria sua et in cognatione sua et in domo sua
5 et non poterat ibi virtutem ullam facere
Lc 4,40; Act 28,8 nisi paucos infirmos inpositis manibus curavit
6 et mirabatur propter incredulitatem eorum
7 LII/II Et circumibat castella in circuitu docens Mt 9,35!
LIII/II Et convocavit duodecim et coepit eos mittere binos 3,14.15; Mt 10,1 7–13: Lc 9,1–6
et dabat illis potestatem spirituum inmundorum
8 et praecepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum
non peram non panem neque in zona aes 8.9: Mt 10,9.10; Lc 10,4
9 sed calciatos sandaliis
et ne induerentur duabus tunicis
10 LIIII/II Et dicebat eis
quocumque introieritis in domum Mt 10,11
illic manete donec exeatis inde
11 LV/II Et quicumque non receperint vos Mt 10,14; Lc 10,10.11
nec audierint vos
exeuntes inde excutite pulverem de Act 13,50.51
pedibus vestris in testimonium illis
12 LVI/VIII Et exeuntes praedicabant ut paenitentiam agerent Act 17,30
13 et daemonia multa eiciebant
et unguebant oleo multos aegrotos et sanabant Iac 5,14.15
14 LVII/II Et audivit Herodes rex Mt 14,1.2
manifestum enim factum est nomen eius
et dicebat 14.15: 8,28; Mt 16,14; Lc 9,19 14–16: Lc 9,7–9
quia Iohannes Baptista resurrexit a mortuis
et propterea inoperantur virtutes in illo
15 alii autem dicebant quia Helias est
alii vero dicebant propheta est quasi unus ex prophetis
16 LVIII/X Quo audito Herodes ait
quem ego decollavi Iohannem hic a mortuis resurrexit

40 adsumpsit ZG | ingrediuntur ZPΦ | ~ puella erat c. | 42 maximo] magno Gc ‖ 6,1 illum] eum Pc | sui] illius SZPC; eius GD | 3 iste] hic c | 4 eis] illis Dc | et in cognatione sua *om.* M.; ~ et in domo sua et in cognatione sua c | 5 ~ ullam uirtutem G.; uirtutem multam M; uirtutes multas ZΦ | 6 eorum] illorum AGCo | 7 uocauit c. | 10 [*deest* M *usque ad* 8,12] | 11 receperit ... audierit ZP | 13 aegros sZPDCΦc | 14 ~ rex herodes c | dicebant s | resurrexisset Z; surrexit D | inoperantur ZDo] inopinantur A; operantur sPGCΦc | ~ uirtutes operantur sGc | 15 dicebant[2] + quia sPc |

S(s)A(M)Z (F)P(G)DCΦ co

Lc 3,19.20 17—29: Mt 14,3–12 17 LVIIII/II Ipse enim Herodes misit ac te-
nuit Iohannem et vinxit eum in car-
cere
propter Herodiadem uxorem Philippi
fratris sui quia duxerat eam
18 LX/VI Dicebat enim Iohannes Herodi
Lv 20,21! non licet tibi habere uxorem fratris
tui
19 Herodias autem insidiabatur illi et
volebat occidere eum nec poterat
20 Herodes enim metuebat Iohannem
sciens eum virum iustum et sanctum
et custodiebat eum
12,37; Lc 19,48 et audito eo multa faciebat et liben-
ter eum audiebat
21 et cum dies oportunus accidisset
Gn 40,20! Herodes natalis sui cenam fecit prin-
cipibus et tribunis et primis Gali-
laeae
22 cumque introisset filia ipsius Hero-
diadis et saltasset
et placuisset Herodi simulque recum-
bentibus
rex ait puellae
pete a me quod vis et dabo tibi
Est 5,6! 23 et iuravit illi quia quicquid petieris
dabo tibi
licet dimidium regni mei
24 quae cum exisset dixit matri suae
quid petam
et illa dixit
caput Iohannis Baptistae
25 cumque introisset statim cum festi-
natione ad regem petivit dicens
volo ut protinus des mihi in disco
caput Iohannis Baptistae
26 et contristatus rex propter iusiuran-
dum et propter simul recumbentes
noluit eam contristare
27 sed misso speculatore praecepit ad-
ferri caput eius in disco
et decollavit eum in carcere
28 et adtulit caput eius in disco
et dedit illud puellae
et puella dedit matri suae
29 quo audito discipuli eius venerunt
et tulerunt corpus eius et posuerunt
illud in monumento
30 LXI/VIII Et convenientes apostoli ad Ie- 30—44: Mt 14,13–21; Lc 9,10–17; Io 6,1–13
sum renuntiaverunt illi omnia quae
egerant et docuerant
31 LXII/X Et ait illis
venite seorsum in desertum locum
et requiescite pusillum
erant enim qui veniebant et redie- 3,20
bant multi
et nec manducandi spatium habe-
bant
32 LXIII/VI Et ascendentes in navi abierunt
in desertum locum seorsum
33 et viderunt eos abeuntes et cogno- 33—44: Mt 15,34–38
verunt multi
et pedestre et de omnibus civitatibus
concurrerunt illuc et praevenerunt
eos
34 et exiens vidit multam turbam Iesus Mt 9,36
et misertus est super eos
quia erant sicut oves non habentes III Rg 22,17!
pastorem
et coepit docere illos multa
35 LXIIII/I Et cum iam hora multa fieret
accesserunt discipuli eius dicentes
desertus est locus hic
et iam hora praeterivit
36 dimitte illos ut euntes in proximas
villas et vicos emant sibi cibos quos
manducent
37 et respondens ait illis
date illis manducare
et dixerunt ei
euntes emamus denariis ducentis
panes

S(s)AZ (F)P(G)DCΦ ꞓo 17 ac] et ZPΦ | in carcerem ZFGC | 21 *num.* 60/6 *ad* et cum *pon.* o | natali suo ZPo | 23 et—tibi *om.* ZP. | 24 et] at Pꞓo | 26 contristatus sADo𝔊] + est *cet.* | discumbentes ꞓ. | 27 spiculatore CΦꞓ | 30 illi] ei Pꞓ | 31 et nec] nec AF | ~ spatium manducandi ꞓ | 32 in nauem CΦꞓ | 33 pedestre et SD] pedestres Gꞓo; pedestres et *cet.* | 34 iesus *om.* FG.; ~ iesus turbam multam ZPΦ; ~ turbam multam iesus Dꞓ | ~ illos docere ꞓ. | 35 *num.* 64/1 *ad* et cum *pon.* o, *supra ad* et coepit *pon.* C, *infra ad* desertus SD, *ad* et iam AZPGΦ | 37 illis²] eis Ao; + uos ZPGΦꞓo | ~ ducentis denariis ꞓ |

et dabimus eis manducare
38—44: 8,5–9 38 et dicit eis
quot panes habetis ite et videte
et cum cognovissent dicunt
quinque et duos pisces
39 et praecepit illis ut accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride faenum
40 et discubuerunt in partes per centenos et per quinquagenos
14,22; Mt 14,19! Lc 9,16; 22,19; 24,30! 41 et acceptis quinque panibus et duobus piscibus
intuens in caelum benedixit et fregit panes
et dedit discipulis suis ut ponerent ante eos
et duos pisces divisit omnibus
42 et manducaverunt omnes et saturati sunt
8,19! 43 et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cofinos plenos et de piscibus
44 erant autem qui manducaverunt quinque milia virorum
45—50: Mt 14,22–27; Io 6,15–20 45 LXV/VI Et statim coegit discipulos suos ascendere navem
ut praecederent eum trans fretum ad Bethsaidam
dum ipse dimitteret populum
46 LXVI/II Et cum dimisisset eos abiit in
Lc 6,12; 9,28 montem orare
47 LXVII/IIII Et cum sero esset erat navis in medio mari
et ipse solus in terra
48 et videns eos laborantes in remigando
erat enim ventus contrarius eis
et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans super mare
et volebat praeterire eos
49.50: Lc 24,36.37 49 at illi ut viderunt eum ambulantem super mare
putaverunt fantasma esse
et exclamaverunt
50 omnes enim eum viderunt et conturbati sunt
et statim locutus est cum eis et dixit illis
confidite ego sum nolite timere
51 LXVIII/VI Et ascendit ad illos in navem Mt 14,32.33
et cessavit ventus
et plus magis intra se stupebant
52 non enim intellexerant de panibus Mt 16,9
erat enim cor illorum obcaecatum 8,17
53 et cum transfretassent pervenerunt 53—56: Mt 14,34–36
in terram Gennesareth et adplicuerunt
54 LXVIIII/II Cumque egressi essent de navi continuo cognoverunt eum
55 et percurrentes universam regionem 55.56: Act 5,15
illam
coeperunt in grabattis eos qui se Mt 4,24!
male habebant circumferre ubi audiebant eum esse
56 et quocumque introibat in vicos vel
in villas aut civitates in plateis po- 5,58.59; Mt 9,20.21; Lc 6,19; 8,44
nebant infirmos
et deprecabantur eum ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent
et quotquot tangebant eum salvi fiebant
7 LXX/X Et conveniunt ad eum Pharisaei
et quidam de scribis venientes ab 3,22! 1—23: Mt 15,1–20
Hierosolymis
2 et cum vidissent quosdam ex disci-
pulis eius communibus manibus id 5
est non lotis manducare panes
vituperaverunt
3 Pharisaei enim et omnes Iudaei nisi crebro lavent manus non manducant
tenentes traditionem seniorum
4 et a foro nisi baptizentur non comedunt
et alia multa sunt quae tradita sunt illis servare

37 eis] illis c. | 40 per² *om.* G c | 48 supra F c | 49 ut *om.* ZPD | supra c | 50 ~ uiderunt eum c. | illis] eis c | 52 intellexerunt PGDCΦ c | illorum] eorum G c | 53 *num.* 69/2 *ad* et cum *pon.* AFGC𝔬, *cf.* Mt 14,34—35 | uenerunt G c. | adplicauerunt SC | 56 aut + in AGD𝔬 || 7,3 enim] autem ZP | lauerint A c | traditiones ZPΦ | 4 sunt¹ *om.* ZFPΦ |

S(s)AZ
(F)P(G)DCΦ
c𝔬

8 baptismata calicum et urceorum et
aeramentorum et lectorum
Lc 11,38 5 LXXI/VI Et interrogant eum Pharisaei
et scribae
quare discipuli tui non ambulant
iuxta traditionem seniorum
2 sed communibus manibus mandu-
cant panem
6 at ille respondens dixit eis
bene prophetavit Esaias de vobis
hypocritis
sicut scriptum est
6.7: Is 29,13! populus hic labiis me honorat cor
autem eorum longe est a me
Col 2,22 7 in vanum autem me colunt
docentes doctrinas praecepta homi-
num
8 relinquentes enim mandatum Dei
tenetis traditionem hominum
4 baptismata urceorum et calicum et
alia similia his facitis multa
9 et dicebat illis
bene irritum facitis praeceptum Dei
ut traditionem vestram servetis
10 Moses enim dixit
10,19; Ex 20,12! Mt 15,4! honora patrem tuum et matrem tu-
am
Ex 21,17! et qui maledixerit patri aut matri
morte moriatur
11 vos autem dicitis
si dixerit homo patri aut matri cor-
ban quod est donum quodcumque
ex me tibi profuerit
Prv 28,24 12 et ultra non dimittitis eum quicquam
facere patri suo aut matri
13 rescindentes verbum Dei per tradi-
tionem vestram quam tradidistis
et similia huiusmodi multa facitis
14 et advocans iterum turbam dicebat
illis
audite me omnes et intellegite
18 15 nihil est extra hominem introiens in
eum quod possit eum coinquinare
sed quae de homine procedunt illa 23
sunt quae communicant hominem
16 si quis habet aures audiendi audiat 4,9!
17 LXXII/VI Et cum introisset in domum a 9,27; 10,10
turba
interrogabant eum discipuli eius pa-
rabolam
18 et ait illis
sic et vos inprudentes estis
non intellegitis quia omne extrinse- 15
cus introiens in hominem non pot-
est eum communicare
19 quia non introit in cor eius
sed in ventrem et in secessum exit
purgans omnes escas
20 dicebat autem
quoniam quae de homine exeunt illa
communicant hominem
21 ab intus enim de corde hominum
cogitationes malae procedunt
adulteria fornicationes homicidia
22 furta avaritiae nequitiae
dolus inpudicitia oculus malus
blasphemia superbia stultitia
23 omnia haec mala ab intus procedunt 15
et communicant hominem
24 et inde surgens abiit in fines Tyri et 24—30: Mt 15,21–28
Sidonis
et ingressus domum neminem voluit
scire et non potuit latere
25 mulier enim statim ut audivit de eo
cuius habebat filia spiritum inmun-
dum
intravit et procidit ad pedes eius
26 erat autem mulier gentilis Syrophoe-
nissa genere
LXXIII/VI Et rogabat eum ut daemoni-
um eiceret de filia eius
27 qui dixit illi
sine prius saturari filios
non est enim bonum sumere panem
filiorum et mittere canibus
28 at illa respondit et dicit ei

S(s)AZ (F)P(G)DCΦ cω

5 interrogabant ZPGDΦc | 7 et praecepta GDCΦc; mandata S | 8 mandata A | tenentes ZPD | 9 fecistis S. | 10 aut] uel c | 13 uestram + stultam Z | 15 communicant] coinquinant ZΦ | 19 introiit PG; intrat c; intrauit D | uentrem + uadit ZPΦc | 21 ~ malae cogitationes c. | 22 auaritia SF. | impudicitiae c | 25 ~ filia habebat Gc | 26 autem] enim Dc | 28 dixit c. | ei] illi c; *om.* G |

utique Domine
nam et catelli sub mensa comedunt de micis puerorum
29 et ait illi
propter hunc sermonem vade exiit daemonium de filia tua
30 et cum abisset domum suam
invenit puellam iacentem supra lectum et daemonium exisse
Mt 15.29 31 LXXIIII/X Et iterum exiens de finibus Tyri
venit per Sidonem ad mare Galilaeae inter medios fines Decapoleos
32.33: 8.22.23 32 et adducunt ei surdum et mutum
5.23 et deprecantur eum ut inponat illi manum
33 et adprehendens eum de turba seorsum
misit digitos suos in auriculas
et expuens tetigit linguam eius
34 et suspiciens in caelum ingemuit et ait illi
eppheta quod est adaperire
35 et statim apertae sunt aures eius
et solutum est vinculum linguae eius
et loquebatur recte
1.44.45; 5.43! Mt 9.30.31! 36 et praecepit illis ne cui dicerent
LXXV/VIII Quanto autem eis praecipiebat tanto magis plus praedicabant
Mt 15.31! 37 et eo amplius admirabantur dicentes
Gn 1.31! LXXVI/VI Bene omnia fecit et surdos facit audire et mutos loqui
1—10: Mt 15.32–39 **8** in illis diebus iterum cum turba multa esset nec haberent quod manducarent
convocatis discipulis ait illis
2 misereor super turba quia ecce iam triduo sustinent me
nec habent quod manducent
3 et si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via
quidam enim ex eis de longe venerunt
4 et responderunt ei discipuli sui
unde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine
5 et interrogavit eos 5—9: 6.38–44; Mt 14.17–21; Lc 9.13–17; Io 6.9–13
quot panes habetis
qui dixerunt septem
6 et praecepit turbae discumbere supra terram
et accipiens septem panes gratias agens fregit 6.41!
et dabat discipulis suis ut adponerent
et adposuerunt turbae
7 et habebant pisciculos paucos
et ipsos benedixit et iussit adponi
8 et manducaverunt et saturati sunt
et sustulerunt quod superaverat de fragmentis septem sportas 20
9 erant autem qui manducaverunt quasi quattuor milia
et dimisit eos
10 et statim ascendens navem cum discipulis suis venit in partes Dalmanutha
11 LXXVII/IIII Et exierunt Pharisaei et coeperunt conquirere cum eo Mt 12.38.39; 16.1! Lc 11.16
quaerentes ab illo signum de caelo temptantes eum
12 et ingemescens spiritu ait
LXXVIII/VI Quid generatio ista quaerit signum Lc 11.29! 12.13: Mt 16.4!
amen dico vobis
si dabitur generationi isti signum
13 et dimittens eos ascendens iterum abiit trans fretum
14 et obliti sunt sumere panes 14—21: Mt 16.5–12
et nisi unum panem non habebant secum in navi

28 ~ comedunt sub mensa c. | 29 de] a ZPGc. | 32 deprecantur SAFDσ𝔊] deprecabantur *cet.* | 33 auriculas + eius PGΦc | et expuens] expuensque ZPΦ | 34 et ait *om.* S | 37 facit FDC𝔊] fecit *cet.* || **8**,1 ~ diebus illis c. | 2 super turbam PGDCΦcσ | 4 istos] illos c. | ~ quis poterit hic c.; ~ quis hic poterit G | 6 super ZPc | 9 manducauerant c | 12 *num.* 78/6 *supra ad* et ingemescens *pon.* Gσ, *infra ad* amen ZΦ | ~ signum quaerit Gc.; signum quaerat P. | [*adest* N *usque ad* 10,38; *iterum adest* M] | 13 ascendit c | iterum *om.* S; + nauem MΦ; + nauim et c. | 14 sunt + discipuli eius M | ~ panes sumere c. |

S(sN)A(M)Z (F)P(G)DCΦ cσ

Lc 12,1 15 LXXVIIII/II Et praecipiebat eis dicens
videte cavete a fermento Pharisaeorum et fermento Herodis
16 LXXX/VI Et cogitabant ad alterutrum dicentes
quia panes non habemus
17 quo cognito Iesus ait illis
17.18: Mt 13,15! Io 12,40 quid cogitatis quia panes non habetis
nondum cognoscitis nec intellegitis
6,52 adhuc caecatum habetis cor vestrum
4,12; Lc 8,10 18 oculos habentes non videtis
et aures habentes non auditis
nec recordamini 19 quando quinque panes fregi in quinque milia
6,43; Mt 14,20; Lc 9,17; Io 6,13 et quot cofinos fragmentorum plenos sustulistis
dicunt ei duodecim
20 quando et septem panes in quattuor milia
8; Mt 15,37 quot sportas fragmentorum tulistis
et dicunt ei septem
21 et dicebat eis
quomodo nondum intellegitis
22 LXXXI/X Et veniunt Bethsaida
22.23: 7,32.33 et adducunt ei caecum
et rogabant eum ut illum tangeret
23 et adprehendens manum caeci eduxit eum extra vicum
et expuens in oculos eius inpositis manibus suis interrogavit eum si aliquid videret
24 et aspiciens ait
video homines velut arbores ambulantes
5,23! Act 9,12! 25 deinde iterum inposuit manus super oculos eius et coepit videre
et restitutus est ita ut videret clare omnia
26 et misit illum in domum suam dicens
vade in domum tuam
et si in vicum introieris nemini dixeris
27 LXXXII/I Et egressus est Iesus et discipuli eius in castella Caesareae Philippi 27–29: Mt 16,13–16 27–31: Lc 9,18–22
et in via interrogabat discipulos suos dicens eis
quem me dicunt esse homines
28 qui responderunt illi dicentes 6,14.15; Mt 14,2; Lc 9,8
Iohannem Baptistam
alii Heliam
alii vero quasi unum de prophetis
29 tunc dicit illis
vos vero quem me dicitis esse
respondens Petrus ait ei
tu es Christus
30 LXXXIII/II Et comminatus est eis ne cui dicerent de illo 5,43! 30–33: Mt 16,20–23
31 et coepit docere illos
quoniam oportet Filium hominis multa pati Lc 17,25
et reprobari a senioribus et a summis sacerdotibus et scribis
et occidi et post tres dies resurgere
32 et palam verbum loquebatur
LXXXIIII/VI Et adprehendens eum Petrus coepit increpare eum
33 qui conversus et videns discipulos suos comminatus est Petro dicens
vade retro me Satana
quoniam non sapis quae Dei sunt sed quae sunt hominum
34 LXXXV/II Et convocata turba cum discipulis suis dixit eis 34–39: Mt 16,24–28; Lc 9,23–27
si quis vult post me sequi deneget se ipsum
et tollat crucem suam et sequatur me Mt 10,38; Lc 14,27
35 qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam Mt 10,39; Lc 17,33; Io 12,25
qui autem perdiderit animam suam propter me et evangelium salvam

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

15 uidete + et NPGΦc | 17 ~ ait illis iesus c. | nec] neque NA | 19 et *om.* co | fragmentorum plenos *om.* M; plenos *om.* s | 20 et[1] *om.* ZΦ | sustulistis ZFPGΦ | et[2] *om.* sPC | 22 bethsaidam c; in bethsaida P | rogant s | 23 adprehendens manum AMPG Do] adprehensa manu sZCΦc | interrogabat NC. | si quid c | 25 ~ clare uideret G c | 26 in uico MG. | 27 in castello A | 29 ~ esse dicitis c | 30 *num.* 83/2 *ad* et comminatus *pon.* Mo, *supra ad* tunc *pon.* sZPΦ, *ad* respondens AGDC, *ad* et coepit N, *sed cf.* Mt | 31 illos] eos Gc. | ~ pati multa c. | a[2] *om.* N. | et post] post s | 33 sunt[2] *om.* sC.; ~ hominum sunt ZPΦ | 34 post *om.* ZPΦc | neget ZΦ | se] semet Pc |

eam faciet
36 quid enim proderit homini si lucretur mundum totum
et detrimentum faciat animae suae
Ps 48,8.9 37 aut quid dabit homo commutationem pro anima sua
Mt 10,33! Lc 12,9! 38 LXXXVI II Qui enim me confusus fuerit
et mea verba in generatione ista adultera et peccatrice
et Filius hominis confundetur eum
13,26! Mt 24,30! 25,31 cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis
39 LXXXVII II Et dicebat illis
amen dico vobis
quia sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei veniens in virtute
5,37; Lc 8,51 9 et post dies sex adsumit Iesus Petrum et Iacobum et Iohannem
1—8: Mt 17,1–9; Lc 9,28–36 et ducit illos in montem excelsum seorsum solos
et transfiguratus est coram ipsis
Mt 17,2! 28,3! 2 et vestimenta eius facta sunt splendentia candida nimis velut nix
qualia fullo super terram non potest candida facere
3 et apparuit illis Helias cum Mose
et erant loquentes cum Iesu
4 et respondens Petrus ait Iesu
rabbi bonum est hic nos esse
et faciamus tria tabernacula
tibi unum et Mosi unum et Heliae unum
5 non enim sciebat quid diceret
16,8; Mt 28,4! Lc 24,4 erant enim timore exterriti
II Pt 1,17 6 et facta est nubes obumbrans eos
et venit vox de nube dicens
hic est Filius meus carissimus audite illum
7 et statim circumspicientes neminem amplius viderunt nisi Iesum tantum secum
8 et descendentibus illis de monte
praecepit illis ne cui quae vidissent narrarent 5,43!
nisi cum Filius hominis a mortuis resurrexerit
9 LXXXVIII X Et verbum continuerunt apud se conquirentes quid esset cum a mortuis resurrexerit Lc 9,36; Io 16,17
10 LXXXVIIII VI Et interrogabant eum dicentes 10—12: Mt 17,10–12
quid ergo dicunt Pharisaei et scribae quia Heliam oporteat venire primum
11 qui respondens ait illis
Helias cum venerit primo restituet omnia
et quomodo scriptum est in Filium hominis ut multa patiatur et contemnatur
12 sed dico vobis quia et Helias venit
et fecerunt illi quaecumque voluerunt
sicut scriptum est de eo
13 XC X Et veniens ad discipulos suos vidit turbam magnam circa eos
et scribas conquirentes cum illis
14 et confestim omnis populus videns eum stupefactus est
et adcurrentes salutabant eum
15 et interrogavit eos
quid inter vos conquiritis
16 XCI II Et respondens unus de turba dixit 16—28: Mt 17,14–20; Lc 9,37–43
magister adtuli filium meum ad te habentem spiritum mutum
17 qui ubicumque eum adprehenderit adlidit eum
et spumat et stridet dentibus et arescit
et dixi discipulis tuis ut eicerent il-

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

35 ~ faciet eam Gc. | 36 faciet AΦ | ~ animae suae faciat c. | 37 commutationis ZΦc | 38 ~ uerba mea c || 9,1 adsumit AMCco𝔊] adsumpsit *cet.* | solus AZPDC | 2 splendentia + et Gc | ~ non potest super terram c. | 4 ~ nos hic GCΦc | 5 quid] quod ZP. | enim[2]] autem A | 7 circuminspicientes Z; aspicientes N.; circumspiciens D | 8 illis[2]] eis N. | cui] cuiquam c. | 10 interrogauerunt NG. | oportet sZPGDCΦc | ~ primum uenire ZPΦ | 14 eum[1]] iesum c | stupefactus est + expauerunt SNAFo (*inter uncinos*), *et* + et expauerunt MZPGDCΦc, *antiquam lectionem et novam iungentes* | et adcurrentes] accurrentesque ZΦ | 17 eum[2]] illum c. |

lum et non potuerunt
Mt 17,16! 18 qui respondens eis dicit
o generatio incredula
quamdiu apud vos ero
quamdiu vos patiar
adferte illum ad me
19 et adtulerunt eum
et cum vidisset illum statim spiritus conturbavit eum
et elisus in terram volutabatur spumans
20 et interrogavit patrem eius
quantum temporis est ex quo hoc ei accidit
at ille ait
ab infantia
21 et frequenter eum et in ignem et in aquas misit ut eum perderet
sed si quid potes adiuva nos misertus nostri
22 Iesus autem ait illi
11,23 si potes credere omnia possibilia credenti
23 et continuo exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat
Lc 17,5 credo adiuva incredulitatem meam
24 et cum videret Iesus concurrentem turbam
1,25 comminatus est spiritui inmundo dicens illi
surde et mute spiritus
ego tibi praecipio exi ab eo et amplius ne introeas in eum
25 et clamans et multum discerpens eum exiit ab eo
et factus est sicut mortuus
ita ut multi dicerent quia mortuus est
1,31! Lc 8,54; 13,13 26 Iesus autem tenens manum eius elevavit illum et surrexit
7,17; 10,10 27 XCII/X Et cum introisset in domum
discipuli eius secreto interrogabant eum
quare nos non potuimus eicere eum
28 et dixit illis
hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione et ieiunio
29 XCIII/II Et inde profecti praetergrediebantur Galilaeam 29.30: Mt 17,21.22!
nec volebat quemquam scire
30 docebat autem discipulos suos et dicebat illis 30.31: Lc 9,44.45
quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum
et occident eum
et occisus tertia die resurget
31 at illi ignorabant verbum et timebant eum interrogare Lc 2,50! 12,34; Mt 22,46! Io 21,12
32 XCIIII/X Et venerunt Capharnaum
qui cum domi esset interrogabat eos
quid in via tractabatis
33 XCV/II At illi tacebant Lc 22,24
siquidem inter se in via disputaverant quis esset illorum maior 33—36: Mt 18,1-5; Lc 9,46-48
34 et residens vocavit duodecim et ait illis
si quis vult primus esse erit omnium novissimus et omnium minister 10,43.44; Mt 20,26.27; 23,11; Lc 22,26
35 et accipiens puerum statuit eum in medio eorum
quem cum conplexus esset ait illis
36 quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo me recipit Mt 10,40! Io 12,44.45! 13,20
XCVI/I Et quicumque me susceperit non me suscipit sed eum qui me misit
37 XCVII/VIII Respondit illi Iohannes dicens
magister vidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia qui non sequitur nos 16,17; Mt 7,22; Lc 10,17 37—39: Lc 9,49.50
et prohibuimus eum
38 Iesus autem ait
nolite prohibere eum

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cο

18 dixit GDc | 19 illum] eum c | eum[2]] illum c.; puerum F. | in terra sZPDΦ | 20 hoc *om.* N; ~ ei hoc c. | 21 et[2] *om.* NZPCΦc | in aqua ZP.; in aquam G; in aquis D. | 22 possibilia + sunt c | 23 credo + domine ZFPΦc | 24 ~ praecipio tibi c. | ne] non MZG. | 25 et exclamans AFPc | ~ multum et M; et *om.* A; multum *om.* F. | 26 illum] eum Fc | 27 eum[1] + dicentes M | eum[2]] illum N | 31 ~ interrogare eum c. | 32 essent sPDCc | interrogabant sD; interrogat C. | 33 ~ in uia inter se c | quis eorum maior esset c. | 35 cum] ut AMο | 36 ~ misit me c. |

nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo
et possit cito male loqui de me
39 qui enim non est adversum vos pro vobis est
Mt 10,42 40 XCVIII/VI Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquae in nomine meo quia Christi estis
amen dico vobis non perdet mercedem suam
Mt 18,6; Lc 17,2 41 XCVIIII/II Et quisquis scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me
bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius et in mare mitteretur
Mt 5,30; 18,8 42 C/VI Et si scandalizaverit te manus tua abscide illam
bonum est tibi debilem introire in vitam
quam duas manus habentem ire in gehennam in ignem inextinguibilem
45.47; Is 66,24! 43 CI/X Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur
Mt 18,8 44 et si pes tuus te scandalizat amputa illum
bonum est tibi claudum introire in vitam aeternam
quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis
43.47; Is 66,24! 45 ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur
Mt 5,29; 18,9 46 quod si oculus tuus scandalizat te eice eum
bonum est tibi luscum introire in regnum Dei
quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis
43.45; Is 66,24! 47 ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur
Lv 2,13! 48 omnis enim igne sallietur
et omnis victima sallietur
49 CII/II Bonum est sal Lc 14,34
quod si sal insulsum fuerit in quo illud condietis Mt 5,13
habete in vobis sal
et pacem habete inter vos Rm 12,18!
10 CIII/VI Et inde exsurgens venit in fines Iudaeae ultra Iordanen 1—12: Mt 19,1–9
et conveniunt iterum turbae ad eum 2,13!
et sicut consueverat iterum docebat illos
2 et accedentes Pharisaei interrogabant eum Mt 16,1!
si licet viro uxorem dimittere Mt 5,31.32! I Cor 7,11
temptantes eum
3 at ille respondens dixit eis
quid vobis praecepit Moses
4 qui dixerunt Dt 24,1; Mt 5,31
Moses permisit libellum repudii scribere et dimittere
5 quibus respondens Iesus ait
ad duritiam cordis vestri scripsit vobis praeceptum istud
6 ab initio autem creaturae masculum et feminam fecit eos Deus Gn 1,27
7 propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem 7.8: Gn 2,24! Eph 5,31
et adherebit ad uxorem suam
8 et erunt duo in carne una
itaque iam non sunt duo sed una caro
9 quod ergo Deus iunxit homo non separet
10 CIIII/X Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogaverunt eum 7,17; 9,27
11 CV/II Et dicit illis Mt 5,32; Lc 16,18
quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit
adulterium committit super eam
12 et si uxor dimiserit virum suum et alii nupserit
moechatur

43 morietur PGΦ | ignis + eorum sP. | extinguetur ZPΦ | 44 *num.* 101/10 *ad* et si *pon.* NZP | ~ tibi est ZPΦ | 45 morietur ZPΦ | ignis + eorum sP | extinguetur ZPΦ | *v.* 46—47 *om.* Z. | 47 morietur PGΦ | extinguetur PΦ | 48 et omnis uictima sallietur *om.* N | uictima + sale Gc | 49 sal^{3}] salem sZDC || **10**,1 surgens s | 2 eum^{1}] illum NC | 7 propter] *praem.* et dixit ZΦ; *praem.* et benedixit G. | ad *om.* sM. | 9 coniunxit Φc | 11 dixit ZPΦ; ait Gc. | super ea S |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

13.14: Mt 19,13.14 13 CVI/II Et offerebant illi parvulos ut tangeret illos
13—16: Lc 18,15–17 discipuli autem comminabantur offerentibus
14 quos cum videret Iesus indigne tulit et ait illis
sinite parvulos venire ad me et ne prohibueritis eos
talium est enim regnum Dei
15 amen dico vobis
quisque non receperit regnum Dei velut parvulus non intrabit in illud
Mt 19,15 16 et conplexans eos et inponens manus super illos benedicebat eos
1,40; Mt 17,14 17 CVII/II Et cum egressus esset in viam
17—31: Mt 19,16–30; Lc 18,18–30 procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum
magister bone quid faciam ut vitam aeternam percipiam
18 Iesus autem dixit ei
quid me dicis bonum
nemo bonus nisi unus Deus
Ex 20,12–16 19 praecepta nosti
ne adulteres
ne occidas
ne fureris
ne falsum testimonium dixeris
ne fraudem feceris
7,10! honora patrem tuum et matrem
20 et ille respondens ait illi
magister omnia haec conservavi a iuventute mea
21 CVIII/II Iesus autem intuitus eum dilexit eum et dixit illi
unum tibi deest
Lc 12,33 vade quaecumque habes vende et da pauperibus
et habebis thesaurum in caelo
et veni sequere me
22 CVIIII/II Qui contristatus in verbo abiit maerens
erat enim habens possessiones multas
23 et circumspiciens Iesus ait discipulis suis
quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt
24 discipuli autem obstupescebant in verbis eius
at Iesus rursus respondens ait illis
filioli quam difficile est confidentes in pecuniis regnum Dei introire
25 facilius est camelum per foramen acus transire
quam divitem intrare in regnum Dei
26 qui magis admirabantur dicentes ad semet ipsos
et quis potest salvus fieri
27 et intuens illos Iesus ait
apud homines inpossibile est sed non apud Deum Za 8,6!
omnia enim possibilia sunt apud Deum
28 coepit Petrus ei dicere
ecce nos dimisimus omnia et secuti sumus te Mt 19,27!
29 CX/II Respondens Iesus ait
amen dico vobis
nemo est qui reliquerit domum aut fratres aut sorores aut matrem aut patrem aut filios aut agros
propter me et propter evangelium
30 qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc Eph 1,21
domos et fratres et sorores et matres et filios et agros cum persecutionibus
et in saeculo futuro vitam aeternam
31 CXI/II Multi autem erunt primi novissimi et novissimi primi Mt 19,30; 20,16; Lc 13,30
32 CXII/II Erant autem in via ascendentes in Hierosolyma Lc 19,28 32—34: Mt 20,17–19! Lc 18,31–33
et praecedebat illos Iesus

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co 14 ~ enim est c | 15 quisquis ZPΦ co; qui G. | introibit SZC | 16 eos[2]] eis NMPG. | 17 in uia SZΦ | eum[2] + dicens ZPCΦ | 20 et] at ZPΦ c | illi *om.* AMGD o | magister + bone ZΦ | ~ haec omnia AMG co | conseruaui SNC] obseruaui *cet.* | 21 illi] ei c. | 22 ~ multas possessiones c | 24 in regnum AMPGD co | 28 et coepit GΦ c | ei *om.* G.; ~ ei petrus c | 29 aut patrem *om.* Z.; ~ aut patrem aut matrem AG c | 30 hoc + qui autem reliquerit M. | persecutoribus A | et in] in MD | aeternam + accipiet M | 32 in hierosolyma] hierosolymam Φ c; in hierosolymis M |

et stupebant et sequentes timebant
et adsumens iterum duodecim coepit illis dicere quae essent ei ventura
[33] quia ecce ascendimus in Hierosolyma
et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et senioribus
et damnabunt eum morti et tradent eum gentibus
[34] et inludent ei et conspuent eum et flagellabunt eum
et interficient eum et tertia die resurget
1.19: Mt 4.21! Lc 5.10 [35] CXIII VI Et accedunt ad illum Iacobus et Iohannes filii Zebedaei dicentes
35—45: Mt 20.20–28 magister volumus ut quodcumque petierimus facias nobis
[36] at ille dixit eis
quid vultis ut faciam vobis
[37] et dixerunt
da nobis ut unus ad dexteram tuam et alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua
[38] Iesus autem ait eis
nescitis quid petatis
potestis bibere calicem quem ego bibo
aut baptismum quo ego baptizor baptizari
[39] at illi dixerunt ei possumus
Iesus autem ait eis
calicem quidem quem ego bibo bibetis
et baptismum quo ego baptizor baptizabimini
[40] sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare sed quibus paratum est
[41] CXIIII II Et audientes decem coeperunt indignari de Iacobo et Iohanne
[42] Iesus autem vocans eos ait illis 42—45: Lc 22.25–27
scitis quia hii qui videntur principari gentibus dominantur eis
et principes eorum potestatem habent ipsorum
[43] non ita est autem in vobis
sed quicumque voluerit fieri maior erit vester minister 43.44: 9.34: Mt 23.11: Lc 9.48
[44] et quicumque voluerit in vobis primus esse erit omnium servus
[45] CXV IIII Nam et Filius hominis non venit ut ministraretur ei sed ut ministraret
et daret animam suam redemptionem pro multis Io 10.11!
[46] CXVI II Et veniunt Hierichum Lc 19.1
et proficiscente eo de Hiericho et discipulis eius et plurima multitudine 46—52: Mt 20.29–34; Lc 18.35–43
filius Timei Bartimeus caecus sedebat iuxta viam mendicans
[47] qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est
coepit clamare et dicere Fili David Iesu miserere mei 47.48: Mt 9.27; 15.22
[48] et comminabantur illi multi ut taceret
at ille multo magis clamabat
Fili David miserere mei
[49] et stans Iesus praecepit illum vocari
et vocant caecum dicentes ei
animaequior esto surge vocat te
[50] qui proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum
[51] et respondens illi Iesus dixit
quid vis tibi faciam
caecus autem dixit ei
rabboni ut videam
[52] Iesus autem ait illi 5.34!
vade fides tua te salvum fecit

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

32 et[4] *om.* Z | euentura AMD co | 33 in hierosolyma] hierosolyma SPD; hierosolymam GCΦ c | et senioribus SZPCΦ c] *om. cet.* | morte NAMDΦ co | 34 eum[1.2] *om.* ZΦ | et[4] *om.* A | 35 accedent SP. | illum] eum AMGD co | 37 in gloriam tuam M | 38 baptismo MD c | quo] quod ZGC.; quem P. | [*deest* N *usque ad v.* 49] | 39 baptismo M c | quo] quod C; quem P. | 40 dare + uobis PGDCΦ c | 46 hierichum] hiericho MPGD co | de *om.* A | 47 iesu] iesus SAD; *om.* P | ~ iesu fili dauid G c. | 48 illi] ei AMG co | clamauit A | 49 [*adest* N *usque ad* 12,42] | 51 illi *om.* S; ~ iesus dixit illi AMG co | ~ tibi uis c | 52 ait] dixit ZPDΦ | illi] ei ZPΦ |

et confestim vidit et sequebatur eum
in via
1—10: Mt 21,1-9; Lc 19,28-38 11 CXVII/II Et cum adpropinquarent Hie-
rosolymae et Bethaniae ad mon-
tem Olivarum
14,13: Mt 11,2 mittit duos ex discipulis suis 2 et ait
illis
ite in castellum quod est contra vos
et statim introeuntes illuc invenietis
pullum ligatum
super quem nemo adhuc hominum
sedit
solvite illum et adducite
3 et si quis vobis dixerit quid facitis
dicite quia Domino necessarius est
et continuo illum dimittet huc
4 CXVIII/II Et abeuntes invenerunt pul-
lum ligatum ante ianuam foris in
bivio
et solvunt eum
5 et quidam de illic stantibus dicebant
illis
quid facitis solventes pullum
6 qui dixerunt eis sicut praeceperat illis
Iesus
et dimiserunt eis
Io 12,14 7 et duxerunt pullum ad Iesum
et inponunt illi vestimenta sua et se-
dit super eo
8 multi autem vestimenta sua strave-
runt in via
8—10: Io 12,13 alii autem frondes caedebant de
arboribus et sternebant in via
9 CXVIIII/I Et qui praeibant et qui se-
quebantur clamabant dicentes
osanna benedictus qui venit in no-
mine Domini
Ps 117,26 10 benedictum quod venit regnum pat-
ris nostri David
Ps 148,1! osanna in excelsis
15,27 11 CXX/VI Et introivit Hierosolyma in
templum

et circumspectis omnibus
cum iam vespera esset hora exivit in 19; Mt 21,17
Bethania cum duodecim
12 et alia die cum exirent a Bethania 12—14: Mt 21,18.19
esuriit
13 cumque vidisset a longe ficum ha- Lc 13,6
bentem folia
venit si quid forte inveniret in ea
et cum venisset ad eam nihil invenit
praeter folia
non enim erat tempus ficorum
14 et respondens dixit ei
iam non amplius in aeternum quis-
quam fructum ex te manducet
et audiebant discipuli eius
15 CXXI/I Et veniunt Hierosolymam 11,27
et cum introisset templum Mt 21,12; Lc 19,45; Io 2,14.15
coepit eicere vendentes et ementes in
templo
et mensas nummulariorum et cathed-
ras vendentium columbas evertit
16 et non sinebat ut quisquam vas
transferret per templum
17 et docebat dicens eis
non scriptum est quia domus mea Is 56,7! Mt 21,13; Lc 19,46
domus orationis vocabitur omnibus
gentibus
vos autem fecistis eam speluncam lat- Ier 7,11; Io 2,16
ronum
18 CXXII/I Quo audito principes sacerdo-
tum et scribae quaerebant quomo- Mt 21,46! Lc 19,47.48
do eum perderent
timebant enim eum quoniam univer-
sa turba admirabatur super doctri- 1,22! 6,2
na eius
19 CXXIII/X Et cum vespera facta esset 11; Mt 21,17
egrediebatur de civitate
20 et cum mane transirent viderunt fi- 20—24: Mt 21,19-22
cum aridam factam a radicibus
21 et recordatus Petrus dicit ei
rabbi ecce ficus cui maledixisti aruit
22 CXXIIII/VI Et respondens Iesus ait illis 22.23: Mt 17,19!

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

52 in uiam A || **11,2** ~ contra uos est S c | illuc] illud NAMD o | 6 illis] eis S. | 7 et inpossuerunt D; et inponentes ZP; inponentes Φ | super eum AMPGDC co | 11 hierosolymam GCΦ c | circuminspectis Z | uespere A | in bethaniam NADΦ co | 14 ~ ex te fructum quisquam c. | 15 hierosolyma o | *num.* 121/1 *ad* et cum *pon.* o | introisset + in P c | in templo] in templum ZPGC | 16 uas transferret SZPCΦ] transferret uas *cet.* | 17 non] nonne GΦ c; *om.* P. | 18 super doctrinam ZPGD | 21 dixit M c |

Io 14,1! habete fidem Dei
23 amen dico vobis
quicumque dixerit huic monti tollere
et mittere in mare
et non haesitaverit in corde suo
9,22 sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat fiet ei
Ier 29,12; Mt 7,7.8; 18,19; 21,22 24 CXXV IIII Propterea dico vobis
omnia quaecumque orantes petitis
credite quia accipietis et veniet vobis
25 CXXVI VI Et cum stabitis ad orandum
Mt 5,23 dimittite si quid habetis adversus aliquem
Mt 23,9! ut et Pater vester qui in caelis est di-
2,5; Mt 9,2! Lc 5,20; 6,37 mittat vobis peccata vestra
25.26: Mt 6,14.15 26 quod si vos non dimiseritis
Mt 18,35; 23,9! nec Pater vester qui in caelis est dimittet vobis peccata vestra
11,15 27 CXXVII II Et veniunt rursus Hierosoly-
27—33: Mt 21,23–27; Lc 20,1–8 mam
et cum ambularet in templo
accedunt ad eum summi sacerdotes
et scribae et seniores
28 et dicunt illi
Act 4,7 in qua potestate haec facis
et quis tibi dedit hanc potestatem ut ista facias
29 Iesus autem respondens ait illis
interrogabo vos et ego unum verbum
et respondete mihi
et dicam vobis in qua potestate haec faciam
30 baptismum Iohannis de caelo erat an ex hominibus
respondete mihi
31 at illi cogitabant secum dicentes
si dixerimus de caelo dicet quare ergo non credidistis ei
Mt 14,5! 32 sed dicemus ex hominibus timebant populum
omnes enim habebant Iohannem quia vere propheta esset
33 et respondentes dicunt Iesu nescimus
respondens Iesus ait illis
neque ego dico vobis in qua potestate haec faciam

12 CXXVIII II Et coepit illis in parabolis Mt 13,33!
loqui
vineam pastinavit homo Is 5,1.2
et circumdedit sepem **1—12:** Mt 21,33–46; Lc 20,9–19
et fodit lacum
et aedificavit turrem
et locavit eam agricolis
et peregre profectus est
2 et misit ad agricolas in tempore servum
ut ab agricolis acciperet de fructu vineae
3 qui adprehensum eum ceciderunt et dimiserunt vacuum
4 et iterum misit ad illos alium servum
et illum capite vulneraverunt et contumeliis adfecerunt
5 et rursum alium misit et illum occiderunt
et plures alios quosdam caedentes alios vero occidentes
6 adhuc ergo unum habens filium ca- Hbr 1,2
rissimum
et illum misit ad eos novissimum dicens
quia reverebuntur filium meum
7 coloni autem dixerunt ad invicem
hic est heres
venite occidamus eum et nostra erit hereditas
8 et adprehendentes eum occiderunt et eiecerunt extra vineam
9 quid ergo faciet dominus vineae
veniet et perdet colonos et dabit vineam aliis
10 nec scripturam hanc legistis **10.11:** Ps 117,22.23
lapidem quem reprobaverunt aedi- Act 4,11; 1 Pt 2,7

23 uobis + quia AMG co | ~ monti huic ZPΦ | 24 uenient PC; euenient ZΦ c | 27 hierosolyma N o | ambularent ZP | 28 illi] ei c. | ~ dedit tibi c | 30 baptismus c | 31 dicet + nobis SNZPCΦ | 32 sed SZ. 𝔊] si *cet.* | dixerimus A c; dicimus P | timemus GD c | 33 dixerunt SZPDCΦ | iesu] ad iesum ZPCΦ | respondens] *praem.* et c; + autem G. || **12**,1 sepe NZPCΦ | ~ saepe circumdedit ZPΦ | 3 remiserunt NG. | 4 capite SZCΦ] in capite *cet.* |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

ficantes hic factus est in caput anguli
11 a Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris
Mt 14,5! 12 CXXVIIII I Et quaerebant eum tenere et timuerunt turbam
cognoverunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit
Mt 22,22! et relicto eo abierunt
13 CXXX II Et mittunt ad eum quosdam ex
Lc 11,54! Pharisaeis et Herodianis ut eum
13–17: Mt 22,15–22; Lc 20,20–26 caperent in verbo
14 qui venientes dicunt ei
magister scimus quoniam verax es
Mt 22,16! et non curas quemquam
nec enim vides in faciem hominis sed in veritate viam Dei doces
licet dari tributum Caesari an non dabimus
15 qui sciens versutiam eorum ait illis
quid me temptatis
adferte mihi denarium ut videam
16 at illi adtulerunt et ait illis
cuius est imago haec et inscriptio
dicunt illi Caesaris
17 respondens autem Iesus dixit illis
Rm 13,7 reddite igitur quae sunt Caesaris Caesari et quae sunt Dei Deo
et mirabantur super eo
Act 23,8; I Cor 15,12 18 et venerunt ad eum Sadducaei qui
18–27: Mt 22,23–33; Lc 20,27–38 dicunt resurrectionem non esse
et interrogabant eum dicentes
19 magister Moses nobis scripsit
Dt 25,5! ut si cuius frater mortuus fuerit et dimiserit uxorem et filios non reliquerit
accipiat frater eius uxorem ipsius et resuscitet semen fratri suo
20 septem ergo fratres erant
et primus accepit uxorem et mortuus est non relicto semine
21 et secundus accepit eam et mortuus est
et nec iste reliquit semen
et tertius similiter
22 et acceperunt eam similiter septem et non reliquerunt semen
novissima omnium defuncta est et mulier
23 in resurrectione ergo cum resurrexerint cuius de his erit uxor
septem enim habuerunt eam uxorem
24 et respondens Iesus ait illis
non ideo erratis non scientes scriptu- Io 20,9
ras neque virtutem Dei
25 cum enim a mortuis resurrexerint
neque nubent neque nubentur
sed sunt sicut angeli in caelis
26 de mortuis autem quod resurgant
non legistis in libro Mosi super rubum
quomodo dixerit illi Deus inquiens
ego sum Deus Abraham et Deus Isa- Ex 3,6! Act 3,13; 7,32
ac et Deus Iacob
27 non est Deus mortuorum sed vivorum
vos ergo multum erratis
28 CXXXI VI Et accessit unus de scribis qui 28–31: Mt 22,34–40
audierat illos conquirentes
et videns quoniam bene illis responderit
interrogavit eum quod esset primum omnium mandatum
29 Iesus autem respondit ei 29.30: Dt 6,4.5
quia primum omnium mandatum est
audi Israhel Dominus Deus noster Deus unus est
30 et diliges Dominum Deum tuum 33 30.31: Lc 10,27!
ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex tota virtute tua
hoc est primum mandatum
31 secundum autem simile illi
diliges proximum tuum tamquam te Mt 19,19!
ipsum

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

11 admirabile AM; admirabilem P.; mirabilis ZG | 14 quoniam] quia NAMG co | hominis AZΦ] hominum *cet.* | in ueritatem M | dei] domini AM | 15 eorum] illorum s Cc | 16 adtulerunt + ei ZPDCΦc | illi[2]] ei Mc | 19 reliquerit + ut sPGDC | 22 et[3] *om.* NAMD | 24 non[1]] nonne ZPCΦc | 25 nubunt ZPD | 29 noster] tuus GΦc | 31 illi] *praem.* est NA co; + est ZΦ | tamquam] sicut N |

maius horum aliud mandatum non
est
Lc 20,39 32 CXXXII/X Et ait illi scriba
bene magister in veritate dixisti
Dt 4,35! 6,4; Rm 3,30; I Cor 8,6! Iac 2,19 quia unus est et non est alius praeter
eum
30 33 et ut diligatur ex toto corde et ex to-
Mt 19,19! to intellectu et ex tota anima et ex
tota fortitudine
et diligere proximum tamquam se
ipsum
maius est omnibus holocaustomati-
bus et sacrificiis
34 Iesus autem videns quod sapienter
respondisset dixit illi
non es longe a regno Dei
9,31; Mt 22,46! Io 21,12 CXXXIII/II Et nemo iam audebat eum
interrogare
35–37: Mt 22,41–45; Lc 20,41–44 35 CXXXIIII/II Et respondens Iesus dicebat
docens in templo
Mt 1,1; Io 7,42 quomodo dicunt scribae Christum
Filium esse David
36 ipse enim David dicit in Spiritu
Sancto
Ps 109,1! dixit Dominus Domino meo sede a
dextris meis donec ponam inimicos
tuos scabillum pedum tuorum
37 ipse ergo David dicit eum Dominum
et unde est filius eius
6,20; Lc 19,48 et multa turba eum libenter audivit
38–40: Lc 20,45–47 38 CXXXV/II Et dicebat eis in doctrina sua
cavete a scribis qui volunt in stolis
38.39: Mt 23,6.7; Lc 11,43; 14,7 ambulare et salutari in foro
39 et in primis cathedris sedere in syna-
gogis et primos discubitus in cenis
40 CXXXVI/VIII Qui devorant domos vidua-
rum sub obtentu prolixae orationis
hii accipient prolixius iudicium
Io 8,20 41 et sedens Iesus contra gazofilacium
41–44: Lc 21,1–4 aspiciebat quomodo turba iactaret
aes in gazofilacium
et multi divites iactabant multa
42 cum venisset autem una vidua pau-
per
misit duo minuta quod est quadrans
43 et convocans discipulos suos ait illis
amen dico vobis
quoniam vidua haec pauper plus
omnibus misit qui miserunt in ga-
zofilacium
44 omnes enim ex eo quod abundabat
illis miserunt
haec vero de penuria sua omnia quae
habuit misit totum victum suum
13 CXXXVII/II Et cum egrederetur de 1–4: Mt 24,1–3; Lc 21,5–7
templo ait illi unus ex discipulis
suis
magister aspice quales lapides et
quales structurae
2 et respondens Iesus ait illi
vides has omnes magnas aedificatio-
nes
non relinquetur lapis super lapidem Lc 19,44
qui non destruatur
3 CXXXVIII/II Et cum sederet in montem
Olivarum contra templum
interrogabant eum separatim Petrus
et Iacobus et Iohannes et Andreas
4 dic nobis quando ista fient
et quod signum erit quando haec IV Rg 20,8!
omnia incipient consummari
5 et respondens Iesus coepit dicere illis 5–8: Mt 24,4–8; Lc 21,8–11
videte ne quis vos seducat
6 multi enim venient in nomine meo Ier 14,14!
dicentes quia ego sum
et multos seducent
7 cum audieritis autem bella et opi-
niones bellorum ne timueritis
oportet enim fieri sed nondum finis
8 exsurget autem gens super gentem II Par 15,6; Is 19,2!
et regnum super regnum
et erunt terraemotus per loca et fa-
mes
initium dolorum haec
9 CXXXVIIII/I · VI Videte autem vosmet ipsos
tradent enim vos conciliis et in syn- Mt 23,34; Act 6,12; 22,19

32 est[1] + deus PG c | 33 et[1] *om.* s | holocautomatibus M c | 37 ~ libenter eum sG | 41 in gazophilacio ZP | 42 ~ uidua una c. | [*deest* N *usque ad* 14,40] || **13**,1 lapides + sint Z | structurae + templi ZP | 2 uide sA; uidetis F; nonne uides Z | ~ omnes has magnas ZP.; ~ magnas has omnes Φ. | 3 in monte sΦ c | 7 enim + haec c. | 8 autem] enim ZP cɔ | super[1]] contra AG c | 9 139/1.6] *ad can.* 6 *remitt.* sA, *ad can.* 1 *cet.* | in conciliis MZPGΦ c |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

9—13: Mt 10,17–22; 24,9–14; Lc 21,12–19 agogis vapulabitis
et ante praesides et reges stabitis
propter me in testimonium illis
16,15! 10 CXL/VI Et in omnes gentes primum
oportet praedicari evangelium
Mt 10,19.20! Lc 12,11.12! 11 CXLI/II Et cum duxerint vos tradentes
nolite praecogitare quid loquamini
sed quod datum vobis fuerit in illa
hora id loquimini
non enim estis vos loquentes sed
Spiritus Sanctus
Mt 10,35! 12 tradet autem frater fratrem in mortem
et pater filium
et consurgent filii in parentes et
morte adficient eos
Lc 6,22! 13 et eritis odio omnibus propter nomen
meum
qui autem sustinuerit in finem hic
salvus erit
Dn 9,27 14 CXLII/VI Cum autem videritis abominationem
14—20: Mt 24,15–22; Lc 21,20–24 desolationis stantem ubi
non debet
qui legit intellegat
CXLIII/II Tunc qui in Iudaea sunt fugiant
in montes
15.16: Lc 17,31 15 et qui super tectum ne descendat in
domum nec introeat ut tollat quid
de domo sua
16 et qui in agro erit non revertatur
retro tollere vestimentum suum
Lc 23,29! 17 CXLIIII/II Vae autem praegnatibus et
nutrientibus in illis diebus
18 CXLV/VI Orate vero ut hieme non fiant
Dn 12,1; Apc 16,18 19 CXLVI/II Erunt enim dies illi tribulationes
tales
quales non fuerunt ab initio creaturae
quam condidit Deus usque
nunc neque fient
20 CXLVII/VI Et nisi breviasset Dominus
dies non fuisset salva omnis caro
sed propter electos quos elegit breviavit
dies
Lc 17,21.23 21—23: Mt 24,23–25 21 CXLVIII/II Et tunc si quis vobis dixerit
ecce hic est Christus ecce illic
ne credideritis
22 CXLVIIII/VI Exsurgent enim pseudochristi Dt 13,1; II Th 2,9; Apc 19,20
et pseudoprophetae
et dabunt signa et portenta ad seducendos
si potest fieri etiam electos
23 vos ergo videte
ecce praedixi vobis omnia
24 CL/II Sed in illis diebus post tribulationem
illam Is 13,10!
sol contenebrabitur 24.25: Apc 6,12.13
et luna non dabit splendorem suum 24—27: Mt 24,29–31; Lc 21,25–28
25 et erunt stellae caeli decidentes Is 34,4!
et virtutes quae sunt in caelis movebuntur
26 CLI/II Et tunc videbunt Filium hominis 8,38; 14,62; Dn 7,13!
venientem in nubibus cum virtute Mt 16,27! Lc 9,26
multa et gloria
27 et tunc mittet angelos suos et congregabit Mt 13,41
electos suos a quattuor
ventis
a summo terrae usque ad summum
caeli
28 a ficu autem discite parabolam 28.29: Mt 24,32.33; Lc 21,29–31
cum iam ramus eius tener fuerit et
nata fuerint folia
cognoscitis quia in proximo sit aestas
29 sic et vos cum videritis haec fieri
scitote quod in proximo sit in ostiis Iac 5,9; Apc 3,20
30 amen dico vobis Mt 23,36
quoniam non transiet generatio haec 30.31: Lc 21,32.33
donec omnia ista fiant 30—32: Mt 24,34–36
31 caelum et terra transibunt Mt 5,18! 24,35!
verba autem mea non transibunt
32 CLII/VI De die autem illo vel hora nemo Mt 24,36!
scit neque angeli in caelo neque Filius
nisi Pater
33 CLIII/VI Videte vigilate et orate 14,38; Mt 24,42! 26,41!
nescitis enim quando tempus sit
34 CLIIII/II Sicut homo qui peregre profectus Mt 25,14
reliquit domum suam
et dedit servis suis potestatem cuiusque
operis
et ianitori praecipiat ut vigilet

S(s)AMZ)P(G)DCΦ co 11 id] illud Z | ~ uos estis D c | 15 nec] ne ZΦ. | 16 reuertetur M | 19 tribulationis AGΦ | 20 breuiauit] breuiabit ZΦ | 22 ~ fieri potest D c | 25 ~ stellae caeli erunt A M D co | ~ in caelis sunt c. | 27 congregauit ZPG | 29 quod] quia SG | 30 transibit AMG co; transiit P. | 32 illa SZPCΦ | 34 praecepit P c; praecipit Φ |

35 CLV II Vigilate ergo
Mt 24,36! nescitis enim quando dominus domus veniat
sero an media nocte an galli cantu an mane
36 ne cum venerit repente inveniat vos dormientes
37 quod autem vobis dico omnibus dico vigilate
Lc 22,1.2 14 CLVI I Erat autem pascha et azyma
1.2: Mt 26,2–5 post biduum
Gn 37,18; Mt 14,5! Io 5,18; 7,30! Act 9,29! CLVII VI Et quaerebant summi sacerdotes et scribae quomodo eum dolo tenerent et occiderent
2 dicebant enim
non in die festo ne forte tumultus fieret populi
3–9: Mt 26,6–13 3 CLVIII I Et cum esset Bethaniae in domo Simonis leprosi et recumberet
Lc 7,37 venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi
et fracto alabastro effudit super caput eius
4 erant autem quidam indigne ferentes intra semet ipsos et dicentes
ut quid perditio ista unguenti facta est
Io 12,5 5 poterat enim unguentum istud veniri plus quam trecentis denariis et dari pauperibus
et fremebant in eam
6–8: Io 12,7.8 6 Iesus autem dixit
sinite eam
quid illi molesti estis
bonum opus operata est in me
Mt 26,11! 7 semper enim pauperes habetis vobiscum
et cum volueritis potestis illis benefacere
me autem non semper habetis
8 CLVIIII IIII Quod habuit haec fecit
praevenit unguere corpus meum in sepulturam
9 amen dico vobis Mt 26,13
ubicumque praedicatum fuerit evangelium istud in universum mundum 16,15; Col 1,5.6.23
et quod fecit haec narrabitur in memoriam eius
10 CLX II Et Iudas Scariotis unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes 43! Mt 26,47! Io 6,72! 10.11: Mt 26,14–16; Lc 22,3–6
ut proderet eum illis
11 qui audientes gavisi sunt et promiserunt ei pecuniam se daturos
et quaerebat quomodo illum oportune traderet
12 et primo die azymorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli 12–16: Mt 26,17–19; Lc 22,7–13
quo vis eamus et paremus tibi ut manduces pascha
13 et mittit duos ex discipulis suis et dicit eis 11,1; Lc 19,29; Mt 11,2; 21,1
ite in civitatem et occurret vobis homo laguenam aquae baiulans
sequimini eum
14 et quocumque introierit dicite domino domus
quia magister dicit
ubi est refectio mea ubi pascha cum discipulis meis manducem
15 et ipse vobis demonstrabit cenaculum grande stratum
et illic parate nobis
16 et abierunt discipuli eius
et venerunt in civitatem
et invenerunt sicut dixerat illis
et praeparaverunt pascha
17 CLXI IIII Vespere autem facto venit cum duodecim 17.18: Lc 22,14 17–21: Mt 26,20–25
18 et discumbentibus eis et manducantibus ait Iesus

36 ne] nec D.; et A || **14**,2 enim] autem c. | populo PC.; in populo GDc | 3 esset + iesus ZPΦ | bethania G.; in bethania ZP | 4 et *om.* ZPΦ | 5 uenundari ZPGΦ co | 7 habebitis[1] MPDC | habebitis[2] FPDC | 8 *num.* 159/4 *ad* praeuenit *pon.* ZPΦ, *ad* amen M. | in sepultura ZP | 9 in uniuerso mundo AMZPΦ co | 10 scariotis AMo] -tes *cet.* | 12 ut manduces pascha] manducares p. Z.; manducare p. P.; p. manducare G. | 13 in ciuitate SAMP | occurrit AMPGD | 16 in ciuitate M | parauerunt AMFGΦ co | 18 eis] cum eis A | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

amen dico vobis
Ps 40,10! Io 13,18.21 quia unus ex vobis me tradet qui manducat mecum
Lc 22,23 [19] CLXII/I At illi coeperunt contristari et dicere ei singillatim
numquid ego
[20] CLXIII/II Qui ait illis
unus ex duodecim qui intinguit mecum in catino
Lc 22,22 [21] et Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo
vae autem homini illi per quem Filius hominis traditur
CLXIIII/VI Bonum ei si non esset natus homo ille
6,41! 22—25: Mt 26,26–29; Lc 22,18–20; I Cor 11,23–25 [22] CLXV/I Et manducantibus illis accepit Iesus panem
et benedicens fregit et dedit eis et ait
sumite hoc est corpus meum
[23] CLXVI/II Et accepto calice gratias agens dedit eis
et biberunt ex illo omnes
[24] et ait illis
hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effunditur
[25] amen dico vobis
quod iam non bibam de genimine vitis
usque in diem illum cum illud bibam novum in regno Dei
Lc 22,39! 26—31: Mt 26,30–35 [26] CLXVII/VI Et hymno dicto exierunt in montem Olivarum
[27] CLXVIII/IIII Et ait eis Iesus
omnes scandalizabimini in nocte ista
CLXVIIII/VI Quia scriptum est
Za 13,7 percutiam pastorem et dispergentur oves
16,7; Mt 28,7 [28] sed posteaquam resurrexero praecedam vos in Galilaeam
[29] CLXX/I Petrus autem ait ei
et si omnes scandalizati fuerint sed non ego
[30] et ait illi Iesus
amen dico tibi
quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus vocem dederit ter me es negaturus 72; Lc 22,34.61; Io 13,38
[31] CLXXI/VI At ille amplius loquebatur
et si oportuerit me simul conmori tibi non te negabo
similiter autem et omnes dicebant
[32] CLXXII/I Et veniunt in praedium cui nomen Gethsemani 32—42: Mt 26,36–46; Lc 22,40–46
CLXXIII/VI Et ait discipulis suis
sedete hic donec orem
[33] et adsumit Petrum et Iacobum et Iohannem secum Mt 26,37!
et coepit pavere et taedere
[34] CLXXIIII/IIII Et ait illis
tristis est anima mea usque ad mortem Io 12,27
sustinete hic et vigilate
[35] CLXXV/I Et cum processisset paululum procidit super terram
et orabat ut si fieri posset transiret ab eo hora [36] et dixit
Abba Pater omnia possibilia tibi sunt Mt 19,26! Gal 4,6
transfer calicem hunc a me
CLXXVI/I Sed non quod ego volo sed quod tu Io 5,30; 6,38
[37] CLXXVII/II Et venit et invenit eos dormientes et ait Petro 40
Simon dormis
non potuisti una hora vigilare
[38] vigilate et orate ut non intretis in temptationem 13,33
CLXXVIII/IIII Spiritus quidem promptus caro vero infirma
[39] CLXXVIIII/VI Et iterum abiens oravit eundem sermonem dicens
[40] et reversus denuo invenit eos dor- 37

S(s)A(M)Z (F)P(G)DCΦ co

18 ~ tradet me Zc | 19 ei *om.* ZFCΦ | 20 mecum] *praem.* manum PΦ; + manum Fc | 21 tradetur PDΦc | bonum SDC𝔊] + est AMo; + erat ZPΦc; + esset G | 24 effundetur ZPGDCΦc | 25 quod] quia c | de + hoc c | 27 *num.* 168/4 *ad* omnes *pon.* ZPΦ | in] in me in ZPΦc | *num.* 169/6 *ad* percutiam *pon.* SZPCΦ, *ad* sed posteaquam *infra* MGo | 28 postquam Dc | surrexero AMGo | 29 ei] illi c.; *om.* C | fuerint + in te Pc. | 30 ~ gallus bis uocem G; ~ gallus uocem bis c. | 32 *num.* 173/6 *ad* sedete *pon.* SAGDC | 33 adsumpsit sPG | 35 [*deest* M *usque ad v.* 47] | 36 ~ tibi possibilia AFGco | 38 *num.* 177/2 *ad* uigilate *pon. codd.* | promptus + est Dc |

mientes
Lc 9,32 erant enim oculi illorum ingravati
et ignorabant quid responderent ei
[41] CLXXX/IIII Et venit tertio et ait illis
dormite iam et requiescite
sufficit venit hora ecce traditur Filius hominis in manus peccatorum
Io 14,31 [42] surgite eamus ecce qui me tradit prope est
[43] CLXXXI/I Et adhuc eo loquente venit
10! Mt 26,14! Iudas Scarioth unus ex duodecim
43—50: Mt 26,47–56; Lc 22,47–53 et cum illo turba cum gladiis et lignis
a summis sacerdotibus et a scribis et a senioribus
[44] CLXXXII/II Dederat autem traditor eius signum eis dicens
quemcumque osculatus fuero ipse est tenete eum et ducite
[45] et cum venisset statim accedens ad eum ait rabbi
et osculatus est eum
[46] at illi manus iniecerunt in eum et tenuerunt eum
Io 18,10 [47] CLXXXIII/I Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium percussit servum summi sacerdotis
et amputavit illi auriculam
[48] CLXXXIIII/I Et respondens Iesus ait illis
tamquam ad latronem existis cum gladiis et lignis conprehendere me
Lc 19,47; 21,37 [49] cotidie eram apud vos in templo docens et non me tenuistis
CLXXXV/VI Sed ut adimpleantur scripturae
Io 16,32 [50] tunc discipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt
[51] CLXXXVI/X Adulescens autem quidam sequebatur illum amictus sindone super nudo
et tenuerunt eum
[52] at ille reiecta sindone nudus profugit ab eis
[53] CLXXXVII/I Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem Lc 22,54; Io 18,24
et conveniunt omnes sacerdotes et scribae et seniores Mt 26,3 53—65: Mt 26,57–68
[54] CLXXXVIII/IIII Petrus autem a longe secutus est eum usque intro in atrium summi sacerdotis Lc 22,54.55; Io 18,15
et sedebat cum ministris et calefaciebat se ad ignem
[55] CLXXXVIIII/II Summi vero sacerdotes et omne concilium
quaerebant adversum Iesum testimonium ut eum morti traderent
nec inveniebant
[56] multi enim testimonium falsum dicebant adversus eum
et convenientia testimonia non erant
[57] CXC/VI Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant adversus eum dicentes
[58] quoniam nos audivimus eum dicentem
ego dissolvam templum hoc manufactum 15,29!
et per triduum aliud non manufactum aedificabo
[59] et non erat conveniens testimonium illorum
[60] et exsurgens summus sacerdos in medium interrogavit Iesum dicens
non respondes quicquam ad ea quae tibi obiciuntur ab his
[61] ille autem tacebat et nihil respondit Mt 27,14!
rursum summus sacerdos interrogabat eum et dicit ei
tu es Christus Filius Benedicti 15,39! Mt 26,63!

40 illorum] eorum FGDCc | grauati GDCΦc | [*adest* N *usque ad* 16,1] | 41 *num.* 180/4 *ad* et uenit *pon.* AFo, *ad* dormite N, *ad* sufficit ZGDCΦ, *ad* uenit hora s, *ad* surgite P | tradetur NPGDΦc | ~ filius hominis tradetur c. | 42 tradit SAC, *cf.* 𝔊] tradet *cet.* | 43 iscariotes c.; *om.* A | ex] de c | illo] eo Dc | turba SZΦ] + multa *cet.* | a² *om.* ZFPGΦc | a³ *om.* FPGc | 44 ducite S(*text.*)ZDC] *praem.* caute AΦ; + caute N(*marg.*) Pco; + eum caute G; + tute N(*text.*); + ασφαλως S(*marg.*); + eum F | 45 ait + aue c | 48 [*iterum adest* M] | 49 impleantur Pc | 50 *num.* 185/6 *ad* tunc *pon. codd. et* o, *ex errore archetypi* | 51 illum] eum AMFco | 53 conuenerunt GCc | 54 intro *om.* AMGo | ~ ad ignem et calefaciebat se c. | 58 dissoluo ZΦ | 60 in medio ZP | 61 interrogauit sNC | dixit Mc | filius + dei Pc |

S(sN)A(M)Z (F)P(G)DCΦ co

[62] CXCI/I Iesus autem dixit illi
ego sum
Lc 22,69 et videbitis Filium hominis a dextris sedentem Virtutis
13,26! et venientem cum nubibus caeli
[63] CXCII/VI Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait
63.64: Lc 22,71 CXCIII/II Quid adhuc desideramus testes
[64] audistis blasphemiam quid vobis videtur
qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis
15,19! Mt 27,30; Lc 22,64 [65] CXCIIII/I Et coeperunt quidam conspuere eum
et velare faciem eius et colaphis eum caedere et dicere ei
prophetiza
et ministri alapis eum caedebant
66—68: Io 18,17.18 **66—72:** Mt 26,69–75; Lc 22,55–62 [66] CXCV/I Et cum esset Petrus in atrio deorsum
venit una ex ancillis summi sacerdotis
[67] et cum vidisset Petrum calefacientem se aspiciens illum ait
Act 4,13
et tu cum Iesu Nazareno eras
[68] at ille negavit dicens
neque scio neque novi quid dicas
CXCVI/I Et exiit foras ante atrium et gallus cantavit
69—72: Io 18,25–27 [69] rursus autem cum vidisset illum ancilla coepit dicere circumstantibus
quia hic ex illis est
[70] at ille iterum negavit
et post pusillum rursus qui adstabant dicebant Petro
vere ex illis es
nam et Galilaeus es
[71] ille autem coepit anathematizare et iurare quia nescio hominem istum quem dicitis
[72] et statim iterum gallus cantavit
CXCVII/II Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus
priusquam gallus cantet bis ter me negabis 30; Lc 22,34; Io 13,38
et coepit flere
15 CXCVIII/II Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes Mt 27,1.2! Lc 22,66
cum senioribus et scribis et universo concilio
CXCVIIII/I Vincientes Iesum duxerunt et tradiderunt Pilato Lc 23,1
[2] CC/I Et interrogavit eum Pilatus Lc 23,3; Io 18,33.37 **2—5:** Mt 27,11–14
tu es rex Iudaeorum
at ille respondens ait illi
tu dicis
[3] CCI/IIII Et accusabant eum summi sacerdotes in multis
[4] Pilatus autem rursum interrogavit eum dicens
non respondes quicquam
vide in quantis te accusant
[5] Iesus autem amplius nihil respondit ita ut miraretur Pilatus
[6] CCII/II Per diem autem festum dimittere solebat illis unum ex vinctis quemcumque petissent **6—11:** Io 18,39.40 **6—15:** Mt 27,15–26; Lc 23,17–25
[7] CCIII/IIII Erat autem qui dicebatur Barabbas
qui cum seditiosis erat vinctus
qui in seditione fecerant homicidium
[8] et cum ascendisset turba coepit rogare sicut semper faciebat illis
[9] Pilatus autem respondit eis et dixit
vultis dimittam vobis regem Iudaeorum
[10] sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes
[11] CCIIII/I Pontifices autem concitaverunt turbam ut magis Barabban dimitteret eis
[12] CCV/I Pilatus autem iterum respondens ait illis
quid ergo vultis faciam regi Iudaeorum

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

62 illi] ei MD; illis G. | ~ sedentem a dextris c | uirtutis + dei c | 68 neque scio] nescio M | 70 es[1] + tu MG. | 72 iterum *om.* M.; ~ gallus iterum c. | ei] illi N || 15,4 interrogabat ZPΦ | respondis SNA | 6 ~ solebat dimittere c | illis *om.* Z | 7 fecerant SM𝔊] fecerat *cet.* | 8 ascendissent turba S.; ascendissent turbae Z. | 9 respondens NC | et *om.* SNC |

13.14: Io 19,6.15 13 at illi iterum clamaverunt
crucifige eum
14 Pilatus vero dicebat eis
Lc 23,41 quid enim mali fecit
at illi magis clamabant
crucifige eum
15 CCVI/I Pilatus autem volens populo satisfacere
dimisit illis Barabban
Io 19,16 et tradidit Iesum flagellis caesum ut crucifigeretur
16—20: Mt 27,27–31 16 CCVII/IIII Milites autem duxerunt eum intro in atrium praetorii
et convocant totam cohortem
17—19: Io 19,2.3 17 et induunt eum purpuram
et inponunt ei plectentes spineam coronam
18 et coeperunt salutare eum
have rex Iudaeorum
14,65! Mt 26,67 19 et percutiebant caput eius harundine
et conspuebant eum
et ponentes genua adorabant eum
20 CCVIII/VI Et postquam inluserunt ei exuerunt illum purpuram
et induerunt eum vestimentis suis
CCVIIII/I Et educunt illum ut crucifigerent eum
Mt 27,32; Lc 23,26 21 et angariaverunt praetereuntem quempiam Simonem Cyreneum venientem de villa
patrem Alexandri et Rufi
ut tolleret crucem eius
Io 19,17 22 CCX/I Et perducunt illum in Golgotha
22—32: Mt 27,33–44; Lc 23,33–39 locum quod est interpretatum Calvariae locus
23 CCXI/IIII Et dabant ei bibere murratum vinum et non accepit
Ps 21,19; Io 19,23.24 24 CCXII/I Et crucifigentes eum diviserunt vestimenta eius
mittentes sortem super eis quis quid tolleret
25 CCXIII/X Erat autem hora tertia et crucifixerunt eum
26 CCXIIII/I Et erat titulus causae eius inscriptus rex Iudaeorum 26.27: Io 19,18.19
27 CCXV/I Et cum eo crucifigunt duos latrones
unum a dextris et alium a sinistris eius
28 CCXVI/VIII Et adimpleta est scriptura quae dicit
et cum iniquis reputatus est Is 53,12
29 CCXVII/VI Et praetereuntes blasphemabant eum
moventes capita sua et dicentes
va qui destruit templum et in tribus diebus aedificat 14,58; Mt 26,61! Io 2,19; Act 6,14
30 salvum fac temet ipsum descendens de cruce
31 CCXVIII/II Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alterutrum cum scribis dicebant
alios salvos fecit se ipsum non potest salvum facere
32 Christus rex Israhel descendat nunc de cruce Lc 23,44 33—41: Mt 27,45–56
ut videamus et credamus
CCXVIIII/II Et qui cum eo crucifixi erant conviciabantur ei
33 CCXX/II Et facta hora sexta tenebrae factae sunt per totam terram usque in horam nonam
34 CCXXI/VI Et hora nona exclamavit Iesus voce magna dicens
Heloi Heloi lama sabacthani
quod est interpretatum
Deus meus Deus meus ut quid dereliquisti me Ps 21,2
35 et quidam de circumstantibus audientes dicebant
ecce Heliam vocat
36 CCXXII/II Currens autem unus et implens spongiam aceto
circumponensque calamo potum dabat ei dicens
sinite videamus si veniat Helias ad

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

14 eis] illis c | 15 tradidit + eis ZΦ.; + illis P | 16 intro *om.* AMPG co | 17 purpura AMZΦ co | 20 purpura AZPDΦ co | eum¹] illum ZP | 21 *num.* 209/1 *ad* et angariauerunt *pon.* SMC o | 27 duo AMFPG | 28 impleta c | 29 destruis c; destruet G | templum + dei c | reaedificas c | 31 inludentes ZPD c; *om.* G. | 33 per] super MP𝔊 | 34 uoce magna *om.* N | ~ me dereliquisti ZPDΦ | 36 et *om.* MG. |

deponendum eum
37—41: Lc 23,45–49 37 CCXXIII/I Iesus autem emissa voce
magna exspiravit
38 CCXXIIII/II Et velum templi scissum est
in duo
a sursum usque deorsum
39 CCXXV/II Videns autem centurio qui ex
adverso stabat
14,61! Mt 14,33! Io 1,49; quia sic clamans exspirasset ait
Act 9,20! vere homo hic Filius Dei erat
40 CCXXVI/VI Erant autem et mulieres de
Mt 27,55! longe aspicientes
47; 16,1; Lc 24,10 inter quas et Maria Magdalene et
Maria Iacobi minoris et Ioseph ma-
ter et Salome
41 et cum esset in Galilaea sequebantur
eum et ministrabant ei
et aliae multae quae simul cum eo
ascenderant Hierosolyma
42—47: Mt 27,57–61; Lc 23,50–55 42 CCXXVII/I Et cum iam sero esset fac-
tum
quia erat parasceve quod est ante
sabbatum
Io 19,38 43 venit Ioseph ab Arimathia nobilis
decurio
Lc 2,25.38! qui et ipse erat expectans regnum
Dei
et audacter introiit ad Pilatum et
petiit corpus Iesu
44 Pilatus autem mirabatur si iam obis-
set
et accersito centurione interrogavit
eum si iam mortuus esset
Io 19,38 45 et cum cognovisset a centurione do-
navit corpus Ioseph
46 CCXXVIII/I Ioseph autem mercatus sin-
Io 19,40 donem et deponens eum involvit
sindone
et posuit eum in monumento quod
erat excisum de petra
et advolvit lapidem ad ostium mo-
numenti
40; 16,1; Lc 24,10 47 CCXXVIIII/VI Maria autem Magdalene et
Maria Ioseph aspiciebant ubi po-
neretur

16 CCXXX/VIII Et cum transisset sabbatum 15,40.47; Lc 24,10
Maria Magdalene et Maria Iacobi 1—8: Mt 28,1–8;
et Salome emerunt aromata Lc 24,1–6
ut venientes unguerent eum
2 CCXXXI/I Et valde mane una sabbato- Lc 24,22; Io 20,1
rum veniunt ad monumentum orto
iam sole
3 et dicebant ad invicem
quis revolvet nobis lapidem ab ostio
monumenti
4 et respicientes vident revolutum la-
pidem
erat quippe magnus valde
5 et introeuntes in monumento Io 20,11.12
viderunt iuvenem sedentem in dex-
tris
coopertum stola candida Act 1,10; 10,30
et obstipuerunt
6 CCXXXII/II Qui dicit illis
nolite expavescere
Iesum quaeritis Nazarenum cruci-
fixum surrexit non est hic
ecce locus ubi posuerunt eum
7 sed ite et dicite discipulis eius et Pet-
ro
quia praecedit vos in Galilaeam 14,28; Mt 26,32; 28,7
ibi eum videbitis sicut dixit vobis
8 CCXXXIII/II At illae exeuntes fugerunt
de monumento
invaserat enim eas tremor et pavor 9,51
et nemini quicquam dixerunt
timebant enim
9 surgens autem mane prima sab-
bati
apparuit primo Mariae Magdalenae Lc 8,2
de qua eiecerat septem daemo-
nia
10 illa vadens nuntiavit his qui cum eo 13; Lc 24,9; Io 20,18
fuerant lugentibus et flentibus
11 et illi audientes quia viveret et visus Gn 45,26; Mt 28,17
esset ab ea non crediderunt

S(sN)AMZ (FPG)DCΦ cɔ 38 sursum] summo ZPΦ c | 39 ~ hic homo c. | 40 et²] erat ZPGΦ c | 41 hierosolymam AСΦ c; in hierosolymam S.; hierosolymis F. | 43 qui] quia Z | petit AMG; petiuit P. | 46 [*deest* P *usque ad* 16,20] || 16,1 eum] iesum c. | 2 [*deest* N *usque ad v.* 20] | 3 reuoluit ZGD | 4 uiderunt ZΦ c | quippe] autem sC | 5 in monumentum GCΦ cɔ | uident s | 7 et¹ *om.* AMG cɔ; et dicite *om.* C. | 9 autem + iesus ZGDΦ |

Lc 24,13 12 post haec autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villam
10! 13 et illi euntes nuntiaverunt ceteris
Mt 28,17! nec illis crediderunt
14 novissime recumbentibus illis undecim apparuit
Lc 24,25 et exprobravit incredulitatem illorum et duritiam cordis
quia his qui viderant eum resurre-
Lc 24,11.41 xisse non crediderant
15 et dixit eis
13,10; 14,9! Mt 24,14! 26,13; 28,19 euntes in mundum universum praedicate evangelium omni creaturae
Io 3,18! 36! Act 16,31! 16 qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit
qui vero non crediderit condemnabitur
17 signa autem eos qui crediderint haec sequentur
9,37; Mt 7,22! in nomine meo daemonia eicient
Act 2,4! linguis loquentur novis
18 serpentes tollent
et si mortiferum quid biberint non eos nocebit
5,23! Iac 5,14.15 super aegrotos manus inponent et bene habebunt
19 et Dominus quidem postquam locutus est eis
Mt 22,44! Lc 24,51; Act 1,9! 11; I Tim 3,16 adsumptus est in caelum et sedit a dextris Dei
20 illi autem profecti praedicaverunt ubique
Act 14,3! Hbr 2,4 Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis

EXPLICIT

EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM

INCIPIT SECUNDUM LUCAM

I X Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem quae in nobis conpletae sunt rerum
2 sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis Io 15,27; Act 1,21
3 visum est et mihi adsecuto a principio omnibus diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile
4 ut cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem
5 Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae sacerdos quidam nomine Zaccharias de vice Abia
et uxor illi de filiabus Aaron et nomen eius Elisabeth
6 erant autem iusti ambo ante Deum
incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus Domini sine querella Ez 36,27
7 et non erat illis filius eo quod esset Elisabeth sterilis Gn 11,30! 18,11!
et ambo processissent in diebus suis 18
8 factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum 8.9; I Par 23,13!
9 secundum consuetudinem sacerdotii sorte exiit ut incensum poneret ingressus in templum Domini
10 et omnis multitudo erat populi orans foris hora incensi
11 apparuit autem illi angelus Domini stans a dextris altaris incensi 28! 11.12; 2,9!
12 et Zaccharias turbatus est videns et timor inruit super eum Mc 4,40!

12 *ad* post haec *num.* 234/10 *add.* MZFΦ | eis] his Dc | in uilla s | 14 *ad* nouissime *num.* 235/1 *add.* M, 235/10 *pon.* Φ | illorum] eorum Mc | his] iis c. | uiderunt ZΦ | resurrexisse + et nuntiantibus illis Z | crediderunt Dc | 15 eis + iesus ZΦ | 17 nouis] nobis MZ | 18 eos] eis Φc | aegros ZDΦc | 19 quidem + iesus ZΦc | sedet c | 20 sermone sZG | signis + amen AMFGo || S(s)AMZ (FPG)DCΦ co

Lucas. *Citantur* S(*aut* s)NAMZ *et* (F)P(G)DCΦ *ac* co. [*de* SsFPGDΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Mt *notata sunt*] *Tit.* incipit] sanctum iesu christi euangelium c.; euangelium o || 1,1 [*deest* N *usque ad* v.67] | 3 a principio omnia APΦ; omnia a principio c. | 5 illi] illius c. | 6 deum] dominum sGDC | mandatis + eius ZP. | 8 sacerdotio fungeretur] *praem.* zacharias G.; + zaccharias ZPC | 10 ~ populi erat sZPc. |

13 ait autem ad illum angelus
Act 10,31! Dn 10,12 ne timeas Zaccharia quoniam exaudita est deprecatio tua
Gn 17,19! et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium
60.63 et vocabis nomen eius Iohannem
58! 14 et erit gaudium tibi et exultatio
et multi in nativitate eius gaudebunt
15 erit enim magnus coram Domino et
7,33; Nm 6,3! vinum et sicera non bibet
et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae
16 et multos filiorum Israhel convertet ad Dominum Deum ipsorum
76! Mal 4,5.6! 17 et ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Heliae
ut convertat corda patrum in filios
et incredibiles ad prudentiam iustorum
parare Domino plebem perfectam
18 et dixit Zaccharias ad angelum
unde hoc sciam
7; Gn 18,11! Rm 4,19 ego enim sum senex et uxor mea processit in diebus suis
19 et respondens angelus dixit ei
ego sum Gabrihel qui adsto ante Deum
et missus sum loqui ad te et haec tibi evangelizare
Ez 3,26 20 et ecce eris tacens et non poteris loqui usque in diem quo haec fiant
pro eo quod non credidisti verbis meis
quae implebuntur in tempore suo
21 et erat plebs expectans Zacchariam
et mirabantur quod tardaret ipse in templo
22 egressus autem non poterat loqui ad illos
et cognoverunt quod visionem vidisset in templo
et ipse erat innuens illis et permansit mutus
23 et factum est ut impleti sunt dies officii eius abiit in domum suam
24 post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius
et occultabat se mensibus quinque dicens
25 quia sic mihi fecit Dominus in diebus quibus respexit auferre obprobrium meum inter homines Gn 30,23!
26 in mense autem sexto
missus est angelus Gabrihel a Deo in civitatem Galilaeae cui nomen Nazareth
27 ad virginem desponsatam viro cui Mt 1,18
nomen erat Ioseph de domo David 2,4; Mt 1,20
et nomen virginis Maria
28 et ingressus angelus ad eam dixit 11! Idc 6,12! Act 10,3
have gratia plena Dominus tecum
benedicta tu in mulieribus 42; Idc 5,24!
29 quae cum vidisset turbata est in sermone eius
et cogitabat qualis esset ista salutatio
30 et ait angelus ei
ne timeas Maria invenisti enim gratiam apud Deum Gn 6,8! Act 7,46
31 ecce concipies in utero et paries filium Is 7,14! Mt 1,21!
et vocabis nomen eius Iesum 2,21
32 hic erit magnus et Filius Altissimi vocabitur 6,35; Mt 27,43!
et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius 32.33: II Sm 7,16! Is 9,7; Dn 6,26! Act 2,30
33 et regnabit in domo Iacob in aeternum
et regni eius non erit finis
34 dixit autem Maria ad angelum
quomodo fiet istud quoniam virum Io 3,9
non cognosco Idc 11,39
35 II/V Et respondens angelus dixit ei
Spiritus Sanctus superveniet in te
et virtus Altissimi obumbrabit tibi

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ 15 siceram sZPGCΦ c | 17 incredibiles] incredulos c | 23 implerentur ZP | 25 ~ fecit mihi AD c | 27 mariam F | 28 inter mulieres M; inter mulieribus C | 29 uidisset] audisset A c | 32 deus *om.* AF | 33 regnauit MZP | 35—36 *num.* 2/5 *et* 3/10 *hic ponimus, supra ad v.* 19 et respondens *et ad* 20 et ecce *pon.* sAPGDC *ex errore archetypi, ad v.* 26 in mense *et* 36 et ecce *pon.* MZ, *infra ad* 2,6 factum est *et* 7 et reclinauit *pon.* Φ, *ad* 2,6 factum est *et* 8 et pastores *pon.* ɒ |

ideoque et quod nascetur sanctum
Mt 27,43! vocabitur Filius Dei
36 III/X Et ecce Elisabeth cognata tua et
Gn 21,2; 24,36 ipsa concepit filium in senecta sua
et hic mensis est sextus illi quae voca-
tur sterilis
Gn 18,14! 37 quia non erit inpossibile apud Deum
omne verbum
38 dixit autem Maria
Tb 3,6; Dn 14,8 ecce ancilla Domini fiat mihi secun-
dum verbum tuum
et discessit ab illa angelus
39 exsurgens autem Maria in diebus illis
abiit in montana cum festinatione
in civitatem Iuda
40 et intravit in domum Zacchariae et
salutavit Elisabeth
41 et factum est ut audivit salutationem
Mariae Elisabeth
44; Gn 25,22 LXX exultavit infans in utero eius
et repleta est Spiritu Sancto Elisa-
beth
42 et exclamavit voce magna et dixit
28! benedicta tu inter mulieres et bene-
Dt 28,4! dictus fructus ventris tui
43 et unde hoc mihi ut veniat mater Do-
mini mei ad me
44 ecce enim ut facta est vox salutatio-
nis tuae in auribus meis
41! exultavit in gaudio infans in utero
meo
Hbr 11,11 45 et beata quae credidit
quoniam perficientur ea quae dicta
sunt ei a Domino
46 et ait Maria
Ps 145,2! Magnificat anima mea Dominum
I Sm 2,1! Ps 34,9; Hab 3,18 47 et exultavit spiritus meus in Deo sa-
lutari meo
I Sm 1,11! 48 quia respexit humilitatem ancillae
suae
Gn 30,13; Mal 3,12 ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes
Ps 125,3 49 quia fecit mihi magna qui potens est
Ps 110,9! et sanctum nomen eius

50 et misericordia eius in progenies et Ex 20,6! Ps 102,17
progenies timentibus eum
51 fecit potentiam in brachio suo dis-
persit superbos mente cordis sui
52 deposuit potentes de sede et exalta- Iob 5,11! Sir 10,17!
vit humiles
53 esurientes implevit bonis et divites Ps 33,11; 106,9!
dimisit inanes
54 suscepit Israhel puerum suum me- Ps 97,3!
morari misericordiae 54.55: Idt 13,18; Mi 7,20
55 sicut locutus est ad patres nostros
Abraham et semini eius in saecu- Gal 3,16!
la
56 mansit autem Maria cum illa quasi
mensibus tribus
et reversa est in domum suam
57 Elisabeth autem impletum est tem- 2,6.7
pus pariendi
et peperit filium
58 et audierunt vicini et cognati eius 14; Rt 4,17
quia magnificavit Dominus miseri- Gn 19,19; Tb 11,20
cordiam suam cum illa
et congratulabantur ei
59 et factum est in die octavo 2,21; Gn 17,12!
venerunt circumcidere puerum
et vocabant eum nomine patris eius
Zacchariam
60 et respondens mater eius dixit
nequaquam sed vocabitur Iohan- 13.63
nes
61 et dixerunt ad illam
quia nemo est in cognatione tua qui
vocetur hoc nomine
62 innuebant autem patri eius quem
vellet vocari eum
63 et postulans pugillarem scripsit di-
cens
Iohannes est nomen eius 13.60
et mirati sunt universi
64 apertum est autem ilico os eius et
lingua eius
et loquebatur benedicens Deum
65 et factus est timor super omnes vi- 4,36; 5,9.26; 7,16; Mt 17,6! Act 2,43!
cinos eorum

35 nascetur + ex te MGc | 36 senectute sFDCΦc | ~ sextus est Cc | 45 credidisti sZP GΦc | ei] tibi sPGc; *om.* MZΦ | 47 exultabit Z | 50 a progenies (progenie c.) in progenies Pc | 51 potentia ZF. | 54 memoratus P; recordatus c | misericordiae + suae MP GΦc | 59 uocant A; uocabunt s.; uocauerunt G. | eius] sui ZPCΦc | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

et super omnia montana Iudaeae di-
vulgabantur omnia verba haec
66 et posuerunt omnes qui audierant in
corde suo dicentes
quid putas puer iste erit
Act 11,21 etenim manus Domini erat cum illo
Act 4,8! 67 et Zaccharias pater eius impletus est
Spiritu Sancto et prophetavit di-
cens
1 Sm 25,32! 68 Benedictus Deus Israhel quia visita-
Ps 110,9! Is 41,14! vit et fecit redemptionem plebi suae
Ps 17,3; 131,17! 69 et erexit cornu salutis nobis in domo
David pueri sui
Act 3,18.21; Rm 1,2! 70 sicut locutus est per os sanctorum
Apc 10,7! qui a saeculo sunt prophetarum
eius
II Sm 22,18! Ps 105,10 71 salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium qui oderunt nos
72.73: Ps 104,8.9! 72 ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris
et memorari testamenti sui sancti
Gn 26,3 73 iusiurandum quod iuravit ad Abra-
ham patrem nostrum 74 daturum se
nobis
1 Sm 12,10 ut sine timore de manu inimicorum
nostrorum liberati
serviamus illi 75 in sanctitate et iusti-
tia coram ipso omnibus diebus nos-
tris
76 et tu puer propheta Altissimi voca-
beris
17 praeibis enim ante faciem Domini
7,27; Mal 3,1! Mt 11,10! parare vias eius
Ier 31,34! Hbr 8,11.12! 77 ad dandam scientiam salutis plebi
eius in remissionem peccatorum
eorum
78 per viscera misericordiae Dei nostri
Za 3,8 in quibus visitavit nos oriens ex alto
Is 9,2! Ps 106,10; Mt 4,16 79 inluminare his qui in tenebris et in
umbra mortis sedent
ad dirigendos pedes nostros in viam
pacis
2,40! Idc 13,24.25! 80 puer autem crescebat et conforta-
batur spiritu
et erat in deserto usque in diem os-
tensionis suae ad Israhel
2 factum est autem in diebus illis exiit
edictum a Caesare Augusto
ut describeretur universus orbis
2 haec descriptio prima facta est prae-
side Syriae Cyrino
3 et ibant omnes ut profiterentur sin-
guli in suam civitatem
4 ascendit autem et Ioseph a Galilaea
de civitate Nazareth
in Iudaeam civitatem David quae
vocatur Bethleem
eo quod esset de domo et familia 1,27; Mt 1,20
David
5 ut profiteretur cum Maria despon- Mt 1,18
sata sibi uxore praegnate
6 factum est autem cum essent ibi im-
pleti sunt dies ut pareret **6.7:** 1,57
7 et peperit filium suum primogeni- Mt 1,25!
tum
et pannis eum involvit
et reclinavit eum in praesepio quia Idc 19,15!
non erat eis locus in diversorio
8 et pastores erant in regione eadem
vigilantes et custodientes vigilias
noctis supra gregem suum
9 et ecce angelus Domini stetit iuxta 1,11.12: Act 12,7
illos
et claritas Dei circumfulsit illos Act 26,13
et timuerunt timore magno Mc 4,40!
10 et dixit illis angelus
nolite timere
ecce enim evangelizo vobis gaudium
magnum quod erit omni populo
11 quia natus est vobis hodie salvator
qui est Christus Dominus in civi-
tate David
12 et hoc vobis signum Is 38,7!
invenietis infantem pannis involu-
tum et positum in praesepio
13 et subito facta est cum angelo mul-

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co 65 iudaeae + et s | 66 quid] quis c | 67 repletus c | [*adest* N *usque ad* 2,29] | 68 benedictus + dominus MPΦco | plebis sΦc | 70 eius] suorum sG | 71 ~ nos oderunt AG | 72 ~ sancti sui NGC | 79 in² *om.* MD | 80 desertis ZDCΦc || **2**,2 a praeside sZPCΦc | quirino Zo | 4 iudaeam + in c. | 7 in praesepi Z.; in praesepe Φ | eis] ei MZPΦ | 8 super Pc | 12 hoc + est Z | in praesepi Z; in praesepe Φ. |

titudo militiae caelestis
laudantium Deum et dicentium
Ps 148,1! Mt 21,9! 14 gloria in altissimis Deo
et in terra pax in hominibus bonae
voluntatis
15 et factum est ut discesserunt ab eis
angeli in caelum
pastores loquebantur ad invicem
transeamus usque Bethleem
II Sm 1,4 et videamus hoc verbum quod fac-
tum est
quod fecit Dominus et ostendit no-
bis
16 et venerunt festinantes
Mt 2,11 et invenerunt Mariam et Ioseph
et infantem positum in praesepio
17 videntes autem cognoverunt de ver-
bo quod dictum erat illis de puero
hoc
18 et omnes qui audierunt mirati sunt
et de his quae dicta erant a pastori-
bus ad ipsos
51; I Sm 21,12! 19 Maria autem conservabat omnia
verba haec conferens in corde suo
5,25; 17,15; 18,43; 19,37 20 et reversi sunt pastores glorificantes
et laudantes Deum in omnibus quae
audierant et viderant
sicut dictum est ad illos
1,59; Gn 17,12! 21 et postquam consummati sunt dies
octo ut circumcideretur
1,31; Mt 1,21! vocatum est nomen eius Iesus
quod vocatum est ab angelo prius-
quam in utero conciperetur
Lv 12,6 22 et postquam impleti sunt dies pur-
gationis eius secundum legem Mosi
tulerunt illum in Hierusalem ut sis-
terent eum Domino
23 sicut scriptum est in lege Domini
Ex 13,2! quia omne masculinum adaperiens
vulvam sanctum Domino vocabi-
tur
24 et ut darent hostiam secundum quod
dictum est in lege Domini
par turturum aut duos pullos colum- Lv 12,8
barum
25 et ecce homo erat in Hierusalem cui
nomen Symeon
et homo iste iustus et timoratus
expectans consolationem Israhel 38; 23,51; 24,21; Ps 118,166! Mc 15,43
et Spiritus Sanctus erat in eo
26 et responsum acceperat ab Spiritu
Sancto
non visurum se mortem nisi prius Ps 88,49; Mt 16,28! Io 8,51!
videret Christum Domini
27 et venit in Spiritu in templum
et cum inducerent puerum Iesum
parentes eius ut facerent secundum
consuetudinem legis pro eo
28 et ipse accepit eum in ulnas suas et
benedixit Deum et dixit
29 nunc dimittis servum tuum Domine 29.30: Gn 46,30!
secundum verbum tuum in pace
30 quia viderunt oculi mei salutare tu- 3,6; Ps 97,3! Is 52,10!
um
31 quod parasti ante faciem omnium
populorum
32 lumen ad revelationem gentium et Is 42,6; 49,6! Act 13,47
gloriam plebis tuae Israhel Is 46,13!
33 et erat pater eius et mater mirantes
super his quae dicebantur de illo
34 et benedixit illis Symeon
et dixit ad Mariam matrem eius
ecce positus est hic in ruinam et re- Is 8,14!
surrectionem multorum in Israhel
et in signum cui contradicetur
35 et tuam ipsius animam pertransiet
gladius
ut revelentur ex multis cordibus co-
gitationes
36 et erat Anna prophetissa filia Phanu-
hel de tribu Aser
haec processerat in diebus multis
et vixerat cum viro suo annis sep-
tem a virginitate sua
37 et haec vidua usque ad annos octo-
ginta quattuor

14 in[3] *om.* sCΦc | 15 pastores + uero Z | usque + in ZPD | fecit dominus et] fecit dominus s.; dominus ZDCco | 18 et[2] *om.* sG. | 20 deum] dominum ZP | 21 circumcideretur + puer c; + infans P. | 22 eum] illum Z | 24 domini *om.* AMFG | 29 dimittes Z; dimitte D | 30 [*deest* N *usque ad* 6,2] | 34 illis] illos MGDC | et[3] + in GCc. | 35 pertransibit AFco; pertransiuit M; pertransiit P. | S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

quae non discedebat de templo
Idt 4,12! I Tim 5,5 ieiuniis et obsecrationibus serviens nocte ac die
38 et haec ipsa hora superveniens confitebatur Domino
et loquebatur de illo omnibus qui
25! 23,51; Mc 15,43 expectabant redemptionem Hierusalem
39 et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini
Mt 2,23 reversi sunt in Galilaeam in civitatem suam Nazareth
40 puer autem crescebat et confortabatur plenus sapientia
52; 1,80; Idc 13,24.25! et gratia Dei erat in illo
41 et ibant parentes eius per omnes an-
41.42: Io 11,55 nos in Hierusalem in die sollemni paschae
42 et cum factus esset annorum duodecim
ascendentibus illis in Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi
43 consummatisque diebus cum redirent
remansit puer Iesus in Hierusalem
et non cognoverunt parentes eius
44 existimantes autem illum esse in comitatu
venerunt iter diei
et requirebant eum inter cognatos et notos
45 et non invenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum
46 et factum est post triduum
invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum
audientem illos et interrogantem
4,22 47 IIII/II Stupebant autem omnes qui eum audiebant
super prudentia et responsis eius
48 et videntes admirati sunt
V/X Et dixit mater eius ad illum
fili quid fecisti nobis sic
ecce pater tuus et ego dolentes quaerebamus te
49 et ait ad illos
quid est quod me quaerebatis
nesciebatis quia in his quae Patris Ps 26,4!
mei sunt oportet me esse
50 et ipsi non intellexerunt verbum 9,45! 18,34; Mc 9,31! Io 10,6!
quod locutus est ad illos
51 et descendit cum eis et venit Nazareth
et erat subditus illis
et mater eius conservabat omnia ver- 19; I Sm 21,12!
ba haec in corde suo
52 et Iesus proficiebat sapientia aetate 40; I Sm 2,26! Rm 14,18
et gratia apud Deum et homines

3 VI/III Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Caesaris
procurante Pontio Pilato Iudaeam
tetrarcha autem Galilaeae Herode
Philippo autem fratre eius tetrarcha Itureae et Trachonitidis regionis
et Lysania Abilinae tetrarcha
2 sub principibus sacerdotum Anna et Act 4,6
Caiapha
factum est verbum Dei super Iohannem Zachariae filium in deserto Mt 3,1
3 VII/I Et venit in omnem regionem Iordanis
praedicans baptismum paenitentiae Mc 1,4; Act 13,24; 19,4
in remissionem peccatorum
4 sicut scriptum est in libro sermonum 4—6: Is 40,3–5
Esaiae prophetae
vox clamantis in deserto parate vi- Mt 3,3; Mc 1,3; Io 1,23
am Domini rectas facite semitas eius
5 omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur
et erunt prava in directa et aspera in vias planas
6 et videbit omnis caro salutare Dei 2,30! Act 28,28
7 VIII/V Dicebat ergo ad turbas quae 7—9: Mt 3,7–10
exiebant ut baptizarentur ab ipso
genimina viperarum quis ostendit Mt 12,34; 23,33
vobis fugere a ventura ira

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cσ

37 descendebat M | 38 hierusalem] israel G c | 42 in *om.* GΦ c | hierosolyma sPD σ | 46 interrogantem + illos sZD; + eos PC c | 48 sic *om.* AMF | 50 illos] eos c | 52 sapientia + et s cσ || 3,1 in iudaea MFG | lysaniae sZPG | 2 dei] domini GDΦ c | 3 in remissione Z | 5 replebitur ZD |

Act 26,20 8 facite ergo fructus dignos paeniten-
tiae
Io 8,33.39; Rm 4,16 et ne coeperitis dicere patrem habe-
mus Abraham
dico enim vobis quia potest Deus de
lapidibus istis suscitare filios Ab-
rahae
9 iam enim securis ad radicem arbo-
rum posita est
Mt 7,19; Io 15,2.6 omnis ergo arbor non faciens fruc-
tum exciditur et in ignem mittitur
14; Act 2,37; 16,30; 22,10 10 VIIII/X Et interrogabant eum turbae di-
centes
quid ergo faciemus
11 respondens autem dicebat illis
qui habet duas tunicas det non ha-
benti
et qui habet escas similiter faciat
12 venerunt autem et publicani ut bap-
tizarentur
et dixerunt ad illum
magister quid faciemus
13 at ille dixit ad eos
nihil amplius quam quod constitu-
tum est vobis faciatis
10! 14 interrogabant autem eum et milites
dicentes
quid faciemus et nos
et ait illis
neminem concutiatis neque calum-
niam faciatis
et contenti estote stipendiis vestris
15 existimante autem populo
et cogitantibus omnibus in cordibus
suis de Iohanne ne forte ipse esset
Christus
Io 1,26.27 16 respondit Iohannes dicens omnibus
16.17: Mt 3,11.12! Mc 1,7.8 X/I Ego quidem aqua baptizo vos
venit autem fortior me
cuius non sum dignus solvere cor-
rigiam calciamentorum eius
ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto
et igni

17 XI/V Cuius ventilabrum in manu eius
et purgabit aream suam
et congregabit triticum in horreum Mt 13,30
suum
paleas autem conburet igni inextin-
guibili
18 multa quidem et alia exhortans evan-
gelizabat populum
19 XII/II Herodes autem tetrarcha cum 19.20: Mt 14,3; Mc 6,17
corriperetur ab illo de Herodiade
uxore fratris sui
et de omnibus malis quae fecit He-
rodes
20 adiecit et hoc supra omnia et inclusit
Iohannem in carcere
21 XIII/I Factum est autem cum baptiza-
retur omnis populus
et Iesu baptizato et orante 21.22: Mt 3,16.17! Mc 1,9–11
apertum est caelum
22 et descendit Spiritus Sanctus corpo-
rali specie sicut columba in ipsum
et vox de caelo facta est
tu es Filius meus dilectus in te con-
placuit mihi
23 XIIII/III Et ipse Iesus erat incipiens quasi
annorum triginta
ut putabatur filius Ioseph 4,22; Mt 13,55; Io 1,45; 6,42
qui fuit Heli
24 qui fuit Matthat
qui fuit Levi
qui fuit Melchi
qui fuit Iannae
qui fuit Ioseph
25 qui fuit Matthathiae
qui fuit Amos
qui fuit Naum
qui fuit Esli
qui fuit Naggae
26 qui fuit Maath
qui fuit Matthathiae
qui fuit Semei
qui fuit Iosech
qui fuit Ioda

8 potest] potens est M c | 9 arboris ZP | ergo] enim ZP | fructum AMο] + bonum *cet.* | excidetur PDCΦc | in *om.* A | mittetur PDCΦc | 13 quod *om.* AFDο | 14 eum] illum ZPΦ | 16 *num.* 10/1 *ad* respondit *pon.* ο | ueniet APCc | baptizauit MD | 17 purgauit AMZP | congregauit M | 18 populo PGCc | 20 super Gc | in carcerem ZPGDΦ | 22 conplacui Φc | 23 putaretur A | 26 iosech] ioseph c | iuda PDΦc |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cο

27 qui fuit Iohanna
qui fuit Resa
I Esr 3,2! Mt 1,12 qui fuit Zorobabel
qui fuit Salathihel
qui fuit Neri
28 qui fuit Melchi
qui fuit Addi
qui fuit Cosam
qui fuit Helmadam
qui fuit Her
29 qui fuit Iesu
qui fuit Eliezer
qui fuit Iorim
qui fuit Matthat
qui fuit Levi
30 qui fuit Symeon
qui fuit Iuda
qui fuit Ioseph
qui fuit Iona
qui fuit Eliachim
31 qui fuit Melea
qui fuit Menna
qui fuit Matthata
qui fuit Nathan
31—33: Rt 4,18–22 qui fuit David
31—34: Mt 1,2–5 32 qui fuit Iesse
qui fuit Obed
qui fuit Booz
qui fuit Salmon
qui fuit Naasson
33 qui fuit Aminadab
qui fuit Aram
qui fuit Esrom
qui fuit Phares
qui fuit Iudae
34 qui fuit Iacob
Gn 25,19! qui fuit Isaac
34—36: Gn 11,10–26; I Par 1,24–27 qui fuit Abraham
qui fuit Tharae
qui fuit Nachor
35 qui fuit Seruch
qui fuit Ragau
qui fuit Phalec
qui fuit Eber
qui fuit Sale
36 qui fuit Cainan
qui fuit Arfaxat
qui fuit Sem 36—38: Gn 5,4–31!
qui fuit Noe
qui fuit Lamech
37 qui fuit Mathusalae
qui fuit Enoch
qui fuit Iared
qui fuit Malelehel
qui fuit Cainan
38 qui fuit Enos Gn 4,26
qui fuit Seth
qui fuit Adam
qui fuit Dei

4 XV II Iesus autem plenus Spiritu Sancto 1—13: Mt 4,1–11
regressus est ab Iordane
et agebatur in Spiritu in desertum 1.2: Mc 1,12.13
2 diebus quadraginta
et temptabatur a diabolo
XVI V Et nihil manducavit in diebus illis
et consummatis illis esuriit
3 dixit autem illi diabolus
si Filius Dei es dic lapidi huic ut panis fiat
4 et respondit ad illum Iesus
scriptum est quia non in pane solo vivet homo sed in omni verbo Dei Dt 8,3!
5 et duxit illum diabolus
et ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis
6 et ait ei
tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam illorum
quia mihi tradita sunt et cui volo do illa
7 tu ergo si adoraveris coram me erunt tua omnia
8 et respondens Iesus dixit illi
scriptum est Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies Dt 6,13!
9 et duxit illum in Hierusalem Ez 8,3
et statuit eum supra pinnam templi
et dixit illi

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ 34 abrahae ZPΦ c | 35 sarug c. | phaleg ZFΦ c ‖ 4,1 in[1]] ab C c | in deserto ZPGC | 4 ~ in solo pane P c | uiuit P(*uid.*)C c | 5 diabolus + in montem altissimum M; + in montem excelsum c | 6 ei] illi sZPΦ c; ad illum G. | 7 si] *praem.* procidens A; + procidens PG. | 9 super c |

si Filius Dei es mitte te hinc deorsum
10 scriptum est enim
10.11: Ps 90,11.12 quod angelis suis mandabit de te ut conservent te
11 et quia in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum
12 et respondens Iesus ait illi
Dt 6,16! I Cor 10,9 dictum est non temptabis Dominum Deum tuum
13 et consummata omni temptatione diabolus recessit ab illo usque ad tempus
14.15: Mt 4,23! 14 XVII/I Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilaeam
37; 5,15; 7,17; Mt 9,26! et fama exiit per universam regionem de illo
44 15 et ipse docebat in synagogis eorum
et magnificabatur ab omnibus
Mt 13,54; Mc 6,1.2 16 XVIII/X Et venit Nazareth ubi erat nutritus
6,6; 13,10; Mc 1,21! Act 17,1.2 et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam
et surrexit legere
17 et traditus est illi liber prophetae Esaiae
et ut revolvit librum invenit locum ubi scriptum erat
Act 10,38 18 Spiritus Domini super me propter
18.19: Is 61,1.2! quod unxit me
Mt 11,5 evangelizare pauperibus misit me
19 praedicare captivis remissionem et caecis visum
Is 58,6! dimittere confractos in remissionem
II Cor 6,2 praedicare annum Domini acceptum et diem retributionis
20 et cum plicuisset librum reddidit ministro et sedit
Act 6,15 et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum
21 coepit autem dicere ad illos
quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris
22 XVIIII/I Et omnes testimonium illi dabant
et mirabantur in verbis gratiae quae procedebant de ore ipsius 2,47; Mc 6,2.3! Mt 13,54.55
et dicebant
nonne hic filius est Ioseph 3,23; Io 1,45; 6,42
23 XX/X Et ait illis
utique dicetis mihi hanc similitudinem
medice cura te ipsum
quanta audivimus facta in Capharnaum fac et hic in patria tua
24 XXI/I Ait autem
amen dico vobis Mt 13,57; Mc 6,4; Io 4,44
quia nemo propheta acceptus est in patria sua
25 XXII/X In veritate dico vobis
multae viduae erant in diebus Heliae in Israhel
quando clusum est caelum annis tribus et mensibus sex Iac 5,17
cum facta est fames magna in omni terra III Rg 18,2!
26 et ad nullam illarum missus est Helias
nisi in Sareptha Sidoniae ad mulierem viduam III Rg 17,9
27 et multi leprosi erant in Israhel sub Heliseo propheta
et nemo eorum mundatus est nisi Neman Syrus IV Rg 5,14
28 et repleti sunt omnes in synagoga ira haec audientes
29 et surrexerunt et eiecerunt illum extra civitatem
et duxerunt illum usque ad supercilium montis
supra quem civitas illorum erat aedificata
ut praecipitarent eum
30 ipse autem transiens per medium illorum ibat
31 XXIII/VIII Et descendit in Capharnaum civitatem Galilaeae 31—37: Mc 1,21–28
ibique docebat illos sabbatis

10 mandauit MZPGDc | 11 tollant ZP | 14 regressus] egressus AD | 15 ab hominibus ZP. | 16 in synagoga ZPG. | 17 ~ esaiae prophetae sc | ut *om.* ZD | 18 me³ + sanare contritos corde Gc | 20 plicasset MG | 22 ~ est filius sGc | 24 autem + iesus ZP. | 25 facta esset ZPΦc | 29 supra] super c | 31 illos] eos MP. |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

Mt 7,28.29! 22,33! 32 XXIIII/II Et stupebant in doctrina eius
quia in potestate erat sermo ipsius
33 XXV/VIII Et in synagoga erat homo ha-
33.34: Mt 8,29! bens daemonium inmundum
33—35: 8,28.29; Mc 5,7.8 et exclamavit voce magna 34 dicens
sine quid nobis et tibi Iesu Nazarene
venisti perdere nos
scio te qui sis Sanctus Dei
Mt 17,17! 35 et increpavit illi Iesus dicens
obmutesce et exi ab illo
et cum proiecisset illum daemonium
in medium exiit ab illo nihilque il-
lum nocuit
1,65! 36 et factus est pavor in omnibus
et conloquebantur ad invicem dicen-
tes
quod est hoc verbum
quia in potestate et virtute imperat
inmundis spiritibus et exeunt
14; 5,15; 7,17; Mt 9,26! 37 et divulgabatur fama de illo in om-
nem locum regionis
38.39: Mt 8,14.15; Mc 1,29–31 38 XXVI/II Surgens autem de synagoga in-
troivit in domum Simonis
socrus autem Simonis tenebatur
magnis febribus
et rogaverunt illum pro ea
39 et stans super illam imperavit febri
et dimisit illam
et continuo surgens ministrabat illis
40.41: Mt 4,24! 8,16; Mc 1,32–34 40 cum sol autem occidisset
omnes qui habebant infirmos variis
Act 28,9 languoribus ducebant illos ad eum
Mc 6,5; Act 28,8 at ille singulis manus inponens cura-
bat eos
41 XXVII/VIII Exiebant autem etiam daemo-
Mc 3,11.12 nia a multis clamantia et dicentia
quia tu es Filius Dei
et increpans non sinebat ea loqui
quia sciebant ipsum esse Christum
42—44: Mc 1,35–39 42 XXVIII/VIII Facta autem die egressus ibat
in desertum locum
et turbae requirebant eum et vene-
runt usque ad ipsum
et detinebant illum ne discederet ab
eis
43 quibus ille ait
quia et aliis civitatibus oportet me 43.44: Mt 9,35!
evangelizare regnum Dei
quia ideo missus sum
44 et erat praedicans in synagogis Gali- 15!
laeae

5 XXVIIII/X Factum est autem cum turbae
inruerent in eum ut audirent ver-
bum Dei
et ipse stabat secus stagnum Genne-
sareth
2 et vidit duas naves stantes secus
stagnum
piscatores autem descenderant et la-
vabant retia
3 ascendens autem in unam navem
quae erat Simonis
rogavit eum a terra reducere pusil-
lum
et sedens docebat de navicula turbas
4 XXX/VIIII Ut cessavit autem loqui dixit ad
Simonem
duc in altum et laxate retia vestra in Io 21,6
capturam
5 et respondens Simon dixit illi
praeceptor per totam noctem labo- Io 21,3
rantes nihil cepimus
in verbo autem tuo laxabo rete
6 et cum hoc fecissent concluserunt Io 21,6
piscium multitudinem copiosam
rumpebatur autem rete eorum
7 et annuerunt sociis qui erant in alia
navi ut venirent et adiuvarent eos
et venerunt et impleverunt ambas
naviculas ita ut mergerentur
8 XXXI/X Quod cum videret Simon Pet-
rus procidit ad genua Iesu dicens
exi a me quia homo peccator sum Mt 8,8
Domine
9 stupor enim circumdederat eum et 1,65!
omnes qui cum illo erant

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ 34 te *om.* Z | quis c(*edd.* 1593 *et* 1598); quia sD | 35 illi] illum MPc | et[2] *om.* ZP. | illo[1]] eo c.; homine ZP. | in medium *om.* s | illum[2]] eum ZPΦ; illi C | 36 et[3] + in sC | ~ spiritibus inmundis A | 38 autem[1] + iesus ZPΦc | 40 ~ autem sol c. | 41 autem etiam sD𝔊] etiam AM; autem *cet.* || 5,3 eum] autem A | ut a terra reduceret sZPΦ; a terra reduceret D | 4 laxate] laxa AM | 7 ita ut + pene c |

in captura piscium quam ceperant
Mt 4,21! Mc 1,19; 10,35 10 similiter autem Iacobum et Iohan-
nem filios Zebedaei qui erant socii
Simonis
XXXII/II Et ait ad Simonem Iesus
noli timere
Mt 4,19; Mc 1,17 ex hoc iam homines eris capiens
11 et subductis ad terram navibus relic-
Mt 19,27! tis omnibus secuti sunt illum
12—14: Mt 8,2–4; Mc 1,40–44 12 XXXIII/II Et factum est cum esset in una
civitatum
et ecce vir plenus lepra
et videns Iesum et procidens in fa-
ciem rogavit eum dicens
Domine si vis potes me mundare
13 et extendens manum tetigit illum di-
cens
volo mundare
et confestim lepra discessit ab illo
14 et ipse praecepit illi ut nemini dice-
ret
17,14; Lv 14,2–4 sed vade ostende te sacerdoti
et offer pro emundatione tua
sicut praecepit Moses in testimoni-
um illis
4,14.37; 7,17; Mt 9,26! 15 XXXIIII/I Perambulabat autem magis
sermo de illo
et conveniebant turbae multae ut
audirent
et curarentur ab infirmitatibus suis
Mc 1,35! 16 XXXV/II Ipse autem secedebat in deser-
to et orabat
17 XXXVI/II Et factum est in una dierum
et ipse sedebat docens
et erant Pharisaei sedentes et legis
doctores
qui venerant ex omni castello Gali-
laeae et Iudaeae et Hierusalem
6,19; 8,46 et virtus erat Domini ad sanandum
eos
18—26: Mt 9,2–8; Mc 2,3–12 18 XXXVII/I Et ecce viri portantes in lecto
hominem qui erat paralyticus
et quaerebant eum inferre et ponere
ante eum
19 et non invenientes qua parte illum
inferrent prae turba
ascenderunt supra tectum
per tegulas submiserunt illum cum
lecto in medium ante Iesum
20 quorum fidem ut vidit dixit
homo remittuntur tibi peccata tua 23; 7,48; Mc 11,25
21 et coeperunt cogitare scribae et Pha-
risaei dicentes
quis est hic qui loquitur blasphemias
quis potest dimittere peccata nisi so- 7,49; Is 43,25!
lus Deus
22 ut cognovit autem Iesus cogitatio-
nes eorum respondens dixit ad illos
quid cogitatis in cordibus vestris
23 quid est facilius dicere dimittuntur 20
tibi peccata an dicere surge et am-
bula
24 ut autem sciatis quia Filius hominis Mt 9,6!
potestatem habet in terra dimittere
peccata
ait paralytico
tibi dico surge tolle lectum tuum et
vade in domum tuam
25 et confestim surgens coram illis tulit
in quo iacebat
et abiit in domum suam magnificans 2,20!
Deum
26 et stupor adprehendit omnes et mag- 1,65! 7,16; Mt 9,8!
nificabant Deum
et repleti sunt timore dicentes
quia vidimus mirabilia hodie
27 XXXVIII/II Et post haec exiit 27—32: Mt 9,9–13; Mc 2,13–17
et vidit publicanum nomine Levi se-
dentem ad teloneum
et ait illi sequere me 9,59; Mt 8,22; Io 1,43
28 et relictis omnibus surgens secutus Mt 19,27!
est eum
29 XXXVIIII/II Et fecit ei convivium mag-
num Levi in domo sua

11 illum] eum G c | 12 et² *om.* ZP | et³ *om.* s | et⁴ *om.* MD | faciem + et A | 13 illum] eum c; + iesus sΦ. | 14 mundatione sMP | 16 in desertum GCc | 17 ~ domini erat c. | sanandos MD | 19 illum¹] eum ZFP | per tegulas sC] *praem.* et ZFPDΦ co; + et AM | illum²] eum c | 21 blasphemiam MPG | 24 ~ habet potestatem c | dimittendi MCc | surge + et ZGCΦ | 25 consurgens c. | tulit + lectum c | 29 ei] illi G.; *om.* Z | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

et erat turba multa publicanorum et
aliorum qui cum illis erant discum-
bentes
15,2; 19,7 30 et murmurabant Pharisaei et scribae
eorum dicentes ad discipulos eius
quare cum publicanis et peccatori-
bus manducatis et bibitis
31 XL II Et respondens Iesus dixit ad illos
non egent qui sani sunt medico sed
qui male habent
32 non veni vocare iustos sed peccato-
res in paenitentiam
33—38: Mt 9,14–17; Mc 2,18–22 33 at illi dixerunt ad eum
quare discipuli Iohannis ieiunant fre-
quenter et obsecrationes faciunt
similiter et Pharisaeorum
tui autem edunt et bibunt
34 quibus ipse ait
numquid potestis filios sponsi dum
cum illis est sponsus facere ieiunare
35 venient autem dies et cum ablatus
fuerit ab illis sponsus
tunc ieiunabunt in illis diebus
6,39; 12,16; 13,6; 14,7; 15,3! Mt 13,33! 36 dicebat autem et similitudinem ad
illos
quia nemo commissuram a vesti-
mento novo inmittit in vestimen-
tum vetus
alioquin et novum rumpit et veteri
non convenit commissura a novo
37 et nemo mittit vinum novum in ut-
res veteres
alioquin rumpet vinum novum utres
et ipsum effundetur et utres peribunt
38 sed vinum novum in utres novos mit-
tendum est
et utraque conservantur
39 et nemo bibens vetus statim vult no-
vum
dicit enim vetus melius est
1—5: Mt 12,1–8; Mc 2,23–28 6 XLI II Factum est autem in sabbato se-
cundoprimo cum transiret per sata
vellebant discipuli eius spicas et Dt 23,25
manducabant confricantes manibus
2 quidam autem Pharisaeorum dice-
bant illis
quid facitis quod non licet in sabba-
tis
3 et respondens Iesus ad eos dixit
nec hoc legistis quod fecit David
cum esurisset ipse et qui cum eo
erant
4 quomodo intravit in domum Dei
et panes propositionis sumpsit et
manducavit
et dedit his qui cum ipso erant
quos non licet manducare nisi tan-
tum sacerdotibus
5 et dicebat illis
quia dominus est Filius hominis et-
iam sabbati
6 XLII II Factum est autem et in alio sab- 4,16; 13,10; Mc 1,21! 6,2
bato ut intraret in synagogam et 6—11: Mt 12,9–14; Mc 3,1–6
doceret
et erat ibi homo et manus eius dextra
erat arida
7 observabant autem scribae et Phari- 14,1
saei si in sabbato curaret
ut invenirent accusare illum
8 ipse vero sciebat cogitationes eorum Mt 9,4!
et ait homini qui habebat manum
aridam
surge et sta in medium
et surgens stetit
9 ait autem ad illos Iesus
interrogo vos si licet sabbato bene
facere an male
animam salvam facere an perdere
10 et circumspectis omnibus dixit ho-
mini
extende manum tuam
et extendit et restituta est manus
eius
11 ipsi autem repleti sunt insipientia

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

31 medicos ZC; medicum G | 32 in] ad c | 34 possunt filii ZPG | facere *om.* ZG | 35 et *om.* AMGDΦ cɔ | illis[1]] eis sG. | 36 ~ nouo uestimento c. | 37 rumpit APD | effunditur AMFP; fundetur s. || 6,1 transirent A; pertransiret D | 2 [*adest* N *usque ad v.* 20] | 3 esuriret sD | eo] illo c. | 4 ipso] eo ZFPΦ; illo N. | licebat NFPGDCΦ | 5 *num.* 42/2 *ad* et dicebat *pon.* ɔ | 6 in synagoga NZPD | erat[2] *om.* AF | 7 in *om.* AMGɔ | unde accusarent ZPΦ c; unde accusare C | illum] eum c | 8 et[2] *om.* ZP | 9 sabbatis c | 10 circuminspectis ZP |

et conloquebantur ad invicem quid-
nam facerent Iesu
12 XLIII II Factum est autem in illis diebus
9,28; Mt 14,23; Mc 6,46 exiit in montem orare
et erat pernoctans in oratione Dei
13 XLIIII II Et cum dies factus esset
Io 6,71 vocavit discipulos suos et elegit duo-
13—16: Mt 10,1–4; Mc 3,14–19 decim ex ipsis
quos et apostolos nominavit
Mt 4,18! Mc 1,16 14 Simonem quem cognominavit Pet-
14—16: Act 1,13 rum
et Andream fratrem eius
Iacobum et Iohannem
Philippum et Bartholomeum
15 Mattheum et Thomam
Iacobum Alphei et Simonem qui vo-
catur Zelotes
Mt 26,25! 16 Iudam Iacobi et Iudam Scarioth qui
fuit proditor
17 XLV I Et descendens cum illis stetit in
loco campestri
17.18: Mt 4,24.25! Mc 3,7.8 et turba discipulorum eius
et multitudo copiosa plebis ab omni
Iudaea et Hierusalem
et maritimae Tyri et Sidonis
18 qui venerunt ut audirent eum
et sanarentur a languoribus suis
et qui vexabantur ab spiritibus in-
mundis curabantur
Mt 9,20.21; 14,36! Mc 5,30; 6,56 19 et omnis turba quaerebant eum tan-
gere
5,17; 8,46 quia virtus de illo exiebat et sanabat
omnes
20 XLVI V Et ipse elevatis oculis in disci-
pulos suos dicebat
Mt 5,3 beati pauperes quia vestrum est reg-
num Dei
Mt 5,6 21 XLVII V Beati qui nunc esuritis quia sa-
turabimini
XLVIII V Beati qui nunc fletis quia ride-
bitis

22 XLVIIII V Beati eritis cum vos oderint 21,17; Is 66,5; Mt 10,22! Mc 13,13; 1 Pt 4,14!
homines
et cum separaverint vos et exprobra-
verint
et eiecerint nomen vestrum tamquam 22.23: Mt 5,11.12
malum propter Filium hominis
23 gaudete in illa die et exultate
ecce enim merces vestra multa in
caelo
secundum haec enim faciebant pro-
phetis patres eorum
24 L X Verumtamen vae vobis divitibus Am 6,1; Mt 6,2.5.16
quia habetis consolationem vestram
25 vae vobis qui saturati estis quia esu-
rietis
vae vobis qui ridetis nunc quia luge- Iac 4,9
bitis et flebitis
26 LI X Vae cum bene vobis dixerint om-
nes homines
secundum haec faciebant prophetis
patres eorum
27 LII V Sed vobis dico qui auditis
diligite inimicos vestros 35
benefacite his qui vos oderunt 27.28: Mt 5,44
28 benedicite maledicentibus vobis
orate pro calumniantibus vos
29 LIII V Ei qui te percutit in maxillam Lam 3,30! Mt 5,39.40
praebe et alteram
et ab eo qui aufert tibi vestimentum
etiam tunicam noli prohibere
30 omni autem petenti te tribue Mt 5,42!
et qui aufert quae tua sunt ne repe-
tas
31 LIIII V Et prout vultis ut faciant vobis Tb 4,16! Mt 7,12
homines
et vos facite illis similiter
32 LV V Et si diligitis eos qui vos diligunt Mt 5,46
quae vobis est gratia
nam et peccatores diligentes se dili-
gunt
33 et si benefeceritis his qui vobis bene-

15 ~ thoman et mattheum ZPΦ | 16 et iudam iacobi Fc | iscariotem c. | 17 maritimae sNMG𝔊] maritima et *cet.* | 18 uenerant c | 19 quaerebant AGo] quaerebat *cet.* | 20 [*deest* N *usque ad v.* 38] | 23 multa + est sZPCΦc | 24 quia] qui MDΦ | 25 *num.* 51/10 *ad* uae uobis qui saturati *pon.* o | 26 benedixerint uobis c.; uobis benedixerint G | omnes *om.* c | haec + enim Pc | pseudoprophetis Dc; *om.* C. | 27 ~ oderunt uos c | 28 et orate c | 29 ei sMZP, *cf.* 𝔊] et *cet.* | praebe + illi sP | aufert MPDco, *cf.* 𝔊] auferet *cet.* | 30 aufert DCco, *cf.* 𝔊] auferet *cet.* |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

faciunt quae vobis est gratia
siquidem et peccatores hoc faciunt
[34] et si mutuum dederitis his a quibus
speratis recipere quae gratia est vobis
nam et peccatores peccatoribus fenerantur ut recipiant aequalia
27; Mt 5,44.45 [35] verumtamen diligite inimicos vestros
Dt 15,8! et benefacite et mutuum date
nihil desperantes
et erit merces vestra multa
1,32 et eritis filii Altissimi
quia ipse benignus est super ingratos et malos
[36] estote ergo misericordes sicut et Pater vester misericors est
Mt 7,1 [37] LVI/II Nolite iudicare et non iudicabimini
nolite condemnare et non condemnabimini
Mt 6,14! Mc 11,25 dimittite et dimittemini
[38] date et dabitur vobis
mensuram bonam confersam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum
Mt 7,2; Mc 4,24 eadem quippe mensura qua mensi fueritis remetietur vobis
5,36! [39] LVII/V Dicebat autem illis et similitudinem
Mt 15,14 numquid potest caecus caecum ducere
nonne ambo in foveam cadent
Mt 10,24; Io 13,16; 15,20 [40] LVIII/III Non est discipulus super magistrum
Mt 5,48! perfectus autem omnis erit sicut magister eius
41.42: Mt 7,3–5 [41] LVIIII/V Quid autem vides festucam in oculo fratris tui
trabem autem quae in oculo tuo est non consideras
[42] et quomodo potes dicere fratri tuo
frater sine eiciam festucam de oculo tuo
ipse in oculo tuo trabem non videns
hypocrita eice primum trabem de oculo tuo
et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui
[43] LX/V Non est enim arbor bona quae facit fructus malos Mt 7,18
neque arbor mala faciens fructum bonum
[44] unaquaeque enim arbor de fructu suo cognoscitur Mt 7,16.20; 12,33
LXI/V Neque enim de spinis colligunt ficus Iac 3,12
neque de rubo vindemiant uvam
[45] LXII/V Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum Mt 12,34.35
et malus homo de malo profert malum
ex abundantia enim cordis os loquitur
[46] LXIII/III Quid autem vocatis me Domine Domine Mt 7,21
et non facitis quae dico
[47] LXIIII/V Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos 47–49: Mt 7,24–27
ostendam vobis cui similis est
[48] similis est homini aedificanti domum
qui fodit in altum et posuit fundamenta supra petram
inundatione autem facta
inlisum est flumen domui illi et non potuit eam movere
fundata enim erat supra petram
[49] qui autem audivit et non fecit
similis est homini aedificanti domum suam supra terram sine fundamento
in quam inlisus est fluvius et conti-

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ c𝔬 35 et[1] *om.* D c | desperantes] inde sperantes A c𝔬; sperantes s | 37 dimittite et dimittemini DC c𝔬 𝔊] dim. et dimittimini AMFG; dim. et dimittetur uobis ZPΦ; *om.* s | 38 bonam + et c | confertam A c𝔬; conferam FP. | [*adest* N *usque ad* 8,6] | 39 cadunt MZPΦ c | 40 erit + si sit ZPGΦ c | 42 et[1]] aut D c. | uidens sAD c𝔬 𝔊] uides *cet.* | prespicies P: respicies AM | 45 bonum] bona ZPGD | malo + thesauro ZΦ c; + thesauro cordis sui MP | os] *praem.* eius s.; + eius DC | 46 autem] enim ZPΦ | 47 est] sit AMD c𝔬 | 48 domum + suam ZP | fundamentum c | super[1.2] ZP c | 49 audit et non facit sG c | super P c | in qua A |

nuo concidit
et facta est ruina domus illius magna
Mt 7,28; 11,1; 13,53; 19,1; 26,1 1—3: 8,5–7 7 LXV III Cum autem implesset omnia
verba sua in aures plebis intravit
Capharnaum
2.3: Io 4,46.47 2 centurionis autem cuiusdam servus
male habens erat moriturus qui illi
erat pretiosus
3 et cum audisset de Iesu
misit ad eum seniores Iudaeorum
rogans eum ut veniret et salvaret
servum eius
4 at illi cum venissent ad Iesum
rogabant eum sollicite dicentes ei
quia dignus est ut hoc illi praestes
5 diligit enim gentem nostram
et synagogam ipse aedificavit nobis
Act 10,23 6 Iesus autem ibat cum illis
6—9: Mt 8,8–10 et cum iam non longe esset a domo
8,49; Mc 5,35 misit ad eum centurio amicos dicens
Domine noli vexari
non enim dignus sum ut sub tectum
meum intres
7 propter quod et me ipsum non sum
dignum arbitratus ut venirem ad te
sed dic verbo et sanabitur puer meus
8 nam et ego homo sum sub potestate
constitutus
habens sub me milites
et dico huic vade et vadit
et alio veni et venit
et servo meo fac hoc et facit
9 quo audito Iesus miratus est
et conversus sequentibus se turbis
dixit
amen dico vobis
nec in Israhel tantam fidem inveni
10 LXVI V Et reversi qui missi fuerant do-
mum
invenerunt servum qui languerat sa-
num
11 LXVII X Et factum est deinceps
ibat in civitatem quae vocatur Naim
et ibant cum illo discipuli eius et tur-
ba copiosa
12 cum autem adpropinquaret portae
civitatis
et ecce defunctus efferebatur filius
unicus matri suae
et haec vidua erat
et turba civitatis multa cum illa
13 quam cum vidisset Dominus miseri- 10,33
cordia motus super ea dixit illi
noli flere
14 et accessit et tetigit loculum 14.15: 8,54.55; Mc 5,41.42; Act 9,40
hii autem qui portabant steterunt
et ait
adulescens tibi dico surge
15 et resedit qui erat mortuus et coepit
loqui
et dedit illum matri suae
16 accepit autem omnes timor 1,65! 5,26; Mt 9,8!
et magnificabant Deum dicentes
quia propheta magnus surrexit in
nobis
et quia Deus visitavit plebem suam
17 LXVIII X Et exiit hic sermo in univer- 4,14.37; 5,15; Mt 9,26!
sam Iudaeam de eo et omnem circa
regionem
18 LXVIIII V Et nuntiaverunt Iohanni dis- 18—23: Mt 11,2–6
cipuli eius de omnibus his
19 et convocavit duos de discipulis suis
Iohannes et misit ad Dominum di-
cens
tu es qui venturus es an alium ex-
pectamus
20 cum autem venissent ad eum viri
dixerunt
Iohannes Baptista misit nos ad te
dicens
tu es qui venturus es an alium ex-
pectamus
21 in ipsa autem hora curavit multos a
languoribus et plagis et spiritibus
malis
et caecis multis donavit visum

49 cecidit AMPG c o ‖ 7,1 intrauit + in NZP | 6 ~ sum dignus c. | 7 dignus MZPG | 8 alio] alii c. | 10 qui languebat NP; qui languebant D.; *om.* G. | 11 illo] eo c. | 12 adpropinquarent ZP | et[1] *om.* NZPCΦc | matri AFCo𝔊] matris *cet.* | 13 super eam ZFP GDΦc | 14 ait + illi ZP. | 15 erat] fuerat A | 17 eo] illo sG. | et[2] + in Gc. | 19 dominum] iesum sMPΦc | 21 ~ multos curauit c. |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

22 et respondens dixit illis
euntes nuntiate Iohanni quae vidistis et audistis
Is 35,5.6! Mt 11,5! quia caeci vident
claudi ambulant
leprosi mundantur
surdi audiunt
mortui resurgunt
pauperes evangelizantur
23 et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me
24–28: Mt 11,7–11 24 et cum discessissent nuntii Iohannis
coepit dicere de Iohanne ad turbas
quid existis in desertum videre
harundinem vento moveri
25 sed quid existis videre
hominem mollibus vestimentis indutum
ecce qui in veste pretiosa sunt et deliciis in domibus regum sunt
26 sed quid existis videre
prophetam
utique dico vobis
et plus quam prophetam
Mt 11,10! 27 LXX II Hic est de quo scriptum est
Mal 3,1! ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui praeparabit viam
1,76 tuam ante te
28 LXXI V Dico enim vobis
maior inter natos mulierum propheta Iohanne Baptista nemo est
qui autem minor est in regno Dei maior est illo
29 LXXII X Et omnis populus audiens et publicani iustificaverunt Deum
baptizati baptismo Iohannis
30 Pharisaei autem et legis periti consilium Dei spreverunt in semet ipsos
non baptizati ab eo
31–35: Mt 11,16–19 31 LXXIII V Cui ergo similes dicam homines generationis huius
et cui similes sunt

32 similes sunt pueris sedentibus in foro et loquentibus ad invicem et dicentibus
cantavimus vobis tibiis et non saltastis
lamentavimus et non plorastis
33 venit enim Iohannes Baptista
neque manducans panem neque bibens vinum 1,15!
et dicitis daemonium habet
34 venit Filius hominis manducans et bibens
et dicitis ecce homo devorator et bibens vinum
amicus publicanorum et peccatorum 15,2; 19,7
35 et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis
36 LXXIIII I Rogabat autem illum quidam 11,37; 14,1
de Pharisaeis ut manducaret cum illo
et ingressus domum Pharisaei discubuit
37 et ecce mulier quae erat in civitate Mt 26,7; Mc 14,3
peccatrix
ut cognovit quod accubuit in domo Pharisaei
adtulit alabastrum unguenti
38 et stans retro secus pedes eius 44; Io 11,2; 12,3
lacrimis coepit rigare pedes eius
et capillis capitis sui tergebat
et osculabatur pedes eius et unguento unguebat
39 videns autem Pharisaeus qui vocaverat eum ait intra se dicens
hic si esset propheta sciret utique quae et qualis mulier quae tangit eum quia peccatrix est
40 et respondens Iesus dixit ad illum
Simon habeo tibi aliquid dicere
at ille ait
magister dic
41 duo debitores erant cuidam feneratori

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cο 22 renuntiate NZΦ c | ~ audistis et uidistis c.; uidetis et auditis N. | 24 ~ de ioanne dicere c. | moueri] agitatam c. | 25 et + in ZΦ | 26 et *om.* MG | 27 praeparauit ZF PG | 28 enim] autem NG | 29 baptismum MZPGΦ. | 31 cui[1]] *praem.* ait autem dominus c.; *praem.* tunc iesus dixit P. | 32 tibiis *om.* NGΦ | 37 accubuisset ZΦ c; recubuit PG. | 39 mulier sDCο𝔊] *praem.* est ZPΦ c; + esset NAMFG |

unus debebat denarios quingentos alius quinquaginta
Mt 18,25 42 non habentibus illis unde redderent donavit utrisque
quis ergo eum plus diliget
43 respondens Simon dixit
aestimo quia is cui plus donavit
10,28 at ille dixit ei
recte iudicasti
44 et conversus ad mulierem dixit Simoni
vides hanc mulierem
intravi in domum tuam
aquam pedibus meis non dedisti
38! haec autem lacrimis rigavit pedes meos et capillis suis tersit
45 osculum mihi non dedisti
haec autem ex quo intravit non cessavit osculari pedes meos
46 oleo caput meum non unxisti
haec autem unguento unxit pedes meos
47 propter quod dico tibi
remittentur ei peccata multa quoniam dilexit multum
cui autem minus dimittitur minus diligit
48 dixit autem ad illam
5,20! Mt 9,2! Mc 2,5 remittuntur tibi peccata
49 et coeperunt qui simul accumbebant dicere intra se
5,21! quis est hic qui etiam peccata dimittit
Mc 5,34! 50 dixit autem ad mulierem
fides tua te salvam fecit vade in pace
Mt 9,35! 8 LXXV X Et factum est deinceps
et ipse iter faciebat per civitatem et castellum
praedicans et evangelizans regnum Dei
et duodecim cum illo
2 et mulieres aliquae quae erant curatae ab spiritibus malignis et infirmitatibus
Maria quae vocatur Magdalene de qua daemonia septem exierant Mc 16,9 2.3: 24,10
3 et Iohanna uxor Chuza procuratoris Herodis
et Susanna et aliae multae
quae ministrabant eis de facultatibus suis
4 LXXVI II Cum autem turba plurima conveniret 4—8: Mt 13,1–9; Mc 4,1–9
et de civitatibus properarent ad eum
dixit per similitudinem
5 exiit qui seminat seminare semen suum
et dum seminat
aliud cecidit secus viam et conculcatum est
et volucres caeli comederunt illud
6 et aliud cecidit supra petram
et natum aruit quia non habebat humorem
7 et aliud cecidit inter spinas 14
et simul exortae spinae suffocaverunt illud
8 et aliud cecidit in terram bonam 15
et ortum fecit fructum centuplum
haec dicens clamabat
qui habet aures audiendi audiat Mc 4,9!
9 interrogabant autem eum discipuli eius quae esset haec parabola 9.10: Mt 13,10.11; Mc 4,10–12
10 quibus ipse dixit
vobis datum est nosse mysterium regni Dei
LXXVII I Ceteris autem in parabolis Mt 13,13! Is 6,10! Mc 8,18; Io 12,40
ut videntes non videant
et audientes non intellegant
11 LXXVIII II Est autem haec parabola 11—15: Mt 13,18–23; Mc 4,13–20
semen est verbum Dei
12 qui autem secus viam sunt qui audiunt
deinde venit diabolus et tollit verbum de corde eorum
ne credentes salvi fiant

41 et alius NZPDΦc | 42 diligit DCΦc | 45 intraui N | 47 remittuntur NZPΦc | 49 discumbebant AG || 8,1 per ciuitates et castella PGΦc | 2 ~ septem daemonia c. | 3 chusae c | eis] ei PΦc | 4 conuenirent c | 6 super NAMGᴅ | [*deest* N *usque ad v.* 23] | 7 inter] secus A | 9 eum *om.* ZPC | 12 sunt] *praem.* hi ZPc; + hi AC; + hi sunt Φ. | S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cᴅ

[13] nam qui supra petram
qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum
et hii radices non habent qui ad tempus credunt
et in tempore temptationis recedunt
7 [14] quod autem in spinis cecidit
hii sunt qui audierunt
et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vitae euntes suffocantur
et non referunt fructum
8 [15] quod autem in bonam terram
hii sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent
et fructum adferunt in patientia
11,33; Mt 5,15 16—18: Mc 4,21–25 [16] LXXVIIII II Nemo autem lucernam accendens operit eam vaso
aut subtus lectum ponit
sed supra candelabrum ponit ut intrantes videant lumen
12,2; Mt 10,26; I Cor 4,5 [17] LXXX II Non enim est occultum quod non manifestetur
nec absconditum quod non cognoscatur et in palam veniat
[18] LXXXI V Videte ergo quomodo auditis
19,26; Mt 13,12! Mc 4,25 qui enim habet dabitur illi
et quicumque non habet
etiam quod putat se habere auferetur ab illo
19—21: Mt 12,46–50; Mc 3,31–35 [19] LXXXII II Venerunt autem ad illum mater et fratres eius
et non poterant adire ad eum prae turba
[20] et nuntiatum est illi
mater tua et fratres tui stant foris
9,9! 19,3; Io 12,21 volentes te videre
[21] qui respondens dixit ad eos
mater mea et fratres mei hii sunt qui
11,28! Mt 7,24 verbum Dei audiunt et faciunt
22—25: Mt 8,23–37; Mc 4,35–40 [22] LXXXIII II Factum est autem in una dierum
et ipse ascendit in naviculam et discipuli eius
et ait ad illos
transfretemus trans stagnum Mt 8,18
et ascenderunt
[23] navigantibus autem illis obdormiit
et descendit procella venti in stagnum
et conplebantur et periclitabantur
[24] accedentes autem suscitaverunt eum dicentes
praeceptor perimus
at ille surgens increpavit ventum et tempestatem aquae
et cessavit et facta est tranquillitas
[25] dixit autem illis
ubi est fides vestra
qui timentes mirati sunt dicentes ad invicem
quis putas hic est quia et ventis imperat et mari et oboediunt ei
[26] enavigaverunt autem ad regionem Gerasenorum quae est contra Galilaeam 26—37: Mt 8,28–34 26—39: Mc 5,1–20
[27] et cum egressus esset ad terram
occurrit illi vir quidam qui habebat daemonium iam temporibus multis
et vestimento non induebatur
neque in domo manebat sed in monumentis
[28] is ut vidit Iesum procidit ante illum 28.29: 4,33–35; Mc 1,23–25
et exclamans voce magna dixit
quid mihi et tibi est Iesu Fili Dei altissimi
obsecro te ne me torqueas
[29] praecipiebat enim spiritui inmundo ut exiret ab homine
multis enim temporibus arripiebat illum
et vinciebatur catenis et conpedibus custoditus

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

13 radicem AP | 14 in spinas c; inter spinas G. | a *om.* AD | 15 in patientiam sDC; per patientiam G | 16 uase AMΦco | super M | 17 ~ est enim c. | absconsum s | 18 audiatis Gc.; audistis P | 19 adire eum Mc; ire ad eum G | 20 ~ uidere te ZPΦ | 22 in nauicula sMGD; in una nauicula A | 23 nauigantibus autem] et nauigantibus c. | [*adest* N *usque ad v.* 38] | 25 ~ ad inuicem dicentes c | quia] qui sMP. | et[1] *om.* N | ~ et mari imperat c. | 26 et nauigauerunt autem G; nauigauerunt autem C; et nauigauerunt c. | 27 in domum ZP |

et ruptis vinculis agebatur a daemonio in deserta
30 interrogavit autem illum Iesus dicens
quod tibi nomen est
at ille dixit Legio
quia intraverunt daemonia multa in eum
31 et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyssum irent
32 erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte
et rogabant eum ut permitteret eos in illos ingredi
et permisit illos
33 exierunt ergo daemonia ab homine et intraverunt in porcos
et impetu abiit grex per praeceps in stagnum et suffocatus est
34 quod ut viderunt factum qui pascebant fugerunt
et nuntiaverunt in civitatem et in villas
35 exierunt autem videre quod factum est
et venerunt ad Iesum
et invenerunt hominem sedentem a quo daemonia exierant vestitum ac sana mente ad pedes eius
et timuerunt
36 nuntiaverunt autem illis et qui viderant quomodo sanus factus esset a Legione
Act 16,39 37 et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis
Mc 4,40! quia timore magno tenebantur
LXXXIIII/VIII Ipse autem ascendens navem reversus est
38 et rogabat illum vir a quo daemonia exierant ut cum eo esset
dimisit autem eum Iesus dicens
Mc 5,19! 39 redi domum tuam et narra quanta tibi fecit Deus
et abiit per universam civitatem
praedicans quanta illi fecisset Iesus
40 LXXXV/II Factum est autem cum redisset Iesus excepit illum turba Mc 1,37
erant enim omnes expectantes eum
41 et ecce venit vir cui nomen Iairus 41—56: Mt 9,18–26; Mc 5,22–43
et ipse princeps synagogae erat
et cecidit ad pedes Iesu
rogans eum ut intraret in domum eius
42 quia filia unica erat illi fere annorum duodecim
et haec moriebatur
et contigit dum iret a turbis conprimebatur
43 et mulier quaedam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim Lv 15,25
quae in medicos erogaverat omnem substantiam suam
nec ab ullo potuit curari
44 accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius Mc 6,56
et confestim stetit fluxus sanguinis eius
45 et ait Iesus
quis est qui me tetigit
negantibus autem omnibus
dixit Petrus et qui cum illo erant
praeceptor turbae te conprimunt et adfligunt
et dicis quis me tetigit
46 et dixit Iesus
tetigit me aliquis 6,19
nam ego novi virtutem de me exisse 5,17
47 videns autem mulier quia non latuit
tremens venit et procidit ante pedes illius
et ob quam causam tetigerit eum indicavit coram omni populo
et quemadmodum confestim sanata sit

30 intraucrant c | 31 illum] eum AMo | ut in] uti ne in ZP. | 32 eos] eis AMΦco | illos²] illis AMco | 34 in ciuitate MZCΦ | in uillis C | 36 esset] est MG. | 37 regionis *om.* SZ | ~ magno timore c. | 38 [*deest* N *usque ad* 9,36] | 39 redi + in Mc | fecit] fecerit ZPGΦ | 40 enim] autem S | 42 ~ unica filia Dc | illi] ei c. | turba SAM | 43 in medicis ZPDΦ | 45 est qui *om.* ZFP | compriment MG. | dices MP. | 46 nam + et AMFGΦo | 47 illius] eius FPGc |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

17,19; 18,42: Mc 5,34! 48 at ipse dixit illi
Act 3,16 filia fides tua te salvam fecit vade in pace
7,6 49 adhuc illo loquente venit a principe synagogae dicens ei
quia mortua est filia tua noli vexare illum
50 Iesus autem audito hoc verbo respondit patri puellae
noli timere crede tantum et salva erit
51 et cum venisset domum
Mc 5,37; 9,1! non permisit intrare secum quemquam
nisi Petrum et Iohannem et Iacobum
et patrem et matrem puellae
52 flebant autem omnes et plangebant illam
at ille dixit
nolite flere non est mortua sed dormit
53 et deridebant eum scientes quia mortua esset
Mc 9,26! 54 ipse autem tenens manum eius clamavit dicens
54.55: 7,14.15; Act 9,40.41 puella surge
55 et reversus est spiritus eius
et surrexit continuo
et iussit illi dari manducare
56 et stupuerunt parentes eius
Mc 5,43! quibus praecepit ne alicui dicerent quod factum erat
Mt 10,1 9 LXXXVI II Convocatis autem duodecim apostolis
1.2: Mc 3,14.15 1—6: Mc 6,7–13 dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemonia
et ut languores curarent
Mt 9,35! 2 et misit illos praedicare regnum Dei
et sanare infirmos
3 LXXXVII II Et ait ad illos
nihil tuleritis in via
Mt 10,9.10 neque virgam neque peram neque panem neque pecuniam
neque duas tunicas habeatis
4 et in quamcumque domum intraveritis ibi manete et inde ne exeatis 10,5.7; Mt 10,11
5 LXXXVIII II Et quicumque non receperint vos 10,10.11; Mt 10,14
exeuntes de civitate illa Act 13,50.51
etiam pulverem pedum vestrorum
excutite in testimonium supra illos
6 LXXXVIIII VIII Egressi autem circumibant per castella Mt 9,35!
evangelizantes et curantes ubique
7 XC II Audivit autem Herodes tetrarcha 7.8: Mt 14,1.2
omnia quae fiebant ab eo 7—9: Mc 6,14–16
et haesitabat eo quod diceretur 8 a
quibusdam quia Iohannes surrexit a mortuis 19; Mt 16,14; Mc 8,28
a quibusdam vero quia Helias apparuit
ab aliis autem quia propheta unus de antiquis surrexit
9 et ait Herodes
Iohannem ego decollavi
quis autem est iste de quo audio ego talia
et quaerebat videre eum 8,20! 19,3; 23,8
10 XCI VIII Et reversi apostoli narraverunt illi quaecumque fecerunt 10—17: Mt 14,13–21; Mc 6,30–44; Io 6,1–13
XCII III Et adsumptis illis secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaida Io 11,54
11 quod cum cognovissent turbae secutae sunt illum
et excepit illos
et loquebatur illis de regno Dei Mt 9,35!
et eos qui cura indigebant sanabat
12 XCIII I Dies autem coeperat declinare
et accedentes duodecim dixerunt illi
dimitte turbas ut euntes in castella
villasque quae circa sunt devertant
et inveniant escas
quia hic in loco deserto sumus
13 ait autem ad illos

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɛ 48 illi] ei c; *om.* F. | ~ saluam te c. | 49 uenit + quidam c | ad principem PCΦc | 51 uenisset SAMDcɛ] + in G.; + ad *cet.* | et² *om.* A | ~ iacobum et iohannem AMGc | 52 noli sZG. | est + enim ZPGΦ | mortua] *praem.* puella G.; + puella sZPΦc | 53 quia] quod Fc | 55 dare sMG | 56 eius *om.* sMD | praecipit APD || 9,5 receperit ZP | super sD | 9 ~ est autem c. | ~ ego talia audio c | eum] illum s | 10 bethsaidae Cc | 11 illos] eos Gc | 12 diuertant ZPΦc |

13—17: Mt 15,34–38; Mc 8,5–9 vos date illis manducare
at illi dixerunt
non sunt nobis plus quam quinque
panes et duo pisces
nisi forte nos eamus et emamus in
omnem hanc turbam escas
14 erant autem fere viri quinque milia
ait autem ad discipulos suos
facite illos discumbere per convivia
quinquagenos
15 et ita fecerunt
et discumbere fecerunt omnes
Mc 6,41! 16 acceptis autem quinque panibus et
duobus piscibus
respexit in caelum et benedixit illis
et fregit et distribuit discipulis suis
ut ponerent ante turbas
17 et manducaverunt omnes et saturati
sunt
Mc 8,19! et sublatum est quod superfuit illis
fragmentorum cofini duodecim
18—20: Mt 16,13–16; 18—22: Mc 8,27–31 18 XCIII I Et factum est cum solus esset
orans
erant cum illo et discipuli
et interrogavit illos dicens
quem me dicunt esse turbae
7,8; 6,14.15: Mt 14,2 19 at illi responderunt et dixerunt
Iohannem Baptistam
alii autem Heliam
alii quia propheta unus de prioribus
surrexit
20 dixit autem illis
vos autem quem me esse dicitis
respondens Simon Petrus dixit
Christum Dei
Mc 5,43! 21.22: Mt 16,20.21! 21 XCV II At ille increpans illos praecepit
ne cui dicerent hoc 22 dicens
17,25; 24,26.46 quia oportet Filium hominis multa
pati
et reprobari a senioribus et princi-
pibus sacerdotum et scribis
et occidi et tertia die resurgere
23 XCVI II Dicebat autem ad omnes
si quis vult post me venire abneget 23—27: Mt 16,24–28; Mc 8,34–39
se ipsum
et tollat crucem suam cotidie et se- 14,27; Mt 10,38
quatur me
24 qui enim voluerit animam suam sal- 17,33; Mt 10,39; Io 12,25
vam facere perdet illam
nam qui perdiderit animam suam
propter me salvam faciet illam
25 quid enim proficit homo si lucretur
universum mundum
se autem ipsum perdat
et detrimentum sui faciat
26 XCVII II Nam qui me erubuerit et meos 12,9! Mt 10,33!
sermones
hunc Filius hominis erubescet
cum venerit in maiestate sua et Pat- Mt 24,30! 25,31; Mc 13,26
ris et sanctorum angelorum
27 XCVIII II Dico autem vobis
vere sunt aliqui hic stantes qui non
gustabunt mortem donec videant
regnum Dei
28 factum est autem post haec verba 28—36: Mt 17,1–9; Mc 9,1–8
fere dies octo
et adsumpsit Petrum et Iohannem
et Iacobum
et ascendit in montem ut oraret 6,12; Mc 6,46
29 et factum est dum oraret species
vultus eius altera
et vestitus eius albus refulgens Mt 28,3!
30 et ecce duo viri loquebantur cum illo
erant autem Moses et Helias 31 visi
in maiestate
et dicebant excessum eius quem con-
pleturus erat in Hierusalem
32 Petrus vero et qui cum illo gravati Mt 26,43; Mc 14,40
erant somno
et evigilantes viderunt maiestatem Io 1,14; 11,40; II Pt 1,16
eius
et duos viros qui stabant cum illo
33 et factum est cum discederent ab illo
ait Petrus ad Iesum
praeceptor bonum est nos hic esse
et faciamus tria tabernacula

18 illos] eos s | 19 alii² + uero c. | ~ unus propheta c. | 20 *num.* 95/2 *ad* respondens *pon.* ZC | 21 praecipit AD | 23 se] semet c | 24 illam¹] eam sG | 26 erubescet] erubescit APG | 28 ~ iacobum et iohannem AMG c | 29 facta est GCc | albus + et c. | 30 illo] eo A | 32 ~ erant grauati s; erant grauati erant GΦc | uigilantes s | 33 dum A | nos] nobis sFP | faciemus sP |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cϖ

unum tibi et unum Mosi et unum Heliae
nesciens quid diceret
34 haec autem illo loquente
facta est nubes et obumbravit eos
et timuerunt intrantibus illis in nubem
II Pt 1,17 35 et vox facta est de nube dicens
hic est Filius meus electus ipsum audite
36 et dum fieret vox inventus est Iesus solus
Mc 9,9 et ipsi tacuerunt
et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quae viderant
37–43: Mt 17,14–20; Mc 9,16–28 37 XCVIIII II Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte
occurrit illi turba multa
38 et ecce vir de turba exclamavit dicens
magister obsecro te respice in filium meum quia unicus est mihi
39 et ecce spiritus adprehendit illum et subito clamat
et elidit et dissipat eum cum spuma
et vix discedit dilanians eum
40 et rogavi discipulos tuos ut eicerent illum et non potuerunt
Mt 17,16! 41 respondens autem Iesus dixit
o generatio infidelis et perversa
usquequo ero apud vos et patiar vos
adduc huc filium tuum
42 et cum accederet elisit illum daemonium et dissipavit
43 et increpavit Iesus spiritum inmundum
et sanavit puerum et reddidit illum patri eius
44 C VIII Stupebant autem omnes in magnitudine Dei
13,17 CI II Omnibusque mirantibus in omnibus quae faciebat
dixit ad discipulos suos
ponite vos in cordibus vestris sermones istos 21,14
Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum Mt 26,45! 44.45: Mc 9,30.31
45 at illi ignorabant verbum istud 2,50!
et erat velatum ante eos ut non sentirent illud
et timebant interrogare eum de hoc verbo 20,40; Mt 22,46!
46 CII II Intravit autem cogitatio in eos quis eorum maior esset 22,24 46–48: Mt 18,1–5; Mc 9,33–36
47 at Iesus videns cogitationes cordis illorum 16,15! Mt 9,4!
adprehendens puerum statuit eum secus se 48 et ait illis
quicumque susceperit puerum istum in nomine meo me recipit Mt 10,40! Io 13,20
et quicumque me recipit
recipit eum qui me misit
nam qui minor est inter omnes vos hic maior est 22,26: Mt 20,26.27; 23,11; Mc 10,43.44
49 CIII VIII Respondens autem Iohannes dixit 49.50: Mc 9,37–39
praeceptor vidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia Mt 7,22! Act 19,13
et prohibuimus eum quia non sequitur nobiscum
50 et ait ad illum Iesus
nolite prohibere
qui enim non est adversum vos pro vobis est
51 CIIII X Factum est autem dum conplerentur dies adsumptionis eius
et ipse faciem suam firmavit ut iret Hierusalem
52 et misit nuntios ante conspectum suum
et euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum ut pararent illi
53 et non receperunt eum
quia facies eius erat euntis Hierusalem

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

35 electus sD𝔊] dilectus *cet.* | 36 [*adest* N *usque ad* 10,11] | 37 illi] illis sZPc | 39 illum] eum c | elidet ZPG | 41 autem *om.* AM | huc *om.* AM | 43 reddit s | 44 futurus A | 45 eum] illum ZPΦ | ~ eum interrogare c | 47 apprehendit puerum et c. | eum] illum Cc. | 48 recipit2] recepit A; receperit sGCco | omnes *om.* M; ~ uos omnes c. | 51 dum] cum ZPD | iret + in Dc | 53 eius *om.* NZG | euntis + in NZPc |

54 cum vidissent autem discipuli eius
Iacobus et Iohannes dixerunt
IV Rg 1,10! Domine vis dicimus ut ignis descendat de caelo et consumat illos
55 et conversus increpavit illos
56 et abierunt in aliud castellum
57—60: Mt 8,19–22 57 CV V Factum est autem ambulantibus illis in via
dixit quidam ad illum
sequar te quocumque ieris
58 et ait illi Iesus
vulpes foveas habent et volucres caeli nidos
Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet
5,27; Mt 9,9; Mc 2,14; Io 1,43 59 ait autem ad alterum
sequere me
ille autem dixit
Domine permitte mihi primum ire sepelire patrem meum
60 dixitque ei Iesus
sine ut mortui sepeliant mortuos suos
16,16; Mt 4,23! Act 19,8! tu autem vade adnuntia regnum Dei
III Rg 19,20 61 CVI X Et ait alter
sequar te Domine
sed primum permitte mihi renuntiare his qui domi sunt
62 ait ad illum Iesus
nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro aptus est regno Dei
10 CVII X Post haec autem designavit Dominus et alios septuaginta duos
et misit illos binos ante faciem suam
in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus
Mt 9,37.38 2 CVIII V Et dicebat illis
messis quidem multa operarii autem pauci
rogate ergo Dominum messis ut mittat operarios in messem
3 CVIIII V Ite ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos Mt 10,16
4 CX II Nolite portare sacculum neque peram neque calciamenta 22,35; Mt 10,9.10; Mc 6,8.9
et neminem per viam salutaveritis IV Rg 4,29
5 CXI V In quamcumque domum intraveritis 9,4 5.6: Mt 10,12.13
primum dicite pax huic domui
6 et si ibi fuerit filius pacis requiescet super illam pax vestra
sin autem ad vos revertetur
7 CXII II In eadem autem domo manete 9,4
edentes et bibentes quae apud illos sunt
dignus enim est operarius mercede sua Dt 24,14! Mt 10,10; I Tim 5,18
nolite transire de domo in domum
8 CXIII X Et in quamcumque civitatem intraveritis et susceperint vos
manducate quae adponuntur vobis I Cor 10,27
9 et curate infirmos qui in illa sunt Mt 10,7.8; 12,28!
et dicite illis
adpropinquavit in vos regnum Dei
10 CXIIII II In quamcumque civitatem intraveritis et non receperint vos 10.11: 9,5; Mt 10,14; Mc 6,11; Act 13,50.51
exeuntes in plateas eius dicite
11 etiam pulverem qui adhesit nobis de civitate vestra extergimus in vos
tamen hoc scitote quia adpropinquavit regnum Dei 21,31; Mt 12,28!
12 dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit quam illi civitati Mt 10,15; 11,24 12—15: Mt 11,21–24
13 CXV V Vae tibi Corazain
vae tibi Bethsaida

54 autem *om.* A | illos + sicut helias fecit M | 55 illos sNFGD] + et dixit (et d.] dicens MPc) nescitis cuius spiritus estis 56 filius (+ enim P.) hominis non uenit animas (+ hominum MP) perdere sed saluare AMZPCΦ co | 58 et ait] dixit c. | caput + suum ZPΦ | 59 *num.* 106/10 *ad* ait *pon. codd. ex errore archetypi* | ire + et AD co | 60 ei *om.* AM | ut *om.* sD | et annuncia c; adnuntiare D | 61 ~ permitte mihi primum c. | qui] quae Cc | 62 in] ad c. | respiciens retro Gc || 10,1 duo P; et duo M. | 2 *num.* 108/5 *ad* messis quidem *pon. codd. contra* o *et* Mt 9,37 | messem + suam AP co | 4 nolite + ergo ZΦ | 5 ~ domui huic ZPΦ | 6 illa G.; illum Cc | 7 ~ est enim ZPGCΦc | *num.* 113/10 *ad* nolite *pon.* FCo | 9 adpropiauit SD | 10 quamcumque + autem c | susceperint ZPΦc | 11 extergemus SZΦ | [*deest* N *usque ad* 11,26] | adpropiauit SAC |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

quia si in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes quae in vobis factae sunt
olim in cilicio et cinere sedentes paeniterent
14 verumtamen Tyro et Sidoni remissius erit in iudicio quam vobis
15 et tu Capharnaum usque in caelum
Is 14,15! exaltata usque ad infernum demergeris
Mt 10,40! 16 CXVI I Qui vos audit me audit
et qui vos spernit me spernit
Io 5,23! 15,23; I Th 4,8 qui autem me spernit spernit eum qui me misit
17 CXVII X Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes
Mt 7,22! Mc 9,37 Domine etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo
18 et ait illis
Is 14,12! Apc 12,9 videbam Satanan sicut fulgur de caelo cadentem
Ps 90,13 19 ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones
et supra omnem virtutem inimici
et nihil vobis nocebit
20 verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiciuntur
Is 4,3! Phil 4,3! Hbr 12,23 gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in caelis
21.22: Mt 11,25–27 21 CXVIII V In ipsa hora exultavit Spiritu Sancto et dixit
confiteor tibi Pater Domine caeli et terrae
quod abscondisti haec a sapientibus et prudentibus
et revelasti ea parvulis
etiam Pater quia sic placuit ante te
22 CXVIIII III Omnia mihi tradita sunt a Patre meo
et nemo scit qui sit Filius nisi Pater
et qui sit Pater nisi Filius
et cui voluerit Filius revelare

23 CXX V Et conversus ad discipulos suos dixit **23.24:** Mc 13,16.17
beati oculi qui vident quae videtis
24 dico enim vobis
quod multi prophetae et reges voluerunt videre quae vos videtis et non viderunt 17,22
et audire quae auditis et non audierunt
25 CXXI II Et ecce quidam legis peritus surrexit temptans illum et dicens 18,18: Mt 16,1! 22,35
magister quid faciendo vitam aeternam possidebo
26 at ille dixit ad eum
in lege quid scriptum est
quomodo legis
27 ille respondens dixit
diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo Dt 6,5! Mt 22,37; Mc 12,30.31!
et ex tota anima tua
et ex omnibus viribus tuis Mt 22,39!
et ex omni mente tua
et proximum tuum sicut te ipsum
28 dixitque illi 7,43
recte respondisti
hoc fac et vives
29 CXXII X Ille autem volens iustificare se ipsum dixit ad Iesum
et quis est meus proximus
30 suscipiens autem Iesus dixit
homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho et incidit in latrones
qui etiam despoliaverunt eum
et plagis inpositis abierunt semivivo relicto
31 accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via
et viso illo praeterivit
32 similiter et Levita cum esset secus locum et videret eum pertransiit
33 Samaritanus autem quidam iter fa-

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cc

13 ~ quae factae sunt in uobis c. | 15 in] ad Pc | ad] in SD | 16 ~ misit me c. | 19 supra[2]] super Dc | uobis] uos SD | 20 in[1] *om.* MF | caelo Z | 21 quia] quoniam c | 22 meo *om.* AMGDo | qui[1.2]] quis c | 23 dicit c(*ed.* 1592). | quae + uos ZΦc | 24 uos *om.* SP | auditis] audistis MPG | 25 illum] eum AF | 28 dixitque] dixit autem s.; et dixit G.; dixit D. | 30 suscipiens Dco𝔊] suspiciens *cet.* | 32 transiit AMF | 33 iter transiens A; transiens F. |

ciens venit secus eum
7,13 et videns eum misericordia motus est
34 et adpropians alligavit vulnera eius infundens oleum et vinum
et inponens illum in iumentum suum duxit in stabulum et curam eius egit
35 et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario et ait
curam illius habe
et quodcumque supererogaveris ego cum rediero reddam tibi
36 quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones
37 at ille dixit
qui fecit misericordiam in illum
et ait illi Iesus
vade et tu fac similiter
38 factum est autem dum irent
et ipse intravit in quoddam castellum
38.39: Io 11,1! et mulier quaedam Martha nomine excepit illum in domum suam
39 et huic erat soror nomine Maria
Dt 33,3 quae etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius
40 Martha autem satagebat circa frequens ministerium
quae stetit et ait
Mc 4,38 Domine non est tibi curae quod soror mea reliquit me solam ministrare
dic ergo illi ut me adiuvet
41 et respondens dixit illi Dominus
Martha Martha sollicita es et turbaris erga plurima
42 porro unum est necessarium
Maria optimam partem elegit quae non auferetur ab ea
11 CXXIII V Et factum est cum esset in loco quodam orans
ut cessavit dixit unus ex discipulis eius ad eum
Domine doce nos orare
sicut et Iohannes docuit discipulos suos
2 et ait illis 2—4: Mt 6,9–13
cum oratis dicite
Pater sanctificetur nomen tuum
adveniat regnum tuum
3 panem nostrum cotidianum da nobis cotidie Prv 30,8
4 et dimitte nobis peccata nostra
siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis
et ne nos inducas in temptationem Sir 33,1! Mt 26,41!
5 CXXIIII X Et ait ad illos
quis vestrum habebit amicum
et ibit ad illum media nocte
et dicit illi
amice commoda mihi tres panes
6 quoniam amicus meus venit de via ad me
et non habeo quod ponam ante illum
7 et ille de intus respondens dicat
noli mihi molestus esse
iam ostium clausum est et pueri mei mecum sunt in cubili
non possum surgere et dare tibi
8 dico vobis
et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit 18,5
propter inprobitatem tamen eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios
9 CXXV V Et ego vobis dico 9.10: Ier 29,12.13!
petite et dabitur vobis 9—13: Mt 7,7–11
quaerite et invenietis
pulsate et aperietur vobis
10 omnis enim qui petit accipit
et qui quaerit invenit
et pulsanti aperietur

40 ~ adiuuet me AMF | 41 erga] circa AMFGDo; erga circa s. || **11**,1 ~ quodam loco c | et[2] *om.* ZFPGCΦ | docuit *om.* s.; ~ docuit et ioannes c. | 2 pater + noster qui in caelis es Z | tuum[2] + fiat uoluntas tua Z; + fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra PD | 3 cotidie] hodie sGDc | 5 habet FPGD | dicit MFGD, *cf.* 𝔊] dicet *cet.* | 7 respondens *om.* AF; ~ respondens de intus sM | mei *om.* Z | 8 dico] *praem.* et ille si (~ si ille c) perseuerauerit pulsans sAZPCΦc | quotquot] quot AFGo | 9 ~ dico uobis c |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

11 quis autem ex vobis patrem petet panem
numquid lapidem dabit illi
aut piscem
numquid pro pisce serpentem dabit illi
12 aut si petierit ovum
numquid porriget illi scorpionem
13 si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris
quanto magis Pater vester de caelo dabit spiritum bonum petentibus se
14.15: Mt 9,32–34; 12,22–24 14 CXXVI V Et erat eiciens daemonium et illud erat mutum
et cum eiecisset daemonium locutus est mutus
et admiratae sunt turbae
Mc 3,22! 15 CXXVII II Quidam autem ex eis dixerunt
in Beelzebub principe daemoniorum eicit daemonia
Mt 16,1! Mc 8,11 16 CXXVIII V Et alii temptantes signum de caelo quaerebant ab eo
Mt 9,4! 17 CXXVIIII II Ipse autem ut vidit cogitationes eorum dixit eis
17.18: Mc 3,24–26 17—23: Mt 12,24–30 omne regnum in se ipsum divisum desolatur
et domus supra domum cadet
18 si autem et Satanas in se ipsum divisus est
quomodo stabit regnum ipsius
quia dicitis in Beelzebub eicere me daemonia
19 si autem ego in Beelzebub eicio daemonia
filii vestri in quo eiciunt
ideo ipsi iudices vestri erunt
20 porro si in digito Dei eicio daemonia
profecto praevenit in vos regnum Dei
21 cum fortis armatus custodit atrium suum
in pace sunt ea quae possidet
22 si autem fortior illo superveniens vicerit eum
universa arma eius aufert in quibus confidebat
et spolia eius distribuit
23 qui non est mecum adversum me est
et qui non colligit mecum dispergit
24 CXXX V Cum inmundus spiritus exierit de homine 24—26: Mt 12,43–45
perambulat per loca inaquosa
quaerens requiem et non inveniens dicit
revertar in domum meam unde exivi
25 et cum venerit invenit scopis mundatam
26 et tunc vadit et adsumit septem alios spiritus nequiores se
et ingressi habitant ibi
et sunt novissima hominis illius peiora prioribus Mt 27,64; II Pt 2,20
27 CXXXI X Factum est autem cum haec diceret
extollens vocem quaedam mulier de turba dixit illi 12,13
beatus venter qui te portavit et ubera quae suxisti
28 at ille dixit
quippini beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt 8,21! Apc 1,3!
29 CXXXII V Turbis autem concurrentibus coepit dicere
generatio haec generatio nequam est Mt 12,39; 16,4! Mc 8,12
signum quaerit et signum non dabitur illi nisi signum Ionae
30 nam sicut Ionas fuit signum Ninevitis

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

11 petet sC𝔊] petit *cet.* | aut + si APΦɒ | 12 porrigit AZFPGDC | ei ZF | 15 principem APDC | 17 in se ipso sAM | desolabitur GDΦc | 18 et *om.* sD | ipsius] eius Pc | me *om.* D; ~ me eicere c. | 20 peruenit MFGΦc | 22 illo] eo c. | aufert ZPDC𝔊] auferet *cet.* | distribuit AMPC𝔊] distribuet *cet.* | 23 aduersum] contra c | 24 ambulat c | 25 inuenit + eam c | mundatam + et ornatam Pc | 26 et¹ *om.* c | septem alios spiritus] *praem.* secum G.; + secum c. | [*adest* N *usque ad* 12,5] | sunt] fiunt c | 28 quippini AMDɒ] quippeni S; quippe enim F; quinimmo ZPΦc; immo NG; manifestissime C | custodiunt + illud Φc | 29 illi] ei Gc | ionae + prophetae c | 30 ~ fuit ionas c |

ita erit et Filius hominis generationi
isti
31.32: Mt 12,41.42! 31 regina austri surget in iudicio cum
viris generationis huius
et condemnabit illos
quia venit a finibus terrae audire sa-
pientiam Salomonis
et ecce plus Salomone hic
32 viri ninevitae surgent in iudicio cum
generatione hac
et condemnabunt illam
quia paenitentiam egerunt ad prae-
dicationem Ionae
et ecce plus Iona hic
8,16; Mt 5,15; Mc 4,21 33 CXXXIII II Nemo lucernam accendit et
in abscondito ponit
neque sub modio
sed supra candelabrum
ut qui ingrediuntur lumen videant
Mt 6,22.23 34 CXXXIIII V Lucerna corporis tui est ocu-
lus tuus
si oculus tuus fuerit simplex totum
corpus tuum lucidum erit
si autem nequam fuerit etiam corpus
tuum tenebrosum erit
35 vide ergo ne lumen quod in te est
tenebrae sint
36 si ergo corpus tuum totum lucidum
fuerit non habens aliquam partem
tenebrarum
erit lucidum totum
et sicut lucerna fulgoris inluminabit
te
37 CXXXV V Et cum loqueretur
7,36; 14,1 rogavit illum quidam Pharisaeus ut
pranderet apud se
et ingressus recubuit
38 Pharisaeus autem coepit intra se re-
putans dicere
Mt 15,1.2; Mc 7,5! quare non baptizatus esset ante
prandium
Mt 23,25 39 et ait Dominus ad illum
nunc vos Pharisaei quod de foris est
calicis et catini mundatis
quod autem intus est vestrum ple-
num est rapina et iniquitate
40 stulti nonne qui fecit quod de foris
est
etiam id quod de intus est fecit
41 verumtamen quod superest date ele- Tb 12,9!
mosynam
et ecce omnia munda sunt vobis Tit 1,15!
42 CXXXVI V Sed vae vobis Pharisaeis Mt 23,23
quia decimatis mentam et rutam et Io 5,42
omne holus
et praeteritis iudicium et caritatem
Dei
haec autem oportuit facere et illa
non omittere
43 CXXXVII II Vae vobis Pharisaeis 20,46; Mt 23,6.7; Mc 12,38.39
quia diligitis primas cathedras in
synagogis et salutationes in foro
44 CXXXVIII V Vae vobis quia estis ut mo- Mt 23,27
numenta quae non parent
et homines ambulantes supra nesci-
unt
45 CXXXVIIII V Respondens autem quidam
ex legis peritis ait illi
magister haec dicens etiam nobis
contumeliam facis
46 at ille ait
et vobis legis peritis vae
quia oneratis homines oneribus quae Mt 23,4
portari non possunt
et ipsi uno digito vestro non tangitis
sarcinas
47 CXL V Vae vobis quia aedificatis mo- 47–51: Mt 23,29–36
numenta prophetarum
patres autem vestri occiderunt illos
48 profecto testificamini quod consen-
titis operibus patrum vestrorum
quoniam quidem ipsi eos occiderunt
vos autem aedificatis eorum sepul-
chra

30 et *om.* NP | 31 plus quam salomone NZ; plus quam salomon P𝔠 | 32 plus quam iona NZPΦ; plus quam ionas 𝔠 | 33 absconso SD | 36 inluminauit ZP | 40 de² *om.* sNZ DCΦ | 42 pharisaei ZPDΦ | quia] qui MPDC | 43 pharisaei ZPDC | quia] qui A DΦ | 44 quia] qui ZPΦ | apparent Z𝔠 | 45 ~ contumeliam nobis 𝔠. | 46 quia] qui Z PΦ | portare 𝔠 | uestro *om.* ZP. | 47 quia] qui sMZDΦ𝔠 | 48 quod consentitis] et consentitis C; consentitis sD; consentientes N. | ~ ipsi quidem 𝔠 |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ 𝔠𝔬

49 CXLI V Propterea et sapientia Dei dixit
mittam ad illos prophetas et apostolos
et ex illis occident et persequentur
IV Rg 9,7! 50 ut inquiratur sanguis omnium prophetarum
qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista
51 a sanguine Abel usque ad sanguinem Zacchariae qui periit inter altare et aedem
ita dico vobis requiretur ab hac generatione
Mt 23,13 52 CXLII V Vae vobis legis peritis
quia tulistis clavem scientiae
ipsi non introistis
et eos qui introibant prohibuistis
53 CXLIII X Cum haec ad illos diceret
coeperunt Pharisaei et legis periti graviter insistere
et os eius opprimere de multis 54 insidiantes
20,20; Mc 12,13; Mt 12,10; 22,15; Io 8,6 et quaerentes capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum
12 multis autem turbis circumstantibus ita ut se invicem conculcarent
Mt 16,6! Mc 8,15 coepit dicere ad discipulos suos
CXLIIII II Adtendite a fermento Pharisaeorum quae est hypocrisis
8,17; Mc 4,22; I Cor 4,5 2 CXLV V Nihil autem opertum est quod non reveletur
2—9: Mt 10,26–33 neque absconditum quod non sciatur
3 quoniam quae in tenebris dixistis in lumine dicentur
et quod in aurem locuti estis in cubiculis
praedicabitur in tectis
Io 15,15 4 dico autem vobis amicis meis
ne terreamini ab his qui occidunt corpus
et post haec non habent amplius quod faciant
5 ostendam autem vobis quem timeatis
timete eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam
ita dico vobis hunc timete
6 nonne quinque passeres veneunt dipundio
et unus ex illis non est in oblivione coram Deo
7 sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt
nolite ergo timere
multis passeribus pluris estis 24; Mt 6,26!
8 dico autem vobis
omnis quicumque confessus fuerit in me coram hominibus
et Filius hominis confitebitur in illo coram angelis Dei Apc 3,5
9 CXLVI II Qui autem negaverit me coram hominibus 9,26; Mt 10,33; Mc 8,38; II Tim 2,12
denegabitur coram angelis Dei
10 CXLVII II Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis remittetur illi Mt 12,32
ei autem qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit non remittetur Mc 3,29
11 CXLVIII II Cum autem inducent vos in synagogas 11.12: 21,12–15; Mt 10,19.20! Mc 13,11
et ad magistratus et potestates
nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis aut quid dicatis
12 Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora quae oporteat dicere Io 14,26!
13 CXLVIIII X Ait autem quidam ei de turba 11,27
magister dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem
14 at ille dixit ei
homo quis me constituit iudicem aut Ex 2,14; Act 7,27.35

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cо

52 quia] qui ZΦ | scientiae + et ZΦ | introistis] introitis ZP | 53 cum + autem c. | 54 et] ei et ZPCΦ c; *om.* s. | ~ aliquid capere P c | ex] de c. || **12**,1 quae] quod NAMPGΦ co | 2 autem *om.* ZP | 3 in aure NMZPGCΦ | 4 quod] quid D c | 5 [*deest* N *usque ad* 13,17] | 6 ueniunt APGDC | 7 plures AMPD | estis + uos c | 8 in me... in illo] me... illum ZPCΦ c | 9 denegabitur] negabitur c. | 10 remittetur² + ei ZP | 11 in synagogis ZP | et² + ad sC | aut quid respondeatis *om.* MC | 12 quid oporteat uos dicere c. | 13 ~ ei quidam G c | 14 ei] illi c. |

divisorem super vos
15 dixitque ad illos
videte et cavete ab omni avaritia
quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quae possidet
5,36! 16 dixit autem similitudinem ad illos dicens
hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager adtulit
17 et cogitabat intra se dicens
quid faciam quod non habeo quo congregem fructus meos
18 et dixit hoc faciam
destruam horrea mea et maiora faciam
et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona mea
19 et dicam animae meae
Sir 11,19! anima habes multa bona posita in annos plurimos
requiesce comede bibe epulare
20 dixit autem illi Deus
Sap 15,8 stulte hac nocte animam tuam repetunt a te
Ps 38,7! quae autem parasti cuius erunt
21 sic est qui sibi thesaurizat et non est in Deum dives
22—31: Mt 6,25–33 22 CL/V Dixitque ad discipulos suos
ideo dico vobis
nolite solliciti esse animae quid manducetis
neque corpori quid vestiamini
23 anima plus est quam esca
et corpus quam vestimentum
Iob 38,41! 24 considerate corvos quia non seminant neque metunt
quibus non est cellarium neque horreum
et Deus pascit illos
7; Mt 10,31! quanto magis vos pluris estis illis
25 quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum
26 si ergo neque quod minimum est potestis
quid de ceteris solliciti estis
27 considerate lilia quomodo crescunt
non laborant non nent
dico autem vobis
nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis
28 si autem faenum quod hodie in agro est et cras in clibanum mittitur Deus sic vestit
quanto magis vos pusillae fidei
29 et vos nolite quaerere quid manducetis aut quid bibatis
et nolite in sublime tolli
30 haec enim omnia gentes mundi quaerunt
Pater autem vester scit quoniam his indigetis
31 verumtamen quaerite regnum Dei Col 3,1
et haec omnia adicientur vobis
32 CLI/X Nolite timere pusillus grex
quia conplacuit Patri vestro dare vobis regnum 22,29; Dn 7,27!
33 CLII/II Vendite quae possidetis et date elemosynam 18,22; Mt 19,21; Mc 10,21
CLIII/V Facite vobis sacculos qui non veterescunt
thesaurum non deficientem in caelis 33.34: Mt 6,20.21
quo fur non adpropiat
neque tinea corrumpit
34 ubi enim thesaurus vester est ibi et cor vestrum erit
35 CLIIII/X Sint lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes Is 32,11! I Pt 1,13
36 et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis
ut cum venerit et pulsaverit confestim aperiant ei
37 CLV/V Beati servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes
amen dico vobis

14 supra AMFGD | 17 quod] quia c. | 22 animae + uestrae c | uestiamini] induamini sc | 23 corpus + plus c; + plus est sMZΦ. | 24 plures AD | 27 non[2]] neque c. | uobis + quia sZPΦ | 28 faenum + agri sZPΦ | ~ est in agro c | 31 quaerite + primum c | dei + et iustitiam eius c. | 33 ueterascunt c | 35 ardentes + in manibus uestris c | 36 ut] et ZFG | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

Io 13,4.5 quod praecinget se et faciet illos discumbere
et transiens ministrabit illis
[38] et si venerit in secunda vigilia
et si in tertia vigilia venerit et ita invenerit
beati sunt servi illi
39.40: Mt 24,43.44 [39] CLVI II Hoc autem scitote
quia si sciret pater familias qua hora fur veniret
vigilaret utique et non sineret perfodiri domum suam
46 [40] et vos estote parati quia qua hora non putatis Filius hominis venit
[41] CLVII V Ait autem ei Petrus
Domine ad nos dicis hanc parabolam an et ad omnes
42—46: Mt 24,45–51 [42] dixit autem Dominus
quis putas est fidelis dispensator et prudens
quem constituet dominus super familiam suam
Ps 103,27 ut det illis in tempore tritici mensuram
Io 13,17! [43] beatus ille servus quem cum venerit dominus invenerit ita facientem
[44] vere dico vobis
Mt 25,21.23 quia supra omnia quae possidet constituet illum
[45] CLVIII V Quod si dixerit servus ille in corde suo
moram facit dominus meus venire
et coeperit percutere pueros et ancillas
et edere et bibere et inebriari
40! [46] veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora qua nescit
et dividet eum partemque eius cum infidelibus ponet
[47] CLVIIII X Ille autem servus qui cognovit voluntatem domini sui
et non praeparavit et non fecit secundum voluntatem eius
vapulabit multas
[48] qui autem non cognovit et fecit digna plagis vapulabit paucis
omni autem cui multum datum est multum quaeretur ab eo
et cui commendaverunt multum plus petent ab eo
[49] CLX V Ignem veni mittere in terram
et quid volo si accendatur
[50] baptisma autem habeo baptizari
et quomodo coartor usque dum perficiatur
[51] putatis quia pacem veni dare in terram Mt 10,34
non dico vobis sed separationem
[52] erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi
tres in duo et duo in tres [53] dividentur
pater in filium et filius in patrem suum Mt 10,35!
mater in filiam et filia in matrem
socrus in nurum suam et nurus in socrum suam
[54] CLXI V Dicebat autem et ad turbas 54—56: Mt 16,2–4
cum videritis nubem orientem ab occasu
statim dicitis nimbus venit et ita fit
[55] et cum austrum flantem
dicitis quia aestus erit et fit
[56] hypocritae faciem terrae et caeli nostis probare
hoc autem tempus quomodo non probatis
[57] quid autem et a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est
[58] CLXII V Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem 58.59: Mt 5,25.26
in via da operam liberari ab illo

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

37 praecingit AFP | facit MP. | 38 sunt *om.* AMFG | 39 quia] quoniam AMc | perfodi PCc | 40 ueniet AGΦc | 41 et *om.* sA | 42 constituet sAMo𝔊] constituit *cet.* | supra sZDCΦc | 43 dominus + eius sG. | 44 quia] quoniam c. | illum] eum sD | 45 pueros] seruos c | 46 diuidit ZPG. | ponit P | 47 uapulauit AMFPG | multis AZPCΦco | 48 uapulauit AFPG | paucas M. | 49 si] nisi ACo; nisi ut FGΦc | 50 baptismo c.; baptismum F. | 51 in terra s | 52 in duos ZΦc | 54 fiet MZPΦ | 55 aestus] uentus A | 56 ~ caeli et terrae sGDCc | 57 quod] quid A |

ne forte trahat te apud iudicem
et iudex tradat te exactori
et exactor mittat te in carcerem
59 dico tibi non exies inde donec etiam
novissimum minutum reddas
13 CLXIII X Aderant autem quidam ipso
in tempore nuntiantes illi de Galilaeis
quorum sanguinem Pilatus miscuit
cum sacrificiis eorum
2 et respondens dixit illis
putatis quod hii Galilaei prae omnibus Galilaeis peccatores fuerunt
quia talia passi sunt
3 non dico vobis
Ps 7,13 sed nisi paenitentiam habueritis omnes similiter peribitis
4 sicut illi decem et octo
supra quos cecidit turris in Siloam
et occidit eos
putatis quia et ipsi debitores fuerunt
praeter omnes homines habitantes
in Hierusalem
5 non dico vobis
sed si non paenitentiam egeritis omnes similiter peribitis
5,36! 6 CLXIIII X Dicebat autem hanc similitudinem
Mt 21,19; Mc 11,13 arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua
et venit quaerens fructum in illa et
non invenit
7 dixit autem ad cultorem vineae
ecce anni tres sunt ex quo venio
quaerens fructum in ficulnea hac
et non invenio
succide ergo illam
ut quid etiam terram occupat
8 at ille respondens dixit illi
domine dimitte illam et hoc anno
usque dum fodiam circa illam et
mittam stercora
9 et si quidem fecerit fructum
sin autem in futurum succides eam
10 erat autem docens in synagoga eorum sabbatis 4,16; 6,6; Mc 1,21; 6,2
11 et ecce mulier quae habebat spiritum
infirmitatis annis decem et octo
et erat inclinata nec omnino poterat
sursum respicere
12 quam cum videret Iesus vocavit ad
se et ait illi
mulier dimissa es ab infirmitate tua
13 et inposuit illi manus Mc 9,26!
et confestim erecta est et glorificabat
Deum
14 CLXV V Respondens autem archisynagogus
indignans quia sabbato curasset Iesus dicebat turbae
sex dies sunt in quibus oportet operari Ex 20,9.10!
in his ergo venite et curamini
et non in die sabbati
15 respondit autem ad illum Dominus
et dixit
hypocritae unusquisque vestrum
sabbato non solvit bovem suum
aut asinum a praesepio
et ducit adaquare
16 hanc autem filiam Abrahae quam
alligavit Satanas ecce decem et octo
annis
non oportuit solvi a vinculo isto die
sabbati
17 CLXVI X Et cum haec diceret
erubescebant omnes adversarii eius
et omnis populus gaudebat in universis quae gloriose fiebant ab eo 9,44
18 CLXVII II Dicebat ergo Is 40,18!
cui simile est regnum Dei 18.19: Mt 13,31.32! Mc 4,30–32
et cui simile esse existimabo illud
19 simile est grano sinapis
quod acceptum homo misit in hor-

58 apud] ad ZPΦc || **13**,2 fuerint c. | 4 sicut] *praem.* et ZΦ; + et G | siloe c. | fuerint c | in[2] *om.* MC. | 5 ~ paenitentiam non c. | egeritis] habueritis ZPΦ | 6 autem + et c. | 8 dicit c. | 11 respicere] aspicere S | 12 uidisset AFGΦo | uocauit + eam c | 14 165/2 ZPΦo, *sed cf. tabulas can.* | curaret ZP. | in[3] *om.* MZGD | 15 respondens APc | et[1] *om.* c | soluet MDC; soluat G. | praesepi ZΦ | 16 alligauerat SG | 17 [*adest* N *usque ad v.* 34] | 18 esse *om.* SPGc | aestimabo Dc |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

tum suum
et crevit et factum est in arborem
magnam
et volucres caeli requieverunt in ra-
mis eius
20 CLXVIII V Et iterum dixit
cui simile aestimabo regnum Dei
Mt 13,33 21 simile est fermento quod acceptum
mulier abscondit in farinae sata tria
donec fermentaretur totum
Mt 9,35! 22 CLXVIIII II Et ibat per civitates et cas-
tella docens
et iter faciens in Hierusalem
IV Esr 9,15! 23 CLXX V Ait autem illi quidam
Domine si pauci sunt qui salvantur
ipse autem dixit ad illos
Mt 7,13.14 24 contendite intrare per angustam por-
tam
quia multi dico vobis quaerunt in-
trare et non poterunt
Mt 25,10–12 25 CLXXI V Cum autem intraverit pater
familias et cluserit ostium
et incipietis foris stare et pulsare os-
tium dicentes
Domine aperi nobis
et respondens dicet vobis
nescio vos unde sitis
26 tunc incipietis dicere
manducavimus coram te et bibimus
et in plateis nostris docuisti
Mt 7,23; 25,12 27 et dicet vobis
nescio vos unde sitis
Ps 6,9! Mt 25,41 discedite a me omnes operarii ini-
quitatis
28.29: Mt 8,11.12! 28 ibi erit fletus et stridor dentium
CLXXII V Cum videritis Abraham et
Isaac et Iacob et omnes prophetas
in regno Dei
vos autem expelli foras
Ps 106,2.3! 29 et venient ab oriente et occidente et
aquilone et austro
14,15; 22,30! et accumbent in regno Dei
30 CLXXIII II Et ecce sunt novissimi qui Mt 19,30; 20,16; Mc 10,31
erunt primi
et sunt primi qui erunt novissimi
31 CLXXIIII X In ipsa die accesserunt qui-
dam Pharisaeorum dicentes illi
exi et vade hinc quia Herodes vult te
occidere
32 et ait illis
ite dicite vulpi illi
ecce eicio daemonia et sanitates per-
ficio hodie et cras
et tertia consummor Mt 16,21!
33 verumtamen oportet me hodie et
cras et sequenti ambulare
quia non capit prophetam perire
extra Hierusalem
34 CLXXV V Hierusalem Hierusalem quae 34.35: Mt 23,37–39
occidis prophetas Mt 21,35
et lapidas eos qui mittuntur ad te
quotiens volui congregare filios tuos
quemadmodum avis nidum suum
sub pinnis et noluisti
35 ecce relinquitur vobis domus vestra Ier 22,5!
dico autem vobis
quia non videbitis me donec veniat
cum dicetis
benedictus qui venit in nomine Do- Ps 117,26; Mt 21,9; Io 12,13
mini
14 CLXXVI X Et factum est cum intraret in 7,36; 11,37
domum cuiusdam principis Pha-
risaeorum sabbato manducare pa-
nem
et ipsi observabant eum 6,7; Mc 3,2
2 et ecce homo quidam hydropicus
erat ante illum
3 CLXXVII V Et respondens Iesus dixit ad
legis peritos et Pharisaeos dicens
si licet sabbato curare Mt 12,10; Mc 3,4
4 at illi tacuerunt
ipse vero adprehensum sanavit eum
ac dimisit
5 et respondens ad illos dixit

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co 21 simile est] *praem.* et cui A; *praem.* et cui simile esse existimabo illut N. | 24 quaerent c | intrare[2]] introire ZΦ. | 25 et[2] *om.* MZPΦc | 28 prophetas + introire A; + intrare F. | 30 erunt[1.2]] erant NZPDCΦ | 32 ite + et c | tertia + die ZPDΦc | 33 sequenti + die Gc | 34 occides MP. | 35 [*deest* N *usque ad* 15,4] | relinquitur AMDo𝔊] relinquetur *cet.* | uestra + deserta GDc || **14**,1 intrasset S; + iesus c | 3 177/2 Zo, *sed cf. tabulas can.* | dicens si *om.* A | sabbatis ZP | 4 eum *om.* A |

Dt 22,4! Mt 12,11 cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet
et non continuo extrahet illum die sabbati
Mt 22,46 6 et non poterant ad haec respondere illi
5,36! 7 CLXXVIII X Dicebat autem et ad invitatos parabolam
20,46; Mt 23,6; Mc 12,38.39 intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos
8 cum invitatus fueris ad nuptias non
Prv 25,6! discumbas in primo loco
ne forte honoratior te sit invitatus ab eo
9 et veniens is qui te et illum vocavit dicat tibi da huic locum
et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere
10 sed cum vocatus fueris vade recumbe in novissimo loco
Prv 25,7! ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi
amice ascende superius
tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus
18,14; Prv 29,23! Mt 23,12! 11 CLXXVIIII V Quia omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur
12 CLXXX X Dicebat autem et ei qui se invitaverat
cum facis prandium aut cenam
noli vocare amicos tuos
neque fratres tuos
neque cognatos
neque vicinos divites
ne forte et ipsi te reinvitent et fiat tibi retributio
13 sed cum facis convivium
21; Dt 14,29! voca pauperes debiles claudos caecos
14 et beatus eris quia non habent retribuere tibi
retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum
15 haec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi
beatus qui manducabit panem in regno Dei 13,29; 22,30! Apc 19,9
16 CLXXXI V At ipse dixit ei
homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos
17 et misit servum suum hora cenae dicere invitatis ut venirent Mt 22,3.4
quia iam parata sunt omnia
18 et coeperunt simul omnes excusare Mt 22,5
primus dixit ei
villam emi et necesse habeo exire et videre illam
rogo te habe me excusatum
19 et alter dixit
iuga boum emi quinque et eo probare illa
rogo te habe me excusatum
20 et alius dixit
uxorem duxi et ideo non possum venire
21 et reversus servus nuntiavit haec domino suo
tunc iratus pater familias dixit servo suo
exi cito in plateas et vicos civitatis Mt 22,9
et pauperes ac debiles et caecos et claudos introduc huc 13
22 et ait servus
domine factum est ut imperasti
et adhuc locus est
23 et ait dominus servo
exi in vias et sepes et conpelle intrare ut impleatur domus mea
24 dico autem vobis
quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam
25 CLXXXII V Ibant autem turbae multae cum eo
et conversus dixit ad illos
26 si quis venit ad me

7 et *om.* ZPΦ | elegerunt Z | 8 eo] illo c. | 10 ut] et SP | 12 ~ te et ipsi c. | inuitent Z | 13 claudos + et c. | 14 in resurrectionem A; in retributione ZPΦ | 15 haec + autem ZP. | illi] ei A | manducauit APD | 16 ei] illi ZPΦ | *num.* 181/5 *ad* homo *pon.* SAD | 21 huc *om.* A | 22 locus] locutus sZFPGD | 24 gustabit MCco] gustauit AFG; gustabunt SZPDΦ |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

Mt 19,29 26.27: Mt 10,37.38 et non odit patrem suum et matrem
et uxorem et filios
et fratres et sorores
adhuc autem et animam suam
27.33 non potest esse meus discipulus
9,23; Mt 16,24; Mc 8,34 27 et qui non baiulat crucem suam et
venit post me
26.33 non potest esse meus discipulus
28 CLXXXIII X Quis enim ex vobis volens
turrem aedificare
non prius sedens conputat sumptus
qui necessarii sunt
si habet ad perficiendum
29 ne posteaquam posuerit fundamen-
tum et non potuerit perficere
omnes qui vident incipiant inludere
ei 30 dicentes
quia hic homo coepit aedificare et
non potuit consummare
31 aut qui rex iturus committere bellum
adversus alium regem
non sedens prius cogitat
si possit cum decem milibus occur-
rere ei qui cum viginti milibus venit
ad se
32 alioquin adhuc illo longe agente le-
gationem mittens rogat ea quae pa-
cis sunt
33 CLXXXIIII V Sic ergo omnis ex vobis qui
non renuntiat omnibus quae pos-
sidet
26.27 non potest meus esse discipulus
Mc 9,49 34 CLXXXV II Bonum est sal
34.35: Mt 5,13 si autem sal quoque evanuerit in quo
condietur
35 neque in terram neque in sterquili-
nium utile est
sed foras mittetur
Mc 4,9! qui habet aures audiendi audiat
15 CLXXXVI II Erant autem adpropin-
quantes ei publicani et peccatores
ut audirent illum
2 et murmurabant Pharisaei et scribae 5,30; 19,7
dicentes
quia hic peccatores recipit et mandu- 7,34; Mt 9,11! Mc 2,16
cat cum illis
3 CLXXXVII V Et ait ad illos parabolam 5,36! 18,1.9; 20,9; 21,29!
istam dicens
4 quis ex vobis homo qui habet cen- Mt 18,12
tum oves
et si perdiderit unam ex illis
nonne dimittit nonaginta novem in
deserto
et vadit ad illam quae perierat donec Ez 34,16
inveniat illam
5 et cum invenerit eam inponit in ume-
ros suos gaudens
6 et veniens domum convocat amicos 9
et vicinos dicens illis
congratulamini mihi quia inveni
ovem meam quae perierat
7 dico vobis quod ita gaudium erit in 10; Mt 18,13; IV Esr 7,60
caelo super uno peccatore paeni-
tentiam habente
quam super nonaginta novem iustis
qui non indigent paenitentia
8 CLXXXVIII X Aut quae mulier habens
dragmas decem
si perdiderit dragmam unam
nonne accendit lucernam et everrit
domum
et quaerit diligenter donec inveniat
9 et cum invenerit convocat amicas 6
et vicinas dicens
congratulamini mihi quia inveni
dragmam quam perdideram
10 CLXXXVIIII V Ita dico vobis 7!
gaudium erit coram angelis Dei su-
per uno peccatore paenitentiam a-
gente
11 CXC X Ait autem
homo quidam habuit duos filios Mt 21,28
12 et dixit adulescentior ex illis patri
pater da mihi portionem substantiae

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co 26 esse meus discipulus SMF𝔊] ~ meus disc. esse ZPCΦo; ~ meus esse disc. AGDc | 27 ~ meus esse AZPDΦc | 28 non] nonne AΦ | habeat ZΦc | 29 poterit A | 31 qui SAMFD] quis *cet.* | 33 esse *om.* Z.; ~ esse meus P | 34 quoque *om.* c || **15**,4 nonaginta + et M | [*adest* N *usque ad* 16,8] | illam²] eam sGDc. | 5 eam] illam AD | inponet sNZPC | 7 habente] agente ZΦc; agentem P | super²] supra s | paenitentiam MPGDCΦ | 8 euerrit co.𝔊] uertit D; mondat P.; euertit *cet.* |

quae me contingit
et divisit illis substantiam
13 et non post multos dies
congregatis omnibus adulescentior
filius peregre profectus est in regi-
onem longinquam
et ibi dissipavit substantiam suam
vivendo luxuriose
14 et postquam omnia consummasset
facta est fames valida in regione illa
et ipse coepit egere
15 et abiit et adhesit uni civium regionis
illius
et misit illum in villam suam ut pas-
ceret porcos
16 et cupiebat implere ventrem suum
de siliquis quas porci manduca-
bant
et nemo illi dabat
17 in se autem reversus dixit
quanti mercennarii patris mei abun-
dant panibus
ego autem hic fame pereo
18 surgam et ibo ad patrem meum et
dicam illi
18.19: 21 pater peccavi in caelum et coram te
19 et iam non sum dignus vocari filius
tuus
fac me sicut unum de mercennariis
tuis
20 et surgens venit ad patrem suum
cum autem adhuc longe esset
vidit illum pater ipsius et misericor-
dia motus est
Gn 29,13! Act 20,37 et adcurrens cecidit supra collum
eius et osculatus est illum
21 dixitque ei filius
18.19 pater peccavi in caelum et coram te
iam non sum dignus vocari filius tu-
us
22 dixit autem pater ad servos suos
cito proferte stolam primam et in-
duite illum
et date anulum in manum eius
et calciamenta in pedes
23 et adducite vitulum saginatum et
occidite
et manducemus et epulemur
24 quia hic filius meus mortuus erat et 32; Eph 2,5; Col 2,13
revixit
perierat et inventus est
et coeperunt epulari
25 erat autem filius eius senior in agro
et cum veniret et adpropinquaret
domui
audivit symphoniam et chorum
26 et vocavit unum de servis
et interrogavit quae haec essent
27 isque dixit illi
frater tuus venit et occidit pater tuus
vitulum saginatum
quia salvum illum recepit
28 indignatus est autem et nolebat in-
troire
pater ergo illius egressus coepit ro-
gare illum
29 at ille respondens dixit patri suo
ecce tot annis servio tibi
et numquam mandatum tuum prae-
terii
et numquam dedisti mihi hedum ut
cum amicis meis epularer
30 sed postquam filius tuus hic qui de-
voravit substantiam suam cum me- Prv 29,3!
retricibus venit
occidisti illi vitulum saginatum
31 at ipse dixit illi
fili tu semper mecum es
et omnia mea tua sunt Io 16,15; 17,10
32 epulari autem et gaudere oportebat
quia frater tuus hic mortuus erat et 24!
revixit
perierat et inventus est
16 dicebat autem et ad discipulos suos
homo quidam erat dives qui habe-
bat vilicum
et hic diffamatus est apud illum qua-
si dissipasset bona ipsius

13 in regione longinqua M | 16 quos N | 17 mercennarii + in domo c | 18 illi] ei c | 19 et *om.* PDc | 20 super NGc | illum²] eum AZc | 22 in manu sMFPGC; in manus N. | in pedibus P; + eius Pc | 26 quae] quid c. ||

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

2 et vocavit illum et ait illi
quid hoc audio de te
Rm 14,12! redde rationem vilicationis tuae
iam enim non poteris vilicare
3 ait autem vilicus intra se
quid faciam quia dominus meus aufert a me vilicationem
fodere non valeo
mendicare erubesco
4 scio quid faciam
ut cum amotus fuero a vilicatione recipiant me in domos suas
5 convocatis itaque singulis debitoribus domini sui
dicebat primo
quantum debes domino meo
6 at ille dixit
centum cados olei
dixitque illi
accipe cautionem tuam et sede cito scribe quinquaginta
7 deinde alio dixit
tu vero quantum debes
qui ait
centum choros tritici
ait illi
accipe litteras tuas et scribe octoginta
8 et laudavit dominus vilicum iniquitatis quia prudenter fecisset
quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt
9 et ego vobis dico
facite vobis amicos de mamona iniquitatis
ut cum defeceritis recipiant vos in aeterna tabernacula
19,17; Mt 25,21 10 qui fidelis est in minimo et in maiori fidelis est
et qui in modico iniquus est et in maiori iniquus est
11 si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis
quod verum est quis credet vobis
12 et si in alieno fideles non fuistis
quod vestrum est quis dabit vobis
13 CXCI V Nemo servus potest duobus dominis servire Mt 6,24
aut enim unum odiet et alterum diliget
aut uni adherebit et alterum contemnet
non potestis Deo servire et mamonae
14 CXCII X Audiebant autem omnia haec Pharisaei qui erant avari
et deridebant illum 23,35!
15 et ait illis
vos estis qui iustificatis vos coram hominibus Mt 23,28
Deus autem novit corda vestra 9,47! Act 1,24; 15,8
quia quod hominibus altum est Prv 16,5!
abominatio est ante Deum
16 CXCIII V Lex et prophetae usque ad Iohannem Mt 11,12
ex eo regnum Dei evangelizatur 9,60!
et omnis in illud vim facit
17 CXCIIII V Facilius est autem caelum et terram praeterire Mt 5,18!
quam de lege unum apicem cadere
18 CXCV II Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit alteram moechatur Mt 5,32; 19,9; Mc 10,11
et qui dimissam a viro ducit moechatur
19 CXCVI X Homo quidam erat dives
et induebatur purpura et bysso
et epulabatur cotidie splendide
20 et erat quidam mendicus nomine Lazarus
qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus
21 cupiens saturari de micis quae cadebant de mensa divitis Mt 15,27
sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius
22 factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahae

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

16,3 auferet sAFGDC; auferit P. | 5 itaque] autem s | 7 alio] alii ZCc | 8 [*deest* N *usque ad* 17,12] | 9 ~ dico uobis ZPΦ | 11 mamonae sAFC | uerum] uestrum sZP | credit AFPD | 13 diligit AP | 18 et omnis ZΦ. | ~ alteram ducit c. | 19 et¹] qui c. | 21 diuitis + et nemo illi dabat PΦc | ulcera] uulnera ZΦ. | 22 in sinu ZC; in sinibus G. |

mortuus est autem et dives et sepultus est in inferno
23 elevans oculos suos cum esset in tormentis
videbat Abraham a longe et Lazarum in sinu eius
24 et ipse clamans dixit
pater Abraham miserere mei
et mitte Lazarum ut intinguat extremum digiti sui in aqua
ut refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma
25 et dixit illi Abraham
fili recordare quia recepisti bona in vita tua
et Lazarus similiter mala
nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris
26 et in his omnibus inter nos et vos chasma magnum firmatum est
ut hii qui volunt hinc transire ad vos non possint
neque inde huc transmeare
27 et ait
rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei
28 habeo enim quinque fratres ut testetur illis
ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum
29 et ait illi Abraham
habent Mosen et prophetas audiant illos
30 at ille dixit
non pater Abraham
sed si quis ex mortuis ierit ad eos paenitentiam agent
31 ait autem illi
Io 5,47; IV Esr 7,130 si Mosen et prophetas non audiunt
neque si quis ex mortuis resurrexerit credent

17 CXCVII/II Et ad discipulos suos ait 1.2: Mt 18,6.7
inpossibile est ut non veniant scandala
vae autem illi per quem veniunt
2 utilius est illi si lapis molaris inponatur circa collum eius et proiciatur in mare Mc 9,41
quam ut scandalizet unum de pusillis istis
3 CXCVIII/V Adtendite vobis Mt 18,15; Gal 6,1
si peccaverit frater tuus increpa illum
et si paenitentiam egerit dimitte illi
4 CXCVIIII/V Et si septies in die peccaverit in te
et septies in die conversus fuerit ad te dicens paenitet me
dimitte illi
5 CC/V Et dixerunt apostoli Domino
adauge nobis fidem Mc 9,23
6 dixit autem Dominus Mt 17,19!
si haberetis fidem sicut granum sinapis
diceretis huic arbori moro
eradicare et transplantare in mare
et oboediret vobis
7 CCI/X Quis autem vestrum habens servum arantem aut pascentem
qui regresso de agro dicet illi statim transi recumbe
8 et non dicet ei para quod cenem
et praecinge te et ministra mihi donec manducem et bibam
et post haec tu manducabis et bibes
9 numquid gratiam habet servo illi quia fecit quae sibi imperaverat
non puto
10 sic et vos
cum feceritis omnia quae praecepta sunt vobis
dicite servi inutiles sumus

23 eleuans + autem AFPGΦ co | uidit ZPGΦ c; uidet M. | in sinum AFP | 24 in aquam APG co | 26 ~ uos et nos AMFPD | chasma M. 𝔊] chas s; chaos *cet.* | 28 ~ hunc locum GC c | 31 surrexerit AMG; resurrexit F. || 17,1 ~ ait ad discipulos suos c. | 3 peccauerit + in te F c | 4 in te *om.* s | et² + si Z | 6 habueritis PDΦ c | diceritis P; dicetis c | moro] modo Z; sycomoro P. | obediet c | 7 habet ZPGDΦ | aut + boues Z | dicit GDC; dicat ZPΦ c | 8 dicit GD; dicat ZPΦ c | 9 sibi] ei ZPΦ c | imperauerit Z |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

quod debuimus facere fecimus
11 et factum est dum iret in Hierusalem
transiebat per mediam Samariam et
Galilaeam
12 et cum ingrederetur quoddam castel-
lum
occurrerunt ei decem viri leprosi
qui steterunt a longe
13 et levaverunt vocem dicentes
Iesu praeceptor miserere nostri
14 quos ut vidit dixit
5,14; Mt 8,4! Mc 1,44 ite ostendite vos sacerdotibus
et factum est dum irent mundati
sunt
15 unus autem ex illis ut vidit quia
mundatus est
2,20! regressus est cum magna voce mag-
nificans Deum
16 et cecidit in faciem ante pedes eius
gratias agens
et hic erat Samaritanus
17 respondens autem Iesus dixit
nonne decem mundati sunt
et novem ubi sunt
18 non est inventus qui rediret et daret
Io 9,24! gloriam Deo
nisi hic alienigena
8,48! 19 et ait illi
surge vade quia fides tua te salvum
fecit
20 CCII V Interrogatus autem a Pharisaeis
quando venit regnum Dei
respondit eis et dixit
non venit regnum Dei cum observa-
tione
Mt 24,23; Mc 13,21 21 neque dicent ecce hic aut ecce illic
ecce enim regnum Dei intra vos est
22 CCIII X Et ait ad discipulos
venient dies
10,24 quando desideretis videre unum di-
em Filii hominis et non videbitis
Mt 24,23; Mc 13,21 23 CCIIII II Et dicent vobis ecce hic ecce
illic
nolite ire neque sectemini 21,8
24 CCV V Nam sicut fulgur coruscans de Mt 24,27
sub caelo in ea quae sub caelo sunt
fulget
ita erit Filius hominis in die sua
25 CCVI II Primum autem oportet illum 9,22! Mc 8,31
multa pati
et reprobari a generatione hac
26 CCVII V Et sicut factum est in diebus 26.27: Mt 24,37–39
Noe
ita erit et in diebus Filii hominis
27 edebant et bibebant
uxores ducebant et dabantur ad nup- 20,34!
tias
usque in diem qua intravit Noe in
arcam
et venit diluvium et perdidit omnes
28 CCVIII X Similiter sicut factum est in
diebus Loth
edebant et bibebant
emebant et vendebant
plantabant aedificabant
29 qua die autem exiit Loth a Sodomis
pluit ignem et sulphur de caelo et Gn 19,24!
omnes perdidit
30 secundum haec erit qua die Filius
hominis revelabitur
31 CCVIIII II In illa hora qui fuerit in tecto Mt 24,17.18; Mc 13,15.16
et vasa eius in domo
ne descendat tollere illa
et qui in agro similiter non redeat
retro
32 CCX X Memores estote uxoris Loth
33 CCXI III Quicumque quaesierit animam 9,24; Mc 8,35; Mt 10,39; 16,25; Io 12,25
suam salvare perdet illam
et qui perdiderit illam vivificabit eam
34 CCXII V Dico vobis
illa nocte erunt duo in lecto uno 34.35: Mt 24,40.41
unus adsumetur et alter relinquetur
35 duae erunt molentes in unum
una adsumetur et altera relinquetur
duo in agro
unus adsumetur et alter relinquetur

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ 12 [*adest* N *usque ad* 18,3] | 13 nobis Z | 20 respondens eis dixit c; respondens eis et dixit s | 22 discipulos + suos ZPDCΦ c | 23 hic + et sPCc | 26 in die² A; aduentus P | 28 sicut *om.* Z | plantabant + et AFPΦ cɔ | 29 a] de N | 33 quicumque] qui Z | saluare] saluam facere AMGCcɔ | qui SZPCΦ] quicumque *cet.* | 34 uobis + in PDΦ c | lecto] tecto A | alter] alius ZP; unus C. |

36 CCXIII/V Respondentes dicunt illi
ubi Domine
37 qui dixit eis
Iob 39,30; Mt 24,28 ubicumque fuerit corpus illuc con-
gregabuntur aquilae
15,3! **18** CCXIIII/X Dicebat autem et parabolam
ad illos
21,36! Sir 18,22; Rm 12,12; I Th 5,17 quoniam oportet semper orare et
non deficere 2 dicens
iudex quidam erat in quadam civi-
tate
qui Deum non timebat et hominem
non verebatur
3 vidua autem quaedam erat in civi-
tate illa
et veniebat ad eum dicens
vindica me de adversario meo
4 et nolebat per multum tempus
post haec autem dixit intra se
et si Deum non timeo nec hominem
revereor
11,8 5 tamen quia molesta est mihi haec
vidua vindicabo illam
ne in novissimo veniens suggillet me
6 ait autem Dominus
audite quid iudex iniquitatis dicit
7 Deus autem non faciet vindictam
electorum suorum clamantium ad
se die ac nocte
et patientiam habebit in illis
8 dico vobis
quia cito faciet vindictam illorum
verumtamen Filius hominis veniens
putas inveniet fidem in terra
9 dixit autem et ad quosdam qui in se
confidebant tamquam iusti
15,3! et aspernabantur ceteros parabolam
istam
10 duo homines ascenderunt in tem-
plum ut orarent
unus Pharisaeus et alter publicanus
11 Pharisaeus stans haec apud se ora-
bat
Deus gratias ago tibi quia non sum
sicut ceteri hominum
raptores iniusti adulteri
vel ut etiam hic publicanus
12 ieiuno bis in sabbato
decimas do omnium quae possideo Gn 28,22!
13 et publicanus a longe stans
nolebat nec oculos ad caelum levare
sed percutiebat pectus suum dicens
Deus propitius esto mihi peccatori Ps 77,38!
14 dico vobis
descendit hic iustificatus in domum
suam ab illo
CCXV/V Quia omnis qui se exaltat hu- 14,11; Mt 23,12; Prv 29,23!
miliabitur
et qui se humiliat exaltabitur
15 CCXVI/II Adferebant autem ad illum et 15.16: Mt 19,13.14
infantes ut eos tangeret
quod cum viderent discipuli incre- 15—17: Mc 10,13–16
pabant illos
16 Iesus autem convocans illos dixit
sinite pueros venire ad me et nolite
eos vetare
talium est enim regnum Dei
17 CCXVII/II Amen dico vobis Mt 18,3!
quicumque non acceperit regnum
Dei sicut puer
non intrabit in illud
18 CCXVIII/II Et interrogavit eum quidam 10,25
princeps dicens 18—30: Mt 19,16–30; Mc 10,17–31
magister bone quid faciens vitam ae-
ternam possidebo
19 dixit autem ei Iesus
quid me dicis bonum
nemo bonus nisi solus Deus
20 mandata nosti Ex 20,12–16
non occides Mt 5,21!
non moechaberis Mt 5,27!
non furtum facies
non falsum testimonium dices
honora patrem tuum et matrem Mt 15,4!
21 qui ait
haec omnia custodivi a iuventute mea
22 CCXVIIII/II Quo audito Iesus ait ei
adhuc unum tibi deest

37 eis] illis P c. | illic S | congregabuntur + et c || **18**,2 uerebatur] reuerebatur NAPG Φ co | 3 [*deest* N *usque ad v.* 13] | 4 et si] si ZP | uereor SC | 8 in terram MFPC | 11 homines SP | 13 [*adest* N *usque ad* 19,18] | 14 amen dico ZPΦ | 15 quod] quos ZΦ | 16 ~ uetare eos c. | ~ enim est ZP | 19 ei *om.* S | 20 matrem + tuam N |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

12,33 omnia quaecumque habes vende et
da pauperibus
et habebis thesaurum in caelo
et veni sequere me
23 CCXX II His ille auditis contristatus est
quia dives erat valde
24 videns autem illum Iesus tristem factum dixit
quam difficile qui pecunias habent
in regnum Dei intrabunt
25 facilius est enim camelum per foramen acus transire
quam divitem intrare in regnum Dei
26 et dixerunt qui audiebant
et quis potest salvus fieri
27 ait illis
Za 8,6! quae inpossibilia sunt apud homines
possibilia sunt apud Deum
Mt 19,27! 28 ait autem Petrus
ecce nos dimisimus omnia et secuti
sumus te
29 CCXXI II Qui dixit eis
amen dico vobis
nemo est qui reliquit domum aut
parentes aut fratres aut uxorem aut
filios propter regnum Dei
Eph 1,21 30 et non recipiat multo plura in hoc
tempore
et in saeculo venturo vitam aeternam
31—33: Mt 20,17–19! Mc 10,32–34 31 CCXXII II Adsumpsit autem Iesus duodecim et ait illis
ecce ascendimus Hierosolyma
22,37; 24,44 et consummabuntur omnia quae
scripta sunt per prophetas de Filio
hominis
32 tradetur enim gentibus et inludetur
et flagellabitur et conspuetur
33 et postquam flagellaverint occident
eum
et die tertia resurget
2,50! 34 CCXXIII X Et ipsi nihil horum intellexerunt
et erat verbum istud absconditum
ab eis
et non intellegebant quae dicebantur
35 CCXXIIII II Factum est autem cum adpropinquaret Hiericho 35—43: Mt 20,29–34; Mc 10,46–52
caecus quidam sedebat secus viam
mendicans
36 et cum audiret turbam praetereuntem
interrogabat quid hoc esset
37 dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret
38 et clamavit dicens 38.39: Mt 9,27; 15,22
Iesu Fili David miserere mei
39 et qui praeibant increpabant eum ut
taceret
ipse vero multo magis clamabat
Fili David miserere mei
40 stans autem Iesus iussit illum adduci
ad se
et cum adpropinquasset interrogavit
illum 41 dicens
quid tibi vis faciam
at ille dixit
Domine ut videam
42 et Iesus dixit illi 8,48!
respice fides tua te salvum fecit
43 et confestim vidit et sequebatur illum
magnificans Deum 2,20! 19,37
et omnis plebs ut vidit dedit laudem
Deo
19 CCXXV X Et ingressus perambulabat Hiericho Mc 10,46
2 et ecce vir nomine Zaccheus
et hic erat princeps publicanorum et
ipse dives
3 et quaerebat videre Iesum quis esset 8,20! 9,9!
et non poterat prae turba quia statura pusillus erat
4 et praecurrens ascendit in arborem
sycomorum
ut videret illum
quia inde erat transiturus
5 et cum venisset ad locum
suspiciens Iesus vidit illum

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co
24 ~ iesus illum c. | 29 relinquit NP; relinquat ZG. | 30 uenturo] futuro ZPΦ | 31 hierosolymam sAGCΦc; in hierosolyma N. | 33 ~ tertia die Dc | 34 et erat] erat autem Z PΦ | absconsum S | 39 eum] ei sD | clamauit sA | 40 illum¹] eum sZPΦ || 19,2 ~ princeps erat c. | 4 illum] eum c. |

et dixit ad eum
Zacchee festinans descende
quia hodie in domo tua oportet me manere
6 et festinans descendit et excepit illum gaudens
5,30; 15,2; Mt 9,11! Mc 2,16 7 et cum viderent omnes murmurabant dicentes
7,34 quod ad hominem peccatorem devertisset
8 stans autem Zaccheus dixit ad Dominum
ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus
et si quid aliquem defraudavi reddo quadruplum
9 ait Iesus ad eum
quia hodie salus domui huic facta est
eo quod et ipse filius sit Abrahae
Mt 18,11! I Tim 1,15 10 CCXXVI V Venit enim Filius hominis quaerere et salvum facere quod perierat
11 CCXXVII X Haec illis audientibus
adiciens dixit parabolam
eo quod esset prope Hierusalem
et quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur
12 CCXXVIII II Dixit ergo
homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam
accipere sibi regnum et reverti
13 CCXXVIIII V Vocatis autem decem servis suis
dedit illis decem mnas
et ait ad illos
negotiamini dum venio
14 cives autem eius oderant illum
et miserunt legationem post illum dicentes
27 nolumus hunc regnare super nos

15 et factum est ut rediret accepto regno
et iussit vocari servos quibus dedit pecuniam
ut sciret quantum quisque negotiatus esset
16 venit autem primus dicens
domine mna tua decem mnas adquisivit
17 et ait illi
euge bone serve
quia in modico fidelis fuisti 16,10!
eris potestatem habens supra decem civitates
18 et alter venit dicens
domine mna tua fecit quinque mnas
19 et huic ait
et tu esto supra quinque civitates
20 et alter venit dicens 20—26: Mt 25,24–28
domine ecce mna tua quam habui repositam in sudario
21 timui enim te quia homo austeris es
tollis quod non posuisti
et metis quod non seminasti
22 dicit ei
de ore tuo te iudico serve nequam II Sm 1,16! Mt 12,37
sciebas quod ego austeris homo sum
tollens quod non posui
et metens quod non seminavi
23 et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam
et ego veniens cum usuris utique exegissem illud
24 et adstantibus dixit
auferte ab illo mnam
et date illi qui decem mnas habet
25 et dixerunt ei
domine habet decem mnas
26 CCXXX II Dico autem vobis
quia omni habenti dabitur 8,18; Mc 4,25; Mt 13,12! 25,29
ab eo autem qui non habet
et quod habet auferetur ab eo

5 festina M | 7 diuertisset sAFPCϲ𝔬 | 8 dominum] iesum sP | aliquem] aliquid MZP. | 9 sit] est sC | 10 saluum facere] saluare A | 13 illis] eis ϲ | 13—25 *scripsimus* mnas, mna, mnam *cum* sACΦϲ𝔬] minas, mina, minam *cet. vel partim vel semper* | 14 illum¹] eum ϲ. | 15 quantum quis DΦ; quid quis Z. | 17 ~ fuisti fidelis ϲ | super NGϲ | 18 [*deest* N *usque ad v.* 39] | 19 super ϲ | 20 ecce *om.* s | reposita ZG | 21 te *om.* AMF | austerus AMFGΦϲ | metes ZPC | 22 austerus Gϲ | ~ homo austerus ϲ | 23 et²] ut ϲ. | illud] illam Φϲ | 26 autem¹ *om.* s. | dabitur + et abundabit ϲ |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ ϲ𝔬

27 CCXXXI V Verumtamen inimicos meos
14 illos qui noluerunt me regnare super se
adducite huc et interficite ante me
Mc 10,32 28 CCXXXII II Et his dictis praecedebat a-
28—38: Mt 21,1–9; scendens in Hierosolyma
Mc 11,1–10 29 et factum est cum adpropinquasset
ad Bethfage et Bethania ad montem
qui vocatur Oliveti
Mt 11,2; Mc 14,13 misit duos discipulos suos 30 dicens
ite in castellum quod contra est
in quod introeuntes invenietis pullum asinae alligatum
cui nemo umquam hominum sedit
solvite illum et adducite
31 et si quis vos interrogaverit quare solvitis
sic dicetis ei
quia Dominus operam eius desiderat
22,13 32 CCXXXIII II Abierunt autem qui missi erant
et invenerunt sicut dixit illis stantem pullum
33 solventibus autem illis pullum
dixerunt domini eius ad illos
quid solvitis pullum
34 at illi dixerunt
quia Dominus eum necessarium habet
Io 12,14 35 et duxerunt illum ad Iesum
et iactantes vestimenta sua supra pullum
inposuerunt Iesum
36—38: Io 12,13 36 eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via
37 CCXXXIIII I Et cum adpropinquaret
iam ad descensum montis Oliveti
2,20! 18,43 coeperunt omnes turbae discentium
gaudentes laudare Deum voce magna
super omnibus quas viderant virtutibus 38 dicentes
benedictus qui venit rex in nomine Domini Ps 117,26
pax in caelo et gloria in excelsis Ps 148,1!
39 CCXXXV V Et quidam Pharisaeorum de turbis dixerunt ad illum
magister increpa discipulos tuos
40 quibus ipse ait
dico vobis quia si hii tacuerint lapides clamabunt
41 CCXXXVI X Et ut adpropinquavit
videns civitatem flevit super illam dicens IV Rg 8,11; Io 11,35
42 quia si cognovisses et tu
et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi
nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis
43 quia venient dies in te
et circumdabunt te inimici tui vallo Is 29,3! Ier 6,6
et circumdabunt te
et coangustabunt te undique
44 ad terram prosternent te Ps 136,9!
et filios qui in te sunt
CCXXXVII II Et non relinquent in te lapidem super lapidem 21,6; Mt 24,2; Mc 13,2
eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae
45 CCXXXVIII I Et ingressus in templum Mc 11,15; Io 2,14.15
coepit eicere vendentes in illo et ementes 46 dicens illis 45.46: Mt 21,12.13
scriptum est quia domus mea domus orationis est Is 56,7! Mc 11,17
vos autem fecistis illam speluncam latronum Ier 7,11; Io 2,16
47 CCXXXVIIII I Et erat docens cotidie in templo 21,37; Mt 26,55! Mc 14,49
principes autem sacerdotum et scribae et principes plebis 47.48: Mc 11,18!
quaerebant illum perdere
48 et non inveniebant quid facerent illi

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

28 in hierosolyma sM] in hierosolymam ZD; hierosolyma APɔ; hierosolymam GCΦc | 29 *num.* 232/2 *ad* et factum *pon.* A | bethaniam MCΦcɔ | 30 in quod] in quo ZPGD | 31 opera AMGΦ | 35 pullum] illum ZCΦ. | 37 discentium MGɔ𝔊] dicentium D; discipulorum c; descendentium *cet.* | deum] dominum ZP | uirtutes ZP. | 39 [*adest* N *usque ad* 20,9] | discipulis tuis sGC | 42 et quidem] equidem NC | 43 uenit ZP. | 44 ad sAFG] et ad *cet.* | consternent ZΦ | filios + tuos ZΦcɔ | supra N | 47 principes[1]] princeps sD | plebis] populi s | 48 quid] quod A ||

Mc 6,20; 12,37 omnis enim populus suspensus erat
audiens illum

1–8: Mt 21,23–27; Mc 11,27–33 20 CCXL II Et factum est in una dierum
docente illo populum in templo et
evangelizante
convenerunt principes sacerdotum
et scribae cum senioribus
Io 2,18! Act 4,7 2 et aiunt dicentes ad illum
dic nobis in qua potestate haec facis
aut quis est qui dedit tibi hanc potestatem
3 respondens autem dixit ad illos
interrogabo vos et ego verbum
respondete mihi
4 baptismum Iohannis de caelo erat
an ex hominibus
5 at illi cogitabant inter se dicentes
quia si dixerimus de caelo
Mt 21,32 dicet quare ergo non credidistis illi
6 si autem dixerimus ex hominibus
plebs universa lapidabit nos
Mt 14,5! certi sunt enim Iohannem prophetam esse
7 et responderunt se nescire unde esset
8 et Iesus ait illis
neque ego dico vobis in qua potestate haec facio
15,3! 9 CCXLI II Coepit autem dicere ad plebem parabolam hanc
9–19: Mt 21,33–46; Mc 12,1–12 homo plantavit vineam
et locavit eam colonis
et ipse peregre fuit multis temporibus
10 et in tempore misit ad cultores servum
ut de fructu vineae darent illi
qui caesum dimiserunt eum inanem
11 et addidit alterum servum mittere
illi autem hunc quoque caedentes et
adficientes contumelia dimiserunt
inanem
12 et addidit tertium mittere
qui et illum vulnerantes eiecerunt
13 dixit autem dominus vineae
quid faciam
mittam filium meum dilectum
forsitan cum hunc viderint verebuntur
14 quem cum vidissent coloni
cogitaverunt inter se dicentes
hic est heres
occidamus illum ut nostra fiat hereditas
15 et eiectum illum extra vineam occiderunt
quid ergo faciet illis dominus vineae
16 veniet et perdet colonos istos
et dabit vineam aliis
quo audito dixerunt illi absit
17 ille autem aspiciens eos ait
quid est ergo hoc quod scriptum est
lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli Ps 117,22; Act 4,11; I Pt 2,7
18 omnis qui ceciderit supra illum lapidem conquassabitur
supra quem autem ceciderit comminuet illum
19 CCXLII I Et quaerebant principes sacerdotum et scribae mittere in illum 22,2; Mt 14,5!
manus illa hora
et timuerunt populum
cognoverunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam
20 CCXLIII II Et observantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent 20–26: Mt 22,15–22; Mc 12,13–17
ut caperent eum in sermone 11,54!
et traderent illum principatui et potestati praesidis
21 et interrogaverunt illum dicentes
magister scimus quia recte dicis et
doces
et non accipis personam
sed in veritate viam Dei doces
22 licet nobis dare tributum Caesari an
non
23 considerans autem dolum illorum

20,3 autem + iesus c | ego + unum AMG co | 4 baptismus c. | 5 intra se sG c | ergo *om.* Z | illi[2]] ei AMG | 10 [*deest* N *usque ad* 22,6] | uineae] uindemiae Z | eum] illum sC; *om.* MP | 14 intra se ZΦ c; in se A | ut] et ZΦ | 18 super[1.2] C c | 19 manus + in MPGΦ o | istam] hanc c. | 20 et[2]] ut c. | 21 illum] eum c. | in ueritatem MG. | ~ uiam dei in ueritate c. | 22 ~ tributum dare (dari MZ.) MZGDΦ c | an] aut S | S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

dixit ad eos
quid me temptatis
24 ostendite mihi denarium
cuius habet imaginem et inscriptionem
respondentes dixerunt Caesaris
25 et ait illis
reddite ergo quae Caesaris sunt Caesari
et quae Dei sunt Deo
26 et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe
et mirati in responso eius tacuerunt
27—38: Mt 22,23–33; Mc 12,18–27 27 accesserunt autem quidam Sadducaeorum
Act 23,8; I Cor 15,12 qui negant esse resurrectionem
et interrogaverunt eum 28 dicentes
Dt 25,5! magister Moses scripsit nobis
si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem
et hic sine filiis fuerit
ut accipiat eam frater eius uxorem
et suscitet semen fratri suo
29 septem ergo fratres erant
et primus accepit uxorem et mortuus est sine filiis
30 et sequens accepit illam et ipse mortuus est sine filio
31 et tertius accepit illam
similiter et omnes septem
et non reliquerunt semen et mortui sunt
32 novissima omnium mortua est et mulier
33 in resurrectione ergo cuius eorum erit uxor
siquidem septem habuerunt eam uxorem
34 et ait illis Iesus
17,27; Mt 24,38 filii saeculi huius nubunt et traduntur ad nuptias
35 illi autem qui digni habebuntur saeculo illo et resurrectione ex mortuis Phil 3,11; II Th 1,5
neque nubunt neque ducunt uxores
36 neque enim ultra mori poterunt
aequales enim angelis sunt et filii sunt Dei I Io 3,1!
cum sint filii resurrectionis
37 quia vero resurgant mortui
et Moses ostendit secus rubum
sicut dicit Dominum Deum Abraham et Deum Isaac et Deum Iacob Ex 3,6! Mt 22,32! Act 3,13!
38 Deus autem non est mortuorum sed vivorum
omnes enim vivunt ei Act 17,28! Rm 14,8
39 respondentes autem quidam scribarum dixerunt Mc 12,32
magister bene dixisti
40 CCXLIIII / II Et amplius non audebant eum quicquam interrogare 9,45; Mt 22,46!
41 CCXLV / II Dixit autem ad illos
quomodo dicunt Christum Filium David esse Mt 1,1; Io 7,42 41—44: Mt 22,41–45; Mc 12,35–37
42 et ipse David dicit in libro Psalmorum
dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis 43 donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum Mt 26,64! 42.43: Ps 109,1! Act 2,34.35; I Cor 15,25
44 David ergo Dominum illum vocat
et quomodo filius eius est
45 CCXLVI / II Audiente autem omni populo dixit discipulis suis Mt 23,1 45—47: Mc 12,38–40
46 adtendite a scribis qui volunt ambulare in stolis
et amant salutationes in foro 11,43; 14,7; Mt 23,6.7
et primas cathedras in synagogis
et primos discubitus in conviviis
47 CCXLVII / VIII Qui devorant domos viduarum
simulantes longam orationem
hii accipient damnationem maiorem

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ 24 habeat Z | dixerunt + ei ZPΦc | 25 ~ sunt caesaris SGΦc | ~ sunt dei c. | 26 responsis AM; responsione G. | 28 filiis] liberis c. | eam *om.* M | 32 nouissime c | 33 eorum *om.* S; ~ erit eorum D | 34 ~ huius saeculi c | nubent ZFP; nubant G. | 35 autem] uero ZPGDCΦcɔ | habentur ZP; habebantur G. | nubent ZFPΦc | ducent PΦc | 36 enim¹ *om.* Z | poterint SAM | 37 resurgunt ZP | 39 respondens ... scribarum (scriba Z.) dixit ZP | dixerunt + ei Gc | 40 quicquam *om.* ZΦ. | 41 ~ esse dauid c | 47 percipient ZPΦ ||

1–4: Mc 12,41–44 **21** respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazofilacium divites
2 vidit autem et quandam viduam pauperculam
mittentem aera minuta duo
3 et dixit
vere dico vobis
quia vidua haec pauper plus quam omnes misit
4 nam omnes hii ex abundanti sibi miserunt in munera Dei
haec autem ex eo quod deest illi omnem victum suum quem habuit misit
5–7: Mt 24,1–3; Mc 13,1–4 5 CCXLVIII/II Et quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus bonis et donis ornatum esset dixit
6 haec quae videtis
19,44 venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur
7 CCXLVIIII/II Interrogaverunt autem illum dicentes
praeceptor quando haec erunt
et quod signum cum fieri incipient
8–11: Mt 24,4–8; Mc 13,5–8 8 qui dixit
videte ne seducamini
Ier 14,14! multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum
et tempus adpropinquavit
17,23! nolite ergo ire post illos
9 cum autem audieritis proelia et seditiones nolite terreri
oportet primum haec fieri sed non statim finis
10 tunc dicebat illis
II Par 15,6; Is 19,2! surget gens contra gentem
et regnum adversus regnum
11 terraemotus magni erunt per loca
et pestilentiae et fames
terroresque de caelo et signa magna erunt

12 CCL/I Sed ante haec omnia inicient vobis manus suas et persequentur Act 4,3; 5,18; 12,4
tradentes in synagogas et custodias 12–15: 12,11.12 12–17: Mt 10,17–22
trahentes ad reges et praesides propter nomen meum 12–19: Mt 24,9–14; Mc 13,9–13
13 continget autem vobis in testimonium
14 CCLI/II Ponite ergo in cordibus vestris 9,44
non praemeditari quemadmodum respondeatis
15 ego enim dabo vobis os et sapientiam Mt 10,19!
cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri Act 6,10
16 trademini autem a parentibus et fratribus et cognatis et amicis
et morte adficient ex vobis
17 et eritis odio omnibus propter nomen meum 6,22!
18 et capillus de capite vestro non peribit II Sm 14,11; Act 27,34
19 in patientia vestra possidebitis animas vestras Hbr 10,36!
20 CCLII/X Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem 20–24: Mt 24,15–22; Mc 13,14–20
tunc scitote quia adpropinquavit desolatio eius
21 CCLIII/II Tunc qui in Iudaea sunt fugiant in montes
et qui in medio eius discedant
et qui in regionibus non intrent in eam
22 quia dies ultionis hii sunt Is 34,8!
ut impleantur omnia quae scripta sunt
23 CCLIIII/II Vae autem praegnatibus et nutrientibus in illis diebus 23,29!
CCLV/II Erit enim pressura magna supra terram et ira populo huic
24 CCLVI/X Et cadent in ore gladii
et captivi ducentur in omnes gentes Dt 28,64! Is 63,18
et Hierusalem calcabitur a gentibus Za 12,3 LXX; Apc 11,2

21,1 in gazophilacio Z | 4 ex abundantia AFPG | 5 ~ bonis lapidibus c. | 8 illos] eos c. | 9 autem *om.* ZP | non] nondum Gc. | 11 et terraemotus ZPCΦcω | 12 in synagogis SZPDCΦ | et² + in ZPΦ | trahentes ZPΦcω] tradentes *cet.* | et³ + ad AMG | 15 poterint A | 16 tradimini SMP | 19 et in patientia AMFG; in pat. autem P. | 21 ad montes c. | in ea ZΦ. | 23 supra SAFD] super *cet.* |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cω

donec impleantur tempora natio-
num
Ioel 2,10! [25] CCLVII/II Et erunt signa in sole et luna
et stellis
Ps 64,8 et in terris pressura gentium
25—28: Mt 24,29–31; Mc 13,24–27 prae confusione sonitus maris et
fluctuum
[26] arescentibus hominibus prae timore
et expectatione quae supervenient
universo orbi
Is 34,4! nam virtutes caelorum movebuntur
Dn 7,13! Mt 16,27! [27] CCLVIII/II Et tunc videbunt Filium ho-
minis venientem in nube
cum potestate magna et maiestate
[28] his autem fieri incipientibus
respicite et levate capita vestra
quoniam adpropinquat redemptio
vestra
15,3! Io 10,6; 16,25 [29] et dixit illis similitudinem
29—31: Mt 24,32.33; Mc 13,28.29 videte ficulneam et omnes arbores
[30] cum producunt iam ex se fructum
scitis quoniam prope est aestas
[31] ita et vos cum videritis haec fieri
10,11! scitote quoniam prope est regnum
Dei
32.33: Mt 24,34.35; Mc 13,30.31 [32] amen dico vobis
quia non praeteribit generatio haec
donec omnia fiant
Mt 5,18! [33] caelum et terra transibunt
verba autem mea non transient
[34] CCLVIIII/X Adtendite autem vobis
Prv 23,20! Mc 4,19; Rm 13,13 ne forte graventur corda vestra in
crapula et ebrietate et curis huius
vitae
34.35: Ecl 9,12 et superveniat in vos repentina dies
illa
Is 24,17! 1 Th 5,3 [35] tamquam laqueus enim superveniet
in omnes qui sedent super faciem
omnis terrae
18,1! Mt 26,41! Eph 6,18! Col 4,2; 1 Pt 4,7 [36] vigilate itaque omni tempore oran-
tes
ut digni habeamini fugere ista om-
nia quae futura sunt
et stare ante Filium hominis
[37] erat autem diebus docens in templo 19,47; Mt 26,55! Mc 14,49
noctibus vero exiens morabatur in
monte qui vocatur Oliveti 22,39!
[38] et omnis populus manicabat ad eum
in templo audire eum
22 CCLX/I Adpropinquabat autem dies Io 2,13; 6,4; 11,55
festus azymorum qui dicitur pas- 1.2: Mt 26,2–4; Mc 14,1!
cha
[2] CCLXI/I Et quaerebant principes sacer- 20,19! Ier 26,21
dotum et scribae quomodo eum
interficerent
timebant vero plebem
[3] CCLXII/VIIII Intravit autem Satanas in Iu- 47! Io 13,2 27
dam qui cognominatur Scarioth 3—6: Mt 26,14–16; Mc 14,10.11
unum de duodecim
[4] CCLXIII/II Et abiit et locutus est cum
principibus sacerdotum et magis-
tratibus
quemadmodum illum traderet eis
[5] et gavisi sunt et pacti sunt pecuniam
illi dare
[6] et spopondit
et quaerebat oportunitatem ut tra-
deret illum sine turbis
[7] venit autem dies azymorum 7—13: Mt 26,17–19; Mc 14,12–16
in qua necesse erat occidi pascha
[8] et misit Petrum et Iohannem dicens
euntes parate nobis pascha ut man-
ducemus
[9] at illi dixerunt
ubi vis paremus
[10] et dixit ad eos
ecce introeuntibus vobis in civita-
tem occurret vobis homo ampho-
ram aquae portans
sequimini eum in domum in qua in-
trat
[11] et dicetis patri familias domus
dicit tibi magister
ubi est diversorium ubi pascha cum

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cᴏ 25 et[3] + in AMF | maris et] et maris G.; et maris et SMDC | 26 superueniunt ZP | 27 in nubibus Z | 28 eleuate SMF | 32 quia] quoniam SC | 33 transient] transibunt S ZPGΦ cᴏ | 35 sedent] inhabitant S. | 36 itaque + in S. | **22**,2 eum] iesum c | 3 cognominatur SZΦ] cognominabatur PDC cᴏ; uocatur A; uocabatur M; uocabitur G. | iscariotes c. | 6 spondit ZΦ. | [*adest* N *usque ad v.* 70] | 10 occurrit AMP | homo + quidam c. | in domo SZFPΦ. | in quam D cᴏ; qua ZP. | 11 dicitis NFP | dicet A |

discipulis meis manducem
[12]et ipse vobis ostendet cenaculum magnum stratum et ibi parate
19,32 [13]euntes autem invenerunt sicut dixit illis
et paraverunt pascha
Mt 26,20; Mc 14,17.18 [14]et cum facta esset hora discubuit et duodecim apostoli cum eo
[15] CCLXIIII/X Et ait illis
desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar
[16] CCLXV/II Dico enim vobis
quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei
[17]et accepto calice gratias egit et dixit
accipite et dividite inter vos
18—20: Mt 26,26–29; Mc 14,22–25 [18]dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis
donec regnum Dei veniat
Mc 6,41! 19.20: I Cor 11,23–25 [19] CCLXVI/I Et accepto pane gratias egit et fregit et dedit eis dicens
hoc est corpus meum quod pro vobis datur
hoc facite in meam commemorationem
[20] CCLXVII/II Similiter et calicem postquam cenavit dicens
hic est calix novum testamentum in sanguine meo quod pro vobis funditur
Ps 40,10! Io 13,18 [21] CCLXVIII/II Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa
Mt 26,24; Mc 14,21 [22]et quidem Filius hominis secundum quod definitum est vadit
verumtamen vae illi homini per quem traditur
Mt 26,22; Mc 14,19 [23] CCLXVIIII/I Et ipsi coeperunt quaerere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset
9,46; Mc 9,33 [24] CCLXX/II Facta est autem et contentio inter eos quis eorum videretur esse maior
[25]dixit autem eis
reges gentium dominantur eorum 25—27: Mt 20,25–28; Mc 10,42–45
et qui potestatem habent super eos benefici vocantur
[26]vos autem non sic
sed qui maior est in vobis fiat sicut iunior 9,48; Mt 23,11! Mc 9,34
et qui praecessor est sicut ministrator
[27] CCLXXI/X Nam quis maior est
qui recumbit an qui ministrat
nonne qui recumbit
ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat
[28]vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis Mt 19,28
[29]et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum 12,32!
[30]ut edatis et bibatis super mensam meam in regno 13,29; 14,15; Apc 3,20.21
CCLXXII/V Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israhel Mt 19,28
[31] CCLXXIII/X Ait autem Dominus Am 9,9
Simon Simon ecce Satanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum
[32]ego autem rogavi pro te
ut non deficiat fides tua
CCLXXIIII/VIIII Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos
[33] CCLXXV/I Qui dixit ei
Domine tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire Io 13,37
[34]et ille dixit
dico tibi Petre
non cantabit hodie gallus 61; Mt 26,34.75; Mc 14,30.72; Io 13,38
donec ter abneges nosse me
[35] CCLXXVI/X Et dixit eis
quando misi vos sine sacculo et pera et calciamentis 10,4!
numquid aliquid defuit vobis
at illi dixerunt nihil
[36]dixit ergo eis
sed nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram
et qui non habet vendat tunicam

12 ~ ostendet uobis c | 20 quod] qui ZPCΦ co | funditur SMC, *cf.* 𝔊] fundetur NAZP DΦ co; effundetur G | 22 ~ homini illi c | tradetur APCΦ co | 26 iunior] minor c. | minister ZPΦ | 30 regno + meo ZPΦ co | 31 simon simon] *praem.* petro P.; simoni simon Φ; simon S. | 34 et] at c | ~ me abneges nosse M. |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

suam et emat gladium
37 CCLXXVII/VIII Dico enim vobis
18,31! quoniam adhuc hoc quod scriptum
est oportet impleri in me
Is 53,12 et quod cum iniustis deputatus est
etenim ea quae sunt de me finem
habent
38 CCLXXVIII/X At illi dixerunt
Domine ecce gladii duo hic
at ille dixit eis
satis est
21,37; Mt 26,30; Mc 14,26; Io 8,1; 18,1! 39 CCLXXVIIII/I Et egressus ibat secundum
consuetudinem in montem Oliva-
rum
secuti sunt autem illum et discipuli
40—46: Mt 26,36–40; Mc 14,32–42 40 CCLXXX/II Et cum pervenisset ad lo-
cum dixit illis
46 orate ne intretis in temptationem
41 CCLXXXI/I Et ipse avulsus est ab eis
quantum iactus est lapidis
Act 7,59 et positis genibus orabat 42 dicens
CCLXXXII/I Pater si vis transfer calicem
istum a me
Mt 6,10! Io 5,30; 6,38 verumtamen non mea voluntas sed
tua fiat
Dt 32,43 Lxx; Dn 10,18 43 CCLXXXIII/X Apparuit autem illi ange-
lus de caelo confortans eum
et factus in agonia prolixius orabat
44 et factus est sudor eius sicut guttae
sanguinis decurrentis in terram
45 CCLXXXIIII/II Et cum surrexisset ab ora-
tione
et venisset ad discipulos suos
invenit eos dormientes prae tristitia
46 et ait illis
quid dormitis
40 surgite orate ne intretis in temptatio-
nem
47—53: Mt 26,47–56; Mc 14,43–50 47 CCLXXXV/I Adhuc eo loquente ecce
turba
3; Mt 26,14! Act 1,16 et qui vocabatur Iudas unus de duo-
decim antecedebat eos
CCLXXXVI/II Et adpropinquavit Iesu ut
oscularetur eum
48 Iesus autem dixit ei
Iuda osculo Filium hominis tradis
49 CCLXXXVII/I Videntes autem hii qui
circa ipsum erant quod futurum
erat dixerunt ei
Domine si percutimus in gladio
50 et percussit unus ex illis servum prin- Io 18,10
cipis sacerdotum
et amputavit auriculam eius dextram
51 respondens autem Iesus ait
sinite usque huc
CCLXXXVIII/X Et cum tetigisset auricu-
lam eius sanavit eum
52 CCLXXXVIIII/I Dixit autem Iesus ad eos
qui venerant ad se principes sacer-
dotum et magistratus templi et seni-
ores
quasi ad latronem existis cum gladiis
et fustibus
53 cum cotidie vobiscum fuerim in Io 8,20
templo non extendistis manus in
me
sed haec est hora vestra et potestas
tenebrarum
54 CCXC/I Conprehendentes autem eum Mt 26,57; Mc 14,53; Io 18,24
duxerunt ad domum principis sa-
cerdotum
CCXCI/I Petrus vero sequebatur a longe Mt 26,58; Io 18,15
55 accenso autem igni in medio atrio 54.55: Mc 14,54
et circumsedentibus illis 55—57: Io 18,17.18
erat Petrus in medio eorum 55—62: Mt 26,69–75; Mc 14,66–72
56 quem cum vidisset ancilla quaedam
sedentem ad lumen
et eum fuisset intuita dixit
et hic cum illo erat
57 at ille negavit eum dicens
mulier non novi illum
58 CCXCII/I Et post pusillum alius videns 58—60: Io 18,25–27
eum dixit
et tu de illis es

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

37 enim] autem AFG | quod² *om.* ZPΦc | iniustis] iniquis ZPΦc | 38 ~ duo gladii c | sat AZF | 42 transfers Z. | *num.* 282/1 *ad* uerumtamen *pon.* MZP o | 43 et factus (factum P.) est in agonia SP; et factus est in agonia et AFDΦ | 45 eos] illos ZPDΦ | 48 *num.* 286/2 *ad* iesus *pon.* SNAZPCΦo | ei] illi MDc | trades ZP | 49 percutiemus N | 51 *num.* 288/10 *ad* respondens *pon.* NAF | 53 ~ in me manus ZPΦ | 55 alrii c | erat] *an legendum* sederat *cum* 𝔊? | 57 *num.* 292/1 *ad* at ille *pon.* o |

Petrus vero ait
o homo non sum
59 et intervallo facto quasi horae unius
alius quidam adfirmabat dicens
Act 4,13 vere et hic cum illo erat nam et Galilaeus est
60 et ait Petrus
homo nescio quod dicis
et continuo adhuc illo loquente cantavit gallus
61 CCXCIII/II Et conversus Dominus respexit Petrum
et recordatus est Petrus verbi Domini sicut dixit
34! Mt 26,34; Mc 14,30; Io 13,38 quia priusquam gallus cantet ter me negabis
62 et egressus foras Petrus flevit amare
63 CCXCIIII/I Et viri qui tenebant illum inludebant ei caedentes
64 et velaverunt eum
Iob 16,11! Mt 26,67.68; Mc 14,65 et percutiebant faciem eius
et interrogabant eum dicentes
prophetiza quis est qui te percussit
65 et alia multa blasphemantes dicebant in eum
Mt 27,1! Mc 15,1; Io 18,28 66 CCXCV/II Et ut factus est dies
convenerunt seniores plebis et principes sacerdotum et scribae
et duxerunt illum in concilium suum
Mt 26,63! dicentes
66.67: Io 10,24.25 si tu es Christus dic nobis
67 CCXCVI/X Et ait illis
Io 3,11! 8,45.46 si vobis dixero non creditis mihi
68 si autem et interrogavero non respondebitis mihi neque dimittetis
Mt 26,64! Mc 14,62 69 CCXCVII/I Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei
70 CCXCVIII/X Dixerunt autem omnes
Mt 26,63! tu ergo es Filius Dei
qui ait
vos dicitis quia ego sum
71 CCXCVIIII/II At illi dixerunt
Mt 26,65; Mc 14,63.64 quid adhuc desideramus testimonium
ipsi enim audivimus de ore eius

23 CCC/I Et surgens omnis multitudo eorum Mt 27,2; Mc 15,1; Io 18,28
duxerunt illum ad Pilatum
2 CCCI/X Coeperunt autem accusare illum dicentes
hunc invenimus subvertentem gentem nostram III Rg 18,17; Act 24,5
et prohibentem tributa dari Caesari
et dicentem se Christum regem esse Act 17,7!
3 CCCII/I Pilatus autem interrogavit eum dicens Mt 27,11; Mc 15,2; Io 18,33.37
tu es rex Iudaeorum 37.38
at ille respondens ait
tu dicis
4 CCCIII/VIIII Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas
nihil invenio causae in hoc homine 14! 15! Io 18,38; 19,4.6
5 CCCIIII/X At illi invalescebant dicentes
commovet populum docens per universam Iudaeam
et incipiens a Galilaea usque huc
6 Pilatus autem audiens Galilaeam
interrogavit si homo Galilaeus esset
7 et ut cognovit quod de Herodis potestate esset
remisit eum ad Herodem
qui et ipse Hierosolymis erat illis diebus
8 Herodes autem viso Iesu gavisus est valde
erat enim cupiens ex multo tempore videre eum 9,9!
eo quod audiret multa de illo
et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri
9 interrogabat autem illum multis sermonibus
at ipse nihil illi respondebat Mt 27,14! Io 19,9
10 CCCV/II Stabant etiam principes sacerdotum et scribae constanter accusantes eum

60 quod SZP𝔊] quid *cet.* | ~ gallus cantauit ZPΦ | 61 dixit] dixerat MZPGΦc | 62 petrus *om.* MD. | 63 illum] eum AMFGo | 67 credetis CΦco | 68 respondetis S NDC | 70 [*deest* N *usque ad* 24,22] || **23**,2 ~ illum accusare Ac | dare GDc | 5 et *om.* c | 7 qui] quia M | 8 enim] autem ZP | audierat multa de eo c | 9 illum] eum c | at] et ZPΦ | 10 etiam] autem GCc |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

[11] CCCVI/X Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo et inlusit indutum veste alba
et remisit ad Pilatum
Act 4,27 [12] et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die
nam antea inimici erant ad invicem
[13] CCCVII/VIIII Pilatus autem convocatis principibus sacerdotum et magistratibus et plebe
[14] dixit ad illos
obtulistis mihi hunc hominem quasi avertentem populum
et ecce ego coram vobis interrogans
4! Act 28,18! nullam causam inveni in homine isto
ex his in quibus eum accusatis
[15] CCCVIII/X Sed neque Herodes
nam remisi vos ad illum
4! Act 13,28! et ecce nihil dignum morte actum est
15.16: 22! ei
[16] CCCVIIII/II Emendatum ergo illum dimittam
17—19: Io 18,39.40 **17—25:** Mt 27,15–26; Mc 15,6–15 [17] necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum
[18] CCCX/I Exclamavit autem simul universa turba dicens
Io 19,15; Act 21,36! tolle hunc
et dimitte nobis Barabban
25 [19] qui erat propter seditionem quandam factam in civitate et homicidium missus in carcerem
Io 19,12; Act 3,13 [20] CCCXI/I Iterum autem Pilatus locutus est ad illos
volens dimittere Iesum
Io 19,6.15 [21] at illi succlamabant dicentes
crucifige crucifige illum
[22] CCCXII/VIIII Ille autem tertio dixit ad illos
41 quid enim mali fecit iste
15.16! nullam causam mortis invenio in eo
corripiam ergo illum et dimittam
[23] CCCXIII/I At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur
et invalescebant voces eorum
[24] CCCXIIII/I Et Pilatus adiudicavit fieri petitionem eorum
[25] dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem 19
quem petebant
Iesum vero tradidit voluntati eorum Io 19,16
[26] CCCXV/I Et cum ducerent eum Mt 27,32; Mc 15,21
adprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem venientem de villa
et inposuerunt illi crucem portare post Iesum
[27] CCCXVI/X Sequebatur autem illum multa turba populi
et mulierum quae plangebant et lamentabant eum
[28] conversus autem ad illas Iesus dixit
filiae Hierusalem nolite flere super me
sed super vos ipsas flete et super filios vestros
[29] quoniam ecce venient dies in quibus dicent
beatae steriles et ventres qui non genuerunt 21,23; Mt 24,19; Mc 13,17
et ubera quae non lactaverunt
[30] tunc incipient dicere montibus cadite super nos Os 10,8; Apc 6,16
et collibus operite nos
[31] quia si in viridi ligno haec faciunt in arido quid fiet 1 Pt 4,17
[32] CCCXVII/I Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo ut interficerentur
[33] CCCXVIII/I Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvariae Io 19,17
ibi crucifixerunt eum Io 19,18
CCCXVIIII/I Et latrones unum a dextris et alterum a sinistris **33—39:** Mt 27,33–44; Mc 15,22–32
[34] CCCXX/X Iesus autem dicebat
Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt Is 53,12; Act 3,17! 7,59
CCCXXI/I Dividentes vero vestimenta eius miserunt sortes Ps 21,19; Io 19,24

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co 12 antea] ante S | 14 et *om.* ZΦ | inuenio MPG | 19 quandam] quondam AFG | 20 illos] eos c. | 21 illum] eum c | 22 inueni A | in eum MZG | 27 lamentabantur AMFGΦco | 29 qui] quae MZP | 31 hoc fecerunt ZP. | 34 faciant Z |

35 et stabat populus expectans
16,14; Ps 21,8! CCCXXII/II Et deridebant illum princi-
pes cum eis dicentes
alios salvos fecit
se salvum faciat
si hic est Christus Dei electus
36 CCCXXIII/II Inludebant autem ei et mi-
lites
accedentes et acetum offerentes illi
37 dicentes
3! si tu es rex Iudaeorum salvum te fac
Io 19,19.20 38 CCCXXIIII/I Erat autem et superscriptio
inscripta super illum
litteris graecis et latinis et hebraicis
3! hic est rex Iudaeorum
39 CCCXXV/II Unus autem de his qui pen-
debant latronibus
blasphemabat eum dicens
si tu es Christus salvum fac temet ip-
sum et nos
40 CCCXXVI/X Respondens autem alter in-
crepabat illum dicens
neque tu times Deum
quod in eadem damnatione es
41 et nos quidem iuste
nam digna factis recipimus
22; Mt 27,23; Mc 15,14 hic vero nihil mali gessit
42 et dicebat ad Iesum
Gn 40,14 Domine memento mei cum veneris
in regnum tuum
43 et dixit illi Iesus
amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiso
Mt 27,45; Mc 15,33 44 CCCXXVII/II Erat autem fere hora sexta
et tenebrae factae sunt in universa
terra usque in nonam horam
45 et obscuratus est sol
45.46: Mt 27,50.51 45–49: Mc 15,37–41 CCCXXVIII/II Et velum templi scissum
est medium
Act 7,58 46 CCCXXVIIII/I Et clamans voce magna
Iesus ait
Ps 30,6 Pater in manus tuas commendo spi-
ritum meum
et haec dicens exspiravit
47 CCCXXX/II Videns autem centurio quod Mt 27,54
factum fuerat
glorificavit Deum dicens
vere hic homo iustus erat
48 CCCXXXI/X Et omnis turba eorum qui
simul aderant ad spectaculum istud
et videbant quae fiebant
percutientes pectora sua reverteban-
tur
49 stabant autem omnes noti eius a Ps 37,12! Mt 27,55
longe
et mulieres quae secutae erant eum 55!
a Galilaea haec videntes
50 CCCXXXII/I Et ecce vir nomine Ioseph 50–55: Mt 27,57–61; Mc 15,42–47; Io 19,38–42
qui erat decurio
vir bonus et iustus
51 hic non consenserat consilio et acti-
bus eorum
ab Arimathia civitate Iudaeae
qui expectabat et ipse regnum Dei 2,25! 38!
52 hic accessit ad Pilatum et petiit cor-
pus Iesu
53 CCCXXXIII/I Et depositum involvit sin-
done
et posuit eum in monumento exciso
in quo nondum quisquam positus
fuerat
54 CCCXXXIIII/X Et dies erat parasceves
et sabbatum inlucescebat
55 subsecutae autem mulieres 49: Mt 27,55!
quae cum ipso venerant de Galilaea
viderunt monumentum
et quemadmodum positum erat cor-
pus eius
56 CCCXXXV/VIII Et revertentes paraverunt
aromata et unguenta
et sabbato quidem siluerunt secun-
dum mandatum
24 CCCXXXVI/I Una autem sabbati valde Io 20,1!
diluculo venerunt ad monumen- 1–6: Mt 28,1–8; Mc 16,1–8
tum
portantes quae paraverant aromata

35 spectans AD co | illum] eum M c | 36 illi] ei c. | 37 et dicentes c. | 38 scripta C c | illum] eum c. | hebraeis ZPG | 40 illum] eum G c | 41 recepimus AF | 44 in uniuersam terram ZGΦ c | horam *om.* Z.; ~ horam nonam PGCΦ co | 47 erat] est AMF | 49 autem + et ZΦ | ~ eum erant c. | 51 concilio AMZFPGC | 52 petit SMZP | 54 parasceue APD | 55 ipso] eo c. ||

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

2 et invenerunt lapidem revolutum a
monumento
23 3 et ingressae non invenerunt corpus
Domini Iesu
Mc 9,5 4 et factum est dum mente consterna-
tae essent de isto
II Mcc 3,26; Io 20,12; Act 1,10; 10,30 ecce duo viri steterunt secus illas in
veste fulgenti
5 CCCXXXVII II Cum timerent autem et
declinarent vultum in terram dixe-
runt ad illas
quid quaeritis viventem cum mor-
tuis
6 non est hic sed surrexit
6.7: Mt 17,21.22! recordamini qualiter locutus est vo-
bis
cum adhuc in Galilaea esset 7 dicens
quia oportet Filium hominis tradi in
manus hominum peccatorum et
crucifigi
et die tertia resurgere
Io 2,22! 8 et recordatae sunt verborum eius
9 CCCXXXVIII II Et regressae a monumento
Mc 16,10! Io 20,18 nuntiaverunt haec omnia illis unde-
cim et ceteris omnibus
8,2.3; Mt 27,56! Mc 15,40.47; 16,1 10 CCCXXXVIIII X Erat autem Maria Mag-
dalene et Iohanna et Maria Iacobi
et ceterae quae cum eis erant
quae dicebant ad apostolos haec
11 et visa sunt ante illos sicut deliramen-
tum verba ista
25.41; Mt 28,17; Mc 16,14 et non credebant illis
12 Petrus autem surgens cucurrit ad
monumentum
et procumbens videt linteamina sola
posita
et abiit secum mirans quod factum
fuerat
Mc 16,12 13 et ecce duo ex illis ibant ipsa die in
castellum
quod erat in spatio stadiorum sexa-
ginta ab Hierusalem
nomine Emmaus

14 et ipsi loquebantur ad invicem de his
omnibus quae acciderant
15 et factum est dum fabularentur et se-
cum quaererent
et ipse Iesus adpropinquans ibat cum
illis
16 oculi autem illorum tenebantur ne Io 20,14; 21,4
eum agnoscerent
17 et ait ad illos
qui sunt hii sermones quos confertis
ad invicem ambulantes
et estis tristes
18 et respondens unus cui nomen Cleo-
pas dixit ei
tu solus peregrinus es in Hierusa-
lem
et non cognovisti quae facta sunt in
illa his diebus
19 quibus ille dixit quae
et dixerunt Mt 21,11!
de Iesu Nazareno qui fuit vir pro- Act 2,22; 7,22
pheta potens in opere et sermone
coram Deo et omni populo
20 et quomodo eum tradiderunt summi
sacerdotum et principes nostri in
damnationem mortis
et crucifixerunt eum
21 nos autem sperabamus quia ipse es- 2,25! Act 1,6
set redempturus Israhel
et nunc super haec omnia tertia dies
hodie quod haec facta sunt
22 sed et mulieres quaedam ex nostris
terruerunt nos
quae ante lucem fuerunt ad monu- Mc 16,2; Io 20,1
mentum
23 et non invento corpore eius venerunt 3
dicentes
se etiam visionem angelorum vidisse
qui dicunt eum vivere
24 et abierunt quidam ex nostris ad mo-
numentum
et ita invenerunt sicut mulieres di-
xerunt

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ c𝔬 24,4 et ecce SD | secus] iuxta ZPΦ | 6 resurrexit AMC | est^{2}] sit ZPΦ | 9 egressae SZPΦ | 11 sicut *om.* Z | deliramenta ZPG | crediderunt c. | 12 uidit APΦc𝔬 | sola *om.* AZP𝔬 | 13 centum sexaginta FG | 16 eorum AMFD𝔬 | 19 uir *om.* ZD | 20 ~ tradiderunt eum ZPDCΦ | sacerdotes PCc𝔬 | 21 dies +est ZPΦc | quod] quo M | 22 [*adest* N *usque ad v.* 53] |

ipsum vero non viderunt
25 et ipse dixit ad eos
11! Mc 16,14 o stulti et tardi corde ad credendum
in omnibus quae locuti sunt prophetae
46; 9,22! 26 nonne haec oportuit pati Christum
et ita intrare in gloriam suam
27 et incipiens a Mose et omnibus prophetis
interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant
28 et adpropinquaverunt castello quo ibant
et ipse se finxit longius ire
Act 16,15 29 et coegerunt illum dicentes
Idc 19,9 mane nobiscum quoniam advesperascit et inclinata est iam dies
et intravit cum illis
30 et factum est dum recumberet cum illis
Mc 6,41! Io 6,11; 21,13; Act 27,35; I Cor 11,23.24 accepit panem et benedixit ac fregit
et porrigebat illis
31 et aperti sunt oculi eorum et cognoverunt eum
et ipse evanuit ex oculis eorum
32 et dixerunt ad invicem
Ps 38,4! nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via et aperiret nobis scripturas 45!
33 et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem
et invenerunt congregatos undecim
et eos qui cum ipsis erant 34 dicentes
I Cor 15,4.5 quod surrexit Dominus vere et apparuit Simoni
Gn 42,29! 35 et ipsi narrabant quae gesta erant in via
et quomodo cognoverunt eum in fractione panis
36 CCCXL VIIII Dum haec autem loquuntur
Io 20,19.26; Tb 12,17! Iesus stetit in medio eorum et dicit eis
pax vobis ego sum nolite timere 36.37: Mt 14,26.27; Mc 6,49.50; Io 6,19.20
37 conturbati vero et conterriti
existimabant se spiritum videre
38 et dixit eis
quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda vestra
39 videte manus meas et pedes quia ipse ego sum
palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere
40 et cum hoc dixisset ostendit eis manus et pedes
41 CCCXLI VIIII Adhuc autem illis non credentibus et mirantibus prae gaudio dixit 11! Mc 16,14
habetis hic aliquid quod manducetur Io 21,5
42 at illi obtulerunt ei partem piscis assi et favum mellis
43 et cum manducasset coram eis sumens reliquias dedit eis
44 CCCXLII X Et dixit ad eos
haec sunt verba quae locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum
quoniam necesse est impleri omnia quae scripta sunt in lege Mosi et prophetis et psalmis de me 18,31! Io 5,46! Act 26,22
45 tunc aperuit illis sensum ut intellegerent scripturas 32 45.46: Act 17,2.3
46 et dixit eis
quoniam sic scriptum est
et sic oportebat Christum pati 26; 9,22!
et resurgere a mortuis die tertia 46.47: Act 26,23!
47 et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes Act 13,38! Or Man 7 47.48: Act 5,31.32!
incipientibus ab Hierosolyma
48 vos autem estis testes horum Io 15,27! Act 1,8! 2,32!
49 et ego mitto promissum Patris mei in vos Io 15,26! Act 1,4

24 ipsum—uiderunt *om.* P. | uiderunt] inuenerunt NAMFGΦc | 28 adpropinquabant ZΦ. | se *om.* MFGDo; ~ finxit se A | 29 aduesperascit et declinata est iam AF; ad uesperam iam declinauit C | 30 dum] cum MPD. | illis¹] eis c | ac] et ZPCΦ | 33 in *om.* ZPΦ. | ipsis] illis c. | 36 ~ autem haec c | loquerentur NM | ~ stetit iesus c. | 39 ~ ego ipse c. | 44 eos] illos ZPΦ | ad uos *om.* A | 46 tertio A | ~ tertia die c. | 48 ~ testes estis Nc | 49 mittam ZΦ |

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ co

vos autem sedete in civitate
quoadusque induamini virtutem ex
alto
50 eduxit autem eos foras in Bethaniam
et elevatis manibus suis benedixit eis
51 et factum est dum benediceret illis
recessit ab eis
Mc 16,19! et ferebatur in caelum
Act 1,12 52 et ipsi adorantes regressi sunt in
Hierusalem cum gaudio magno
Act 2,46 53 et erant semper in templo
laudantes et benedicentes Deum
amen

EXPLICIT

EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM

INCIPIT SECUNDUM IOHANNEM

1 I III In principio erat Verbum
I Io 1,2 et Verbum erat apud Deum
et Deus erat Verbum
I Io 2,13! 2 hoc erat in principio apud Deum
Sap 9,1! Eph 3,9! Col 1,16! 3 omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nihil
5,26 quod factum est 4 in ipso vita erat
8,12! Is 49,6! et vita erat lux hominum
3,19 5 et lux in tenebris lucet
10! et tenebrae eam non conprehende-
runt
6 II III Fuit homo missus a Deo cui no-
men erat Iohannes
32 7 hic venit in testimonium
5,33! ut testimonium perhiberet de lumine
ut omnes crederent per illum
8 non erat ille lux
5,33! sed ut testimonium perhiberet de lu-
mine
I Io 2,8 9 III III Erat lux vera quae inluminat om-
nem hominem venientem in mun-
dum
10 in mundo erat et mundus per ipsum
factus est
et mundus eum non cognovit 5; 14,17; 16,3! I Cor 2,8; I Io 3,1
11 IIII X In propria venit et sui eum non 5,43
receperunt
12 quotquot autem receperunt eum de- Gal 3,26! I Io 3,1.2
dit eis potestatem filios Dei fieri 12,13: Rm 9,8
his qui credunt in nomine eius I Io 5,13
13 qui non ex sanguinibus I Pt 1,23
neque ex voluntate carnis
neque ex voluntate viri
sed ex Deo nati sunt
14 V III Et Verbum caro factum est et ha- Bar 3,38! I Tim 3,16;
bitavit in nobis Apc 7,15; 21,3!
et vidimus gloriam eius 11,40; Lc 9,32!
gloriam quasi unigeniti a Patre ple-
num gratiae et veritatis
15 VI I Iohannes testimonium perhibet de
ipso
et clamat dicens
hic erat quem dixi vobis 30
qui post me venturus est ante me 27
factus est quia prior me erat
16 VII X Et de plenitudine eius nos omnes
accepimus
et gratiam pro gratia
17 quia lex per Mosen data est 7,19; Dt 33,4!
gratia et veritas per Iesum Christum
facta est 5,37; 6,46; Ex 33,20!
18 VIII III Deum nemo vidit umquam I Tim 6,16; I Io 4,12
unigenitus Filius qui est in sinu Pat-
ris ipse enarravit
19 VIIII X Et hoc est testimonium Iohannis
quando miserunt Iudaei ab Hieroso-
lymis sacerdotes et Levitas ad eum
ut interrogarent eum tu quis es 22; 8,25
20 et confessus est et non negavit
et confessus est quia non sum ego 3,28; Act 13,25
Christus
21 et interrogaverunt eum
quid ergo Helias es tu
et dicit non sum

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ 49 uirtute c | 50 bethania ZP | 53 amen *om.* N(*vid.*)ZPDCΦ ||

co Iohannes. *Citantur* S(*aut* s)NAMZ *et* (F)P(G)DCΦ *ac* co. [*de* SsFPGDΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Mt *notata sunt*] *Tit.* incipit] sanctum iesu christi euangelium c.; euangelium o || 1,1 [*deest* N *usque ad v.* 25] | 9 in + hunc PCc | 12 eis] illis A | 15 erat[1]] est M | uobis *om.* SZDCΦc | 16 nos *om.* Z | et[2] *om.* AC | 19 est *om.* SA | 21 et[2]] qui ZΦ. | dixit FGCc |

propheta es tu
et respondit non
19; 8,25 22 dixerunt ergo ei
quis es ut responsum demus his qui miserunt nos
quid dicis de te ipso
Is 40,3! Mt 3,3; Mc 1,3; Lc 3,4 23 X/I Ait ego vox clamantis in deserto
dirigite viam Domini
sicut dixit Esaias propheta
24 XI/X Et qui missi fuerant erant ex Pharisaeis
25 et interrogaverunt eum et dixerunt ei
quid ergo baptizas si tu non es Christus neque Helias neque propheta
26 XII/I Respondit eis Iohannes dicens
31 ego baptizo in aqua
26.27: Mt 3,11! Mc 1,7.8; Lc 3,16 medius autem vestrum stetit quem vos non scitis
15.30: Act 13,25 27 ipse est qui post me venturus est
qui ante me factus est
cuius ego non sum dignus ut solvam eius corrigiam calciamenti
28 XIII/X Haec in Bethania facta sunt trans
10,40 Iordanen ubi erat Iohannes baptizans
36 29 altera die videt Iohannes Iesum venientem ad se et ait
Mt 8,17! I Io 3,5 ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi
15 30 XIIII/I Hic est de quo dixi
27 post me venit vir qui ante me factus
30.31: Mt 3,11! est quia prior me erat
31 et ego nesciebam eum
sed ut manifestaretur Israhel
26! propterea veni ego in aqua baptizans
7! 32 XV/I Et testimonium perhibuit Iohannes dicens
32–34: Mt 3,16.17! quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de caelo et mansit super eum
33 et ego nesciebam eum
Mt 3,11! sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit
super quem videris Spiritum descendentem et manentem super eum
hic est qui baptizat in Spiritu Sancto
34 et ego vidi et testimonium perhibui 19,35; Act 22,15! 10,36! 19,7! Mt 27,43!
quia hic est Filius Dei
35 XVI/X Altera die iterum stabat Iohannes et ex discipulis eius duo
36 et respiciens Iesum ambulantem di- 29
cit
ecce agnus Dei
37 et audierunt eum duo discipuli lo- 40
quentem et secuti sunt Iesum
38 conversus autem Iesus et videns eos
sequentes dicit eis 18,4.7; 20,15
quid quaeritis
qui dixerunt ei
rabbi quod dicitur interpretatum magister ubi habitas
39 dicit eis venite et videte
venerunt et viderunt ubi maneret
et apud eum manserunt die illo
hora autem erat quasi decima
40 erat autem Andreas frater Simonis 6,8; Mt 4,18!
Petri unus ex duobus qui audierant 37
ab Iohanne et secuti fuerant eum
41 XVII/I Invenit hic primum fratrem suum Simonem et dicit ei
invenimus Messiam quod est inter- 4,25
pretatum Christus
42 et adduxit eum ad Iesum
intuitus autem eum Iesus dixit
tu es Simon filius Iohanna 21,15; Mt 4,18! 16,17!
tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus
43 XVIII/X In crastinum voluit exire in Galilaeam
et invenit Philippum et dicit ei Iesus Mt 8,22; 9,9; Mc 2,14; Lc 5,27; 9,59
sequere me
44 erat autem Philippus a Bethsaida ci- 12,21
vitate Andreae et Petri
45 invenit Philippus Nathanahel et dicit ei
quem scripsit Moses in lege et pro- 5,46

25 [*adest* N *usque ad* 2,13] | ei *om.* AMFP | 26 non scitis] nescitis NPGDCc | 29 uidit PCΦc | dei + ecce ZCc | peccata M | 31 manifestetur MZPGDΦco | in israhel AM PGc | 38 sequentes + se AFPCΦco | 39 die illa S | 40 autem *om.* SNC | audierunt N | fuerunt N. | 42 adduxerunt ZP | iohanna S(*marg.*)AMFPDo] iona S(*text.*)ZCΦc; bariona G | uocaueris AZFPC | 43 iesus *om.* AFP |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

phetae
6.42; Mt 13.55; Lc 3.23; 4.22 invenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth
46 et dixit ei Nathanahel
7.41.52 a Nazareth potest aliquid boni esse
11.34 dicit ei Philippus
veni et vide
47 vidit Iesus Nathanahel venientem ad se et dicit de eo
Ps 31,2 ecce vere Israhelita in quo dolus non est
48 dicit ei Nathanahel
unde me nosti
respondit Iesus et dixit ei
priusquam te Philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te
49 respondit ei Nathanahel et ait
Mc 15.39! rabbi tu es Filius Dei tu es rex Israhel
50 respondit Iesus et dixit ei
quia dixi tibi vidi te sub ficu credis
14.12! maius his videbis
51 et dicit ei
amen amen dico vobis
Mt 3.16! videbitis caelum apertum
Gn 28.12 et angelos Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis
2 et die tertio nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae
et erat mater Iesu ibi
2 vocatus est autem ibi et Iesus et discipuli eius ad nuptias
3 et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum
vinum non habent
4 et dicit ei Iesus
Idc 11.12; Mc 5.7! quid mihi et tibi est mulier
7.6.30! nondum venit hora mea
5 dicit mater eius ministris
Gn 41.55 quodcumque dixerit vobis facite
6 erant autem ibi lapideae hydriae sex positae
secundum purificationem Iudaeorum
capientes singulae metretas binas vel ternas
7 dicit eis Iesus
implete hydrias aqua
et impleverunt eas usque ad summum
8 et dicit eis Iesus
haurite nunc et ferte architriclino
et tulerunt
9 ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam 4.46
et non sciebat unde esset
ministri autem sciebant qui haurierant aquam
vocat sponsum architriclinus 10 et dicit ei
omnis homo primum bonum vinum ponit
et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est
tu servasti bonum vinum usque adhuc
11 hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaeae
et manifestavit gloriam suam
et crediderunt in eum discipuli eius
12 XVIIII/VII Post hoc descendit Capharnaum ipse et mater eius et fratres eius Mt 12.46!
et discipuli eius
et ibi manserunt non multis diebus
13 XX/I Et prope erat pascha Iudaeorum 6.4; 11.55; Lc 22.1!
et ascendit Hierosolyma Iesus
14 XXI/I Et invenit in templo vendentes boves et oves et columbas 14.15: Mt 21.12: Mc 11.15: Lc 19.45
et nummularios sedentes
15 et cum fecisset quasi flagellum de funiculis
omnes eiecit de templo
oves quoque et boves
et nummulariorum effudit aes
et mensas subvertit
16 et his qui columbas vendebant dixit
auferte ista hinc
nolite facere domum Patris mei do- Ier 7.11; Mt 21.13;

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co 51 super ZC ‖ **2**,1 tertia SΦ c | 2 ibi *om.* ZCΦ co | 4 ~ tibi et mihi AMFP | 9 hauserant ACΦ co | 10 fuerint + conuiuae Z | tu + autem ZΦ c | 13 prope erat] properabat A | [*deest* N *usque ad* 3,27] | hierosolymam PDCΦ c | ~ iesus ierosolymam c. | 16 hinc + et FPΦ c |

Mc 11,17; Lc 19,46 mum negotiationis
17 XXII X Recordati vero sunt discipuli
eius quia scriptum est
Ps 68,10 zelus domus tuae comedit me
18 XXIII IIII Responderunt ergo Iudaei et
6,30! IV Rg 20,8! Mt 21,23! Lc 20,2; Act 4,7 dixerunt ei
quod signum ostendis nobis quia
haec facis
19 XXIIII X Respondit Iesus et dixit eis
Mt 26,61! Mc 15,29; Act 6,14 solvite templum hoc et in tribus die-
bus excitabo illud
20 dixerunt ergo Iudaei
quadraginta et sex annis aedificatum
est templum hoc
et tu tribus diebus excitabis illud
21 ille autem dicebat de templo corporis
sui
12,16 22 cum ergo resurrexisset a mortuis
Lc 24,8 recordati sunt discipuli eius quia hoc
dicebat
et crediderunt scripturae et sermoni
quem dixit Iesus
23 cum autem esset Hierosolymis in
pascha in die festo
4,41! 7,31! 11,45! Act 8,13 multi crediderunt in nomine eius
Mt 21,15! videntes signa eius quae faciebat
24 ipse autem Iesus non credebat semet
ipsum eis
5,42 eo quod ipse nosset omnes
16,30 25 et quia opus ei non erat ut quis testi-
monium perhiberet de homine
Mt 9,4! ipse enim sciebat quid esset in ho-
mine
1,2: 7,50; 19,39 3 erat autem homo ex Pharisaeis Ni-
codemus nomine princeps Iudaeo-
rum
2 hic venit ad eum nocte et dixit ei
rabbi scimus quia a Deo venisti ma-
gister
7,31! 9,33; 15,24; Act 2,22 nemo enim potest haec signa facere
quae tu facis
nisi fuerit Deus cum eo
3 respondit Iesus et dixit ei
amen amen dico tibi
nisi quis natus fuerit denuo non pot- Mt 5,20!
est videre regnum Dei
4 dicit ad eum Nicodemus
quomodo potest homo nasci cum
senex sit
numquid potest in ventrem matris
suae iterato introire et nasci
5 respondit Iesus
amen amen dico tibi
nisi quis renatus fuerit ex aqua et Mt 5,20! I Cor 15,50!
Spiritu non potest introire in reg-
num Dei
6 quod natum est ex carne caro est
et quod natum est ex Spiritu spiritus
est
7 non mireris quia dixi tibi oportet vos
nasci denuo
8 Spiritus ubi vult spirat
et vocem eius audis
sed non scis unde veniat et quo va- 8,14! Ecl 11,5
dat
sic est omnis qui natus est ex Spiri-
tu
9 respondit Nicodemus et dixit ei
quomodo possunt haec fieri Lc 1,34
10 respondit Iesus et dixit ei
tu es magister Israhel et haec igno-
ras
11 amen amen dico tibi quia quod sci- 8,26!
mus loquimur
et quod vidimus testamur 32
et testimonium nostrum non accipi- 8,45.46; 10,25; Lc 22,67
tis
12 si terrena dixi vobis et non creditis
quomodo si dixero vobis caelestia
credetis
13 et nemo ascendit in caelum nisi qui Prv 30,4! Rm 10,6; Eph 4,9
descendit de caelo 6,33.38.41.51
Filius hominis qui est in caelo
14 et sicut Moses exaltavit serpentem in Nm 21,9!
deserto
ita exaltari oportet Filium hominis 8,28! 12,34; Is 52,13

17 ∼ sunt uero c | 18 quia] qui M | 20 tu + in c ‖ 3,2 eum] iesum c | 3 renatus Zc | 4 ∼ sit senex sPCc | in uentre sG | iterato] iterum G; rursus ZPΦ | renasci sc | 5 spiritu + sancto DCc | 6 caro est + quia de carne natum est Z | spiritus est + quia deus spiritus est et ex deo natus est Z | 8 non scis] nescis c | aut quo c | est[1]] et sG | 10 in israhel AZPGCΦ co | 13 ∼ de caelo descendit Z |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

15.16: 5,24! 6,40.47; 11,25 15 ut omnis qui credit in ipso non pereat
sed habeat vitam aeternam
1 Io 4,9 16 sic enim dilexit Deus mundum ut Filium suum unigenitum daret
36! ut omnis qui credit in eum non pereat
sed habeat vitam aeternam
12,47; 1 Io 4,14 17 non enim misit Deus Filium suum in mundum ut iudicet mundum
sed ut salvetur mundus per ipsum
36; 5,24! 1 Io 3,23! 18 qui credit in eum non iudicatur
Mc 16,16! qui autem non credit iam iudicatus est
quia non credidit in nomine unigeniti Filii Dei
19 hoc est autem iudicium
1,5; 12,46! Iob 24,17! quia lux venit in mundum
et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem
7,7; Col 1,21 erant enim eorum mala opera
Iob 24,13 20 omnis enim qui mala agit odit lucem
Eph 5,13 et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius
1 Io 1,6 21 qui autem facit veritatem venit ad lucem
ut manifestentur eius opera quia in Deo sunt facta
22 post haec venit Iesus et discipuli eius in iudaeam terram
et illic demorabatur cum eis et baptizabat
23 XXV/III Erat autem et Iohannes baptizans in Aenon iuxta Salim
quia aquae multae erant illic
et adveniebant et baptizabantur
24 XXVI/IIII Nondum enim missus fuerat in carcerem Iohannes
25 XXVII/X Facta est ergo quaestio ex discipulis Iohannis cum Iudaeis de purificatione
26 et venerunt ad Iohannem et dixerunt ei
rabbi qui erat tecum trans Iordanen
cui tu testimonium perhibuisti
ecce hic baptizat et omnes veniunt ad eum 12,19
27 respondit Iohannes et dixit
non potest homo accipere quicquam 6,66; 19,11!
nisi fuerit ei datum de caelo
28 XXVIII/I Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim ego non sum 1,20; Act 13,25
Christus
sed quia missus sum ante illum Mt 11,10! Mc 1,2!
29 XXVIIII/X Qui habet sponsam sponsus est
amicus autem sponsi qui stat et audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi
hoc ergo gaudium meum impletum est 15,11!
30 illum oportet crescere me autem minui
31 qui desursum venit supra omnes est
qui est de terra de terra est et de terra loquitur 1 Io 4,5
qui de caelo venit supra omnes est
32 et quod vidit et audivit hoc testatur 11!
et testimonium eius nemo accipit
33 qui accipit eius testimonium signavit quia Deus verax est
34 quem enim misit Deus verba Dei loquitur
non enim ad mensuram dat Deus Spiritum
35 XXX/III Pater diligit Filium et omnia dedit in manu eius 5,20; 10,17; 15,9! 13,3; Mt 11,27!
36 XXXI/X Qui credit in Filium habet vitam aeternam 16,18! 1 Io 5,12
qui autem incredulus est Filio non videbit vitam Rm 2,8!
sed ira Dei manet super eum
4 ut ergo cognovit Iesus quia audierunt Pharisaei

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

15 in ipsum PCc | 16 ~ deus dilexit c | 18 credidit] credit Φc | 20 mala MFGDɒ𝔊] male *cet.* | 21 ~ opera eius Gc | 22 ~ terram iudaeam c. | morabatur A | 23 et ueniebant ZCΦc | 24 ~ ioannes in carcerem c | 25 ergo] autem Gc | 26 tu *om.* s | 27 [*adest* N *usque ad* 4,17] | ~ ei fuerit AMFGɒ | 28 ~ non sum ego c | quia] quoniam ZPΦ | 31 super¹ PΦc | super² Pc | 33 accepit PΦc ||

quia Iesus plures discipulos facit et
baptizat quam Iohannes
2 quamquam Iesus non baptizaret sed
discipuli eius
3 XXXII VII Reliquit Iudaeam et abiit ite-
rum in Galilaeam
4 XXXIII X Oportebat autem eum transi-
re per Samariam
5 venit ergo in civitatem Samariae
quae dicitur Sychar
Ios 24,32 iuxta praedium quod dedit Iacob
Ioseph filio suo
6 erat autem ibi fons Iacob
Iesus ergo fatigatus ex itinere sede-
Ex 2,15 bat sic super fontem
hora erat quasi sexta
Gn 24,11! 7 venit mulier de Samaria haurire
aquam
dicit ei Iesus
Gn 24,45! da mihi bibere
8 discipuli enim eius abierant in civi-
tatem ut cibos emerent
9 dicit ergo ei mulier illa samaritana
quomodo tu Iudaeus cum sis bibere
a me poscis quae sum mulier sama-
ritana
non enim coutuntur Iudaei Samari-
tanis
10 respondit Iesus et dixit ei
si scires donum Dei
et quis est qui dicit tibi da mihi bi-
bere
tu forsitan petisses ab eo et dedisset
tibi aquam vivam
11 dicit ei mulier
Domine neque in quo haurias habes
et puteus altus est
unde ergo habes aquam vivam
8,53 12 numquid tu maior es patre nostro
Iacob
qui dedit nobis puteum
et ipse ex eo bibit et filii eius et pe-
cora eius
13 respondit Iesus et dixit ei
omnis qui bibit ex aqua hac sitiet
iterum
qui autem biberit ex aqua quam ego
dabo ei
non sitiet in aeternum
14 sed aqua quam dabo ei fiet in eo 6,27; Ps 35,10
fons aquae salientis in vitam aeter-
nam
15 dicit ad eum mulier
Domine da mihi hanc aquam ut non 6,34
sitiam neque veniam huc haurire
16 dicit ei Iesus
vade voca virum tuum et veni huc
17 respondit mulier et dixit
non habeo virum
dicit ei Iesus
bene dixisti quia non habeo virum
18 quinque enim viros habuisti
et nunc quem habes non est tuus vir
hoc vere dixisti
19 dicit ei mulier Mt 21,11!
Domine video quia propheta es tu
20 patres nostri in monte hoc adorave-
runt
et vos dicitis quia Hierosolymis est
locus ubi adorare oportet
21 dicit ei Iesus
mulier crede mihi quia veniet hora
quando neque in monte hoc neque
in Hierosolymis adorabitis Patrem
22 vos adoratis quod nescitis
nos adoramus quod scimus
quia salus ex Iudaeis est
23 sed venit hora et nunc est 5,25
quando veri adoratores adorabunt Ps 144,18
Patrem in spiritu et veritate
nam et Pater tales quaerit qui ado-
rent eum
24 spiritus est Deus II Cor 3,17
et eos qui adorant eum in spiritu et
veritate oportet adorare
25 dicit ei mulier
scio quia Messias venit qui dicitur 1,41
Christus

4,1 quia[2]] quod c | magis quam A; plus quam P. | 5 ergo] autem Z | 6 hic sic Z.; sic *om.* N | supra c. | 9 illa *om.* ZPΦ | 10 et[1] *om.* A | dixit] dicit ZΦ. | 14 quam + ego AMFPco | 16 huc *om.* AF | 17 [*deest* N *usque ad v.* 30] | 20 quia + in AMFGo | 21 uenit Zco. | 23 ueniet M |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

cum ergo venerit ille nobis adnuntiabit omnia
9,37 26 dicit ei Iesus
ego sum qui loquor tecum
27 et continuo venerunt discipuli eius
et mirabantur quia cum muliere loquebatur
nemo tamen dixit quid quaeris aut quid loqueris cum ea
28 reliquit ergo hydriam suam mulier
et abiit in civitatem et dicit illis hominibus
39 29 venite videte hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci
7,26; Mt 12,23 numquid ipse est Christus
30 exierunt de civitate et veniebant ad eum
31 interea rogabant eum discipuli dicentes
rabbi manduca
32 ille autem dixit eis
Tb 12,19 ego cibum habeo manducare quem vos nescitis
33 dicebant ergo discipuli ad invicem
numquid aliquis adtulit ei manducare
34 dicit eis Iesus
5,30; 6,38 meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me
9,4 ut perficiam opus eius
35 nonne vos dicitis quod adhuc quattuor menses sunt et messis venit
ecce dico vobis
levate oculos vestros et videte regiones quia albae sunt iam ad messem
36 et qui metit mercedem accipit et congregat fructum in vitam aeternam
ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit
37 in hoc enim est verbum verum
Mi 6,15 quia alius est qui seminat et alius est qui metit
38 ego misi vos metere quod vos non laborastis
alii laboraverunt
et vos in laborem eorum introistis
39 ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum
propter verbum mulieris testimonium perhibentis
quia dixit mihi omnia quaecumque feci 29
40 cum venissent ergo ad illum Samaritani
rogaverunt eum ut ibi maneret Act 10,48; 18,20
et mansit ibi duos dies
41 et multo plures crediderunt propter sermonem eius 2,23! 8,30
42 et mulieri dicebant
quia iam non propter tuam loquellam credimus
ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi
43 XXXIIII/VII Post duos autem dies exiit inde et abiit in Galilaeam
44 XXXV/I Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia propheta in sua patria honorem non habet Mt 13,57; Mc 6,4; Lc 4,24
45 XXXVI/X Cum ergo venisset in Galilaeam
exceperunt eum Galilaei
cum omnia vidissent quae fecerat Hierosolymis in die festo
et ipsi enim venerant in diem festum
46 venit ergo iterum in Cana Galilaeae
ubi fecit aquam vinum 2,9
XXXVII/III Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum 46.47: Lc 7,2.3
47 hic cum audisset quia Iesus adveniret a Iudaea in Galilaeam
abiit ad eum et rogabat eum ut descenderet et sanaret filium eius
incipiebat enim mori
48 dixit ergo Iesus ad eum
nisi signa et prodigia videritis non creditis
49 dicit ad eum regulus
Domine descende priusquam moria-

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ 29 uenite + et AMFPΦc | 30 exierunt + ergo c | [*adest* N *usque ad v.* 34] | 32 dicit c. | non scitis AMFɒ | 34 [*deest* N *usque ad* 8,33] | 38 in labore S.; in labores ZPDC Φc | 41 crediderunt + in eum c. | 42 ~ uere hic est AMF | 43 abiit] iuit S.; fuit C | 45 eum] illum AG | in³] ad AMPΦc |

tur filius meus
III Rg 17,23 50 dicit ei Iesus
vade filius tuus vivit
credidit homo sermoni quem dixit ei
Iesus et ibat
51 iam autem eo descendente
servi occurrerunt ei et nuntiaverunt
dicentes quia filius eius viveret
52 interrogabat ergo horam ab eis in
qua melius habuerit
et dixerunt ei
quia heri hora septima reliquit eum
febris
53 cognovit ergo pater quia illa hora
erat in qua dixit ei Iesus filius tuus
vivit
Act 16,34; 18,8 et credidit ipse et domus eius tota
54 hoc iterum secundum signum fecit
Iesus
cum venisset a Iudaea in Galilaeam
5 XXXVIII I Post haec erat dies festus
Iudaeorum
et ascendit Iesus Hierosolymis
2 est autem Hierosolymis super Probatica piscina
quae cognominatur hebraice Bethsaida
quinque porticus habens
3 in his iacebat multitudo magna languentium
caecorum claudorum aridorum
expectantium aquae motum
5 erat autem quidam homo ibi triginta
et octo annos habens in infirmitate
sua
6 hunc cum vidisset Iesus iacentem
et cognovisset quia multum iam tempus habet dicit ei
vis sanus fieri
7 respondit ei languidus
Domine hominem non habeo
ut cum turbata fuerit aqua mittat me
in piscinam
dum venio enim ego alius ante me
descendit
8 dicit ei Iesus 11.12; Mt 9,6!
surge tolle grabattum tuum et ambula Act 3,6!
9 et statim sanus factus est homo
et sustulit grabattum suum et ambulabat
erat autem sabbatum in illo die 9,14
10 dicebant Iudaei illi qui sanatus fuerat
sabbatum est non licet tibi tollere Mt 12,2!
grabattum tuum
11 XXXVIIII X Respondit eis
qui me fecit sanum
ille mihi dixit tolle grabattum tuum 8!
et ambula
12 interrogaverunt ergo eum
quis est ille homo qui dixit tibi tolle 8!
grabattum tuum et ambula
13 is autem qui sanus fuerat effectus
nesciebat quis esset
Iesus enim declinavit turba constituta in loco
14 postea invenit eum Iesus in templo
et dixit illi
ecce sanus factus es
iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat 8.11
15 abiit ille homo et nuntiavit Iudaeis
quia Iesus esset qui fecit eum sanum
16 propterea persequebantur Iudaei Ie-

53 quia] quod AMFɒ ‖ 5,1 hierosolymam CΦc | 2 super *om.* ZCc | hebraeice ZFD | 3 motum SZDɒ𝔊] + angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam (piscina F.) et mouebat aquam qui ergo primus descendisset post motum aquae sanus fiebat a quocumque languore tenebatur AF; + 4 angelus autem domini (*om.* MC) secundum tempus descendebat (~ desc. sec. tempus c.; + et lauabatur M) in piscinam (natatoria MG) et mouebatur aqua et qui (quicumque P; quisque M.) prior (*om.* M) descendisset in piscinam (nataturiam P; natatoria MG) post motionem aquae sanus fiebat (efficiebat P.) a quacumque detinebatur (tenebatur MG) infirmitate (a—inf.] a langore quacumque detenebatur P; a lang. quac. tenebatur G) MPGCΦc | 5 et *om.* AZPG | in *om.* M | 6 ~ iam multum FCc | haberet MZPCΦc | 7 ei *om.* ZP. | 9 homo + ille Pc. | ~ die illo c. | 10 dicebant + ergo MΦcɒ; + autem G. | sanatus] sanus ZFPDCΦ | 11 ~ sanum fecit c. | 13 enim] autem MZPCΦ | turbam constitutam ZD; a turba constituta MPCΦc |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

sum quia haec faciebat in sabbato
17 Iesus autem respondit eis
Pater meus usque modo operatur et
ego operor
Mc 14,1! 18 propterea ergo magis quaerebant
eum Iudaei interficere
10,33; 19,7! quia non solum solvebat sabbatum
Sap 2,16; Phil 2,6 sed et Patrem suum dicebat Deum
aequalem se faciens Deo
respondit itaque Iesus et dixit eis
19 amen amen dico vobis
30; 8,28 non potest Filius a se facere quicquam
nisi quod viderit Patrem facientem
quaecumque enim ille fecerit haec
et Filius similiter facit
3,35; 10,17; 15,9! 20 Pater enim diligit Filium
Sap 9,9 et omnia demonstrat ei quae ipse
facit
14,12! et maiora his demonstrabit ei opera
7,21 ut vos miremini
Rm 4,17; II Cor 1,9; Hbr 11,19 21 sicut enim Pater suscitat mortuos et
vivificat
sic et Filius quos vult vivificat
22 neque enim Pater iudicat quemquam
27; Act 10,42! sed iudicium omne dedit Filio
I Io 2,23! 23 ut omnes honorificent Filium sicut
honorificant Patrem
15,23; Lc 10,16! XL/I Qui non honorificat Filium non
honorificat Patrem qui misit illum
6,40.47 24 XLI/X Amen amen dico vobis
3,15.16.18! 11,25.26; 12,44 quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me
IV Esr 14,34 habet vitam aeternam
I Io 3,14 et in iudicium non venit sed transit
a morte in vitam
25 amen amen dico vobis
4,23 quia venit hora et nunc est
quando mortui audient vocem Filii
Dei
et qui audierint vivent
1,4 26 sicut enim Pater habet vitam in semet ipso
sic dedit et Filio vitam habere in
semet ipso
27 et potestatem dedit ei et iudicium facere 22!
quia Filius hominis est
28 nolite mirari hoc
quia venit hora in qua omnes qui
in monumentis sunt audient vocem
eius 29 et procedent
qui bona fecerunt in resurrectionem
vitae Dn 12,2; Mt 25,46; Rm 2,7
qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii
30 non possum ego a me ipso facere
quicquam 19; 8,28!
sicut audio iudico
et iudicium meum iustum est 8,16
XLII/I Quia non quaero voluntatem
meam 4,34; 6,38; Mt 26,39; Mc 14,36; Lc 22,42
sed voluntatem eius qui misit me
31 XLIII/X Si ego testimonium perhibeo
de me 8,13.14 31.32: 8,18.54
testimonium meum non est verum
32 alius est qui testimonium perhibet de
me 36.37; I Io 5,9
et scio quia verum est testimonium
quod perhibet de me
33 vos misistis ad Iohannem 1,7.8; 18,37
et testimonium perhibuit veritati
34 ego autem non ab homine testimonium accipio
sed haec dico ut vos salvi sitis
35 ille erat lucerna ardens et lucens
vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius
36 ego autem habeo testimonium maius
Iohanne 32!
opera enim quae dedit mihi Pater ut
perficiam ea 17,4
ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me quia Pater
me misit 10,25
37 et qui misit me Pater ipse testimo- 32! 8,18

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɵ
19 ∼ facere a se SPD | facit] faciet MF; faciat G. | 20 demonstrabit] demonstrauit ZP | 22 ∼ omne iudicium Gc | 23 honorificat[1.2]] honorificant Z | 24 ueniet A | transiit cɵ; transiet AMF | ad uitam sZΦ | 26 ∼ habere uitam ZPc. | 27 et[2]] etiam G.; *om.* Pc | 28 eius] filii dei c. | 30 ipso *om.* ZG | ∼ me misit AD | 31 me + ipso c. | 34 uos *om.* ZD | 35 ∼ ad horam exultare c. | 36 ∼ misit me c. |

nium perhibuit de me
XLIIII/III Neque vocem eius umquam audistis
1,18! neque speciem eius vidistis
8,37; I Io 1,10 38 XLV/X Et verbum eius non habetis in vobis manens
quia quem misit ille huic vos non creditis
II Tim 3,15 39 scrutamini scripturas
quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere
et illae sunt quae testimonium perhibent de me
40 et non vultis venire ad me ut vitam habeatis
I Th 2,6 41 claritatem ab hominibus non accipio
2,24; Lc 11,42; I Io 2,15 42 sed cognovi vos quia dilectionem Dei non habetis in vobis
1,11 43 ego veni in nomine Patris mei et non accipitis me
si alius venerit in nomine suo illum accipietis
44 quomodo potestis vos credere qui
12,43 gloriam ab invicem accipitis
et gloriam quae a solo est Deo non quaeritis
45 nolite putare quia ego accusaturus sim vos apud Patrem
est qui accuset vos
Moses in quo vos speratis
IV Esr 7,130 46 si enim crederetis Mosi crederetis forsitan et mihi
1,45; Lc 24,44 de me enim ille scripsit
Lc 16,31 47 si autem illius litteris non creditis
quomodo meis verbis credetis
1—13: Mt 14,13–21; Mc 6,30–44; Lc 9,10–17 6 XLVI/I Post haec abiit Iesus trans mare Galilaeae quod est Tiberiadis
2 et sequebatur eum multitudo magna
Mt 21,15! quia videbant signa quae faciebat super his qui infirmabantur
Mt 5,1; 15,29; 24,3 3 XLVII/III Subiit ergo in montem Iesus
et ibi sedebat cum discipulis suis

4 XLVIII/I Erat autem proximum pascha dies festus Iudaeorum 2,13; 11,55; Lc 22,1!
5 XLVIIII/I Cum sublevasset ergo oculos Iesus
et vidisset quia multitudo maxima venit ad eum
dicit ad Philippum
unde ememus panes ut manducent hii
6 hoc autem dicebat temptans eum
ipse enim sciebat quid esset facturus
7 respondit ei Philippus
ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis
ut unusquisque modicum quid accipiat
8 dicit ei unus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri 1,40!
9 est puer unus hic qui habet quinque panes hordiacios et duos pisces 9—13: IV Rg 4,42–44; Mt 15,34–38; Mc 8,5–9
sed haec quid sunt inter tantos
10 dixit ergo Iesus
facite homines discumbere
erat autem faenum multum in loco
discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia
11 accepit ergo panes Iesus 21,13; Lc 24,30!
et cum gratias egisset distribuit discumbentibus
similiter et ex piscibus quantum volebant
12 ut autem impleti sunt dixit discipulis suis
colligite quae superaverunt fragmenta ne pereant
13 collegerunt ergo et impleverunt duodecim cofinos fragmentorum Mc 8,19!
ex quinque panibus hordiaciis
quae superfuerunt his qui manducaverunt
14 L/X Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum dicebant Mt 21,15!

43 accipitis] accepistis ZDCΦ; recipistis P. | 44 uos *om.* P(*vid.*)G.; ~ uos potestis c | ~ deo est Gc | 45 accuset] accusat AMFDco | 46 enim[2]] autem MF | 47 ~ uerbis meis ZPΦc || 6,2 quia uidebat AG; qui audiebant s. | 3 subit A; ascendit PG. | in monte A | 5 dixit c. | emamus M.; emimus PGD | 11 panem S | ~ iesus panes ZPΦc | et[2] *om.* AG | 12 impleti] saturati A | fragmentorum A | 13 manducauerant ZCΦc | 14 fecerat signum] *praem.* iesus c.; + iesus P. |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

7,40; Mt 21,11! quia hic est vere propheta qui venturus est in mundum
11,27
15—20: Mt 14,22–27; Mc 6,45–50 15 Iesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum et facerent eum regem
LI IIII Fugit iterum in montem ipse solus
16 ut autem sero factum est
descenderunt discipuli eius ad mare
24 17 et cum ascendissent navem
venerunt trans mare in Capharnaum
et tenebrae iam factae erant
et non venerat ad eos Iesus
18 mare autem vento magno flante exsurgebat
19 cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta
vident Iesum ambulantem super mare
19.20: Lc 24,36.37 et proximum navi fieri et timuerunt
20 ille autem dicit eis
ego sum nolite timere
21 voluerunt ergo accipere eum in navi
et statim fuit navis ad terram quam ibant
22 LII X Altera die turba quae stabat trans mare
vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una
et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in navem
sed soli discipuli eius abissent
23 aliae vero supervenerunt naves a Tiberiade
iuxta locum ubi manducaverant panem gratias agente Domino
24 cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius
17 ascenderunt naviculas et venerunt Capharnaum quaerentes Iesum
25 et cum invenissent eum trans mare dixerunt ei
rabbi quando huc venisti
26 respondit eis Iesus et dixit
amen amen dico vobis
quaeritis me non quia vidistis signa
sed quia manducastis ex panibus et saturati estis
27 operamini non cibum qui perit 4,14
sed qui permanet in vitam aeternam
quem Filius hominis vobis dabit
hunc enim Pater signavit Deus
28 dixerunt ergo ad eum
quid faciemus ut operemur opera Dei
29 respondit Iesus et dixit eis
hoc est opus Dei ut credatis in eum quem misit ille 17,8! 1 Io 3,23
30 LIII IIII Dixerunt ergo ei 2,18; Mt 12,38!
quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi
quid operaris
31 LIIII X Patres nostri manna manducaverunt in deserto sicut scriptum est 49
panem de caelo dedit eis manducare Ex 16,4! Ps 77,24
32 dixit ergo eis Iesus
amen amen dico vobis
non Moses dedit vobis panem de caelo
sed Pater meus dat vobis panem de caelo verum Ex 16,8! Mt 6,11!
33 panis enim Dei est qui descendit de caelo et dat vitam mundo 41.50.51.59; 3,13!
34 dixerunt ergo ad eum
Domine semper da nobis panem hunc 4,15
35 LV I Dixit autem eis Iesus
ego sum panis vitae 41.48.51
qui veniet ad me non esuriet
et qui credit in me non sitiet umquam
36 sed dixi vobis quia et vidistis me et non creditis
37 omne quod dat mihi Pater ad me veniet

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

14 in mundo MP. | 15 in monte MZ. | 19 supra G c | 21 in nauem AC c | ~ in naui accipere eum ZPΦ | ~ nauis fuit c. | in quam co; in qua ZP | ibat A | 23 panes M | agente G co 𝔊] agentes *cet.* | 24 in nauiculas P c | 27 ~ dabit uobis c | 31 mannam AFD | ~ manducauerunt manna G c | 33 ~ de caelo descendit c | 35 uenit MZPGCΦ co | 37 *num.* 56/10 *ad* et eum *pon.* SAFPC, *ad* omne ZGDΦo, *ad* qui uenit (*v.* 35) M |

LVI/X Et eum qui venit ad me non eici-
am foras
3,13! 38 LVII/I Quia descendi de caelo non ut
4,34; 5,30; Mt 26,39; Mc 14,36; Lc 22,42 faciam voluntatem meam
sed voluntatem eius qui misit me
Mt 18,14 39 LVIII/X Haec est autem voluntas eius
qui misit me Patris
17,12! 18,9 ut omne quod dedit mihi non per-
dam ex eo
44! sed resuscitem illum novissimo die
40 haec est enim voluntas Patris mei qui
misit me
47; 3,15.16; 5,24; 11,25.26 ut omnis qui videt Filium et credit in
eum habeat vitam aeternam
44! et resuscitabo ego eum in novissimo
die
41 LVIIII/I Murmurabant ergo Iudaei de
illo
33.35.48.50.51. 59; 3,13! quia dixisset ego sum panis qui de
caelo descendi
1,45; Mt 13,55; Lc 3,23; 4,22 42 et dicebant
nonne hic est Iesus filius Ioseph
cuius nos novimus patrem et mat-
rem
quomodo ergo dicit hic quia de caelo
descendi
43 LX/X Respondit ergo Iesus et dixit eis
nolite murmurare in invicem
66 44 nemo potest venire ad me
nisi Pater qui misit me traxerit eum
39.40.55 et ego resuscitabo eum novissimo
die
45 est scriptum in prophetis
Is 54,13; I Th 4,9 et erunt omnes docibiles Dei
omnis qui audivit a Patre et didicit
venit ad me
1,18! 46 LXI/III Non quia Patrem vidit quisquam
Mt 11,27! nisi is qui est a Deo hic vidit Patrem
5,24! 47 LXII/X Amen amen dico vobis
40; 3,15.16; 11,25.26 qui credit in me habet vitam aeter-
nam
35.41.51 48 LXIII/I Ego sum panis vitae
31.59 49 LXIIII/X Patres vestri manducaverunt in
deserto manna et mortui sunt
50 hic est panis de caelo descendens 33.41.59
ut si quis ex ipso manducaverit non
moriatur
51 LXV/I Ego sum panis vivus qui de cae- 33.35.41.48. 59; 3,13!
lo descendi
52 si quis manducaverit ex hoc pane vi- 59
vet in aeternum
et panis quem ego dabo caro mea est
pro mundi vita
53 LXVI/X Litigabant ergo Iudaei ad in-
vicem dicentes
quomodo potest hic nobis carnem
suam dare ad manducandum
54 dixit ergo eis Iesus
amen amen dico vobis
nisi manducaveritis carnem Filii ho-
minis et biberitis eius sanguinem
non habetis vitam in vobis
55 qui manducat meam carnem et bibit 57
meum sanguinem
habet vitam aeternam
et ego resuscitabo eum in novissimo 44!
die
56 LXVII/I Caro enim mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus
57 LXVIII/X Qui manducat meam carnem 55
et bibit meum sanguinem
in me manet et ego in illo I Io 3,24; 4,13.16
58 sicut misit me vivens Pater et ego
vivo propter Patrem
et qui manducat me et ipse vivet
propter me
59 hic est panis qui de caelo descendit 33.41.50.51
non sicut manducaverunt patres ves- 49
tri manna et mortui sunt
qui manducat hunc panem vivet in 52
aeternum
60 haec dixit in synagoga docens in Ca-
pharnaum
61 multi ergo audientes ex discipulis
eius dixerunt
durus est hic sermo

37 uenit] ueniet MDC | 39 illum] illud Cc; + in PGCΦ co | 40 enim] autem c. | ego *om.* ZC; ~ ego resuscitabo eum c; ~ resuscitabo eum ego S. | in² *om.* Z | 41 panis + uiuus c | 42 descendit sZ | 43 murmurari MFP | in *om.* ZFD | 44 eum² + in PGΦ co | 49 ~ manna in deserto Pc | 53 ~ carnem suam nobis AMGo | 54 habetis SZo𝔊] habebitis *cet.* | 55 bibet AZFG | in *om.* Z. | 58 uiuet] uiuit MP. | 61 sermo + et Pc. |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

quis potest eum audire
62 sciens autem Iesus apud semet ipsum
quia murmurarent de hoc discipuli
eius dixit eis
hoc vos scandalizat
63 LXVIIII/I Si ergo videritis Filium homi-
nis ascendentem ubi erat prius
II Cor 3,6; I Pt 3,18 64 LXX/IIII Spiritus est qui vivificat
caro non prodest quicquam
LXXI/X Verba quae ego locutus sum
vobis spiritus et vita sunt
65 sed sunt quidam ex vobis qui non
credunt
LXXII/IIII Sciebat enim ab initio Iesus qui
essent credentes
13,11 et quis traditurus esset eum
66 LXXIII/X Et dicebat
propterea dixi vobis
44 quia nemo potest venire ad me
3,27; 19,11! nisi fuerit ei datum a Patre meo
67 ex hoc multi discipulorum eius abie-
runt retro
et iam non cum illo ambulabant
68 dixit ergo Iesus ad duodecim
numquid et vos vultis abire
69 LXXIIII/I Respondit ergo ei Simon Pet-
rus
Domine ad quem ibimus
12,50 verba vitae aeternae habes
I Io 4,16 70 et nos credidimus et cognovimus
11,27; 20,31! Mt 16,16! quia tu es Christus Filius Dei
71 LXXV/X Respondit eis Iesus
Lc 6,13 nonne ego vos duodecim elegi
et ex vobis unus diabolus est
12,4! Mt 10,4! 72 dicebat autem Iudam Simonis Scari-
otis
hic enim erat traditurus eum
Mt 26,14! Mc 14,10! cum esset unus ex duodecim
7 post haec ambulabat Iesus in Gali-
laeam
11,53.54! non enim volebat in Iudaeam ambu-
lare
quia quaerebant eum Iudaei inter-
ficere
2 erat autem in proximo dies festus
Iudaeorum scenopegia
3 dixerunt autem ad eum fratres eius
transi hinc et vade in Iudaeam
ut et discipuli tui videant opera tua
quae facis
4 nemo quippe in occulto quid facit
et quaerit ipse in palam esse
si haec facis manifesta te ipsum mun- 14,22
do
5 neque enim fratres eius credebant in
eum
6 dicit ergo eis Iesus
tempus meum nondum advenit 30! 2,4
tempus autem vestrum semper est
paratum
7 non potest mundus odisse vos
me autem odit
quia ego testimonium perhibeo de
illo quia opera eius mala sunt 3,19; Col 1,21
8 vos ascendite ad diem festum hunc
ego non ascendo ad diem festum is-
tum
quia meum tempus nondum imple-
tum est
9 haec cum dixisset ipse mansit in Ga-
lilaea
10 ut autem ascenderunt fratres eius
tunc et ipse ascendit ad diem festum
non manifeste sed quasi in occulto
11 Iudaei ergo quaerebant eum in die 11,56
festo et dicebant
ubi est ille
12 et murmur multus de eo erat in turba
quidam enim dicebant quia bonus
est
alii autem dicebant non
sed seducit turbas
13 nemo tamen palam loquebatur de
illo propter metum Iudaeorum

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

65 essent + non c | quis] qui ZP | 68 abire + post illos Z | 69 ei *om.* MF | 70 credimus FGCΦ | 72 iscariotem c.; schariothen C | ex] de Z || 7,1 haec + autem c | in galilaea MFP | in iudaea MD | 4 quippe] enim SAGC | quid] aliquid AZPΦo | 6 aduenit] uenit A | 7 quia²] quod c. | 8 uos + autem M | ego + enim ZΦ; + autem c | ascendam ZPΦ | 9 in galileam SGCΦ | 12 multum ZCc | ~ erat de eo in turba ZDΦ; ~ erat in turba de eo c. |

14 iam autem die festo mediante
ascendit Iesus in templum et docebat
Mt 13,54; Mc 6,2! 15 et mirabantur Iudaei dicentes
quomodo hic litteras scit cum non
didicerit
16 respondit eis Iesus et dixit
8,28! 12,49! 14,24 mea doctrina non est mea sed eius
qui misit me
17 si quis voluerit voluntatem eius facere
cognoscet de doctrina utrum ex Deo
sit an ego a me ipso loquar
18 qui a semet ipso loquitur gloriam
propriam quaerit
qui autem quaerit gloriam eius qui
misit illum
hic verax est et iniustitia in illo non
est
1,17; Dt 33,4! 19 nonne Moses dedit vobis legem
Act 7,53! et nemo ex vobis facit legem
20 quid me quaeritis interficere
8,48.52; 10,20; Mc 3,30! respondit turba et dixit
daemonium habes
quis te quaerit interficere
21 respondit Iesus et dixit eis
5,20 unum opus feci et omnes miramini
22 propterea Moses dedit vobis circumcisionem
non quia ex Mose est sed ex patribus
et in sabbato circumciditis hominem
23 si circumcisionem accipit homo in
sabbato ut non solvatur lex Mosi
mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato
Is 11,3 24 nolite iudicare secundum faciem
Dt 1,16! sed iustum iudicium iudicate
25 dicebant ergo quidam ex Hierosolymis
nonne hic est quem quaerunt interficere
18,20! 26 et ecce palam loquitur et nihil ei dicunt
numquid vere cognoverunt principes quia hic est Christus 48; 4,29; Mt 12,23
27 sed hunc scimus unde sit 8,14! 9,29.30
Christus autem cum venerit nemo
scit unde sit
28 LXXVI III Clamabat ergo docens in
templo Iesus et dicens
et me scitis et unde sim scitis
et a me ipso non veni 8,26; 15,21!
sed est verus qui misit me 28.29: 8,55; 17,25! Mt 11,27!
quem vos non scitis
29 ego scio eum quia ab ipso sum et ipse
me misit
30 LXXVII I Quaerebant ergo eum adprehendere 44; 8,37.40; 10,39; Mc 14,1!
et nemo misit in illum manus 8,20
quia nondum venerat hora eius 6; 2,4
31 LXXVIII X De turba autem multi crediderunt in eum et dicebant 2,23! 10,42; Act 5,14! 9,42
Christus cum venerit numquid plura
signa faciet quam quae hic facit 3,2! 11,47!
32 audierunt Pharisaei turbam murmurantem de illo haec
LXXVIIII I Et miserunt principes et
Pharisaei ministros ut adprehenderent eum
33 LXXX X Dixit ergo Iesus
adhuc modicum tempus vobiscum sum 12,35; 16,16! Tb 12,20 14,12! 16,5!
et vado ad eum qui misit me 33.34: 13,33
34 LXXXI X Quaeretis me et non invenietis 8,21; 13,36
et ubi sum ego vos non potestis venire
35 dixerunt ergo Iudaei ad se ipsos
quo hic iturus est quia non inveniemus eum
numquid in dispersionem gentium
iturus est et docturus gentes
36 quis est hic sermo quem dixit quaeretis me et non invenietis 8,21; 13,33
et ubi sum ego non potestis venire 13,36

17 loquor MGD | 18 illum] eum c. | 23 accepit SPD | 26 et[1] *om.* ZD | 28 ~ iesus in templo docens c. | non scitis] nescitis AMFG co | 29 eum + et si dixero quia nescio eum ero similis uobis mendax et scio eum ZC; *cf.* misit + et si dixero quia nescio eum ero similis uobis mendax FP. | 31 facit] fecit SD | 33 *ad can.* 4 *remitt.* AP | ergo + eis Φ c | ~ me misit c | 34 quaeretis MPCc𝔊] quaeritis *cet.* | ~ ego sum c | 35 se] semet ZGΦ c | 36 quaeretis SMPCc𝔊] quaeritis *cet.* | ego + uos ZPCΦ co | S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

37 in novissimo autem die magno festivitatis
stabat Iesus et clamabat dicens
Is 55,1! Apc 22,17! si quis sitit veniat ad me et bibat
38 qui credit in me sicut dixit scriptura
flumina de ventre eius fluent aquae vivae
Gal 3,14 39 hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum
non enim erat Spiritus
quia Iesus nondum fuerat glorificatus
40 LXXXII VII Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant
6,14; Mt 21,11! hic est vere propheta
41 alii dicebant
hic est Christus
LXXXIII VII Quidam autem dicebant
52; 1,46 numquid a Galilaea Christus venit
42 nonne scriptura dicit
Mi 5,2; Mt 2,6 quia ex semine David et Bethleem
Mc 12,35! Lc 20,41 castello ubi erat David venit Christus
9,16; 10,19 43 LXXXIIII X Dissensio itaque facta est in turba propter eum
30! 44 LXXXV I Quidam autem ex ipsis volebant adprehendere eum
sed nemo misit super illum manus
45 LXXXVI X Venerunt ergo ministri ad pontifices et Pharisaeos
et dixerunt eis illi
quare non adduxistis eum
46 responderunt ministri
numquam sic locutus est homo sicut hic homo
47 responderunt ergo eis Pharisaei
numquid et vos seducti estis
26! 48 numquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex Pharisaeis
49 sed turba haec quae non novit legem maledicti sunt

50 dicit Nicodemus ad eos ille qui venit ad eum nocte qui unus erat ex ipsis 3,1.2; 19,39
51 numquid lex nostra iudicat hominem Sir 11,7
nisi audierit ab ipso prius et cognoverit quid faciat
52 responderunt et dixerunt ei
numquid et tu Galilaeus es
scrutare et vide quia propheta a Galilaea non surgit 41; 1,46
53 et reversi sunt unusquisque in domum suam
8 Iesus autem perrexit in montem Oliveti Lc 22,39!
2 et diluculo iterum venit in templum
et omnis populus venit ad eum
et sedens docebat eos
3 adducunt autem scribae et Pharisaei mulierem in adulterio deprehensam
et statuerunt eam in medio
4 et dixerunt ei
magister haec mulier modo deprehensa est in adulterio
5 in lege autem Moses mandavit nobis huiusmodi lapidare
tu ergo quid dicis
6 haec autem dicebant temptantes eum Mt 12,10; Lc 11,54!
ut possent accusare eum
Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra
7 cum autem perseverarent interrogantes eum
erexit se et dixit eis
qui sine peccato est vestrum
primus in illam lapidem mittat
8 et iterum se inclinans scribebat in terra
9 audientes autem unus post unum exiebant Mt 22,22!
incipientes a senioribus

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

37 si quis] qui AMF | 38 dicit ZPΦ c | 39 non] nondum ZPCΦ c | erat spiritus] *praem.* datus P; + datus ADCΦ co; + sanctus datus M. | fuerat] erat c | 40 audisset Z | 41 ~ uenit christus c. | 42 et] de D.; et de AMFG co | 44 illum] eum c. | 45 eum] illum c. | 46 homo² + loquitur Z | 48 ~ ex principibus aliquis c. | 50 dixit c. | 51 ~ prius audierit ab ipso c.; ~ audierit prius ab ipso D | 52 scrutare + scripturas ZPC c | ~ a galilaea propheta c. | surget ZΦ || 8,6 haec] hoc c. | in terram ZPDC | 7 autem] ergo c. | 8 in terram ZGD | 9 incipiens A |

et remansit solus et mulier in medio stans
10 erigens autem se Iesus dixit ei
mulier ubi sunt
nemo te condemnavit
11 quae dixit
nemo Domine
dixit autem Iesus
15; 12,47 nec ego te condemnabo
5,14 vade et amplius iam noli peccare
12 iterum ergo locutus est eis Iesus dicens
1,4! 9,5; 12,46! Mt 5,14 I Th 5,4; I Io 2,8! ego sum lux mundi
qui sequitur me non ambulabit in tenebris
sed habebit lucem vitae
13 dixerunt ergo ei Pharisaei
5,31 tu de te ipso testimonium perhibes
testimonium tuum non est verum
14 respondit Iesus et dixit eis
5,31 et si ego testimonium perhibeo de me ipso
verum est testimonium meum
quia scio unde veni et quo vado
3,8; 7,27; 9,30 vos autem nescitis unde venio aut quo vado
15 vos secundum carnem iudicatis
11; 12,47 ego non iudico quemquam
5,30 16 et si iudico ego iudicium meum verum est
29; 16,32 quia solus non sum
sed ego et qui me misit Pater
17 et in lege vestra scriptum est
Dt 19,15! Mt 18,16! quia duorum hominum testimonium verum est
5,31.32! 18 ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso
5,37 et testimonium perhibet de me qui misit me Pater
19 dicebant ergo ei
ubi est Pater tuus
LXXXVII III Respondit Iesus
neque me scitis neque Patrem meum 16,3! Mt 11,27!
si me sciretis forsitan et Patrem meum sciretis 14,7
20 LXXXVIII I Haec verba locutus est in gazofilacio docens in templo Mc 12,41 Mt 26,55! Lc 22,53
et nemo adprehendit eum quia necdum venerat hora eius 7,30!
21 LXXXVIIII X Dixit ergo iterum eis Iesus
ego vado et quaeretis me
et in peccato vestro moriemini 24
quo ego vado vos non potestis venire 7,34.36; 13,33.36
22 dicebant ergo Iudaei
numquid interficiet semet ipsum
quia dicit quo ego vado vos non potestis venire
23 et dicebat eis
vos de deorsum estis ego de supernis sum
vos de mundo hoc estis I Io 4,5
ego non sum de hoc mundo 17,14! 16! 18,36
24 dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris 21
si enim non credideritis quia ego sum
moriemini in peccato vestro
25 dicebant ergo ei 1,19.22
tu quis es
dixit eis Iesus
principium quia et loquor vobis
26 multa habeo de vobis loqui et iudicare
sed qui misit me verax est 7,28
et ego quae audivi ab eo haec loquor in mundo 38; 3,11! 12,50; 15,15!
27 et non cognoverunt quia Patrem eis dicebat
28 dixit ergo eis Iesus
cum exaltaveritis Filium hominis 3,14! 12,32
tunc cognoscetis quia ego sum
et a me ipso facio nihil 5,19.30
sed sicut docuit me Pater haec loquor 7,16! 12,49.50

9 solus + iesus P c | 10 sunt + qui te accusabant FPGDCΦ c | 11 autem + ei ZPΦ | iam *om.* ZGΦ; ~ iam amplius c. | 12 ambulat ZP c | lucem] lumen G c | 14 uenio] ueniam ZΦ; ueni D | uado²] uadam ZΦ | 16 ~ misit me SPC c | 20 est + iesus ZPΦ c | 21 quaeretis S c 𝔊] quaeritis *cet.* | 22 dicit] dixit c | 23 ~ hoc mundo¹ S | 25 quia] quod MPG; qui Φ c | 26 ~ me misit c | 27 de patre Z; deum patrem P. | eis] eius c | dicebat + deum CΦ c |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ c𝔬

16; 16,32 29 et qui me misit mecum est
non reliquit me solum
15,10 quia ego quae placita sunt ei facio
semper
4,41! 30 haec illo loquente multi crediderunt
in eum
31 dicebat ergo Iesus ad eos qui credi-
derunt ei Iudaeos
15,7! 14! si vos manseritis in sermone meo
31.32: Sap 3,9 vere discipuli mei eritis
32 et cognoscetis veritatem
et veritas liberabit vos
33 responderunt ei
39; Mt 3,9! Lc 3,8 semen Abrahae sumus
et nemini servivimus umquam
quomodo tu dicis liberi eritis
34 respondit eis Iesus
amen amen dico vobis
Rm 6,16; II Pt 2,19 quia omnis qui facit peccatum ser-
vus est peccati
35 servus autem non manet in domo in
aeternum
filius manet in aeternum
II Cor 3,17! 36 si ergo Filius vos liberaverit vere li-
beri eritis
37 scio quia filii Abrahae estis
7,30! sed quaeritis me interficere
5,38; I Io 1,10 quia sermo meus non capit in vobis
26! 38 ego quod vidi apud Patrem loquor
et vos quae vidistis apud patrem
vestrum facitis
39 responderunt et dixerunt ei
33; Mt 3,9! Lc 3,8 pater noster Abraham est
dicit eis Iesus
si filii Abrahae estis opera Abrahae
facite
7,30! 40 nunc autem quaeritis me interficere
hominem qui veritatem vobis locu-
tus sum quam audivi a Deo
hoc Abraham non fecit
41 vos facitis opera patris vestri
dixerunt itaque ei
nos ex fornicatione non sumus nati
unum patrem habemus Deum Mt 23,9!
42 dixit ergo eis Iesus
si Deus pater vester esset diligeretis
utique me
ego enim ex Deo processi et veni 13,3!
neque enim a me ipso veni sed ille
me misit
43 quare loquellam meam non cognos-
citis
quia non potestis audire sermonem
meum
44 vos ex patre diabolo estis Sap 2,24.25! I Io 3,8
et desideria patris vestri vultis facere
ille homicida erat ab initio
et in veritate non stetit
quia non est veritas in eo
cum loquitur mendacium ex propriis
loquitur
quia mendax est et pater eius
45 ego autem quia veritatem dico non Lc 22,67
creditis mihi 45.46: 3,11! 10,25
46 quis ex vobis arguit me de peccato Iob 6,25; II Cor 5,21!
si veritatem dico quare vos non cre- Lc 22,67
ditis mihi
47 qui est ex Deo verba Dei audit 18,37; I Io 4,6
propterea vos non auditis quia ex 1 Cor 2,14!
Deo non estis
48 responderunt igitur Iudaei et dixe-
runt ei
nonne bene dicimus nos quia Sama- 52; 7,20; 10,20; Mc 3,30!
ritanus es tu et daemonium habes
49 respondit Iesus
ego daemonium non habeo
sed honorifico Patrem meum et vos Mal 1,6!
inhonoratis me
50 ego autem non quaero gloriam me-
am
est qui quaerit et iudicat
51 amen amen dico vobis
si quis sermonem meum servaverit Sap 6,19
mortem non videbit in aeternum 11,26; Lc 2,26! Hbr 11,5

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ ϲο 29 et non ϲ | relinquit FGDCΦ; relinquet P. | 31 eritis] estis MP. | 33 [*adest* N *usque ad* 10,14] | 35 filius + autem ϲ | 36 ~ uos filius G ϲ | liberauit Z | 38 patrem¹ + meum P ϲ | 39 dicit] dixit A | 43 cognoscetis Z | 44 ~ ueritas non est in eo NZΦ; ~ ueritas in eo non est P. | 45 quia] si ϲ. | 46 arguet SNGDC ϲ | dico + uobis ϲ. | uos *om.* Z ϲ. | 47 ~ ex deo est D ϲ | 48 igitur] ergo ϲ. | 49 inhonorastis ZFΦ ϲ; inhonorificastis N. | 50 quaerat et iudicet C ϲ |

52 dixerunt ergo Iudaei
48; 7,20; 10,20; Mc 3,30! nunc cognovimus quia daemonium
habes
Abraham mortuus est et prophetae
et tu dicis si quis sermonem meum
servaverit non gustabit mortem in
aeternum
4,12 53 numquid tu maior es patre nostro
Abraham qui mortuus est
et prophetae mortui sunt
quem te ipsum facis
54 respondit Iesus
5,31.32! si ego glorifico me ipsum gloria mea
nihil est
13,32! 17,1! II Pt 1,17 est Pater meus qui glorificat me
quem vos dicitis quia Deus noster est
7,28.29! 15,21; 16,3 55 et non cognovistis eum
ego autem novi eum
et si dixero quia non scio eum ero si-
milis vobis mendax
sed scio eum
et sermonem eius servo
56 Abraham pater vester exultavit ut
videret diem meum
et vidit et gavisus est
57 dixerunt ergo Iudaei ad eum
quinquaginta annos nondum habes
et Abraham vidisti
58 dixit eis Iesus
amen amen dico vobis
antequam Abraham fieret ego sum
10,31 59 tulerunt ergo lapides ut iacerent in
eum
12,36 Iesus autem abscondit se et exivit de
templo
9 et praeteriens vidit hominem caecum
a nativitate
2 et interrogaverunt eum discipuli sui
rabbi quis peccavit
hic aut parentes eius ut caecus nas-
ceretur

3 respondit Iesus
neque hic peccavit neque parentes
eius
sed ut manifestetur opera Dei in illo 11,4
4 me oportet operari opera eius qui 4,34
misit me donec dies est
venit nox quando nemo potest ope-
rari
5 quamdiu in mundo sum lux sum 8,12!
mundi
6 haec cum dixisset expuit in terram
et fecit lutum ex sputo 6.7; 11
et linuit lutum super oculos eius 7 et
dixit ei
vade lava in natatoria Siloae quod
interpretatur Missus
abiit ergo et lavit et venit videns
8 itaque vicini et qui videbant eum
prius quia mendicus erat dicebant
nonne hic est qui sedebat et mendi-
cabat
alii dicebant quia hic est
9 alii autem nequaquam sed similis est
eius
ille dicebat quia ego sum
10 dicebant ergo ei
quomodo aperti sunt oculi tibi 14.21.26.30; Mt 9,30
11 respondit
ille homo qui dicitur Iesus 6.7
lutum fecit et unxit oculos meos et
dixit mihi
vade ad natatoriam Siloae et lava
et abii et lavi et vidi
12 dixerunt ei ubi est
ille ait nescio
13 adducunt eum ad Pharisaeos qui
caecus fuerat
14 erat autem sabbatum quando lutum 5,9
fecit Iesus et aperuit oculos eius 10!
15 iterum ergo interrogabant eum Pha-
risaei quomodo vidisset

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

54 noster] uester Cc | 56 et[1] *om.* c || 9,1 praeteriens + iesus c | 2 sui] eius c; + dicentes Z | 3 manifestetur opera SGC] manifestetur ••• N; manifestetur opus AMF; manifestentur opera ZPΦ cɒ; manifestaretur opera D | 5 ~ sum in mundo c. | 6 linuit SDC] liniuit GΦ c; lenuit P; leuit AMZFɒ | 8 uiderant PCc | erat + et AF | 9 eius] ei c. | ille + autem GC; + uero Pc | 10 oculi tui ZGCΦ; ~ tibi oculi Pc | 11 natatoria c | uideo Nc | 12 dixerunt] *praem.* et ZPc; + ergo S | ubi est ille. ait nescio *distinguunt* ZPGCc |

ille autem dixit eis
lutum posuit mihi super oculos et lavi et video
16 dicebant ergo ex Pharisaeis quidam
non est hic homo a Deo quia sabbatum non custodit
alii dicebant
quomodo potest homo peccator haec signa facere
7,43; 10,19 et scisma erat in eis
17 dicunt ergo caeco iterum
tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos
ille autem dixit
Mt 21,11! quia propheta est
18 non crediderunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuisset et vidisset
donec vocaverunt parentes eius qui viderat
19 et interrogaverunt eos dicentes
hic est filius vester quem vos dicitis quia caecus natus est
quomodo ergo nunc videt
20 responderunt eis parentes eius et dixerunt
scimus quia hic est filius noster
et quia caecus natus est
21 quomodo autem nunc videat nescimus
10! aut quis eius aperuit oculos nos nescimus
ipsum interrogate
aetatem habet ipse de se loquatur
22 haec dixerunt parentes eius quia timebant Iudaeos
iam enim conspiraverant Iudaei
ut si quis eum confiteretur Christum
34; 16,2 extra synagogam fieret
23 propterea parentes eius dixerunt quia aetatem habet ipsum interrogate
24 vocaverunt ergo rursum hominem
qui fuerat caecus et dixerunt ei
Ios 7,19! Lc 17,18; Rm 4,20 da gloriam Deo
nos scimus quia hic homo peccator est
25 dixit ergo ille
si peccator est nescio
unum scio quia caecus cum essem modo video
26 dixerunt ergo illi
quid fecit tibi
quomodo aperuit tibi oculos 10!
27 respondit eis
dixi vobis iam et audistis
quid iterum vultis audire
numquid et vos vultis discipuli eius fieri
28 maledixerunt ei et dixerunt
tu discipulus illius es
nos autem Mosi discipuli sumus
29 nos scimus quia Mosi locutus est Deus
hunc autem nescimus unde sit 29.30: 7,27!
30 respondit ille homo et dixit eis
in hoc enim mirabile est quia vos nescitis unde sit 8,14!
et aperuit meos oculos 10!
31 scimus autem quia peccatores Deus non audit Prv 15,29
sed si quis Dei cultor est et voluntatem eius facit hunc exaudit
32 a saeculo non est auditum
quia aperuit quis oculos caeci nati 11,37; Is 35,5!
33 nisi esset hic a Deo non poterat facere quicquam 3,2!
34 responderunt et dixerunt ei
in peccatis natus es totus et tu doces nos
et eiecerunt eum foras 22!
35 audivit Iesus quia eiecerunt eum foras
et cum invenisset eum dixit ei
tu credis in Filium Dei
36 respondit ille et dixit
quis est Domine ut credam in eum
37 et dixit ei Iesus 4,26
et vidisti eum et qui loquitur tecum

S(s)NAMZ (F)P(G)DCΦ cɔ

15 ~ mihi posuit c | 16 quia AFPDo𝔊] qui *cet.* | alii + autem c | in eis] inter eos ZPΦc | 17 eo] illo c. | 18 uiderat] uiderant SZP | 22 quia] quoniam c. | confiteretur + esse c. | 24 fuerat] erat SNFD | 25 ergo + eis c. | 28 maledixerunt + ergo c | es] sis ZPGCΦc | 29 quia] quoniam A | 32 ~ quis aperuit Gc. |

ipse est
38 at ille ait
credo Domine
et procidens adoravit eum
39 dixit ei Iesus
in iudicium ego in hunc mundum veni
ut qui non vident videant
et qui vident caeci fiant
40 et audierunt ex Pharisaeis qui cum ipso erant et dixerunt ei
numquid et nos caeci sumus
41 dixit eis Iesus
15,24 si caeci essetis non haberetis peccatum
nunc vero dicitis quia videmus
peccatum vestrum manet
10 amen amen dico vobis
qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde
ille fur est et latro
2 qui autem intrat per ostium pastor est ovium
27 3 huic ostiarius aperit et oves vocem eius audiunt
et proprias oves vocat nominatim et educit eas
4 et cum proprias oves emiserit ante eas vadit
27 et oves illum sequuntur quia sciunt vocem eius
5 alienum autem non sequuntur sed fugient ab eo
quia non noverunt vocem alienorum
Lc 21,29! 6 hoc proverbium dixit eis Iesus
12,16; 16,18; Lc 2,50! illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis
7 dixit ergo eis iterum Iesus
amen amen dico vobis
quia ego sum ostium ovium
8 omnes quotquot venerunt fures sunt
et latrones
sed non audierunt eos oves
9 ego sum ostium
per me si quis introierit salvabitur
et ingredietur et egredietur et pascua inveniet
10 fur non venit nisi ut furetur et mactet et perdat
ego veni ut vitam habeant et abundantius habeant
11 ego sum pastor bonus
bonus pastor animam suam dat pro ovibus 15; 15,13! Mt 20,28! Mc 10,45
12 mercennarius et qui non est pastor IV Esr 5,18
cuius non sunt oves propriae
videt lupum venientem et dimittit oves et fugit
et lupus rapit et dispergit oves
13 mercennarius autem fugit quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus
14 ego sum pastor bonus
et cognosco meas II Tim 2,19
et cognoscunt me meae
15 XC III Sicut novit me Pater et ego agnosco Patrem Mt 11,27!
XCI IIII Et animam meam pono pro ovibus 11!
16 XCII X Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili
et illas oportet me adducere et vocem meam audient Ml 2,12
et fiet unum ovile unus pastor Ez 37,24!
17 propterea me Pater diligit 3,35; 5,20; 15,9!
quia ego pono animam meam ut iterum sumam eam
18 nemo tollit eam a me
sed ego pono eam a me ipso
potestatem habeo ponendi eam
et potestatem habeo iterum sumendi eam

39 et dixit ZFΦ c | ei *om.* c. | 40 audierunt + quidam c | 41 et dixit ZΦ || **10**,5 sequuntur sed fugient sZ] sequentur sed fugient AMFGo; sequuntur sed fugiunt NPDCΦ c | 6 eis¹] illis AMFGo | quid] quod Z; id quod F. | 8 sed] et c. | audierunt] cognouerunt Z | 9 pascuam s | 11 dat] ponit ZΦ | ouibus + suis sZPΦ c | 12 mercennarius + autem sPc | uidit sP | dimittet AZFG | 14 [*deest* N *usque ad* 12,3] | 15 ouibus AF Do𝔊] ouibus meis *cet.* | 16 fient s | unus M𝔊] et unus *cet.* | 17 ~ diligit pater c. | meam *om.* M | ut] et AΦ | 18 ipso + et c. |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

12.49! 14.31 hoc mandatum accepi a Patre meo
7.43; 9.16 19 dissensio iterum facta est inter Iu-
daeos propter sermones hos
7.20; 8.48.52; Mc 3.30! 20 dicebant autem multi ex ipsis
daemonium habet et insanit quid
eum auditis
21 alii dicebant
haec verba non sunt daemonium ha-
bentis
numquid daemonium potest caeco-
Is 35.5! rum oculos aperire
22 facta sunt autem encenia in Hieroso-
lymis
et hiemps erat
23 et ambulabat Iesus in templo in por-
ticu Salomonis
24 circumdederunt ergo eum Iudaei et
dicebant ei
quousque animam nostram tollis
24.25: Lc 22.66.67! si tu es Christus dic nobis palam
25 respondit eis Iesus
3.11! 8.45.46 loquor vobis et non creditis
5.36 opera quae ego facio in nomine Pat-
ris mei
haec testimonium perhibent de me
26 sed vos non creditis quia non estis ex
ovibus meis
3.4 27 oves meae vocem meam audiunt
et ego cognosco eas
et sequuntur me
17.2; I Io 2.25 28 et ego vitam aeternam do eis
et non peribunt in aeternum
Dt 32.39! et non rapiet eas quisquam de manu
mea
17.11.24 29 Pater meus quod dedit mihi maius
omnibus est
et nemo potest rapere de manu Pat-
ris mei
17.11.22 30 ego et Pater unum sumus
8.59 31 sustulerunt lapides Iudaei ut lapida-
rent eum
32 respondit eis Iesus
multa opera bona ostendi vobis ex
Patre meo
propter quod eorum opus me lapi-
datis
33 responderunt ei Iudaei
de bono opere non lapidamus te sed Lv 24.16!
de blasphemia
et quia tu homo cum sis facis te ip- 5.18! Phil 2.6
sum Deum
34 respondit eis Iesus
nonne scriptum est in lege vestra
quia ego dixi dii estis Ps 81.6
35 si illos dixit deos ad quos sermo Dei
factus est
et non potest solvi scriptura
36 quem Pater sanctificavit et misit in
mundum
vos dicitis quia blasphemas quia di- 1.34! Hbr 5.8
xi Filius Dei sum
37 si non facio opera Patris mei nolite
credere mihi
38 si autem facio
et si mihi non vultis credere 14.10.11
operibus credite
ut cognoscatis et credatis quia in me 17.21
est Pater et ego in Patre
39 XCIII/IIII Quaerebant ergo eum prendere 7.30!
et exivit de manibus eorum
40 et abiit iterum trans Iordanen 1.28
in eum locum ubi erat Iohannes bap-
tizans primum
et mansit illic
41 XCIIII/X Et multi venerunt ad eum et
dicebant
quia Iohannes quidem signum fecit
nullum
42 omnia autem quaecumque dixit Io-
hannes de hoc vera erant
et multi crediderunt in eum 7.31!
11 erat autem quidam languens Laza-
rus a Bethania
de castello Mariae et Marthae soro- 5; Lc 10.38.39
ris eius
2 Maria autem erat quae unxit Do-
minum unguento
et extersit pedes eius capillis suis 12.3; Lc 7.38!

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɔ 28 et[3] *om.* AMF | 31 sustulerunt] *praem.* tunc P.; + ergo c | 32 ~ bona opera c | opus *om.* s | 38 ~ pater in me est c. | 39 prendere sAMF] adprehendere *cet.* | 41 uenie-bant A || **11**,1 sororum ZG(*marg.*) |

cuius frater Lazarus infirmabatur
3 miserunt ergo sorores ad eum dicen-
tes
Domine ecce quem amas infirmatur
4 audiens autem Iesus dixit eis
infirmitas haec non est ad mortem
9,3 sed pro gloria Dei
ut glorificetur Filius Dei per eam
11! 5 diligebat autem Iesus Martham et
sororem eius Mariam et Lazarum
6 ut ergo audivit quia infirmabatur
tunc quidem mansit in eodem loco
duobus diebus
7 deinde post haec dicit discipulis suis
eamus in Iudaeam iterum
8 dicunt ei discipuli
rabbi nunc quaerebant te Iudaei la-
pidare et iterum vadis illuc
9 respondit Iesus
nonne duodecim horae sunt diei
si quis ambulaverit in die non offen-
dit quia lucem huius mundi videt
10 si autem ambulaverit nocte offendit
quia lux non est in eo
11 haec ait
et post hoc dicit eis
Lazarus amicus noster dormit
sed vado ut a somno exsuscitem
eum
12 dixerunt ergo discipuli eius
Domine si dormit salvus erit
13 dixerat autem Iesus de morte eius
illi autem putaverunt quia de dormi-
tione somni diceret
14 tunc ergo dixit eis Iesus manifeste
Lazarus mortuus est
15 et gaudeo propter vos ut credatis
quoniam non eram ibi
sed eamus ad eum
20,24; 21,2 16 dixit ergo Thomas qui dicitur Didy-
mus ad condiscipulos
eamus et nos ut moriamur cum eo
17 venit itaque Iesus et invenit eum
quattuor dies iam in monumento
habentem
18 erat autem Bethania iuxta Hieroso-
lyma quasi stadiis quindecim
19 multi autem ex Iudaeis venerant ad
Martham et Mariam
ut consolarentur eas de fratre suo 31
20 Martha ergo ut audivit quia Iesus
venit occurrit illi
Maria autem domi sedebat
21 dixit ergo Martha ad Iesum
Domine si fuisses hic frater meus 32
non fuisset mortuus
22 sed et nunc scio quia quaecumque 14,13.14! Mt 7,7.8!
poposceris a Deo dabit tibi Deus Iac 1,5; 1 Io 3,21.22!
23 dicit illi Iesus
resurget frater tuus
24 dicit ei Martha
scio quia resurget in resurrectione in
novissima die
25 dixit ei Iesus
ego sum resurrectio et vita 14,6
qui credit in me et si mortuus fuerit 3,15.16; 5,24 25.26;
vivet 6,40.47
26 et omnis qui vivit et credit in me non
morietur in aeternum 8,51!
credis hoc
27 ait illi
utique Domine
ego credidi quia tu es Christus Filius 6,70!
Dei qui in mundum venisti 6,14
28 et cum haec dixisset
abiit et vocavit Mariam sororem su-
am silentio dicens
magister adest et vocat te
29 illa ut audivit surgit cito et venit ad
eum
30 nondum enim venerat Iesus in cas-
tellum

3 sorores + eius ZPGCΦc | 4 eis] ei sD. | per eum sAZPDΦ | 6 infirmatur sDC; infirmaretur P. | 7 dixit c | 8 ~ lapidare iudaei AMFGɒ | 9 ~ sunt horae ZΦc. | 10 in nocte Pc | offendet sAFC | 11 hoc] haec sPGDCc | dixit c. | excitem c. | 13 somnii AMZFDΦ | 14 ~ iesus dixit eis c. | 16 condiscipulos + suos MFPGC | eo] illo s | 18 hierosolymam sPCΦc | 22 deus *om.* AF | 24 nouissimo ZGDCΦcɒ | 25 etiam si AMFΦcɒ; si D. | 26 uiuet Z | 27 dei + uiui c | in + hunc ZPGΦc | 28 et[3] *om.* AZDΦ | 29 surrexit ZPGΦ |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ

sed erat adhuc in illo loco ubi occur-
rerat ei Martha
19 31 Iudaei igitur qui erant cum ea in do-
mo et consolabantur eam
cum vidissent Mariam quia cito sur-
rexit et exiit
secuti sunt eam dicentes
quia vadit ad monumentum ut ploret
ibi
32 Maria ergo cum venisset ubi erat
Iesus
videns eum cecidit ad pedes eius et
dixit ei
21 Domine si fuisses hic non esset mor-
tuus frater meus
33 Iesus ergo ut vidit eam plorantem
et Iudaeos qui venerant cum ea plo-
rantes
38 fremuit spiritu et turbavit se ipsum
34 et dixit
ubi posuistis eum
1,46 dicunt ei
Domine veni et vide
Lc 19,41! 35 et lacrimatus est Iesus
36 dixerunt ergo Iudaei
ecce quomodo amabat eum
37 quidam autem dixerunt ex ipsis
9,32! non poterat hic qui aperuit oculos
caeci facere ut et hic non moreretur
33 38 Iesus ergo rursum fremens in semet
ipso venit ad monumentum
erat autem spelunca et lapis superpo-
situs erat ei
39 ait Iesus
tollite lapidem
dicit ei Martha soror eius qui mor-
tuus fuerat
Domine iam fetet
quadriduanus enim est
40 dicit ei Iesus
nonne dixi tibi quoniam si credide-
ris videbis gloriam Dei 1,14; Lc 9,32!
41 tulerunt ergo lapidem
Iesus autem elevatis sursum oculis 17,1
dixit
Pater gratias ago tibi quoniam au-
disti me
42 ego autem sciebam quia semper me
audis
sed propter populum qui circumstat
dixi
ut credant quia tu me misisti 17,8!
43 haec cum dixisset voce magna cla-
mavit
Lazare veni foras
44 et statim prodiit qui fuerat mortuus
ligatus pedes et manus institis
et facies illius sudario erat ligata 20,7
dicit Iesus eis
solvite eum et sinite abire
45 multi ergo ex Iudaeis qui venerant
ad Mariam et viderant quae fecit 2,23!
crediderunt in eum 12,11.42; Act 14,1!
46 quidam autem ex ipsis abierunt ad
Pharisaeos et dixerunt eis quae fe-
cit Iesus
47 collegerunt ergo pontifices et Phari- Mt 26,3.4!
saei concilium et dicebant
quid facimus quia hic homo multa 7,31! 20,30! Act 4,16
signa facit
48 si dimittimus eum sic omnes credent
in eum
et venient Romani et tollent nostrum
et locum et gentem
49 unus autem ex ipsis Caiaphas cum 49.50: 18,13.14
esset pontifex anni illius dixit eis
vos nescitis quicquam
50 nec cogitatis quia expedit nobis ut
unus moriatur homo pro populo II Sm 17,3; II Cor 5,14
et non tota gens pereat
51 hoc autem a semet ipso non dixit
sed cum esset pontifex anni illius

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ ϲο

30 illo *om.* s | 31 igitur] ergo ϲ. | ea] illa AF | 32 dicit ϲ. | 33 ut uidit] uidens ZΦ. | fremuit] et fremuit Z.; infremuit Φϲ | se] semet ZΦ | 36 ergo *om.* A | 37 ~ ex ipsis dixerunt Gϲ. | potuit Z | caeci + nati Cϲ | et *om.* ZPDϲ | 39 quadriduanum M | ~ est enim ϲ | 41 sursum] rursum Z | 44 dixit ϲ. | ~ eis iesus GΦϲ; eis *om.* C | 45 mariam + et martham ϲ. | fecit + iesus Pϲ. | 47 faciemus sMPCΦ | 48 credunt ZPG | et[3] *om.* ZPϲ | 49 caiaphas + nomine ZPGϲ. | 50 cogitatis] cognoscitis s | nobis] uobis ϲ |

prophetavit
quia Iesus moriturus erat pro gente
52 et non tantum pro gente
Mt 2,12! sed et ut filios Dei qui erant dispersi
congregaret in unum
Mt 26,4! 53 XCV/IIII Ab illo ergo die cogitaverunt ut
53.54: 7,1 interficerent eum
54 Iesus ergo iam non in palam ambu-
labat apud Iudaeos
Lc 9,10 sed abiit in regionem iuxta deser-
tum in civitatem quae dicitur
Ephrem
et ibi morabatur cum discipulis
2,13; 6,4; Lc 2,41.42; 22,1! 55 XCVI/I Proximum autem erat pascha
Iudaeorum
XCVII/X Et ascenderunt multi Hieroso-
lyma de regione ante pascha ut
sanctificarent se ipsos
7,11 56 quaerebant ergo Iesum
et conloquebantur ad invicem in
templo stantes
quid putatis quia non veniat ad di-
em festum
57 dederant autem pontifices et Phari-
saei mandatum
ut si quis cognoverit ubi sit indicet
ut adprehendant eum
12 Iesus ergo ante sex dies paschae
venit Bethaniam
ubi fuerat Lazarus mortuus quem
suscitavit Iesus
2 XCVIII/I · IIII Fecerunt autem ei cenam ibi
et Martha ministrabat
Lazarus vero unus erat ex discum-
bentibus cum eo
3 Maria ergo accepit libram unguenti
nardi pistici pretiosi
11,2; Lc 7,38! unxit pedes Iesu
et extersit capillis suis pedes eius
et domus impleta est ex odore un-
guenti
6,72! 18,2.5; Mt 10,4! 4 dicit ergo unus ex discipulis eius Iu-
das Scariotis qui erat eum traditu-
rus
5 quare hoc unguentum non veniit tre- Mt 26,9; Mc 14,5
centis denariis et datum est egenis
6 dixit autem hoc non quia de egenis
pertinebat ad eum
sed quia fur erat et loculos habens ea
quae mittebantur portabat
7 dixit ergo Iesus **7.8:**
sine illam ut in die sepulturae meae Mt 26,10–12; Mc 14,6–8
servet illud
8 pauperes enim semper habetis vobis- Mt 26,11!
cum
me autem non semper habetis
9 XCVIIII/X Cognovit ergo turba multa ex
Iudaeis quia illic est
et venerunt non propter Iesum tan-
tum
sed ut Lazarum viderent quem sus-
citavit a mortuis 17
10 cogitaverunt autem principes sacer-
dotum ut et Lazarum interficerent
11 quia multi propter illum abibant ex
Iudaeis et credebant in Iesum 42; 11,45!
12 C/I In crastinum autem turba multa
quae venerat ad diem festum
cum audissent quia venit Iesus Hie-
rosolyma
13 acceperunt ramos palmarum et pro- Mt 21,8.9! Mc 11,8–10;
cesserunt obviam ei Lc 19,36–38 18; Mt 8,34
et clamabant
osanna benedictus qui venit in no- Ps 117,26; Mt 23,39; Lc 13,35
mine Domini rex Israhel
14 CI/VII Et invenit Iesus asellum et sedit Mt 21,7; Mc 11,7; Lc 19,35
super eum
sicut scriptum est
15 noli timere filia Sion
ecce rex tuus venit sedens super pul- Za 9,9; Mt 21,5
lum asinae
16 CII/X Haec non cognoverunt discipuli 10,6! 16,18
eius primum
sed quando glorificatus est Iesus

51 quia] quod c. | 52 et² *om.* PCc; ~ ut et G | 54 in regione ZP | discipulis AFGD 𝔊] + suis *cet.* | 55 hierosolymam CΦc | 56 uenit MPCΦc; ueniet D || **12,**1 ~ lazarus fuerat Dc | 2 98/1.4 *cf. tabulas canonum*] 98/4 sZ; 98/1 *cet.* | 3 unxit sAPGD] et unxit *cet.* | [*adest* N *usque ad v.* 9] | ~ pedes eius capillis suis c | 4 dixit c. | iscariotes c | 5 uenit ZDΦ | 7 sinite Mc | in diem PD𝔠 | 9 [*deest* N *usque ad v.* 18] | est] esset ZG; erat P. | ut + et MC | a] ex ZP. | 12 audisset Φ; uidissent M | hierosolymam GCΦc |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ 𝔠

2.22! tunc recordati sunt quia haec erant
scripta de eo
et haec fecerunt ei
17 testimonium ergo perhibebat turba
quae erat cum eo
quando Lazarum vocavit de monu-
9 mento et suscitavit eum a mortuis
13; Mt 8,34 18 propterea et obviam venit ei turba
Act 8,6 quia audierunt eum fecisse hoc sig-
num
19 Pharisaei ergo dixerunt ad semet ip-
sos
Mt 27,24 videtis quia nihil proficimus
3,26 ecce mundus totus post eum abiit
20 erant autem gentiles quidam ex his
Act 8,27; 24,11 qui ascenderant ut adorarent in die
festo
1,44 21 hii ergo accesserunt ad Philippum
qui erat a Bethsaida Galilaeae
et rogabant eum dicentes
Lc 8,20! domine volumus Iesum videre
22 venit Philippus et dicit Andreae
Andreas rursum et Philippus dixe-
runt Iesu
23 CIII IIII Iesus autem respondit eis dicens
venit hora ut clarificetur Filius ho-
minis
24 CIIII X Amen amen dico vobis
24.25; I Cor 15,36 nisi granum frumenti cadens in ter-
ram mortuum fuerit 25 ipsum solum
manet
si autem mortuum fuerit multum
fructum adfert
Mt 10,39; 16,25; Mc 8,35; Lc 9,24; 17,33 CV III Qui amat animam suam perdet
eam
et qui odit animam suam in hoc
mundo
in vitam aeternam custodit eam
26 CVI X Si quis mihi ministrat me sequa-
tur

et ubi sum ego illic et minister meus 14,3; 17,24; II Sm 15,21!
erit
si quis mihi ministraverit honorifi-
cabit eum Pater meus
27 CVII IIII Nunc anima mea turbata est Mt 26,38! Mc 14,34
et quid dicam
Pater salvifica me ex hora hac
CVIII X Sed propterea veni in horam
hanc
28 Pater clarifica tuum nomen
venit ergo vox de caelo Mt 3,17!
et clarificavi et iterum clarificabo
29 turba ergo quae stabat et audierat
dicebant tonitruum factum esse
alii dicebant
angelus ei locutus est Act 23,9
30 respondit Iesus et dixit
non propter me vox haec venit sed
propter vos
31 nunc iudicium est mundi 16,11
nunc princeps huius mundi eicietur Hbr 2,14; Apc 12,9.10
foras
32 et ego si exaltatus fuero a terra om- 8,28!
nia traham ad me ipsum
33 hoc autem dicebat significans qua 18,32; 21,19
morte esset moriturus
34 respondit ei turba
nos audivimus ex lege quia Christus
manet in aeternum
et quomodo tu dicis oportet exaltari 3,14!
Filium hominis
quis est iste Filius hominis
35 dixit ergo eis Iesus 7,33!
adhuc modicum lumen in vobis est
ambulate dum lucem habetis ut non
tenebrae vos conprehendant
et qui ambulat in tenebris nescit quo I Io 2,11
vadat
36 dum lucem habetis credite in lucem
ut filii lucis sitis Eph 5,8!

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ cϲ 17 quando] quia MG. | 18 quia] qui ZP. | 19 [*adest* N *usque ad v.* 24] | profecimus ZP D | 20 ~ quidam gentiles c. | 22 dixerunt] dicunt AMFGϲ | iesum Z | 23 clarificetur] glorificetur AMFGϲ | 24 [*deest* N *usque ad* 13,13] | in terra ZPC | 25 adferet Z | 26 ministrauerit] ministrabit AMF; ministrat P | honorificauit ZP | 27 salua me G.; saluum me fac ZPΦ | ~ hac hora sGCc | 28 clarifica] glorifica MZ | ~ nomen tuum Cc | 29 audierant s; audiebat FGDC | dicebant sAFP] dicebat *cet.* | ~ esse factum c. | 30 ~ haec uox c | 31 eicitur M | 34 audimus s | oportet *om.* Z; ~ exaltari oportet s. | 35 eis *om.* AMF | modicum + tempus M.; + temporis P. | ~ uos tenebrae c. | 36 in luce Z |

8,59 haec locutus est Iesus et abiit et abscondit se ab eis
Ex 11,9! 37 cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum
38 ut sermo Esaiae prophetae impleretur quem dixit
Is 53,1; Rm 10,16 Domine quis credidit auditui nostro
et brachium Domini cui revelatum est
39 CVIIII I Propterea non poterant credere
quia iterum dixit Esaias
Is 6,10! Mt 13,15! Mc 4,12; 8,17.18; Lc 8,10 40 excaecavit oculos eorum et induravit eorum cor
ut non videant oculis et intellegant corde et convertantur et sanem eos
41 CX X Haec dixit Esaias quando vidit gloriam eius et locutus est de eo
42 verumtamen et ex principibus multi
11; 11,45! crediderunt in eum
sed propter Pharisaeos non confitebantur ut de synagoga non eicerentur
5,44 43 dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei
44 CXI I Iesus autem clamavit et dixit
5,24 qui credit in me non credit in me sed
44.45: 13,20; Mt 10,40! Mc 9,36 in eum qui misit me
14,9 45 et qui videt me videt eum qui misit me
3,19; 8,12! 46 CXII X Ego lux in mundum veni
ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat
Mt 7,26 47 et si quis audierit verba mea et non custodierit
8,11.15 ego non iudico eum
3,17! non enim veni ut iudicem mundum
sed ut salvificem mundum
48 qui spernit me et non accipit verba mea
habet qui iudicet eum
sermo quem locutus sum ille iudicabit eum in novissimo die
7,16! 8,28! 14,10 49 quia ego ex me ipso non sum locutus
sed qui misit me Pater
ipse mihi mandatum dedit quid dicam et quid loquar 10,18; 14,31
50 et scio quia mandatum eius vita aeterna est 6,69
quae ergo ego loquor sicut dixit mihi Pater sic loquor 8,26! 28
13 ante diem autem festum paschae
sciens Iesus quia venit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad Patrem
cum dilexisset suos qui erant in mundo
in finem dilexit eos
2 CXIII VIIII Et cena facta cum diabolus iam 27; Lc 22,3.4
misisset in corde ut traderet eum Iudas Simonis Scariotis
3 CXIIII III Sciens quia omnia dedit ei Pa- 3,35!
ter in manus
et quia a Deo exivit et ad Deum vadit 8,42; 16,28!
4 CXV X Surgit a cena et ponit vestimenta sua
et cum accepisset linteum praecinxit se 4.5: Lc 12,37
5 deinde mittit aquam in pelvem
et coepit lavare pedes discipulorum
et extergere linteo quo erat praecinctus
6 venit ergo ad Simonem Petrum
et dicit ei Petrus
Domine tu mihi lavas pedes
7 respondit Iesus et dicit ei
quod ego facio tu nescis modo scies autem postea
8 dicit ei Petrus
non lavabis mihi pedes in aeternum
respondit Iesus ei
si non lavero te non habes partem mecum
9 dicit ei Simon Petrus
Domine non tantum pedes meos sed et manus et caput
10 dicit ei Iesus

36 est + eis AMF | 40 ~ cor eorum c. | et² + non c | 42 et *om.* sGDΦ | de] e c. | 46 in mundo AD; in hunc mundum P | ut] et Z | 47 custodierit + ea ZPC | iudicabo sZ | saluum faciam ZGΦ | 48 iudicabit] iudicauit ZP || 13,1 autem *om.* c | eius *om.* A F; ~ hora eius sGc | 2 inmisisset Φ; se immisisset Z | in cor CΦc | simon sPDC | iscariotae c. | 3 *num.* 115/10 *ad* et quia *pon.* o | 5 misit ZPCΦ | 7 dixit PCc | 8 ~ ei iesus PGCc | habebis MPc

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

qui lotus est non indiget ut lavet
sed est mundus totus
15,3 et vos mundi estis sed non omnes
6,65 11 sciebat enim quisnam esset qui traderet eum
propterea dixit non estis mundi omnes
12 postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua
cum recubuisset iterum dixit eis
scitis quid fecerim vobis
Mt 23,10 13 CXVI III Vos vocatis me magister et Domine
et bene dicitis sum etenim
Gn 18,4! 14 CXVII X Si ergo ego lavi vestros pedes Dominus et magister
I Tim 5,10 et vos debetis alter alterius lavare pedes
15 exemplum enim dedi vobis
Col 3,13! 1 Pt 2,21; 1 Io 2,6 ut quemadmodum ego feci vobis ita et vos faciatis
16 CXVIII III Amen amen dico vobis
15,20; Mt 10,24; Lc 6,40 non est servus maior domino suo
neque apostolus maior eo qui misit illum
Lc 12,43; Iac 1,25 17 si haec scitis beati eritis si feceritis ea
18 CXVIIII X Non de omnibus vobis dico
15,16.19 ego scio quos elegerim
sed ut impleatur scriptura
Ps 40,10! Mt 26,23; Mc 14,18; Lc 22,21 qui manducat mecum panem levavit contra me calcaneum suum
14,29; Ez 33,33! 19 amodo dico vobis priusquam fiat
ut credatis cum factum fuerit quia ego sum
20 CXX I Amen amen dico vobis
12,44.45! Mt 10,40! Mc 9,36; Lc 9,48 qui accipit si quem misero me accipit
qui autem me accipit accipit eum qui me misit
21 CXXI IIII Cum haec dixisset Iesus turbatus est spiritu
et protestatus est et dixit
amen amen dico vobis quia unus ex vobis tradet me Mt 26,21; Mc 14,18
22 CXXII I Aspiciebant ergo ad invicem discipuli
haesitantes de quo diceret
23 CXXIII X Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu
quem diligebat Iesus 19,26; 20,2; 21,7.20
24 innuit ergo huic Simon Petrus et dicit ei
quis est de quo dicit
25 itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu dicit ei 21,20
Domine quis est
26 respondit Iesus
ille est cui ego intinctum panem porrexero
CXXIIII VIIII Et cum intinxisset panem
dedit Iudae Simonis Scariotis
27 et post buccellam tunc introivit in illum Satanas 2; Lc 22,3
CXXV X Dicit ei Iesus
quod facis fac citius
28 hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei
29 quidam enim putabant quia loculos habebat Iudas
quia dicit ei Iesus
eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum
aut egenis ut aliquid daret
30 cum ergo accepisset ille buccellam exivit continuo
erat autem nox
31 cum ergo exisset dicit Iesus
nunc clarificatus est Filius hominis 17,1!
et Deus clarificatus est in eo
32 si Deus clarificatus est in eo et Deus clarificabit eum in semet ipso 8,54! 17,5!
et continuo clarificabit eum
33 filioli adhuc modicum vobiscum sum 7,33.34

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

10 ut lauet + nisi pedes P.; nisi ut pedes lauet ACc | 13 [*adest* N *usque ad v.* 35] | etenim] enim N | 14 ~ pedes uestros AMFPGco | 16 maior² + est c. | 18 adimpleatur Mc | leuabit sAFCΦc | 19 ~ cum factum fuerit credatis c. | 20 accepit⁴ sZP | 24 dixit¹ c. | 26 cui respondit AMFGo | simoni sNZPC | iscariotae c. | 27 tunc *om.* c | illum] eum c | dicit] et dixit c | 29 quod dicit F; quod dixisset ZPΦc | 31 dixit c | 32 si deus clarificatus est in eo *om.* ZFG | clarificabit¹ AGCco𝔊] clarificauit *cet.* | clarificabit²] clarificauit SZFPΦ |

quaeretis me
7,36; 8,21 et sicut dixi Iudaeis quo ego vado vos
non potestis venire
36 et vobis dico modo
15,12.17; I Th 4,9! I Io 3,11.23; II Io 5 34 mandatum novum do vobis ut diligatis invicem
sicut dilexi vos ut et vos diligatis invicem
35 in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis
si dilectionem habueritis ad invicem
36 CXXVI I Dicit ei Simon Petrus
Domine quo vadis
respondit Iesus
33; 7,34.36; 8,21 quo ego vado non potes me modo sequi
sequeris autem postea
37 dicit ei Petrus
Lc 22,33 quare non possum sequi te modo
animam meam pro te ponam
38 respondit Iesus
animam tuam pro me ponis
amen amen dico tibi
Mt 26,34.75; Mc 14,30.72; Lc 22,34.61 non cantabit gallus donec me ter neges
27 **14** CXXVII X Non turbetur cor vestrum
II Par 20,20! Mc 11,22 creditis in Deum et in me credite
2 in domo Patris mei mansiones multae sunt
si quo minus dixissem vobis
Hbr 11,16 quia vado parare vobis locum
3 et si abiero et praeparavero vobis locum
28 iterum venio et accipiam vos ad me ipsum
12,26! 17,24 ut ubi sum ego et vos sitis
4 et quo ego vado scitis et viam scitis
5 dicit ei Thomas
Domine nescimus quo vadis et quomodo possumus viam scire
6 dicit ei Iesus
11,25; Sir 24,25 ego sum via et veritas et vita
Eph 2,18! nemo venit ad Patrem nisi per me

7 si cognovissetis me et Patrem meum 8,19!
utique cognovissetis
et amodo cognoscitis eum et vidistis eum
8 dicit ei Philippus
Domine ostende nobis Patrem et sufficit nobis
9 dicit ei Iesus
tanto tempore vobiscum sum et non cognovistis me Philippe
qui vidit me vidit et Patrem 12,45!
quomodo tu dicis ostende nobis Patrem
10 non credis quia ego in Patre et Pater 11; 10,38; 17,21
in me est
verba quae ego loquor vobis a me 12,49!
ipso non loquor
Pater autem in me manens ipse facit opera
11 non creditis quia ego in Patre et Pa- 10; 10,38; 17,21
ter in me est
12 alioquin propter opera ipsa credite
amen amen dico vobis
qui credit in me opera quae ego facio et ipse faciet
et maiora horum faciet quia ego ad 1,50; 5,20
Patrem vado 28; 7,33! 16,10.16.17.28!
13 CXXVIII IIII Et quodcumque petieritis in 15,7!
nomine meo hoc faciam 13.14: 11,22! 15,16! I Io 5,14
ut glorificetur Pater in Filio
14 si quid petieritis me in nomine meo
hoc faciam
15 si diligitis me mandata mea servate 21! 23; Dt 11,1! Sir 2,18
16 et ego rogabo Patrem et alium para- 26!
cletum dabit vobis
ut maneat vobiscum in aeternum
17 Spiritum veritatis quem mundus non potest accipere
quia non videt eum nec scit eum 1.10!
vos autem cognoscitis eum quia apud vos manebit et in vobis erit
18 non relinquam vos orfanos
veniam ad vos 28

33 quaeretis sNAMc𝔊] quaeritis *cet.* | 34 sicut — inuicem² *om.* NZ | 35 ~ discipuli mei c | [*deest* N *usque ad* 16,1] | 37 ~ te sequi AMG𝔠𝔬 | 38 respondit + ei c | pones PDΦc | ~ ter me Pc ‖ **14**,3 ut] et MP | 6 et¹ *om.* ZDΦ | 7 cognoscitis] cognoscetis MDΦc; nostis P. | 9 uidet¹·² Pc | 10 creditis Ac | in patrem SZG. | 13 petieritis + patrem Pc | 17 cognoscetis PCΦc |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ 𝔠𝔬

16,16! [19]adhuc modicum et mundus me iam
non videt
vos autem videtis me
quia ego vivo et vos vivetis
[20]in illo die vos cognoscetis quia ego
15,4! 17,23 sum in Patre meo et vos in me et
ego in vobis
15! 15,10; Dt 11,13! Sap 6,19; I Io 2,5; 5,3! [21]qui habet mandata mea et servat ea
ille est qui diligit me
16,27 CXXVIIII I Qui autem diligit me dilige-
tur a Patre meo
et ego diligam eum et manifestabo
ei me ipsum
[22]CXXX X Dicit ei Iudas non ille Scario-
tis
Domine quid factum est quia nobis
7,4; Act 10,40.41 manifestaturus es te ipsum et non
mundo
[23]respondit Iesus et dixit ei
15! I Io 2,24! si quis diligit me sermonem meum
servabit
et Pater meus diliget eum
et ad eum veniemus et mansiones
apud eum faciemus
[24]qui non diligit me sermones meos
non servat
7,16! CXXXI I Et sermonem quem audistis
non est meus
sed eius qui misit me Patris
[25]haec locutus sum vobis apud vos ma-
nens
Sap 9,17 [26]CXXXII X Paracletus autem Spiritus
16; 15,26! Lc 12,12 Sanctus quem mittet Pater in no-
mine meo
16,13; I Io 2,27 ille vos docebit omnia
et suggeret vobis omnia quaecum-
que dixero vobis
16,33; II Th 3,16! [27]pacem relinquo vobis pacem meam
do vobis
non quomodo mundus dat ego do
vobis
1 non turbetur cor vestrum neque for-
midet

[28]audistis quia ego dixi vobis vado et 3.18
venio ad vos
si diligeretis me gauderetis utique
quia vado ad Patrem 12!
quia Pater maior me est
[29]et nunc dixi vobis priusquam fiat 13,19!
ut cum factum fuerit credatis
[30]iam non multa loquar vobiscum
venit enim princeps mundi huius et
in me non habet quicquam
[31]sed ut cognoscat mundus quia dili-
go Patrem
et sicut mandatum dedit mihi Pater 10,18; 12,49!
sic facio
surgite eamus hinc Mt 26,45; Mc 14,42
15 ego sum vitis vera et Pater meus 5
agricola est
[2]omnem palmitem in me non feren- Mt 3,10; 7,19; Lc 3,9
tem fructum tollet eum
et omnem qui fert fructum purgabit
eum ut fructum plus adferat
[3]iam vos mundi estis propter sermo- 13,10
nem quem locutus sum vobis
[4]manete in me et ego in vobis 7! 14,20
sicut palmes non potest ferre fruc-
tum a semet ipso nisi manserit in
vite
sic nec vos nisi in me manseritis
[5]ego sum vitis vos palmites 1
qui manet in me et ego in eo
hic fert fructum multum
quia sine me nihil potestis facere II Cor 3,5
[6]si quis in me non manserit mittetur
foras sicut palmes et aruit
et colligent eos et in ignem mittunt Mt 3,10; 7,19; Lc 3,9
et ardent
[7]CXXXIII IIII Si manseritis in me et verba 4! 8,31
mea in vobis manserint
quodcumque volueritis petetis et fiet 14,13! Mt 7,7.8!
vobis
[8]CXXXIIII X In hoc clarificatus est Pater Phil 1,11
meus
ut fructum plurimum adferatis

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co 20 sum *om.* SZDC | 22 iscariotes c. | ~ manifestaturus es nobis c. | 23 diliget SAG co 𝔊] diligit *cet.* | mansionem SPGCΦ co | 24 ~ me misit AMF | 30 loquor S | ~ huius mundi MG || 15,2 tollit SP. | 5 adfert ZΦ; feret D. | 6 et si ZΦ. | arescet Φ c; arescit G; arescent P. | eos] eum c | mittent sC c | ardet c | 7 petetis et] et petieritis Z |

et efficiamini mei discipuli
3,35; 5,20; 10,17; 17,23 9 sicut dilexit me Pater et ego dilexi
vos
manete in dilectione mea
14,21! 10 si praecepta mea servaveritis mane-
bitis in dilectione mea
8,29 sicut et ego Patris mei praecepta ser-
vavi et maneo in eius dilectione
11 haec locutus sum vobis ut gaudium
3,29; 16,24; 17,13; I Io 1,4; II Io 12 meum in vobis sit
et gaudium vestrum impleatur
17; 13,34! 12 hoc est praeceptum meum ut diliga-
tis invicem sicut dilexi vos
13 CXXXV IIII Maiorem hac dilectionem
10,11! Rm 16,4! I Io 3,16! nemo habet ut animam suam quis
ponat pro amicis suis
8,31; Mt 12,50 14 CXXXVI X Vos amici mei estis si feceritis
quae ego praecipio vobis
15 iam non dico vos servos
quia servus nescit quid facit dominus
eius
Lc 12,4 vos autem dixi amicos
8,26! 17,8; Act 20,27! quia omnia quaecumque audivi a
Patre meo nota feci vobis
19; 13,18 16 non vos me elegistis sed ego elegi vos
et posui vos ut eatis et fructum ad-
feratis
14,13.14! 16,23.24 et fructus vester maneat
CXXXVII IIII Ut quodcumque petieritis
Patrem in nomine meo det vobis
12; 13,34! 17 CXXXVIII X Haec mando vobis ut dili-
gatis invicem
17,14; Mt 10,22! I Io 3,13 18 si mundus vos odit scitote quia me
priorem vobis odio habuit
19 si de mundo fuissetis mundus quod
suum erat diligeret
17,16! quia vero de mundo non estis sed ego
16; 13,18 elegi vos de mundo
17,14! propterea odit vos mundus
20 CXXXVIIII III Mementote sermonis mei
quem ego dixi vobis
13,16; Mt 10,24; Lc 6,40 non est servus maior domino suo
CXL X Si me persecuti sunt et vos perse-
quentur
si sermonem meum servaverunt et
vestrum servabunt
21 CXLI I Sed haec omnia facient vobis 16,3; Mt 10,22!
propter nomen meum
CXLII III Quia nesciunt eum qui misit 7,28; 8,55; 17,25
me
22 CXLIII X Si non venissem et locutus fuis-
sem eis peccatum non haberent 24; 9,41
nunc autem excusationem non ha-
bent de peccato suo
23 CXLIIII I Qui me odit et Patrem meum 5,23! Lc 10,16!
odit
24 CXLV X Si opera non fecissem in eis 3,2!
quae nemo alius fecit
peccatum non haberent 22; 9,41
nunc autem et viderunt et oderunt
et me et Patrem meum
25 sed ut impleatur sermo qui in lege
eorum scriptus est
quia odio me habuerunt gratis Ps 34,19!
26 cum autem venerit paracletus 26.27: Act 1,8!
quem ego mittam vobis a Patre Spi- 14,26! 16,7; Lc 24,49
ritum veritatis qui a Patre procedit
ille testimonium perhibebit de me I Io 5,6
27 et vos testimonium perhibetis quia 21,24! Lc 24,48!
ab initio mecum estis Lc 1,2; Act 1,21
16 haec locutus sum vobis ut non
scandalizemini
2 absque synagogis facient vos 9,22!
CXLVI I Sed venit hora ut omnis qui
interficit vos arbitretur obsequium
se praestare Deo
3 et haec facient quia non noverunt 1,10! 8,19! 55; 15,21; 17,25
Patrem neque me
4 sed haec locutus sum vobis
ut cum venerit hora eorum reminis-
camini quia ego dixi vobis
5 CXLVII X Haec autem vobis ab initio
non dixi quia vobiscum eram
at nunc vado ad eum qui me misit 7,33!
et nemo ex vobis interrogat me quo
vadis

10 in eius dilectionem M | 13 hac sACco𝔊] hanc *cet.* | ~ ponat quis MGc | 14 praecepi Z | 15 dico] dicam c | faciat ZFPDCΦc | 21 ~ me misit ZPDΦ | 25 adimpleatur c.; impleretur Z. | ~ odio habuerunt me Pc; oderunt me ZΦ | 26 perhibet ZD | 27 perhibebitis SPCΦc || **16**,1 *num.* 146/1 *ad* haec *pon.* SMZ | [*adest* N *usque ad v.* 21] | 2 ~ se obsequium SZPCΦ | 3 facient + uobis Pc | 5 at] et ZPc | ~ misit me c |

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co

[6] sed quia haec locutus sum vobis tris-
Mt 17,22 titia implevit cor vestrum
[7] sed ego veritatem dico vobis
expedit vobis ut ego vadam
si enim non abiero paracletus non
veniet ad vos
15,26! si autem abiero mittam eum ad vos
IV Esr 12,32 [8] et cum venerit ille arguet mundum
de peccato et de iustitia et de iudi-
cio
[9] de peccato quidem quia non cre-
dunt in me
14,12! [10] de iustitia vero quia ad Patrem vado
et iam non videbitis me
12,31! [11] de iudicio autem quia princeps mun-
di huius iudicatus est
Hbr 5,11 [12] adhuc multa habeo vobis dicere
sed non potestis portare modo
[13] cum autem venerit ille Spiritus veri-
14,26! I Io 2,27! tatis docebit vos in omnem verita-
tem
non enim loquetur a semet ipso
sed quaecumque audiet loquetur
Gn 41,25! et quae ventura sunt adnuntiabit vo-
bis
[14] ille me clarificabit quia de meo acci-
piet et adnuntiabit vobis
17,10; Lc 15,31 [15] CXLVIII III Omnia quaecumque habet
Pater mea sunt
CXLVIIII X Propterea dixi quia de meo
accipit et adnuntiabit vobis
19; 7,33; 14,19 [16] modicum et iam non videbitis me
et iterum modicum et videbitis me
14,12! quia vado ad Patrem
[17] dixerunt ergo ex discipulis eius ad
invicem
Mc 9,9 quid est hoc quod dicit nobis
modicum et non videbitis me
14,12! et iterum modicum et videbitis me
et quia vado ad Patrem
[18] dicebant ergo
quid est hoc quod dicit modicum
nescimus quid loquitur 10,6! 12,16
[19] cognovit autem Iesus quia volebant
eum interrogare
et dixit eis
de hoc quaeritis inter vos quia dixi
modicum et non videbitis me et ite- 16!
rum modicum et videbitis me
[20] amen amen dico vobis
quia plorabitis et flebitis vos
mundus autem gaudebit Apc 11,10
vos autem contristabimini
sed tristitia vestra vertetur in gaudi-
um
[21] mulier cum parit tristitiam habet Is 26,17! Apc 12,2
quia venit hora eius
cum autem pepererit puerum iam
non meminit pressurae propter
gaudium
quia natus est homo in mundum
[22] et vos igitur nunc quidem tristitiam
habetis
iterum autem videbo vos et gaude- 20,20; Is 66,14
bit cor vestrum
et gaudium vestrum nemo tollit a
vobis
[23] et in illo die me non rogabitis quic-
quam
CL IIII Amen amen dico vobis
si quid petieritis Patrem in nomine 15,16!
meo dabit vobis
[24] usque modo non petistis quicquam
in nomine meo
petite et accipietis ut gaudium ves- 15,11! 16! 17,13
trum sit plenum
[25] CLI X Haec in proverbiis locutus sum 29; Lc 21,29!
vobis
venit hora cum iam non in prover-
biis loquar vobis
sed palam de Patre adnuntiabo vo-
bis

S(sN)AMZ (F)P(G)DCΦ co 7 enim] ego N | 9 crediderunt ZPCΦ c | 10 uidetis Z | 11 ~ huius mundi SNMPD c | iudicatus] *praem.* iam NP c | 13 docebit uos in SAMFPGD (ducebit *uel* ducet uos in *ex* 𝔊 *corrigendum videtur*)] docebit uos NZCΦ co | loquitur[1] MZFPD | adnuntiauit ZP | 14 clarificauit MP | 15 accipit SNZ. 𝔊] accipiit P.; accepit D.; accipiet *cet.* | 18 loquatur SZ | 21 [*deest* N *usque ad* 21,25] | pepererit] peperit ZDCΦ; genuerit G. | in mundo S | 22 habebitis AFPG | tollet SZDCΦ co | 23 me *om.* SZ | rogabitis] interrogabitis ZPDΦ |

[26] illo die in nomine meo petetis
17,9 et non dico vobis quia ego rogabo
Patrem de vobis
14,21 [27] ipse enim Pater amat vos quia vos
me amastis
30; 17,8; I Io 5,1! et credidistis quia ego a Deo exivi
13,3! [28] exivi a Patre et veni in mundum
14,12! iterum relinquo mundum et vado ad
Patrem
[29] dicunt ei discipuli eius
25 ecce nunc palam loqueris et prover-
bium nullum dicis
[30] nunc scimus quia scis omnia
2,25 et non opus est tibi ut quis te inter-
roget
27! 17,8 in hoc credimus quia a Deo existi
[31] CLII IIII Respondit eis Iesus
modo creditis
[32] ecce venit hora et iam venit
Mt 26,56; Mc 14,50 ut dispergamini unusquisque in pro-
pria et me solum relinquatis
8,16.29 et non sum solus quia Pater mecum
est
[33] CLIII X Haec locutus sum vobis ut in
14,27! me pacem habeatis
in mundo pressuram habetis
I Io 5,4 sed confidite ego vici mundum
17 haec locutus est Iesus
11,41 et sublevatis oculis in caelum dixit
5; 8,54! 13,31 Pater venit hora clarifica Filium tu-
um
ut Filius tuus clarificet te
Mt 9,6! [2] sicut dedisti ei potestatem omnis car-
nis
10,28! ut omne quod dedisti ei det eis vitam
aeternam
Sap 15,3; I Io 5,11.20 [3] haec est autem vita aeterna ut co-
gnoscant te solum verum Deum et
quem misisti Iesum Christum
[4] ego te clarificavi super terram
5,36 opus consummavi quod dedisti mihi
ut faciam
1! 13,32! [5] et nunc clarifica me tu Pater apud
temet ipsum
claritatem quam habui priusquam
mundus esset apud te
[6] manifestavi nomen tuum hominibus Hbr 2,12!
quos dedisti mihi de mundo tui erant 9
et mihi eos dedisti
et sermonem tuum servaverunt
[7] nunc cognoverunt quia omnia quae
dedisti mihi abs te sunt
[8] quia verba quae dedisti mihi dedi eis 15,15!
et ipsi acceperunt et cognoverunt 16,27! 30
vere quia a te exivi
et crediderunt quia tu me misisti 6,29! 11,42
[9] ego pro eis rogo non pro mundo ro- 16,26
go
sed pro his quos dedisti mihi quia tui 6
sunt
[10] et mea omnia tua sunt et tua mea 16,15; Lc 15,31
sunt
et clarificatus sum in eis
[11] et iam non sum in mundo et hii in
mundo sunt
et ego ad te venio
Pater sancte serva eos in nomine tuo 24; 10,29
quos dedisti mihi
ut sint unum sicut et nos 21.22; 10,30
[12] cum essem cum eis ego servabam eos
in nomine tuo
quos dedisti mihi custodivi 6,39! 18,9; IV Esr 2,26
et nemo ex his perivit nisi filius per-
ditionis
ut scriptura impleatur
[13] nunc autem ad te venio
et haec loquor in mundo ut habeant
gaudium meum impletum in semet 15,11! 16,24
ipsis
[14] ego dedi eis sermonem tuum
et mundus odio eos habuit 15,18! 19
quia non sunt de mundo sicut et ego
non sum de mundo 8,23!
[15] non rogo ut tollas eos de mundo sed
ut serves eos ex malo Mt 6,13!
[16] de mundo non sunt sicut et ego non 15,19

26 in illo c | petitis SFPGD | 27 amastis SZCc𝔊] amatis *cet.* | creditis MD | ego *om.* A | 29 ei *om.* MG. | 31 amodo Z | 33 in mundum AF | habetis SF𝔊] habeatis D; habebitis *cet.* ‖ **17**,1 ut + et MP | 3 ~ deum uerum AMFDc | 5 claritate SA co | 6 tui] hi SZ | 7 et nunc Z | 12 his] eis Dc | peribit AZ; perit s | 14 ~ eos odio c | 15 ex] a PGDc | 16 et *om.* MFD |

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ co

8,23! sum de mundo
17 sanctifica eos in veritate
Ps 118,160 sermo tuus veritas est
20,21 18 sicut me misisti in mundum
et ego misi eos in mundum
19 et pro eis ego sanctifico me ipsum
ut sint et ipsi sanctificati in veritate
20 non pro his autem rogo tantum
sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me
11; 10,38; 14,10.11 21 ut omnes unum sint sicut tu Pater in me et ego in te
ut et ipsi in nobis unum sint
ut mundus credat quia tu me misisti
22 et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis
11; 10,30 ut sint unum sicut nos unum sumus
14,20 23 ego in eis et tu in me
ut sint consummati in unum
et cognoscat mundus quia tu me misisti
15,9! et dilexisti eos sicut me dilexisti
11; 10,29; 12,26! 14,3 24 Pater quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum et illi sint mecum
ut videant claritatem meam quam dedisti mihi
quia dilexisti me ante constitutionem mundi
7,28.29! 15,21; 16,3 25 CLIIII/III Pater iuste et mundus te non cognovit
ego autem te cognovi
CLV/X Et hii cognoverunt quia tu me misisti
26 et notum feci eis nomen tuum et notum faciam
ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis
18 CLVI/I Haec cum dixisset Iesus
II Sm 15,23; Mt 26,30! Lc 22,39! egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron
ubi erat hortus in quem introivit ipse et discipuli eius
2 CLVII/X Sciebat autem et Iudas qui tradebat eum ipsum locum 12,4!
quia frequenter Iesus convenerat illuc cum discipulis suis
3 CLVIII/I Iudas ergo cum accepisset cohortem Mt 26,47
et a pontificibus et Pharisaeis ministros
venit illuc cum lanternis et facibus et armis
4 CLVIIII/X Iesus itaque sciens omnia quae ventura erant super eum
processit et dicit eis
quem quaeritis 7; 1,38; 20,15
5 responderunt ei
Iesum Nazarenum
dicit eis Iesus
ego sum
stabat autem et Iudas qui tradebat eum cum ipsis 12,4!
6 ut ergo dixit eis ego sum
abierunt retrorsum et ceciderunt in terram
7 iterum ergo eos interrogavit
quem quaeritis 4; 1,38; 20,15
illi autem dixerunt
Iesum Nazarenum
8 respondit Iesus
dixi vobis quia ego sum Act 10,21
si ergo me quaeritis sinite hos abire
9 ut impleretur sermo quem dixit
quia quos dedisti mihi non perdidi ex ipsis quemquam 6,39! 17,12!
10 CLX/I Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum Mc 14,47 **10.11:** Mt 26,51.52
et percussit pontificis servum et abscidit eius auriculam dextram 26; Lc 22,50
erat autem nomen servo Malchus
11 dixit ergo Iesus Petro
mitte gladium in vaginam Mt 26,42
CLXI/I Calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum

S(s)AMZ (F)P(G)DCΦ cɒ 18 sicut + tu ZCΦc | 19 ego *om.* M | 20 his] eis c. | 21 sicut + et ZDΦ | ~ credat mundus c. | 22 eis] illis AMFDɒ | sicut + et sZPGCΦc | 23 dilexisti¹] dilexi Z | sicut ZC𝔊] sicut et *cet.* | 24 ~ sum ego c. | 25 et¹ *om.* ZPCc ‖ **18**,2 ipsum sZC] *om. cet.* | 3 ergo] autem s | pontificibus] principibus M | 4 dixit c. | quem] quid SGDC | 7 ~ interrogauit eos c | 9 ipsis] eis Gc | 10 eius] ei Z | ~ auriculam eius Fc | 11 *num.* 161/1 *ad* dixit *pon.* MZFPCΦɒ | gladium + tuum M(*vid.*) c | non + uis ut ZP. | illam A; illut G. |

12 CLXII/I Cohors ergo et tribunus et mi-
nistri Iudaeorum conprehenderunt
Iesum et ligaverunt eum
13 CLXIII/X Et adduxerunt eum ad Annam
primum
13.14: 11,49.50! erat enim socer Caiaphae qui erat
pontifex anni illius
14 erat autem Caiaphas qui consilium
dederat Iudaeis
quia expedit unum hominem mori
pro populo
Mt 26,58: 15 CLXIIII/IIII Sequebatur autem Iesum Si-
Mc 14,54: Lc 22,54 20,2.3 mon Petrus et alius discipulus
CLXV/X Discipulus autem ille erat no-
tus pontifici
et introivit cum Iesu in atrium pon-
tificis
16 CLXVI/I Petrus autem stabat ad ostium
foris
CLXVII/X Exivit ergo discipulus alius
qui erat notus pontifici
et dixit ostiariae et introduxit Pet-
rum
Mt 26,69.70 17 CLXVIII/I Dicit ergo Petro ancilla ostia-
17.18: Mc 14,66–68: Lc 22,55–57 ria
25 numquid et tu ex discipulis es homi-
nis istius
dicit ille non sum
18 CLXVIIII/X Stabant autem servi et mi-
nistri ad prunas quia frigus erat et
calefiebant
25 erat autem cum eis et Petrus stans et
calefaciens se
19 pontifex ergo interrogavit Iesum de
discipulis suis et de doctrina eius
20 CLXX/I Respondit ei Iesus
7,26 ego palam locutus sum mundo
Mt 26,55! ego semper docui in synagoga et in
templo quo omnes Iudaei conveni-
unt
Is 45,19! et in occulto locutus sum nihil
21 CLXXI/X Quid me interrogas
interroga eos qui audierunt quid lo-
cutus sum ipsis
ecce hii sciunt quae dixerim ego
22 CLXXII/I Haec autem cum dixisset
unus adsistens ministrorum dedit
alapam Iesu dicens 19,3
sic respondes pontifici
23 CLXXIII/X Respondit ei Iesus
si male locutus sum testimonium
perhibe de malo
si autem bene quid me caedis
24 CLXXIIII/I Et misit eum Annas ligatum Mt 26,57: Mc 14,53:
ad Caiaphan pontificem Lc 22,54
25 CLXXV/I Erat autem Simon Petrus 18
stans et calefaciens se 25—27: Mt 26,69–74:
dixerunt ergo ei Mc 14,69–72: Lc 22,58–60
numquid et tu ex discipulis eius es 17
negavit ille et dixit non sum
26 dicit unus ex servis pontificis cogna- 10!
tus eius cuius abscidit Petrus auri-
culam
nonne ego te vidi in horto cum illo
27 iterum ergo negavit Petrus
et statim gallus cantavit
28 CLXXVI/I Adducunt ergo Iesum a Caia- Mt 27,2 Lc 23,1
pha in praetorium
erat autem mane Mt 27,1! Lc 22,66
CLXXVII/X Et ipsi non introierunt in
praetorium
ut non contaminarentur sed mandu-
carent pascha
29 exivit ergo Pilatus ad eos foras et di- 38
xit
quam accusationem adfertis adver-
sus hominem hunc
30 responderunt et dixerunt ei
si non esset hic malefactor non tibi
tradidissemus eum
31 dixit ergo eis Pilatus
accipite eum vos et secundum legem
vestram iudicate eum
dixerunt ergo ei Iudaei
nobis non licet interficere quem-
quam

12 [*deest* P *usque ad* 21,25] | 13 enim] autem ZΦ | 14 dedit SZDC | 16 discipulus alius] disc. ille A; disc. ille alius C; ille disc. alius G. | 18 calefaciebant MD; calefaciebant se Cc | 19 interrogabat ZΦ | suis *om.* AMFG | 21 sum] sim c. | 26 dicit + ei c | 28 ad caiapha M; ad caiphan SZDC | sed + ut c | 29 defertis ZΦ | 31 ei *om.* SAFDΦ |

S(s)AMZ (FPG)DCΦ cΘ

32 ut sermo Iesu impleretur quem dixit
12,33; 21,19 significans qua esset morte moriturus
19,9 33 CLXXVIII I Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus
37; Mt 27,11; Mc 15,2; Lc 23,3 et vocavit Iesum et dixit ei
tu es rex Iudaeorum
34 et respondit Iesus
a temet ipso hoc dicis an alii tibi dixerunt de me
35 CLXXVIIII X Respondit Pilatus
numquid ego Iudaeus sum
gens tua et pontifices tradiderunt te mihi
quid fecisti
36 respondit Iesus
8,23! regnum meum non est de mundo hoc
si ex hoc mundo esset regnum meum
ministri mei decertarent ut non traderer Iudaeis
nunc autem meum regnum non est hinc
33; Mt 27,11; Mc 15,2; Lc 23,3 37 CLXXX I Dixit itaque ei Pilatus
ergo rex es tu
respondit Iesus
tu dicis quia rex sum ego
CLXXXI X Ego in hoc natus sum et ad
5,33! hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati
8,47 omnis qui est ex veritate audit meam vocem
38 dicit ei Pilatus
quid est veritas
29 et cum hoc dixisset iterum exivit ad Iudaeos
CLXXXII VIIII Et dicit eis
19,4.6; Lc 23,4! ego nullam invenio in eo causam
39.40: Mt 27,15–17; Mc 15,6–11; Lc 23,17–19 39 CLXXXIII IIII Est autem consuetudo vobis
ut unum dimittam vobis in pascha
vultis ergo dimittam vobis regem Iudaeorum

40 CLXXXIIII I Clamaverunt rursum omnes dicentes Mt 27,21; Act 3,14
non hunc sed Barabban
erat autem Barabbas latro
19 CLXXXV IIII Tunc ergo adprehendit Pilatus Iesum et flagellavit
2 et milites plectentes coronam de spinis inposuerunt capiti eius 2.3: Mt 27,28–30; Mc 15,17–19
et veste purpurea circumdederunt eum
3 et veniebant ad eum et dicebant
have rex Iudaeorum
et dabant ei alapas 18,22
4 CLXXXVI VIIII Exiit iterum Pilatus foras et dicit eis
ecce adduco vobis eum foras
ut cognoscatis quia in eo nullam causam invenio 18,38; Lc 23,4!
5 CLXXXVII IIII Exiit ergo Iesus portans spineam coronam et purpureum vestimentum
et dicit eis
ecce homo
6 CLXXXVIII I Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri
clamabant dicentes 15; Mt 27,23; Mc 15,13.14; Lc 23,21
crucifige crucifige
CLXXXVIIII X Dicit eis Pilatus
accipite eum vos et crucifigite
CXC VIIII Ego enim non invenio in eo causam 18,38; Lc 23,4!
7 CXCI X Responderunt ei Iudaei
nos legem habemus et secundum legem debet mori quia Filium Dei se fecit 1,34! 5,18! Sap 2,13
8 CXCII IIII Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit
9 et ingressus est praetorium iterum et dicit ad Iesum 18,33
unde es tu
Iesus autem responsum non dedit ei Lc 23,9!
10 CXCIII X Dicit ergo ei Pilatus

S(s)AMZ (FG)DCΦ co 32 ~ morte esset G c | 34 *num.* 179/10 *ad* et respondit *pon.* o | et *om.* c | ~ dixerunt tibi c. | 36 ~ hoc mundo¹ SZCΦ c | mei + utique SZΦ c | meum regnum SAMD] regnum meum *cet.* | 37 180/1] *ad can.* 4 *remitt. codd. (praeter* M*) ex errore archetypi* | ei *om.* Z | ~ uocem meam c | 40 clamauerunt + ergo c. ‖ 19,3 alapas AMG co] palmas *cet.* | 4 exiit + ergo c. | ~ nullam inuenio in eo causam c.; nullam causam inuenio in eum G. | 5 ~ coronam spineam c | 6 crucifige² + eum c | 7 ei *om.* s | 9 dixit Cc. |

mihi non loqueris
nescis quia potestatem habeo crucifigere te
et potestatem habeo dimittere te
[11]respondit Iesus
3,27; 6,66; Sap 6,4! Rm 13,1 non haberes potestatem adversum me ullam
nisi tibi esset datum desuper
propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet
Lc 23,20; Act 3,13 [12]exinde quaerebat Pilatus dimittere eum
Iudaei autem clamabant dicentes
si hunc dimittis non es amicus Caesaris
Act 17,7! omnis qui se regem facit contradicit Caesari
[13]Pilatus ergo cum audisset hos sermones adduxit foras Iesum
et sedit pro tribunali in locum qui dicitur Lithostrotus
hebraice autem Gabbatha
[14]erat autem parasceve paschae hora quasi sexta
et dicit Iudaeis
ecce rex vester
6; Mt 27,23; Mc 15,13.14; Lc 23,18! 21 [15] CXCIIII I Illi autem clamabant
tolle tolle crucifige eum
CXCV X Dixit eis Pilatus
regem vestrum crucifigam
responderunt pontifices
non habemus regem nisi Caesarem
Mt 27,26; Mc 15,15; Lc 23,25 [16] CXCVI I Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur
CXCVII I Susceperunt autem Iesum et eduxerunt
[17]et baiulans sibi crucem exivit in eum
Mt 27,33; Mc 15,22; Lc 23,33 qui dicitur Calvariae locum
hebraice Golgotha [18]ubi eum crucifixerunt
Lc 23,33
18.19: Mt 27,37.38; Mc 15,26.27 CXCVIII I Et cum eo alios duos hinc et hinc
medium autem Iesum
[19] CXCVIIII I Scripsit autem et titulum Pilatus et posuit super crucem Lc 23,38
erat autem scriptum Iesus Nazarenus rex Iudaeorum
[20] CC X Hunc ergo titulum multi legerunt Iudaeorum
quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est Iesus
et erat scriptum hebraice graece et latine Lc 23,38
[21]dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum
noli scribere rex Iudaeorum
sed quia ipse dixit rex sum Iudaeorum
[22]respondit Pilatus
quod scripsi scripsi
[23] CCI I Milites ergo cum crucifixissent eum Mt 27,35; Mc 15,24
acceperunt vestimenta eius et fecerunt quattuor partes
unicuique militi partem
et tunicam
erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum
[24]dixerunt ergo ad invicem
non scindamus eam
sed sortiamur de illa cuius sit
ut scriptura impleatur dicens
partiti sunt vestimenta mea sibi et in vestem meam miserunt sortem Ps 21,19; Mc 15,24; Lc 23,34
et milites quidem haec fecerunt
[25] CCII X Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius
et soror matris eius Maria Cleopae et Maria Magdalene
[26]cum vidisset ergo Iesus matrem et discipulum stantem quem diligebat 13,23; 20,2; 21,7.20
dicit matri suae
mulier ecce filius tuus
[27]deinde dicit discipulo

11 data Z | ~ datum esset Dc | ~ me tradidit Dc | 12 et exinde c; et inde Z. | [*deest* M *usque ad v.* 23] | omnis + enim Cc | 13 ergo] autem c | in loco sZDCΦc | hebraeice Z | 14 *num.* 194/1 *ad* et dicit *pon.* ZΦ | 15 dicit sCc | 16 et duxerunt A | 17 hebraeice Z; + autem c | 18 ~ crucifixerunt eum c.; cruci eum fixerunt C | 20 ~ iudaeorum legerunt c | ciuitate sG | hebraeice Z | 21 iudaeorum[1] *om.* A | 23 [*iterum adest* M] | 24 impleretur sZCΦc | 25 stabat ZD | S(s)A(M)Z (FG)DCΦ c

ecce mater tua
et ex illa hora accepit eam discipulus in sua
28 CCIII/IIII Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt
ut consummaretur scriptura dicit sitio
Mt 27,48! 29 vas ergo positum erat aceto plenum
illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes obtulerunt ori eius
30 CCIIII/I Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit
consummatum est
et inclinato capite tradidit spiritum
31 CCV/X Iudaei ergo quoniam parasceve erat
Dt 21,23! ut non remanerent in cruce corpora sabbato
erat enim magnus dies ille sabbati
rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur
32 venerunt ergo milites
et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo
33 ad Iesum autem cum venissent
ut viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura
34 sed unus militum lancea latus eius aperuit
I Io 5,6 et continuo exivit sanguis et aqua
1,34! 21,24; I Io 1,2; III Io 12 35 et qui vidit testimonium perhibuit
et verum est eius testimonium
et ille scit quia vera dicit ut et vos credatis
36 facta sunt enim haec ut scriptura impleatur
Ex 12,46! os non comminuetis ex eo
37 et iterum alia scriptura dicit
Za 12,10; Apc 1,7 videbunt in quem transfixerunt
Mt 27,57.58; Mc 15,43.45 38—42: Lc 23,50–54 38 CCVI/I Post haec autem rogavit Pilatum Ioseph ab Arimathia
eo quod esset discipulus Iesu
occultus autem propter metum Iudaeorum
ut tolleret corpus Iesu
et permisit Pilatus
venit ergo et tulit corpus Iesu
39 CCVII/X Venit autem et Nicodemus qui 3,1.2; 7,50
venerat ad Iesum nocte primum
ferens mixturam murrae et aloes quasi libras centum
40 CCVIII/I Acceperunt ergo corpus Iesu Mt 27,59; Mc 15,46
et ligaverunt eum linteis cum aromatibus
sicut mos Iudaeis est sepelire
41 erat autem in loco ubi crucifixus est hortus
et in horto monumentum novum in quo nondum quisquam positus erat
42 ibi ergo propter parasceven Iudaeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum
20 CCVIIII/I Una autem sabbati Maria Mt 28,1; Mc 16,2; Lc 24,1.22
Magdalene venit mane cum adhuc tenebrae essent ad monumentum
et videt lapidem sublatum a monumento
2 CCX/X Cucurrit ergo et venit ad Simo- 18,15
nem Petrum et ad alium discipulum quem amabat Iesus 13,23; 19,26; 21,7.20
et dicit eis
tulerunt Dominum de monumento 13
et nescimus ubi posuerunt eum
3 exiit ergo Petrus et ille alius discipu- 18,15
lus et venerunt ad monumentum
4 currebant autem duo simul
et ille alius discipulus praecucurrit citius Petro
et venit primus ad monumentum
5 et cum se inclinasset videt posita linteamina
non tamen introivit
6 venit ergo Simon Petrus sequens eum
et introivit in monumentum

S(s)AMZ (FG)DCΦ co 27 et *om.* Z | in suam ZD | 28 iam *om.* c | dixit c. | 29 ~ erat positum c. | 31 tollerentur + de cruce Z | 35 eius *om.* C.; ~ testimonium eius c | 36 enim] autem s | impleretur DCΦc | 40 eum] illud Cc | ~ est iudaeis c | 41 positus fuerat ZFΦ || **20**, 1 uidit sΦc | 2 currit Z | ad² *om.* s | dixit s. | eis] illis c. | 5 uidit DΦc | 6 ergo + et M |

et videt linteamina posita
11,44 [7]et sudarium quod fuerat super caput eius
non cum linteaminibus positum
sed separatim involutum in unum locum
[8]tunc ergo introivit et ille discipulus qui venerat primus ad monumentum
et vidit et credidit
Mc 12,24 [9]nondum enim sciebant scripturam quia oportet eum a mortuis resurgere
[10]abierunt ergo iterum ad semet ipsos discipuli
[11]CCXI/I Maria autem stabat ad monumentum foris plorans
11.12: Mc 16,5 dum ergo fleret inclinavit se et prospexit in monumentum
Lc 24,4! Act 1,10; 10,30 [12]et vidit duos angelos in albis sedentes
unum ad caput et unum ad pedes ubi positum fuerat corpus Iesu
[13]CCXII/X Dicunt ei illi
mulier quid ploras
dicit eis
2 quia tulerunt Dominum meum et nescio ubi posuerunt eum
[14]haec cum dixisset conversa est retrorsum
21,4; Lc 24,16 et videt Iesum stantem
et non sciebat quia Iesus est
[15]dicit ei Iesus
1,38; 18,4.7 mulier quid ploras quem quaeris
illa existimans quia hortulanus esset dicit ei
domine si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum et ego eum tollam
[16]dicit ei Iesus Maria
conversa illa dicit ei
rabboni quod dicitur magister
[17]dicit ei Iesus
noli me tangere
nondum enim ascendi ad Patrem meum
vade autem ad fratres meos et dic eis Mt 28,10
ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum
et Deum meum et Deum vestrum
[18]venit Maria Magdalene adnuntians discipulis quia vidi Dominum et haec dixit mihi 25; Mc 16,10! Lc 24,9
[19]CCXIII/VIIII Cum esset ergo sero die illo una sabbatorum
et fores essent clausae ubi erant discipuli propter metum Iudaeorum 26
venit Iesus et stetit in medio et dicit eis Lc 24,36!
pax vobis
[20]et hoc cum dixisset ostendit eis manus et latus
CCXIIII/X Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino 16,22!
[21]dixit ergo eis iterum
pax vobis
sicut misit me Pater et ego mitto vos 17,18
[22]hoc cum dixisset insuflavit et dicit eis
accipite Spiritum Sanctum
[23]CCXV/VII Quorum remiseritis peccata remittuntur eis Mt 16,19; 18,18
quorum retinueritis detenta sunt
[24]CCXVI/X Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur Didymus 11,16; 21,2
non erat cum eis quando venit Iesus
[25]dixerunt ergo ei alii discipuli 18
vidimus Dominum
ille autem dixit eis
nisi videro in manibus eius figuram clavorum
et mittam digitum meum in locum clavorum

S(s)AMZ (FG)DCΦ co

6 uidit FDΦ c | 7 supra AMF | 9 sciebat AZCΦ | oporteret sAD; oportebat Cc | 10 ~ discipuli ad semet ipsos ZGΦ c | 13 ei *om.* sF | 14 uidet AZCo𝔊] uidit *cet.* | 15 aestimans ZΦ; extimans C | esset] est ZDCΦ | 17 et[3]] et ad M; *om.* Cc | 19 ergo *om.* F; ~ ergo sero esset c | discipuli + congregati sΦ c | dixit c | 20 ~ cum hoc ZΦ c | ergo] enim G.; *om.* s | 21 dicit sD | ergo *om.* s; ~ eis ergo D | uobis] uobiscum M | 22 haec c | dicit] dixit Cc | 23 remittentur A | eis sZDC𝔊] eis et *cet.* | retenta AZΦ co | 24 ex] de M | 25 fixuram AGCΦ co |

et mittam manum meam in latus eius non credam
26 CCXVII/VIIII Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus
et Thomas cum eis
19; Lc 24,36! venit Iesus ianuis clausis
et stetit in medio et dixit
pax vobis
27 deinde dicit Thomae
infer digitum tuum huc et vide manus meas
et adfer manum tuam et mitte in latus meum
et noli esse incredulus sed fidelis
28 CCXVIII/X Respondit Thomas et dixit ei
Dominus meus et Deus meus
29 dicit ei Iesus
quia vidisti me credidisti
I Pt 1,8! beati qui non viderunt et crediderunt
11,47! 21,25 30 multa quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum
quae non sunt scripta in libro hoc
6,70! I Io 4,15; 5,5.13 31 haec autem scripta sunt ut credatis
quia Iesus est Christus Filius Dei
et ut credentes vitam habeatis in nomine eius
21 CCXVIIII/VIIII Postea manifestavit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis
manifestavit autem sic
2 erant simul Simon Petrus
11,16; 20,24 et Thomas qui dicitur Didymus
et Nathanahel qui erat a Cana Galilaeae
et filii Zebedaei
et alii ex discipulis eius duo
3 dicit eis Simon Petrus
vado piscari
dicunt ei
venimus et nos tecum
et exierunt et ascenderunt in navem
Lc 5,5 et illa nocte nihil prendiderunt

4 mane autem iam facto stetit Iesus in litore
non tamen cognoverunt discipuli quia Iesus est 20,14; Lc 24,16
5 dicit ergo eis Iesus Lc 24,41
pueri numquid pulmentarium habetis
responderunt ei non
6 dixit eis
mittite in dexteram navigii rete et invenietis Lc 5,4
miserunt ergo et iam non valebant illud trahere a multitudine piscium Lc 5,6
7 CCXX/X Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus Petro 20; 13,23; 19,26; 20,2
Dominus est
Simon Petrus cum audisset quia Dominus est
tunicam succinxit se
erat enim nudus
et misit se in mare
8 alii autem discipuli navigio venerunt
non enim longe erant a terra
sed quasi a cubitis ducentis trahentes rete piscium
9 CCXXI/VIIII Ut ergo descenderunt in terram
viderunt prunas positas et piscem superpositum et panem
10 dicit eis Iesus
adferte de piscibus quos prendidistis nunc
11 CCXXII/VIIII Ascendit Simon Petrus
et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus
et cum tanti essent non est scissum rete
12 CCXXIII/VIIII Dicit eis Iesus
venite prandete
CCXXIIII/X Et nemo audebat discentium interrogare eum Mt 22,46! Mc 9,31; 12,34
tu quis es

S(s)AMZ (FG)DCΦ cɔ

29 dixit c. | me + thoma c. | 31 et *om.* M | uitam + aeternam ZDΦ || **21**,1 iesus + discipulis c | 3 in naue Z | 4 iam *om.* c. | 5 dixit c. | 6 dicit c | ergo + retia Z Φ | iam *om.* Z | a] prae ZΦc | 7 dixit c | tunica DCc | 8 quasi a sMZFΦ𝔊] quasi *cet.* | 10 prendistis AFDC | 11 in terra ZD. | 12 discentium MGo𝔊] ex discipulis D; discumbentium *cet.* |

Os 2,20! scientes quia Dominus esset
6,11; Lc 24,30! 13 CCXXV/VIIII Et venit Iesus et accepit pa-
nem et dat eis et piscem similiter
14 CCXXVI/X Hoc iam tertio manifestatus
est Iesus discipulis cum surrexisset
a mortuis
15 cum ergo prandissent dicit Simoni
Petro Iesus
1,42; Mt 16,17! Simon Iohannis diligis me plus his
dicit ei
etiam Domine tu scis quia amo te
CCXXVII/VIIII Dicit ei
I Pt 5,2! pasce agnos meos
16 CCXXVIII/X Dicit ei iterum
Mt 16,17! Simon Iohannis diligis me
ait illi
etiam Domine tu scis quia amo te
CCXXVIIII/VIIII Dicit ei
I Pt 5,2! II Sm 5,2! pasce agnos meos
17 CCXXX/X Dicit ei tertio
Mt 16,17! Simon Iohannis amas me
contristatus est Petrus quia dixit ei
tertio amas me
et dicit ei
Domine tu omnia scis tu scis quia
amo te
CCXXXI/VIIII Dicit ei
I Pt 5,2! pasce oves meas
18 CCXXXII/X Amen amen dico tibi
cum esses iunior cingebas te et am-
bulabas ubi volebas
cum autem senueris extendes manus
tuas et alius te cinget et ducet quo
non vis
19 hoc autem dixit significans qua mor-
te clarificaturus esset Deum 12,33; 18,32
et hoc cum dixisset dicit ei
sequere me
20 conversus Petrus vidit illum discipu-
lum quem diligebat Iesus sequen- 7; 19,26; 20,2
tem
qui et recubuit in cena super pectus 13,23 25
eius et dixit Domine quis est qui
tradit te
21 hunc ergo cum vidisset Petrus dicit
Iesu
Domine hic autem quid
22 dicit ei Iesus
si sic eum volo manere donec veniam
quid ad te
tu me sequere
23 exivit ergo sermo iste in fratres quia
discipulus ille non moritur
et non dixit ei Iesus non moritur
sed si sic eum volo manere donec ve-
nio quid ad te
24 hic est discipulus qui testimonium
perhibet de his 15,27! 19,35; III Io 12
et scripsit haec
et scimus quia verum est testimoni-
um eius
25 sunt autem et alia multa quae fecit 20,30!
Iesus
quae si scribantur per singula
nec ipsum arbitror mundum capere
eos qui scribendi sunt libros
amen

EXPLICIT EVANGELIUM SECUNDUM IOHANNEM

S(s)AM(Z)(FG)DCΦ co

12 esset] est sZCΦ c | 13 accipit D c | 14 discipulis + suis c | resurrexisset ADC co | 15 *num.* 227/9 *ad* dicit simoni *pon.* D o, *ad* simon *pon.* s, *ad* dicit ei etiam *pon.* AZFCΦ, *recte ad* dicit ei M, *cf. vv.* 16 *et* 17 | 17 et *om.* A | dicit[2]] dixit c. | ~ omnia tu Z | scis[1]] nosti c. | dicit[3]] dixit c. | 18 ducit MD | quo + tu G c | 19 ~ cum hoc ZΦ c | 20 conuersus + autem M | [*deest Z usque ad v.* 25] | tradit sA o 𝔊] tradidit F.; tradet *cet.* | 21 dixit c. | 22 si sic F o] si M.; sic *cet.* | uenio s. | 23 in] inter sΦ c | si sic MG o] sic *cet.* | ueniam MCΦ co | 24 discipulus + ille c | 25 capere + posse c | amen *om.* DC c ||

INCIPIT LIBER ACTUUM APOSTOLORUM

Primum quidem sermonem feci
de omnibus o Theophile
quae coepit Iesus facere et
docere
22 2 usque in diem qua praecipiens apo-
stolis per Spiritum Sanctum quos
elegit adsumptus est
3 quibus et praebuit se ipsum vivum
post passionem suam in multis ar-
gumentis
per dies quadraginta
4,31! 8,4! 28,31 apparens eis et loquens de regno Dei
4 et convescens praecepit eis ab Hiero-
Lc 24,49 solymis ne discederent
sed expectarent promissionem Patris
quam audistis per os meum
11,16; Mt 3,11! 5 quia Iohannes quidem baptizavit
aqua
vos autem baptizabimini Spiritu
Sancto
non post multos hos dies
6 igitur qui convenerant interrogabant
eum dicentes
Lc 24,21 Domine si in tempore hoc restitues
regnum Israhel
7 dixit autem eis
Mt 24,36! non est vestrum nosse tempora vel
momenta
quae Pater posuit in sua potestate
Io 15,26.27! 8 sed accipietis virtutem supervenien-
tis Spiritus Sancti in vos
10,39; 13,31; Lc 24,48! et eritis mihi testes in Hierusalem et
in omni Iudaea et Samaria
et usque ad ultimum terrae
Tb 12,21! Mc 16,19! 9 et cum haec dixisset
videntibus illis elevatus est
et nubes suscepit eum ab oculis eo-
rum
10 cumque intuerentur in caelum eun-
te illo
ecce duo viri adstiterunt iuxta illos 10,30; Mc 16,5; Lc 24,4! Io 20,12
in vestibus albis
11 qui et dixerunt
viri galilaei quid statis aspicientes in
caelum
hic Iesus qui adsumptus est a vobis Mc 16,19!
in caelum
sic veniet quemadmodum vidistis
eum euntem in caelum
12 tunc reversi sunt Hierosolymam a Lc 24,52
monte qui vocatur Oliveti
qui est iuxta Hierusalem sabbati ha-
bens iter
13 et cum introissent in cenaculum
ascenderunt ubi manebant
Petrus et Iohannes Mt 10,2–4; Mc 3,16–18; Lc 6,14–16
Iacobus et Andreas
Philippus et Thomas
Bartholomeus et Mattheus
Iacobus Alphei et Simon Zelotes
et Iudas Iacobi
14 hii omnes erant perseverantes uni- 2,42; 6,4
animiter in oratione cum mulieri-
bus
et Maria matre Iesu et fratribus eius Mt 12,46!
15 et in diebus illis exsurgens Petrus in 2,14
medio fratrum dixit
erat autem turba nominum simul
fere centum viginti
16 viri fratres
oportet impleri scripturam quam
praedixit Spiritus Sanctus per os

GFA ISCΛΦ 𝔠𝔬

Actus Apostolorum. *Citantur* GFA *et* ISCΛΦlr *ac* 𝔠𝔬. [Φ = Φ^{T}(*Sangall.75*)^{BGV}(= BKV *in* 𝔬)]
Tit. actus apostolorum 𝔠𝔬 ‖ 1,1 [*deest vel vet. lat. vers. exhibet* l *usque ad* 14,21; *deest* r *usque ad* 16,11] | 4 audistis + inquid IC𝔠 | 5 baptizamini GA; + in F | 6 conuenerunt AI𝔬 | 10 eunte illo C𝔊] euntem illum *cet.* | 13 manebat GF | et^{6} *om.* AI. | 15 et *om.* AICΦ𝔠 | nominum F𝔊] hominum *cet.* | 16 scriptura FC. |

David
Lc 22,47! de Iuda qui fuit dux eorum qui conprehenderunt Iesum
17 quia connumeratus erat in nobis
et sortitus est sortem ministerii huius
18 et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis
et suspensus crepuit medius
et diffusa sunt omnia viscera eius
2,14; 4,16 19 et notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem
Mt 27,8 ita ut appellaretur ager ille lingua eorum Acheldemach
hoc est ager Sanguinis
20 scriptum est enim in libro Psalmorum
Ps 68,26 fiat commoratio eius deserta et non
Mt 23,38! sit qui inhabitet in ea
Ps 108,8 et episcopatum eius accipiat alius
Lc 1,2; Io 15,27 21 oportet ergo ex his viris qui nobiscum congregati sunt
9,28 in omni tempore quo intravit et exivit inter nos Dominus Iesus
22 incipiens a baptismate Iohannis us-
2 que in diem qua adsumptus est a nobis
2,32! 3,15! 4,33 testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis
23 et statuerunt duos
Ioseph qui vocabatur Barsabban qui cognominatus est Iustus
et Matthiam
24 et orantes dixerunt
Lc 16,15! tu Domine qui corda nosti omnium
ostende quem elegeris ex his duobus unum
25 accipere locum ministerii huius et apostolatus
de quo praevaricatus est Iudas ut abiret in locum suum
26 et dederunt sortes eis
et cecidit sors super Matthiam

et adnumeratus est cum undecim apostolis
2 et cum conplerentur dies pentecostes
erant omnes pariter in eodem loco
2 et factus est repente de caelo sonus 4,31!
tamquam advenientis spiritus vehementis
et replevit totam domum ubi erant sedentes
3 et apparuerunt illis dispertitae linguae tamquam ignis
seditque supra singulos eorum
4 et repleti sunt omnes Spiritu Sancto 4,31; 11,15! 10,44.45.46;
et coeperunt loqui aliis linguis 13,52; 19,6! Mc 16,17
prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis
5 erant autem in Hierusalem habitantes Iudaei viri religiosi ex omni natione quae sub caelo sunt
6 facta autem hac voce
convenit multitudo et mente confusa est
quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes
7 stupebant autem omnes et mirabantur dicentes
nonne omnes ecce isti qui loquuntur Galilaei sunt
8 et quomodo nos audivimus unusquisque lingua nostra in qua nati sumus
9 Parthi et Medi et Elamitae
et qui habitant Mesopotamiam
et Iudaeam et Cappadociam
Pontum et Asiam 10 Frygiam et Pamphiliam
Aegyptum et partes Lybiae quae est circa Cyrenen
et advenae romani
11 Iudaei quoque et proselyti
Cretes et Arabes
audivimus loquentes eos nostris lin-

17 quia] qui ACΛc | 20 commemoratio F; habitatio AI | eius[1]] eorum FIΦco | habitet ISCΛo | alius] alter Ac | 21 ~ sunt congregati FSΦc | 23 uocatur A | barsabba A.; barsabbas CΦco || **2**,1 pentecosten AIS | 4 aliis] uariis AIc | 5 sunt] est FASΦco | 7 mirabantur + ad inuicem GI | ~ ecce omnes FSCΦco | 8 linguam nostram Cc | 9 et iudaeam] iudaeam c; *om.* G. | 11 ~ eos loquentes FSΦco | GFA ISCΛΦ co

guis magnalia Dei
12 stupebant autem omnes et mirabantur ad invicem dicentes
quidnam hoc vult esse
13 alii autem inridentes dicebant
quia musto pleni sunt isti
1,15 14 stans autem Petrus cum undecim levavit vocem suam et locutus est eis
1,19; 4,16 viri iudaei et qui habitatis Hierusalem universi
hoc vobis notum sit et auribus percipite verba mea
15 non enim sicut vos aestimatis hii ebrii sunt
cum sit hora diei tertia
16 sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel
17—21: Ioel 2,28–32 17 et erit in novissimis diebus dicit Dominus
effundam de Spiritu meo super omnem carnem
21,9 et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae
et iuvenes vestri visiones videbunt
et seniores vestri somnia somniabunt
18 et quidem super servos meos et super ancillas meas
in diebus illis effundam de Spiritu meo et prophetabunt
19 et dabo prodigia in caelo sursum et signa in terra deorsum
sanguinem et ignem et vaporem fumi
Mt 24,29! 20 sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem
antequam veniat dies Domini magnus et manifestus
4,12; 9,14; 22,16; Rm 10,13! 21 et erit omnis quicumque invocaverit nomen Domini salvus erit
22 viri israhelitae audite verba haec
Lc 24,19! Io 3,2 Iesum Nazarenum virum adprobatum a Deo in vobis
virtutibus et prodigiis et signis quae 4,30
fecit per illum Deus in medio vestri sicut vos scitis
23 hunc definito consilio et praescientia Dei
traditum per manus iniquorum adfigentes interemistis 23.24: 3,15! 4,10; 5,30; 10,39.40
24 quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni 32!
iuxta quod inpossibile erat teneri illum ab eo
25 David enim dicit in eum 25—28: Ps 15,8–11
providebam Dominum coram me semper
quoniam a dextris meis est ne commovear
26 propter hoc laetatum est cor meum et exultavit lingua mea
insuper et caro mea requiescet in spe
27 quoniam non derelinques animam meam in inferno
neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem 13,35
28 notas fecisti mihi vias vitae
replebis me iucunditate cum facie tua
29 viri fratres
liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David 13,36: III Rg 2,10!
quoniam et defunctus est et sepultus est
et sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernum diem
30 propheta igitur cum esset
et sciret quia iureiurando iurasset illi Deus Ps 131,11!
de fructu lumbi eius sedere super sedem eius Lc 1,32!
31 providens locutus est de resurrectione Christi
quia neque derelictus est in inferno Ps 15,10!
neque caro eius vidit corruptionem
32 hunc Iesum resuscitavit Deus 24! 1,22!

GFA ISCΛΦ cσ 12 hoc *om.* A.; ~ uult hoc esse Cc; ~ uult esse hoc G. | 14 eleuauit FSCΦ | 18 super[2] *om.* FCΦ | 21 qui G. | 22 ~ deus per illum c. | sicut + et c. | 23 affligentes c | 25 coram me] in conspectu meo I c | meis est] est mihi A c | ne] nec G | 26 laetatus F.; delectatum AIΛ | requiescit GFAIS | 27 in infernum ICΛ | nec AI c | 28 ~ mihi fecisti ASC c | uitae + et c. | 29 et[1] *om.* FSΛΦ c | est[2] *om.* C c | 30 lumbi] uentris A |

5,32! Lc 24,48! cui omnes nos testes sumus
32.33: 5,30.31; 33 dextera igitur Dei exaltatus
Eph 1,20! et promissione Spiritus Sancti accepta a Patre effudit
hunc quem vos videtis et audistis
34 non enim David ascendit in caelos
dicit autem ipse
34.35: Ps 109,1! dixit Dominus Domino meo sede a
Mt 22,44! Lc 20,42.43! dextris meis
35 donec ponam inimicos tuos scabillum pedum tuorum
36 certissime ergo sciat omnis domus Israhel
quia et Dominum eum et Christum Deus fecit
Mt 28,5 hunc Iesum quem vos crucifixistis
37 his auditis conpuncti sunt corde
Lc 3,10! et dixerunt ad Petrum et ad reliquos apostolos
quid faciemus viri fratres
38 Petrus vero ad illos
3,19! paenitentiam inquit agite
8,12.15.16! 10,48; 19,5; 22,16 et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum
et accipietis donum Sancti Spiritus
39 vobis enim est repromissio et filiis vestris et omnibus qui longe sunt
quoscumque advocaverit Dominus Deus noster
40 aliis etiam verbis pluribus testificatus est
et exhortabatur eos dicens
Gal 1,4! salvamini a generatione ista prava
4,4 41 qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt
et adpositae sunt in illa die animae circiter tria milia
42 erant autem perseverantes in doctrina apostolorum
1,14; 6,4 et communicatione fractionis panis et orationibus
5,5! 19,17! Lc 1,65! 43 fiebat autem omni animae timor
multa quoque prodigia et signa per apostolos fiebant in Hierusalem 5,12; 6,8! 14,3! 15,12! Dt 34,11!
et metus erat magnus in universis
44 omnes etiam qui credebant erant pariter 4,32
et habebant omnia communia
45 possessiones et substantias vendebant 4,34.35
et dividebant illa omnibus prout cuique opus erat
46 cotidie quoque perdurantes unianimiter in templo Lc 24,53
et frangentes circa domos panem sumebant cibum
cum exultatione et simplicitate cordis 47 conlaudantes Deum 46.47: 13,48
et habentes gratiam ad omnem plebem 5,13.14!
Dominus autem augebat qui salvi fierent cotidie in id ipsum
3 Petrus autem et Iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam 8,14
2 et quidam vir qui erat claudus ex utero matris suae baiulabatur 14,7
quem ponebant cotidie ad portam templi quae dicitur Speciosa
ut peteret elemosynam ab introeuntibus in templum
3 is cum vidisset Petrum et Iohannem incipientes introire in templum
rogabat ut elemosynam acciperet
4 intuens autem in eum Petrus cum Iohanne dixit
respice in nos
5 at ille intendebat in eos
sperans se aliquid accepturum ab eis
6 Petrus autem dixit 9,34
argentum et aurum non est mihi
quod autem habeo hoc tibi do
in nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula Io 5,8!

32 cuius ACΦ co | 33 uidetis et audistis GFΛ] uidetis et auditis ACΦ co; uidistis et audistis IS | 34 caelum I c | dicit] dixit c | dixit] dicit AI. | 36 ~ sciat ergo c. | ~ fecit deus c. | 37 his + autem AI c | 38 uestrum *om.* FISΛ | iesu] *praem.* domini A; *om.* I. | ~ spiritus sancti Λ c | 40 plurimis AI c | 41 ~ die illa c | 43 ~ in ierusalem fiebant c. | 44 etiam] enim A || 3,4 in[1] *om.* FΦ | 6 tibi do GC co 𝔊] tibi dabo AI; ~ do tibi FSΛΦ |

GFA ISCΛΦ co

9,41; Mc 1,31! [7] et adprehensa ei manu dextera adlevavit eum
et protinus consolidatae sunt bases eius et plantae
14,9 [8] et exiliens stetit et ambulabat
et intravit cum illis in templum
ambulans et exiliens et laudans Dominum
[9] et vidit omnis populus eum ambulantem et laudantem Deum
[10] cognoscebant autem illum quoniam ipse erat qui ad elemosynam sedebat ad Speciosam portam templi
et impleti sunt stupore et extasi
in eo quod contigerat illi
[11] cum teneret autem Petrum et Iohannem
concurrit omnis populus ad eos
ad porticum qui appellatur Salomonis stupentes
[12] videns autem Petrus respondit ad populum
viri israhelitae quid miramini in hoc
aut nos quid intuemini
quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare
7,32; Mt 22,32! Mc 12,26; Lc 20,37 [13] Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob
Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Iesum
quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem Pilati
Lc 23,20; Io 19,12 iudicante illo dimitti
[14] vos autem sanctum et iustum negastis
Io 18,40! et petistis virum homicidam donari vobis
2,23.24! 4,10; 10,39.40; 13,30! [15] auctorem vero vitae interfecistis
quem Deus suscitavit a mortuis
1,22! cuius nos testes sumus
[16] et in fide nominis eius
hunc quem videtis et nostis confirmavit nomen eius
et fides quae per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum Lc 8,48!
[17] et nunc fratres
scio quia per ignorantiam fecistis sicut et principes vestri Lc 23,34; 1 Tim 1,13 17.18: 13,27
[18] Deus autem quae praenuntiavit per os omnium prophetarum pati Christum suum implevit sic 21; Lc 1,70; Rm 1,2! Apc 10,7!
[19] paenitemini igitur et convertimini ut deleantur vestra peccata 2,38 Col 2,13
[20] ut cum venerint tempora refrigerii a conspectu Domini IV Esr 11,46
et miserit eum qui praedicatus est vobis Iesum Christum
[21] quem oportet caelum quidem suscipere usque in tempora restitutionis omnium quae locutus est Deus
per os sanctorum suorum a saeculo prophetarum 18; Lc 1,70; Rm 1,2! Apc 10,7!
[22] Moses quidem dixit 7,37; Dt 18,15!
quia prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus vestris
tamquam me ipsum audietis
iuxta omnia quaecumque locutus fuerit vobis
[23] erit autem omnis anima quae non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe Dt 18,19!
[24] et omnes prophetae a Samuhel et deinceps qui locuti sunt et adnuntiaverunt dies istos
[25] vos estis filii prophetarum
et testamenti quod disposuit Deus ad patres vestros dicens ad Abraham
et in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae Gn 12,3! Gal 3,8

GFA ISCΛΦ co 7 ei manu] eius manu SΦo; manu eius FCc | 8 deum FSΦco | 10 quoniam] quod c. | 11 tenerent FAIΦ | cucurrit c | ad eos *om.* GS. | porticum qui] portam quae F.; porticum quae ΛΦco | 12 ammiramini AI | aut pietate] aut potestate c; *om.* I. | 16 quem + uos Ac. | uidistis Ic. | 18 ~ sic impleuit c. | 19 ~ peccata uestra Cc | 20 ut *om.* o | 21 ~ quidem caelum Λc. | 22 quia] quoniam FΦco | uobis suscitauit FAISΛ; ~ suscitabit uobis c | 23 omnis anima quaecumque FSΦo; omnis quicumque C | 24 et[2] *om.* GΛ. | et[3] *om.* c | 25 posuit FIΛ | nostros ACΦc | et[2] *om.* GFCΛ ||

[26]vobis primum Deus suscitans Filium suum
misit eum benedicentem vobis
ut convertat se unusquisque a nequitia sua
4 loquentibus autem illis ad populum
supervenerunt sacerdotes et magistratus templi et Sadducaei
[2]dolentes quod docerent populum
17,18; I Cor 15,12 et adnuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis
5,18; 12,4; Lc 21,12! [3]et iniecerunt in eis manus et posuerunt eos in custodiam in crastinum
erat enim iam vespera
2,41 [4]multi autem eorum qui audierant verbum crediderunt
et factus est numerus virorum quinque milia
5,21 [5]factum est autem in crastinum ut
5,6; Mt 27,57! congregarentur principes eorum et seniores et scribae in Hierusalem
Lc 3,2 [6]et Annas princeps sacerdotum et Caiphas et Iohannes et Alexander
et quotquot erant de genere sacerdotali
[7]et statuentes eos in medio interrogabant
Mt 21,23; Mc 11,28; Lc 20,2; Io 2,18 in qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos
6,5! Lc 1,67 [8]tunc Petrus repletus Spiritu Sancto dixit ad eos
principes populi et seniores
[9]si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi
in quo iste salvus factus est
[10]notum sit omnibus vobis et omni plebi Israhel
quia in nomine Iesu Christi Naza-
2,23.24! 3,15! 5,30; 10,39.40 reni quem vos crucifixistis
quem Deus suscitavit a mortuis
in hoc iste adstat coram vobis sanus
[11]hic est lapis qui reprobatus est a vobis aedificantibus Ps 117,22; Mt 21,42; Mc 12,10; Lc 20,17; I Pt 2,7
qui factus est in caput anguli
[12]et non est in alio aliquo salus 2,21!
nec enim nomen aliud est sub caelo datum hominibus
in quo oportet nos salvos fieri
[13]videntes autem Petri constantiam et Iohannis
conperto quod homines essent sine litteris et idiotae admirabantur
et cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant Mt 26,71; Mc 14,67; Lc 22,59
[14]hominem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat
nihil poterant contradicere
[15]iusserunt autem eos foras extra concilium secedere 5,34
et conferebant ad invicem [16]dicentes
quid faciemus hominibus istis Io 11,47!
quoniam quidem notum signum factum est per eos
omnibus habitantibus in Hierusalem manifestum et non possumus negare 1,19; 2,14
[17]sed ne amplius divulgetur in populum
comminemur eis ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum
[18]et vocantes eos denuntiaverunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Iesu 5,27.28.40
[19]Petrus vero et Iohannes respondentes dixerunt ad eos 5,29
si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum iudicate
[20]non enim possumus quae vidimus et audivimus non loqui 22,15; Am 3,8; I Cor 9,16; I Io 1,3
[21]at illi comminantes dimiserunt eos
non invenientes quomodo punirent eos propter populum

4,2 in iesum FIS | 3 in eos Λ c | 7 statuerunt FS. | in[3] *om.* GS | 8 ~ repletus spiritu sancto petrus c. | seniores + audite c | 9 diiudicaremur I.; iudicamur FSΦo | 10 iesu christi] iesu A; *praem.* domini nostri c.; ~ christi iesu I. | 12 ~ nomen est aliud A; ~ aliud nomen est c | oporteat AIΦ co | 13 iesu + nazoreno G | cum iesu fuissent A.; fuerunt cum iesu S. | 16 in *om.* ASΦ co | manifestum + est AISΛΦ co | 18 denuntiauerunt + illis G |

GFA ISCΛΦ co

5,13 quia omnes clarificabant Deum in eo
quod acciderat
[22]annorum enim erat amplius quadra-
ginta homo in quo factum erat sig-
num istud sanitatis
[23]dimissi autem venerunt ad suos
et adnuntiaverunt eis quanta ad eos
principes sacerdotum et seniores
dixissent
[24]qui cum audissent unianimiter leva-
verunt vocem ad Deum et dixerunt
14,14; 17,24; Ex 20,11! II Esr 9,6! Apc 10,6; 14,7 Domine tu qui fecisti caelum et ter-
ram et mare et omnia quae in eis
sunt
[25]qui Spiritu Sancto per os patris nos-
tri David pueri tui dixisti
25.26: Ps 2,1.2! quare fremuerunt gentes et populi
meditati sunt inania
[26]adstiterunt reges terrae et principes
convenerunt in unum
adversus Dominum et adversus
Christum eius
Mt 26,3.4! [27]convenerunt enim vere in civitate is-
ta adversus sanctum puerum tuum
Iesum quem unxisti
Lc 23,12 Herodes et Pontius Pilatus cum gen-
tibus et populis Israhel
[28]facere quae manus tua et consilium
decreverunt fieri
[29]et nunc Domine respice in minas eo-
rum
Eph 6,19 et da servis tuis cum omni fiducia
loqui verbum tuum
[30]in eo cum manum tuam extendas
2,22! sanitates et signa et prodigia fieri per
nomen sancti Filii tui Iesu
[31]et cum orassent motus est locus in
quo erant congregati
2,2.4! et repleti sunt omnes Spiritu Sancto
1,3! 18,11; 19,8! et loquebantur verbum Dei cum fi-
ducia

[32]multitudinis autem credentium erat 2,44
cor et anima una
nec quisquam eorum quae posside-
bant aliquid suum esse dicebat
sed erant illis omnia communia
[33]et virtute magna reddebant apostoli 1,22!
testimonium resurrectionis Iesu
Christi Domini
et gratia magna erat in omnibus illis
[34]neque enim quisquam egens erat in- Dt 15,4
ter illos
quotquot enim possessores agrorum 34.35: 37; 2,45
aut domorum erant
vendentes adferebant pretia eorum
quae vendebant
[35]et ponebant ante pedes apostolorum 5,2
dividebantur autem singulis prout Tb 1,19
cuique opus erat
[36]Ioseph autem qui cognominatus est
Barnabas ab apostolis
quod est interpretatum Filius conso-
lationis
Levites Cyprius genere
[37]cum haberet agrum vendidit illum 34.35!
et adtulit pretium et posuit ante pe- 5,2
des apostolorum
5 vir autem quidam nomine Ananias
cum Saffira uxore sua
vendidit agrum [2]et fraudavit de pre-
tio agri conscia uxore sua
et adferens partem quandam ad pe- 4,35.37
des apostolorum posuit
[3]dixit autem Petrus
Anania cur temptavit Satanas cor
tuum mentiri te Spiritui Sancto
et fraudare de pretio agri
[4]nonne manens tibi manebat
et venundatum in tua erat potestate
quare posuisti in corde tuo hanc rem
non es mentitus hominibus sed Deo
[5]audiens autem Ananias haec verba

GFA (I)SCΛΦ cɒ

21 deum Cɒ𝔊] deo Λ.; *om. cet.* | in eo quod acciderat *restituimus*] in eo quod factum erat ɒ; id (in id CΛ.) quod factum erat (fuerat A c) in eo quod acciderat *cet.* | 22 amplius + quam G | erat[2]] fuerat A c; est I | 24 ad dominum FIΦ | tu + es c. | et[3] *om.* c | 27 in civitatem istam F | 28 consilium GAIΛ] + tuum *cet.* | 30 cum] quod AIΛΦ c | extendas + ad CΛ c | 31 ~ sancto spiritu A. | 32 cor + unum c | possidebat FCΦ cɒ | dicebant AI | 33 domini + nostri c | 35 diuidebatur Λ c | 37 illum] eum c.; illud C. || 5,3 [*deest* I *usque ad v.* 24] | mentire FAS | 5 autem *om.* FS |

cecidit et exspiravit
11: 2,43! Apc 11,11 et factus est timor magnus in omnes
qui audierant
6 surgentes autem iuvenes amoverunt
eum
et efferentes sepelierunt
7 factum est autem quasi horarum tri-
um spatium
et uxor ipsius nesciens quod factum
fuerat introiit
8 respondit autem ei Petrus
dic mihi si tanti agrum vendidistis
at illa dixit etiam tanti
9 Petrus autem ad eam
quid utique convenit vobis temptare
Spiritum Domini
ecce pedes eorum qui sepelierunt
virum tuum ad ostium et efferent te
10 confestim cecidit ante pedes eius et
exspiravit
intrantes autem iuvenes invenerunt
illam mortuam
et extulerunt et sepelierunt ad virum
suum
5! 11 et factus est timor magnus in univer-
sa ecclesia
et in omnes qui audierunt haec
2,43! 6,8! 14,3! 12 per manus autem apostolorum fie-
bant signa et prodigia multa in ple-
be
et erant unianimiter omnes in porti-
cu Salomonis
13 ceterorum autem nemo audebat con-
iungere se illis
2,47; 4,21 sed magnificabat eos populus
2,47! 6,7; 11,21.24; Io 7,31! 14 magis autem augebatur credentium
in Domino multitudo virorum ac
mulierum
Mc 6,55.56 15 ita ut in plateas eicerent infirmos et
ponerent in lectulis et grabattis
ut veniente Petro saltim umbra illius
obumbraret quemquam eorum
16 concurrebat autem et multitudo vi-
cinarum civitatum Hierusalem
adferentes aegros et vexatos ab spi- Mt 4,24!
ritibus inmundis qui curabantur
omnes
17 exsurgens autem princeps sacerdo-
tum et omnes qui cum illo erant
quae est heresis Sadducaeorum
repleti sunt zelo
18 et iniecerunt manus in apostolos 4,3; 12,4; Lc 21,12!
et posuerunt illos in custodia publica
19 angelus autem Domini per noctem
aperiens ianuas carceris
et educens eos dixit
20 ite et stantes loquimini in templo
plebi omnia verba vitae huius
21 qui cum audissent intraverunt dilu-
culo in templum et docebant
adveniens autem princeps sacerdo- 4,5!
tum et qui cum eo erant
convocaverunt concilium et omnes
seniores filiorum Israhel
et miserunt in carcerem ut adduce-
rentur
22 cum venissent autem ministri et
aperto carcere non invenissent illos
reversi nuntiaverunt 23 dicentes
carcerem quidem invenimus clau-
sum cum omni diligentia
et custodes stantes ad ianuas
aperientes autem neminem intus in-
venimus
24 ut audierunt autem hos sermones
magistratus templi et principes sa-
cerdotum
ambigebant de illis quidnam fieret
25 adveniens autem quidam nuntiavit
eis
quia ecce viri quos posuistis in car-
cere

5 in] super c | audierunt A c: audiebant C | 6 sepelierunt + eum AC. | 7 autem *om.* F SΦ. | ipsius] eius GAC | 8 respondens A; dixit C c | ei *om.* G | mihi + mulier FSΦ c | 11 audierant A; audiebant C | 12 in porticum GC | 13 ~ se coniungere A c | 15 in plateis ASΛ | et[2]] ac c. | eorum] illorum S c; + et liberarentur ab infirmitatibus suis c; + et liberabantur ab infirmitate A; + statim salui fiebant S | 18 illos] eos c | 21 adueniens] audiens FSΦ | consilium G | ad carcerem FSCΦ co | 22 ~ autem uenissent c | 23 ad] ante S c | 24 ~ autem audierunt FSΦ co | [*iterum adest* l] | 25 in carcerem GFSC c |

GFA (l)SCΛΦ co

sunt in templo stantes et docentes
populum
26 tunc abiit magistratus cum ministris
et adduxit illos sine vi
timebant enim populum ne lapida-
rentur
27.28: 40; 4,18 27 et cum adduxissent illos statuerunt
in concilio
et interrogavit eos princeps sacer-
dotum 28 dicens
praecipiendo praecepimus vobis ne
doceretis in nomine isto
et ecce replestis Hierusalem doctrina
vestra
Mt 27,25! et vultis inducere super nos sangui-
nem hominis istius
4,19 29 respondens autem Petrus et apostoli
dixerunt
oboedire oportet Deo magis quam
hominibus
2,23.24! 4,10; 10,39.40 30 Deus patrum nostrorum suscitavit
30.31: 2,32.33! Iesum
Eph 1,20! quem vos interemistis suspendentes
in ligno
31 hunc Deus principem et salvatorem
exaltavit dextera sua
III Esr 4,62 ad dandam paenitentiam Israhel et
31.32: Lc 24,47.48! remissionem peccatorum
2,32; 10,39 32 et nos sumus testes horum verborum
et Spiritus Sanctus quem dedit Deus
omnibus oboedientibus sibi
7,54 33 haec cum audissent dissecabantur et
cogitabant interficere illos
34 surgens autem quidam in concilio
Pharisaeus nomine Gamalihel
legis doctor honorabilis universae
plebi
4,15 iussit foras ad breve homines fieri
35 dixitque ad illos
viri israhelitae adtendite vobis super
hominibus istis quid acturi sitis
36 ante hos enim dies extitit Theodas 8,9
dicens esse se aliquem
cui consensit virorum numerus circi-
ter quadringentorum
qui occisus est
et omnes quicumque credebant ei
dissipati sunt
et redactus est ad nihilum
37 post hunc extitit Iudas Galilaeus in
diebus professionis
et avertit populum post se
et ipse periit
et omnes quotquot consenserunt ei
dispersi sunt
38 et nunc itaque dico vobis
discedite ab hominibus istis et sinite
illos
quoniam si est ex hominibus consili-
um hoc aut opus dissolvetur
39 si vero ex Deo est non poteritis dis-
solvere eos
ne forte et Deo repugnare invenia-
mini
consenserunt autem illi
40 et convocantes apostolos caesis de- 27.28; 4,18
nuntiaverunt ne loquerentur in no-
mine Iesu
et dimiserunt eos
41 et illi quidem ibant gaudentes a con-
spectu concilii
quoniam digni habiti sunt pro nomi- I Pt 4,14!
ne Iesu contumeliam pati
42 omni autem die in templo et circa
domos non cessabant docentes
et evangelizantes Christum Iesum 8,5!
6 in diebus autem illis crescente nu-
mero discipulorum
factus est murmur Graecorum ad-
versus Hebraeos
eo quod dispicerentur in ministerio
cotidiano viduae eorum

GFA ISCΛΦ co 28 praecipimus AIS | repletis FAΦ | introducere FΦ | 31 ~ principem et saluatorem deus c. | israeli c; in israhel S. | 32 ~ testes sumus A | 34 homines] apostolos AC | 36 ~ enim hos A | ~ se esse aliquem FCΦ co; ~ se aliquem esse S | ~ numerus uirorum Λ c | quicumque] qui AIS c | redacti sunt Λ; redacti c | 38 et[1] *om.* C | itaque *om.* G. | 39 potestis FS | eos] illud G(*marg.*)S c; *om.* Λ | 40 ne + omnino Λ c | 41 iesu] christi FC | 42 ~ non cessabant in templo et circa domos c. | ~ iesum christum AS || **6**,1 factum AICΛ c | eo *om.* FSCΦ |

2 convocantes autem duodecim multi-
tudinem discipulorum dixerunt
non est aequum nos derelinquere
verbum Dei et ministrare mensis
3 considerate ergo fratres viros ex vo-
bis boni testimonii septem plenos
Spiritu et sapientia
quos constituamus super hoc opus
1,14; 2,42 4 nos vero orationi et ministerio verbi
instantes erimus
5 et placuit sermo coram omni multi-
tudine
4,8! 7,55; 11,24; 13,9; Gn 41,38 et elegerunt Stephanum virum ple-
num fide et Spiritu Sancto
et Philippum et Prochorum
et Nicanorem et Timonem
et Parmenam et Nicolaum advenam
Antiochenum
6 hos statuerunt ante conspectum
apostolorum
8,17! 13,3! Mt 19,13 et orantes inposuerunt eis manus
5,14! 12,24; 13,49; 19,20 7 et verbum Dei crescebat
et multiplicabatur numerus discipu-
lorum in Hierusalem valde
multa etiam turba sacerdotum oboe-
diebat fidei
8 Stephanus autem plenus gratia et
fortitudine
2,43! 5,12; Dt 6,22! faciebat prodigia et signa magna in
populo
9 surrexerunt autem quidam de syna-
goga quae appellatur Libertinorum
et Cyrenensium et Alexandrinorum
et eorum qui erant a Cilicia et Asia
disputantes cum Stephano
Lc 21,15 10 et non poterant resistere sapientiae
et Spiritui quo loquebatur
11 tunc submiserunt viros qui dicerent
se audisse eum dicentem verba blas-
phemiae in Mosen et Deum
12 commoverunt itaque plebem et se-
niores et scribas
Mt 10,17; Mc 13,9 et concurrentes rapuerunt eum et ad-
duxerunt in concilium
13 et statuerunt testes falsos dicentes
homo iste non cessat loqui verba ad- 21,28!
versus locum sanctum et legem
14 audivimus enim eum dicentem
quoniam Iesus Nazarenus hic de- Mt 26,61! Mc 15,29; Io 2,19
struet locum istum
et mutabit traditiones quas tradidit
nobis Moses
15 et intuentes eum omnes qui sede- Lc 4,20
bant in concilio
viderunt faciem eius tamquam fa-
ciem angeli
7 dixit autem princeps sacerdotum
si haec ita se habent 17,11; 24,9
2 qui ait
viri fratres et patres audite 22,1
Deus gloriae apparuit patri nostro
Abraham cum esset in Mesopota-
miam
priusquam moraretur in Charram
3 et dixit ad illum Gn 12,1
exi de terra tua et de cognatione tua
et veni in terram quam tibi monstra-
vero
4 tunc exiit de terra Chaldeorum et Gn 11,31.32
habitavit in Charram
et inde postquam mortuus est pater
eius
transtulit illum in terram istam in
qua nunc vos habitatis
5 et non dedit illi hereditatem in ea nec Dt 2,5
passum pedis
et repromisit dare illi eam in posses-
sionem
et semini eius post ipsum Gn 13,15!
cum non haberet filium
6 locutus est autem Deus
quia erit semen eius accola in terra 6.7: Gn 15,13.14
aliena
et servituti eos subicient
et male tractabunt eos annis quad-
ringentis

3 spiritu + sancto SΦ c | 5 timonem] timotheum FSΦ | 7 dei] domini FSΦ c | 10 quo GCΛ𝔊] qui *cet.* | 11 audiuisse c. | et + in c | 13 ~ falsos testes I c | dicentes] qui dicerent AI co (*in apparatu, sed in textu lapsu* dicentes) | 14 mutauit AISΛ ‖ **7**,1 habeant A.; haberent FI | 2 abrahae c | in mesopotamia ΛΦ co | 3 de² *om.* F. | ~ monstrauero tibi S c | 5 et²] sed AI c | 6 autem + ei SC c | quadringentis + et septem FS |

GFA ISCΛΦ co

7 et gentem cui servierint iudicabo ego
dixit Deus
et post haec exibunt et deservient
mihi in loco isto
8 et dedit illi testamentum circumcisi-
onis
et sic genuit Isaac
Gn 21,4! Phil 3,5 et circumcidit eum die octava
et Isaac Iacob
et Iacob duodecim patriarchas
9 et patriarchae aemulantes Ioseph
Gn 45,4! vendiderunt in Aegyptum
Gn 39,2! et erat Deus cum eo
Ps 33,5! 10 et eripuit eum ex omnibus tribulatio-
nibus eius
Gn 39,21! et dedit ei gratiam et sapientiam in
conspectu Pharaonis regis Aegypti
Gn 41,40.41! et constituit eum praepositum super
Aegyptum et super omnem domum
suam
Gn 12,10! 11 venit autem fames in universam Ae-
gyptum et Chanaan et tribulatio
magna
et non inveniebant cibos patres nos-
tri
Gn 42,1 12 cum audisset autem Iacob esse fru-
mentum in Aegypto
misit patres nostros primum
13 et in secundo cognitus est Ioseph a
fratribus suis
et manifestatum est Pharaoni genus
eius
14 mittens autem Ioseph accersivit Ia-
cob patrem suum
Gn 46,27! et omnem cognationem in animabus
septuaginta quinque
Gn 46,6! 15 et descendit Iacob in Aegyptum
et defunctus est ipse et patres nostri
16 et translati sunt in Sychem
Gn 25,9.10; 33,19! et positi sunt in sepulchro quod emit
Abraham pretio argenti a filiis
Emmor filii Sychem

17 cum adpropinquaret autem tempus
repromissionis quam confessus erat
Deus Abrahae
crevit populus et multiplicatus est in Gn 47,27!
Aegypto
18 quoadusque surrexit rex alius in Ae- Ex 1,8
gypto qui non sciebat Ioseph
19 hic circumveniens genus nostrum ad-
flixit patres
ut exponerent infantes suos ne vivi-
ficarentur
20 eodem tempore natus est Moses et
fuit gratus Deo
qui nutritus est tribus mensibus in
domo patris sui
21 exposito autem illo
sustulit eum filia Pharaonis
et enutrivit eum sibi in filium Ex 2,10
22 et eruditus est Moses omni sapientia
Aegyptiorum
et erat potens in verbis et in operibus Lc 24,19!
suis
23 cum autem impleretur ei quadraginta
annorum tempus
ascendit in cor eius ut visitaret frat- 23.24: Ex 2,11.12
res suos filios Israhel
24 et cum vidisset quendam iniuriam
patientem vindicavit illum
et fecit ultionem ei qui iniuriam sus-
tinebat
percusso Aegyptio
25 existimabat autem intellegere fratres
quoniam Deus per manum ipsius
daret salutem illis
at illi non intellexerunt
26 sequenti vero die apparuit illis liti- 26–29: Ex 2,13–15
gantibus
et reconciliabat eos in pacem dicens
viri fratres estis ut quid nocetis alter-
utrum
27 qui autem iniuriam faciebat proximo
reppulit eum dicens

GFA ISCΛΦ co

7 ~ ego iudicabo GAI | deus] dominus AICc | seruient FSΦco | 8 octauo IΦc | 10 aegypti] aegyptiorum AI | 11 in uniuersam terram aegypti G.; in uniuersa terra aegypti I. | 12 in aegyptum FC | 13 a *om.* GI. | 14 cognationem + suam Cc; + eius S | 17 ~ autem appropinquaret c | promissionis c | confessus est FS; repromiserat C | 18 ~ alius rex c | 19 patres + nostros GSCΦc | 21 nutriuit Sc | 25 manus GΛ | 26 in pace GIc | 27 proximo + suo ASΦ |

35; Ex 2,14; Lc 12,14 quis te constituit principem et iudicem super nos
[28]numquid interficere me tu vis quemadmodum interfecisti heri Aegyptium
[29]fugit autem Moses in verbo isto
et factus est advena in terra Madiam
ubi generavit filios duos
[30]et expletis annis quadraginta
Ex 3,2 apparuit illi in deserto montis Sina
angelus in igne flammae rubi
[31]Moses autem videns admiratus est visum
et accedente illo ut consideraret facta est vox Domini
3,13! Mt 22,32! Mc 12,26 [32]ego Deus patrum tuorum
32—34: Ex 3,5–8 Deus Abraham et Deus Isaac et Deus Iacob
tremefactus autem Moses non audebat considerare
[33]dixit autem illi Dominus
solve calciamentum pedum tuorum
locus enim in quo stas terra sancta est
IV Rg 13,4! [34]videns vidi adflictionem populi mei qui est in Aegypto
et gemitum eorum audivi et descendi liberare eos
Ex 3,10 et nunc veni et mittam te in Aegyptum
[35]hunc Mosen quem negaverunt dicentes
27; Ex 2,14; Lc 12,14 quis te constituit principem et iudicem
hunc Deus principem et redemptorem misit cum manu angeli qui apparuit illi in rubo
Ps 105,21.22! [36]hic eduxit illos faciens prodigia et signa
in terra Aegypti et in Rubro mari et in deserto annis quadraginta
3,22; Dt 18,15! [37]hic est Moses qui dixit filiis Israhel
prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris tamquam me

[38]hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina Ex 19,3; Gal 3,19! **38.39:** 53
et cum patribus nostris
qui accepit verba vitae dare nobis
[39]cui noluerunt oboedire patres nostri
sed reppulerunt et aversi sunt cordibus suis in Aegyptum
[40]dicentes ad Aaron
fac nobis deos qui praecedant nos Ex 32,1!
Moses enim hic qui eduxit nos de terra Aegypti nescimus quid factum sit ei
[41]et vitulum fecerunt in illis diebus Ex 32,4!
et obtulerunt hostiam simulacro Ex 32,6!
et laetabantur in operibus manuum suarum
[42]convertit autem Deus et tradidit eos servire militiae caeli
sicut scriptum est in libro Prophetarum
numquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israhel **42.43:** Am 5,25–27
[43]et suscepistis tabernaculum Moloch
et sidus dei vestri Rempham
figuras quas fecistis adorare eas
et transferam vos trans Babylonem
[44]tabernaculum testimonii fuit patribus nostris in deserto
sicut disposuit loquens ad Mosen
ut faceret illud secundum formam quam viderat Ex 25,40!
[45]quod et induxerunt suscipientes patres nostri cum Iesu
in possessionem gentium quas expulit Deus a facie patrum nostrorum
usque in diebus David [46]qui invenit gratiam ante Deum
et petiit ut inveniret tabernaculum Deo Iacob Ps 131,5
[47]Salomon autem aedificavit illi domum III Rg 6,14!

30 et *om.* G | 31 facta est + ad eum c | domini + dicens Λ c | 32 ego + sum S c | et[1] *om.* Λ c | deus[3.4] *om.* FΦ | 34 et[4] *om.* F | 35 iudicem + super nos GISC | 37 ~ suscitabit uobis c | me GFΛ.𝔊] + audite C; + ipsum audite S; + ipsum audietis AIΦ co | 41 ~ diebus illis c | 42 aut] et c | 44 fuit + cum S c | disposuit + illis deus c. | GFA ISCΛΦ co

17.24 48 sed non Excelsus in manufactis habitat
sicut propheta dicit
Mt 5,34.35 49 caelum mihi sedis est
49.50: Is 66,1.2 terra autem scabillum pedum meorum
quam domum aedificabitis mihi dicit Dominus
aut quis locus requietionis meae est
50 nonne manus mea fecit haec omnia
51 dura cervice et incircumcisi cordibus et auribus
Is 63.10 vos semper Spiritui Sancto resistitis
sicut patres vestri et vos
II Esr 9,26! Mt 23,37! Rm 11,3! 52 quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri
et occiderunt eos qui praenuntiabant de adventu Iusti
cuius vos nunc proditores et homicidae fuistis
38.39; Io 7,19; Gal 3,19! 53 qui accepistis legem in dispositionem angelorum et non custodistis
5,33 54 audientes autem haec dissecabantur cordibus suis
Ps 34,16! et stridebant dentibus in eum
6,5! 55 cum autem esset plenus Spiritu Sancto
intendens in caelum vidit gloriam Dei
Mt 26,64! Rm 8,34 et Iesum stantem a dextris Dei et ait
10,11; Mt 3,16! Apc 19,11 ecce video caelos apertos
et Filium hominis a dextris stantem Dei
56 exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas
et impetum fecerunt unianimiter in eum
22,20 57 et eicientes eum extra civitatem lapidabant
et testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adulescentis qui vocabatur Saulus

58 et lapidabant Stephanum invocantem et dicentem Lc 23,46
Domine Iesu suscipe spiritum meum Ps 30,6
59 positis autem genibus clamavit voce magna Lc 22,41
Domine ne statuas illis hoc peccatum Ps 31,2! Lc 23,34!
et cum hoc dixisset obdormivit
Saulus autem erat consentiens neci eius 22,20
8 facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia quae erat Hierosolymis
et omnes dispersi sunt per regiones Iudaeae et Samariae
praeter apostolos
2 curaverunt autem Stephanum viri timorati Mt 14,12
et fecerunt planctum magnum super illum
3 Saulus vero devastabat ecclesiam I Cor 15,9; Gal 1,13; Phil 3,6
per domos intrans et trahens viros
ac mulieres tradebat in custodiam 22,4! 26,10
4 igitur qui dispersi erant pertransiebant evangelizantes verbum 25,40; 1,3! 13,46.49! 14,24
5 Philippus autem descendens in civitatem Samariae praedicabat illis Christum 35; 5,42
6 intendebant autem turbae his quae a Philippo dicebantur
unianimiter audientes et videntes signa quae faciebat Io 12,18
7 multi enim eorum qui habebant spiritus inmundos clamantes voce magna exiebant 19,12
multi autem paralytici et claudi curati sunt
8 factum est ergo magnum gaudium in illa civitate
9 vir autem quidam nomine Simon
qui ante fuerat in civitate magus
seducens gentem Samariae dicens esse se aliquem magnum 5,36

GFA ISCΛΦ co 51 duri o | incircumcisis GFΦc | restitistis GAIΛ | uestri + ita c. | 53 in dispositione GCc | 55 intendens] intuens A | ~ stantem a dextris dei² c; ~ ad dextris dei stantem C | 59 magna GFΛ𝔊] + dicens *cet.* | obdormiuit + in domino Φc || **8**,2 illum] eum c | 3 uero] autem c | 4 uerbum + dei Ac | 8 ~ gaudium magnum c | 9 ~ se esse aliquem FΦ co; ~ se aliquem esse S |

10 cui auscultabant omnes a minimo
usque ad maximum dicentes
hic est virtus Dei quae vocatur Magna
11 adtendebant autem eum propter
quod multo tempore magicis suis
dementasset eos
12 cum vero credidissent Philippo evan-
2,38! gelizanti de regno Dei et nomine
Iesu Christi
baptizabantur viri ac mulieres
13 tunc Simon et ipse credidit
et cum baptizatus esset adherebat
Philippo
Io 2,23! videns etiam signa et virtutes maximas fieri stupens admirabatur
11,1 14 cum autem audissent apostoli qui
erant Hierosolymis quia recepit
Samaria verbum Dei
3,1 miserunt ad illos Petrum et Iohannem
15 qui cum venissent oraverunt pro
15.16: 2,38! ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum
16 nondum enim in quemquam illorum
venerat
Rm 6,3; Gal 3,27 sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu
6,6! 9,17; 19,6! I Tim 4,14 17 tunc inponebant manus super illos
et accipiebant Spiritum Sanctum
18 cum vidisset autem Simon quia per
inpositionem manus apostolorum
daretur Spiritus Sanctus
obtulit eis pecuniam 19 dicens
date et mihi hanc potestatem ut cuicumque inposuero manus accipiat
Spiritum Sanctum
Petrus autem dixit ad eum
20 pecunia tua tecum sit in perditionem
quoniam donum Dei existimasti
pecunia possideri
21 non est tibi pars neque sors in sermone isto
Ps 77,37! cor enim tuum non est rectum coram Deo
22 paenitentiam itaque age ab hac nequitia tua II Par 7,14! Ez 18,30!
et roga Deum si forte remittatur tibi
haec cogitatio cordis tui
23 in felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse
24 respondens autem Simon dixit
precamini vos pro me ad Dominum
ut nihil veniat super me horum quae
dixistis
25 et illi quidem testificati et locuti ver- 4!
bum Domini rediebant Hierosolymam
et multis regionibus Samaritanorum
evangelizabant
26 angelus autem Domini locutus est
ad Philippum dicens
surge et vade contra meridianum
ad viam quae descendit ab Hierusalem in Gazam
haec est deserta
27 et surgens abiit
et ecce vir aethiops eunuchus potens Candacis reginae Aethiopum
qui erat super omnes gazas eius
venerat adorare in Hierusalem 24,11; Io 12,20
28 et revertebatur sedens super currum
suum legensque prophetam Esaiam
29 dixit autem Spiritus Philippo
accede et adiunge te ad currum istum
30 adcurrens autem Philippus audivit
illum legentem Esaiam prophetam
et dixit
putasne intellegis quae legis
31 qui ait
et quomodo possum si non aliquis
ostenderit mihi
rogavitque Philippum ut ascenderet
et sederet secum
32 locus autem scripturae quam legebat
erat hic
tamquam ovis ad occisionem ductus est 32.33: Is 53,7.8!

11 magiis c. | 12 uero] ergo AI | et] et de G.; et in F; in Λ c. | 14 quod recepisset c | illos] eos FSΦ c | 16 necdum A | iesu + christi AI | 24 ad deum FAΛ | 25 multi G A. | 27 uir + quidam GC | 28 ~ esaiam prophetam SC c | 30 illum] eum FΦ cω | 32 quam] quem A. |

GFA ISCΛΦ cω

et sicut agnus coram tondente se
sine voce sic non aperuit os suum
33 in humilitate iudicium eius sublatum est
generationem illius quis enarrabit
quoniam tollitur de terra vita eius
34 respondens autem eunuchus Philippo dixit
obsecro te de quo propheta dicit hoc
de se an de alio aliquo
35 aperiens autem Philippus os suum
5! et incipiens ab scriptura ista evangelizavit illi Iesum
36 et dum irent per viam venerunt ad quandam aquam
et ait eunuchus
ecce aqua quid prohibet me baptizari
38 et iussit stare currum
et descenderunt uterque in aquam Philippus et eunuchus
et baptizavit eum
39 cum autem ascendissent de aqua Spiritus Domini rapuit Philippum
et amplius non vidit eum eunuchus
ibat enim per viam suam gaudens
40 Philippus autem inventus est in Azoto
4! et pertransiens evangelizabat civitatibus cunctis donec veniret Caesaream
9 Saulus autem adhuc inspirans minarum et caedis in discipulos Domini
accessit ad principem sacerdotum
14 2—7: 26,9–15 2—18: 22,4–16 2 et petiit ab eo epistulas in Damascum ad synagogas
ut si quos invenisset huius viae viros ac mulieres
vinctos perduceret in Hierusalem
3 et cum iter faceret contigit ut adpropinquaret Damasco
et subito circumfulsit eum lux de caelo
4 et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi
Saule Saule quid me persequeris
5 qui dixit quis es Domine
et ille
ego sum Iesus quem tu persequeris
7 sed surge et ingredere civitatem
et dicetur tibi quid te oporteat facere
viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti Dt 4,12! Dn 10,7
audientes quidem vocem neminem autem videntes
8 surrexit autem Saulus de terra
apertisque oculis nihil videbat
ad manus autem illum trahentes introduxerunt Damascum
9 et erat tribus diebus non videns et non manducavit neque bibit
10 erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias
et dixit ad illum in visu Dominus Anania 18,9!
at ille ait
ecce ego Domine
11 et Dominus ad illum
surgens vade in vicum qui vocatur Rectus
et quaere in domo Iudae Saulum nomine Tarsensem
ecce enim orat
12 et vidit virum Ananiam nomine introeuntem et inponentem sibi manus ut visum recipiat 17 Mc 8,25!

GFA ISCΛΦ co 33 humilitate + sua G | generationem + autem GI | illius] eius ISc | enarrauit FISΛ | tolletur AICΛc | de] a AIΛ | 34 hoc *om.* S.; ~ hoc dicit AIΛ | 36 ecce aquam FCΛ. | quis G(*marg.*)FS | baptizari + 37 dixit (+ autem Λc) philippus si credis ex toto corde licet et respondens ait (dixit Λ) credo dei filium (~ filium dei c) esse iesum christum (*om.* Λ) ΛΦc | 39 enim] autem Sc ‖ 9,1 inspirans *restituimus*, *cf.* 𝔊] ispirans F.; spirans GSCΛ c; aspirans AIΦo | caedis] cedes GFS; caedens I. | 2 petiit CΛco] petit GFAI; petiuit Φ.; petens S | in[2] *om.* GFΦ | 3 damascum G | 4 saul saul G. | 5 quis] qui F | 7 sed GAIΛo𝔊] (5) durum est (*om.* C.) tibi contra stimulum calcitrare 6 et (qui C.) tremens ac (*om.* CΦ) stupens (in horrore uersus in eo quod factum erat C.) dixit (ait C.) domine quid me uis facere 7 et dominus ad eum FCΦc; et ait illi saulus domine quid me oportet fieri et ait illi iesus S. | et[2] + ibi Sc | oportet A | 9 erat + ibi c. | 11 illum] eum c. | surgens] surge Fo; surge et Sc | 12 uidet FC | ponentem F |

13 respondit autem Ananias
13.14: 21 Domine audivi a multis de viro hoc
quanta mala sanctis tuis fecerit in
Hierusalem
2 14 et hic habet potestatem a principibus
2.21! sacerdotum alligandi omnes qui
invocant nomen tuum
22.21 15 dixit autem ad eum Dominus
vade quoniam vas electionis est mihi
iste
26.17; Rm 1.5! Gal 1.16! ut portet nomen meum coram genti-
bus et regibus et filiis Israhel
16 ego enim ostendam illi quanta opor-
teat eum pro nomine meo pati
17 et abiit Ananias et introivit in do-
mum
12! 8.17! et inponens ei manus dixit
Saule frater
Dominus misit me Iesus qui appa-
ruit tibi in via qua veniebas
ut videas et implearis Spiritu Sancto
18 et confestim ceciderunt ab oculis
eius tamquam squamae et visum
recepit
et surgens baptizatus est
27.36 19 et cum accepisset cibum confortatus
est
fuit autem cum discipulis qui erant
Damasci per dies aliquot
20 et continuo in synagogis praedica-
17.3; 18.5.28; Mc 15.39! bat Iesum
quoniam hic est Filius Dei
21 stupebant autem omnes qui audie-
bant et dicebant
13.14! nonne hic est qui expugnabat in Hie-
rusalem eos qui invocabant nomen
istud
et huc ad hoc venit ut vinctos illos
duceret ad principes sacerdotum
22 Saulus autem magis convalescebat
et confundebat Iudaeos qui habita-
bant Damasci
adfirmans quoniam hic est Christus 17.3; 18.5.28
23 cum implerentur autem dies multi
consilium fecerunt Iudaei ut eum 23.12; Mt 26.4!
interficerent
24 notae autem factae sunt Saulo insi- 23.16
diae eorum
custodiebant autem et portas die ac 24.25: II Cor 11.32.33
nocte ut eum interficerent
25 accipientes autem discipuli eius noc-
te per murum dimiserunt eum sub- Ios 2.15!
mittentes in sporta
26 cum autem venisset in Hierusalem Gal 1.18
temptabat iungere se discipulis
et omnes timebant eum non creden-
tes quia esset discipulus
27 Barnabas autem adprehensum illum
duxit ad apostolos
et narravit illis quomodo in via vi-
disset Dominum
et quia locutus est ei
et quomodo in Damasco fiducialiter Is 12.2!
egerit in nomine Iesu
28 et erat cum illis intrans et exiens in 1.21
Hierusalem
et fiducialiter agens in nomine Do- 14.3; Is 12.2!
mini
29 loquebatur quoque et disputabat
cum Graecis
illi autem quaerebant occidere eum 21.31; Mc 14.1!
30 quod cum cognovissent fratres
deduxerunt eum Caesaream
et dimiserunt Tarsum
31 ecclesia quidem per totam Iudaeam
et Galilaeam et Samariam habebat
pacem
et aedificabatur ambulans in timore
Domini
et consolatione Sancti Spiritus reple-
batur
32 factum est autem Petrum dum per-

GFA ISCΛΦ co

13 ~ fecerit sanctis tuis c. | 16 ~ pati pro nomine meo FΦ | 17 in[1] *om.* FΦ | saul G | ~ iesus misit me AΦ | 19 aliquot] aliquos AIS | 21 inuocant A | deduceret G.; adduceret S | 22 multo magis AS co | 23 autem *om.* I.; ~ autem implerentur c. | fecerunt + in unum c. | 24 et *om.* GIS. | 25 discipuli eius] eum discipuli c; eum discipuli eius S; discipuli Λ | 26 ~ se iungere c | quia] quod c | 27 egerit] ageret AC; agerit S. | 28 et erat] erat autem AI | et[3] *om.* FSΦ o | 29 quoque + gentibus FSΦ c | 31 replebantur F | 32 petrum] petrus FS; ut petrus AΦ co |

transiret universos devenire et ad sanctos qui habitabant Lyddae
33 invenit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam
ab annis octo iacentem in grabatto
qui erat paralyticus
3,6! 34 et ait illi Petrus
Aeneas sanat te Iesus Christus
surge et sterne tibi
et continuo surrexit
35 et viderunt illum omnes qui habitabant Lyddae et Saronae
qui conversi sunt ad Dominum
36 in Ioppe autem fuit quaedam discipula nomine Tabitas
quae interpretata dicitur Dorcas
haec erat plena operibus bonis et elemosynis quas faciebat
37 factum est autem in diebus illis ut infirmata moreretur
quam cum lavissent posuerunt eam in cenaculo
38 cum autem prope esset Lydda ab Ioppe
discipuli audientes quia Petrus esset in ea
miserunt duos viros ad eum rogantes
ne pigriteris venire usque ad nos
39 exsurgens autem Petrus venit cum illis
et cum advenisset duxerunt illum in cenaculum
et circumsteterunt illum omnes viduae flentes
et ostendentes tunicas et vestes quas faciebat illis Dorcas
40.41: Mt 9,25; Mc 5,41.42; Lc 8,54.55 40 eiectis autem omnibus foras Petrus ponens genua oravit
et conversus ad corpus dixit
Lc 7,14.15 Tabita surge
at illa aperuit oculos suos et viso Petro resedit
41 dans autem illi manum erexit eam 3,7; Mc 1,31!
et cum vocasset sanctos et viduas adsignavit eam vivam
42 notum autem factum est per universam Ioppen
et crediderunt multi in Domino Io 7,31!
43 factum est autem ut dies multos moraretur in Ioppe
apud quendam Simonem coriarium 10,6
10 vir autem quidam erat in Caesarea nomine Cornelius
centurio cohortis quae dicitur Italica
2 religiosus et timens Deum cum omni domo sua
faciens elemosynas multas plebi
et deprecans Deum semper
3 vidit in visu manifeste quasi hora nona diei 3–6: 30–32; 11,13–14
angelum Dei introeuntem ad se et dicentem sibi Corneli Lc 1,11!
4 at ille intuens eum timore correptus dixit
quid est domine
dixit autem illi
orationes tuae et elemosynae tuae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei Sir 35,9!
5 et nunc mitte viros in Ioppen 11,13
et accersi Simonem quendam qui cognominatur Petrus
6 hic hospitatur apud Simonem quendam coriarium 9,43
cuius est domus iuxta mare
7 et cum discessisset angelus qui loquebatur illi
vocavit duos domesticos suos et militem metuentem Dominum ex his qui illi parebant
8 quibus cum narrasset omnia misit

GFA ISCΛΦ cɒ

32 deuenire et G𝔊] deueniret FASΦ cɒ; deueniret et I.; et deueniret C.; deuenire Λ | 34 aenea CΦ c | te + dominus AI c | 35 illum] eum c. | lydda GSΛ. | sarona G. | 36 tabita A cɒ | 37 autem *om.* GF | 38 ad ioppen c | 39 ostendentes + ei S c | 43 ~ simonem quendam I c || **10**,1 in caesaream FI | 2 et[1]] ac c | deum[1]] dominum FSΦ | deum[2]] dominum GS | 3 is uidit c. | in uisum FISΦ; uisum C. | ~ nona hora diei FSΦ; ~ hora diei nona c | 4 eum] in eum AC | quid est] quis es GI; qui es A | in memoria FS | 6 mare + hic dicet (dicit I) tibi quid te oporteat facere IΛ c |

illos in Ioppen
9 postera autem die iter illis facientibus et adpropinquantibus civitati
ascendit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam
10 et cum esuriret voluit gustare
10—20: 11,5–12 parantibus autem eis cecidit super eum mentis excessus
7,55! 11 et videt caelum apertum
et descendens vas quoddam velut linteum magnum
quattuor initiis submitti de caelo in terram
12 in quo erant omnia quadrupedia et serpentia terrae et volatilia caeli
13 et facta est vox ad eum
surge Petre et occide et manduca
14 ait autem Petrus
absit Domine
quia numquam manducavi omne commune et inmundum
15 et vox iterum secundo ad eum
quae Deus purificavit ne tu commune dixeris
16 hoc autem factum est per ter
et statim receptum est vas in caelum
17 et dum intra se haesitaret Petrus quidnam esset visio quam vidisset
ecce viri qui missi erant a Cornelio
inquirentes domum Simonis adstiterunt ad ianuam
18 et cum vocassent interrogabant si Simon qui cognominatur Petrus illic haberet hospitium
19 Petro autem cogitante de visione di-
19.20: 11,12 xit Spiritus ei
ecce viri tres quaerunt te
20 surge itaque et descende et vade cum eis nihil dubitans quia ego misi illos
21 descendens autem Petrus ad viros dixit
Io 18,8 ecce ego sum quem quaeritis
quae causa est propter quam venistis
22 qui dixerunt
Cornelius centurio vir iustus et timens Deum
et testimonium habens ab universa gente Iudaeorum
responsum accepit ab angelo sancto
accersire te in domum suam et audire verba abs te
23 introducens igitur eos recepit hospitio
sequenti autem die surgens profectus Lc 7,6
est cum eis
et quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum
24 altera autem die introivit Caesaream
Cornelius vero expectabat illos convocatis cognatis suis et necessariis amicis
25 et factum est cum introisset Petrus
obvius ei Cornelius et procidens ad pedes adoravit
26 Petrus vero levavit eum dicens
surge et ego ipse homo sum 14,14
27 et loquens cum illo intravit
et invenit multos qui convenerant
28 dixitque ad illos
vos scitis quomodo abominatum sit viro iudaeo coniungi aut accedere ad alienigenam
et mihi ostendit Deus neminem communem aut inmundum dicere hominem
29 propter quod sine dubitatione veni accersitus
interrogo ergo quam ob causam accersistis me
30 et Cornelius ait
a nudius quartana die usque in hanc
horam orans eram hora nona in 30—32: 3–6; 11,13–14
domo mea

10 eis] illis c; ei SC | 11 uidet G. 𝔊] uidit *cet.* | 13 et[2] *om.* AISΛ co | 14 omne *om.* F SC | 15 quae] quod c | ne tu commune GFΛ] tu ne com. SCo; tu com. ne AIΦ c | 20 et[1] *om.* c | eis] illis F | 23 igitur] ergo c | eis] illis c. | ab ioppen GS; a ioppen A.; ad ioppen I. | 25 obuius est ei S; obuius uenit ei c; obuiam uenit ei C | ad pedes FΛ 𝔊] *om.* C.; + eius *cet.* | 26 eleuauit S c | 28 et] sed ICΛ c | 29 accersisti FΛ | 30 nudius quarta FISΦ c | usque ad FSΦ c |

GFA ISCΛΦ co

1,10; Mc 16,5; Lc 24,4! Io 20,12 et ecce vir stetit ante me in veste can-
dida et ait
Lc 1,13! 31 Corneli exaudita est oratio tua
et elemosynae tuae commemoratae
sunt in conspectu Dei
32 mitte ergo in Ioppen et accersi Si-
monem qui cognominatur Petrus
hic hospitatur in domo Simonis co-
riarii iuxta mare
33 confestim igitur misi ad te
et tu bene fecisti veniendo
nunc ergo omnes nos in conspectu
tuo adsumus
audire omnia quaecumque tibi prae-
cepta sunt a Domino
34 aperiens autem Petrus os dixit
15,9; Dt 1,17! Mt 22,16! Rm 2,11; Gal 2,6! in veritate conperi quoniam non est
personarum acceptor Deus
Rm 2,13! 35 sed in omni gente qui timet eum et
operatur iustitiam acceptus est illi
36 verbum misit filiis Israhel adnunti-
Eph 2,17 ans pacem per Iesum Christum
Rm 10,12 hic est omnium Dominus
37 vos scitis quod factum est verbum
per universam Iudaeam
incipiens enim a Galilaea post baptis-
mum quod praedicavit Iohannes
38 Iesum a Nazareth
Lc 4,18! quomodo unxit eum Deus Spiritu
Sancto et virtute
Mt 4,24! qui pertransivit benefaciendo et sa-
nando omnes oppressos a diabolo
quoniam Deus erat cum illo
5,32! 39 et nos testes sumus omnium quae
fecit in regione Iudaeorum et Hie-
rusalem
39.40: 2,23.24! 3,15! 4,10; 5,30! quem et occiderunt suspendentes in
ligno
I Cor 15,4.5 40 hunc Deus suscitavit tertia die
40.41: Io 14,22 et dedit eum manifestum fieri 41 non
omni populo
sed testibus praeordinatis a Deo no-
bis qui manducavimus et bibimus
cum illo
postquam resurrexit a mortuis
42 et praecepit nobis praedicare popu-
lo et testificari
quia ipse est qui constitutus est a Io 5,22! Rm 14,9; II Tim 4,1; I Pt 4,5
Deo iudex vivorum et mortuorum
43 huic omnes prophetae testimonium
perhibent
remissionem peccatorum accipere 13,38! 26,18; I Io 2,12!
per nomen eius omnes qui credunt
in eum
44 adhuc loquente Petro verba haec
cecidit Spiritus Sanctus super omnes 2,4!
qui audiebant verbum
45 et obstipuerunt ex circumcisione fi-
deles qui venerant cum Petro
quia et in nationes gratia Spiritus 45.46: 2,4! 19,6!
Sancti effusa est
46 audiebant enim illos loquentes lin-
guis et magnificantes Deum
47 tunc respondit Petrus
numquid aquam quis prohibere pot-
est
ut non baptizentur hii qui Spiritum
Sanctum acceperunt sicut et nos
48 et iussit eos in nomine Iesu Christi 2,38!
baptizari
tunc rogaverunt eum ut maneret ali- 18,20; Io 4,40
quot diebus
11 audierunt autem apostoli et fratres 8,14
qui erant in Iudaea
quoniam et gentes receperunt ver-
bum Dei
2 cum ascendisset autem Petrus in
Hierosolymam
disceptabant adversus illum qui Tit 1,10
erant ex circumcisione 3 dicentes
quare introisti ad viros praeputium
habentes et manducasti cum illis Gal 2,12
4 incipiens autem Petrus exponebat
illis ordinem dicens
5 ego eram in civitate Ioppe orans
et vidi in excessu mentis visionem 5—12: 10,10–20

GFA ISCΛΦ ϲo 33 igitur] ergo ϲ | 34 os + suum SΛΦϲ | quoniam] quia ϲ | 36 misit + deus ϲ | 38 a[1] *om.* AI | 39 et[2] + in ΑΦ | et[3] ACΛ𝔊] *om. cet.* | 45 uenerunt GA | 48 baptizari in nomine domini iesu christi ϲ. | aliquot diebus] *praem.* ibi S; *praem.* apud eos CΦϲ; + apud eos I. || 11,2 ~ autem ascendisset ϲ | in *om.* ICΛΦϲ | 5 ciuitate ioppen AS; ciuitatem ioppen C; ciuitatem ioppe I |

descendens vas quoddam velut linteum magnum quattuor initiis submitti de caelo
et venit usque ad me
6 in quod intuens considerabam
et vidi quadrupedia terrae et bestias et reptilia et volatilia caeli
7 audivi autem et vocem dicentem mihi
surgens Petre occide et manduca
8 dixi autem nequaquam Domine
quia commune aut inmundum numquam introivit in os meum
9 respondit autem vox secundo de caelo
quae Deus mundavit tu ne commune dixeris
10 hoc autem factum est per ter
et recepta sunt rursum omnia in caelum
11 et ecce confestim tres viri adstiterunt in domo in qua eram missi a Caesarea ad me
10,19.20 12 dixit autem Spiritus mihi ut irem cum illis nihil haesitans
venerunt autem mecum et sex fratres isti
et ingressi sumus in domum viri
13 narravit autem nobis quomodo vi-
13–14: 10,3–6.30–32 disset angelum in domo sua stantem et dicentem sibi
mitte in Ioppen et accersi Simonem qui cognominatur Petrus
14 qui loquetur tibi verba in quibus
16,31 salvus eris tu et universa domus tua
15 cum autem coepissem loqui
2,4! 15,8; 19,6! decidit Spiritus Sanctus super eos sicut et in nos in initio
16 recordatus sum autem verbi Domini sicut dicebat
1,5; Mt 3,11! Iohannes quidem baptizavit aqua
vos autem baptizabimini Spiritu Sancto
17 si ergo eandem gratiam dedit illis 15,8
Deus
sicut et nobis qui credidimus in Dominum Iesum Christum
ego quis eram qui possem prohibere Deum
18 his auditis tacuerunt et glorificaverunt Deum dicentes
ergo et gentibus Deus paenitentiam ad vitam dedit
19 et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione quae facta fuerat sub Stephano
perambulaverunt usque Foenicen et Cyprum et Antiochiam
nemini loquentes verbum nisi solis Iudaeis
20 erant autem quidam ex eis viri cyprii et cyrenei
qui cum introissent Antiochiam
loquebantur et ad Graecos adnuntiantes Dominum Iesum
21 et erat manus Domini cum eis Lc 1,66
multusque numerus credentium con- 24; 5,14!
versus est ad Dominum
22 pervenit autem sermo ad aures ecclesiae quae erat Hierosolymis super istis
et miserunt Barnaban usque Antiochiam
23 qui cum pervenisset et vidisset gratiam Dei gavisus est
et hortabatur omnes proposito cor- 13,43; 14,21
dis permanere in Domino
24 quia erat vir bonus et plenus Spiritu 6,5!
Sancto et fide
et adposita est turba multa Domino 21; 5,14!
25 profectus est autem Tarsum ut quaereret Saulum
quem cum invenisset perduxit Antiochiam

5 descendens uas quoddam uelut] ut FS. | 6 in quo AICΦ | 7 surgens GCΛ𝔊] surge *cet.* | 8 in *om.* F | 9 ~ commune ne AIC | 10 ~ omnia rursum C c. | 11 ~ uiri tres confestim c. | in domum GI. | 12 et¹ *om.* FS | 13 [*deest* I *usque ad* 13,46] | 14 loquitur GS | 15 cecidit Λ c | 16 sum *om.* F | autem¹ *om.* G. | 18 et² *om.* FS. | ~ poenitentiam dedit deus ad uitam c. | 20 et² *om.* FSΦ | 22 usque + ad c | 23 in proposito c | 24 quia] qui F | ~ multa turba c. | 25 autem + barnabas c |

GFA (I)SCΛΦ c𝔬

26 et annum totum conversati sunt in ecclesia
et docuerunt turbam multam
ita ut cognominarentur primum Antiochiae discipuli Christiani
27 in his autem diebus supervenerunt
27.28: 21,10 ab Hierosolymis prophetae Antiochiam
28 et surgens unus ex eis nomine Agabus
significabat per Spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum
quae facta est sub Claudio
Bar 1,6.7 29 discipuli autem prout quis habebat
proposuerunt singuli eorum in ministerium mittere habitantibus in Iudaea fratribus
30 quod et fecerunt
mittentes ad seniores per manus Barnabae et Sauli
12 eodem autem tempore misit Herodes rex manus ut adfligeret quosdam de ecclesia
2 occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio
24,27! 3 videns autem quia placeret Iudaeis
adposuit adprehendere et Petrum
erant autem dies azymorum
4,3; 5,18: Lc 21,12! 4 quem cum adprehendisset misit in carcerem
tradens quattuor quaternionibus militum custodire eum
volens post pascha producere eum populo
5 et Petrus quidem servabatur in carcere
oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo
6 cum autem producturus eum esset Herodes
in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus
et custodes ante ostium custodiebant carcerem
7 et ecce angelus Domini adstitit III Rg 19,5; Lc 2,9!
et lumen refulsit in habitaculo
percussoque latere Petri suscitavit eum dicens
surge velociter
et ceciderunt catenae de manibus eius
8 dixit autem angelus ad eum
praecingere et calcia te gallicas tuas
et fecit sic
et dixit illi
circumda tibi vestimentum tuum et sequere me
9 et exiens sequebatur
et nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum
aestimabat autem se visum videre
10 transeuntes autem primam et secundam custodiam
venerunt ad portam ferream quae ducit ad civitatem
quae ultro aperta est eis
et exeuntes processerunt vicum unum
et continuo discessit angelus ab eo
11 et Petrus ad se reversus dixit
nunc scio vere quia misit Dominus angelum suum
et eripuit me de manu Herodis
et de omni expectatione plebis Iudaeorum
12 consideransque venit ad domum
Mariae matris Iohannis qui cognominatus est Marcus 25: 15,37
ubi erant multi congregati et orantes
13 pulsante autem eo ostium ianuae
processit puella ad audiendum nomine Rhode
14 et ut cognovit vocem Petri prae gaudio non aperuit ianuam
sed intro currens nuntiavit stare Petrum ante ianuam

GFA SCΛΦ cω 26 sunt + ibi c. | 28 claudio + caesare G | 29 singuli eorum GC𝔊] singuli c.; *om. cet.* || **12**,3 ut apprehenderet Φc | 4 tradensque FSΦ | ad custodiendum eum S; ad custodiendum Φ; custodiendum c | 7 suscitauit] excitauit FΛΦc | 8 galliculas ACω; caligas Φc | 9 sequebatur + eum ASΛΦcω | existimabat Cc | 12 cognominatur G. | 13 ad uidendum FSΦ |

15 at illi dixerunt ad eam insanis
illa autem adfirmabat sic se habere
illi autem dicebant angelus eius est
16 Petrus autem perseverabat pulsans
cum autem aperuissent viderunt eum
et obstipuerunt
13,16! 17 annuens autem eis manu ut tacerent
enarravit quomodo Dominus edu-
xisset eum de carcere
dixitque nuntiate Iacobo et fratribus
haec
et egressus abiit in alium locum
18 facta autem die erat non parva tur-
batio inter milites
quidnam de Petro factum esset
19 Herodes autem cum requisisset eum
et non invenisset
inquisitione facta de custodibus ius-
sit eos duci
descendensque a Iudaea in Caesa-
ream ibi commoratus est
20 erat autem iratus Tyriis et Sidoniis
at illi unianimes venerunt ad eum
et persuaso Blasto qui erat super cu-
biculum regis
postulabant pacem
eo quod alerentur regiones eorum ab
illo
21 statuto autem die Herodes vestitus
veste regia sedit pro tribunali
et contionabatur ad eos
22 populus autem adclamabat
dei voces et non hominis
II Mcc 9,8.9 23 confestim autem percussit eum ange-
lus Domini
eo quod non dedisset honorem Deo
et consumptus a vermibus exspiravit
6,7; 13,49; 19,20 24 verbum autem Domini crescebat et
multiplicabatur
25 Barnabas autem et Saulus reversi
sunt ab Hierosolymis expleto mi-
nisterio
adsumpto Iohanne qui cognomina- 12; 15,37
tus est Marcus
13 erant autem in ecclesia quae erat
Antiochiae prophetae et doctores
in quibus Barnabas et Symeon qui
vocabatur Niger
et Lucius Cyrenensis
et Manaen qui erat Herodis tetrar-
chae conlactaneus et Saulus
2 ministrantibus autem illis Domino
et ieiunantibus
dixit Spiritus Sanctus
separate mihi Barnaban et Saulum in
opus quod adsumpsi eos
3 tunc ieiunantes et orantes inponen- 6,6! 14,22
tesque eis manus dimiserunt illos
4 et ipsi quidem missi ab Spiritu Sanc-
to abierunt Seleuciam
et inde navigaverunt Cyprum
5 et cum venissent Salamina praedica-
bant verbum Dei in synagogis Iu- 14! 14,1! 17,10. 17; 18,19; 19,8!
daeorum
habebant autem et Iohannem in
ministerio
6 et cum perambulassent universam
insulam usque Paphum
invenerunt quendam virum magum
pseudoprophetam Iudaeum
cui nomen erat Bariesu
7 qui erat cum proconsule Sergio
Paulo viro prudente
hic accitis Barnaba et Saulo deside-
rabat audire verbum Dei
8 resistebat autem illis Elymas magus
sic enim interpretatur nomen eius
quaerens avertere proconsulem a
fide
9 Saulus autem qui et Paulus reple- 6,5!
tus Spiritu Sancto intuens in eum
10 dixit
o plene omni dolo et omni fallacia
fili diaboli

17 manum F | narrauit AΦ co; et narrauit eis S. | 18 ~ esset de petro factum S; ~ factum esset de petro c | 21 autem *om.* FASΛ | uestitus est... seditque A | regali FS | 22 clamabat AΛ || 13,1 simon c | lycius GF | 2 dixit + illis Λ c | segregate AΦ c | ~ saulum et barnabam c | ad quod c | 5 salaminam Λ c; salamiam C | 6 ~ uirum quendam AC | magnum GSΦ | bariesus G; barieu Λ | 7 accersitis ASΦ co | saulo G c𝔊] paulo *cet.* | domini A | 8 pro consule GFASΦ | 10 fili] filius AC | GFA SCΛΦ co

inimice omnis iustitiae
non desinis subvertere vias Domini
rectas
11 et nunc ecce manus Domini super te
et eris caecus
non videns solem usque ad tempus
et confestim cecidit in eum caligo et
tenebrae
et circumiens quaerebat qui ei ma-
num daret
12 tunc proconsul cum vidisset factum
Mc 1,22! credidit admirans super doctrinam
Domini
13 et cum a Papho navigassent Paulus
et qui cum eo venerunt Pergen
Pamphiliae
15,38 Iohannes autem discedens ab eis
reversus est Hierosolymam
14 illi vero pertranseuntes Pergen vene-
runt Antiochiam Pisidiae
5! 16,13 et ingressi synagogam die sabbato-
rum sederunt
15 post lectionem autem Legis et Pro-
phetarum
miserunt principes synagogae ad eos
dicentes
viri fratres
si quis est in vobis sermo exhorta-
tionis ad plebem dicite
12,17; 21,40 16 surgens autem Paulus et manu silen-
tium indicens ait
viri israhelitae et qui timetis Deum
audite
17 Deus plebis Israhel elegit patres
nostros et plebem exaltavit
Dt 26,8! cum essent incolae in terra Aegypti
et in brachio excelso eduxit eos ex ea
Dt 2,7! 18 et per quadraginta annorum tempus
mores eorum sustinuit in deserto
Ps 77,54 19 et destruens gentes septem in terra
Chanaan
Ios 23,4! sorte distribuit eis terram eorum
20 quasi post quadringentos et quin-
quaginta annos

et post haec dedit iudices usque ad Idc 2,16!
Samuhel prophetam
21 et exinde postulaverunt regem I Sm 8,10!
et dedit illis Deus Saul filium Cis
virum de tribu Beniamin annis
quadraginta
22 et amoto illo suscitavit illis David
regem
cui et testimonium perhibens dixit
inveni David filium Iesse virum se- I Sm 13,14; Ps 88,21!
cundum cor meum qui faciet omnes
voluntates meas
23 huius Deus ex semine secundum
promissionem eduxit Israhel salva-
torem Iesum
24 praedicante Iohanne ante faciem ad- 19,4; Mc 1,4; Lc 3,3
ventus eius baptismum paeniten- 24.25: Mt 3,11!
tiae omni populo Israhel
25 cum impleret autem Iohannes cur-
sum suum dicebat
quem me arbitramini esse non sum Io 1,20; 3,28
ego
sed ecce venit post me cuius non sum Io 1,27
dignus calciamenta pedum solvere
26 viri fratres filii generis Abraham et
qui in vobis timent Deum
vobis verbum salutis huius missum Ps 106,20!
est
27 qui enim habitabant Hierusalem et
principes eius
hunc ignorantes 3,17.18
et voces prophetarum quae per om- 15,21
ne sabbatum leguntur iudicantes
impleverunt
28 et nullam causam mortis invenientes 23,29! Lc 23,15!
in eum
petierunt a Pilato ut interficerent
eum
29 cumque consummassent omnia quae
de eo scripta erant
deponentes eum de ligno posuerunt
in monumento
30 Deus vero suscitavit eum a mortuis 34! 3,15! 17,31; Rm 4,24! I Th 1,10
qui visus est per dies multos

GFA SCΛΦ cϲo 10 omnis] omni FA. | 12 super doctrina GAΛc | 13 eo + erant A(*marg.*)Cc | 14 pergen] per gentes FS | 17 excelso] extento A. | 21 deus *om.* GSΛ | 22 et[2] *om.* c | faciat F; facit S | 28 in eo Λc | 29 posuerunt + eum c | 30 mortuis + tertia die AΦ cϲo |

his 31 qui simul ascenderant cum eo
de Galilaea in Hierusalem
1,8! qui usque nunc sunt testes eius ad
plebem
32 et nos vobis adnuntiamus ea quae ad
patres nostros repromissio facta est
33 quoniam hanc Deus adimplevit filiis
nostris resuscitans Iesum
sicut et in psalmo secundo scriptum
est
Ps 2,7! Hbr 1,5; 5,5 Filius meus es tu ego hodie genui te
30! 37; Rm 6,9 34 quod autem suscitaverit eum a mortuis
amplius iam non reversurum in corruptionem
ita dixit
Is 55,3 quia dabo vobis sancta David fidelia
35 ideoque et alias dicit
2,27; Ps 15,10 non dabis Sanctum tuum videre
corruptionem
36 David enim sua generatione cum
administrasset voluntati Dei
2,29; III Rg 2,10! dormivit et adpositus est ad patres
suos
et vidit corruptionem
34! 37 quem vero Deus suscitavit non vidit
corruptionem
38 notum igitur sit vobis viri fratres
10,43! Lc 24,47! quia per hunc vobis remissio peccatorum adnuntiatur
Rm 3,20! Gal 3,11 ab omnibus quibus non potuistis in
lege Mosi iustificari
Rm 3,28! 10,4 39 in hoc omnis qui credit iustificatur
40 videte ergo ne superveniat quod
dictum est in prophetis
Hab 1,5 41 videte contemptores et admiramini
et disperdimini
quia opus operor ego in diebus
vestris
opus quod non credetis si quis enarraverit vobis
42 exeuntibus autem illis
rogabant ut sequenti sabbato loquerentur sibi verba haec
43 cumque dimissa esset synagoga
secuti sunt multi Iudaeorum et colentium advenarum Paulum et
Barnaban
qui loquentes suadebant eis ut per- 11,23!
manerent in gratia Dei
44 sequenti vero sabbato paene universa civitas convenit audire verbum
Domini
45 videntes autem turbas Iudaei repleti
sunt zelo
et contradicebant his quae a Paulo
dicebantur blasphemantes
46 tunc constanter Paulus et Barnabas
dixerunt
vobis oportebat primum loqui ver- 8,4!
bum Dei
sed quoniam repellitis illud
et indignos vos iudicastis aeternae
vitae
ecce convertimur ad gentes 18,6
47 sic enim praecepit nobis Dominus
posui te in lumen gentibus ut sis in Is 49,6! Lc 2,32
salutem usque ad extremum terrae
48 audientes autem gentes gavisae sunt
et glorificabant verbum Domini 2,46.47!
et crediderunt quotquot erant praeordinati ad vitam aeternam
49 disseminabatur autem verbum Do- 6,7; 8,4! 12,24; 19,20
mini per universam regionem
50 Iudaei autem concitaverunt religio- 14,2; 17,5!
sas mulieres et honestas
et primos civitatis
et excitaverunt persecutionem in
Paulum et Barnaban
et eiecerunt eos de finibus suis **50.51:** Mt 10,14; Mc 6,11; Lc 9,5; 10,10.11
51 at illi excusso pulvere pedum in eos
venerunt Iconium
52 discipuli quoque replebantur gaudio 2,4!
et Spiritu Sancto

32 ea] eam Λ c | 33 et *om.* G | 34 suscitauit c | 36 enim + in Φ c | uoluntatem F | 37 suscitauit + a mortuis c. | 38 ab] et ab C c | ab omnibus quibus *om.* S.; quibus *om.* F | 40 superueniat + uobis GFSΦ cɸ | 41 creditis GFSCΛ | 44 domini] dei c | 46 reppulistis A | deiudicastis A.; iudicatis SΦ c | [*iterum adest* I] | 47 in lumine FIS; in lucem C c | gentium C c | 49 per] in A. | 50 ~ mulieres religiosas c. | persecutionem] seditionem A. ||

GFA (I)SCΛΦ cɸ

13,5! **14** factum est autem Iconii ut simul
introirent synagogam Iudaeorum
et loquerentur
17,4! Io 11,45! ita ut crederet Iudaeorum et Graecorum copiosa multitudo
2 qui vero increduli fuerunt Iudaei
13,50! suscitaverunt et ad iracundiam concitaverunt animas gentium adversus fratres
3 multo igitur tempore demorati sunt
9,28! fiducialiter agentes in Domino
testimonium perhibente verbo gratiae suae
2,43! 5,12! 19,11; Mc 16,20; Hbr 2,4 dante signa et prodigia fieri per manus eorum
4 divisa est autem multitudo civitatis
et quidam quidem erant cum Iudaeis
quidam vero cum apostolis
5 cum autem factus esset impetus gentilium et Iudaeorum cum principibus suis
Mt 22,6 ut contumeliis adficerent et lapidarent eos
6 intellegentes confugerunt ad civitates Lycaoniae Lystram et Derben
et universam in circuitu regionem
et ibi evangelizantes erant
3,2 7 et quidam vir in Lystris infirmus pedibus sedebat claudus ex utero matris suae
qui numquam ambulaverat
8 hic audivit Paulum loquentem
qui intuitus eum et videns quia haberet fidem ut salvus fieret
9 dixit magna voce
surge super pedes tuos rectus
3,8 et exilivit et ambulabat
10 turbae autem cum vidissent quod fecerat Paulus
levaverunt vocem suam lycaonice dicentes
28,6 dii similes facti hominibus descenderunt ad nos
11 et vocabant Barnaban Iovem
Paulum vero Mercurium
quoniam ipse erat dux verbi
12 sacerdos quoque Iovis qui erat ante civitatem
tauros et coronas ante ianuas adferens cum populis volebat sacrificare Dn 2,46
13 quod ubi audierunt apostoli Barnabas et Paulus
conscissis tunicis suis exilierunt in turbas
clamantes 14 et dicentes
viri quid haec facitis
et nos mortales sumus similes vobis homines 10,26
adnuntiantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum 1 Th 1,9
qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt 4,24! 17,24; Apc 10,6; 14,7
15 qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi in vias suas
16 et quidem non sine testimonio semet ipsum reliquit benefaciens
de caelo dans pluvias et tempora fructifera
implens cibo et laetitia corda vestra
17 et haec dicentes vix sedaverunt turbas ne sibi immolarent
18 supervenerunt autem quidam ab Antiochia et Iconio Iudaei
et persuasis turbis lapidantesque Paulum traxerunt extra civitatem
aestimantes eum mortuum esse
19 circumdantibus autem eum discipulis
surgens intravit civitatem
et postera die profectus est cum Barnaba in Derben
20 cumque evangelizassent civitati illi

GFA ISCΛΦ ϲɒ **14**,1 iconii GFSϲ] iconio ICΛ; in iconio AΦɒ | in synagogam Aϲ; in synagoga IΛ. | crederent AI | 2 incredibiles A. | fuerant A | 3 testimonio GS. | 5 adficerent] adfligerent AI | 7 in *om.* AΦϲ | 8 ~ fidem haberet ϲ. | 9 rectos G; *om.* S. | 10 hominibus] hominum FΦ.; hominis S. | 12 ad ianuas adferens Λ; ante ianuas offerens I.; anteferens ad ianuas FΦ.; anteferentes ad ianuas S. | 14 et[4] *om.* GA | 15 in[2] *om.* AICΛϲɒ | 16 pluuiam GI. | uestra] nostra Iϲ. | 18 existimantes Λϲ; extimantes C |

et docuissent multos
reversi sunt Lystram et Iconium et
Antiochiam
21 confirmantes animas discipulorum
11,23! exhortantes ut permanerent in fide
et quoniam per multas tribulationes
oportet nos intrare in regnum Dei
22 et cum constituissent illis per singu-
las ecclesias presbyteros
13,3! et orassent cum ieiunationibus
20,32 commendaverunt eos Domino in
quem crediderunt
23 transeuntesque Pisidiam venerunt
Pamphiliam
8,41 24 et loquentes in Pergen verbum Do-
mini
descenderunt in Attaliam
25 et inde navigaverunt Antiochiam
15,40 unde erant traditi gratiae Dei in opus
quod conpleverunt
15,4.12! II Cor 2,12! 26 cum autem venissent et congregas-
sent ecclesiam
rettulerunt quanta fecisset Deus cum
illis
quia aperuisset gentibus ostium fidei
27 morati sunt autem tempus non mo-
dicum cum discipulis
15 et quidam descendentes de Iudaea
docebant fratres
quia nisi circumcidamini secundum
morem Mosi non potestis salvi fieri
2 facta ergo seditione non minima
Paulo et Barnabae adversum illos
Gal 2,1 statuerunt ut ascenderent Paulus et
Barnabas et quidam alii ex illis
ad apostolos et presbyteros in Hieru-
salem super hac quaestione
3 illi igitur deducti ab ecclesia per-
transiebant Foenicen et Samariam
narrantes conversionem gentium
et faciebant gaudium magnum om-
nibus fratribus
4 cum autem venissent Hierosolymam 14,26!
suscepti sunt ab ecclesia et ab apo-
stolis et senioribus
adnuntiantes quanta Deus fecisset
cum illis
5 surrexerunt autem quidam de heresi
Pharisaeorum qui crediderant di-
centes
quia oportet circumcidi eos
praecipere quoque servare legem
Mosi
6 conveneruntque apostoli et senio-
res videre de verbo hoc
7 cum autem magna conquisitio fieret
surgens Petrus dixit ad eos
viri fratres
vos scitis quoniam ab antiquis die-
bus in nobis elegit Deus
per os meum audire gentes verbum
evangelii et credere
8 et qui novit corda Deus testimonium Lc 16,15!
perhibuit
dans illis Spiritum Sanctum sicut et 11,15! 17
nobis
9 et nihil discrevit inter nos et illos 10,34! Rm 10,12!
fide purificans corda eorum
10 nunc ergo quid temptatis Deum in-
ponere iugum super cervicem dis-
cipulorum
quod neque patres nostri neque nos
portare potuimus
11 sed per gratiam Domini Iesu credi- Eph 2,8!
mus salvari quemadmodum et illi
12 tacuit autem omnis multitudo
et audiebant Barnaban et Paulum
narrantes quanta fecisset Deus sig- 2,43! 14,26! 21,19
na et prodigia in gentibus per eos
13 et postquam tacuerunt
respondit Iacobus dicens
viri fratres audite me

21 [*adest partim* l *usque ad* 17,25] | exhortantesque AIΛΦ cɒ: exorantesque l. | in[2] *om.* G | 22 ieiuniis G | 23 in pamphiliam ASCΦl cɒ | 24 uerbum domini in perge c. | 25 nauigauerunt + in FΛ. | 26 deus] dominus AΛl. | illis + et AIC c || **15**,1 saluari FSΦ cɒ | 2 ex illis FC ɒ 𝔊] ex aliis *cet.* | 3 igitur] ergo c. | conuersionem GC cɒ 𝔊] conuersationem *cet.* | magnum *om.* GΛ. | 4 et a senioribus FSΦ ɒ | 5 crediderunt ISΛ c | [*vv.* 6—12 *vet. lat. vers. praebet* l] | 7 ~ deus in nobis elegit c. | 8 ~ sanctum spiritum ACΛ | 10 ceruices A c | 11 iesu + christi c | 12 ~ deus fecisset c. |

GFA
ISCΛΦ(l)
cɒ

14 Simeon narravit quemadmodum
primum Deus visitavit sumere ex
gentibus populum nomini suo
15 et huic concordant verba propheta-
rum
sicut scriptum est
16.17: Am 9,11.12 16 post haec revertar et aedificabo ta-
bernaculum David quod decidit
et diruta eius reaedificabo
et erigam illud 17 ut requirant ceteri
hominum Dominum
et omnes gentes super quas invoca-
tum est nomen meum
dicit Dominus faciens haec
18 notum a saeculo est Domino opus
suum
19 propter quod ego iudico non inquie-
tari eos qui ex gentibus convertun-
tur ad Deum
29; 21,25; 1 Cor 10,7! 20 sed scribere ad eos ut abstineant se
a contaminationibus simulacrorum
Tb 4,13! 1 Cor 6,18! Lv 3,17! et fornicatione et suffocatis et san-
guine
21 Moses enim a temporibus antiquis
habet in singulis civitatibus qui
eum praedicent in synagogis
13,27 ubi per omne sabbatum legitur
22 tunc placuit apostolis et senioribus
cum omni ecclesia
eligere viros ex eis et mittere Anti-
ochiam cum Paulo et Barnaba
27 Iudam qui cognominatur Barsabban
et Silam
viros primos in fratribus
23 scribentes per manus eorum
apostoli et seniores fratres
his qui sunt Antiochiae et Syriae et
Ciliciae fratribus ex gentibus salu-
tem
Gal 1,7 24 quoniam audivimus quia quidam ex
nobis exeuntes turbaverunt vos ver-
bis evertentes animas vestras
quibus non mandavimus
25 placuit nobis collectis in unum eli-
gere viros et mittere ad vos
cum carissimis nostris Barnaba et
Paulo
26 hominibus qui tradiderunt animas 21,13; Rm 16,4!
suas pro nomine Domini nostri
Iesu Christi
27 misimus ergo Iudam et Silam 22
qui et ipsi vobis verbis referent ea-
dem
28 visum est enim Spiritui Sancto et no-
bis
nihil ultra inponere vobis oneris
quam haec necessario
29 ut abstineatis vos ab immolatis si- 20!
mulacrorum et sanguine suffocato
et fornicatione
a quibus custodientes vos bene age-
tis valete
30 illi igitur dimissi descenderunt Anti-
ochiam
et congregata multitudine tradide-
runt epistulam
31 quam cum legissent gavisi sunt super
consolatione
32 Iudas autem et Silas et ipsi cum es-
sent prophetae
verbo plurimo consolati sunt fratres
et confirmaverunt
33 facto autem ibi tempore
dimissi sunt cum pace a fratribus ad
eos qui miserant illos
35 Paulus autem et Barnabas demora-
bantur Antiochiae
docentes et evangelizantes cum aliis
pluribus verbum Domini
36 post aliquot autem dies

GFA ISCΛΦ(l) cɒ 14 simon AΦc | 16 aedificabo] reaedificabo ICΛlc | dauid *om.* A | cecidit FISC | 19 iudico] dico FS | dominum AISΛlɒ | 22 cognominabatur Cc | barsabban GIΛ] barsabbam Al.; barsabbas Φɒ; barsabas c; barsabba C.; barnaban S; barnabas F. | 23 manum ISCΦ | [*vv.* 26—38 *vet. lat. vers. praebet* l] | 28 necessaria c | 29 suffocato] *inter uncinos pon.* ɒ *ut glossam*; *praem.* et GΛc; *praem.* et a C | agitis FISC | 30 igitur] ergo c. | 31 super consolationem FISC | 32 confirmauerunt + animas eorum G | 33 multo tempore G.; aliquanto tempore c; tempore aliquanto I | miserunt GA | illos + uisum est autem silae remanere ibi GC; + 34 uisum est autem silae ibi remanere iudas autem solus abiit ierusalem c. | 35 morabantur antiochiam GS. |

dixit ad Barnaban Paulus
revertentes visitemus fratres per universas civitates in quibus praedicavimus verbum Domini
quomodo se habeant
37 Barnabas autem volebat secum ad-
12,12.25 sumere et Iohannem qui cognominatur Marcus
13,13 38 Paulus autem rogabat eum qui discessisset ab eis a Pamphilia et non isset cum eis in opus
non debere recipi eum
39 facta est autem dissensio ita ut discederent ab invicem
et Barnabas adsumpto Marco navigaret Cyprum
40 Paulus vero electo Sila profectus est
14,25 traditus gratiae Domini a fratribus
41 perambulabat autem Syriam et Ciliciam confirmans ecclesias
16 pervenit autem in Derben et Lystram
et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus
filius mulieris iudaeae fidelis patre gentili
22,12 2 huic testimonium reddebant qui in Lystris erant et Iconii fratres
3 hunc voluit Paulus secum proficisci
et adsumens circumcidit eum propter Iudaeos qui erant in illis locis
sciebant enim omnes quod pater eius gentilis esset
4 cum autem pertransirent civitates
tradebant eis custodire dogmata quae erant decreta ab apostolis et senioribus qui essent Hierosolymis
5 et ecclesiae quidem confirmabantur fide et abundabant numero cotidie

6 transeuntes autem Frygiam et Galatiae regionem
vetati sunt a Sancto Spiritu loqui verbum in Asia
7 cum venissent autem in Mysiam temptabant ire Bithyniam
et non permisit eos Spiritus Iesu
8 cum autem pertransissent Mysiam descenderunt Troadem
9 et visio per noctem Paulo ostensa est 18,9!
vir macedo quidam erat stans et deprecans eum et dicens
transiens in Macedoniam adiuva nos
10 ut autem visum vidit statim quaesivimus proficisci in Macedoniam
certi facti quia vocasset nos Deus evangelizare eis
11 navigantes autem a Troade recto cursu venimus Samothraciam
et sequenti die Neapolim
12 et inde Philippis quae est prima partis Macedoniae civitas colonia
eramus autem in hac urbe diebus aliquot conferentes
13 die autem sabbatorum egressi sumus 13,14!
foras portam iuxta flumen ubi videbatur oratio esse
et sedentes loquebamur mulieribus quae convenerant
14 et quaedam mulier nomine Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorum colens Deum audivit
cuius Dominus aperuit cor intendere his quae dicebantur a Paulo
15 cum autem baptizata esset et domus eius
deprecata est dicens
si iudicastis me fidelem Domino esse
introite in domum meam et manete Lc 24,29!

37 cognominabatur c; cognominatus est C. | 38 qui GACo, *cf.* 𝔊] ut qui FΦc; ut S; qui cum I; quia Λ | de pamphilia GSΦco | eum[2] *om.* GFSΦc; ~ eum recipi C. | 39 autem + inter illos GC | barnabas + quidem FSCΦc | nauigauit G; nauigare IS | 40 domini] dei c | 41 ecclesias + praecipiens custodire praecepta apostolorum et seniorum FSΦc || **16,1** in *om.* AΦc | iudaeae] uiduae FISΦ | 2 testimonium + bonum FSCΦc | iconio FAΦIco | 3 et *om.* FS | ~ esset gentilis I.; erat gentilis c. | 4 pertransiret F.; pertranssissent GCΛI | essent] erant SΛc | 6 ~ spiritu sancto AIc | uerbum + dei c | 7 in *om.* FSC | ire + in c | 9 et[3] *om.* FS | 10 quia] quod FSΦc | 11 [*adest* r *usque ad* v. 25] | 12 philippos Ic | conterentes GI.; consistentes FSΦ | 13 conuenerunt G | 14 ut intenderet Ir. | 15 esset + ipsa Ir |

GFA ISCΛΦ(Ir) co

et coegit nos
16 factum est autem euntibus nobis ad
orationem
I Sm 28,7 puellam quandam habentem spiritum pythonem obviare nobis
quae quaestum magnum praestabat
dominis suis divinando
17 haec subsecuta Paulum et nos clamabat dicens
isti homines servi Dei excelsi sunt
qui adnuntiant vobis viam salutis
18 hoc autem faciebat multis diebus
dolens autem Paulus et conversus
spiritui dixit
praecipio tibi in nomine Iesu Christi
exire ab ea
et exiit eadem hora
19 videntes autem domini eius quia exivit spes quaestus eorum
adprehendentes Paulum et Silam perduxerunt in forum ad principes
20 et offerentes eos magistratibus dixerunt
17,6 hii homines conturbant civitatem
nostram cum sint Iudaei
21 et adnuntiant morem quem non licet
nobis suscipere neque facere cum
simus Romani
22 et concurrit plebs adversus eos
et magistratus scissis tunicis eorum
iusserunt virgis caedi
23 et cum multas plagas eis inposuissent
miserunt eos in carcerem
praecipientes custodi ut diligenter
custodiret eos
24 qui cum tale praeceptum accepisset
misit eos in interiorem carcerem
et pedes eorum strinxit in ligno
25 media autem nocte Paulus et Silas
adorantes laudabant Deum
et audiebant eos qui in custodia
erant
26 subito vero terraemotus factus est Mt 28,2; Apc 11,13!
magnus
ita ut moverentur fundamenta carceris
et aperta sunt statim ostia omnia
et universorum vincula soluta sunt
27 expergefactus autem custos carceris
et videns apertas ianuas carceris
evaginato gladio volebat se interficere
aestimans fugisse vinctos
28 clamavit autem Paulus magna voce
dicens
nihil feceris tibi mali universi enim
hic sumus
29 petitoque lumine introgressus est
et tremefactus procidit Paulo et Silae
30 et producens eos foras ait
domini quid me oportet facere ut 22,10; Lc 3,10!
salvus fiam
31 at illi dixerunt
crede in Domino Iesu et salvus eris 11,14; Mc 16,16! Rm 10,9
tu et domus tua
32 et locuti sunt ei verbum Domini cum
omnibus qui erant in domo eius
33 et tollens eos in illa hora noctis lavit
plagas eorum
et baptizatus est ipse et omnes eius
continuo
34 cumque perduxisset eos in domum
suam adposuit eis mensam
et laetatus est cum omni domo sua 18,8; Io 4,53
credens Deo
35 et cum dies factus esset miserunt
magistratus lictores dicentes
dimitte homines illos
36 nuntiavit autem custos carceris verba haec Paulo
quia miserunt magistratus ut dimit-

GFA ISCΛΦI(r) co

16 quendam FSΛ; quaedam G. | 19 in] ad AI. | 22 cucurrit c. | iusserunt + illos GC; + eos SΦc | 24 in² *om.* FSΦc | 25 orantes c. | [*deest* r *usque ad* 17,32] | 26 ~ statim aperta sunt omnia ostia SΦc; confestim hostia omnia aperta sunt I. | 27 ~ ianuas apertas c | 28 ~ uoce magna Λc | ~ mali (male I) tibi feceris AI; ~ tibi mali (male Λ) feceris Λc; ~ tibi feceris mali C | 29 paulo et silae Go𝔊] paulo et silae ad pedes FSΛΦc; ad pedes paulo (pauli IC) et silae AICI | 31 in dominum iesum FCΦIc; in domino iesum S. | 33 omnes GFIo𝔊] domus S; omnis domus AICΛΦc | 35 lictores — 36 magistratus *om.* I. | dimitte GSc𝔊] dimittite *cet.* |

tamini
nunc igitur exeuntes ite in pace
37 Paulus autem dixit eis
22,25 caesos nos publice indemnatos homines romanos miserunt in carcerem
et nunc occulte nos eiciunt
non ita sed veniant 38 et ipsi nos eiciant
nuntiaverunt autem magistratibus lictores verba haec
22,29; 23,27 timueruntque audito quod Romani essent
39 et venientes deprecati sunt eos
Mt 8,34; Mc 5,17; Lc 8,37 et educentes rogabant ut egrederentur urbem
40 exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam
et visis fratribus consolati sunt eos et profecti sunt
17 cum autem perambulassent Amphipolim et Apolloniam
1,2: Lc 4,16! venerunt Thessalonicam ubi erat synagoga Iudaeorum
2 secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos
2,3: Lc 24,45.46! et per sabbata tria disserebat eis de scripturis
3 adaperiens et insinuans
26,23! quia Christum oportuit pati et resurgere a mortuis
9,20.22; 18,5.28 et quia hic est Christus Iesus quem ego adnuntio vobis
12,34; 14,1! 28,24 4 et quidam ex eis crediderunt
et adiuncti sunt Paulo et Silae
et de colentibus gentilibusque multitudo magna
et mulieres nobiles non paucae
5 zelantes autem Iudaei adsumentesque de vulgo viros quosdam malos
13; 13,50! 21,27 et turba facta concitaverunt civitatem
et adsistentes domui Iasonis quaerebant eos producere in populum
6 et cum non invenissent eos
trahebant Iasonem et quosdam fratres ad principes civitatis clamantes
quoniam hii qui orbem concitant 16,20
et huc venerunt 7 quos suscepit Iason
et hii omnes contra decreta Caesaris Io 19,12
faciunt regem alium dicentes esse Iesum Lc 23,2
8 concitaverunt autem plebem et principes civitatis audientes haec
9 et accepto satis ab Iasone et a ceteris dimiserunt eos
10 fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum et Silam in Beroeam
qui cum advenissent in synagogam Iudaeorum introierunt 13,5!
11 hii autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicae
qui susceperunt verbum cum omni aviditate Mt 13,20; I Th 1,6
cotidie scrutantes scripturas si haec ita se haberent 7,1; 24,9
12 et multi quidem crediderunt ex eis et gentilium mulierum honestarum et viri non pauci 4!
13 cum autem cognovissent in Thessalonica Iudaei
quia et Beroeae praedicatum est a Paulo verbum Dei
venerunt et illuc
commoventes et turbantes multitudinem 5!
14 statimque tunc Paulum dimiserunt fratres ut iret usque ad mare
Silas autem et Timotheus remanserunt ibi
15 qui autem deducebant Paulum perduxerunt usque Athenas
et accepto mandato ab eo ad Silam et Timotheum ut quam celeriter venirent ad illum profecti sunt
16 Paulus autem cum Athenis eos expectaret

37 occulte] abscondite ACΛI | 39 educentes + illos G | urbem] urbe ΛI; de urbe FSΦ co || 17,3 ~ iesus christus c | 6 hii sunt qui SC | urbem AISΛc | concitant + isti sunt G. | 9 accepta satisfactione Φc | 10 cum uenissent SΦc | 12 ~ mulierum gentilium c. | 13 illic AICΛ | 15 perduxerunt + eum AIΦc |

GFA ISCΛΦI co

incitabatur spiritus eius in ipso vi-
dens idolatriae deditam civitatem
13,5! 17 disputabat igitur in synagoga cum
Iudaeis et colentibus
et in foro per omnes dies ad eos qui
aderant
18 quidam autem epicurei et stoici
philosophi disserebant cum eo
et quidam dicebant quid vult semini-
verbius hic dicere
alii vero novorum daemoniorum
videtur adnuntiator esse
4,2; 1 Cor 15,12 quia Iesum et resurrectionem adnun-
tiabat eis
19 et adprehensum eum ad Ariopagum
duxerunt dicentes
possumus scire quae est haec nova
quae a te dicitur doctrina
20 nova enim quaedam infers auribus
nostris
28,22 volumus ergo scire quidnam velint
haec esse
21 Athenienses autem omnes et advenae
hospites
ad nihil aliud vacabant nisi aut di-
cere aut audire aliquid novi
22 stans autem Paulus in medio Ario-
pagi ait
viri athenienses
per omnia quasi superstitiosiores
vos video
23 praeteriens enim et videns simulacra
vestra
inveni et aram in qua scriptum erat
ignoto deo
quod ergo ignorantes colitis hoc ego
adnuntio vobis
4,24! 14,14; II Esr 9,6! Apc 10,6; 14,7 24 Deus qui fecit mundum et omnia
quae in eo sunt
Mt 11,25 hic caeli et terrae cum sit Dominus
7,48 non in manufactis templis inhabitat
25 nec manibus humanis colitur indi-
gens aliquo
cum ipse det omnibus vitam et in- Iob 26,4! Is 42,5!
spirationem et omnia
26 fecitque ex uno omne genus homi- Dt 32,8
num inhabitare super universam
faciem terrae
definiens statuta tempora
et terminos habitationis eorum
27 quaerere Deum si forte adtractent Is 55,6!
eum aut inveniant
quamvis non longe sit ab unoquoque
nostrum
28 in ipso enim vivimus et movemur et Iob 12,10! Lc 20,38; Rm 14,8
sumus
sicut et quidam vestrum poetarum
dixerunt
ipsius enim et genus sumus Aratus, Phaenom. 5
29 genus ergo cum simus Dei
non debemus aestimare auro aut ar- 19,26
gento
aut lapidi sculpturae artis et cogita-
tionis hominis divinum esse simile
30 et tempora quidem huius ignoran-
tiae despiciens Deus
nunc adnuntiat hominibus ut omnes Mc 6,12
ubique paenitentiam agant
31 eo quod statuit diem in qua iudica- Ps 9,9!
turus est orbem in aequitate
in viro in quo statuit fidem praebens 13,30!
omnibus suscitans eum a mortuis
32 cum audissent autem resurrectionem
mortuorum
quidam quidem inridebant
quidam vero dixerunt
audiemus te de hoc iterum 24,25
33 sic Paulus exivit de medio eorum
34 quidam vero viri adherentes ei cre- 4!
diderunt
in quibus et Dionisius Ariopagita
et mulier nomine Damaris et alii cum
eis
18 post haec egressus ab Athenis ve-
nit Corinthum
2 et inveniens quendam Iudaeum no-

GFA ISCΛΦ(lr) co

16 idololatriae c. | 17 aderant] audierant FSΦ | 18 semiuerbius Al.; seminator uerborum FSΦ; disseminator uerborum C | 22 superstitiosos FSΛΦ | 23 et² *om.* AC | 24 templi FI. | habitat GSΦc | 25 indigens + in FS. | [*hic desinit* l] | 28 uestrorum c | 29 simus] sumus F | lapidis GC; lapidibus FI | 31 qua] quo Sc | 32 [*adest* r *usque ad* 18,17] | 33 illorum AC ||

mine Aquilam Ponticum genere
qui nuper venerat ab Italia
et Priscillam uxorem eius
eo quod praecepisset Claudius discedere omnes Iudaeos a Roma
accessit ad eos
3 et quia eiusdem erat artis manebat apud eos et operabatur
erat autem scenofactoriae artis
5 cum venissent autem de Macedonia Silas et Timotheus
28; 9.20.22; 17,3 instabat verbo Paulus testificans Iudaeis esse Christum Iesum
6 contradicentibus autem eis et blasphemantibus
excutiens vestimenta dixit ad eos
sanguis vester super caput vestrum
13,46 mundus ego ex hoc ad gentes vadam
7 et migrans inde intravit in domum cuiusdam nomine Titi Iusti colentis Deum
cuius domus erat coniuncta synagogae
16,34; Io 4,53 8 Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua
et multi Corinthiorum audientes credebant et baptizabantur
9,10; 16,9; 23,11 9 dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo
9,10: 27,23.24; Ier 1,7.8! noli timere sed loquere et ne taceas
10 propter quod ego sum tecum
et nemo adponetur tibi ut noceat te
quoniam populus est mihi multus in hac civitate
4,31! 11 sedit autem annum et sex menses docens apud eos verbum Dei
12 Gallione autem proconsule Achaiae
insurrexerunt uno animo Iudaei in Paulum
et adduxerunt eum ad tribunal 13 dicentes
quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum
14 incipiente autem Paulo aperire os
dixit Gallio ad Iudaeos
si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum
o viri iudaei recte vos sustinerem
15 si vero quaestiones sunt de verbo et nominibus et legis vestrae
vos ipsi videritis
iudex ego horum nolo esse
16 et minavit eos a tribunali
17 adprehendentes autem omnes Sosthenen principem synagogae percutiebant ante tribunal
et nihil eorum Gallioni curae erat
18 Paulus vero cum adhuc sustinuisset dies multos
fratribus valefaciens navigavit Syriam
et cum eo Priscilla et Aquila
qui sibi totonderat in Cencris caput
habebat enim votum
19 devenitque Ephesum et illos ibi reliquit
ipse vero ingressus synagogam disputavit cum Iudaeis 13,5!
20 rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret non consensit 10,48; Io 4,40
21 sed valefaciens et dicens Rm 1,10!
iterum revertar ad vos Deo volente I Cor 4,19! Iac 4,15!
profectus est ab Epheso
22 et descendens Caesaream
ascendit et salutavit ecclesiam

18,2 omnes *om.* GΛ. | a roma] roma F.; ab italia Λ.; + et FSΦ. | 3 operabatur + tabernaculorum G | erat autem GAIrɒ] erant autem CΦc; erat enim Λ; *om.* FS | artis[2] + [4] et (*om.* C) disputabat (+ autem C) in synagoga per omne sabbatum (+ interponens nomen domini iesu Λc) suadebatque (et suadebat C) iudaeos (iudaeis Λc) et graecos (graecis Λc) CΛc | 5 de] a A | instabant r | ~ iesum christum F | 6 eis *om.* F | uestimenta + sua SCΛc | 7 introiuit Ir. | 10 sum tecum] tecum sum Ir.; + et nullus nocere te poterit G | ~ multus est mihi Ir; ~ est multus mihi G. | 11 autem + ibi SΛc | apud eos] in eis ACΛ | 13 suadet FS | 15 et legis uestrae] et lege uestra c.; legis uestrae CΛ | 16 eminauit AΛr; emundabit I.; abegit C | 17 percutiebant + eum AΦcɒ; + illum C | [*deest* r *usque ad* 19,6] | 18 in syriam c | totonderant FISCΛɒ; totonderunt A. | habebant FAIΛɒ | 19 disputabat FISΦcɒ | GFA ISCΛΦ(r) cɒ

et descendit Antiochiam
23 et facto ibi aliquanto tempore profectus est
perambulans ex ordine galaticam regionem et Frygiam confirmans omnes discipulos
24 Iudaeus autem quidam Apollo nomine
Alexandrinus natione
vir eloquens devenit Ephesum
potens in scripturis
25 hic erat edoctus viam Domini
et fervens spiritu loquebatur et docebat diligenter ea quae sunt Iesu
sciens tantum baptisma Iohannis
19,8! 26 hic ergo coepit fiducialiter agere in synagoga
quem cum audissent Priscilla et Aquila adsumpserunt eum
et diligentius exposuerunt ei viam Dei
27 cum autem vellet ire Achaiam
exhortati fratres scripserunt discipulis ut susciperent eum
qui cum venisset contulit multum his qui crediderant
28 vehementer enim Iudaeos revincebat publice
5; 9,20.22; 17,3 ostendens per scripturas esse Christum Iesum
19 factum est autem cum Apollo esset Corinthi
ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum
et inveniret quosdam discipulos 2 dixitque ad eos
si Spiritum Sanctum accepistis credentes
at illi ad eum
sed neque si Spiritus Sanctus est audivimus
3 ille vero ait
in quo ergo baptizati estis
qui dixerunt
in Iohannis baptismate
4 dixit autem Paulus
Iohannes baptizavit baptisma paenitentiae populum dicens 13,24; Mt 3,11! Mc 1,4; Lc 3,3
in eum qui venturus esset post ipsum ut crederent
hoc est in Iesum
5 his auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu 2,38!
6 et cum inposuisset illis manum Paulus 8,17!
venit Spiritus Sanctus super eos 2,4! 10,45.46; 11,15!
et loquebantur linguis et prophetabant Nm 11,25!
7 erant autem omnes viri fere duodecim
8 introgressus autem synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses 4,31! 13,5! 18,26; 20,25; 28,31! Lc 9,60!
disputans et suadens de regno Dei
9 cum autem quidam indurarentur et non crederent
maledicentes viam coram multitudine
discedens ab eis segregavit discipulos
cotidie disputans in scola Tyranni
10 hoc autem factum est per biennium
ita ut omnes qui habitabant in Asia audirent verbum Domini
Iudaei atque gentiles
11 virtutesque non quaslibet Deus faciebat per manus Pauli 14,3!
12 ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore eius sudaria vel semicintia 8,7
et recedebant ab eis languores
et spiritus nequam egrediebantur
13 temptaverunt autem quidam et de circumeuntibus iudaeis exorcistis Lc 9,49!
invocare super eos qui habebant spiritus malos nomen Domini Iesu dicentes

GFA ISCΛΦ(r) co 24 natione] genere c | 25 iesu] de iesu SC; in iesu F. | 26 quem] quae A | dei] domini CΛc | 27 uenissent F | crediderunt FSΦ || **19**,1 ut] et FIS | 2 illi + dixerunt IS Φc | 4 baptismum FΛ; baptismam I.; baptismo c | 6 manus FISΦ co | [*adest partim* r *usque ad v.* 10] | 9 uiae GFS; + domini CΛΦr c | tyranni + cuiusdam AΦc | 10 [*deest* r *usque ad v.* 18] | 11 deus *om.* G.; ~ faciebat deus c. | manum c. | 12 uel] et c. |

adiuro vos per Iesum quem Paulus
praedicat
14 erant autem quidam Scevae Iudaei
principis sacerdotum septem filii
qui hoc faciebant
15 respondens autem spiritus nequam
dixit eis
Iesum novi et Paulum scio vos autem
qui estis
16 et insiliens homo in eos in quo erat
daemonium pessimum
et dominatus amborum invaluit contra eos
ita ut nudi et vulnerati effugerent de
domo illa
17 hoc autem notum factum est omnibus Iudaeis atque gentilibus qui habitabant Ephesi
2,43! Mt 9,8! et cecidit timor super omnes illos
II Th 1,12! et magnificabatur nomen Domini
Iesu
Mt 3,5.6; Mc 1,5 18 multique credentium veniebant confitentes et adnuntiantes actus suos
19 multi autem ex his qui fuerant curiosa sectati
contulerunt libros et conbuserunt
coram omnibus
et conputatis pretiis illorum
invenerunt pecuniam denariorum
quinquaginta milium
6,7; 12,24; 13,49 20 ita fortiter verbum Dei crescebat et
confirmabatur
21 his autem expletis posuit Paulus in
Spiritu
I Cor 16,5 transita Macedonia et Achaia ire
Hierosolymam
dicens quoniam postquam fuero ibi
oportet me et Romam videre
22 mittens autem in Macedoniam duos
ex ministrantibus sibi
Timotheum et Erastum
ipse remansit ad tempus in Asia
23 facta est autem in illo tempore turbatio non minima de via
24 Demetrius enim quidam nomine argentarius
faciens aedes argenteas Dianae
praestabat artificibus non modicum
quaestum
25 quos convocans et eos qui eiusmodi
erant opifices dixit
viri scitis quia de hoc artificio adquisitio est nobis
26 et videtis et auditis quia non solum
Ephesi
sed paene totius Asiae Paulus hic
suadens avertit multam turbam dicens
quoniam non sunt dii qui manibus 17,29
fiunt
27 non solum autem haec periclitabitur
nobis pars in redargutionem venire
sed et magnae deae Dianae templum
in nihilum reputabitur
sed et destrui incipiet maiestas eius
quam tota Asia et orbis colit
28 his auditis repleti sunt ira et exclamaverunt dicentes
magna Diana Ephesiorum
29 et impleta est civitas confusione 21,30
et impetum fecerunt uno animo in
theatrum
rapto Gaio et Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli 20,4; 27,2
30 Paulo autem volente intrare in populum
non permiserunt discipuli
31 quidam autem et de Asiae principibus qui erant amici eius
miserunt ad eum rogantes ne se daret
in theatrum
32 alii autem aliud clamabant 21,34

GFA ISCΛΦ(r) co

14 ~ iudaei sceuae c. | 16 ~ in eos homo c. | 17 cecidit] accidit F. | 18 [*adest partim* r *usque ad v.* 22] | 19 his] eis Φ c | milia r | 20 dei] domini AΛ | ~ uerbum dei fortiter crescebat G.: ~ fort. cresc. uerbum dei (domini Λ) Λ c | confortabatur GS | 21 proposuit ACΦ co | 22 [*deest* r *usque ad* 21,11] | 23 factum FS | in *om.* GISCΦ c | uia + domini FSCΦ c | 25 huiusmodi FA co; ipsiusmodi C | ~ est nobis acquisitio c. | 26 sed + et FΛ | 27 magnae deae dianae FC𝔊] magnae deanae A; magnae dianae ISΛ co; magna dianae Φ.; magna diana G. | deputabitur AISC |

erat enim ecclesia confusa
et plures nesciebant qua ex causa convenissent
33 de turba autem detraxerunt Alexandrum
propellentibus eum Iudaeis
Alexander ergo manu silentio postulato volebat rationem reddere populo
34 quem ut cognoverunt Iudaeum csse
vox facta est una omnium quasi per horas duas clamantium
magna Diana Ephesiorum
35 et cum sedasset scriba turbas dixit
viri ephesii
quis enim est hominum qui nesciat Ephesiorum civitatem cultricem esse magnae Dianae Iovisque prolis
36 cum ergo his contradici non possit
oportet vos sedatos esse et nihil temere agere
37 adduxistis enim homines istos
neque sacrilegos neque blasphemantes deam vestram
38 quod si Demetrius et qui cum eo sunt artifices habent adversus aliquem causam
conventus forenses aguntur
et pro consulibus sunt
accusent invicem
39 si quid autem alterius rei quaeritis
in legitima ecclesia poterit absolvi
40 nam et periclitamur argui seditionis hodiernae
cum nullus obnoxius sit de quo non possimus reddere rationem concursus istius
et cum haec dixisset dimisit ecclesiam
20 postquam autem cessavit tumultus
vocatis Paulus discipulis
et exhortatus eos valedixit
II Cor 2,13 et profectus est ut iret in Macedoniam
2 cum autem perambulasset partes illas II Cor 7,5
et exhortatus eos fuisset multo sermone
venit ad Graeciam
3 ubi cum fecisset menses tres
factae sunt illi insidiae a Iudaeis navigaturo in Syriam 19
habuitque consilium ut reverteretur per Macedoniam
4 comitatus est autem eum Sopater Pyrri Beroensis
Thessalonicensium vero Aristarchus et Secundus et Gaius Derbeus et Timotheus 19,29; 27,2
Asiani vero Tychicus et Trophimus
5 hii cum praecessissent sustinebant nos Troade
6 nos vero navigavimus post dies azymorum a Philippis
et venimus ad eos Troadem in diebus quinque
ubi demorati sumus diebus septem 21,4; 28,14
7 in una autem sabbati cum convenissemus ad frangendum panem
Paulus disputabat eis profecturus in crastinum
protraxitque sermonem usque in mediam noctem
8 erant autem lampades copiosae in cenaculo ubi eramus congregati
9 sedens autem quidam adulescens nomine Eutychus super fenestram
cum mergerctur somno gravi disputante diu Paulo
eductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum IV Rg 1,2
et sublatus est mortuus
10 ad quem cum descendisset Paulus
incubuit super eum et conplexus dixit IV Rg 4,35!
nolite turbari anima enim ipsius in eo est Mc 5,39

GFA ISCΛΦ co 33 ergo] autem c | ~ reddere rationem c. | 34 ~ una est c | 35 ephesii] ephesi GIS | 38 agantur GI. | proconsules ΛΦc | 40 non IΛ𝔊] nos C; *om. cet.* || 20,1 et exhortatus G A co 𝔊] exhortatus est FSΦ; exhortatus ICΛ | 3 fecisset GCΛc, *cf.* 𝔊] fuisset *cet.* | 4 cum] cum eo A; cum illo I. | 5 hic cum GF. | sustinuerunt FISΦc | 7 in[1] *om.* FSCΦc | eis] cum eis c. | 9 deductus C; ductus FSΦc | 10 eo] ipso Ic |

[11]ascendens autem frangensque pa-
nem et gustans
satisque adlocutus usque in lucem sic
profectus est
[12]adduxerunt autem puerum viventem
et consolati sunt non minime
[13]nos autem ascendentes navem ena-
vigavimus in Asson
inde suscepturi Paulum
sic enim disposuerat ipse per terram
iter facturus
[14]cum autem convenisset nos in Asson
adsumpto eo venimus Mytilenen
[15]et inde navigantes sequenti die veni-
mus contra Chium
et alia adplicuimus Samum
et sequenti venimus Miletum
[16]proposuerat enim Paulus transnavi-
gare Ephesum
ne qua mora illi fieret in Asia
festinabat enim si possibile sibi esset
ut diem pentecosten faceret Hiero-
solymis
[17]a Mileto autem mittens Ephesum
vocavit maiores natu ecclesiae
[18]qui cum venissent ad eum et simul
essent dixit eis
I Th 1,5 vos scitis a prima die qua ingressus
sum in Asiam
qualiter vobiscum per omne tempus
fuerim
[19]serviens Domino cum omni humili-
tate et lacrimis
3 et temptationibus quae mihi accide-
runt ex insidiis Iudaeorum
27! [20]quomodo nihil subtraxerim utilium
quo minus adnuntiarem vobis et do-
cerem vos publice et per domos
[21]testificans Iudaeis atque gentilibus
in Deum paenitentiam et fidem in
Dominum nostrum Iesum Christum
[22]et nunc ecce alligatus ego Spiritu va-
do in Hierusalem
quae in ea eventura sint mihi igno-
rans
[23]nisi quod Spiritus Sanctus per omnes
civitates protestatur mihi dicens
quoniam vincula et tribulationes me
manent
[24]sed nihil horum vereor
nec facio animam pretiosiorem
quam me
dummodo consummem cursum me-
um
et ministerium quod accepi a Do-
mino Iesu
testificari evangelium gratiae Dei
[25]et nunc ecce ego scio quia amplius 38
non videbitis faciem meam
vos omnes per quos transivi praedi- 19,8!
cans regnum Dei
[26]quapropter contestor vos hodierna
die
quia mundus sum a sanguine omni-
um
[27]non enim subterfugi quo minus ad- 20
nuntiarem omne consilium Dei vo- Io 15,15!
bis
[28]adtendite vobis et universo gregi in I Pt 5,2!
quo vos Spiritus Sanctus posuit epi-
scopos
regere ecclesiam Dei quam adquisi-
vit sanguine suo
[29]ego scio quoniam intrabunt post dis-
cessionem meam lupi graves in vos
non parcentes gregi
[30]et ex vobis ipsis exsurgent viri lo-
quentes perversa
ut abducant discipulos post se
[31]propter quod vigilate memoria re-
tinentes
quoniam per triennium nocte et die
non cessavi cum lacrimis monens II Cor 2,4
unumquemque vestrum

11 in] ad AISɒ | 13 enauigauimus GAΛɒ.] nauigauimus *cet.* | 15 alia GΛc.] + die *cet.* | sequenti[2] GICΛ] + die *cet.* | 16 enim[1]] autem G | pentecostes c | 20 subtraxerim + uobis AIΦ | 22 ego *om.* S.; ~ ego alligatus AI | uentura AISΛΦco | sunt AISΛɒ | 23 ~ mihi protestatur c | uinculae et FS | me] meae FASΦ | me manent] *praem.* ierosolymis c.; + in hierosolymis GA | 24 animam GFS] + meam *cet.* | ministerium + uerbi Λc | 29 graues] rapaces FSΦc | 31 memoriam FSC |

GFA ISCΛΦ co

14,22 32 et nunc commendo vos Deo et verbo
gratiae ipsius
26,18! qui potens est aedificare et dare here-
ditatem in sanctificatis omnibus
Mt 10,9 33 argentum aut aurum aut vestem nul-
lius concupivi 34 ipsi scitis
quoniam ad ea quae mihi opus erant
I Cor 4,12! et his qui mecum sunt ministrave-
runt manus istae
35 omnia ostendi vobis quoniam sic la-
borantes oportet suscipere infirmos
ac meminisse verbi Domini Iesu
quoniam ipse dixit
beatius est magis dare quam accipere
36 et cum haec dixisset
21,5 positis genibus suis cum omnibus
illis oravit
37 magnus autem fletus factus est om-
nium
Gn 29,13! 46,29! Lc 15,20 et procumbentes super collum Pauli
osculabantur eum 38 dolentes
maxime in verbo quo dixerat
25 quoniam amplius faciem eius non
essent visuri
et deducebant eum ad navem
21 cum autem factum esset ut naviga-
remus abstracti ab eis
recto cursu venimus Cho
et sequenti die Rhodum et inde Pa-
tara
2 et cum invenissemus navem transfre-
tantem in Foenicen
ascendentes navigavimus
3 cum paruissemus autem Cypro
et relinquentes eam ad sinistram
navigabamus in Syriam et venimus
Tyrum
ibi enim navis erat expositura onus
20,6; 28,14 4 inventis autem discipulis mansimus
ibi diebus septem
qui Paulo dicebant per Spiritum ne
ascenderet Hierosolymam
5 et explicitis diebus profecti ibamus
deducentibus nos omnibus cum uxo-
ribus et filiis usque foras civita-
tem
et positis genibus in litore oravimus 20,36
6 et cum valefecissemus invicem ascen-
dimus in navem
illi autem redierunt in sua
7 nos vero navigatione explicita a Ty-
ro
descendimus Ptolomaida
et salutatis fratribus mansimus die
una apud illos
8 alia autem die profecti venimus Cae-
saream
et intrantes in domum Philippi evan-
gelistae qui erat de septem 6,5
mansimus apud eum
9 huic autem erant filiae quattuor vir- 2,17!
gines prophetantes
10 et cum moraremur per dies aliquot
supervenit quidam a Iudaea prophe- 11,27.28
ta nomine Agabus
11 is cum venisset ad nos
tulit zonam Pauli et alligans sibi pe-
des et manus dixit
haec dicit Spiritus Sanctus
virum cuius est zona haec
sic alligabunt in Hierusalem Iudaei
et tradent in manus gentium
12 quod cum audissemus
rogabamus nos et qui loci illius erant
ne ascenderet Hierosolymam
13 tunc respondit Paulus et dixit
quid facitis flentes et adfligentes cor
meum
ego enim non solum alligari sed et
mori in Hierusalem paratus sum 15,26
propter nomen Domini Iesu
14 et cum ei suadere non possemus

GFA ISCΛΦ(r) cɒ 32 qui] quia F | 33 aut[1]] et SCΛΦc | 34 ipsi] *praem.* sicut c. | 36 ~ orauit cum omnibus illis c. | 38 quo G.𝔊] quod *cet.* || **21,1** choum FSΦ; coum c. | patara AIɒ𝔊] pataram *cet.* | 2 in *om.* ACΛɒ | 3 apparuissemus Φc | cyprum FSΦ | et[1] *om.* Λc | nauigabamus GC𝔊] nauigauimus *cet.* | ~ expositura erat IΛc | 4 hierosolyma AC.; hierusalem I. | 5 explicitis GACɒ] expletis *cet.* | 6 in[1] *om.* Λc | 7 explicata F; expleta Sc | ptolomaidam A; ptolemaidam c.; ptolomaidem GIC; ptolomaide Λ. | 8 in *om.* FSΦc | erat + unus FSΦc | 9 quattuor *om.* S.; ~ quattuor filiae c. | 11 [*adest partim* r *usque ad v.* 26] | 12 hierosolyma G(*vid.*)A | 14 possumus FIS |

Mt 6,10! quievimus dicentes Domini voluntas
fiat
15 post dies autem istos praeparati
ascendebamus Hierusalem
16 venerunt autem et ex discipulis a
Caesarea nobiscum
adducentes apud quem hospitare-
mur
Mnasonem quendam Cyprium anti-
quum discipulum
17 et cum venissemus Hierosolymam
libenter exceperunt nos fratres
18 sequenti autem die introibat Paulus
nobiscum ad Iacobum
omnesque collecti sunt seniores
15,12! 19 quos cum salutasset narrabat per
singula quae fecisset Deus in genti-
bus per ministerium ipsius
20 at illi cum audissent magnificabant
Deum
dixeruntque ei
vides frater quot milia sint in Iudaeis
qui crediderunt
22,3! et omnes aemulatores sunt legis
21 audierunt autem de te quia disces-
sionem doceas a Mose
eorum qui per gentes sunt Iudaeo-
rum
dicens non debere circumcidere eos
filios suos
neque secundum consuetudinem in-
gredi
22 quid ergo est
utique oportet convenire multitu-
dinem
audient enim te supervenisse
23 hoc ergo fac quod tibi dicimus
sunt nobis viri quattuor votum ha-
bentes super se
24 his adsumptis sanctifica te cum illis
et inpende in illis ut radant capita
et scient omnes quia quae de te au-
dierunt falsa sunt
sed ambulas et ipse custodiens le-
gem
25 de his autem qui crediderunt ex gen-
tibus
nos scripsimus iudicantes ut absti- 15,20!
neant se ab idolis immolato et san-
guine et suffocato et fornicatione
26 tunc Paulus adsumptis viris postera
die purificatus cum illis intravit in
templum
adnuntians expletionem dierum pu- Nm 6,13.14
rificationis
donec offerretur pro unoquoque
eorum oblatio
27 dum autem septem dies consumma-
rentur
hii qui de Asia erant Iudaei cum vi-
dissent eum in templo
concitaverunt omnem populum 17,5!
et iniecerunt ei manus clamantes
28 viri israhelitae adiuvate
hic est homo qui adversus populum 6,13
et legem et locum hunc omnes ubi-
que docens
insuper et gentiles induxit in tem-
plum
et violavit sanctum locum istum 24,6; Ez 44,7!
29 viderant enim Trophimum Ephesi-
um in civitate cum ipso
quem aestimaverunt quoniam in
templum induxisset Paulus
30 commotaque est civitas tota
et facta est concursio populi 19,29
et adprehendentes Paulum trahe- 30.31: 26,21
bant eum extra templum
et statim clausae sunt ianuae
31 quaerentibus autem eum occidere 9,29!
nuntiatum est tribuno cohortis quia
tota confunditur Hierusalem
32 qui statim adsumptis militibus et
centurionibus decucurrit ad illos
qui cum vidissent tribunum et milites
cessaverunt percutere Paulum

15 ascendebamus + in r c | 16 adducentes + secum C c | 17 hierosolyma GA | 18 introibit paulus nobiscum GΛ.; introiuimus cum paulo C | 19 ~ deus fecisset c. | 20 quot ΑΛ co 𝔊] quod *cet.* | sint] sunt A co | 21 dicens] dicentes ΑΙr.; dicente C. | circumcidere eos GCΛ 𝔊] ~ eos circ. *cet.* | 24 ambulans GFIΛΦr | 25 et² *om.* FS | 26 [*hic desinit* r] | 27 de] ab ΑΙ co | 29 introduxisset FISΦ co | 30 eum *om.* FΛ | 32 decurrit S c |

GFA ISCΛΦ(r) co

33 tunc accedens tribunus adprehendit eum
et iussit alligari catenis duabus
et interrogabat quis esset et quid fecisset
19,32 34 alii autem aliud clamabant in turba
et cum non posset certum cognoscere prae tumultu
22,24; 23,10 iussit duci eum in castra
35 et cum venisset ad gradus
contigit ut portaretur a militibus propter vim populi
36 sequebatur enim multitudo populi
22,22; Lc 23,18 clamans tolle eum
37 et cum coepisset induci in castra Paulus dicit tribuno
si licet mihi loqui aliquid ad te
qui dixit graece nosti
38 nonne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitasti
et eduxisti in desertum quattuor milia virorum sicariorum
39 et dixit ad eum Paulus
22,3 ego homo sum quidem iudaeus a Tarso Ciliciae non ignotae civitatis municeps
rogo autem te permitte mihi loqui ad populum
40 et cum ille permisisset
13,16! Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem
22,2; 26,14 et magno silentio facto adlocutus est hebraea lingua dicens
7,2 **22** viri fratres et patres audite quam ad vos nunc reddo rationem
21,40; 26,14 2 cum audissent autem quia hebraea lingua loquitur ad illos
magis praestiterunt silentium
21,39 3 et dixit
ego sum vir iudaeus natus Tarso Ciliciae
nutritus autem in ista civitate secus pedes Gamalihel
26,5 eruditus iuxta veritatem paternae legis
aemulator legis sicut et vos omnes estis hodie 21,20; Gal 1,14
4 qui hanc viam persecutus sum usque ad mortem **4–11:** 26,9–15 **4–16:** 9,2–18
alligans et tradens in custodias viros ac mulieres 19: 8,3
5 sicut princeps sacerdotum testimonium mihi reddit
et omnes maiores natu
a quibus et epistulas accipiens ad fratres
Damascum pergebam ut adducerem inde vinctos in Hierusalem uti punirentur
6 factum est autem eunte me et adpropinquante Damasco
media die subito de caelo circumfulsit me lux copiosa
7 et decidens in terram audivi vocem dicentem mihi
Saule Saule quid me persequeris
8 ego autem respondi quis es Domine
dixitque ad me
ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris
9 et qui mecum erant lumen quidem viderunt
vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum
10 et dixi quid faciam Domine 16,30; Lc 3,10!
Dominus autem dixit ad me
surgens vade Damascum et ibi tibi dicetur de omnibus quae te oporteat facere
11 et cum non viderem prae claritate luminis illius
ad manum deductus a comitibus veni Damascum
12 Ananias autem quidam vir secundum legem testimonium habens ab omnibus habitantibus Iudaeis 16,2
13 veniens ad me et adstans dixit mihi
Saule frater respice

GFA ISCΛΦ co 33 iussit + eum c. | 40 ~ lingua hebraea c. || **22**,2 loqueretur Φc | 3 dicit c. | natus + a I; + in c | in istam ciuitatem AI. | 4 in custodia A; in custodiam C | ac] et A | 5 ~ mihi testimonium FSΦc | et² *om.* FS | 7 et *om.* FS. | saul saul G. | 10 dicitur AS. | ~ oporteat te FΦ | 12 cohabitantibus c. | 13 saul G. |

et ego eadem hora respexi in eum
14 at ille dixit
Deus patrum nostrorum praeordinavit te ut cognosceres voluntatem eius
et videres Iustum et audires vocem ex ore eius
4,20; 26,16; Io 1,34! 15 quia eris testis illius ad omnes homines eorum quae vidisti et audisti
16 et nunc quid moraris
2,38! exsurge baptizare et ablue peccata
2,21! tua invocato nomine ipsius
17 factum est autem revertenti mihi in Hierusalem et oranti in templo
fieri me in stupore mentis
18 et videre illum dicentem mihi
festina et exi velociter ex Hierusalem
quoniam non recipient testimonium tuum de me
19 et ego dixi
Domine ipsi sciunt quia ego eram
4! concludens in carcerem
Mt 10,17; 23,34; Mc 13,9 et caedens per synagogas eos qui credebant in te
20 et cum funderetur sanguis Stephani testis tui
7,57.59 ego adstabam et consentiebam et custodiebam vestimenta interficientium illum
21 et dixit ad me
9,15; 26,17 vade quoniam ego in nationes longe mittam te
22 audiebant autem eum usque ad hoc verbum
et levaverunt vocem suam dicentes
21,36! 25,24 tolle de terra eiusmodi
non enim fas est eum vivere
23 vociferantibus autem eis et proicientibus vestimenta sua
et pulverem iactantibus in aerem
21,34; 23,10 24 iussit tribunus induci eum in castra
et flagellis caedi et torqueri eum
ut sciret propter quam causam sic adclamarent ei
25 et cum adstrinxissent eum loris
dixit adstanti sibi centurioni Paulus
si hominem romanum et indemnatum licet vobis flagellare 16,37
26 quo audito centurio accessit ad tribunum et nuntiavit dicens
quid acturus es
hic enim homo civis romanus est
27 accedens autem tribunus dixit illi
dic mihi tu Romanus es
at ille dixit etiam
28 et respondit tribunus
ego multa summa civitatem hanc consecutus sum
et Paulus ait
ego autem et natus sum
29 protinus ergo discesserunt ab illo qui eum torturi erant
tribunus quoque timuit postquam rescivit quia civis romanus esset et quia alligasset eum 16,38; 23,27
30 postera autem die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur a Iudaeis solvit eum 23,28
et iussit sacerdotes convenire et omne concilium
et producens Paulum statuit inter illos
23 intendens autem concilium Paulus ait
viri fratres
ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum usque in hodiernum diem 24,16; II Cor 1,12; Hbr 13,18
2 princeps autem sacerdotum Ananias praecepit adstantibus sibi percutere os eius
3 tunc Paulus ad eum dixit
percutiet te Deus paries dealbate
et tu sedens iudicas me secundum legem
et contra legem iubes me percuti

GFA ISCΛΦ co

16 exsurge + et FISΦc | abluere SΦ | 19 et[1] *om.* GFS | 20 stabam FSΛ | et consentiebam *om.* GIΛ.; et consentiebam et custodiebam *om.* S. | 21 in] ad FSΦ | 22 eum[1] *om.* FΦ | huiusmodi c | ~ est enim fas G | 25 dicit c. | 26 nuntiauit + ei Sc | 27 accedens—es *om.* I. | dic mihi *om.* S; + si GΦc | 28 summa] pecunia AC | ciuilitatem c | 29 quia ligasset FΦ || **23,1** autem + in c | 3 ~ dixit ad eum Λc |

[4]et qui adstabant dixerunt
summum sacerdotem Dei maledicis
[5]dixit autem Paulus
nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum
scriptum est enim
Ex 22.28! principem populi tui non maledices
[6]sciens autem Paulus quia una pars esset Sadducaeorum et altera Pharisaeorum
exclamavit in concilio
viri fratres
Phil 3.5 ego Pharisaeus sum filius Pharisaeorum
24.21 de spe et resurrectione mortuorum ego iudicor
[7]et cum haec dixisset facta est dissensio inter Pharisaeos et Sadducaeos
et soluta est multitudo
Mt 22.23; Mc 12.18; Lc 20.27; I Cor 15.12 [8]Sadducaei enim dicunt non esse resurrectionem neque angelum neque spiritum
Pharisaei autem utrumque confitentur
[9]factus est autem clamor magnus
et surgentes quidam Pharisaeorum pugnabant dicentes
nihil mali invenimus in homine isto
Io 12.29 quod si spiritus locutus est ei aut angelus
[10]et cum magna dissensio facta esset
timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis
21.34; 22.24 iussit milites descendere et rapere eum de medio eorum ac deducere eum in castra
18.9! [11]sequenti autem nocte adsistens ei Dominus ait
constans esto
sicut enim testificatus es de me Hierusalem
sic te oportet et Romae testificari
9.23! [12]facta autem die collegerunt se qui-
12.13: 21 dam ex Iudaeis
et devoverunt se dicentes
neque manducaturos neque bibituros donec occiderent Paulum
[13]erant autem plus quam quadraginta qui hanc coniurationem fecerant
[14]qui accesserunt ad principes sacerdotum et seniores et dixerunt
devotione devovimus nos nihil gustaturos donec occidamus Paulum
[15]nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio ut producat illum ad vos
tamquam aliquid certius cogituri de eo
nos vero priusquam adpropiet parati sumus interficere illum 25.3
[16]quod cum audisset filius sororis Pauli insidias 9.24
venit et intravit in castra nuntiavitque Paulo
[17]vocans autem Paulus ad se unum ex centurionibus ait
adulescentem hunc perduc ad tribunum
habet enim aliquid indicare illi
[18]et ille quidem adsumens eum duxit ad tribunum et ait
vinctus Paulus vocans rogavit me hunc adulescentem perducere ad te
habentem aliquid loqui tibi
[19]adprehendens autem tribunus manum illius
secessit cum eo seorsum et interrogavit illum
quid est quod habes indicare mihi
[20]ille autem dixit
Iudaeis convenit rogare te ut crastina die Paulum producas in concilium
quasi aliquid certius inquisituri sint de illo
[21]tu vero ne credideris illis
insidiantur enim ei ex eis viri amplius quadraginta 12.13
qui se devoverunt non manducare

GFA ISCΛΦ co 5 maledicis GAC | 6 et[2] + de AC | 8 utraque AIΦco | 9 exsurgentes FSΦ; surgens Λ. | quod si SΛ𝔊] quid si *cet.* | 11 me + in SCΦc | et *om.* FSCΦ | 13 quadraginta + uiri Φc | 15 consilio GFSΛΦ | 17 ~ ad se paulus GSΛ | 18 uocans *om.* AΦc | 20 ~ producas paulum c | 21 ei *om.* AS | amplius + quam ΛΦc |

neque bibere donec interficiant eum
et nunc parati sunt expectantes promissum tuum
22 tribunus igitur dimisit adulescentem
praecipiens ne cui loqueretur quoniam haec nota sibi fecisset
23 et vocatis duobus centurionibus dixit illis
parate milites ducentos ut eant usque Caesaream
et equites septuaginta
et lancearios ducentos
a tertia hora noctis
24 et iumenta praeparate
ut inponentes Paulum salvum perducerent ad Felicem praesidem
26 scribens epistulam continentem haec
Claudius Lysias optimo praesidi Felici salutem
27 virum hunc conprehensum a Iudaeis
et incipientem interfici ab eis
superveniens cum exercitu eripui
16,38; 22,29 cognito quia Romanus est
22,30 28 volensque scire causam quam obiciebant illi
deduxi eum in concilium eorum
25,19 29 quem inveni accusari de quaestionibus legis ipsorum
13,28! 25,25; 26,31; 28,18! nihil vero dignum morte aut vinculis habentem crimen
30 et cum mihi perlatum esset de insidiis quas paraverunt ei misi ad te
denuntians et accusatoribus ut dicant apud te
31 milites ergo secundum praeceptum sibi
adsumentes Paulum duxerunt per noctem in Antipatridem
32 et postera die dimissis equitibus ut irent cum eo reversi sunt ad castra
33 qui cum venissent Caesaream et tradidissent epistulam praesidi
statuerunt ante illum et Paulum
34 cum legisset autem et interrogasset de qua provincia esset
et cognoscens quia de Cilicia
35 audiam te inquit cum et accusatores tui venerint
iussitque in praetorio Herodis custodiri eum
24 post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias 25,2.15
cum senioribus quibusdam et Tertullo quodam oratore
qui adierunt praesidem adversus Paulum
2 et citato Paulo coepit accusare Tertullus dicens
cum in multa pace agamus per te
et multa corrigantur per tuam providentiam
3 semper et ubique suscipimus optime Felix cum omni gratiarum actione
4 ne diutius autem te protraham
oro breviter audias nos pro tua clementia
5 invenimus hunc hominem pestiferum Lc 23,2!
et concitantem seditiones omnibus Iudaeis in universo orbe
et auctorem seditionis sectae Nazarenorum
6 qui etiam templum violare conatus est 21,28!
quem et adprehendimus
8 a quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum

24 saluum] eum F.; eum saluum SΦ | praesidem + [25] timuit enim ne forte raperent eum iudaei et occiderent et ipse postea calumniam sustineret tamquam accepturus pecuniam c | 26 scribens + ei FΦ | 27 eripui + et F | 29 criminis Λ c | 30 parauerunt FA𝔬] praeparauerant Λ.; parauerant *cet.* | ei] illi c.: *om.* Λ. | misi + eum SCc | te² + uale Cc; + ualde I. | 32 ~ cum eo irent c. | 35 et *om.* FSCΦc ‖ **24**,2 prouidentiam] prudentiam FC | 3 suscepimus GISCΦ | 4 te *om.* F | protrahamus G | oro + ut F | 6 et *om.* F IS | adprehendimus] adprehensum Φc; + uoluimus secundum legem nostram iudicare [7] superueniens autem tribunus lysias cum ui magna eripuit eum de manibus nostris [8] iubens accusatores eius ad te uenire Φc; + et uolebamus eum iudicare secundum legem nostram superueniens autem cum uim magna lysias tribunus eripuit... uenire I. |

GFA ISCΛΦ c𝔬

9 adiecerunt autem et Iudaei dicentes
7,1; 17,11 haec ita se habere
10 respondit autem Paulus annuente si-
bi praeside dicere
ex multis annis esse te iudicem genti
huic sciens bono animo pro me sa-
tisfaciam
11 potes enim cognoscere quia non plus
sunt dies mihi quam duodecim ex
8,27; Io 12,20 quo ascendi adorare in Hierusa-
lem
25,8 12 et neque in templo invenerunt me
cum aliquo disputantem
aut concursum facientem turbae
neque in synagogis neque in civi-
tate
25,7 13 neque probare possunt tibi de quibus
nunc accusant me
14 confiteor autem hoc tibi
quod secundum sectam quam di-
cunt heresim
sic deservio patrio Deo meo
credens omnibus quae in lege et pro-
phetis scripta sunt
15 spem habens in Deum quam et hii
ipsi expectant
resurrectionem futuram iustorum et
iniquorum
23,1! II Cor 1,12 16 in hoc et ipse studeo sine offendiculo
conscientiam habere ad Deum et ad
homines semper
Rm 15,26 17 post annos autem plures elemosynas
facturus in gentem meam veni et
oblationes et vota
18 in quibus invenerunt me purificatum
in templo
non cum turba neque cum tumultu
19 quidam autem ex Asia Iudaei quos
oportebat apud te praesto esse
et accusare si quid haberent adver-
sum me
20 aut hii ipsi dicant si quid invenerunt
in me iniquitatis
cum stem in concilio
21 nisi de una hac solummodo voce qua
clamavi inter eos stans
quoniam de resurrectione mortuo- 23,6
rum ego iudicor hodie a vobis
22 distulit autem illos Felix certissime
sciens de via dicens
cum tribunus Lysias descenderit au-
diam vos
23 iussitque centurioni custodiri eum
et habere requiem
nec quemquam prohibere de suis
ministrare ei
24 post aliquot autem dies veniens Fe-
lix cum Drusilla uxore sua quae erat
Iudaea
vocavit Paulum et audivit ab eo fi-
dem quae est in Iesum Christum
25 disputante autem illo de iustitia et
castitate et de iudicio futuro
timefactus Felix respondit
quod nunc adtinet vade
tempore autem oportuno accersiam 17,32
te
26 simul et sperans quia pecunia dare-
tur a Paulo
propter quod et frequenter accer-
siens eum loquebatur cum eo
27 biennio autem expleto accepit suc-
cessorem Felix Porcium Festum
volens autem gratiam praestare Iu- 12,3; 25,9
daeis Felix reliquit Paulum vinctum 25,14
25 Festus ergo cum venisset in provin-
ciam
post triduum ascendit Hierosoly-
mam a Caesarea
2 adieruntque eum principes sacerdo- 15; 24,1
tum et primi Iudaeorum adversus
Paulum
et rogabant eum 3 postulantes gra-
tiam adversum eum

GFA ISCΛΦ co

10 respondens F | te *om.* F.; ~ te esse c. | 11 ~ sunt plus FΛ | ~ mihi dies c | 13 ~ me accusant c. | 14 patrio GΛo𝔊] patri et c.; patri *cet.* | 19 accusarent GFSΦ | 22 uia AΦo𝔊] uia hac c; ui GFCΛ; uim IS. | ~ descenderit lysias AΛ | 23 custodiri GIo𝔊] custodire *cet.* | ~ de suis prohibere c. | 24 in iesu christo FS; ~ in christum iesum c | 25 et¹ + de AIS | tremefactus IΛc | 26 quia] quod Ic. | daretur] *praem.* ei FCc; + ei A || **25**,2 audieruntque GFIC |

ut iuberet perduci eum Hierusalem
23,15 insidias tendentes ut eum interfice-
rent in via
4 Festus autem respondit servari Pau-
lum in Caesarea
se autem maturius profecturum
5 qui ergo in vobis ait potentes sunt
descendentes simul
si quod est in viro crimen accusent
eum
6 demoratus autem inter eos dies non
amplius quam octo aut decem
descendit Caesaream
17 et altera die sedit pro tribunali
et iussit Paulum adduci
7 qui cum perductus esset
circumsteterunt eum qui ab Hiero-
solyma descenderant Iudaei
24,13 multas et graves causas obicientes
quas non poterant probare
8 Paulo autem rationem reddente
24,12 quoniam neque in legem Iudaeorum
neque in templum neque in Caesa-
rem quicquam peccavi
24,27! 9 Festus autem volens Iudaeis gratiam
praestare
respondens Paulo dixit
20 vis Hierosolymam ascendere
et ibi de his iudicari apud me
10 dixit autem Paulus
ad tribunal Caesaris sto ubi me opor-
tet iudicari
Iudaeis non nocui sicut tu melius
nosti
11 si enim nocui aut dignum morte ali-
quid feci non recuso mori
si vero nihil est eorum quae hii ac-
cusant me
26,32; 28,19 nemo potest me illis donare Caesa-
rem appello
12 tunc Festus cum consilio locutus re-
spondit
Caesarem appellasti ad Caesarem
ibis
13 et cum dies aliquot transacti essent
Agrippa rex et Bernice descenderunt
Caesaream ad salutandum Festum
14 et cum dies plures ibi demorarentur
Festus regi indicavit de Paulo dicens
vir quidam est derelictus a Felice 24,27
vinctus
15 de quo cum essem Hierosolymis
adierunt me principes sacerdotum et 2; 24,1
seniores Iudaeorum
postulantes adversus illum damna-
tionem
16 ad quos respondi
quia non est consuetudo Romanis
donare aliquem hominem
priusquam is qui accusatur praesen-
tes habeat accusatores
locumque defendendi accipiat ad
abluenda crimina
17 cum ergo huc convenissent
sine ulla dilatione sequenti die se- 6
dens pro tribunali iussi adduci vi-
rum
18 de quo cum stetissent accusatores
nullam causam deferebant de quibus
ego suspicabar malum
19 quaestiones vero quasdam de sua 23,29
superstitione habebant adversus
eum
et de quodam Iesu defuncto quem
adfirmabat Paulus vivere
20 haesitans autem ego de huiusmodi
quaestione dicebam
si vellet ire Hierosolymam et ibi iu- 9
dicari de istis
21 Paulo autem appellante ut servare-
tur ad Augusti cognitionem
iussi servari eum donec mittam eum
ad Caesarem
22 Agrippa autem ad Festum

3 in hierusalem FCc | ~ interficerent eum c. | 4 in (*om.* S.) caesaream GIS | 8 autem *om.* c | ratione FI | in lege FISΛ | in templo neque in caesare F. | 9 ~ gratiam praestare iudaeis c. | hierosolyma AIC | 10 ubi] ibi GFc | 11 hii] hic F.; isti A.; *om.* C | 12 concilio c | 15 audierunt AI | 16 ~ romanis consuetudo c. | donare] damnare Ic | 18 malum] malam AΦo | 21 ad augusti cognitionem] augusti cognitioni FSΦ | 22 ad festum] *praem.* dixit Φc; + dixit Λ; + ait C |

GFA ISCΛΦ co

volebam et ipse hominem audire
cras inquit audies eum
23 altera autem die cum venisset Agrippa et Bernice cum multa ambitione
et introissent in auditorium cum tribunis et viris principalibus civitatis
et iubente Festo adductus est Paulus
24 et dixit Festus
Agrippa rex et omnes qui simul adestis nobiscum viri
videtis hunc de quo omnis multitudo Iudaeorum interpellavit me Hierosolymis petens et hic
22.22 clamantes non oportere eum vivere amplius
23.29! 26.31 25 ego vero conperi nihil dignum eum morte admisisse
ipso autem hoc appellante Augustum iudicavi mittere
26 de quo quid certum scribam domino non habeo
propter quod produxi eum ad vos
et maxime ad te rex Agrippa
ut interrogatione facta habeam quid scribam
27 sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum
et causas eius non significare
26 Agrippa vero ad Paulum ait
permittitur tibi loqui pro temet ipso
tunc Paulus extenta manu coepit rationem reddere
2 de omnibus quibus accusor a Iudaeis rex Agrippa
aestimo me beatum apud te cum sim defensurus me hodie
3 maxime te sciente omnia quae apud Iudaeos sunt consuetudines et quaestiones
propter quod obsecro patienter me audias
4 et quidem vitam meam a iuventute quae ab initio fuit in gente mea in Hierosolymis
noverunt omnes Iudaei 5 praescientes me ab initio
si velint testimonium perhibere
quoniam secundum certissimam sectam nostrae religionis vixi Pharisaeus 22.3!
6 et nunc in spe quae ad patres nostros repromissionis facta est a Deo 28.20
sto iudicio subiectus
7 in quam duodecim tribus nostrae nocte ac die deservientes sperant devenire
de qua spe accusor a Iudaeis rex
8 quid incredibile iudicatur apud vos si Deus mortuos suscitat
9 et ego quidem existimaveram me adversus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere 9–15: 9.2–7; 22.4–10
10 quod et feci Hierosolymis
et multos sanctorum ego in carceribus inclusi 8.3
a principibus sacerdotum potestate accepta
et cum occiderentur detuli sententiam
11 et per omnes synagogas frequenter puniens eos conpellebam blasphemare
et amplius insaniens in eos
persequebar usque in exteras civitates
12 in quibus dum irem Damascum cum potestate et permissu principum sacerdotum
13 die media in via vidi rex de caelo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen Lc 2.9!
et eos qui mecum simul erant
14 omnesque nos cum decidissemus in terram
audivi vocem loquentem mihi hebraica lingua 21.40; 22.2
Saule Saule quid me persequeris
durum est tibi contra stimulum cal-

GFA ISCΛΦ co 23 et[4] GAΛoᏩ] *om. cet.* | 24 dicit c. | petentes Cc | hic clamantes] acclamantes Cc | 25 ~ morte eum c. | ad augustum FASΦco || 26,1 permittetur GF | 3 maxime + et F | omnia + et c. | 4 in[2] *om.* F | 7 in quam Gc.Ᏽ] in qua *cet.* | seruientes FSΦ | 9 nazarei AC; nazorei G. | 13 ~ simul mecum FI | 14 hebraeica A | saul saul G. |

citrare
15 ego autem dixi quis es Domine
Dominus autem dixit
ego sum Iesus quem tu persequeris
Ez 2,1 16 sed exsurge et sta super pedes tuos
ad hoc enim apparui tibi ut consti-
22,15! tuam te ministrum et testem eorum
quae vidisti
et eorum quibus apparebo tibi
9,15; 22,21 17 eripiens te de populo et gentibus
Is 42,7! in quas nunc ego mitto te 18 aperire
Eph 1,18 oculos eorum
Eph 5,8! Col 1,12.13 ut convertantur a tenebris ad lucem
et de potestate Satanae ad Deum
10,43! ut accipiant remissionem peccato-
rum
20,32; Sap 5,5! et sortem inter sanctos per fidem
quae est in me
19 unde rex Agrippa non fui incredulus
caelestis visionis
20 sed his qui sunt Damasci primum et
Hierosolymis
et in omnem regionem Iudaeae et
gentibus adnuntiabam
Mt 3,8; Lc 3,8 ut paenitentiam agerent et converte-
rentur ad Deum
digna paenitentiae opera facientes
21 hac ex causa me Iudaei cum essem in
21,30.31! templo conprehensum temptabant
interficere
22 auxilio autem adiutus Dei
usque in hodiernum diem sto testi-
ficans minori atque maiori
Lc 24,44! nihil extra dicens quam ea quae pro-
phetae sunt locuti futura esse et
Moses
17,3; Lc 24,46.47! 23 si passibilis Christus
1 Cor 15,20; Col 1,18; Apc 1,5 si primus ex resurrectione mortuo-
rum lumen adnuntiaturus est popu-
lo et gentibus
24 haec loquente eo et rationem redden-
te
Festus magna voce dixit
insanis Paule
multae te litterae ad insaniam con-
vertunt
25 at Paulus
non insanio inquit optime Feste
sed veritatis et sobrietatis verba elo-
quor
26 scit enim de his rex ad quem et con-
stanter loquor
latere enim eum nihil horum arbitror
neque enim in angulo quicquam ho-
rum gestum est
27 credis rex Agrippa prophetis
scio quia credis
28 Agrippa autem ad Paulum
in modico suades me Christianum
fieri
29 et Paulus
opto apud Deum et in modico et in
magno
non tantum te sed et omnes hos qui
audiunt hodie fieri tales qualis et
ego sum
exceptis vinculis his
30 et exsurrexit rex et praeses et Bernice
et qui adsidebant eis
31 et cum secessissent loquebantur ad
invicem dicentes
quia nihil morte aut vinculorum 23,29! 25,25
dignum quid facit homo iste
32 Agrippa autem Festo dixit
dimitti poterat homo hic si non ap- 25,11; 28,19
pellasset Caesarem
27 ut autem iudicatum est eum navi-
gare in Italiam
et tradi Paulum cum reliquis custo-
diis centurioni nomine Iulio cohor-
tis Augustae
2 ascendentes autem navem hadrume-
tinam
incipientem navigare circa Asiae lo-

17 populis ACΦ | et + de F | nunc *om.* G.; ~ ego nunc F | 19 caelesti uisioni Λc; caelesti uisione Φ | 20 in omni regione FA.; omnem regionem SΦ | 22 ~ locuti sunt Cc | 25 et paulus SΦc; ad paulus uero I.; ait paulus A. | inquit *om.* A. | loquor AIΛc | 29 sed etiam c. | hos *om.* c | 30 surrexit F | 31 et] qui FISΦ | uinculis GFSΦco | facit G𝔊] fecit *cet.* | 32 hic] iste AC || **27,**1 ~ nauigare eum Λc | custodibus G | 2 autem *om.* c | incipientes FSCc; et incipientes I |

GFA ISCΛΦ co

ca sustulimus
19,29; 20,4 perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicense
3 sequenti autem die devenimus Sidonem
humane autem tractans Iulius Paulum
permisit ad amicos ire et curam sui agere
4 et inde cum sustulissemus subnavigavimus Cypro
propterea quod essent venti contrarii
5 et pelagus Ciliciae et Pamphiliae navigantes
venimus Lystram quae est Lyciae
6 et ibi inveniens centurio navem alexandrinam navigantem in Italiam
transposuit nos in eam
7 et cum multis diebus tarde navigaremus
et vix devenissemus contra Cnidum prohibente nos vento
adnavigavimus Cretae secundum Salmonem
8 et vix iuxta navigantes venimus in locum quendam qui vocatur Boni portus
cui iuxta erat civitas Thalassa
9 multo autem tempore peracto
et cum iam non esset tuta navigatio
eo quod et ieiunium iam praeterisset
consolabatur Paulus
10 dicens eis
viri video quoniam cum iniuria et multo damno
non solum oneris et navis
sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio
11 centurio autem gubernatori et nauclerio magis credebat
quam his quae a Paulo dicebantur
12 et cum aptus portus non esset ad hiemandum
plurimi statuerunt consilium navigare inde
si quo modo possent devenientes Phoenice hiemare
portum Cretae respicientem ad africum et ad chorum
13 adspirante autem austro aestimantes propositum se tenere
cum sustulissent de Asson legebant Cretam
14 non post multum autem misit se contra ipsam ventus typhonicus
qui vocatur euroaquilo
15 cumque arrepta esset navis et non posset conari in ventum
data nave flatibus ferebamur
16 insulam autem quandam decurrentes quae vocatur Caudam
potuimus vix obtinere scapham
17 qua sublata adiutoriis utebantur accingentes navem
timentes ne in Syrtim inciderent
submisso vase sic ferebantur
18 valide autem nobis tempestate iactatis
sequenti die iactum fecerunt
19 et tertia die suis manibus armamenta navis proiecerunt Ion 1,5
20 neque sole autem neque sideribus apparentibus per plures dies
et tempestate non exigua inminente
iam ablata erat spes omnis salutis nostrae
21 et cum multa ieiunatio fuisset 33
tunc stans Paulus in medio eorum dixit
oportebat quidem o viri audito me non tollere a Creta
lucrique facere iniuriam hanc et iacturam
22 et nunc suadeo vobis bono animo esse
amissio enim nullius animae erit ex

GFA ISCΛΦ cω

2 sustulimus] egressi sumus A | 4 cyprum Fc | 5 pelagum FS | lyciae] ciliciae A | 7 adnauigauimus] nauigauimus FS | secundum] iuxta FSΦc | 9 et[2] *om.* FISCΦ | consolabatur + eos Λc | 12 phoenicen Cω; phoenicem A | 13 asso GAIΛ | 15 abrepta FΛ. | possit GAS | 16 in insulam c | cauda AΦω; claudam C | 18 ualida Λc | 20 autem *om.* G; ~ autem sole c. | 21 tollere] egredi AΛ; *praem.* egredi I. |

vobis praeterquam navis
23.24: 18,9.10! 23 adstitit enim mihi hac nocte angelus
Dei cuius sum ego et cui deservio
24 dicens
ne timeas Paule
Caesari te oportet adsistere
et ecce donavit tibi Deus omnes qui
navigant tecum
25 propter quod bono animo estote viri
credo enim Deo quia sic erit quemadmodum dictum est mihi
26 in insulam autem quandam oportet
nos devenire
27 sed posteaquam quartadecima nox
supervenit
navigantibus nobis in Hadria
circa mediam noctem suspicabantur
nautae apparere sibi aliquam regionem
28 qui submittentes invenerunt passus
viginti
et pusillum inde separati invenerunt
passus quindecim
29 timentes autem ne in aspera loca incideremus
de puppi mittentes anchoras quattuor optabant diem fieri
30 nautis vero quaerentibus fugere de
navi
cum misissent scapham in mare sub
obtentu quasi a prora inciperent
anchoras extendere
31 dixit Paulus centurioni et militibus
nisi hii in navi manserint vos salvi
fieri non potestis
32 tunc absciderunt milites funes scaphae
et passi sunt eam excidere
33 et cum lux inciperet fieri rogabat
Paulus omnes sumere cibum dicens
quartadecima hodie die expectantes
21 ieiuni permanetis nihil accipientes
34 propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra
quia nullius vestrum capillus de capite peribit Lc 21,18!
35 et cum haec dixisset sumens panem Lc 24,30!
gratias egit Deo in conspectu omnium
et cum fregisset coepit manducare
36 animaequiores autem facti omnes et 9,19
ipsi adsumpserunt cibum
37 eramus vero universae animae in
navi ducentae septuaginta sex
38 et satiati cibo adleviabant navem
iactantes triticum in mare
39 cum autem dies factus esset terram
non agnoscebant
sinum vero quendam considerabant
habentem litus
in quem cogitabant si possent eicere
navem
40 et cum anchoras abstulissent committebant se mari
simul laxantes iuncturas gubernaculorum
et levato artemone secundum flatum
aurae tendebant ad litus
41 et cum incidissemus in locum bithalassum inpegerunt navem
et prora quidem fixa manebat inmobilis
puppis vero solvebatur a vi maris
42 militum autem consilium fuit ut
custodias occiderent
ne quis cum enatasset effugeret
43 centurio autem volens servare Paulum prohibuit fieri
iussitque eos qui possent natare
mittere se primos et evadere et ad
terram exire
44 et ceteros alios in tabulis ferebant
quosdam super ea quae de navi essent
et sic factum est ut omnes animae

23 mihi *om.* F | 25 deo + meo FSΦ | 28 qui] et I.; qui et SΦ c | submittentes + bolidem CΛ c | 30 ~ inciperent a prora FISΦ c | 33 ~ die (dies S) hodie SΛ c | 36 ~ facti autem F | sumpserunt CΛ c | 38 adleuabant GF; adleuauit I. | 40 abstulissent] sustulissent SΦ c | ~ aurae flatum FSΦ c | 41 dithalassum c. | 43 mittere] emittere c. | primos] *praem.* in mare AΦ; + in mare S | 44 essent] erant C c || GFA ISCΛΦ co

evaderent ad terram
28 et cum evasissemus tunc cognovimus quia Militene insula vocatur
barbari vero praestabant non modicam humanitatem nobis
2 accensa enim pyra reficiebant nos omnes
propter imbrem qui inminebat et frigus
3 cum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem et inposuisset super ignem
vipera a calore cum processisset invasit manum eius
4 ut vero viderunt barbari pendentem bestiam de manu eius
ad invicem dicebant
utique homicida est homo hic
qui cum evaserit de mari Ultio non sinit vivere
5 et ille quidem excutiens bestiam in ignem
nihil mali passus est
6 at illi existimabant eum in tumorem convertendum
et subito casurum et mori
diu autem illis sperantibus et videntibus nihil mali in eo fieri
14,10 convertentes se dicebant eum esse deum
7 in locis autem illis erant praedia principis insulae nomine Publii
qui nos suscipiens triduo benigne exhibuit
8 contigit autem patrem Publii febribus et dysenteria vexatum iacere
ad quem Paulus intravit
Mt 8,15! Mc 6,5; Lc 4,40 et cum orasset et inposuisset ei manus salvavit eum
Lc 4,40 9 quo facto et omnes qui in insula habebant infirmitates accedebant et curabantur
10 qui etiam multis honoribus nos honoraverunt
et navigantibus inposuerunt quae necessaria erant
11 post menses autem tres navigavimus in nave alexandrina
quae in insula hiemaverat
cui erat insigne Castorum
12 et cum venissemus Syracusam mansimus ibi triduo
13 inde circumlegentes devenimus Regium
et post unum diem flante austro secunda die venimus Puteolos
14 ubi inventis fratribus rogati sumus 20,6; 21,4
manere apud eos dies septem
et sic venimus Romam
15 et inde cum audissent fratres occurrerunt nobis usque ad Appii Forum et Tribus Tabernis
quos cum vidisset Paulus gratias agens Deo accepit fiduciam
16 cum venissemus autem Romam
permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite
17 post tertium autem diem convocavit primos Iudaeorum
cumque convenissent dicebat eis
ego viri fratres nihil adversus plebem faciens aut morem paternum
vinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum
18 qui cum interrogationem de me habuissent
voluerunt me dimittere eo quod nul- 23,29! Lc 23,14!
la causa esset mortis in me
19 contradicentibus autem Iudaeis coactus sum appellare Caesarem 25,11; 26,32
non quasi gentem meam habens aliquid accusare
20 propter hanc igitur causam rogavi vos videre et adloqui
propter spem enim Israhel catena 26,6

GFA ISCΛΦ cɒ

28,1 melita c.; meletae I. | uocabatur IΛΦc | 3 aliquantam *om.* AΛ. | 4 de[1]] in FSΦ | non sinit GF] non dimisit A.; *praem.* eum AICΛΦɒ; + eum Sc | 6 sperantibus] expectantibus c | in eo] in eum AC | 9 et[1] *om.* Ic. | 11 in nauem alexandrinam FS | castrorum GFAISΛ | 12 syracusas ACɒ | 13 secundo GA | puteolis AΛ | 15 et[2]] ac c. | tres tabernas c | 16 ~ autem uenissemus Ic. | maneret AI. | 18 ~ esset causa c |

hac circumdatus sum
[21] at illi dixerunt ad eum
nos neque litteras accepimus de te a Iudaea
neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit aut locutus est quid de te malum
17,20 [22] rogamus autem a te audire quae sentis
nam de secta hac notum est nobis quia ubique ei contradicitur
[23] cum constituissent autem illi diem
venerunt ad eum in hospitium plures
31! quibus exponebat testificans regnum Dei
suadensque eos de Iesu ex lege Mosi et prophetis a mane usque ad vesperam
17,4! [24] et quidam credebant his quae dicebantur
quidam vero non credebant
[25] cumque invicem non essent consentientes discedebant
dicente Paulo unum verbum
II Pt 1,21 quia bene Spiritus Sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros [26] dicens
vade ad populum istum et dic 26.27: Is 6,9.10! Mt 13,14.15
aure audietis et non intellegetis
et videntes videbitis et non perspicietis
[27] incrassatum est enim cor populi huius Ps 118,70 H II Cor 3,14!
et auribus graviter audierunt Rm 11,8
et oculos suos conpresserunt
ne forte videant oculis et auribus audiant et corde intellegant
et convertantur et sanem illos
[28] notum ergo sit vobis
quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei Lc 3,6!
ipsi et audient
[30] mansit autem biennio toto in suo conducto
et suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum
[31] praedicans regnum Dei 23: 1,3! 19,8! Phil 1,14
et docens quae sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia sine prohibitione

EXPLICIT LIBER

ACTUUM APOSTOLORUM

23 et cum C | autem *om.* GSC | plurimi c | eos] eis FSCΦc | ex] et GA | 24 dicebantur] *praem.* ab eo G; *praem.* a paulo I.; + a paulo SΛ | 26 dic + ad eos FSΦc | intellegitis GAIS | uidetis et non perspicitis I.; uidetis et non uidebitis A. | 27 conuertant se I; conuertent se G. | illos] eos Λc | 28 ~ et ipsi c | audient + [29] et cum haec dixisset exierunt ab eo iudaei multam habentes inter se quaestionem c; + et quum non essent intellegentes egressi sunt iudaei multa secum conquirentes C | 31 prohibitione + amen FAo ||

GFA ISCΛΦ co

INCIPIT PROLOGUS
IN EPISTULIS PAULI APOSTOLI

Primum quaeritur quare post Evangelia, quae supplementum Legis sunt et in quibus nobis exempla et praecepta vivendi plenissime digesta sunt, voluerit Apostolus has epistulas ad singulas ecclesias destinare. Hac autem causa factum videtur, ut scilicet initia nascentis Ecclesiae novis causis existentibus praemuniret, ut et praesentia atque orientia resecaret vitia et post futuras excluderet quaestiones, exemplo prophetarum qui post editam legem Mosi, in qua omnia Dei mandata legebantur, nihilominus tamen doctrina sua rediviva semper populi conpressere peccata et propter exemplum libris ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Deinde quaeritur cur non amplius quam decem epistulas ad ecclesias scripserit; decem sunt enim cum illa quae dicitur ad Hebraeos, nam reliquae quattuor ad discipulos specialiter sunt porrectae. Ut ostenderet Novum non discrepare a Veteri Testamento et se contra legem non facere Mosi, ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistulas ordinavit et, quot ille praeceptis a Pharaone instituit liberatos, totidem hic epistulis a diaboli et idolatriae servitute edocet adquisitos. Nam et duas tabulas lapideas duorum Testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt.

cf. Hieron. de viris ill. 5 Epistulam sane quae ad Hebraeos scribitur quidam Pauli non esse contendunt, eo quod non sit eius nomine titulata, et propter sermonis stilique distantiam, sed aut Barnabae iuxta Tertullianum aut Lucae iuxta quosdam vel certe Clementis discipuli apostolorum et episcopi romanae ecclesiae post apostolos ordinati. Quibus respondendum est: si propterea Pauli non erit quia eius non habet nomen, ergo nec alicuius erit quia nullius nomine titulatur; quod si absurdum est, ipsius magis esse credenda est quae tanto doctrinae suae fulget eloquio. Sed quoniam apud Hebraeorum ecclesias quasi destructor Legis falsa suspicione habebatur, voluit tacito nomine de figuris Legis et veritate Christi reddere rationem, ne odium nominis fronte praelati utilitatem excluderet lectionis. Non est sane mirum, si eloquentior videatur in proprio id est hebraeo quam in peregrino id est graeco, quo ceterae epistulae sunt scriptae sermone.

Movet etiam quosdam quare Romanorum epistula in primo sit posita, cum eam
Rm 15,25 non primam scriptam ratio manifestet. Nam hanc se proficiscentem Hierosolymam
II Cor 9,1.12 scripsisse testatur, cum Corinthios et alios ante iam, ut ministerium quod secum por-

AR FS(K)CΛΦ ᴅ Prologus. *Citantur* AR *et* FSKCΛΦ *ac* ᴅ [*Pel.* = *Pelagius, ed. Souter*, II, *p.* 3—5.] *Tit.* prologus in epistulas pauli a quibusdam pelagio adscriptus ᴅ | 1 [*in* K *pauca tantum legi possunt usque ad* 25] | 3 hac—4 uidetur *om.* FSKC *Pel.* | 4 scilicet *om.* FSKC *Pel.*; ~ scilicet ut Φ | in initia Λ; in initio C; initio *Pel.* | praemuniret — 5 resecaret *om.* C | praemuniret ut et R] praemuniret et ᴅ; et ASΛΦ *Pel.*; *om.* F. | 5 et[2] + ut A | 8 libros ᴅ; libri AS. | etiam *om.* SK; ~ libris etiam ad nostram R; ~ etiam libris ad nostram Λ. | 11 ut] et ut R | ~ a ueteri non discrepare (discreparet R) RC. | testamentum R. | 12 primorum F Φ ᴅ *Pel.*] priorum A(*et* ~ pr. num.)SCΛ; *om.* R. | 16 contendunt] adfirmant CΛ *Pel.* | 19 post apostolos] ab apostolis R | quibus + ita AS | 20 ~ nomen non habet R | 24 odio RΛ | 28 primum R.; primo CΛ *Pel.* | se proficiscente FK; proficiscente se RCΛ | hierosolyma RF |

taturus erat colligerent, litteris adhortatus sit. Unde intellegi quidam volunt ita omnes epistulas ordinatas, ut prima poneretur quae posterior fuerat destinata, ut per singulas epistulas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum namque plerique tam rudes erant, ut non intellegerent Dei se gratia et non suis meritis esse salvatos, et ob hoc duo inter se populi conflictarent. Idcirco illos indigere adserit confirmari, vitia (Rm 1,11) gentilitatis priora commemorans. Corinthiis autem iam dicit scientiae gratiam esse (I Cor 1,5) concessam, et non tam omnes increpat quam cur peccantes non increpaverint reprehendit, sicut ait: «Auditur inter vos fornicatio», et iterum: «Congregatis vobis cum (I Cor 5,1.4–5) meo spiritu tradere huiusmodi Satanae». In secunda vero laudantur et ut magis ac magis proficiant admonentur. Galatae iam nullius criminis arguuntur, nisi quod callidissimis pseudoapostolis crediderunt. Ephesii sane nulla reprehensione sed multa laude sunt digni, quia fidem apostolicam servaverunt. Philippenses etiam multo magis conlaudantur, qui nec audire quidem falsos apostolos voluerunt. Colosenses autem tales erant ut, cum ab Apostolo visi corporaliter non fuissent, hac laude digni haberentur: «Et si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum gaudens et videns ordinem (Col 2,5) vestrum». Thessalonicenses nihilominus in duabus epistulis omni laude prosequitur, eo quod non solum fidem inconcussam servaverint veritatis, sed etiam in persecutione civium fuerint constantes inventi. De Hebraeis vero quid dicendum est, quorum Thessalonicenses qui plurimum laudati sunt imitatores facti esse dicuntur, sicut ipse ait: «Et (I Th 2,14) vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum Dei quae sunt in Iudaea, eadem enim passi estis et vos a contribulibus vestris quae et illi a Iudaeis». Apud ipsos quoque Hebraeos eadem commemorat dicens: «Nam et vinctis conpassi estis et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam» (Hbr 10,34). EXPLICIT PROLOGUS

INCIPIT EPISTULA AD ROMANOS

I Cor 1,1! Tit 1,1; Gal 1,1! Iac 1,1; II Pt 1,1! Iud 1 Paulus servus Christi Iesu vocatus apostolus
segregatus in evangelium Dei
16,26; Lc 1,70; Act 3,18.21; Apc 10,7! 2 quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis
9,5 3 de Filio suo qui factus est ex semine David secundum carnem
4 qui praedestinatus est Filius Dei in virtute
secundum Spiritum sanctificationis
ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri
5 per quem accepimus gratiam et apostolatum 15,15!
ad oboediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius 16,26; Act 9,15! I Tim 2,7!
6 in quibus estis et vos vocati Iesu Christi
7 omnibus qui sunt Romae dilectis Dei vocatis sanctis 7,8; I Cor 1,2–4!
gratia vobis et pax a Deo Patre nos- Gal 1,3; Tit 1,4; I Tim 1,2! Phlm 3; Laod 2

30 colligeret AΛ; coleret K. | 31 prima] prior A | quae... fuerat ACΛo *Pel.*] quae... fuerit R.; quamuis... fuerit FSKΦ | 33 et non ASΦo] non RFC *Pel.*; sed KΛ | 36 non[1] *om.* R | 37 uobiscum et R.; uobis et K. | 38 huiusmodi + hominem R | 39 galatae + uero AS | nisi + hoc tantum FSKCΛΦo | 42 nec] ne R | colosenses — 45 uestrum *post* 47 inuenti *pon.* RCΦ *Pel.* | 44 corpore + inquit RKΦ | sum[2] *om.* RF. | 46 in persecutionem RSK | 48 dicantur ASK. | [*deest* K *usque ad* 53] || AR FS(K)CΛΦ o

Ad Romanos. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦI *ac* co. [*sigla* K, *et inde ab* I Cor S, *alios codd. designant ac in* o, Φ = Φ[T] (*Sangall.* 75)[BGV] (= BKV *in* o)] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad romanos c || **1,1** [*deest* I *usque ad* 11,2] | ~ iesu christi GKΦc | 3 est + ei AFSKΦco | 5 accipimus AF | 7 dilectis] in dilectione A; in caritate F | GAR FSKCΛΦ co

tro et Domino Iesu Christo
Phlm 4.5! 8 primum quidem gratias ago Deo
meo per Iesum Christum pro omnibus vobis
16,19; I Th 1,8 quia fides vestra adnuntiatur in universo mundo
I Th 2,5; Phil 1,8! 9 testis enim mihi est Deus
Phil 3,3 cui servio in spiritu meo
9.10: Eph 1,16; in evangelio Filii eius
Col 1,9; Phlm 4; I Th 1,2! II Tim 1,3 quod sine intermissione memoriam
vestri facio 10 semper in orationibus
meis
obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos
15,23! 32; Act 18,21!
I Th 2,17 11 desidero enim videre vos
ut aliquid inpertiar gratiae vobis spiritalis ad confirmandos vos
12 id est simul consolari in vobis per eam quae invicem est fidem vestram atque meam
11,25; I Cor 10,1! 13 nolo autem vos ignorare fratres quia
15,22 saepe proposui venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc
ut aliquem fructum habeam et in vobis sicut et in ceteris gentibus
14 Graecis ac barbaris
sapientibus et insipientibus debitor sum
15 ita quod in me promptum est et vobis qui Romae estis evangelizare
II Tim 1,8 16 non enim erubesco evangelium
I Cor 1,18.24 virtus enim Dei est in salutem omni credenti
2,9.10 Iudaeo primum et Graeco
Phil 3,9! 17 iustitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem
sicut scriptum est
Hab 2,4! Gal 3,11 iustus autem ex fide vivit
18 revelatur enim ira Dei de caelo
2,8! Eph 5,6! II Th 2,12 super omnem impietatem et iniustitiam hominum
eorum qui veritatem in iniustitiam detinent

19 quia quod notum est Dei manifestum est in illis
Deus enim illis manifestavit
20 invisibilia enim ipsius a creatura Is 40,21
mundi
per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur
sempiterna quoque eius virtus et divinitas
ut sint inexcusabiles
21 quia cum cognovissent Deum
non sicut Deum glorificaverunt aut gratias egerunt
sed evanuerunt in cogitationibus Sap 2,21; Eph 4,17.18!
suis
et obscuratum est insipiens cor eorum
22 dicentes enim se esse sapientes stulti Ier 10,14! I Cor 1,20!
facti sunt
23 et mutaverunt gloriam incorrupti- Ps 105,20; Ier 2,11
bilis Dei
in similitudinem imaginis corruptibilis hominis
et volucrum et quadrupedum et serpentium
24 propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in inmunditiam
ut contumeliis adficiant corpora sua in semet ipsis
25 qui commutaverunt veritatem Dei in mendacio
et coluerunt et servierunt creaturae potius quam creatori
qui est benedictus in saecula amen 9,5; II Cor 11,31
26 propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae
nam feminae eorum inmutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam
27 similiter autem et masculi
relicto naturali usu feminae Lv 20,13!
exarserunt in desideriis suis in invicem

GAR FSKCΛΦ cϽ 11 ~ uobis gratiae R c | 12 fides GA; fide S. | uestra GS | mea S. | 13 autem] enim RF | et² *om.* RF | 15 et in uobis AFS | 16 in salute A | 17 in fide AΛ | uiuet G | 18 ueritatem + dei RSKΦc | in *om.* AF | iniustitia² SKCΦcϽ | 20 et] ac ACΛϽ | ita ut AΦcϽ | 25 in mendacium SCΛΦc | est + deus RSKC | 27 in² *om.* GKC |

masculi in masculos turpitudinem
operantes
et mercedem quam oportuit erroris
sui in semet ipsis recipientes
28—31: Sap 14,24–26 28—32: Gal 5,19–21 [28] et sicut non probaverunt Deum habere in notitia
tradidit eos Deus in reprobum sensum ut faciant quae non conveniunt
Col 3,5! 29.30: I Tim 1,9.10! 29—31: II Cor 12,20; II Tim 3,2–4 [29] repletos omni iniquitate
malitia fornicatione
avaritia nequitia
plenos invidia
homicidio contentione
dolo malignitate
susurrones [30] detractores
Deo odibiles
contumeliosos
superbos elatos
inventores malorum
parentibus non oboedientes
[31] insipientes inconpositos
sine affectione
absque foedere
sine misericordia
[32] qui cum iustitiam Dei cognovissent
non intellexerunt quoniam qui talia
agunt digni sunt morte
non solum ea faciunt
sed et consentiunt facientibus
2 propter quod inexcusabilis es
o homo omnis qui iudicas
Mt 7,2! in quo enim iudicas alterum te ipsum condemnas
eadem enim agis qui iudicas
[2] scimus enim quoniam iudicium Dei
est secundum veritatem in eos qui
talia agunt
[3] existimas autem hoc
o homo qui iudicas eos qui talia
agunt et facis ea
quia tu effugies iudicium Dei
[4] an divitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis II Pt 3,9!
ignorans quoniam benignitas Dei ad
paenitentiam te adducit
[5] secundum duritiam autem tuam et
inpaenitens cor
thesaurizas tibi iram in die irae et Iac 5,3
revelationis iusti iudicii Dei
[6] qui reddet unicuique secundum opera eius Ps 61,13! Mt 16,27! I Cor 3,8
[7] his quidem qui secundum patientiam boni operis Io 5,29! Laod 3.5
gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus
vitam aeternam
[8] his autem qui ex contentione 1,18! II Tim 4,4!
et qui non adquiescunt veritati credunt autem iniquitati Io 3,36!
ira et indignatio
[9] tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum
Iudaei primum et Graeci 1,16!
[10] gloria autem et honor et pax omni
operanti bonum
Iudaeo primum et Graeco 1,16!
[11] non est enim personarum acceptio Act 10,34!
apud Deum
[12] quicumque enim sine lege peccaverunt
sine lege et peribunt
et quicumque in lege peccaverunt
per legem iudicabuntur
[13] non enim auditores legis iusti sunt
apud Deum Act 10,35; Iac 1,25; I Io 3,7!
sed factores legis iustificabuntur
[14] cum enim gentes quae legem non
habent
naturaliter quae legis sunt faciunt
eiusmodi legem non habentes ipsi
sibi sunt lex
[15] qui ostendunt opus legis scriptum in
cordibus suis

27 in semet ipsos RFSKC | 28 in notitiam ARFSCɔ | eos] illos ARKΦ cɔ | ea quae AΦ c | conuenit GA | 32 morte + et c. | solum GACɔ𝔊] + qui *cet.* | ~ faciunt ea RSΦ | et] etiam SΦ c; *om.* K; + qui RFSKΛΦ c ‖ **2**,1 qui²] quae FΛΦ c | 3 quia] quoniam R | 4 ignoras SK c | 5 ~ autem duritiam F c | 7 iis c. | quaerentibus] quaerunt c. | 8 iis c. | ex contentione] *praem.* sunt c.; + sunt Λ | 11 ~ enim est acceptio personarum c. | 12 et¹ *om.* SKΛ c | 14 quae²] ea quae FSΛΦ c |

GAR FSKCΛΦ cɔ

testimonium reddente illis conscien-
tia ipsorum
et inter se invicem cogitationum ac-
cusantium aut etiam defendentium
16 in die cum iudicabit Deus occulta
hominum secundum evangelium
meum per Iesum Christum
17 si autem tu Iudaeus cognominaris
et requiescis in lege
et gloriaris in Deo
18 et nosti voluntatem
12,2! Phil 1,10 et probas utiliora instructus per le-
gem
19 confidis te ipsum ducem esse caeco-
rum
lumen eorum qui in tenebris sunt
20 eruditorem insipientium
magistrum infantium
habentem formam scientiae et veri-
tatis in lege
21 qui ergo alium doces te ipsum non
doces
qui praedicas non furandum furaris
22 qui dicis non moechandum moecha-
ris
qui abominaris idola sacrilegium
facis
23 qui in lege gloriaris per praevarica-
tionem legis Deum inhonoras
Is 52,5! II Pt 2,2 24 nomen enim Dei per vos blasphema-
tur inter gentes
sicut scriptum est
I Cor 7,19! Gal 5,3 25 circumcisio quidem prodest si legem
observes
si autem praevaricator legis sis
circumcisio tua praeputium facta
est
26 si igitur praeputium iustitias legis
custodiat
nonne praeputium illius in circum-
cisionem reputabitur
27 et iudicabit quod ex natura est prae-
putium legem consummans
te qui per litteram et circumcisionem
praevaricator legis es
28 non enim qui in manifesto Iudaeus 9,6
est
neque quae in manifesto in carne
circumcisio
29 sed qui in abscondito Iudaeus
et circumcisio cordis in spiritu non Dt 30,6! Phil 3,3! Col 2,11
littera
cuius laus non ex hominibus sed ex I Cor 4,5
Deo est
3 quid ergo amplius est Iudaeo aut
quae utilitas circumcisionis
2 multum per omnem modum
primum quidem quia credita sunt Ps 147,19!
illis eloquia Dei
3 quid enim si quidam illorum non II Tim 2,13
crediderunt
numquid incredulitas illorum fidem
Dei evacuabit absit
4 est autem Deus verax
omnis autem homo mendax Ps 115,11!
sicut scriptum est
ut iustificeris in sermonibus tuis et Ps 50,6
vincas cum iudicaris
5 si autem iniquitas nostra iustitiam
Dei commendat
quid dicemus
numquid iniquus Deus qui infert 9,14
iram
secundum hominem dico 6 absit I Cor 9,8; Gal 3,15
alioquin quomodo iudicabit Deus
mundum
7 si enim veritas Dei in meo mendacio
abundavit in gloriam ipsius
quid adhuc et ego tamquam peccator
iudicor
8 et non sicut blasphemamur
et sicut aiunt nos quidam dicere
faciamus mala ut veniant bona 6,1
quorum damnatio iusta est

GAR FSKCΛΦ co

15 cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus c | 16 iudicauit ARFS | 18 uoluntatem + eius ASKΦ c | 19 ~ esse ducem c. | 24 dei] domini G | in gentes G.; in gentibus FC | 25 prode est RC | 27 id quod c. | 28 quae] qui GFK | manifesto[2]] palam R; manufacto K. | carne + est c | 29 iudaeus + est RFSKΛ c || 3,1 est *om.* C; ~ iudaeo (iudaeis F) est Fc | 5 iniquus + est Φ c | 6 iudicauit RFS | deus + hunc FΦ c | 7 et *om.* GS. | 8 ~ quidam nos c. |

[9]quid igitur praecellimus eos
nequaquam
causati enim sumus Iudaeos et Graecos
23! 5,12 omnes sub peccato esse
10—18: Ps 13,1-3 [10]sicut scriptum est
quia non est iustus quisquam
11.12: Ps 52,3.4 [11]non est intellegens non est requirens Deum
[12]omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt
non est qui faciat bonum non est usque ad unum
Ps 5,11! [13]sepulchrum patens est guttur eorum
linguis suis dolose agebant
Ps 139,4 venenum aspidum sub labiis eorum
Ps 9,28 [14]quorum os maledictione et amaritudine plenum est
Prv 1,16! [15]veloces pedes eorum ad effundendum
15—17: Is 59,7.8 sanguinem
[16]contritio et infelicitas in viis eorum
[17]et viam pacis non cognoverunt
Ps 35,2 [18]non est timor Dei ante oculos eorum
[19]scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur
his qui in lege sunt loquitur
ut omne os obstruatur
et subditus fiat omnis mundus Deo
Ps 142,2! Act 13,38; Gal 2,16! 3,11 [20]quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo
4,15! 7,7 per legem enim cognitio peccati
[21]nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est
testificata a lege et prophetis
[22]iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi super omnes qui credunt
non enim est distinctio
9; 5,12; Iac 3,2; III Rg 8,46! Sir 8,6 [23]omnes enim peccaverunt et egent gloriam Dei
Eph 2,8! Tit 3,7 [24]iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quae est in Christo Iesu
Eph 1,7! Hbr 2,17! 9,15; [25]quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius I Io 2,2!
ad ostensionem iustitiae suae
propter remissionem praecedentium delictorum [26]in sustentatione Dei
ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore
ut sit ipse iustus
et iustificans eum qui ex fide est Iesu 26.27: Eph 2,8.9!
[27]ubi est ergo gloriatio
exclusa est
per quam legem
factorum non
sed per legem fidei
[28]arbitramur enim iustificari hominem 5,1; Act 13,39; Gal 2,16!
per fidem sine operibus legis
[29]an Iudaeorum Deus tantum
nonne et gentium
immo et gentium
[30]quoniam quidem unus Deus qui Mc 12,32!
iustificabit circumcisionem ex fide Gal 3,8
et praeputium per fidem
[31]legem ergo destruimus per fidem Mt 5,17
absit
sed legem statuimus

4 quid ergo dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem
[2]si enim Abraham ex operibus iustificatus est
habet gloriam sed non apud Deum
[3]quid enim scriptura dicit
credidit Abraham Deo et reputatum Gal 3,6; Iac 2,23; Gn 15,6!
est illi ad iustitiam 9.22.23
[4]ei autem qui operatur merces non inputatur secundum gratiam sed secundum debitum
[5]ei vero qui non operatur
credenti autem in eum qui iustificat impium
reputatur fides eius ad iustitiam 9.22.23; Gal 2,16!
[6]sicut et David dicit beatitudinem hominis cui Deus accepto fert iustitiam
sine operibus

9 igitur] ergo F c | 19 iis c. | 22 super omnes] *praem.* in omnes et FC c | credunt + in eum F c | 23 gloria Λ c | 25 in sanguinem GRFSK | 26 ~ est ex fide c | iesu + christi RΦ c | 27 gloriatio GR𝔊] + tua *cet.* | 30 unus + est c. | iustificabit ɒ𝔊] iustificat FS K c; iustificauit *cet.* || 4,1 dicimus RΦ | 3 ~ dicit scriptura c | 5 iustitiam + secundum propositum gratiae dei RFSΦ c |

GAR FSKCΛΦ cɒ

7,8: Ps 31,1.2 7 beati quorum remissae sunt iniqui-
tates et quorum tecta sunt peccata
II Cor 5,19 8 beatus vir cui non inputabit Domi-
nus peccatum
9 beatitudo ergo haec in circumcisione
an etiam in praeputio
3! 5.22.23; Gn 15,6! dicimus enim quia reputata est Ab-
rahae fides ad iustitiam
10 quomodo ergo reputata est
in circumcisione an in praeputio
non in circumcisione sed in praepu-
tio
11 et signum accepit circumcisionis
signaculum iustitiae fidei quae est in
praeputio
ut sit pater omnium credentium per
praeputium
ut reputetur et illis ad iustitiam
12 et sit pater circumcisionis
non his tantum qui sunt ex circum-
cisione
sed et his qui sectantur vestigia quae
est in praeputio fidei patris nostri
Abrahae
Gal 3,16! 13 non enim per legem promissio Ab-
rahae aut semini eius ut heres esset
mundi
sed per iustitiam fidei
Gal 3,18 14 si enim qui ex lege heredes sunt
exinanita est fides
abolita est promissio
15 lex enim iram operatur
3,20! 5,13; 7,8; Gal 3,19 ubi enim non est lex nec praevarica-
tio
16 ideo ex fide ut secundum gratiam
ut firma sit promissio omni semini
Gal 3,9 non ei qui ex lege est solum
Mt 3,9! Lc 3,8! sed et ei qui ex fide est Abrahae
qui est pater omnium nostrum
17 sicut scriptum est
Gn 17,5 quia patrem multarum gentium po-
sui te
ante Deum cui credidit
qui vivificat mortuos Io 5,21; II Cor 1,9; Hbr 11,19
et vocat quae non sunt tamquam ea
quae sunt
18 qui contra spem in spem credidit
ut fieret pater multarum gentium
secundum quod dictum est
sic erit semen tuum Gn 15,5
19 et non infirmatus fide consideravit
corpus suum emortuum
cum fere centum annorum esset Gn 21,5; Lc 1,18!
et emortuam vulvam Sarrae
20 in repromissione etiam Dei non hae-
sitavit diffidentia
sed confortatus est fide
dans gloriam Deo Io 9,24!
21 plenissime sciens quia quaecumque
promisit potens est et facere
22 ideo et reputatum est illi ad iustitiam 3! 5.9; Gn 15,6!
23 non est autem scriptum tantum
propter ipsum quia reputatum est 3! 5.9
illi
24 sed et propter nos quibus reputabi-
tur
credentibus in eum qui suscitavit 8,11! 10,9; Act 13,30! Gal 1,1
Iesum Dominum nostrum a mor-
tuis
25 qui traditus est propter delicta nos- Is 53,12 Lxx; Gal 1,4! 2,20! I Tim 2,6!
tra
et resurrexit propter iustificationem
nostram
5 iustificati igitur ex fide 3,28!
pacem habeamus ad Deum
per Dominum nostrum Iesum Chris-
tum
2 per quem et accessum habemus fide Eph 2,18! 3,12
in gratiam istam
in qua stamus et gloriamur in spe I Pt 5,12
gloriae filiorum Dei
3 non solum autem sed et gloriamur in Iac 1,2.3; I Pt 1,6

GAR FSKCΛΦ co

8 inputauit RFSCΛc | 9 circumcisione GAKo𝔊] + manet RFCΛΦ; + tantum manet Sc | in praeputium A | 12 et[1]] ut RFK | iis[1.2] c. | ~ fidei quae est in praeputio Φc | 16 ut[2] GAo𝔊] *om. cet.* | solum] tantum R | et *om.* GRFSKΛ | ~ pater est c | 17 quae[1]] ea quae FSKc | 18 est + ei FSΦc | 19 infirmatus + est FSΦc | fide + nec FΦc; + non SK | cum + iam Fc | ~ esset annorum RSc | 20 etiam] autem R | 23 illi + ad iustitiam SΦc | 24 iesum + christum SΦc | nostrum *om.* R | a] ex RF || 5,1 igitur] ergo c | 2 et[1] *om.* G | ~ habemus accessum c. | fide in GACo𝔊] fidei in RΛ; in fide per F; per fidem in SKΦc |

tribulationibus
scientes quod tribulatio patientiam operatur
4 patientia autem probationem
probatio vero spem
Ps 24,3! 5 spes autem non confundit
quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris
Tit 3,5.6! 1 Io 4,13 per Spiritum Sanctum qui datus est nobis
6 ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus
I Cor 8,11! secundum tempus pro impiis mortuus est
7 vix enim pro iusto quis moritur
nam pro bono forsitan quis et audeat mori
8.9: I Io 4,10 8 commendat autem suam caritatem Deus in nos
quoniam cum adhuc peccatores essemus
1 Cor 15,3! II Cor 5,15! I Th 5,10 Christus pro nobis mortuus est
9 multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius
I Th 1,10 salvi erimus ab ira per ipsum
Col 1,21 10 si enim cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius
II Cor 5,18; Eph 2,16; Col 1,20
multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius
11 non solum autem
sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum
per quem nunc reconciliationem accepimus
12 propterea sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit
6,23; Iac 1,15 et per peccatum mors
et ita in omnes homines mors pertransiit
3,9.23! in quo omnes peccaverunt
13 usque ad legem enim peccatum erat in mundo
peccatum autem non inputatur cum lex non est 4,15!
14 sed regnavit mors ab Adam usque ad Mosen etiam in eos qui non peccaverunt
in similitudinem praevaricationis Adae qui est forma futuri
15 sed non sicut delictum ita et donum
si enim unius delicto multi mortui sunt
multo magis gratia Dei et donum in gratiam unius hominis Iesu Christi in plures abundavit
16 et non sicut per unum peccantem ita et donum
nam iudicium ex uno in condemnationem
gratia autem ex multis delictis in iustificationem
17 si enim in unius delicto mors regnavit per unum
multo magis abundantiam gratiae et donationis et iustitiae accipientes
in vita regnabunt per unum Iesum Christum
18 igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem I Cor 15,22
sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae
19 sicut enim per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi
ita et per unius oboeditionem iusti constituentur multi Is 53,11!
20 lex autem subintravit 7,9.13; Gal 3,19
ut abundaret delictum
ubi autem abundavit delictum I Tim 1,14
superabundavit gratia

GAR FSKCΛΦ cᴅ

7 moriatur RFS. | quis et GRF𝔊] et quis C; quis *cet.* | 8 ~ charitatem suam c | in nos GAKᴅ𝔊] in nobis *cet.* | essemus + secundum tempus c. | 9 igitur *om.* F; ~ magis igitur A | ~ nunc iustificati c. | 12 ~ peccatum in hunc mundum c | 13 inputabatur ... esset Fc | 14 in similitudine R | 15 in gratia unius RFSΦc | 16 peccantem] peccatum Φc; delictum FS | iudicium + quidem Fc | 17 in[1] *om.* FKΛc | in uitam A RΛ | 19 oboeditionem] oboedientiam GFSΛΦ | constituuntur GRFS |

6,23 [21]ut sicut regnavit peccatum in morte
7,25 ita et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam
per Iesum Christum Dominum nostrum
15; 3,8 6 quid ergo dicemus
permanebimus in peccato ut gratia abundet [2]absit
11; I Pt 2,24 qui enim mortui sumus peccato
quomodo adhuc vivemus in illo
Act 8,16! Gal 3,27 [3]an ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu
in morte ipsius baptizati sumus
Col 2,12 [4]consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem
ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris
ita et nos in novitate vitae ambulemus
Phil 3,10 [5]si enim conplantati facti sumus similitudini mortis eius
simul et resurrectionis erimus
[6]hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est
ut destruatur corpus peccati
ut ultra non serviamus peccato
I Pt 4,1 [7]qui enim mortuus est iustificatus est a peccato
II Tim 2,11! [8]si autem mortui sumus cum Christo
credimus quia simul etiam vivemus cum Christo
Act 13,34! [9]scientes quod Christus surgens ex mortuis iam non moritur
mors illi ultra non dominabitur
Gal 2,19; Col 3,3; Hbr 9,28; I Pt 3,18 [10]quod enim mortuus est
peccato mortuus est semel
quod autem vivit
vivit Deo
2; I Pt 2,24 [11]ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato
viventes autem Deo in Christo Iesu
13,14! [12]non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore

ut oboediatis concupiscentiis eius Sir 5,2!
[13]sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato 19
sed exhibete vos Deo tamquam ex mortuis viventes
et membra vestra arma iustitiae Deo
[14]peccatum enim vobis non dominabitur
non enim sub lege estis sed sub gratia Gal 5,18; I Io 3,6!
[15]quid ergo peccavimus quoniam non sumus sub lege sed sub gratia absit 1
[16]nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad oboediendum Io 8,34; II Pt 2,19
servi estis eius cui oboeditis
sive peccati
sive oboeditionis ad iustitiam
[17]gratias autem Deo
quod fuistis servi peccati
oboedistis autem ex corde in eam formam doctrinae in qua traditi estis
[18]liberati autem a peccato servi facti estis iustitiae 22; 8,2! 21; Sir 47,31! I Pt 2,24
[19]humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae
sicut enim exhibuistis membra vestra servire inmunditiae et iniquitati ad iniquitatem 13
ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem
[20]cum enim servi essetis peccati
liberi fuistis iustitiae
[21]quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis
nam finis illorum mors est 8,6! 13; Phil 3,19
[22]nunc vero liberati a peccato 18!
servi autem facti Deo
habetis fructum vestrum in sanctificationem
finem vero vitam aeternam
[23]stipendia enim peccati mors 5,12.21; Iac 1,15

GAR FSKCΛΦ co 21 in mortem GKΛΦc ‖ 6,1 dicimus GRFS | 2 qui] si R | 4 ~ christus surrexit c. | in nouitatem G | 6 ut²] et c. | 9 resurgens RCc | ex] a AFSo | 11 iesu + domino nostro c | 14 in uobis FSC | 15 peccabimus Sc | 16 oboedistis AFSKCΦ | peccati G AKo] + in mortem RΛ; + in morte FS; + ad mortem CΦc | 17 qua] quam c; *om.* Λ. | 21 tunc + in illis Sc; + in his F ‖

7,25 gratia autem Dei vita aeterna in
Christo Iesu Domino nostro
7 an ignoratis fratres
scientibus enim legem loquor
quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit
2 nam quae sub viro est mulier
I Cor 7,39 vivente viro alligata est legi
si autem mortuus fuerit vir
soluta est a lege viri
3 igitur vivente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro
I Cor 7,39 si autem mortuus fuerit vir eius
liberata est a lege
ut non sit adultera si fuerit cum alio viro
II Cor 5,15; Gal 2,19 4 itaque fratres mei et vos mortificati estis legi per corpus Christi
ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit
ut fructificaremus Deo
5 cum enim essemus in carne
passiones peccatorum quae per legem erant
operabantur in membris nostris ut fructificarent morti
8,2! 6 nunc autem soluti sumus a lege
morientes in quo detinebamur
II Cor 3,6 ita ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate litterae
7 quid ergo dicemus
lex peccatum est absit
3,20! sed peccatum non cognovi nisi per legem
nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret
13,9 non concupisces
11 8 occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam
4,15! sine lege enim peccatum mortuum erat
9 ego autem vivebam sine lege aliquando
sed cum venisset mandatum peccatum revixit 5,20!
10 ego autem mortuus sum
et inventum est mihi mandatum quod erat ad vitam hoc esse ad mortem
11 nam peccatum occasione accepta 8
per mandatum seduxit me et per illud occidit
12 itaque lex quidem sancta 16; I Tim 1,8
et mandatum sanctum et iustum et bonum
13 quod ergo bonum est mihi factum est mors absit
sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem
ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum 5,20!
14 scimus enim quod lex spiritalis est
ego autem carnalis sum
venundatus sub peccato
15 quod enim operor non intellego
non enim quod volo hoc ago 19; Gal 5,17
sed quod odi illud facio
16 si autem quod nolo illud facio 20
consentio legi quoniam bona 12; I Tim 1,8
17 nunc autem iam non ego operor illud 20
sed quod habitat in me peccatum
18 scio enim quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum
nam velle adiacet mihi
perficere autem bonum non invenio
19 non enim quod volo bonum hoc facio 15; Gal 5,17
sed quod nolo malum hoc ago
20 si autem quod nolo illud facio 16
non ego operor illud 17
sed quod habitat in me peccatum
21 invenio igitur legem volenti mihi facere bonum

7,2 uir GC𝔊] + eius *cet.* | 3 a lege GCΛ𝔊] + uiri *cet.* | 4 fructificemus RFS c | 6 morientes in quo GAo𝔊] mortis in quo KΛ; mortis in qua *cet.* | 7 dicimus AΦ | concupiscis GR. | 12 sancta + est G | 13 ~ operatum est mihi c | 14 quod] quia R c | 15 uolo + bonum FΦ c | odi + malum FΦ c | 16 bona + est RSΛΦ c | 18 inhabitat A | 20 facio + iam c | inhabitat AK | GAR FSKCΛΦ co

quoniam mihi malum adiacet
22 condelector enim legi Dei secundum
interiorem hominem
Gal 5,17! 23 video autem aliam legem in membris
meis
repugnantem legi mentis meae
et captivantem me in lege peccati
quae est in membris meis
24 infelix ego homo
quis me liberabit de corpore mortis
huius
5,21; 6,23; I Cor 15,57 25 gratia Dei per Iesum Christum Do-
minum nostrum
igitur ego ipse mente servio legi Dei
carne autem legi peccati
34 **8** nihil ergo nunc damnationis est his
qui sunt in Christo Iesu
4 qui non secundum carnem ambu-
lant
II Cor 3,17! 2 lex enim Spiritus vitae in Christo
Iesu
6,18! 7,6; Gal 3,13! liberavit me a lege peccati et mortis
3 nam quod inpossibile erat legis in
quo infirmabatur per carnem
Deus Filium suum mittens in simili-
tudinem carnis peccati
et de peccato damnavit peccatum in
carne
4 ut iustificatio legis impleretur in no-
bis
1 qui non secundum carnem ambula-
mus
sed secundum Spiritum
5 qui enim secundum carnem sunt
Phil 3,19 quae carnis sunt sapiunt
qui vero secundum Spiritum
quae sunt Spiritus sentiunt
13; 6,21! Gal 6,8 6 nam prudentia carnis mors
prudentia autem Spiritus vita et pax
Iac 4,4 7 quoniam sapientia carnis inimicitia
est in Deum
legi enim Dei non subicitur nec enim
potest
8 qui autem in carne sunt Deo placere
non possunt
9 vos autem in carne non estis sed in
Spiritu
si tamen Spiritus Dei habitat in vo- I Cor 3,16! 6,19! II Tim 1,14; Iac 4,5
bis
si quis autem Spiritum Christi non
habet
hic non est eius
10 si autem Christus in vobis est II Cor 5,17; 13,5; Gal 2,20
corpus quidem mortuum est prop-
ter peccatum
spiritus vero vita propter iustificati-
onem
11 quod si Spiritus eius qui suscitavit
Iesum a mortuis habitat in vobis
qui suscitavit Iesum Christum a mor- 4,24! I Cor 6,14; II Cor 4,14; Col 2,12; I Pt 1,21!
tuis vivificabit et mortalia corpora
vestra
propter inhabitantem Spiritum eius I Cor 3,16!
in vobis
12 ergo fratres
debitores sumus non carni
ut secundum carnem vivamus
13 si enim secundum carnem vixeritis 6; 6,21; Gal 6,8
moriemini
si autem Spiritu facta carnis mortifi-
catis vivetis
14 quicumque enim Spiritu Dei agun- Gal 5,18 **14.15:** Gal 4,5.6!
tur hii filii sunt Dei
15 non enim accepistis spiritum servitu- II Tim 1,7
tis iterum in timore
sed accepistis Spiritum adoptionis
filiorum
in quo clamamus Abba Pater
16 ipse Spiritus testimonium reddit spi-
ritui nostro
quod sumus filii Dei Gal 3,26! 4,6
17 si autem filii et heredes Gal 4,7
heredes quidem Dei
coheredes autem Christi

GAR FSKCΛΦ co 24 liberauit GAFSΛ || 8,1 iis c. | 3 legi SKΛΦc | de peccato] propter peccatum AC; per peccatum K. | in carnem R | 5 spiritum + sunt c. | sentiunt] sapiunt A | 6 mors GF.𝔊] + est *cet.* | 7 inimica RFSCΦc | in deum] deo FSΦc | enim[1]] autem AKC | non est subiecta FSΦc | 10 uita] uiuit RKΛΦc | 11 iesum[1]] christum G.; + christum S | uiuificauit ARFSΛ | 13 mortificetis RFC; mortificaueritis ΛΦc | 14 ii c. | ~ filii dei sunt FK; ~ sunt filii dei Cc | 16 ipse + enim Sc | reddet RFSC |

II Tim 2,11.12; I Pt 4,13; 5,1 si tamen conpatimur ut et conglori-
ficemur
II Cor 4,17 18 existimo enim quod non sunt condig-
nae passiones huius temporis ad
futuram gloriam
quae revelabitur in nobis
19 nam expectatio creaturae revelatio-
nem filiorum Dei expectat
20 vanitati enim creatura subiecta est
non volens sed propter eum qui sub-
iecit in spem
6,18! 21 quia et ipsa creatura liberabitur a
servitute corruptionis
in libertatem gloriae filiorum Dei
22 scimus enim quod omnis creatura in-
gemescit et parturit usque adhuc
23 non solum autem illa
sed et nos ipsi primitias Spiritus ha-
bentes
II Cor 5,2 et ipsi intra nos gemimus
adoptionem filiorum expectantes
redemptionem corporis nostri
24 spe enim salvi facti sumus
spes autem quae videtur non est
spes
nam quod videt quis quid sperat
25 si autem quod non videmus spera-
mus
per patientiam expectamus
26 similiter autem et Spiritus adiuvat
infirmitatem nostram
nam quid oremus sicut oportet ne-
scimus
sed ipse Spiritus postulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus
I Par 28,9! 27 qui autem scrutatur corda
scit quid desideret Spiritus
quia secundum Deum postulat pro
sanctis
Ecl 8,12! 28 scimus autem quoniam diligentibus
Deum omnia cooperantur in bo-
num
his qui secundum propositum vocati Eph 1,11; II Tim 1,9
sunt sancti 28.29: Eph 1,4.5
29 nam quos praescivit
et praedestinavit conformes fieri Phil 3,21! I Io 3,2
imaginis Filii eius
ut sit ipse primogenitus in multis Col 1,18
fratribus
30 quos autem praedestinavit hos et
vocavit
et quos vocavit hos et iustificavit
quos autem iustificavit illos et glori- II Th 2,14
ficavit
31 quid ergo dicemus ad haec
si Deus pro nobis quis contra nos Is 8,10
32 qui etiam Filio suo non pepercit Gn 22,16
sed pro nobis omnibus tradidit illum
quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donabit
33 quis accusabit adversus electos Dei 33.34: Is 50,8.9!
Deus qui iustificat
34 quis est qui condemnet 1
Christus Iesus qui mortuus est
immo qui resurrexit
qui et est ad dexteram Dei Act 7,55!
qui etiam interpellat pro nobis Is 53,12! Hbr 7,25!
35 quis nos separabit a caritate Christi
tribulatio an angustia
an persecutio an fames
an nuditas an periculum
an gladius
36 sicut scriptum est
quia propter te mortificamur tota Ps 43,22! II Cor 4,11
die aestimati sumus ut oves occisio-
nis
37 sed in his omnibus superamus prop- Apc 12,11
ter eum qui dilexit nos
38 certus sum enim quia neque mors I Cor 3,22
neque vita

GAR FSKCΛΦ co

20 subiecit + eam Sc | in spe RFSc | 22 congemescit FC | 23 filiorum + dei KΦc | 26 inenarrabilibus] + quae uerbis exprimi non possunt FSK(*vid.*); inenarrabilibusque uerbis qui expr. non possunt G. | 28 cooperantur] procedunt GS. | iis c. | sancti *om.* R | 29 eius] sui RSΛc | 30 autem[2] + et GK. | glorificauit] magnificauit ASKΛΦ | 31 dicimus G AΛΦ | 32 filio suo] *praem.* proprio RSc; + proprio Λ | quomodo + ergo R | donabit KCo𝔊] donauit *cet.* | 33 accusabit KCco𝔊] accusauit *cet.* | aduersus *om.* ARC | 34 qui resurrexit qui et est AΛ] ~ qui et resurrexit qui est *cet.* | 35 quis + ergo GFSΦc | separauit ARFSΛ | an persecutio] *post* periculum *transpon.* c. | 36 ut] sicut Kc |

neque angeli
neque principatus
neque instantia
neque futura
neque fortitudines
39 neque altitudo
neque profundum
neque creatura alia
poterit nos separare a caritate Dei
quae est in Christo Iesu Domino
nostro
II Cor 11.10; I Tim 2.7 9 veritatem dico in Christo non mentior
testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto
2 quoniam tristitia est mihi magna
et continuus dolor cordi meo
3 optabam enim ipse ego anathema
esse a Christo pro fratribus meis
qui sunt cognati mei secundum carnem
4 qui sunt Israhelitae
quorum adoptio est filiorum et gloria et testamenta et legislatio et obsequium et promissa
1.3 5 quorum patres et ex quibus Christus
secundum carnem
1.25; II Cor 11.31 qui est super omnia Deus benedictus
in saecula amen
6 non autem quod exciderit verbum
Dei
2.28 non enim omnes qui ex Israhel
hii sunt Israhel
7 neque quia semen sunt Abrahae
omnes filii
Gn 21.12; Hbr 11.18 sed in Isaac vocabitur tibi semen
Io 1.12.13 8 id est non qui filii carnis hii filii Dei
sed qui filii sunt promissionis aestimantur in semine
9 promissionis enim verbum hoc est
Gn 18.10.14 secundum hoc tempus veniam et erit
Sarrae filius
10 non solum autem sed et Rebecca ex Gn 25.21
uno concubitum habens Isaac patre nostro
11 cum enim nondum nati fuissent
aut aliquid egissent bonum aut malum
ut secundum electionem propositum
Dei maneret
12 non ex operibus sed ex vocante dictum est ei
quia maior serviet minori Gn 25.23
13 sicut scriptum est
Iacob dilexi Esau autem odio habui Mal 1.2.3!
14 quid ergo dicemus
numquid iniquitas apud Deum absit 3.5; Ps 91.16!
15 Mosi enim dicit
miserebor cuius misereor et misericordiam praestabo cuius miserebor Ex 33.19
16 igitur non volentis neque currentis
sed miserentis Dei
17 dicit enim scriptura Pharaoni
quia in hoc ipsum excitavi te Ex 9.16
ut ostendam in te virtutem meam
et ut adnuntietur nomen meum in
universa terra
18 ergo cuius vult miseretur et quem
vult indurat
19 dicis itaque mihi
quid adhuc queritur
voluntati enim eius quis resistit Gn 50.19!
20 o homo tu quis es qui respondeas
Deo
numquid dicit figmentum ei qui se finxit Is 45.9!
quid me fecisti sic
21 an non habet potestatem figulus luti Sap 15.7!
ex eadem massa facere
aliud quidem vas in honorem II Tim 2.20
aliud vero in contumeliam

GAR FSKCΛΦ cɔ 38 principatus + neque uirtutes Φc | fortitudo ASKΦc; uirtus F ‖ 9,2 ~ mihi est magna Φ; ~ mihi magna est c. | 3 ~ ego ipse RSKΦc | 4 testamentum FSKΦc | 5 quibus + est c. | deus *om.* G | 6 quod] quo GA; *om.* K | israhel[1] + sunt Sc | ii c. | israhel[2] GRCΛ𝔊] israhelitae *cet.* | 7 quia] qui Rc; *om.* K. | 9 enim] autem AK | 10 autem + illi FSΦ; + illa c | rebeccae FSCΦ | concubitum ɔ.𝔊] concubitu *cet.* | patris nostri RK(*vid.*)c | 11 egissent boni aut mali RK; boni egissent aut mali c. | 15 cuius[1]] cui FSKCΛ | cuius[2]] cui FSK | 16 miserentis GK𝔊] + est *cet.* | 17 ut[2] *om.* ASKCΦɔ | 18 cuius] cui RFSKC | obdurat R | 19 quaeritur GARFΦ |

22 quod si volens Deus ostendere iram
et notam facere potentiam suam
sustinuit in multa patientia vasa irae
aptata in interitum
Phil 4,19; Col 1,27! 23 ut ostenderet divitias gloriae suae
in vasa misericordiae quae praeparavit in gloriam
24 quos et vocavit nos
non solum ex Iudaeis sed etiam ex gentibus
25 sicut in Osee dicit
Os 2,23.24! 1 Pt 2,10 vocabo non plebem meam plebem meam
et non misericordiam consecutam
misericordiam consecutam
Os 1,10 26 et erit in loco ubi dictum est eis
non plebs mea vos
ibi vocabuntur filii Dei vivi
27.28: Is 10,22.23! 27 Esaias autem clamat pro Israhel
si fuerit numerus filiorum Israhel
11,5 tamquam harena maris reliquiae salvae fient
28 verbum enim consummans et brevians in aequitate
quia verbum breviatum faciet Dominus super terram
29 et sicut praedixit Esaias
Is 1,9! nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen
sicut Sodoma facti essemus
et sicut Gomorra similes fuissemus
30 quid ergo dicemus
quod gentes quae non sectabantur
iustitiam adprehenderunt iustitiam
10,6; Phil 3,9! iustitiam autem quae ex fide est
11,7 31 Israhel vero sectans legem iustitiae
in legem iustitiae non pervenit
32 quare quia non ex fide sed quasi ex operibus
offenderunt in lapidem offensionis
Is 8,14! 28,16 33 sicut scriptum est
ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali 1 Pt 2,6.7.8
et omnis qui credit in eum non confundetur 10,11

10 fratres voluntas quidem cordis mei
et obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem
2 testimonium enim perhibeo illis
quod aemulationem Dei habent
sed non secundum scientiam
3 ignorantes enim Dei iustitiam
et suam quaerentes statuere
iustitiae Dei non sunt subiecti
4 finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti Act 13,39!
5 Moses enim scripsit
quoniam iustitiam quae ex lege est Lv 18,5! Gal 3,12; Phil 3,9!
qui fecerit homo vivet in ea
6 quae autem ex fide est iustitia sic dicit 9,30; Phil 3,9! 6—8: Dt 30,12–14
ne dixeris in corde tuo
quis ascendit in caelum Io 3,13!
id est Christum deducere 6.7: IV Esr 4,8
7 aut quis descendit in abyssum
hoc est Christum ex mortuis revocare
8 sed quid dicit
prope est verbum in ore tuo et in corde tuo
hoc est verbum fidei quod praedicamus
9 quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Act 16,31; Phil 2,11
et in corde tuo credideris quod Deus illum excitavit ex mortuis 4,24!
salvus eris
10 corde enim creditur ad iustitiam
ore autem confessio fit in salutem
11 dicit enim scriptura
omnis qui credit in illum non confundetur 9,33; Is 28,16; 1 Pt 2,6

22 ~ deus uolens c. | apta RKΦc | 23 in uasis RCΛ | 25 uocaui GA | et—consecutam[2]] et non dilectam dilectam R; *praem.* et non dilectam dilectam Sc; + et non dilectam dilectam K | 26 in locum GRFS | eis] ei Φ; *om.* ASC | 27 fiunt R; fiant S | 28 et adbreuians Φc | in aequitatem RS | 30 iustitia[3] RS | 31 sectans GAKo, *cf.* 𝔊] sec tando *cet.* | 32 offenderunt + enim KΦc | 33 ponam GR | crediderit GC || 10,3 ~ iustitiam dei c. | 5 iustitia GRF | 6 ascendet c | 7 descendet c | ex] a c. | 8 dicit + scriptura AFΦc | 9 iesum + christum G. | suscitauit RFSCc | ex] a ARSKΦco | 10 in] ad SCΛΦc |

GAR FSKCΛΦ co

Act 15,9; Gal 3,28! [12]non enim est distinctio Iudaei et
Graeci
Act 10,36 nam idem Dominus omnium
dives in omnes qui invocant illum
Ioel 2,32; Act 2,21! I Cor 1,2; II Tim 2,22 [13]omnis enim quicumque invocaverit
nomen Domini salvus erit
[14]quomodo ergo invocabunt in quem
non crediderunt
aut quomodo credent ei quem non
audierunt
quomodo autem audient sine prae-
dicante
[15]quomodo vero praedicabunt nisi
mittantur
sicut scriptum est
Is 52,7! quam speciosi pedes evangelizanti-
um pacem evangelizantium bona
[16]sed non omnes oboedierunt evange-
lio
Is 53,1; Io 12,38 Esaias enim dicit
Domine quis credidit auditui nostro
[17]ergo fides ex auditu
auditus autem per verbum Christi
[18]sed dico numquid non audierunt
Ps 18,5 et quidem in omnem terram exiit
sonus eorum
et in fines orbis terrae verba eo-
rum
[19]sed dico numquid Israhel non co-
gnovit
primus Moses dicit
Dt 32,21 ego ad aemulationem vos adducam
in non gentem
in gentem insipientem in iram vos
mittam
[20]Esaias autem audet et dicit
Is 65,1! inventus sum non quaerentibus me
palam apparui his qui me non inter-
rogabant
[21]ad Israhel autem dicit
Is 65,2! tota die expandi manus meas ad po-
pulum non credentem et contradi-
centem

11 dico ergo numquid reppulit Deus
populum suum absit
nam et ego Israhelita sum II Cor 11,22
ex semine Abraham tribu Beniamin Phil 3,5
[2]non reppulit Deus plebem suam Ps 93,14!
quam praesciit
an nescitis in Helia quid dicit scrip-
tura
quemadmodum interpellat Deum
adversus Israhel
[3]Domine prophetas tuos occiderunt III Rg 19,10! Act 7,52!
altaria tua suffoderunt
et ego relictus sum solus
et quaerunt animam meam
[4]sed quid dicit illi responsum divinum
reliqui mihi septem milia virorum III Rg 19,18
qui non curvaverunt genu Baal
[5]sic ergo et in hoc tempore reliquiae 9,27!
secundum electionem gratiae factae
sunt
[6]si autem gratia
non ex operibus
alioquin gratia iam non est gratia
[7]quid ergo
quod quaerebat Israhel hoc non est 9,31
consecutus
electio autem consecuta est
ceteri vero excaecati sunt
[8]sicut scriptum est
dedit illis Deus spiritum conpunc- Is 29,10!
tionis
oculos ut non videant Dt 29,4; Mt 13,15!
et aures ut non audiant
usque in hodiernum diem
[9]et David dicit
fiat mensa eorum in laqueum et in 9.10: Ps 68,23.24
captionem et in scandalum et in
retributionem illis
[10]obscurentur oculi eorum ne videant

GAR FSKCΛΦ(I) 𝔠𝔬 12 graeci + atque gentilis R | 13 quicumque] qui G. | 14 credent] credunt GRFSC | 16 oboedierunt GAC𝔬𝔊] oboediunt *cet.* | 19 in ira GFS. | 20 sum + a R𝔠 | iis 𝔠. | 21 autem + quid RC || **11**,1 ~ deus repulit 𝔠. | abraham + de SKΛΦ𝔠 | 2 [*adest* I *passim usque ad* 16,6] | deum] dominum RF | 4 ~ diuinum responsum 𝔠. | genu ARCI𝔬𝔊] genua *cet.*; + ante FSΦ𝔠 | 5 sic] si RS. | factae GAI𝔬𝔊] saluae factae *cet.* | 6 non[1]] iam non Φ𝔠 | 9 in[2]—illis] in retributionem illis et in scandalum R | 10 eorum *om.* R |

et dorsum illorum semper incurva
11 dico ergo numquid sic offenderunt ut caderent absit
sed illorum delicto salus gentibus
ut illos aemulentur
12 quod si delictum illorum divitiae sunt mundi
et deminutio eorum divitiae gentium
quanto magis plenitudo eorum
13 vobis enim dico gentibus
15,16! quamdiu quidem ego sum gentium apostolus
ministerium meum honorificabo
14 si quo modo ad aemulandum provocem carnem meam
I Tim 4,16 et salvos faciam aliquos ex illis
15 si enim amissio eorum reconciliatio est mundi
quae adsumptio nisi vita ex mortuis
16 quod si delibatio sancta est et massa
et si radix sancta et rami
17 quod si aliqui ex ramis fracti sunt
tu autem cum oleaster esses insertus es in illis
et socius radicis et pinguidinis olivae factus es
18 noli gloriari adversus ramos
quod si gloriaris
non tu radicem portas sed radix te
19 dices ergo
fracti sunt rami ut ego inserar 20 bene
IV Esr 15,4 propter incredulitatem fracti sunt
I Cor 15,1; II Cor 1,24 tu autem fide stas
12,16; I Tim 6,17 noli altum sapere sed time
21 si enim Deus naturalibus ramis non pepercit
ne forte nec tibi parcat
22 vide ergo bonitatem et severitatem Dei
in eos quidem qui ceciderunt severitatem
in te autem bonitatem Dei
si permanseris in bonitate
alioquin et tu excideris
23 sed et illi si non permanserint in incredulitate inserentur
potens est enim Deus iterum inserere illos
24 nam si tu ex naturali excisus es oleastro
et contra naturam insertus es in bonam olivam
quanto magis hii secundum naturam inserentur suae olivae
25 nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc 1,13!
ut non sitis vobis ipsis sapientes 12,16; Prv 3,7!
quia caecitas ex parte contigit in Israhel
donec plenitudo gentium intraret
26 et sic omnis Israhel salvus fieret
sicut scriptum est
veniet ex Sion qui eripiat avertet impietates ab Iacob 26.27: Is 59,20.21!
27 et hoc illis a me testamentum
cum abstulero peccata eorum Is 27,9!
28 secundum evangelium quidem inimici propter vos
secundum electionem autem carissimi propter patres
29 sine paenitentia enim sunt dona et vocatio Dei
30 sicut enim aliquando et vos non credidistis Deo
nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem
31 ita et isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam
ut et ipsi misericordiam consequantur
32 conclusit enim Deus omnia in incredulitatem Gal 3,22
ut omnium misereatur
33 o altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei Col 2,3
quam inconprehensibilia sunt iudi-

10 illorum] eorum F c; ipsorum Φ | 11 gentibus] *praem.* est c; + est S. | 15 adsumptionis nisi GR | 19 dices ΑΛΦ c 𝔊] dicis *cet.* | 20 sta RFSKΦ | 22 in bonitatem[3] ARFS | 24 ii c.; + qui S c. | suae] propriae R | 26 auertet G. 𝔊] et auertet AK o; *om.* S.; et auertat *cet.* | impietatem RSΦ c | ab *om.* A | 30 ~ incredulitatem illorum S c. | 32 in incredulitate FSΛl c |

GAR FSKCΛΦl co

cia eius
Iob 11,7! Is 55,9 et investigabiles viae eius
Sap 9,13! I Cor 2,16 34 quis enim cognovit sensum Domini
Is 40,13! aut quis consiliarius eius fuit
Iob 41,2! 35 aut quis prior dedit illi et retribuetur
ei
I Cor 8,6! Hbr 2,10 36 quoniam ex ipso et per ipsum et in
ipso omnia
16,27! Gal 1,5! ipsi gloria in saecula amen
II Cor 10,1! **12** obsecro itaque vos fratres per mise-
ricordiam Dei
I Pt 2,5 ut exhibeatis corpora vestra hostiam
viventem
sanctam Deo placentem
rationabile obsequium vestrum
2 et nolite conformari huic saeculo
Eph 4,23! sed reformamini in novitate sensus
vestri
2,18! Eph 5,10.17 ut probetis quae sit voluntas Dei
bona et placens et perfecta
6! 15,15! I Cor 3,10; Gal 2,9; Eph 3,7! 3 dico enim per gratiam quae data est
mihi omnibus qui sunt inter vos
non plus sapere quam oportet sa-
pere
sed sapere ad sobrietatem
II Cor 10,13; Eph 4,7 unicuique sicut Deus divisit mensu-
ram fidei
I Cor 12,20 4.5: I Cor 12,12 4 sicut enim in uno corpore multa
membra habemus
omnia autem membra non eundem
actum habent
I Cor 10,17; 12,27! Eph 4,25 5 ita multi unum corpus sumus in
Christo
singuli autem alter alterius mem-
bra
3! I Cor 7,7; 12,4; II Tim 1,9 6.7: I Pt 4,10.11 6 habentes autem donationes secun-
dum gratiam quae data est nobis
differentes
sive prophetiam secundum rationem
fidei
7 sive ministerium in ministrando
sive qui docet in doctrina
8 qui exhortatur in exhortando
qui tribuit in simplicitate II Cor 9,7!
qui praeest in sollicitudine
qui miseretur in hilaritate Sir 35,11
9 dilectio sine simulatione II Cor 6,6; I Tim 1,5; I Pt 1,22
odientes malum Am 5,15!
adherentes bono I Cor 13,6
10 caritatem fraternitatis invicem dili- I Th 4,9! I Pt 2,17! 4,8!
gentes
honore invicem praevenientes Phil 2,3
11 sollicitudine non pigri
spiritu ferventes
Domino servientes Col 3,24
12 spe gaudentes
in tribulatione patientes
orationi instantes Lc 18,1! Col 4,2!
13 necessitatibus sanctorum communi- Hbr 13,16
cantes
hospitalitatem sectantes I Tim 5,10; Hbr 13,2!
14 benedicite persequentibus Mt 5,44
benedicite et nolite maledicere
15 gaudere cum gaudentibus I Cor 12,26
flere cum flentibus Sir 7,38!
16 id ipsum invicem sentientes 15,5; Phil 2,2; I Pt 3,8
non alta sapientes 11,20; I Tim 6,17
sed humilibus consentientes
nolite esse prudentes apud vosmet 11,25; Prv 3,7!
ipsos
17 nulli malum pro malo reddentes Prv 20,22! I Th 5,15; I Pt 3,9
providentes bona Prv 3,4 Lxx; II Cor 8,21
non tantum coram Deo sed etiam
coram omnibus hominibus
18 si fieri potest quod ex vobis est
cum omnibus hominibus pacem ha- 14,19; Mc 9,49! II Tim 2,22!
bentes
19 non vosmet ipsos defendentes caris-
simi
sed date locum irae
scriptum est enim
mihi vindictam ego retribuam dicit Dt 32,35! Hbr 10,30
Dominus
20 sed si esurierit inimicus tuus ciba il- Prv 25,21.22!
lum
si sitit potum da illi

GAR FSKCΛΦI co

36 omnia GAI. 𝔊] sunt omnia *cet.* | saecula + saeculorum RFC ‖ **12**,1 uiuentem] uiuam RS | rationabilem RFS; rationabile sit KΦ | 2 et² *om.* AC | placens] beneplacens KΛΦc; beneplacitum S | 3 unicuique GR𝔊] *praem.* et *cet.* | ~ diuisit deus ASC | 10 caritate CΛc | 13 necessitatibus] memoriis AS. | 14 persequentibus GAo𝔊] persequentes uos F; + uos *cet.* | 19 uindicta c; uindictas G.; + et GSΦ |

IV Esr 16,54 hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius
21 noli vinci a malo sed vince in bono malum
Tit 3,1; I Pt 2,13 **13** omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit
Sap 6,4! Io 19,11! non est enim potestas nisi a Deo
quae autem sunt a Deo ordinatae sunt
2 itaque qui resistit potestati
Dei ordinationi resistit
qui autem resistunt ipsi sibi damnationem adquirunt
3 nam principes non sunt timori boni operis sed mali
vis autem non timere potestatem
bonum fac
I Pt 2,14 et habebis laudem ex illa
4 Dei enim minister est tibi in bonum
si autem male feceris time
non enim sine causa gladium portat
Dei enim minister est
vindex in iram ei qui malum agit
5 ideo necessitate subditi estote
non solum propter iram sed et propter conscientiam
6 ideo enim et tributa praestatis
Is 61,6 ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes
Mc 12,17 7 reddite omnibus debita
cui tributum tributum
cui vectigal vectigal
cui timorem timorem
cui honorem honorem
8 nemini quicquam debeatis
I Io 4,11 nisi ut invicem diligatis
Mt 22,39.40! I Tim 1,5! qui enim diligit proximum legem implevit
Ex 20,13–17; Mt 19,18! 9 nam non adulterabis
non occides
non furaberis
non concupisces 7,7
et si quod est aliud mandatum
in hoc verbo instauratur
diliges proximum tuum tamquam te ipsum Mt 22,39.40!
10 dilectio proximo malum non operatur
plenitudo ergo legis est dilectio I Tim 1,5!
11 et hoc scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere
nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus
12 nox praecessit
dies autem adpropiavit
abiciamus ergo opera tenebrarum
et induamur arma lucis Eph 6,11.13
13 sicut in die honeste ambulemus
non in comesationibus et ebrietatibus Lc 21,34
non in cubilibus et inpudicitiis
non in contentione et aemulatione
14 sed induite Dominum Iesum Christum Gal 3,27; Eph 4,24; Col 3,10
et carnis curam ne feceritis in desideriis 6,12! I Pt 2,11!
14 infirmum autem in fide adsumite 15,1
non in disceptationibus cogitationum
2 alius enim credit manducare omnia
qui autem infirmus est holus manducat
3 is qui manducat non manducantem non spernat
et qui non manducat manducantem non iudicet
Deus enim illum adsumpsit
4 tu quis es qui iudices alienum servum 10; Iac 4,12
suo domino stat aut cadit
stabit autem
potens est enim Deus statuere illum

20 congeris RFΛ | supra A | 21 in bonum RK ‖ **13**,2 ordinatione ARl | 3 timoris R Cl | 4 minister[1.2]] ministra G. | male] malum FSΛ𝔠𝔬 | 5 necessitati GCΛ | sed etiam 𝔠 | 7 reddite + ergo RFS𝔠 | 8 implebit RF | 9 furaueris ARFSl: + non falsum testimonium dices RΛΦ𝔠; *eadem add.* S *post* non concupisces | tamquam] sicut AKCΦl𝔠𝔬 | 10 proximo G.𝔊] proximi *cet.* | 11 enim] autem A; ergo Λ | proprior GAFSKCΛΦ | credimus RΛ | 12 adpropinquauit SKCΛΦ𝔠 | armis A | 13 in[3] *om.* G | in[4] *om.* GF | 14 induite GFΦ] induimini *cet.* ‖ **14**,2 manducare] *praem.* se 𝔠; + se SΦ | holera RFK | manducat GK.𝔊] manducet *cet.* | 3 is *om.* R | 4 iudicas S𝔠 | ~ domino suo 𝔠 |

GAR FSKCΛΦl 𝔠𝔬

5 nam alius iudicat diem plus inter diem
alius iudicat omnem diem
unusquisque in suo sensu abundet
6 qui sapit diem Domino sapit
et qui manducat Domino manducat
gratias enim agit Deo
et qui non manducat Domino non manducat et gratias agit Deo
7 nemo enim nostrum sibi vivit
et nemo sibi moritur
Lc 20,38; Act 17,28! 8 sive enim vivimus Domino vivimus
sive morimur Domino morimur
sive ergo vivimus sive morimur Domini sumus
I Th 4,14; 5,10 9 in hoc enim Christus et mortuus est et revixit
Act 10,42! ut et mortuorum et vivorum dominetur
4; Iac 4,12 10 tu autem quid iudicas fratrem tuum
aut tu quare spernis fratrem tuum
Mt 25,32; II Cor 5,10 omnes enim stabimus ante tribunal Dei
11 scriptum est enim
vivo ego dicit Dominus
Is 45,23; Phil 2,10.11 quoniam mihi flectet omne genu
et omnis lingua confitebitur Deo
Lc 16,2; Hbr 4,13; I Pt 4,5 12 itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo
13 non ergo amplius invicem iudicemus
sed hoc iudicate magis
21; Mt 17,26; I Cor 8,13; I Io 2,10 ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum
14 scio et confido in Domino Iesu
20; Tit 1,15 quia nihil commune per ipsum
nisi ei qui existimat quid commune esse illi commune est
15 si enim propter cibum frater tuus contristatur
iam non secundum caritatem ambulas
I Cor 8,11! noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est
16 non ergo blasphemetur bonum nostrum Tit 2,5
17 non est regnum Dei esca et potus
sed iustitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto
18 qui enim in hoc servit Christo
placet Deo Lc 2,52!
et probatus est hominibus
19 itaque quae pacis sunt sectemur 12,18! 15,2
et quae aedificationis sunt in invicem I Cor 14,26; I Th 5,11!
20 noli propter escam destruere opus Dei
omnia quidem munda sunt 14; Tit 1,15
sed malum est homini qui per offendiculum manducat
21 bonum est non manducare carnem et non bibere vinum I Cor 8,13
neque in quo frater tuus offendit aut scandalizatur aut infirmatur 13!
22 tu fidem habes
penes temet ipsum habe coram Deo
beatus qui non iudicat semet ipsum in eo quo probat
23 qui autem discernit si manducaverit damnatus est quia non ex fide
omne autem quod non ex fide peccatum est
15 debemus autem nos firmiores inbecillitates infirmorum sustinere 14,1
et non nobis placere
2 unusquisque vestrum proximo suo
placeat in bonum ad aedificationem 14,19; I Cor 14,26; I Th 5,11!
3 etenim Christus non sibi placuit
sed sicut scriptum est
inproperia inproperantium tibi ceciderunt super me Ps 68,10
4 quaecumque enim scripta sunt II Tim 3,16
ad nostram doctrinam scripta sunt
ut per patientiam et consolationem I Mcc 12,9
scripturarum spem habeamus

GAR FSKCΛΦI co
5 plus *om.* GKCΛΦI co | alius² + autem SΦ c | 6 et gratias] gratias RΦ.; gratias enim Λ | 9 et¹ *om.* RFSKΛΦ c | reuixit GC, *cf.* 𝔊] resurrexit *cet.* | 10 quid] qui GSΛ | dei] christi K c | 11 flectetur AK c; flectitur S. | confitebitur omnis lingua domino R | 15 si enim] nam si R | 17 est + enim Λ c | 18 in his R | 19 inuicem + custodiamus AFS co | 20 ~ sunt munda c. | 21 offenditur K c | 22 quo] quod FSKΛΦ co | 23 autem²] enim R | non² GRK. 𝔊] + est *cet.* || **15**,3 etenim] nam et R |

5 Deus autem patientiae et solacii
12,16! I Cor 1,10! det vobis id ipsum sapere in alterut-
Phil 2,2; 4,2 rum secundum Iesum Christum
6 ut unianimes uno ore honorificetis
II Cor 1,3; Eph 1,3; I Pt 1,3 Deum et Patrem Domini nostri Iesu
Christi
7 propter quod suscipite invicem
sicut et Christus suscepit vos in ho-
norem Dei
8 dico enim Christum Iesum minis-
trum fuisse circumcisionis
propter veritatem Dei
ad confirmandas promissiones pat-
rum
9 gentes autem super misericordiam
honorare Deum
sicut scriptum est
Ps 17,50! propter hoc confitebor tibi in genti-
bus et nomini tuo cantabo
10 et iterum dicit
Dt 32,43 laetamini gentes cum plebe eius
11 et iterum
Ps 116,1 laudate omnes gentes Dominum et
magnificate eum omnes populi
12 et rursus Esaias ait
Is 11,10 erit radix Iesse et qui exsurget regere
Mt 12,21 gentes in eo gentes sperabunt
13 Deus autem spei repleat vos omni
gaudio et pace in credendo
ut abundetis in spe in virtute Spiritus
Sancti
14 certus sum autem fratres mei et ego
ipse de vobis
Phil 1,9! quoniam et ipsi pleni estis dilectione
repleti omni scientia
ita ut possitis alterutrum monere
15 audacius autem scripsi vobis fratres
ex parte
tamquam in memoriam vos reducens
1,5; 12,3! II Pt 3,15 propter gratiam quae data est mihi
15.16: Eph 3,1.2; a Deo
Col 1,25! 11,13 16 ut sim minister Christi Iesu in gen-
tibus
sanctificans evangelium Dei
ut fiat oblatio gentium accepta sanc- Is 56,7!
tificata in Spiritu Sancto
17 habeo igitur gloriam in Christo Iesu Phil 3,3!
ad Deum
18 non enim audeo aliquid loqui eorum
quae per me non effecit Christus
in oboedientiam gentium
verbo et factis 18.19: II Cor 12,12
19 in virtute signorum et prodigiorum
in virtute Spiritus Sancti
ita ut ab Hierusalem per circuitum
usque in Illyricum repleverim evan-
gelium Christi
20 sic autem hoc praedicavi evangelium II Cor 10,16
non ubi nominatus est Christus
ne super alienum fundamentum ae-
dificarem
21 sed sicut scriptum est
quibus non est adnuntiatum de eo Is 52,15!
videbunt
et qui non audierunt intellegent
22 propter quod et inpediebar pluri- 1,13; I Th 2,18
mum venire ad vos
23 nunc vero ulterius locum non ha-
bens in his regionibus
cupiditatem autem habens veniendi 1,10!
ad vos ex multis iam annis
24 cum in Hispaniam proficisci coepero 28
spero quod praeteriens videam vos I Cor 16,6
et a vobis deducar illuc
si vobis primum ex parte fruitus fuero
25 nunc igitur proficiscar in Hierusa-
lem ministrare sanctis
26 probaverunt enim Macedonia et
Achaia
conlationem aliquam facere in pau- Act 24,17
peres sanctorum qui sunt in Hieru-
salem
27 placuit enim eis et debitores sunt eo-
rum

5 ~ christum iesum G. | 9 super misericordia RΛΦ c; supra misericordias C. | propterea c | gentibus + domine SCΦ c | 12 in eum RS c | 13 in^{3} GFΛ𝔊] et *cet.* | 16 accepta + et K(*vid.*)Φ c | 18 efficit ARKCΛΦ c | in oboedientia RFS | 19 usque ad ASKC Φ c𝔬 | 20 ~ praedicaui euangelium hoc c. | aedificem RS. | 22 uos + et prohibitus sum usque adhuc c. | 23 iam G.𝔊] + praecedentibus *cet.* | 24 sed cum RK | 25 in *om.* ARKCΦl | 26 in^{2} *om.* ARΦ | GAR FSKCΛΦl c𝔬

I Cor 9,11! Gal 6,6! nam si spiritalium eorum participes
facti sunt gentiles
debent et in carnalibus ministrare
eis
28 hoc igitur cum consummavero et
adsignavero eis fructum hunc
24 proficiscar per vos in Hispaniam
29 scio autem quoniam veniens ad vos
in abundantia benedictionis Christi
veniam
30 obsecro igitur vos fratres
per Dominum nostrum Iesum Chris-
tum
et per caritatem Spiritus
II Cor 1,11; Col 4,3 ut adiuvetis me in orationibus pro
30.31: II Th 3,1.2 me ad Deum
31 ut liberer ab infidelibus qui sunt in
Iudaea
et obsequii mei oblatio accepta fiat
in Hierosolyma sanctis
1,10! 32 ut veniam ad vos in gaudio per vo-
luntatem Dei
et refrigerer vobiscum
II Cor 13,11; Phil 4,9; II Th 3,16! 33 Deus autem pacis sit cum omnibus
vobis amen
16 commendo autem vobis Phoebem
sororem nostram
quae est in ministerio ecclesiae quae
est Cenchris
2 ut eam suscipiatis in Domino digne
sanctis
et adsistatis ei in quocumque nego-
tio vestri indiguerit
etenim ipsa quoque adstitit multis et
mihi ipsi
I Cor 16,19; II Tim 4,19 3 salutate Priscam et Aquilam adiuto-
res meos in Christo Iesu
Io 15,13! Act 15,26 4 qui pro anima mea suas cervices sub-
posuerunt

quibus non solus ego gratias ago
sed et cunctae ecclesiae gentium
5 et domesticam eorum ecclesiam I Cor 16,19; Col 4,15; Phlm 2
salutate Ephaenetum dilectum mihi
qui est primitivus Asiae in Christo
6 salutate Mariam quae multum labo-
ravit in vobis
7 salutate Andronicum et Iuniam co-
gnatos et concaptivos meos
qui sunt nobiles in apostolis
qui et ante me fuerunt in Christo
8 salutate Ampliatum dilectissimum
mihi in Domino
9 salutate Urbanum adiutorem nos-
trum in Christo
et Stachyn dilectum meum
10 salutate Apellen probum in Christo
11 salutate eos qui sunt ex Aristo-
boli
salutate Herodionem cognatum me-
um
salutate eos qui sunt ex Narcissi qui
sunt in Domino
12 salutate Tryfenam et Tryfosam quae
laborant in Domino
salutate Persidam carissimam quae
multum laboravit in Domino
13 salutate Rufum electum in Domino
et matrem eius et meam
14 salutate Asyncritum Flegonta Her-
men Patrobam Hermam
et qui cum eis sunt fratres
15 salutate Filologum et Iuliam
Nereum et sororem eius
et Olympiadem et omnes qui cum eis
sunt sanctos
16 salutate invicem in osculo sancto I Cor 16,20; II Cor 13,12; I Th 5,26!
salutant vos omnes ecclesiae Christi
17 rogo autem vos fratres II Th 3,6!

GAR FSKCΛΦ(l) co
27 eis[2]] illis Cc | 28 eis *om.* R | ~ per uos proficiscar c. | 29 autem] enim R | in abundantiam RFCΛI | benedictionis + euangelii c. | 30 igitur] ergo c.; itaque R. | spiritus] *praem.* sancti c.; + sancti FΦ | orationibus + uestris c; + et oretis F | deum] dominum FKΛI | 31 obsequii—sanctis] ministerium meum quod hierosolyma (-am F) defertur acceptabile sanctis fiat RF. | in ierusalem c ‖ 16,1 est[2] + in c | 2 adstitit] adsistit AFSK | 5 ~ ecclesiam eorum c. | 6 [*deest* l *usque ad* v. 27] | 7 iuniam FKCΛ co𝔊] iulium R; iuliam *cet.* | et[3] *om.* RK | 8 ampliam G. | 9 christo + iesu c. | 10 apellen + et R | 11 aristoboli + domo SKΦc | narcissi + domo Φc | 12 persidem Λc; praesidam R | 14 phlegontem c. | ~ hermam . . . hermen c. | 15 et olympiadem] olimpiadem et olimpiam R |

Tit 3,10; II Io 10 ut observetis eos qui dissensiones et offendicula praeter doctrinam quam vos didicistis faciunt
et declinate ab illis
18 huiusmodi enim Christo Domino
Phil 3,19; II Tim 3,4 nostro non serviunt sed suo ventri
Col 2,4! et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium
1,8; I Th 1,8 19 vestra enim oboedientia in omnem locum divulgata est
gaudeo igitur in vobis
sed volo vos sapientes esse in bono
I Cor 14,20 et simplices in malo
20 Deus autem pacis conteret Satanan sub pedibus vestris velociter
I Cor 16,23! II Cor 13,13; Gal 6,18! I Th 5,28 gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum
21 salutat vos Timotheus adiutor meus et Lucius et Iason et Sosipater cognati mei
22 saluto vos ego Tertius qui scripsi epistulam in Domino
23 salutat vos Gaius hospes meus et universae ecclesiae
salutat vos Erastus arcarius civitatis et Quartus frater
Iud 24 25 ei autem qui potens est vos confirmare
iuxta evangelium meum
et praedicationem Iesu Christi
Eph 3,9 secundum revelationem mysterii
25.26: Eph 3,4.5; Col 1,26 temporibus aeternis taciti
1,2! 26 quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum
secundum praeceptum aeterni Dei
1,5! ad oboeditionem fidei in cunctis gentibus
Eph 3,21; I Tim 1,17! cognito 27 solo sapienti Deo
II Tim 4,18; Hbr 13,21; per Iesum Christum
cui honor in saecula saeculorum amen I Pt 4,11! 11,36!

EXPLICIT EPISTULA AD ROMANOS

INCIPIT AD CORINTHIOS ·I·

Paulus vocatus apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei Rm 1,1! Gal 1,1! 1—3: II Cor 1,1.2!
et Sosthenes frater 2 ecclesiae Dei quae est Corinthi 1—4: Phil 1,1–4; Col 1,1–3 2—4: Rm 1,7.8!
sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis
cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi Rm 10,13!
in omni loco ipsorum et nostro
3 gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo
4 gratias ago Deo meo semper pro vobis
in gratia Dei quae data est vobis in Christo Iesu
5 quia in omnibus divites facti estis in illo II Cor 8,7
in omni verbo et in omni scientia
6 sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis
7 ita ut nihil vobis desit in ulla gratia
expectantibus revelationem Domini nostri Iesu Christi Phil 3,20; Tit 2,13; II Pt 3,12.14
8 qui et confirmabit vos usque ad finem sine crimine Phil 1,10; I Th 3,13; Iud 24
in die adventus Domini nostri Iesu Christi 8.9: I Th 5,23.24; II Th 3,3!
9 fidelis Deus per quem vocati estis in societatem Filii eius Iesu Christi Domini nostri I Io 1,3
10 obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi
ut id ipsum dicatis omnes

GAR FSKCΛΦ cɒ

17 illis] eis R | 18 huiscemodi ASc | 19 enim] autem R | in[4]] a R | 20 conterit R; conterat AΦc | 22 uos + et GR | 23 caius c. | et uniuersa ecclesia c; cum uniuersa ecclesia S.; *om.* K. | frater + [24] gratia domini nostri iesu christi cum omnibus uobis (+ amen Φc) ΛΦc | 26 cogniti c; cognitio C; cogito Λ. | 27 soli RSc | honor + et gloria SΛΦc | amen *om.* ASΛ ||

GAR FSKCΛΦ cɯɒ

Ad Corinthios I. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦk *ac* cɯ(*sicubi ab* ɒ *differt*)ɒ. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad corinthios prima c || **1,1** [*deest* k *usque ad* 9,12] | ~ iesu christi Rc | 5 quia] quod c | 8 confirmauit ARFS | usque in SCc | 10 id *om.* GS |

et non sint in vobis scismata
Rm 15,5! Phil 3,16! sitis autem perfecti in eodem sensu
et in eadem sententia
11 significatum est enim mihi de vobis
fratres mei ab his qui sunt Chloes
3,3; 11,18; Iac 3,14 quia contentiones inter vos sunt
12 hoc autem dico
3.4.22 quod unusquisque vestrum dicit
ego quidem sum Pauli
ego autem Apollo
ego vero Cephae
ego autem Christi
13 divisus est Christus
numquid Paulus crucifixus est pro
vobis
aut in nomine Pauli baptizati es-
tis
14 gratias ago Deo quod neminem ves-
trum baptizavi
nisi Crispum et Gaium
15 ne quis dicat quod in nomine meo
baptizati sitis
16 baptizavi autem et Stephanae do-
mum
ceterum nescio si quem alium bapti-
zaverim
2,1.4! 13 17 non enim misit me Christus bapti-
zare sed evangelizare
non in sapientia verbi
ut non evacuetur crux Christi
23.24; II Cor 4,3 18 verbum enim crucis
pereuntibus quidem stultitia est
Rm 1,16 his autem qui salvi fiunt id est nobis
virtus Dei est
19 scriptum est enim
Is 29,14! perdam sapientiam sapientium
et prudentiam prudentium repro-
babo
Is 33,18 20 ubi sapiens
ubi scriba
3,19; Ier 10,14! Rm 1,22 ubi conquisitor huius saeculi
nonne stultam fecit Deus sapientiam
huius mundi
21 nam quia in Dei sapientia non co-
gnovit mundus per sapientiam De-
um
placuit Deo per stultitiam praedica-
tionis salvos facere credentes
22 quoniam et Iudaei signa petunt Mt 12,38!
et Graeci sapientiam quaerunt
23 nos autem praedicamus Christum 23.24: 18
crucifixum
Iudaeis quidem scandalum
gentibus autem stultitiam
24 ipsis autem vocatis Iudaeis atque Rm 1,16!
Graecis
Christum Dei virtutem et Dei sa-
pientiam
25 quia quod stultum est Dei sapientius
est hominibus
et quod infirmum est Dei fortius est
hominibus
26 videte enim vocationem vestram
fratres
quia non multi sapientes secundum
carnem
non multi potentes
non multi nobiles
27 sed quae stulta sunt mundi elegit
Deus
ut confundat sapientes
et infirma mundi elegit Deus
ut confundat fortia
28 et ignobilia mundi et contemptibilia
elegit Deus et quae non sunt
ut ea quae sunt destrueret
29 ut non glorietur omnis caro in con- Eph 2,9
spectu eius
30 ex ipso autem vos estis in Christo Col 1,14
Iesu
qui factus est sapientia nobis a Deo
et iustitia et sanctificatio et redemp-
tio
31 ut quemadmodum scriptum est Ier 9,24; II Cor 10,17; Gal 6,14
qui gloriatur in Domino glorietur
2 et ego cum venissem ad vos fratres
veni non per sublimitatem sermonis 4! 13; 1,17
aut sapientiae

GAR FSKCΛΦ cwo
10 sententia KCΛc𝔖] scientia *cet.* | 11 iis c. | ~ sunt inter uos S c; sint inter uos CΦ | 14 deo + meo RFSΦ | caium c. | 15 sitis] estis FSCΦ co | 18 iis c. | ~ dei uirtus c. | 20 inquisitor AKCΦo | 21 sapientiam¹ AF | 24 autem] uero R | 28 quae¹] ea quae SΦ c | 30 ~ nobis sapientia c || **2**, 1 in sublimitate Φ c |

adnuntians vobis testimonium Chris-
ti
2 non enim iudicavi scire me aliquid
inter vos
nisi Iesum Christum
et hunc crucifixum
II Cor 10,1; Gal 4,13 3 et ego in infirmitate et timore et tre-
more multo fui apud vos
1,13; 1,17; 4,20; II Cor 1,12! I Th 1,5 4 et sermo meus et praedicatio mea
non in persuasibilibus sapientiae
verbis
sed in ostensione Spiritus et virtutis
5 ut fides vestra non sit in sapientia
hominum
sed in virtute Dei
6 sapientiam autem loquimur inter
perfectos
sapientiam vero non huius saeculi
neque principum huius saeculi qui
destruuntur
Col 1,25.26 7 sed loquimur Dei sapientiam in mys-
terio quae abscondita est
quam praedestinavit Deus ante sae-
cula in gloriam nostram
Io 1,10! 8 quam nemo principum huius saeculi
cognovit
si enim cognovissent
numquam Dominum gloriae cruci-
fixissent
9 sed sicut scriptum est
Is 64,4 quod oculus non vidit nec auris audi-
vit nec in cor hominis ascendit
Iac 1,12; 2,5 quae praeparavit Deus his qui dili-
gunt illum
Mt 13,11! 10 nobis autem revelavit Deus per Spi-
ritum suum
Spiritus enim omnia scrutatur etiam
profunda Dei
11 quis enim scit hominum quae sint
hominis
nisi spiritus hominis qui in ipso est
Tb 3,20! Sap 9,13! ita et quae Dei sunt nemo cognovit
nisi Spiritus Dei Mt 16,23
12 nos autem non spiritum mundi ac-
cepimus
sed Spiritum qui ex Deo est
ut sciamus quae a Deo donata sunt
nobis
13 quae et loquimur 1,4! 1,17
non in doctis humanae sapientiae
verbis
sed in doctrina Spiritus
spiritalibus spiritalia conparantes
14 animalis autem homo non percipit Iud 19
ea quae sunt Spiritus Dei
stultitia est enim illi
et non potest intellegere quia spiri- Io 8,47!
taliter examinatur
15 spiritalis autem iudicat omnia
et ipse a nemine iudicatur
16 quis enim cognovit sensum Domini Sap 9,13! Rm 11,34
qui instruat eum
nos autem sensum Christi habemus Laod 14
3 et ego fratres non potui vobis loqui
quasi spiritalibus
sed quasi carnalibus
tamquam parvulis in Christo 2 lac 1,2; Hbr 5,12.13
vobis potum dedi non escam
nondum enim poteratis
sed ne nunc quidem potestis
adhuc enim estis carnales
3 cum enim sit inter vos zelus et con- 1,11! Iac 3,14
tentio
nonne carnales estis et secundum
hominem ambulatis
4 cum enim quis dicit 1,12!
ego quidem sum Pauli
alius autem ego Apollo
nonne homines estis
quid igitur est Apollo
quid vero Paulus
5 ministri eius cui credidistis
et unicuique sicut Dominus dedit
6 ego plantavi Apollo rigavit

2 ~ me scire ACco | ~ christum iesum AKCΦo | 3 et[1]] nam et R | 4 persuasibilibus humanae sapientiae uerbis RΦ c; persuasione sapientiae uerbi A. | 6 sapientia[1] R(*vid.*)S. | huius saeculi[2] *om.* R | 9 iis c. | illum] eum FSCΛ | 10 reuelabit A | 11 ~ hominum scit c | sint] sunt RKCΛ c | 12 huius mundi ASΛΦ c | 13 spiritus + et uirtutis AFS; + sancti R | 14 ~ enim est c. | 15 et ipse] ipse AF; ipse autem S || 3,2 ne GCΛ] *om.* K.; nec *cet.* | ~ carnales estis c | 4 dicat Φ c |

GAR FSKCΛΦ cwo

sed Deus incrementum dedit
[7]itaque neque qui plantat est aliquid
neque qui rigat
sed qui incrementum dat Deus
[8]qui plantat autem et qui rigat unum
sunt
4,5; Ps 61,13! Mt 16,27; Rm 2,6; IV Esr 8,33 unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem
[9]Dei enim sumus adiutores
Mt 13,38 Dei agricultura estis
16 Dei aedificatio estis
Rm 12,3! Gal 2,9 [10]secundum gratiam Dei quae data est
mihi
ut sapiens architectus fundamentum
posui
alius autem superaedificat
unusquisque autem videat quomodo
superaedificet
[11]fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum
est qui est Christus Iesus
[12]si quis autem superaedificat supra
fundamentum hoc
aurum argentum lapides pretiosos
ligna faenum stipulam
[13]uniuscuiusque opus manifestum erit
dies enim declarabit
quia in igne revelabitur
et uniuscuiusque opus quale sit ignis
probabit
[14]si cuius opus manserit quod superaedificavit
mercedem accipiet
[15]si cuius opus arserit
detrimentum patietur
ipse autem salvus erit
sic tamen quasi per ignem
9; 6,19; II Cor 6,16! [16]nescitis quia templum Dei estis
Rm 8,9! 11 et Spiritus Dei habitat in vobis
[17]si quis autem templum Dei violaverit
disperdet illum Deus

templum enim Dei sanctum est quod
estis vos
[18]nemo se seducat
si quis videtur inter vos sapiens esse
in hoc saeculo
stultus fiat ut sit sapiens
[19]sapientia enim huius mundi stultitia 1,20!
est apud Deum
scriptum est enim
conprehendam sapientes in astutia Iob 5,13
eorum
[20]et iterum
Dominus novit cogitationes sapien- Ps 93,11!
tium quoniam vanae sunt
[21]itaque nemo glorietur in hominibus
omnia enim vestra sunt
[22]sive Paulus 1,12!
sive Apollo
sive Cephas
sive mundus
sive vita Rm 8,38
sive mors
sive praesentia
sive futura
omnia enim vestra sunt
[23]vos autem Christi 11,3
Christus autem Dei
4 sic nos existimet homo ut ministros II Cor 6,4
Christi
et dispensatores mysteriorum Dei Tt 1,7
[2]hic iam quaeritur inter dispensatores
ut fidelis quis inveniatur
[3]mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die
sed neque me ipsum iudico
[4]nihil enim mihi conscius sum
sed non in hoc iustificatus sum
qui autem iudicat me Dominus est
[5]itaque nolite ante tempus iudicare
quoadusque veniat Dominus
qui et inluminabit abscondita tenebrarum Mt 10,26; Mc 4,22; Lc 8,17; 12,2
et manifestabit consilia cordium Hbr 4,12

GAR FSKCΛΦ cwo 6 deus] dominus R | 8 autem¹ *om.* K.; ~ autem plantat c | 11 enim] autem GFS | qui] quod ARΛc | 12 super Cc | 13 enim + domini FSΦc | declarauit ARFSΛ | quia] quoniam R | 17 disperdit ARS | 18 se] uos ASK | 20 sapientium] hominum AS | 21 ~ nemo itaque c. || 4,3 neque + ego A. | 5 inluminauit RFS | manifestauit ARFS |

3,8! Rm 2,29 et tunc laus erit unicuique a Deo
[6]haec autem fratres transfiguravi in
me et Apollo propter vos
ut in nobis discatis
ne supra quam scriptum est
unus adversus alterum infletur pro
alio
[7]quis enim te discernit
quid autem habes quod non accepisti
si autem accepisti
quid gloriaris quasi non acceperis
[8]iam saturati estis
iam divites facti estis
sine nobis regnastis
et utinam regnaretis
ut et nos vobiscum regnaremus
[9]puto enim Deus nos apostolos no-
vissimos ostendit
Hbr 10,33 tamquam morti destinatos
quia spectaculum facti sumus mundo
et angelis et hominibus
[10]nos stulti propter Christum
vos autem prudentes in Christo
II Cor 13,9 nos infirmi
vos autem fortes
vos nobiles
nos autem ignobiles
[11]usque in hanc horam
et esurimus et sitimus
et nudi sumus
et colaphis caedimur
et instabiles sumus
Act 20,34; Eph 4,28; I Th 4,11 [12]et laboramus operantes manibus
nostris
Ps 108,28 maledicimur et benedicimus
persecutionem patimur et sustinemus
[13]blasphemamur et obsecramus
Lam 3,45 tamquam purgamenta huius mundi
facti sumus
omnium peripsima usque adhuc
6,5! [14]non ut confundam vos haec scribo
II Cor 6,13; I Th 2,11.12 sed ut filios meos carissimos moneo

[15]nam si decem milia pedagogorum
habeatis in Christo
sed non multos patres
nam in Christo Iesu per evangelium
ego vos genui
[16]rogo ergo vos
imitatores mei estote 11,1! Gal 4,12
[17]ideo misi ad vos Timotheum Phil 2,19
qui est filius meus carissimus et fide-
lis in Domino
qui vos commonefaciat vias meas
quae sunt in Christo
sicut ubique in omni ecclesia doceo 7,17; 14,33
[18]tamquam non venturus sim ad vos
sic inflati sunt quidam 5,2
[19]veniam autem cito ad vos si Domi- 16,5; Act 18,21! Phil 2,24
nus voluerit
et cognoscam non sermonem eorum
qui inflati sunt sed virtutem
[20]non enim in sermone est regnum Dei 2,4! I Th 1,5
sed in virtute
[21]quid vultis
in virga veniam ad vos
an in caritate et spiritu mansuetudi-
nis
5 omnino auditur inter vos fornicatio
et talis fornicatio qualis nec inter
gentes
ita ut uxorem patris aliquis habeat Dt 22,30!
[2]et vos inflati estis 4,18
et non magis luctum habuistis
ut tollatur de medio vestrum qui hoc 13!
opus fecit
[3]ego quidem absens corpore Col 2,5
praesens autem spiritu
iam iudicavi ut praesens eum qui sic
operatus est
[4]in nomine Domini nostri Iesu Chris-
ti
congregatis vobis et meo spiritu
cum virtute Domini Iesu
[5]tradere huiusmodi Satanae in interi- I Tim 1,20

8 regnastis AKC𝔊] regnatis *cet.* | regnetis FΦc | regnemus FΦc | 9 enim + quod c; + quia R | ~ nos deus AC; et nos deus F | 12 benedicemus RS | 14 carissimus RF. | 16 estote + sicut (+ et c) ego christi Kc | 17 commonefaciet c. | christo + iesu RFSΦc | 19 ~ ad uos cito c | 21 in uirgam RFΛ | an] aut AK. || 5,1 gentes + nominatur R | patris + sui FΛc | aliquis] quis R | 2 tolleretur AR | 4 domini[2] + nostri c | iesu[2] + christi G |

GAR FSKCΛΦ cωɒ

tum carnis
II Cor 1,14! ut spiritus salvus sit in die Domini Iesu
6 non bona gloriatio vestra
Gal 5,9 nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit
7 expurgate vetus fermentum
ut sitis nova consparsio sicut estis azymi
etenim pascha nostrum immolatus est Christus
8 itaque epulemur
Ex 12,20! non in fermento veteri
neque in fermento malitiae et nequitiae
sed in azymis sinceritatis et veritatis
II Th 3,14 9 scripsi vobis in epistula ne commisceamini fornicariis
10 non utique fornicariis huius mundi
aut avaris
aut rapacibus
aut idolis servientibus
alioquin debueratis de hoc mundo exisse
11 nunc autem scripsi vobis non commisceri
6.9.10; II Th 3,6! si is qui frater nominatur est fornicator
Eph 5,5 aut avarus aut idolis serviens
aut maledicus aut ebriosus aut rapax
Ps 140,4 H cum eiusmodi nec cibum sumere
12 quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare
nonne de his qui intus sunt vos iudicatis
13 nam eos qui foris sunt Deus iudicabit
2; Dt 13,5! auferte malum ex vobis ipsis
6 audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum
iudicari apud iniquos et non apud sanctos
Apc 20,4 2 an nescitis quoniam sancti de mundo iudicabunt
et si in vobis iudicabitur mundus
indigni estis qui de minimis iudicetis
3 nescitis quoniam angelos iudicabimus
quanto magis saecularia
4 saecularia igitur iudicia si habueritis
contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum
5 ad verecundiam vestram dico 4,14; 15,34
sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum
6 sed frater cum fratre iudicio contendit
et hoc apud infideles
7 iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos
quare non magis iniuriam accipitis
quare non magis fraudem patimini
8 sed vos iniuriam facitis et fraudatis
et hoc fratribus
9 an nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt 15,50!
nolite errare
neque fornicarii Gal 5,19.20!
neque idolis servientes 9.10: 5,11; Eph 5,5.6
neque adulteri
10 neque molles 10.11: Tit 3,3!
neque masculorum concubitores
neque fures
neque avari
neque ebriosi
neque maledici
neque rapaces
regnum Dei possidebunt
11 et haec quidam fuistis
sed abluti estis
sed sanctificati estis
sed iustificati estis
in nomine Domini nostri Iesu Christi I Io 2,12!
et in Spiritu Dei nostri
12 omnia mihi licent 10,23

GAR FSKCΛΦ cωο 5 domini nostri iesu christi FSΦc | 6 non + est c. | 10 non utique fornicariis *om.* AK. | seruientibus + aut maledicis R | 11 huiusmodi RFS | 12 iis[1.2] c. | 13 iudicauit RFS || 6,2 de hoc mundo FΦc | 3 iudicauimus RFSΛ | 10 dei + non G | 11 quidam] quidem RΛΦ; aliquando S. | sed iustificati estis *om.* RSKC | in[2] *om.* R |

sed non omnia expediunt
omnia mihi licent
sed ego sub nullius redigar potestate
13 esca ventri et venter escis
Deus autem et hunc et haec destruet
corpus autem non fornicationi sed
Domino et Dominus corpori
Rm 8,11! II Cor 4,14 14 Deus vero et Dominum suscitavit
et nos suscitabit per virtutem suam
12,27; Eph 5,30 15 nescitis quoniam corpora vestra
membra Christi sunt
tollens ergo membra Christi faciam
membra meretricis absit
16 an nescitis quoniam qui adheret me-
retrici unum corpus efficitur
Mt 19,5! Gn 2,24! erunt enim inquit duo in carne una
Eph 5,31 17 qui autem adheret Domino unus
spiritus est
Act 15,20! II Cor 7,1! 18 fugite fornicationem
I Th 4,4 omne peccatum quodcumque fecerit
homo extra corpus est
qui autem fornicatur in corpus suum
peccat
3,16! 19 an nescitis quoniam membra vestra
Rm 8,9! I Th 4,8! templum est Spiritus Sancti qui in
vobis est
quem habetis a Deo
et non estis vestri
7,23; 1 Pt 1,18 20 empti enim estis pretio magno
Phil 1,20 glorificate et portate Deum in cor-
pore vestro
7 de quibus autem scripsistis
bonum est homini mulierem non tan-
gere
2 propter fornicationes autem unus-
quisque suam uxorem habeat
et unaquaeque suum virum habeat
3 uxori vir debitum reddat
similiter autem et uxor viro
4 mulier sui corporis potestatem non
habet sed vir
similiter autem et vir sui corporis
potestatem non habet sed mulier
5 nolite fraudare invicem
nisi forte ex consensu ad tempus
ut vacetis orationi
et iterum revertimini in id ipsum
ne temptet vos Satanas propter in-
continentiam vestram
6 hoc autem dico secundum indulgen-
tiam
non secundum imperium
7 volo autem omnes homines esse sic-
ut me ipsum
sed unusquisque proprium habet do- Rm 12,6!
num ex Deo
alius quidem sic alius vero sic
8 dico autem non nuptis et viduis
bonum est illis si sic maneant sicut 26
et ego
9 quod si non se continent nubant
melius est enim nubere quam uri
10 his autem qui matrimonio iuncti sunt
praecipio non ego sed Dominus
uxorem a viro non discedere
11 quod si discesserit manere innup-
tam
aut viro suo reconciliari
et vir uxorem ne dimittat Mt 5,31.32! 19,3; Mc 10,2
12 nam ceteris ego dico non Dominus I Th 4,15
si quis frater uxorem habet infide-
lem
et haec consentit habitare cum illo
non dimittat illam
13 et si qua mulier habet virum infide-
lem
et hic consentit habitare cum illa
non dimittat virum
14 sanctificatus est enim vir infidelis in
muliere fideli
et sanctificata est mulier infidelis per
virum fidelem

13 et[2] *om.* G | haec] has RΦc | fornicationis sed GF | 14 suscitauit[2] ARFSΛ | 15 ~ sunt christi FKc | 16 enim *om.* RFC | 18 omne + enim A | 19 est[1]] sunt c. || 7,1 scripsistis + mihi RSCΦc | 2 fornicationes RKC𝔊] fornicationem *cet.* | 4 habet[1]] habeat AK | 5 fraudare + in GS | 7 autem] enim c. | homines] uos c. | ~ donum habet c | 8 permaneant RSc; manserint F; permanserint Λ | 9 enim] autem S.; *om.* G; ~ enim est R | 10 iis c. | autem] enim AK | 11 ne] non SKCc | 13 mulier + fidelis c. | 14 per mulierem fidelem RSKΦc |

GAR FSKCΛΦ cωo

alioquin filii vestri inmundi essent
nunc autem sancti sunt
15 quod si infidelis discedit discedat
non est enim servituti subiectus frater aut soror in eiusmodi
Col 3.15 in pace autem vocavit nos Deus
16 unde enim scis mulier si virum salvum facies
aut unde scis vir si mulierem salvam facies
17 nisi unicuique sicut divisit Dominus
20.24 unumquemque sicut vocavit Deus ita ambulet
4.17; 14.33 et sic in omnibus ecclesiis doceo
18 circumcisus aliquis vocatus est
non adducat praeputium
in praeputio aliquis vocatus est
non circumcidatur
Rm 2.25! Gal 5.6! 19 circumcisio nihil est
et praeputium nihil est
sed observatio mandatorum Dei
17.24 20 unusquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat
21 servus vocatus es
non sit tibi curae
sed et si potes liber fieri magis utere
22 qui enim in Domino vocatus est servus
libertus est Domini
similiter qui liber vocatus est
servus est Christi
6.20; I Pt 1.18 23 pretio empti estis nolite fieri servi hominum
17.20 24 unusquisque in quo vocatus est fratres in hoc maneat apud Deum
25 de virginibus autem praeceptum Domini non habeo
consilium autem do
II Cor 4.1; I Tim 1.12.13 tamquam misericordiam consecutus a Domino ut sim fidelis
26 existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem
8 quoniam bonum est homini sic esse
27 alligatus es uxori
noli quaerere solutionem
solutus es ab uxore
noli quaerere uxorem
28 si autem acceperis uxorem non peccasti
et si nupserit virgo non peccavit
tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi
ego autem vobis parco
29 hoc itaque dico fratres
tempus breve est
reliquum est ut qui habent uxores tamquam non habentes sint IV Esr 16.45
30 et qui flent tamquam non flentes
et qui gaudent tamquam non gaudentes
et qui emunt tamquam non possidentes 30.31: IV Esr 16.42.43
31 et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur
praeterit enim figura huius mundi I Io 2.17
32 volo autem vos sine sollicitudine esse
qui sine uxore est
sollicitus est quae Domini sunt
quomodo placeat Deo
33 qui autem cum uxore est
sollicitus est quae sunt mundi
quomodo placeat uxori
et divisus est
34 et mulier innupta et virgo
cogitat quae Domini sunt
ut sit sancta et corpore et spiritu
quae autem nupta est
cogitat quae sunt mundi
quomodo placeat viro
35 porro hoc ad utilitatem vestram dico
non ut laqueum vobis iniciam
sed ad id quod honestum est
et quod facultatem praebeat sine inpedimento Dominum observandi
36 si quis autem turpem se videri existi-

GAR FSKCΛΦ cwo 15 ~ non enim seruituti subiectus est c. | huiusmodi c | 17 et *om.* R | sic *restituimus cum* 𝔊] sicut ubique ΛS; sicut *cet.* | 21 potest AR | ~ fieri liber c | 22 similiter + et RS | 24 in qua GA.; in qua uocatione S. | permaneat ASΛc | 26 hoc *om.* AK | 28 peccabit AK; peccat S. | parcam A. | 29 ut + et SKΛΦc | 33 sunt + huius AS | 34 et³ *om.* Cc | 35 et quod—obseruandi *om.* GF | quod² *om.* A. | obsecrandi RSc |

mat super virgine sua quod sit superadulta
et ita oportet fieri
quod vult faciat
non peccat nubat
37 nam qui statuit in corde suo firmus
non habens necessitatem
potestatem autem habet suae voluntatis
et hoc iudicavit in corde suo servare virginem suam
bene facit
38 igitur et qui matrimonio iungit virginem suam bene facit
et qui non iungit melius facit
Rm 7,2 39 mulier alligata est quanto tempore vir eius vivit
Rm 7,3 quod si dormierit vir eius liberata est
cui vult nubat tantum in Domino
40 beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium
puto autem quod et ego Spiritum Dei habeo
8 de his autem quae idolis sacrificantur
scimus quia omnes scientiam habemus
scientia inflat
caritas vero aedificat
Gal 6,3 2 si quis se existimat scire aliquid
nondum cognovit quemadmodum oporteat eum scire
3 si quis autem diligit Deum
hic cognitus est ab eo
4 de escis autem quae idolis immolantur
scimus quia nihil est idolum in mundo
et quod nullus Deus nisi unus
5 nam et si sunt qui dicantur dii sive in caelo sive in terra
siquidem sunt dii multi et domini multi
6 nobis tamen unus Deus Pater ex quo omnia et nos in illum Mc 12,32! Eph 4,6!
et unus Dominus Iesus Christus per quem omnia et nos per ipsum Rm 11,36! Col 1,16!
7 sed non in omnibus est scientia
quidam autem conscientia usque nunc idoli
quasi idolothytum manducant
et conscientia ipsorum cum sit infirma polluitur
8 esca autem nos non commendat Deo Hbr 13,9
neque si non manducaverimus deficiemus
neque si manducaverimus abundabimus
9 videte autem ne forte haec licentia vestra offendiculum fiat infirmibus
10 si enim quis viderit eum qui habet scientiam in idolio recumbentem
nonne conscientia eius cum sit infirma aedificabitur ad manducandum idolothyta
11 et peribit infirmus in tua scientia
frater propter quem Christus mortuus est Rm 5,6; 14,15
12 sic autem peccantes in fratres Mt 25,40
et percutientes conscientiam eorum infirmam
in Christo peccatis
13 quapropter si esca scandalizat fratrem meum Rm 14,21
non manducabo carnem in aeternum
ne fratrem meum scandalizem Mt 17,26; Rm 14,13!
9 non sum liber
non sum apostolus

36 super uirginem suam ASɒ; supra uirginem suam F; circa uirginem suam R. | nubat G RΛ, *cf.* 𝔊] si nubat *cet.* | 37 habet] habens ASKΦc | 39 est[1] + legi RFSc | est[2] + a lege FS | 40 habeam SKCΛΦc || 8,1 iis c. | quia] quoniam AKΦ | 2 si quis autem Φc; quod si quis R | oportet G | 4 nullus + est c. | 6 unus[1] + est Λc | deus + et AS | 7 autem + in R; + cum c | idolii S; idolio G; *om.* F. | 8 neque[1] + enim RKΦc | abundauimus GAF | ~ si (+ non G) mand. abund. neque si non mand. deficiemus GR c; deficiemus—manducauerimus[2] *om.* F. | 9 infirmibus GFC.] infirmis *cet.* | 10 idolio] idolo AΦ | 11 ~ frater in tua scientia R | propter quem] pro quo R | 12 sic] si R | in christum ΛΦc ||

GAR FSKCΛΦ cɯɒ

nonne Iesum Dominum nostrum vidi
non opus meum vos estis in Domino
2 si aliis non sum apostolus
sed tamen vobis sum
nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino
3 mea defensio apud eos qui me interrogant haec est
4 numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi
5 numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi
sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas
6 aut solus ego et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi
7 quis militat suis stipendiis umquam
quis plantat vineam et fructum eius non edit
quis pascit gregem et de lacte gregis non manducat
Rm 3,5; Gal 3,15 8 numquid secundum hominem haec dico
an et lex haec non dicit
9 scriptum est enim in lege Mosi
Dt 25,4; I Tim 5,18 non alligabis os bovi trituranti
numquid de bubus cura est Deo
10 an propter nos utique dicit
nam propter nos scripta sunt
quoniam debet in spe qui arat arare
II Tim 2,6 et qui triturat in spe fructus percipiendi
14; Rm 15,27; Gal 6,6 11 si nos vobis spiritalia seminavimus
magnum est si nos carnalia vestra metamus
12 si alii potestatis vestrae participes sunt
non potius nos
15.18 sed non usi sumus hac potestate
13.7 sed omnia sustinemus
ne quod offendiculum demus evangelio Christi
13 nescitis quoniam qui in sacrario operantur Lv 6,26!
quae de sacrario sunt edunt
qui altario deserviunt cum altario participantur
14 ita et Dominus ordinavit his qui evangelium adnuntiant Lc 10,7 11: Gal 6,6
de evangelio vivere
15 ego autem nullo horum usus sum 12.18
non scripsi autem haec ut ita fiant in me
bonum est enim mihi magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet
16 nam si evangelizavero non est mihi gloria
necessitas enim mihi incumbit Act 4,20!
vae enim mihi est si non evangelizavero
17 si enim volens hoc ago mercedem habeo
si autem invitus dispensatio mihi credita est
18 quae est ergo merces mea
ut evangelium praedicans sine sumptu ponam evangelium II Cor 11,7
ut non abutar potestate mea in evangelio 12.15
19 nam cum liber essem ex omnibus
omnium me servum feci II Cor 4,5
ut plures lucri facerem
20 et factus sum Iudaeis tamquam Iudaeus
ut Iudaeos lucrarer
21 his qui sub lege sunt quasi sub lege essem
cum ipse non essem sub lege
ut eos qui sub lege erant lucri facerem

GAR FSKCΛΦ(k) cɯɒ

9,1 christum iesum dominum nostrum SΦ c; dominum nostrum iesum christum R. | non[3] GK.𝔊] nonne *cet.* | 2 et si RFΦ c | ~ uobis tamen R | 5 ~ mulierem sororem c | 6 solus *om.* Λ.; ~ ego solus F c. | 7 et de fructu S c; et defructum ARF | pascet GAK. | 10 utique dicit nam] utique hoc dicit nam c; haec dicit utique F | 12 sunt + quare GSΦ c; + et C | hanc potestatem GS | 13 [*adest* k *usque ad v.* 23] | quoniam] quia K.; *om.* G | edunt + et Φ c | altari[1.2] Φk c | participant c. | 14 iis c. | 15 ~ autem scripsi R c. | 16 non[1] *om.* GS. | gloriam GF | 18 ut[1]] aut GF. | euangelium[1] + christi R | 21 iis[1.2] c. | sub legem[2] GF | sub legem[3.4] G |

his qui sine lege erant tamquam sine
lege essem
cum sine lege Dei non essem sed in
lege essem Christi
ut lucri facerem eos qui sine lege
erant
II Cor 11,29 22 factus sum infirmis infirmus
ut infirmos lucri facerem
omnibus omnia factus sum
ut omnes facerem salvos
23 omnia autem facio propter evangelium
ut particeps eius efficiar
24 nescitis quod hii qui in stadio currunt
omnes quidem currunt
sed unus accipit bravium
sic currite ut conprehendatis
25 omnis autem qui in agone contendit
ab omnibus se abstinet
et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant
nos autem incorruptam
26 ego igitur sic curro non quasi in incertum
sic pugno non quasi aerem verberans
27 sed castigo corpus meum et in servitutem redigo
ne forte cum aliis praedicaverim ipse
reprobus efficiar
12,1; Rm 1,13! II Cor 1,8! 10 nolo enim vos ignorare fratres
Nm 10,34! quoniam patres nostri omnes sub
nube fuerunt
Sap 10,18! et omnes mare transierunt
2 et omnes in Mose baptizati sunt in
nube et in mari
Ps 77,25! 3 et omnes eandem escam spiritalem
manducaverunt
4 et omnes eundem potum spiritalem
biberunt
Nm 20,8 bibebant autem de spiritali consequenti eos petra
petra autem erat Christus
5 sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo Ps 151,5
nam prostrati sunt in deserto Nm 14,29! Hbr 3,17
6 haec autem in figura facta sunt nostri
ut non simus concupiscentes malorum sicut et illi concupierunt
7 neque idolorum cultores efficiamini 14! Ex 20,4! Act 15,20!
sicut quidam ex ipsis
quemadmodum scriptum est
sedit populus manducare et bibere Ex 32,6
et surrexerunt ludere
8 neque fornicemur sicut quidam ex
ipsis fornicati sunt
et ceciderunt una die viginti tria milia Nm 25,9
9 neque temptemus Christum sicut Mt 4,7! Lc 4,12! Nm 21,5.6
quidam eorum temptaverunt 9.10: Idt 8,24.25
et a serpentibus perierunt
10 neque murmuraveritis sicut quidam
eorum murmuraverunt
et perierunt ab exterminatore
11 haec autem omnia in figura contingebant illis
scripta sunt autem ad correptionem
nostram
in quos fines saeculorum devenerunt I Pt 4,7
12 itaque qui se existimat stare videat Gal 6,1
ne cadat
13 temptatio vos non adprehendat nisi
humana
fidelis autem Deus qui non patietur II Th 3,3!
vos temptari super id quod potestis
sed faciet cum temptatione etiam
proventum ut possitis sustinere
14 propter quod carissimi mihi fugite 7! I Io 5,21
ab idolorum cultura
15 ut prudentibus loquor
vos iudicate quod dico

21 dei] domini GS | in legem G | 22 ~ saluos facerem RS | 24 [*deest* k *usque ad* 10,29] | ii c. | accepit GS | brauium + uos autem GS | ut + omnes GA(*marg.*) | 26 sic[1]] si AK | sic[2]] si K | 27 et seruituti RS ‖ **10**,1 omnes[2] + per GSΛ | 2 mosi R.; moysi Λ; moysen SC | 7 idolorum cultores GFS] idololatrae A co.; idolatrae RΛ; idolatres C.; idolatriae Φ; idolatri K. | 8 uiginti quattuor GS | milia + hominum GFS | 13 deus GR 𝔊] + est *cet.* | supra c | ~ etiam cum tentatione c. | 15 uos + ipsi Φ c |

GAR
FSKCΛΦ(k)
cιυo

16 calicem benedictionis cui benedicimus
nonne communicatio sanguinis Christi est
et panis quem frangimus
nonne participatio corporis Domini est
Rm 12,5! 17 quoniam unus panis unum corpus multi sumus
omnes quidem de uno pane participamur
18 videte Israhel secundum carnem
nonne qui edunt hostias participes sunt altaris
19 quid ergo dico
quod idolis immolatum sit aliquid
aut quod idolum sit aliquid
Dt 32,17! Ps 95,5 20 sed quae immolant gentes
daemoniis immolant et non Deo
nolo autem vos socios fieri daemoniorum
non potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum
21 non potestis mensae Domini participes esse et mensae daemoniorum
22 an aemulamur Dominum
numquid fortiores illo sumus
6,12 omnia licent
sed non omnia expediunt
23 omnia licent
sed non omnia aedificant
33; 13,5; Phil 2,4.21 24 nemo quod suum est quaerat
sed quod alterius
25 omne quod in macello venit manducate
nihil interrogantes propter conscientiam
Ps 23,1! 26 Domini est terra et plenitudo eius
27 si quis vocat vos infidelium et vultis ire
Lc 10,8 omne quod vobis adponitur manducate
nihil interrogantes propter conscientiam
28 si quis autem dixerit hoc immolaticium est idolis
nolite manducare
propter illum qui indicavit et propter conscientiam
29 conscientiam autem dico non tuam sed alterius
ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia
30 si ego cum gratia participo
quid blasphemor pro eo quod gratias ago
31 sive ergo manducatis sive bibitis vel aliud quid facitis Col 3,17
omnia in gloriam Dei facite
32 sine offensione estote Iudaeis et gentilibus et ecclesiae Dei II Cor 6,3
33 sicut et ego per omnia omnibus placeo
non quaerens quod mihi utile est 24! Phil 2,4
sed quod multis ut salvi fiant
11 imitatores mei estote sicut et ego Christi 4,16! Phil 3,17! I Th 1,6!
2 laudo autem vos fratres
quod omnia mei memores estis
et sicut tradidi vobis praecepta mea tenetis II Th 2,15!
3 volo autem vos scire
quod omnis viri caput Christus est
caput autem mulieris vir Eph 5,23!
caput vero Christi Deus 3,23
4 omnis vir orans aut prophetans velato capite
deturpat caput suum
5 omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite
deturpat caput suum
unum est enim atque si decalvetur

GA(R) FSKCΛΦ(k) cwo

16 calix Rcο | 17 omnes quidem de G, *cf.* 𝔊] omnes qui de SK c; omnesque de *cet.* | pane + et de uno calice GS | participamus c | 19 aliquid² + non quod idolum sit aliquid R | [*deest* R *usque ad* 14,24] | 22 aemulemur A | omnia¹ + mihi Φc | 23 omnia¹ + mihi Φc | 28 immolatium A; immolatum Kc | 29 [*adest* k *usque ad* 11,12] | iudicetur k; iudicabitur SC | alia] aliena Φc; infidele F | 31 uel] siue GΛc | in gloria GFSK | 32 gentilibus GFKΦk] gentibus *cet.* || **11**,2 per omnia Φc; in omnia C | 5 ~ enim est c. | atque] ac Cc |

6 nam si non velatur mulier
et tondeatur
si vero turpe est mulieri tonderi aut
decalvari
velet caput suum
7 vir quidem non debet velare caput
quoniam imago et gloria est Dei
Prv 12,4! mulier autem gloria viri est
8 non enim vir ex muliere est
sed mulier ex viro
9 etenim non est creatus vir propter
mulierem
sed mulier propter virum
10 ideo debet mulier potestatem habere
supra caput propter angelos
11 verumtamen neque vir sine muliere
neque mulier sine viro in Domino
12 nam sicut mulier de viro
ita et vir per mulierem
omnia autem ex Deo
13 vos ipsi iudicate
decet mulierem non velatam orare
Deum
14 nec ipsa natura docet vos
quod vir quidem si comam nutriat
ignominia est illi
15 mulier vero si comam nutriat gloria
est illi
quoniam capilli pro velamine ei dati
sunt
16 si quis autem videtur contentiosus
esse
nos talem consuetudinem non habe-
mus neque ecclesiae Dei
17 hoc autem praecipio non laudans
quod non in melius sed in deterius
convenitis
18 primum quidem convenientibus vo-
bis in ecclesia
1,11! audio scissuras esse
et ex parte credo
19 nam oportet et hereses esse ut et qui
probati sunt manifesti fiant in vobis
20 convenientibus ergo vobis in unum
iam non est dominicam cenam man-
ducare
21 unusquisque enim suam cenam prae-
sumit ad manducandum
et alius quidem esurit
alius autem ebrius est
22 numquid domos non habetis ad
manducandum et bibendum
aut ecclesiam Dei contemnitis
et confunditis eos qui non habent
quid dicam vobis
laudo vos
in hoc non laudo
23 ego enim accepi a Domino
quod et tradidi vobis
quoniam Dominus Iesus in qua noc- 23–25: Mt 26,26–28; Mc 14,22–24; Lc 22,19.20; 24,30!
te tradebatur
accepit panem 24 et gratias agens fre-
git et dixit
hoc est corpus meum pro vobis
hoc facite in meam commemoratio-
nem
25 similiter et calicem postquam cena-
vit dicens
hic calix novum testamentum est in
meo sanguine
hoc facite quotienscumque bibetis
in meam commemorationem
26 quotienscumque enim manducabitis
panem hunc et calicem bibetis
mortem Domini adnuntiatis donec
veniat
27 itaque quicumque manducaverit pa-
nem vel biberit calicem Domini in-
digne
reus erit corporis et sanguinis Do-
mini
28 probet autem se ipsum homo II Cor 13,5; Gal 6,4
et sic de pane illo edat et de calice
bibat

6 et *om.* SΛc | 7 caput + suum SKΛc | ~ dei est c. | ~ est uiri GΛk | 10 super K CΛk | 12 [*deest* k *usque ad* 16,24] | 13 uos ipsi] uos autem Λ.; in uobis ipsis C | 16 ecclesia FSKCΛΦc | 18 in ecclesiam c | esse + inter uos c. | 24 dixit + accipite et manducate Φc; + accipite et comedite Λ. | pro uobis G, *cf.* 𝔊] pro uobis tradetur A; quod pro uobis tradetur (traditur S) FSKΛΦcɯ; *om.* C. | 25 bibitis AFC; biberitis Φ | 26 bibitis FS | adnuntiabitis FSKCc | 27 panem + hunc c. |

GA
FSKCΛΦ(k)
cɯo

29 qui enim manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit
non diiudicans corpus
30 ideo inter vos multi infirmes et inbe-
cilles et dormiunt multi
31 quod si nosmet ipsos diiudicaremus
non utique iudicaremur
32 dum iudicamur autem a Domino
corripimur
ut non cum hoc mundo damnemur
33 itaque fratres mei cum convenitis ad
manducandum invicem expectate
34 si quis esurit domi manducet
ut non in iudicium conveniatis
cetera autem cum venero disponam
10,1! **12** de spiritalibus autem nolo vos igno-
rare fratres
Eph 2,11 2 scitis quoniam cum gentes essetis
ad simulacra muta prout ducebamini
euntes
3 ideo notum vobis facio quod nemo
I Io 4,2 in Spiritu Dei loquens
dicit anathema Iesu
et nemo potest dicere Dominus Ie-
sus nisi in Spiritu Sancto
Rm 12,6! 4 divisiones vero gratiarum sunt
idem autem Spiritus
5 et divisiones ministrationum sunt
idem autem Dominus
6 et divisiones operationum sunt
idem vero Deus qui operatur omnia
in omnibus
7 unicuique autem datur manifestatio
Spiritus ad utilitatem
8 alii quidem per Spiritum datur ser-
mo sapientiae
alii autem sermo scientiae secundum
eundem Spiritum
9 alteri fides in eodem Spiritu
alii gratia sanitatum in uno Spiritu
10 alii operatio virtutum
alii prophetatio
alii discretio spirituum
alii genera linguarum
alii interpretatio sermonum
11 haec autem omnia operatur unus at-
que idem Spiritus
dividens singulis prout vult
12 sicut enim corpus unum est et mem- Rm 12,4.5!
bra habet multa
omnia autem membra corporis cum 20!
sint multa unum corpus sunt
ita et Christus
13 etenim in uno Spiritu omnes nos in
unum corpus baptizati sumus
sive Iudaei sive gentiles Gal 3,28!
sive servi sive liberi
et omnes unum Spiritum potati su-
mus
14 nam et corpus non est unum mem- 20!
brum sed multa
15 si dixerit pes quoniam non sum ma-
nus non sum de corpore
non ideo non est de corpore
16 et si dixerit auris quia non sum ocu-
lus non sum de corpore
non ideo non est de corpore
17 si totum corpus oculus ubi auditus
si totum auditus ubi odoratus
18 nunc autem posuit Deus membra
unumquodque eorum in corpore sic-
ut voluit
19 quod si essent omnia unum mem-
brum ubi corpus
20 nunc autem multa quidem membra 12,14; Rm 12,4!
unum autem corpus
21 non potest dicere oculus manui
opera tua non indigeo
aut iterum caput pedibus
non estis mihi necessarii
22 sed multo magis quae videntur mem-
bra corporis infirmiora esse
necessariora sunt
23 et quae putamus ignobiliora mem-
bra esse corporis
his honorem abundantiorem circum-
damus
et quae inhonesta sunt nostra

GA FSKCΛΦ cwo
29 corpus + domini SKΛΦc | 30 infirmes GKC.] infirmi *cet.* | inbecilles + sunt AS | 34 in *om.* G || **12**,3 iesum[1] G | 10 prophetia AFΦco | 12 unum[2] + tamen c. | 13 unum spiritum] unum spiritu F.; uno spiritu KΛΦ; in uno spiritu c | 15 num ideo c. | 16 quia] quoniam c | num ideo c. | 21 potest + autem ASKΦc | ~ oculus dicere c |

abundantiorem honestatem habent
24 honesta autem nostra nullius egent
sed Deus temperavit corpus
ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem
25 ut non sit scisma in corpore
sed id ipsum pro invicem sollicita sint membra
26 et si quid patitur unum membrum
conpatiuntur omnia membra
sive gloriatur unum membrum
Rm 12,15 congaudent omnia membra
6,15; Rm 12,5! Eph 1,23; 5,30; Col 1,24 27 vos autem estis corpus Christi
et membra de membro
28 et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia
Eph 4,11 primum apostolos
secundo prophetas
tertio doctores
deinde virtutes
exin gratias curationum
opitulationes
gubernationes
genera linguarum
29 numquid omnes apostoli
numquid omnes prophetae
numquid omnes doctores
30 numquid omnes virtutes
numquid omnes gratiam habent curationum
numquid omnes linguis loquuntur
numquid omnes interpretantur
14,1! 31 aemulamini autem charismata maiora
et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro
13 si linguis hominum loquar et angelorum
2,3 caritatem autem non habeam
factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens
2 et si habuero prophetiam
et noverim mysteria omnia et omnem scientiam
et habuero omnem fidem ita ut montes transferam Mt 17,19! Iac 2,14
caritatem autem non habuero 1!
nihil sum
3 et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas
et si tradidero corpus meum ut ardeam
caritatem autem non habuero 1!
nihil mihi prodest
4 caritas patiens est
benigna est
caritas non aemulatur
non agit perperam
non inflatur
5 non est ambitiosa
non quaerit quae sua sunt 10,24! Phil 2,4
non inritatur
non cogitat malum Za 8,17
6 non gaudet super iniquitatem Rm 12,9!
congaudet autem veritati
7 omnia suffert 9,12
omnia credit
omnia sperat
omnia sustinet
8 caritas numquam excidit
sive prophetiae evacuabuntur
sive linguae cessabunt
sive scientia destruetur
9 ex parte enim cognoscimus
et ex parte prophetamus
10 cum autem venerit quod perfectum est
evacuabitur quod ex parte est
11 cum essem parvulus
loquebar ut parvulus
sapiebam ut parvulus
cogitabam ut parvulus
quando factus sum vir
evacuavi quae erant parvuli
12 videmus nunc per speculum in enigmate
tunc autem facie ad faciem Iob 19,27; II Cor 3,18; I Io 3,2
nunc cognosco ex parte

25 sint] sunt AK | 28 exin] exinde FSKc | gratia AFS | linguarum + interpretationes sermonum c | 31 maiora] meliora FKCΦc || 13,2 et[4] + si FScω | autem *om.* G | 3 ita ut Φc | ardeat AS | 6 super iniquitate SΛc | 8 excedit AΦ; excidet GK | 11 quando] cum F; + autem FSΛc | 12 faciem[1] G | GA FSKCΛΦ cωο

tunc autem cognoscam sicut et co-
gnitus sum
13 nunc autem manet
fides spes caritas
tria haec
maior autem his est caritas
14 sectamini caritatem
12; 12.31 aemulamini spiritalia
39 magis autem ut prophetetis
2 qui enim loquitur lingua
non hominibus loquitur sed Deo
nemo enim audit
Spiritu autem loquitur mysteria
3 nam qui prophetat
hominibus loquitur aedificationem
et exhortationem et consolationes
4 qui loquitur lingua
semet ipsum aedificat
qui autem prophetat
ecclesiam aedificat
5 volo autem omnes vos loqui linguis
Nm 11.29 magis autem prophetare
nam maior est qui prophetat
quam qui loquitur linguis
nisi si forte ut interpretetur
ut ecclesia aedificationem accipiat
6 nunc autem fratres si venero ad vos
linguis loquens
quid vobis prodero
nisi si vobis loquar
aut in revelatione
aut scientia
aut prophetia
aut in doctrina
7 tamen quae sine anima sunt vocem
dantia
sive tibia
sive cithara
nisi distinctionem sonituum dede-
rint
quomodo scietur quod canitur aut
quod citharizatur
8 etenim si incertam vocem det tuba
quis parabit se ad bellum
9 ita et vos
per linguam nisi manifestum sermo-
nem dederitis
quomodo scietur id quod dicitur
eritis enim in aera loquentes
10 tam multa ut puta genera linguarum
sunt in mundo
et nihil sine voce est
11 si ergo nesciero virtutem vocis
ero ei cui loquor barbarus
et qui loquitur mihi barbarus
12 sic et vos
quoniam aemulatores estis spiritu- 11
um
ad aedificationem ecclesiae quaerite
ut abundetis
13 et ideo qui loquitur lingua
oret ut interpretetur
14 nam si orem lingua
spiritus meus orat
mens autem mea sine fructu est
15 quid ergo est
orabo spiritu orabo et mente
psallam spiritu psallam et mente
16 ceterum si benedixeris spiritu
qui supplet locum idiotae
quomodo dicet amen super tuam
benedictionem
quoniam quid dicas nescit
17 nam tu quidem bene gratias agis
sed alter non aedificatur
18 gratias ago Deo quod omnium ves-
trum lingua loquor
19 sed in ecclesia volo quinque verba
sensu meo loqui ut et alios instru-
am
quam decem milia verborum in lin-
gua

GA FSKCΛΦ cwo

13 manent SΛΦc | ~ spes fides G | ex his S.; horum c || **14**,1 profitetis AF; prophetis K | 2 spiritus FSc(*ed.* 1598) | 3 loquitur + ad SKCΛΦc | consolationem FCΛΦco | 4 ecclesiam + dei c | 5 ~ linguis loqui A | nisi si forte ut GF.] nisi forte ut ASKCo; nisi forte ΛΦc | 6 si[2] *om.* FSΦc | in reuelationem AS | aut[2] + in FSKCco (*contra* w) | aut[3] + in FSKco (*contra* w) | in[2] *om.* ΛΦ | 7 quod[1]] id quod c; quomodo C. | 8 parauit GAS; sperauit F. | 9 in aere GAΛ | 10 in + hoc FSKCΦco | 16 qui GSc𝔊] quis *cet.* | dicet] dicit GFCΛ | 18 deo + meo c |

20 fratres nolite pueri effici sensibus
Rm 16,19 sed malitia parvuli estote
sensibus autem perfecti estote
21 in lege scriptum est
Is 28,11.12 quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic
et nec sic exaudient me dicit Dominus
22 itaque linguae in signum sunt
non fidelibus sed infidelibus
prophetia autem non infidelibus sed fidelibus
23 si ergo conveniat universa ecclesia in unum
et omnes linguis loquantur
intrent autem idiotae aut infideles
nonne dicent quod insanitis
24 si autem omnes prophetent
intret autem quis infidelis vel idiota
convincitur ab omnibus
diiudicatur ab omnibus
25 occulta cordis eius manifesta fiunt
et ita cadens in faciem adorabit Deum
Za 8,23 pronuntians quod vere Deus in vobis est
26 quid ergo est fratres
cum convenitis
unusquisque vestrum
psalmum habet
doctrinam habet
apocalypsin habet
linguam habet
interpretationem habet
Rm 14,19; 15,2; I Th 5,11! omnia ad aedificationem fiant
27 sive lingua quis loquitur
secundum duos aut ut multum tres
et per partes
et unus interpretetur
28 si autem non fuerit interpres
taceat in ecclesia
sibi autem loquatur et Deo
29 prophetae duo aut tres dicant et ceteri diiudicent
30 quod si alii revelatum fuerit sedenti prior taceat
31 potestis enim omnes per singulos prophetare
ut omnes discant et omnes exhortentur
32 et spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt
33 non enim est dissensionis Deus sed pacis
sicut in omnibus ecclesiis sanctorum 4,17; 7,17
34 mulieres in ecclesiis taceant I Tim 2,12!
non enim permittitur eis loqui
sed subditas esse sicut et lex dicit Gn 3,16
35 si quid autem volunt discere
domi viros suos interrogent
turpe est enim mulieri loqui in ecclesia
36 an a vobis verbum Dei processit
aut in vos solos pervenit
37 si quis videtur propheta esse aut spiritalis
cognoscat quae scribo vobis
quia Domini sunt mandata
38 si quis autem ignorat ignorabitur
39 itaque fratres aemulamini prophetare 1!
et loqui linguis nolite prohibere
40 omnia autem honeste et secundum ordinem fiant
15 notum autem vobis facio fratres evangelium quod praedicavi vobis Gal 1,11
quod et accepistis
in quo et statis Rm 11,20; II Cor 1,24
2 per quod et salvamini
qua ratione praedicaverim vobis si tenetis
nisi si frustra credidistis
3 tradidi enim vobis in primis quod et accepi
quoniam Christus mortuus est pro Is 53,5; Rm 5,9!

21 exaudiet G | 22 prophetia GC𝔊] prophetiae *cet.* | 23 autem + et AKC | 25 [*iterum adest* R] | adorauit AF | est] sit AFKΦcɒ | 27 ut *om.* RFKCΛ | 29 prophetae + autem Fc; + uero R. | aut] uel R | et *om.* GS | 32 subiectus est RKΦ | 33 sed pacis + sed R | sicut + et c. | sanctorum GAɒ𝔊] + doceo *cet.* | *vv.* 34.35 *post v.* 40 *pon.* R | 34 ecclesia RC ‖ **15**,2 retinetis R | si[2] ARΛ] *om. cet.* |

GA(R) FSKCΛΦ cωɒ

3.4: Mt 16,21! peccatis nostris secundum scriptu-
ras
4 et quia sepultus est
4.5: Lc 24,34; Act 10,40! et quia resurrexit tertia die secun-
dum scripturas
5 et quia visus est Cephae
et post haec undecim
6 deinde visus est plus quam quingen-
tis fratribus simul
ex quibus multi manent usque ad-
huc
quidam autem dormierunt
7 deinde visus est Iacobo
deinde apostolis omnibus
8 novissime autem omnium tamquam
abortivo visus est et mihi
Eph 3,8 9 ego enim sum minimus apostolo-
rum
qui non sum dignus vocari apostolus
Act 8,3; Phil 3,6; Gal 1,13 quoniam persecutus sum ecclesiam
Dei
10 gratia autem Dei sum id quod sum
et gratia eius in me vacua non fuit
sed abundantius illis omnibus labo-
ravi
non ego autem sed gratia Dei me-
cum
11 sive enim ego sive illi
sic praedicamus et sic credidistis
Act 4,2; 17,18 12 si autem Christus praedicatur quod
resurrexit a mortuis
Mt 22,23; Mc 12,18; Lc 20,27; Act 23,8 quomodo quidam dicunt in vobis
quoniam resurrectio mortuorum
non est
13 si autem resurrectio mortuorum non
est
neque Christus resurrexit
17 14 si autem Christus non resurrexit
inanis est ergo praedicatio nostra
inanis est et fides vestra
15 invenimur autem et falsi testes Dei
quoniam testimonium diximus ad-
versus Deum
quod suscitaverit Christum
quem non suscitavit si mortui non
resurgunt
16 nam si mortui non resurgunt
neque Christus resurrexit
17 quod si Christus non resurrexit 14
vana est fides vestra
adhuc enim estis in peccatis vestris
18 ergo et qui dormierunt in Christo
perierunt
19 si in hac vita tantum in Christo spe-
rantes sumus
miserabiliores sumus omnibus ho-
minibus
20 nunc autem Christus resurrexit a Act 26,23! Col 1,18; II Tim 2,8
mortuis primitiae dormientium
21 quoniam enim per hominem mors
et per hominem resurrectio mortuo-
rum
22 et sicut in Adam omnes moriuntur Rm 5,18
ita et in Christo omnes vivificabun-
tur
23 unusquisque autem in suo ordine
primitiae Christus
deinde hii qui sunt Christi in adven-
tu eius
24 deinde finis
cum tradiderit regnum Deo et Patri Dn 2,44
cum evacuaverit omnem principatum Eph 1,21!
et potestatem et virtutem
25 oportet autem illum regnare donec
ponat omnes inimicos sub pedibus Ps 109,1! Lc 20,43
eius
26 novissima autem inimica destruetur
mors
omnia enim subiecit sub pedibus Ps 8,8; Eph 1,22; Hbr 2,8
eius
cum autem dicat 27 omnia subiecta
sunt
sine dubio praeter eum qui subiecit Phil 3,21
ei omnia

GAR FSKCΛΦ cωο 4 surrexit AKο | 5 post hoc c. | 7 est + et AS | 9 enim] autem R | 10 gratiam[1] AF S | 11 praedicauimus RFC | sic[2] *om.* G | 12 si] sic A | 14 ~ ergo est AF | est[2]] *praem.* ergo A.; + ergo SK | 15 si—resurgunt *om.* RSKΦ | 16 nam—resurgunt *om.* A F | 21 enim] quidem FΦc | 23 ii c. | christi + qui RFSKΦc | in aduentum GFSΛΦ | eius + crediderunt RFSKΦc | 24 euacuerit GSK | 25 autem] enim R | 27 sunt GK𝔊] + ei *cet.* |

28 cum autem subiecta fuerint illi omnia
tunc ipse Filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia
ut sit Deus omnia in omnibus
29 alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis
si omnino mortui non resurgunt
ut quid et baptizantur pro illis
30 ut quid et nos periclitamur omni hora
31 cotidie morior per vestram gloriam fratres
quam habeo in Christo Iesu Domino nostro
32 si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi
quid mihi prodest si mortui non resurgunt
Is 22,13! manducemus et bibamus cras enim moriemur
33 nolite seduci
Menander, Thais corrumpunt mores bonos conloquia mala
34 evigilate iuste et nolite peccare
Sap 13,1 ignorantiam enim Dei quidam habent
6,5! ad reverentiam vobis loquor
35 sed dicet aliquis
quomodo resurgunt mortui
quali autem corpore veniunt
Io 12,24.25 36 insipiens tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur
37 et quod seminas
non corpus quod futurum est seminas
sed nudum granum ut puta tritici aut alicuius ceterorum
38 Deus autem dat illi corpus sicut voluit
et unicuique seminum proprium corpus
39 non omnis caro eadem caro
sed alia hominum
alia pecorum
alia caro volucrum
alia autem piscium
40 et corpora caelestia
et corpora terrestria
sed alia quidem caelestium gloria
alia autem terrestrium
41 alia claritas solis
alia claritas lunae
et alia claritas stellarum
stella enim ab stella differt in claritate
42 sic et resurrectio mortuorum
seminatur in corruptione
surgit in incorruptione
43 seminatur in ignobilitate
surgit in gloria
seminatur in infirmitate
surgit in virtute
44 seminatur corpus animale
surgit corpus spiritale
si est corpus animale
est et spiritale
sic et scriptum est
45 factus est primus homo Adam in animam viventem Gn 2,7!
novissimus Adam in spiritum vivificantem
46 sed non prius quod spiritale est
sed quod animale est
deinde quod spiritale
47 primus homo de terra terrenus
secundus homo de caelo caelestis
48 qualis terrenus tales et terreni
et qualis caelestis tales et caelestes
49 igitur sicut portavimus imaginem terreni Phil 3,21!
portemus et imaginem caelestis

28 tunc + et c | filius *om.* G. | illi[2]] ei S c. | sibi *om.* K; ~ subiecit sibi c; subiecit illi S. | 31 per] propter AFKΦo; pro S | 32 prode est RF | 34 euigilate] sobrii estote uigilate R | iusti Φc | 35 dicit GFSCΛΦ | resurgent KΛ | quali autem] qualiue c. | uenient Λc | 38 uult FSCΦc | 39 alia[1] + quidem c | alia[2] + uero c. | caro[3]] corpora K.; *om.* R c | 41 solis + et SC | et *om.* A o | in claritatem G | 42 surget AΦc | 43 surget[1] AKΛΦc | in gloriam GSΦ | in infirmitatem G | surget[2] AKΛΦc | in uirtutem G S | 44 surget ΛΦc | et[1] *om.* R | sic et ARKΛ.𝔊] sic enim C; sicut GFSΦco | 45 in spiritu GRFSC | uiuificante R | 46 est[2] *om.* RCΛc | 48 et[2] *om.* A | GAR FSKCΛΦ cwo

50 hoc autem dico fratres
6,9; Io 3,5! quoniam caro et sanguis regnum Dei
possidere non possunt
neque corruptio incorruptelam pos-
sidebit
51 ecce mysterium vobis dico
omnes quidem resurgemus
sed non omnes inmutabimur
52 in momento in ictu oculi in novissi-
ma tuba
1 Th 4,16 canet enim
et mortui resurgent incorrupti
et nos inmutabimur
53 oportet enim corruptibile hoc indu-
ere incorruptelam
II Cor 5,4! et mortale hoc induere inmortalita-
tem
54 cum autem mortale hoc induerit in-
mortalitatem
tunc fiet sermo qui scriptus est
Is 25,8; Os 13,14 absorta est mors in victoria
55 ubi est mors victoria tua
ubi est mors stimulus tuus
56 stimulus autem mortis peccatum
est
virtus vero peccati lex
57 Deo autem gratias qui dedit nobis
Rm 7,25 victoriam per Dominum nostrum
Iesum Christum
58 itaque fratres mei dilecti
Col 1,23 stabiles estote et inmobiles
abundantes in opere Domini sem-
per
Is 65,23; 1 Th 3,5! scientes quod labor vester non est in-
anis in Domino
II Cor 8,4; 9,1 **16** de collectis autem quae fiunt in
sanctos
sicut ordinavi ecclesiis Galatiae
ita et vos facite
2 per unam sabbati unusquisque ves-
trum apud se ponat recondens
quod ei beneplacuerit
ut non cum venero tunc collectae
fiant
3 cum autem praesens fuero
quos probaveritis per epistulas
hos mittam perferre gratiam vestram
in Hierusalem
4 quod si dignum fuerit ut et ego eam
mecum ibunt
5 veniam autem ad vos cum Macedo- 4,19! II Cor 1,16
niam pertransiero
nam Macedoniam pertransibo Act 19,21
6 apud vos autem forsitan manebo vel Tit 3,12
etiam hiemabo
ut vos me deducatis quocumque iero Rm 15,24
7 nolo enim vos modo in transitu vi-
dere
spero enim me aliquantum temporis
manere apud vos si Dominus per-
miserit
8 permanebo autem Ephesi usque ad
pentecosten
9 ostium enim mihi apertum est mag- II Cor 2,12; Apc 3,8!
num et evidens
et adversarii multi
10 si autem venerit Timotheus
videte ut sine timore sit apud vos
opus enim Domini operatur sicut et
ego
11 ne quis ergo illum spernat I Tim 4,12
deducite autem illum in pace ut ve-
niat ad me
expecto enim illum cum fratribus
12 de Apollo autem fratre
multum rogavi eum ut veniret ad vos
cum fratribus
et utique non fuit voluntas ut nunc
veniret
veniet autem cum ei vacuum fuerit
13 vigilate state in fide
viriliter agite et confortamini Ps 30,25!
14 omnia vestra in caritate fiant
15 obsecro autem vos fratres

GAR FSKCΛΦ cwo 50 quoniam] quia c. | 51 resurgimus GARFSK | 52 canit F | enim + tuba SKCΛ c | resurgunt RFS | 53 incorruptelam] incorruptionem KΦ c | 54 uictoria + tua G | 57 uobis G | 58 in opera A || **16,1** in sanctis ARS | 2 ponat] reponat SCΦ; seponat c. | beneplacuerit] placuerit AΛ | collecta A | 4 et *om.* ASKCΦ o | 6 autem *om.* A | 7 in transitum GAC | aliquantulum c. | 9 et^{2}] sed G | 12 fratre + notum uobis facio quoniam FS; + uobis notum facio quoniam c.; + significo uobis quia C | uolumptatis C.; + eius RΦ; + ei S. |

nostis domum Stephanae et Fortunati
quoniam sunt primitiae Achaiae
et in ministerium sanctorum ordinaverunt se ipsos
I Th 5,12! Hbr 13,17 16 ut et vos subditi sitis eiusmodi
et omni cooperanti et laboranti
17 gaudeo autem in praesentia Stephanae et Fortunati et Achaici
quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleverunt
II Cor 7,13 18 refecerunt enim et meum spiritum et vestrum
I Th 5,12 cognoscite ergo qui eiusmodi sunt
19 salutant vos ecclesiae Asiae
Rm 16,3! 5; Col 4,15; Phlm 2 salutant vos in Domino multum Aquila et Prisca
cum domestica sua ecclesia
Rm 16,16; II Cor 13,12; I Th 5,26! 20 salutant vos fratres omnes
salutate invicem in osculo sancto
Col 4,18; II Th 3,17 21 salutatio mea manu Pauli
22 si quis non amat Dominum Iesum Christum
sit anathema maranatha
Rm 16,20! I Th 5,28 23 gratia Domini Iesu vobiscum
Eph 6,24! 24 caritas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu amen

EXPLICIT EPISTULA AD CORINTHIOS ·I·

INCIPIT AD EOSDEM ·II·

1.2: I Cor 1,1–3; Eph 1,1.2; Phil 1,1.2; Col 1,1.2; I Th 1,1.2! II Th 1,1.2 Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei et Timotheus frater
ecclesiae Dei quae est Corinthi
cum sanctis omnibus qui sunt in universa Achaia
2 gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo
3 benedictus Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi Rm 15,6; Eph 1,3; I Pt 1,3
Pater misericordiarum et Deus totius consolationis 3.4: 7,6
4 qui consolatur nos in omni tribulatione nostra
ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt
per exhortationem qua exhortamur et ipsi a Deo
5 quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis Ps 93,19
ita et per Christum abundat consolatio nostra
6 sive autem tribulamur II Tim 2,10
pro vestra exhortatione et salute
sive exhortamur
pro vestra exhortatione
quae operatur in tolerantia earundem passionum quas et nos patimur
7 et spes nostra firma pro vobis
scientes quoniam sicut socii passionum estis
sic eritis et consolationis
8 non enim volumus ignorare vos fratres I Cor 10,1! I Th 4,13
de tribulatione nostra quae facta est in Asia
quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem
ita ut taederet nos etiam vivere
9 sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus
ut non simus fidentes in nobis 4,7
sed in Deo qui suscitat mortuos Io 5,21; Rm 4,17; Hbr 11,19
10 qui de tantis periculis eripuit nos et II Mcc 2,19! II Tim 4,18!

15 fortunati + et achaici c | 18 huiusmodi FS c | 19 priscilla FC c | ecclesia + apud quos et hospitor Φ c | 20 ~ omnes fratres c | 22 quis + autem GS | dominum + nostrum K Φ c | 23 domini + nostri RFKΛΦ c | iesu + christi FKΛΦ c | 24 amen *om.* F || GAR FSKCΛΦ cɯɒ

Ad Corinthios II. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦl *ac* cɯ(*sicubi ab* ɒ *differt*)ɒ. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad corinthios secunda c || 1,1 [*adest* l *usque ad* 7,4] | ~ omnibus sanctis c | 5 abundat + etiam R | 6 salute + siue consolamur pro uestra consolatione c | exhortatione²] consolatione R; + et salute F c | in *om.* c | tolerantiam GΛΦ c | 7 et¹] ut c | firma + est GR; + sit S c | quoniam] quod c. | 8 ~ uos ignorare A | 9 nobis ipsis] nobis G; nobismetipsis c | 10 ~ nos eripuit c. | GAR FSKCΛΦl cɯɒ

eruet
in quem speramus quoniam et adhuc
eripiet
Rm 15,30! [11] adiuvantibus et vobis in oratione pro
nobis
9,11 ut ex multis personis eius quae in no-
bis est donationis per multos grati-
ae agantur pro nobis
Act 23,1! 24,16 [12] nam gloria nostra haec est testimo-
nium conscientiae nostrae
quod in simplicitate et sinceritate
Dei
I Cor 2,4! et non in sapientia carnali
sed in gratia Dei conversati sumus
in mundo
abundantius autem ad vos
[13] non enim alia scribimus vobis quam
quae legistis et cognoscitis
spero autem quod usque in finem
cognoscetis
[14] sicut et cognovistis nos ex parte
I Cor 5,5; Phil 2,16; I Th 2,19 quia gloria vestra sumus sicut et vos
nostra in die Domini nostri Iesu
Christi
[15] et hac confidentia
volui prius venire ad vos ut secundam
gratiam haberetis
[16] et per vos transire in Macedoniam
I Cor 16,5! et iterum a Macedonia venire ad vos
et a vobis deduci in Iudaeam
[17] cum hoc ergo voluissem
numquid levitate usus sum
aut quae cogito secundum carnem
cogito
ut sit apud me EST et NON
Mt 5,37; Iac 5,12 [18] fidelis autem Deus quia sermo noster
qui fit apud vos
non est in illo EST et NON
[19] Dei enim Filius Iesus Christus
qui in vobis per nos praedicatus est
per me et Silvanum et Timotheum
non fuit EST et NON
sed EST in illo fuit
[20] quotquot enim promissiones Dei
sunt
in illo EST
ideo et per ipsum AMEN Deo ad glo-
riam nostram
[21] qui autem confirmat nos vobiscum
in Christum et qui unxit nos Deus I Io 2,27!
[22] et qui signavit nos et dedit pignus 5,5; Eph 1,13.14; 4,30
Spiritus in cordibus nostris
[23] ego autem testem Deum invoco in Phil 1,8!
animam meam
quod parcens vobis non veni ultra
Corinthum
[24] non quia dominamur fidei vestrae I Pt 5,3
sed adiutores sumus gaudii vestri
nam fide stetistis Rm 11,20; I Cor 15,1
2 statui autem hoc ipse apud me ne ite- 12,21
rum in tristitia venirem ad vos
[2] si enim ego contristo vos
et quis est qui me laetificet
nisi qui contristatur ex me
[3] et hoc ipsum scripsi 13,10
ut non cum venero tristitiam super
tristitiam habeam
de quibus oportuerat me gaudere
confidens in omnibus vobis
quia meum gaudium omnium ves-
trum est
[4] nam ex multa tribulatione et angus-
tia cordis scripsi vobis per multas Act 20,31
lacrimas
non ut contristemini
sed ut sciatis quam caritatem habeo 7,12
abundantius in vobis
[5] si quis autem contristavit
non me contristavit
sed ex parte ut non onerem omnes
vos
[6] sufficit illi qui eiusmodi est obiurga-

GA(R) FSKCΛΦl cɯɒ 10 eruet] eruit Fc; eripiet R | 11 [*deest* R *usque ad* 7,2] | ex multis personis *restituimus*, *cf.* 𝔊] ex multarum personis facierum ΛΦɯ; ex multarum personis G; ex multorum personis Cc; ex multarum facierum ASKɒ; ex multorum faciae F | 12 simplicitate + cordis c. | in hoc mundo FΦc | 13 cognoscitis] cognouistis Cc | 14 quia] quod c. | 15 hac] haec A | 17 haec ergo C; ergo hoc ΛΦc; ergo A | 18 fit] fuit c | 20 est *om.* G | 21 in christum GAɒ.𝔊] in christo KCΛΦlc; christo S.; christus dominus F | 22 ~ qui et lc. | 24 stetistis] statis FSCΦc || **2**,1 ipse] ipsum Sc | in tristitiam GAS; tristitiam F. | 3 scripsi AKΛ𝔊] + uobis *cet.* | 4 ~ lacrimas multas A | habeam ΛΦc |

tio haec quae fit a pluribus
7 ita ut e contra magis donetis et consolemini
ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est
8 propter quod obsecro vos ut confirmetis in illum caritatem
9 ideo enim et scripsi ut cognoscam experimentum vestrum
an in omnibus oboedientes sitis
10 cui autem aliquid donatis
et ego
nam et ego quod donavi si quid donavi
propter vos in persona Christi
11 ut non circumveniamur a Satana
non enim ignoramus cogitationes eius
12 cum venissem autem Troadem propter evangelium Christi
Act 14,26; I Cor 16,9; Apc 3,8! et ostium mihi apertum esset in Domino
13 non habui requiem spiritui meo
eo quod non invenerim Titum fratrem meum
Act 20,1 sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniam
14 Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu
et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco
15 quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt
16 aliis quidem odor mortis in mortem
aliis autem odor vitae in vitam
et ad haec quis tam idoneus
4,2 17 non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei
sed ex sinceritate
12,19; I Pt 4,11 sed sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur
5,12 **3** incipimus iterum nosmet ipsos commendare
aut numquid egemus sicut quidam commendaticiis epistulis ad vos aut ex vobis
2 epistula nostra vos estis
scripta in cordibus nostris quae scitur et legitur ab omnibus hominibus 7,3
3 manifestati quoniam epistula estis Christi ministrata a nobis
et scripta non atramento sed Spiritu Dei vivi
non in tabulis lapideis
sed in tabulis cordis carnalibus
4 fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum
5 non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis Io 15,5
sed sufficientia nostra ex Deo est
6 qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti
non litterae sed Spiritus Rm 7,6
littera enim occidit Spiritus autem vivificat Io 6,64!
7 quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria
ita ut non possent intendere filii Israhel
in faciem Mosi propter gloriam vultus eius quae evacuatur 13
8 quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria
9 nam si ministratio damnationis gloria est
multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria
10 nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte
propter excellentem gloriam
11 si enim quod evacuatur per gloriam est
multo magis quod manet in gloria est
12 habentes igitur talem spem
multa fiducia utimur

7 e contra G] e contrario *cet.* | 9 et *om.* ASC | 10 donatis] donastis FSΛΦc | 12 troade FSCΛΦ | 13 eis *om.* A | 15 iis[1.2] c. ‖ 3,3 quoniam] quod c. | 6 facit A | non littera sed spiritu FSΦI(*vid.*)c | 7 possint GS | 8 in gloriam ASΛ | 9 ministratio] ministerio AI; ministerium SKC |

GA
FSKCΛΦI
cωo

Ex 34,33 13 et non sicut Moses ponebat velamen
super faciem suam
7 ut non intenderent filii Israhel in faciem eius quod evacuatur
4,4; Act 28,27! 14 sed obtusi sunt sensus eorum
usque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet
non revelatum quoniam in Christo evacuatur
15 sed usque in hodiernum diem cum legitur Moses
velamen est positum super cor eorum
Ex 34,34 16 cum autem conversus fuerit ad Deum aufertur velamen
Io 4,24 17 Dominus autem Spiritus est
Io 8,36; Rm 8,2 ubi autem Spiritus Domini
ibi libertas
Iob 19,26; I Cor 13,12! 18 nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes
in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem
tamquam a Domini Spiritu
4 ideo habentes hanc ministrationem
I Cor 7,25; 1 Tim 1,12.13 iuxta quod misericordiam consecuti sumus non deficimus
2 sed abdicamus occulta dedecoris
non ambulantes in astutia
2,17 neque adulterantes verbum Dei
sed in manifestatione veritatis commendantes nosmet ipsos
ad omnem conscientiam hominum coram Deo
I Cor 1,18; II Pt 3,16 3 quod si etiam opertum est evangelium nostrum
in his qui pereunt est opertum
3,14! II Th 2,11 4 in quibus deus huius saeculi excaecavit mentes infidelium
ut non fulgeat inluminatio evangelii gloriae Christi
Col 1,15! qui est imago Dei
5 non enim nosmet ipsos praedicamus
sed Iesum Christum Dominum
nos autem servos vestros per Iesum I Cor 9,19
6 quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere Gn 1,3
qui inluxit in cordibus nostris
ad inluminationem scientiae claritatis Dei in facie Christi Iesu
7 habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus
ut sublimitas sit virtutis Dei et non ex nobis 1,9
8 in omnibus tribulationem patimur
sed non angustiamur
aporiamur
sed non destituimur
9 persecutionem patimur
sed non derelinquimur
deicimur
sed non perimus
10 semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes Gal 6,17; II Tim 2,11.12
ut et vita Iesu in corporibus nostris manifestetur
11 semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter Iesum Ps 43,22; Rm 8,36
ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali
12 ergo mors in nobis operatur
vita autem in vobis
13 habentes autem eundem spiritum fidei
sicut scriptum est
credidi propter quod locutus sum Ps 115,10
et nos credimus propter quod et loquimur
14 scientes quoniam qui suscitavit Iesum Rm 8,11! I Cor 6,14; I Th 4,14!
et nos cum Iesu suscitabit
et constituet vobiscum
15 omnia enim propter vos
ut gratia abundans
per multos gratiarum actione abun-

GA FSKCΛΦI cwo

14 enim *om.* SCI | 15 ~ positum est c | 16 deum] dominum ΦI c | aufertur AFSI𝔊] auferetur *cet.* | 18 in claritate A || 4,1 hanc *om.* c. | administrationem S c. | 3 iis c. | 4 fulgeat + illis cw.; + in eis Λ | 5 dominum + nostrum GFSΦ c | 6 lumen FCΛI | qui[2]] ipse c. | in faciem SKCΦI | 10 nostro *om.* A | ~ manifestetur in corporibus nostris c. | 14 suscitauit[2] AFSΛ | constituit F | 15 multos + in c. | actionem G; actiones K; actio C |

det in gloriam Dei
16 propter quod non deficimus
sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur
tamen is qui intus est renovatur de die in diem
Rm 8,18; I Pt 1,6! 17 id enim quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae
supra modum in sublimitatem aeternum gloriae pondus operatur nobis
18 non contemplantibus nobis quae videntur
sed quae non videntur
quae enim videntur temporalia sunt
quae autem non videntur aeterna sunt
II Pt 1,14 5 scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur
quod aedificationem ex Deo habeamus
domum non manufactam aeternam in caelis
Rm 8,23 2 nam et in hoc ingemescimus
habitationem nostram quae de caelo est superindui cupientes
3 si tamen vestiti non nudi inveniamur
Sap 9,15 4 nam et qui sumus in tabernaculo ingemescimus gravati
IV Esr 14,14 eo quod nolumus expoliari sed supervestiri
I Cor 15,53 ut absorbeatur quod mortale est a vita
5 qui autem efficit nos in hoc ipsum Deus
1,22! Eph 1,13.14; 4,30 qui dedit nobis pignus Spiritus
6 audentes igitur semper et scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a Domino
7 per fidem enim ambulamus et non per speciem
8 audemus autem et bonam voluntatem habemus
magis peregrinari a corpore et praesentes esse ad Deum Phil 1,23
9 et ideo contendimus sive absentes sive praesentes placere illi
10 omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi Ecl 12,14! Rm 14,10!
ut referat unusquisque propria corporis prout gessit Eph 6,8
sive bonum sive malum
11 scientes ergo timorem Domini
hominibus suademus Gal 1,10
Deo autem manifesti sumus
spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse
12 non iterum nos commendamus vobis 3,1
sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis
ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur et non in corde
13 sive enim mente excedimus Deo
sive sobrii sumus vobis
14 caritas enim Christi urget nos
aestimantes hoc quoniam si unus pro omnibus mortuus est Io 11,50!
ergo omnes mortui sunt
15 et pro omnibus mortuus est Rm 5,9! I Tim 2,6! I Pt 3,18
ut et qui vivunt iam non sibi vivant
sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit Rm 7,4
16 itaque nos ex hoc neminem novimus secundum carnem
et si cognovimus secundum carnem Christum
sed nunc iam non novimus
17 si qua ergo in Christo Rm 8,10
nova creatura
vetera transierunt
ecce facta sunt nova Is 43,19; Apc 21,5
18 omnia autem ex Deo qui reconciliavit nos sibi per Christum Rm 5,10!
et dedit nobis ministerium reconci-

16 corrumpatur Φ c | 17 in sublimitate AΛ cωο | in nobis FSCΛΦl c ‖ 5,1 habemus C Λ c | 4 in hoc tabernaculo Λ c; in hoc habitaculo F; in tabernaculo isto SΦ; in hoc corpore l | 6 et *om.* c. | 8 deum] dominum FKCΦ c | 12 ~ commendamus nos S c | 13 excidimus GFSl, *num loco* excessimus? *cf.* 𝔊 | 15 est¹ + christus Φ c | 16 ex hoc *om.* AFS | 17 sunt + omnia c | 18 ~ nos reconciliauit c. |

GA FSKCΛΦl cωο

liationis
19 quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi
Ps 31,2! Rm 4,8 non reputans illis delicta ipsorum
et posuit in nobis verbum reconciliationis
Eph 6,20 20 pro Christo ergo legationem fungimur tamquam Deo exhortante per nos
obsecramus pro Christo reconciliamini Deo
Io 8,46; I Pt 2,22! Is 53,6; Gal 3,13 21 eum qui non noverat peccatum pro nobis peccatum fecit
ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso
6 adiuvantes autem et exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis
2 ait enim
Is 49,8! tempore accepto exaudivi te et in die salutis adiuvavi te
Lc 4,19 ecce nunc tempus acceptabile
ecce nunc dies salutis
I Cor 10,32 3 nemini dantes ullam offensionem
ut non vituperetur ministerium
I Cor 4,1 4 sed in omnibus exhibeamus nosmet
4,5; 11,23 ipsos sicut Dei ministros
in multa patientia
in tribulationibus
in necessitatibus
in angustiis 5 in plagis
11,27 in carceribus in seditionibus
in laboribus in vigiliis
in ieiuniis 6 in castitate
in scientia in longanimitate
in suavitate in Spiritu Sancto
Rm 12,9! I Pt 1,22 in caritate non ficta
7 in verbo veritatis
in virtute Dei
per arma iustitiae a dextris et sinistris
8 per gloriam et ignobilitatem
per infamiam et bonam famam
ut seductores et veraces
sicut qui ignoti et cogniti
9 quasi morientes et ecce vivimus Ps 117,17.18!
ut castigati et non mortificati
10 quasi tristes semper autem gaudentes
sicut egentes multos autem locupletantes
tamquam nihil habentes et omnia possidentes
11 os nostrum patet ad vos o Corinthii
cor nostrum dilatatum est Ps 118,32!
12 non angustiamini in nobis
angustiamini autem in visceribus vestris
13 eandem autem habentes remunerationem
tamquam filiis dico I Cor 4,14!
dilatamini et vos
14 nolite iugum ducere cum infidelibus Dt 22,10; Eph 5,7!
quae enim participatio iustitiae cum iniquitate
aut quae societas luci ad tenebras
15 quae autem conventio Christi ad Belial
aut quae pars fideli cum infidele
16 qui autem consensus templo Dei cum idolis
vos enim estis templum Dei vivi I Cor 3,16!
sicut dicit Deus
quoniam inhabitabo in illis et inambulabo Lv 26,11.12! Apc 21,3
et ero illorum Deus et ipsi erunt mihi populus Hbr 8,10
17 propter quod exite de medio eorum Is 52,11! Apc 18,4!
et separamini dicit Dominus
et inmundum ne tetigeritis
18 et ego recipiam vos
et ero vobis in patrem et vos eritis mihi in filios et filias dicit Dominus omnipotens II Sm 7,14! Hbr 1,5
7 has igitur habentes promissiones carissimi II Pt 1,4
mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus I Cor 6,18! I Pt 2,11

GA FSKCΛΦI cωɒ 20 legatione K (*vid.*) ΛΦI cω || 6,1 et *om.* ΛΦI c | 2 adiuui GCΛΦ c | 3 ministerium G. 𝔊] + nostrum *cet.* | 7 et + a SΛΦ c | 15 belian G.; beliar F | 16 qui] quae GK | et inambulabo inter eos F c.; et inter illos ambulabo S.; et inter eos ambulabo Λ || 7,1 igitur] ergo c |

perficientes sanctificationem in timore Dei
[2] capite nos
neminem laesimus
neminem corrupimus
12.17 neminem circumvenimus
[3] non ad condemnationem dico
3.2 praedixi enim quod in cordibus nostris estis ad conmoriendum et ad convivendum
[4] multa mihi fiducia est apud vos
8.24! multa mihi gloriatio pro vobis
Phlm 7 repletus sum consolatione
superabundo gaudio in omni tribulatione nostra
Act 20.2 [5] nam et cum venissemus Macedoniam
nullam requiem habuit caro nostra
sed omnem tribulationem passi
foris pugnae intus timores
1.3.4 [6] sed qui consolatur humiles
consolatus est nos Deus in adventu Titi
[7] non solum autem in adventu eius
sed etiam in solacio quo consolatus est in vobis
referens nobis vestrum desiderium
vestrum fletum
vestram aemulationem pro me
ita ut magis gauderem
[8] quoniam et si contristavi vos in epistula
non me paenitet
et si paeniteret
videns quod epistula illa et si ad horam vos contristavit
[9] nunc gaudeo
non quia contristati estis
sed quia contristati estis ad paenitentiam
contristati enim estis secundum Deum
ut in nullo detrimentum patiamini
ex nobis
[10] quae enim secundum Deum tristitia est
paenitentiam in salutem stabilem operatur
saeculi autem tristitia mortem operatur
[11] ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari vos
quantam in vobis operatur sollicitudinem
sed defensionem
sed indignationem
sed timorem
sed desiderium
sed aemulationem
sed vindictam
in omnibus exhibuistis vos incontaminatos esse negotio
[12] igitur et si scripsi vobis 2.4
non propter eum qui fecit iniuriam
nec propter eum qui passus est
sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam pro vobis habemus ad vos coram Deo
[13] ideo consolati sumus
in consolatione autem nostra
abundantius magis gavisi sumus super gaudium Titi
quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis I Cor 16.18
[14] et si quid apud illum de vobis gloriatus sum
non sum confusus
sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus
ita et gloriatio nostra quae fuit ad Titum
veritas facta est
[15] et viscera eius abundantius in vos sunt
reminiscentis omnium vestrum oboedientiam

2 [*iterum adest* R] | corrumpimus ASK | 3 condemnationem + uestram c | praediximus Φc | 4 [*deest* l *usque ad* 12,17] | 5 in macedoniam c | passi + sumus c. | 7 in solacio quod RS; in consolatione qua c | 10 tristitiam[2] GF. | 12 eum[1] *om.* AS. | ~ habemus pro uobis c. | ad uos *om.* ASKΦc | 13 super gaudio RΛc | 15 in uos AFK𝔊] in uobis *cet.* |

GA(R)
FSKCΛΦ(l)
cwo

quomodo cum timore et tremore excepistis eum
Gal 5,10; II Th 3,4 16 gaudeo quod in omnibus confido in vobis
8 notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei
quae data est in ecclesiis Macedoniae
2 quod in multo experimento tribulationis
abundantia gaudii ipsorum
et altissima paupertas eorum
abundavit in divitias simplicitatis eorum
3 quia secundum virtutem testimonium illis reddo
et supra virtutem voluntarii fuerunt
4 cum multa exhortatione obsecrantes nos
gratiam et communicationem ministerii quod fit in sanctos 9,1; I Cor 16,1
5 et non sicut speravimus
sed semet ipsos dederunt primum Domino
deinde nobis per voluntatem Dei
6 ita ut rogaremus Titum
ut quemadmodum coepit ita et perficiat in vos etiam gratiam istam
I Cor 1,5 7 sed sicut in omnibus abundatis fide et sermone et scientia
et omni sollicitudine
et caritate vestra in nos
ut et in hac gratia abundetis
8 non quasi imperans dico
sed per aliorum sollicitudinem etiam vestrae caritatis ingenitum bonum conprobans
9 scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi
quoniam propter vos egenus factus est cum esset dives
ut illius inopia vos divites essetis
10 et consilium in hoc do
hoc enim vobis utile est
qui non solum facere sed et velle coepistis ab anno priore
11 nunc vero et facto perficite
ut quemadmodum promptus est animus voluntatis
ita sit et perficiendi ex eo quod habetis
12 si enim voluntas prompta est
secundum id quod habet accepta est
non secundum quod non habet
13 non enim ut aliis sit remissio vobis autem tribulatio
sed ex aequalitate 14 in praesenti tempore
vestra abundantia illorum inopiam suppleat 9,12
ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum
ut fiat aequalitas
sicut scriptum est
15 qui multum non abundavit et qui modicum non minoravit Ex 16,18
16 gratias autem Deo qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi
17 quoniam exhortationem quidem suscepit
sed cum sollicitior esset sua voluntate profectus est ad vos
18 misimus etiam cum illo fratrem 22; 12,18
cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias
19 non solum autem sed et ordinatus ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae
in hac gratia quae ministratur a nobis
ad Domini gloriam et destinatam voluntatem nostram
20 devitantes hoc ne quis nos vituperet
in hac plenitudine quae ministratur a nobis
21 providemus enim bona non solum Prv 3,4 Lxx; Rm 12,17

GAR FSKCΛΦ cɯɒ
15 eum] illum c ‖ 8,2 tribulationis + eorum R | ipsorum + fuit c | 6 in uobis ASKΦ c; in nos F; uos C. | 7 et[3] + in G | et[4]] insuper et AKΦ c; et insuper F.; et super S. | 8 ingenitum GASK(*vid.*)., *cf.* 𝔊] ingenium *cet.* | 12 est[1] *om.* GF | quod[2]] id quod Φ c | 19 ordinatus + est c | in hanc gratiam c. |

coram Deo sed etiam coram homi-
nibus
18; 12.18 22 misimus autem cum illis et fratrem
nostrum quem probavimus in mul-
tis saepe sollicitum esse
nunc autem multo sollicitiorem con-
fidentia multa in vos
23 sive pro Tito qui est socius meus et in
vos adiutor
sive fratres nostri apostoli ecclesia-
rum gloriae Christi
24 ostensionem ergo quae est caritatis
7,4; II Th 1,4 vestrae et nostrae gloriae pro vobis
in illos ostendite in faciem ecclesia-
rum
8,4; I Cor 16,1 9 nam de ministerio quod fit in sanc-
tos
ex abundanti est mihi scribere vobis
2 scio enim promptum animum ves-
trum
pro quo de vobis glorior apud Ma-
cedonas
quoniam Achaia parata est ab anno
praeterito
et vestra aemulatio provocavit plu-
rimos
3 misi autem fratres
ut ne quod gloriamur de vobis eva-
cuetur in hac parte
ut quemadmodum dixi parati sitis
4 ne cum venerint mecum Macedones
et invenerint vos inparatos
erubescamus nos
11,17 ut non dicamus vos in hac substantia
5 necessarium ergo existimavi rogare
fratres
ut praeveniant ad vos
et praeparent repromissam benedic-
tionem hanc paratam esse
sic quasi benedictionem non quasi
avaritiam
Gal 6,8 6 hoc autem qui parce seminat parce
et metet
et qui seminat in benedictionibus de Prv 11,25
benedictionibus et metet
7 unusquisque prout destinavit corde
suo
non ex tristitia aut ex necessitate
hilarem enim datorem diligit Deus Rm 12,8; Prv 22,8 LXX; Sir 35,11
8 potens est autem Deus omnem gra-
tiam abundare facere in vobis
ut in omnibus semper omnem suffi-
cientiam habentes
abundetis in omne opus bonum
9 sicut scriptum est
dispersit dedit pauperibus iustitia Ps 111,9!
eius manet in aeternum
10 qui autem administrat semen semi- Is 55,10
nanti
et panem ad manducandum praesta-
bit
et multiplicabit semen vestrum
et augebit incrementa frugum iusti-
tiae vestrae
11 ut in omnibus locupletati abundetis
in omnem simplicitatem
quae operatur per nos gratiarum ac- 1,11
tionem Deo
12 quoniam ministerium huius officii 8,14
non solum supplet ea quae desunt
sanctis
sed etiam abundat per multas gratia-
rum actiones in Domino
13 per probationem ministerii huius
glorificantes Deum in oboedientia
confessionis vestrae
in evangelium Christi
et simplicitate communicationis in
illos et in omnes
14 et ipsorum obsecratione pro vobis
desiderantium vos propter eminen-
tem gratiam Dei in vobis
15 gratias Deo super inenarrabili dono
eius

23 in uobis FSC | gloria c. | 24 in facie GARSKΦ ‖ 9,2 macedones AKCcω | quon- GAR
iam + et Φc | 3 misimus GΛ | 4 ~ macedones mecum c | substantia + gloriae R. | FSKCΛΦ
5 praepararent R | promissam ASKCω | quasi²] tamquam c. | 6 autem + dico FSΦc; cωo
+ dico quoniam RΛ; + dico quia K | 7 in corde SΛc; de corde A. | ex² *om.* G | 9 in ae-
ternum] in saeculum saeculi Sc | 13 in oboedientiam RKC | 14 et *om.* G.; + in RΦc |
15 super enarrabili GAS ‖

Gal 5,2 **10** ipse autem ego Paulus obsecro vos
Rm 12,1 per mansuetudinem et modestiam
Christi
I Cor 2,3 qui in facie quidem humilis inter vos
absens autem confido in vobis
2 rogo autem ne praesens audeam per
eam confidentiam qua existimo au-
dere in quosdam
qui arbitrantur nos tamquam secun-
dum carnem ambulemus
3 in carne enim ambulantes
non secundum carnem militamus
4 nam arma militiae nostrae non car-
nalia sed potentia Deo
ad destructionem munitionum
consilia destruentes
5 et omnem altitudinem extollentem
se adversus scientiam Dei
et in captivitatem redigentes omnem
intellectum in obsequium Christi
6 et in promptu habentes ulcisci om-
nem inoboedientiam
cum impleta fuerit vestra oboedien-
tia
7 quae secundum faciem sunt videte
si quis confidit sibi Christi se esse
hoc cogitet iterum apud se
11,23 quia sicut ipse Christi est ita et nos
12,6 8 nam et si amplius aliquid gloriatus
13,10 fuero de potestate nostra
quam dedit Dominus in aedificatio-
nem et non in destructionem ves-
tram
non erubescam
9 ut autem non existimer tamquam
terrere vos per epistulas
10 quoniam quidem epistulae inquiunt
graves sunt et fortes
praesentia autem corporis infirma et
11,6 sermo contemptibilis
11 hoc cogitet qui eiusmodi est
quia quales sumus verbo per epistu-
las absentes
tales et praesentes in facto
12 non enim audemus inserere aut con-
parare nos quibusdam qui se ipsos
commendant
sed ipsi in nobis nosmet ipsos meti-
entes
et conparantes nosmet ipsos nobis
13 nos autem non in inmensum gloria-
bimur
sed secundum mensuram regulae Rm 12,3; Eph 4,7
quam mensus est nobis Deus
mensuram pertingendi usque ad vos
14 non enim quasi non pertingentes ad
vos superextendimus nos
usque ad vos enim pervenimus in
evangelio Christi
15 non in inmensum gloriantes in alie-
nis laboribus
spem autem habentes crescentis fi-
dei vestrae in vobis magnificari
secundum regulam nostram in abun-
dantiam 16 etiam in illa quae ultra
vos sunt evangelizare Rm 15,20
non in aliena regula in his quae prae-
parata sunt gloriari
17 qui autem gloriatur in Domino glo- Ier 9,24; I Cor 1,31!
rietur
18 non enim qui se ipsum commendat
ille probatus est
sed quem Dominus commendat
11 utinam sustineretis modicum quid
insipientiae meae
sed et subportate me
2 aemulor enim vos Dei aemulatione
despondi enim vos uni viro virginem
castam exhibere Christo
3 timeo autem ne sicut serpens Evam Gn 3,13
seduxit astutia sua
ita corrumpantur sensus vestri et ex-
cidant a simplicitate quae est in
Christo
4 nam si is qui venit alium Christum Gal 1,8.9
praedicat quem non praedicavimus

GAR FSKCΛΦ cιwo
10,1 in faciem AFS | humilis + sum Λc | 2 autem + uos Rc | qua] quae ASK; quam G. | existimor AKΛΦco | 4 carnalia + sunt c | 7 confidet GASKCΦ | se[1] *om.* GC | 8 ~ aliquid amplius R | dedit] *praem.* nobis F; + nobis Sc | 9 autem *om.* RF. | 11 hoc + ergo RSCΦ | 13 quam] qua Kc | 16 iis c. | parata AΛ | 18 dominus] deus RΛc || **11**,3 christo + iesu RFSΛ |

aut alium spiritum accipitis quem non accepistis
aut aliud evangelium quod non recepistis
recte pateremini
12,11 [5]existimo enim nihil me minus fecisse magnis apostolis
10,10 [6]et si inperitus sermone
sed non scientia
12,12 in omnibus autem manifestatus sum vobis
[7]aut numquid peccatum feci me ipsum humilians ut vos exaltemini
1 Cor 9,18 quoniam gratis evangelium Dei evangelizavi vobis
[8]alias ecclesias expoliavi accipiens stipendium ad ministerium vestrum
[9]et cum essem apud vos et egerem
12,13.14 nulli onerosus fui
Phil 4,15 nam quod mihi deerat suppleverunt fratres qui venerunt a Macedonia
et in omnibus sine onere me vobis servavi et servabo
Rm 9,1 [10]est veritas Christi in me
quoniam haec gloria non infringetur in me in regionibus Achaiae
[11]quare quia non diligo vos
Deus scit
[12]quod autem facio et faciam
ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem
ut in quo gloriantur inveniantur sicut et nos
[13]nam eiusmodi pseudoapostoli
operarii subdoli
transfigurantes se in apostolos Christi
[14]et non mirum
ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis
[15]non est ergo magnum si ministri eius
transfigurentur velut ministri iustitiae
quorum finis erit secundum opera ipsorum II Tim 4,14!
[16]iterum dico
ne quis me putet insipientem
alioquin velut insipientem accipite me
ut et ego modicum quid glorier
[17]quod loquor
non loquor secundum Dominum
sed quasi in insipientia in hac substantia gloriae 9,4
[18]quoniam multi gloriantur secundum carnem Gal 6,13; Phil 3,4
et ego gloriabor
[19]libenter enim suffertis insipientes
cum sitis ipsi sapientes
[20]sustinetis enim
si quis vos in servitutem redigit
si quis devorat
si quis accipit
si quis extollitur
si quis in faciem vos caedit
[21]secundum ignobilitatem dico
quasi nos infirmi fuerimus
in quo quis audet
in insipientia dico
audeo et ego
[22]Hebraei sunt et ego Phil 3,5
Israhelitae sunt et ego Rm 11,1
semen Abrahae sunt et ego
[23]ministri Christi sunt 6,4.5; 10,7
minus sapiens dico plus ego
in laboribus plurimis
in carceribus abundantius
in plagis supra modum
in mortibus frequenter
[24]a Iudaeis quinquies quadragenas una minus accepi Dt 25,3
[25]ter virgis caesus sum
semel lapidatus sum

4 spiritum] christum RFS. | accipitis] accepistis AFC | 5 a magnis ΛΦ c | 6 nam et si Φ c; sed et si F | manifestus sum K; manifestati sumus c. | 10 gloria] gloriatio R c | 12 gloriantur + tales R | 13 pseudoapostoli + sunt c | 16 insipientem[1] + esse RΦ c | et *om.* RFS (*vid.*) | 17 dominum GASK ɒ 𝔊] deum *cet.* | in insipientiam AΦ. | 21 fuerimus + in hac parte FS c | in insipientiam RCΦ; insipientia GΛ; insipientiam A | 23 sunt + et ego RFSΦ | minus sapiens G., *cf.* 𝔊] *praem.* ut *cet.* | super GΛ. |

GAR
FSKCΛΦ
cιɒɒ

ter naufragium feci
nocte et die in profundo maris fui
26 in itineribus saepe
periculis fluminum
periculis latronum
periculis ex genere
periculis ex gentibus
periculis in civitate
periculis in solitudine
periculis in mari
periculis in falsis fratribus
6,5 27 in labore et aerumna
in vigiliis multis
in fame et siti
in ieiuniis multis
in frigore et nuditate
28 praeter illa quae extrinsecus sunt
instantia mea cotidiana
sollicitudo omnium ecclesiarum
I Cor 9,22 29 quis infirmatur et non infirmor
quis scandalizatur et ego non uror
12,5 30 si gloriari oportet
quae infirmitatis meae sunt gloriabor
31 Deus et Pater Domini Iesu scit
Rm 1,25; 9,5 qui est benedictus in saecula
quod non mentior
Act 9,24.25 32 Damasci praepositus gentis Aretae regis
custodiebat civitatem Damascenorum ut me conprehenderet
Ios 2,15! 33 et per fenestram in sporta dimissus sum per murum
et effugi manus eius
12 si gloriari oportet
non expedit quidem
veniam autem ad visiones et revelationes Domini
2 scio hominem in Christo ante annos quattuordecim
sive in corpore nescio
sive extra corpus nescio
Deus scit
raptum eiusmodi usque ad tertium caelum
3 et scio huiusmodi hominem
sive in corpore sive extra corpus nescio Deus scit
4 quoniam raptus est in paradisum
et audivit arcana verba quae non licet homini loqui
5 pro eiusmodi gloriabor
pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis 11,30
6 nam et si voluero gloriari non ero insipiens 10,8
veritatem enim dicam
parco autem ne quis in me existimet supra id quod videt me aut audit ex me
7 et ne magnitudo revelationum extollat me
datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanae ut me colaphizet
8 propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me
9 et dixit mihi sufficit tibi gratia mea
nam virtus in infirmitate perficitur
libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis
ut inhabitet in me virtus Christi
10 propter quod placeo mihi in infirmitatibus
in contumeliis
in necessitatibus
in persecutionibus
in angustiis pro Christo
cum enim infirmor tunc potens sum
11 factus sum insipiens vos me coegistis
ego enim debui a vobis commendari
nihil enim minus fui ab his qui sunt supra modum apostoli 11,5
tametsi nihil sum

GAR FSKCΛΦ cϖo

25 in profundum AFSCΦ | 29 non[1] G𝔊] non ego R.; ego non *cet.* | 31 domini GAKo.𝔊] + nostri *cet.* | iesu GARo.𝔊] + christi *cet.* | ~ qui est benedictus in saecula scit c | 33 in sportam AFSC | demissus F | et[2] + sic FKc || **12**,2 huiusmodi FΦc | 4 licebat AΦ | 5 huiusmodi Fc | nihil] non R | 6 in me GACo𝔊] me *cet.* | uidet + in Φc | audit] *praem.* aliquid c.; + aliquid RS | 7 meae *om.* R. | ut] qui RΛc | 10 infirmitatibus + meis c | 11 ~ a uobis debui AΦc | enim[2] *om.* G | fui] feci R | iis c. | super AKC | tamen et si ARK |

11,6; Hbr 2,4! Rm 15,18.19 [12]signa tamen apostoli facta sunt super vos
in omni patientia
signis et prodigiis et virtutibus
[13]quid est enim quod minus habuistis prae ceteris ecclesiis
11,9 nisi quod ego ipse non gravavi vos
donate mihi hanc iniuriam
13,1 [14]ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos
11,9 et non ero gravis vobis
non enim quaero quae vestra sunt sed vos
nec enim debent filii parentibus thesaurizare
sed parentes filiis
Phil 2,17; I Th 2,8 [15]ego autem libentissime inpendam
et superinpendar ipse pro animabus vestris
licet plus vos diligens minus diligar
[16]sed esto ego vos non gravavi
sed cum essem astutus dolo vos cepi
7,2 [17]numquid per aliquem eorum quos misi ad vos circumveni vos
8,18.22 [18]rogavi Titum et misi cum illo fratrem
numquid Titus vos circumvenit
nonne eodem spiritu ambulavimus
nonne hisdem vestigiis
[19]olim putatis quod excusemus nos apud vos
2,17! coram Deo in Christo loquimur
omnia autem carissimi propter vestram aedificationem
[20]timeo enim ne forte cum venero non quales volo inveniam vos
Rm 1,29–31; II Tim 3,2–4 et ego inveniar a vobis qualem non vultis
ne forte contentiones
aemulationes
animositates
dissensiones
detractiones
susurrationes
inflationes
seditiones sint inter vos
[21]ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos 2,1
et lugeam multos ex his qui ante peccaverunt et non egerunt paenitentiam
super inmunditia et fornicatione et inpudicitia quam gesserunt
13 ecce tertio hoc venio ad vos 12,14
in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum Dt 19,15! Mt 18,16!
[2]praedixi et praedico Gal 1,9; 5,21
ut praesens bis et nunc absens his qui ante peccaverunt et ceteris omnibus
quoniam si venero iterum non parcam
[3]an experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christi
qui in vos non infirmatur sed potens est in vobis
[4]nam et si crucifixus est ex infirmitate
sed vivit ex virtute Dei
nam et nos infirmi sumus in illo
sed vivemus cum eo ex virtute Dei in vobis
[5]vosmet ipsos temptate si estis in fide
ipsi vos probate I Cor 11,28; Gal 6,4
an non cognoscitis vos ipsos quia Christus Iesus in vobis est
nisi forte reprobi estis Rm 8,10!
[6]spero autem quod cognoscetis quia nos non sumus reprobi
[7]oramus autem Deum ut nihil mali faciatis
non ut nos probati pareamus
sed ut vos quod bonum est faciatis
nos autem ut reprobi simus
[8]non enim possumus aliquid adversus veritatem

GAR FSKCΛΦ(l) cɯɒ

12 apostoli] apostolatus mei Φ c | patientia] potentia AKC; + in c. | 18 [*iterum adest* l] | isdem GAKɒ; iisdem c.; eisdem CΛl | 19 ~ aedificationem uestram c. | 21 iis c. || **13**,2 bis] uobis A; *om.* Φ c | iis c. | 3 christi RCΛl𝔊] christus *cet.* | in uos] in uobis RSΦ c | 4 infirmitate + nostra RS | uiuet AKl | uiuimus RFSCΛΦ | 5 uos ipsos] uosmet ipsos S c; uos R; medipsos C. | 6 cognoscitis RFΦ | 7 autem[1] + ad R | appareamus c | sumus AS |

sed pro veritate
I Cor 4,10 9 gaudemus enim quando nos infirmi
sumus
vos autem potentes estis
hoc et oramus vestram consumma-
tionem
2,3 10 ideo haec absens scribo
ut non praesens durius agam
10,8 secundum potestatem quam Domi-
nus dedit mihi in aedificationem et
non in destructionem
Phil 3,1! I Th 5,16 11 de cetero fratres gaudete
perfecti estote
exhortamini
idem sapite
Rm 15,33; Phil 4,9; II Th 3,16! pacem habete
et Deus dilectionis et pacis erit vo-
biscum
Rm 16,16; I Cor 16,20; I Th 5,26! 12 salutate invicem in osculo sancto
salutant vos sancti omnes
Rm 16,20! II Th 3,18; Tit 3,15; Apc 22,21 13 gratia Domini nostri Iesu Christi
et caritas Dei
et communicatio Sancti Spiritus
cum omnibus vobis amen

EXPLICIT EPISTULA AD CORINTHIOS ·II·

INCIPIT AD GALATAS

Rm 1,1! I Cor 1,1! I Tim 1,1! Laod 1 Paulus apostolus non ab homini-
bus neque per hominem
12 sed per Iesum Christum et Deum
Rm 4,24! Patrem qui suscitavit eum a mortu-
is
2 et qui mecum sunt omnes fratres
ecclesiis Galatiae
Rm 1,7! 3 gratia vobis et pax a Deo Patre et
Domino nostro Iesu Christo
Rm 4,25! Tit 2,14 4 qui dedit semet ipsum pro peccatis
nostris
Sir 51,16; Act 2,40 ut eriperet nos de praesenti saeculo
nequam
secundum voluntatem Dei et Patris
nostri
5 cui est gloria in saecula saeculorum Rm 11,36! Phil 4,20; Or Man 15
amen
6 miror quod sic tam cito transferi-
mini ab eo qui vos vocavit in gra- 15; 5,8
tiam Christi
in aliud evangelium
7 quod non est aliud
nisi sunt aliqui qui vos conturbant Act 15,24
et volunt convertere evangelium
Christi
8 sed licet nos aut angelus de caelo
evangelizet vobis
praeterquam quod evangelizavimus 8.9: II Cor 11,4
vobis
anathema sit
9 sicut praediximus et nunc iterum di- 5,21; II Cor 13,2
co
si quis vobis evangelizaverit praeter
id quod accepistis
anathema sit
10 modo enim hominibus suadeo aut II Cor 5,11
Deo
aut quaero hominibus placere I Th 2,4
si adhuc hominibus placerem Chris-
ti servus non essem
11 notum enim vobis facio fratres evan- I Cor 15,1; I Th 2,13
gelium quod evangelizatum est a
me
quia non est secundum hominem
12 neque enim ego ab homine accepi 1
illud neque didici
sed per revelationem Iesu Christi
13 audistis enim conversationem meam
aliquando in iudaismo
quoniam supra modum persequebar Act 8,3; I Cor 15,9; Phil 3,6
ecclesiam Dei et expugnabam illam
14 et proficiebam in iudaismo supra
multos coetaneos in genere meo
abundantius aemulator existens pa- Act 22,3!

GAR FSKCΛΦI cwo 9 quando] quoniam c. | 11 ~ pacis et dilectionis FΦc | 12 ~ omnes sancti Φc | 13 ~ spiritus sancti AK; + sit c | amen *om.* R ||

Ad Galatas. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦI *ac* cw(*sicubi ab* o *differt*)o. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad galatas c || 1,1 [*adest* I *usque ad* 3,29] | 3 ~ nostro et domino RFSΛ | 6 transferemini AFΦw; transferamini G | 8 praeterquam quod] praeter quod R; praeter quam C | 10 aut¹] an RFSc | aut²] an c. | 14 coetaneos + meos Φc |

ternarum mearum traditionum
Is 49,1! 15 cum autem placuit ei qui me segregavit de utero matris meae
6 et vocavit per gratiam suam
2,2.7; Act 9,15! Eph 3,8; I Tim 2,7! 16 ut revelaret Filium suum in me
ut evangelizarem illum in gentibus
continuo non adquievi carni et sanguini
17 neque veni Hierosolyma ad antecessores meos apostolos
sed abii in Arabiam et iterum reversus sum Damascum
Act 9,26 18 deinde post annos tres veni Hierosolyma videre Petrum
et mansi apud eum diebus quindecim
19 alium autem apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem Domini
20 quae autem scribo vobis ecce coram Deo quia non mentior
21 deinde veni in partes Syriae et Ciliciae
I Th 2,14 22 eram autem ignotus facie ecclesiis Iudaeae quae erant in Christo
23 tantum autem auditum habebant
quoniam qui persequebatur nos aliquando
nunc evangelizat fidem quam aliquando expugnabat
24 et in me clarificabant Deum
2 deinde post annos quattuordecim
Act 15,2 iterum ascendi Hierosolyma cum Barnaba adsumpto et Tito
2 ascendi autem secundum revelationem
1,16! et contuli cum illis evangelium quod praedico in gentibus
6 seorsum autem his qui videbantur
4,11! Phil 2,16! I Th 3,5! ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem
3 sed neque Titus qui mecum erat cum esset gentilis conpulsus est circumcidi
4 sed propter subintroductos falsos fratres Iud 4
qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu
ut nos in servitutem redigerent
5 quibus neque ad horam cessimus subiectioni
ut veritas evangelii permaneat apud vos
6 ab his autem qui videbantur esse aliquid 2
quales aliquando fuerint nihil mea interest
Deus personam hominis non accipit Act 10,34! Eph 6,9! Iac 2,1!
mihi enim qui videbantur nihil contulerunt
7 sed e contra cum vidissent quod creditum est mihi evangelium praeputii 1,16! Tit 1,3; I Tim 1,11!
sicut Petro circumcisionis
8 qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis
operatus est et mihi inter gentes
9 et cum cognovissent gratiam quae data est mihi Rm 12,3! I Cor 3,10
Iacobus et Cephas et Iohannes qui videbantur columnae esse
dextras dederunt mihi et Barnabae societatis
ut nos in gentes ipsi autem in circumcisionem
10 tantum ut pauperum memores essemus
quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere
11 cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restiti
quia reprehensibilis erat
12 prius enim quam venirent quidam ab

GAR FSKCΛΦI 𝔠𝔴𝔬

15 de] ex 𝔠 | uocauit + me RS. | 17 hierosolymam GCΛΦI 𝔠𝔬: *praem.* in C | in arabia A | 18 hierosolymam GKCΛΦ 𝔠𝔬 | 20 quia] quoniam A.; quod S. ‖ **2**,1 hierosolymam SCΛΦ 𝔠𝔬 | cum barnaban R | 2 his] iis 𝔠. | uidebantur + aliquid esse FSΦ 𝔠; + esse aliquid K. | cucurrerem GA | 4 sed *om.* RΛ | subintroductos + autem ARSKΦ | 5 subiectione 𝔠. | 6 iis 𝔠. | uidebantur² + esse G.; + esse aliquid FSΦ 𝔠 | 7 e contrario AFS; contra CI | sicut + et 𝔠 | 9 in circumcisione RS |

Act 11,3 Iacobo cum gentibus edebat
cum autem venissent subtrahebat et segregabat se
timens eos qui ex circumcisione erant
13 et simulationi eius consenserunt ceteri Iudaei
ita ut et Barnabas duceretur ab eis in illa simulatione
Laod 4 14 sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem evangelii
dixi Cephae coram omnibus
si tu cum Iudaeus sis gentiliter et non iudaice vivis
quomodo gentes cogis iudaizare
15 nos natura Iudaei et non ex gentibus peccatores
Rm 3,20! 28! 4,5! 16 scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis
nisi per fidem Iesu Christi
et nos in Christo Iesu credidimus
3,24 ut iustificemur ex fide Christi
et non ex operibus legis
propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro
17 quod si quaerentes iustificari in Christo
inventi sumus et ipsi peccatores
numquid Christus peccati minister est absit
18 si enim quae destruxi haec iterum aedifico
praevaricatorem me constituo
Rm 6,10; 7,4; Col 3,3 19 ego enim per legem legi mortuus sum ut Deo vivam
Christo confixus sum cruci
20 vivo autem iam non ego
Rm 8,10! vivit vero in me Christus
quod autem nunc vivo in carne
in fide vivo Filii Dei
Rm 4,25! Eph 5,2.25; qui dilexit me et tradidit se ipsum
pro me I Io 3,16!
21 non abicio gratiam Dei
si enim per legem iustitia
ergo Christus gratis mortuus est
3 o insensati Galatae
quis vos fascinavit
ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est crucifixus
2 hoc solum volo a vobis discere
ex operibus legis Spiritum accepistis 5
an ex auditu fidei
3 sic stulti estis
cum Spiritu coeperitis nunc carne consummamini
4 tanta passi estis sine causa
si tamen sine causa
5 qui ergo tribuit vobis Spiritum 2
et operatur virtutes in vobis
ex operibus legis
an ex auditu fidei
6 sicut Abraham credidit Deo et reputatum est ei ad iustitiam Gn 15,6! Rm 4,3! Iac 2,23
7 cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt hii sunt filii Abrahae 29
8 providens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus Rm 3,30
praenuntiavit Abrahae
quia benedicentur in te omnes gentes Gn 12,3! Act 3,25
9 igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham Rm 4,16
10 quicumque enim ex operibus legis sunt Iac 2,10
sub maledicto sunt
scriptum est enim
maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis ut faciat ea Dt 27,26!
11 quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum Act 13,38; Rm 3,20!
manifestum est

GAR FSKCΛΦI cωo

13 in illam simulationem GRKΛΦc | 14 ~ uiuis et non iudaice Φc | 16 iustificabitur[1] RΛ | credimus AFSΛΦcω | 18 ~ iterum haec c. | reaedifico ASΦ | 20 semet ipsum ARCΛIc | 21 ~ gratis christus Φcω || 3,1 fascinauit + ueritati non oboedire A; + non obedire ueritati c.; + non oboedire S.; + non credere ueritati CΛΦ | ~ christus iesus FSCΛI | praescriptus AKCΛΦcω | est + in uobis FSΦc; + et R | 2 ~ a uobis uolo FSΦc | 3 cum ΛKCI𝔊] ut cum *cet.* | consummemini Rc | 6 sicut + scriptum est FSc | ei] illi RSΛc | 7 cognoscite AFKΛΦcω | ii c. | 10 non *om.* A |

Hab 2,4! Rm 1,17 quia iustus ex fide vivit
Rm 10,5! 12 lex autem non est ex fide
sed qui fecerit ea vivet in illis
4,5; Rm 8,2! 13 Christus nos redemit de maledicto legis
II Cor 5,21 factus pro nobis maledictum
quia scriptum est
Dt 21,23 maledictus omnis qui pendet in ligno
14 ut in gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Iesu
Io 7,39 ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem
Rm 3,5; I Cor 9,8 15 fratres secundum hominem dico
tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat
Lc 1,55; Rm 4,13; Gn 12,7 16 Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius
non dicit et seminibus quasi in multis
sed quasi in uno
et semini tuo qui est Christus
17 hoc autem dico
testamentum confirmatum a Deo
quae post quadringentos et triginta annos facta est lex
non irritam facit ad evacuandam promissionem
Rm 4,14 18 nam si ex lege hereditas iam non ex repromissione
Hbr 6,13 Abrahae autem per promissionem donavit Deus
19 quid igitur lex
Rm 4,15! 5,20! propter transgressiones posita est
donec veniret semen cui promiserat
Act 7,38.53; Hbr 2,2 ordinata per angelos in manu mediatoris
20 mediator autem unius non est
Deus autem unus est
21 lex ergo adversus promissa Dei absit
si enim data esset lex quae posset vivificare
vere ex lege esset iustitia
22 sed conclusit scriptura omnia sub peccato Rm 11,32
ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus
23 prius autem quam veniret fides
sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quae revelanda erat I Pt 1,5
24 itaque lex pedagogus noster fuit in Christo
ut ex fide iustificemur 2,16!
25 at ubi venit fides iam non sumus sub pedagogo
26 omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu 4,6; Io 1,12! Rm 8,16
27 quicumque enim in Christo baptizati estis Christum induistis Act 8,16! Rm 6,3; 13,14; Eph 4,24; Col 3,10
28 non est Iudaeus neque Graecus 5,6! Rm 10,12! I Cor 12,13; Col 3,11
non est servus neque liber
non est masculus neque femina
omnes enim vos unum estis in Christo Iesu
29 si autem vos Christi
ergo Abrahae semen estis 7
secundum promissionem heredes
4 dico autem quanto tempore heres parvulus est
nihil differt servo cum sit dominus omnium
2 sed sub tutoribus est et actoribus
usque ad praefinitum tempus a patre
3 ita et nos
cum essemus parvuli sub elementis mundi eramus servientes
4 at ubi venit plenitudo temporis Mc 1,15; Hbr 9,26; I Pt 1,20
misit Deus Filium suum
factum ex muliere factum sub lege
5 ut eos qui sub lege erant redimeret 3,13!
ut adoptionem filiorum reciperemus 5,6; Rm 8,14.15
6 quoniam autem estis filii 3,26! Rm 8,16
misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem Abba Pater Mc 14,36

12 uiuit GRFSA | 13 redimit A | 17 irritum S co | 18 ex promissione I c | per promissiones A.; per repromissionem RFSΦ co | 20 unius] unus GA | 21 possit GFSA | 26 fidem + quae est C I c | 29 ~ semen abrahae cω. | [*deest* l *usque ad* 6,18] || 4,1 a seruo RFSKΛΦ co | 2 auctoribus G | ~ et actoribus est FΦ c | 3 et *om.* G | 6 uestra R c |

GAR FSKCΛΦ(l) cωo

7 itaque iam non es servus sed filius
Rm 8,17 quod si filius et heres per Deum
8 sed tunc quidem ignorantes Deum
his qui natura non sunt dii serviebatis
9 nunc autem cum cognoveritis Deum
immo cogniti sitis a Deo
quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa
quibus denuo servire vultis
10 dies observatis et menses et tempora et annos
2,2; Is 49,4; Phil 2,16; I Th 3,5! 11 timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis
I Cor 4,16! 12 estote sicut et ego
quia et ego sicut vos
fratres obsecro vos
nihil me laesistis
I Cor 2,3 13 scitis autem quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis iam pridem
14 et temptationem vestram in carne mea non sprevistis neque respuistis
sed sicut angelum Dei excepistis me sicut Christum Iesum
15 ubi est ergo beatitudo vestra
testimonium enim perhibeo vobis
quia si fieri posset oculos vestros eruissetis et dedissetis mihi
16 ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis
17 aemulantur vos non bene
sed excludere vos volunt ut illos aemulemini
18 bonum autem aemulamini in bono semper
et non tantum cum praesens sum apud vos
19 filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis
20 vellem autem esse apud vos modo
et mutare vocem meam quoniam confundor in vobis
21 dicite mihi qui sub lege vultis esse legem non legistis
22 scriptum est enim quoniam Abraham duos filios habuit
unum de ancilla et unum de libera
23 sed qui de ancilla secundum carnem natus est
qui autem de libera per repromissionem
24 quae sunt per allegoriam dicta
haec enim sunt duo testamenta
unum quidem a monte Sina in servitutem generans
quae est Agar
25 Sina enim mons est in Arabia
qui coniunctus est ei quae nunc est Hierusalem et servit cum filiis eius
26 illa autem quae sursum est Hierusalem libera est
quae est mater nostra IV Esr 10,7
27 scriptum est enim
laetare sterilis quae non paris Is 54,1!
erumpe et exclama quae non parturis
quia multi filii desertae magis quam eius quae habet virum
28 nos autem fratres
secundum Isaac promissionis filii sumus
29 sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum
ita et nunc
30 sed quid dicit scriptura
eice ancillam et filium eius Gn 21,10
non enim heres erit filius ancillae cum filio liberae
31 itaque fratres
non sumus ancillae filii sed liberae
qua libertate nos Christus liberavit
5 state et nolite iterum iugo servitutis contineri
2 ecce ego Paulus dico vobis II Cor 10,1!
quoniam si circumcidamini Christus vobis nihil proderit

GAR FSKCΛΦ cɯo 7 es ARSΦ𝔊] est *cet.* | 8 iis c. | 9 immo + et G | sitis] estis RSCΛ | 12 et[1] *om.* KCΛ Φc | 15 possit F; potuisset SΛ; potest R. | 24 a] in c | 25 iunctus A. | eius] suis FS KCΛc | 27 exclama GFSC] clama *cet.* | 29 qui[1]] is qui c | 31 ~ christus nos liberauit Rcɯo; ~ liberauit nos christus Φ. || 5,2 prodest R |

Rm 2,25! 3 testificor autem rursum omni homi-
ni circumcidenti se
quoniam debitor est universae legis
faciendae
4 evacuati estis a Christo qui in lege
iustificamini
a gratia excidistis
5 nos enim spiritu ex fide spem iusti-
tiae expectamus
3,28! 6,15; I Cor 7,19! I Tim 1,5 6 nam in Christo Iesu neque circum-
cisio aliquid valet neque praeputi-
um
sed fides quae per caritatem opera-
tur
7 currebatis bene
quis vos inpedivit veritati non oboe-
dire
1,6! 8 persuasio non est ex eo qui vocat vos
I Cor 5,6 9 modicum fermentum totam massam
corrumpit
II Cor 7,16! 10 ego confido in vobis in Domino
quod nihil aliud sapietis
qui autem conturbat vos portabit
iudicium quicumque est ille
11 ego autem fratres si circumcisionem
adhuc praedico
quid adhuc persecutionem patior
ergo evacuatum est scandalum cru-
cis
12 utinam et abscidantur qui vos con-
turbant
13 vos enim in libertatem vocati estis
fratres
I Pt 2,16 tantum ne libertatem in occasionem
detis carnis
sed per caritatem servite invicem
Mt 22,39.40! 14 omnis enim lex in uno sermone im-
pletur
diliges proximum tuum sicut te ip-
sum
15 quod si invicem mordetis et comedi-
tis
videte ne ab invicem consumamini
16 dico autem spiritu ambulate et de-
siderium carnis non perficietis
17 caro enim concupiscit adversus spi- Rm 7,23; I Pt 2,11!
ritum
spiritus autem adversus carnem
haec enim invicem adversantur
ut non quaecumque vultis illa fa- Rm 7,15.19
ciatis
18 quod si spiritu ducimini Rm 8,14
non estis sub lege Rm 6,14
19 manifesta autem sunt opera carnis 19.20: I Cor 6,9! Apc 22,15!
quae sunt
fornicatio inmunditia 19—21: Rm 1,28–32
luxuria 20 idolorum servitus
veneficia inimicitiae
contentiones aemulationes
irae rixae dissensiones
sectae 21 invidiae homicidia
ebrietates comesationes
et his similia
quae praedico vobis sicut praedixi 1,9: II Cor 13,2
quoniam qui talia agunt regnum Dei
non consequentur
22 fructus autem Spiritus est Sap 1,6; Eph 5,9
caritas gaudium pax
longanimitas bonitas
benignitas 23 fides
modestia continentia
adversus huiusmodi non est lex
24 qui autem sunt Christi 6,14; Col 3,5
carnem crucifixerunt cum vitiis et
concupiscentiis
25 si vivimus spiritu
spiritu et ambulemus 16
26 non efficiamur inanis gloriae cupidi Phil 2,3!
invicem provocantes
invicem invidentes
6 fratres et si praeoccupatus fuerit Mt 18,15; Lc 17,3; Iac 5,19
homo in aliquo delicto

8 persuasio + haec Fϲ | 10 in[1] *om.* A. | portauit GAFSΛ | 12 et *om.* R | abscindantur Fϲ | 13 in libertate RS | caritatem + spiritus ϲ | in inuicem GFK | 14 diligis GAFSKC | 15 consummamini RF; consummini A. | 16 desideria RSΦϲ | 17 inuicem] *praem.* sibi SΛϲ; + sibi FC | 18 ducemini A | 19 ~ sunt autem Cϲ | fornicationes inmunditiae R; + impudicitia ϲ | luxuriae R | 22 longanimitas — 23 fides *om.* Λ. | longanimitas] *praem.* patientia R; + patientia Φ | ~ patientia benignitas bonitas longanimitas ϲ. | 23 fides] *praem.* mansuetudo Φϲ; + patientia mansuetudo SC | continentia + castitas Φϲ | 24 carnem GAKo.𝔊] + suam *cet.* | 25 ~ spiritu uiuimus RΦϲ ||

GAR FSKCΛΦ cωο

vos qui spiritales estis huiusmodi
instruite in spiritu lenitatis
I Cor 10,12 considerans te ipsum ne et tu temp-
teris
2 alter alterius onera portate
et sic adimplebitis legem Christi
I Cor 8,2 3 nam si quis existimat se aliquid esse
cum sit nihil
ipse se seducit
I Cor 11,28; II Cor 13,5 4 opus autem suum probet unusquis-
que
et sic in semet ipso tantum glori-
am habebit
et non in altero
5 unusquisque enim onus suum porta-
bit
Rm 15,27; I Cor 9,11.14 6 communicet autem is qui catecizatur
verbum ei qui se catecizat in omni-
bus bonis
Iac 1,16 7 nolite errare
Deus non inridetur
II Cor 9,6 8 quae enim seminaverit homo
haec et metet
quoniam qui seminat in carne sua
Rm 8,6! 13! de carne et metet corruptionem
qui autem seminat in spiritu
de spiritu metet vitam aeternam
II Th 3,13 9 bonum autem facientes non deficia-
mus
tempore enim suo metemus non de-
ficientes
10 ergo dum tempus habemus
operemur bonum ad omnes
maxime autem ad domesticos fi-
dei
Phlm 19 11 videte qualibus litteris scripsi vobis
mea manu
12 quicumque volunt placere in carne
hii cogunt vos circumcidi
tantum ut crucis Christi persecutio-
nem non patiantur
13 neque enim qui circumciduntur le-
gem custodiunt
sed volunt vos circumcidi
ut in carne vestra glorientur II Cor 11,18
14 mihi autem absit gloriari nisi in cru- I Cor 1,31!
ce Domini nostri Iesu Christi
per quem mihi mundus crucifixus 5,24
est et ego mundo
15 in Christo enim Iesu neque circum- 5,6!
cisio aliquid valet
neque praeputium
sed nova creatura
16 et quicumque hanc regulam secuti Phil 3,16!
fuerint
pax super illos et misericordia Ps 124,5!
et super Israhel Dei
17 de cetero nemo mihi molestus sit
ego enim stigmata Iesu in corpore II Cor 4,10
meo porto
18 gratia Domini nostri Iesu Christi cum Rm 16,20! Phil 4,23; II Tim 4,22; Phlm 25
spiritu vestro fratres amen

EXPLICIT EPISTULA AD GALATAS

INCIPIT AD EPHESIOS

Paulus apostolus Christi Iesu per 1,2: II Cor 1,1.2! Col 1,1–3
voluntatem Dei
sanctis omnibus qui sunt Ephesi et
fidelibus in Christo Iesu
2 gratia vobis et pax a Deo Patre nos-
tro et Domino Iesu Christo
3 benedictus Deus et Pater Domini Rm 15,6; I Cor 1,3; I Pt 1,3
nostri Iesu Christi
qui benedixit nos in omni benedic-
tione spiritali in caelestibus in
Christo
4 sicut elegit nos in ipso ante mundi 4.5: Rm 8,28.29
constitutionem
ut essemus sancti et inmaculati in 5,27; Col 1,22!
conspectu eius in caritate
5 qui praedestinavit nos in adoptionem

GAR FSKCΛΦ cɯɒ 6,1 ~ instruite huiusmodi A | 3 ~ nihil sit FCΛ c | se² *om.* G | 6 uerbo c | 12 quicumque + enim RFSΦ c | 13 circumciduntur + hi R | 17 stigmata + domini c ||

GAR FSKCΛΦ cɯɒb **Ad Ephesios.** *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦk (= J *apud* b) s *ac* cɯ(*sicubi ab* ɒ *differt*) ɒb. [*de* S KΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad ephesios c || 1,1 [*desunt* k *usque ad* 6,6 *et* s *usque ad* 6,21] | ~ iesu christi RFSCΛ c | ~ omnibus sanctis c. | et *om.* RS | 5 in optionem A |

filiorum per Iesum Christum in ipsum
5.6: 11.12 secundum propositum voluntatis suae
6 in laudem gloriae gratiae suae
in qua gratificavit nos in dilecto
Rm 3,25! Col 1,14! Hbr 9,22; I Io 1,7! 7 in quo habemus redemptionem per sanguinem eius
remissionem peccatorum
secundum divitias gratiae eius 8 quae superabundavit in nobis
in omni sapientia et prudentia
3,3 9 ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suae
secundum bonum placitum eius
quod proposuit in eo
10 in dispensationem plenitudinis temporum
instaurare omnia in Christo quae in
Col 1.16.20 caelis et quae in terra sunt in ipso
Col 1.12 11 in quo etiam sorte vocati sumus
Rm 8,28; II Tim 1,9 11.12: 5.6 praedestinati secundum propositum eius
qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suae
12 ut simus in laudem gloriae eius qui
12.13: Col 1,5 ante speravimus in Christo
13 in quo et vos cum audissetis verbum veritatis evangelium salutis vestrae
4,30 in quo et credentes signati estis Spi-
13.14: II Cor 1,22; 5,5 ritu promissionis Sancto
14 qui est pignus hereditatis nostrae
in redemptionem adquisitionis in laudem gloriae ipsius
15.16: Col 1,3.4; Phlm 4.5! 15 propterea et ego audiens fidem vestram quae est in Domino Iesu
et dilectionem in omnes sanctos
16 non cesso gratias agens pro vobis
Rm 1,9.10! II Tim 1,3 16.17: Phil 1,9! Col 1,9 memoriam vestri faciens in orationibus meis
17 ut Deus Domini nostri Iesu Christi
Pater gloriae
det vobis spiritum sapientiae et revelationis in agnitione eius 17.18: Col 1,26.27!
18 inluminatos oculos cordis vestri Act 26,18!
ut sciatis quae sit spes vocationis eius 4,4; Col 1,12
quae divitiae gloriae hereditatis eius in sanctis
19 et quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus 3,7! 20
secundum operationem potentiae virtutis eius
20 quam operatus est in Christo
suscitans illum a mortuis et constituens ad dexteram suam in caelestibus Act 2,32.33; 5,30.31; I Pt 1,21! Col 3,1; Hbr 1,3! 20.21: I Pt 3,21.22
21 supra omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem I Cor 15,24; Col 1,16; 2,10.15
et omne nomen quod nominatur
non solum in hoc saeculo sed et in futuro Mc 10,30; Lc 18,30
22 et omnia subiecit sub pedibus eius Ps 8,8; Hbr 2,8; I Cor 15,26
et ipsum dedit caput supra omnia ecclesiae 5,23; Col 1,18
23 quae est corpus ipsius I Cor 12,27! Col 1,24
plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur
2 et vos cum essetis mortui delictis et peccatis vestris 5; Col 1,21; 2,13
2 in quibus aliquando ambulastis secundum saeculum mundi huius Col 3,7
secundum principem potestatis aeris huius
spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiae
3 in quibus et nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostrae Tit 3,3! I Pt 4,3
facientes voluntates carnis et cogitationum

5 in ipso R | 6 dilecto GAKϕb𝔊] + filio suo *cet.* | 9 secundum beneplacitum c | 10 in dispensatione ΛΦc | in terris GR | 11 etiam + et nos c. | qui] quia A | ~ operatur omnia c. | 12 eius + nos c | 13 et[2] *om.* A | 14 ipsius] eius A | 18 eius[1] + et Gc | 19 credimus SCc | 21 super G | et[5]] etiam Rc; *om.* F | 22 super RΛ | omnia ecclesia F; omne ecclesia S.; omnem ecclesiam RKc | 23 ipsius + et c ‖ **2**,1 et[2] *om.* A | 2 potestatis] potestis AC. | 3 uoluntates GSΛb𝔊] uoluptates F; uoluntatem *cet.* | cogitationem A |

GAR FSKCΛΦ cωϕb

et eramus natura filii irae sicut et
ceteri
4 Deus autem qui dives est in miseri-
cordia
propter nimiam caritatem suam qua
dilexit nos
1; Lc 15,24! Col 1,21; 2,13 5 et cum essemus mortui peccatis con-
vivificavit nos Christo
8! gratia estis salvati
6 et conresuscitavit et consedere fecit
in caelestibus in Christo Iesu
7 ut ostenderet in saeculis superveni-
entibus
abundantes divitias gratiae suae
in bonitate super nos in Christo Iesu
5; Act 15,11; Rm 3,24! 8 gratia enim estis salvati per fidem
8.9: Rm 3,26.27; et hoc non ex vobis
II Tim 1,9; Tit 3,5 Dei enim donum est
I Cor 1,29 9 non ex operibus ut ne quis glorie-
tur
Is 64,8! 10 ipsius enim sumus factura
creati in Christo Iesu in operibus
bonis
quae praeparavit Deus ut in illis am-
bulemus
I Cor 12,2 11 propter quod memores estote
quod aliquando vos gentes in carne
qui dicimini praeputium
ab ea quae dicitur circumcisio in
carne manufacta
12 quia eratis illo in tempore sine
Christo
alienati a conversatione Israhel
et hospites testamentorum promis-
sionis
spem non habentes et sine Deo in
mundo
13 nunc autem in Christo Iesu
vos qui aliquando eratis longe
Col 1,20 facti estis prope in sanguine Christi
Mi 5,5 14 ipse est enim pax nostra qui fecit
utraque unum
14.15: Col 2,14 et medium parietem maceriae sol-
vens inimicitiam in carne sua
15 legem mandatorum decretis evacu-
ans
ut duos condat in semet ipsum in
unum novum hominem faciens pa-
cem
16 et reconciliet ambos in uno corpore Rm 5,10! Col 1,20
Deo per crucem
interficiens inimicitiam in semet ipso
17 et veniens evangelizavit pacem vobis Is 57,19! Act 10,36
qui longe fuistis et pacem his qui
prope
18 quoniam per ipsum habemus acces- 3,12; Io 14,6; Rm 5,2
sum ambo in uno Spiritu ad Pat-
rem
19 ergo iam non estis hospites et ad- Hbr 12,22
venae
sed estis cives sanctorum et domes- 3,6
tici Dei
20 superaedificati super fundamentum
apostolorum et prophetarum
ipso summo angulari lapide Christo
Iesu
21 in quo omnis aedificatio constructa 4,16; Col 2,19
crescit in templum sanctum in Do-
mino
22 in quo et vos coaedificamini in habi- I Pt 2,5
taculum Dei in Spiritu
3 huius rei gratia ego Paulus vinctus Phlm 1!
Christi Iesu pro vobis gentibus 1.2: Rm 15,15.16!
2 si tamen audistis dispensationem Col 1,25
gratiae Dei quae data est mihi in 7!
vobis
3 quoniam secundum revelationem
notum mihi factum est sacramen- 1,9
tum
sicut supra scripsi in brevi
4 prout potestis legentes intellegere
prudentiam meam in mysterio 4.5: Rm 16,25.26;
Christi Col 1,26
5 quod aliis generationibus non est
agnitum filiis hominum
sicuti nunc revelatum est sanctis

GAR FSKCΛΦ cwob 5 in christo Cc; + cuius RFSCΦc | 8 enim² *om.* KΛ | 10 iesu *om.* GC | 12 quia] qui RFC | in¹ *om.* K; ~ in illo tempore RFS | conuersione A | in² + hoc Φc; + hunc F. | 14 ~ enim est c | inimicitias RΦc; inimicitia AFS. | 15 in semetipso c | 16 inimicitias c; inimicitia F | 17 iis c. | 22 spiritu + sancto CΦ; spiritum sanctum S. || 3,4 mysterio] ministerio GC |

apostolis eius et prophetis in Spi-
ritu
2,19 6 esse gentes coheredes et concorpora-
les et conparticipes promissionis in
Christo Iesu
6.7; Col 1,23 per evangelium 7 cuius factus sum
minister
1,19! Col 1,25! 29 secundum donum gratiae Dei quae
2; Rm 12,3! data est mihi
secundum operationem virtutis eius
1 Cor 15,9 8 mihi omnium sanctorum minimo
data est gratia haec
Gal 1,16! in gentibus evangelizare ininvesti-
gabiles divitias Christi
Rm 16,25; Col 1,26 9 et inluminare omnes
quae sit dispensatio sacramenti abs-
Io 1,3! Hbr 1,2; 3,4; Apc 4,11 conditi a saeculis in Deo qui omnia
creavit
10 ut innotescat principibus et potesta-
tibus in caelestibus
per ecclesiam multiformis sapientia
Dei
11 secundum praefinitionem saeculo-
rum quam fecit in Christo Iesu Do-
mino nostro
2,18! Rm 5,2 12 in quo habemus fiduciam et acces-
sum in confidentia per fidem eius
13 propter quod peto ne deficiatis in
tribulationibus meis pro vobis
quae est gloria vestra
14 huius rei gratia flecto genua mea ad
Patrem Domini nostri Iesu Christi
15 ex quo omnis paternitas in caelis et
in terra nominatur
6,10! Col 1,11 16 ut det vobis secundum divitias glo-
riae suae
virtute corroborari per Spiritum
eius in interiore homine
17 habitare Christum per fidem in cor-
dibus vestris
in caritate radicati et fundati

18 ut possitis conprehendere cum om-
nibus sanctis
quae sit latitudo et longitudo
et sublimitas et profundum
19 scire etiam supereminentem scienti-
ae caritatem Christi
ut impleamini in omnem plenitudi-
nem Dei
20 ei autem qui potens est omnia facere 1,19!
superabundanter quam petimus aut
intellegimus
secundum virtutem quae operatur in
nobis
21 ipsi gloria in ecclesia et in Christo Rm 16,27!
Iesu
in omnes generationes saeculi saecu-
lorum amen
4 obsecro itaque vos ego vinctus in
Domino
ut digne ambuletis vocatione qua Phil 1,27; Col 1,10; I Th 2,12
vocati estis
2 cum omni humilitate et mansuetu- Col 3,12.13! I Pt 5,5
dine
cum patientia
subportantes invicem in caritate
3 solliciti servare unitatem spiritus in Col 3,14
vinculo pacis
4 unum corpus et unus spiritus Col 3,15
sicut vocati estis in una spe vocatio- 1,18
nis vestrae
5 unus Dominus
una fides
unum baptisma
6 unus Deus et Pater omnium Mal 2,10! I Cor 8,6!
qui super omnes et per omnia et in
omnibus nobis
7 unicuique autem nostrum data est Rm 12,3
gratia
secundum mensuram donationis II Cor 10,13
Christi
8 propter quod dicit

6 ~ gentes esse 𝔠. | promissionis + eius Φ𝔠 | 8 ininuestigabiles GRF𝔟] inuestigabiles A SKΛΦ𝔠𝔬; inconpraehensibiles C | 10 principibus] principatibus 𝔠 | sapientiae RFKC | 16 uirtutem GRFΦ | in interiori homine GKC𝔴; in interiorem hominem SΦ𝔠; interiorem hominem F | 17 ~ christum habitare 𝔠. | 18 ~ longitudo et latitudo RΛ | 19 scientia G; *om.* SC | 20 ~ abundanter super R | 21 ~ in christo iesu et in ecclesia R | iesu + et GS | saeculi] saeculis AKΛ; *om.* C ‖ 4,4 sicut + et FS; + et uos C | 5 dominus] deus RK | 6 qui + est 𝔠 |

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔴𝔬𝔟

Ps 67,19 ascendens in altum captivam duxit
captivitatem dedit dona hominibus
Io 3,13! 9 quod autem ascendit quid est nisi
quia et descendit primum in inferiores partes terrae
10 qui descendit ipse est et qui ascendit
super omnes caelos
ut impleret omnia
I Cor 12,28 11 et ipse dedit quosdam quidem apostolos
quosdam autem prophetas
alios vero evangelistas
alios autem pastores et doctores
12 ad consummationem sanctorum
in opus ministerii
in aedificationem corporis Christi
Col 1,28; 2,2 13 donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei
in virum perfectum
in mensuram aetatis plenitudinis Christi
Sir 5,11; Hbr 13,9; Iac 1,6 14 ut iam non simus parvuli fluctuantes
et circumferamur omni vento doctrinae
in nequitia hominum
in astutia ad circumventionem erroris
15 veritatem autem facientes in caritate
II Pt 3,18 crescamus in illo per omnia
qui est caput Christus
2,21; Col 2,19 16 ex quo totum corpus conpactum et conexum
per omnem iuncturam subministrationis
secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri
augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate
17 hoc igitur dico et testificor in Domino
ut iam non ambuletis sicut gentes
17.18: Rm 1,21! ambulant
in vanitate sensus sui
18 tenebris obscuratum habentes intellectum Is 29,14!
alienati a vita Dei
per ignorantiam quae est in illis
propter caecitatem cordis ipsorum
19 qui desperantes semet ipsos tradiderunt inpudicitiae
in operationem inmunditiae omnis in avaritia
20 vos autem non ita didicistis Christum
21 si tamen illum audistis et in ipso edocti estis
sicut est veritas in Iesu
22 deponere vos secundum pristinam Col 3,9
conversationem veterem hominem
qui corrumpitur secundum desideria erroris
23 renovamini autem spiritu mentis vestrae Ps 50,12! Rm 12,2
24 et induite novum hominem qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis Rm 13,14; Gal 3,27; Col 3,10
25 propter quod deponentes mendacium Col 3,9
loquimini veritatem unusquisque Za 8,16
cum proximo suo
quoniam sumus invicem membra Rm 12,5!
26 irascimini et nolite peccare Ps 4,5
sol non occidat super iracundiam vestram
27 nolite locum dare diabolo Iac 4,7
28 qui furabatur iam non furetur
magis autem laboret operando manibus quod bonum est I Cor 4,12! I Th 4,11; Tit 3,14
ut habeat unde tribuat necessitatem patienti
29 omnis sermo malus ex ore vestro non 5,4; Col 3,8
procedat
sed si quis bonus ad aedificationem oportunitatis
ut det gratiam audientibus
30 et nolite contristare Spiritum Sanctum Dei

GAR FSKCΛΦ cωοb

8 ascendit R | 9 quia] quod A; qui K | primum *om.* ASK | 14 sumus GS. | 15 in caritatem RF | 17 sicut + et RΦc | uanitate] unitate G | 19 omnes RSK | in auaritiam Gc | 28 manibus + suis RFSCΦc | patientibus R | 29 oportunitatis] fidei SΦc; *praem.* fidei C; + fidei F |

1,13; II Cor 1,22; 5,5 in quo signati estis in die redemptionis
Col 3,8; I Pt 2,1! 31 omnis amaritudo
et ira et indignatio
et clamor et blasphemia
tollatur a vobis cum omni malitia
Col 3,12.13! 32 estote autem invicem benigni
misericordes
donantes invicem
sicut et Deus in Christo donavit nobis
5 estote ergo imitatores Dei sicut filii carissimi
2 et ambulate in dilectione
25; Gal 2,20! sicut et Christus dilexit nos
et tradidit se ipsum pro nobis
Ex 29,18; Phil 4,18 oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis
Col 3,5! 3 fornicatio autem et omnis inmunditia aut avaritia
nec nominetur in vobis
sicut decet sanctos
Col 3,8 4 aut turpitudo
4,29 aut stultiloquium
aut scurrilitas quae ad rem non pertinent
sed magis gratiarum actio
5 hoc enim scitote intellegentes
I Cor 5,11; Col 3,5! quod omnis fornicator
5.6: I Cor 6,9.10 aut inmundus
aut avarus
quod est idolorum servitus
non habet hereditatem in regno Christi et Dei
Mt 24,4! Col 2,4! 6 nemo vos seducat inanibus verbis
Rm 1,18! Col 3,6 propter haec enim venit ira Dei in filios diffidentiae
11; II Cor 6,14! Apc 18,4! 7 nolite ergo effici participes eorum
Is 9,2! Act 26,18! I Pt 2,9; I Io 2,8! 8 eratis enim aliquando tenebrae
nunc autem lux in Domino
Io 12,36 ut filii lucis ambulate
Gal 5,22 9 fructus enim lucis est in omni bonitate et iustitia et veritate
10 probantes quid sit beneplacitum Deo 17; Rm 12,2!
11 et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum 7!
magis autem et redarguite
12 quae enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est et dicere
13 omnia autem quae arguuntur a lumine manifestantur Io 3,20
omne enim quod manifestatur lumen est
14 propter quod dicit
surge qui dormis
et exsurge a mortuis
et inluminabit tibi Christus
15 videte itaque fratres quomodo caute ambuletis
non quasi insipientes sed ut sapientes 15.16: Col 4,5
16 redimentes tempus quoniam dies mali sunt Am 5,13
17 propterea nolite fieri inprudentes
sed intellegentes quae sit voluntas Domini 10; Rm 12,2!
18 et nolite inebriari vino in quo est luxuria Prv 23,20! Prv 23,31 Lxx
sed implemini Spiritu 19 loquentes vobismet ipsis
in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus Col 3,16
cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino Ps 9,2!
20 gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Col 3,17; I Th 5,18
Deo et Patri
21 subiecti invicem in timore Christi
22 mulieres viris suis subditae sint sicut Domino Gn 3,16; Col 3,18; Tit 2,5; I Pt 3,1
23 quoniam vir caput est mulieris I Cor 11,3
sicut Christus caput est ecclesiae 1,22; Col 1,18
ipse salvator corporis
24 sed ut ecclesia subiecta est Christo

30 in diem SCΛΦc | 32 uobis RSCΦc ‖ 5,2 se] semet RFKCΛc | 4 pertinent ACϕb, *cf.* 𝔊] pertinet *cet.* | 5 enim] autem RS | 10 quod A | 11 et² *om.* Φc | 14 inluminauit AR | te c | christus] dominus G. | 17 domini] dei Ac | 18 est + omnis A | spiritu + sancto c | 21 in inuicem GFS. | 22 subiectae AC | 23 corporis + eius Φc | 24 sed ut] sicut FS; sed sicut Cω |

GAR FSKCΛΦ cωϕb

ita et mulieres viris suis in omnibus
28! 25 viri diligite uxores
2; Gal 2,20! sicut et Christus dilexit ecclesiam
et se ipsum tradidit pro ea
26 ut illam sanctificaret
mundans lavacro aquae in verbo
27 ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam
non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi
1,4; Col 1,22! sed ut sit sancta et inmaculata
25.33; Col 3,19; I Pt 3,7 28 ita et viri debent diligere uxores suas ut corpora sua
qui suam uxorem diligit se ipsum diligit
29 nemo enim umquam carnem suam odio habuit
sed nutrit et fovet eam
sicut et Christus ecclesiam
I Cor 6,15; 12,27! 30 quia membra sumus corporis eius
Gn 2,23! de carne eius et de ossibus eius
Gn 2,24! Mt 19,5; Mc 10,7.8 31 propter hoc relinquet homo patrem et matrem suam
et adherebit uxori suae
I Cor 6,16 et erunt duo in carne una
32 sacramentum hoc magnum est
ego autem dico in Christo et in ecclesia
33 verumtamen et vos singuli
28! unusquisque suam uxorem sicut se ipsum diligat
uxor autem ut timeat virum
Col 3,20 6 filii oboedite parentibus vestris in Domino
hoc enim est iustum
Mt 15,4! 2,3: Dt 5,16! 2 honora patrem tuum et matrem
quod est mandatum primum in promissione
3 ut bene sit tibi et sis longevus super terram
Col 3,21 4 et patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros
sed educate illos in disciplina et correptione Domini
5 servi oboedite dominis carnalibus I Tim 6,1; Tit 2,9; I Pt 2,18
cum timore et tremore
in simplicitate cordis vestri sicut Christo 5–9: Col 3,22–25
6 non ad oculum servientes quasi hominibus placentes
sed ut servi Christi
facientes voluntatem Dei ex animo
7 cum bona voluntate servientes
sicut Domino et non hominibus
8 scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc percipiet a Domino II Cor 5,10
sive servus sive liber
9 et domini eadem facite illis remittentes minas
scientes quia et illorum et vester Dominus est in caelis Col 4,1
et personarum acceptio non est apud eum Gal 2,6! Col 3,25; I Pt 1,17
10 de cetero fratres confortamini in Domino et in potentia virtutis eius 3,16; Col 1,11; II Tim 2,1
11 induite vos arma Dei Rm 13,12
ut possitis stare adversus insidias diaboli
12 quia non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem
sed adversus principes et potestates
adversus mundi rectores tenebrarum harum
contra spiritalia nequitiae in caelestibus
13 propterea accipite armaturam Dei Rm 13,12
ut possitis resistere in die malo
et omnibus perfectis stare
14 state ergo succincti lumbos vestros in veritate Is 11,5 LXX 14.15: Ex 12,11!
et induti loricam iustitiae Is 59,17! I Th 5,8

GAR FSKCΛΦ (k) cwvb

25 uxores GΛb., *cf.* 𝔊] + uestras *cet.* | 26 mundans + eam R | uerbo + uitae Φc | 27 huiusmodi c | 33 ~ uxorem suam c | ut *om.* Φc | uirum + suum Φc || 6,1 ~ iustum est AKΦc | 2 matrem + tuam RSΦc | 4 et[1] + uos c | 6 [*adest* k *usque ad v.* 24] | placentes] placeatis AKC | 8 unusquisque — 9 quia *om.* G. | recipiet kc | 9 et[1] ASKkb𝔊] + uos *cet.* | 11 et induite RF. | arma] armaturam Φc | 12 quia] quoniam c | aduersus[2]] uersus G | potestates + et G | harum *om.* G.; ~ harum tenebrarum C | 13 armaturam ΛΦcb] armatura GRFSk; arma AKCv | possetis R | omnibus perfectis Gb., *cf.* 𝔊] omnibus perfecti A.; in omnibus perfecti *cet.* | 14 lorica ARKCΛ |

15 et calciati pedes in praeparatione
evangelii pacis
I Pt 5,9 16 in omnibus sumentes scutum fidei
in quo possitis omnia tela nequissimi
ignea extinguere
Is 59,17! I Th 5,8 17 et galeam salutis adsumite
et gladium Spiritus
quod est verbum Dei
I Tim 2,1 18 per omnem orationem et obsecratio-
nem
Lc 21,36! Iud 20 orantes omni tempore in Spiritu
18.19: Col 4,2.3; I Th 5,25! II Th 3,1 et in ipso vigilantes in omni instan-
tia et obsecratione pro omnibus
sanctis
19 et pro me ut detur mihi sermo in
apertione oris mei
Act 4,29 cum fiducia notum facere mysterium
evangelii
II Cor 5,20 20 pro quo legatione fungor in ca-
tena
Col 4,4 ita ut in ipso audeam prout oportet
me loqui
Phil 1,12 21 ut autem et vos sciatis quae circa me
sunt quid agam
21.22: Col 4,7.8; II Tim 4,12 omnia nota vobis faciet Tychicus
carissimus frater et fidelis minister
in Domino
22 quem misi ad vos in hoc ipsum
ut cognoscatis quae circa nos sunt
et consoletur corda vestra
23 pax fratribus et caritas cum fide a
Deo Patre et Domino Iesu Christo
I Cor 16,23! Col 4,18; I Tim 6,21; Hbr 13,25; I Pt 5,14 24 gratia cum omnibus qui diligunt
Dominum nostrum Iesum Chris-
tum in incorruptione

EXPLICIT EPISTULA AD EPHESIOS

INCIPIT AD PHILIPPENSES

Paulus et Timotheus servi Iesu **1.2:** II Cor 1,1.2! **1—4:** I Cor 1,1–4; Col 1,1–3; II Th 1,1–3
Christi
omnibus sanctis in Christo Iesu qui
sunt Philippis
cum episcopis et diaconis
2 gratia vobis et pax a Deo Patre nos- Laod 2
tro et Domino Iesu Christo
3 gratias ago Deo meo in omni memo- **3.4:** Laod 3
ria vestri 4 semper
in cunctis orationibus meis pro om-
nibus vobis
cum gaudio deprecationem faciens
5 super communicatione vestra in ev-
angelio a prima die usque nunc
6 confidens hoc ipsum
quia qui coepit in vobis opus bonum 2,13
perficiet usque in diem Christi Iesu
7 sicut est mihi iustum hoc sentire pro
omnibus vobis
eo quod habeam in corde vos et in
vinculis meis
et in defensione et confirmatione
evangelii
socios gaudii mei omnes vos esse
8 testis enim mihi est Deus Rm 1,9! II Cor 1,23
quomodo cupiam omnes vos in vis-
ceribus Christi Iesu
9 et hoc oro Eph 1,16.17; Col 1,9
ut caritas vestra magis ac magis ab- Rm 15,14; I Th 3,12;
undet in scientia et omni sensu II Th 1,3
10 ut probetis potiora Rm 2,18!
ut sitis sinceres et sine offensa in diem 2,15; I Cor 1,8; I Th 5,23; Iud 24!
Christi
11 repleti fructu iustitiae per Christum Is 61,3! Io 15,8
Iesum in gloriam et laudem Dei
12 scire autem vos volo fratres Eph 6,21! Laod 5
quia quae circa me sunt magis ad
profectum venerunt evangelii

18 obsecrationem² RF | 20 legationem RFSK | 21 [*adest* s *usque ad v.* 24] | ~ nota faciet uobis FS; ~ uobis nota faciet RΛ c | tythicus GRS | 23 patre + nostro FSΦ | domino + nostro k | 24 nostrum *om.* AS | in incorruptionem AF; + amen RFSKΛΦs cɒ || GAR FSKCΛΦ k(s) cɯɒb

Ad Philippenses. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦk (= J *apud* b) s (= I *apud* b) *ac* cɒb. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad philippenses c || 1,1 [*adsunt* k *usque ad v.* 28, *et* s *usque ad* 2,30] | ~ christi iesu k | in christo iesu *om.* s | diaconis GKksb] diaconibus *cet.* | 3 memoriam FSKk | 5 euangelio + christi Φs c | 6 hoc] in hoc RC | ~ iesu christi AΛ | 7 in corde uos AKΛksb𝔊] uos G.; ~ uos in corde *cet.* | 8 ~ iesu christi S cɒ | 9 et² + in AS c | 10 sinceri c | in die Λs | 11 fructum ks; fructus R | ~ iesum christum RSΦks c | GAR FSKCΛΦks cɒb

Laod 6 13 ita ut vincula mea manifesta fierent
in Christo in omni praetorio et in
ceteris omnibus
14 et plures e fratribus in Domino con-
fidentes vinculis meis
Act 28,31! abundantius audere sine timore ver-
bum Dei loqui
15 quidam quidem et propter invidiam
et contentionem
quidam autem et propter bonam vo-
luntatem Christum praedicant
16 quidam ex caritate
scientes quoniam in defensionem
evangelii positus sum
17 quidam autem ex contentione Chris-
tum adnuntiant non sincere
existimantes pressuram se suscitare
vinculis meis
18 quid enim dum omni modo
sive per occasionem sive per verita-
tem Christus adnuntiatur
4,10 et in hoc gaudeo sed et gaudebo
Iob 13,16 Lxx 19 scio enim quia hoc mihi proveniet
19,20: Laod 7 in salutem
per vestram orationem et subminis-
trationem Spiritus Iesu Christi
Ps 118,116; I Io 2,28 20 secundum expectationem et spem
meam
quia in nullo confundar
sed in omni fiducia sicut semper et
I Cor 6,20 nunc magnificabitur Christus in
corpore meo
sive per vitam sive per mortem
Laod 8 21 mihi enim vivere Christus est et mori
lucrum
22 quod si vivere in carne hic mihi
fructus operis est
et quid eligam ignoro
23 coartor autem e duobus
II Cor 5,8 desiderium habens dissolvi et cum
Christo esse
multo magis melius
24 permanere autem in carne magis ne-
cessarium est propter vos
25 et hoc confidens scio quia manebo et
permanebo omnibus vobis
ad profectum vestrum et gaudium
fidei
26 ut gratulatio vestra abundet in
Christo Iesu in me
per meum adventum iterum ad vos
27 tantum digne evangelio Christi con- Eph 4,1; Col 1,10; I Th 2,12
versamini
ut sive cum venero et videro vos
sive absens audiam de vobis
quia stetistis uno spiritu
unianimes
conlaborantes fide evangelii 4,3
28 et in nullo terreamini ab adversa-
riis
quae est illis causa perditionis
vobis autem salutis
et hoc a Deo
29 quia vobis donatum est pro Christo
non solum ut in eum credatis
sed ut etiam pro illo patiamini
30 eundem certamen habentes qualem
et vidistis in me
et nunc audistis de me
2 si qua ergo consolatio in Christo
si quod solacium caritatis
si qua societas spiritus
si quid viscera et miserationes
2 implete gaudium meum ut idem sa- Rm 15,5; Laod 9
piatis
eandem caritatem habentes
unianimes
id ipsum sentientes Rm 12,16!
3 nihil per contentionem neque per Gal 5,26
inanem gloriam
sed in humilitate superiores sibi in- Rm 12,10
vicem arbitrantes

GAR FSKCΛΦ (k)s cob

14 audere AFK cb 𝔊] audire G; auderent RCΛΦk c; audirent Ss | 17 se suscitare] resuscitare FSk | 18 adnuntiatur GK b 𝔊] adnuntietur *cet.* | 19 in] ad Φ c | 23 ~ esse cum christo S c | magis *om.* GΛs | 24 magis GSΛks^b, *cf.* 𝔊] *om. cet.* | est *om.* RC c | 27 euangelium christi Λs: in euangelio chr. FS; in chr. euangelio k. | stetistis Gs^b] stetistis in K; statis Λ; statis in *cet.* | fidei Φ co | 28 et¹] ut A | [*deest* k *usque ad* 4,6] | est in illis s; illis est c | deo] domino RC | 29 donatum] datum Cs | 30 idem AKΛΦ co | quale ARKΛΦ co || **2**,1 quid] qua Λ c; quae Φ | ct miserationis Λ; miserationes F; miserationis RΦ c |

I Cor 10,24! 33; 13,5 4 non quae sua sunt singuli conside-
rantes
sed et ea quae aliorum
5 hoc enim sentite in vobis quod et in
Christo Iesu
Hbr 1,3 6 qui cum in forma Dei esset
Io 5,18! 10,33 non rapinam arbitratus est esse se
aequalem Deo
7 sed semet ipsum exinanivit formam
servi accipiens
in similitudinem hominum factus
et habitu inventus ut homo
8.9: Mt 23,12! Iac 4,10; I Pt 5,6 8 humiliavit semet ipsum factus oboe-
diens usque ad mortem
mortem autem crucis
9 propter quod et Deus illum exalta-
vit
et donavit illi nomen super omne
nomen
10.11: Is 45,23; Rm 14,11; Apc 5,13! 10 ut in nomine Iesu omne genu flectat
caelestium et terrestrium et inferno-
rum
Rm 10,9 11 et omnis lingua confiteatur
quia Dominus Iesus Christus in glo-
ria est Dei Patris
Laod 10 12 itaque carissimi mei
sicut semper oboedistis
non ut in praesentia mei tantum
sed multo magis nunc in absentia
mea
cum metu et tremore vestram salu-
tem operamini
1,6; Laod 11 13 Deus est enim qui operatur in vobis
et velle et perficere pro bona volun-
tate
I Pt 4,9; Laod 12 14 omnia autem facite sine murmura-
tionibus et haesitationibus
1,10! 15 ut sitis sine querella et simplices
filii Dei sine reprehensione
Dt 32,5! in medio nationis pravae et perver-
sae
Dn 12,3! Mt 5,14 inter quos lucetis sicut luminaria in
mundo
16 verbum vitae continentes
ad gloriam meam in die Christi II Cor 1,14; I Th 2,19
quia non in vacuum cucurri Gal 2,2
neque in vacuum laboravi Gal 4,11! I Th 3,5!
17 sed et si immolor supra sacrificium II Cor 12,15! Col 1,24; II Tim 4,6
et obsequium fidei vestrae
gaudeo et congratulor omnibus vo-
bis
18 id ipsum autem et vos gaudete et 3,1; 4,4; I Th 5,16
congratulamini mihi
19 spero autem in Domino Iesu Timo- I Cor 4,17
theum cito me mittere ad vos
ut et ego bono animo sim cognitis
quae circa vos sunt
20 neminem enim habeo tam uniani-
mem qui sincera affectione pro vo-
bis sollicitus sit
21 omnes enim sua quaerunt non quae I Cor 10,24!
sunt Christi Iesu
22 experimentum autem eius cognoscite
quoniam sicut patri filius mecum ser-
vivit in evangelium
23 hunc igitur spero me mittere mox ut
videro quae circa me sunt
24 confido autem in Domino quoniam I Cor 4,19! Phlm 22
et ipse veniam ad vos cito
25 necessarium autem existimavi Epaf-
roditum fratrem et cooperatorem
et commilitonem meum
vestrum autem apostolum et minis-
trum necessitatis meae mittere ad
vos
26 quoniam quidem omnes vos deside-
rabat et maestus erat
propterea quod audieratis illum in-
firmatum
27 nam et infirmatus est usque ad mor-
tem
sed Deus misertus est eius
non solum autem eius verum etiam
et mei

4 et *om.* RCΛc | 8 se ipsum Φs | 9 ~ exaltauit illum c | nomen[1] + quod est RFSΛΦsc | 10 flectat GACs𝔟] flectatur *cet.* | et[1] *om.* RFsc | 12 in[1] *om.* RFKΛ | 13 ~ enim est A | in nobis R | 16 in diem R | 17 et[1] *om.* GK | 19 me *om.* S; ~ me cito mittere Λc; ~ me mittere cito Φ | 21 sua] quae sua sunt FSc | ~ iesu christi ACco | 22 quoniam] quia c. | in euangelium FSK𝔟𝔊] euangelium G.; in euangelio *cet.* | 23 mittere + ad uos Φs (*vid.*)c | 26 audieritis RSΛ𝔟; audieris G. | 27 mei] mihi R |

GAR FSKCΛΦs co𝔟

ne tristitiam super tristitiam habe-
rem
28 festinantius ergo misi illum
ut viso eo iterum gaudeatis
et ego sine tristitia sim
29 excipite itaque illum cum omni gau-
dio in Domino
et eiusmodi cum honore habetote
30 quoniam propter opus Christi usque
ad mortem accessit
tradens animam suam
Phlm 13 ut impleret id quod ex vobis deerat
erga meum obsequium
2,18; 4,4; II Cor 13,11; I Th 5,16; Laod 13 **3** de cetero fratres mei gaudete in Do-
mino
eadem vobis scribere
mihi quidem non pigrum vobis au-
tem necessarium
2 videte canes
videte malos operarios
videte concisionem
Rm 1,9; 2,29 3 nos enim sumus circumcisio qui
spiritu Deo servimus
Rm 15,17 et gloriamur in Christo Iesu
et non in carne fiduciam habentes
II Cor 11,18 4 quamquam ego habeam confidenti-
am et in carne
si quis alius videtur confidere in
carne
ego magis
Gn 21,4! Act 7,8 5 circumcisus octava die
Rm 11,1 ex genere Israhel
de tribu Beniamin
II Cor 11,22 Hebraeus ex Hebraeis
Act 23,6 secundum legem Pharisaeus
Act 8,3; I Cor 15,9; Gal 1,13 6 secundum aemulationem persequens
ecclesiam Dei
secundum iustitiam quae in lege est
conversatus sine querella
7 sed quae mihi fuerunt lucra
haec arbitratus sum propter Chris-
tum detrimenta
8 verumtamen existimo omnia detri-
mentum esse
propter eminentem scientiam Iesu
Christi Domini mei
propter quem omnia detrimentum
feci
et arbitror ut stercora
ut Christum lucri faciam
9 et inveniar in illo non habens meam
iustitiam quae ex lege est Rm 10,5
sed illam quae ex fide est Christi Rm 1,17! 9,30; 10,6
quae ex Deo est iustitia in fide
10 ad agnoscendum illum Rm 6,5
et virtutem resurrectionis eius
et societatem passionum illius
configuratus morti eius
11 si quo modo occurram ad resurrec- Lc 20,35
tionem quae est ex mortuis
12 non quod iam acceperim aut iam
perfectus sim
sequor autem si conprehendam in
quo et conprehensus sum a Christo
Iesu
13 fratres ego me non arbitror conpre-
hendisse
unum autem
quae quidem retro sunt obliviscens
ad ea vero quae sunt in priora ex-
tendens me
14 ad destinatum persequor ad bravium
supernae vocationis Dei in Christo
Iesu
15 quicumque ergo perfecti hoc sentia-
mus
et si quid aliter sapitis
et hoc vobis Deus revelabit
16 verumtamen ad quod pervenimus ut I Cor 1,10!
idem sapiamus
et in eadem permaneamus regula Gal 6,16
17 imitatores mei estote fratres 4,9; I Cor 11,1!
et observate eos qui ita ambulant II Th 3,9
sicut habetis formam nos
18 multi enim ambulant
quos saepe dicebam vobis

GAR
FSKCΛΦ(s)
cob

28 festinatius GK b | 30 [*deest* s *usque ad* 3,15] || 3,1 eandem GS | 3 ∼ seruimus deo c. | 5 octauo c | 6 in] ex GCΛ | 8 uerumtamen + et ACΦ | 9 christi iesu c; iesu christi FΛ | 10 ad cognoscendum RCc | 12 si + quomodo c | 13 in *om.* AFSKΦ co | me² + ipsum Φc | 15 [*adest* s *usque ad* 4,23] | perfecti + sumus RFSΦc | reuelauit ARFSKCΦ | 16 ad id quod R | 17 nos GAR ob. 𝔊] nostram *cet.* |

nunc autem et flens dico
inimicos crucis Christi
Rm 6,21! 19 quorum finis interitus
Rm 16,18; II Tim 3,4 quorum deus venter
et gloria in confusione ipsorum
Rm 8,5 qui terrena sapiunt
20 nostra autem conversatio in caelis est
I Cor 1,7; Tit 2,13; II Pt 3,12 unde etiam salvatorem expectamus Dominum Iesum Christum
I Cor 15,49 21 qui reformabit corpus humilitatis nostrae
Rm 8,29; I Io 3,2 configuratum corpori claritatis suae
I Cor 15,27 secundum operationem qua possit etiam subicere sibi omnia
I Th 2,19.20 4 itaque fratres mei carissimi et desiderantissimi
gaudium meum et corona mea
sic state in Domino carissimi
2 Euhodiam rogo et Syntychen deprecor
Rm 15,5! id ipsum sapere in Domino
3 etiam rogo et te germane conpar
1,27 adiuva illas quae mecum laboraverunt in evangelio
cum Clemente et ceteris adiutoribus meis
Dn 12,1! Lc 10,20! quorum nomina sunt in libro vitae
2,18; 3,1; I Th 5,16 4 gaudete in Domino semper
iterum dico gaudete
Tit 3,2 5 modestia vestra nota sit omnibus hominibus
Ps 144,18! Iac 5,8! Dominus prope
Mt 6,31 6 nihil solliciti sitis
I Tim 2,1! I Pt 5,7! sed in omni oratione et obsecratione
cum gratiarum actione
Laod 14 petitiones vestrae innotescant apud Deum
Col 3,15 7 et pax Dei quae exsuperat omnem sensum
custodiat corda vestra
et intellegentias vestras in Christo Iesu

8 de cetero fratres Laod 15
quaecumque sunt vera
quaecumque pudica
quaecumque iusta
quaecumque sancta
quaecumque amabilia
quaecumque bonae famae
si qua virtus
si qua laus
haec cogitate
9 quae et didicistis 3,17!
et accepistis et audistis et vidistis in me Laod 16
haec agite Rm 15,33; II Cor 13,11; II Th 3,16!
et Deus pacis erit vobiscum
10 gavisus sum autem in Domino vehementer 1,18
quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire
sicut et sentiebatis
occupati autem eratis
11 non quasi propter penuriam dico
ego enim didici in quibus sum sufficiens esse Hbr 13,5
12 scio et humiliari
scio et abundare
ubique et in omnibus institutus sum
et satiari et esurire
et abundare et penuriam pati
13 omnia possum in eo qui me confortat II Tim 4,17
14 veruntamen bene fecistis communicantes tribulationi meae Hbr 10,33
15 scitis autem et vos Philippenses
quod in principio evangelii quando profectus sum a Macedonia II Cor 11,9
nulla mihi ecclesia communicavit in ratione dati et accepti nisi vos soli
16 quia et Thessalonicam et semel et bis in usum mihi misistis
17 non quia quaero datum
sed requiro fructum abundantem in rationem vestram

19 uenter + est FSΦc | 20 dominum + nostrum GRFSΛs(*vid.*)c | 21 reformauit AFSKΛΦ | ~ etiam possit c. ‖ 4,1 *vers. om.* G. | meum *om.* Λsb | 5 prope Gs(*vid.*)b.𝔊] + est *cet.* | 6 [*adest* k *usque ad v.* 23] | 8 ~ quaecumque iusta quaecumque pudica ks. | laus + disciplinae FSΛΦc | 12 et¹ *om.* R | saturari R | et abundare² *om.* A; et *om.* Φ | 16 et semel CΛkb𝔊] semel *cet.* | 17 in ratione uestra Φc; in orationem uestram AK |

GAR
FSKCΛΦ
(k)s cob

18 habeo autem omnia et abundo
repletus sum acceptis ab Epafrodito
quae misistis
Ex 29,18; Eph 5,2 odorem suavitatis
hostiam acceptam placentem Deo
Ps 19,7! 19 Deus autem meus impleat omne de-
siderium vestrum
Rm 9,23! secundum divitias suas in gloria in
Christo Iesu
Gal 1,5! 20 Deo autem et Patri nostro gloria in
saecula saeculorum amen
21 salutate omnem sanctum in Christo
Iesu
salutant vos qui mecum sunt fratres
Laod 18 22 salutant vos omnes sancti
maxime autem qui de Caesaris do-
mo sunt
Gal 6,18! II Tim 4,22; Phlm 25; Laod 19 23 gratia Domini Iesu Christi cum
spiritu vestro amen

EXPLICIT EPISTULA AD PHILIPPENSES

INCIPIT AD COLOSSENSES

1.2: II Cor 1,1.2! 1—3: I Cor 1,1–4; Eph 1,1–2; Phil 1,1–4; II Th 1,1–3 Paulus apostolus Christi Iesu per
voluntatem Dei
et Timotheus frater
2 his qui sunt Colossis sanctis et fideli-
bus fratribus in Christo Iesu
gratia vobis et pax a Deo Patre nos-
tro
3.4: Eph 1,15.15! Phlm 4,5! 3 gratias agimus Deo et Patri Domini
nostri Iesu Christi
semper pro vobis orantes
4 audientes fidem vestram in Christo
Iesu
et dilectionem quam habetis in sanc-
tos omnes
5 propter spem quae reposita est vo-
Eph 1,12.13 bis in caelis
quam audistis in verbo veritatis 5.6: 23; Mt 24,14! Mc 14,9!
evangelii 6 quod pervenit ad vos
sicut et in universo mundo est
et fructificat et crescit
sicut in vobis ex ea die qua audistis
et cognovistis gratiam Dei in veri- II Pt 1,12
tate
7 sicut didicistis ab Epaphra carissimo
conservo nostro
qui est fidelis pro vobis minister
Christi Iesu
8 qui etiam manifestavit nobis dilec-
tionem vestram in Spiritu
9 ideo et nos ex qua die audivimus
non cessamus pro vobis orantes et Rm 1,9.10! Eph 1,16.17; Phil 1,9! II Tim 1,3
postulantes
ut impleamini agnitione voluntatis
eius
in omni sapientia et intellectu spiri-
tali
10 ut ambuletis digne Deo per omnia Eph 4,1! Phil 1,27!
placentes
in omni opere bono fructificantes II Pt 1,8
et crescentes in scientia Dei II Pt 3,18
11 in omni virtute confortati secundum Eph 3,16; 6,10!
potentiam claritatis eius
in omni patientia et longanimitate
cum gaudio
12 gratias agentes Patri
qui dignos nos fecit in partem sortis Eph 1,11.18
sanctorum in lumine 12.13: Act 26,18!
13 qui eripuit nos de potestate tenebra-
rum
et transtulit in regnum Filii dilectio-
nis suae
14 in quo habemus redemptionem I Cor 1,30; Eph 1,7!
remissionem peccatorum
15 qui est imago Dei invisibilis Sap 7,26; II Cor 4,4; Hbr 1,3! Sir 24,5! Apc 3,14
primogenitus omnis creaturae

GAR FSKCΛΦks 𝔠𝔬𝔟

23 domini AKs(*vid.*)𝔟𝔊] + nostri *cet.* ||

Ad Colossenses. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦk (= J *apud* 𝔟) s (= I *apud* 𝔟) *ac* 𝔠𝔬𝔟. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad colossenses 𝔠 || **1,1** [*adsunt* k *usque ad* 4,7, *et* s *usque ad* 3,10] | ~ iesu christi C𝔠 | 2 his] eis 𝔠. | nostro + et iesu christo domino nostro C; + et christo iesu domino nostro Λ; + et domino iesu christo 𝔠 | 4 ~ omnes sanctos RFS | 6 sicut² + et RF | ~ qua audistis die AKΦ | 7 ab ephafrodito RS | 8 uobis G | 9 agnitionem R; in agnitione AC | 10 in² *om.* As. | 12 patri GAK𝔬𝔟𝔊] deo patri *cet.* | nos] uos ASC | 13 nos] uos AC | 14 redemptionem + per sanguinem eius Λ𝔠; + in RC | 15 omni AFS |

20; Io 1,3! I Cor 8,6! 16 quia in ipso condita sunt universa
Eph 1,10 in caelis et in terra
visibilia et invisibilia
sive throni
Eph 1,21! sive dominationes
sive principatus
sive potestates
omnia per ipsum et in ipso creata sunt
17 et ipse est ante omnes
et omnia in ipso constant
Eph 1,22; 5,23 18 et ipse est caput corporis ecclesiae
Act 26,23! Rm 8,29; I Cor 15,20 qui est principium primogenitus ex mortuis
ut sit in omnibus ipse primatum tenens
2,9 19 quia in ipso conplacuit omnem plenitudinem habitare
Rm 5,10! Eph 2,16 20 et per eum reconciliare omnia in ipsum
Eph 2,13 pacificans per sanguinem crucis eius
16, Eph 1,10 sive quae in terris
sive quae in caelis sunt
2,13; Eph 2,1.5 21 et vos cum essetis aliquando alienati
Io 3,19; 7,7; Rm 5,10 et inimici sensu in operibus malis
22 nunc autem reconciliavit in corpore carnis eius per mortem
28; Eph 1,4; 5,27 exhibere vos sanctos et inmaculatos
et inreprehensibiles coram ipso
2,7; I Cor 15,58 23 si tamen permanetis in fide fundati et stabiles
et inmobiles ab spe evangelii quod audistis
5,6; Mt 24,14! Mc 14,9! quod praedicatum est in universa creatura quae sub caelo est
Eph 3,6.7! cuius factus sum ego Paulus minister
Phil 2,17 24 qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis
et adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea
I Cor 12,27! Eph 1,23 pro corpore eius quod est ecclesia

25 cuius factus sum ego minister Rm 15,15.16! Eph 3,7!
secundum dispensationem Dei quae data est mihi in vos Eph 3,1.2
ut impleam verbum Dei **25.26:** I Cor 2,7
26 mysterium quod absconditum fuit a saeculis et generationibus Rm 16,25.26. Eph 3,4 5.9
nunc autem manifestatum est sanctis eius **26.27:** Eph 1,17.18
27 quibus voluit Deus notas facere divitias gloriae sacramenti huius in gentibus Rm 9,23!
quod est Christus in vobis spes gloriae
28 quem nos adnuntiamus
corripientes omnem hominem 3,16; Eph 4,13
et docentes omnem hominem in omni sapientia
ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu 22!
29 in quo et laboro certando Eph 3,7! I Tim 4,10
secundum operationem eius quam operatur in me in virtute
2 volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeam pro vobis 4,13
et pro his qui sunt Laodiciae
et quicumque non viderunt faciem meam in carne
2 ut consolentur corda ipsorum instructi in caritate
et in omnes divitias plenitudinis intellectus
in agnitionem mysterii Dei Patris Christi Iesu Mt 13,11! Eph 4,13
3 in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi Rm 11,33
4 hoc autem dico
ut nemo vos decipiat in subtilitate sermonum 8! 18; Rm 16,18; Eph 5,6! Laod 4
5 nam et si corpore absens sum I Cor 5,3
sed spiritu vobiscum sum
gaudens et videns ordinem vestrum

GAR FSKCΛΦks 𝔠𝔬𝔟

16 quia] quoniam 𝔠. | uniuersa + et A. | 19 inhabitare GRFΦ(*partim*)𝔠 | 20 reconciliari Ck | ~ siue quae in terris sunt siue quae in caelis Λ; ~ siue quae in caelis siue quae in terris sunt RFks; ~ siue quae in celis sunt siue quae in terris S | 25 in uobis RSΦk | 28 adnuntiauimus G | omnem hominem² *om.* RFS | 29 quam] qua Rk. | in me *om.* R || **2,**1 his] iis 𝔠. | 2 in agnitione ARFK𝔬 | dei patris et christi iesu 𝔠; dei patris et domini nostri iesu christi Λ; dei christi iesu patris et domini C | 3 et scientiae *om.* R | 4 in sublimitate SCΛΦ𝔠 | 5 vestram G |

et firmamentum eius quae in Christo
est fidei vestrae
6 sicut ergo accepistis Christum Iesum
Dominum
in ipso ambulate
1,23; Iud 20 7 radicati et superaedificati in ipso
et confirmati fide
sicut et didicistis
abundantes in gratiarum actione
4,18; II Th 2,3; I Io 3,7 8 videte ne quis vos decipiat per philo-
sophiam et inanem fallaciam
secundum traditionem hominum
secundum elementa mundi et non
secundum Christum
1,19 9 quia in ipso inhabitat omnis pleni-
tudo divinitatis corporaliter
10 et estis in illo repleti
15; Eph 1,21! qui est caput omnis principatus et
potestatis
Dt 30,6! Rm 2,29 11 in quo et circumcisi estis circumci-
sione non manufacta
in expoliatione corporis carnis
in circumcisione Christi
Rm 6,4 12 consepulti ei in baptismo
in quo et resurrexistis per fidem
operationis Dei
Rm 8,11! qui suscitavit illum a mortuis
1,21; Lc 15,24! Eph 2,1.5 13 et vos cum mortui essetis in delictis
et praeputio carnis vestrae
convivificavit cum illo
Act 3,19! donans vobis omnia delicta
Eph 2,14 15 14 delens quod adversum nos erat
chirografum decretis
quod erat contrarium nobis
I Pt 2,24 et ipsum tulit de medio adfigens il-
lud cruci
10; Eph 1,21! 15 expolians principatus et potestates
traduxit palam triumphans illos in
semet ipso
16 nemo ergo vos iudicet in cibo aut in
potu
aut in parte diei festi aut neomeniae
aut sabbatorum
17 quae sunt umbra futurorum Hbr 10,1
corpus autem Christi
18 nemo vos seducat 4,8!
volens in humilitate et religione an-
gelorum
quae non vidit ambulans frustra in-
flatus sensu carnis suae
19 et non tenens caput
ex quo totum corpus per nexus et Eph 2,21; 4,16
coniunctiones subministratum et
constructum
crescit in augmentum Dei
20 si mortui estis cum Christo ab ele-
mentis mundi
quid adhuc tamquam viventes in
mundo decernitis
21 ne tetigeris
neque gustaveris
neque contrectaveris
22 quae sunt omnia in interitu ipso usu
secundum praecepta et doctrinas Mt 15,9! Mc 7,7
hominum
23 quae sunt rationem quidem haben-
tia sapientiae
in superstitione et humilitate
et ad non parcendum corpori
non in honore aliquo ad saturitatem
carnis
3 igitur si conresurrexistis Christo
quae sursum sunt quaerite Mt 6,33; Lc 12,31
ubi Christus est in dextera Dei se- Eph 1,20!
dens
2 quae sursum sunt sapite
non quae supra terram
3 mortui enim estis Rm 6,10; Gal 2,19
et vita vestra abscondita est cum
Christo in Deo
4 cum Christus apparuerit vita vestra II Th 1,10! I Io 3,2
tunc et vos apparebitis cum ipso in

GA(R) FSKCΛΦks 𝔠𝔴 6 ~ iesum christum FS𝔠 | 7 abundantes + in illo SΦ𝔠 | actionem RFS | 11 carnis + sed 𝔠 | 12 [*deest* R *usque ad* 4,7] | 14 decreti FSKΦ𝔠 | 15 et expolians Λ𝔠 | palam Λk𝔟] confidentem palam F; confidenter palam *cet. cum archetypo, ut vid.* | 18 in humilitatem AF | 20 si + ergo 𝔠 | huius mundi FSΦ𝔠 | 21 tetigeritis . . . gustaueritis . . . contrectaueritis FSKΦ𝔠 | 22 in interitum Cs𝔠 | 23 sapientia G | ~ non ad 𝔠 || **3**,1 consurrexistis GSCΦ𝔠𝔴 | cum christo FSΦ𝔠 | 2 supra GFk𝔟] super *cet.* | 3 ~ est abscondita 𝔠. |

gloria
Gal 5,24 5 mortificate ergo membra vestra quae
sunt super terram
Rm 1,29! Eph 5,3.5! fornicationem
inmunditiam
libidinem
concupiscentiam malam
et avaritiam quae est simulacrorum
servitus
Eph 5,6! 6 propter quae venit ira Dei super fili-
os incredulitatis
Eph 2,2 7 in quibus et vos ambulastis aliquan-
do cum viveretis in illis
Eph 4,31; 1 Pt 2,1! 8 nunc autem deponite et vos omnia
iram
indignationem
malitiam
blasphemiam
Eph 4,29; 5,4 turpem sermonem de ore vestro
Eph 4,25 9 nolite mentiri invicem
Eph 4,22 expoliantes vos veterem hominem
cum actibus eius
Rm 13,14. Gal 3,27; Eph 4,24; 10 et induentes novum
eum qui renovatur in agnitionem
secundum imaginem eius qui crea-
vit eum
11 ubi non est gentilis et Iudaeus
Gal 3,28! circumcisio et praeputium
barbarus et Scytha
servus et liber
sed omnia et in omnibus Christus
Eph 4,32 12 induite vos ergo sicut electi Dei
sancti et dilecti
viscera misericordiae
12.13: Eph 4,2; 1 Pt 5,5 benignitatem
humilitatem
modestiam
patientiam
13 subportantes invicem
Mt 6,14! Eph 4,32 et donantes vobis ipsis
si quis adversus aliquem habet que-
rellam
Io 13,15! 1 Io 2,6 sicut et Dominus donavit vobis

ita et vos
14 super omnia autem haec carita- Eph 4,3
tem
quod est vinculum perfectionis
15 et pax Christi exultet in cordibus Phil 4,7
vestris
in qua et vocati estis in uno corpore 1 Cor 7,15; Eph 4,4
et grati estote
16 verbum Christi habitet in vobis
abundanter
in omni sapientia docentes et com- 1,28; Eph 5,19
monentes vosmet ipsos
psalmis hymnis canticis spiritalibus
in gratia cantantes in cordibus ves- Ps 9,2!
tris Deo
17 omne quodcumque facitis in verbo 1 Cor 10,31
aut in opere
omnia in nomine Domini Iesu
gratias agentes Deo et Patri per ip- Eph 5,20!
sum
18 mulieres subditae estote viris sicut Gn 3,16; Eph 5,22!
oportet in Domino
19 viri diligite uxores
et nolite amari esse ad illas
20 filii oboedite parentibus per omnia Eph 6,1
hoc enim placitum est in Domino
21 patres nolite ad indignationem pro- Eph 6,4
vocare filios vestros
ut non pusillo animo fiant
22 servi oboedite per omnia dominis 1 Tim 6,1; 1 Pt 2,18
carnalibus
non ad oculum servientes quasi ho- 22—25: Eph 6,5–9
minibus placentes
sed in simplicitate cordis timentes
Dominum
23 quodcumque facitis
ex animo operamini
sicut Domino et non hominibus
24 scientes quod a Domino accipietis
retributionem hereditatis
Domino Christo servite Rm 12,11
25 qui enim iniuriam facit recipiet id
quod inique gessit

5 ergo *om.* A | supra k | 6 super] in FKCk | 7 ~ aliquando ambulastis k | uiueritis ASΛ | 9 eius] suis CΛc | 10 [*deest* s *usque ad* 4,18] | eum[2]] illum c | 11 et[5] *om.* A | 12 ~ ergo uos Λk | 13 uobismet ipsis FΛΦc | et[2] *om.* AS | 14 caritatem + tenete C; + habete c; + habentes FSΦ; ~ haec caritatem autem habentes F | 15 christi] dei G | 16 hymnis + et c | canentes k | 17 iesu + christi FSΦc | 19 uxores + uestras ASc | 22 dominum] deum c |

GA FSKCΛΦ k(s)cob

Eph 6,9! et non est personarum acceptio
Mt 20,4 **4** domini quod iustum est et aequum
servis praestate
Eph 6,9 scientes quoniam et vos Dominum
habetis in caelo
Lc 21,36! Rm 12,12! I Th 5,17.18! 2 orationi instate
vigilantes in ea in gratiarum actione
2.3: Eph 6,18.19 Rm 15,30! II Th 3,1! 3 orantes simul et pro nobis
ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium
Christi
propter quod etiam vinctus sum
Eph 6,20 4 ut manifestem illud ita ut oportet
me loqui
Eph 5,15.16; I Th 4,12 5 in sapientia ambulate ad eos qui foris sunt
tempus redimentes
6 sermo vester semper in gratia sale
sit conditus
I Pt 3,15 ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere
7.8: Eph 6,21.22! 7 quae circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus carissimus frater
et fidelis minister et conservus in Domino
8 quem misi ad vos ad hoc ipsum ut
cognoscat quae circa vos sunt
et consoletur corda vestra
9 cum Onesimo carissimo et fideli
fratre qui est ex vobis
omnia quae hic aguntur nota facient
vobis
Phlm 23.24 10 salutat vos Aristarchus concaptivus
meus
et Marcus consobrinus Barnabae
de quo accepistis mandata
si venerit ad vos excipite illum
11 et Iesus qui dicitur Iustus
qui sunt ex circumcisione
hii soli sunt adiutores in regno
Dei
qui mihi fuerunt solacio
12 salutat vos Epaphras qui ex vobis est Phlm 23
servus Christi Iesu
semper sollicitus pro vobis in orationibus
ut stetis perfecti et pleni in omni voluntate Dei
13 testimonium enim illi perhibeo quod
habet multum laborem pro vobis 2,1
et pro his qui sunt Laodiciae
et qui Hierapoli
14 salutat vos Lucas medicus carissimus et Demas Phlm 23.24
15 salutate fratres qui sunt Laodiciae
et Nympham et quae in domo eius
est ecclesiam Rm 16,5; I Cor 16,19; Phlm 2
16 et cum lecta fuerit apud vos epistula
facite ut et in Laodicensium ecclesia Laod 20
legatur
et eam quae Laodicensium est vos
legatis
17 et dicite Archippo
vide ministerium quod accepisti in
Domino ut illud impleas
18 salutatio mea manu Pauli I Cor 16,21; II Th 3,17
memores estote vinculorum meorum
gratia vobiscum amen Eph 6,24! I Tim 6,21; Hbr 13,25

EXPLICIT EPISTULA AD COLOSSENSES

INCIPIT AD THESSALONICENSES · I ·

Paulus et Silvanus et Timotheus 1,2: II Cor 1,1.2! 1—3: II Th 1,1–3
ecclesiae Thessalonicensium
in Deo Patre et Domino Iesu Christo
gratia vobis et pax I Pt 1,2!
2 gratias agimus Deo semper pro 3,9; II Th 2,13
omnibus vobis

GA(R) FSKCΛΦ(k) 𝔠𝔬𝔟 25 acceptio + apud deum FSΛΦ𝔠 || 4,1 quoniam] quod 𝔠 | 2 in ea in] in F; in ea SKC | 5 in sapientiam AC | 7 [*iterum adest* R; *deest* k *usque ad v.* 18] | 9 ~ ex uobis est 𝔠 | faciet ASCΦ | 11 adiutores + mei FSΦ𝔠 | 12 ~ est ex uobis GR | 13 iis 𝔠. | 15 ecclesia AFSKC𝔠 | 16 epistula + haec S𝔠 | in *om.* R | ea AΛΦ | ~ est laodicensium R | 18 gratia + dei R; + domini nostri F; + domini iesu SΦ ||

Ad Thessalonicenses I. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦk (= J *apud* 𝔟) s (= I *apud* 𝔟) l (= 67 *apud* 𝔟) *ac* 𝔠𝔬𝔟. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad thessalonicenses prima 𝔠 || **1,1** [*adest* k *usque ad* 2,14; *desunt* s *usque ad* 4,16, *et* l *usque ad* 2,16] | domino + nostro RΛ |

Rm 1,9.10! II Th 1,11; Phlm 4! memoriam facientes in orationibus
nostris sine intermissione
3 memores operis fidei vestrae
et laboris et caritatis
et sustinentiae spei Domini nostri
Iesu Christi
ante Deum et Patrem nostrum
4 scientes fratres dilecti a Deo electio-
nem vestram
I Cor 2,4! 4,20 5 quia evangelium nostrum non fuit
ad vos in sermone tantum
sed et in virtute et in Spiritu Sancto
et in plenitudine multa
Act 20,18; II Th 3,7 sicut scitis quales fuerimus vobis
propter vos
I Cor 11,1! II Th 3,7 6 et vos imitatores nostri facti estis et
Domini
Mt 13,20; Act 17,11 excipientes verbum in tribulatione
multa cum gaudio Spiritus Sancti
I Pt 5,3 7 ita ut facti sitis forma omnibus cre-
dentibus in Macedonia et in Achaia
8 a vobis enim diffamatus est sermo
Domini
non solum in Macedonia et in Achaia
Rm 1,8; 16,19 sed in omni loco fides vestra quae
est ad Deum profecta est
ita ut non sit nobis necesse quicquam
loqui
9 ipsi enim de nobis adnuntiant
2,1 qualem introitum habuerimus ad
vos
Act 14,14 et quomodo conversi estis ad Deum
a simulacris
servire Deo vivo et vero
10 et expectare Filium eius de caelis
Act 13,30! quem suscitavit ex mortuis Iesum
Rm 5,9 qui eripuit nos ab ira ventura
1,9 **2** nam ipsi scitis fratres introitum nos-
trum ad vos
quia non inanis fuit
2 sed ante passi et contumeliis adfecti
sicut scitis in Philippis
fiduciam habuimus in Deo nostro
loqui ad vos evangelium Dei in
multa sollicitudine
3 exhortatio enim nostra non de errore
neque de inmunditia
neque in dolo
4 sed sicut probati sumus a Deo ut
crederetur nobis evangelium I Tim 1,11!
ita loquimur
non quasi hominibus placentes Gal 1,10
sed Deo qui probat corda nostra
5 neque enim aliquando fuimus in II Pt 2,3
sermone adulationis sicut scitis
neque in occasione avaritiae
Deus testis est Rm 1,9!
6 nec quaerentes ab hominibus glo- Io 5,41
riam
neque a vobis neque ab aliis
7 cum possimus oneri esse ut Christi
apostoli
sed facti sumus lenes in medio ves-
trum
tamquam si nutrix foveat filios suos
8 ita desiderantes vos cupide voleba- II Cor 12,15!
mus tradere vobis
non solum evangelium Dei
sed etiam animas nostras
quoniam carissimi nobis facti estis
9 memores enim estis fratres laborem II Th 3,8
nostrum et fatigationem
nocte et die operantes ne quem ves-
trum gravaremus
praedicavimus in vobis evangelium
Dei
10 vos testes estis et Deus
quam sancte et iuste et sine querella
vobis qui credidistis fuimus
11 sicut scitis
qualiter unumquemque vestrum
tamquam pater filios suos 12 de- 11.12: I Cor 4,14!
precantes vos et consolantes testi-
ficati sumus

2 memoriam + uestri GRFCΛΦ co | 3 labores G | 5 et[1] *om.* AFo | uobis AKb] uobiscum Φ; in uobis *cet.* | 8 sed + et G c | 9 ipsae A | estis] sitis Λ; + sitis G. ‖ **2**,7 possumus F; possemus Φ c | oneri] in gratia FS; *praem.* uobis c; + uobis Φ | lenes *restituimus*, *cf.* 𝔊, b.] lenes paruuli G. *cum archetypo*, *ut vid.*; paruuli *cet.* | 9 laboris nostri et fatigationis RΛΦk (*vid.*) c; laborum nostrorum et fatigationis C; laborum nostrum et fatigationem S. | et[2]] ac C c | in *om.* AR | 10 testis GARS | et[3] *om.* R | 11 tamquam] sicut c. | suos *om.* GS |

GAR FSKCΛΦk cob

Eph 4,1! Phil 1,27! I Pt 5,10! IV Esr 2,37 ut ambularetis digne Deo
qui vocavit vos in suum regnum et gloriam
13 ideo et nos gratias agimus Deo sine intermissione
Gal 1,11 quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei
accepistis non ut verbum hominum
sed sicut est vere verbum Dei
qui operatur in vobis qui credidistis
14 vos enim imitatores facti estis fratres
Gal 1,22 ecclesiarum Dei quae sunt in Iudaea in Christo Iesu
quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris
sicut et ipsi a Iudaeis
15.16: Mt 23,31.32 15 qui et Dominum occiderunt Iesum
et prophetas
et nos persecuti sunt
et Deo non placent
et omnibus hominibus adversantur
16 prohibentes nos gentibus loqui ut salvae fiant
ut impleant peccata sua semper
praevenit autem ira Dei super illos usque in finem
17 nos autem fratres desolati a vobis ad tempus horae aspectu non corde
Rm 1,11 abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio
Rm 15,22! 18 quoniam voluimus venire ad vos
ego quidem Paulus
et semel et iterum
et inpedivit nos Satanas
19 quae est enim nostra spes
19.20: Phil 4,1 aut gaudium
aut corona gloriae
II Cor 1,14; Phil 2,16 nonne vos ante Dominum nostrum Iesum estis in adventu eius
20 vos enim estis gloria nostra et gaudium

3 propter quod non sustinentes amplius 5
placuit nobis remanere Athenis solis
2 et misimus Timotheum fratrem nostrum et ministrum Dei in evangelio Christi
ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra
3 ut nemo moveatur in tribulationibus istis
ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus
4 nam et cum apud vos essemus II Th 2,5; 3,10
praedicebamus vobis passuros nos tribulationes
sicut et factum est et scitis
5 propterea et ego amplius non sustinens 1
misi ad cognoscendam fidem vestram
ne forte temptaverit vos is qui temptat
et inanis fiat labor noster I Cor 15,58! Gal 2,2; 4,11! Phil 2,16
6 nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis
et adnuntiante nobis fidem et caritatem vestram
et quia memoriam nostri habetis bonam semper desiderantes nos videre
sicut nos quoque vos
7 ideo consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate et tribulatione nostra per vestram fidem
8 quoniam nunc vivimus si vos statis in Domino
9 quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis 1,2!
in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum
10 nocte et die abundantius orantes
ut videamus faciem vestram
et conpleamus ea quae desunt fidei vestrae

GAR FSKCΛΦ (kl) cɵb 13 accepistis – illud Φ c | 14 fratres *om.* k | [*deest* k *usque ad* 4,6] | 16 [*adest* l *usque ad* 3,7] | peruenit c | autem GAb𝔊] enim *cet.* | 17 aspectus G | 18 uolumus G | et³ *restituimus cum* 𝔊, b.] sed et G. *cum archetypo, ut vid., cf. supra v.* 7; sed *cet.* | 19 coronae A; coronam F | iesum – christum FCΦl co | in aduentum AFSKCl || 3,1 soli S; *om.* R | 2 ad confortandos GFS | 4 praedicabamus FSKΛ; praedicauimus RC | 6 nos¹] uos G | sicut – et SK c | 7 [*deest* l *usque ad* 4,11] | ~ fidem uestram FS c | 10 et¹] ac C c |

II Th 2,16 11 ipse autem Deus et Pater noster et
Dominus Iesus
dirigat viam nostram ad vos
12 vos autem Dominus multiplicet et
Phil 1,9! II Th 1,3 abundare faciat caritatem in invicem et in omnes
quemadmodum et nos in vobis
5,23! I Cor 1,8; II Pt 3,14! 13 ad confirmanda corda vestra sine
querella in sanctitate
ante Deum et Patrem nostrum
Za 14,5! II Th 1,7.10! IV Esr 7,28 in adventu Domini nostri Iesu
cum omnibus sanctis eius amen
4 de cetero ergo fratres
II Th 3,6! rogamus vos et obsecramus in Domino Iesu
ut quemadmodum accepistis a nobis
quomodo vos oporteat ambulare
et placere Deo
sicut et ambulatis
ut abundetis magis
2 scitis enim quae praecepta dederimus
vobis per Dominum Iesum
Hbr 10,10! 3 haec est enim voluntas Dei sanctificatio vestra
I Cor 6,18! 4 ut abstineatis vos a fornicatione
4.5: Tb 8,5 ut sciat unusquisque vestrum suum
vas possidere in sanctificatione et
honore
5 non in passione desiderii
sicut et gentes quae ignorant Deum
6 ut ne quis supergrediatur neque circumveniat in negotio fratrem suum
Ps 93,1! quoniam vindex est Dominus de his
omnibus
sicut et praediximus vobis et testificati sumus
7 non enim vocavit nos Deus in inmunditia
II Th 2,13 sed in sanctificatione

8 itaque qui spernit non hominem Lc 10,16!
spernit sed Deum
qui etiam dedit Spiritum suum Sanctum in vobis Ez 37,14! I Cor 6,19!
9 de caritate autem fraternitatis non Io 13,34! Rm 12,10! Hbr 13,1!
necesse habemus scribere vobis
ipsi enim vos a Deo didicistis ut diligatis invicem Io 6,45!
10 etenim facitis illud in omnes fratres
in universa Macedonia
rogamus autem vos fratres
ut abundetis magis
11 et operam detis ut quieti sitis II Th 3,12
et ut vestrum negotium agatis
et operemini manibus vestris I Cor 4,12! Eph 4,28
sicut praecepimus vobis
12 et ut honeste ambuletis ad eos qui Col 4,5
foris sunt
et nullius aliquid desideretis
13 nolumus autem vos ignorare fratres II Cor 1,8!
de dormientibus
ut non contristemini sicut et ceteri
qui spem non habent
14 si enim credimus quod Iesus mortuus est et resurrexit 5,9.10; Rm 14,9; II Cor 4,14!
ita et Deus eos qui dormierunt per
Iesum adducet cum eo
15 hoc enim vobis dicimus in verbo Domini I Cor 7,12
quia nos qui vivimus qui residui sumus in adventum Domini 17: IV Esr 13,24
non praeveniemus eos qui dormierunt
16 quoniam ipse Dominus in iussu et in Mt 24,30.31!
voce archangeli
et in tuba Dei descendet de caelo I Cor 15,52
et mortui qui in Christo sunt resurgent primi
17 deinde nos qui vivimus qui relinquimur 15!
simul rapiemur cum illis in nubibus

GAR FSKCΛΦ (ksl) cob

11 dominus + noster c | iesus + christus FSc | 12 caritate CΦ𝔊; + uestram c | 13 in aduentum AFSKΛ | iesu GAK𝔟𝔊] + christi *cet.* ‖ 4,1 ~ oporteat uos c | sicut] sic c | ambulastis GK; ambuletis c | ut^{2} + et AKΦ | 2 dederim GΦc | 4 ~ uas suum c. | 5 et *om.* G | 6 ut] et Φc | et^{1} G𝔟𝔊] *om. cet.* | [*adest* k *usque ad* 5,1] | 7 nos *om.* R | in inmunditiam GΛΦk c | in sanctificationem KΛΦc | 8 qui^{1} G𝔟𝔊] + haec *cet.* | in nobis Sc | 9 habuimus AKΦ; habeamus G | 10 ~ illud facitis c. | 11 ut^{2} *om.* AC𝔬; ~ ut et K | operetis G | praecipimus RS | 12 [*adest* l *usque ad* 5,5] | desideritis GARSC | 15 in aduentu Λkl | 16 [*adest* s *usque ad* 5,18] | 17 qui relinquemur KΦkl; qui reliqui sumus R; qui residui sumus s. |

obviam Domino in aera
et sic semper cum Domino erimus
5,11; Hbr 3,13 18 itaque consolamini invicem in ver-
bis istis
5 de temporibus autem et momentis
fratres
non indigetis ut scribamus vobis
2 ipsi enim diligenter scitis
II Pt 3,10; Apc 3,3; 16,15 quia dies Domini sicut fur in nocte
ita veniet
3 cum enim dixerint pax et securitas
Lc 21,35! tunc repentinus eis superveniet in-
teritus
sicut dolor in utero habenti
et non effugient
Io 8,12 4 vos autem fratres non estis in teneb-
ris
ut vos dies ille tamquam fur con-
prehendat
I Pt 2,9! 5 omnes enim vos filii lucis estis et filii
diei
non sumus noctis neque tenebra-
rum
6 igitur non dormiamus sicut ceteri
I Pt 5,8 sed vigilemus et sobrii simus
7 qui enim dormiunt nocte dormiunt
et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt
8 nos autem qui diei sumus sobrii si-
mus
Is 59,17! Eph 6,14.17 induti loricam fidei et caritatis et ga-
leam spem salutis
9 quoniam non posuit nos Deus in
II Th 2,14 iram sed in adquisitionem salutis
9.10: 4,14! per Dominum nostrum Iesum Chris-
tum
Rm 5,9! 14,9 10 qui mortuus est pro nobis
ut sive vigilemus sive dormiamus si-
mul cum illo vivamus
4,18; Hbr 3,13 11 propter quod consolamini invicem
Rm 14,19; 15,2; I Cor 14,26; Iud 20 et aedificate alterutrum sicut et faci-
tis

12 rogamus autem vos fratres
ut noveritis eos qui laborant inter I Cor 16,16.18; I Tim 5,17
vos
et praesunt vobis in Domino
et monent vos
13 ut habeatis illos abundantius in cari-
tate
propter opus illorum
pacem habete cum eis
14 rogamus autem vos fratres
corripite inquietos
consolamini pusillianimes
suscipite infirmos
patientes estote ad omnes
15 videte ne quis malum pro malo ali- Rm 12,17! I Pt 3,9
cui reddat
sed semper quod bonum est secta-
mini et in invicem et in omnes
16 semper gaudete Phil 2,18; 3,1; 4,4; II Cor 13,11
17 sine intermissione orate Lc 18,1! 17.18: Col 4,2!
18 in omnibus gratias agite Eph 5,20!
haec enim voluntas Dei est in Chris-
to Iesu in omnibus vobis
19 Spiritum nolite extinguere
20 prophetias nolite spernere
21 omnia autem probate
quod bonum est tenete
22 ab omni specie mala abstinete vos Iob 1,1!
23 ipse autem Deus pacis sanctificet
vos per omnia
et integer spiritus vester
et anima et corpus 3,13
sine querella in adventu Domini nos- 23.24: I Cor 1,8.9:
tri Iesu Christi servetur Phil 1,10!
24 fidelis est qui vocavit vos qui etiam I Pt 5,10
faciet
25 fratres orate pro nobis Eph 6,18.19; II Th 3,1! Hbr 13,18
26 salutate fratres omnes in osculo Rm 16,16; I Cor 16,20; II Cor 13,12; I Pt 5,14
sancto
27 adiuro vos per Dominum ut legatur
epistula omnibus sanctis fratribus

GAR FS(K)CΛΦ (ksl) cob

17 domino[1]] christo CΛlc | 18 in inuicem GFS | in *om.* AK. || **5**,1 [*deest* k *usque ad v.* 28] | scribam FSCΛ | 3 effugiet G | 4 dies illa SCΛ c; illa dies F | 5 enim *om.* A | fili[1] G | diei] dei FKC | [*deest* l *usque ad v.* 28] | 6 sicut + et FSΦ c | 8 simus] sumus GRFCo | lorica GSKs | 11 inuicem] *praem.* in GSC: *om.* s. | 12 uos[1] *om.* A | 15 et in[1]] *om.* R: et AF; in SΛ c | 18 [*deest* s *usque ad v.* 28] | ~ est enim uoluntas dei RS c | 19 spiritu AR. | 22 ~ uos abstinete RF | *vv.* 23—28 *om.* K. | 23 et[1]] ut FΦ c | in aduentum RFSΛ | 24 est + deus R | 27 per deum RS | epistula] *praem.* haec Λ: + haec RFSΦ c |

Rm 16,20! I Cor 16,23! 28 gratia Domini nostri Iesu Christi vo-
biscum amen

EXPLICIT

AD THESSALONICENSES ·I·

INCIPIT AD EOSDEM ·II·

1.2: II Cor 1,1.2! 1—3: Phil 1,1–3; Col 1,1–3; I Th 1,1–3 **1** Paulus et Silvanus et Timotheus
ecclesiae Thessalonicensium
in Deo Patre nostro et Domino Ie-
su Christo
2 gratia vobis et pax a Deo Patre nos-
tro et Domino Iesu Christo
2,13! 3 gratias agere debemus Deo semper
pro vobis fratres
ita ut dignum est
quoniam supercrescit fides vestra
Phil 1,9! I Th 3,12 et abundat caritas uniuscuiusque
omnium vestrum in invicem
II Cor 8,24! 4 ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur in
ecclesiis Dei
pro patientia vestra et fide in omni-
bus persecutionibus vestris et tri-
bulationibus quas sustinetis
5 in exemplum iusti iudicii Dei
Lc 20,35 ut digni habeamini regno Dei pro
quo et patimini
6 si tamen iustum est apud Deum
Apc 18,6! retribuere tribulationem his qui vos
tribulant
7 et vobis qui tribulamini requiem no-
biscum
10! I Th 3,13! in revelatione Domini Iesu de caelo
cum angelis virtutis eius
Is 66,15 8 in flamma ignis dantis vindictam his
qui non noverunt Deum
I Pt 4,17 et qui non oboediunt evangelio Do-
mini nostri Iesu
9 qui poenas dabunt in interitu ae-
ternas
a facie Domini et a gloria virtutis Is 2,19!
eius
10 cum venerit glorificari in sanctis 7; I Th 3,13! Col 3,4!
suis
et admirabilis fieri in omnibus qui Ps 67,36
crediderunt
quia creditum est testimonium nos-
trum super vos in die illo
11 in quo etiam oramus semper pro vo- I Th 1,2!
bis
ut dignetur vos vocatione sua Deus
et impleat omnem voluntatem boni-
tatis
et opus fidei in virtute
12 ut clarificetur nomen Domini nostri Mt 6,9! Apc 15,4; Act 19,17
Iesu Christi in vobis
et vos in illo secundum gratiam Dei
nostri et Domini Iesu Christi
2 rogamus autem vos fratres
per adventum Domini nostri Iesu
Christi
et nostrae congregationis in ipsum
2 ut non cito moveamini a sensu
neque terreamini
neque per spiritum
neque per sermonem
neque per epistulam tamquam per
nos
quasi instet dies Domini
3 ne quis vos seducat ullo modo Col 2,8! I Io 3,7
quoniam nisi venerit discessio pri-
mum
et revelatus fuerit homo peccati fili-
us perditionis
4 qui adversatur et extollitur supra Dn 11,36!
omne quod dicitur Deus aut quod
colitur
ita ut in templo Dei sedeat Ez 28,21

28 amen *om.* A ||

GAR
FS(K)CΛΦ
cob

Ad Thessalonicenses II. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦI (= 67 *apud* 𝔟) *ac* cob. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad thessalonicenses secunda c || **1,1** [*deest* I *usque ad* 2,8] | ~ christo iesu GK. | 3 ~ semper deo c. | omnium *om.* ARKΛ c | 4 ut et] ut AΦ (*antiquiores codd.*); et K | fide + et c. | 5 iusti *om.* RS. | in regno FKCΛΦ c; in regnum S. | 6 tribulationem] retributionem RC | iis c. | 7 in reuelationem GFSΛ | domini + nostri R | iesu + christi RS | 8 iis c | iesu GF𝔟𝔊] + christi *cet.* | 9 in interitum AC | 11 deus + noster RFSCΦ co | 12 nostri¹ *om.* A c (*ed.* 1592) || **2,2** a sensu GΛ𝔟𝔊] sensu RC: a uestro sensu AFSKΦ co | per nos missam Φ c; a nobis missam FS |

ostendens se quia sit Deus
3,10; I Th 3,4 [5]non retinetis quod cum adhuc essem
apud vos haec dicebam vobis
[6]et nunc quid detineat scitis
ut reveletur in suo tempore
[7]nam mysterium iam operatur iniquitatis
tantum ut qui tenet nunc donec de medio fiat
[8]et tunc revelabitur ille iniquus
Is 11,4! quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui
et destruet inlustratione adventus sui
[9]eum cuius est adventus secundum operationem Satanae
Mt 24,24! Mc 13,22! in omni virtute et signis et prodigiis mendacibus
[10]et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt
1 Tim 2,4 eo quod caritatem veritatis non receperunt ut salvi fierent
II Cor 4,4 [11]ideo mittit illis Deus operationem erroris
ut credant mendacio
Rm 1,18! II Tim 4,4! [12]ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati
sed consenserunt iniquitati
1,3; I Th 1,2! [13]nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti a Deo
quod elegerit nos Deus primitias in salutem
I Th 4,7 in sanctificatione Spiritus et fide veritatis
[14]ad quod et vocavit vos per evangelium nostrum
Rm 8,30; I Th 5,9 in adquisitionem gloriae Domini nostri Iesu Christi
3,6! I Cor 11,2! [15]itaque fratres state et tenete traditiones quas didicistis
sive per sermonem
sive per epistulam nostram
[16]ipse autem Dominus noster Iesus Christus 1 Th 3,11
et Deus et Pater noster
qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam et spem bonam in gratia
[17]exhortetur corda vestra
et confirmet in omni opere et sermone bono
3 de cetero fratres orate pro nobis Eph 6,18.19; Col 4,3; I Th 5,25!
ut sermo Domini currat et clarificetur sicut et apud vos 1.2: Rm 15,30.31!
[2]et ut liberemur ab inportunis et malis hominibus Ps 139,2! Is 25,4 Lxx
non enim omnium est fides
[3]fidelis autem Dominus est I Cor 1,8.9; 10,13!
qui confirmabit vos et custodiet a malo Mt 6,13!
[4]confidimus autem de vobis in Domino II Cor 7,16!
quoniam quae praecipimus et facitis et facietis
[5]Dominus autem dirigat corda vestra in caritate Dei et patientia Christi
[6]denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi 12; Rm 16,17! I Th 4,1
ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate 14; I Cor 5,11
et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis 2,15!
[7]ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos I Th 1,5.6!
quoniam non inquieti fuimus inter vos
[8]neque gratis panem manducavimus ab aliquo
sed in labore et fatigatione I Th 2,9
nocte et die operantes ne quem vestrum gravaremus

GAR FSKCΛΦ(I) cϸb

4 quia G𝔟𝔊] tamquam *cet.* | 5 adhuc essemus Λ; essemus adhuc F; essem R; essemus AK | dicebamus AFKΛ | 7 tenet nunc G𝔟.𝔊] tenet nunc teneat ARKCΛΦcϸ; nunc tenet teneat S; non tenent teneant F. | 8 [*adest* I *usque ad* 3,1, *sed pauca tantum legi possunt*] | 9 et[1] *om.* ARKC | 10 et *om.* A | iis c. | 11 mittet GKCΛΦc | 12 credunt R | 13 nos[2]] uos c𝔊 | in salute RS | et in fide c. | 14 ad quod G𝔟𝔊] in quo S; in qua *cet.* | et *om.* RS. | 15 nostrum G | 17 exhortetur] consoletur R || **3**,1 [*deest* I *usque ad v.* 18] | domini] dei ΛKc | 3 dominus] deus FSc | confirmauit ARFSΛ | 4 praecepimus ARFSKΛΦ | et facietis *om.* GΛ | 6 ambulate G | 8 manducabimus R | et[1] — in c | graueremus GK |

9 non quasi non habuerimus potestatem
Phil 3,17! sed ut nosmet ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos
2,5; I Th 3,4 10 nam et cum essemus apud vos
hoc denuntiabamus vobis
quoniam si quis non vult operari nec manducet
I Tim 5,13 11 audimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete
nihil operantes sed curiose agentes
6! 12 his autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et obsecramus in Domino Iesu Christo
I Th 4,11 ut cum silentio operantes suum panem manducent
Gal 6,9 13 vos autem fratres nolite deficere benefacientes
14 quod si quis non oboedit verbo nostro per epistulam
6! I Cor 5,9 hunc notate et non commisceamini cum illo ut confundatur
15 et nolite quasi inimicum existimare
sed corripite ut fratrem
Nm 6,26; Io 14,27! Rm 15,33; II Cor 13,11; Phil 4,9 16 ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco
Dominus cum omnibus vobis
I Cor 16,21; Col 4,18 17 salutatio mea manu Pauli
quod est signum in omni epistula ita scribo
II Cor 13,13! Tit 3,15; Apc 22,21 18 gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis amen

EXPLICIT

AD THESSALONICENSES ·II·

INCIPIT AD TIMOTHEUM ·I·

Gal 1,1! Paulus apostolus Christi Iesu secundum
Tit 1,3 imperium Dei salvatoris nostri et Christi Iesu spei
1,2: II Tim 1,1.2 nostrae
2 Timotheo dilecto filio in fide Tit 1,4
gratia misericordia pax a Deo Patre et Christo Iesu Domino nostro Rm 1,7! II Io 3
3 sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam
ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent
4 neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis 4,7! II Tim 4,4; Tit 1,14; 3,9
quae quaestiones praestant magis quam aedificationem Dei quae est in fide
5 finis autem praecepti est caritas de corde puro Rm 13,8! 10 Rm 12,9! Gal 5,6
et conscientia bona 5.6: 19
et fide non ficta
6 a quibus quidam aberrantes 6,10.21; II Tim 2,18
conversi sunt in vaniloquium
7 volentes esse legis doctores
non intellegentes neque quae loquuntur
neque de quibus adfirmant
8 scimus autem quia bona est lex Rm 7,12.16
si quis ea legitime utatur
9 sciens hoc quia iusto lex non est posita
sed iniustis et non subditis
impiis et peccatoribus 9.10: Rm 1,29.30!
sceleratis et contaminatis
patricidis et matricidis
homicidis 10 fornicariis
masculorum concubitoribus
plagiariis mendacibus
periuris
et si quid aliud sanae doctrinae adversatur 6,3
11 quae est secundum evangelium gloriae beati Dei quod creditum est mihi Gal 2,7; Tit 1,3; I Th 2,4!

11 audimus GA𝔟𝔊] audiuimus *cet.* | ambulantes A | 12 iis c. | 14 non[2]] ne Φc | 16 dominus[1]] deus G | dominus[2] + sit c | 18 amen *om.* RFS || GAR FSKCΛΦ c𝔬𝔟
Ad Timotheum I. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦs (= l *apud* 𝔟) *ac* c𝔬𝔟. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad timotheum prima c || GAR FSKCΛΦ(s) c𝔬𝔟
1,1 [*deest* s *usque ad v.* 9] | ~ iesu christi[1] Ac | 2 pax GFΛ𝔟𝔊] et pax *cet.* | 3 ut[2]] et AΦ | 6 quibus quidam] quibusdam GRΛ; quibus et quidam S. | 9 ~ lex iusto non est Ac; ~ iusto non est lex FS | [*adest* s *usque ad* 2,5] | parricidis c; patricidiis ARS | et[4] *om.* RΛs | matricidiis ARS | homicidiis RSC | 10 fornicatoribus Gs | mendacibus + et c. | periuriis RFS |

12 gratias ago ei qui me confortavit
Christo Iesu Domino nostro
12.13: quia fidelem me existimavit
1 Cor 7,25; II Cor 4,1 ponens in ministerio
13 qui prius fui blasphemus et persecu-
tor et contumeliosus
sed misericordiam consecutus sum
Act 3,17! quia ignorans feci in incredulitate
Rm 5,20 14 superabundavit autem gratia Do-
mini nostri cum fide et dilectione
quae est in Christo Iesu
4,9 15 fidelis sermo et omni acceptione dig-
nus
Mt 18,11! Lc 19,10 quia Christus Iesus venit in mundum
peccatores salvos facere
quorum primus ego sum
16 sed ideo misericordiam consecutus
sum
ut in me primo ostenderet Christus
Iesus omnem patientiam
ad deformationem eorum qui cre-
dituri sunt illi in vitam aeternam
6,16 17 regi autem saeculorum
Rm 16,27! inmortali invisibili soli Deo
honor et gloria in saecula saeculo-
rum amen
18 hoc praeceptum commendo tibi fili
Timothee
secundum praecedentes in te pro-
phetias
18.19: 6,12; II Tim 4,7 ut milites in illis bonam militiam
5.6; 3,9 19 habens fidem et bonam conscienti-
am
6,10 quam quidam repellentes circa fidem
naufragaverunt
20 ex quibus est Hymeneus et Alexan-
der
I Cor 5,5 quos tradidi Satanae ut discant non
blasphemare
Eph 6,18; Phil 4,6 2 obsecro igitur primo omnium fieri
obsecrationes
1.2: I Esr 6,10! orationes
postulationes
gratiarum actiones
pro omnibus hominibus
2 pro regibus et omnibus qui in subli-
mitate sunt
ut quietam et tranquillam vitam aga- Ier 29,7
mus in omni pietate et castitate
3 hoc enim bonum est et acceptum co-
ram salutari nostro Deo
4 qui omnes homines vult salvos fieri 4,10; Ez 18,23! II Th 2,10;
et ad agnitionem veritatis venire II Pt 3,9 II Tim 3,7
5 unus enim Deus
unus et mediator Dei et hominum Hbr 9,15!
homo Christus Iesus
6 qui dedit redemptionem semet ip- Mt 20,28! Rm 4,25!
sum pro omnibus II Cor 5,15!
testimonium temporibus suis
7 in quo positus sum ego praedicator Rm 1,5! II Tim 1,11
et apostolus
veritatem dico non mentior Rm 9,1
doctor gentium in fide et veritate Gal 1,16!
8 volo ergo viros orare in omni loco
levantes puras manus
sine ira et disceptatione
9 similiter et mulieres in habitu ornato 9.10: I Pt 3,3.4
cum verecundia et sobrietate
ornantes se non in tortis crinibus aut
auro aut margaritis vel veste pre-
tiosa
10 sed quod decet mulieres promitten-
tes pietatem per opera bona 5,10!
11 mulier in silentio discat cum omni
subiectione
12 docere autem mulieri non permitto I Cor 14,34; Apc 2,20
neque dominari in virum
sed esse in silentio
13 Adam enim primus formatus est
deinde Eva
14 et Adam non est seductus
mulier autem seducta in praevarica- Sir 25,33
tione fuit
15 salvabitur autem per filiorum gene-
rationem
si permanserint in fide et dilectione

GAR FSKCΛΦ(s) cɔb

13 ~ blasphemus fui c. | misericordiam + dei FSΦc | in *om.* G | 14 autem *om.* A | 15 quia] quod c. | mundum GCΛsb, *cf.* 𝔊] hunc mundum *cet.* | 16 primum RFS | deformationem GAɔb.] informationem RKCΛΦc; confirmandas S.; exemplum F || **2**,1 primum SΦc | 3 salutari GCsb] saluatori AFSΛ; saluatore RKΦcɔ | 5 [*deest* s *usque ad* 6,21] | 6 ~ semel ipsum redemptionem R | 9 se + et c. | 14 in praeuaricationem RΛ; praeuaricationem S. | 15 permanserit RFSΦ (*pars codd.*) c ||

et sanctificatione cum sobrietate

3 fidelis sermo

si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat

2—4: Tit 1,6–8 [2] oportet ergo episcopum inreprehensibilem esse

12 unius uxoris virum

sobrium prudentem

ornatum hospitalem

doctorem

8 [3] non vinolentum

non percussorem

sed modestum

non litigiosum

non cupidum

12 [4] suae domui bene praepositum

filios habentem subditos cum omni castitate

[5] si quis autem domui suae praeesse nescit

quomodo ecclesiae Dei diligentiam habebit

[6] non neophytum

ne in superbia elatus in iudicium incidat diaboli

5,10 [7] oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt

ut non in obprobrium incidat et laqueum diaboli

[8] diaconos similiter pudicos

non bilingues

3; Tit 1,7 non multo vino deditos

1 Pt 5,2; Laod 13 non turpe lucrum sectantes

1,19 [9] habentes mysterium fidei in conscientia pura

5,22 [10] et hi autem probentur primum

et sic ministrent

nullum crimen habentes

Tit 2,3 [11] mulieres similiter pudicas

non detrahentes

sobrias

fideles in omnibus

[12] diacones sint unius uxoris viri 2

qui filiis suis bene praesunt et suis domibus 4

[13] qui enim bene ministraverint gradum sibi bonum adquirent

et multam fiduciam in fide quae est in Christo Iesu

[14] haec tibi scribo sperans venire ad te cito

[15] si autem tardavero

ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari

quae est ecclesia Dei vivi

columna et firmamentum veritatis

[16] et manifeste magnum est pietatis sacramentum

quod manifestatum est in carne Io 1,14!

iustificatum est in spiritu

apparuit angelis

praedicatum est gentibus

creditum est in mundo

adsumptum est in gloria Mc 16,19!

4 Spiritus autem manifeste dicit

quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide II Pt 3,3; Iud 18

adtendentes spiritibus erroris

et doctrinis daemoniorum

[2] in hypocrisi loquentium mendacium

et cauteriatam habentium suam conscientiam

[3] prohibentium nubere

abstinere a cibis quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione

fidelibus et his qui cognoverunt veritatem

[4] quia omnis creatura Dei bona

et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur

[5] sanctificatur enim per verbum Dei et orationem

[6] haec proponens fratribus bonus eris

3,2 ornatum] *praem.* pudicum RSCΛ; + pudicum Φc | 4 sed suae c. | 6 in superbiam RKΛΦc; superbiae S. | 7 iis c. | et[2]] in S; + in c | 8 diacones RF | ~ uino multo R | 12 diaconi c | praesint c | 13 ministrauerit G | ~ gradum bonum sibi Fc; ~ bonum sibi gradum S. | adquirunt FSΦ(*partim*) | in fidem RK | 14 uenire ad te GAK ob𝔊] me uenire ad te RFSΛΦ; me ad te uenire c; uenire me ad te C || 4,1 descendent A; discendit S. | 2 ~ conscientiam suam A | 3 iis c. | 4 bona + est c | 6 erit R |

GAR FSKCΛΦ cob

minister Christi Iesu
enutritus verbis fidei et bonae doctrinae quam adsecutus es
1,4! II Tim 2,16! Tit 1,14 7 ineptas autem et aniles fabulas devita
exerce te ipsum ad pietatem
8 nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est
6,6 pietas autem ad omnia utilis est
promissionem habens vitae quae nunc est et futurae
1,15 9 fidelis sermo et omni acceptione dignus
Col 1,29 10 in hoc enim laboramus et maledicimur
quia speravimus in Deum vivum
2,4! qui est salvator omnium hominum maxime fidelium
6,2 11,12: 11 praecipe haec et doce
Tit 2,15 1 Cor 16,11 12 nemo adulescentiam tuam contemnat
Tit 2,7 sed exemplum esto fidelium
in verbo in conversatione
in caritate in fide
in castitate
13 dum venio adtende lectioni exhortationi doctrinae
II Tim 1,6 14 noli neglegere gratiam quae in te est
quae data est tibi per prophetiam
Act 8,17! cum inpositione manuum presbyterii
15 haec meditare in his esto
ut profectus tuus manifestus sit omnibus
16 adtende tibi et doctrinae
insta in illis
hoc enim faciens
Rm 11,14 et te ipsum salvum facies et qui te audiunt
5 seniorem ne increpaveris
sed obsecra ut patrem
iuvenes ut fratres
2 anus ut matres
iuvenculas ut sorores in omni castitate
3 viduas honora quae vere viduae sunt
4 si qua autem vidua filios aut nepotes habet
discant primum domum suam regere
et mutuam vicem reddere parentibus
hoc enim acceptum est coram Deo
5 quae autem vere vidua est et desolata 16; Ier 49,11
speravit in Deum
et instat obsecrationibus et orationibus nocte ac die Lc 2,37!
6 nam quae in deliciis est vivens mortua est Apc 3,1
7 et hoc praecipe ut inreprehensibiles sint
8 si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non habet
fidem negavit
et est infideli deterior
9 vidua eligatur non minus sexaginta annorum
quae fuerit unius viri uxor
10 in operibus bonis testimonium habens 2,10; 3,7
si filios educavit
si hospitio recepit Rm 12,13!
si sanctorum pedes lavit Gn 18,4! Io 13,14
si tribulationem patientibus subministravit
si omne opus bonum subsecuta est
11 adulescentiores autem viduas devita
cum enim luxuriatae fuerint in Christo nubere volunt
12 habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt Apc 2,4
13 simul autem et otiosae discunt circumire domos II Th 3,11
non solum otiosae
sed et verbosae et curiosae
loquentes quae non oportet
14 volo ergo iuveniores nubere
filios procreare
matres familias esse
nullam occasionem dare adversario

GA(R) FSKCΛΦ cξ 6 ∼ iesu christi A | 7 exercere R; + autem Φc | 10 speramus ASKCc | saluator] salus R | 13 lectioni + et RFS | exortatione A; + et c. | 16 et eos qui RSΛΦc ‖ 5,3 uerae RSC | 4 discat RFKCΛΦc | 5 uera K | sperabit RKΛΦ (*antiquiores codd.*); sperat CΦ (*pars codd.*); speret c | instet c | 10 [*deest* R *usque ad* 6,21] | 14 iuniores GΦc |

maledicti gratia
[15] iam enim quaedam conversae sunt retro Satanan
[16] si qua fidelis habet viduas
subministret illis
et non gravetur ecclesia
ut his quae vere viduae sunt sufficiat
I Th 5,12! [17] qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur
maxime qui laborant in verbo et doctrina
[18] dicit enim scriptura
Dt 25,4; I Cor 9,9 non infrenabis os bovi trituranti
Lc 10,7! et dignus operarius mercede sua
[19] adversus presbyterum accusationem noli recipere
Dt 19,15! Mt 18,16! nisi sub duobus et tribus testibus
Tit 1,13! [20] peccantes coram omnibus argue ut et ceteri timorem habeant
[21] testor coram Deo et Christo Iesu et electis angelis
ut haec custodias sine praeiudicio
nihil faciens in aliam partem declinando
3,10 [22] manus cito nemini inposueris
II Io 11; Apc 18,4! neque communicaveris peccatis alienis
te ipsum castum custodi
[23] noli adhuc aquam bibere
sed vino modico utere
propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates
[24] quorundam hominum peccata manifesta sunt
praecedentia ad iudicium
quosdam autem et subsequuntur
Prv 10,9 [25] similiter et facta bona manifesta sunt
et quae aliter se habent abscondi non possunt

6 quicumque sunt sub iugo servi Eph 6,5! Col 3,22!
dominos suos omni honore dignos arbitrentur Tit 2,9.10
ne nomen Domini et doctrina blasphemetur
[2] qui autem fideles habent dominos
non contemnant quia fratres sunt
sed magis serviant quia fideles sunt et dilecti
qui beneficii participes sunt
haec doce et exhortare 4,11; Tit 2,15
[3] si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi 1,10
et ei quae secundum pietatem est doctrinae Tit 1,1
[4] superbus nihil sciens
sed languens circa quaestiones et pugnas verborum
ex quibus oriuntur invidiae
contentiones
blasphemiae
suspiciones malae
[5] conflictationes hominum mente corruptorum II Tim 3,8
et qui veritate privati sunt
existimantium quaestum esse pietatem
[6] est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia 4,8
[7] nihil enim intulimus in mundum
haut dubium quia nec auferre quid possumus Iob 1,21; Ecl 5,14.15
[8] habentes autem alimenta et quibus tegamur
his contenti sumus
[9] nam qui volunt divites fieri Sir 11,10! 31,1 Lxx
incidunt in temptationem et laqueum
et desideria multa inutilia et nociva
quae mergunt homines in interitum

14 gratiam A | 16 si quis fidelis c; si quis fidelis uel si qua fidelis FSCΦ | et] ut A | iis c. | qui AK | uerae FC | 17 et + in AS | 18 infrenabis] alligabis c; obligabis S. | dignus G𝔟𝔊] + est *cet.* | mercedem suam AF | 19 et] aut KCc; uel SΛ | 20 peccantem ACΛ | et AΦc𝔟𝔊] *om. cet.* | 21 aliam] alteram c | 23 ~ modico uino SΛc || 6,2 et hortare A | 3 quae] qui GFSKΦ | 4 superbus + est Λc | pugnans A | 7 in mundum GK𝔟𝔊] in mundo A.: in hoc mundo S.: in hunc mundum *cet.* | aut dubium quia AC; haud dubium quod c.; aut dubium uerumtamen F; uerumtamen S | possimus G | 8 simus c(*ed.* 1593)𝔬 | 9 et[1] + in c | laqueum GAK𝔬𝔟𝔊] + diaboli *cet.* | GA FSKCΛΦ c𝔬𝔟

et perditionem
10 radix enim omnium malorum est
cupiditas
1,6! 19 quam quidam appetentes erraverunt
a fide
et inseruerunt se doloribus multis
II Tim 2,22! 11 tu autem o homo Dei haec fuge
sectare vero iustitiam
pietatem fidem
caritatem patientiam
mansuetudinem
1,18.19; II Tim 4,7 12 certa bonum certamen fidei
adprehende vitam aeternam in qua
vocatus es
et confessus bonam confessionem
coram multis testibus
13 praecipio tibi coram Deo qui vivi-
ficat omnia
et Christo Iesu qui testimonium red-
didit sub Pontio Pilato bonam con-
fessionem
14 ut serves mandatum sine macula in-
reprehensibile
usque in adventum Domini nostri
Iesu Christi
15 quem suis temporibus ostendet bea-
tus et solus potens
Dt 10,17! Apc 17,14; 19,16 rex regum et Dominus dominanti-
um
1,17! 16 qui solus habet inmortalitatem
lucem habitans inaccessibilem
Ex 33,20! Io 1,18! quem vidit nullus hominum
sed nec videre potest
cui honor et imperium sempiternum
amen
Rm 11,20; 12,16 17 divitibus huius saeculi praecipe non
sublime sapere
neque sperare in incerto divitia-
rum
sed in Deo qui praestat nobis omnia
abunde ad fruendum
18 bene agere
divites fieri in operibus bonis
facile tribuere 18.19: Tb 4,9.10; Mt 19,21!
communicare
19 thesaurizare sibi fundamentum bo- Mt 6,20! IV Esr 7,77
num in futurum
ut adprehendant veram vitam
20 o Timothee depositum custodi II Tim 1,14
devitans profanas vocum novitates II Tim 2,16! 23
et oppositiones falsi nominis scien-
tiae
21 quam quidam promittentes circa 1,6!
fidem exciderunt
gratia tecum Eph 6,24! Col 4,18; Hbr 13,25

EXPLICIT AD TIMOTHEUM ·I·

INCIPIT AD EUNDEM ·II·

Paulus apostolus Christi Iesu per 1,2: I Tim 1,1.2!
voluntatem Dei
secundum promissionem vitae quae
est in Christo Iesu
2 Timotheo carissimo filio
gratia misericordia pax II Io 3
a Deo Patre et Christo Iesu Domino
nostro
3 gratias ago Deo cui servio a proge- Phlm 4!
nitoribus in conscientia pura
quam sine intermissione habeam tui Rm 1,9.10! Eph 1,16; Col 1,9
memoriam in orationibus meis noc-
te ac die
4 desiderans te videre
memor lacrimarum tuarum
ut gaudio implear
5 recordationem accipiens eius fidei
quae est in te non ficta
quae et habitavit primum in avia tua
Loide et matre tua Eunice
certus sum autem quod et in te
6 propter quam causam admoneo te
ut resuscites gratiam Dei quae est in I Tim 4,14

GA(R) FS(K)CΛΦ cob 12 certa] certare GAS | 13 reddit AS | 14 inreprehensibilem GFS | 16 inmortalitatem + et FSΛΦc | inhabitans F.; habitat ΛΦ; inhabitat c. | ~ nullus hominum uidit Φc | in sempiternum GC | 17 sublime] superbe A | deo] domino C; + uiuo SΦc | 18 [*deest* K *usque ad v.* 21] | ~ in bonis operibus c. | 21 tecum Gb] + amen *cet.* ||

Ad Timotheum II. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦ *ac* cob. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad timotheum secunda c || 1,1 ~ iesu christi Ac | 3 quam] quod c |

te per inpositionem manuum mea-
rum
Rm 8,15 7 non enim dedit nobis Deus spiritum
timoris
sed virtutis et dilectionis et sobrie-
tatis
Rm 1,16 8 noli itaque erubescere testimonium
Domini nostri
neque me vinctum eius
4,5 sed conlabora evangelio secundum
virtutem Dei 9 qui nos liberavit
Rm 8,28; Eph 1,11 et vocavit vocatione sancta
Eph 2,8.9! Tit 3,5 non secundum opera nostra
sed secundum propositum suum et
Rm 12,6! gratiam
quae data est nobis in Christo Iesu
ante tempora saecularia
Tit 2,11! 10 manifestata est autem nunc per in-
luminationem salvatoris nostri Iesu
Christi
qui destruxit quidem mortem
inluminavit autem vitam et incor-
ruptionem per evangelium
I Tim 2,7! 11 in quo positus sum ego praedicator
et apostolus et magister gentium
12 ob quam causam etiam haec patior
sed non confundor
scio enim cui credidi
et certus sum quia potens est deposi-
tum meum servare in illum diem
13 formam habe sanorum verborum
quae a me audisti
in fide et dilectione in Christo Iesu
I Tim 6,20 14 bonum depositum custodi per Spiri-
Rm 8,9! Iac 4,5 tum Sanctum qui habitat in nobis
4,16 15 scis hoc quod aversi sunt a me omnes
qui in Asia sunt
ex quibus est Phygelus et Hermoge-
nes
16 det misericordiam Dominus Onesi-
fori domui
quia saepe me refrigeravit

et catenam meam non erubuit
17 sed cum Romam venisset sollicite me
quaesivit et invenit
18 det illi Dominus invenire misericor- Gn 18,3!
diam a Domino in illa die
et quanta Ephesi ministravit melius
tu nosti
2 tu ergo fili mi
confortare in gratia quae est in Eph 6,10!
Christo Iesu
2 et quae audisti a me per multos tes-
tes
haec commenda fidelibus hominibus
qui idonei erunt et alios docere
3 labora sicut bonus miles Christi Iesu
4 nemo militans inplicat se negotiis
saecularibus
ut ei placeat cui se probavit
5 nam et qui certat in agone
non coronatur nisi legitime certaverit
6 laborantem agricolam oportet pri- I Cor 9,10
mum de fructibus accipere
7 intellege quae dico
dabit enim tibi Dominus in omnibus IV Esr 4,22
intellectum
8 memor esto Iesum Christum resurre- I Cor 15,20!
xisse a mortuis
ex semine David secundum evange-
lium meum
9 in quo laboro usque ad vincula quasi
male operans
sed verbum Dei non est alligatum
10 ideo omnia sustineo propter electos II Cor 1,6
ut et ipsi salutem consequantur
quae est in Christo Iesu cum gloria
caelesti
11 fidelis sermo Rm 6,8
nam si conmortui sumus et convive- 11.12: Rm 8,17! II Cor 4,10
mus
12 si sustinemus et conregnabimus
si negabimus et ille negabit nos Mt 10,33! Lc 12,9!
13 si non credimus Rm 3,3

8 me *om.* GA. | 9 uocatione + sua FSc | 10 ~ christi iesu R | 12 etiam *om.* GF | confundar A | in illo die R | 13 habes RSΛ; habens Φ | uerborum *om.* G | et + in Sc | 14 habitauit G. | 15 scis + enim R | 17 uenissem A | 18 ministrauit + mihi Cc | ~ tu melius FSΛΦc || **2**,1 in gratiam A. | 4 militans Gb.𝔊] + deo *cet.* | probabit AFC | 6 percipere RΦc | 8 dominum iesum christum FSc; ~ christum iesum Λ; iesum R | 11 si] sicut R | 12 sustinemus AKΦb𝔊] sustinebimus *cet.* | conregnauimus AS | negauimus S; negauerimus FΦc | negauit ARFSΛ |

GAR FSKCΛΦ cob

ille fidelis manet
negare se ipsum non potest
14 haec commone testificans coram Domino
Tit 3,9! noli verbis contendere
in nihil utile
ad subversionem audientium
Tit 2,7 15 sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo
operarium inconfusibilem
recte tractantem verbum veritatis
23; I Tim 4,7! 6,20 16 profana autem inaniloquia devita
multum enim proficient ad impietatem
17 et sermo eorum ut cancer serpit
ex quibus est Hymeneus et Philetus
I Tim 1,6! 18 qui a veritate exciderunt
dicentes resurrectionem iam factam
et subvertunt quorundam fidem
19 sed firmum fundamentum Dei stetit habens signaculum hoc
Nm 16,5 Lxx; Io 10,14 cognovit Dominus qui sunt eius
et discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini
20 in magna autem domo
Rm 9,21! non solum sunt vasa aurea et argentea
sed et lignea et fictilia
et quaedam quidem in honorem
quaedam autem in contumeliam
21 si quis ergo emundaverit se ab istis
erit vas in honorem sanctificatum
3,17; Tit 3,1 et utile Domino ad omne opus bonum paratum
I Tim 6,11 22 iuvenilia autem desideria fuge
sectare vero iustitiam
Rm 12,18! Hbr 12,14 fidem caritatem pacem
Rm 10,13! cum his qui invocant Dominum de corde puro

23 stultas autem et sine disciplina quaestiones devita 16! I Tim 6,20
sciens quia generant lites
24 servum autem Domini non oportet litigare Tit 3,2
sed mansuetum esse ad omnes
docibilem patientem
25 cum modestia corripientem eos qui resistunt
nequando det illis Deus paenitentiam ad cognoscendam veritatem
26 et resipiscant a diaboli laqueis
a quo capti tenentur ad ipsius voluntatem

3 hoc autem scito quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa
2 et erunt homines se ipsos amantes 2–4: Rm 1,29–31; II Cor 12,20
cupidi elati
superbi blasphemi
parentibus inoboedientes
ingrati scelesti
3 sine affectione sine pace
criminatores
incontinentes inmites
sine benignitate
4 proditores protervi tumidi
voluptatium amatores magis quam Dei Rm 16,18; Phil 3,19
5 habentes speciem quidem pietatis Tit 1,16
virtutem autem eius abnegantes
et hos devita
6 ex his enim sunt qui penetrant domos
et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis
quae ducuntur variis desideriis
7 semper discentes
et numquam ad scientiam veritatis pervenientes I Tim 2,4

GAR FSKCΛΦ cob

13 permanet FΦc | 14 commonet G; commoneo SΦ | ~ contendere uerbis c | in nihil RFKCob] in nihilum GSΛ; ad nihil A; nihil Φ; ad nihil enim c | utile GAKob𝔊] + nisi RCΛ; + est nisi FSΦc | ad subuersione GF; ad uersionem A | 15 inconfusibilem] inrepraehensibilem R | 16 inaniloquia ARFKob𝔊] et inaniloquia GΛΦ; et uaniloquia c; et inania loqui C.; inaniloquia et uerborum nouitates S | proficiunt Λc | 18 iam] *praem.* esse c; + esse FS | subuerterunt CΛc | 19 stat Φc | omnes R | 20 in honore ... in contumelia RFS | 21 mundauerit AFSK | in honore RSΦ | 22 fidem + spem c. | caritatem + et c. | iis c. | 25 cum modestiam AS | resistunt + ueritati FSc | ~ deus det illis c. | 26 captiui RCΛc || 3,2 et *om.* Cc | inoboedientes] non oboedientes RSCΛc | 4 tumidi + et c. | 5 ~ quidem speciem A | 6 a uariis G. |

8 quemadmodum autem Iannes et
Iambres restiterunt Mosi
I Tim 6,5 ita et hi resistunt veritati
homines corrupti mente
reprobi circa fidem
9 sed ultra non proficient
insipientia enim eorum manifesta
erit omnibus
sicut et illorum fuit
10 tu autem adsecutus es meam doctri-
nam
institutionem propositum
fidem longanimitatem
dilectionem patientiam
11 persecutiones passiones
qualia mihi facta sunt Antiochiae
Iconii Lystris
Ps 33,20! quales persecutiones sustinui
et ex omnibus me eripuit Dominus
12 et omnes qui volunt pie vivere in
Christo Iesu
persecutionem patientur
13 mali autem homines et seductores
proficient in peius
errantes et in errorem mittentes
14 tu vero permane in his quae didicisti
et credita sunt tibi
sciens a quo didiceris
Io 5,39 15 et quia ab infantia sacras litteras
nosti
quae te possint instruere ad salutem
per fidem quae est in Christo Iesu
Rm 15,4 16 omnis scriptura divinitus inspirata
et utilis
ad docendum
ad arguendum
ad corrigendum
ad erudiendum in iustitia
17 ut perfectus sit homo Dei
2,21; Tit 3,1 ad omne opus bonum instructus
4 testificor coram Deo
et Christo Iesu qui iudicaturus est Act 10,42! I Pt 4,5
vivos ac mortuos
et adventum ipsius et regnum eius
2 praedica verbum
insta oportune inportune
argue obsecra increpa
in omni patientia et doctrina
3 erit enim tempus cum sanam doc-
trinam non sustinebunt
sed ad sua desideria coacervabunt
sibi magistros
prurientes auribus
4 et a veritate quidem auditum aver- Rm 2,8; II Th 2,12
tent
ad fabulas autem convertentur I Tim 1,4!
5 tu vero vigila in omnibus
labora
opus fac evangelistae 1,8
ministerium tuum imple
6 ego enim iam delibor Phil 2,17
et tempus meae resolutionis instat II Pt 1,14!
7 bonum certamen certavi I Tim 1,18.19; 6,12
cursum consummavi
fidem servavi
8 in reliquo reposita est mihi iustitiae Iac 1,12! I Pt 5,4!
corona
quam reddet mihi Dominus in illa
die iustus iudex
non solum autem mihi
sed et his qui diligunt adventum eius
9 festina venire ad me cito 21; Tit 3,12
10 Demas enim me dereliquit diligens
hoc saeculum
et abiit Thessalonicam
Crescens in Galliam
Titus in Dalmatiam
11 Lucas est mecum solus
Marcum adsume et adduc tecum
est enim mihi utilis in ministerium Phlm 11
12 Tychicum autem misi Ephesum Eph 6,21.22
13 paenulam quam reliqui Troade apud

GAR FSKCΛΦ cɒb

8 iannes GF cɒ 𝔊] iamnes *cet.* | iambres RKΛ ɒ 𝔊] mambres *cet.* | resisterunt[1] GRS | 9 et *om.* G | 11 iconio RFΦ; iconii et c; et hyconiae S | ~ eripuit me C c | 12 ~ pie uolunt c | 13 in errore GF | 14 iis c | 15 et qui ab A | possent F; possunt RΛΦ c | 16 et utilis] utilis est RSCΦ c | ad corrigendum] ad corripiendum FSKΦ c ‖ 4,1 ~ iesu christo c. | ac] et c | et[2]] per c. | 5 imple + sobrius esto FΦ c | 6 delibor] immolor R | ~ resolutionis meae Φ c | 8 ~ mihi reposita est G. | ~ corona iustitiae AFSΦ cɒ | iis c. | 9 ~ ad me uenire SΛ c | 10 reliquit K c | galliam GAKC ɒb] galileam S.; galatiam RΛΦ c; galatia F | in dalmatia GF | 12 tithycum RS

Carpum veniens adfers
et libros maxime autem membranas
14 Alexander aerarius multa mala mihi
ostendit
Ps 27,4! II Cor 11,15 reddat ei Dominus secundum opera
eius
15 quem et tu devita
valde enim restitit verbis nostris
16 in prima mea defensione nemo mihi
adfuit
1,15 sed omnes me dereliquerunt
non illis reputetur
Phil 4,13 17 Dominus autem mihi adstitit et con-
fortavit me
ut per me praedicatio impleatur
et audiant omnes gentes
I Mcc 2,60! et liberatus sum de ore leonis
Est 10,9! II Cor 1,10! 18 liberabit me Dominus ab omni opere
malo
et salvum faciet in regnum suum
caeleste
Rm 16,27! cui gloria in saecula saeculorum
amen
Rm 16,3! 19 saluta Priscam et Aquilam
et Onesifori domum
20 Erastus remansit Corinthi
Trophimum autem reliqui infirmum
Mileti
9; Tit 3,12 21 festina ante hiemem venire
salutat te Eubulus
et Pudens et Linus et Claudia
et fratres omnes
Gal 6,18! Phil 4,23; Phlm 25 22 Dominus Iesus cum spiritu tuo
gratia nobiscum amen

EXPLICIT AD TIMOTHEUM ·II·

INCIPIT AD TITUM

Rm 1,1! Paulus servus Dei apostolus au-
tem Iesu Christi
secundum fidem electorum Dei
et agnitionem veritatis quae secun- I Tim 6,3
dum pietatem est 2 in spem vitae
aeternae
quam promisit qui non mentitur
Deus ante tempora saecularia
3 manifestavit autem temporibus suis
verbum suum
in praedicatione quae credita est Gal 2,7; I Tim 1,11!
mihi
secundum praeceptum salvatoris I Tim 1,1
nostri Dei
4 Tito dilecto filio secundum commu- I Tim 1,2!
nem fidem
gratia et pax a Deo Patre et Christo Rm 1,7!
Iesu salvatore nostro
5 huius rei gratia reliqui te Cretae
ut ea quae desunt corrigas
et constituas per civitates presbyte-
ros sicut ego tibi disposui
6 si quis sine crimine est 6—8: I Tim 3,2–4
unius uxoris vir
filios habens fideles
non in accusatione luxuriae aut non
subditos
7 oportet enim episcopum sine crimine
esse
sicut Dei dispensatorem I Cor 4,1
non superbum
non iracundum
non vinolentum I Tim 3,8
non percussorem
non turpilucri cupidum I Pt 5,2
8 sed hospitalem
benignum sobrium
iustum sanctum
continentem
9 amplectentem eum qui secundum
doctrinam est fidelem sermonem
ut potens sit et exhortari in doctrina

GAR FSKCΛΦ ϲϲ𝔟 13 adfers + tecum FSΛΦϲ | 14 reddet ΛΦϲ | ei] illi RΦϲ; *om.* c. | 15 resistit RK | 16 me *om.* A. | imputetur RΛϲ | 18 liberauit GRFSKΛΦϲ | cui + est RS | 21 salutant Rϲ | et³ *om.* c. | 22 iesus G𝔟.] + christus *cet.* | tuo] uestro RS. | uobiscum RKϲϲ; uobis S. ||

GAR FSKCΛΦ ϲϲ𝔟 **Ad Titum.** *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦ *ac* ϲϲ𝔟. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad titum ϲ || 1,1 ~ christi iesu RFSK | 5 sicut + et ARFSΦϲϲ | ~ disposui tibi ϲ. | 7 turpis lucri CΛΦϲϲ | 8 ~ sanctum iustum A. | 9 et¹ *om.* RSΛΦϲ |

sana
et eos qui contradicunt arguere
10 sunt enim multi et inoboedientes
vaniloqui et seductores
Act 11,2 maxime qui de circumcisione sunt
11 quos oportet redargui
qui universas domos subvertunt
docentes quae non oportet turpis lucri gratia
12 dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta
Epimenides, de oraculis Cretenses semper mendaces
malae bestiae ventres pigri
13 testimonium hoc verum est
2,15; I Tim 5,20 quam ob causam increpa illos dure
ut sani sint in fide
I Tim 1,4! 4,7! 14 non intendentes iudaicis fabulis
et mandatis hominum aversantium se a veritate
Lc 11,41; Rm 14,14.20 15 omnia munda mundis
coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum
sed inquinatae sunt eorum et mens et conscientia
II Tim 3,5 16 confitentur se nosse Deum
factis autem negant
cum sunt abominati et incredibiles
et ad omne opus bonum reprobi
2 tu autem loquere quae decet sanam doctrinam
2 senes ut sobrii sint
pudici prudentes
sani fide dilectione patientia
I Tim 3,11 3 anus similiter in habitu sancto
non criminatrices
non vino multo servientes
bene docentes
4 ut prudentiam doceant
adulescentulas ut viros suos ament 4.5: Tb 10,13
filios diligant
5 prudentes castas
domus curam habentes
benignas
subditas suis viris Gn 3,16; Eph 5,22!
ut non blasphemetur verbum Dei Rm 14,16
6 iuvenes similiter hortare ut sobrii sint
7 in omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum I Tim 4,12; II Tim 2,15
in doctrina integritatem gravitatem
8 verbum sanum inreprehensibilem
ut is qui ex adverso est vereatur I Pt 2,15
nihil habens malum dicere de nobis
9 servos dominis suis subditos esse in omnibus Eph 6,5! 9.10: I Tim 6,1!
placentes
non contradicentes
10 non fraudantes
sed in omnibus fidem bonam ostendentes
ut doctrinam salutaris nostri Dei ornent in omnibus
11 apparuit enim gratia Dei salutaris omnibus hominibus 3,4; II Tim 1,10
12 erudiens nos ut abnegantes impietatem et saecularia desideria
sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo
13 expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi I Cor 1,7; Phil 3,20; II Pt 1,1; 3,12
14 qui dedit semet ipsum pro nobis II Sm 22,3! Ez 37,23!
ut nos redimeret ab omni iniquitate Mt 1,21! Gal 1,4!
et mundaret sibi populum acceptabilem
sectatorem bonorum operum 3,8.14; I Pt 3,13

10 et] etiam F𝔠: *om.* S | 11 turpilucri RFS | 12 ipsorum] eorum AΦ: illorum S | uentris FSΦ𝔠 (*ed.* 1592) | 14 auertentium G | 15 nihil + est 𝔠 | 16 et confitentur F: confitentur enim R. | sunt GAFK] sint *cet.* ‖ 2,1 decent 𝔠 | 2 fide dilectione patientia GA𝔟𝔊] fide pat. R.: in fide in dil. in pat. FSΦ𝔠𝔢: in fide in dil. et pat. C: fide dil. in pat. AK | 3 ~ multo uino 𝔠 | seruientes] deditas R: deditos F. | 4 filios + suos Φ𝔠 | 5 castas] *praem.* sobrias FS: + sobrias Φ𝔠 | ~ uiris suis RFSKΛ𝔠 | 7 integritatem grauitatem GAK𝔟𝔊] in integritate in grauitate FCΛ𝔠𝔢: in integritate in castitate in grauitate RSΦ | 8 sanum + et RS | inreprehensibile GCΛΦ𝔠𝔢 | ~ dicere malum de nobis (uobis S) FS; ~ malum (mali R) de nobis dicere RC | 10 salutaris GAFK𝔟] saluatoris *cet.* | dei *om.* C; ~ dei nostri AKΦ | 11 salutaris GK𝔟𝔊] saluatoris ARΛ: salutaris nostri C.: saluatoris nostri FSΦ𝔠𝔢 | 13 salutaris G ‖

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔟

1,13! 15 haec loquere et exhortare
I Tim 4,11.12; 6,2 et argue cum omni imperio
nemo te contemnat
Rm 13,1; I Pt 2,13 3 admone illos principibus et potestatibus subditos esse
dicto oboedire
II Tim 2,21; 3,17 ad omne opus bonum paratos esse
2 neminem blasphemare
II Tim 2,24 non litigiosos esse
Phil 4,5 modestos
omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines
I Cor 6,10.11; Eph 2,3; I Pt 4,3 3 eramus enim et nos aliquando insipientes
increduli errantes
servientes desideriis et voluptatibus variis
in malitia et invidia agentes
odibiles
odientes invicem
4 cum autem benignitas et humanitas
2,11! apparuit salvatoris nostri Dei
Eph 2,8.9! II Tim 1,9 5.6: Ioel 2,28! 5 non ex operibus iustitiae quae fecimus nos
Rm 5,5; I Io 4,13; Laod 9 sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit
per lavacrum regenerationis et renovationis Spiritus Sancti
6 quem effudit in nos abunde per Iesum Christum salvatorem nostrum
Rm 3,24! 7 ut iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitae aeternae
8 fidelis sermo est
et de his volo te confirmare
14; 2,14! ut curent bonis operibus praeesse qui credunt Deo
haec sunt bona et utilia hominibus
I Tim 1,4! II Tim 2,14 9 stultas autem quaestiones et genealogias et contentiones et pugnas legis devita
sunt enim inutiles et vanae
10 hereticum hominem post unam et secundam correptionem devita Rm 16,17! II Io 10
11 sciens quia subversus est qui eiusmodi est
et delinquit proprio iudicio condemnatus
12 cum misero ad te Arteman aut Tychicum
festina ad me venire Nicopolim I Cor 16,6; II Tim 4,9.21
ibi enim statui hiemare
13 Zenan legis peritum et Apollo sollicite praemitte
ut nihil illis desit
14 discant autem et nostri bonis operibus praeesse ad usus necessarios 8; 2,14! Eph 4,28!
ut non sint infructuosi II Pt 1,8
15 salutant te qui mecum sunt omnes
saluta qui nos amant in fide
gratia Dei cum omnibus vobis amen II Cor 13,13! II Th 3,18; Apc 22,21

EXPLICIT EPISTULA AD TITUM

INCIPIT AD PHILEMONEM

Paulus vinctus Iesu Christi et Timotheus frater 9; Eph 3,1
Philemoni dilecto et adiutori nostro
2 et Appiae sorori
et Archippo commilitoni nostro
et ecclesiae quae in domo tua est Rm 16,5; I Cor 16,19; Col 4,15
3 gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo Rm 1,7!
4 gratias ago Deo meo semper Rm 1,9.10; I Th 1,2! II Tim 1,3
memoriam tui faciens in orationibus meis 4.5: Rm 1,8; Eph 1,15.16; Col 1,3.4
5 audiens caritatem tuam et fidem quam habes in Domino Iesu et in omnes sanctos
6 ut communicatio fidei tuae evidens

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔬𝔟 3,2 litigiosus GA | esse AKC𝔟𝔊] + sed *cet.* | modestus G | 3 ~ aliquando et nos 𝔠 | insipientes AKΦ𝔠𝔬𝔟𝔊] + et *cet.* | ~ inuicem odientes R | 4 salutaris G | 6 in nobis GRS | ~ christum iesum A | 7 sumus R | 11 delinquit + cum sit FSΦ𝔠 | 12 titychum R.; tythicum FS | 13 ut] et A. | 14 nostri AΛ𝔠𝔬𝔟𝔊] nostris *cet.* | 15 qui^{2}] eos qui Φ𝔠; omnes qui R | amen *om.* RF ||

Ad Philemonem. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦ *ac* 𝔠𝔬𝔟. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad philemonem 𝔠 || 1 ~ christi iesu R𝔠 | et^{2} *om.* AKΦ | 2 sorori + carissimae FSΦ𝔠 |

fiat in agnitione omnis boni in nobis in Christo Iesu
II Cor 7,4 7 gaudium enim magnum habui et consolationem in caritate tua
20 quia viscera sanctorum requieverunt per te frater
8 propter quod multam fiduciam habentes in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet
9 propter caritatem magis obsecro
cum sis talis ut Paulus senex
1! nunc autem et vinctus Iesu Christi
10 obsecro te de meo filio quem genui in vinculis
Onesimo 11 qui tibi aliquando inutilis fuit
II Tim 4,11 nunc autem et tibi et mihi utilis
12 quem remisi
tu autem illum id est mea viscera suscipe
Phil 2,30 13 quem ego volueram mecum detinere
ut pro te mihi ministraret in vinculis evangelii
14 sine consilio autem tuo nihil volui facere
I Pt 5,2 uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset sed voluntarium
15 forsitan enim ideo discessit ad horam a te ut aeternum illum reciperes
16 iam non ut servum sed plus servo
carissimum fratrem
maxime mihi
quanto autem magis tibi et in carne et in Domino
17 si ergo habes me socium
suscipe illum sicut me
18 si autem aliquid nocuit tibi aut debet
hoc mihi inputa
Gal 6,11 19 ego Paulus scripsi mea manu
ego reddam
ut non dicam tibi quod et te ipsum mihi debes
20 ita frater ego te fruar in Domino
refice viscera mea in Domino 7
21 confidens oboedientia tua scripsi tibi
sciens quoniam et super id quod dico facies
22 simul autem et para mihi hospitium
nam spero per orationes vestras donari me vobis Phil 2,24
23 salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Iesu Col 4,12
24 Marcus Aristarchus Demas Lucas Col 4,10
adiutores mei Col 4,14
25 gratia Domini nostri Iesu Christi Gal 6,18! Phil 4,23; II Tim 4,22
cum spiritu vestro amen

EXPLICIT EPISTULA AD PHILEMONEM

INCIPIT AD HEBRAEOS

1 Multifariam et multis modis olim Deus loquens patribus in prophetis
2 novissime diebus istis locutus est nobis in Filio Mt 21,37; Mc 12,6
quem constituit heredem universorum
per quem fecit et saecula Eph 3,9!
3 qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius Sap 7,26; Phil 2,6; Col 1,15!
portansque omnia verbo virtutis suae
purgationem peccatorum faciens
sedit ad dexteram Maiestatis in excelsis 8,1; 10,12! 12,2; Mt 26,64! Eph 1,20!
4 tanto melior angelis effectus
quanto differentius prae illis nomen hereditavit

6 in agnitionem AKC | omnis + operis Fc | in nobis SCΛϐ, *cf.* 𝔊] in uobis Gϕ; quod est in uobis c.; quod in nobis est F; quae in nobis est R; *om.* AKΦ | 8 habens ARKΛΦϖ; habeo S. | 10 de GAKCϐ] pro *cet.* | 11 ~ mihi et tibi c | 12 remisi + tibi Φc; + ad te S | id est] ut c; + ut FS | 14 uolo G | 16 ut] sicut FS; *om.* C | seruum] seruo G | plus GAKϖϐ] pro RFCΛΦc; ut pro S. | 21 de oboedientia tua Λ; in oboedientia tua Φc; oboedientiae tuae FS | 24 demas + et GRFc ‖ GAR FSKCΛΦ ϖϐ

Ad Hebraeos. *Citantur* GAR *et* FSKCΛΦ *ac* ϖϐ. [*de* SKΦ *cf. ea quae in apparatu ad* Rm *notata sunt*] *Tit.* epistola beati pauli apostoli ad hebraeos c ‖ 1,1 multifarie ASKΛΦ | et multis] multisque RSKCc | 3 portans quoque AFϕ | sedet FSKCΛΦc |

5 cui enim dixit aliquando angelorum
5.5: Ps 2,7! Act 13,33 Filius meus es tu ego hodie genui te
et rursum
II Sm 7,14! II Cor 6,18 ego ero illi in Patrem et ipse erit mi-
hi in Filium
6 et cum iterum introducit primogeni-
tum in orbem terrae dicit
Ps 96,7! et adorent eum omnes angeli Dei
7 et ad angelos quidem dicit
Ps 103,4! qui facit angelos suos spiritus et
ministros suos flammam ignis
8 ad Filium autem
8.9: Ps 44,7.8! thronus tuus Deus in saeculum sac-
culi
et virga aequitatis virga regni tui
9 dilexisti iustitiam et odisti iniquita-
tem
propterea unxit te Deus Deus tuus
oleo exultationis prae participibus
tuis
10—12: Ps 101,26–28 10 et tu in principio Domine terram
fundasti
et opera manuum tuarum sunt caeli
11 ipsi peribunt tu autem permanebis
et omnes ut vestimentum veterescent
12 et velut amictum involves eos et mu-
tabuntur
tu autem idem es
et anni tui non deficient
13 ad quem autem angelorum dixit ali-
quando
10,12.13: Ps 109,1! Mt 22,44! sede a dextris meis quoadusque po-
nam inimicos tuos scabillum pedum
tuorum
14 nonne omnes sunt administratorii
spiritus in ministerium missi
propter eos qui hereditatem capient
salutis
2 propterea abundantius oportet ob-
servare nos ea quae audivimus
ne forte pereffluamus
Gal 3,19! 2 si enim qui per angelos dictus est
sermo factus est firmus
et omnis praevaricatio et inoboe-
dientia accepit iustam mercedis re-
tributionem
3 quomodo nos effugiemus si tantam
neglexerimus salutem
quae cum initium accepisset enarrari
per Dominum ab eis qui audierunt
in nos confirmata est
4 contestante Deo signis et portentis Mc 16,20: Act 14,3! II Cor 12,12
et variis virtutibus
et Spiritus Sancti distributionibus
secundum suam voluntatem
5 non enim angelis subiecit orbem ter-
rae futurum de quo loquimur
6 testatus est autem in quodam loco
quis dicens
quid est homo quod memor es eius 6—8: Ps 8,5–8
aut filius hominis quoniam visitas
eum
7 minuisti eum paulo minus ab angelis
gloria et honore coronasti eum
et constituisti eum super opera ma-
nuum tuarum
8 omnia subiecisti sub pedibus eius I Cor 15,26: Eph 1,22
in eo enim quod ei omnia subiecit
nihil dimisit non subiectum ei
nunc autem necdum videmus omnia
subiecta ei
9 eum autem qui modico quam angeli
minoratus est
videmus Iesum propter passionem
mortis gloria et honore coronatum
ut gratia Dei pro omnibus gustaret
mortem
10 decebat enim eum propter quem om-
nia et per quem omnia Rm 11,36!
qui multos filios in gloriam adduxe-
rat
auctorem salutis eorum per passio-
nes consummare
11 qui enim sanctificat et qui sanctifi-
cantur ex uno omnes
propter quam causam non confundi-

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔟 5 in patre ARFSC | in filio GARSKC | 8 et *om.* RFS𝔠 | 11 permanes R | omnia AFS | sicut AS | ueterascent K𝔠 | 12 inuolues GFΛ𝔟, *cf.* 𝔊] mutabis *cet.* | idem + ipse RSKΛΦ𝔠 ‖ 2,1 effluamus ARKCΦ𝔠 | 5 subiecit + deus ASKΦ𝔠 | loquitur G | 6 ~ autem est AK | 7 minorasti RFS | 8 ~ quod omnia ei 𝔠 | 9 angelis RFS | 10 per passionem S𝔠 | 11 qui[2] *om.* AKC |

tur fratres eos vocare dicens
Ps 21,23! Io 17,6 [12]nuntiabo nomen tuum fratribus meis
in medio ecclesiae laudabo te
[13]et iterum
Is 8,17 LXX ego ero fidens in eum
et iterum
Is 8,18! ecce ego et pueri mei quos mihi dedit
Deus
[14]quia ergo pueri communicaverunt
sanguini et carni
17 et ipse similiter participavit hisdem
Io 12,31! ut per mortem destrueret eum qui
habebat mortis imperium
id est diabolum
[15]et liberaret eos qui timore mortis per
totam vitam obnoxii erant servituti
[16]nusquam enim angelos adprehendit
sed semen Abrahae adprehendit
14 [17]unde debuit per omnia fratribus
similare
1 Sm 2,35 17.18: 4,15! ut misericors fieret et fidelis pon-
tifex ad Deum
Rm 3,25! 1 Io 2,2; 4,10 ut repropitiaret delicta populi
[18]in eo enim in quo passus est ipse
temptatus
potens est eis qui temptantur auxiliari
3 unde fratres sancti
vocationis caelestis participes
considerate apostolum et pontificem
1.2: 1 Sm 2,35 confessionis nostrae Iesum
Nm 12,7 [2]qui fidelis est ei qui fecit illum
sicut et Moses in omni domo illius
[3]amplioris enim gloriae iste prae Mo-
se dignus habitus est
quanto ampliorem honorem habet
domus qui fabricavit illam
[4]omnis namque domus fabricatur ab
aliquo
Eph 3,9! Apc 4,11 qui autem omnia creavit Deus
Nm 12,7 [5]et Moses quidem fidelis erat in tota
domo eius tamquam famulus
in testimonium eorum quae dicenda
erant
[6]Christus vero tamquam filius in do- 10,21
mo sua
quae domus sumus nos 14
si fiduciam et gloriam spei usque ad 6,11; 10,23
finem firmam retineamus
[7]quapropter sicut dicit Spiritus Sanc- 7–11: Ps 94,8–11
tus
hodie si vocem eius audieritis [8]no- 7.8: 15; 4,7
lite obdurare corda vestra
sicut in exacerbatione secundum di-
em temptationis in deserto
[9]ubi temptaverunt me patres vestri
probaverunt et viderunt opera mea
[10]quadraginta annos 17
propter quod infensus fui generationi
huic
et dixi semper errant corde
ipsi autem non cognoverunt vias me-
as
[11]sicut iuravi in ira mea 18; 4,3!
si introibunt in requiem meam 4,5!
[12]videte fratres ne forte sit in aliquo 12,15
vestrum cor malum incredulitatis
discedendi a Deo vivo
[13]sed adhortamini vosmet ipsos per 1 Th 4,18; 5,11
singulos dies donec hodie cognomi-
natur
ut non obduretur quis ex vobis fal-
lacia peccati
[14]participes enim Christi effecti sumus 6
si tamen initium substantiae usque
ad finem firmum retineamus
[15]dum dicitur
hodie si vocem eius audieritis nolite 7.8: Ps 94,8.9
obdurare corda vestra
quemadmodum in illa exacerbatione
[16]quidam enim audientes exacerbave-
runt
sed non universi qui profecti sunt
ab Aegypto per Mosen
[17]quibus autem infensus est quadra- 10

13 ~ dedit mihi 𝔠𝔴 | 14 ~ carni et sanguini CΛΦ𝔠 | isdem GAΛ; eisdem KCΦ𝔠𝔴 | 15 uitam *om.* RC. | 17 similari CΛ𝔠𝔴 | 18 ipse + et 𝔠 | est[2] + et ASKΦ𝔠 ‖ 3,2 illius] eius R𝔠. | 3 ~ est habitus 𝔠. | quanto + magis R | domo R | 4 deus + est Φ𝔠 | 8 in exaceruationem A | 10 annos GRF𝔟𝔊] annis *cet.* | propter quod *om.* R | offensus FSK; proximos R | 11 sicut] quibus R | 13 quis] qui RF. | 14 substantiae + eius AFSKΦ𝔠𝔴 | 15 illa *om.* GCΛ | 16 ab] ex 𝔠 |

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔴𝔟

ginta annos
nonne illis qui peccaverunt
Nm 14,29! 1 Cor 10,5 quorum cadavera prostrata sunt in deserto
11! 18 quibus autem iuravit non introire in requiem ipsius
nisi illis qui increduli fuerunt
4,6 19 et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem
4 timeamus ergo
ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius
existimetur aliqui ex vobis deesse
2 etenim et nobis nuntiatum est quemadmodum et illis
sed non profuit illis sermo auditus
non admixtis fidei ex his quae audierunt
3 ingrediemur enim in requiem qui credidimus
quemadmodum dixit
3,11! Ps 94,11 sicut iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam
et quidem operibus ab institutione mundi factis
4 dixit enim quodam loco de die septima sic
Gn 2,2 et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis
5 et in isto rursum
3,11! Ps 94,11 si introibunt in requiem meam
6 quoniam ergo superest quosdam introire in illam
et hii quibus prioribus adnuntiatum
3,19 est non introierunt propter incredulitatem
7 iterum terminat diem quendam
hodie in David dicendo post tantum temporis
sicut supra dictum est
3,7.8; Ps 94,8 hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra
8 nam si eis Iesus requiem praestitisset
numquam de alio loqueretur posthac die
9 itaque relinquitur sabbatismus populo Dei
10 qui enim ingressus est in requiem eius
etiam ipse requievit ab operibus suis
sicut a suis Deus
11 festinemus ergo ingredi in illam requiem
ut ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum
12 vivus est enim Dei sermo et efficax
et penetrabilior omni gladio ancipiti
et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus
conpagum quoque et medullarum
et discretor cogitationum et intentionum cordis 1 Cor 4,5!
13 et non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius
omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius Iob 26,6!
ad quem nobis sermo Rm 14,12!
14 habentes ergo pontificem magnum qui penetraverit caelos Iesum Filium Dei 7,26; 8,1; 9,11.12; 10,21
teneamus confessionem 10,23
15 non enim habemus pontificem qui non possit conpati infirmitatibus nostris 2,17.18; 5,2
temptatum autem per omnia pro similitudine absque peccato
16 adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae 10,19; 1 Io 3,21.22!
ut misericordiam consequamur
et gratiam inveniamus in auxilio oportuno
5 omnis namque pontifex ex hominibus adsumptus 7,28
pro hominibus constituitur in his quae sunt ad Deum Ez 45,17!
ut offerat dona et sacrificia pro pec- 8,3; 9,9

GA(R) FSKCΛΦ cɔɓ
17 annis ARΛΦc ‖ **4**,1 aliquis RSΦcɔ | 2 [*deest* R *usque ad* 5,4] | admistus c | iis c. | qui G | 3 factis] perfectis FΦc | 4 enim + in Cc | dominus A. | 6 ~ introire quosdam c. | 8 alio GFɓ] aliquo C; alia *cet.* | post haec G | 9 relinquetur GS | populus GK | 12 ~ enim est AFSCΦɔ | ~ sermo dei c; sermo domini S | et[4]] ac Λc | 14 penetrauerit GKCΛɓ] penetrauit *cet.* ‖ **5**,1 iis c. |

catis
4,15! 2 qui condolere possit his qui ignorant
et errant
7,28 quoniam et ipse circumdatus est in-
firmitate
3 et propter eam debet quemadmo-
dum et pro populo
Lv 9,7! ita etiam pro semet ipso offerre pro
peccatis
4 nec quisquam sumit sibi honorem
sed qui vocatur a Deo
tamquam Aaron
5 sic et Christus non semet ipsum cla-
rificavit ut pontifex fieret
sed qui locutus est ad eum
1,5; Ps 2,7! Act 13,33 Filius meus es tu ego hodie genui te
6 quemadmodum et in alio dicit
10; 6,20; 7,17! Ps 109,4! tu es sacerdos in aeternum secundum
ordinem Melchisedech
7 qui in diebus carnis suae preces sup-
plicationesque ad eum qui possit
salvum illum a morte facere
cum clamore valido et lacrimis offe-
rens
et exauditus pro sua reverentia
Io 10,36! 8 et quidem cum esset Filius didicit ex
his quae passus est oboedientiam
9 et consummatus factus est omnibus
obtemperantibus sibi causa salutis
aeternae
6! 10 appellatus a Deo pontifex iuxta or-
dinem Melchisedech
Io 16,12 11 de quo grandis nobis sermo et inin-
terpretabilis ad dicendum
quoniam inbecilles facti estis ad au-
diendum
12 etenim cum deberetis magistri esse
propter tempus
rursum indigetis ut vos doceamini
quae sint elementa exordii sermo-
num Dei
et facti estis quibus lacte opus sit non **12.13:** I Cor 3,1.2
solido cibo
13 omnis enim qui lactis est particeps
expers est sermonis iustitiae
parvulus enim est
14 perfectorum autem est solidus cibus
eorum qui pro consuetudine exercita-
tos habent sensus ad discretionem
boni ac mali
6 quapropter intermittentes inchoatio-
nis Christi sermonem ad perfectio-
nem feramur
non rursum iacientes fundamentum
paenitentiae ab operibus mortuis
et fidei ad Deum
2 baptismatum doctrinae
inpositionis quoque manuum
ac resurrectionis mortuorum
et iudicii aeterni
3 et hoc faciemus siquidem permiserit Iac 4,15!
Deus
4 inpossibile est enim eos qui semel
sunt inluminati
gustaverunt etiam donum caeleste
et participes sunt facti Spiritus Sancti
5 gustaverunt nihilominus bonum Dei Ps 33,9; I Pt 2,3
verbum
virtutesque saeculi venturi
6 et prolapsi sunt
renovari rursus ad paenitentiam
rursum crucifigentes sibimet ipsis Fi-
lium Dei et ostentui habentes
7 terra enim saepe venientem super se
bibens imbrem
et generans herbam oportunam illis
a quibus colitur
accipit benedictionem a Deo
8 proferens autem spinas ac tribulos Gn 3,18; Iob 31,40
reproba est et maledicto proxima
cuius consummatio in conbustionem
9 confidimus autem de vobis dilectissi-

2 iis c. | ignorant et] ignoranter A | 3 propter eam G𝔟. *cf.* 𝔊] propterea *cet.* | et² *om.* c | etiam + et c | 4 nec] ne GSK | 5 [*iterum adest* R] | 6 alio GAK𝔠𝔟𝔊] + loco *cet.* | 7 posset R | ~ illum saluum FSc | ~ facere a morte c | et exauditus] exauditus R; exauditus est Cc | 8 didicit] dei dicit A.; dicit G; dei didicit RFSc | iis c. | oboedientia R | 11 ~ nobis grandis RΦc | interpretabilis RFSKΛΦ ‖ 6,1 ad perfectiora c. | feramus GFC | 4 caelestem RFS | ~ facti sunt c | 5 uirtutisque RFS | 6 ~ rursus renouari c. | 7 accepit ARFS |

GA(R) FSKCΛΦ 𝔠𝔟

mi meliora et viciniora saluti
tametsi ita loquimur
[10] non enim iniustus Deus
ut obliviscatur operis vestri
et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius
qui ministrastis sanctis et ministratis
[11] cupimus autem unumquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem
3,6; 10,23 ad expletionem spei usque in finem
[12] ut non segnes efficiamini
verum imitatores eorum qui fide et
10,36! patientia hereditabunt promissiones
Gal 3,18 [13] Abrahae namque promittens Deus
quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem
13.14: Gn 22,16.17! iuravit per semet ipsum [14] dicens
nisi benedicens benedicam te
et multiplicans multiplicabo te
[15] et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem
[16] homines enim per maiorem sui iurant
et omnis controversiae eorum finis ad confirmationem est iuramentum
[17] in quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis heredibus inmobilitatem consilii sui
interposuit iusiurandum
[18] ut per duas res inmobiles
Nm 23,19! quibus inpossibile est mentiri Deum
fortissimum solacium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem
[19] quam sicut anchoram habemus animae tutam ac firmam
19.20: 9,11.12 et incedentem usque in interiora velaminis
[20] ubi praecursor pro nobis introiit Iesus
5,6! 7,17! secundum ordinem Melchisedech
pontifex factus in aeternum
7 hic enim Melchisedech rex Salem 1.2: Gn 14,18–20
sacerdos Dei summi
qui obviavit Abrahae regresso a caede regum
et benedixit ei
[2] cui decimas omnium divisit Abraham
primum quidem qui interpretatur rex iustitiae
deinde autem et rex Salem quod est rex pacis
[3] sine patre
sine matre
sine genealogia
neque initium dierum neque finem vitae habens
adsimilatus autem Filio Dei manet 17!
sacerdos in perpetuum
[4] intuemini autem quantus sit hic cui et decimam dedit de praecipuis Abraham patriarcha
[5] et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes
mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem
id est a fratribus suis
quamquam et ipsi exierunt de lumbis Abrahae
[6] cuius autem generatio non adnumeratur in eis
decimas sumpsit Abraham
et hunc qui habebat repromissiones benedixit
[7] sine ulla autem contradictione
quod minus est a meliore benedicitur
[8] et hic quidem decimas morientes homines accipiunt
ibi autem contestatus quia vivit
[9] et ut ita dictum sit
per Abraham et Levi qui decimas accipit decimatus est
[10] adhuc enim in lumbis patris erat

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔟 9 salutis RS | tamen si ASK | 10 ministratis] ministrastis GΛ | 12 promissionem A(*vid.*)R. | 14 te[1]] tibi RC | 16 sui] sibi RS | omnes GFS | 18 propositam] promissionis R | 19 in] ad RS𝔠; *om.* KC ‖ 7,2 cui + et 𝔠 | et *om.* GRC | 4 decimam GASK𝔟𝔊] decimas *cet.* | 5 exierunt GSΛ𝔟] exierint *cet.* | 6 sumpsit + ab 𝔠 | 8 contestatus est C; contestatur RΛΦ𝔠 | 9 accipit GKΦ𝔟𝔊] accepit *cet.* |

quando obviavit ei Melchisedech
11 si ergo consummatio per sacerdotium leviticum erat
populus enim sub ipso legem accepit
quid adhuc necessarium secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem
et non secundum ordinem Aaron dici
12 translato enim sacerdotio
necesse est ut et legis translatio fiat
13 in quo enim haec dicuntur de alia tribu est
de qua nullus altario praesto fuit
Mt 2,6! 14 manifestum enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster
in qua tribu nihil de sacerdotibus Moses locutus est
15 et amplius adhuc manifestum est
si secundum similitudinem Melchisedech exsurgit alius sacerdos
16 qui non secundum legem mandati carnalis factus est
sed secundum virtutem vitae insolubilis
17 contestatur enim
3.21.24; 5,6! 6.20; Ps 109,4! quoniam tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech
18 reprobatio quidem fit praecedentis mandati
propter infirmitatem eius et inutilitatem
10,1 19 nihil enim ad perfectum adduxit lex
introductio vero melioris spei
per quam proximamus ad Deum
20 et quantum est non sine iureiurando
alii quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt
21 hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum
Ps 109,4! iuravit Dominus et non paenitebit
tu es sacerdos in aeternum 17!
22 in tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus 8,6
23 et alii quidem plures facti sunt sacerdotes
idcirco quod morte prohiberentur permanere
24 hic autem eo quod maneat in aeternum 13,8
sempiternum habet sacerdotium 17!
25 unde et salvare in perpetuo potest accedentes per semet ipsum ad Deum
semper vivens ad interpellandum pro eis 9,24; Rm 8,34! I Io 2,1
26 talis enim decebat ut nobis esset pontifex 4,14; 8,1
sanctus innocens inpollutus
segregatus a peccatoribus
et excelsior caelis factus
27 qui non habet cotidie necessitatem
quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre Lv 7,7!
deinde pro populi
hoc enim fecit semel se offerendo
28 lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes 5,1.2
sermo autem iurisiurandi qui post legem est
Filium in aeternum perfectum
8 capitulum autem super ea quae dicuntur
talem habemus pontificem 4,14; 7,26
qui consedit in dextera sedis Magnitudinis in caelis 1,3!
2 sanctorum minister et tabernaculi veri Nm 24,6
quod fixit Dominus et non homo
3 omnis enim pontifex ad offerenda munera et hostias constituitur 5,1
unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat

11 necessarium + fuit ΛΦc | 12 et *om.* RF; ~ et ut K. | 13 altari Rc | 14 manifestum + est RFSΦc | ortus est AKC | in] de GΛ | 15 exsurgit Λϐ𝔊] exsurget GAFSKCc; exsurgat c; exsurgere R.; exsurrexisset Φ | 21 paenitebit GCϐ] + eum *cet.* | 25 in perpetuum RSKΛΦc | eis] nobis Φc | 26 peccatoribus] peccatis AKC | 27 ~ necessitatem quotidie c | pro populo RS | se] seipsum c ‖ 8,2 dominus] deus RC | 3 ad offerendum munera c |

GAR FSKCΛΦ cϐ

4 si ergo esset super terram nec esset sacerdos
cum essent qui offerrent secundum legem munera
5 qui exemplari et umbrae deserviunt caelestium
sicut responsum est Mosi cum consummaret tabernaculum
Ex 25,40! vide inquit omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte
6 nunc autem melius sortitus est ministerium
7,22 quanto et melioris testamenti mediator est
quod in melioribus repromissionibus sanctum est
7 nam si illud prius culpa vacasset
non utique secundi locus inquireretur
8—12: Ier 31,31–34 8 vituperans enim eos dicit
ecce dies veniunt dicit Dominus
et consummabo super domum Israhel et super domum Iuda testamentum novum
9 non secundum testamentum quod feci patribus eorum
in die qua adprehendi manum illorum ut educerem illos de terra Aegypti
quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo
et ego neglexi eos dicit Dominus
10,16 10 quia hoc testamentum quod disponam domui Israhel post dies illos dicit Dominus
dando leges meas in mentem eorum
et in corde eorum superscribam eas
II Cor 6,16! et ero eis in Deum
et ipsi erunt mihi in populum
11 et non docebit unusquisque proximum suum et unusquisque fratrem suum dicens
11,12: Lc 1,77! cognosce Dominum
quoniam omnes scient me
a minore usque ad maiorem eorum
12 quia propitius ero iniquitatibus eorum
et peccatorum illorum iam non memorabor 10,17
13 dicendo autem novum veteravit prius
quod autem antiquatur et senescit prope interitum est

9 habuit quidem et prius iustificationes culturae
et sanctum saeculare
2 tabernaculum enim factum est primum
in quo inerant candelabra et mensa et propositio panum quae dicitur sancta
3 post velamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum
4 aureum habens turibulum
et arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro Ex 25,11
in qua urna aurea habens manna
et virga Aaron quae fronduerat
et tabulae testamenti
5 superque eam cherubin gloriae obumbrantia propitiatorium Ex 25,20!
de quibus non est modo dicendum per singula
6 his vero ita conpositis
in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes
sacrificiorum officia consummantes
7 in secundo autem
semel in anno solus pontifex
non sine sanguine
quem offert pro sua et populi ignorantia
8 hoc significante Spiritu Sancto
nondum propalatam esse sanctorum viam
adhuc priore tabernaculo habente statum

GAR FSKCΛΦ cob 6 sancitum Sc | 8 uenient Φc | 9 illorum] eorum c | 10 hoc + est FΛc | eas] eos GK | 12 illorum] eorum Λc | iam *om.* R ‖ 9,1 iustificationis R | 2 inerant] erant RSCΛc | 4 ~ habens aureum G | 5 eam + erant c. | ~ modo non est ARΦ | 6 introibunt G | 8 prolatam RSK | habentem R |

9 quae parabola est temporis instantis
5,1! 10,1 iuxta quam munera et hostiae offe-
runtur
quae non possunt iuxta conscien-
tiam perfectum facere servientem
10 solummodo in cibis et in potibus et
variis baptismis
et iustitiis carnis usque ad tempus
correctionis inpositis
11.12: 4,14; 6,19.20 11 Christus autem adsistens pontifex
futurorum bonorum
per amplius et perfectius tabernacu-
lum non manufactum
id est non huius creationis
10,4 12 neque per sanguinem hircorum et
vitulorum
sed per proprium sanguinem intro-
ivit semel in sancta
aeterna redemptione inventa
13 si enim sanguis hircorum et tauro-
rum
et cinis vitulae aspersus inquinatos
sanctificat ad emundationem car-
nis
I Io 1,7! 14 quanto magis sanguis Christi
qui per Spiritum Sanctum semet ip-
sum obtulit inmaculatum Deo
Apc 1,5 emundabit conscientiam vestram ab
operibus mortuis ad serviendum
Deo viventi
12,24; Rm 3,25! I Tim 2,5 15 et ideo novi testamenti mediator est
ut morte intercedente
in redemptionem earum praevari-
cationum quae erant sub priore
testamento
repromissionem accipiant qui vocati
sunt aeternae hereditatis
16 ubi enim testamentum
mors necesse est intercedat testatoris
17 testamentum enim in mortuis con-
firmatum est
alioquin nondum valet dum vivit
qui testatus est

18 unde ne primum quidem sine san-
guine dedicatum est
19 lecto enim omni mandato legis a 19.20: Ex 24,7.8
Mose universo populo
accipiens sanguinem vitulorum et
hircorum
cum aqua et lana coccinea et hysopo
ipsum quoque librum et omnem po-
pulum aspersit 20 dicens
hic sanguis testamenti quod man- Mt 26,28
davit ad vos Deus
21 etiam tabernaculum et omnia vasa
ministerii
sanguine similiter aspersit
22 et omnia paene in sanguine mundan-
tur secundum legem
et sine sanguinis fusione non fit Eph 1,7!
remissio
23 necesse est ergo exemplaria quidem
caelestium his mundari
ipsa autem caelestia melioribus hos-
tiis quam istis
24 non enim in manufactis sanctis Iesus
introiit
exemplaria verorum
sed in ipsum caelum
ut appareat nunc vultui Dei pro no- 7,25! I Io 2,1
bis
25 neque ut saepe offerat semet ipsum
quemadmodum pontifex intrat in
sancta per singulos annos in san-
guine alieno
26 alioquin oportebat eum frequenter
pati ab origine mundi
nunc autem semel in consummatio- Gal 4,4; I Pt 1,20
ne saeculorum
ad destitutionem peccati per hosti- 10,12!
am suam apparuit
27 et quemadmodum statutum est ho-
minibus semel mori
post hoc autem iudicium IV Esr 14,35
28 sic et Christus semel oblatus ad mul- 10,12! Rm 6,10; I Pt 3,18
torum exhaurienda peccata

10 baptismatibus RS𝔠 | correptionis RS | 12 et] aut R𝔠 | 14 emundabit 𝔬𝔟𝔊] et mundauit GAR
FSK: emundauit *cet.* | uestram] nostram RA𝔠 | 15 est *om.* G | 16 testamentum + est 𝔠 | FSKCΛΦ
18 ne] nec GRΛΦ𝔠 | 22 ~ secundum legem mundantur 𝔠. | fusione GAFK𝔬𝔟] effusione *cet.* | 𝔬𝔟
24 in manufacta sancta 𝔠 | 26 in consummationem GRK | ad destructionem R | 28 oblatus +
est Φ𝔠 |

secundo sine peccato apparebit ex-
pectantibus se in salutem
Col 2,17 **10** umbram enim habens lex bono-
rum futurorum
non ipsam imaginem rerum
11! 9,9 per singulos annos hisdem ipsis hos-
tiis quas offerunt indesinenter
7,19 numquam potest accedentes perfec-
tos facere
2 alioquin non cessassent offerri
ideo quod nullam haberent ultra
conscientiam peccati cultores
semel mundati
3 sed in ipsis commemoratio pecca-
torum per singulos annos fit
11! 9,12 4 inpossibile enim est sanguine tauro-
rum et hircorum auferri peccata
5 ideo ingrediens mundum dicit
5–7: Ps 39,7–9! hostiam et oblationem noluisti
corpus autem aptasti mihi
6 holocaustomata et pro peccato non
tibi placuit
7 tunc dixi ecce venio
in capitulo libri scriptum est de me
ut faciam Deus voluntatem tuam
8 superius dicens
quia hostias et oblationes et holo-
caustomata et pro peccato noluisti
nec placita sunt tibi quae secundum
legem offeruntur
9 tunc dixit
ecce venio ut faciam Deus volunta-
tem tuam
aufert primum ut sequens statuat
14; I Th 4,3 10 in qua voluntate sanctificati sumus
per oblationem corporis Christi Iesu
in semel
11 et omnis quidem sacerdos praesto
est cotidie ministrans
11! et easdem saepe offerens hostias
4 quae numquam possunt auferre pec-
cata
12 hic autem unam pro peccatis offe- 9,26.28; Lv 7,7!
rens hostiam
in sempiternum sedit in dextera Dei 1,3! I Pt 3,22
13 de cetero expectans donec ponantur **12.13:** 1,13; Ps 109,1!
inimici eius scabillum pedum eius Mt 22,44!
14 una enim oblatione consummavit in 10
sempiternum sanctificatos
15 contestatur autem nos et Spiritus
Sanctus
postquam enim dixit
16 hoc autem testamentum quod testa- 8,10
bor ad illos **16.17:** Ier 31,33.34!
post dies illos dicit Dominus
dando leges meas in cordibus eorum
et in mente eorum superscribam eas
17 et peccatorum et iniquitatium eorum 8,12
iam non recordabor amplius
18 ubi autem horum remissio
iam non oblatio pro peccato
19 habentes itaque fratres fiduciam in 4,16
introitu sanctorum in sanguine
Christi
20 quam initiavit nobis viam novam et
viventem
per velamen id est carnem suam
21 et sacerdotem magnum super do- 3,6; 4,14
mum Dei
22 accedamus cum vero corde in pleni-
tudine fidei
aspersi corda a conscientia mala
et abluti corpus aqua munda
23 teneamus spei nostrae confessionem 3,6; 4,14; 6,11
indeclinabilem
fidelis enim est qui repromisit
24 et consideremus invicem in provo- 13,1!
cationem caritatis et bonorum
operum
25 non deserentes collectionem nostram
sicut est consuetudinis quibusdam
sed consolantes

GAR FSKCΛΦ cɩ𝔟 — 28 se *om.* RF ‖ **10**,1 umbra GRF | ~ futurorum bonorum Cɩ | isdem GARFKΛɩ; eisdem Φɩ | 2 non] nonne CΛ; nondum R.; *om.* KΦɩ | 6 et *om.* Sɩ | placuerunt ɩ | 7 capite ARSKΛΦɩ𝔟 | 8 et[3] *om.* RSKɩ | 9 dixi RSKCΛΦɩ | 10 iesu *om.* S; ~ iesu christi AΛΦɩ | in[2] *om.* Φɩ | 12 sedet KCΛɩ; sed F | 14 unam RFΦ | oblationem RSΦ | 16 eorum[1]] illorum G. | in mentem KC; in mentibus Φɩ; mentibus Λ | 18 non + est ɩ. | 22 in plenitudinem RS | corda] corde GΛ | 24 in prouocatione GΛ | 25 ~ consuetudinis est ɩ. |

et tanto magis
Iac 5,8! quanto videritis adpropinquantem diem
26 voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis
iam non relinquitur pro peccatis hostia
27 terribilis autem quaedam expectatio iudicii
Is 26,11! et ignis aemulatio quae consumptura est adversarios
28 irritam quis faciens legem Mosi
Dt 17,6! sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur
29 quanto magis putatis deteriora mereri supplicia
qui Filium Dei conculcaverit
et sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est
et Spiritui gratiae contumeliam fecerit
30 scimus enim qui dixit
Dt 32,35! Rm 12,19 mihi vindictam ego reddam
et iterum
Dt 32,36! Ps 134,14! quia iudicabit Dominus populum suum
31 horrendum est incidere in manus Dei viventis
32 rememoramini autem pristinos dies
in quibus inluminati magnum certamen sustinuistis passionum
I Cor 4,9 33 et in altero quidem obprobriis et tribulationibus spectaculum facti
Phil 4,14 in altero autem socii taliter conversantium effecti
13,3 34 nam et vinctis conpassi estis
et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis
cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam
35 nolite itaque amittere confidentiam vestram
quae magnam habet remunerationem
36 patientia enim vobis necessaria est 6,12; Lc 21,19
ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem
37 adhuc enim modicum quantulum
qui venturus est veniet et non tardabit Hab 2,3
38 iustus autem meus ex fide vivit Hab 2,4!
quod si subtraxerit se non placebit animae meae
39 nos autem non sumus subtractionis in perditionem
sed fidei in adquisitionem animae I Pt 1,9
11 est autem fides sperandorum substantia
rerum argumentum non parentum
2 in hac enim testimonium consecuti sunt senes 39
3 fide intellegimus aptata esse saecula verbo Dei
ut ex invisibilibus visibilia fierent
4 fide plurimam hostiam Abel quam Cain obtulit Deo
per quam testimonium consecutus est esse iustus
testimonium perhibente muneribus eius Deo
et per illam defunctus adhuc loquitur
5 fide Enoch translatus est ne videret mortem Io 8,51!
et non inveniebatur quia transtulit illum Deus Gn 5,24; Sir 44,16!
ante translationem enim testimonium habebat placuisse Deo
6 sine fide autem inpossibile placere
credere enim oportet accedentem ad Deum quia est
et inquirentibus se remunerator fit
7 fide Noe responso accepto de his quae adhuc non videbantur

28 testibus *om.* A | 30 uindictas G.; uindicta FS𝔠; + et S𝔠 | reddam] retribuam R𝔠 | iudicauit AFSΛ | 33 et¹ *om.* R | conuersantium + estis R | 36 ut] et RF; *om.* K | 37 aliquantulum FΦ𝔠; quantulumcumque KCΛ | tardauit ARFS | 38 meus *om.* GS | 39 subtractionis + filii FΦ𝔠 ‖ 11,1 sperandarum KΛΦ𝔠 | apparentium RKΦ𝔠 | 3 apta RKC | 4 perhibentem RF | per illum GF | 5 habuit SΛΦ𝔠 | 6 inpossibile GF𝔟𝔊] + est *cet.* | placere + deo RFS𝔠; + quemquam Λ | fit] sit 𝔠 | 7 iis 𝔠. |

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔟

Gn 6,14; I Pt 3,20 metuens aptavit arcam in salutem domus suae
per quam damnavit mundum
et iustitiae quae per fidem est heres est institutus
8 fide qui vocatur Abraham
oboedivit in locum exire quem accepturus erat in hereditatem
et exiit nesciens quo iret
9 fide moratus est in terra repromissionis
tamquam in aliena
in casulis habitando cum Isaac et Iacob coheredibus repromissionis eiusdem
10 expectabat enim fundamenta habentem civitatem
cuius artifex et conditor Deus
11 fide et ipsa Sarra sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit
etiam praeter tempus aetatis
Lc 1,45 quoniam fidelem credidit esse qui promiserat
12 propter quod et ab uno orti sunt et haec emortuo
Gn 22,17! tamquam sidera caeli in multitudinem
et sicut harena quae est ad oram maris innumerabilis
13 iuxta fidem defuncti sunt omnes isti
39 non acceptis repromissionibus
sed a longe eas aspicientes et salutantes
Gn 23,4; 47,9; I Par 29,15! et confitentes quia peregrini et hospites sunt supra terram
14 qui enim haec dicunt
significant se patriam inquirere
15 et si quidem illius meminissent de qua exierunt
habebant utique tempus revertendi
16 nunc autem meliorem appetunt id est caelestem
ideo non confunditur Deus vocari
Deus eorum
paravit enim illis civitatem Io 14,2
17 fide obtulit Abraham Isaac cum temptaretur
et unigenitum offerebat qui susceperat repromissiones
18 ad quem dictum est
quia in Isaac vocabitur tibi semen Gn 21,12; Rm 9,7
19 arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est Deus Io 5,21; Rm 4,17; II Cor 1,9
unde eum et in parabola accepit
20 fide et de futuris benedixit Isaac Iacob et Esau Gn 27
21 fide Iacob moriens singulis filiorum Ioseph benedixit Gn 48,15
et adoravit fastigium virgae eius Gn 47,31 Lxx
22 fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israhel memoratus est Gn 50,23.24
et de ossibus suis mandavit
23 fide Moses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis Ex 2,2
eo quod vidissent elegantem infantem
et non timuerunt regis edictum
24 fide Moses grandis factus negavit se esse filium filiae Pharaonis
25 magis eligens adfligi cum populo Dei
quam temporalis peccati habere iucunditatem
26 maiores divitias aestimans thesauro Aegyptiorum inproperium Christi
aspiciebat enim in remunerationem
27 fide reliquit Aegyptum
non veritus animositatem regis
invisibilem enim tamquam videns sustinuit
28 fide celebravit pascha et sanguinis effusionem
ne qui vastabat primitiva tangeret eos
29 fide transierunt mare Rubrum tamquam per aridam terram Sap 10,18!
quod experti Aegyptii devorati sunt

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔴𝔟 8 et *om.* GR | 9 fide demoratus GKΦ𝔠 | 11 in conceptione GC; et conceptionem FS; in conceptatione K. | eum qui repromiserat Φ𝔠 | 12 et[1] *om.* AKΛ | haec] hoc ARΦ𝔠𝔴; *om.* F | emortuo + corpore R | harenam RK | 13 supra GAFK𝔴𝔟] super *cet.* | 14 significant — 27 aegyptum *om.* K. | 15 illius] ipsius 𝔠. | 19 in parabolam SΛΦ𝔠 | 21 singulis GRC𝔟] singulos *cet.* | 26 thensauros F; thensauris R |

Ios 6,5 30 fide muri Hiericho ruerunt circuiti dierum septem
Ios 6,17! Iac 2,25 31 fide Raab meretrix non periit cum incredulis
excipiens exploratores cum pace
32 et quid adhuc dicam
deficiet enim me tempus enarrantem
I Sm 12,11 de Gedeon Barac Samson Iepthae David et Samuhel et prophetis
33 qui per fidem devicerunt regna
operati sunt iustitiam
adepti sunt repromissiones
Dn 6,22 obturaverunt ora leonum
34 extinxerunt impetum ignis
effugerunt aciem gladii
convaluerunt de infirmitate
fortes facti sunt in bello
castra verterunt exterorum
35 acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos
alii autem distenti sunt
II Mcc 7,14 non suscipientes redemptionem
ut meliorem invenirent resurrectionem
36 alii vero ludibria et verbera experti
insuper et vincula et carceres
37 lapidati sunt
secti sunt
temptati sunt
in occisione gladii mortui sunt
circumierunt in melotis
in pellibus caprinis
egentes angustiati adflicti
38 quibus dignus non erat mundus
in solitudinibus errantes
et montibus et speluncis et in cavernis terrae
2 39 et hii omnes testimonio fidei probati
13 non acceperunt repromissionem
40 Deo pro nobis melius aliquid providente
ut ne sine nobis consummarentur

12 ideoque et nos tantam habentes inpositam nubem testium
deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum
per patientiam curramus propositum nobis certamen
2 aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Iesum
qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucem
confusione contempta
atque in dextera sedis Dei sedit 1,3!
3 recogitate enim eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semet ipsos contradictionem
ut ne fatigemini animis vestris deficientes
4 nondum usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes
5 et obliti estis consolationis
quae vobis tamquam filiis loquitur dicens
fili mi noli neglegere disciplinam Domini 5.6: Prv 3,11.12!
neque fatigeris dum ab eo argueris
6 quem enim diligit Dominus castigat Apc 3,19
flagellat autem omnem filium quem recipit
7 in disciplina perseverate
tamquam filiis vobis offert Deus
quis enim filius quem non corripit pater
8 quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes
ergo adulteri et non filii estis
9 deinde patres quidem carnis nostrae habuimus eruditores et reverebamur
non multo magis obtemperabimus Patri spirituum et vivemus

30 ruerunt] corruerunt GΦ𝔠 | circuitu FΦ𝔠𝔴 | 32 deficit RS; deficiant G.; *om.* K. | et²] quoque et C; *om.* ΛΦ𝔠 | 33 uicerunt S𝔠 | 37 angustati RSCΛΦ | 38 et¹] in C𝔠; et in RSΦ | et² + in R | 39 testimonium AS | 40 ~ aliquid melius G | ut ne] ut non 𝔠; ne Φ ‖ **12**,1 tantum A | curramus + ad R𝔠 | 2 pro proposito *restituimus cum Bentley*, 𝔟, *cf.* 𝔊] proposito *cet.* | sedis *om.* GR | sedet CΛΦ𝔠 | 3 ipsos] ipso S; ipsum RΛΦ𝔠 | 4 nondum + enim ΛΦ𝔠 | 5 dum] cum RK | 6 castigat] corripit R | recepit RS | 7 offert + se C𝔠 | corripiat R | 9 ~ eruditores habuimus 𝔠. | reuerebamur + eos FΦ𝔠 | obtemperauimus ARFS |

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔴𝔟

10 et illi quidem in tempore paucorum
dierum secundum voluntatem suam
erudiebant nos
hic autem ad id quod utile est in re-
cipiendo sanctificationem eius
11 omnis autem disciplina in praesenti
quidem videtur non esse gaudii sed
maeroris
postea autem fructum pacatissimum
exercitatis per eam reddit iustitiae
Is 35,3! 12 propter quod remissas manus et so-
luta genua erigite
Prv 4,26 Lxx 13 et gressus rectos facite pedibus ves-
tris
ut non claudicans erret
magis autem sanetur
II Tim 2,22! 14 pacem sequimini cum omnibus
et sanctimoniam sine qua nemo vi-
debit Dominum
3,12 15 contemplantes ne quis desit gratiae
Dei
Dt 29,18 ne qua radix amaritudinis sursum
germinans inpediat
et per illam inquinentur multi
16 ne quis fornicator aut profanus ut
Esau
Gn 25,33 qui propter unam escam vendidit
primitiva sua
Gn 27 17 scitote enim quoniam et postea cu-
piens hereditare benedictionem re-
probatus est
IV Esr 9,12 non enim invenit paenitentiae locum
Gn 27,38 quamquam cum lacrimis inquisisset
eam
Ex 19,12! 18 non enim accessistis ad tractabilem
et accensibilem ignem
et turbinem et caliginem et procel-
lam
19 et tubae sonum et vocem verborum
quam qui audierunt excusaverunt se
ne eis fieret verbum

20 non enim portabant quod dicebatur
et si bestia tetigerit montem lapida- Ex 19,13
bitur
21 et ita terribile erat quod videbatur
Moses dixit
exterritus sum et tremebundus Dt 9,19 Lxx
22 sed accessistis ad Sion montem et Eph 2,19
civitatem Dei viventis Hierusalem
caelestem
et multorum milium angelorum fre-
quentiae
23 et ecclesiam primitivorum qui con- Is 4,3! Lc 10,20!
scripti sunt in caelis
et iudicem omnium Deum
et spiritus iustorum perfectorum
24 et testamenti novi mediatorem Iesum 9,15!
et sanguinis sparsionem melius lo-
quentem quam Abel
25 videte ne recusetis loquentem
si enim illi non effugerunt recusantes
eum qui super terram loquebatur
multo magis nos qui de caelis lo-
quentem nobis avertimur
26 cuius vox movit terram tunc
modo autem repromittit dicens
adhuc semel ego movebo non solum Agg 2,7! II Pt 3,10!
terram sed et caelum
27 quod autem adhuc semel dicit
declarat mobilium translationem
tamquam factorum
ut maneant ea quae sunt inmobilia
28 itaque regnum inmobile suscipien-
tes
habemus gratiam per quam servia- Ps 2,11!
mus placentes Deo
cum metu et reverentia
29 etenim Deus noster ignis consumens Dt 4,24; 9,3
est
13 caritas fraternitatis maneat 10,24; I Th 4,9! I Pt 2,17! I Io 4,7
2 hospitalitatem nolite oblivisci Rm 12,13! I Pt 4,9
per hanc enim latuerunt quidam an-

GAR FSKCΛΦ 𝔠𝔬𝔟

11 reddet RCΛΦ𝔠; reddidit AS | 13 claudicans + quis FΦ𝔠; claudicat quis R. | 14 sanctimonia AR | dominum] deum RSΛΦ𝔠 | 18 tractabilem + montem 𝔠. | et accessibilem RSCΛΦ; et accessabilem K; *om.* G | 21 uidebatur] dicebatur R | 22 frequentiam Λ𝔠 | 23 ecclesiarum ASK | 24 aspersionem SCΦ𝔠; passionem R. | 25 auertimus GΦ𝔠; aduertimus R | 26 modo] nunc Φ𝔠 | semel + et SCΦ𝔠 | 28 habeamus R ‖ 13,1 maneat + in uobis S𝔠 | 2 hospitalitatem G𝔟𝔊] *praem.* et *cet.* | latuerunt] placuerunt FSΦ |

gelis hospitio receptis
10,34 3 mementote vinctorum tamquam simul vincti
et laborantium tamquam et ipsi in corpore morantes
4 honorabile conubium in omnibus et torus inmaculatus
fornicatores enim et adulteros iudicabit Deus
5 sint mores sine avaritia
Phil 4,11 contenti praesentibus
ipse enim dixit
Dt 31,8! non te deseram neque derelinquam
6 ita ut confidenter dicamus
Ps 117,6! Dominus mihi adiutor non timebo
quid faciat mihi homo
7 mementote praepositorum vestrorum
qui vobis locuti sunt verbum Dei
quorum intuentes exitum conversationis
imitamini fidem
7,24 8 Iesus Christus heri et hodie ipse et in saecula
Eph 4,14! 9 doctrinis variis et peregrinis nolite abduci
I Cor 8,8 optimum enim est gratia stabiliri cor non escis
quae non profuerunt ambulantibus in eis
10 habemus altare
de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt
Lv 6,30! 11 quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem
horum corpora cremantur extra castra
12 propter quod et Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum
extra portam passus est
13 exeamus igitur ad eum extra castra
inproperium eius portantes
14 non enim habemus hic manentem civitatem Mi 2,10!
sed futuram inquirimus
15 per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo Ps 115,17! Os 14,3 Lxx
id est fructum labiorum confitentium nomini eius
16 beneficientiae autem et communionis nolite oblivisci Rm 12,13
talibus enim hostiis promeretur Deus
17 oboedite praepositis vestris et subiacete eis I Cor 16,16!
ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri
ut cum gaudio hoc faciant et non gementes
hoc enim non expedit vobis
18 orate pro nobis I Th 5,25!
confidimus enim quia bonam conscientiam habemus Act 23,1!
in omnibus bene volentes conversari
19 amplius autem deprecor vos hoc facere
ut quo celerius restituar vobis
20 Deus autem pacis
qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium
in sanguine testamenti aeterni
Dominum nostrum Iesum
21 aptet vos in omni bono ut faciatis voluntatem eius Mt 6,10!
faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum
cui gloria in saecula saeculorum amen Rm 16,27!
22 rogo autem vos fratres sufferatis verbum solacii
etenim perpaucis scripsi vobis I Pt 5,12
23 cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum

4 enim] autem R(*vid.*) | iudicauit RFS | 6 adiutor GF𝔠𝔟𝔊] + est et S; + est *cet.* | 9 ~ est enim R(*vid.*)S𝔠 | stabilire SΦ𝔠 | inambulantibus AK | 13 [*deest* R *usque ad* v. 25] | 16 beneficentiae FSK𝔠𝔢 | 19 ut *om.* Φ𝔠 | 20 dominum nostrum iesum christum CΦ𝔠; domini nostri iesu christi S. | 21 ~ eius uoluntatem 𝔠 | cui + est 𝔠 | 22 sufferatis GAK𝔟𝔊] *praem.* ut *cet.* |

GA(R) FSKCΛΦ 𝔠𝔟

cum quo si celerius venerit videbo
vos
24 salutate omnes praepositos vestros
et omnes sanctos
salutant vos de Italia
25 gratia cum omnibus vobis amen Eph 6,24! Col 4,18; I Tim 6,21

EXPLICIT EPISTULA AD HEBRAEOS

GA
FSKCΛΦ
cϵ
24 italia + fratres SKCΛc ||

INCIPIT EPISTULA IACOBI

Rm 1,1! Iacobus Dei et Domini nostri Iesu
Christi servus
duodecim tribubus quae sunt in
dispersione salutem
I Pt 1,6 2 omne gaudium existimate fratres
2.3: Rm 5,3 mei cum in temptationibus variis
incideritis
3 scientes quod probatio fidei vestrae
patientiam operatur
4 patientia autem opus perfectum habeat
ut sitis perfecti et integri in nullo
deficientes
5 si quis autem vestrum indiget sapientiam
Io 11,22! postulet a Deo qui dat omnibus af-
fluenter et non inproperat
et dabitur ei
6 postulet autem in fide nihil haesitans
Eph 4,14! qui enim haesitat similis est fluctui
maris qui a vento movetur et cir-
cumfertur
7 non ergo aestimet homo ille quod
accipiat aliquid a Domino
8 vir duplex animo inconstans in om-
nibus viis suis
9 glorietur autem frater humilis in ex-
altatione sua
10 dives autem in humilitate sua
Iob 14,2! quoniam sicut flos faeni transibit
Mt 13,6; Mc 4,6; III Esr 15,15 11 exortus est enim sol cum ardore et
arefecit faenum
Is 40,7! I Pt 1,24 et flos eius decidit
et decor vultus eius deperiit
ita et dives in itineribus suis marces-
cet
12 beatus vir qui suffert temptationem
quia cum probatus fuerit accipiet II Tim 4,8! Apc 2,10
coronam vitae
quam repromisit Deus diligentibus 2,5; I Cor 2,9!
se
13 nemo cum temptatur dicat quoniam
a Deo temptor
Deus enim intemptator malorum est
ipse autem neminem temptat
14 unusquisque vero temptatur a con-
cupiscentia sua abstractus et inlec-
tus
15 dein concupiscentia cum conceperit
parit peccatum
peccatum vero cum consummatum Rm 5,12; 6,23
fuerit generat mortem
16 nolite itaque errare fratres mei dilec- Gal 6,7
tissimi
17 omne datum optimum et omne do- Mt 7,11
num perfectum desursum est
descendens a Patre luminum I Io 1,5
apud quem non est transmutatio nec Mal 3,6
vicissitudinis obumbratio
18 voluntarie genuit nos verbo veritatis I Pt 1,23
ut simus initium aliquod creaturae
eius
19 scitis fratres mei dilecti
sit autem omnis homo velox ad au- Sir 5,13
diendum
tardus autem ad loquendum et tar- Sir 4,34!
dus ad iram Ecl 7,10

Epistula Iacobi. *Citantur* FGA *et* IRLSΛΦk *ac* cob. [L = 251 *in* b, *alius ac* L *in* ob, Φ = ΦT(*Sangall.75*)BGV(= BKV *in* o)] *Tit.* epistola catholica beati iacobi apostoli c ‖ 1,1 [*deest* k *usque ad* 2,6] | 2 temptationes uarias IRLSΛΦc | 4 habet GRSc | 5 sapientia FIRLΛc | 6 enim] autem FLS | fluctui maris quae R; tempestati m. quae Λb; tempestate m. qui I | 8 duplici FGLS | inconstans + est GΦc | 9 exultatione GIΛ | 11 marcescit FGIRSΛ | 12 quia] quoniam FRSΦc | 13 temptor GΦb𝔊] temptetur I; temptatur *cet.* | 15 deinde GSΛc; dehinc AR | pariet GI | 18 uoluntarie + enim AISΦc | 19 dilectissimi IRSΛΦc | iracundiam G; irascendum R |

FGA
IRLSΛΦ
cob

20 ira enim viri iustitiam Dei non ope-
ratur
1 Pt 2,1! 21 propter quod abicientes omnem in-
munditiam et abundantiam mali-
tiae
in mansuetudine suscipite insitum
verbum
quod potest salvare animas vestras
22 estote autem factores verbi et non
auditores tantum fallentes vosmet
ipsos
23 quia si quis auditor est verbi et non
factor
hic conparabitur viro consideranti
vultum nativitatis suae in speculo
24 consideravit enim se et abiit
et statim oblitus est qualis fuerit
Rm 2,13! 25 qui autem perspexerit in lege perfec-
ta libertatis et permanserit
non auditor obliviosus factus sed
factor operis
Io 13,17! hic beatus in facto suo erit
26 si quis autem putat se religiosum
esse
3,2! non refrenans linguam suam sed
seducens cor suum
huius vana est religio
27 religio munda et inmaculata apud
Deum et Patrem haec est
visitare pupillos et viduas in tribu-
latione eorum
inmaculatum se custodire ab hoc
saeculo
2 fratres mei
Dt 1,17! Gal 2,6! nolite in personarum acceptione ha-
bere fidem Domini nostri Iesu
Christi gloriae
2 etenim si introierit in conventu ves-
tro vir aureum anulum habens in
veste candida
introierit autem et pauper in sordido
habitu
3 et intendatis in eum qui indutus est
veste praeclara
et dixeritis tu sede hic bene
pauperi autem dicatis
tu sta illic aut sede sub scabillo pe-
dum meorum
4 nonne iudicatis apud vosmet ipsos
et facti estis iudices cogitationum
iniquarum
5 audite fratres mei dilectissimi
nonne Deus elegit pauperes in hoc
mundo
divites in fide et heredes regni quod 1,12; I Cor 2,9!
repromisit Deus diligentibus se
6 vos autem exhonorastis pauperem
nonne divites per potentiam oppri-
munt vos
et ipsi trahunt vos ad iudicia
7 nonne ipsi blasphemant bonum no- IV Esr 10,22
men quod invocatum est super vos
8 si tamen legem perficitis regalem se-
cundum scripturas
diliges proximum tuum sicut te ip- Mt 22,39!
sum bene facitis
9 si autem personas accipitis pecca- Dt 1,17!
tum operamini
redarguti a lege quasi transgressores
10 quicumque autem totam legem ser- Gal 3,10!
vaverit
offendat autem in uno factus est om-
nium reus
11 qui enim dixit non moechaberis di- Ex 20,13.14; Mt 5,21! 27! 19,18!
xit et non occides
quod si non moechaberis occides
autem
factus es transgressor legis
12 sic loquimini et sic facite
sicut per legem libertatis incipientes
iudicari
13 iudicium enim sine misericordia illi Mt 7,2!

FGA IRLSΛΦ(k) cob

20 iracundia G | 21 uerbum + dei A | 25 in legem perfectam Λ cb; in lege perfectae R | permanserit + in ea GASΦ co | 27 religio + autem A | eorum + et ARSΛ c || **2**, 1 acceptionem FRS | 2 in conuentum uestrum c; in conspectu uestro L | ~ anulum aureum G | 3 dixeritis + ei ASΛΦ c | 5 ~ pauperes elegit G | promisit GA ob | 6 [*adest* k *usque ad* 4,4] | exhonoratis A; inhonoratis S. | adtrahunt AR | 8 perfecistis G | diliges LΛΦ cob 𝔊] diligis *cet.* | facis Fk | 10 offendet G; offendit ISΛ | 11 moechaueris[1] FGIRk | moechaueris[2] FIRk | es] est FISk |

qui non fecit misericordiam
superexultat autem misericordia iudicio
I Cor 13,2 14 quid proderit fratres mei si fidem
quis dicat se habere
opera autem non habeat
numquid poterit fides salvare eum
15 si autem frater aut soror nudi sunt
et indigent victu cotidiano
16 dicat autem aliquis de vobis illis
ite in pace calefacimini et saturamini
I Io 3,1.7 non dederitis autem eis quae necessaria sunt corporis
quid proderit
20.26 17 sic et fides si non habeat opera mortua est in semet ipsam
18 sed dicet quis tu fidem habes et ego opera habeo
ostende mihi fidem tuam sine operibus
et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam
Mc 12,32! 19 tu credis quoniam unus est Deus
bene facis
et daemones credunt et contremescunt
20 vis autem scire o homo inanis quon-
17.26 iam fides sine operibus otiosa est
21 Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est
Gn 22,9 offerens Isaac filium suum super altare
22 vides quoniam fides cooperabatur operibus illius
et ex operibus fides consummata est
23 et suppleta est scriptura dicens
Rm 4,3! Gal 3,6; Gn 15,6! credidit Abraham Deo et reputatum est illi ad iustitiam
Idt 8,22! et amicus Dei appellatus est

24 videtis quoniam ex operibus iustificatur homo et non ex fide tantum
25 similiter autem et Raab meretrix Ios 6,17! Hbr 11,31
nonne ex operibus iustificata est
suscipiens nuntios et alia via eiciens
26 sicut enim corpus sine spiritu emortuum est
ita et fides sine operibus mortua est 17.20
3 nolite plures magistri fieri fratres mei
scientes quoniam maius iudicium sumitis
2 in multis enim offendimus omnes Rm 3,23!
si quis in verbo non offendit hic 1,26; Sir 14,1!
perfectus est vir
potens etiam freno circumducere totum corpus
3 si autem equorum frenos in ora mit- Ps 31,9!
timus ad consentiendum nobis
et omne corpus illorum circumferimus
4 ecce et naves cum magnae sint et a ventis validis minentur
circumferuntur a modico gubernaculo ubi impetus dirigentis voluerit
5 ita et lingua
modicum quidem membrum est et magna exultat
ecce quantus ignis quam magnam silvam incendit
6 et lingua ignis est universitas iniquitatis
lingua constituitur in membris nostris
quae maculat totum corpus
et inflammat rotam nativitatis nostrae inflammata a gehenna
7 omnis enim natura bestiarum et volucrum et serpentium etiam ceterorum

FGA IRLSΛΦk 𝔠𝔬𝔟

13 fecit FIRLk𝔠𝔟] fecerat G.; fecerit AΛ𝔬; facit SΦ | superexaltat ALSΛΦ𝔠 | iudicium IS𝔠 | 14 prodest G | operam GS | 15 aut] et 𝔠. | sint ALSΦk𝔠𝔬 | indigeant AL ΛΦ𝔠𝔬 | 16 de] ex 𝔠 | caleficamini AΦ; caleficiemini Fk.; calefaciamini GL | et saturamini *om.* Gk. | corpori FRLΦk𝔠 | 17 ipsa ASΛΦk𝔠𝔬 | 18 dicit GIRLSΛk | aliquis A; qui R. | et¹ *om.* G | operam¹ GILS | 20 otiosa] mortua AL𝔠 | 22 cooperatur G; cooperabitur S. | et ex] ex Fk; et G. | 23 illi] ei AL | 25 autem *om.* 𝔠𝔬 | 26 emortuum] mortuum AIRSΛ𝔠 ‖ 3,2 potens GRΛ𝔟𝔊] potest *cet.* | corpus + suum GI | 3 equis AR𝔠 | frena Λ(*vid.*)𝔠; frenum L. | 4 circumferuntur] *praem.* et S.; + autem FΦk | 5 exaltat ASΦ𝔠; extat G. | quantum GR; pusillus I. | 7 serpentium] repentium Fk | etiam et ceterorum S; et ceterorum 𝔠; ceterorumque A. |

domantur et domita sunt a natura
humana
Sir 19,17! [8]linguam autem nullus hominum domare potest
inquietum malum
plena veneno mortifero
[9]in ipsa benedicimus Dominum et Patrem
et in ipsa maledicimus homines qui
Gn 5,1! ad similitudinem Dei facti sunt
Sir 28,14 [10]ex ipso ore procedit benedictio et maledictio
non oportet fratres mei haec ita fieri
[11]numquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam
Lc 6,44 [12]numquid potest fratres mei ficus olivas facere aut vitis ficus
sic neque salsa dulcem potest facere aquam
[13]quis sapiens et disciplinatus inter vos
ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiae
I Cor 1,11! 3,3 [14]quod si zelum amarum habetis et contentiones in cordibus vestris
nolite gloriari et mendaces esse adversus veritatem
[15]non est ista sapientia desursum descendens
sed terrena animalis diabolica
[16]ubi enim zelus et contentio ibi inconstantia et omne opus pravum
[17]quae autem desursum est sapientia
primum quidem pudica est
deinde pacifica modesta suadibilis
plena misericordia et fructibus bonis
non iudicans sine simulatione
Is 32,17! [18]fructus autem iustitiae in pace seminatur facientibus pacem
4 unde bella et lites in vobis
nonne hinc ex concupiscentiis vestris I Pt 2,11!
quae militant in membris vestris
[2]concupiscitis et non habetis
occiditis et zelatis et non potestis adipisci
litigatis et belligeratis
non habetis propter quod non postulatis
[3]petitis et non accipitis eo quod male petatis
ut in concupiscentiis vestris insumatis
[4]adulteri nescitis quia amicitia huius Rm 8,7
mundi inimica est Dei
quicumque ergo voluerit amicus esse I Io 2,15
saeculi huius
inimicus Dei constituitur
[5]aut putatis quia inaniter scriptura dicat
ad invidiam concupiscit Spiritus qui Rm 8,9! II Tim 1,14
inhabitat in nobis
[6]maiorem autem dat gratiam
propter quod dicit
Deus superbis resistit humilibus Prv 3,34 Lxx; I Pt 5,5
autem dat gratiam
[7]subditi igitur estote Deo
resistite autem diabolo et fugiet a Eph 4,27; I Pt 5,9
vobis
[8]adpropiate Domino et adpropinquabit vobis
emundate manus peccatores
et purificate corda duplices animo
[9]miseri estote
et lugete et plorate
risus vester in luctum convertatur Lc 6,25
et gaudium in maerorem
[10]humiliamini in conspectu Domini Sir 3,20; Mt 23,12! Phil 2,8.9; I Pt 5,6
et exaltabit vos
[11]nolite detrahere de alterutrum fratres
qui detrahit fratri aut qui iudicat

FGA IRLSΛΦ(k) cɔb

7 domata ALS; dominata I | 8 lingua FIR | 9 dominum et patrem GILb𝔊] domino et patri Λ; deum et (*om.* R) patrem FARSΦ cɔ | 12 oliuas] uuas FAΦk c | salsam FGIS | 13 operam suam FLΦ | in mansuetudinem AR | 14 contentiones + sunt FSΦk; + sint c. | 15 est + enim FΦk c | 17 suadibilis GARb𝔊] + bonis (boni I.) consentiens *cet.* | non *om.* FIΛk || **4**,1 in uobis] inter uos A | hinc *om.* A | 2 zelamini GL. | belligeratis + et ARSΛ c | postulastis RSΛk | 3 accipietis ARSΦ | 4 dei[1]] deo F | [*deest* k *usque ad* 5,20] | 5 aut] an A c | habitat AILSΦ c | nobis GIb𝔊] uobis *cet.* | 7 igitur] ergo S c | 8 adpropinquate FASΛΦ cɔ | deo ARSΛ c | adpropinquauit FAIRLS | peccatoris G; peccatrices S. | 10 exaltauit FAIRSΛ | 11 de alterutrum FG] ad alterutrum L.; de alterutro Λ; alterutrum *cet.* | fratres + mei ARLS | qui[2] *om.* G |

fratrem suum
detrahit legi et iudicat legem
si autem iudicas legem
non es factor legis sed iudex
Is 33,22! 12 unus est legislator et iudex
Mt 10,28 qui potest perdere et liberare
Rm 14,4.10 tu autem quis es qui iudicas proximum
13 ecce nunc qui dicitis
hodie aut crastino ibimus in illam civitatem
et faciemus quidem ibi annum
et mercabimur et lucrum faciemus
Prv 27,1! 14 qui ignoratis quid erit in crastinum
I Par 29,15! IV Esr 4,24 quae enim est vita vestra
vapor est ad modicum parens
deinceps exterminatur
15 pro eo ut dicatis
Act 18,21; Hbr 6,3 si Dominus voluerit et vixerimus
faciemus hoc aut illud
16 nunc autem exultatis in superbiis vestris
omnis exultatio talis maligna est
17 scienti igitur bonum facere et non facienti peccatum est illi
5 age nunc divites plorate ululantes in miseriis quae advenient vobis
Mt 6,19 2 divitiae vestrae putrefactae sunt
et vestimenta vestra a tineis comesta sunt
3 aurum et argentum vestrum eruginavit
et erugo eorum in testimonium vobis erit
et manducabit carnes vestras sicut ignis
Rm 2,5 thesaurizastis in novissimis diebus
4 ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras
qui fraudatus est a vobis clamat
et clamor ipsorum in aures Domini Sabaoth introiit Ex 2,23!
5 epulati estis super terram
et in luxuriis enutristis corda vestra
in die occisionis 6 addixistis
occidistis iustum non resistit vobis
7 patientes igitur estote fratres usque ad adventum Domini
ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae
patienter ferens donec accipiat temporivum et serotinum Ioel 2,23!
8 patientes estote et vos confirmate corda vestra
quoniam adventus Domini adpropinquavit Phil 4,5! Hbr 10,25; Apc 1,3!
9 nolite ingemescere fratres in alterutrum ut non iudicemini
ecce iudex ante ianuam adsistit Mt 24,33; Mc 13,29; Apc 3,20
10 exemplum accipite fratres laboris et patientiae
prophetas qui locuti sunt in nomine Domini
11 ecce beatificamus qui sustinuerunt
sufferentiam Iob audistis et finem Domini vidistis
quoniam misericors est Dominus et miserator Ps 102,8!
12 ante omnia autem fratres mei
nolite iurare neque per caelum neque per terram Mt 5,34–37
neque aliud quodcumque iuramentum
sit autem vestrum EST EST NON NON Mt 5,37; II Cor 1,18
uti non sub iudicio decidatis
13 tristatur aliquis vestrum oret Ps 49,15!

11 es] est F1R | 13 crastina F; cras S | quidem *om.* S; ~ ibi quidem c | 14 erit] sit GALΦ; pariat R | in crastino G c; crastino R. | ~ est enim R c | nostra G. | et deinceps AΦ c | exterminabitur AΛΦ co | 15 et AIRS𝔟𝔊] + si *cet.* || 5,1 agite GSΛΦ co | miseriis + uestris LΦ c | 3 manducauit GRΛ | thesaurizastis + iram AS; + uobis iram Φ c | 4 quae fraudata est Φ c; qui fraudati sunt LS | ipsorum] eorum ΛΦ c | 5 in diem AL; in diebus G. | 6 adduxistis ASΦ; + et c | iustum + et GALΦ c | restitit G1Φ co; restituit F.; resistentem Λ | 7 temporaneum ARSΦ co | 8 patientes + igitur c | uos + et FLSΦ c | adpropinquabit AΦ | 10 laboris et patientiae] *praem.* exitus mali c.; + exitus mali et longanimitatis Λ | per prophetas A; profetis Λ. | 11 eos qui S c | ~ dominus est c | 12 per aliud GL | uestrum] uerbum uestrum Λ; sermo uester ASΦ c | FGA IRLSΛΦ co𝔟

aequo animo est psallat
14 infirmatur quis in vobis
inducat presbyteros ecclesiae et orent
super eum
14.15: Mc 6,13; 16,18! unguentes eum oleo in nomine Do-
mini
15 et oratio fidei salvabit infirmum
et adlevabit eum Dominus
et si in peccatis sit dimittentur ei
I Sm 12,19! Sir 4,31 16 confitemini ergo alterutrum peccata
vestra
et orate pro invicem ut salvemini
multum enim valet deprecatio iusti
adsidua
17 Helias homo erat similis nobis passi-
bilis
III Rg 17,1! Lc 4,25 et oratione oravit ut non plueret su-
per terram
et non pluit annos tres et menses
sex
III Rg 18,45; IV Esr 7,109 18 et rursum oravit et caelum dedit plu-
viam
et terra dedit fructum suum
Gal 6,1! 19 fratres mei si quis ex vobis erraverit
a veritate
et converterit quis eum
20 scire debet quoniam qui converti
fecerit peccatorem ab errore viae
suae
salvabit animam eius a morte
Prv 10,12; I Pt 4,8 et operit multitudinem peccatorum

EXPLICIT EPISTULA IACOBI

INCIPIT EPISTULA PETRI ·I·

II Pt 1,1! Petrus apostolus Iesu Christi elec-
tis advenis dispersionis
Ponti Galatiae Cappadociae Asiae
et Bithyniae
2 secundum praescientiam Dei Patris
in sanctificatione Spiritus
in oboedientiam et aspersionem san-
guinis Iesu Christi
gratia vobis et pax multiplicetur Dn 3,98! I Th 1,1! II Pt 1,2!
3 benedictus Deus et Pater Domini Rm 15,6; II Cor 1,3;
nostri Iesu Christi Eph 1,3
qui secundum magnam misericor-
diam suam regeneravit nos in spem IV Esr 7,120
vivam
per resurrectionem Iesu Christi ex
mortuis
4 in hereditatem incorruptibilem et
incontaminatam et inmarcescibi-
lem conservatam in caelis
in vobis 5 qui in virtute Dei custodi-
mini per fidem Gal 3,23
in salutem paratam revelari in tem-
pore novissimo
6 in quo exultatis modicum nunc si Rm 5,3; II Cor 4,17!
oportet contristati in variis temp- Iac 1,2 6.7:
tationibus Sap 3,5.6!
7 ut probatum vestrae fidei multo pre- Apc 3,18
tiosius sit auro quod perit per ig-
nem probato
inveniatur in laudem et gloriam et
honorem in revelatione Iesu Christi
8 quem cum non videritis diligitis IV Esr 1,37
in quem nunc quoque non videntes Io 20,29
credentes autem exultatis laetitia in-
enarrabili et glorificata
9 reportantes finem fidei vestrae salu- Hbr 10,39
tem animarum
10 de qua salute exquisierunt atque
scrutati sunt prophetae

FGA IRLSΛΦ 𝔠𝔬𝔟 13 est 𝔠. 𝔊] et *cet., errante archetypo* | 14 aliquis in uobis L; aliquis ex uobis FΦ | 15 adleuiabit S𝔠𝔬; adleuauit FRΛ | dimittuntur GI𝔟; dimittitur L.; demittitur RS; remittentur Φ𝔠; remittetur F | 20 uiae] uitae AS | saluauit FGILS; saluat R | cooperit AΛ; operiet 𝔠. ||

Epistula Petri I. *Citantur* FGA *et* IRLSΛΦ *ac* 𝔠𝔬𝔟. [*de* LΦ *cf. ea quae ad* Iac *notata sunt*] *Tit.* epistola beati petri apostoli prima 𝔠 || 1,2 praescientiam] praesentiam GΛ | in sanctificationem FA𝔠𝔬 | 3 ~ misericordiam suam magnam 𝔠. | ~ christi iesu² FLΦ. | 6 exultabitis SΛ𝔠 | contristati G𝔟𝔊] contristare S; contristari *cet.* | 7 probatum ... pretiosius IRL𝔟𝔊] probatio ... pretiosior *cet.* | sit *om.* Λ𝔠 | perit FGIL𝔟] *om. cet.* | probato FIRL𝔟.𝔊] probatum G; probatur *cet.* | in reuelationem AS | 8 uidentes + creditis ALΦ𝔠; + crederitis S. | credentes autem] quem cum (+ non A.) uideritis AS | exultabitis AS𝔠 | 9 animarum + uestrarum A |

qui de futura in vobis gratia prophetaverunt
11 scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi
praenuntians eas quae in Christo sunt passiones et posteriores glorias
12 quibus revelatum est quia non sibi ipsis
vobis autem ministrabant ea quae nunc nuntiata sunt vobis
per eos qui evangelizaverunt vos Spiritu Sancto misso de caelo
in quae desiderant angeli prospicere
Lc 12,35! 13 propter quod succincti lumbos mentis vestrae
sobrii perfecte sperate in eam quae offertur vobis gratiam
in revelatione Iesu Christi
14 quasi filii oboedientiae
non configurati prioribus ignorantiae vestrae desideriis
15 sed secundum eum qui vocavit vos sanctum
II Pt 3,11 et ipsi sancti in omni conversatione sitis
16 quoniam scriptum est
Lv 11,44! I Io 3,3 sancti eritis quia ego sanctus sum
Ps 88,27 17 et si Patrem invocatis eum qui sine
I Sm 16,7! Eph 6,9! acceptione personarum iudicat
secundum uniuscuiusque opus
in timore incolatus vestri tempore conversamini
Is 45,13! I Cor 6,20; 7,23 18 scientes quod non corruptibilibus argento vel auro redempti estis
de vana vestra conversatione paternae traditionis
19 sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et inmaculati Christi
20 praecogniti quidem ante constitutionem mundi
manifestati autem novissimis temporibus Gal 4,4; Hbr 9,26
propter vos 21 qui per ipsum fideles estis in Deo
qui suscitavit eum a mortuis Rm 8,11! Eph 1,20!
et dedit ei gloriam
ut fides vestra et spes esset in Deo
22 animas vestras castificantes in oboedientia caritatis
in fraternitatis amore simplici 4,8! Rm 12,9! II Cor 6,6
ex corde invicem diligite adtentius
23 renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili Io 1,13; Iac 1,18
per verbum Dei vivi et permanentis
24 quia omnis caro ut faenum 24.25: Is 40,6-8!
et omnis gloria eius tamquam flos faeni Iac 1,11
exaruit faenum et flos decidit
25 verbum autem Domini manet in aeternum
hoc est autem verbum quod evangelizatum est in vos
2 deponentes igitur omnem malitiam Eph 4,31; Col 3,8; Iac 1,21
et omnem dolum et simulationes
et invidias et omnes detractiones
2 sicut modo geniti infantes
rationale sine dolo lac concupiscite
ut in eo crescatis in salutem
3 si gustastis quoniam dulcis Dominus Ps 33,9; Hbr 6,5
4 ad quem accedentes lapidem vivum
ab hominibus quidem reprobatum
a Deo autem electum honorificatum
5 et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini Eph 2,22

12 sibimetipsis c | nunc *om.* FRL | adnuntiata A | uos GIb𝔊] in uos R.; uobis *cet.* | in quae Gb𝔊] in quo L; in quem *cet.* | 13 in reuelationem FRLc | 14 filioli G. | 15 ~ in omni conuersatione sancti c. | 16 eritis] estote A | quia] quoniam FRLSΛΦc; + et ARΛ | 18 non + in GI | ~ auro uel argento ALΦc | 19 praetio F | christi] *praem.* iesu ASΛ | ~ inmaculati et incontaminati iesu christi A; ~ immaculati christi et incontaminati c. | 20 ~ mundi constitutionem Rc. | 21 in deo^1] in domino GI | in deo^2] in deum G | 22 in oboedientiam GALSΦo | 23 ex *om.* A | permanentis + in aeternum ASΛco | 24 ut *om.* ARLΦ | flos^2 + eius GILSΛΦc | cecidit FRL. | 25 in uobis FAILΛo; uobis R ‖ 2,2 rationale GIb] rationabile ALΛco; rationales RΦ; rationabiles FS; + et AΛo | 3 si gustastis FIΦb] si gustasti L.; si gustatis R; sicut statis G.; si tamen gustastis Λc; si tamen gustatis Ao; si autem gustastis S. | dulcis + est ARSΛco | 4 electum GIb𝔊] + et *cet.* |

FGA IRLSΛΦ cob

domus spiritalis
sacerdotium sanctum
Rm 12,1 offerre spiritales hostias
acceptabiles Deo per Iesum Christum
6 propter quod continet in scriptura
Is 28,16; Rm 9,33 ecce pono in Sion lapidem summum angularem electum pretiosum
Rm 10,11 et qui crediderit in eo non confundetur
7 vobis igitur honor credentibus
Ps 117,22; Mt 21,42; Mc 12,10; Lc 20,17; Act 4,11 non credentibus autem lapis quem reprobaverunt aedificantes
7.8: hic factus est in caput anguli
Is 8,14! Rm 9,33 8 et lapis offensionis et petra scandali
qui offendunt verbo nec credunt in quod et positi sunt
Ex 19,6! Is 61,6! Apc 1,6! 9 vos autem genus electum
regale sacerdotium
gens sancta
populus adquisitionis
ut virtutes adnuntietis eius qui de
Eph 5,8! I Th 5,5 tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum
Rm 9,25! 10 qui aliquando non populus
nunc autem populus Dei
qui non consecuti misericordiam
nunc autem misericordiam consecuti
11 carissimi obsecro tamquam advenas et peregrinos
Rm 13,14! II Cor 7,1; Gal 5,17; Iac 4,1 abstinere vos a carnalibus desideriis quae militant adversus animam
3,16 12 conversationem vestram inter gentes habentes bonam
ut in eo quod detractant de vobis tamquam de malefactoribus
Mt 5,16! ex bonis operibus considerantes glorificent Deum in die visitationis
Rm 13,1; Tit 3,1 13 subiecti estote omni humanae creaturae propter Dominum
sive regi quasi praecellenti
14 sive ducibus tamquam ab eo missis
ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum Rm 13,3
15 quia sic est voluntas Dei 3,17
ut benefacientes obmutescere faciatis inprudentium hominum ignorantiam Tit 2,8
16 quasi liberi
et non quasi velamen habentes malitiae libertatem Gal 5,13
sed sicut servi Dei
17 omnes honorate Rm 12,10!
fraternitatem diligite Hbr 13,1!
Deum timete Prv 24,21
regem honorificate Mt 22,21
18 servi subditi in omni timore dominis Eph 6,5! Col 3,22!
non tantum bonis et modestis
sed etiam discolis
19 haec est enim gratia
si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias patiens iniuste
20 quae enim gloria est si peccantes et colaphizati suffertis 3,17
sed si benefacientes et patientes sustinetis
haec est gratia apud Deum
21 in hoc enim vocati estis 3,9
quia et Christus passus est pro vobis
vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius Io 13,15!
22 qui peccatum non fecit Is 53,9; II Cor 5,21!
nec inventus est dolus in ore ipsius I Io 3,5
23 qui cum malediceretur non maledicebat 3,9!
cum pateretur non comminabatur
tradebat autem iudicanti se iniuste
24 qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum Is 53,11! Mt 8,17! Col 2,14
ut peccatis mortui iustitiae viveremus Rm 6,2.11.18!
cuius livore sanati estis Is 53,5

FGA IRLSΛΦ cob 5 domus spiritales AR; domos spiritales Φ; in domum spiritalem S | 6 in scriptura I𝔟𝔊] scriptura *cet.* | et + omnis A | in eum FGSΦ𝔠𝔬 | confunditur A | 8 his qui ASΛΦ 𝔠𝔬 | uerbum GS𝔟; *om.* Λ. | in quod IRLΛΦ𝔟𝔊] in quo *cet.* | 10 non consecuti] non secuti A | 11 obsecro + uos G𝔠 | 12 detrahunt ALΦ | operibus IS𝔟] + uos *cet.* | 13 subiecti + igitur 𝔠 | deum FASΛΦ𝔠𝔬 | 18 subditi + estote Λ𝔠 | 19 ~ dei conscientiam 𝔠. | qui AS | tristitiam RL; tristitia G. | 20 ~ est gloria S𝔠 | et patientes] patienter LΦ𝔠; *om.* S. | gratia] gloria FR. | 21 pro nobis FS𝔠 | uobis relinquens *om.* I.; ~ rel. uobis AΛ𝔬 | 22 ~ dolus inuentus est AR | eius AΛΦ𝔠𝔬 | 24 uiuamus FΦ𝔠 ||

Is 53,6! 25 eratis enim sicut oves errantes
sed conversi estis nunc ad pastorem
et episcopum animarum vestrarum
Gn 3,16; Eph 5,22! **3** similiter mulieres subditae suis viris
ut et si qui non credunt verbo
per mulierum conversationem sine
verbo lucri fiant
2 considerantes in timore castam con-
versationem vestram
3.4: I Tim 2,9.10 3 quarum sit non extrinsecus capilla-
turae aut circumdatio auri aut in-
dumenti vestimentorum cultus
4 sed qui absconditus cordis est homo
in incorruptibilitate quieti et modesti
spiritus
quod est in conspectu Dei locuples
5 sic enim aliquando et sanctae mulie-
res sperantes in Deo
ornabant se subiectae propriis viris
6 sicut Sarra oboediebat Abrahae do-
minum eum vocans
cuius estis filiae benefacientes
et non timentes ullam perturbatio-
nem
Eph 5,28! 7 viri similiter cohabitantes secundum
scientiam
quasi infirmiori vaso muliebri inper-
tientes honorem
tamquam et coheredibus gratiae vi-
tae uti ne inpediantur orationes
vestrae
Rm 12,16! 8 in fine autem omnes unianimes
conpatientes
fraternitatis amatores
misericordes
humiles
Rm 12,17! I Th 5,15 9 non reddentes malum pro malo
vel maledictum pro maledicto
2,23 sed e contrario benedicentes
2,21 quia in hoc vocati estis
ut benedictionem hereditate possi-
deatis
10 qui enim vult vitam diligere et videre 10–12: Ps 33,13–17
dies bonos
coerceat linguam suam a malo et
labia eius ne loquantur dolum
11 declinet autem a malo et faciat bo-
num
inquirat pacem et persequatur eam
12 quia oculi Domini super iustos et
aures eius in preces eorum
vultus autem Domini super facientes
mala
13 et quis est qui vobis noceat si boni
aemulatores fueritis Tit 2,14!
14 sed et si quid patimini propter iusti- Mt 5,10
tiam beati
timorem autem eorum ne timueritis Apc 2,10
et non conturbemini 14.15: Is 8,12.13
15 Dominum autem Christum sancti-
ficate in cordibus vestris
parati semper ad satisfactionem
omni poscenti vos rationem de ea Col 4,6
quae in vobis est spe
16 sed cum modestia et timore 2,12
conscientiam habentes bonam
ut in eo quod detrahunt vobis con-
fundantur
qui calumniantur vestram bonam in
Christo conversationem
17 melius est enim benefacientes si velit 2,15.20
voluntas Dei pati quam malefacien-
tes
18 quia et Christus semel pro peccatis Rm 6,10; II Cor 5,15! Hbr 9,28
mortuus est
iustus pro iniustis
ut nos offerret Deo
mortificatus carne vivificatus autem Io 6,64!
spiritu
19 in quo et his qui in carcere erant 4,6

3,1 similiter + et GARΦco | subditae FGIb𝔊] + sint *cet.* | ~ uiris suis LΦc | 3 sit *om.* G.; ~ non sit c. | capillatura ALΦco | circumdatio auri] *fortasse legendum* circumdationis auri *cum* 𝔊 | 4 ~ est cordis Gc | quod] qui Λc | 5 et *om.* G | in deum GIb; in domino A | 6 non pertimentes c. | 7 uasculo Φc | mulieri FS. | et *om.* GLSΛo | ut non RSc | 8 in finem FRLS; in fide AΛΦ | misericordes + modesti Sc | 9 uel] nec SΦc | 10 ~ dies uidere c. | eius] sua Λ; *om.* F. | 11 autem *om.* AIc | persequatur FGLb𝔊] sequatur *cet.* | 12 in] ad GΛ | 13 quis qui G; quid I. | 15 spes GIRS | 16 detrahunt + de FARLΦo | 17 est enim] enim G; est I | ~ uoluntas dei uelit co. | 18 peccatis + nostris ISΛc | mortificatos AΛΦ; + quidem Λc | uiuificatos ΛΦ |

FGA
IRLSΛΦ
cob

spiritibus veniens praedicavit
20 qui increduli fuerant aliquando
quando expectabat Dei patientia
Gn 6,14; Hbr 11,7 in diebus Noe cum fabricaretur arca
in qua pauci id est octo animae salvae
factae sunt per aquam
21 quod et vos nunc similis formae salvos facit baptisma
non carnis depositio sordium
sed conscientiae bonae interrogatio
in Deum
21.22: Eph 1,20.21! Hbr 10,12! per resurrectionem Iesu Christi 22 qui
est in dextera Dei
profectus in caelum
subiectis sibi angelis et potestatibus
et virtutibus

4 Christo igitur passo in carne
et vos eadem cogitatione armamini
Rm 6,7 quia qui passus est carne desiit a peccatis
2 ut iam non hominum desideriis
sed voluntate Dei quod reliquum est
in carne vivat temporis
3 sufficit enim praeteritum tempus ad
Eph 2,3; Tit 3,3! voluntatem gentium consummandam
qui ambulaverunt in luxuriis
desideriis vinolentiis
comesationibus potationibus
et inlicitis idolorum cultibus
4 in quo peregrinantur
non concurrentibus vobis in eandem
luxuriae confusionem blasphemantes
Rm 14,12! 5 qui reddent rationem ei qui paratus
Act 10,42! II Tim 4,1 est iudicare vivos et mortuos
3,19 6 propter hoc enim et mortuis evangelizatum est
ut iudicentur quidem secundum homines in carne
vivant autem secundum Deum spiritu
7 omnium autem finis adpropinquavit I Cor 10,11; I Io 2,18
estote itaque prudentes et vigilate in Lc 21,36! Eph 6,18
orationibus
8 ante omnia mutuam in vosmet ipsos 1,22! Rm 12,10!
caritatem continuam habentes
quia caritas operit multitudinem Prv 10,12; Iac 5,20
peccatorum
9 hospitales invicem sine murmuratione Phil 2,14; Hbr 13,2!
10 unusquisque sicut accepit gratiam in 10.11: Rm 12,6.7
alterutrum illam administrantes
sicut boni dispensatores multiformis
gratiae Dei
11 si quis loquitur quasi sermones Dei II Cor 2,17!
si quis ministrat tamquam ex virtute
quam administrat Deus
ut in omnibus honorificetur Deus
per Iesum Christum 5,11; Rm 16,27! II Pt 3,18; Iud 25; Apc 1,6! 5,13
cui est gloria et imperium in saecula
saeculorum amen
12 carissimi nolite peregrinari in fervore qui ad temptationem vobis fit
quasi novi aliquid vobis contingat
13 sed communicantes Christi passionibus gaudete 5,1; Rm 8,17!
ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exultantes
14 si exprobramini in nomine Christi Mt 5,11; Lc 6,22! Act 5,41
beati
quoniam gloriae Dei Spiritus in vobis requiescit Is 11,2!
15 nemo enim vestrum patiatur quasi
homicida aut fur aut maledicus aut
alienorum appetitor

FGA IRLSΛΦ cob 20 quando] cum Λ; *om.* IS | expectabant RSΦ c; expcctaret Λ | patientiam SΦ c | 21 fecit AΦ; faciet L | carnalis FΦ | 22 dei FIRL b 𝔊] + degluttiens mortem ut uitae aeternae heredes efficeremur ASΛΦ co; + degluttiens mortem at uitae heres esset G || 4,1 est + in IS Λ c | 2 ~ desideriis hominum c. | uoluntati AL c | 3 qui] his qui c | luxuriis + in A | 4 in quo peregrinantur ILΛ b 𝔊] *praem.* in quibus nunc obstupescunt G; in quo admirantur *cet.* | 6 in spiritu ARLSΛΦ co | 7 adpropinquabit ASΦ | 8 omnia + autem FLΦ c | uobismet ipsis SΛΦ c; uosmet ipsis G; uobismet ipsos F | cooperit A | 10 accipit A | 11 si¹ — dei *om.* F | et imperium *om.* Λ; + et uirtus G | saeculorum *om.* FARLS o | amen GAS c b 𝔊] *om. cet.* | 13 et *om.* GRS | in reuelationem AS | 14 beati + eritis AS Φ co; + estis Λ | gloriae dei] quod est honoris gloriae et uirtutis dei et qui est eius Φ c | in uobis] super uos Φ c | requiescit + ab aliis blasphematus a uobis autem honorificatus A o | 15 enim] autem ΛΦ c | quasi] ut c. | maleficus I b |

16 si autem ut Christianus non erubescat
glorificet autem Deum in isto nomine
Lc 23,31 17 quoniam tempus ut incipiat iudicium de domo Dei
si autem primum a nobis
II Th 1,8 qui finis eorum qui non credunt Dei evangelio
Prv 11,31 Lxx 18 et si iustus vix salvatur impius et peccator ubi parebit
19 itaque et hii qui patiuntur secundum voluntatem Dei
fideli creatori commendant animas suas in benefactis
5 seniores ergo qui in vobis sunt
4,13; Rm 8,17! obsecro consenior et testis Christi passionum
qui et eius quae in futuro revelanda est gloriae communicator
Io 21,15.16.17! Act 20,28 2 pascite qui est in vobis gregem Dei
Phlm 14 providentes non coacto sed spontanee secundum Deum
I Tim 3,8; Tit 1,7 neque turpis lucri gratia sed voluntarie
II Cor 1,24 3 neque ut dominantes in cleris sed
I Th 1,7 formae facti gregi et ex animo
4 et cum apparuerit princeps pastorum
Sap 5,17! II Tim 4,8! percipietis inmarcescibilem gloriae coronam
5 similiter adulescentes subditi estote senioribus
Eph 4,2; Col 3,12.13! omnes autem invicem humilitatem insinuate
Prv 3,34 Lxx; Iac 4,6 quia Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam

6 humiliamini igitur sub potenti manu Dei Mt 23,12! Phil 2,8.9; Iac 4,10
ut vos exaltet in tempore visitationis
7 omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum Ps 54,23; Phil 4,6
quoniam ipsi cura est de vobis Sap 6,8!
8 sobrii estote vigilate I Th 5,6
quia adversarius vester diabolus
tamquam leo rugiens circuit
quaerens quem devoret
9 cui resistite fortes fide Eph 6,16; Iac 4,7
scientes eadem passionum ei quae in mundo est vestrae fraternitati fieri
10 Deus autem omnis gratiae
qui vocavit nos in aeternam suam I Th 2,12
gloriam in Christo Iesu I Th 5,24; IV Esr 2,37
modicum passos ipse perficiet confirmabit solidabit
11 ipsi imperium in saecula saeculorum amen 4,11!
12 per Silvanum vobis fidelem fratrem
ut arbitror breviter scripsi Hbr 13,22
obsecrans et contestans hanc esse
veram gratiam Dei in qua state Rm 5,2
13 salutat vos quae est in Babylone cumelecta
et Marcus filius meus
14 salutate invicem in osculo sancto I Th 5,26!
gratia vobis omnibus qui estis in Christo Eph 6,24!

EXPLICIT EPISTULA PETRI ·I·

INCIPIT EIUSDEM ·II·

Simon Petrus servus et apostolus Iesu Christi Rm 1,1! I Pt 1,1

16 christianos G | 17 tempus + est Φ𝔠 | de] a 𝔠 | quis finis SΛΦ𝔠 | euangelium GR | 18 saluatur FG𝔟𝔊] saluabitur *cet.* | apparebit S; parebunt FARΦ𝔠𝔬; apparebunt L | 19 commendent Λ𝔠 || 5,2 ~ in uobis est S𝔠 | coacte Λ𝔠; coacti LS; coactos A; coactus R. | 3 forma L𝔠 | gregis I𝔠 | et *om.* AIRLΛ𝔠𝔬 | 8 estote + et FSΦ𝔠 | 9 fidem R.; in fide LSΦ𝔠𝔬 | eadem passionem IRS; eandem passionem GAΛΦ𝔠𝔬 | fraternitatis AR | 10 passus GRLS | confirmauit GAIRS; consummauit L | solidabit Λ𝔬𝔟] solidauit FG ILS; consolidabit Φ; solidabitque A𝔠; solidauitque R | 11 ipsi + gloria (gloriam R.) et GR𝔠 | amen — 14 christo *om.* L. | 12 fidelem *om.* R.; ~ fidelem fratrem uobis Φ𝔠 | et state A; statis SΛ𝔠 | 13 quae est in babylone FIR𝔟𝔊] *praem.* ecclesia AΛΦ𝔠𝔬; + ecclesia G; + ecclesiae S. | in babylonem GIR | cumelecta FR𝔟] cumelectam I.; conelecta AΛΦ𝔠𝔬; electa GS | 14 christo + iesu ARΛ𝔠; + amen FGS𝔠𝔬 || FGA IRLSΛΦ 𝔠𝔬𝔟

Epistula Petri II. *Citantur* FGA *et* IRLSΛΦ *ac* 𝔠𝔬𝔟. [*de* LΦ *cf. ea quae ad* Iac *notata sunt*] *Tit.* epistola beati petri apostoli secunda 𝔠 || 1,1 simeon G𝔟. |

his qui coaequalem nobis sortiti sunt
fidem
Tit 2,13 in iustitia Dei nostri et salvatoris
Iesu Christi
I Pt 1,2! Iud 2 2 gratia vobis et pax adimpleatur in
cognitione Domini nostri
3 quomodo omnia nobis divinae vir-
tutis suae quae ad vitam et pieta-
tem donata est
per cognitionem eius qui vocavit nos
propria gloria et virtute
II Cor 7,1! 4 per quae maxima et pretiosa nobis
promissa donavit
ut per haec efficiamini divinae con-
sortes naturae
I Io 2,16 fugientes eius quae in mundo est
concupiscentiae corruptionem
5 vos autem curam omnem subinfe-
rentes
ministrate in fide vestra virtutem
in virtute autem scientiam
6 in scientia autem abstinentiam
in abstinentia autem patientiam
in patientia autem pietatem
7 in pietate autem amorem fraternita-
tis
in amore autem fraternitatis carita-
tem
8 haec enim vobis cum adsint et su-
perent
Col 1,10; Tit 3,14 non vacuos nec sine fructu vos con-
stituent
in Domini nostri Iesu Christi cogni-
tione
9 cui enim non praesto sunt haec
I Io 2,11! caecus est et manu temptans
oblivionem accipiens purgationis
veterum suorum delictorum
10 quapropter fratres magis satagite
ut per bona opera certam vestram
vocationem et electionem faciatis
haec enim facientes non peccabitis
aliquando
11 sic enim abundanter ministrabitur
vobis introitus in aeternum regnum
Domini nostri et salvatoris Iesu
Christi
12 propter quod incipiam vos semper I Io 2,21; Iud 5
commonere de his
et quidem scientes et confirmatos in Col 1,6
praesenti veritate
13 iustum autem arbitror quamdiu sum
in hoc tabernaculo
suscitare vos in commonitione 3,1
14 certus quod velox est depositio ta- II Cor 5,1; II Tim 4,6
bernaculi mei
secundum quod et Dominus noster
Iesus Christus significavit mihi
15 dabo autem operam et frequenter
habere vos post obitum meum
ut horum memoriam faciatis
16 non enim doctas fabulas secuti
notam fecimus vobis Domini nostri
Iesu Christi virtutem et praesen-
tiam
sed speculatores facti illius magnitu- Lc 9,32!
dinis
17 accipiens enim a Deo Patre hono- Io 8,54!
rem et gloriam
voce delapsa ad eum huiuscemodi a Mt 17,5; Mc 9,6; Lc 9,35
magnifica gloria
hic est Filius meus dilectus in quo
mihi conplacui
18 et hanc vocem nos audivimus de
caelo adlatam cum essemus cum
ipso in monte sancto
19 et habemus firmiorem propheticum
sermonem
cui bene facitis adtendentes
quasi lucernae lucenti in caliginoso IV Esr 12,42
loco
donec dies inlucescat et lucifer oria-

FGA IRLSΛΦ cob 1 his] iis c. | nobiscum Φc | 2 in cognitionem F; in agnitione A | domini nostri] *praem.* dei et christi iesu c; + iesu christi S | 3 est] sunt Λc | 4 quae] quem SΦco; quam A | 8 enim] autem AS; + omnia AΛ | uobis cum] si uobiscum AΛΦco | nec] et FR | in … cognitionem RSΛb | 10 magis agite A | 12 confirmatos + uos FΦc | 16 facimus FR; faciamus S | et praesentiam] et praescientiam Φ; *om.* AR | 17 a² *om.* FILSΛ | mihi conplacuit FΦ; + ipsum audite Φc | 19 caligoso GL | inlucescat GLΦb, *cf.* 𝔊] elucescat IΛc; lucescat FARo; lucet S. ||

tur in cordibus vestris
20 hoc primum intellegentes
quod omnis prophetia scripturae
propria interpretatione non fit
21 non enim voluntate humana adlata
est aliquando prophetia
Act 28,25 sed Spiritu Sancto inspirati locuti
sunt sancti Dei homines
Mt 24,11! I Io 4,1! Iud 4 2 fuerunt vero et pseudoprophetae in
populo
sicut et in vobis erunt magistri men-
daces
qui introducent sectas perditionis
et eum qui emit eos Dominum ne-
gant
superducentes sibi celerem perditio-
nem
2 et multi sequentur eorum luxurias
Rm 2,24! per quos via veritatis blasphemabi-
tur
I Th 2,5 3 et in avaritia fictis verbis de vobis
negotiabuntur
quibus iudicium iam olim non ces-
sat
et perditio eorum non dormitat
Iud 6 4 si enim Deus angelis peccantibus non
pepercit
sed rudentibus inferni detractos in
9 tartarum tradidit in iudicium cru-
ciatos reservari
3,6 5 et originali mundo non pepercit
sed octavum Noe iustitiae praeco-
nem custodivit
diluvium mundo impiorum indu-
cens
Gn 19,25! Iud 7 6 et civitates Sodomorum et Gomor-
raeorum in cinerem redigens ever-
sione damnavit
exemplum eorum qui impie acturi
sunt ponens
7 et iustum Loth oppressum a nefan-
dorum iniuria conversatione eruit
8 aspectu enim et auditu iustus erat
habitans apud eos
qui diem de die animam iustam in-
iquis operibus cruciabant
9 novit Dominus pios de temptatione
eripere
iniquos vero in diem iudicii cruci- 4; Iud 6; Apc 3,10
andos reservare
10 magis autem eos qui post carnem in Iud 8
concupiscentia inmunditiae am-
bulant
dominationemque contemnunt au-
daces sibi placentes
sectas non metuunt blasphemantes
11 ubi angeli fortitudine et virtute cum Iud 9
sint maiores
non portant adversum se execrabile
iudicium
12 hii vero velut inrationabilia pecora Iud 10
naturaliter in captionem et in per-
niciem
in his quae ignorant blasphemantes
in corruptione sua et peribunt
13 percipientes mercedem iniustitiae
voluptatem existimantes diei delicias
coinquinationes et maculae Iud 12
deliciis affluentes
in conviviis suis luxuriantes vobis-
cum
14 oculos habentes plenos adulterio et Ier 22,17!
incessabiles delicti
pellicentes animas instabiles
cor exercitatum avaritiae habentes Ps 9,24 25 H
maledictionis filii

FGA IRLSΛΦ 𝔠𝔬𝔟

2,1 introducunt FIRS; inducent AL | celebrem G | 2 sequuntur AS | blasphematur FIL | 3 in *om.* A | fictis] factis FRL | 4 deus *om.* G | rudentibus] rugientibus ARS | cruciatos FGL𝔬𝔟] cruciandos *cet.* | ~ cruciandos in iudicium 𝔠 | 7 iniuria (*adiectivum, ut vid.*) FGAILS𝔬] in iniuria 𝔟., *cf.* 𝔊; iniuriam R.; iniuriae Λ; iniuria ac luxuriosa 𝔠; iniuria a luxoriosa Φ(*partim*); iniusta ac luxuriosa Φ(*partim*) | eripuit FΦ𝔠𝔬 | 8 die de die R; diem de diem L.; de die in diem ASΛΦ𝔠 | operibus] factionibus G | 9 deus FΦ | ~ reseruare cruciandos 𝔠 | 10 in concupiscentiam GRSΛ | metuunt + facere ARL; + introducere 𝔠 | 12 et² *om.* RLΛΦ𝔠𝔬 | 13 uoluntatem AL; uoluntate S. | coinquinationis ARΛΦ; coinquinati I | suis *om.* A | 14 adulterii RΛΦ𝔠 | incessabiles delicti F𝔬𝔟𝔊] incessabilis delicti GIRΛΦ𝔠; incessabili delicto AL; incessabiles (*et om.* delicti – instabiles) S. | auaritia ASΦ𝔠 |

Iud 11; Apc 2,14 15 derelinquentes rectam viam
erraverunt secuti viam Balaam ex Bosor
qui mercedem iniquitatis amavit
16 correptionem vero habuit suae vesaniae
Nm 22,28 subiugale mutum in hominis voce loquens
prohibuit prophetae insipientiam
Iud 12! 17 hii sunt fontes sine aqua
et nebulae turbinibus exagitatae
Iud 13 quibus caligo tenebrarum reservatur
Iud 16 18 superba enim vanitatis loquentes
pellicent in desideriis carnis luxuriae
eos qui paululum effugiunt qui in errore conversantur
19 libertatem illis promittentes
Io 8,34; Rm 6,16 cum ipsi servi sint corruptionis
a quo enim quis superatus est huius et servus est
Sir 34,31 20 si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri et salvatoris Iesu Christi
his rursus inpliciti superantur
Mt 12,45; 27,64; Lc 11,26 facta sunt eis posteriora deteriora prioribus
21 melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae
quam post agnitionem retrorsum converti
ab eo quod illis traditum est sancto mandato
22 contigit enim eis illud veri proverbii
Prv 26,11 canis reversus ad suum vomitum et sus lota in volutabro luti
3 hanc ecce vobis carissimi secundam scribo epistulam
in quibus excito vestram in commonitione sinceram mentem 1,13
2 ut memores sitis eorum quae praedixi verborum a sanctis prophetis 2.3: Iud 17.18
et apostolorum vestrorum praeceptorum Domini et salvatoris
3 hoc primum scientes
quod venient in novissimis diebus in deceptione inlusores 1 Tim 4,1
iuxta proprias concupiscentias ambulantes
4 dicentes ubi est promissio aut adventus eius Ez 12,22; Mt 24,48
ex quo enim patres dormierunt
omnia sic perseverant ab initio creaturae
5 latet enim eos hoc volentes
quod caeli erant prius et terra de aqua et per aquam consistens Dei verbo
6 per quae ille tunc mundus aqua inundatus periit 2,5
7 caeli autem qui nunc sunt et terra eodem verbo repositi sunt
igni servati in diem iudicii et perditionis impiorum hominum
8 unum vero hoc non lateat vos carissimi
quia unus dies apud Dominum sicut mille anni Ps 89,4
et mille anni sicut dies unus
9 non tardat Dominus promissi
sed patienter agit propter vos
nolens aliquos perire IV Esr 8,59; 1 Tim 2,4! Rm 2,4;
sed omnes ad paenitentiam reverti 9.10: Apc 3,3
10 adveniet autem dies Domini ut fur 1 Th 5,2! Apc 16,15
in qua caeli magno impetu transient 12: Hbr 12,26!
elementa vero calore solventur

FGA IRLSΛΦ cob 15 secuti + sunt A | 16 mutum + animal Φc | in *om.* Φc | uocem GR. | prophetiae F | 18 superbia ARΦ | pelliciunt in desideriis c; pellicentia in desideriis Φ.; per inlicitum desiderium S. | 19 quis] qui AI | 20 inplicati ARLΦc; implicitis S | eis] ei A; eius RS; eorum Λ | 22 ~ uomitum suum AΛ || **3**,1 ~ uestram excito c | commonitionem AIRΦ; commotionem F; commutationem S | 2 a sanctis prophetis] sanctorum prophetarum AL Λo; prophetarum G. | 3 in deceptionem A | 6 quae] quem FRS | inundatus] mundatus GS. | 7 repositi sunt igni reseruati Ac; reseruati sunt igni L. | 9 promissi G𝔟𝔊] promissis FASΦo; promissum Λ; promissum suum L; promissionem R; sui promissionem I.; promissionem suam sicut quidam existimant c | aliquem ALΛ | 10 ut] sicut ALS | in quo ARc | transibunt S; transeunt AIL | soluentur + terra autem et quae in ipsa sunt opera exurentur Gc |

11 cum haec igitur omnia dissolvenda
sint
1 Pt 1,15 quales oportet esse vos in sanctis
conversationibus et pietatibus
1 Cor 1,7; Phil 3,20; Tit 2,13 12 expectantes et properantes in adventum Dei diei
10; Mt 24,35! Apc 20,11 per quam caeli ardentes solventur
et elementa ignis ardore tabescent
Is 65,17! Apc 21,1 13 novos vero caelos et novam terram
et promissa ipsius expectamus in
quibus iustitia habitat
1 Cor 1,7.8; I Th 3,13! Iud 24! 14 propter quod carissimi haec expectantes satis agite
inmaculati et inviolati ei inveniri in
pace
15 et Domini nostri longanimitatem
salutem arbitramini
sicut et carissimus frater noster
Paulus
Rm 15,15 secundum datam sibi sapientiam
scripsit vobis
16 sicut et in omnibus epistulis loquens
in eis de his
II Cor 4,3! in quibus sunt quaedam difficilia
intellectu
quae indocti et instabiles depravant
sicut et ceteras scripturas ad suam
ipsorum perditionem
17 vos igitur fratres praescientes custodite
ne insipientium errore transducti
excidatis a propria firmitate
Eph 4,15; Col 1,10; 1 Pt 4,11! 18 crescite vero in gratia et in cognitione
Domini nostri et salvatoris Iesu
Christi
ipsi gloria et nunc et in die aeternitatis amen

EXPLICIT EPISTULA PETRI · II ·

INCIPIT EPISTULA IOHANNIS · I ·

Quod fuit ab initio quod audivimus 2,13
quod vidimus oculis nostris Apc 22,8
quod perspeximus et manus nostrae
temptaverunt de verbo vitae
2 et vita manifestata est
et vidimus et testamur Io 19,35!
et adnuntiamus vobis vitam aeternam quae erat apud Patrem Io 1,1
et apparuit nobis
3 quod vidimus et audivimus adnuntiamus et vobis Act 4,20! Apc 22,8
ut et vos societatem habeatis nobiscum 7
et societas nostra sit cum Patre et
cum Filio eius Iesu Christo 1 Cor 1,9
4 et haec scribimus vobis ut gaudium
nostrum sit plenum Io 15,11! II Io 12
5 et haec est adnuntiatio quam audivimus ab eo et adnuntiamus vobis 3,11
quoniam Deus lux est et tenebrae in
eo non sunt ullae Iac 1,17
6 si dixerimus quoniam societatem
habemus cum eo et in tenebris ambulamus Io 3,21
mentimur et non facimus veritatem 2,4!
7 si autem in luce ambulemus sicut et
ipse est in luce
societatem habemus ad invicem 3
et sanguis Iesu Filii eius mundat nos
ab omni peccato Eph 1,7! Hbr 9,14! Apc 1,5
8 si dixerimus quoniam peccatum non
habemus Iob 9,20

FGA IRLSΛΦ 𝔠𝔴𝔟

11 ~ igitur haec 𝔠 | ~ uos esse FΛΦ𝔠 | 12 in aduentu AI | dei diei GIL𝔟𝔊] diei dei FR𝔴; diei domini AΛ𝔠; diei Φ; dei S | quem S𝔠 | et[2] *om.* G | 13 et[2]] secundum 𝔠 | 14 satis agite] satagite LΦ𝔠 | 15 arbitremini 𝔠 | 16 in[3] *om.* FR | et[3] *om.* FS | 17 traducti LΛ𝔠 | 18 in gratiam FR | in[2] *om.* FLΛΦ | cognitionem FR | in diem FRΦ𝔠; in diaes I. ||

Epistula Iohannis I. *Citantur* FGA *et* IRLSΛΦr(= J *apud* 𝔟) *ac* 𝔠𝔴𝔟. [*de* LΦ *cf. ea quae ad* Iac *notata sunt*] *Tit.* epistola beati ioannis apostoli prima 𝔠 || 1,1 [*deest* r *usque ad* 3,16] | quod[3]] et quod S; et A | prespeximus G | temptauerunt] tractauerunt S; contrectauerunt FΦ𝔠𝔴 | 3 et[2] *om.* FSΛ𝔠𝔴; ~ et adnuntiamus A | cum[2] *om.* AΛΦ | 4 scripsimus AI | ut + gaudeatis et FΦ(*partim*)𝔠𝔴; + gaudeatis ut Φ(*partim*) | uestrum ILS𝔠 | 5 audimus FAS | 6 habeamus G | ~ ueritatem non facimus 𝔠 | 7 in lucem[1] FR | ambulamus ARSΛΦ𝔠 | iesu + christi GA𝔠𝔴 | emundat FSΦ𝔠 |

2,4! 8,9: Prv 28,13! ipsi nos seducimus et veritas in nobis
non est
9 si confiteamur peccata nostra
fidelis est et iustus ut remittat nobis
peccata
et emundet nos ab omni iniquitate
10 si dixerimus quoniam non peccavi-
mus
5,10; Io 5,38; 8,37 mendacem facimus eum et verbum
eius non est in nobis
2 filioli mei haec scribo vobis ut non
peccetis
sed et si quis peccaverit
Hbr 7,25! 9,24 advocatum habemus apud Patrem
Iesum Christum iustum
4,10; Rm 3,25! Hbr 2,17 2 et ipse est propitiatio pro peccatis
nostris
non pro nostris autem tantum sed
etiam pro totius mundi
3 et in hoc scimus quoniam cognovi-
mus eum
si mandata eius observemus
4 qui dicit se nosse eum et mandata
eius non custodit
1,6.8 mendax est in hoc veritas non est
5,3! Io 14,21! 5 qui autem servat verbum eius
vere in hoc caritas Dei perfecta est
in hoc scimus quoniam in ipso su-
mus
6 qui dicit se in ipso manere
Io 13,15! Col 3,13! debet sicut ille ambulavit et ipse am-
bulare
II Io 5 7 carissimi non mandatum novum scri-
bo vobis
24; 3,11 sed mandatum vetus quod habuistis
ab initio
mandatum vetus est verbum quod
audistis
8 iterum mandatum novum scribo vo-
bis
quod est verum et in ipso et in vo-
bis
quoniam tenebrae transeunt et lu- Io 1,9; 8,12; Eph 5,8!
men verum iam lucet
9 qui dicit se in luce esse et fratrem 4,20
suum odit
in tenebris est usque adhuc
10 qui diligit fratrem suum Rm 14,13!
in lumine manet et scandalum in eo
non est
11 qui autem odit fratrem suum 3,14
in tenebris est et in tenebris ambu- Io 12,35; II Pt 1,9
lat et nescit quo eat
quoniam tenebrae obcaecaverunt
oculos eius
12 scribo vobis filioli quoniam remit- Act 10,43! I Cor 6,11
tuntur vobis peccata propter nomen
eius
13 scribo vobis patres quoniam cogno- 14
vistis eum qui ab initio est 1,1; Io 1,2
scribo vobis adulescentes quoniam
vicistis malignum
14 scripsi vobis infantes quoniam co-
gnovistis Patrem
scripsi vobis patres quia cognovistis 13!
eum qui ab initio
scripsi vobis adulescentes quia fortes
estis et verbum Dei in vobis manet Apc 12,11
et vicistis malignum
15 nolite diligere mundum neque ea
quae in mundo sunt
si quis diligit mundum non est cari- Io 5,42; Iac 4,4
tas Patris in eo
16 quoniam omne quod est in mundo II Pt 1,4
concupiscentia carnis et concupis-
centia oculorum est et superbia vi-
tae
quae non est ex Patre sed ex mundo
est
17 et mundus transit et concupiscentia I Cor 7,31

FGA IRLSΛΦ cob 9 ~ et iustus est ARΦ | peccata[2] + nostra FARΦco | emundat GS; mundet Λ | 10 faciemus GAL | ~ in nobis (+ uerum S) non est AS || 2,4 in GISb] et in *cet.* | hoc] eo ARSΛ | 5 hoc[1]] eo ARSΛ | est + et c | 8 ~ uerum est c | quoniam] quia LΦc | transeunt GIb𝔊] transierunt *cet.* | ~ uerum lumen c | 11 quoniam] quia c. | 12 remittentur A; remittunt R. | 14 scripsi[1] GIb𝔊] scribo *cet.* | quoniam] quia ILΦ | scripsi[2] — initio *om.* ARc | scripsi[2] Ib𝔊] scribo FGLSΛΦo | qui — adulescentes *om.* Λ. | initio GIb, *cf.* 𝔊] + est FLSΦo | scripsi[3] GAIb𝔊] scribo *cet.* | adulescentes] iuuenes AΦc | quia[2]] quoniam LΦc | ~ manet in uobis Ic | 16 ~ in mundo est AR | et[1]] est et ARLΦc | est et] est R.; et ALΦc | quae *om.* G. | 17 transibit AΦ; transiet S |

eius
Mt 7,21 qui autem facit voluntatem Dei ma-
net in aeternum
18 filioli novissima hora est
4,3 et sicut audistis quia antichristus
venit
nunc antichristi multi facti sunt
I Pt 4,7 unde scimus quoniam novissima
hora est
19 ex nobis prodierunt sed non erant
ex nobis
nam si fuissent ex nobis permansis-
sent utique nobiscum
sed ut manifesti sint quoniam non
sunt omnes ex nobis
27! 20 sed vos unctionem habetis a Sancto
et nostis omnia
II Pt 1,12! 21 non scripsi vobis quasi ignorantibus
veritatem
sed quasi scientibus eam
et quoniam omne mendacium ex
veritate non est
22 quis est mendax
nisi is qui negat quoniam Iesus non
est Christus
4,3 hic est antichristus qui negat Patrem
et Filium
Io 5,23! II Io 9 23 omnis qui negat Filium nec Patrem
habet
4,15; 5,11 qui confitetur Filium et Patrem ha-
bet
7! II Io 5 24 vos quod audistis ab initio in vobis
permaneat
Io 14,23; II Io 9 si in vobis permanserit quod ab initio
audistis
et vos in Filio et Patre manebitis
25 et haec est repromissio quam ipse
Io 10,28! pollicitus est nobis vitam aeternam
26 haec scripsi vobis de eis qui seducunt
vos
20; II Cor 1,21 27 et vos unctionem quam accepistis ab
eo manet in vobis
et non necesse habetis ut aliquis do-
ceat vos
sed sicut unctio eius docet vos de Io 14,26! 16,13
omnibus
et verum est et non est mendacium
et sicut docuit vos manete in eo
28 et nunc filioli manete in eo
ut cum apparuerit habeamus fidu- 4,17; Phil 1,20!
ciam
et non confundamur ab eo in adven-
tu eius
29 si scitis quoniam iustus est
scitote quoniam et omnis qui facit 3,7.10; III Io 11
iustitiam ex ipso natus est
3 videte qualem caritatem dedit nobis
Pater
ut filii Dei nominemur et sumus Lc 20,36; Io 1,12!
propter hoc mundus non novit nos Io 1,10!
quia non novit eum
2 carissimi nunc filii Dei sumus Io 1,12!
et nondum apparuit quid erimus
scimus quoniam cum apparuerit si- Col 3,4!
miles ei erimus Rm 8,29; Phil 3,21!
quoniam videbimus eum sicuti est I Cor 13,12!
3 et omnis qui habet spem hanc in eo
sanctificat se sicut et ille sanctus est I Pt 1,16!
4 omnis qui facit peccatum et iniqui-
tatem facit
et peccatum est iniquitas 5,17
5 et scitis quoniam ille apparuit ut pec- Mt 8,17! Io 1,29
cata tolleret
et peccatum in eo non est I Pt 2,22!
6 omnis qui in eo manet non peccat 9; Rm 6,14
omnis qui peccat non vidit eum nec III Io 11
cognovit eum
7 filioli nemo vos seducat Col 2,8! II Th 2,3
qui facit iustitiam iustus est sicut et 2,29; Prv 21,15! Rm 2,13!
ille iustus est
8 qui facit peccatum ex diabolo est Io 8,44!
quoniam ab initio diabolus peccat

17 eius *om.* G𝔟. | 18 nunc] *praem.* et S𝔠; + autem A | quoniam] quia FARLΦ𝔠𝔬 | 19 mansissent FS | sint] fiant F | 21 eam] eum GA. | 22 is] hii S.; *om.* A | negant[1] S | non *om.* FGRL𝔠 | 24 si + autem G | ~ audistis ab initio 𝔠 | 25 promissio A | uobis FA | 26 eis FIS𝔟] is G.; his *cet.* | 27 manet IR𝔟.𝔊] maneat *cet.* | 28 in aduentum FR | 29 scitis] sciatis I𝔟 | et *om.* GARS || 3,1 simus AΛΦ𝔠 | 3 ~ hanc spem 𝔠 | et[2] *om.* IΛ𝔟 | 5 quoniam] quia LΦ𝔠 | peccata] peccatum nostrum S; + nostra 𝔠𝔬. | 6 peccat[1] GILΛ𝔟𝔊] + et *cet.* | uidet F | 7 et *om.* I𝔟 | 8 ex] de G. |

FGA IRLSΛΦ 𝔠𝔬𝔟

Mc 1,24 in hoc apparuit Filius Dei ut dissolvat opera diaboli
6! 5,18; III Io 11 9 omnis qui natus est ex Deo peccatum non facit
quoniam semen ipsius in eo manet
et non potest peccare quoniam ex Deo natus est
10 in hoc manifesti sunt filii Dei et filii diaboli
2,29 omnis qui non est iustus non est de Deo
et qui non diligit fratrem suum
1,5; 2,7! 11 quoniam haec est adnuntiatio quam audistis ab initio
Io 13,34! II Io 5 ut diligamus alterutrum
12 non sicut Cain ex maligno erat et
Gn 4,8! occidit fratrem suum
et propter quid occidit eum
quoniam opera eius maligna erant fratris autem eius iusta
Io 15,18! 13 nolite mirari fratres si odit vos mundus
Io 5,24 14 nos scimus quoniam translati sumus de morte in vitam
quoniam diligimus fratres
2,11 qui non diligit manet in morte
Mt 5,22 15 omnis qui odit fratrem suum homicida est
et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem
Gal 2,20! 16 in hoc cognovimus caritatem
Io 15,13! quoniam ille pro nobis animam suam posuit
et nos debemus pro fratribus animas ponere
Iac 2,16 17 qui habuerit substantiam mundi et viderit fratrem suum necesse habere
et clauserit viscera sua ab eo
quomodo caritas Dei manet in eo
18 filioli non diligamus verbo nec lingua sed opere et veritate
19 in hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus et in conspectu eius suadeamus corda nostra
20 quoniam si reprehenderit nos cor maior est Deus corde nostro et novit omnia
21 carissimi si cor non reprehenderit nos
fiduciam habemus ad Deum 21.22: 5,14! Io 11,22! Hbr 4,16
22 et quodcumque petierimus accipiemus ab eo
quoniam mandata eius custodimus
et ea quae sunt placita coram eo facimus
23 et hoc est mandatum eius ut credamus in nomine Filii eius Iesu Christi Io 3,18; 6,29
et diligamus alterutrum sicut dedit mandatum nobis Io 13,34!
24 et qui servat mandata eius in illo manet et ipse in eo 4,13.16; Io 6,57
et in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem nobis dedit
4 carissimi nolite omni spiritui credere
sed probate spiritus si ex Deo sint Idt 8,31
quoniam multi pseudoprophetae exierunt in mundum Mt 24,11! II Pt 2,1! II Io 7
2 in hoc cognoscitur Spiritus Dei
omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex Deo est I Cor 12,3
3 et omnis spiritus qui solvit Iesum ex Deo non est II Io 7
et hoc est antichristi quod audistis quoniam venit 2,18.22

FGA IRLSΛΦ(r) cob

10 de] ex AR c | 11 diligatis ΛΦ c | 12 cain + qui ISΛΦ c | 13 nos FΛRLSΛ | 14 in¹] ad c | 15 se] semet ipso LΦ c | 16 caritatem] ueritatem I; + dei ASΦ c | ~ animam suam pro nobis c. | pro fratribus animam IR; pro fratribus nostris animas nostras FSΦ | 17 [*adest* r *usque ad* 4,11] | huius mundi S c | necessitatem habere FΛΦr c; necessitatem habentem S | 18 filioli GAΛb𝔊] + mei *cet.* | nec] neque c; et GI | 19 cognoscemus ISb. | suadeamus FGb] suademus AIRLΛrɒ; suadebimus Φ c; custodimus S | 20 cor + nostrum ALΛΦ cɒ | 21 cor + nostrum ARLΛΦr cɒ | habebimus GI; habeamus S | 22 quodcumque] quicquid LΛΦ c | 24 ~ dedit nobis ARSΛr c ‖ **4,1** in mundo F | 3 iesum + christum A | hoc GIRLrb𝔊] hic *cet.* | antichristi FGIɒb.𝔊] antichristus *cet.* | quod] quem Λɒ; de quo Φ c |

et nunc iam in mundo est
4 vos ex Deo estis filioli et vicistis eos
quoniam maior est qui in vobis est
quam qui in mundo
Io 3,31; 8,23 5 ipsi de mundo sunt ideo de mundo
loquuntur et mundus eos audit
Io 8,47! 6 nos ex Deo sumus
qui novit Deum audit nos
qui non est ex Deo non audit nos
in hoc cognoscimus Spiritum veritatis et spiritum erroris
Hbr 13,1! 7 carissimi diligamus invicem quoniam caritas ex Deo est
et omnis qui diligit ex Deo natus est
et cognoscit Deum
8 qui non diligit non novit Deum
16 quoniam Deus caritas est
9 in hoc apparuit caritas Dei in nobis
Io 3,16 quoniam Filium suum unigenitum
misit Deus in mundum ut vivamus
per eum
Rm 5,8.9 10 in hoc est caritas
non quasi nos dilexerimus Deum
19 sed quoniam ipse dilexit nos
2,2; Hbr 2,17; Rm 3,25! et misit Filium suum propitiationem
pro peccatis nostris
11 carissimi si sic Deus dilexit nos et
Rm 13,8 nos debemus alterutrum diligere
Io 1,18! 12 Deum nemo vidit umquam
si diligamus invicem Deus in nobis manet
et caritas eius in nobis perfecta est
16; 3,24; Io 6,57 13 in hoc intellegimus quoniam in eo
manemus et ipse in nobis
Rm 5,5; Tit 3,5.6! quoniam de Spiritu suo dedit nobis
14 et nos vidimus et testificamur
Io 3,17! quoniam Pater misit Filium salvatorem mundi
15 quisque confessus fuerit quoniam
2,23! 5,1.5; Io 20,31! Iesus est Filius Dei
Deus in eo manet et ipse in Deo
16 et nos cognovimus et credidimus Io 6,70
caritati quam habet Deus in nobis
Deus caritas est et qui manet in caritate in Deo manet et Deus in eo 8 13; 3,24; Io 6,57
17 in hoc perfecta est caritas nobiscum
ut fiduciam habeamus in die iudicii 2,28
quia sicut ille est et nos sumus in hoc mundo
18 timor non est in caritate
sed perfecta caritas foras mittit timorem
quoniam timor poenam habet
qui autem timet non est perfectus in caritate
19 nos ergo diligamus
quoniam Deus prior dilexit nos 10
20 si quis dixerit quoniam diligo Deum 2,9
et fratrem suum oderit mendax est
qui enim non diligit fratrem suum
quem vidit
Deum quem non vidit quomodo potest diligere
21 et hoc mandatum habemus ab eo Mt 22,37–39
ut qui diligit Deum diligat et fratrem suum
5 omnis qui credit quoniam Iesus est 5; 4,15! Io 16,27!
Christus ex Deo natus est
et omnis qui diligit eum qui genuit 2,23!
diligit eum qui natus est ex eo
2 in hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei
cum Deum diligamus et mandata Dt 11,1!
eius faciamus
3 haec est enim caritas Dei 2,5; Io 14,21! II Io 6
ut mandata eius custodiamus
et mandata eius gravia non sunt Mt 11,30
4 quoniam omne quod natum est ex Io 16,33
Deo vincit mundum
et haec est victoria quae vincit mundum fides nostra
5 quis est qui vincit mundum

FGA IRLSΛΦ(r) cob

4 eos] eum ARΛΦrc | 7 diligamus + nos c; + in Φ. | quoniam] quia c | 10 dileximus F. | ipse + prior c | 11 si sic] si r; sicut LΦ; si taliter Λ; *om.* R | [*desinit* r] | 13 intellegimus] cognoscimus Φc; dilegamus S | 14 filium FGILob𝔊] + suum *cet.* | 15 quisque] quisquis FΦco; quicumque ARΛ | 16 credidimus FIRcb𝔊] credimus *cet.* | caritati + dei A | et[3] *om.* A | 17 caritas + dei GLc; + eius Λ | in diem GRΛ | quia] quoniam I. | 19 diligamus + deum ΛΦc; + inuicem AS | 20 uidit[1] Gb𝔊] uidet *cet.* | uidit[2] GRLb𝔊] uidet *cet.* | 21 ab eo] a deo ARLΦc | et[2] *om.* FL || 5,1 diligit[2] + et Φc | 4 uicit[1] FLS | est[2] *om.* FL | uicit[2] LSb | 5 uicit FLS |

1; 4,15! Io 20,31! nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei
Io 19,34 6 hic est qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus
non in aqua solum sed in aqua et sanguine
Io 15,26 et Spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas
7 quia tres sunt qui testimonium dant
8 Spiritus et aqua et sanguis
et tres unum sunt
9 si testimonium hominum accipimus
testimonium Dei maius est
quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est
Io 5,32! quia testificatus est de Filio suo
10 qui credit in Filio Dei habet testimonium Dei in se
1,10 qui non credit Filio mendacem facit eum
quoniam non credidit in testimonio quod testificatus est Deus de Filio suo
20; Io 17,3! 11 et hoc est testimonium quoniam vitam aeternam dedit nobis Deus
et haec vita in Filio eius est
Io 3,36! 12 qui habet Filium habet vitam
qui non habet Filium Dei vitam non habet
Io 20,31 13 haec scripsi vobis ut sciatis quoniam vitam habetis aeternam qui credi-
Io 1,12 tis in nomine Filii Dei
3,21.22! 14 et haec est fiducia quam habemus ad eum
Io 14,13.14! quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos
15 et scimus quoniam audit nos quicquid petierimus
scimus quoniam habemus petitiones quas postulavimus ab eo
16 qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem
petet et dabit ei vitam peccantibus non ad mortem
est peccatum ad mortem non pro illo dico ut roget
17 omnis iniquitas peccatum est et est 3,14
peccatum non ad mortem
18 scimus quoniam omnis qui natus est 3,9!
ex Deo non peccat
sed generatio Dei conservat eum
et malignus non tangit eum
19 scimus quoniam ex Deo sumus
et mundus totus in maligno positus IV Esr 14,20
est
20 et scimus quoniam Filius Dei venit
et dedit nobis sensum ut cognosca- 11; Io 17,3!
mus verum Deum
et simus in vero Filio eius
hic est verus Deus et vita aeterna
21 filioli custodite vos a simulacris 1 Cor 10,14!

EXPLICIT EPISTULA IOHANNIS ·I·

INCIPIT EIUSDEM ·II·

Senior electae dominae et natis III Io 1
eius quos ego diligo in veritate
et non ego solus sed et omnes qui cognoverunt veritatem

FGA IRLSΛΦ cob 6 sanguinem + et spiritum G | in aqua[2]] in aquam LΦ. | sanguine] sanguinem FRLΦ; + et spiritu G | 7 quia] quoniam RΦc | dant + in caelo R.; + in caelo pater uerbum et spiritus sanctus et hi tres unum sunt [8] et tres sunt qui testimonium dant in terra c | 8 spiritus aqua et sanguis LΦ; pater uerbum et spiritus R. | et hi tres c | sunt + sicut in caelo tres sunt pater uerbum et spiritus et tres unum sunt S | 9 quia] quoniam c | 10 in filium[1] IΛc | filium[2] FR; in filio IΛ; *om.* A | quoniam] quia co | credidit] credit GRLSΦc | in testimonium IRScb | 11 est[1] *om.* F; ~ testimonium est Φ. | ~ uita est in filio eius S.; uita in filio eius AI; est uitam in filio R. | 12 dei *om.* Ac | 13 scribo FRLΛΦc | 14 est *om.* F | 15 et + si Ib | quoniam[1]] quia Φc | postulauimus GILb𝔊] postulamus *cet.* | 16 petit ARLΦ; petat Λc; roget S. | dabitur ei uita (uitam Λ) Λc | peccantibus GAILb𝔊] peccanti *cet.* | est] *praem.* et G; + enim SΛ | roget + quis AΦc | 17 non ILb.𝔊] *om. cet.* | 18 quoniam] quia LΦc | 20 deus *om.* ARLS | 21 simulacris + amen Fc ||

Epistula Iohannis II. *Citantur* FGA *et* IRLSΛΦ *ac* cob. [*de* LΦ *cf. ea quae ad* Iac *notata sunt*] *Tit.* epistola beati ioannis apostoli secunda c || 1 et[3] *om.* GRS |

2 propter veritatem quae permanet in
nobis
et nobiscum erit in aeternum
I Tim 1,2! II Tim 1,2! 3 sit nobiscum gratia misericordia pax
a Deo Patre
et a Christo Iesu Filio Patris in veritate et caritate
III Io 3 4 gavisus sum valde quoniam inveni
de filiis tuis ambulantes in veritate
sicut mandatum accepimus a Patre
5 et nunc rogo te domina
I Io 2,7 non tamquam mandatum novum
scribens tibi
I Io 2,24; 3,11; Io 13,34! sed quod habuimus ab initio ut diligamus alterutrum
I Io 5,3! 6 et haec est caritas ut ambulemus secundum mandata eius
hoc mandatum est ut quemadmodum audistis ab initio in eo ambuletis
I Io 4,1! 7 quoniam multi seductores exierunt
in mundum
I Io 4,3! qui non confitentur Iesum Christum
venientem in carne
hic est seductor et antichristus
8 videte vosmet ipsos ne perdatis quae
operati estis
Rt 2,12 sed ut mercedem plenam accipiatis
I Io 2,23! 9 omnis qui praecedit et non manet in
doctrina Christi Deum non habet
I Io 2,24! qui permanet in doctrina hic et Filium et Patrem habet
Rm 16,17! Tit 3,10 10 si quis venit ad vos et hanc doctrinam non adfert
nolite recipere eum in domum nec
have ei dixeritis
I Tim 5,22! 11 qui enim dicit illi have communicat
operibus illius malignis
12 plura habens vobis scribere III Io 13.14
nolui per cartam et atramentum
spero enim me futurum apud vos et
os ad os loqui
ut gaudium vestrum plenum sit Io 15,11! I Io 1,4
13 salutant te filii sororis tuae electae

EXPLICIT EPISTULA IOHANNIS ·II·

INCIPIT EIUSDEM ·III·

Senior Gaio carissimo quem ego II Io 1
diligo in veritate
2 carissime de omnibus orationem facio prospere te ingredi et valere
sicut prospere agit anima tua
3 gavisus sum valde venientibus fratribus et testimonium perhibentibus II Io 4
veritati tuae
sicut tu in veritate ambulas
4 maiorem horum non habeo gratiam
quam ut audiam filios meos in veritate ambulantes
5 carissime fideliter facis quicquid operaris in fratres
et hoc in peregrinos
6 qui testimonium reddiderunt caritati
tuae in conspectu ecclesiae
quos bene facies deducens digne Deo
7 pro nomine enim profecti sunt
nihil accipientes a gentibus
8 nos ergo debemus suscipere huiusmodi
ut cooperatores simus veritatis
9 scripsissem forsitan ecclesiae
sed is qui amat primatum gerere in
eis Diotrepes non recipit nos

FGA IRLSΛΦ cob

2 propter ueritatem *om.* FS | 3 uobiscum FG co; uobis S | a[2] *om.* GAISΛ | 4 in ueritatem FRS | 6 hoc est enim mandatum Φ c | 7 confitetur AI | uenisse LΦ c | in carnem RL c | 9 praecedet A; recedit GΛ c | manet] permanet Φ c | et[2] *om.* FΦ | ~ patrem et filium c. | 10 in domu A | 11 illius] eius R c; *om.* AI. | *vv.* 12 *et* 13 *om.* L. | 12 apud] ad FSΦ | ~ sit plenum A | 13 filiae G | electae] ecclesiae F; + amen FRΛ; + gratia tecum amen I ||

Epistula Iohannis III. *Citantur* FGA *et* IRLSΛΦ *ac* cob. [*de* LΦ *cf. ea quae ad* Iac *notata sunt*] *Tit.* epistola beati ioannis apostoli tertia c || 2 carissime de] caritatis ideo in F | 4 maiorem + autem G | ambulare LΛΦ c | 5 in[2] *om.* I. | 6 reddiderunt] perhibuerunt F | facies deducens FGR ob] facies ducens A.; facis deducens Λ; faciens deduces LSΦ c; faciens deducens I | 7 enim + eius SΦ c; + iesu christi L. | a gentilibus FRΦ | 8 sumus FL | ueritati ISb | 9 gerere] genere A | recepit FRS |

10 propter hoc si venero commoneam
eius opera quae facit verbis malignis
garriens in nos
et quasi non ei ista sufficiant
nec ipse suscipit fratres
et eos qui cupiunt prohibet et de ec-
clesia eicit
11 carissime noli imitari malum sed
quod bonum est
I Io 2,29; 3,9 qui benefacit ex Deo est
I Io 3,6 qui malefacit non vidit Deum
12 Demetrio testimonium redditur ab
omnibus
et ab ipsa veritate
Io 19,35; 21,24 et nos autem testimonium perhibe-
mus
et nosti quoniam testimonium nos-
trum verum est
13.14: II Io 12 13 multa habui scribere tibi
sed nolui per atramentum et cala-
mum scribere tibi
14 spero autem protinus te videre et os
ad os loquemur
15 pax tibi
salutant te amici
saluta amicos per nomen

EXPLICIT EPISTULA IOHANNIS ·III·

INCIPIT EPISTULA IUDAE

Rm 1,1! Iudas Iesu Christi servus frater au-
tem Iacobi
his qui in Deo Patre dilectis et Iesu
Christo conservatis vocatis
II Pt 1,2! 2 misericordia vobis et pax et caritas
adimpleatur
3 carissimi omnem sollicitudinem fa-
ciens scribendi vobis
de communi vestra salute necesse
habui scribere vobis
deprecans supercertari semel tradi-
tae sanctis fidei
4 subintroierunt enim quidam homi- Gal 2,4; II Pt 2,1!
nes
qui olim praescripti sunt in hoc iudi-
cium impii
Dei nostri gratiam transferentes in
luxuriam
et solum Dominatorem et Dominum
nostrum Iesum Christum negantes
5 commonere autem vos volo scientes II Pt 1,12!
semel omnia
quoniam Iesus populum de terra
Aegypti salvans
secundo eos qui non crediderunt per-
didit
6 angelos vero qui non servaverunt II Pt 2,4
suum principatum
sed dereliquerunt suum domicilium
in iudicium magni diei vinculis ae- II Pt 2,9
ternis sub caligine reservavit
7 sicut Sodoma et Gomorra et finiti- II Pt 2,6!
mae civitates
simili modo exfornicatae
et abeuntes post carnem alteram
factae sunt exemplum ignis aeterni
poenam sustinentes
8 similiter et hii carnem quidem macu- II Pt 2,10
lant
dominationem autem spernunt
maiestates autem blasphemant
9 cum Michahel archangelus cum dia- Apc 12,7
bolo disputans altercaretur de Mosi
corpore
non est ausus iudicium inferre blas- II Pt 2,11
phemiae
sed dixit imperet tibi Dominus
10 hii autem quaecumque quidem igno- II Pt 2,12

FGA IRLSAΦ cob

10 commonebo c. | nec] neque Φc | suscepit FRS | qui cupiunt] qui capiunt G; qui suscipiunt ILΛΦc; *om.* S. | 11 uidet AR | 12 et nos autem FLSb𝔊] sed et nos GΛc; et nos AIRΦo | *vv.* 13—15 *om.* L. | 13 ~ tibi scribere[1] c. | 14 loquimur FS; loquamur R. | 15 per nomen] nominatim Φc ||

Epistula Iudae. *Citantur* FGA *et* IRLSΛΦ *ac* cob. [*de* LΦ *cf. ea quae ad* Iac *notata sunt*] *Tit.* epistola catholica beati iudae apostoli c || 1 his qui *om.* Λ; + sunt c | ~ christo iesu SΦco | conseruatis + et LΦc | 3 supercertare G | 4 iudicio GR | et² *om.* FA | 6 angelus FL | ~ diei magni Φ; magni dei FR; diei magni dei L. | 7 fornicatae G | 8 maiestatem GAILΛco |

rant blasphemant
quaecumque autem naturaliter tam-
quam muta animalia norunt
in his corrumpuntur
II Pt 2,15 11 vae illis quia via Cain abierunt
Apc 2,14 et errore Balaam mercede effusi sunt
et contradictione Core perierunt
II Pt 2,13 12 hii sunt in epulis suis maculae con-
vivantes sine timore
semet ipsos pascentes
Prv 25,14. II Pt 2,17 nubes sine aqua quae a ventis cir-
cumferuntur
arbores autumnales infructuosae bis
mortuae eradicatae
Is 57,20 13 fluctus feri maris despumantes suas
confusiones
II Pt 2,17 sidera errantia quibus procella teneb-
rarum in aeternum servata est
14 prophetavit autem et his septimus ab
Adam Enoch dicens
Dt 33,21 ecce venit Dominus in sanctis mili-
14.15: I Henoch 1,9 bus suis
15 facere iudicium contra omnes et ar-
guere omnes impios
de omnibus operibus impietatis eo-
rum quibus impie egerunt
Mt 12,36 et de omnibus duris quae locuti sunt
contra eum peccatores impii
16 hii sunt murmuratores querellosi
II Pt 2,18 secundum desideria sua ambulantes
et os illorum loquitur superba
mirantes personas quaestus causa

17 vos autem carissimi memores estote 17.18: II Pt 3,2.3
verborum quae praedicta sunt ab
apostolis Domini nostri Iesu Christi
18 quia dicebant vobis
quoniam in novissimo tempore ve- I Tim 4,1
nient inlusores
secundum sua desideria ambulantes
impietatum
19 hii sunt qui segregant animales Spi- I Cor 2,14
ritum non habentes
20 vos autem carissimi superaedifican- Col 2,7; I Th 5,11!
tes vosmet ipsos sanctissimae ves-
trae fidei in Spiritu Sancto orantes Eph 6,18
21 ipsos vos in dilectione Dei servate
22 et hos quidem arguite iudicatos
23 illos vero salvate de igne rapientes
aliis autem miseremini in timore
odientes et eam quae carnalis est Apc 3,4
maculatam tunicam
24 ei autem qui potest vos conservare Rm 16,25; I Cor 1,8; Phil 1,10! II Pt 3,14!
sine peccato
et constituere ante conspectum glo-
riae suae inmaculatos in exultati-
one
25 soli Deo salvatori nostro per Iesum I Pt 4,11!
Christum Dominum nostrum
gloria magnificentia imperium et po-
testas
ante omne saeculum et nunc et in
omnia saecula amen

EXPLICIT EPISTULA IUDAE

FGA IRLSΛΦ cob

11 quia] qui FΛΦ | uiam S; in uia c | et² + in I c | 12 epulis] epistulis F | 13 confusiones] confessiones FR. | ~ seruata est in aeternum c.; conseruata est in aet. Φ. | 14 et his] et de his Λ c; de his ALΦ o | 15 eum] deum c | 16 querulosi c | illorum] eorum c | superba GR cb 𝔊] superbia FI; superbiam ALSΛΦ o | causas F | 17 nostri *om.* FLS Φ | 18 quia] qui ALΦ co | ~ desideria sua c | impietatem I; impie Λ; in impietatibus c | 19 segregant] *praem.* se Λ; + semet ipsos AΦ co | spiritu FS. | 21 ipsi uos F; uosmetipsos c | seruate + expectantes misericordiam domini nostri iesu christi in uitam aeternam Φ c | 23 saluete S.; salutate F | et *om.* AILΛΦ | 24 potest] potens est FRΛΦ c | in exultatione *om.* Φ; + in aduentum (aduentu c) domini nostri iesu christi Φ c | 25 gloria] *praem.* cui A; + et c | saecula + saeculorum GRLΛ c ||

INCIPIT APOCALYPSIS IOHANNIS APOSTOLI

Apocalypsis Iesu Christi quam
19; 4,1; 22,6; Dn 2,29! dedit illi Deus palam facere
servis suis
quae oportet fieri cito
et significavit mittens per angelum
suum servo suo Iohanni
9; 6,9; 20,4 2 qui testimonium perhibuit verbo Dei
et testimonium Iesu Christi quae-
cumque vidit
22,7! Lc 11,28! 3 beatus qui legit et qui audiunt verba
3,11! prophetiae et servant ea quae in ea
scripta sunt
22,10; Iac 5,8! tempus enim prope est
11 4 Iohannes septem ecclesiis quae sunt
in Asia
8; 4,8; 11,17 gratia vobis et pax ab eo qui est et
qui erat et qui venturus est
4,5! et a septem spiritibus qui in con-
spectu throni eius sunt
3,14; Ps 88,38 5 et ab Iesu Christo qui est testis fidelis
Act 26,23! primogenitus mortuorum et prin-
ceps regum terrae
Hbr 9,14! I Io 1,7! qui dilexit nos et lavit nos a peccatis
nostris in sanguine suo
5,10! Ex 19,6! Is 66,21; I Pt 2,9 6 et fecit nostrum regnum sacerdotes
Deo et Patri suo
Mi 4,7! I Pt 4,11! ipsi gloria et imperium in saecula
saeculorum amen
Za 12,10; Mt 24,30! 7 ecce venit cum nubibus et videbit
Io 19,37 eum omnis oculus et qui eum pupu-
gerunt
et plangent se super eum omnes tri-
bus terrae
etiam amen

8 ego sum A et ω principium et finis 21,6; 22,13!
dicit Dominus Deus qui est et qui 4; 4,8; 11,17
erat et qui venturus est Omnipotens
9 ego Iohannes frater vester
et particeps in tribulatione et regno
et patientia in Iesu
fui in insula quae appellatur Patmos
propter verbum Dei et testimonium 2; 6,9; 20,4
Iesu
10 fui in spiritu in dominica die 4,2
et audivi post me vocem magnam 4,1
tamquam tubae 11 dicentis
quod vides scribe in libro Hab 2,2; IV Esr 12,37
et mitte septem ecclesiis 4
Ephesum et Zmyrnam
et Pergamum et Thyatiram
et Sardis et Philadelphiam
et Laodiciam
12 et conversus sum ut viderem vocem
quae loquebatur mecum
et conversus vidi septem candelabra 20
aurea
13 et in medio septem candelabrorum
similem Filio hominis 15,6; Dn 10,5!
vestitum podere et praecinctum ad
mamillas zonam auream
14 caput autem eius et capilli erant can- Dn 7,9
didi tamquam lana alba tamquam
nix
et oculi eius velut flamma ignis 19,12; Dn 10,6
15 et pedes eius similes orichalco sicut 14,15; 2,18
in camino ardenti Ez 1,7!
et vox illius tamquam vox aquarum 14,2! Ez 43,2!
multarum

FGAΛ ISCΦ 𝔠𝔬𝔟 **Apocalypsis Iohannis.** *Citantur* FGAΛ *et* ISCΦ𝔯 *ac* 𝔠𝔬𝔟. [Φ=Φ^{T}(*Sangall.* 75)^{GV}(=KV *in* 𝔬)] *Tit.* apocalypsis beati ioannis apostoli 𝔠 ‖ 1,1 [*deest* 𝔯 *usque ad* 6,2] | quam] quae F | illi *om.* A | palam facere] ostendere Λ | 2 testimonium perhibuit uerbo] contestatus est uerbum Λ | christi] + in his Λ | 3 legit et audit 𝔠 | prophetae F.; *praem.* huius Λ; + huius GAΦ𝔠𝔬 | et[2] + qui Λ | seruat 𝔠 | ea[1] *om.* Λ | in illa AΛ | prope] in proximo Λ | 6 nostrum regnum] ~ regnum nostrum Φ; nos regnum et 𝔠 | saeculorum *om.* Λ | 7 nubibus + caeli G | super eo F | 9 iesu[1]] christo iesu 𝔠 | 11 ad septem ecclesias GI; + quae sunt in asia 𝔠 | epheso 𝔠 | zmyrnae FS𝔠 | pergamo 𝔠 | thyatirae ... philadelphiae et laodiciae FS𝔠 | 13 septem *om.* A. | candelabrorum + aureorum GΦ𝔠 | filium A | poderem A | zona aurea ΛSC𝔠 | 14 autem *om.* G | eius[1] *om.* A | alba AC𝔊] + et GIΦ𝔠𝔬; + uel Λ; + aut FS | uelut] tamquam 𝔠 |

20; 2,1; 3,1 16 et habebat in dextera sua stellas sep-
tem
2,12; 19,15 et de ore eius gladius utraque parte
acutus exiebat
10,1; Mt 17,2! et facies eius sicut sol lucet in virtute
16.17: IV Esr 10,25 sua
Mt 17,6.7 17 et cum vidissem eum cecidi ad pedes
eius tamquam mortuus
et posuit dexteram suam super me
dicens
noli timere
22,13! Is 41,4! ego sum primus et novissimus
17.18: 2,8 18 et vivus et fui mortuus et ecce sum
10,6 vivens in saecula saeculorum
et habeo claves mortis et inferni
1! 19 scribe ergo quae vidisti et quae sunt
et quae oportet fieri post haec
12.16; 2,1; 3,1 20 sacramentum septem stellarum quas
vidisti in dextera mea
et septem candelabra aurea
septem stellae angeli sunt septem
ecclesiarum
et candelabra septem septem eccle-
siae sunt
2 angelo Ephesi ecclesiae scribe
1,16.20; 3,1 haec dicit qui tenet septem stellas in
dextera sua
qui ambulat in medio septem cande-
labrorum aureorum
19 2 scio opera tua et laborem et patien-
tiam tuam
et quia non potes sustinere malos
et temptasti eos qui se dicunt apo-
stolos et non sunt
et invenisti eos mendaces
3 et patientiam habes
et sustinuisti propter nomen meum
et non defecisti
4 sed habeo adversus te quod carita-
I Tim 5,12 tem tuam primam reliquisti
5 memor esto itaque unde excideris et
16; 3,3 age paenitentiam
et prima opera fac
sin autem venio tibi et movebo can-
delabrum tuum de loco suo
nisi paenitentiam egeris
6 sed hoc habes quia odisti facta Nico-
laitarum quae et ego odi
7 qui habet aurem audiat quid Spiritus 11.17.29; 3,6.13.22; 13,9; Mt 13,9!
dicat ecclesiis
vincenti dabo ei edere de ligno vitae 22,14; Gn 3,22; IV Esr 8,52
quod est in paradiso Dei mei
8 et angelo Zmyrnae ecclesiae scribe
haec dicit primus et novissimus 1,17.18!
qui fuit mortuus et vivit
9 scio tribulationem tuam et pauperta-
tem tuam
sed dives es
et blasphemaris ab his qui se dicunt 3,9
Iudaeos esse et non sunt sed sunt
synagoga Satanae
10 nihil horum timeas quae passurus es 1 Pt 3,14!
ecce missurus est diabolus ex vobis
in carcerem ut temptemini
et habebitis tribulationem diebus
decem
esto fidelis usque ad mortem
et dabo tibi coronam vitae Iac 1,12!
11 qui habet aurem audiat quid Spiritus 7!
dicat ecclesiis
qui vicerit non laedetur a morte se- 20,6
cunda
12 et angelo Pergami ecclesiae scribe
haec dicit qui habet rompheam utra- 1,16; 19,15
que parte acutam
13 scio ubi habitas ubi sedes est Satanae
et tenes nomen meum et non negasti 3,8; 14,12
fidem meam
et in diebus Antipas testis meus fide-
lis qui occisus est apud vos ubi Sa-
tanas habitat
14 sed habeo adversus te pauca 20
quia habes illic tenentes doctrinam II Pt 2,15; Iud 11
Balaam
qui docebat Balac mittere scanda-
lum coram filiis Israhel
edere et fornicari
15 ita habes et tu tenentes doctrinam

18 et uiuus *om.* FS | 20 quas] quae Λ || **2,**1 et angelo ΛΦ | 2 tuam *om.* AI | apostolos] *praem.* esse FS: + esse ΛCΦc | 4 reliqueris FS | 6 et *om.* FS | 7 ei *om.* ΛΦc | 9 tuam² *om.* ΛC | blasphemaris] blasphemiam habes G | 10 horum] eorum A | diabolus + aliquos c | 11 laeditur FI | 13 diebus + illis c | 14 quia GΛc𝔊] *om. cet.* |

FGAΛ ISCΦ cob

Nicolaitarum
5; 3,3 16 similiter paenitentiam age
si quo minus venio tibi cito et pugnabo cum illis in gladio oris mei
7! 17 qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat ecclesiis
vincenti dabo ei manna absconditum
et dabo illi calculum candidum
19,12 et in calculo nomen novum scriptum
quod nemo scit nisi qui accipit
18 et angelo Thyatirae ecclesiae scribe
haec dicit Filius Dei
1,14.15! 19,12 qui habet oculos ut flammam ignis
et pedes eius similes orichalco
2 19 novi opera tua et caritatem et fidem
et ministerium et patientiam tuam
et opera tua novissima plura prioribus
14 20 sed habeo adversus te
I Tim 2,12! quia permittis mulierem Hiezabel quae se dicit propheten
docere et seducere servos meos fornicari et manducare de idolothytis
Iob 24,23! 21 et dedi illi tempus ut paenitentiam ageret
9,20! 21; 16,11 et non vult paeniteri a fornicatione sua
22 ecce mitto eam in lectum
et qui moechantur cum ea in tribulationem maximam
nisi paenitentiam egerint ab operibus eius
23 et filios eius interficiam in morte
Ps 7,10! Ier 17,10! et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutans renes et corda
20,12; 22,12; Ps 61,13! Mt 16,27! et dabo unicuique vestrum secundum opera vestra
24 vobis autem dico ceteris qui Thyatirae estis
quicumque non habent doctrinam hanc
qui non cognoverunt altitudines Satanae quemadmodum dicunt
non mittam super vos aliud pondus
25 tamen id quod habetis tenete donec veniam 3,11!
26 et qui vicerit et qui custodierit usque in finem opera mea
dabo illi potestatem super gentes Dn 7,14! 26.27: Ps 2,8.9!
27 et reget illas in virga ferrea tamquam vas figuli confringentur 12,5; 19,15
28 sicut et ego accepi a Patre meo
et dabo illi stellam matutinam
29 qui habet aurem audiat quid Spiritus dicat ecclesiis 7!
3 et angelo ecclesiae Sardis scribe
haec dicit qui habet septem spiritus Dei et septem stellas 4,5! 5,6 1,16.20; 2,1
scio opera tua quia nomen habes quod vivas et mortuus es I Tim 5,6
2 esto vigilans et confirma cetera quae moritura erant
non enim invenio opera tua plena coram Deo meo
3 in mente ergo habe qualiter acceperis et audieris
et serva et paenitentiam age 2,5.16; II Pt 3,9.10
si ergo non vigilaveris veniam tamquam fur 16,15; I Th 5,2
et nescies qua hora veniam ad te
4 sed habes pauca nomina in Sardis
qui non inquinaverunt vestimenta sua Iud 23
et ambulabunt mecum in albis quia digni sunt
5 qui vicerit sic vestietur vestimentis albis 18; 4,4! 6,11!
et non delebo nomen eius de libro Ps 68,29!

FGAΛ ISCΦ cϲb 16 quo minus] nihilominus FS | uenio FΛSC𝔊] ueniam *cet.* | 17 ei *om.* ΛΦ c | absconditum] absconsum ΛC | illi] ei FSC | et[2] *om.* FS | in calculum A | 18 ut] tamquam AΦc | flamma FISC | 19 operam tuam[1] FS | caritatem + tuam S c | ~ fidem et caritatem Φ c | ministerium] mysterium FS | et opera tua *om.* FS | 20 te + pauca c | permisisti Λ | manducari AI | 21 paeniteri] paenitere ΛC c | 22 ecce + ego G | mittam c | in tribulatione maxima FΛC c: in tribulationem magnam S; + erunt Λ c | eius] suis ΛIΦ c (~ ab operibus suis egerint c.) | 23 in mortem FAISΦ | uestra] sua C c | 24 dico + et c | hanc + et c | 26 qui[2] *om.* Λ c | illi] ei A | 27 illas] eas c | ferrea + et ΛIS c | confringetur G | 28 et[1] *om.* Λ | 29 aurem + audiendi G ‖ **3**,3 et audieris *om.* FS | si ergo] quod si Λ | ueniam[1] + ad te AΦ c | nescis G; nesciens I | 4 ambulant FASΦ |

vitae
Mt 10,32! Lc 12,8 et confitebor nomen eius coram Pat-
re meo et coram angelis eius
2,7! 6 qui habet aurem audiat quid Spiritus
dicat ecclesiis
7 et angelo Philadelphiae ecclesiae
scribe
6,10 haec dicit sanctus et verus qui habet
Is 22,22! clavem David
qui aperit et nemo cludit
et cludit et nemo aperit
8 scio opera tua
4,1; I Cor 16,9; II Cor 2,12 ecce dedi coram te ostium apertum
quod nemo potest cludere
quia modicam habes virtutem
2,13! et servasti verbum meum et non ne-
gasti nomen meum
2,9 9 ecce dabo de synagoga Satanae
qui dicunt se Iudaeos esse et non
sunt sed mentiuntur
Is 60,14! ecce faciam illos ut veniant et ado-
rent ante pedes tuos
et scient quia ego dilexi te
10 quoniam servasti verbum patientiae
meae
II Pt 2,9 et ego te servabo ab hora temptatio-
nis quae ventura est in orbem uni-
versum
temptare habitantes in terra
1,3! 2,25; 22,7! 11 venio cito
tene quod habes ut nemo accipiat
coronam tuam
12 qui vicerit faciam illum columnam
in templo Dei mei
et foras non egredietur amplius
14,1; 22,4 et scribam super eum nomen Dei
mei
et nomen civitatis Dei mei novae
21,2.10 Hierusalem
quae descendit de caelo a Deo meo
et nomen meum novum
2,7! 13 qui habet aurem audiat quid Spiri-
tus dicat ecclesiis

14 et angelo Laodiciae ecclesiae scribe
haec dicit Amen testis fidelis et verus 1,5
qui est principium creaturae Dei Col 1,15!
15 scio opera tua
quia neque frigidus es neque calidus
utinam frigidus esses aut calidus
16 sed quia tepidus es et nec frigidus nec
calidus
incipiam te evomere ex ore meo
17 quia dicis quod dives sum et locu-
pletatus et nullius egeo
et nescis quia tu es miser et miserabi-
lis et pauper et caecus et nudus
18 suadeo tibi emere a me aurum igni- I Pt 1,7
tum probatum ut locuples fias
et vestimentis albis induaris 5!
et non appareat confusio nuditatis 16,15
tuae
et collyrio inungue oculos tuos ut
videas
19 ego quos amo arguo et castigo Prv 3,12; Hbr 12,6
aemulare ergo et paenitentiam age
20 ecce sto ad ostium et pulso Mt 24,33; Mc 13,29; Iac 5,9
si quis audierit vocem meam et ape-
ruerit ianuam
introibo ad illum et cenabo cum illo 20,21; Lc 22,30!
et ipse mecum
21 qui vicerit dabo ei sedere mecum in
throno meo
sicut et ego vici et sedi cum Patre
meo in throno eius
22 qui habet aurem audiat quid Spiritus 2,7!
dicat ecclesiis
4 post haec vidi et ecce ostium aper- 3,8!
tum in caelo
et vox prima quam audivi tamquam 1,10
tubae loquentis mecum dicens
ascende huc et ostendam tibi quae
oportet fieri post haec 1,1!
2 statim fui in spiritu 1,10
et ecce sedis posita erat in caelo Dn 7,9!
et supra sedem sedens
3 et qui sedebat similis erat aspectui

7 et[4] *om.* AIΦ co | 8 modicum G | 9 ~ esse iudaeos Λ | 10 ~ seruabo te FS c | ad horam FS | in terram AI | 11 ecce uenio FΛSΦ c | 12 egreditur G | eum] illum ΛC | et[3] — mei[3] *om.* F | descendet FGI. | meum *om.* FS | 13 aures FSΦ | 14 ~ ecclesiae laodiciae FS | 16 et — calidus *om.* Λ | 17 dices FΛS | 20 aperuerit + mihi c | intrabo I c | 22 aures FSΦ || 4,1 et[1] *om.* FΛS | apertum est Λ | tuba FGS | 2 et statim c | super A | sedem *om.* FS |

FGAΛ ISCΦ cob

lapidis iaspidis et sardini
et iris erat in circuitu sedis similis
visioni zmaragdinae
4 et in circuitu sedis sedilia viginti
quattuor
11,16 et super thronos viginti quattuor se-
3,5! 7,9! 19,14! niores sedentes circumamictos ves-
timentis albis
et in capitibus eorum coronas aure-
as
8,5! 5 et de throno procedunt fulgura et
voces et tonitrua
et septem lampades ardentes ante
1,4; 3,1; 5,6; 8,2 thronum quae sunt septem spiritus
Dei
6 et in conspectu sedis tamquam mare
vitreum simile cristallo
et in medio sedis et in circuitu sedis
Ez 1,18 quattuor animalia plena oculis ante
et retro
Ez 10,14! 7 et animal primum simile leoni
et secundum animal simile vitulo
et tertium animal habens faciem
quasi hominis
et quartum animal simile aquilae
volanti
Is 6,2 8 et quattuor animalia singula eorum
habebant alas senas
et in circuitu et intus plena sunt oculis
et requiem non habent die et nocte
dicentia
16,5; Is 6,3 sanctus sanctus sanctus Dominus
Deus omnipotens
1,4.8; 11,17 qui erat et qui est et qui venturus est
9 et cum darent illa animalia gloriam
Dn 4,31 et honorem et benedictionem se-
denti super thronum
viventi in saecula saeculorum
5,14; 7,11; 11,16; 19,4 10 procident viginti quattuor seniores
ante sedentem in throno
et adorabunt viventem in saecula
saeculorum
et mittent coronas suas ante thro-
num dicentes
11 dignus es Domine et Deus noster ac- 5,12 7,12! 19,1
cipere gloriam et honorem et vir-
tutem
quia tu creasti omnia Eph 3,9! Hbr 3,4
et propter voluntatem tuam erant et
creata sunt
5 et vidi in dextera sedentis super thro- 7
num librum scriptum intus et foris Ez 2,9
signatum sigillis septem
2 et vidi angelum fortem praedicantem 10,1
voce magna
quis est dignus aperire librum et sol- 5,9
vere signacula eius
3 et nemo poterat in caelo neque in 13
terra neque subtus terram aperire
librum neque respicere illum
4 et ego flebam multum quoniam ne-
mo dignus inventus est aperire lib-
rum nec videre eum
5 et unus de senioribus dicit mihi
ne fleveris
ecce vicit leo de tribu Iuda radix Da-
vid
aperire librum et septem signacula 2!
eius
6 et vidi et ecce in medio throni et 7,17
quattuor animalium et in medio se-
niorum
agnum stantem tamquam occisum 12; 13,8
habentem cornua septem et oculos 3,1; 4,5!
septem
qui sunt spiritus Dei missi in omnem
terram
7 et venit et accepit de dextera sedentis 1
de throno
8 et cum aperuisset librum
quattuor animalia et viginti quattuor
seniores ceciderunt coram agno

FGAΛ ISCΦ cɒ 3 sardinis ¢ | uisionis AI | 4 uiginti[1] + et GΛ | supra ΛIC | circumamicti ¢ | coronae aureae ¢ | 5 procedebant ¢ | lampadas ΛS | quae] qui GI¢ | 6 et[3] — sedis *om.* Λ | ante + se GI | 7 uolantis FS | 8 habent] habebant ΛISΦ¢ | die ac A ¢ | 10 procident FCɒ𝔊] procedent IS; procidunt Λ; procedunt G; procidebant ¢; procedebant AΦ | adorabant FACΦ¢ | mittebant Φ¢; mittentes S | 11 et[1] GA. 𝔊] *om. cet.* || 5,1 in dexteram AΛ | supra GIΦ¢ | foras F | 2 quis] qui A | 3 poterat + neque S¢ | subtus terra FSC; sub terra Λ | prospicere Λ | 5 dixit A ¢ | et[2] + soluere ¢ | 6 sunt + septem ΛSCΦ¢ | 7 accepit + librum AC | de[2]] in ΛIC cɒ | throno + librum FSΦ¢ |

8,3 habentes singuli citharas et fialas au-
reas plenas odoramentorum quae
sunt orationes sanctorum
14,3; Ps 97,1! 9 et cantant novum canticum dicentes
2! dignus es accipere librum et aperire
signacula eius
14,4 quoniam occisus es et redemisti nos
Deo in sanguine tuo
7,9 ex omni tribu et lingua et populo et
natione
1,6! 20,6! 10 et fecisti eos Deo nostro regnum et
sacerdotes et regnabunt super ter-
ram
11 et vidi et audivi vocem angelorum
multorum in circuitu throni et ani-
malium et seniorum
et erat numerus eorum milia milium
19,11 12 dicentium voce magna
6; 13,8 dignus est agnus qui occisus est
4,11; 7,12 accipere virtutem et divinitatem et
sapientiam et fortitudinem
et honorem et gloriam et benedictio-
nem
3; Phil 2,10 13 et omnem creaturam quae in caelo
est et super terram et sub terram
et quae sunt in mari et quae in ea
omnes audivi dicentes sedenti in
7,10! throno et agno
I Pt 4,11! benedictio et honor et gloria et po-
testas in saecula saeculorum
19,4 14 et quattuor animalia dicebant amen
4,10! et seniores ceciderunt et adoraverunt
3.5.7.9.12; 8,1 6 et vidi quod aperuisset agnus unum
de septem signaculis
3.5.7 et audivi unum de quattuor animali-
bus dicentem tamquam vocem to-
nitrui veni 2 et vidi
19,11; Za 6,3! et ecce equus albus
et qui sedebat super illum habebat
arcum
et data est ei corona
et exivit vincens ut vinceret
3 et cum aperuisset sigillum secundum 1!
audivi secundum animal dicens veni
4 et exivit alius equus rufus Za 6,2!
et qui sedebat super illum datum est
ei ut sumeret pacem de terra
et ut invicem se interficiant
et datus est illi gladius magnus
5 et cum aperuisset sigillum tertium 1!
audivi tertium animal dicens veni et
vidi
et ecce equus niger Za 6,2!
et qui sedebat super eum habebat
stateram in manu sua
6 et audivi tamquam vocem in medio
quattuor animalium dicentem
bilibris tritici denario
et tres bilibres hordei denario
et vinum et oleum ne laeseris
7 et cum aperuisset sigillum quartum 1!
audivi vocem quarti animalis dicentis
veni et vidi
8 et ecce equus pallidus Za 6,3!
et qui sedebat desuper nomen illi
Mors
et inferus sequebatur eum
et data est illi potestas super quat-
tuor partes terrae
interficere gladio fame et morte et
bestiis terrae
9 et cum aperuisset quintum sigillum 1!
vidi subtus altare animas interfecto-
rum
propter verbum Dei et propter testi- 1,2.9; 20,4
monium quod habebant
10 et clamabant voce magna dicentes
usquequo Domine sanctus et verus 3,7

8 citharas] thiaras FS | 9 cantabant c | ~ canticum nouum ΛΦc | dignus es + domine Φc | deo *om.* Λ | 10 eos] nos FΛSΦc | regnabimus c | 13 est *om.* Λ | et super terram et sub terram AI] et (+ quae Φ) super terram et (+ quae C) sub terra ΛCΦc; et super terram FGSo | ea] eo ΛCc | 14 et² + uiginti quattuor Φc | ceciderunt + in facies suas Φc | adorauerunt + uiuentem in saecula saeculorum c || 6,1 quod] cum Λ | signaculis] sigillis FSCc | dicens Λc | 2 uidi GAIo] uide FΛSC; uide et uidi Φc | illum] eum G | [*adest* r *usque ad v.* 15] | 3 ueni + et uide ΛΦc | 4 interficerent F; interficient S | illi] ei c | 5 ~ animal tertium Λ | et uidi] uidi G; et uide ΛCΦc | eum] illum c. | statera FA | 6 dicentem ACΦo𝔊] dicentium *cet.* | et² — denario² *om.* G | 7 et uidi] uidi G; et uide ΛCΦc | 8 desuper] super eum FAIS c | infernus FAISΦrc | terrae + et Λ | 9 ~ sigillum quintum ΛSCc | subtus] sub GΛ |

FGAΛ ISCΦ(r) cob

19,2! non iudicas et vindicas sanguinem
nostrum de his qui habitant in terra
3,5! IV Esr 2,39 11 et datae sunt illis singulae stolae albae
Dn 12,13 et dictum est illis ut requiescerent
tempus adhuc modicum
donec impleantur conservi eorum et
fratres eorum qui interficiendi sunt
sicut et illi
1! 12 et vidi cum aperuisset sigillum sextum
16,18! et terraemotus factus est magnus
Is 50,3; Ioel 2,31! 12.13: Mt 24,29! et sol factus est niger tamquam saccus cilicinus
Mc 13,24.25 et luna tota facta est sicut sanguis
13 et stellae caeli ceciderunt super terram
sicut ficus mittit grossos suos cum
vento magno movetur
Is 34,4! 14 et caelum recessit sicut liber involutus
16,20 et omnis mons et insulae de locis suis
motae sunt
19,18 15 et reges terrae et principes et tribuni
et divites et fortes et omnis servus
et liber
15.16: Is 2,19! absconderunt se in speluncis et petris montium
Os 10,8; Lc 23,30 16 et dicunt montibus et petris cadite
super nos
et abscondite nos a facie sedentis super thronum et ab ira agni
Ioel 2,11! 17 quoniam venit dies magnus irae ipsorum
et quis poterit stare
7 post haec vidi quattuor angelos stantes super quattuor angulos terrae
tenentes quattuor ventos terrae
9,4 ne flaret ventus super terram neque
super mare neque in ullam arborem
2 et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis
habentem signum Dei vivi
et clamavit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terrae
et mari 3 dicens
nolite nocere terrae neque mari neque arboribus 9,4
quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum Ez 9,4; IV Esr 6,5
4 et audivi numerum signatorum IV Esr 2,38
centum quadraginta quattuor milia
signati
ex omni tribu filiorum Israhel
5 ex tribu Iuda duodecim milia signati
ex tribu Ruben duodecim milia
ex tribu Gad duodecim milia
6 ex tribu Aser duodecim milia
ex tribu Nepthalim duodecim milia
ex tribu Manasse duodecim milia
7 ex tribu Symeon duodecim milia
ex tribu Levi duodecim milia
ex tribu Issachar duodecim milia
8 ex tribu Zabulon duodecim milia
ex tribu Ioseph duodecim milia
ex tribu Beniamin duodecim milia
signati
9 post haec vidi turbam magnam quam IV Esr 2,42
dinumerare nemo poterat
ex omnibus gentibus et tribubus et 5,9
populis et linguis
stantes ante thronum et in conspectu
agni
amicti stolas albas 13; 4,4!
et palmae in manibus eorum
10 et clamabant voce magna dicentes 5,13; 19,1!
salus Deo nostro qui sedet super 19,4; 21,5; Ps 46,9
thronum et agno
11 et omnes angeli stabant in circuitu
throni et seniorum et quattuor animalium
et ceciderunt in conspectu throni in 4,10!

FGAΛ ISCΦ(r) cɒb 10 et non uindicas c | his] iis c. | in terra Φ r cɒ] in terram GIC; super terram AΛ; terram S; terra F | 11 illis singulae GCΦ r cɒ] eis singulae AΛ; singulae eorum S; singulae FI | ~ adhuc tempus Λ cɒ | impleatur AC r; compleantur c | conserui] numerus conseruorum SC; numerus conserui r | et fratres eorum *om.* FS | 12 uidi + et AΦ | et[2] *om.* Cr; + ecce Φ c | ~ magnus factus est c | 13 caeli] de caelo c.; *om.* FS | emittit c | a uento FSΦ c | mouentur Λ | 15 [*desinit* r] | et in petris A c | 16 supra thronum ΛΦ ‖ 7,1 super[1]] supra ACΦ | flaret uentus] flarent FSΦ c | 2 terram et mare ΛC | 3 terram neque mare neque arbores ΛC | neque[1]] et AΦ c | 5 milia[2] — 8 milia[2]] *post* milia *semper add.* signati AICΦ c | 9 et[4] *om.* ΛCΦ | stolis albis ΛΦ c; stola alba I. | 10 sedit A |

facies suas
et adoraverunt Deum 12 dicentes
amen
4,11! 5,12; III Esr 4,59 benedictio et claritas et sapientia et
gratiarum actio
et honor et virtus et fortitudo Deo
nostro in saecula saeculorum amen
IV Esr 2,44 13 et respondit unus de senioribus di-
cens mihi
9! hii qui amicti sunt stolis albis qui
sunt et unde venerunt
Ez 37,3 14 et dixi illi domine mi tu scis
et dixit mihi
hii sunt qui veniunt de tribulatione
magna
22,14; Gn 49,11 et laverunt stolas suas et dealbave-
runt eas in sanguine agni
15 ideo sunt ante thronum Dei
et serviunt ei die ac nocte in templo
eius
21,3! Io 1,14 et qui sedet in throno habitabit su-
per illos
16,17; Is 49,10! 16 non esurient neque sitient amplius
neque cadet super illos sol neque ul-
lus aestus
5,6 17 quoniam agnus qui in medio throni
est reget illos
Ps 22,2 et deducet eos ad vitae fontes aqua-
rum
21,4; Is 25,8 et absterget Deus omnem lacrimam
ex oculis eorum
6,1! **8** et cum aperuisset sigillum septimum
factum est silentium in caelo quasi
media hora
4,5! 2 et vidi septem angelos stantes in con-
spectu Dei
et datae sunt illis septem tubae
3 et alius angelus venit et stetit ante
altare
habens turibulum aureum 5,8
et data sunt illi incensa multa
ut daret orationibus sanctorum om-
nium super altare aureum quod est
ante thronum
4 et ascendit fumus incensorum de Ps 140,2
orationibus sanctorum de manu
angeli coram Deo
5 et accepit angelus turibulum et im- Ez 10,2
plevit illud de igne altaris et misit
in terram
et facta sunt tonitrua et voces et ful- 4,5; 11,19; 16,18!
gora et terraemotus
6 et septem angeli qui habebant sep-
tem tubas paraverunt se ut tuba
canerent
7 et primus tuba cecinit 8.10.12; 9,1.13; 11,15
et facta est grando et ignis mixta in
sanguine
et missum est in terram
et tertia pars terrae conbusta est
et tertia pars arborum conbusta est
et omne faenum viride conbustum
est
8 et secundus angelus tuba cecinit 7!
et tamquam mons magnus igne ar-
dens missus est in mare
et facta est tertia pars maris sanguis
9 et mortua est tertia pars creaturae
quae habent animas
et tertia pars navium interiit
10 et tertius angelus tuba cecinit 7! 9,1
et cecidit de caelo stella magna ar- Is 14,12!
dens tamquam facula
et cecidit in tertiam partem fluminum
et in fontes aquarum
11 et nomen stellae dicitur Absinthius
et facta est tertia pars aquarum in
absinthium

12 et[4] *om.* c | amen[2] *om.* Λ | 13 respondens GI | dicit GS; et dixit c. | stolas albas AC | 14 mi *om.* Λ | ueniunt FGo, *cf.* 𝔊] uenerunt *cet.* | 15 sedit FS | illos] eos Λ | 16 neque[2]] nec co. | 17 deducit AC | eos] illos Λ | deus *om.* FS | ex] ab Φc ‖ 8,3 datae sunt A | ut daret de orationibus ΛΦc; quae sunt orationes FS | ante thronum dei c; in conspectu dei FS | 4 sanctorum + omnium super altare aureum quod est ante thronum (in conspectu throni S) et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum FS. | 5 terraemotus + magnus Φc; + factus magnus G | ~ fulgura et uoces Λ | 6 praeparauerunt c | tubicinarent F | 7 primus GΛC] + angelus *cet.* | mixta in sanguinem A; inmixta sanguine Λ | et[6] — conbusta est[2] *om.* Λ | conbusta[2]] concremata c | 9 creaturae + eorum c. | habebant Φc | animas + in mari Cc | 10 ~ stella de caelo Λ | in tertiam] in terram in FS. | in[2] *om.* FIS | 11 absinthus G.; absinthium Λc | absintum G |

FGAΛ ISCΦ cob

et multi hominum mortui sunt de
aquis quia amarae factae sunt
7! 12 et quartus angelus tuba cecinit
et percussa est tertia pars solis et ter-
tia pars lunae et tertia pars stella-
rum
ut obscuraretur tertia pars eorum et
diei non luceret pars tertia et nox
similiter
13 et vidi et audivi vocem unius aquilae
volantis per medium caelum
dicentis voce magna
vae vae vae habitantibus in terra
de ceteris vocibus tubae trium ange-
lorum qui erant tuba canituri
8,7.10! 9 et quintus angelus tuba cecinit
et vidi stellam de caelo cecidisse in
terram
20,1 et data est illi clavis putei abyssi
IV Esr 7,36 2 et aperuit puteum abyssi
Gn 19,28 et ascendit fumus putei sicut fumus
fornacis magnae
et obscuratus est sol et aer de fumo
putei
3 et de fumo exierunt lucustae in ter-
ram
et data est illis potestas sicut habent
potestatem scorpiones terrae
7,1.3! 4 et praeceptum est illis ne laederent
faenum terrae
neque omne viride
neque omnem arborem
Ez 9,6 nisi tantum homines qui non habent
signum Dei in frontibus
5 et datum est illis ne occiderent eos
sed ut cruciarentur mensibus quin-
que
et cruciatus eorum ut cruciatus scor-
pii cum percutit hominem
Iob 3,21 6 et in diebus illis quaerent homines
mortem et non invenient eam
et desiderabunt mori et fugiet mors
ab ipsis
7 et similitudines lucustarum similes
equis paratis in proelium Ioel 2,4
et super capita earum tamquam co-
ronae similes auro
et facies earum sicut facies homi-
num
8 et habebant capillos sicut capillos
mulierum
et dentes earum sicut leonum erant Ioel 1,6
9 et habebant loricas sicut loricas fer-
reas
et vox alarum earum sicut vox cur-
ruum equorum multorum curren- Ioel 2,5
tium in bellum
10 et habebant caudas similes scorpio- 19
num
et aculei in caudis earum
potestas earum nocere hominibus
mensibus quinque
11 et habebant super se regem angelum
abyssi
cui nomen hebraice Abaddon
graece autem Apollyon
et latine habet nomen Exterminans
12 vae unum abiit 11,14
ecce veniunt adhuc duo vae post haec
13 et sextus angelus tuba cecinit 8,7!
et audivi vocem unum ex cornibus
altaris aurei quod est ante oculos
Dei
14 dicentem sexto angelo qui habebat
tubam
solve quattuor angelos qui alligati
sunt in flumine magno Eufrate
15 et soluti sunt quattuor angeli qui pa-
rati erant in horam et diem et men-
sem et annum

FGAΛ ISCΦ ϲob

11 homines FSΦ | 12 ut] ita ut Φϲ | et⁵] ut FS | lucerent FS | noctis ΛSϲ; nocte FΦ | 13 caeli ϲ | in terram ΛIS; super terram A. | tubae *om.* ΛSΦϲ || 9,1 illi] ei ϲ | 2 et aperuit puteum abyssi *om.* A | fumus² *om.* FS | 3 fumo + putei FΦϲ | 4 laederent] delerent GI | neque omne uiride *om.* Λ | frontibus + suis FGSΦϲo | 5 cruciarent ϲ | 6 et¹ *om.* AΛ | ~ mors fugiet FS | ipsis] eis FΛSϲ | 7 in] ad Λ | earum¹] eorum A | sicut] tamquam ϲ. | 8 sicut capillos *om.* FGS | sicut² + dentes Λϲ | 9 earum] illarum ΛC | 10 aculei + erant FSΦϲ | potestas] *praem.* et ϲ; + autem I. | homines ΛC | 11 habent FSC | angelorum AI; *om.* G. | autem *om.* FS. | et² *om.* Λϲ | habens nomen Φϲ; *om.* FS | 12 et ecce GCΦϲ | 13 unam Cϲ; unius Λ | ex] de G; + quattuor ϲ | 14 habet A | 15 erant] sunt G |

ut occiderent tertiam partem hominum
16 et numerus equestris exercitus vicies
milies dena milia
audivi numerum eorum
17 et ita vidi equos in visione
et qui sedebant super eos habentes
loricas igneas et hyacinthinas et
sulphureas
et capita equorum erant tamquam
capita leonum
et de ore ipsorum procedit ignis et
fumus et sulphur
18 ab his tribus plagis occisa est tertia
pars hominum
de igne et fumo et sulphure qui procedebat ex ore ipsorum
19 potestas enim equorum in ore eorum
est et in caudis eorum
nam caudae illorum similes serpentibus habentes capita et in his nocent
20 et ceteri homines qui non sunt occisi
in his plagis
2,21; 16,9.11 neque paenitentiam egerunt de operibus manuum suarum
Dn 5,23! ut non adorarent daemonia et simulacra aurea et argentea et aerea et
lapidea et lignea
quae neque videre possunt neque
audire neque ambulare
2,21; 16,11 21 et non egerunt paenitentiam ab homicidiis suis
neque a veneficiis suis
neque a fornicatione sua
neque a furtis suis
5,2; 18,1 **10** et vidi alium angelum fortem descendentem de caelo amictum
nube
et iris in capite eius
et facies eius erat ut sol 1,16! Mt 17,2!
et pedes eius tamquam columna ignis
2 et habebat in manu sua libellum
apertum
et posuit pedem suum dextrum supra
mare
sinistrum autem super terram
3 et clamavit voce magna quemadmodum cum leo rugit Os 11,10!
et cum clamasset locuta sunt septem
tonitrua voces suas
4 et cum locuta fuissent septem tonitrua
scripturus eram
et audivi vocem de caelo dicentem 8; 12,10! Mt 3,17!
signa quae locuta sunt septem tonitrua et noli ea scribere
5 et angelum quem vidi stantem supra 8
mare et supra terram
levavit manum suam ad caelum 6 et 5.6: Dn 12,7!
iuravit per viventem in saecula saeculorum 1,18
qui creavit caelum et ea quae in illo 14,7; II Esr 9,6! Act 4,24! 14,14; 17,24
sunt
et terram et ea quae in ea sunt
et mare et quae in eo sunt
quia tempus amplius non erit
7 sed in diebus vocis septimi angeli
cum coeperit tuba canere
et consummabitur mysterium Dei Am 3,7
sicut evangelizavit per servos suos Lc 1,70; Rm 1,2! Act 3,18.21
prophetas
8 et vox quam audivi de caelo iterum 4!
loquentem mecum et dicentem
vade accipe librum apertum de manu
angeli stantis supra mare et supra 5
terram
9 et abii ad angelum dicens ei ut daret 9.10: Ez 3,3!
mihi librum

16 et audiui C c | 17 habentes] habebant IS co | ipsorum] eorum c | 18 ab] et ab Λ c | et[1] + de Λ c | quae procedebant de c | 19 eorum[1]] equorum G.; ipsorum Λ | nam + et A | illorum] eorum ASCΦco | habentibus ΛC | 20 in] ab G | his *om.* FS | adorent GA | 21 neque a beneficiis suis FA; *om.* ΛC | neque[2] — suis[2] *om.* G. || **10**,1 nubem G | iris + erat FS | columnae C c | 2 supra] super FAS co | super] supra Λ | 3 cum[1] *om.* ΛI | 4 tonitrua[1] + uoces suas IΦ; + uoces suas ego c | dicentem + mihi c | et[3] GΛIc𝔊] *om. cet.* | ea] eas FS | 5 angelus ΛΦco | stare ΛC | super[1] Gc | super[2] GIc | 6 illo] eo Ic | ea[2] *om.* ΛI | quae[3]] ea quae AΦ co | ~ non erit amplius c. | 7 et GAΛ𝔊] *om. cet.* | 8 uocem quam audiui I; audiui uocem c. | et[2] *om.* A | uade + et c | super[1.2] c |

FGAΛ ISCΦ co𝔟

et dicit mihi accipe et devora illum
et faciet amaricare ventrem tuum
sed in ore tuo erit dulce tamquam mel
10 et accepi librum de manu angeli et devoravi eum
et erat in ore meo tamquam mel dulce
et cum devorassem eum amaricatus est venter meus
Dn 3,4 11 et dicunt mihi oportet te iterum prophetare populis et gentibus et linguis et regibus multis
Ez 40,5 **11** et datus est mihi calamus similis virgae dicens
surge et metire templum Dei et altare et adorantes in eo
2 atrium autem quod est foris templum eice foras et ne metieris eum
quoniam datum est gentibus
Lc 21,24! et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus
3 et dabo duobus testibus meis et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccos
Za 4,14 4 hii sunt duo olivae et duo candelabra in conspectu Domini terrae stantes
5 et si quis eos voluerit nocere
ignis exiet de ore illorum et devorabit inimicos eorum
et si quis voluerit eos laedere sic oportet eum occidi
6 hii habent potestatem cludendi caelum ne pluat diebus prophetiae ipsorum (III Rg 17,1!)
Ex 7,20! et potestatem habent super aquas convertendi eas in sanguinem
et percutere terram omni plaga quotienscumque voluerint
7 et cum finierint testimonium suum
bestia quae ascendit de abysso faciet adversus illos bellum et vincet eos 12,17; 13,1! 7; 17,8; 19,19; Dn 7,21
et occidet illos
8 et corpora eorum in plateis civitatis magnae quae vocatur spiritaliter Sodoma et Aegyptus
ubi et Dominus eorum crucifixus est
9 et videbunt de populis et tribubus et linguis et gentibus corpora eorum per tres dies et dimidium
et corpora eorum non sinunt poni in monumentis
10 et inhabitantes terram gaudebunt super illis et iucundabuntur Io 16,20
et munera mittent invicem
quoniam hii duo prophetae cruciaverunt eos qui inhabitant super terram
11 et post dies tres et dimidium
spiritus vitae a Deo intravit in eos et steterunt super pedes suos Ez 37,10!
et timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos Act 5,5!
12 et audierunt vocem magnam de caelo dicentem illis ascendite huc
et ascenderunt in caelum in nube
et viderunt illos inimici eorum
13 et in illa hora factus est terraemotus magnus 16,18! Act 16,26!
et decima pars civitatis cecidit
et occisi sunt in terraemotu nomina hominum septem milia
et reliqui in timore sunt missi
et dederunt gloriam Deo caeli
14 vae secundum abiit 9,12

FGAΛ ISCΦ cɒ 9 dicit] dixit c | accipe + librum cɒ | illum] eum A. | amaricari ΛI c | 10 libellum G | eum[1]] illum c | uorassem Λ | 11 et[1] *om.* FS | dicunt GAC ɒ] dixit c; dicit *cet.* | ~ gentibus et populis c || **11,1** dicens] et dictum est mihi c | 2 autem *om.* FS | foris] foras GS | metiaris AΛ c | eum] illud Λ c | datus FS | quadraginta + et F | 3 saccis Φ c | 4 duo[1] GAɒ] duae *cet.* | et duo candelabra *om.* FS. | domini *om.* A | 5 eos uoluerit] ~ uoluerit eos c. | illorum] ipsorum A; eorum c | eorum] illorum ΛC | 6 in diebus FS | ipsorum] eorum FΛ | in sanguine F | 7 ascendet G | illos[1]] eos c | eos] illos AΦ cɒ; *om.* C | illos[2]] eos Λ c | 8 eorum[1] + iacebunt ΛΦ c; + iacent I. | magnae + iacebunt C | 9 ~ tribubus et populis c. | et de tribubus Λ | tribus diebus (*om.* per) et dimidio Λ | sinent c | 10 habitantes G | super illos FSC cɒ | ~ mittent munera Λ | habitant AIΦ; habitabant c | super[2] *om.* FS | 11 cecidit] accidit FS | uidebant FS | 12 illis] eis c. | illos] eos FS | 13 occisa FSC c | in[2]] de FS | in timorem AC cɒ |

ecce vae tertium veniet cito
8,7! [15]et septimus angelus tuba cecinit
12,10! et factae sunt voces magnae in caelo
dicentes
Dn 2,44! factum est regnum huius mundi Domini nostri et Christi eius
Ml 4,7! et regnabit in saecula saeculorum
4,4 [16]et viginti quattuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis
4,10! ceciderunt in facies suas et adoraverunt Deum [17]dicentes
gratias agimus tibi Domine Deus
1,4.8; 4,8 omnipotens qui es et qui eras
19,6 quia accepisti virtutem tuam magnam et regnasti
[18]et iratae sunt gentes
et advenit ira tua et tempus mortuorum iudicari
et reddere mercedem servis tuis prophetis et sanctis et timentibus nomen tuum
pusillis et magnis
et exterminandi eos qui corruperunt terram
15,5 [19]et apertum est templum Dei in caelo
et visa est arca testamenti eius in templo eius
8,5! 16,18! et facta sunt fulgora et voces et terraemotus et grando magna
12 et signum magnum paruit in caelo
mulier amicta sole et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stellarum duodecim
Is 26,17! Io 16,21 [2]et in utero habens et clamat parturiens et cruciatur ut pariat
15,1 [3]et visum est aliud signum in caelo
et ecce draco magnus rufus habens
13,1; 17,3 capita septem et cornua decem
et in capitibus suis septem diademata
[4]et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli Dn 8,10
et misit eas in terram
et draco stetit ante mulierem quae erat paritura
ut cum peperisset filium eius devoraret
[5]et peperit filium masculum qui recturus erit omnes gentes in virga ferrea 2,27! Ps 2,9!
et raptus est filius eius ad Deum et ad thronum eius
[6]et mulier fugit in solitudinem ubi habet locum paratum a Deo 14; IV Esr 10,3
ut ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta
[7]et factum est proelium in caelo
Michahel et angeli eius proeliabantur cum dracone Iud 9
et draco pugnabat et angeli eius
[8]et non valuerunt neque locus inventus est eorum amplius in caelo
[9]et proiectus est draco ille magnus serpens antiquus qui vocatur Diabolus et Satanas 20,2; Lc 10,18! Io 12,31!
qui seducit universum orbem
proiectus est in terram et angeli eius cum illo missi sunt
[10]et audivi vocem magnam in caelo dicentem 10,4! 11,15; 19,1!
nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius
quia proiectus est accusator fratrum nostrorum Io 12,31!
qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte
[11]et ipsi vicerunt illum propter sanguinem agni et propter verbum testi- Rm 8,37; I Io 2,14

14 ecce] et ecce AΛ c; *om.* FS | 15 et[3] + iesu FS | regnauit FAIS | saeculorum + amen C c | 16 suis *om.* ΛS | 17 ~ tibi agimus A | deus + noster G | eras + et qui uenturus es c | quia GC co] et quia FS; qui AΦ; et qui IΛ | 18 iudicare FS | et[4] *om.* Λ | et exterminandi] *praem.* perdendi G || **12,1** paruit GAΛ] apparuit *cet.* | coronam FI | 2 et[2] *om.* c | clamabat FSΦ c; clamans A | cruciabatur c | pareat ASΦ | 3 suis] eius FΛSC c | ~ diademata septem c | 5 erit] erat c; est C | 6 habebat c | praeparatum Λ | illam] eam c | 7 proelium + magnum c | 8 ~ amplius eorum AIΦ | 9 ~ antiquus serpens Λ | seducet A; producit I. | orbem + et c | 10 dei[1]] domini AIΦ | dei[2]] domini AISΦ | 11 et[1] *om.* Λ | illum] eum c. | FGAΛ ISCΦ co

monii sui
et non dilexerunt animam suam usque ad mortem
18,20 12 propterea laetamini caeli et qui habitatis in eis
vae terrae et mari quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam
sciens quod modicum tempus habet
13 et postquam vidit draco quod proiectus est in terram
persecutus est mulierem quae peperit masculum
14 et datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae
6! ut volaret in desertum in locum suum
Dn 12,7! ubi alitur per tempus et tempora et dimidium temporis a facie serpentis
15 et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tamquam flumen ut eam faceret trahi a flumine
16 et adiuvit terra mulierem
et aperuit terra os suum et absorbuit flumen quod misit draco de ore suo
17 et iratus est draco in mulierem
11,7! 13,7 et abiit facere proelium cum reliquis de semine eius
14,12 qui custodiunt mandata Dei et ha-
19,10 bent testimonium Iesu
18 et stetit super harenam maris
11,7! Dn 7,3 **13** et vidi de mare bestiam ascenden-
12,3; 17,3 tem habentem capita septem et cornua decem
et super cornua eius decem diademata
et super capita eius nomina blasphemiae
2 et bestiam quam vidi similis erat pardo
et pedes eius sicut ursi
et os eius sicut os leonis
et dedit illi draco virtutem suam et potestatem magnam
3 et unum de capitibus suis quasi occisum in mortem
et plaga mortis eius curata est 3,4: 12
et admirata est universa terra post 17,8
bestiam
4 et adoraverunt draconem quia dedit potestatem bestiae
et adoraverunt bestiam dicentes
quis similis bestiae
et quis poterit pugnare cum ea
5 et datum est ei os loquens magna et blasphemiae
et data est illi potestas facere menses quadraginta duo
6 et aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius
et tabernaculum eius et eos qui in caelo habitant
7 et datum est illi bellum facere cum 11,7! 12,17
sanctis et vincere illos
et data est ei potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem
8 et adorabunt eum omnes qui inhabitant terram
quorum non sunt scripta nomina in 17,8; 20,15! 21,27; Ps 68,29!
libro vitae agni qui occisus est ab 5,6.12
origine mundi
9 si quis habet aurem audiat 2,7!
10 qui in captivitatem in captivitatem Ier 43,11!
vadit
qui in gladio occiderit oportet eum Mt 26,52
gladio occidi
hic est patientia et fides sanctorum 14,12
11 et vidi aliam bestiam ascendentem de terra

FGAΛ ISCΦ cob

11 animam suam GAI𝔊] animas suas *cet.* | 13 est[1]] esset FΛ c | 14 ~ alae duae c | aquilae *om.* Λ | aletur Λ; alatur C | 15 ex ore suo *om.* Λ | ~ aquam post mulierem FS | 16 terram[1] A | mulierem — terra[2] *om.* GS. | 17 habent] habentes G; qui habent A. | iesu + christi ΛC c | 18 steti GC | supra FΛS c | harena FIΦ ‖ **13,**1 nomen FΛS | 2 bestia GIC co | sicut[1] + pedes c | 3 et[1] + uidi FSΦ c | suis] eius FSΦ | 4 quia] qui IS c | 5 os *om.* FS. | loqui FSC | et[2] *om.* A | blasphemias I c; blasfemiam Λ | illi] ei c | duo G; et duo F | 6 in blasphemia AΛC | 7 ~ est datum c. | illi] ei Λ | illos] eos c. | ei] illi C c | et[5] *om.* Λ | 8 adorauerunt Φ c | eam GS c | habitant AIC | ~ nomina scripta G | 9 aures FSΦ | 10 captiuitatem[1] + ducit Λ; + duxerit IΦ c | uadet C c | in gladio ... gladio] gladio ... gladio G; in gladio ... in gladio FIS |

et habebat cornua duo similia agni
et loquebatur sicut draco
12 et potestatem prioris bestiae omnem
faciebat in conspectu eius
3,4 et facit terram et inhabitantes in eam
adorare bestiam primam
cuius curata est plaga mortis
13 et fecit signa magna ut etiam ignem
faceret de caelo descendere in terram in conspectu hominum
14 et seducit habitantes terram propter
signa quae data sunt illi facere in conspectu bestiae
dicens habitantibus in terra ut faciant imaginem bestiae quae habet plagam gladii et vixit
15 et datum est illi ut daret spiritum
imagini bestiae
ut et loquatur imago bestiae
et faciat quicumque non adoraverint imaginem bestiae occidantur
16 et faciet omnes pusillos et magnos
et divites et pauperes et liberos et servos
14,9; 20,4 habere caracter in dextera manu aut in frontibus suis
17 et ne quis possit emere aut vendere
14,11! nisi qui habet caracter nomen bestiae aut numerum nominis eius
17,9 18 hic sapientia est
qui habet intellectum conputet numerum bestiae
numerus enim hominis est
et numerus eius est sescenti sexaginta sex
14 et vidi et ecce agnus stabat supra
montem Sion
et cum illo centum quadraginta
quattuor milia
habentes nomen eius et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis 3,12; 22,4
2 et audivi vocem de caelo tamquam 1,15! 19,6
vocem aquarum multarum et tamquam vocem tonitrui magni
et vocem quam audivi sicut citharoedorum citharizantium in citharis suis
3 et cantabant quasi canticum novum 5,9!
ante sedem et ante quattuor animalia et seniores
et nemo poterat discere canticum nisi illa centum quadraginta quattuor milia qui empti sunt de terra
4 hii sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati
virgines enim sunt
hii qui sequuntur agnum quocumque abierit
hii empti sunt ex hominibus primitiae Deo et agno 5,9
5 et in ore ipsorum non est inventum So 3,13!
mendacium
sine macula sunt
6 et vidi alterum angelum volantem
per medium caelum
habentem evangelium aeternum
ut evangelizaret sedentibus super terram
et super omnem gentem et tribum et linguam et populum
7 dicens magna voce
timete Deum et date illi honorem 15,4
quia venit hora iudicii eius
et adorate eum qui fecit caelum et terram et mare et fontes aquarum 10,6; Act 4,24! 14,14; 17,24
8 et alius angelus secutus est dicens

12 facit] fecit GAIΦ 𝔠𝔬 | habitantes GA 𝔠 | in ea ΛCΦ 𝔠𝔬 | 13 fecit] facit FS | in conspectum A | 14 seducet AS; seduxit 𝔠 | terram] in terram Φ; in terra 𝔠 | in terra] in terram FS | 15 ut et] et ut 𝔠; ut ΛI | faciat GAI] faciat ut C 𝔠𝔬; faciet ut FΛSΦ | adorauerint GΛ 𝔠𝔊] adorauerit FAISΦ 𝔬; honorauerit C | occidantur GAΛ 𝔠𝔊] occidatur *cet.* | 16 fecit Λ | caracterem ΛS 𝔠 | manu + sua 𝔠. | 17 qui] quis A | caracterem GΛIS 𝔠 | nomen G] nomine A; nominis FΛSCΦ 𝔬; uel nomen I; aut nomen 𝔠 | aut² *om.* Λ | 18 est³ *om.* C 𝔠 || **14,1** super FSC | illo] eo 𝔠 | 2 uocem² *om.* Λ | 3 discere G 𝔊] dicere *cet.* | 4 non sunt coinquinati] se non coinquinauerunt Λ | qui² GA𝔊] *praem.* sunt FS𝔬; *om. cet.* | ierit FSΦ 𝔠 | hominibus GΛΦ𝔠𝔬𝔊] omnibus FASC; omni I. | 5 ipsorum] eorum 𝔠 | sine macula enim sunt SC 𝔠; et sine macula sunt G.; + ante thronum dei S 𝔠 | 6 caeli 𝔠 | euangelizet Λ | 7 dicentem A | deum] dominum 𝔠 | et⁴ *om.* FS 𝔠 |

FGAΛ ISCΦ 𝔠𝔬𝔟

18,2; Is 21,9! cecidit cecidit Babylon illa magna
17,2; 18,3 quae a vino irae fornicationis suae
potionavit omnes gentes
[9]et alius angelus tertius secutus est
illos dicens voce magna
16,2; 19,20; 20,4 si quis adoraverit bestiam et imaginem eius
13,16 et acceperit caracterem in fronte sua
aut in manu sua
16,19; Ps 74,9! [10]et hic bibet de vino irae Dei qui
mixtus est mero in calice irae ipsius
et cruciabitur igne et sulphure in
conspectu angelorum sanctorum
et ante conspectum agni
19,3; Is 34,10 [11]et fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum ascendit
nec habent requiem die ac nocte qui
13,17; 16,2; 19,20; 20,4 adoraverunt bestiam et imaginem
eius
et si quis acceperit caracterem nominis eius
13,10 [12]hic patientia sanctorum est qui cus-
2,13! 12,17; Sir 2,21! todiunt mandata Dei et fidem Iesu
[13]et audivi vocem de caelo dicentem
scribe beati mortui qui in Domino
moriuntur
amodo iam dicit Spiritus
ut requiescant a laboribus suis
IV Esr 7,35 opera enim illorum sequuntur illos
[14]et vidi et ecce nubem candidam
Mt 24,30! et supra nubem sedentem similem
Filio hominis
habentem in capite suo coronam
auream
et in manu sua falcem acutam
18 [15]et alter angelus exivit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem
Ioel 3,13; Mc 4,29 mitte falcem tuam et mete
quia venit hora ut metatur
quoniam aruit messis terrae
[16]et misit qui sedebat supra nubem
falcem suam in terram et messa est
terra
[17]et alius angelus exivit de templo
quod est in caelo
habens et ipse falcem acutam
[18]et alius angelus de altari qui habet 15
potestatem supra ignem
et clamavit voce magna qui habebat
falcem acutam dicens
mitte falcem tuam acutam et vindemia botros vineae terrae
quoniam maturae sunt uvae eius
[19]et misit angelus falcem suam in terram et vindemiavit vineam terrae
et misit in lacum irae Dei magnum
[20]et calcatus est lacus extra civitatem
et exivit sanguis de lacu usque ad
frenos equorum
per stadia mille sescenta
15 et vidi aliud signum in caelo mag- 12,3
num et mirabile
angelos septem habentes plagas sep- 6; 17,1; 21,9
tem novissimas
quoniam in illis consummata est ira
Dei
[2]et vidi tamquam mare vitreum mixtum igne
et eos qui vicerunt bestiam et imaginem illius et numerum nominis
eius
stantes supra mare vitreum
habentes citharas Dei
[3]et cantant canticum Mosi servi Dei
et canticum agni dicentes
magna et mirabilia opera tua Domi- Dt 32,4; Dn 4,34
ne Deus omnipotens 16,7!
iustae et verae viae tuae rex saeculorum

FGAΛ ΙSCΦ cɒb 8 irae *om.* FS | potauit ΛCΦ c; potabit I | 9 alius *om.* ΛΦ c | ~ tertius angelus Λ c | 10 biberit FSΦ | quod mistum c; quia mixtus S | ante] in G | conspectu ΛI | 11 ascendet GΛICΦ c | ~ ascendet in saecula saeculorum c | accepit AΛC; accipit I | 12 patientiam G | est *om.* FGS | 13 dicentem + mihi c | illos] eos Λ | 14 super ΛI cɒ | 15 alter] alius c | supra Λ | et mete *om.* Λ | 16 super GΛI cɒ | demessa est terra c; messuit terram FΦ | 17 ~ angelus alius Λ | 18 angelus + exiuit Λ c | habet] habebat S c | super ΛC | magna + ad eum ΛΦ cɒ; + ad angelum I. | habebat] habet Λ | 19 suam + acutam c || **15,1** ~ septem plagas GI | 2 illius] eius Φ c | super Λ c | 3 cantant G.𝔊] cantantes *cet.* | mirabilia + sunt Λ c | uerae + sunt ΛS c | tuae + domine Λ | saeculorum] gentium Λ |

14,7 [4]quis non timebit Domine et magnificabit nomen tuum quia solus pius
II Th 1,12!
Ps 85,9! quoniam omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo
quoniam iudicia tua manifestata sunt
11,19 [5]et post haec vidi et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in caelo
1: 17,1; 21,9 [6]et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo
vestiti lapide mundo candido
1,13; Dn 10,5! et praecincti circa pectora zonis aureis
[7]et unus ex quattuor animalibus
dedit septem angelis septem fialas aureas plenas iracundiae Dei viventis in saecula saeculorum
III Rg 8,10.11! Is 6,4 [8]et impletum est templum fumo a maiestate Dei et de virtute eius
et nemo poterat introire in templum donec consummarentur septem plagae septem angelorum
16 et audivi vocem magnam de templo dicentem septem angelis
Ps 68,25! ite et effundite septem fialas irae Dei in terram
[2]et abiit primus et effudit fialam suam in terram
Ex 9,10 et factum est vulnus saevum ac pessimum in homines qui habent caracterem bestiae
14,9.11! 19,20
et eos qui adoraverunt imaginem eius
[3]et secundus effudit fialam suam in mare
et factus est sanguis tamquam mortui
et omnis anima vivens mortua est in mari
[4]et tertius effudit fialam suam super flumina et super fontes aquarum Ex 7,20!
et factus est sanguis
[5]et audivi angelum aquarum dicentem
iustus es qui es et qui eras sanctus quia haec iudicasti 4,8! Ps 118,137!
[6]quia sanguinem sanctorum et prophetarum fuderunt 18,24; Mt 23,35!
et sanguinem eis dedisti bibere digni sunt Sap 11,7
[7]et audivi altare dicens
etiam Domine Deus omnipotens vera et iusta iudicia tua 15,3! 19,2; Ps 118, 137!
[8]et quartus effudit fialam suam in solem
et datum est illi aestu adficere homines et igni
[9]et aestuaverunt homines aestu magno
et blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas 21
neque egerunt paenitentiam ut darent illi gloriam 9,20!
[10]et quintus effudit fialam suam super sedem bestiae
et factum est regnum eius tenebrosum
et conmanducaverunt linguas suas prae dolore
[11]et blasphemaverunt Deum caeli prae doloribus et vulneribus suis Is 8,21!
et non egerunt paenitentiam ex operibus suis 2,21; 9,20! 21
[12]et sextus effudit fialam suam in flumen illud magnum Eufraten
et siccavit aquam eius Is 50,2!

FGAΛ ISCΦ cob

4 timeat Λ; + te Φ co | domine *om.* Λ | magnificauit FAIS; det claritatem (nomini tuo) Λ | quia] quoniam tu sanctus et Λ | pius + es FSΛΦ c | quoniam] et Λ | in conspectu tuo] sub oculis tuis Λ | manifestata A o 𝔊] manifesta FISΦ c; (iustitiae tuae) manifestae Λ; magnificata GC | 6 uestiti lino mundo et candido c.; uestiti linteamen mundum candidum I. | pectora + sua Λ | 7 unum c | ex] de ΛC c | iracundia FΛIC | 8 septem[1] *om.* Λ || **16**,1 templo] caelo ΛC | 2 ac] et c. | habebant A c | caracter FC | et in eos A c | 3 secundus + angelus c. | 5 aquarum] quartum FSΦ | es[1] + domine c | quia] qui FΛCΦ c | 6 effuderunt co | digni FΛC o 𝔊] digni enim c; ut digni *cet.* | 7 altare dicens FG o] ab altari dicens Φ; de altare dicens Λ; de altare dicentem C; ab alteri dicentem S.; alterum dicens A; alium angelum dicens I.; alterum ab altari dicentem c | 8 quartus + angelus c | adficere] affligere Φ c | et igni] igni FS; in igni C | 9 habentes GAS | 10 quintus + angelus c | 11 suis[1] *om.* FG | et[3] — suis[2] *om.* Λ | 12 sextus + angelus c | aquas S.; aqua ΛI |

ut praepararetur via regibus ab ortu
solis
[13]et vidi de ore draconis et de ore bes-
tiae et de ore pseudoprophetae
spiritus tres inmundos in modum
ranarum
[14]sunt enim spiritus daemoniorum fa-
cientes signa
19,19 et procedunt ad reges totius terrae
congregare illos in proelium ad
diem magnum Dei omnipotentis
3,3; I Th 5,2; II Pt 3,10 [15]ecce venio sicut fur
beatus qui vigilat et custodit vesti-
menta sua
3,18 ne nudus ambulet et videant turpi-
tudinem eius
[16]et congregavit illos in locum qui vo-
catur hebraice Hermagedon
[17]et septimus effudit fialam suam in
aerem
19,5; 21,3 et exivit vox magna de templo a
throno dicens factum est
8,5! 11,19 [18]et facta sunt fulgora et voces et to-
nitrua
6,12; 11,13! et terraemotus factus est magnus
Mt 24,21; Mc 13,19 qualis numquam fuit ex quo homi-
nes fuerunt super terram
talis terraemotus sic magnus
[19]et facta est civitas magna in tres par-
tes
et civitates gentium ceciderunt
et Babylon magna venit in memori-
am ante Deum
14,10! dare ei calicem vini indignationis irae
eius
6,14 [20]et omnis insula fugit
et montes non sunt inventi
Ios 10,11! [21]et grando magna sicut talentum de-
scendit de caelo in homines
9 et blasphemaverunt homines Deum
propter plagam grandinis
quoniam magna facta est vehemen-
ter
17 et venit unus de septem angelis qui 15,1.6; 21,9
habebant septem fialas
et locutus est mecum dicens
veni ostendam tibi damnationem 19,2
meretricis magnae quae sedet super
aquas multas
[2]cum qua fornicati sunt reges terrae 18,3.9; Is 23,17
et inebriati sunt qui inhabitant ter- 14,8
ram de vino prostitutionis eius
[3]et abstulit me in desertum in spiritu
et vidi mulierem sedentem super bes-
tiam coccineam plenam nominibus
blasphemiae
habentem capita septem et cornua 12,3; 13,1
decem
[4]et mulier erat circumdata purpura et 18,16
coccino
et inaurata auro et lapide pretioso et
margaritis
habens poculum aureum in manu
sua plenum abominationum et in-
munditia fornicationis eius
[5]et in fronte eius nomen scriptum
mysterium
Babylon magna mater fornicatio- 19,2
num et abominationum terrae
[6]et vidi mulierem ebriam de sanguine
sanctorum et de sanguine martyrum
Iesu
et miratus sum cum vidissem illam
admiratione magna
[7]et dixit mihi angelus
quare miraris
ego tibi dicam sacramentum mulieris
et bestiae quae portat eam
quae habet capita septem et decem
cornua
[8]bestiam quam vidisti fuit et non est 11
et ascensura est de abysso et in in- 11,7!

FGAΛ ISCΦ cɔb 12 praeparetur AΛS | 13 pseudoprophetarum Λ | 14 et *om.* AΛIC | procedent FAI | dei *om.* C; ~ omnipotentis dei ɔ. | 15 et[1] + qui G | 16 congregabit GΦ ɔ; congraegauerunt I. | hebraeice F | armagedon C ɔ; magedon FΦ | 17 septimus + angelus ɔ | 18 ~ uoces et fulgora Λ | 19 in memoria FGISΦ | ei] illi Λ ɔ | uini indignationis irae] ~ irae indignationis (*om.* uini) Λ | 21 ~ deum homines ɔ | magnificata est G || **17,**1 habebat F | 3 in deserto F | ~ in spiritu in desertum ɔ. | 4 habhominationibus I.; abominatione ɔ; abominationem FS. | inmunditia + et F | 7 ~ dicam tibi ɔ | quae[2]] qui FAI | decem cornua F𝔊] cornua decem *cet.* | 8 bestiam[1] FAI] bestia *cet.* |

teritum ibit
13,3.8! et mirabuntur inhabitantes terram
quorum non sunt scripta nomina in
libro vitae a constitutione mundi
11 videntes bestiam quia erat et non est
13,18 [9]et hic est sensus qui habet sapienti-
am
septem capita septem montes sunt
super quos mulier sedet
et reges septem sunt
[10]quinque ceciderunt
unus est
alius nondum venit
et cum venerit oportet illum breve
tempus manere
8 [11]et bestia quae erat et non est
et ipsa octava est et de septem est et
in interitum vadit
Dn 7,24 [12]et decem cornua quae vidisti decem
reges sunt
qui regnum nondum acceperunt
sed potestatem tamquam reges una
hora accipiunt post bestiam
[13]hii unum consilium habent
et virtutem et potestatem suam besti-
ae tradunt
[14]hii cum agno pugnabunt et agnus
vincet illos
19,16; I Tim 6,15! quoniam Dominus dominorum est
et rex regum
et qui cum illo sunt vocati et electi
et fideles
[15]et dixit mihi
aquas quas vidisti ubi meretrix sedet
populi sunt et gentes et linguae
[16]et decem cornua quae vidisti et bes-
tiam
hii odient fornicariam et desolatam
facient illam et nudam
et carnes eius manducabunt
19,20; Dn 7,11 et ipsam igni concremabunt

[17]Deus enim dedit in corda eorum ut Prv 21,1
faciant quod illi placitum est
ut dent regnum suum bestiae
donec consummentur verba Dei
[18]et mulier quam vidisti est civitas
magna quae habet regnum super
reges terrae
18 et post haec vidi alium angelum 10,1
descendentem de caelo
habentem potestatem magnam
et terra inluminata est a gloria eius Ez 43,2
[2]et exclamavit in forti voce dicens
cecidit cecidit Babylon magna 14,8!
et facta est habitatio daemoniorum Is 13,21.22!
et custodia omnis spiritus inmundi
et custodia omnis volucris inmundae
[3]quia de ira fornicationis eius bibe- 14,8; 17,2; Ier 51,7!
runt omnes gentes
et reges terrae cum illa fornicati sunt 9,15
et mercatores terrae de virtute deli-
ciarum eius divites facti sunt
[4]et audivi aliam vocem de caelo di-
centem
exite de illa populus meus Ier 51,45! II Cor 6,17!
ut ne participes sitis delictorum eius Eph 5,7! I Tim 5,22!
et de plagis eius non accipiatis
[5]quoniam pervenerunt peccata eius Ier 51,9
usque ad caelum
et recordatus est Deus iniquitatum
eius
[6]reddite illi sicut ipsa reddidit Ier 50,29! II Th 1,6
et duplicate duplicia secundum ope-
ra eius
in poculo quo miscuit miscite illi du-
plum
[7]quantum glorificavit se et in deliciis
fuit tantum date illi tormentum et
luctum
quia in corde suo dicit Is 47,8
sedeo regina et vidua non sum et
luctum non videbo

8 mirabantur FA | quia] qui G; quae FSΦ 𝔠 | 10 alius GΛC𝔊] et alius *cet.* | 11 et[3] *om.* FGAΛ
Λ | uadit ΛI 𝔠 𝔊] uadet *cet.* | 12 accipiunt] accipient CΦ 𝔠; accipiant Λ | 13 tradunt AI. ISCΦ
𝔊] tradent *cet.* | 14 et[4] GI𝔊] *om. cet.* | 15 aquae S 𝔠 | 16 et bestia S; in bestia 𝔠; *om.* 𝔠𝔬𝔟
Λ | 17 ut[1] + non FSΦ | ~ placitum est illi 𝔠; ~ est illi placitum 𝔬. | 18 mulierem FΦ ||
18,2 forti uoce] fortitudine Λ 𝔠 | babylon + illa G | inmundae + et odibilis ΛC 𝔠 | 3 quia]
praem. et AI | ira] uino irae 𝔠 | terrae[1] + qui Λ | 4 de caelo *om.* F | ut] et ΛICΦ | 5 deus]
dominus GAI 𝔠𝔬 | 6 sicut + et A 𝔠 | ipsa] illa Λ | reddidit + uobis Φ 𝔠 | quo] quod
AIC𝔬 | miscete Λ 𝔠 |

[8]ideo in una die venient plagae eius mors et luctus et fames
et igni conburetur
quia fortis est Deus qui iudicavit illam
[9]et flebunt et plangent se super illam
3; 17.2 reges terrae qui cum illa fornicati sunt et in deliciis vixerunt
18 cum viderint fumum incendii eius
15.16 [10]longe stantes propter timorem tormentorum eius
dicentes vae vae civitas illa magna Babylon
civitas illa fortis
17 quoniam una hora venit iudicium tuum
Ez 27.32! [11]et negotiatores terrae flebunt et lugebunt super illam
quoniam merces eorum nemo emet amplius
[12]mercem auri et argenti et lapidis pretiosi
et margaritis et byssi et purpurae et serici et cocci
et omne lignum thyinum
et omnia vasa eboris
ct omnia vasa de lapide pretioso et aeramento et ferro et marmore
[13]et cinnamomum et amomum
et odoramentorum et unguenti et turis et vini et olei et similae et tritici
et iumentorum et ovium et equorum et raedarum
et mancipiorum et animarum hominum
[14]et poma tua desiderii animae discessit a te
et omnia pinguia et clara perierunt a te
et amplius illa iam non invenient
[15]mercatores horum qui divites facti sunt ab ea longe stabunt 3 10
propter timorem tormentorum eius
flentes ac lugentes [16]et dicentes
vae vae civitas illa magna
quae amicta erat byssino et purpura et cocco 17.4
et deaurata est auro et lapide pretioso et margaritis
[17]quoniam una hora destitutae sunt tantae divitiae 10
et omnis gubernator et omnis qui in locum navigat et nautae 17—19: Ez 27.29.30!
et qui maria operantur longe steterunt [18]et clamaverunt
videntes locum incendii eius dicentes 9
quae similis civitati huic magnae
[19]et miserunt pulverem super capita sua
et clamaverunt flentes et lugentes dicentes
vae vae civitas magna Ez 27.32.33!
in qua divites facti sunt omnes qui habent naves in mari de pretiis eius
quoniam una hora desolata est
[20]exulta super eam caelum et sancti et apostoli et prophetae 12.12
quoniam iudicavit Deus iudicium vestrum de illa
[21]et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare dicens Ier 51.63.64
hoc impetu mittetur Babylon magna illa civitas et ultra iam non invenietur
[22]et vox citharoedorum et musicorum et tibia canentium et tuba non audietur in te amplius Ez 26.13!

FGAΛ ISCΦ 𝔠𝔬𝔟 8 ueniunt plagae G; ueniet plaga I. | iudicabit ΛISC 𝔠𝔬 | 12 mercedem Φ; merces FSC 𝔠𝔬 | margariti AI; margaritae ΛSC 𝔠𝔬 | 13 et amomum et odoramentorum *om.* G.; et amomum *om.* S 𝔠 | et (*ante* tritici) *om.* FA | 14 et poma tua quod desiderium animae I.; et poma desiderii animae tuae 𝔠 | discesserunt IΦ 𝔠 | clara] praeclara FΦ 𝔠 | 15 ac] et F | 16 bysso Φ 𝔠 | est] erat 𝔠; *om.* F | 17 omnis[2]] omnes ASΦ 𝔬 | locum] lacum 𝔠 | nauigauit C; nauigant GASΦ 𝔬 | mari FS; in mari Φ 𝔠 | 18 similes Λ | 19 et lugentes et dicentes AΦ; lugentes et dicentes I.; et lugentes dicentesque C. | ciuitas + illa Φ 𝔠 | habebant 𝔠; habitant C | 20 ea Λ | et[1] *om.* G | et[2] *om.* ΛC 𝔠 | deus *om.* G | 21 impetum FGIS | mittitur FG | ~ illa magna ciuitas A: ~ ciuitas illa magna 𝔠 | 22 in te[1]] in ea FΛSCΦ |

et omnis artifex omnis artis non in-
venietur in te amplius
22.23: Ier 25,10! et vox molae non audietur in te am-
plius
23 et lux lucernae non lucebit tibi am-
plius
et vox sponsi et sponsae non audie-
tur adhuc in te
quia mercatores tui erant principes
terrae
quia in veneficiis tuis erraverunt om-
nes gentes
16,6! 24 et in ea sanguis prophetarum et
sanctorum inventus est
et omnium qui interfecti sunt in ter-
ra
5,12; 7,10! 12,10 **19** post haec audivi quasi vocem mag-
nam turbarum multarum in caelo
dicentium alleluia
4,11! salus et gloria et virtus Deo nostro
est
16,7! 2 quia vera et iusta iudicia sunt eius
17,1.5 quia iudicavit de meretrice magna
quae corrupit terram in prostitu-
tione sua
6,10; Dt 32,43! et vindicavit sanguinem servorum
suorum de manibus eius
3 et iterum dixerunt alleluia
14,11! et fumus eius ascendit in saecula
saeculorum
4,10! 5,14 4 et ceciderunt seniores viginti quat-
tuor et quattuor animalia
et adoraverunt Deum sedentem su-
7,10! per thronum dicentes
amen alleluia
16,17; 21,3 5 et vox de throno exivit dicens
Ps 133,1! laudem dicite Deo nostro omnes ser-
vi eius
Ps 113,21 et qui timetis eum pusilli et magni
14,2! 6 et audivi quasi vocem turbae mag-
nae

et sicut vocem aquarum multarum
et sicut vocem tonitruum magno-
rum dicentium alleluia
quoniam regnavit Dominus Deus 11,17
noster omnipotens
7 gaudeamus et exultemus et demus
gloriam ei
quia venerunt nuptiae agni
et uxor eius praeparavit se
8 et datum est illi ut cooperiat se bys- 14!
sinum splendens candidum
byssinum enim iustificationes sunt Is 61,10!
sanctorum
9 et dicit mihi scribe 21,5; 22,6
beati qui ad cenam nuptiarum agni Lc 14,15!
vocati sunt
et dicit mihi haec verba vera Dei
sunt
10 et cecidi ante pedes eius ut adorarem 22,8.9
eum
et dicit mihi vide ne feceris
conservus tuus sum et fratrum tuo-
rum habentium testimonium Iesu 12,17
Deum adora
testimonium enim Iesu est spiritus
prophetiae
11 et vidi caelum apertum Act 7,55!
et ecce equus albus 6,2
et qui sedebat super eum vocabatur
Fidelis et Verax vocatur
et iustitia iudicat et pugnat
12 oculi autem eius sicut flamma ignis 1,14! 2,18
et in capite eius diademata multa
habens nomen scriptum quod nemo 2,17
novit nisi ipse
13 et vestitus erat vestem aspersam san- Is 63,3
guine
et vocatur nomen eius Verbum Dei
14 et exercitus qui sunt in caelo seque-
bantur eum in equis albis
vestiti byssinum album mundum 8; 4,4!

22 et omnis — amplius[2] *om.* F. | in te[2]] in ea SCΦ | in te[3]] in ea FSCΦ | 23 tibi] in te c | in te + amplius G | beneficiis FAIS | 24 et[1] *om.* G | ~ inuentus est et sanctorum Λ || **19**,1 magnam *om.* c. | turbarum FG c𝔊] tubarum *cet.* | salus] laus GASΦ | 2 ~ eius sunt ΛΦ | quia[2] FS𝔊] qui *cet.* | manu Λ | 6 turbae G c𝔊] tubae *cet.* | tonitruorum S c | 8 byssino splendens candido C; byssino splendente candido Λ; byssino splendenti et candido c | enim *om.* Λ | 9 dixit[1.2] c | uerba uerba dei FS; ~ uerba dei uera G c | 10 adorem G | 11 uocabatur] uocatur F. | uocatur *om.* ΛΦ c | et in iustitia G; et cum iustitia c𝔬 | 13 ueste aspersa GΛC c | sanguinem FAIS | uocabatur FSΦ | 14 byssino albo (+ et c) mundo ΛC c |

FGAΛ ISCΦ c𝔬b

1,16; 2,12; Is 11,4! [15]et de ore ipsius procedit gladius acu-
tus ut in ipso percutiat gentes
2,27! Ps 2,9! et ipse reget eos in virga ferrea
Is 63,3! et ipse calcat torcular vini furoris
irae Dei omnipotentis
[16]et habet in vestimento et in femore
suo scriptum
17,14; I Tim 6,15! rex regum et Dominus dominantium
[17]et vidi unum angelum stantem in
sole
et clamavit voce magna dicens om-
nibus avibus quae volabant per
medium caeli
17,18; Ez 39,17.18 venite congregamini ad cenam mag-
nam Dei
6,15; Ez 39,20 [18]ut manducetis carnes regum et car-
nes tribunorum
et carnes fortium
et carnes equorum et sedentium in
ipsis
et carnes omnium liberorum ac ser-
vorum et pusillorum ac magnorum
[19]et vidi bestiam et reges terrae et ex-
11,7! 16,14; Ps 2,2! ercitus eorum congregatos ad fa-
ciendum proelium
cum illo qui sedebat in equo et cum
exercitu eius
[20]et adprehensa est bestia et cum illo
Mt 24,24! Mc 13,22! pseudopropheta qui fecit signa co-
ram ipso
14,9.11! 16,2; 20,4 quibus seduxit eos qui acceperunt
caracterem bestiae
qui et adorant imaginem eius
17,16; 20,14.15! 21,8; Dn 7,11 vivi missi sunt hii duo in stagnum
ignis ardentis sulphure
[21]et ceteri occisi sunt in gladio seden-
tis super equum qui procedit de ore
ipsius
et omnes aves saturatae sunt carni-
bus eorum
20 et vidi angelum descendentem de
9,1 caelo habentem clavem abyssi
et catenam magnam in manu sua

[2]et adprehendit draconem serpen- 12,9! Tb 8,3!
tem antiquum qui est diabolus et
Satanas
et ligavit eum per annos mille
[3]et misit eum in abyssum
et clusit et signavit super illum ut non
seducat amplius gentes
donec consummentur mille anni
post haec oportet illum solvi mo-
dico tempore
[4]et vidi sedes et sederunt super eas
et iudicium datum est illis I Cor 6,2
et animas decollatorum propter tes- 1,2.9; 6,9
timonium Iesu et propter verbum
Dei
et qui non adoraverunt bestiam ne- 14,9.11; 19,20
que imaginem eius
nec acceperunt caracterem in fron- 13,16
tibus aut in manibus suis
et vixerunt et regnaverunt cum
Christo mille annis
[5]ceteri mortuorum non vixerunt do-
nec consummentur mille anni
haec est resurrectio prima
[6]beatus et sanctus qui habet partem
in resurrectione prima
in his secunda mors non habet po- 2,11
testatem
sed erunt sacerdotes Dei et Christi 5,10! Is 61,6!
et regnabunt cum illo mille annis 22,5!
[7]et cum consummati fuerint mille
anni
solvetur Satanas de carcere suo
et exibit et seducet gentes quae sunt
super quattuor angulos terrae Gog
et Magog
et congregabit eos in proelium
quorum numerus est sicut harena
maris
[8]et ascenderunt super latitudinem ter- Hab 1,6
rae
et circumierunt castra sanctorum et
civitatem dilectam

FGAΛ ISCΦ cob

15 ipsius] eius c | gladius + ex utraque parte c | et[2] — ferrea *om.* GI | eos] eas C c | 17 uenite + et c. | 18 ac[1]] et I c. | ac[2]] et GIC c | 19 et[4] *om.* F | 20 illo] illa Λ; ea c. | pseudoprophetae FΦ | ipso] ipsa ΛI | ~ et qui ΛC c | adorauerunt IC c | sulphuris Λ || **20,3** anni + et ΛΦ c | 4 caracterem + eius FASΦ co | frontibus + suis ΛC | aut — suis *om.* Λ | 5 et ceteri Λ | est *om.* ΛC | 7 et[1]] sed A | soluitur F | exiuit FA; exiet ΛC | congregauit FAI |

IV Rg 1,10! 9 et descendit ignis a Deo de caelo et
devoravit eos
et diabolus qui seducebat eos missus
est in stagnum ignis et sulphuris
ubi et bestia 10 et pseudoprophetes
et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum
Is 6,1! 11 et vidi thronum magnum candidum
et sedentem super eum
II Pt 3,12! a cuius aspectu fugit terra et caelum
et locus non est inventus ab eis
12 et vidi mortuos magnos et pusillos
stantes in conspectu throni
Dn 7,10 et libri aperti sunt
et alius liber apertus est qui est vitae
et iudicati sunt mortui ex his quae
scripta erant in libris
Sir 16,13! secundum opera ipsorum
2,23! 13 et dedit mare mortuos qui in eo
erant
et mors et inferus dederunt mortuos
qui in ipsis erant
et iudicatum est de singulis secun-
Sir 16,13! dum opera ipsorum
14 et inferus et mors missi sunt in stag-
19,20; 21,8; Os 13,14! num ignis
haec mors secunda est stagnum ignis
13,8! Dn 12,1! 15 et qui non est inventus in libro vitae
scriptus
19,20! Mt 13,42! 50 missus est in stagnum ignis
Is 65,17! II Pt 3,13 21 et vidi caelum novum et terram novam
primum enim caelum et prima terra
abiit
et mare iam non est
10; 3,12; IV Esr 13,36 2 et civitatem sanctam Hierusalem no-
vam vidi descendentem de caelo a
Deo
Is 61,10! paratam sicut sponsam ornatam viro
suo
3 et audivi vocem magnam de throno 16,17; 19,5
dicentem
ecce tabernaculum Dei cum homini- 7,15; Io 1,14; Lv 26,11.12!
bus et habitabit cum eis II Cor 6,16!
et ipsi populus eius erunt
et ipse Deus cum eis erit eorum Deus
4 et absterget Deus omnem lacrimam 7,17; Is 25,8
ab oculis eorum
et mors ultra non erit neque luctus Is 65,19!
neque clamor neque dolor erit ul-
tra
quae prima abierunt
5 et dixit qui sedebat in throno 7,10!
ecce nova facio omnia Is 43,19; II Cor 5,17
et dicit scribe quia haec verba fidelis- 19,9; 22,6
sima sunt et vera
6 et dixit mihi factum est
ego sum A et ω initium et finis 1,8; 22,13!
ego sitienti dabo de fonte aquae vi- 22,17! Is 55,1!
vae gratis
7 qui vicerit possidebit haec
et ero illi Deus et ille erit mihi filius II Sm 7,14!
8 timidis autem et incredulis et exec-
ratis et homicidis et fornicatoribus 22,15!
et veneficis et idolatris et omnibus
mendacibus
pars illorum erit in stagno ardenti 19,20; 20,14
igne et sulphure
quod est mors secunda
9 et venit unus de septem angelis ha- 15,1.6; 17,1
bentibus fialas plenas septem pla-
gis novissimis
et locutus est mecum dicens
veni ostendam tibi sponsam uxorem
agni
10 et sustulit me in spiritu in montem Ez 40,2; Mt 4,8!
magnum et altum
et ostendit mihi civitatem sanctam 2; 3,12
Hierusalem
descendentem de caelo a Deo

9 eos[1]] illos ΛC | ubi et] ubi est F; ubi ΛC | 10 pseudoprophetes G] pseudoprophetis FGAΛ
AIC; -ta S cɒ; -tae FΛΦ | et[2] *om.* c | 11 ad cuius aspectum GI; a cuius conspectu AC cɒ | ISCΦ
ab *om.* G c | 13 *vers. om.* C | mortuos[1] + suos Λ | infernus ΛS c | mortuos[2] + suos ΛS cɒb
c | 14 infernus FΛ c | ~ est mors secunda c | stagnum ignis[2] *om.* c; *praem.* in AΛS |
15 sunt inuenti Λ; ~ inuentus est c. | scripti missi sunt Λ ‖ **21**,2 et ego iohannes uidi
ciuitatem sanctam (~ sanctam ciu. c) hierusalem nouam Φ c | 3 habitauit AS; habitat F |
4 ab] ex GC | quae] quia S cɒ | 5 throno + et G. | dicit] dixit F c; + mihi FΦ c | 6 est
+ et FΦ | uiuae] uitae Λ c | 8 beneficis F | idololatris c.; idolatriis GIS | 9 habentibus
+ septem G. | ueni + et G c |

23! 11 habentem claritatem Dei
lumen eius simile lapidi pretioso
tamquam lapidi iaspidis sicut cris-
tallum
12.13: Ez 48,31–34 12 et habebat murum magnum et al-
tum
habens portas duodecim
et in portis angelos duodecim
et nomina inscripta quae sunt no-
mina duodecim tribuum filiorum
Israhel
13 ab oriente portae tres
et ab aquilone portae tres
et ab austro portae tres
et ab occasu portae tres
14 et murus civitatis habens fundamen-
ta duodecim
et in ipsis duodecim nomina duode-
cim apostolorum agni
15 et qui loquebatur mecum habebat
mensuram harundinem auream
ut metiretur civitatem et portas eius
et murum
16 et civitas in quadro posita est
et longitudo eius tanta est quanta et
latitudo
et mensus est civitatem de harundine
per stadia duodecim milia
longitudo et latitudo et altitudo eius
aequalia sunt
17 et mensus est murus eius centum
quadraginta quattuor cubitorum
mensura hominis quae est angeli
Is 54,12 18 et erat structura muri eius ex lapide
iaspide
ipsa vero civitas auro mundo simile
vitro mundo
Tb 13,21 19 fundamenta muri civitatis omni la-
pide pretioso ornata
fundamentum primum iaspis
secundus sapphyrus
tertius carcedonius
quartus zmaragdus
20 quintus sardonix
sextus sardinus
septimus chrysolitus
octavus berillus
nonus topazius
decimus chrysoprassus
undecimus hyacinthus
duodecimus amethistus
21 et duodecim portae duodecim mar-
garitae sunt per singulas
et singulae portae erant ex singulis
margaritis
et platea civitatis aurum mundum
tamquam vitrum perlucidum
22 et templum non vidi in ea
Dominus enim Deus omnipotens
templum illius est et agnus
23 et civitas non eget sole neque luna ut 22,5: Is 60,19!
luceant in ea
nam claritas Dei inluminavit eam 11: IV Esr 7,42
et lucerna eius est agnus
24 et ambulabunt gentes per lumen eius Is 60,3!
et reges terrae adferent gloriam su-
am et honorem in illam
25 et portae eius non cludentur per diem 25.26: Is 60,11!
nox enim non erit illic 22,5
26 et adferent gloriam et honorem gen-
tium in illam
27 nec intrabit in ea aliquid coinqui- Is 52,1!
natum et faciens abominationem
et mendacium
nisi qui scripti sunt in libro vitae 13,8!
agni

FGAΛ ISCΦ cϲb 11 dei + et c | lapidis iaspidis GΛ; lapidi iaspidi l | 12 habens] habentem c | et³ — duodecim² *om.* FI | angelos G cϲb 𝔊] angulos AΛSCΦ | inscripta GA c, *cf.* 𝔊] scripta *cet.* | tribuum *om.* Λ | 13 et¹ *om.* FΛSC | et² *om.* FΛS | et³ *om.* F | occasu] occidente Λ | 14 apostolorum + et FΦ | 15 harundineam AS cϲb | 16 latitudo¹] altitudo Λ | de harundine *om.* Λ | harundine + aurea c | milia *om.* Λ; + et c | et altitudo *om.* FI; ~ et altitudo et latitudo Λ c | eius *om.* ΛSΦ | 17 murus FGAϲb] muros ΛCΦ; muro I; murum S c | eius *om.* Λ | quadraginta + et G | 18 aurum mundum c | 19 et fundamenta c. | iaspidis FΛSΦ | secundum ... tertium ... *etc.* l c | calcedonius AΛC c | 20 sardinus] sardinius G; sardonius F; sardius SΦ c | chrysoliprassus FΦ | et duodecimus FΛ | 21 duodecim portae *om.* GΛ | singulas + portas G | plateae FΦ | 22 deus *om.* G | 23 inluminabit GSΦ; inluminat C | ~ agnus est ΛΦ | 24 per lumen] in lumine Φ c | 27 nec] non c | intrauit FAIS | in eam c; in illa F.; in illam S | aliquod cϲb. | et¹] aut c.; *om.* AΦ | ~ abominationem faciens c. ||

Ez 47,1! **22** et ostendit mihi fluvium aquae vi-
tae splendidum tamquam cristal-
lum
procedentem de sede Dei et agni 2 in
medio plateae eius
Ez 47,12! et ex utraque parte fluminis lignum
vitae
adferens fructus duodecim
per menses singula reddentia fruc-
tum suum
et folia ligni ad sanitatem gentium
Za 14,11 3 et omne maledictum non erit ampli-
us
et sedes Dei et agni in illa erunt
et servi eius servient illi
Ps 41,3; Mt 5,8 4 et videbunt faciem eius
3,12; 14,1 et nomen eius in frontibus eorum
21,25 5 et nox ultra non erit
21,23; Is 60,19! et non egebunt lumine lucernae ne-
que lumine solis
quoniam Dominus Deus inluminat
illos
20,6; Dn 7,18! et regnabunt in saecula saeculorum
19,9! 21,5 6 et dixit mihi haec verba fidelissima
et vera sunt
et Dominus Deus spirituum prophe-
tarum misit angelum suum
1,1! ostendere servis suis quae oportet
fieri cito
12,20; 1,3! 3,11 7 et ecce venio velociter
beatus qui custodit verba prophetiae
libri huius
I Io 1,1.3 8 et ego Iohannes qui audivi et vidi
haec
et postquam audissem et vidissem
8,9; 19,10 cecidi ut adorarem ante pedes angeli
qui mihi haec ostendebat
9 et dicit mihi vide ne feceris
conservus tuus sum et fratrum tuo-
rum prophetarum
et eorum qui servant verba libri hu-
ius
Deum adora
10 et dicit mihi ne signaveris verba pro-
phetiae libri huius
tempus enim prope est 1,3!
11 qui nocet noceat adhuc
et qui in sordibus est sordescat ad- Dn 12,10
huc
et iustus iustitiam faciat adhuc
et sanctus sanctificetur adhuc
12 ecce venio cito 7! Is 40,10! 62,11
et merces mea mecum est
reddere unicuique secundum opera 2,23!
sua
13 ego A et ω primus et novissimus 1,8; 21,6; 1,17! Is 41,4!
principium et finis
14 beati qui lavant stolas suas ut sit po- 7,14!
testas eorum in ligno vitae 2,7!
et portis intrent in civitatem
15 foris canes et venefici et inpudici et 21,8; Gal 5,19.20!
homicidae et idolis servientes
et omnis qui amat et facit mendaci-
um
16 ego Iesus misi angelum meum testi-
ficari vobis haec in ecclesiis
ego sum radix et genus David
stella splendida et matutina
17 et Spiritus et sponsa dicunt veni
et qui audit dicat veni
et qui sitit veniat 21,6; Is 55,1! Io 7,37
qui vult accipiat aquam vitae gra-
tis
18 contestor ego omni audienti verba
prophetiae libri huius
si quis adposuerit ad haec Prv 30,6!
adponet Deus super illum plagas
scriptas in libro isto
19 et si quis deminuerit de verbis libri Ex 32,33!
prophetiae huius

FGAΛ ISCΦ cωb

22,1 flumen FΛISC | uitae] uiuae FAω | 2 et[1] *om.* F | singulos ΛCΦ cω | reddens Φ cω | 3 et[2]] sed c | 5 lumine[1]] lumen AS | lumine[2]] lumen AS; luminis I.; *om.* Φ | inluminauit F; illuminabit c | 6 ~ sunt et uera c | spirituum GΛcω𝔊] spiritum FISΦ; omnipotens A; homnipotens spiritus C | 7 et *om.* Λ | libri *om.* Λ | 8 et[1] *om.* FAS | et[3] *om.* Λ | 9 dixit c | conseruus + enim c | prophetarum et eorum *om.* Λ | uerba + prophetiae c | 11 est *om.* Λ. | et qui iustus G.; et qui iustus est c | iustitiam faciat] iustificetur c | 12 ut reddam Λ | 13 ego + sum FΦc | 14 suas + in sanguine agni c | portis] per portas ΛSΦc | 15 benefici F | 16 et[2] *om.* GC | 17 et[4] *om.* GAΦ | ueniat + et Λc | qui uult *om.* G | 18 ego] enim Λc | adponet] apponit A; adponat S | 19 libri *om.* A.; ~ prophetiae libri G |

auferet Deus partem eius de ligno vitae
et de civitate sancta
et de his quae scripta sunt in libro isto
20 dicit qui testimonium perhibet istorum
etiam venio cito amen 7!
veni Domine Iesu
21 gratia Domini nostri Iesu Christi II Cor 13,13! II Th 3,18; Tit 3,15
cum omnibus

EXPLICIT APOCALYPSIS

IOHANNIS APOSTOLI

FGAΛ ISCΦ cob 19 ligno] libro FSΦc | 20 uenio] ueni GS. | 21 omnibus + uobis FS; + amen ACo; + uobis amen ΛΦc ||

APPENDIX

ORDO LIBRORUM APPENDICIS

INCIPIT ORATIO MANASSE

II Par 33,12 Ex 3,15! Domine Deus omnipotens pat-
rum nostrorum, Abraham,
Isaac et Iacob et semini eo-
Gn 2,1 rum iusto, 2 qui fecisti caelum
et terram cum omni ornatu eorum,
Iob 26,12; IV Esr 16,58.59 3 qui signasti mare verbo praecepti tui,
qui conclusisti abyssum et signasti ter-
Ps 98,3! ribili et laudabili nomini tuo, 4 quod
Na 1,6! omnes pavent et tremunt a vultu vir-
tutis tuae. 5 Et insustentabilis ira super
peccatores comminationis tuae, 6 in-
Ps 60,8; 106,43 mensa vero et investigabilis miseri-
cordia promissionis tuae, 7 quoniam
Ps 96,9! tu es Dominus altissimus super om-
Ps 102,8! nem terram, longanimis et multum
Sap 11,24 misericors et paenitens super malitias
hominum.

Tu autem Domine, secundum boni-
Lc 24,27! tatem tuam promisisti paenitentiam
remissionis peccatorum.

8 Et tu Deus iustorum, non posuisti
paenitentiam iustis Abraham, Isaac et
Iacob, his qui tibi non peccaverunt.
9 Quoniam peccavi super numerum
harenae maris, multiplicatae sunt ini- Ps 39,13!
quitates meae. 10 Incurvatus sum mul- Ez 3,25.26!
to vinculo ferri et non est respiratio Idt 6,4
mihi, quia excitavi iracundiam tuam Dt 4,25!
et malum coram te feci, statuens ab-
ominationes et multiplicans offensi-
ones.

11 Et nunc flecto genua cordis mei,
precans ad te bonitatem, Domine.
12 Peccavi Domine, peccavi et iniqui- Ps 50,5.6!
tatem meam agnosco. 13 Peto rogans
te Domine remitte mihi, remitte mihi,
ne simul perdas me cum iniquitatibus Ps 102,9.10!
meis neque in aeternum reserves mala
mihi, 14 quia indignum salvabis me se- Ps 6,5!
cundum magnam misericordiam tuam.
15 Et laudabo te semper omnibus die- Ps 145,2!
bus vitae meae quoniam te laudat om- Ps 148,2!
nis virtus caelorum et tibi est gloria in Gal 1,5!
saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT ORATIO MANASSE

Oratio Manasse. *Citantur* Ω *et* c. [*Ver* = *Verecundus, In Cantica*]. *Tit.* oratio manassae regis iuda cum captus teneretur in babylone c ‖ 1 *num. vers. desunt in* c, *cuius textus totus fere secundum graecum immutatus est a Roberto Stephano* (*de quo vide*: H. Schneider, Der Vulgata-Text der Oratio Manasse eine Rezension des Robertus Stephanus, *in* Bibl. Zeitschrift, 1960, pp. 277—282) | ~ omnipotens deus c *Ver* | abraham + et c. | seminis eorum iusti c. | 2 ornamentu *Ver* | 3 signasti¹] ligasti c. | clusisti *Ver* | signasti² + eam c. | nomine c. | 4 quem omnia c | trement *Ver* | 5 et] *praem.* quia intolerabilis (importabilis est c.) magnificentia gloriae tuae c *Ver* | ~ comminationis tuae super peccatores c. | 7 super omnem terram] benignus c. | autem *om.* c. | bonitatem tuam] multitudinem bonitatis tuae c. | remissionis peccatorum] et remissionem iis qui peccauerunt tibi et multitudine miserationum tuarum decreuisti poenitentiam peccatoribus in salutem c. | 8 et tu] tu igitur domine c. | abraham + et c. | iis c. | peccauerunt + sed posuisti poenitentiam propter me peccatorem c. | 9 meae + domine multiplicatae sunt iniquitates meae et non sum dignus intueri et aspicere altitudinem caeli prae multitudine iniquitatum mearum c. | 10 ferri] ferreo ut non possim attollere caput meum c. | statuens] non feci uoluntatem tuam et mandata tua non custodiui statui c. | multiplicaui c. | 11 genu c. | ad] a c *Ver* | domine *om.* c | 12 iniquitates meas c.; + ego *Ver* | 13 peto] *praem.* quare c. | ~ remitte mihi domine c. | mihi² + et c. | aeternum + iratus c | mihi³ + aeternus deus *Ver*; + neque damnes me in infima terrae loca quia tu es deus deus inquam poenitentium et in me ostendes omnem bonitatem tuam c. | 15 amen *om.* *Ver* ‖ Ω c

INCIPIT LIBER EZRAE TERTIUS

1—22: II Par 35,1-19

Et egit Iosias pascha in Hiero-
solymis Domino suo et immo-
lavit phase quartadecima luna
primi mensis, 2 statuens sacer-
dotes per vices stolas amictos in tem-
plo Domini. 3 Et dixit Levitis sacris
servis Israhel, ut sanctificarent se Do-
mino in positione Domini sanctam
arcam in domo, quam aedificavit Sa-
lomon filius David rex. 4 Non erit vobis
tollere super umeros eam. Et nunc
deservite Domino nostro et curam
agite gentis illius Israhel et parate
secundum pagos et tribus nostras 5 se-
cundum scripturam David regis Israhel
et secundum magnificentiam Salomo-
nis filii eius. Et omnes in templo et se-
cundum particulam principatus pater-
nam vestram eorum Levitarum, qui
stant in conspectu fratrum vestrorum
filiorum Israhel, 6 immolate pascha et
sacrificia parate fratribus vestris et
facite secundum praeceptum Domini,
quod datum est Moysi.
7 Et donavit Iosias in plebem quae
inventa est oves agnorum et hedorum
et caprarum triginta milia, vitulos tria
milia. 8 Haec de regalibus data sunt
secundum promissionem populo et
sacerdotibus in pascha et Levitis. Et
dedit Helchias et Zaccharias et Hellus
praepositi domus ipsis sacerdotibus in
pascha oves numero duo milia sescen-
tas, vitulos trecentos. 9 Et Iechonias et
Sameas et Nathanahel frater et Asa-
bias et Ozihel et Ioram tribuni de-
derunt Levitis in phase oves quinque
milia, vitulos septingentos. 10 Et haec
cum fierent, eleganter steterunt sacer-
dotes et Levitae, habentes azyma per
tribus 11 et secundum partes principatus
patrum in conspectu populi, offerre
Domino secundum ea quae in libro
Moysi scripta sunt. Et sic ad dilucu-
lum. 12 Et assaverunt phase igne prout
oportebat, et hostias coxerunt in aeni-
olis et ollis cum beneolentia, 13 et tule-
runt omnibus qui erant ex plebe. Et
post haec paraverunt sibi et sacer-
dotibus. 14 Sacerdotes enim offerebant
hostias et adipes, usque dum finita
esset hora, et Levitae paraverunt sibi
et fratribus suis filiis Aaron. 15 Et sacri
cantores filii Asaph erant super ordi-

AQSΩ c   III Ezras. *Citantur* AQSΩ *et* c. *Tit.* liber esdrae tertius c ‖ 1,1 et^1 — 2,15 hierusalem *post* IV Esr 2,48 *pon.* S, *qui cet. om.* | egit] fecit SΩc | phase iosias S | suo S𝔊] *om.* AQΩc | phase] pascha S | 2 uices + dierum Ωc | stolis Ωc | 3 in positionem S | domini sanctam arcam] sanctae arcae domini Ωc | 4 seruite S | nostro] uestro c | et parate A^{2}QS𝔊] et parte A*; ex parte Ωc | nostras] uestras c | 5 regis + ipsius S | et^2 S𝔊] *om.* AQΩc | paternarum uestrarum quorum S | leuitarum S𝔊] *om.* AQΩc | uestrorum *om.* QΩc | 7 ~ est inuenta A (*vid.*) | ouium c | agnorum et hedorum *om.* S | capras S | milia^1 + et AS | 8 in pascha^1 — sacerdotibus^2 *om.* A*QΩc | ~ et leuitis in pascha A^2 | et hellus A^2] estelus S | domus + de S | numero *om.* S | sescentas 𝔊𝔐] DC S; ac AQΩc | uituli A*QΩc | CCC S𝔊𝔐] centum milia A*; centum A^{2}QΩc | 9 semeias Ωc | fratres c; + eius S | ioram tribuni dederunt leuitis S𝔊] corab ci A; corabci Q; coraba Ωc | pascha S | DCC S𝔊] quingenti A*; quingentos A^{2}QΩc𝔐 | 10 fierent] fuerint A* | 11 patruum QS | offerebant Ωc | et sic ad diluculum S, *cf.* 𝔊] *om.* AQΩc | 12 pasche S | aeniolis] emolis Ωc | et^3 + in c | beneolentia *restituimus cum* 𝔊] beniuolentia AQSΩc | 13 et attulerunt QΩc | 14 hostias et *om.* QSΩc | 15 sacri cantores] sacrificatores Ω | filii asaph erant A^{2}Sc𝔊] filias afferant A*Q; filias offerebant Ω | super] per c; secundum Ω |

nem eorum secundum praeceptum David, et Asaph et Zaccharias et Ieddinus qui erat a rege. [16] Et ostiarii per singulas ianuas, ita ut non praevaricaret unusquisque suum vicem; fratres enim ipsorum Levitae paraverunt illis. [17] Et consummata sunt quae pertinebant ad sacrificium Domini [18] illa die, agi phase et offerri hostias super Domini sacrarium secundum praeceptum regis Iosiae.

[19] Et egerunt filii Israhel qui inventi sunt in tempore illo phase et diem festum azymorum per dies septem. [20] Et non est celebratum phase tale in Israhel a temporibus Samuhel prophetae. [21] Et omnes reges Israhel non celebraverunt pascha tale, quale egit Iosias et sacerdotes et Levitae et Iudaei et omnis Israhel, qui inventi sunt in commoratione Hierosolymis. [22] Octavodecimo anno regnante Iosia celebratum est phase. [23] Et directa sunt opera Iosiae in conspectu Domini sui in corde pleno metuentia. [24] Et quae circa illum quidem conscripta sunt in pristinis temporibus, de eis qui peccaverunt quique inreligiosi fuerunt in Dominum prae omnem gentem et regnum et qui non quaerunt ipsum et verba Domini super Israhel.

25—33: II Par 35,20–27

[25] Et post omnem actum hunc Iosiae ascendit Pharao rex Aegypti, veniens bellum abicere in Charchamis super Eufraten, et exivit in obviam illi Iosias. [26] Et misit rex Aegypti ad Iosiam dicens: Quid mihi et tibi est, rex Iudaeae? [27] Non sum ad te missus a Domino, super Eufraten enim bellum meum est, et Dominus mecum est festinans, descende a facie Domini. [28] Et non est Iosias reversus super currum suum, sed expugnare eum conabatur, non adtendens verbum prophetiae ex ore Domini, [29] sed constituit ad eum bellum in campo Metedaus. Et descenderunt principes ad regem Iosiam. [30] Et dixit rex pueris suis: Amovete me a proelio; infirmatus sum enim valde. Et statim amoverunt eum pueri ipsius de acie. [31] Et ascendit super currum secundarium suum, et perveniens Hierosolymam vita functus est, et sepultus est in paterno sepulchro. [32] Et in tota Iudaea lugebant Iosiam, et lamentabat Hieremias propheta pro Iosiam, et qui praesidebant cum uxoribus lamentabant eum usque in hunc diem. Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israhel. [33] Haec autem proscripta sunt in libro historiarum regum Iudaeae, et singula gesta actus Iosiae, eius gloriae et intellectus eius in lege Domini, quaeque gesta sunt ab eo et

15 eorum A^2S𝔊] *om.* A*QΩc | asaph et] asaphat A*Q | et ieddinus *om.* S | erant SG | 16 et *om.* S | praeuaricaretur c | suum uicem S, *cf.* 𝔊] uiam suam A*; uicem suam A^2; suam QΩc | ipsorum] illorum Ωc | leuitae A^2S𝔊] *om.* A*QΩc | 17 pertinebat S | 18 in illa die QΩc | agi] egerunt Ωc | pascha S | offerre Q; offerebant Ωc | supra S | sacrarium S𝔊] sacrificium AQΩc | 19 pascha S | 20 pascha talis S | samuhelis SΩc | 21 reges + in S | ~ tale pascha Ωc | iuda A^2S | in commorationem S; in commemoratione AQ | 22 pascha S | 23 domini] dei S | metuentis et c; et metuentium S | 24 scripta Ω | de — 31 hierosolymam *om.* S | quique + qui Q | relegiosi A | omni gente Ωc | et regnum *om.* Ωc | querunt ipsum et Q; querunt insunt et A; quaesierunt Ωc | 25 bellum abicere A^2, *cf.* 𝔊] abicere QΩ; abigere A*(*vid.*); *om.* c | charchamis + ab itinere c | in[2] *om.* c | 26 iudaeae Q𝔊] iudae AΩc | 27 ad te *om.* QΩc | domino + ut pugnem contra te c | et dominus mecum est A^2, *cf.* 𝔊] *om.* A*QΩc | descendi Q; *forsitan legendum* discede | a facie domini A^2, *cf.* 𝔊] *om.* A*QΩc | 28 ~ reuersus iosias QΩc | suum A^2𝔊] *om.* A*QΩc | prophetae Ωc | 29 in campum A | metedaus AQ] macedam Ω; mageddo c | 30 ~ enim sum A | 31 defunctus A | et sepultus est *om.* S | ~ sepulchro paterno A | 32 in[1] *om.* S | lugebat S | et[2] — iosiam[2] S𝔊] *om.* AQΩc | et[3] — 33 israhel et iuda *om.* S | lamentabantur[2] Q | 33 praescripta Ωc; perscripta A^2 | sunt[1] *om.* A*Q | iudae Ωc | et[1] + in Ω | iosiae + et A^2c | gloria A^2QΩc | quaeque] quae aeque Q; quia aeque A | AQSΩc

quae nunc, conscripta sunt in libro regum Israhel et Iuda.

34—58: II Par 36,1–21

34 Et adsumentes qui erant ex gente Iechoniam filium Iosiae constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum viginti trium. 35 Et regnavit super Israhel mensibus tribus. Et amoto eo rex Aegypti ne regnaret Hierosolymis, 36 multavit gentem argenti talenta centum et auri talenta decem. 37 Et constituit rex Aegypti regem Ioachim fratrem ipsius regem Iudaeae et Hierusalem. 38 Et alligavit magistratus Ioachim, Zaracele fratrem suum adprehendens reduxit Aegypto. 39 Annorum autem erat Ioachim viginti quinque, cum regnaret in terra Iudaeae et in Hierusalem, et fecit malignum in conspectu Domini.

40 Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, et alligans eum in aereo vinculo perduxit in Babyloniam. 41 Et de sacris vasis Domini accepit Nabuchodonosor et tulit et consecravit in templo suo in Babylonia. 42 Nam de inmunditia illius et inreligiositate scriptum est in libro temporum regum.

43 Et regnavit Ioachim filius ipsius pro eo; cum autem constitutus esset, erat annorum octo. 44 Regnavit autem menses tres et dies decem in Hierusalem, et fecit malignum in conspectu Domini. 45 Et post annum mittens Nabuchodonosor transmigravit eum in Babyloniam simul cum sacris vasis Domini. 46 Et constituit Sedeciam regem Iudaeae et Hierusalem, cum esset annorum viginti unius. Regnavit autem annis undecim, 47 et fecit malignum in conspectu Domini, et non est veritus a verbis quae dicta sunt ab Hieremia propheta ex ore Domini. 48 Et adiuratus a rege Nabuchodonosor in nomine Domini peierans discessit, et indurata cervice sua et corde suo transgressus est legitima Domini Dei Israhel. 49 Et duces populi et sacerdotum multa inique gesserunt et impie egerunt super omnes inmunditias gentium, et polluerunt templum Domini quod sacratum erat in Hierosolymis.

50 Et misit Deus patrum ipsorum per angelum suum revocare eos, propter quod parceret illis et tabernaculo suo. 51 Ipsi vero subsannabant in angelis eius et, qua die locutus est Dominus, erant inludentes prophetas eius, 52 quoadusque ad iracundiam concitatus super gentem suam propter inreligiositates, praecepit ascendere reges Chaldeorum. 53 Hii occiderunt iuvenes illorum in gladio in circuitu sancti templi eorum, et non pepercerunt iu-

AQSΩ c 33 nunc conscripta] non scripta Ω c | iudae Ω c | 34 suo + et A | uienti tres A*; triginta trium QΩ c; xxIIII S | 35 amoto eum A*; amouit eum Ω c | regnaret + in QΩ c | 36 et multauit Ω c; et mutauit S | talentis¹ Q | centum + milia A* | talenta decem A² (*in ras.*) S] talento uno Q; talentum unum Ω c | 37 regem¹ *om.* Ω c | ipsius] eius Ω | iudae A²SΩ c | 38 et alligauit magistratus ioachim] porro S; + et Ω c | zachariam S | suum + et Ω c | aegyptum A*; ex aegypto A²; in aegypto S; in aegyptum c | 39 autem *om.* QΩ c | viginti quinque *om.* S | regnare coepisset S c | in terra iudea A²Q; in terra iuda Ω c; in iudea S | et in hierusalem *om.* S | in² *om.* c | malum SΩ c | 40 hunc] haec S | alligauit S | in¹ *om.* A | aereo] areolo Ω | uinculo + et A* | in babylonia SΩ; in babilonem A | 41 de sacris uasis Q𝔊] sacris uasis A*; sacra uasa A²Ω c; uasa sacra S | in babiloniam S | 43 ipsius] eius QΩ c | autem *om.* S | esset] est QΩ; + rex c | septem S; decem et octo c | 44 malum SΩ c | 45 in babylonia Ω; in babilonem S | 46 iudae AS; iuda Ω c | 47 malum SΩ c | reueritus Q | 48 in nomine domini *om.* QΩ c | 49 et sacerdotum S𝔊] et sacerdotes A²; et diu A*; diu Q; domini Ω c | et impie egerunt *om.* S | sacratum S, *cf.* 𝔊] sanctum AQΩ c | in *om.* Q | 50 dominus deus S | ipsorum] suorum S | per *om.* A | et² + in A* | 51 in *om.* S | eius¹] suis Ω c | prophetis Ω c | 52 quousque A²; qui usque Ω c | concitatus S, *cf.* 𝔊] + est AQ Ω c | irreligiositatem suam Ω c | praecepit S] et praecepit c; praeciperet A²; praeceperunt A*Ω; coeperunt Q | 53 illorum] eorum A c | in¹ *om.* S | circuitu] medio A |

veni et virgini et seni et adulescenti eorum, 54 sed omnes traditi sunt in manus ipsorum. Et omnia sacra vasa Domini magna et pusilla et arcam Domini et regales apothecas resumentes tulerunt in Babyloniam. 55 Et incenderunt domum Domini, et demolierunt muros Hierusalem et turres eius incenderunt in igne. 56 Et consummaverunt et omnia honorifica eius ad nihilum redegerunt. Et reliquos abduxerunt a gladio in Babylonem. 57 Et erant servi illius et filii illius usque dum regnarent Persae, in repletione verbi Domini in ore Hieremiae, 58 quousque benigne ageret terra sabbata sua. Omni tempore desertionis suae sabbatizavit in adimpletione annorum septuaginta.

1—15: I Esr 1,1–11 **2** Regnante Cyro Persarum anno
1—5: II Par 36,22.23 primo, in consummatione verbi Domi-
ni in ore Hieremiae, 2 suscitavit Domi-
nus spiritum Cyri regis Persarum. Et
praedicavit in toto regno suo et simul
per scripturam 3 dicens: Haec dicit rex
3.4: 4,43 Persarum Cyrus: Me constituit regem
orbi terrarum Dominus Israhel, Dominus excelsus. 4 Et significavit mihi aedificare sibi domum in Hierusalem quae est in Iudaea. 5 Si quis est ex genere vestro, sit Dominus ipsius cum eo, et ascendens in Hierusalem quae est in Iudaea aedificet domum Domino Israhel; hic est Dominus inhabitans in Hierusalem. 6 Quotquot ergo circa loca habitant, adiuvent eum qui sunt in loco ipsius in auro et argento, 7 in dationibus cum equis et iumentis cumque aliis quae secundum vota adponuntur in aedem Domini quae est in Hierusalem.

8 Et stantes principes tribuum pagorum Iudae et tribus Beniamin et sacerdotes et Levitae, quos excitavit Dominus ascendere et aedificare domum Domini quae est in Hierusalem, et qui erant in circuitu eorum, 9 adiuverunt in omni argento et auro, equis et iumentis et votis quam pluribus, multi quorum sensus excitatus est. 10 Et rex Cyrus protulit vasa sacra Domini, quae transtulit Nabuchodonosor ex Hierusalem et consecravit ea in suo idolo. 11 Et proferens ea Cyrus rex Persarum tradidit Mitridati qui erat super thesauros ipsius. 12 Per hunc autem tradita sunt Salamanassaro praesidi Iudaeae. 13 Horum autem is numerus: Libatoria aurea mille, argentea sescenta, thyiscae argenteae triginta, fialae aureae triginta, item argenteae duo milia trecentae et alia vasa mille. 14 Omnia autem vasa aurea et argentea quattuor

53 ∼ seni et uirgini c | eorum^{2} *om.* AQΩc | 54 in manibus S | ipsorum] eorum A | AQSΩc magna — domini^{2} *om.* Ωc | et arcam domini *om.* S | arca A; *an legendum* arcas | in babylonia S | 55 in *om.* A^{2}Sc | 56 et^{2} *om.* A*QΩc | eius + et c | a gladio duxerunt Ωc; adduxerunt S | in babilone S | 57 et filii illius S, *cf.* 𝔊] *om.* AQΩc | persae in repletione] per impletionem S | 58 in applicatione Ωc; ad impletionem S | septuaginta + septem c || **2**,1 cyro + rege Ωc | anno primo *om.* QΩc | in consummationem S | 2 et^{2} S𝔊] *om.* AQΩc | 3 ∼ cyrus rex persarum c | dominus^{1}] domus A*; + domus Q | dominus^{2}] domus A*; deus A^{2}S | 4 significauit] sic magnificauit S | aedificari S | ∼ domum sibi c | 5 sit *om.* Ωc | dominus^{1} + deus S | cum eo et ascendat Q; cum eo ascendat Ω; ascendat cum eo c | quae — hierusalem^{2} *om.* A*QΩc | quae est in iudaea S, *cf.* 𝔊] *om.* A^{2} | habitans in S; inhabitans A^{2} | 6 loca] loco S; locum A | eum] eos c | ipsius S𝔊] ipso AQΩc | 7 et in donationibus S | cumque aliis quae] aliisque S | *vv.* 8—9 *om.* S | 8 iudae et tribus *restituimus ex* 𝔊] (*praem.* et c) iudaeae ex tribu AQΩc | 9 adiuuarent A*QΩ; + eos A | ∼ auro et argento c | equis A^{2}𝔊] eius A*QΩc | quam pluribus] compluribus c | 10 ∼ cyrus rex c | quae] quam S | ex] rex S; rex ex A; rex babylonis ex c | consecrauerat S | in ea A*S | in suo idolo] idolo suo c | 11 proferens — persarum *om.* S | mitridato Ωc | 12 autem *om.* S | salmannasar S | praesidi — 13 uasa mille *om.* S | 13 horum] eorum A | is] hic Ωc; *om.* A | aurea mille A^{2}𝔊] *om.* A*QΩc | DC thiscae A^{2} (*in ras.*); athiscae Q; duo milia quadringenta athiscae Ωc | triginta^{1}] duo milia A^{2} | trecentae A] quadringentae QΩc | et — 14 quadringenta *om.* Q | 14 autem *om.* S | quattuor] quinque c |

milia quadringenta sexaginta novem.
15 Et evacuata sunt a Salamanassaro
simul cum his qui ex captivitate Baby-
loniae in Hierosolymam.
16—31: I Esr 4,7–24 16 In Artaxersis autem Persarum
regis temporibus scripserunt ei, de his
qui inhabitabant in Iudaea et in Hieru-
salem, Balsamus et Mitridatis et Sabel-
lius et Rathimus et Beltemus et Sa-
melius scriba et reliqui deservientes ei
et inhabitantes in Samaria et ceteris
locis, subiectam epistulam: Regi Ar-
taxersi, 17 domine, pueri tui Rathimus
ab accedentibus et Sabellius scriba et
reliqui curiae suae iudices in Coelen-
syriam et Foenicen. 18 Et nunc notum
sit domino regi, quoniam Iudaei qui
ascenderunt a vobis ad nos, venientes
in Hierusalem civitatem refugam et
pessimam, aedificant foros eius et
statuunt muros et templum suscitant.
19 Quod si civitas ista et muri consum-
mati fuerint, tributa non sustinebunt
pendere, sed etiam regibus resistent.
20 Et quia id agitur circa templum,
recte habere arbitrati sumus non de-
spicere hoc ipsum, 21 sed notum facere
domino regi, ut, si videbitur regi, quae-
ratur in libris patrum tuorum. 22 Et
invenies in admonitionibus scripta de
his et scies, quoniam civitas ista fuit
refuga et reges et civitates concu-
tiens, 23 et Iudaei refugae et proelia
committentes in ea ab aeterno, ob
quam causam civitas ista deserta est.
24 Nunc ergo notum facimus tibi, rex
domine, quoniam si civitas ista aedi-
ficata fuerit et huius muri erecti fue-
rint, descensus tibi non erit in Coe-
lensyriam et Foenicen.
25 Tunc rescripsit rex Rathimo qui
scribebat accedentia et Beltemo et Sa-
bellio scribae et ceteris constitutis et
inhabitantibus in Syriam et Foenicen
et Samariam ea quae subiecta sunt:
26 Legi epistulam quam misistis mihi.
Praecepi ergo inquiri et inventum est,
quoniam civitas illa est ab aevo regi-
bus resistens, 27 et homines refugae et
proelia in ea efficientes, et reges for-
tissimi erant in Hierusalem dominantes
et tributa exigentes a Coelensyria et
Foenice. 28 Nunc ergo praecepi pro-
hibere homines illos aedificare civita-
tem et providere, ne quid ultra haec
fiant, 29 sed nec procedant in plurimum
ea quae sunt malitiae, ita ut regibus
molestia inportetur.
30 Tunc recitatis his quae a rege Ar-
taxerse scripta fuerant, Rathimus et
Sabellius scriba et qui cum his con-
stituti erant iungentes festinanter ve-
nerunt in Hierusalem cum equitatu et
turba et agmine, 31 coeperunt prohi-
bere aedificantes. Et vacabant ab aedi-
ficatione templi in Hierusalem usque
secundo anno regni Darii Persarum
regis.
3 Rex Darius fecit cenam magnam Gn 40,20!
omnibus vernaculis suis et omnibus

AQ(S)Ωc 14 quadringenta] octingenta c; DCCCC S | sexaginta] XL S | nouem *om.* S c | 15 euacuata] adportata S; enumerata c | a A𝔊] ad S; *om.* QΩc | salmannasar S | his qui ex] omni S | qui + ascenderant A[2]; + erant Q | babyloniae] ex babilonia S; + uenerant Ωc | in ierosolyma Q; in hierusalem S | 16 in[1] — 9,56 israhel *om.* S | ~ regis persarum Ωc | qui habitabant A c | in[3] *om.* A c | mitridatus Ωc | et[5.6] A[2]𝔊] *om.* A*QΩc | deseruientes ei et A[2]] *om.* A*QΩc | habitantes c | 17 accidentibus c𝔊 | suae] tuae Ωc | ~ in iudices A | coelesyria c; + insolarum A | phoenice A c | 18 foros] furnos Ωc | 19 fuerint + non tantum c | 20 haberi c | 21 ut] et A | regi[2]] rex QΩc | 22 ~ refuga fuit A | 23 refugi Q | 24 tibi[1] *om.* Ωc | ~ domine rex Ωc | ista] haec c | 25 scripsit c | rathimum AΩ | accidentia Qc𝔊 | beltemum AΩ | habitantibus c | in syria Ωc | et[5] *om.* A*Ω | phoenice A*Ωc | et samariam A[2], *cf.* 𝔊] *om.* A*QΩc | 27 refugi Q | in ea *om.* A | 28 aedificare] praedicare A*Ω | prouidere] prohibere c | 29 ea quae] ex quo c; ex qua Ω; ex quibus Q | 31 coeperuntque c | ~ aedificantes prohibere Ωc | ~ regis persarum Ωc || **3**,1 omnibus[1] + qui sub eo erant omnibus *supplenda videntur* |

magistratibus Mediae et Persis [2]et
omnibus purpuratis et praetoribus et
consulibus et praefectis sub illo, ab
Est 1,1 India usque Aethiopiam centum vi-
ginti septem provinciis. [3]Et cum man-
ducassent et bibissent et satiati rever-
tebantur, tunc Darius rex ascendit in
cubiculo suo et dormivit et experge-
factus est.
[4]Tunc illi tres iuvenes, corporis
custodes qui custodiebant corpus re-
gis, dixerunt alter altero: [5]Dicamus
unusquisque nostrum sermonem, qui
praecellat; et cuiuscumque apparuerit
sermo sapientior alterius, dabit illi
Darius rex dona magna et epinicia
magna, [6]purpura cooperiri et in auro
bibere et super aurum dormire et cur-
rum aureo freno et cidarim byssinam
4,42; Est 13,3! et torquem circa collum, [7]et secundo
loco sedebit a Dario propter sapien-
tiam suam et cognatus Darii voca-
bitur. [8]Tunc scribentes singuli suum
verbum signaverunt et posuerunt sub-
tus cervical Darii regis. [9]Et dixerunt:
Cum surrexerit rex, dabunt illi scripta
sua; et quodcumque iudicaverit rex et
tres magistratus Persidis, quoniam ver-
bum eius sapientius est, ipsi dabitur
victoria sicut scriptum est. [10]Unus
scripsit: Fortius est vinum. [11]Alius
scripsit: Fortior est rex. [12]Tertius au-
tem scripsit: Fortiores sunt mulieres,
super omnia autem vincit veritas.
[13]Et cum surrexisset rex, accepe-
runt scripta sua et dederunt illi et legit.
[14]Et mittens vocavit omnes magistra-
tus Persarum et Medorum et purpura-
tos et praetores et praefectos. [15]Et
sederunt in consilio et lecta sunt scrip-
ta coram ipsis. [16]Et dixit: Vocate adu-
lescentes, et ipsi indicabunt verba sua.
Et vocati sunt et introierunt. [17]Et dixit
illis: Indicate nobis de his quae scripta
sunt.
Et coepit prior, qui dixerat de for-
titudine vini, [18]et dixit: Viri, quam Prv 20,1
praevalet vinum! Omnibus hominibus 18.19: Sir 19,2
qui bibunt illud seducit mentem.
[19]Itemque regis et orfani facit mentem
unam, item servi ac liberi, pauperis
et divitis. [20]Et omnem mentem con- Ps 103,15!
vertit in securitatem et iucunditatem, Sir 31,55!
et non meminit omnem tristitiam et
debitum. [21]Et omnia praecordia facit
honesta, et non meminit regem nec
magistratum, et omnia per talenta fa-
cit loqui. [22]Et non meminerunt cum
biberint amicitiam nec fraternitatem,
sed post non multum sumunt gladios.
[23]Et cum a vino merserint et surrexe-
rint, non meminerunt quae gesserunt.
[24]O viri, non praecellit vinum quod
sic cogit facere? Et tacuit hoc dicto.
4 Et inchoavit sequens dicere, qui
dixit de fortitudine regis: [2]O viri, non
praecellunt homines, qui terram et ma-
re obtinent et omnia quae sunt in eis?
[3]Rex autem super omnia praecellit et Ecl 5,8
dominatur eorum, et omne quodcum-
que dixerit illis faciunt. [4]Et si miserit
illos ad bellatores, vadunt et demoliunt
montes et muros et turres, [5]iugulantur
et iugulant, et regis verbum non prae-
tereunt. Nam si vicerint, adferunt regi
omnia quaecumque praedati fuerint

1 persidis A^2c | 3 reuerterentur A^2Q c | rex *om.* A | in cubiculum suum A^2c | 4 alteri A^2Ωc | 5 paruerit A | ~ rex darius c | et epinicia magna A^2𝔊] *om.* A*QΩc | 6 cooperire Q | currum aureum Ω | 9 dabunt] dabimus A^2c | sua] nostra c; haec A^2 | et tres A^2Q] e tribus Ωc; + et QΩc | 10 fortius A(*in marg.*), *cf.* 𝔊 *et vv.* 11 *et* 12] fortis A*(*vid.*); forte A^2QΩc | 12 autem[1] *om.* Ωc | omnia *om.* Q | autem[2] *om.* A | 14 medos QΩc | 15 concilio QΩc | 17 dixerat] dixit A | 18 dixit + cyrus A* | quam + facile A^2 | illum A* | 19 unam A^2𝔊] uanam A*QΩc | et[2]] ac c | 21 praeconia Q | ~ loqui facit c | 22 biberunt A*c | ~ non multum post c; ~ non post multum A | gladia Q | 23 emerserint Q | 24 non] num c | praecellet Q | quod sic cogit A^2 (*in ras.*) 𝔊] qui (quis c) sic cogitat QΩc || 4,2 non] num c | praecellent AQ | ~ in eis sunt Q*Ωc | 3 praecellet AQ | 4 demoliuntur c | 5 uicerunt A* | AQΩc

[6]semper et alia omnia. Et quotquot
non militant nec pugnant sed colunt
terram, rursum cum fuerint metentes,
adferunt regi; et alter alterum cogen-
tes adferunt tributa regi. [7]Et ipse
unus solus. Et si dixerit occidere, oc-
cidunt; dixit remittere, remittunt;
[8]dixit percutere, percutiunt; dixit ex-
terminare, exterminant; dixit aedifi-
care, aedificant; [9]dixit excidere, exci-
dunt; dixit plantare, plantant. [10]Et
omnis plebs et virtutes eum obaudiunt.
Et super haec ipse recumbit et man-
ducat et bibit et dormit; [11]hii autem
custodiunt in circuitu eum, et non
possunt ire singuli facere opera sua,
sed nec indictoaudientes sunt ei. [12]O
viri, quomodo non praecellit rex, qui
sic diffamatur. Et tacuit.

[13]Tertius, qui dixerat de mulieribus
et veritate, hic est Zorobabel, coepit
loqui: [14]Viri, non magnus rex et multi
homines? Nec vinum praecellit? Quis
est ergo qui dominatur eorum? [15]Non-
ne mulieres? Genuerunt regem et om-
nem populum, qui dominantur mari
et terrae. [16]Et ex illis nati sunt, et ipsae
educaverunt eos qui plantaverunt vi-
neas, ex quibus vinum fit. [17]Et ipsae
faciunt stolas omnium hominum, et
ipsae faciunt gloriam hominibus, et
non possunt homines separari a mu-
lieribus. [18]Si congregaverint aurum et
argentum et omnem rem speciosam,
et viderint mulierem unam bono ha-
bitu et bona specie, [19]omnia haec re-
linquentes in eam intendunt et aperto
ore conspiciunt, et eam eligunt magis
quam aurum et argentum et omnem
rem speciosam. [20]Homo suum patrem Gn 2,24!
derelinquit, qui enutriit eum, et suam
regionem, et ad mulierem suam con-
iungit se. [21]Et cum muliere remittit ani-
mam, et neque patrem meminit neque
matrem neque regionem. [22]Et hinc
oportet vos scire, quoniam mulieres Is 3,12!
dominantur vestri. Nonne doletis et
laboratis, et omnia mulieribus confer-
tis et datis? [23]Et accipit homo gladi-
um suum et vadit in via, furta facere
et homicidia et mare navigare et flu-
mina, [24]et leonem videt et in tenebris
ingreditur. Et cum furtum fecerit et
fraudes et rapinas, amabili suae adfert.
[25]Et iterum diligit homo suam uxorem Gn 2,24!
magis quam patrem aut matrem. [26]Et
multi dementes facti sunt propter suas
uxores, et servi facti sunt propter illas.
[27]Et multi perierunt et iugulati sunt
et peccaverunt propter mulieres. [28]Et
nunc mihi non creditis? Nonne mag-
nus est rex in potestate sua, quoniam
omnes regiones verentur tangere eum?
[29]Videbam tamen Apemen, filiam Be-
zacis Mirifici, concubinam regis seden-
tem iuxta regem ad dexteram, [30]et au-
ferentem diadema de capite regis et
inponentem sibi; et palmis caedebat

AQΩc 6 semper et alia omnia] similiter et alii omnes c | militant A^{2}c𝔊] + sed A^{*}QΩ ¦ cum] qui missi Q | adferunt[1] — cogentes *om.* A^{*}QΩc | 7 unus + est A^{2} | et[2] *om.* c | occidere] occidite c | dixit A] si (*om.* c) dixerit QΩc | remittere] remittite c | 8 dixit[1.2.3]] si (*om.* c) dixerit Ωc | percutite ... exterminate ... aedificate c | 9 dixit[1.2]] si (*om.* c) dixerit Ωc | excidite ... plantate c | 10 haec] hoc c | recumbet AΩ | manducat et *om.* Q Ωc | bibet et Ω; *om.* Q | 11 singuli + et Ωc | nec] et Ω; *om.* c | indictoaudientes (= inoboedientes, *cf.* 𝔊)] in dicto obedientes Ω; in dicto obaudientes c; in dicto inoboedientes A^{2} | 12 o A^{2}] *om.* A^{*}QΩc | praecellet AQ | tacuit + hoc dicto A^{2} | 14 o uiri A^{2} | praecellet AQ | 15 dominatur c | maris Q | 19 aperto ore] aperto A^{*}; apertis oculis A^{2} | eligunt A^{2}, *cf.* 𝔊] alligunt A^{*}; alliciunt Ωc; approbant Q | speciosam] pretiosam Ωc | 20 ~ patrem suum c | derelinquet A^{*}; relinquet Ω; relinquit c | enutrit Q | eum] illum Ωc | suam religionem Q | suam coniungit se A^{2}, *cf.* 𝔊] se coniungit A^{*}Qc; coniungit Ω | 21 religionem Q | 22 et laboratis — datis A^{2}, *cf.* 𝔊] *om.* A^{*}QΩc | 23 in uiam c | ~ facere furta Ωc | 24 uidit A^{*} | 25 ~ uxorem suam c | 26 ~ uxores suas c | 28 mihi non creditis A, *cf.* 𝔊] creditis mihi Q; credite mihi Ωc | nonne A^{2}𝔊] *om.* A^{*}; quia QΩc | rex + et A^{*}Q | uerentur] uenerantur AQ; + et A^{*} | 30 diademata capiti A^{*}Q | regis] eius Ωc |

regem de sinistra manu. [31]Et super
haec rex aperto ore intuebatur eam.
Et si adriserit ei, ridet; nam si indig-
nata fuerit ei, blanditur ei, donec re-
concilietur ei in gratiam. [32]O viri, cur
non fortiores sunt mulieres quae ista
agunt? [33]Et tunc rex et purpurati in-
tuebantur alterutrum.

Et inchoavit loqui de veritate: [34]O
viri, nonne fortes sunt mulieres? Mag-
na est terra et excelsum est caelum et
velox cursus solis, quoniam convertit
in gyro caeli et rursum revertitur in
locum suum in una die. [35]Nonne
magnificus est qui haec facit? Et veri-
tas magna et fortior prae omnibus.
[36]Omnis terra veritatem invocat, cae-
lum etiam ipsam benedicit, et om-
nia opera moventur et tremunt eam,
et non est cum ea quicquam iniquum.
[37]Vinum iniquum, iniquus rex, iniquae
mulieres, iniqui omnes filii homi-
num, et iniqua omnia opera illorum,
et non est in ipsis veritas, et in
Ps 116,2! sua iniquitate peribunt. [38]Et veritas
manet et invalescit in aeternum, et
vivit et obtinet in saecula saeculorum.
Lv 19,15! [39]Nec est apud eam accipere personas
neque differentias, sed quae iusta sunt
facit omnibus iniustis ac malignis. Et
omnes benignantur in operibus eius,
[40]et non est in iudicio eius iniquum.
Eique fortitudo et regnum et potestas
et maiestas omnium aevorum. Bene-
dictus Deus veritatis. [41]Et desiit lo-
quendo. Et omnis populus clamave-
runt et dixerunt: Magna veritas et
praevalet.

[42]Tunc rex ait illi: Pete si quid vis
amplius quam quae scripta sunt, et
dabo tibi, secundum quod inventus es
sapientior proximis. Et proximus mihi 3,7!
sedebis et cognatus meus vocaberis.

[43]Tunc ait regi: Memor esto voti
quod vovisti aedificare Hierusalem in 2,3.4
die qua regnum accepisti, [44]et omnia 57
vasa quae accepta sunt ex Hierusalem I Esr 1,7!
remittere, quae separavit Cyrus quan-
do mactavit Babyloniam, et vovit re-
mittere ea ibi. [45]Et tu vovisti aedificare
templum, quod incenderunt Idumei, Abd 11!
quando exterminata est Iudaea a Chal-
deis. [46]Et nunc hoc est quod postulo a
te, domine rex, et quod peto, et haec
est maiestas a te quam postulo, ut
facias votum quod vovisti Regi caeli ex
ore tuo.

[47]Tunc surgens Darius rex oscula-
tus est illum, et scripsit ei epistulas ad Dn 6,25
omnes dispensatores et praefectos et
purpuratos, ut deducerent eum et eos
qui cum illo erant omnes ascendentes
aedificare Hierusalem. [48]Et omnibus II Esr 2,7.8
praefectis qui erant in Coelensyria et
Foenice et Libano scripsit epistulas, ut
transveherent ligna cedrina a Libano in
Hierusalem, et ut aedificarent cum eis
civitatem. [49]Et scripsit omnibus Iudae-
is qui ascendebant a regno in Iudaeam
pro libertate, omnem potentem et ma-

31 rex *om.* Ω𝔠 | ridet] adridit A*; arridet A^2 | ~ ei fuerit 𝔠; ei^2 *om.* A^2 | ei^3 *om.* Ω𝔠 | ei^4 *om.* Ω𝔠 | 32 cur non] nonne A^2 | ~ sunt fortiores Ω𝔠 | mulieres + magna est terra et excelsum est caelum QΩ𝔠, *ex v.* 34; quae — 34 mulieres *om.* A* | quis ista agit 𝔠 | 33 intuebantur + in Ω𝔠 | 34 nonne] non A^2 | fortiores A* | quoniam A^{2}𝔊] *om.* A*QΩ𝔠 | conuertitur Q | caeli] caelum A^{2}Ω𝔠 | et rursum reuertitur A^2, *cf.* 𝔊] *om.* A*QΩ𝔠 | 35 omnibus + 32 quae ista — 34 est caelum A* | 36 ipsam] ipsum Q | trement AQ | 37 ~ rex iniquus A | mulieres + et Ω | ~ omnia illorum opera Ω; ~ illorum omnia opera 𝔠 | 40 iniquitas Ω | eique] sed Ω𝔠; *om.* A^2 | 41 et desiit loquendo *om.* Q | omnes populi QΩ𝔠 | magna + et A*; + est Ω𝔠 | 42 proximis *om.* Ω | 43 uotum A; + tui 𝔠 | 44 uouit 𝔊] uoluit AQΩ𝔠 | 45 uouisti 𝔠𝔊] uoluisti AQΩ | 46 a te domine rex A^{2}𝔊] domine A*QΩ𝔠 | et^3 A^{2}𝔊] *om.* A*QΩ𝔠 | haec] hoc Ω𝔠 | a te quam postulo ut Q, *cf.* 𝔊] a te ut postulo ut Ω; ~ quam postulo a te ut A; quod a te postulo ut 𝔠 | 47 ei *om.* Ω𝔠 | epistulam A* | 48 in cholensyria A*; in syria QΩ𝔠 | libanum^1 A* | transueherent A^{2}𝔊] traherent A*QΩ𝔠 | et ut] ut et ut A*; ut Ω𝔠 | 49 in iudea AΩ | AQΩ𝔠

gistratum et praefectum non super-
venire ad ianuas ipsorum, 50 et omnem
regionem quam obtinuerant esse in-
munem eis, et Idumei relinquant
castella quae obtinent Iudaeorum, 51 et
in structuram templi dari per singulos
annos talenta viginti, usque dum per-
aedificaretur, 52 et super sacrarium ho-
Sir 45,17; Lv 46,13 locaustomata ustilari cotidie, sicut ha-
bent praeceptum, alia talenta decem
offerre per singulos annos, 53 et omni-
bus qui procedunt a Babylonia con-
dere civitatem ut esset libertas, tam
ipsis quam filiis eorum, et omnibus
sacerdotibus qui procedunt. 54 Scripsit
autem et quantitatem et sacram sto-
lam, qua deservirent in ea. 55 Et Levitis
scripsit dari praebita usque in diem,
qua consummabitur domus et Hieru-
salem extruetur. 56 Et omnibus custo-
dientibus civitatem scripsit dari eis
44! sortes et stipendia. 57 Et dimisit omnia
vasa quae separaverat Cyrus a Baby-
lonia; et omnia quaecumque dixit
Cyrus fieri, etiam ipse praecepit fieri
et mitti Hierusalem.

58 Et cum processisset ille adules-
cens, elevans faciem in caelum et in
Hierusalem benedixit Regem caeli 59 et
Apc 7,12! dixit: Abs te est victoria et abs te est
sapientia et claritas, et ego tuus servus
Ps 15,7 sum. 60 Benedictus es qui dedisti mihi
Dn 3,26! sapientiam, et tibi confiteor, Domine
patrum nostrorum. 61 Et accepit epi-
stulas, et profectus est in Babyloniam,
et venit et nuntiavit fratribus suis
omnibus qui fuerunt in Babylonia.
62 Et benedixerunt Deum patrum suo-
rum, quoniam dedit illis remissionem Act 5,31
et refrigerium, 63 ut ascenderent et ae-
dificarent Hierusalem et templum, ubi
nominatum est nomen eius in ipso.
Et exultabant cum musicis et laetitia
diebus septem.

5 Post haec autem electi sunt ut Ex 18,25; Nm 1,16
ascenderent principes pagorum domus
per tribus suas, et uxores illorum et
filii et filiae eorum et servi et ancillae
ipsorum et pecora illorum. 2 Et Darius
misit una cum eis equites mille, donec
deducerent eos in Hierusalem cum
pace et cum musicis et cum tympanis Gn 31,27
et tibiis. 3 Et omnes fratres eorum erant
ludentes, et fecit eos ascendere simul
cum illis.

4 Et haec sunt nomina virorum qui
ascenderunt per pagos suos in tribus
et in partem principatus ipsorum.
5 Sacerdotes filii Finees filii Aaron:
Iesus filius Iosedech, Ioachim filius
Zorobabel illius Salathihel de domo
David ex progenie Phares, tribu autem
Iuda, 6 qui locutus est sub Dario rege
Persarum sermones mirificos, in se-
cundo anno regni ipsius, mense nisan
primo.

7 Sunt autem hii qui ex Iudaea a- 7—46: 1 Esr 2,1–70
scenderunt de captivitate transmigra-
tionis, quos transmigravit Nabuchodo-
nosor rex Babyloniae in Babyloniam.
Et reversus est in Hierusalem 8 et re-
liquam partem Iudaeae unusquisque
in suam civitatem. Qui venerunt cum
Zorobabel et Iesu Neemia Sareo Re-

AQΩc 49 ipsorum] eorum A | 50 optinuerunt Q | 51 in structura A | dare QΩc | 52 hostilare QΩ; ustulare c | offerri A^2 | 53 procedunt^1] praecedebant A* | a] de A | procedunt^2] praecedunt Ωc | 54 stolam + iussit dari in Ωc | qui A* | in ea A^{2}𝔊] *om.* A*QΩc | 55 dare QΩc | praebita] praecepta Ωc | 56 dare A*Q | ei sortes c | 57 quae] quaecumque c | fieri^1 *om.* Ωc | etiam] et c | praecipit A* | 58 ~ adulescens ille Q* | in caelum et A^2, *cf.* 𝔊] *om.* A*QΩc | 59 et^2 *om.* A | ~ seruus tuus QΩc | 60 confitebor c | domine] deus A^2; + deus c | 61 accipit A* | in babyloniam^2 A* | 63 exultabunt A*Q; exultauerunt Ωc || **5,1** lecti Q | domus per] et domuum per Q; per domos et Ωc | illorum^2] eorum c | 2 darius + rex Ωc | 3 eorum A^{2}𝔊] *om.* A*QΩc | illis] eis Ωc | 4 ipsorum] eorum A | 5 filius^1 *om.* A*Q | filius^2 *om.* Q | illius A* (*vid.*), *cf.* 𝔊] filius A^{2}Q; filii Ωc | de tribu Qc | autem *om.* c | 7 ~ ascenderunt ex iudaea c | rex babilonis A | in babylonem Ωc | 8 reliquam] reliquit Ω; requisiuit c | ~ ciuitatem suam Ωc | neemias areores helimeo AQΩc |

selimeo Emmanio Mardocheo Beelsuro Mepsato Thorolio Roebo Mauna de principibus eorum.

[9]Et numerus ab gentilibus eorum et praepositi eorum: Filii Phares duo milia centum septuaginta duo, [10]filii Ares tria milia quinquaginta septem, [11]filii Femo centum quadraginta duo, in filiis Iesu et Ioab duo milia trecenti duo, [12]filii Demu duo milia quadringenti septuaginta, filii Chorab mille ducenti quinque, filii Baniae sescenti sexaginta octo, [13]filii Bebet quadringenti tres, filii Arcad quadringenti viginti septem, [14]filii Can triginta septem, filii Zoroar duo milia sexaginta sex, filii Adinu quadringenti sexaginta unus, [15]filii Azerectis centum octo, filii Ciaso et Zetas centum septem, filii Azoro quadringenti triginta novem, [16]filii Ebdarbone mille centum triginta duo, filii Ananiae centum triginta, filii Asom [17]filii Marsar trecenti viginti duo, filii Gebbarus nonaginta quinque, filii Sepolemon centum viginti tres, [18]filii ec Nepopas quinquaginta quinque, filii ec Banatus centum quinquaginta octo, filii ec Betamos centum triginta duo, [19]filii ec Cartapatros qui Enocadies et Modiae quadringenti viginti duo, qui ex Gramas et Gabes mille centum viginti unus, [20]qui ex Machaloth centum viginti duo, qui ex Basellon et Ceagge sexaginta quinque, qui ex Bastoro centum viginti duo, [21]qui ex Betonobes quinquaginta quinque, filii Liptis centum quinquaginta quinque, filii Labomu trecenti quinquaginta septem, [22]filii Sioen trecenti septuaginta, filii Saudon et Diomus trecenti septuaginta octo, [23]filii Ericus duo milia centum quadraginta quinque, filii Anaas trecenti septuaginta.

Sacerdotes: [24]Filii Ieddus filii Ieu inter filios Eliasib octingenti septuaginta duo, filii Emmerus ducenti quinquaginta duo, [25]filii Fasuru trecenti quinquaginta septem, filii Caree ducenti decem septem.

[26]Filii Levitae: Filii Iesu in Caduhel et Banus et Serebias et Edias septuaginta quattuor. Omnis numerus a duodecim annis triginta milia quadringenti sexaginta duo. [27]Filii et filiae et uxores, omnis conputatio quadraginta milia ducenti quadraginta duo.

[28]Filii sacerdotes qui psallebant in templo: Filii Asaph centum viginti octo.

[29]Ostiarii: Filii Esmemu, filii Ater, filii Amon, filii Accub, Atopa, filii Tobi, omnes centum triginta novem.

[30]Sacerdotes servientes in templo: Filii Sel, filii Gasipa, filii Tabloth, filii Cariae, filii Suu, filii Hellu, filii Laba-

8 mepsa tothor (mechpsatochor c) olioro eboma (emonia c) unus AQΩc | 9 et praepositi A^2𝔊] et praepositis A* Q; ex praepositis Ωc | 10 milia + centum c | 11 ioab duo milia *restituimus cum* 𝔊] ioabes milia A* Q; ioabes II milia A^2; ioabes mille Ωc; *an legendum* ioab bis milia | 12 choraba A^2Ωc | mille *om.* Ωc | banie DCLXVIII A* (*vid.*)] banica CLXVIII A^2Q; banica centum sexaginta octo Ωc | 14 cham c | sex] septem Ωc | adin c | 15 octo] quinque A | zetas] zelas c | azoroc AQΩc | 16 iedarbone c | mille *om.* A^2Ωc | asom + nonaginta c | 17 trecenti] quadringenti Ωc | gebbarus] iabarus Q; zabarus Ωc | uiginti tres — 18 centum^1 *om.* Q | 18 ec^1 *om.* c | filii nechanatus ... filii cebethamus c | 19 filii crearpatros c | quadringenti] trecenti A | duo] tres c | gabae Q; gabea Ωc | mille *om.* A^2Ωc | 20 machaloth — ex^2 *om.* Ωc | 21 labonni c | 22 sioen] sichem Ωc | suadon Ωc | cliomus Ωc | septuaginta^2] octoginta A | 23 quadraginta] quinquaginta A | 24 filii ieu inter filios *cf.* 𝔊] filii euinter filios Q; filii euinter filii A; filii eutem filii Ω; filii euther filii c | octingenti 𝔊(B)] CC. CCC A*; a. CCC A^2Q; trecenti Ωc | 25 fasuru 𝔊] sasuru AQ; sasurii Ω; phasurii c | decem septem Q𝔊] uiginti septem Ωc; *om.* A^2 | 26 filii^1 A, *cf. v.* 28] *om.* QΩc | bamis c | a XX annos A; a duodecimo anno Ωc | 27 quadraginta^2] LX A | 28 sacerdotum Ωc | 29 ostiarii + uero Ωc | esmenni c | filii^4 *om.* Q | accub atopa AQ] accuba topa Ωc; *an legendum* accub filii atota | 30 gaspha c | tobloch c | lauana A |

na, filii Acmata, filii Acub, filii Uta, filii
Ceta, filii Aggab, filii Obai, filii Anan,
filii Cavua, filii Geddu, 31 filii Au, filii
Radiu, filii Desanum, filii Necoba,
filii Caseba, filii Gaze, filii Oziu, filii
Finoe, filii Atrem, filii Basten, filii
Asiana, filii Manei, filii Nafisim, filii
Accufu, filii Agifa, filii Ariu, filii Fari-
cin, filii Fasalom, 32 filii Meedda, filii
Fusa, filii Chared, filii Barchus, filii
Sarea, filii Toesi, filii Nasit, filii Agifa,
filii Pedon.

33 Salomon, filii eius: Filii Asoffot,
filii Farida, filii Celi, filii Dedon, filii
Geddahel, filii Sefegi, 34 filii Aggia,
filii Facaret, filii Sabatham, filii Saro-
net, filii Malsic, filii Ame, filii Safiu,
filii Addus, filii Suba, filii Aeirra, filii
Rabocis, filii Safat, filii Malmon.
35 Omnes sacro servientes et pueri Sa-
lomonis quadringenti octoginta duo.

36 Hii sunt filii qui ascenderunt a
Thermeleth et Thelarsas, princeps eo-
rum Carmellan et Chareth. 37 Non
poterant edicere civitates suas et pro-
genies, quemadmodum sint ex Isra-
hel: Filii Dalaru, filii Tubam, filii Ne-
coda mille quinquaginta duo.

38 Et ex sacerdotibus qui fungeban-
tur sacerdotio et non sunt inventi: Filii
Obia, filii Achisos, filii Addiu qui acce-
pit Umin uxorem ex filiabus Fargeleu
39 et vocati sunt nomine eius. Et horum
quaesita est generis scriptura in pe-
datura et non est inventa, et prohibiti
sunt sacerdotio fungi. 40 Et dixit illis
Neemias et Atharas, ne participentur
sancta, donec exsurgat pontifex in-
dutus in ostensionem et veritatem.

41 Omnis autem Israhel erant a duo-
decim annorum, exceptis servis et an-
cillis, quadraginta duo milia trecenti
sexaginta. 42 Servi horum et ancillae
septem milia trecenti triginta septem,
cantores et cantatrices ducenti sexa-
ginta quinque, 43 cameli quadringenti
triginta quinque, equi septem milia
triginta sex, muli ducenti quadragin-
ta quinque, subiugalia quinque milia
quingenti viginti quinque.

44 Et de praepositis ipsis per pagos,
dum venirent in templum Dei quod
erat in Hierusalem, vovere suscitare
templum in loco suo secundum suam
virtutem, 45 et dare in templum thesau-
rarium operum sacrum, auri minas
decem milia et stolas sacerdotales cen-
tum. 46 Et inhabitaverunt sacerdotes et 9,37
Levitae et qui exierant ex plebe in Hie-
rusalem et in regione, et sacri cantores
et ostiarii et omnis Israhel in regioni-
bus suis.

47 Instante autem septimo mense 47—65: I Esr 3,1–13
cumque essent filii Israhel unusquis-
que in suis rebus, convenerunt uni-
animes in atrium quod erat ante ianu-
am orientalem. 48 Et stantes Iesus filius
Iosedech et fratres eius sacerdotes et
Zorobabel filius Salathihel et huius
fratres paraverunt altare, 49 ut offer-

AQΩc 30 armacha c | cauua] canna c | 31 an ... radin ... ozui ... sinone ... hasten c | agista Ωc | aria Ω; azui c | faucin Ω; fauon c | 32 zarea A; sareae Q; saree c; caree Ω | coesi c | agisti Ωc | 34 sachareth ... caroneth c | safiu] sasus c | eirra Q; eura Ωc | rahotis c | phasphat Ωc | 35 salomon A* | 36 thermeleth et thelarsas A^{2}𝔊] thermel et hetthersas Q; thermel et thersas Ω; thelmela telharsa c | principes Ωc | 37 et non Ωc | indicare A^{2} | progenies + suas c | sint + et Ω | necodi ·I· LII A^{2} (*in ras.*); necodaici QΩc | 38 et^{1} *om.* c | umin Q] unam Ω; *om.* Ac | 40 et astaras QΩc; qui et atharsata A^{2} | pontifex + sntus A^{2} *in ras.* | indutus *restituimus cum* 𝔊] doctus AQΩc, *cf.* I Esr 2,63; II Esr 7,65 | 41 erat Ωc | a duodecim annorum A^{2} (*in ras.*) 𝔊] duodecim milia QΩ; *om.* c | quadraginta + et A | sexaginta] quadraginta c | 42 horum] eorum A | cantatores A* | cantrices A^{2} | quinque] II A | 43 quadringenti] CCC Q | septem] XII Q | ducenti 𝔊𝔐] ducenta milia AQΩc | quingenti 𝔊] a (*pro* D) A; *om.* QΩc | 44 uouere] innouare et c | ~ uirtutem suam Q | 45 dari A*Ωc | thesaurum c | sacrorum A^{2} | mnas c | decem] undecim Ω; duodecim c | et^{2} + mnas argenti quinque millia et c | 46 habitauerunt c | ex] de c | 48 fratres^{2}] frater Q |

rent super illud holocaustomata se-
cundum quae in Moysi libro hominis
Dei praescripta sunt. 50 Et convenerunt
ipsis ex aliis nationibus terrae. Et ere-
xerunt sacrarium in loco suo omnes
gentes terrae, et offerebant hostias et
holocaustomata Domino matutina.
51 Et egerunt scenophegiam et diem
sollemnem, sicuti praeceptum est in
lege, et sacrificia cotidie, sicut oporte-
bat, 52 et post haec oblationes instan-
tiae et hostias sabbatorum et neome-
niarum et dierum sollemnium omni-
um sanctificatorum. 53 Et quotquot
vovebant Domino, a neomenia septimi
mensis coeperunt offerre hostias Deo.
Et templum Domini nondum erat
aedificatum.

54 Et dederunt pecuniam lapidariis
et fabris, et potum et pabula cum gau-
dio 55 Sidoniis et Tyriis, ut transvehe-
rent illis de Libano trabes cedrinas in
Ioppe portum, secundum decretum
quod scriptum erat eis a Cyro Persa-
rum rege. 56 Et in secundo anno veni-
entes in templum Dei in Hierusalem,
mense secundo inchoavit Zorobabel
filius Salathihel et Iesus filius Iosedech
et fratres ipsorum et sacerdotes et
Levitae et omnes qui advenerant de
captivitate in Hierusalem. 57 Et fun-
daverunt templum Dei novilunio se-
cundi mensis secundi anni, cum ve-
nissent in Iudaeam et Hierusalem.
58 Et statuerunt Levitas a viginti annis
super opera Domini. Et stetit Iesus et
filius eius et fratres ... omnes Levi-
tae conspirantes et exsecutores legis
et facientes opera in domo Domini.
Et fabricaverunt aedificantes templum
Dei quod fabricabant. 59 Et steterunt
sacerdotes habentes stolas cum tubis,
et Levitae filii Asaph habentes cym-
bala, 60 conlaudantes Dominum et
benedicentes secundum David regem
Israhel. 61 Et cantabant canticum Do-
mino, quoniam dulcedo eius et honor
in saecula super omnem Israhel. 62 Et
omnis populus tuba cecinerunt et pro-
clamaverunt voce magna, conlaudan-
tes Dominum in suscitatione domus
Domini. 63 Et venerunt ex sacerdotibus
et Levitis et praesidentibus secundum
pagos senioribus qui viderant pristi-
nam domum, 64 et ad huius aedificatio-
nem cum clamore et planctu magno,
et multi cum tubis et gaudio magno,
65 in tantum ut populus non audiret
tubas propter planctum populi. Turba
enim erat tubis canens magnifice, ita ut
longe audiretur.

66 Et audierunt inimici tribus Iudae 66—73: I Esr 4,1–5
et Beniamin et venerunt scire, quae
esset vox tubarum. 67 Et cognoverunt,
quoniam qui erant ex captivitate aedi-
ficant templum Domino Deo Israhel.
68 Et accedentes ad Zorobabel et Iesum
et praepositos pagorum, dixerunt eis:
Aedificabimus una vobiscum; 69 simi-
liter enim vobiscum audimus Domi-
num nostrum, et ipsi incendimus a die-
bus Asbasareth regis Assyriorum, qui
transmigravit nos istinc. 70 Et dixit illis
Zorobabel et Iesus et principes pago-
rum Israhel: 71 Non est vobis et nobis
aedificare domum Domini Dei nostri;

49 illud] altare A | quae] quod A^2 | ~ in libro moysi Ωc | scripta c | 50 ipsis *re-stituimus cum* 𝔊] ipsi AQ; sibi Ω; ibi c | 51 scenophegia QΩ | 52 instantiae] institutas Ωc | 53 ~ hostias offerre Ωc | deo] domino A* | 55 sidoniis] *praem.* et dederunt carra Ωc | cedrinas + et facerent rates Ωc | portu c | ~ rege persarum c | 56 in^1 *om.* A | iesus] iosue c | uenerant c | 58 fratres ...] *quaedam exciderunt, cf.* 𝔊 | et^6 *om.* c | et fabricauerunt — fabricabant A^2, *cf.* 𝔊] *om.* A*QΩc | 61 eius] eis Ω | 64 et^1 *om.* A^{2}Q | 65 tubas *om.* Q | turba] tuba Q | enim] autem A | tuba canens Ω; *om.* Q | 66 iudeae A* | 68 et^3 *om.* c | nobiscum A* | 69 uobiscum A*, *cf.* 𝔊] *om.* A^{2}Q Ωc | audimus A𝔊] audiuimus QΩc | nostrum] uestrum Ωc | ipsi + pariter Ωc | incedimus c | nos *om.* QΩ | istinc] hinc Ω; huc c; *om.* Q | 71 ~ nobis et uobis Q Ωc | domini *om.* Ωc | AQΩc

nos enim soli aedificabimus Domino
Israhel, secundum ea quae praecepit
nobis Cyrus rex Persarum. [72]Gentes
autem terrae incubantes his qui sunt
in Iudaea et devastantes opus aedifi-
cationis et insidias et populos addu-
centes, prohibebant eos aedificare,
I Esr 4,24 [73]et adgressuras exercentes inpedie-
runt, ne consummaretur aedificium
omni tempore vitae regis Cyri. Et pro-
traxerunt structuram per biennium
usque ad Darii regnum.
1—22: I Esr 5,1–17 6 In secundo autem anno regni
Darii prophetavit Aggeus et Zacchari-
as filius Addin prophetae apud Iudae-
am et in Hierusalem in nomine Do-
mini Dei Israhel super eos. [2]Tunc
stans Zorobabel filius Salathihel et
Iesus filius Iosedech inchoaverunt
aedificare domum Domini quae est in
Hierusalem, [3]cum adessent eis pro-
phetae Domini et adiuvarent eos. In
ipso tempore venit ad illos Sisennes,
subregulus Syriae et Foenicis, et Sat-
rabozanes et sodales eius [4]et dixerunt
11 eis: Quo praecipiente vobis domum
hanc aedificatis et tectum istud et alia
omnia perficitis? Et qui sunt structo-
res qui haec aedificant? [5]Et habuerunt
gratiam visitationis factae super eos
qui erant ex captivitate a Domino se-
niores Iudaeorum. [6]Et non sunt in-
pediti aedificare, donec significaretur
Dario de omnibus istis et responsum
acciperetur.

[7]Exemplum epistulae quam mise-
runt Dario: Sisennes, subregulus Syri-
ae et Foenicis, et Satrabozanes et soda-
les eius in Syria et Foenice praesides
regi Dario salutem. [8]Omnia nota sint
domino nostro regi, quia cum advenis-
semus in regionem Iudaeae et introisse-
mus in Hierusalem, invenimus Iudaeos
aedificantes domum Domini Dei mag-
nam [9]et templum ex lapidibus politis
magnis et pretiosis materiis in parieti-
bus; [10]et opera illa instanter fieri, et
suffragare et prosperare in manibus eo-
rum, et in omni gloria quam diligentis-
sime perfici. [11]Tunc interrogavimus se-
niores dicentes: Quo permittente vobis 4
aedificatis domum istam et opera haec
fundatis? [12]Ideo autem interrogavimus
eos, ut notum faceremus tibi homines
et praepositos, et nominum scriptu-
ram praepositorum postulavimus il-
los. [13]At illi responderunt nobis di-
centes: Nos sumus servi Domini, qui
fecit caelum et terram. [14]Et aedifica- Ps 133,3!
batur haec domus ante istos annos
multos a rege Israhel magno et fortis-
simo et consummata est. [15]Et quoniam
patres nostri exacerbantes erant, pec-
caverunt in Dominum Israhel, tradidit
eos in manus Nabuchodonosor regis
Babyloniae, regis Chaldeorum. [16]Et
domum istam demolientes incende-
runt et populum captivum duxerunt
in Babyloniam. [17]In primo autem anno
regnante Cyro in regione Babyloniae,
scripsit Cyrus rex domum hanc aedi-
ficare. [18]Et illa sacra vasa aurea et ar-
gentea, quae extulerat Nabuchodono-
sor de domo quae est in Hierusalem et
consecraverat ea in suo templo, rursus
protulit ea Cyrus rex de templo quod
erat in Babylonia, et tradita sunt Zo-
robabel et Salamanassaro subregulo.
[19]Et praeceptum est eis, ut ferrent haec
vasa et reponerent in templo quod erat

AQΩc 71 domino israhel] domum dei nostri Ω | nobis² *om.* Ω | 72 incumbentes c | deuastantes] leuantes QΩc | 73 ~ cyri regis Ωc || 6,1 addo A²Q | in² *om.* c | domini *om.* c | 5 uisitationes factae A*; uisitatione facta QΩc | seniore Q | 8 nostro *om.* QΩc | quia] quod c | uenissemus c | inuenimus iudeos A²] inuenimus Ωc; *om.* A*Q | domini *om.* Ωc | magni Q | 9 politis + et c | 10 fieri + inuenimus Q | suffragari A²Q² | prosperari AQ² | perficiunt A² | 12 interrogamus A* | 14 ~ annos istos c | et consummata est *om.* A | 15 erant + et Ωc | dominum] deum QΩc | israhel + et A | 16 babylonem c | ~ in babyloniam duxerunt A | 17 autem A²𝔊] *om.* A*QΩc | in regione] regione A*; rege Ωc | 19 eis] illis Q | ut offerrent QΩc |

in Hierusalem, et templum ipsum Do-
mini aedificare in loco suo. 20 Tunc
Salamanassarus subiecit fundamenta
domus Domini quae est in Hierusa-
lem, et exinde usque nunc aedificatur
et non accepit consummationem.
21 Nunc ergo si hoc iudicatur, rex, per-
quiratur in regalibus bibliothecis Cyri
regis quae sunt in Babylonia. 22 Et si
inventum fuerit consilio Cyri regis
coeptam esse structuram domus Do-
mini quae est in Hierusalem, et iudi-
cabitur a domino rege nostro, scribat
de his nobis.

23—34: I Esr 6,1–12 23 Tunc rex Darius praecepit inquiri
in bibliothecis quae erant in Babylonia,
et inventus est in Ecbathanis, oppido
quod est in Media regione, locus unus
in quo scripta erant ista:

24 Anno primo regnante Cyro, rex
Cyrus praecepit domum Domini quae
est in Hierusalem aedificare, ubi incen-
debant igni adsiduo; 25 cuius altitudo
sit cubitorum sexaginta, et latitudo
cubitorum sexaginta, quadratum la-
pidibus politis tribus, et meniano lig-
neo eiusdem regionis et meniano uno
novo; et inpendia dari de domo Cyri
regis; 26 et sacra vasa domus Domini
tam aurea quam argentea, quae extulit
Nabuchodonosor de domo quae erat
in Hierusalem in Babyloniam, restitui
in domum quae est in Hierusalem ubi
erant posita ut ponantur illic.

27 Et praecepit curam agere Sisen-
nem, subregulum Syriae et Foenices,
et Satrabozanen et sodales eius et qui
ordinati erant in Syria et Foenice
praesides, ut abstinerent se ab eodem
loco; sinere autem puerum Domini
Zorobabel et subregulum Iudaeae et
seniores Iudaeorum domum Domini
illam aedificare eodem loco.

28 Et ego quoque praecepi in totum
aedificare et prospici, ut adiuvent eos
qui sunt ex captivitate Iudaeorum, do-
nec consummetur templum aedis Do-
mini; 29 et ab exactione tributorum
Syriae Coeles et Foenicis diligenter
quantitatem dari his hominibus ad
sacrificium Domini, Zorobabel prae-
fecto, ad tauros et arietes et agnos,
30 similiter autem et frumentum et sal
et vinum et oleum instanter per singu-
los annos, prout sacerdotes qui sunt
in Hierusalem dictaverunt consumi
cotidie sine ulla dilatione, 31 ut offe-
rantur libationes Deo summo pro rege
et pueris eius, et orent pro ipsorum
vita. 32 Et denuntietur ut quicumque
transgressi fuerint aliquid ex his quae
scripta sunt aut spreverint, accipiatur
lignum de suis propriis et super hoc
suspendantur, et bona ipsorum regi
adscribantur. 33 Propterea et Dominus,
cuius nomen invocatum est ibi, exter-
minet omnem regem et gentem qui
manum suam extenderit prohibere aut
male tractare domum Domini illam
quae est in Hierusalem. 34 Ego Darius
rex decrevi quam diligentissime secun-
dum haec fieri.

7 Tunc Sisennes, subregulus Coe- 1—15: I Esr 6,13–22
lensyriae et Foenicen, et Satrabozanes
et sodales eius obsecuti his quae a
Dario rege decreta erant, 2 insistebant
sacrosanctis operibus diligentissime
cooperantes cum senioribus Iudaeo-
rum, principibus Syriae. 3 Et prospera-
ta sunt sacrosancta opera prophetanti-

19 ipsum *om.* Q; ~ ipsum templum c | domini] dei Ωc; *om.* Q | 20 accipit A | 21 hoc AQΩc
om. Ωc | iudicat A²; iudicatur a te o Ωc | 22 iudicatur c | 23 ~ darius rex c | quae — babylonia *om.* Ωc | mediae A² | 24 ignem A | 25 sexaginta¹ 𝔊𝔐] LX A²; X A*QΩc | regiones A* | inpendia] stipendia Q | 26 de domo — restitui *om.* Ωc | domum + domini c | 27 sinere — loco² A²𝔊] *om.* A*QΩc | 28 aedificari A | prospexi Ωc; praecepi Q | aedis *om.* Q | 29 ab exactione A²] a uexatione A*QΩc | coelesyriae c | ad² *om.* A²Q | 30 et² *om.* A | 31 ~ summo deo c | 32 super hoc *om.* Ωc || 7,1 phoenicis A²c | eius *om.* Ωc | ~ erant decreta c | 2 cooperantibus A² | principes Q |

bus Aggeo et Zaccharia prophetis. [4]Et consummaverunt ea per praeceptum Domini Dei Israhel et ex consilio Cyri et Darii et Artaxersis regis Persarum. [5]Et consummata est domus sancta usque ad tertiam et vicesimam diem mensis adar, sexto anno Darii regis. [6]Et fecerunt filii Israhel et sacerdotes et Levitae et ceteri qui erant ex captivitate, qui adpositi sunt, secundum ea quae scripta sunt in libro Moysi. [7]Et obtulerunt in dedicatione templi Domini tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, [8]et hedos pro peccatis universi Israhel duodecim secundum numerum tribuum Israhel. [9]Et steterunt sacerdotes et Levitae amicti stolis per tribus super opera Domini Dei Israhel secundum librum Moysi, et ostiarii per singulas ianuas.

[10]Et egerunt filii Israhel cum his qui erant ex captivitate illud phase quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes et Levitae. [11]Et omnes filii captivitatis non sunt simul sanctificati, quia Levitae simul omnes sanctificati sunt [12]et immolaverunt phase universis filiis captivitatis et fratribus suis sacerdotibus et sibimet ipsis. [13]Et manducaverunt filii Israhel qui erant ex captivitate, omnes qui recesserant ab omnibus execrationibus gentium terrae quaerentes Dominum, [14]et celebraverunt diem festum azymorum septem diebus, epulantes in conspectu Domini, [15]quoniam convertit consilium regis Assyriorum in eis, confortare manus eorum ad opera manus Domini Dei Israhel.

8 Et post hunc regnante Artaxerse Persarum rege, accessit Ezras filius Azariae, filii Helciae, filii Saleme, [2]filii Sadduc, filii Achitob, filii Ameri, filii Azaei, filii Boccae, filii Abisaei, filii Finees, filii Eleazari, filii Aaron primi sacerdotis. [3]Hic Ezras ascendit de Babylonia, cum esset scriba et ingeniosus in lege Moysi, quae data est a Domino Israhel dicere et facere. [4]Et dedit ei rex gloriam, quod invenisset gratiam in omni dignitate et desiderio in conspectu eius. [5]Et ascenderunt simul cum ipso ex filiis Israhel et sacerdotibus et Levitis et sacris cantoribus templi et ostiariis et servis templi in Hierusalem, [6]anno septimo regnante Artaxerse, in quinto mense; hic annus septimus est regni. Exeuntes enim de Babylonia novilunio quinti mensis, [7]venerunt Hierosolymam iuxta praebitam illis prosperitatem itineris a Domino ipso. [8]In his enim Ezras magnam disciplinam obtinebat, ne praetermitteret quicquam eorum quae essent ex lege Domini et praeceptis, et docendo universum Israhel omnem iustitiam et iudicia.

1—30: I Esr 7,1–28
1.2: IV Esr 1,1–3

[9]Accedentes autem qui scribebant scripta Artaxersis regis, tradiderunt scriptum quod obvenerat ab Artaxerse rege ad Ezram sacerdotem et lectorem legis Domini; cuius est exemplum subiectum:

[10]Rex Artaxerses Ezrae sacerdoti et lectori legis Domini salutem. [11]Humaniora ego iudicans etiam beneficiis, praecepi eos qui desiderant ex gente Iudaeorum sua sponte et ex sacerdotibus et Levitis qui sunt in regno meo

AQΩc

4 ea] omnia Ωc | cum consilio A[2]; consilium A* | 5 sancta A[2]𝔊] nostra A*QΩc | 6 sunt[1]] erant Q | libro] lege A | 7 in dedicationem Ωc | 9 super + omnia c | 11 et[1] *om.* c | ~ sanctificati simul[1] A | ~ omnes simul[2] Ωc | 12 uniuersi filii A[2]Ωc; uniuersi filiis Q | semet ipsis A | 13 recesserant A] remanserant QΩc | 14 septem] sex Q | 15 in eos c | manus[2] *om.* Ωc ‖ 8,1 hunc] hoc A[2] | 2 azaei] azahel c | abisue c | 3 domino + deo c; + filiis A[2] | docere c | 6 enim *om.* AΩc | 7 hierusalem A | praebitam *restituimus cum* 𝔊, *cf. supra* 4,55] praeceptum QΩc; praeceptam A*; praecepta A[2] | illius Ωc; + secundum c | ipsorum A[2]c; + datam eis Ωc; + habentes A[2] | 8 in his enim *om.* Q | permitteret Q | et[2] *om.* A[2]𝔊 | iudicium Ωc | 9 ~ exemplum subiectum est Ωc | 11 humanior QΩc | etiam] in c | eis Ωc |

comitari tecum in Hierusalem. 12 Si qui
ergo cupiunt ire tecum, conveniant et
proficiscantur, sicut placuit mihi et
septem amicis meis consiliariis, 13 ut
visitent ea quae aguntur secundum
Iudaeam et Hierusalem observantes
sicut habes in lege Domini, 14 et ferant
munera Domino Israhel, quae vovi ego
et amici, Hierusalem et omne aurum
et argentum, quod inventum fuerit in
regione Babyloniae, Domino in Hieru-
salem cum illo, 15 quod donatum est
pro ipsa gente in templum Domini
eorum quod est in Hierusalem, ut col-
ligatur hoc aurum et argentum ad tau-
ros et arietes et agnos et hedos et quae
his sunt congruentia, 16 ut offerant hos-
tias Domino super altare Domini ip-
sorum quod est in Hierusalem. 17 Et
omnia quaecumque volueris cum frat-
ribus tuis facere auro et argento, per-
fice pro voluntate secundum praecep-
tum Domini Dei tui. 18 Et sacrosancta
vasa, quae data sunt tibi ad opera do-
mus Domini Dei tui qui est in Hie-
rusalem, 19 et cetera, quaecumque tibi
subvenerint ad operam templi Dei tui,
dabis de regali gazofilacio.

21 Et ego quidem rex Artaxerses
praecepi custodibus thesaurorum Sy-
riae et Foenicis, ut quaecumque scrip-
serit Ezras sacerdos et lector legis
Domini excelsi, diligenter detur ei us-
que ad argenti talenta centum, similiter
autem 22 et usque ad frumenti modios
centum et vini amphoras centum, et
alia quaecumque abundant sine taxa-
tione. 23 Omnia secundum Dei legem fi-
ant Deo altissimo, ne qua forte exsur-
gat ira in regno regis et filiorum eius.

24 Vobis autem dicitur, ut omnibus
sacerdotibus et Levitis et sacris can-
toribus templi et ianitoribus et servis
templi et scribis templi huius 25 nullum
tributum neque ulla alia indictio in-
rogetur, nec habeat quisque potesta-
tem obicere eis quicquam.

26 Tu autem Ezras, secundum sapi-
entiam Dei constitue iudices et arbit-
ros in tota Syria et Foenice, et omnes
qui legem Dei tui noverunt docebis,
27 ut quotquot transgressi fuerint le-
gem, diligenter plectantur sive morte
sive cruciatu sive etiam pecuniae mul-
tatione vel abductione.

28 Et dixit Ezras scriba: Benedictus
Dominus patrum meorum, qui dedit
haec in cor regis, clarificare domum
suam quae est in Hierusalem, 29 et me
honorificavit in conspectu regis et con-
siliariorum et amicorum eius et pur-
puratorum eius. 30 Et ego constans
animo factus sum secundum opitula-
tionem Domini Dei mei, et congregavi
ex Israhel viros, ut simul ascenderent
mecum.

31 Et hii sunt praepositi secundum 31—68: I Esr 8,1–36
suas patrias et principatus portionales
eorum, qui mecum ascenderunt de Ba-
bylonia in regno Artaxersis regis: 32 Ex
filiis Phares Gersomus, ex filiis Iema-
rut Amielus, filiorum David Attus fi-
lius Seceliae, 33 ex filiis Phares Zaccha-
rias et cum eo reversi sunt viri centum
quinquaginta, 34 ex filiis ductoris Moab
Ilionas Zaraei et cum ipso viri ducen-

14 domino^1 + deo c | 15 ~ est donatum c | ad] et A; et ad Ω | 17 uoluntate + tua c | dei *om.* A | 18 et — tui *om.* Q | domus *om.* A | dei *om.* A* | qui] quae A^{2}Ωc | 19 ad opera Ωc | gazofilacio A^{2}𝔊] + 20 cum uolueris cum fratribus tuis facere auro et argento perfice secundum uoluntatem domini A*QΩc, *ex v.* 17 | 21 excelsi *om.* Ωc | autem et A^{2}𝔊] et auri Q; et auri et Ωc | 22 ad *om.* A | 23 ~ legem dei Ωc | qua *om.* Ωc | filiorum A^{2}𝔊] filii filiorum A*Q; filii et filiorum Ωc | 24 ut] et A | templi et ianitoribus *om.* Ωc | 25 quisque] quisquam QΩc | 26 esdra Ωc | tui] tuam A; + non c | nouerint Q | docebis *restituimus cum* 𝔊] dedicere A*; discere A^2; disce Q; doce Ωc | 28 dominus] deus c | nostrorum Ωc | haec] hanc uoluntatem Ωc | 29 eius^1 *om.* c | 30 constans] consolato Q | 31 regis *om.* Ωc | 32 ex^1] et ex c | filiis siemarut AQ; filiis siemarith c | acchus c | 34 moabilionis Ωc | ipso] eo Q | ducenti + quinquaginta Ωc | AQΩc

ti, 35 ex filiis Zathues Iechonias Zetheeli
et cum ipso viri ducenti, ex filiis Ad-
deni filius Ionathae et cum ipso viri
ducenti quinquaginta, 36 ex filiis Olam
Aesias Gotholiae et cum ipso viri
septuaginta, 37 ex filiis Safatiae Zarias
Micheli et cum ipso viri octoginta, 38 ex
filiis Iob Abdias Iezeli et cum ipso viri
ducenti duodecim, 39 ex filiis Baniae
Salimoth filius Iosaphiae et cum ipso
viri centum sexaginta, 40 ex filiis Beer
Zaccharias Bebei et cum ipso viri du-
centi octo, 41 ex filiis Asath Iochannes
Acariae et cum ipso viri centum de-
cem; 42 ex filiis Adonicam ipsis postre-
mis, et haec sunt nomina eorum: Eli-
falam filius Iebel et Sameas et cum
ipso viri septuaginta, ex filiis Baneae
filius Zaccuri et cum ipso viri septua-
ginta.

43 Et congregavi eos ad fluvium qui
dicitur Thia, et metati illic sumus tri-
duo, et recognovi eos. 44 Et ex filiis sa-
cerdotum et Levitarum non inveni il-
lic. 45 Et misi ad Eleazarum et Eccelom
et Masman et Maloban et Enaatam
et Sameam et Ioribum Natham Enna-
gan Zacchariam et Mosolamun, ipsos
ductores et peritos. 46 Et dixi eis ut
venirent ad Luddeum ductorem, qui
erat apud locum gazofilacii. 47 Et
mandavi eis ut dicerent Luddeo et
fratribus eius et illis qui erant in ga-
zofilacio, ut mitterent nobis eos qui
sacerdotio fungerentur in domo Do-
mini Dei nostri. 48 Et adduxerunt no-
bis secundum manum validam Domi-
ni Dei nostri viros peritos ex filiis
Moolli filii Levi filii Israhel, Sebebian
et filios et fratres qui erant decem
et octo, 49 Asbian et Annun ex filiis
filiorum Chananei et filii eorum viri
viginti; 50 et ex his qui in templo ser-
viebant, quos dedit David et ipsi prin-
cipes ad operationem Levitis, templo
servientium ducenti viginti. Omnium
nomina significata sunt in scripturis.

51 Et vovi illic ieiunium iuvenibus
in conspectu Domini Dei nostri, ut
quaererem ab eo bonum iter nobis et
qui nobiscum erant ex filiis et pecori-
bus propter insidias. 52 Erubui enim
petere regem pedites et equites in comi-
tatu, tutelae gratia contra adversarios
nostros. 53 Diximus enim regi, quon-
iam virtus Domini erit cum eis qui
inquirunt eum in omni adfectu. 54 Et
iterum deprecati sumus Dominum
Deum nostrum secundum haec, quem
et propitium habuimus, et conpotes
facti sumus Domini nostri.

55 Et separavi ex plebis praepositis
et sacerdotibus templi viros duodecim,
et Sedebian et Asamian et cum eis ex
fratribus eorum viros decem. 56 Et ad-
pendi eis argentum et aurum et vasa
sacerdotalia domus Domini Dei nostri,
quae donaverat rex et consiliarii eius
et principes et omnis Israhel. 57 Et
cum adpendissem, tradidi argenti ta-
lenta centum quinquaginta et vasa ar-
gentea talentorum centum et auri ta-
lenta centum 58 et vasorum aureorum
species viginti et vasa aerea de bono
aeramento splendentia duodecim auri
speciem reddentia. 59 Et dixi eis: Et vos
sancti estis Domino, et vasa quae sunt
sancta et aurum et argentum votum
est Domino Deo patrum nostrorum.
60 Vigilate et custodite, donec tradatis
ex plebis praepositis et sacerdotibus et
Levitis et principibus civitatum Israhel

AQΩc 35 zecholei c | ex² — ducenti² *om.* Ωc | 36 filiis sola masias AQΩc | 37 zacharias A | ipso] eo A | 41 asathio channes AQΩ; ezead ioannes c | acariae] eccetan c | 42 ex² — septuaginta² *om.* Ωc | 43 congregauit A* | illic fuimus Ω; fuimus illic c | 45 misi + eos A | doctores A | et (*ult.*) *om.* Q | 46 ductorem *restituimus cum* 𝔊] doctorem A; *om.* QΩc | 50 in¹ *om.* c | templo² *om.* Q | omnia c | 51 domini *om.* c | nostri *om.* Ωc | ex] et c | 52 regem] a rege QΩc | 53 domini] dei A | effectu Ω | 54 domini nostri] deo nostro Ωc | 55 asannam c | 56 ~ aurum et argentum c | domini *om.* c | 58 species] septies Ωc | 59 quae *om.* Ωc | 60 ex *om.* A² |

in Hierusalem in pastoforio domus
Domini Dei nostri. [61] Et hii qui sus-
ceperunt sacerdotes et Levitae aurum
et argentum et vasa quae erant in
Hierusalem intulerunt in templum
Domini.

[62] Et promovimus a fluvio Thia die
duodecima mensis primi, usquequo
introivimus in Hierusalem secundum
potentem manum Domini Dei nostri,
quae super nos erat et liberavit nos
ab omnibus inimicis nostris; et veni-
mus in Hierusalem. [63] Et cum factus
fuisset tertius dies, quarta autem die
ponderatum aurum et argentum tra-
ditum est in domo Domini Dei nostri
Marimoth filio Iori sacerdoti. [64] Et
cum ipso erat Eleazar filius Finees, et
erant cum ipsis Iosabdus filius Iesu
et Moedias Banni filius Levitae. Ad
numerum et ad pondus universa [65] et
scriptum est pondus ipsorum eadem
hora. [66] Qui autem venerunt ex capti-
vitate, obtulerunt sacrificium Domini
Israhel tauros duodecim pro omni
Israhel, arietes octoginta sex, [67] agnos
septuaginta duos, hircos pro peccato
duodecim, et pro salute vaccas duo-
decim, omnia sacrificium Domini. [68] Et
relegerunt praecepta regis regalibus
dispensatoribus et subregulis Coelen-
syriae et Foenicis, et honorificaverunt
gentem et templum Domini.

69—91: I Esr 9,1–15 [69] Et consummatis his accesserunt
ad me praepositi dicentes: Non segre-
gaverunt genus Israhel et principes et
sacerdotes et Levitae [70] et alienigenae
gentes et nationes terrae inmunditias
suas a Chananeis et Hettheis et Fere-
zeis et Iebuseis et Moabitis et Aegyp-
tiis et Idumeis. [71] Coniuncti enim sunt
filiabus eorum et ipsi et filii eorum, et
commixtum est semen sanctum alieni-
genis gentibus terrae; et participes
erant praepositi et magistratus iniqui-
tatis huius ab initio ipsius rei.

[72] Et mox ut audivi ista, conscidi
vestimenta et sacram tunicam, et la-
cerans capillos capitis et barbam sedi
dolens et maestus. [73] Et convenerunt
ad me quotquot tunc movebantur in
verbo Domini Dei Israhel, me lugente
super iniquitatem istam. Et sedebam
tristis usque ad vespertinum sacrifi-
cium. [74] Et surgens a ieiunio, conscissa
habens vestimenta et sacram tunicam,
ingeniculans et extendens manus ad
Dominum [75] dicebam:

Domine, confusus sum et reveritus
sum ante faciem tuam. [76] Peccata enim
nostra multiplicata sunt super capita
nostra, et iniquitates nostrae exaltatae
sunt usque ad caelum, [77] quoniam a
temporibus patrum nostrorum sumus
in magno peccato usque in hunc diem.
[78] Et propter peccata nostra et patrum
nostrorum sumus traditi cum fratri-
bus nostris et cum sacerdotibus nostris
regibus terrae in gladium et captivita-
tem et depraedationem cum confusio-
ne usque in hodiernum diem. [79] Et nunc
quantum est quod contigit nobis mi-
sericordia abs te, Domine Deus, dere-
linquere nobis radicem et nomen in
locum sanctificationis tuae, [80] detegere
luminare nostrum in domo Domini
Dei nostri, dare nobis cibum in tem-
pore servitutis nostrae. [81] Et cum servi-
remus, non sumus derelicti a Domino
Deo nostro, sed constituit nos in gra-

60 domini *om.* Ω c | 61 quae erant *om.* c | ~ intulerunt in ierusalem c | 62 duodecimi AQΩc Q | secundum — hierusalem^{2} *om.* Ω c | nostris *om.* Q | 63 quarto A | in domum A | 64 moedias] medias et Ω c | 66 domino A^{2}; domino deo c | 67 omnia A* 𝔊] + in A^{2}Q Ω c | 68 colensyriae A* | 71 et mistum c | huius] eius c | rei] regni Ω c | 72 ut *om.* A* | 73 ad me *om.* c | me lugentem A* QΩ c; *praem.* ad c | ~ sacrificium uespertinum c | 74 et consurgens A* c | in genu calcans Q; tollens genuculans A | et^{3} *om.* A* | 75 ad ante A* | 77 usque ad diem hunc Ω c | 78 nostris^{2} + et A* QΩ | 79 est + hoc c | misericordiae A^{2} | deus + et c | derelinqueque A*; derelinque A^{2}QΩ; relinque c | 80 dare *om.* A* | in^{2} + omni c | 81 fuimus c |

tia penes reges Persarum, dare nobis
cibum 82 et clarificare templum Do-
mini nostri et aedificare deserta Sion,
dare nobis stabilitatem in Iudaea et in
Hierusalem.
83 Et nunc quid dicemus, Domine,
habentes haec? Transgressi enim su-
mus praecepta tua, quae dedisti in
manus puerorum tuorum propheta-
rum 84 dicens quoniam terra, in quam
introistis possidere hereditatem eius,
terra polluta est coinquinationibus
alienigenarum terrae, et inmunditiae
illorum repleverunt eam totam in-
munditia sua. 85 Et nunc filias vestras
non coniungetis filiis illorum, et filias
eorum non accipietis filiis vestris. 86 Et
non inquiretis pacem habere cum illis
omni tempore, ut invalescentes man-
ducetis optima terrae, et hereditatem
distribuatis filiis vestris usque in ae-
vum. 87 Et quae contingunt nobis, om-
nia fiunt propter opera nostra maligna
et magna peccata nostra. 88 Et dedisti
nobis talem radicem, et rursum reversi
sumus transgredi legitima tua, uti
commisceremur inmunditiae alieni-
genarum gentium terrae huius. 89 Non-
ne irasceris nobis perdere nos, quoad-
usque non relinquatur radix et nomen
nostrum? 90 Domine Deus Israhel,
verax es; derelicta enim est radix us-
que in hodiernum diem. 91 Ecce nunc
sumus in conspectu tuo in iniquitati-
bus nostris; non est enim adhuc stare
ante te in his.
8,92—9,36: I Esr 10,1–44 92 Et cum adorando confiteretur
Ezras flens humi prostratus ante tem-
plum, congregati sunt ante eum ex
Hierusalem turba magna valde, viri et
mulieres et iuvenes et iuvenculae. Fle-
tus enim erat magnus in ipsa multitu-
dine. 93 Et cum clamasset Iechonias
Ieeli ex filiis Israhel, dixit Ezrae: Nos
in Dominum peccavimus, quod con-
locavimus nobis in matrimonium mu-
lieres alienigenas ex gentibus terrae.
94 Et nunc est super omnem Israhel.
In his ergo sit iusiurandum ad Domi-
num, expellere omnes uxores nostras
quae ex alienigenis sunt cum filiis ea-
rum, 95 sicut tibi decretum est a ma-
ioribus secundum legem Domini. Ex-
surgens explica, 96 ad te enim spectat
hoc negotium, et nos tecum sumus.
Viriliter fac. 97 Et exsurgens Ezras ad-
iuravit principes sacerdotum et Levi-
tas et omnem Israhel facere secundum
haec, et iuraverunt.

9 Et exsurgens Ezras ab ante atrium
templi, abiit in pastoforium Ionathae
filii Nasibi. 2 Et hospitatus illic, non
gustavit panem nec aquam bibit, lu-
gens super iniquitates multitudinis.
3 Et facta est praedicatio in omni
Iudaea et in Hierusalem omnibus qui
erant ex captivitate congregari in Hie-
rusalem. 4 Et quicumque non occurre-
rit biduo aut triduo diei secundum
iudicium adsidentium seniorum, tol-
lentur facultates eius, et ipse alienus
iudicabitur a multitudine captivitatis.
5 Et congregati sunt omnes qui erant ex
tribu Iuda et Beniamin in tribus diebus
in Hierusalem; hic mensis est nonus,
vicesima mensis. 6 Et adsedit omnis
multitudo in area templi, trementes
propter hiemem praesentem.
7 Et exsurgens Ezras dixit illis: Vos
inique fecistis conlocando vobis in

AQΩc 81 penes] ponens Ωc | ∼ nobis reges persarum dare Ωc | 82 domini + dei QΩc | in² *om.* Ωc | 83 dicimus QΩc | 84 in qua Ω | intratis A² | alienarum Q | illorum] eorum A | tota Q | 85 illorum] eorum Ωc | 90 ∼ est enim c | 92 turma c | et³ *om.* A | 93 ezras A*QΩ | dominum] deum Q | 94 est] es c | a domino QΩc | 96 exspectat A* QΩ | hoc *om.* c | 97 et¹ *om.* A | secundum + omnia Ω || 9,2 lugens *om.* QΩc | iniquitatem c | 3 congregati Ωc; ut congregati uenirent A² | ∼ in ierusalem congregati c | 4 et¹] aut Ω; ut c | aut] uel Ωc | adsidentium + iudeorum A | tollerentur c | eius] suae Ωc | iudicaretur A*c | 5 uicesimi mensis Q; uicesimus dies m. Ω; dies m. uicesimus c; uicesima die m. A² | 6 et sedit Ωc | 7 et *om.* Ω | dixit *om.* Q | collocantes c |

matrimonium uxores alienigenas, ut
adderetis ad peccata Israhel. 8 Et nunc
date confessionem et magnificentiam
Domino Deo patrum nostrorum, 9 et
perficite voluntatem ipsius et discedite
a gentibus terrae et ab uxoribus alieni-
genis.

10 Et clamavit omnis multitudo et
dixerunt magna voce: Sicut dixisti fa-
ciemus. 11 Sed quoniam multitudo
magna est, et tempus hiberni est et non
possumus in subdiali parte stare, et
hoc opus non est nobis unius diei ne-
que bidui, multum in his peccavimus,
12 stent praepositi multitudinis et om-
nes qui nobiscum inhabitant et quot-
quot habent apud se uxores alieni-
genas, 13 et adsistant accepto tempore
et ex omni loco presbyteri et iudices,
usquequo solvant iram Domini negotii
huius.

14 Ionatha autem filius Ezeli et Ozias
Thochani susceperunt secundum haec,
et Bosoramus et Levis et Sabbatheus
simul cooperati sunt cum illis. 15 Et
fecerunt secundum haec omnia uni-
versi qui erant ex captivitate. 16 Et ele-
git sibi viros Ezras sacerdos, principes
magnos de patribus eorum secundum
nomina, et consederunt novilunio
mensis decimi examinare negotium
istud. 17 Et determinatum est de viris
qui habebant uxores alienigenas usque
ad neomenia primi mensis.

18 Et inventi sunt ex sacerdotibus
commixti qui habebant alienigenas
uxores: 19 Ex filiis Iesu filii Iosedech et
fratribus eius Maseas et Eliezerus et
Ioribus et Ioadeus. 20 Et iniecerunt
manus, ut expellerent uxores suas, et
ad litandum in exoratione arietem pro
ignorantia sua.

21 Et ex filiis Emmeri Masseas et
Esses et Ieel et Azarias. 22 Et ex filiis
Fosor Elionia, Assias, Ismahelus et
Nathanaelus, Ioceddeus et Talsas. 23 Et
ex Levitis Iozabdus et Semeis et Co-
lius et Calitas et Fatheas et Coluas et
Elionas. 24 Ex sacris cantoribus Elia-
subus, Zaccurus. 25 Ex ostiariis Sallu-
mus et Tolbanes. 26 Et ex Israhel: Ex
filiis Foroos Ieremias et Ieddias et
Melchias et Mielus et Eleazarus et
Iemmebias et Baninas. 27 Et ex filiis Io-
lam Mamthanias et Zaccharias, Iez-
relus et Iobdius et Herimoth et Helias.
28 Et ex filiis Zathom Eliadas et Elia-
simus et Othias et Larimoth et Zabdus
et Zebedias. 29 Et ex filiis Bebe Iohan-
nes et Ananias et Zabdias et Eme-
this. 30 Et ex filiis Banni Olamus et
Malluchus et Ieddaeus et Iasub et Asu-
bus et Hierimoth. 31 Et ex filiis Addin
Naathus et Moosias et Calchurus et
Raanas et Baseas, Mathathias et Be-
seel et Bonnus et Manasses. 32 Et ex
filiis Nuae Noneas et Aseas et Mel-
chias et Sameas et Simon, Beniamin et
Malchus et Marras. 33 Et ex filiis Asom
Carianeus, Mathathias et Bannus et
Elifalat et Manasses et Semei. 34 Et ex
filiis Banni Ieremias et Moodias et
Abramus et Ioel et Baneas et Pelias et
Ionas et Marimoth et Eliasib et Ma-
thaneus et Eliasis et Zorisas et Diaelus
et Samedius et Sambris et Iosephus.

10 ~ uoce magna QΩc | 11 hibernum A^{2}Ωc | est^{2} *om.* QΩc | in subsidiali Q; insub- AQΩc
sidiati Ωc | parte *om.* QΩc | non^{2} *om.* A* | nobis *om.* A | unus A* | multum +
enim A^{2}c | 12 ~ uxores apud se c | 13 et^{1} *om.* A^{2} | et^{2} *om.* Ωc | domini] dei Q |
14 ionathas A^{2}Ωc | thochani] thecam Ωc | haec] hoc A | cooperti A* | 15 fecerunt]
steterunt Ωc | 16 et legit Q | sederunt A* | 17 neomeniam Ac | 18 permixti QΩc |
~ uxores alienigenas A | 20 inierunt QΩ | manus + eius A* | in exorationem c |
21 filiis semmeri AQΩc | ieel et] ieeleth QΩ; ieelech c | 22 fosorelioma asias Q; fosore
liomasias Ω; fosere limosias c | nathaeiussio ceddos Q; nathanae iussio ieddus Ω; nathanee
iussio reddus c | 24 ex] et ex QΩc | 25 ex] et ex QΩc | 26 foroosi et remias QΩ; foro
ozi et remias c | et^{5} *om.* c | 27 et^{1} *om.* Ω | iolamam thanias AQΩ; iolaman chamas c |
zaccharias + et c | 28 et othias] zochias c | 29 bebe] zebes c | emeus c | 31 et baseas]
maaseas c |

[35]Et ex filiis Nobaei Idaelus et Ma-
thathias et Sabadus et Zetheda Sednu
et Iessei Baneas. [36]Omnes isti coniun-
xerunt sibi uxores alienigenas, et di-
5,46 miserunt eas cum filiis.

[37]Et inhabitaverunt sacerdotes et
37—56: II Esr 7,73–8,12 Levitae et qui erant ex Israhel in Hie-
rusalem et in tota regione una novi-
lunio mensis septimi, et erant filii Is-
rahel in commorationibus suis. [38]Et
congregata est omnis multitudo simul
in aream quae est ab oriente portae
sacrae. [39]Et dixerunt Ezrae pontifici et
lectori, ut adferret legem Moysi quae
tradita est a Domino Deo Israhel. [40]Et
adtulit Ezras pontifex legem omni
multitudini eorum a viro usque ad
mulierem et omnibus sacerdotibus,
audire legem novilunio mensis septi-
mi. [41]Et legebat in area quae est ante
sacram portam templi a prima luce
usque ad vesperam coram viris et mu-
lieribus, et dederunt omnes sensum ad
legem.

[42]Et stetit Ezras sacerdos et lector
legis super ligneum tribunal quod fab-
ricatum erat. [43]Et steterunt ad eum
Mathathias, Samus, Ananias, Azarias,
Urias, Ezechias et Balsamus ad dex-
teram, [44]et ad sinistram Faldeus, Mi-
sael, Malachias, Abustassabus, Naba-
dias et Zaccharias. [45]Et adsumpsit
Ezras librum coram omni multitudi-
ne, praesidebat enim in gloria in con-
spectu omnium. [46]Et cum absolvisset
legem, omnes recti steterunt. Et bene-
dixit Ezras Dominum Deum altissi-
mum, Deum Sabaoth omnipotentem.
[47]Et respondit omnis populus: Amen.
Et elevatis susum manibus prociden-
tes in terram adoraverunt Dominum.
[48]Iesus et Banaeus et Sarabias et
Iadinus et Accubus et Sabbateus et
Calites et Azarias et Ioradus et Ana-
nias et Filias, Levitae [49]qui docebant
legem Domini et in multitudine lege-
bant legem Domini, et praeferebant
singuli eos qui intellegebant lectionem.

[50]Et dixit Attarates Ezrae pontifici
et lectori et Levitis qui docebant mul-
titudinem [51]dicens: Dies hic est sanc-
tus Domino. Et omnes flebant, cum
audissent legem. [52]Digressi ergo man-
ducate pinguissima quaeque et bibite
dulcissima quaeque et mittite munera
his qui non habent. [53]Sanctus est enim
dies Domini, et nolite maesti esse,
Dominus enim clarificavit vos. [54]Et
Levitae denuntiabant in publico om-
nibus dicentes: Dies hic sanctus est,
nolite maesti esse. [55]Et abierunt omnes
manducare et bibere et epulari et dare
munera his qui non habent ut epulen-
tur. Magnifice enim sunt exaltati ver-
bis quibus edocti sunt. [56]Et congregati
sunt universi in Hierusalem, celebrare
laetitiam secundum testamentum Do-
mini Dei Israhel.

EXPLICIT LIBER EZRAE TERTIUS

AQΩc 37 ~ una regione c | 43 ad[1]] apud Q | mathathias + et Ωc | 46 erecti c | 47 et[1] — amen *om.* A* | sursum A[2]QΩc | dominum + et iussit esdras ut docerent legem Ω | 48 filias leuitae] filii leuitarum Q | 49 in — et[2] *om.* Q | 51 ~ sanctus est Ωc | 52 digressi] *praem.* et dixit esdras c | 53 ~ enim est Ωc | ~ domini dies Q; *praem.* hic Ωc; + hic Q | clarificabit Ωc | 55 epulare A | habebant ut epularentur c ||

INCIPIT LIBER EZRAE QUARTUS

1—3: I Esr 7,1–5; III Esr 8,1–2 Liber Ezrae prophetae, filii Sarei, filii Azarei, filii Helchiae, filii Salame, filii Sadoch, filii Acitob, [2]filii Achiae, filii Finees, filii Heli, filii Ameriae, filii Aziei, filii Marimoth, filii Arna, filii Oziae, filii Borith, filii Abissei, filii Finees, filii Eleazar, [3]filii Aaron ex tribu Levi, qui fuit captivus in regione Medorum, in regno Artaxersis regis Persarum.

[4]Et factum est verbum Domini ad
Is 58,1! me dicens: [5]Vade adnuntia populo
meo facinora ipsorum et filiis eorum
iniquitates, quas in me admiserunt, ut
nuntient filiis filiorum suorum, [6]quia
Ier 7,26! peccata parentum illorum in illis cre-
Dt 8,19; Idc 3,7! verunt; obliti enim me sacrificaverunt
Dt 5,6! diis alienis. [7]Nonne ego eos eduxi de
terra Aegypti de domo servitutis?
Ps 106,11 Ipsi autem inritaverunt me et consilia
mea spreverunt. [8]Tu autem excute
comam capitis tui et proice omnia
mala super illos, quoniam non ob-
oedierunt legi meae; populus autem
Mt 17,16! indisciplinatus. [9]Usquequo eos susti-
nebo, quibus tanta beneficia contuli?
Ps 135,17 [10]Reges multos propter eos subverti,
Ex 15,4! Pharaonem cum pueris suis et omnem
Dt 11,23! exercitum eius percussi. [11]Omnes gen-
tes a facie eorum perdidi et in oriente
provinciarum duarum populos Tyri et
Sidonis dissipavi et omnes adversarios
eorum interfeci.

[12]Tu vero loquere ad eos dicens:
Haec dicit Dominus: [13]Nempe ego Sap 14,3!
vos mare traieci et plateas vobis in
invio munitas exhibui; ducem vobis
dedi Moysen et Aaron sacerdotem. Ps 104,26
[14]Lucem vobis per columnam ignis Sap 18,3!
praestiti et magna mirabilia feci in
vobis. Vos autem mei obliti estis, dicit
Dominus.

[15]Haec dicit Dominus omnipotens:
Coturnix vobis in signo fuit, castra Ps 104,40!
vobis ad tutelam dedi, et illic mur- Dt 1,27!
murastis. [16]Et non triumphastis in
nomine meo de perditione inimicorum
vestrorum, sed adhuc nunc usque
murmuratis. [17]Ubi sunt beneficia quae
praestiti vobis? Nonne in deserto cum
esuriretis et sitiretis proclamastis ad
me [18]dicentes: Ut quid nos in desertum Nm 20,4!
istud adduxisti interficere nos? Melius
nobis fuerat servire Aegyptiis quam
mori in deserto hoc. [19]Ego dolui gemi-
tos vestros et dedi mannam vobis in Ps 77,24.25!
escam, panem angelorum manducas-
tis. [20]Nonne cum sitiretis petram ex- Nm 20,11! Sap 11,4!
cidi, et fluxerunt aquae in satietatem?
Propter aestus folia arborum vos texi.
[21]Divisi vobis terras pingues, Chana- Dt 7,1!
neos et Ferezeos et Philistheos a facie

IV Ezras. *Citantur* AS *et* CMEI *ac* cb *necnon, pro capp.* 3—14, 𝔳. *Apud modernos capp.* 3—14 = IV Esr *seu* Apocalypsis Esdrae, *capp.* 1 *et* 2 = V Esr, *capp.* 15 *et* 16 = VI Esr. *Tit.* liber esdrae quartus c ‖ **1,1** [*deest* 1 *usque ad* 7,67] | *vv.* 1—3 *om.* CME, *qui in capp.* 1 *et* 2, *quae post* 16,78 *ponunt, alteram textus recensionem exhibent et ideo rarius a nobis citantur* | prophetae + secundus S cb | salame] sadaniae c | 2 aziei] asiel c | eleazari A | 3 rege S | 4 et *om.* S | 5 uade et nuntia S cb | suorum *om.* c | 6 illorum] ipsorum M c | crescunt A | mei c | 7 ~ eduxi eos C c | 8 obaudierunt SME b | autem[2] + est S[2] c | 11 populus AS; populum b | 13 per mare transmeaui c; per mare transieci E | in inuio] initio c | 16 murmurastis S c | 17 et sitiretis *om.* c | 18 in deserto istut A*; in hoc deserto ME | 19 gemitus CME c | ~ uobis manna c | 20 in satietate S b; in saturitate c | foliis c | 21 philistinos S b |

AS (CME) cb

vestra proieci. Quid faciam vobis ad-
huc? dicit Dominus.
22 Haec dicit Dominus omnipotens:
In deserto cum essetis in flumine ama-
ro sitientes et blasphemantes nomen
meum, 23 non ignem vobis pro blas-
Ex 15,25! phemiis dedi, sed mittens lignum in
Os 6,4! aqua dulce feci flumen. 24 Quid tibi
faciam, Iacob? Noluisti me obaudire,
Iuda. Transferam me ad alias gentes
et dabo eis nomen meum, ut custo-
diant legitima mea. 25 Quoniam me
dereliquistis, et ego vos derelinquam;
petentibus vobis a me misericordiam,
Ier 11,11! non miserebor vestri. 26 Quando in-
vocabitis me, ego non exaudiam vos.
Is 59,3! Maculastis enim manus vestras san-
Ps 13,3 guine, et pedes vestri impigri sunt ad
committenda homicidia. 27 Non quasi
me dereliquistis, sed vos ipsos, dicit
Dominus.
28 Haec dicit Dominus omnipotens:
Nonne ego vos rogavi ut pater filios et
ut mater filias et nutrix parvulos suos,
Ez 14,11! 29 ut essetis mihi in populo et ego
I Par 17,13! vobis in Deum, et vos mihi in filios et
Mt 23,37! ego vobis in patrem? 30 Ita vos collegi
ut gallina filios suos sub alas suas.
Modo autem quid faciam vobis? Pro-
Ier 6,20! iciam vos a facie mea. 31 Oblationes
Am 5,21.22! mihi cum obtuleritis, avertam faciem
Is 1,13! meam a vobis; dies enim festos ves-
tros et neomenias et circumcisiones
carnis repudiavi. 32 Ego misi pueros
Mt 23,37! meos prophetas ad vos, quos acceptos
interfecistis et laniastis corpora illo-
rum, quorum sanguinem exquiram,
dicit Dominus.
33 Haec dicit Dominus omnipotens:
Ier 13,24! Domus vestra deserta est, proiciam
vos sicut ventus stipulam. 34 Et filii
procreationem non facient, quoniam
mandatum meum vobiscum neglexe- 2,3
runt et quod malum est coram me Ps 50,6!
fecerunt. 35 Tradam domus vestras po-
pulo venienti. Qui me non audientes
credunt; quibus signa non ostendi, fa-
cient quae praecepi. 36 Prophetas non
viderunt et memorabuntur antiquita-
tum eorum. 37 Testor populi venientis
gratiam, cuius parvuli exultant cum I Pt 1,8!
laetitia, me non videntes oculis carna-
libus, sed spiritu credent quae dixi.
38 Et nunc, pater, aspice cum gloria et
vide populum venientem ab oriente. Za 8,7!
39 Quibus dabo ducatum Abraham,
Isaac et Iacob et Osee et Amos et
Michae et Iohelis et Abdiae et Ionae
40 et Naum et Abacuc, Sofoniae, Ag-
gei, Zacchariae et Malachiae, qui et
angelus Domini vocatus est.
2 Haec dicit Dominus: Ego eduxi
populum istum de servitute, quibus
mandata dedi per pueros meos pro- Ier 35,15!
phetas, quos audire noluerunt, sed
irrita fecerunt mea consilia. 2 Mater
quae eos generavit dicit illis: Ite, filii, Lam 5,3
quia ego vidua sum et derelicta. 2,3: Bar 4,11.12!
3 Educavi vos cum laetitia et amisi vos
cum luctu et tristitia, quoniam peccas- 1,34; Ps 50,6!
tis coram Domino Deo et quod ma-
lum est coram me fecistis. 4 Modo
autem quid faciam vobis? Ego enim Bar 4,19
vidua sum et derelicta. Ite, filii, et
petite a Domino misericordiam. 5 Ego
autem te, pater, testem invoco super
matrem filiorum, quia noluerunt testa-
mentum meum servare, 6 ut des eis
confusionem et matrem eorum in
direptionem, ne generatio eorum fiat.
7 Dispergantur in gentes, nomina eo-
rum deleantur a terra, quoniam spre-

AS (CME) cb
22 amaro CMEb] amorreo ASc | 23 in aquam Ac | 24 me¹ *om.* c | obedire c | 25 ~ derelinquam uos A | uobis *om.* A | uestri *om.* c | 28 et² + ut CMEc | 29 in populum Scb | 30 filios] pullos CMEcb | 31 oblationem cum mihi attuleritis c | numenia S | carnis *om.* CMEc | 32 illorum] eorum c | 34 uobiscum *om.* CMEc | coram] contra S | 36 antiquitatum] iniquitatum c | 37 credentes c | 38 pater] partem A; frater S²c | cum] quae c | 39 ioel CMEc | 40 malachim S || 2,1 prophetas + quibus mandata dedi A* | 2 dicet A | 3 deo + uestro c | coram eo c; in conspectu eius CME | 4 enim *om.* c | 5 quia] qui CMc | 6 ne *om.* A | 7 dispergentur A |

verunt testamentum meum.
[8]Vae tibi, Assur, qui abscondis ini-
quos penes te. Gens mala, memorare
quid fecerim Sodomae et Gomorrae,
[9]quorum terra iacet in piceis glebis et
aggeribus cinerum. Sic dabo eos qui
me non audierunt, dicit Dominus om-
nipotens.
[10]Haec dicit Dominus ad Ezram:
Adnuntia populo meo, quoniam dabo
eis regnum Hierusalem, quod datu-
rus eram Israhel. [11]Et sumam mihi
gloriam illorum et dabo eis taber-
nacula aeterna, quae praeparaveram
illis. [12]Lignum vitae erit illis in odore
unguenti, et non laborabunt neque
fatigabuntur. [13]Ite et accipietis, ro-
gate vobis dies paucos ut minorentur;
Mt 25,34 iam paratum est vobis regnum, vigi-
Dt 4,26! late. [14]Testare, testare caelum et ter-
ram, omisi enim malum et creavi bo-
num, quia vivo ego, dicit Dominus.
25 [15]Mater, conplectere filios tuos, educa
illos cum laetitia sicut columba, con-
firma pedes eorum, quoniam te elegi,
Ez 37,12! dicit Dominus. [16]Et resuscitabo mor-
tuos de locis suis et de monumentis
educam illos, quoniam cognovi no-
men meum in illis. [17]Noli timere, ma-
ter filiorum, quoniam te elegi, dicit
Dominus. [18]Mittam tibi adiutorium
pueros meos Esaiam et Hieremiam,
ad quorum consilium sanctificavi et
paravi tibi arbores duodecim gravatas
variis fructibus [19]et totidem fontes flu-
entes lac et mel et montes inmensos
septem habentes rosam et lilium, in
quibus gaudio replebo filios tuos.

[20]Viduam iustifica, pupillo iudica, **20.21:** Is 58,6.7!
egenti da, orfanum tuere, nudum ves-
ti, [21]confractum et debilem cura, clau-
dum inridere noli, tutare mancum, et
caecum ad visionem claritatis meae
admitte, [22]senem et iuvenem intra mu-
ros tuos serva, [23]mortuos ubi inveneris
signans commenda sepulchro, et dabo
tibi primam sessionem in resurrectio-
ne mea.
[24]Pausa et quiesce, populus meus,
quia veniet requies tua. [25]Nutrix bo- Ios 1,13!
na, nutri filios tuos, confirma pedes 15
eorum. [26]Servos quos tibi dedi, nemo Io 17,12!
ex eis interiet, ego enim eos requiram
de numero tuo. [27]Noli satagere, cum
venerit enim dies pressurae et angus-
tiae, alii plorabunt et tristes erunt, tu
autem hilaris et copiosa eris. [28]Zela-
bunt gentes et nihil adversum te pote- II Sm 7,10: Ps 88,23
runt, dicit Dominus. [29]Manus meae
tegent te, ne filii tui gehennam videant.
[30]Iucundare, mater, cum filiis tuis,
quia ego te eripiam, dicit Dominus.
[31]Filios tuos dormientes memorare,
quoniam ego eos educam de latibulis
terrae et misericordiam cum illis fa- Ps 85,15!
ciam, quoniam misericors sum, dicit
Dominus omnipotens. [32]Amplectere
natos tuos usque dum venio et prae-
dica illis misericordiam, quoniam ex-
uberant fontes mei et gratia mea non
deficiet.
[33]Ego Ezra accepi praeceptum a
Domino in monte Horeb, ut irem ad
Israhel. Ad quos cum venirem, repro-
baverunt me et respuerunt mandatum
Domini. [34]Ideoque vobis dico, gentes

7 testamentum] sacramentum S𝔠 | 8 quia abscondisti A | 9 eis A | 10 nuncia 𝔠 | 11 et adsumam A | praeparauerunt A | 12 uitae *om.* A | in odorem A𝔟 | et non laborabunt *om.* A | 13 ite] petite CME𝔟 | minorentur] immorentur 𝔠 | praeparatum A | 14 testare² *om.* 𝔠 | terram] testare caelum A | omisi] contriui 𝔠 | creui S | 15 amplectere 𝔠 | tuos *om.* A | educam AS | 16 illis] israel 𝔠 | 19 implebo 𝔠 | 20 pupillo] populo A | egenti da *om.* A | 21 ridere A | 23 sessionem + tuam A | in resurrectionem meam A | 25 confirma + enim S𝔟 | 26 interiit AC | eos *om.* A; ~ eos ego enim 𝔠 | 27 satagere] fatigari 𝔠 | ~ enim uenerit 𝔠 | 28 nil 𝔠 | 30 eripiam + cum filiis tuis A* | 31 ego *om.* A | latilibus S; lateribus 𝔠; latitudine CME | misericordiam + meam A | 32 praedica] praestem 𝔠; praesta CME | exuberant] exuerunt A (*pro* exierunt) | mei] meae A | defecit A | 33 ezram S; esdras M𝔠 | ~ praeceptum accepi 𝔠 |

AS (CME) 𝔠𝔟

quae auditis et intellegitis: Expectate
pastorem vestrum, requiem aeternita-
tis dabit vobis, quoniam in proximo
est ille, qui in finem saeculi adveniet.
Sap 5,17 35 Parati estote ad praemia regni, quia
lux perpetua lucebit vobis per aeterni-
tatem temporis. 36 Fugite umbram sae-
culi huius, accipite iucunditatem glo-
riae vestrae. Ego testor palam salva-
torem meum. 37 Commendatum Do-
I Th 2,12 mini accipite et iucundamini gratias
I Pt 5,10 agentes ei qui vos ad caelestia regna
vocavit. 38 Surgite et state et videte
Apc 7,4 numerum signatorum in convivio Do-
mini. 39 Qui se de umbra saeculi trans-
Apc 6,11! tulerunt, splendidas tunicas a Domino
acceperunt. 40 Recipe, Sion, numerum
tuum et conclude candidatos tuos, qui
legem Domini conpleverunt. 41 Filio-
rum tuorum, quos optabas, plenus est
numerus; roga imperium Domini, ut
sanctificetur populus tuus, qui vocatus
est ab initio.

Apc 7,9 42 Ego Ezra vidi in monte Sion tur-
bam magnam, quam numerare non
potui, et omnes canticis conlaudabant
Dominum. 43 Et in medio eorum erat
iuvenis statura celsus, eminentior om-
nibus illis, et singulis eorum capitibus
inponebat coronas, et magis exaltaba-
tur; ego autem miraculo tenebar.
Apc 7,13 44 Tunc interrogavi angelum et dixi:
Qui sunt hii, domine? 45 Qui respon-
dens dixit mihi: Hii sunt qui morta-
lem tunicam deposuerunt et inmorta-
lem sumpserunt et confessi sunt no-
men Dei; modo coronantur et acci-
piunt palmas. 46 Et dixi ad angelum:
Ille iuvenis quis est, qui eis coronas
inponit et palmas in manus tradit?
47 Qui respondens dixit mihi: Ipse est
Filius Dei, quem in saeculo confessi
sunt. Ego autem magnificare eos coe-
pi, qui fortiter pro nomine Domini
steterunt. 48 Tunc dixit mihi angelus:
Vade et adnuntia populo meo, qualia
et quanta mirabilia Domini Dei vi-
disti.

3 Anno tricesimo ruinae civitatis
eram in Babylone, ego Salathihel qui
et Ezras, et conturbatus sum super Dn 4,2!
cubili meo recumbens, et cogitationes
meae ascendebant super cor meum,
2 quoniam vidi desertionem Sion et
abundantiam eorum qui habitabant in
Babylone.

3 Et ventilatus est spiritus meus val-
de, et coepi loqui ad Altissimum verba
timorata, 4 et dixi: O Domine Domi-
nator, tu dixisti ab initio, quando
plantasti terram, et hoc solus, et im-
perasti pulveri, 5 et dedit Adam corpus
mortuum. Sed et ipsum figmentum
manuum tuarum erat, et insuflasti in Gn 2,7! 8
eum spiritum vitae, et factus est vi-
vens coram te. 6 Et induxisti eum in
paradisum, quem plantavit dextera tua
antequam terra adventaret. 7 Et huic
mandasti diligentiam unam tuam, et
praeterivit eam, et statim instituisti in
eum mortem et in nationibus eius. Et
natae sunt ex eo gentes et tribus, po-
puli et cognationes, quorum non est
numerus. 8 Et ambulavit unaquaque

AS (CME) ȼb(ꝺ) 34 et *om.* A | in fine ȼ | 35 aeternitatis A | 36 umbra S | 37 domini] donum ȼ | uos] nos S | 38 et state] instate A; state ME | 40 recipe] respice S | candidos A | 41 qui] quo A | 42 ezram S; esdras Mȼ | 43 tunc ego autem A | 45 accipiant S | 46 dixi angelo ȼ | inponet S; inponat A | tradet S; tradat A | 47 qui¹] et ȼ | in saeculum A | 48 et¹ *om.* Sȼb | domini dei *om.* S | [*hic inseritur in* S *textus* III Esr 1,1—2,15] || 3,1 [*incipit* ꝺ] | in babilonem AS | ego—ezras *om.* ȼ | sum] eram CMEꝺ; *om.* A | cubile meum CME; cubiculo meo ȼ | 2 in babilonem S | 4 ~ dominator domine Sȼbꝺ; + nonne CMEbꝺ | quando] quoniam A | plasmasti CMEbꝺ | pulueri bꝺ.] populo ASȼ; orbi CME | 5 dediti S; dedisti Cȼ; + tibi bꝺ | figmentum *om.* A | 6 in paradiso Sȼ | quam S | plantauerat ȼ | terra *om.* A | 7 huic] ad hunc ꝺ.; adhuc CME | diligere S²ȼ | ~ tuam unam CME; uiam tuam S²ȼ | in eo CMEȼ | natae] nati A | ex eo *om.* ȼ | populique et ME; populi ubique et C; et populi et ȼ | quarum CMEȼ | 8 unaquaeque CEȼbꝺ |

gens in voluntate sua, et impie agebant
coram te et spernebant praecepta tua,
et tu non prohibuisti eos. [9]Iterum
Gn 6,17! autem in tempore induxisti diluvium
super habitantes saeculum et perdi-
disti eos. [10]Et factum est in uno casui
eorum, sicut Adae mors sic et his
diluvium.

[11]Dereliquisti autem ex his unum
Noe cum domo sua; ex eo iustos om-
Gn 6,1 nes. [12]Et factum est cum coepissent
multiplicari qui habitabant super ter-
ram, et multiplicaverunt filios et po-
pulos et gentes multas, et coeperunt
iterato impietatem facere plus quam
priores. [13]Et factum est cum iniquita-
II Esr 9,7 tem facerent coram te, elegisti tibi ex
his unum, cui nomen erat Abraham.
[14]Et dilexisti eum et demonstrasti ei
temporum finem solo secrete noctu.
Gn 17,7! [15]Et disposuisti ei testamentum aeter-
num et dixisti ei, ut non umquam
derelinquas semen eius. Et dedisti ei
Ios 24,4 Isaac, et Isaac dedisti Iacob et Esau.
Mal 1,2.3! [16]Et segregasti tibi Iacob, Esau autem
separasti, et factus est Iacob in multi-
tudine magna.

[17]Et factum est cum educeres semen
eius ex Aegypto, et adduxisti eos super
montem Sina. [18]Et inclinasti caelos
et statuisti terram et commovisti or-
Ps 76,17 bem et tremere fecisti abyssos et con-
turbasti saeculum. [19]Et transiit gloria
tua portas quattuor, ignis et terrae-
Ps 77,5 motus et spiritus et gelu, ut dares
semini Iacob legem et generationi Is-
rahel diligentiam. [20]Et non abstulisti
ab eis cor malignum, ut faceret lex tua
in eis fructum. [21]Cor enim malignum
baiulans primus Adam transgressus et
victus est, sed et omnes qui ex eo nati
sunt. [22]Et facta est permanens infirmi-
tas et lex cum corde populi cum ma-
lignitate radicis, et discessit quod bo-
num est et mansit malignum.

[23]Et transierunt tempora et finiti
sunt anni, et suscitasti tibi servum no- Ps 77,70!
mine David. [24]Et dixisti ei aedificare III Rg 8,18!
civitatem nominis tui et offerre tibi in
ea de tuis oblationes. [25]Et factum est
hoc annis multis. Et dereliquerunt qui
habitabant civitatem, [26]in omnibus
facientes sicut fecit Adam et omnes
generationes eius; utebantur enim et
ipsi cor malignum. [27]Et tradidisti civi-
tatem tuam in manus inimicorum tu-
orum. [28]Et dixi ego tunc in corde meo:
Numquid meliora faciunt qui habitant
in Babylone, et propter hoc dominabit
Sion?

[29]Factum est autem cum venissem
huc, et vidi impietates quorum non
est numerus, et delinquentes multos
vidit anima mea hoc tricesimo anno.
Et excessit cor meum, [30]quoniam vidi
quomodo sustines eos peccantes et
pepercisti impie agentibus, et perdi-
disti populum tuum et conservasti
inimicos tuos, et non significasti [31]ni-
hil nemini quomodo debeat derelinqui
via haec. Numquid meliora facit Ba-
bylon quam Sion, [32]aut alia gens co-
gnovit te praeter Israhel? Aut quae
tribus crediderunt testamentis sicut

8 uoluptate SC | impie] in ira S; mira c | praecepta tua *om.* CMEbv | et[4]—eos *om.* ASc | 9 inhabitantes c | 10 factus CME | uno casus MEbv; uno casu C; unoquoque c | mori c | et[2] *om.* c | 11 ~ unum ex his Scb | sua + et CMEc | iustus S; iusti c | 13 ex eis unum A; unum ex his CME; uirum ex his c | 14 tempora finis ME; *om.* ASc | soli CMEc | secreta noctu A; uoluntatem tuam c | 15 et non umquam S; ut non numquam A; quod numquam ME; ne umquam C | derelinqueres MEcb | 16 in multitudinem magnam AME | 17 et[2] *om.* CMEc | eos *om.* c | 19 gelus SCbv | 21 ex] de c | 22 in corde CMEb | malignum] malum S | 24 in ea de tuis] in eodem tuas AS; in eadem thus et c | 25 deliquerunt cbv; + te ME | 26 cor malum S; corde maligno CMEc | 27 in manu Cv; in manibus Scb | 28 et[1]—meo *om.* c | in babylone] babilonem Scbv | dominauit b; dominabitur CMEc | 29 autem *om.* c | uidi] uidissem c | quarum MEc | 31 memini ASc | delinqui AS | 32 testamentis + tuis MEcbv |

AS
CME
cbv

haec Iacob, 33 quarum merces non con-
paruit neque labor fructificavit? Per-
transiens enim pertransivi in gentibus,
et vidi abundantes eas et non memo-
rantes mandatorum tuorum. 34 Nunc
ergo pondera in statera nostras iniqui-
tates et eorum qui habitant in saeculo,
et invenietur momentum puncti ubi
declinet. 35 Aut quando non peccave-
runt in conspectu tuo qui habitant
terram, aut quae gens sic observavit
mandata tua? 36 Homines quidem per
nomina invenies servasse mandata tua,
gentes autem non invenies.

4 Et respondit ad me angelus qui
missus est ad me, cui nomen Urihel,
2 et dixit mihi: Excedens excessit cor
tuum in saeculo hoc, et conprehendere
cogitas viam Altissimi? 3 Et dixi: Ita,
domine meus. Et respondit mihi et
dixit: Tres vias missus sum ostendere
tibi et tres similitudines proponere
coram te. 4 De quibus si mihi renun-
tiaveris unam ex his, et ego tibi de-
monstrabo viam quam desideras vi-
dere, et doceam te quare cor malig-
num. 5 Et dixi: Loquere, domine meus.
Et dixit ad me: Vade, pondera mihi
ignis pondus, aut mensura mihi flatum
venti, aut revoca mihi diem quae prae-
teriit. 6 Et respondi et dixi: Quis nato-
rum poterit facere, ut me interroges de
his? 7 Et dixit ad me: Si eram interro-
gans te dicens: Quantae habitationes
sunt in corde maris, aut quantae venae
sunt in principio abyssi, aut quantae
venae sunt super firmamentum, aut
qui sint exitus paradisi, 8 dicebas for-
tassis mihi: In abyssum non descendi P m 10,6.7
neque in infernum adhuc, neque in
caelis umquam ascendi. 9 Nunc autem
non interrogavi te nisi de igne et vento
et diem per quem transisti, et sine
quibus separari non potes, et non re-
spondisti mihi de eis. 10 Et dixit mihi:
Tu quae tua sunt tecum coadulescentia
non potes cognoscere, 11 et quomodo
poterit vas tuum capere Altissimi viam?
... Et iam exterritus corrupto saeculo
intellegere incorruptionem?

Et cum haec audissem, cecidi in
faciem meam 12 et dixi illi: Melius erat
nos non adesse, quam advenientes vi-
vere in impietatibus et pati et non
intellegere de qua re. 13 Et respondit
ad me et dixit: Proficiscens profectus
sum ad silvam lignorum campi, et
cogitaverunt cogitationem 14 et dixe-
runt: Venite et eamus et faciamus ad
mare bellum, ut recedat coram nos, et
faciamus nobis alias silvas. 15 Et simili-
ter fluctus maris et ipsi cogitaverunt
cogitationem et dixerunt: Venite a-
scendentes debellemus silvam campi,
ut et ibi consummemus nobismet ipsis
aliam regionem. 16 Et factus est cogita-
tus silvae in vano, venit enim ignis et
consumpsit eam. 17 Similiter et cogita-
tus fluctuum maris, stetit enim harena Ier 5,22!
et prohibuit eam. 18 Si enim eras iudex
horum, quem incipiebas iustificare
aut quem condemnare? 19 Et respondi
et dixi: Utrique vanam cogitationem
cogitaverunt, terra enim data est sil-

AS CME 𝔠𝔟𝔳

32 haec *om.* S𝔠; + tribus E | 34 et^{2} + non 𝔠 | momentum] nomen tuum AS𝔠 | puncti ubi declinet] nisi in israel 𝔠 | 35 inhabitant AC | obseruabit SC; obseruauerunt A | 36 homines] hos 𝔠 || **4**, 1 respondens AME | 3 dominus meus S𝔟; domine mi C; domine deus E | 4 si *om.* AS; ~ mihi si 𝔠 | docebo E𝔠 | quare] unde sit 𝔠 | malum S | 5 dominus meus S𝔟; domine mi C | flatus A; satum 𝔟𝔳. | 6 facere] *praem.* hoc A^{2}𝔟𝔳; + ita CE; + da M | 7 essem ME𝔠 | uenae^{2}] uiae 𝔟𝔳. | qui sunt exitus A𝔠𝔟; quis intextus ME | 8 diceres CME𝔠 | ~ mihi fortassis A𝔠 | in caelos CME; in caelum 𝔠 | 9 die CME𝔠𝔟 | per quae CME𝔟 | sine] a 𝔠 | separari] esse CME𝔟𝔳 | potest AS | 11 ... et] *lacunam indicavit* 𝔳., *sequentia corrupta sunt* | exteritus 𝔟𝔳.; exterius S𝔠 | corruptionem M𝔠 | et cum haec audissem cecidi 𝔟.] ... cecidi 𝔳.; euidentem AS𝔠; et uidere CME | in facie mea 𝔠 | 12 non esse quam adhuc uiuentes 𝔠 | intellexi ASC | 14 coram nobis CME𝔠 | 15 fluctus] fructus S | siluas 𝔠 | consumemus SCE | 16 in uanae A; in uanum CME𝔠 | 17 eam] eos CME𝔠𝔟 | 18 esses ME𝔠 | incipiebas — quem^{2} *om.* ME | inciperes S^{2} 𝔠 | 19 utique 𝔠 |

vae, et maris locus portare fluctus
suos. [20]Et respondit ad me et dixit:
Bene tu iudicasti, et quare non iudi-
casti tibimet ipso? [21]Quemadmodum
enim terra silvae data est et mare fluc-
tibus suis, et qui super terram inhabi-
tant quae sunt super terram intellegere
solummodo possunt, et qui super cae-
los super altitudinem caelorum.

[22]Et respondi et dixi: Deprecor te,
II Tim 2.7 domine, ut mihi datus est sensus in-
tellegendi. [23]Non enim volui interro-
gare de superioribus viis, sed de his
quae pertranseunt per nos cotidie,
Ier 29.18! propter quod Israhel datus est in ob-
probrium gentibus, quem dilexisti po-
pulum datus est tribubus impiis, et
14.21 lex patrum nostrorum in interitum de-
ducta est, et dispositiones scriptae
nusquam sunt. [24]Et pertransivimus de
Iac 4.14! saeculo ut lucustae, et vita nostra ut
vapor, et nec digni sumus misericor-
diam consequi. [25]Sed quid faciet no-
mini suo quod invocatum est super
nos? Et his interrogavi.

[26]Et respondit ad me et dixit: Si
fueris videbis, et si vixeris frequenter
miraberis, quoniam festinans festinat
saeculum pertransire. [27]Non capiet
portare quae in temporibus iustis re-
promissa sunt, quoniam plenum maes-
titia est saeculum hoc et infirmitatibus.
[28]Seminatum est enim malum, de qui-
bus me interrogas de ea, et necdum
venit destrictio ipsius. [29]Si ergo non
messum fuerit quod seminatum est,
et discesserit locus ubi seminatum est
malum, non veniet ager ubi seminatum
est bonum. [30]Quoniam granum semi-
nis mali seminatum est in corde Adam
ab initio, et quantum impietatis gene-
ravit usque nunc et generabit usque
cum veniat area. [31]Aestima autem apud
te, granum mali seminis quantum fruc-
tum impietatis generaverit. [32]Quando
seminatae fuerint spicae quarum non
est numerus, quam magnam aream in-
cipient facere.

[33]Et respondi et dixi: Quo et quan-
do haec? Quare modici et mali anni Gn 47.9
nostri? [34]Et respondit ad me et dixit:
Non festina spiritu super Altissimum;
tu enim festinas propter temet ipsum
spiritum, nam Excelsus pro multis.
[35]Nonne de his interrogaverunt animae
iustorum in promptuariis suis dicen-
tes: Usquequo spero sic? Et quando
venit fructus areae mercedis nostrae?
[36]Et respondit ad ea Hieremihel arch-
angelus et dixit: Quando impletus fu-
erit numerus similium vobis, quon- 36.37: Sap 11.21
iam in statera ponderavit saeculum

19 mari CEc | 20 quare + tu A | tibimet ipsi Cc: temet ipsum ME | 21 silua data AS
SC; saluata ME | et^{2}] sic c; sic et CMEbv | habitant v. *lapsu* | super^{4}] quae super CME
S^{2}cbv; sunt CME | 22 ut *om.* ME; + quid bv. | detur A^{2}c | 23 uiis Cbv] suis ME; cbv
tuis ASc | quae] qui AE | quod] quid c; *om.* A | est^{1} *om.* c | in obprobrium] in in-
properium CE; improperium M: in proprium v. | tribus impiis C; tribus impii AS | in
interitum] in inritum CMEbv | dispositionis ASb | 24 pertransimus CMEbv | ut uapor
bv.] ut pauor ACME; et pauor S; stupor et pauor c | 25 et] de CMEbv; et de c |
26 uidebis et si uixeris] plurimum scrutatus c | 27 non] et non c; non enim CMEbv |
capit c; cupiet A | in + futuris c | maestitia] iniustitia c | 28 ~ seminatum enim est c;
quibus (quidem M) sem. est ME | de quibus] de his (+ de ME) quibus CME; de
quo bv. | me] autem c | de ea] de eo bv.; dicam c; *om.* CME | ~ de quibus autem
interrogas dicam seminatum enim est malum c | destructio c; detectio CE; deiectio M |
29 non mensum Av; nomen suum S; non inuersum c | ager *om.* c | 30 gramen c |
generabit] generauit A; generat Sc | 31 gramen c | fructum *om.* AME | generauit
Ac | 32 seminatae] secatae c | quorum AS | 33 quo ASv] usquequo b.; ubi CME;
quomodo c | 34 dixit + mihi Sc | festina spiritu *restituimus, cf. sequentia*] festinas tu
ASCbv; festines tu MEc | propter temet ipsum bv.] uaniter cum et ipsum AS; uane
cum et ipsum CME; inaniter esse super ipsum c | spiritum] sis CME; *om.* cbv | nam
excessus tuus multus c | 35 sic] hic v. | ueniet CMEc | 36 ad eas MEbv | remihel
ME; oriel A; uriel C | similium bv.] seminum *cet.* | in uobis c | ponderabit C; pon-
deraui AS |

37 et mensura mensuravit tempora et numero numeravit tempora, et non commovet nec excitabit usque dum impleatur praedicta mensura. 38 Et respondi et dixi: O dominator domine, sed et nos omnes pleni sumus impietate. 39 Et ne forte propter nos inpediatur iustorum area, propter peccata inhabitantium super terram. 40 Et respondit ad me et dixit: Vade et interroga praegnantem, si quando impleverit novem menses suos, adhuc poterit matrix eius retinere fetus in semet ipsa. 41 Et dixi: Non potest, domine. Et dixit ad me: In inferno promptuaria animarum matrici adsimilata sunt. 42 Quemadmodum enim festinavit quae parit effugere necessitatem partus, sic et haec festinat reddere ea quae commendata sunt 43 ab initio. Tunc tibi demonstrabitur de his quae concupiscis videre.

44 Et respondi et dixi: Si inveni gratiam ante oculos tuos, et si possibile est, et si idoneus sum, 45 demonstra mihi et hoc, si plus quam praeteriti habet venire aut plura pertransierunt super nos, 46 quoniam quod pertransivit scio, quid autem futuri sit ignoro. 47 Et dixit ad me: Sta super dexteram partem et demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. 48 Et steti et vidi, et ecce fornax ardens transiit coram me; et factum est cum transiret flamma, et vidi et ecce superavit fumus. 49 Et post hoc transiit coram me nubes plena aquae et inmisit pluviam impetu multam; et cum transisset impetus pluviae, et superaverunt in ea guttae. 50 Et dixit ad me: Cogita tibi. Sicut enim crescit pluvia amplius quam guttae, et ignis amplius quam fumus, sic superabundavit quae transivit mensura, superaverunt autem guttae et fumus.

51 Et oravi et dixi: Putas vivo usque in diebus illis, vel quis erit in diebus illis? 52 Respondit ad me et dixit: De signis de quibus me perrogas, ex parte possum tibi dicere, de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

5 De signis autem: Ecce dies venient, et adprehendentur qui inhabitant super terram in excessu multo, et abscondetur veritatis via, et sterilis erit a fide regio. 2 Et multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides et super quam audisti olim. 3 Et erit inconposita vestigio quam nunc vides regnare regionem, et videbunt eam desertam. 4 Si autem tibi dederit Altissimus vivere, et videbis post tertiam turbatam, et relucescet subito sol noctu et luna interdie. 5 Et de ligno sanguis stillabit, et lapis dabit vocem Hab 2.11
suam; et populi commovebuntur, et gressus commutabuntur. 6 Et regnabit quem non sperant qui inhabitant super terram; et volatilia conmigrationem

AS CME 𝔠𝔟𝔳 37 mensurabit C; mensuraui A | numerabit C; numerum A | commouit nec excitauit AS; commouebit nec excitabit CME𝔟𝔳 | impleat CM; compleat E | praedictam mensuram SCME | 38 impietatem S𝔟; impietatis ME; iniquitate A | 39 inpediatur *restituimus*] impleatur AS; non impleantur 𝔠; prohibeatur CME𝔟𝔳 | areae S𝔠 | 40 nouem *om.* AM | fetus C] pectos S; pecus ME; foetum A[2] (*in ras.*) 𝔟𝔳; partum 𝔠 | 41 in infernum S; infirmum C; infernum et 𝔳.; inferni ME | 42 enim + illa 𝔠 | festinabit[1] C𝔟; festinat ME𝔠 | festinant[2] 𝔟 | commendatae AS | sunt + ei CME; + eis 𝔳. | 43 tunc *om.* 𝔠 | tibi] ibi AS | 45 et hoc *om.* 𝔠 | praeteriti AS] praeteritum sit 𝔠; praeteriit CME𝔟𝔳 | super nos] supra quam futurum est 𝔠 | 46 quoniam quod] quid 𝔠 | quid—ignoro *om.* ME | futurum C𝔠𝔟𝔳 | 48 transiret] transisset A𝔟 | et[5] *om.* CME𝔠 | 49 et[1] *om.* C𝔠 | haec C𝔠 | et[4] *om.* CME𝔠𝔟𝔳 | superauerant SM | 50 enim *om.* 𝔠 | amplius[2]] plus CME; *om.* 𝔠 | 51 quis] quid 𝔠 | 52 respondit] *praem.* et CME𝔳 | perrogas AS] interrogas CME𝔠𝔟𝔳 || 5,1 et[1]] in quibus 𝔠; *om.* A | habitant AE; sunt M | super *om.* S𝔠𝔟 | in excessu multo 𝔟𝔳.] incensu multo S; incenso multo A; incessu multo C; ingenti tumultu ME | 3 inconposita A[2]] incomposita et sine 𝔟.; inconposito CME𝔳; inconpositio A*S; imposito 𝔠 | 4 et[1] *om.* CME𝔠 | orbatam ME; tubam A𝔠; tuba S | inter diem A; in die CME; ter in die 𝔠 | 5 et gressus commutabuntur *om.* 𝔠 | 6 conmirationem ASC; commotionem ME |

facient. [7]Et mare Sodomitum pisces
reiciet. Et dabit vocem noctu quem
non noverant multi, omnes autem
audient vocem eius. [8]Et chaus fiet per
loca multa, et ignis frequenter emitte-
tur, et bestiae agrestes transmigrabunt
regionem suam, et mulieres parient
menstruatae monstra, [9]et in dulcibus
6,24; Is 19,2 aquis salsae invenientur. Et amici om-
nes semet ipsos expugnabunt; et abs-
condetur tunc sensus, et intellectus
separabitur in promptuarium suum.
[10]Et quaeretur a multis et non invenie-
tur, et multiplicabitur iniustitia et in-
continentia super terram. [11]Et inter-
rogabit regio proximam suam et dicet:
Numquid per te pertransiit iustitia
iustum faciens? Et haec negabit. [12]Et
erit in illo tempore, et sperabunt ho-
mines et non inpetrabunt, laborabunt
et non dirigentur viae eorum. [13]Haec
signa dicere tibi permissum est mihi.
Et si oraveris iterum et ploraveris sicut
et nunc et ieiunaveris septem diebus,
audies iterato horum maiora.
14,15: 10,30 [14]Et evigilavi, et corpus meum hor-
ruit valde, et anima mea laboravit ut
Dn 8,18! deficeret. [15]Et tenuit me qui venit an-
gelus, qui loquebatur in me, et con-
fortavit me et statuit me super pedes.
[16]Et factum est in nocte secunda, et
venit ad me Phalthihel dux populi et
II Esr 2,21 dixit mihi: Ubi eras et quare vultus
tuus tristis? [17]Aut nescis quoniam tibi
creditus est Israhel in regione trans-
migrationis eorum? [18]Exsurge ergo et
Io 10,12 gusta panem alicuius, et non derelin-
quas nos sicut pastor gregem suum in
manibus luporum malignorum. [19]Et
dixi ei: Vade a me et non ad me acce-
das usque diebus septem, et tunc venies
ad me. Et audivit ut dixi et recessit a
me. [20]Et ego ieiunavi diebus septem
ululans et plorans, sicut mihi mandavit
Urihel angelus.

[21]Et factum est post dies septem, et
iterum cogitationes cordis mei mo-
lestae erant mihi valde. [22]Et resumpsit
anima mea spiritum intellectus, et
iterum coepi loqui coram Altissimo
sermones [23]et dixi: Dominator Do-
mine, ex omni silva terrae et ex om-
nium arborum eius elegisti vineam Ier 2,21!
unam, [24]et ex omnium terrarum orbis
elegisti tibi foveam unam, et ex omni-
bus floribus orbis elegisti tibi lilium
unum, [25]et ex omnibus abyssis maris
replesti tibi rivum unum, et ex omni-
bus aedificatis civitatibus sanctificasti
tibimet ipsi Sion, [26]et ex omnibus
creatis volatilibus nominasti tibi co-
lumbam unam, et ex omnibus plas-
matis pecoribus providisti tibi ovem 26,27: Ps 78,13!
unam, [27]et ex omnibus multiplicatis
populis adquisisti tibi populum unum,
et ab omnibus probatam legem do-
nasti huic quem desiderasti populo.
[28]Et nunc Domine, ut quid tradidisti
unum plurimis et praeparasti unam
radicem super alias et dispersisti uni-
cum tuum in multis? [29]Et conculca-
verunt qui contradicebant sponsioni-
bus tuis quique tuis testamentis cre-
debant. [30]Et si odiens odisti populum

7 sodomiticum c𝔟𝔳; sodomitarum CME | quem *restituimus*] qua S; quam *cet.* | nouerunt CME𝔟𝔳 | 8 chaos CMEc | emittetur E𝔟𝔳] remittetur *cet.* | regionem suam *om.* c | menstruatae *om.* 𝔳.; ∼ menstruatae parient MEc | 9 et amici—10 inuenietur *om.* A | 10 et incontinentia—11 iustitia *om.* A | 11 iustitia + uel 𝔳. | hoc c | negauit AS | 12 *post* inpetrabunt *lacunam indicat* 𝔳. | 13 iterato] iteratum A; iterum CME | 15 et confortauit me *om.* A | 16 spalthihel S; salathiel CMEc | 17 aut] an Ec | est + populus A | in regionem M; regionem A; regione S | 18 alicuius] aliquantulum ME; *om.* c | et[2]] ut CM𝔟𝔳 | 19 a[1]] ad S | ∼ accedas ad me A; appropies ad me c | usque—ad me[2] *om.* c | usque diebus 𝔳.] usque a diebus AS; usque ad dies 𝔟; diebus CME | a[2]] ad S | 23 et omnibus arboribus CMEc | unicam c | 24 ex omnibus terris CME; ex omni terra c | 26 et[1] *om.* AC | 27 adquisiuisti Ec | 28 tradidisti] dedisti 𝔟𝔳. | pluribus CMEc𝔟𝔳 | ∼ super unam radicem c | disperdidisti c | 29 conculcauerunt + eum c quique] quicunque ME; eos qui 𝔟.; eos qui[que] 𝔳. | testamentis + non c |

AS CME c𝔟𝔳

tuum, tuis manibus debet castigari.
7.1 31 Et factum est, cum locutus essem
sermones istos, et missus est angelus
ad me qui ante venerat ad me prae-
terita nocte, 32 et dixit mihi: Audi me
et instruam te, et intende mihi et adi-
7.3 ciam coram te. 33 Et dixi: Loquere, do-
minus meus. Et dixit ad me: Valde in
excessu mentis factus es in Israhel;
aut plus dilexisti eum super eum qui
fecit eum? 34 Et dixi: Non, domine, sed
dolens locutus sum, torquent enim me
renes mei per omnem horam quaeren-
tem adprehendere semitam Altissimi
et investigare partem iudicii eius. 35 Et
dixit ad me: Non potes. Et dixi: Qua-
re, domine, aut quid nascebar, aut qua-
Ier 20.17! re non fiebat matrix matris meae mihi
sepulchrum, ut non viderem laborem
Iacob et defatigationem generis Is-
rahel?

36 Et dixit ad me: Numera mihi qui
necdum venerunt, et collige mihi di-
spersas guttas, et revirida mihi aridos
flores, 37 et aperi mihi clausa promp-
Iob 37.9 tuaria et produc mihi inclusos in eis
flatus, aut monstra mihi vocis imagi-
nem, et tunc ostendam tibi eum labo-
rem quem rogas videre. 38 Et dixi: Do-
minator domine, quis enim est qui
potest haec scire, nisi qui cum homini-
bus habitationem non habet? 39 Ego
autem insipiens, et quomodo potero
dicere de his quibus me interrogasti?
40 Et dixit ad me: Quomodo non potes
facere unum de his quae dicta sunt,
sic non poteris invenire iudicium
meum aut finem caritatis quem pro
populo meo promisi.

41 Et dixi: Sed ecce, domine, tu
praees his qui in fine sunt, et quid
facient qui ante me sunt aut nos aut
hii qui post nos? 42 Et dixit ad me:
Coronae adsimilabo iudicium meum.
Sicut non novissimorum tarditas, sic
nec priorum velocitas. 43 Et respondi
et dixi: Nec enim poteras facere qui
facti sunt et qui sunt et qui futuri sunt
in unum, ut celerius iudicium tuum
ostendas? 44 Et respondit ad me et
dixit: Non potest festinare creatura
super creatorem, nec sustinere saecu-
lum qui in eo creati sunt in unum.
45 Et dixi: Quomodo dixisti servo tuo,
quoniam vivificans vivificabis a te
creatam creaturam in unum? Si ergo
viventes vivent in unum et sustinebit
creatura, poterit et nunc portare prae-
sentes in unum. 46 Et dixit ad me: In-
terroga matricem mulieris et dices ad
eam: Decem si paris, quare per tem-
pus? Roga ergo eam, ut det decem in
unum. 47 Et dixi: Non utique poterit,
sed secundum tempus. 48 Et dixit ad
me: Et ego dedi matricem terrae his
qui seminati sunt super eam per tem-
pus. 49 Quemadmodum enim infans
non parit nec ea quae senuit adhuc,
sic ego disposui a me creatum saecu-
lum.

50 Et interrogavi et dixi: Cum iam
dederis mihi viam, loquar coram te;
nam mater nostra, de qua dixisti mihi,
adhuc iuvenis est, iam ad senectutem

AS CME 𝔠𝔟𝔳

31 istos *om.* 𝔠 | 33 domine meus E𝔠; meus domine M; domine mi C | ualde + tu 𝔠 | in excessum ME; in cessu S; incessum A | pro israel 𝔠 | aut] an 𝔠; et ME; + numquid C | eum[1]] illum CME𝔟 | super eum] quam 𝔠 | fecit illum CME𝔟; ~ eum fecit S𝔠 | 34 dixi + ad eum 𝔠 | 35 aut quid] ad quid 𝔠; quid ergo CME | 36 qui] quae 𝔠 | uenerant S𝔠 | 37 aut *om.* 𝔠 | demonstra CME𝔠 | *post* mihi[3] *lacunam indicat* 𝔳. | eum *om.* 𝔠 | 40 in finem S; in fine 𝔠 | caritatem 𝔠 | qucm pro] quam CME𝔠𝔟 | meo *om.* 𝔠 | 41 ~ tu domine A | praees] praetiis A; prope es 𝔠; promittis 𝔳. | in fines A; in finem 𝔠 | me] nos CME𝔟𝔳 | sunt[2]] fuerunt 𝔠 | 43 non enim C; et non ME; nec 𝔠 | facere + eos 𝔠 | 44 saeculum + eos CME𝔠 | ~ sunt creati E; creandi sunt 𝔠 | 45 uiuificabis 𝔟𝔳.] uiuificauit AS; uiuificabitur CME; uiuificasti 𝔠 | si—unum[2] 𝔟𝔳.] *om. cet.* | sustinebat 𝔠; sustinere ME | 46 decem si 𝔟𝔳.] et si AS𝔠; si CME | 48 ego + te ASC𝔳 | 49 nec *om.* 𝔠 | senuit adhuc] senum sunt 𝔠 | sic] si AS | 50 est + an 𝔟𝔳. | ad senectutem] senectute S; senectuti 𝔠 |

adpropinquat? [51] Et respondit ad me
et dixit: Interroga quae parit, et dicet
tibi. [52] Dices enim ei: Quare quos pe-
peristi nunc non sunt similes his qui
ante, sed minores statu? [53] Et dicet tibi
et ipsa: Alii sunt qui in iuventute vir-
tutis nati sunt, et alii qui sub tempus
senectutis deficiente matrice sunt nati.
[54] Considera ergo et tu, quoniam mi-
nores statu estis prae his qui ante vos,
[55] et qui post vos quam ut vos, quasi
iam senescentis creaturae et fortitudi-
nem iuventutis praeterientis.

Et dixi: Rogo domine, si inveni
gratiam ante oculos tuos, demonstra
servo tuo per quem visitas creaturam
tuam. **6** Et dixit ad me: Initium ter-
reni orbis, et antequam starent exitus
saeculi, et antequam spirarent conven-
tiones ventorum, [2] et antequam sona-
rent voces tonitruum, et antequam
splenderent nitores coruscuum, et
antequam confirmarentur fundamenta
paradisi, [3] et antequam viderentur de-
cores flores, et antequam confirmaren-
tur motuum virtutes, et antequam col-
ligerentur innumerabiles militiae an-
gelorum, [4] et antequam extollerentur
altitudines aerum, et antequam nomi-
narentur mensurae firmamentorum,
et antequam aestimaretur scabillum
Sion, [5] et antequam investigarentur
praesentes anni, et antequam abalie-
narentur eorum qui nunc peccant
adinventiones et consignarentur qui Apc 7,31
fidem thesaurizaverunt, [6] tunc cogita-
vi, et facta sunt haec per me solum et
non per alium, ut et finis per me et non
per alium.

[7] Et respondi et dixi: Quae erit sepa-
ratio temporum, aut quando prioris
finis aut sequentis initium? [8] Et dixit
ad me: Ab Abraham usque ad Abra-
ham, quoniam ab eo natus est Iacob
et Esau, manus enim Iacob tenebat ab Gn 25,25
initio calcaneum Esau. [9] Finis enim
huius saeculi Esau, et principium se-
quentis Iacob. [10] Finis enim hominis
calcaneum et principium hominis ma-
nus, inter calcaneum et manum aliud
noli quaerere, Ezra.

[11] Et respondi et dixi: O dominator
domine, si inveni gratiam ante oculos
tuos, [12] ut demonstres servo tuo finem
signorum tuorum, quorum ex parte
mihi demonstrasti nocte praecedente.
[13] Et respondit et dixit ad me: Surge
super pedes tuos et audies vocem
plenissimam sonus. [14] Et erit, si com-
motione commovebitur locus, in quo
stas super eum, [15] in eo cum loquere-
tur, tu non expaveas, quoniam de fine
verbum. Et fundamenta terrae intel-
legetur, [16] quoniam de ipsis sermo, tre-

51 interroga + eam 𝔠 | 52 ante + te 𝔠 | statura CME𝔠 | 53 et[2] *om.* AC | sub tempore CME𝔠 | deficientis CME | matrice 𝔠𝔟𝔳] matricis SCME; matris A | sunt nati 𝔠] nati AS 𝔟𝔳; nati sunt CME | 54 minoris ACME; minori 𝔠 | statu estis 𝔟𝔳.] statutis AS; staturae estis ME; statura estis 𝔠; naturae statura estis C | 55 uos[1] + minori 𝔠 | ut uos] et uos 𝔟.; uos CME𝔠 | senescentes AS𝔠; nescientes uim ME | iuuentute S | praeterientes A; praetereuntis ME; praetereuntes 𝔠; pretereunt C; *hic v.* 56 *incip.* 𝔟𝔳 | quem] quam S | uisites 𝔠; *om.* A || 6,1 initio ME𝔠; + ... antequam essent 𝔳. | terrena S𝔳; terrene A; terrae ME | 2 coruscorum CME; coruscationum 𝔠 | 3 et[1]—et[2] *om.* C; et[1] *om.* ME | decoris A; decori ME𝔠 | motuum 𝔳] motus 𝔟.; motu ASCM; a motu E; motae 𝔠 | 4 aeris 𝔠 | nominarentur] numerarentur ACME | aestimaretur camillum AS; aestuarent camini in 𝔠 | 5 consignarentur 𝔟.] consignarentur [...] 𝔳.; consignati essent 𝔠; consignari (-re A) eorum AS; consignarentur eorum merita CME | fide AS | 6 haec *om.* 𝔠 | solum *om.* 𝔟𝔳. *lapsu* | ut et] ut C; et 𝔠 | 7 aut[2]] et 𝔠 | 8 abraham[2]] isaac CME𝔠 | quoniam] quando 𝔠 | ~ natus est ab eo S; nati sunt ab eo 𝔠 | enim *om.* 𝔠 | 10 finis—manus *proponimus*] ... hominis manus ... 𝔟𝔳.; hominis manus ASCME | 12 ut demonstres] *praem.* oro 𝔠; demonstra ME | quorum partem A[2]𝔠; quae iam ex parte CME | praeterita CME𝔟 | 13 audi 𝔠 | sonitus C𝔠; sanus ME | 14 si commotione] sic (sicut 𝔠) commotio (commemoratio A) nec AS𝔠 | stes 𝔠; stat AS; esdra C | 15 in eo] ideo 𝔠; *om.* CME | loqueretur AS] loquetur ME; loquitur C𝔠𝔟𝔳 | expauescas CME𝔟 | fundamentum 𝔠; fundamentis C; fundamenti ME | intellegetur C𝔟] intellegitur SME𝔠; intellegentur A; intelleget 𝔳. |

AS
CME
𝔠𝔟𝔳

mescet et commovebitur; scit enim,
quoniam finem eorum oportet com-
mutari. 17 Et factum est cum audissem,
et surrexi super pedes meos et audivi,
Ez 43,2! et ecce vox loquens, et sonus eius sicut
sonus aquarum multarum.

18 Et dixit: Ecce dies veniunt, et erit
quando adpropinquare incipio, ut visi-
tem habitantes in terram, 19 et quando
inquirere incipiam ab eis qui iniuste
nocuerunt iniustitia sua, et quando
suppleta fuerit humilitas Sion, 20 et cum
supersignabitur saeculum quod incipi-
et pertransire, haec signa faciam: Libri
aperientur ante faciem firmamenti et
omnes videbunt simul, 21 et anniculi in-
fantes loquentur vocibus suis, et prae-
gnantes inmaturos parient infantes tri-
Sap 10,21 um et quattuor mensuum et vivent et
scirtabuntur, 22 et subito apparebunt
seminata loca non seminata, et plena
promptuaria subito invenientur va-
cua, 23 et tuba canet cum sono, quam
cum omnes audierint subito expaves-
5,9; Is 19,2 cent. 24 Et erit in illo tempore, debella-
bunt amici amicos ut inimici, et ex-
pavescet terra cum his qui inhabitant
in eam, et venae fontium stabunt ut
non decurrant in horis tribus. 25 Et
Mt 10,22! erit, omnis qui derelictus fuerit ex om-
nibus istis quibus praedixi tibi, ipse
Is 52,10! salvabitur et videbit salutare meum et
finem saeculi mei. 26 Et videbunt qui
Mt 16,28! recepti sunt homines, qui mortem non
gustaverunt a nativitate sua, et muta-
Ez 11,19! bitur cor inhabitantium et convertetur
in sensum alium. 27 Delebitur enim
malum et extinguetur dolus. 28 Florebit
autem fides et vincetur corruptela, et
ostendebitur veritas quae sine fructu
fuit tantis temporibus.

29 Et factum est cum loqueretur
mihi, et ecce paulatim movebatur lo-
cus super quem stabam super eum.
30 Et dixit ad me: Haec veni tibi osten-
dere et venturae nocti. 31 Si ergo iterum
rogaveris et iterum ieiunaveris septem
diebus, iterum tibi renuntiabo horum
maiora per diem, 32 quoniam auditu
audita est vox tua apud Altissimum.
Vidit enim Fortis directionem tuam et
providit pudicitiam quam a iuventute
tua habuisti. 33 Et propter hoc misit
me demonstrare tibi haec omnia et
dicere tibi: Confide et noli timere, 34 et
noli festinare in prioribus temporibus
cogitare vana, ut non properes a no-
vissimis temporibus.

35 Et factum est post haec, et flevi Dn 10,2
iterum et similiter ieiunavi septem die-
bus, ut suppleam tres ebdomadas quae
dictae sunt mihi. 36 Et factum est in
octava nocte, et cor meum iterato tur-
babatur in me et coepi loqui coram
Altissimo. 37 Inflammabatur enim spi-
ritus meus valde et anima mea anxia-
batur.

38 Et dixi: O Domine, loquens locu- 38—54: Gn 1,1–30
tus es ab initio creaturae in primo die
dicens: Fiat caelum et terra, et tuum 16,56
verbum opus perfecit. 39 Et erat tunc
spiritus volans, et tenebrae circum-
ferebantur et silentium, sonus vocis
hominis nondum erat abs te. 40 Tunc

AS CME cbv 16 tremiscit ASCcv | commouetur c | scit—commutari *om.* A* | 17 et surrexi] exsurrexi A; surrexi CMEc | 18 incipiam c | in terra Acb; terram ME | 21 scirtabuntur *scripsimus cum* v. (*in notis ad vers. germ.*)] scirtiabuntur Cb; scisciabuntur S; seruabuntur A; suscitabuntur c; cruciabuntur ME | 24 qui—eam *om.* c | in eam A] eam Sbv; in ea CME | ut²] et Ec | decurrunt S; decurrent Ec | 25 mei] eius ME; uestri c | 28 ostendetur CMEc | tantis temporibus] diebus tantis c | 29 mouebatur locus bv.] intuebatur ASCME; intuebar c | super¹ + eum ante c | super eum *om.* CMEc | 30 et uenturae nocti Sv] et uentura nocte Ab; et uenturae noctis C; tempus uenturae noctis c; *om.* ME | 31 per diem] *inter* [ ] *pon.* v. | 32 quoniam auditu] quam audiui c | est + enim c | 34 in] cum c | a] in CMEb | 35 supplerem CMEb | 36 turbatur AS; turbari CME | ~ turbabatur iterato c; iterato *om.* E | 38 perfectum c; fecit M; fuit E | 39 uolans *om.* c |

dixisti de thesauris tuis proferri lu-
men quod luminis, ut apparerent tunc
opera tua. [41] Et in die secundo ite-
rum creasti spiritum firmamenti et
imperasti ei, ut divideret et divisionem
faceret inter aquas, ut pars quidem
sursum recederet, pars vero deorsum
maneret. [42] Et tertio die imperasti
aquis congregari in septima parte ter-
rae, sex vero partes siccasti et conser-
vasti, ut ex his sint coram te ministran-
tia seminata adeo et culta. [43] Verbum
enim tuum processit, et opus statim
fiebat. [44] Processit enim subito fructus
multitudinis inmensus et concupis-
centia gustus multiformis et flores co-
lore inimitabili et odores odoramentis
investigabiles. Et die tertio haec facta
sunt. [45] Quarta autem die imperasti
fieri solis splendorem, lunae lumen,
stellarum dispositionem, [46] et imperas-
ti eis, ut deservirent futuro plasmato
homini. [47] Quinto autem die dixisti
septimae parti ubi erat aqua congre-
gata, ut procrearet animalia, volatilia
et pisces, et ita fiebat [48] aqua muta et
sine anima, quod ei iubebatur, anima-
lia faciens, ut ex hoc mirabilia tua
nationes enarrent. [49] Et tunc conser-
vasti duas animas, nomen uni vocasti
Enoch et nomen secundi vocasti Le-
viathan. [50] Et separasti ea ab alterutro;
non enim poterat septima pars ubi
erat aqua congregata capere ea. [51] Et
dedisti Enoch unam partem quae sic-
cata est tertio die, ut inhabitet in ea,
ubi sunt montes mille. [52] Leviathae au-
tem dedisti septimam partem humi-
dam. Et servasti ea, ut fiant in devo-
rationem quibus vis et quando vis.
[53] Sexto autem die imperasti terrae, ut
crearet coram te iumenta et bestias et
reptilia, [54] et super his Adam, quem
constituisti ducem super omnibus fac-
tis quae fecisti, et ex eo educimur nos
omnes quem elegisti populum. [55] Haec
autem omnia dixi coram te, Domine,
quoniam dixisti quia propter nos
creasti primogenitum saeculum. [56] Re-
siduas autem gentes ab Adam natas
dixisti eas nihil esse, et quoniam sa- Is 40.15 Lxx
livae adsimilatae sunt, et sicut stilli-
cidium de vaso similasti abundantiam
eorum. [57] Et nunc, Domine, ecce istae
gentes quae in nihilum deputatae sunt Is 40.17! Dn 4.32
dominari nostri et devorare nos. [58] Nos
autem populus tuus quem vocasti pri-
mogenitum, unigenitum, aemulatorem,
carissimum, traditi sumus in manibus
eorum. [59] Et si propter nos creatum est
saeculum, quare non hereditatem pos-
sidemus nostrum saeculum? Usque-
quo haec?

7 Et factum est cum finissem loqui 5.31
verba haec, et missus est ad me ange-
lus, qui missus fuerat ad me primis
noctibus, [2] et dixit ad me: Surge, Ezra,
et audi sermones quos veni loqui ad
te. [3] Et dixi: Loquere, dominus meus. 5.33
Et dixit ad me: Mare positum est in

AS CME 𝔠𝔟𝔳

40 proferre AME | lumen] *inter* [ ] *pon.* 𝔳. | quod S𝔳] quid AC; aliquod ME𝔟; *om.* 𝔠 | luminis] luminosum 𝔠 | ut] et ME; quo 𝔠 | appareret 𝔠 | tunc *om.* 𝔠 | opere tuo AS; opus tuum 𝔠 | 41 in *om.* S 𝔠𝔟 | iterum *om.* AS𝔠 | quidem] quaedam C𝔠 | 42 tertia 𝔠 | adeo C𝔟𝔳] a deo *cet.* | 44 praecessit AS | concupiscentiae 𝔠 | multiformes S𝔠 | inimitabile A; inimitabiles M𝔟; imitabiles E; immutabili 𝔠 | odoramenti CME𝔠 | inuestigabilis SME𝔠 | et⁴ *om.* CME𝔟 | tertia 𝔠 | 45 quarto 𝔟. | 47 et uolatilia et 𝔠; et ME | 48 muta 𝔠𝔟𝔳] multa *cet.* | quae dei nutu iubebantur 𝔠 | faciebat 𝔠 | 49 duo animalia 𝔟𝔳. | enoch] behemoth C(*in marg.*)ME𝔟𝔳 | secundae 𝔠 | 50 ea¹] eas A | 51 enoch] behemoth C(*in marg.*)ME𝔟𝔳 | habitet ME𝔠 | 52 leuiathan 𝔠𝔟; leuitae A | eam AS𝔠; eum ME | fiat ME𝔠 | 54 quem¹] *inter* [ ] *pon.* 𝔳. | quem²] quemque 𝔠 | 55 quoniam dixisti *om.* 𝔠 | primogenitum] progeniem A; progenitum S; *om.* 𝔠 | 56 nil 𝔠 | sicut] quasi 𝔠 | de uase C𝔠; *om.* ME | 57 dominari S𝔳] dominare A; dominantur CME𝔟; coeperunt dominari 𝔠 | deuorant CME𝔟 | nos *om.* 𝔠 | 58 carissimum] tuum 𝔠 | in manus ACME | 59 nostram saeculum C; nostram saeculo S; cum saeculo 𝔠 || 7,1 et² *om.* CME𝔠 | 3 domine meus ME; domine mi C; deus meus 𝔠 |

spatioso loco, ut esset altum et inmen-
sum. 4 Erit autem ei introitus in angus-
to loco positus, ut esset similis fluminis.
5 Si quis enim volens voluerit ingredi
mare videre eum vel dominari eius, si
non transierit angustum, in latitudi-
nem venire quomodo poterit? 6 Item
aliud: Civitas est aedificata et posita in
loco campestri, est autem plena om-
nium bonorum. 7 Introitus autem eius
angustus et in praecipiti positus, ut
esset a dextris quidem ignis, a sinis-
tris vero aqua alta. 8 Semita autem est
una sola inter eos posita, hoc est ig-
nis et aqua, ut non capiat semita nisi
solummodo vestigium hominis. 9 Si
autem data dabitur civitas homini
in hereditatem, si non heres anteposi-
tum periculum pertransierit, quomodo
accipiet hereditatem suam? 10 Et dixi:
Sic, domine. Et dixit ad me: Sic est et
Israhel pars. 11 Propter eos enim feci
saeculum, et quando transgressus est
Adam constitutiones meas, iudicatum
est quod factum est. 12 Et facti sunt in-
troitus huius saeculi angusti et dolen-
tes et laboriosi, paucae autem et malae
et periculorum plenae et laborum
magnorum fultae. 13 Nam maioris sae-
culi introitus spatiosi et securi et fa-
cientes inmortalitatis fructum. 14 Si
ergo non ingredientes ingressi fuerint
qui vivunt angusta et vana haec, non
poterunt recipere quae sunt reposita.
15 Nunc ergo tu quare conturbaris,
corruptibilis cum sis? Et quid moveris
tu, cum sis mortalis? 16 Et quare non
accepisti in corde tuo quod futurum,
sed quod in praesenti?

17 Et respondi et dixi: Dominator
domine, ecce disposuisti in lege tua,
quoniam iusti hereditabunt haec, impii Ps 36,28.29!
autem peribunt. 18 Iusti autem ferent
angusta sperantes spatiosa; qui enim
impie gesserunt, et angustiam passi
sunt et spatiosa non viderunt. 19 Et
dixit ad me: Non es iudex super Do-
minum neque intellegens super Altis-
simum. 20 Pereant enim multi praesen-
tes, quam neglegatur quae anteposita
est Dei lex. 21 Mandans enim manda-
vit Dominus venientibus quando ve-
nerunt, quid facientes viverent, et quid
observantes non punirentur. 22 Hii au-
tem non sunt persuasi et contradixe-
runt ei. Et constituerunt sibi cogita-
menta vanitatis 23 et proposuerunt sibi
circumventiones delictorum. Et super- 8,58; Ps 13,1
dixerunt Altissimum non esse, et vias Ps 94,11
eius non cognoverunt. 24 Et legem eius
spreverunt et sponsiones eius abnega-
verunt et legitimis eius fidem non ha-
buerunt et opera eius non perfecerunt.
25 Propter hoc, Ezra, vacua vacuis et Mt 13,12!
plena plenis.

26 Ecce enim tempus veniet, et erit
quando venient signa quae praedixi
tibi, et apparebit sponsa et apparescens
civitas et ostendetur quae nunc sub-
ducitur terra. 27 Et omnis qui liberatus

AS CME 𝔠𝔟𝔳 3 altum] latum 𝔟𝔳. | 4 fluminibus 𝔠 | 5 si[1] *om.* AS𝔠 | mare + et ME𝔠 | uenire *om.* A; ~ quomodo uenire CME𝔠 | 7 autem] uero CME; *om.* 𝔠 | siquidem AS | uero] autem CM; *om.* E𝔠 | 8 ignis et aqua AS𝔳] inter ignem et aquam CM𝔠𝔟; inter aquam et ignem E | semita[2] + illa CME𝔟𝔳 | 9 data *om.* AS𝔠 | ciuitas + illa CME𝔟𝔳 | si non heres A[2]𝔟𝔳] si non queris A*S; et non quesierit CME; si numquam 𝔠 | pertransire CME | 11 enim *om.* A; ~ enim eos M | 12 pauci ... mali ... pleni AC𝔠𝔟 | labore magnopere 𝔠 | fulti A𝔠𝔟 | 14 ingredientes non fuerunt ingressi 𝔠 | 15 ergo] autem A𝔟 | ~ quare tu 𝔠 | ~ cum sis corruptibilis CME𝔠 | 16 futurum] *proem.* est ME𝔠; + est A | praesenti + est CME | 17 et[1] *om.* 𝔠 | in *om.* 𝔠 | 18 autem] ergo CME𝔟 | ferant A; ferunt C; fuerunt ME | enim] autem A𝔟; uero CME | angustam S; angustia A; angusta 𝔠𝔟𝔳 | uidebunt ME𝔠𝔟𝔳 | 19 es C𝔟𝔳] est *cet.* | domino A; deum S𝔠𝔟𝔳 | 20 pereunt ME𝔠; perient A | quam] antequam ME; quia 𝔠 | negligitur 𝔠 | 21 dominus] deus S𝔠𝔟𝔳 | 22 cogitamen 𝔠; cogitationes CME | 23 supra dixerunt A; super haec dixerunt CME | altissimo AS𝔠 | 24 et[3] + in 𝔠 | 26 enim *om.* 𝔠 | et[3] *om.* CME𝔳 | ciuitas et *om.* 𝔠 |

est de praedictis malis, ipse videbit
I Th 3,13! mirabilia mea. [28]Revelabitur enim Fi-
lius meus Iesus cum his qui cum eo,
et iucundabit qui relicti sunt annis
quadringentis. [29]Et erit post annos hos,
et morietur Filius meus Christus et
omnes qui spiramentum habent homi-
nis. [30]Et convertetur saeculum in anti-
quum silentium diebus septem sicut in
prioribus initiis, ita ut nemo derelin-
quatur. [31]Et erit post dies septem, et
excitabitur qui nondum vigilat saecu-
lum et morietur corruptum. [32]Et terra
reddet qui in eam dormiunt, et pulvis
qui in eo silentio habitant, et promp-
tuaria reddent quae eis commendatae
Ps 9,5 sunt animae. [33]Et revelabitur Altissi-
mus super sedem iudicii, et pertransi-
bunt misericordiae, et longanimitas
congregabitur, [34]iudicium autem so-
lum remanebit. Et veritas stabit et
Apc 14,3 fides convalescet, [35]et opus subseque-
tur et merces ostendetur, et iustitiae
vigilabunt et iniustitiae non dormi-
Apc 9,2 bunt. [36]Et apparebit lacus tormenti et
contra illum erit locus requietionis,
et clibanus gehennae ostendetur et
contra eam iucunditatis paradisus.
[37]Et dicet tunc Altissimus ad excitatas
gentes: Videte et intellegite quem ne-
gastis vel cui non servistis vel cuius
diligentias sprevistis. [38]Videte contra
et in contra, hic iucunditas et requies,
et ibi ignis et tormenta. Haec autem
loquetur ad eos in die iudicii. [39]Haec
talis quae neque solem habet neque lu-
nam neque stellas, [40]neque nubem ne-
que tonitruum neque coruscationem,
neque ventum neque aquam neque
aerem, neque tenebras neque sero
neque mane, [41]neque aestatem neque
ver neque aestum, neque hiemem ne-
que gelum neque frigus, neque grandi-
nem neque pluviam neque ros, [42]ne-
que meridiem neque noctem neque
ante lucem, neque nitorem neque clari-
tatem neque lucem, nisi solummodo Is 60,19!
splendorem claritatis Altissimi, unde Apc 21,23!
omnes incipiant videre quae anteposi-
ta sunt. [43]Spatium enim habebit sicut
ebdomada annorum. [44]Hoc est iudi-
cium meum et constitutio eius, tibi
autem soli ostendi haec.

[45]Et respondi: Tunc et dixi, domi-
ne, et nunc dico: Beati praesentes et
observantes quae a te constituta sunt.
[46]Sed de quibus erat oratio mea, quis
enim est de praesentibus qui non pec-
cavit, vel quis natorum qui non prae-
terivit sponsionem tuam? [47]Et nunc
video, quoniam ad paucos pertinebit 9,15!
futurum saeculum iucunditatem face-
re, multis autem tormenta. [48]Increvit
enim in nos cor malum, quod nos
abalienavit ab his et deduxit nos in
corruptionem, et itinera mortis osten-
dit nobis, semitas perditionis, et longe
fecit nos a vita; et hoc non paucos, sed
paene omnes qui creati sunt.

[49]Et respondit ad me et dixit: Audi
me et instruam te et de sequenti cor-
ripiam te. [50]Propter hoc non fecit Al-

27 mea] magna SME | 28 eo + sunt CMEc | iucundabuntur ACMEc | sunt + in c | A(S)
29 hominis] homines Sc | 30 initiis] uitiis M; iudiciis c | 31 et[2] *om.* ACME | qui] quod C CME
MEcb | 32 qui[1]] quae c | in eam ASv] in ea *cet.* | silentio habitat Sv; silentium habent (c)bv
ME; silentium habet C | 33 miseriae c | 34 et[1] *om.* c | 35 dormient CME; dominabuntur c | 36 et[1]—106 rogauit *deest in* S(*folio exciso*); *om.* c | lacus bv.] locus ACME | cum illo A | illum—contra[2] *om.* ME | requietionis bv.] requisitionis A; requiei C | et[3] Av] *om.* Cb | eam] eum MEb | 38 contra[1]] *inter* [ ] *pon.* v. | loquetur v.] loqueris *cet.*; + dices A | 39 hic b | qui Ab | neque solem Av] solem non CMEb | habet *om.* A | 41 uerem Cv; uernum ME | aestus A | gelum Cv] gaelus A; gelu MEb | rorem b | 42 claritas[1] A | lux A | 43 ebdomadas AC; ebdomados v. | 45 et[2] *om.* ME; ~ et tunc b. | beati + qui CME; + [qui] v. | 46 de quibus MEv] et quibus his A; de his quibus Cb | natus A | praeteribit A; praeteriit CME | 47 saeculi A | autem] enim A | 48 itinera A* v] in itinera A[2] b; ad inferiora CME | 50 fecit altissimus] sufficit altissimo A |

tissimus unum saeculum sed duo. 51 Tu
enim quia dixisti non esse multos ius-
tos sed paucos, impios vero multipli-
cari, audi ad haec. 52 Lapides electos
si habueris paucos valde, ad numerum
eorum conpones eos tibi, plumbum
autem et fictile abundat. 53 Et dixi:
Domine, quomodo poterit? 54 Et dixit
ad me: Non hoc solummodo, sed in-
terroga terram et dicet tibi, adulare ei
et narrabit tibi. 55 Dices enim ei: Au-
rum creas et argentum et aeramentum
et ferrum quoque et plumbum et fic-
tile. 56 Multiplicatur autem argentum
super aurum, et aeramentum super
argentum, et ferrum super aeramen-
tum, plumbum super ferrum, et fictile
super plumbum. 57 Aestima ergo tu
quae haec sint pretiosa et desiderabi-
lia, quod multiplicatur aut quod rarum
nascitur. 58 Et dixi: Dominator domine,
quod abundat vilius, quod enim rarius
pretiosius est. 59 Et respondit ad me et
dixit: In te ista pondera quae cogi-
tasti, quoniam qui habet quod difficile
est, gaudet super eum qui habet ab-
undantia. 60 Sic et a me repromissa
Lc 15,7! creatura. Iucundabor enim super pau-
cis qui salvabuntur, propterea quod
ipsi sunt qui gloriam meam nunc do-
minationem fecerunt et per quos nunc
nomen meum nominatum est. 61 Et non
contristabor super multitudinem eo-
rum qui perierunt, ipsi enim sunt qui
vapori nunc adsimilati sunt et flam-
mae ac fumo adaequati sunt et exar-
serunt et ferverunt et extincti sunt.

62 Et respondi et dixi: O tu terra,
quid peperisti? Si sensus factus est de
pulvere sicut et cetera creatura, 63 me-
lius enim erat et ipsum pulverem non
esse natum, ut non sensus inde fieret.
64 Nunc autem nobiscum crescit sen- 71
sus, et propter hoc torquemur, quon-
iam scientes perimus. 65 Lugeat ho-
minum genus et agrestes bestiae lae-
tentur; lugeant omnes qui nati sunt,
quadrupedia vero et pecora iucunden-
tur. 66 Multum enim melius est illis
quam nobis. Non enim sperant iudi-
cium, nec enim sciunt cruciamenta
nec salutem post mortem repromis-
sam sibi. 67 Nobis autem quid prodest,
quoniam salvati salvabimur sed tor-
mento tormentabimur? 68 Omnes enim
qui nati sunt commixti sunt iniquitati-
bus et pleni sunt peccatis et gravati
delictis. 69 Et si non essemus post mor-
tem in iudicio venientes, melius fortas-
sis nobis venisset.

70 Et respondit ad me et dixit: Et
quando Altissimus faciens faciebat
saeculum et Adam et omnes qui ex eo
venerunt, primum praeparavit iudi-
cium et quae sunt iudicii. 71 Et nunc de
sermonibus tuis intellege, quoniam
dixisti quia sensus nobiscum crescit. 64
72 Qui ergo commorantes sunt in terra
hinc cruciabuntur, quoniam sensum
habentes iniquitatem fecerunt, et man-
data accipientes non servaverunt ea,
et legem consecuti fraudaverunt eam
quam acceperunt. 73 Et quid habebunt
dicere in iudicio vel quomodo respon-
debunt in novissimis temporibus?
74 Quantum enim tempus, ex quo long-

A CME(l) ƀʋ 55 dicens enim et aurum A | 56 multiplicas ME; multiplicat Cʋ | aeramentum² + et ʋ. | 57 ergo] et A | haec A] *inter* [ ] *pon.* ʋ.; his E (*et dein* preciosiora et desiderabiliora); *om.* CMƀ | multiplicat Mʋ; multiplicata C | 58 pretiosior A | 59 in te ista ʋ.] in te autem ƀ.; in te stant A; insta ante C; instant ME | habundantia ʋ.] habundantiam Aƀ; quod abundat CME | 60 a me repromissa] amare promissa AC | paucos CMEƀ; + et A | in dominationem ME; dominatiorem ƀʋ. (*sed iam non in vers. germ.*) | 61 ac] adsimilatae A* | sunt et² *om.* CMEƀ | et⁴ *om.* A | 62 et cetera A² (*in ras.*) ƀʋ] terra C; terrae ME | 63 enim] *inter* [ ] *pon.* ʋ. | et *om.* A | 65 iocundantur A* | 66 nec enim sciunt Aʋ] nec sciunt ƀ.; nesciunt CME | cruciamenta A] cruciamentum ƀʋ.; cruciatum CME | 67 [*adest* l *usque ad* 8,52, *sed passim legi nequit*] | 68 peccatorum CMEʋ | 69 in iudicium CME; iudicio A | fortasse CMEl | 70 et⁴ *om.* A | ex] cum A | 71 sensus *om.* A | 72 qui—80 ingredientur *om.* l |

animitatem habuit Altissimus his qui
inhabitant saeculum, et non propter
eos, sed propter ea quae providit tem-
pora.
102 75 Et respondi et dixi: Si inveni gra-
tiam coram te, domine, demonstra et
hoc servo tuo, si post mortem vel nunc
quando reddemus unusquisque ani-
mam suam, si conservati conservabi-
mur in requie, donec veniant tempora
illa in quibus incipies creaturam re-
novare, aut amodo cruciabimur? 76 Et
respondit ad me et dixit: Ostendam
tibi et hoc. Tu autem noli commisceri
cum eis qui spreverunt, neque con-
numeres te cum his qui cruciantur.
Mt 6,20! 77 Etenim est tibi thesaurus operum
I Tim 6,19 repositus apud Altissimum, sed non
tibi demonstrabitur usque in novissi-
mis temporibus.
78 Nam de morte sermo: Quando
profectus fuerit terminus sententiae ab
Altissimo ut homo moriatur, rece-
Ecl 12,7! dente inspiratione de corpore ut di-
mittatur iterum ad eum qui dedit, ad-
orare gloriam Altissimi primum. 79 Et
si quidem esset eorum qui spreverunt
et non servaverunt viam Altissimi et
eorum qui contempserunt legem eius
et eorum qui oderunt eos qui timent
Deum, 80 haec inspirationes inhabita-
tiones non ingredientur, sed vagantes
erunt amodo in cruciamentis, dolentes
semper et tristes, per septem vias.
81 Via prima, quia spreverunt legem
Altissimi. 82 Secunda via, quia iam non
possunt reversionem bonam facere, ut
vivant. 83 Tertia via, vident repositam
mercedem his qui testamentis Altissi-
mi crediderunt. 84 Quarta via, consi-
derabunt sibi in novissimis repositum
cruciamentum. 85 Quinta via, videntes
aliorum habitacula ab angelis conser-
vari cum silentio magno. 86 Sexta via,
videntes quemadmodum de eis per-
transientem cruciamentum. 87 Septima
via, quae omnium supradictarum via-
rum maior est, quoniam detabescent
in confusione et consumentur inho-
noribus et marcescent in timoribus,
videntes gloriam Altissimi coram
quem viventes peccaverunt et coram
quem incipient in novissimis tempori-
bus iudicari.
88 Nam eorum qui servaverunt vias
Altissimi ordo hic est, quando separari
incipient a vaso corruptibili. 89 In eo
tempore commoratae servierunt cum
labore Altissimo et omni hora susti-
nuerunt periculum, uti perfecte custo-
dirent legislatoris legem. 90 Propter
quod hic de his sermo: 91 In primis
vident cum exultatione multa gloriam
eius qui suscipit eas, requiescent enim
per septem ordines. 92 Ordo primus,
quoniam cum labore multo certati
sunt, ut vincerent cum eis plasmatum
cogitamentum malum, ut non eas se-
ducat a vita ad mortem. 93 Secundus
ordo, quoniam vident conplicationem
in qua vagantur impiorum animae et
quae in eis manet punitio. 94 Tertius
ordo, videntes testimonium quod testi-
ficatus est eis qui plasmavit eas, quon-

75 domine] *praem.* dominator 𝔟. | et hoc] domine A | reddimus C𝔟; reddet ME | in A
requie] requiem A*(*vid.*); *om.* ME | cruciamur A𝔟; cruciabitur ME | 78 dedit + illam CMEl
C𝔟; + illum ME | 79 spreuerunt] inspirauerunt A | deum] eum A; dominum E | 80 in 𝔟𝔳
habitationes 𝔟𝔳 | cruciatibus CME | per septem uias *om.* Al | 82 quia iam] quon-
iam A | 83 uidebunt CME𝔟 | testamento CMEl | 84 cruciatum CME | 85 uidebunt
CME | habitaculum A | 86 uidebunt CME | quemadmodum] quam amodo 𝔳.; quon-
iam amodo 𝔟. | pertransientem Al(*vid.*)𝔳] pertransiet CME; pertransient in 𝔟. | cruciatus
CME | 87 supradictorum ME; supradictae sunt Al | est *om.* A | in confusionem A |
in honoribus 𝔟𝔳 | coram quo 1.2 CMEl𝔟 | uiuentes] uidentes A | 88 ~ uias serua-
uerunt A𝔟𝔳 | ~ est hic A𝔟𝔳 | separari incipient] incipiet seruari A | a uase CMEl |
90 sermo + est CME | 91 uidebunt CME | suscepit CMEl | 92 cogitatum CME | ad
mortem] item A | 93 uidebunt CME | in quo A𝔟𝔳 | punitionem CME | 94 uidebunt
CM; cum uidebitur E | quod] quo A |

iam viventes servaverunt quae per
fidem data est lex. 95 Quartus ordo,
intellegentes requiem quam nunc in
promptuariis eorum congregati re-
quiescent cum silentio multo ab ange-
lis conservati, et quae in novissimis
eorum manet gloriam. 96 Quintus ordo,
exultantes quomodo corruptibile effu-
gerunt nunc, et futurum quomodo he-
reditatem possidebunt, adhuc autem
videntes angustum et labore plenum
quo iam liberati sunt et spatiosum
incipiunt recipere, frunescentes et in-
mortales. 97 Sextus ordo, quando eis
Idc 5,31! ostendetur quomodo incipiet vultus
Dn 12,3! eorum fulgere sicut sol, et quomodo
incipient stellis adsimilari lumini,
amodo non corrupti. 98 Septimus ordo,
qui est omnibus supradictis maior,
quoniam exultabunt cum fiducia et
quoniam confidebunt non confusi et
gaudebunt non reverentes; festinant
enim videre vultum eius cui serviunt
viventes et a quo incipiunt gloriosi
mercedem recipere. 99 Hic ordo ani-
marum iustorum, ut amodo adnuntia-
tur; praedictae viae cruciatus quas pa-
tiuntur amodo qui neglexerint.

100 Et respondi et dixi: Ergo dabitur
tempus animabus, postquam separa-
tae fuerint de corporibus, ut videant
de quo mihi dixisti? 101 Et dixit mihi:
Septem diebus erit libertas earum, ut
videant in septem diebus qui praedicti
sunt sermones, et postea congregabun-
tur in habitaculis suis.

102 Et respondi et dixi: Si inveni gra- 75
tiam ante oculos tuos, demonstra mihi
adhuc servo tuo, si in die iudicii iusti
impios excusare poterint vel deprecari
pro eis Altissimum, 103 si patres pro
filiis vel filii pro parentibus, si fratres
pro fratribus, si adfines pro proximis,
si fidentes pro carissimis. 104 Et re-
spondit ad me et dixit: Quoniam in-
venisti gratiam coram oculis meis, et
hoc tibi demonstrabo. Dies iudicii au-
dax est et omnibus signaculum verita-
tis demonstrans. Quemadmodum nunc
non mittit pater filium vel filius pat-
rem aut dominus servum vel fidus
carissimum, ut pro eo intellegat aut
dormiat aut manducet aut curetur,
105 sic numquam nemo pro aliquo ro-
gabit; omnes enim portabunt unus-
quisque tunc iniustitias suas aut iusti-
tias.

106 Et respondi et dixi: Et quomodo
invenimus modo, quoniam rogavit pri- 36
mus Abraham propter Sodomitas, et Gn 18,23–32
Moyses pro patribus qui in deserto Ex 32,30!
peccaverunt, 107 et Iesus qui post eum 37 Ios 7,7
pro Israhel in diebus Achar, et Samu- I Sm 7,9
hel in diebus Saul, 108 et David pro 38 II Sm 24,17

A(S) CMEl (𝔠)𝔟𝔳 94 uiuentes] uidentes A | eam quae per fidem data est (est datam ME) legem CME | 95 intellegent C; cum intellegent ME | quam 𝔟𝔳.] quem A; que CMEl(*vid.*) | eorum[1]] earum ME; *om.* A | congregatae requiescunt CME | conseruatae CMEl | manentem Al | gloria C𝔟 | 96 effugerint 𝔟 | nunc] hoc saeculum l | hereditate Cl | possederunt AME | uidebunt CME | angustam A; angustiis ME | et labore 𝔟𝔳.] et ACl; *om.* ME | quo iam *restituimus*] quoniam ACl; a quo ME𝔟𝔳 | et spatiosum] spatium et ME; + quod 𝔳. | incipient ME𝔟𝔳; *om.* A | frunescentes l𝔟𝔳] frui nescientes A; fruentes CME | et inmortales] inmortalitatem Cl; immortalitate ME | 97 ostenditur Al | incipient—amodo *om.* l | stellarum 𝔟 | luminis CME | amodo 𝔟𝔳.] quomodo A; sicut CME | non corrupti] incorrupti CME | 98 supradictis] praedictis CMl; *om.* E | confident CMEl | reuertentes AMl | uidere *om.* A | eius *om.* Al | seruierunt MEl𝔳 | incipient CME𝔳 | 99 iustarum l | adnuntiatur 𝔟𝔳.] adnuntientur ACMEl; *dein ante et post* praedictae uiae *lacunas indicat* 𝔳. | quos CMEl𝔳 | patientur l | 101 mihi *om.* AEl | in[1] *om.* C𝔟𝔳; in septem diebus *om.* A | quae praedictae A | in habitacula sua l | 102 uel *om.* A | 103 uel] si A*(*vid.*)𝔳; aut C | 104 et[1]—seruum *om.* A | quemadmodum] sicut l | uel[1]] nec l | 105 ~ iustitias suas aut (et C) iniustitias CMEl | 106 modo *om.* l | primus] *iterum adsunt* S *et* 𝔠, *qui loco vv.* 106—139 *numerat* 36—69, *quos numeros in marg. notamus*; *praem.* et dixi 𝔠 | sodomitas + orauit 𝔠 | 107 iesus *om.* 𝔠 | qui *om.* A𝔟 | achaz S𝔠 | samuelis 𝔠 | in diebus saul 𝔟.] *lacunam indicat* 𝔳.; *om. cet.* |

III Rg 8,22! confractione, et Salomon pro eis qui
Iac 5,18! 39 in sanctificationem, [109]et Helias pro
III Rg 17,21 his qui pluviam acceperunt et pro
IV Rg 19,15.16 40 mortuo ut viveret, [110]et Ezechias pro
populo in diebus Sennacherib, et multi
41 pro multis? [111]Si ergo modo, quando
corruptibile increvit et iniustitia mul-
tiplicata est, exoraverunt iusti pro im-
42 piis, quare et tunc sic non erit? [112]Et
respondit ad me et dixit: Praesens
saeculum non est finis, gloria in eo
non frequens manet, propter hoc ora-
verunt qui potuerunt pro invalidis.
43 [113]Dies enim iudicii erit finis temporis
huius et initium futuri inmortalis tem-
poris, in quo pertransivit corruptela,
44 [114]soluta est intemperantia, abscisa
Ps 84,12 est incredulitas, crevit autem iustitia,
45 orta est veritas. [115]Tunc ergo nemo
poterit misereri eius qui in iudicio vic-
tus fuerit, neque demergere eum qui
vicerit.
46 [116]Et respondi et dixi: Hic sermo
meus primus et novissimus, quoniam
melius erat non dare terram Adam
vel, cum iam dedisset, coercere eum ut
47 non peccaret. [117]Quid enim prodest
omnibus in praesenti vivere in tristitia
48 et mortuos sperare punitionem? [118]O
tu quid fecisti, Adam? Si enim tu pec-
casti, non est factum solius tuus casus
sed et nostrum qui ex te advenimus.
49 [119]Quid enim nobis prodest, si pro-
missum est nobis inmortale tempus,
nos vero mortalia opera egimus? [120]Et 50
quoniam praedicta est nobis perennis I Pt 1,3
spes, nos vero pessime vani facti su-
mus? [121]Et quoniam reposita sunt ha- 51
bitacula sanitatis et securitatis, nos
vero male conversati sumus? [122]Et 52
quoniam incipiet gloria Altissimi pro-
tegere eos qui caste conversati sunt,
nos autem pessimis viis ambulavimus?
[123]Et quoniam ostendetur paradisus, 53
cuius fructus incorruptus perseverat, Ez 47,12!
in quo est saturitas et medella, [124]nos 54
vero non ingrediemur, ingratis enim Sap 5,7
locis conversati sumus? [125]Et quoniam 55
super stellas fulgebunt facies eorum
qui abstinentiam habuerunt, nostrae
vero facies super tenebras nigrae?
[126]Non enim cogitavimus viventes 56
quando iniquitatem faciebamus, quid
incipientes post mortem pati.
[127]Et respondit et dixit: Hoc est 57
cogitamentum certaminis, quem cer-
tavit qui super terram natus est homo,
[128]ut si victus fuerit patiatur quod 58
dixisti, si autem vicerit recipiet quod
dico, [129]quoniam haec est via, quam 59
Moyses dixit cum viveret ad populum
dicens: Elige tibi vitam ut vivas. Dt 30,19
[130]Non crediderunt autem ei, sed nec 60 Lc 16,31; Io 5,46.47
post eum prophetis, sed nec mihi qui
locutus sum ad eos, [131]quoniam non 61
esset tristitia in perditione eorum, sic-

AS
CMEl
cbv

108 qui + uenerunt c | sanctificatione CME; sanctionem Sb | 109 pluuias MEl | et² + isaias CMEl | 111 modo] tunc CME | incorruptibile AS | exorauerunt Ab] et orauerunt Sc; orauerunt CMElv | tunc lbv] nunc *cet.* | ~ non sic CMEl | 112 non² bv.] *om. cet.* | frequens manet] permanet A | qui poterant ME; *om.* Slc | ualidis S; inpiis CME | 113 die AME; diei S | enim] autem AEb | et initium cbv] et ueniet ME; *om.* ASCl | futurae c | immortalitas ME; immortalitatis c | ~ temporis fut. immort. c | pertransibit A; pertransiet ME; transiuit c | 114 abscissa cb | increuit CMEl | 115 ergo] enim c | misereri—fuerit] saluare eum qui periit c; *om.* AS | eum *om.* c | uicit c | 116 hic + est MEc | et³ + non S | non dari terram A; ut non daret terra ME | iam *om.* A | coerceret SME | 117 omnibus] hominibus MEc | 118 factus Ac | tui solius ME; tuum solius C | casus sed et cbv] casus •• et AS; est casus et C; est et casus ME | noster CMElc | 119 ~ prodest nobis c | uero] autem c | agimus A | 120 praedicata est CME | uero] autem CM | pessimi CMEc; + et CME | 121 sunt + nobis CMEc | 122 incipiet] reposita est c | caste] tarde c | 123 satietas CME; securitas c | 124 uero] autem A | in ingratis S² cb | 125 uero] autem CMEc | 126 quid] quod c | incipiemus A² cbv; inciperemus CME | 127 hic est cogitatus CME | quem] quod Cc; quo MEl | certabit Ccb; certabat A; creauit S | 129 uia] uita MEc | quem AS | uitam] uiam C | 131 esset] erit v. | in perditionem SMEcbv |

ut et futurum est gaudium super eos
quibus persuasa est salus.
62 132 Et respondi et dixi: Scio, domine,
quoniam nunc vocatus est Altissimus
132—138: Ps 102,8! misericors, in eo quod misereatur qui
63 nondum in saeculo advenerunt, 133 et
miserator, in eo quod miseretur illis
qui conversionem faciunt in lege eius,
64 134 et longanimis, quoniam longanimi-
tatem praestat his qui peccaverunt
65 quasi suis operibus, 135 et munificus,
quoniam quidem donare vult pro ex-
66 igere, 136 et multae misericordiae, quon-
iam multiplicat magis misericordias
his qui praesentes sunt et qui prae-
67 terierunt et qui futuri sunt. 137 Si enim
non multiplicaverit, non vivificabitur
saeculum cum his qui habitant in eo.
68 138 Et donator, quoniam si non dona-
verit de bonitate sua, ut adleventur hii
qui iniquitates fecerunt de suis iniqui-
tatibus, non poterit decies millesima
69 pars hominum vivificari, 139 et iudex,
si non ignoverit his qui creati sunt
verbo eius et deleverit multitudinem
contemptionum, non fortassis derelin-
quentur innumerabilem multitudinem
nisi pauci valde.

8 Et respondit ad me et dixit: Hoc
saeculum fecit Altissimus propter mul-
tos, futurum autem propter paucos.
2 Dicam autem coram te similitudi-
nem, Ezra. Quomodo autem interro-
gabis terram et dicet tibi, quoniam
dabit terram multam magis unde fiat
fictile, parvum autem pulverem unde
aurum fit, sic et actus praesentis sae-
culi. 3 Multi quidem creati sunt, pauci Mt 20,16; 22,14
autem salvabuntur.

4 Et respondi et dixi: Absolve ergo
anima sensum et devoret quod sapit.
5 Convenisti inobaudire et profecta es
nolens, nec enim tibi est datum spa-
tium nisi solum modicum vivere. 6 O
Domine super nos, si permittes servo
tuo, ut oremus coram te et des nobis
semen cordis et sensui culturam unde
fructum fiat, unde vivere possit omnis
corruptus qui portabit locum hominis.
7 Solus enim es, et una plasmatio nos Is 64,8!
sumus manuum tuarum, sicut locutus
es.

8 Et quoniam vivificas nunc in mat-
rice plasmatum corpus et praestas
membra, conservatur in igne et aqua
tua creatio et novem mensibus patitur
tua plasmatio tuae creaturae quae in eo
creata est. 9 Ipsum autem quod servat
et quod servatur utraque servabuntur
servatione tua. Et quando iterum red-
dit matrix quae in ea creverint, 10 im-
perasti ut ex ipsis membris, hoc est

AS CMEl 𝔠𝔟𝔳

131 sicut et] sicut l𝔠; sic et CME | 132 nunc *om.* A𝔠 | miseratur l; + horum C; + his 𝔠 | qui—133 miseretur *om.* ME | 133 misereatur in eo ASC; *om.* l𝔠 | quod] qui A; *om.* l | illorum CMEl | in legem CMEl | 134 longanimis + est 𝔠 | 135 munificus 𝔠𝔟𝔳] muneribus ASCMEl; + est 𝔠 | pro exigentiis 𝔠; *om.* ME | 136 misericordias + suas CMEl | 137 multiplicauerit + misericordias suas 𝔠 | habitant A𝔟] habitabunt CMEl; inhabitabant S𝔳; inhereditabant 𝔠 | 138 donatur C; donat ME𝔠 | iniquitatem ME𝔠 | ~ uiuificari hominum S𝔠 | 139 iudex + quoniam 𝔳. | ignorauerit ASl; ignoret C | creati] curati 𝔠 | contemptus ME; cum tempus C; contentionum 𝔠 | fortasse A | derelinquerentur 𝔠 | innumerabili SCME𝔠𝔟𝔳; *praem.* in ME𝔠; *praem.* de A² 𝔟𝔳 | multitudine SME𝔠𝔟𝔳; multitudini C ‖ 8,2 autem²] *inter* [ ] *pon.* 𝔳.; ergo CME | interrogas 𝔟. | multam] multo A; + multo S | 4 absorbe 𝔠𝔟 | animae l | deuora ME𝔠 | 5 inobaudire AS] enim inobaudire l; non obedire CME; enim obaudire 𝔠𝔟; enim ob audire 𝔳. | profecta es] prophetes S; prophetis A; prophetare 𝔠 | noles AS; uolens 𝔠 | nec] non 𝔟. | ~ tibi datum est 𝔠; ~ datum est tibi CME; est ibi datum l | solum modum S; solummodo C𝔠; solummodo modicum E | 6 super nos si] si non 𝔠 | permittis CMEl | cordi 𝔠 | fructus CME𝔠 | portauit ME𝔳 | 7 es et] esset AS | 8 quoniam] quomodo 𝔠 | uiuificans nunc C; nunc uiuificas ME; uiuificans uiuificas nunc 𝔟; nunc 𝔠 | plasmatum + est 𝔠 | praestans AS | in² *om.* MEl | creaturae tuae eam CME; tuam creaturam 𝔠 | in ea 𝔠; in ipso C; in ipsa ME | 9 seruat et quod *om.* ASCl | seruatione tua 𝔟𝔳.] seruati ASl; seruataque 𝔠; *om.* CME | et quando] quando AS; quandoque 𝔠 | creuerint S] creuerunt 𝔠; creauerint l; creauerat A; creata fuerint C𝔟𝔳; creati fuerint ME | 10 ut] enim 𝔠; *om.* ME | ipsis] his CMEl |

mamillis, praebere lac, fructum ma-
millarum, [11]ut nutriatur id quod plas-
matum est usque in tempus aliquem.
Et postea dispones eum tuae miseri-
cordiae, [12]enutristi eum tuae iustitiae,
et erudisti eum in lege tua et corripu-
1 Sm 2,6! isti eum tuo intellectu, [13]et mortificabis
eum ut tuam creaturam et vivificabis
eum ut tuum opus. [14]Si ergo perdi-
deris qui tantis laboribus plasmatus
est tuo iussu, facili ordine, et ut quid
fiebat?

[15]Et nunc dicens dicam: De omni
homine tu magis scis, de populo au-
tem tuo quod mihi dolet, [16]et de here-
ditate tua propter quam lugeo, et de
Israhel propter quem tristis sum, et de
semine Iacob propter quod conturbor.
[17]Ideo incipiam orare coram te pro me
et pro eis, quoniam video lapsos nos-
tros qui inhabitamus terram, [18]sed
audivi celeritatem iudicii quod futu-
Ps 5,21 rum est. [19]Ideo audi meam vocem et
intellege sermonum meorum, et loquar
coram te.

[20]Initium verborum Ezrae prius-
quam adsumeretur, et dixit: Domine
qui habitas in saeculum, cuius oculi
elati et superna in aerem, [21]et cuius
thronus inaestimabilis et gloria incon-
prehensibilis, cui adstat exercitus an-
gelorum cum tremore, [22]quorum ser- Ps 103,4!
vatio in vento et igni convertitur, cuius
verbum verum et dicta perseverantia,
[23]cuius iussio fortis et dispositio terri-
bilis, cuius aspectus arefecit abyssos Sir 16,18
et indignatio tabescere facit montes et Mi 1,4
veritas testificatur. [24]Exaudi, Domine,
orationem servi tui et auribus percipe
precationem figmenti tui, intende ver-
ba mea. [25]Dum enim vivo loquar et
dum sapio respondeam. [26]Ne aspicias
populi tui delicta, sed qui tibi in veri-
tate serviunt. [27]Nec adtendas impie
agentium studia, sed qui tua testimo-
nia cum doloribus custodierunt. [28]Ne-
que cogites qui in conspectu tuo false
conversati sunt, sed memorare qui ex
voluntate tuum timorem cognoverunt.
[29]Neque volueris perdere qui pecorum
mores habuerunt, sed respicias eos qui
legem tuam splendide docuerunt. [30]Ne-
que indigneris eis qui bestiis peius sunt
iudicati, sed diligas eos qui semper in
tua gloria confiderunt. [31]Quoniam nos
et patres nostri mortalibus moribus

AS C(MEl) cbv

10 praeberi bv.; ut (*om.* C) praebeat CME | fructui c | 11 aliquod CMElc | disponis AME; disponas c | tua misericordia AE | 12 et enutristi v; et enutris CME | tua iustitia AEc | et[1] *om.* AC | 13 tua creatura Slv | ~ opus tuum c | 14 perdideris + eum CMElc | facile est ordinari c | et ut quid bv.] ut et quid ASl; ut quid CME; ut et id quod c | fiebat] faciebas ME; + seruaretur c | 15 dicens] domine c | quod mihi dolet] ob quem doleo c | 16 de[2]] propter ASc; *om.* E | semine *om.* c | quod conturbor] quem doleo c | 17 ideo + inde l | 18 iudicis Ac | qui futurus ASc | 19 ~ uocem meam AMEc | sermonem meum c; sermones meos CMl | 20 *in vv.* 20—36 *codd.* MEl *non citantur, cum alteram cantici huius recensionem praebeant, sed citantur codd. quidam qui hos vv. inter cantica exhibent, nempe Sinaiticus, Slavon.* 5 (= *S.n*), *Vat. Reg. lat.* 11 (= *Reg*), *Lugdun.* 430 (356) (= *Lugd*), *Paris. lat.* 4 (= *Anic*) | initium—dixit] *inter* [] *pon.* v. | uerborum + orationis Cb | dixi c | domine] *hic incipit textus in Sin Reg Lugd Anic* | habitas in] inhabitas Scbv | saeculum] aeternum C *Sin Reg Lugd Anic* | elati et] eleuati in c | superna Scv] superiora C *Sin Lugd Anic* b; superiores *Reg*; super A | in[2]] et c | aere C *Sin Reg Lugd Anic* c | 21 et[1] *om.* C *Sin Reg Lugd Anic* b | 22 obseruatio C *Reg*; serbitio *Sin* | uerum ASc] firmum *cet.* | 23 ~ dispositio fortis et iussio C *Sin Reg Lugd Anic* b | arefecit AS] arefacit *cet.* | facit *om.* C *Sin Reg Lugd Anic* v | 24 domine] deus *Sin Reg*; *om.* c | intende uerba mea *om.* ASc | 25 respondebo c | 26 nec Ac; et ne *Sin* | respicias c | seruierunt C *Sin Reg* bv | 27 nec Scv] ne A; neque *cet.* | intendas *Sin Reg* c | inpie gentium *Sin*; inpigentium A; impi agentium S; impia gentium *Reg* c | testimonia ASc] testamenta *cet.* | 28 *tot. v. om. Reg* | nec c | tuum] tuam S; tua *Sin Lugd* c | timore *Sin*; in timore *Lugd* | 29 pecudum SCc | 30 nec c | peiores c | sunt *om.* S; ~ iudicati sunt c | eos *om. Reg Lugd Anic* b | gloria confiderunt] iustitia confidunt et gloria c | 31 mortalibus bv.] talibus *cet.* | mortibus *Sin*; morbis c; *om.* A |

egimus, tu autem propter nos pecca-
tores misericors vocaberis. [32]Si enim
desideraveris ut nostri miserearis, tunc
misericors vocaberis, nobis enim non
habentibus opera iustitiae. [33]Iusti enim,
quibus sunt operae multae repositae
I Cor 3,8! apud te, ex propriis operibus recipient
mercedem. [34]Quid est enim homo, ut
ei indigneris, aut genus corruptibile,
ut ita amariceris de ipso? [35]In veri-
tate enim nemo de genitis est qui non
impie gessit, et de confitentibus qui
non deliquit. [36]In hoc enim adnun-
tiabitur iustitia tua et bonitas tua,
Domine, cum misertus fueris eis qui
non habent substantiam operum bo-
norum.

[37]Et respondit ad me et dixit: Recte
locutus es aliqua, et iuxta sermones
tuos sic et fiet, [38]quoniam vere non
cogitabo super plasma eorum qui pec-
caverunt aut mortem aut iudicium aut
perditionem, [39]sed iucundabor super
iustorum figmentum, peregrinationes
quoque et salvationes et mercedis re-
ceptiones. [40]Quomodo ergo locutus
sum, sic et est. [41]Sicut enim agricola
serit super terram semina multa et
plantationis multitudinem plantat, sed
non in tempore non omnia quae semi-
nata sunt salvabuntur, sed nec omnia
quae plantata sunt radicabunt, sic et
qui in saeculo seminati sunt non om-
nes salvabuntur.

[42]Et respondi et dixi: Si inveni gra- Gn 18,3!
tiam loquar, [43]quoniam semen agri-
colae, si non ascenderit – non enim ac-
cepit pluviam tuam in tempore – et si
corruptum fuerit multitudine pluviae,
[44]hoc perit; sed homo qui manibus Sap 2,23!
tuis plasmatus est et tuae imagini no-
minatus, quoniam similatus est per
quem omnia plasmasti, et similasti
eum semini agricolae. [45]Non super
nos, sed parce populo tuo et miserere Ioel 2,17!
hereditati tuae, tuae enim creaturae
misereris.

[46]Et respondit ad me et dixit: Quae
sunt praesentia praesentibus et quae
futura futuris. [47]Multum enim tibi
restat, ut possis diligere meam crea-
turam super me. Tu autem frequenter
te et ipsum proximasti iniustis num-
quam. [48]Sed et in hoc mirabilis eris
coram Altissimo, [49]quoniam humili-
asti te, sicut decet te, et non iudicasti
te inter iustos. Plurimum glorificeris,
[50]propter quod miseriae multae mise-

AS 31 egimus] regimur *Reg Lugd*; languemus c | uocatus es (est *Lugd*) C *Reg Lugd Anic* bv |
C(MEl) 32 si—uocaberis *om. Sin* | desideraueris] declinaueris A; decreberis C | enim[2]] autem
cbv *Reg* c; *om. Lugd* | non habentibus] facientibus ••• A | 33 iusti—repositae *om. Reg* |
iustus AS; iustis *Sin* | opera C *Lugd Anic* c; *om.* A | multa reposita C *Lugd Anic* c |
apud te *om.* c; + domine C *Sin Reg Lugd Anic* | percipient C *Reg*; percipiunt *Sin Lugd*
Anic | 34 mariceris *Reg*; amaresceris AS; amarus sis c | 35 confidentibus C *Sin Anic* |
delinquet A; delinquit C *Sin*; derelinquit *Reg* | 36 enim AScbv] *om. cet.* | tua[1] *om.* C
Sin | tua[2] *om. Reg Lugd Anic* | dum *Sin Reg* | eis] his *Sin Reg* | substantiam] scien-
tiam A | ~ bonorum operum Cc | [*hic desinunt Sin Reg Lugd Anic; iterum citantur*
MEl] | 37 et fiat A; fiet CME | 38 ~ non uere c | aut[1.2.3]] ante c | 39 figmentum +
et memorabor c | peregrinationis ACcbv | saluationes l] saluationis AScbv; saluifi-
cationes (-nis C) CME | et[2]—receptiones *om.* A | mercedes SMEl | receptionis SCcbv;
retributionis ME | 41 plantationes c | multitudinis Sc | non in tempore non ASlv] non
in tempore cb; in tempore non CME | saluantur Sc; salua erunt CME | sed nec] nec
CME; sed non A | sunt[2] *om.* A | ~ sunt seminati CMEl | 42 gratiam + coram te
CMElbv | 43 quoniam] quomodo c | non enim] aut non c; non ME | accipit A; acce-
perit c | et] aut c | 44 hoc perit sed b.] [...] v.; hic (sic ME) pater et filius ASCMEl;
sic perit et similiter c | tuae imagini CMEv] tuae imagine l(*vid.*); tu ei imagine A; tu ei
imago Sc; tua imago b. | nominatus quoniam *inter* [] *ponit* v. | est per] es ei propter c |
eum *om.* c | 45 super nos] *praem.* domine bv.; *praem.* irascaris c; + irascaris ME | tu
enim creaturae S; tu autem creaturae tuae c | 47 tu] tibi c | te et ipsum ASv] temet
ipsum CMEl; et *i*psi c | proximaui c | iustis ME; + autem c | numquam *om.* CME; +
iustum l | 48 et *om.* CMEl | eris] es c | 49 te[2] *om.* CMEl | te[3] + ut S[2] c | iustos +
ut A[2] bv | glorificaberis CMEl | 50 miseri et multum ME; miseriae multae et c |

rabiles efficientur qui inhabitant sae-
culum in novissimis, quia in multa su-
perbia ambulaverunt. 51 Tu autem pro
te intellege et de similibus tuis inquire
Apc 2,7! gloriam. 52 Vobis enim apertus est pa-
radisus, plantata est arbor vitae, prae-
paratum est futurum tempus, prae-
parata est abundantia, aedificata est
civitas, probata est requies, perfecta
est bonitas, ante perfecta sapientia.
53 Radix signata est a vobis, infirmitas
extincta est a vobis et mors absconsa
est, infernum fugit et corruptio in ob-
livionem. 54 Transierunt dolores et os-
tensus est in finem thesaurus inmorta-
litatis. 55 Noli ergo adicere inquirendo
de multitudine eorum qui pereunt.
56 Nam et ipsi accipientes libertatem
spreverunt Altissimum et legem eius
contempserunt et vias eius derelique-
runt. 57 Adhuc autem et iustos eius
Ps 13,1 conculcaverunt. 58 Et dixerunt in corde
7,23 suo non esse Deum, et quidem scientes
quoniam moriuntur. 59 Sicut enim vos
suscipient quae praedicta sunt, sic eos
sitis et cruciatus quae praeparata sunt.
II Pt 3,9! Non enim Altissimus voluit hominem
disperdi, 60 sed ipsi qui creati sunt
coinquinaverunt nomen eius qui fecit
eos, et ingrati fuerunt ei qui praepara-
vit eis nunc vitam. 61 Quapropter iudi-
cium meum modo adpropinquat,
62 quod non omnibus demonstravi nisi
tibi et tibi similibus paucis.

Et respondi et dixi: 63 Ecce nunc,
Domine, demonstrasti mihi multitu-
dinem signorum quae incipies facere
in novissimis, sed non demonstrasti
mihi quo tempore.

9 Et respondit ad me et dixit: Me-
tiens metire in temet ipso, et erit cum
videris, quoniam transivit pars quae-
dam signorum quae praedicta sunt,
2 tunc intelleges, quoniam ipsud est
tempus, in quo incipiet Altissimus visi-
tare saeculum qui ab eo factus est. 3 Et
quando videbitur in saeculo motio lo-
corum, populorum turbatio, gentium
cogitationes, ducum inconstantia, prin-
cipum turbatio, 4 et tunc intelleges,
quoniam de his erat Altissimus locu-
tus a diebus qui fuerunt ante ab initio.
5 Sicut enim omne quod factum est in
saeculo, initium per consummationem
et consummatio manifesta, 6 sic et
Altissimi tempora, initia manifesta in
prodigiis et virtutibus, et consumma-
tio in actu et in signis. 7 Et erit, omnis
qui salvus factus fuerit et qui poterit
effugere per opera sua vel per fidem
in qua credidit, is 8 relinquetur de
praedictis periculis et videbit salutare
meum in terra mea et in finibus meis,
quae sanctificavi mihi a saeculo. 9 Et

50 eis qui 𝔠 | habitant S𝔠𝔟𝔳 | 52 paratum CMEl𝔟 | parata ME | [*desinit* l] | ante] et 𝔠; *om.* ME | perfectam sapientiam A | 53 radix + mali 𝔠 | extincta est A𝔟𝔳] extincta S ME; et tinea 𝔠; *om.* C | a uobis^{2} *om.* SCME | et mors 𝔟𝔳.] et SME; *om.* AC𝔠 | abscondita SCME | est^{3} + et in 𝔠; + in SCME | infernus 𝔟 | et^{2} A𝔟𝔳] *om. cet.* | in obliuione SME𝔠 | 54 et *om.* A | in fine 𝔠 | 55 ergo + adhuc CME𝔟𝔳 | perierunt A; perituri sunt CME | 56 et ipsi 𝔠𝔟𝔳] et si ASME; et sic C | 57 et *om.* S𝔠 | 58 scientes + sciunt ME𝔟 | 59 sitis et] sedes et A; suscipient ME | quae^{2}] qui CME | praeparata 𝔠𝔳] praeparatae A; praeparati CME; parata S𝔟 | altissimus *om.* 𝔠; ~ uoluit altissimus A | 60 sed + et 𝔠 | nunc] hanc ME; *om.* 𝔠𝔟 | 62 quod] quae 𝔠 || 9,1 meties metire AS; + tempus 𝔠 | in semetipso 𝔠; temetipsum ME | quoniam] quando 𝔠 | transiret M; transiet E; transierit 𝔠 | 2 ipsum ME𝔠𝔟 | quod ab eo factum CME𝔠 | 3 uidebuntur CM; uidebunt E | in saeculum motio SM; in saeculo munitio A; saeculum immotio E | locorum + et 𝔠 | gentium—turbatio^{2} *om.* 𝔠 | 4 et *om.* CME𝔠𝔟 | in diebus A | ante + te S𝔠 | 5 enim *om.* A | est *om.* A | per consummationem] habet pariter et consummationem 𝔠; patet ... 𝔳. | et consummatio] et consummationem A; *om.* ME; + est 𝔠 | manifestam A; manifestatur ME | 6 initio C; in initio ME; + habent 𝔠 | consummationem A; consummationes 𝔠 | in^{3} *om.* A | 7 potuerit C | operas suas S | uel] et 𝔠 | credidit is 𝔟𝔳.] credidistis S𝔠; credidisti ACME | 8 quae 𝔟𝔳.] quem AS; quod C; quos M; quas E; quoniam 𝔠 | mihi] me 𝔠 |

AS
CME(l)
𝔠𝔟𝔳

tunc mirabuntur qui nunc abusi sunt
vias meas, et in cruciamentis commo-
rabuntur hii qui eos proiecerunt in
contemptu. [10]Quotquot enim non co-
gnoverunt me viventes beneficia con-
secuti, [11]et quotquot fastidierunt le-
gem meam, cum adhuc erant habentes
libertatem, [12]et cum adhuc esset eis
Hbr 12,17 apertum paenitentiae locus non in-
tellexerunt sed spreverunt, hos oportet
post mortem in cruciamento cognos-
cere. [13]Tu ergo adhuc noli curiosus
esse quomodo impii cruciabuntur, sed
inquire quomodo iusti salvabuntur, et
quorum saeculum et propter quos
saeculum et quando.

[14]Respondi et dixi: [15]Olim locutus
sum et nunc dico et postea dicam,
7,47; Lc 13,23 quoniam plures sunt qui pereunt quam
qui salvabuntur, [16]sicut multiplicat
fluctus super guttam. Et respondit ad
me et dixit: [17]Qualis ager, talia et se-
mina, et quales flores, tales et tinctu-
rae, et qualis opera, talis et creatio, et
qualis agricola, talis et area. Quoniam
tempus erat saeculi, [18]et tunc cum
essem parans eis, his qui nunc, ante-
quam fieret illis saeculum in quo in-
habitarent, et nemo contradixit mihi
[19]tunc, nec enim erat quisquam, et
nunc creati in hoc mundo parato et
mensa indeficienti et lege investiga-
bili, corrupti sunt moribus eorum.
[20]Et consideravi saeculum meum, et
ecce erat perditum, et orbem meum,
et ecce erat periculi propter cogita-
tiones quae in eo advenerunt. [21]Et
vidi et peperci eis vix valde, et salvavi
mihi acinum de botru et plantationem
de tribu multa. [22]Pereat ergo multi-
tudo quae sine causa nata est, et serve-
tur acinus meus et plantatio mea, quia
cum multo labore perfeci haec.

[23]Tu autem si adhuc intermittas
septem dies alios, sed non ieiunabis in
eis, [24]ibis autem in campum florum,
ubi domus non est aedificata, et man-
duca solummodo de floribus campi,
et carnem non gustabis et vinum non
bibes sed solummodo flores, [25]et de-
precare Altissimum sine intermissione,
et veniam et loquar tecum.

[26]Et profectus sum, sicut dixit mihi,
in campum quod vocatur Ardat, et
sedi ibi in floribus et de herbis agri
manducavi et facta est esca earum
mihi in saturitatem. [27]Et factum est
post dies septem, et ego discumbebam
supra faenum et cor meum iterum tur-
babatur sicut et ante.

[28]Et apertum est os meum et in-
choavi dicere coram Altissimo et dixi:
[29]O Domine, in nobis ostendens osten-
sus es patribus nostris in deserto, quan-
do erant exientes de Aegypto et quan-
do veniebant in deserto quod non cal-
catur et infructuoso, et dicens dixisti:
[30]Tu Israhel audi me, et semen Iacob Ps 77,1; Bar 3,9!

AS 9 tunc] nunc S | miserebuntur c | cruciatibus CME; tormentis c | eas ME cb | 10 quod-
CME quod SCb; quod ME; qui c | 11 quodquod Cb; quod AS; qui c | 12 cum *om.* A |
cbv apertus CMEc | non] nec ME; *om.* A | 13 ~ ergo noli adhuc (ad hoc E) CEc; ~ noli
ergo adhuc M | et quando] *inter* [ ] *pon.* v. | 14 respondi] *praem.* et CMEc | 15 sunt
om. A | 16 multiplicatur MEc | fructus AS | super *om.* A | 17 tales[1] A | qualis[2]]
quales A; qualia ME | opere S; operator c | et area] et atria A(*vid.*)S; cultura c |
18 et[1] *om.* CME | tunc] nunc c | his *om.* CME; *inter* [ ] *pon.* v. | nunc + sunt c |
illis *om.* Ac | habitarent c | ~ mihi contradixit c | 19 nec—quisquam *om.* ME |
nec enim bv.] enim ASCc | erat *om.* c | quisque Sc | creat S; creatur c; erant A | ~ in
mundo hoc Scbv | mensa bv.] mense ASCME; messe c | corrupta ACME | mores c |
20 meum[1] *om.* c | et ecce[1]—meum[2] *om.* S[2]c | ~ perditum erat A | periculi ASv]
periculum c; periclitans CMEb | in eum CME | 21 ei c | uix *om.* Sc | seruaui
MEc | 22 haec *om.* MEc | 23 intromittas c | sed] si A | 24 autem *om.* c | man-
duces S; manducabis c | solummodo[1] *om.* A | 25 et[1] *om.* c | 26 quod] qui CMEc |
eorum AME | mihi *om.* b. *lapsu* | 27 et[4] *om.* c | antea A | 29 in[1]] te c |
deserto[1] + quod non calcatur et infructuoso c | exeuntes CMEc | et[1]—infructuoso
om. c | et[2] *om.* AME |

intendite sermonibus meis. [31] Ecce
enim ego semino in vobis legem meam,
et faciet in vobis fructum, et glorifica-
14,29.30! mini in eo per saeculum. [32] Nam patres
nostri accipientes legem non serva-
verunt et legitima mea non custodie-
runt. Et factum est fructum legis non
periens; nec enim poterat, quoniam
tuus erat. [33] Nam qui acceperunt perie-
runt, non custodientes quod in eis se-
minatum fuerat. [34] Et ecce consuetudo
est ut, cum acceperit terra semen vel
navem mare vel vas aliud escas vel
potus, et cum fuerit ut exterminetur
[35] quod seminatum est vel quod mis-
sum est vel quae suscepta sunt, exter-
minentur haec, susceptoria vero ma-
nent. Apud nos si enim non sic factum
est. [36] Nos quidem qui legem accepi-
mus peccantes peribimus et cor nos-
trum quod suscepit eam, [37] nam lex
non perit sed permanet in suo honore.

[38] Et cum loquor haec in corde meo,
et respexi oculis meis et vidi mulierem
II Sm 13,19! in dextera parte, et ecce haec lugebat
et plorabat cum voce magna, et animo
dolebat valde, et vestimenta eius dis-
cisa, et cinis super caput eius. [39] Et di-
misi cogitatus in quibus eram cogitans
et conversus sum ad eam et dixi ei:
[40] Ut quid fles et quid doles animo?
Et dixit ad me: [41] Dimitte me, dominus
I Sm 1,10! meus, ut defleam me et adiciam dolo-
rem, quoniam valde amara sum animo
et humiliata sum valde. [42] Et dixi ei:
Quid passa es, dic mihi.

Et dixit ad me: [43] Sterilis fui ego
famula tua et non peperi habens ma-
ritum annis triginta. [44] Ego enim per
singulas horas et per singulos dies in
annis triginta his deprecabar Altissi-
mum nocte ac die. [45] Et factum est
post triginta annos, exaudivit me Deus I Sm 1,11!
ancillae tuae et pervidit humilitatem
meam et adtendit tribulationi meae et
dedit mihi filium. Et iucundata sum
super eum valde ego et vir meus et
omnes cives mei, et honorificabamus
valde Fortem. [46] Et nutrivi eum cum
labore multo. [47] Et factum est cum cre-
visset et venissem accipere illi uxorem,
et feci diem epuli. **10** Et factum est
cum introisset filius meus in thalamo
suo, cecidit et mortuus est. [2] Et everti-
mus omnes lumina, et surrexerunt om-
nes cives mei ad consolandam me, et
quievi usque in alium diem usque noc-
tem. [3] Et factum est cum omnes quie-
vissent ut me consolarentur ut quies-
cerem, et surrexi nocte et fugi et veni, Apc 12,6!
sicut vides, in hoc campo. [4] Et cogito
iam non reverti in civitatem sed hic
consistere, et neque manducabo neque
bibam, sed sine intermissione lugere et
ieiunare, usque dum moriar.

[5] Et dereliqui adhuc sermones in

30 intende c | 31 ego *om.* b. *lapsu* | glorificabimini MEcb | 32 uestri A | mea *om.* CMEbv | factum est fructum ASv] factus est fructus *cet.* | periens] parens c | 34 maris AS | aliud] aliquod c; aliqua C | escam uel potum c | et[2] *om.* c | ut exterminetur] et cum exterminetur A; exterminatum id in quo seminatum est uel in quod missum est [35] simul id c | 35 est uel quod] uel CMEc | quae] quod AS; haec quae CM | accepta A | exterminetur S; exterminantur c | haec] *om.* CMEc | susceptoria uero] et suscepta iam non c | [si] enim v.; enim b.; sed nobis c; *legendum videtur* sedenim |. non sit A; ~ sic non c | 36 accipimus AME | perimus AC; periuimus c | quod] qui AS | accipit A | 37 periit Ac | permansit Sc | honore] labore ASc | 38 cum *om.* S | loquerer MEcb | et[2] *om.* CMEcb | discissa cb; erant scissa C; erant dissuta ME | 39 eam] mulierem A | 41 domine meus MEc; domine mi C | dolorem] dolere v. | amaro sum c; amarum A | 44 in annis triginta his bv.] in annos trig. his AS; in his annis trig. CME; et annos hos trig. c | deprecare AS; deprecor c | 45 me *om.* CMv | ancillam tuam CMEc | praeuidit S; uidit MEc | honorificabamus Sc] honorificamus AM; honorificabimus C; honorificauimus Ebv | 47 uenisset ASc; uoluissem ME | illi] ei v.; *om.* ASc | et[3] *om.* CMEc | **10**,2 ad consolandum MEcv | me *om.* AS | nocte Sc | 3 ~ et ueni et fugi A | 4 cogitaui A | in ciuitate Sb | neque[1]—lugere et *om.* ME | manducare neque bibere c | 5 adhuc *om.* c; ~ sermones adhuc in quibus C; ~ serm. in quibus adhuc b. |

AS CME cbv

quibus eram et respondi cum ira-
cundia ad eam et dixi: [6]Stulta super
omnes mulieres, non vides luctum
nostrum et quae nobis contigerunt?
[7]Quoniam Sion mater nostra omnium
Gal 4.26 in tristitia contristatur et humilitate
humiliata est. Lugete validissime [8]et
nunc quoniam omnes lugemus, et tris-
tes este quoniam omnes contristati
sumus. Tu autem contristaris in uno
filio. [9]Interroga enim terram et dicet
tibi, quoniam haec est quae debeat
lugere tantorum superstes germinan-
tium. [10]Et ex ipsa initio omnes nati et
alii venient, et ecce paene omnes in
perditionem ambulant et in extermi-
nium fit multitudo eorum. [11]Et quis
ergo debet lugere magis nisi haec quae
tam magnam multitudinem perdidit,
quam tu quae pro uno doles? Si au-
tem dices mihi [12]quoniam non est
similis planctus meus terrae, quoniam
fructum ventris mei perdidi, quem cum
maeroribus peperi et cum doloribus
genui, [13]terra autem secundum viam
terrae, abiit quae in ea multitudo prae-
sens quomodo et venit, et ego tibi
dico: [14]Sicut tu cum dolore peperisti,
sic et terra dedit fructum suum homi-
nem ab initio ei qui fecit eam. [15]Nunc
ergo retine apud temet ipsam dolorem
tuum et fortiter fer quae tibi contige-
runt casus. [16]Si enim iustificaveris ter-
minum Dei, et filium tuum recipies in
tempore et in mulieribus conlauda-
beris. [17]Ingredere ergo in civitatem ad
virum tuum.

Et dixit ad me: [18]Non faciam ne-
que ingrediar civitatem, sed hic mori-
ar. [19]Et adposui adhuc loqui ad eam et
dixi: [20]Noli facere sermonem hunc, sed
consenti persuaderi – quid enim casus
Sion – et consolare propter dolorem
Hierusalem. [21]Vides enim, quoniam
sanctificatio nostra deserta effecta est 21.22: I Mcc 1,23–27
et altare nostrum demolitum est et
templum nostrum destructum est, [22]et
psalterium nostrum humiliatum est et
hymnus noster conticuit et exultatio
nostra dissoluta est, et lumen cande-
labri nostri extinctum est et arca tes-
tamenti nostri direpta est et sancta
nostra contaminata sunt, et nomen
quod nominatum est super nos paene Iac 2.7
profanatum est, et liberi nostri con-
tumeliam passi sunt, et sacerdotes Lam 1.4
nostri succensi sunt et Levitae nostri
in captivitate abierunt, et virgines
nostrae coinquinatae sunt et mulieres
nostrae vim passae sunt, et iusti nostri
rapti sunt et parvuli nostri proditi
sunt, et iuvenes nostri servierunt et
fortes nostri invalidi facti sunt. [23]Et
quod omnium maius, signaculum
Sion, quoniam resignata est de gloria
sua nunc et tradita est in manibus
eorum qui nos oderunt. [24]Tu ergo ex-
cute tuam multam tristitiam et depone

AS CME 𝔠𝔟𝔳

5 eram *om.* A | 6 contingunt 𝔠 | 7 nostra omni 𝔠; omnium nostrum ME | in *om.* 𝔠 | lugete S𝔟] lugere A𝔳; luge tu ME; luget C; et luget 𝔠 | ualidissime et] ualidissimum est 𝔳 | 8 lugemus — omnes[2] *om.* ME | tristis S | este *legimus cum Ambrosio, de excessu fratris* I,66] sumus 𝔠; estis *cet.* | 9 tantorum] *praem.* casum 𝔠; + enim C; + aeuum ME; + [?] 𝔳. | superstes *legimus cum Ambrosio*] super ea A; super eam *cet.* | 10 ex ipso 𝔳. | initio C𝔳] initia AS𝔟; ab initio ME𝔠 | nati] nacti 𝔟. | uenient et] uenientes 𝔳.; qui ueniunt (-ient M) et ME | ~ omnes paene AE | in perditione CM | ambulant *om.* A | in exterminio ACME; exterminium 𝔠 | 11 et *om.* CME𝔟 | dicis ACM𝔠 | 12 ~ planctus meus similis 𝔠 | quoniam[2] + ego CME𝔟𝔳 | fructus AME𝔳 | cum[2] *om.* ACME | 13 abiitque in C𝔠; abiit praeteriitque in ME | et uenit] euenit S𝔠; uenit E; euenti A | 14 tu *om.* A | cum labore 𝔠; cum maerore E | dat 𝔠 | homini 𝔠 | eum A; illam CME | 15 qui 𝔠𝔟; eos qui CME | 16 filium tuum] consilium suum 𝔠 | mulieribus] talibus 𝔠 | 20 ~ hunc sermonem CME𝔠; hunc *om.* S | persuadere AS; persuadenti 𝔠 | quid enim] quot enim 𝔠; propter CME𝔟 | casus—propter *om.* ME | et *om.* 𝔠 | 21 et altare—22 humiliatum est *om.* A | 22 noster *om.* A𝔠 | nominatum] inuocatum 𝔠 | paene *om.* A𝔟 | contumelia SC | in captiuitatem AME𝔠 | proditi] perditi 𝔠 | 23 nunc] nam 𝔠 | 24 ~ tristitiam multam 𝔠 |

abs te multitudinem dolorum, ut tibi
repropitietur Fortis et requiem faciat
tibi Altissimus, requietionem labo-
rum.
[25]Et factum est cum loquebar ad
Apc 1,16.17! eam, et ecce facies eius fulgebat valde
subito, et species coruscus fiebat visus
eius, ut etiam paverem valde ad eam
et cogitarem, quid esset hoc. [26]Et ecce
subito emisit sonum vocis magnum
timore plenum, ut commoveretur terra
42 a sono. Et vidi, [27]et ecce amplius mu-
lier non conparebat mihi, sed civitas
aedificabatur et locus demonstrabatur
de fundamentis magnis. Et timui et
clamavi voce magna et dixi: [28]Ubi est
Urihel angelus, qui a principio venit
ad me? Quoniam ipse me fecit venire
in multitudinem excessus mentis huius,
et factus est finis meus in corruptio-
nem et oratio mea in inproperium.
[29]Et cum essem loquens ego haec,
et ecce venit ad me angelus qui in
principio venerat ad me et vidit me,
5,14.15; Dn 8,18! [30]et ecce eram positus ut mortuus et
intellectus meus alienatus erat, et
tenuit dexteram meam et confortavit
me et statuit me super pedes meos et
dixit mihi: [31]Quid tibi est et quare
conturbaris et quid conturbatum est
intellectum tuum et sensus cordis tui?
Et dixi: [32]Quoniam derelinquens dere-
liquisti me. Ego quidem feci secundum
sermones tuos et exivi in campum, et
ecce vidi et video quod non possum
enarrare. Et dixit ad me: [33]Sta ut vir,
et commonebo te. Et dixi: [34]Loquere,
dominus meus, tantum me noli dere-
linquere, ut non frustra moriar, [35]quon-
iam vidi quae non sciebam, et audio
quae non scio. [36]Aut numquid sensus
meus fallitur et anima mea somniat?
[37]Nunc ergo deprecor te, ut demonstres
servo tuo de excessu hoc.
Et respondit ad me et dixit: [38]Au-
di me, et doceam te et dicam tibi de Dn 2,47
quibus times, quoniam Altissimus re-
velavit tibi mysteria multa. [39]Vidit rec-
tam viam tuam, quoniam sine inter-
missione contristabaris pro populo
tuo et valde lugebas propter Sion.
[40]Hic ergo intellectus visionis: Mu-
lier quae tibi apparuit ante paulu-
lum, [41]quam vidisti lugentem et in-
choasti consolare eam, [42]nunc autem 27
iam non speciem mulieris vides, sed
apparuit tibi civitas aedificari. [43]Et
quoniam enarrabat tibi de casu filii
sui, haec absolutio est: [44]Haec mulier
quam vidisti haec est Sion, quam nunc
conspicis ut civitatem aedificatam. [45]Et
quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit an-
nis triginta, propter quod erant anni
saeculo tria milia, quando non erat in
ea adhuc oblatio oblata. [46]Et factum est
post annos tres, et aedificavit Salomon
civitatem et obtulit oblationes. Tunc
fuit quando peperit sterilis filium. [47]Et

AS CME 𝔠𝔟𝔡

24 faciet AME𝔠 | 25 et ecce] ecce CME; *om.* 𝔠 | ualde *om.* ME𝔠 | uisus] uultus 𝔟𝔡. | etiam pauerem] essem pauens 𝔠 | *post* eam[2] *lacunam indicat* 𝔟. | et[4] *om.* A | quis A | 26 sonitum 𝔠 | cum timore S; timoris CME | a + mulieris 𝔠 | 27 et clamaui uoce magna] uocem magnam A; *om.* ME | 28 in multitudine C𝔠 | in excessu ASC𝔠 | 29 et ecce] ecce 𝔠; *om.* CME | angelus—me[2] *om.* 𝔠 | 30 et statuit me *om.* A | 31 conturbaris et quid *om.* 𝔠 | et ut quid CME𝔡 | conturbatus est intellectus tuus CME𝔠𝔟 | tui + et quare conturbaris 𝔠 | 32 derelinquens *om.* 𝔠 | me[1] + et 𝔠 | 33 uir] uis A | commouebo S𝔠 | 34 domine meus ME𝔠𝔟; domine mi C | tantum] tu in me 𝔠 | ~ noli me CME𝔠 | 35 quae[1] 𝔠𝔟𝔡] quem AS; quam C; quod ME | nesciebam AME | audiui CME | quae[2]] quem AS; quod CME | nescio AC ME | 36 somniatur AS𝔟 | 37 excesso A𝔡 | 38 et[2] *om.* AS | de *om.* S | reuelabit SC | 39 uidit + enim CME𝔟𝔡 | ualide A | 40 mulier *om.* 𝔠 | 41 et *om.* 𝔠 | consolari CME𝔠 | 42 ~ speciem mulieris non 𝔠 | uidens S; uidisti CME | 44 sion 𝔟.] + [...] 𝔡.; + et (*om.* C) quoniam dixit (dixi E) tibi *cet.* | quam[2] + et 𝔠 | conspicies ASC𝔠 | 45 et—tibi *om.* ME | quia] quoniam A; *om.* C | ~ triginta annis 𝔠 | saeculi AME; scilicet 𝔠 | tria milia A] triginta 𝔠; tres *cet.* | 46 tres] triginta 𝔠 | et[2] A] *om. cet.* |

quod tibi dixit quoniam nutrivi eum cum labore, haec erat habitatio Hierusalem. [48] Et quoniam dixit tibi quod filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset et contigisset ei casus, haec erat quae facta est ruina Hierusalem. [49] Et ecce vidisti similitudinem eius, quomodo filium luget, et tu inchoasti consolare eam de his quae contigerunt. Haec erant tibi aperienda.

[50] Et nunc videns Altissimus, quoniam ex animo contristatus es et quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriae eius et pulchritudinem decoris eius. [51] Propterea enim dixi tibi, ut maneres in campo, ubi domus non est aedificata. [52] Sciebam enim ego, quoniam Altissimus incipiebat tibi ostendere haec. [53] Propterea dixi tibi, ut venires in agrum, ubi non est fundamentum aedificii. [54] Nec enim poterat opus aedificii hominis sustinere in loco, ubi incipiebat Altissimi civitas ostendi. [55] Tu ergo noli timere neque expavescat cor tuum, sed ingredere et vide splendorem vel magnitudinem aedificii, quantum capax est tibi visu oculorum videre. [56] Et post haec audies, quantum capit auditus aurium tuarum audire. [57] Tu enim beatus es prae multis et vocatus es apud Altissimum sicut et pauci. [58] Nocte autem quae in crastinum futura est manebis hic, [59] et ostendet tibi Altissimus eas visiones somniorum, quae faciet Altissimus his qui inhabitant super terram a novissimis diebus.

[60] Et dormivi illam noctem et aliam
sicut dixerat mihi. **11** Et factum est
secunda nocte, et vidi somnium, et 12,11
ecce ascendebat de mari aquila, cui Ez 17,3; Dn 7,6
erant duodecim alae pinnarum et capita tria. [2] Et vidi, et ecce expandebat alas suas in omnem terram, et omnes venti caeli insuflabant ad eam et nubes ad eam colligebantur. [3] Et vidi, et de pinnis eius nascebantur contrariae pinnae, et ipsae fiebant in pinnaculis minutis et modicis. [4] Nam capita eius erant quiescentia, et de medium caput erat maius aliorum capitum, sed et ipsa quiescebat cum eis. [5] Et vidi, et ecce aquila volavit in pinnis suis et regnavit super terram et super eos qui inhabitant in ea. [6] Et vidi, quomodo subiecta erant ei omnia quae sub caelo, et nemo illi contradicebat, neque unus de creatura quae est super terram. [7] Et vidi, et ecce surrexit aquila super ungues suos et emisit vocem pinnis suis dicens: [8] Nolite omnes simul vigilare, dormite unusquisque in loco suo et per tempus vigilate, [9] capita autem in novissimo serventur. [10] Et vidi, et ecce vox non exiebat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius. [11] Et numeravi contrarias pinnas eius, et ecce ipsae erant octo.

[12] Et vidi, et ecce a dextera parte

AS CME cbv

47 quod] quia A | nutriuit Scbv; enutriui ME; enutriuit C | haec] hoc c | habitatio + in c | 48 ei] eum ME; *om.* A | haec] hoc c | 49 quomodo] et quoniam c | filium *om.* A | lugeret c | et tu] et CME; *om.* c | consolari SCMEc | eam + et c | haec—aperienda *om.* ME; *crucibus signat* b. | experienda A | 50 uides S; uidet Ac | ostendam A | 52 ego *om.* AME | 53 propter hoc A; ideo CME | 54 sustineri in loco c; sustinere locum CME | incipiebatur c | 55 uel] et MEcb | uisus CMEcb | 57 enim] autem bv. *lapsu* | prae multos S; prae multitudine A | 59 somniorum] supremorum c | habitant Scb | a] in Ab; *om.* C | 60 dixerat] praecepit b.; praecipit A || **11**,1 et[1]—nocte *om.* Sc; + et alia sicut dixerat mihi A | 2 in eam[1] c; ad eum v. | nubes ad eam bv.] *om. cet.* | 3 et[2] *om.* AS | ipsa fiebat AC | 4 de medium A] dimedium S; dimidium c; medium *cet.* | et[2] *om.* Ac | 5 uolabit C; uolabat A | et regnabit S; ut regnaret Cbv | habitant Scb | 6 quomodo] quoniam c | subiecti b. *lapsu* | quae[1] A] *om. cet.* | 7 misit SCcb | 10 non *om.* AS | de medietatem AS | 11 et[1] *om.* A | et ecce] ecce A; et ME; ecce et S | 12 ad dextera parte S; ad dexteram partem CMEv |

surrexit una pinna et regnavit super omnem terram. 13 Et factum est cum regnaret, et venit ei finis et non apparuit, ita ut non appareret locus eius. Et sequens exsurrexit et regnabat et ipsa multum tenuit tempus. 14 Et factum est cum regnaret, et veniebat finis eius, ut non appareret sicut prior. 15 Et ecce vox emissa est illi dicens: 16 Audi, tu quae toto tempore tenuisti terram, hoc adnuntii, antequam incipias non parere: 17 Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec dimidium eius. 18 Et levavit se tertia et tenuit principatum sicut priores, et non apparuit et ipsa. 19 Et sic contingebat omnibus alis singillatim principatum gerere et iterum nusquam conparere. 20 Et vidi, et ecce in tempore sequentes pinnae erigebantur et ipsae a dextera parte, ut tenerent et ipsae principatum; et ex his erant quae tenebant, sed tamen statim non conparescebant. 21 Nam et aliquae ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum. 22 Et vidi post haec, et ecce non conparuerunt duodecim pinnae et duo pinnacula. 23 Et nihil superavit in corpore aquilae nisi tria capita quiescentia et sex pinnacula.

24 Et vidi, et ecce de sex pinnaculis divisa sunt duo et manserunt sub capite quod est ad dexteram partem; nam quattuor manserunt in loco suo. 25 Et vidi, et ecce hae subalares cogitabant se erigere et tenere principatus. 26 Et vidi, et ecce una erecta est, sed statim non conparuit. 27 Et secunda, et haec velocius quam prior non conparuit. 28 Et vidi, et ecce duae quae superaverunt apud semet ipsas cogitabant et ipsae regnare. 29 Et in eo cum cogitarent, et ecce unum de quiescentium capitum, quod erat medium, evigilabat, hoc enim erat duorum capitum maior. 30 Et vidi, quomodo conplexa est duo capita secum, 31 et ecce conversum est caput cum his qui cum ea erant et comedit duas subalares quae cogitabant regnare. 32 Hoc autem caput percontinuit omnem terram et dominavit qui inhabitant in ea cum labore multo, et potentatum tenuit orbem terrarum super omnes alas quae fuerunt. 33 Et vidi post haec, et ecce medium caput subito non conparuit, et hoc sicut alae. 34 Superaverunt autem duo capita, quae et ipsa similiter regnaverunt super terram et super eos qui habitant in ea. 35 Et vidi, et ecce devoravit caput a dextera parte illud quod est a leva.

36 Et audivi vocem dicentem mihi: Conspice contra te et considera quod

AS CME cbɒ

12 omnem *om.* A | 13 et2—14 regnaret *om.* ME | et uenit] aduenit A; uenit Cc | ita ut non appareret *om.* c | regnabit C; regnauit b | et6 *om.* c | 14 appareret + locus eius A; + similiter et secunda regnauit ME | 16 toto] tanto c | terram] dexteram A | hoc] haec c | adnuntii antequam A] annunciante quam S; adnuntia antequam CME; adnuntio antequam bɒ.: annuncio tibi antequam c | apparere CMEc | 18 tenuit + et ipsa Cɒ | sicut + et Scbɒ | 19 alis] aliis c; auis S; auibus A | 20 sequentis S | et ipsae1 *om.* c | ad dextra parte SC; ad dextram partem MEɒ | ut] et S; *om.* A | et ipsae2] *inter* [ ] *pon.* ɒ.; *om.* CMEb | tamen *om.* b. *lapsu* | conparebant CMEc | 22 paruerunt AC | 23 super•• A; superabit C; supererat c | tria] duo c | 24 de *om.* c | diuisae Sc; diuisi A(*vid.*); uisa ME | duae ASc | 25 haec C; *om.* Ac | subalare S | se *om.* A | 26 recta S | 27 *vers. om.* A | secundae Sc | et haec *om.* Sc | priores Sc | apparuit S; comparuerunt c | 29 et2 *om.* CMEcb | de *om.* c | quiescentibus capitibus CME | maior ASɒ] maius *cet.* | 30 quoniam completa sunt c | 31 cum ea ASɒ] cum eo *cet.* | erant *om.* A | subalas A | 32 percontinuit] perconterruit c; perterruit ME | dominabit SC; dominabatur in ea his c; domuit ME | habitant c; inhabitabant CME | in ea] terram c; teıram in ea S | potentatem A | orbis cb; orbi S; in orbem E; in omnem M | 34 superauerant A | similiter *om.* bɒ. *lapsu* | super eum S | inhabitant Cbɒ | in eam S | 35 ad dextra parte S; ad dexteram partem MEɒ | est *om.* c | ad leua S; ad leuam AEɒ | 36 te] me S |

12.31: Ier 49.19 vides. [37]Et vidi, et ecce sicut leo susci-
tatus de silva mugiens, et audivi quo-
modo emisit vocem hominis ad aqui-
lam et dixit dicens: [38]Audi tu, et loquar
ad te, et dicit Altissimus tibi: [39]Nonne
39.40: Dn 7,23! tu es, quae superasti de quattuor ani-
malibus quae feceram regnare saeculi
mei, et ut per eos veniret finis tempo-
rum meorum? [40]Et quartus veniens
devicit omnia animalia quae transie-
32 runt, et potentatum tenens saeculum
cum tremore multo et omnem orbem
cum labore pessimo, et inhabitabant
tot temporibus orbem terrarum cum
dolo. [41]Et iudicasti terram non cum
veritate. [42]Tribulasti enim mansuetos
et laesisti quiescentes, odisti verum
dicentes et dilexisti mendaces, et de-
struxisti habitationes eorum qui fructi-
ficabant, et humiliasti muros eorum
Is 37.29 qui te non nocuerunt. [43]Et ascendit
contumelia ad Altissimum et superbia
tua ad Fortem. [44]Et respexit Altissi-
mus super sua tempora, et ecce finita
sunt et saecula eius conpleta sunt.
[45]Propterea non apparens non appa-
reas, tu aquila et alae tuae horribiles et
pinnacula tua pessima et capita tua
maligna et ungues tui pessimi et omne
Act 3.20 corpus tuum vanum, [46]uti refrigeret
omnis terra et relevetur liberata de
tua vi et speret iudicium et misericor-
diam eius qui fecit eam.

12 Et factum est dum loqueretur
leo verba haec ad aquilam, et vidi,
[2]et ecce quod superaverat caput et
non conparuit, et alae duae quae ad
eum transierunt et erectae sunt ut
regnarent, et erat regnum eorum exile
et tumultu plenum. [3]Et vidi, et ecce
ipsa non apparescebant, et omne cor-
pus aquilae incendebatur, et expaves-
cebat terra valde.

Et ego a multo excessu mentis et a
magno timore vigilavi, et dixi spiritui
meo: [4]Ecce tu mihi praestitisti haec,
in eo quod scrutas vias Altissimi. [5]Ecce
adhuc fatigatus sum animo et spiritu
meo invalidus sum valde, et nec mo-
dica est in me virtus a multo timore
quem expavi nocte hac. [6]Nunc ergo
orabo Altissimum, ut me confortet
usque in finem. [7]Et dixi: Dominator Gn 18.31!
Domine, si inveni gratiam ante ocu-
los tuos, et si iustificatus sum apud te
prae multis, et si certum ascendit de- Ps 140.2
precatio mea ante faciem tuam, [8]con-
forta me et ostende servo tuo mihi
interpretationem et distinctionem vi-
sus horribilis huius, ut plenissime con-
soles animam meam. [9]Dignum enim
me habuisti ostendere mihi temporum
finem et temporum novissima.

Et dixit ad me: [10]Haec est inter-

AS CME 𝔠𝔟𝔳 37 concitatus 𝔠 | rugiens CME𝔠 | audiui] uidi 𝔠 | quomodo] quoniam 𝔠 | emittit A; emittebat S𝔠 | dicens *om.* CME | 38 et² *om.* CME𝔟 | dicet S𝔠 | 39 quae¹] qui S𝔠𝔟𝔳 | saeculi mei A] in saeculo meo *cet.* | per ea ueniret 𝔟; per haec ueniret C; perueniret ME | meorum] eorum S𝔠; meum M; in eum E | 40 deuicit] deuicisti 𝔳.; deiecit A | potentatu S𝔠𝔟 | tenuit 𝔠 | inhabitabunt C; inhabitabas 𝔳.; inhabitauit 𝔠; inhabitant A | 42 odisti—dicentes *om.* AS𝔠 | 43 contumelia + tua ME𝔟𝔳; + tua usque 𝔠 | 44 super sua] superba AS𝔠 | saecula] scelera 𝔠 | conplecta S; conplecte A | 45 non apparens non] non apparens ME; non 𝔠 | uanum] unum A | 46 refrigeretur ME𝔠 | reuertetur AS𝔳; reuertatur 𝔠; *om.* ME | liberetur ME | ui] uia A(*vid.*)S ‖ 12,2 et² *om.* AC𝔟𝔳 | conparuit et] conparauerunt quattuor A(*vid.*)C; conparuerunt quattuor SME𝔠; conparuit et [quattuor] 𝔳.; conparuit et surrexerunt 𝔟. | duae] illae 𝔠 | pertransiebant A | [et] erectae 𝔳.; et rectae C | earum CME | tumulti S𝔟𝔳; multum ME | plenum + turbationis ME | 3 ipsae A | apparebant 𝔠; apparebat CME | omnis S | a multo 𝔟𝔳.] multu C; a tumultu ASME𝔠; + et 𝔠; + in CME | 4 mihi *om.* E; ~ praestitisti mihi 𝔠 | hoc 𝔠 | scrutes C; scrutaris ME𝔠; perscrutarem A | 5 ecce] et ego A | quem 𝔟𝔳.] quam S𝔠; qua A; quo CE; quod M | 7 si² *om.* ACME | certe 𝔠; ad certum ME; certus sum C | 8 consoles 𝔟𝔳.] consules A; consulas S; consoleris CME𝔠 | 9 enim *om.* A | finem et temporum *om.* A𝔠 | nouissimum A |

pretatio visionis huius quam vidisti:
11.1 [11]Aquilam quam vidisti ascendentem
de mari, hoc est regnum quartum,
Dn 7,23 quod visum est in visu Danihelo fratri
tuo, [12]sed non est illi interpretatum,
quomodo ego nunc tibi interpretor vel
interpretavi. [13]Ecce dies veniunt, et
exsurget regnum super terram et erit
timoratior omnium regnorum quae
fuerunt ante eam. [14]Regnabunt autem
in ea duodecim reges, unus post unum.
[15]Nam secundus qui incipiet regnare,
ipse tenebit amplius tempus prae duodecim.
[16]Haec est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. [17]Et quoniam
audisti vocem quae locuta est
non de capitibus eius exientem, sed de
medio corpore eius, [18]haec est interpretatio, quoniam post tempus regni
illius nascentur contentiones non modicae, et periclitabitur ut cadat, et non
cadet tunc, sed iterum constituetur in
suum initium. [19]Et quoniam vidisti
subalares octo coherentes alis eius,
[20]haec est interpretatio: Exsurgent
enim in ipso octo reges, quorum erunt
tempora levia et anni citati, et duo
quidem ex ipsis perient [21]adpropinquante tempore medio, quattuor autem servabuntur in tempore, cum incipiet adpropinquare tempus eius ut
finiatur, duo vero in finem servabuntur.

[22]Et quoniam vidisti tria capita
quiescentia, [23]haec est interpretatio:
In novissimis eius suscitabit Altissimus tria regna et renovabit in ea multa, et dominabunt terram [24]et qui inhabitant in ea cum labore multo super
omnes qui fuerunt ante hos. Propter
hoc ipsi vocati sunt capita aquilae.
[25]Isti enim erunt qui recapitulabunt
impietates eius et qui perficient novissima eius. [26]Et quoniam vidisti caput
maius non apparescentem, quoniam
unus ex eis super lectum suum morietur, et tamen cum tormentis. [27]Nam
duo qui perseveraverunt, gladius eos
comedet. [28]Unius enim gladius comedet qui cum eo, sed tamen et hic gladio
in novissimis cadet. [29]Et quoniam vidisti duas subalares treicientes super
caput quod est a dextera parte, [30]haec
est interpretatio: Hii sunt quos conservavit Altissimus in finem suam, hoc
erat regnum exile et turbationis plenum, [31]sicut vidisti.

Et leonem quem vidisti de silva evi- 11,37
gilantem mugientem et loquentem ad
aquilam et arguentem eam iniustitias
ipsius per omnes sermones eius, sicut
audisti, [32]hic est unctus, quem reservavit Altissimus in finem ad eos et
impietates ipsorum. Arguet illos de Io 16,8
iniustitiis ipsorum et infulciet coram
ipsis spretiones eorum. [33]Statuet enim

10 quam uidisti *om.* ASc | 11 quartum *om.* Sc | uisione c | daniheli MEc | 12 quomodo] quoniam c | uel interpretatus sum CMEb; *om.* c | 13 timoratior bv.] timoratio A; timor acrior Sc; timor CME | eam Sbv] eum *cet.* | 14 ~ reges duodecim Sc | unus] unum ACM | 15 qui *om.* Sc | regnare + et S²c | 17 quoniam] quam c | locutus SC | corporis c | 18 haec] hoc S | pereclitabantur S; periclitabuntur M | 20 hoc est interpretatio S; *om.* A | exsurgens A(*vid.*)S | enim *om.* c | erant S | 21 ~ autem tempore medio quattuor c | quattuor] sex A | duae Sc | 23 renouet A; renuntiabit ME; reuocabit c | dominabuntur CMEc | 24 habitant Scb; inhabitabunt C | in eam SCv | 25 recapitulabant S; recapitabunt CME | impietatis v. *lapsu* | perficiunt AS | 26 apparescente S; apparescens b.; apparens CMEc; + haec est interpretatio eius c | 27 perseuerauerunt S] perseuerauerant A; perseuerauerint c; superauerunt CEbv; superfuerunt M | comedit A; metet C | 28 comedit A | et *om.* c | 29 ad dextra parte SC; ad dexteram partem MEv; in dextera parte c | 30 suum CMEc | erit ME; est c | 31 euigilantem + et CMEcv | rugientem MEc | eas S | et iniustitias c; de iniustitia C; de iniustitiis ME | per] et CMEbv | 32 unctus] uentus c | reseruabit C; seruauit MEc | *post* finem *lacunam indicant* bv. | et¹ *om.* A; + ad ME | et arguet illos CME; arguet et A; arguet illos et b. | de—ipsorum² *om.* Sc | infulcet A; infulcit S; incutiet c; fulgeant ME | spreuitiones A; pretiones C; discerptiones c | eorum] ipsorum AE |

AS CME cbv

eos primum in iudicium vivos, et erit
cum arguerit eos, tunc corrumpet eos.
34 Nam residuum populum meum libe-
rabit cum misericordia, qui salvati
sunt super fines meos, et iucundabit
eos, quoadusque veniat finis, dies
iudicii, de quo locutus sum tibi ab
initio. 35 Hoc somnium quod vidisti, et
haec interpretatio eius.

36 Tu ergo solus dignus fuisti scire
Apc 1,11! Altissimi secretum hoc. 37 Scribe ergo
omnia ista in libro quae vidisti, et
pones ea in loco abscondito. 38 Et do-
cebis ea sapientes de populo tuo, quo-
rum scis corda posse capere et servare
secreta haec. 39 Tu autem adhuc sustine
hic alios dies septem, ut tibi ostenda-
tur quicquid visum fuerit Altissimo
ostendere tibi. 40 Et profectus est a me.

Et factum est cum audisset omnis
populus, quoniam pertransierunt sep-
tem dies, et ego non fuissem reversus
in civitatem, et congregavit se omnis a
minimo usque ad maximum et venit
ad me, et dixerunt mihi dicentes:
41 Quid peccavimus tibi et quid iniuste
egimus in te, quoniam derelinquens
nos sedisti in loco hoc? 42 Tu enim
nobis superasti ex omnibus prophetis,
II Pt 1,19 sicut botrus de vindemia, et sicut lu-
cerna in loco obscuro, et sicut portus
navi salvatae a tempestate. 43 Aut non
sufficiunt nobis mala quae contige-
runt? 44 Si ergo tu nos dereliqueris,
quanto erat nobis melius, si essemus
succensi et nos incendio Sion. 45 Nec
enim nos meliores sumus eorum, qui
ibi mortui sunt. Et ploraverunt voce
magna.

Et respondi ad eos et dixi: 46 Con-
fide, Israhel, et noli tristari, tu domus
Iacob. 47 Est enim memoria vestri co- Sir 35,9!
ram Altissimo, et Fortis non est obli-
tus vestri in contentione. 48 Ego enim
non dereliqui vos neque excessi a vo-
bis, sed veni in hunc locum, ut depre-
carer pro desolatione Sion, et ut quae-
rerem misericordiam pro humilitate
sanctificationis vestrae. 49 Et nunc ite III Rg 22,17!
unusquisque vestrum in domum suam,
et ego veniam ad vos post dies istos.
50 Et profectus est populus, sicut dixi
ei, in civitatem.

51 Ego autem sedi in campo septem
diebus, sicut mihi mandavit, et man-
ducabam de floribus solummodo agri,
de herbis facta est mihi esca in diebus
illis. **13** Et factum est post dies septem,
et somniavi somnium nocte.

2 Et ecce de mari ventus exsurgebat,
ut conturbaret omnes fluctus eius. 3 Et Dn 7,2
vidi, et ecce convolabat ipse homo Dn 7,13!
cum nubibus caeli. Et ubi vultum suum
convertebat ut consideraret, tremebant
omnia quae sub eo videbantur. 4 Et
ubicumque exiebat vox de ore eius, ar-
descebant omnes qui audiebant voces
eius, sicut liquescit cera quando sen-
serit ignem. 5 Et vidi post haec, et ecce
congregabatur multitudo hominum,

AS CME 𝔠𝔟𝔳

33 primum *om.* AS𝔠 | in iudicio CME𝔠; + suo CME | corrumpit AS; corripiet ME𝔠 | 34 liberauit S | miseria 𝔠 | meos—finis *om.* ME | iucundauit AS | ueniet 𝔠 | 35 hoc + est CME𝔟 | hae 𝔠; + est CME | interpretationes (eius *om.*) S𝔠 | 36 ergo] autem CME𝔟 | 37 pone 𝔠 | 38 ea] eos A; illa CME | ~ corda scis 𝔠 | 39 ut] et S | ostendantur ASM | 40 est¹] es S; *om.* A | et⁴ *om.* ACME | 41 quid ... quid] qui ... qui A | derelinquis 𝔳.; + dereliquisti 𝔟 | nos + et SC𝔟𝔳 | 42 nobis superes 𝔠; *praem.* solus CME; + solus 𝔠 | prophetis] profectis A; populis 𝔠 | de uinea 𝔠 | naui C𝔟𝔳] nauis ASME; et nauis 𝔠 | saluata AS𝔠; saluatus ME | 43 aut] et A | contingunt 𝔠; *dein lacunam indicat* 𝔳. | 44 ~ nobis erat 𝔠 | in incendio 𝔟𝔳; cum incendio 𝔠 | 45 ~ sumus meliores 𝔠 | 47 in tentatione 𝔠 | 48 et *om.* 𝔠 | 51 et ego autem A | mihi *om.* AS; ~ esca mihi 𝔠 | **13**,2 et + uidi et CME𝔳 | 3 *post* ecce *lacunam indicant* 𝔟𝔳., *in cuius fine* ⟨et uidi et ecce⟩ *supplet* 𝔳. | conuolabat 𝔟𝔳.] conualescebat *cet.* | ipse] ille S𝔠𝔟; *om.* E | nubibus] millibus 𝔠 | uertebat 𝔠 | et contremebant A | 4 uoces] uocem CME; uocis 𝔟𝔳. | liquescit 𝔟𝔳] quiescit ASCM; quiescet 𝔠; ardescit E | cera 𝔟𝔳] terra *cet.* | 5 congregabuntur S; congregabant ME | multitudinem ME |

quorum non erat numerus, de quat-
tuor ventis caeli, ut debellarent homi-
nem qui ascenderat de mari. [6]Et vidi,
Dn 2,45! et ecce sibimet ipso sculpsit montem
magnum et volavit super eum. [7]Ego
autem quaesivi videre regionem vel
locum, unde sculptus esset mons, et
non potui.

[8]Et post haec vidi, et ecce omnes,
qui congregati sunt ad eum ut ex-
pugnarent eum, timebant valde, ta-
men audebant pugnare. [9]Et ecce ut
vidit impetum multitudinis venientis,
9—11: 27.28 non levavit manum suam neque fra-
meam tenebat neque aliquod vas bel-
licosum, nisi solummodo vidi, [10]quo-
modo emittit de ore suo sicut fluctum
Is 11,4! ignis, et de labiis eius spiritum flam-
mae, et de lingua eius emittebat scin-
tillas tempestatis. Et commixta sunt
10.11: Is 30,28! simul omnia haec, fluctus ignis et
spiritus flammae et multitudo tem-
pestatis. [11]Et concidit super multitu-
dinis impetum quod paratum erat
pugnare, et succendit omnes, ut subito
nihil videretur de innumerabili multi-
tudine nisi solummodo pulvis cineris
et fumi odor. Et vidi et extiti.

[12]Et post haec vidi ipsum hominem
39 descendentem de monte et advocan-
tem ad se multitudinem aliam paci-
Is 66,20 ficam. [13]Et accedebant ad eum vultus
hominum multorum, quorumdam gau-
dentium, quorumdam tristantium, ali-
qui vero alligati, aliqui adducentes ex
eis qui offerebantur. Et ego a multi-
tudine pavoris expergefactus sum et
deprecatus sum Altissimum et dixi:

[14]Tu ab initio demonstrasti servo
tuo mirabilia haec et dignum me
habuisti, ut susciperes deprecationem
meam. [15]Et nunc demonstra mihi ad-
huc et interpretationem somnii huius.
[16]Sicut enim existimo in sensu meo,
vae qui derelicti fuerint in diebus illis, 22
et multo plus vae his qui non sunt de-
relicti. [17]Qui enim non sunt derelicti,
tristes erunt [18]intellegentes quae sunt
reposita in novissimis diebus, et non
occurrentes eis. Sed et qui derelicti
sunt [19]propter hoc vae, viderunt enim
pericula magna et necessitates multas,
sicut ostendunt somnia haec. [20]At-
tamen facilius est periclitantem venire
in haec, quam pertransire sicut nubem
a saeculo et non videre quae contige-
runt in novissimo.

Et respondit ad me et dixit: [21]Et
visionis interpretationem dicam tibi,
sed et de quibus locutus es adaperi-
am tibi. [22]Quoniam dixisti de his qui 16
derelicti sunt et de his qui non de-
relicti sunt, haec interpretatio: [23]Qui
adferet periculum in illo tempore,
ipse custodibit qui in periculo incide-
rint, qui habent operas et fidem ad

6 ipsi CEc; ipsos S; *om.* M | sculpserat c | 8 congregati ad eum erant A | ualide A | 9 solummodum S; + ut c | 10 quoniam emisit c | fluctus ME; flatum c | spiritus ASc | et²—flammae² *om.* A | tempestatis¹ bv.] tempestate S; a tempestate C; ac tempestatem ME; et tempestates c | ~ omnia simul Ec | haec fluctus] hic flatus c | 11 multitudinis impetum bv.] ~ impetum multitudinis CME; multitudinem in (*om.* S) impetum (impetu c) ASc | quae parata CME; quae praeparata c | solummodum S | cyneres A; *om.* c | et⁴—extiti *om.* ME | extiti] extimui c | 12 uocantem CMEc | 13 accedebat MEc | ad eum *om.* A | gaudentium + et A | alligati aliqui *om.* A | ego] aegrotaui c | a multitudinis pabore C; multitudinem pauoris A; + et c | et deprecatus sum altissimum *om.* ASc | 14 deprecationem] orationem A | 15 et² *om.* CMEc | 16 relicti¹ A | fuerunt c | multum A | 17 erunt] erant Sc | 18 intellegentes MEb] + nunc v.; intellege nunc A*SC; intellego nunc A²c | non *om.* c | occurrent CMEcv | et² + his CMEcv | 19 ue uidebunt CMEbv; uenerunt c | enim + in Sc | ostendit A | 20 et tamen A; tamen CME | haec bv.] hac AS; hanc CME; hunc c | non] nunc Cc | contigerint C; contingunt c; contingent bv. | 21 sed *om.* c | 22 ~ de his dixisti Scb | et de his qui non derelicti sunt *supplevimus*] *lacunam indicant* bv.; *om. cet.* | haec + est CMEcb | 23 adferat A; aufert c | in *om.* Sc | ipse] hic se c | custodibit bv.] custodiuit ASc; custodiet eos CME | incederent A; inciderunt MEc; + hi sunt c | opera ACMEc |

AS
CME
cbv

1 Th 4,15.17 Fortissimum. [24]Scito ergo, quoniam
magis beatificati sunt qui derelicti
super eos qui mortui sunt.

[25]Interpretatio enim visionis haec:
51 Quia vidisti virum ascendentem de
corde maris, [26]ipse est quem conservat
Altissimus multis temporibus, qui per
semet ipsum liberabit creaturam suam,
et ipse disponet qui derelicti sunt. [27]Et
27.28: 9–11 quoniam vidisti de ore eius exire ut
spiritum et ignem et tempestatem, [28]et
quoniam non tenebat frameam neque
vas bellicosum, corrumpit enim impe-
tum eius multitudinis quae venerat ad
expugnare eum, haec interpretatio:
[29]Ecce dies veniunt, quando incipiet
Altissimus liberare eos qui super ter-
ram sunt. [30]Et veniet excessus mentis
super eos qui inhabitant terram. [31]Et
Is 19,2! in alisalio cogitabunt bellare, civitates
civitatem et locus locum et gens ad
gentem et regnum adversus regnum.

[32]Et erit cum fient haec et contin-
Mt 24,30! gent signa quae ante ostendi tibi, et
tunc revelabitur Filius meus quem
vidisti virum ascendentem. [33]Et erit
quando audierint omnes gentes vocem
eius, et derelinquet unusquisque regi-
onem suam et bellum quod habent
in alterutro, [34]et colligetur in unum
multitudo innumerabilis, sicut vidisti
volentes venire et expugnare eum.
[35]Ipse autem stabit super cacumen
Apc 21,2! montis Sion. [36]Sion autem veniet et
ostendetur omnibus parata et aedi-
ficata, sicut vidisti montem sculpi sine
manibus. [37]Ipse autem Filius meus ar-
guet quae advenerunt gentes impie- Is 2,4!
tates eorum, has quae tempestati ad-
propiaverunt, et inproperabit coram
eis mala cogitamenta eorum et crucia-
menta quibus incipient cruciari, [38]quae
adsimilatae sunt flammae, et perdet
eos sine labore et legem quae igni ad-
similata est.

[39]Et quoniam vidisti eum colligen-
tem ad se aliam multitudinem pacifi- 12
cam, [40]haec sunt novem tribus, quae
captivae factae sunt de terra sua in
diebus Iosiae regis, quem captivum IV Rg 17,3
duxit Salmanassar rex Assyriorum, et
transtulit eos trans Flumen, et translati
sunt in terram aliam. [41]Ipsi autem sibi
dederunt consilium hoc, ut derelin-
querent multitudinem gentium, et pro-
ficiscerentur in ulteriorem regionem,
ubi numquam quisquam inhabitavit
ibi genus humanum, [42]ut vel ibi ob-
servarent legitima sua, quae non fu-
erant servantes in regione sua. [43]Per
introitus autem angustos fluminis Eu-
fraten introierunt. [44]Fecit enim eis tunc
Altissimus signa, et statuit venas Flu- 47: Is 11,15; Iob 28,4
minis usquequo transirent. [45]Per eam
enim regionem erat via multa itineris
anni unius et dimidii, nam regio illa
vocatur Arzar, et [46]tunc inhabitaverunt
ibi usque in novissimo tempore. Et

AS CME cbv

23 ad altissimum CME | 24 derelicti + sunt CMEv | 25 interpraetationes uisionis haec ASbv; hae interpretationes uisionis c; interpretatio uisionis haec est CME | 26 conseruauit AE | liberauit SE | 27 ut *om.* CMEb | 28 corrupit c; corripuit ME | impetus c | multitudinem ASc | ad *om.* CMEc | eam S | haec + est CMEc | 29 ~ sunt super terram A | 30 ueni S; uenit A | in excessu Sc; in excessum A | 31 in aliis alio S; in aliis alia A; in aliis alii Cv; in alios alii MEb; alii alios c | cogitabant S | debellare c | ciuitates] ciuitatis Sv; ciuitas MEc; + ad CME | locus + ad ME | ad] aduersus c; *om.* C | aduersus] ad CME | 32 fiet S | uidisti + ut c | 33 in regionem suam S; in regione sua c | et[3] *om.* S[2]c | bellum + suum c | in (ad c) alterutrum Cc | 34 uidisti *om.* c | 36 sion autem ueniet *om.* CME | 37 aduenerint ME; adinuenerunt c | gentem ASv | quae[2]] qui A | tempestatem A; sicut tempestas CME | adpropriauerunt ASv; appropinquauerunt c; aduenerunt C; aduenient ME | et inproperauit coram eis AS; propter c | 38 et perdet eos *om.* C | perdere AS | et[2]—est *om.* ME | et[2]] per c | 39 colligendam S | 40 hae MEc | nouem] decem Scbv; *om.* ME | iosiae] oseae Mc | 41 ipse A, *id est* ipsae | et] ut AS | quisquam *om.* CMEcbv | ibi Av] *om. cet.* | 42 ut *om.* c | obseruare c | fuerunt ACME | 43 eufrates CME; eufratis b | 45 anni *om.* A | arzar et C] arzareth *cet.* | 46 tunc] nunc AS |

nunc iterum coeperunt venire, [47] iterum
44! Altissimus statuit venas Fluminis, ut
possint transire, propter hoc vidisti
multitudinem collectam cum pace,
[48] sed et qui derelicti sunt de populo
tuo, qui invenientur intra terminum
meum [49] sanctum. Erit ergo quando
incipiet perdere multitudinem earum
quae collectae sunt gentes, proteget
qui superaverit populum. [50] Et tunc
ostendet eis multa plurima portenta.

[51] Et dixi ego: Dominator Domine,
hoc mihi ostende, propter quod vidi
virum ascendentem de corde maris. Et
dixit mihi: [52] Sicut non potest hoc vel
scrutinare vel scire quis, quid sit in
profundo maris, sic non poterit quis-
quam super terram videre Filium
meum vel eos qui cum eo sunt nisi in
tempore diei. [53] Haec est interpretatio
somnii quem vidisti, et propter quod
inluminatus es haec solus. [54] Dereli-
quisti enim tua et circa mea vacasti
et legem meam exquisisti. [55] Vitam
enim tuam disposuisti in sapientiam,
et sensum tuum vocasti matrem. [56] Et
propter hoc ostendi tibi haec, merces
apud Altissimum. Erit enim post alios
tres dies, ad te alia loquar et exponam
tibi gravia et mirabilia.

[57] Et profectus sum et transii in
campum, multum glorificans et lau-
dans Altissimum de mirabilibus, quae
per tempus faciebat, [58] et quoniam gu-
bernat tempora et quae sunt in tem-
poribus inlata. Et sedi ibi tribus die-
bus. **14** Et factum est tertio die, et ego
sedebam sub quercu, [2] et ecce vox exi- Ex 3,4
vit contra me de rubo et dixit: Ezra,
Ezra. Et dixi: Ecce ego, Domine. Et
surrexi super pedes meos. Et dixit ad
me:

[3] Revelans revelatus sum super ru- Ex 3,2!
bum et locutus sum Moysi, quando
populus meus serviebat in Aegypto.
[4] Et misi eum et eduxi populum meum
de Aegypto, et adduxi eum super mon- Ex 24,18!
tem Sina et detinebam eum apud me
diebus multis, [5] et enarravi ei mirabilia
multa, et ostendi ei temporum secreta
et temporum finem. Et praecepi ei di-
cens: [6] Haec in palam facies verba et
haec abscondes. [7] Et nunc tibi dico:
[8] Signa quae demonstravi et somnia
quae vidisti et interpretationes quas
tu audisti, in corde tuo repone ea. [9] Tu
enim recipieris ab hominibus, et con-
verteris residuum cum Filio meo et
cum similibus tuis, usquequo finiantur
tempora, [10] quoniam saeculum perdi-
dit iuventutem suam et tempora ad-
propinquant senescere. [11] Duodecim
enim partibus divisum est saeculum,
et transierunt eius decem iam et dimi-
dium decimae partis, [12] superant au-
tem eius duae prae medium decimae
partis. [13] Nunc ergo dispone domum
tuam, et corripe populum tuum, et
consolare humiles eorum, et renuntia
iam corruptae vitae, [14] et dimitte abs

46 cum coeperint 𝔠 | 47 statuet 𝔠𝔳 | possent AC | haec 𝔠 | collectam *om.* 𝔠 | 48 tuo + hi sunt 𝔠 | inueniuntur SC𝔠𝔟 | 49 sanctum] factum 𝔠 | proteget + cum CME; + eos 𝔠 | superauerat A; superauerunt 𝔠 | 50 ~ tunc et A | ostendit AS | multa *inter* [ ] *pon.* 𝔳. | plurima *om.* CME | 52 potes A𝔠 | hoc 𝔟𝔳] haec 𝔠; huc S; hunc A; *om.* CME | scrutare C; scrutari ME𝔠 | quis *om.* C𝔠 | quid sit] quae sunt 𝔠; qui in corde aut A | quisque S𝔠 | ~ super terram quisquam A | 53 quem] quam C; quod ME𝔠𝔟𝔳 | quod] hoc CME𝔟 | haec[2]] hic 𝔠; *om.* CME | 54 tuam et circa meam uacasti legem exquisisti (et quisisti S; et quaesisti 𝔠) AS𝔠 | 55 in sapientia CME𝔠 | tuam[2] 𝔟. | 56 haec] e S; *om.* 𝔠 | merces + enim CME𝔟𝔳 | a te S | 58 tempora] ipsum 𝔠 || **14**,3 super rubrum AM; super rubo C | 4 et misi—aegypto *om.* ME | eduxit C𝔟 | detinui CME𝔟 | 5 temporum—temporum] temporum secreta et S𝔠; secreta multa temporum et A | 8 tu *om.* A | audisti] uidisti S𝔠 | 9 reciperis S; repperieris ME | ab omnibus ASME𝔠 | et[1] *om.* 𝔠 | residuus 𝔠; ad residuum ME | filio] consilio 𝔠 | 10 saecula S; caelum ME | 11 ~ iam decem C; IX iam 𝔳.; decem ME; xmam S; decima 𝔠 | 12 *vers. om.* ME | supersunt 𝔠 | duae *om.* 𝔠 | prae] praeter C𝔳; post 𝔠𝔟 | 13 *post* eorum *lacunam indicat* 𝔳. | corruptae uiae C; corrupte S; corrupti A; corruptelae 𝔠 |

AS
CME
𝔠𝔟𝔳

te mortales cogitationes, et proice abs
II Cor 5,4 te pondera humana, et exue te iam in-
firmam naturam, et repone in unam
partem molestissima tibi cogitamenta,
et festina transmigrare a temporibus
his. 15 Quae enim vidisti nunc contigis-
se mala, iterum horum deteriora faci-
entur, 16 quantum enim invalidum fieri
saeculum a senectute, tantum multipli-
cabunt super inhabitantes mala. 17 Pro-
longavit enim magis veritas et adpro-
pinquavit mendacium. Iam enim fes-
tinat aquila venire, quam vidisti in
visionem.

18 Et respondi: Dixi coram te, Do-
mine. 19 Ecce enim ego abibo sicut
praecepisti mihi, et corripiam prae-
sentem populum. Qui autem iterum
nati fuerint, quis commonebit? 20 Po-
I Io 5,19 situm est ergo saeculum in tenebris,
et qui inhabitant in eo sine lumine,
4,23 21 quoniam lex tua incensa est, propter
quod nemo scit quae a te facta sunt
vel quae incipient operae. 22 Si enim
inveni gratiam coram te, inmitte in me
spiritum sanctum, et scribam omne
quod factum est in saeculo ab initio,
quae erant in lege tua scripta, ut pos-
sint homines invenire semitam, et qui
voluerint vivere in novissimis vivant.

23 Et respondit ad me et dixit: Va-
dens congrega populum et dices ad
eos, ut non te quaerant diebus quad-
Is 30,8! raginta. 24 Tu autem praepara tibi
buxos multos et accipe tecum Saream,
Dabriam, Selemiam, Ethanum et Asi-
hel, quinque hos qui parati sunt ad
scribendum velociter. 25 Et venies hic,
et ego accendam in corde tuo lucer-
nam intellectus, quae non extinguetur
quoadusque finiantur quae incipies
scribere. 26 Et cum perfeceris, quaedam
palam facies, quaedam sapientibus
absconse trades. In crastinum enim
hac hora incipies scribere.

27 Et profectus sum, sicut mihi prae-
cepit, et congregavi omnem populum
et dixi: 28 Audi, Israhel, verba haec:
29 Peregrinantes peregrinati sunt pat- 29.30: 9,32:
res nostri ab initio in Aegypto, et Ps 105,7
liberati sunt inde. 30 Et acceperunt
legem vitae, quem non custodierunt,
quem et vos post eos transgressi estis.
31 Et data est vobis terra in sortem in
terra Sion, et vos et patres vestri ini-
quitatem fecistis et non servastis vias,
quas vobis praecepit Altissimus. 32 Ius-
tus iudex cum sit, abstulit a vobis in
tempore quod donaverat. 33 Et nunc
vos hic estis, et fratres vestri introrsus
vestrum sunt. 34 Si ergo imperaveritis
sensui vestro et erudieritis cor ves-
trum, vivi conservati eritis et post Io 5,24
mortem misericordiam consequemini.
35 Iudicium enim post mortem veniet,
quando iterum revivescemus, et tunc Hbr 9,27
iustorum nomina parebunt et impio-
rum facta ostendentur. 36 Ad me autem Ex 34,3
nemo accedat nunc, neque requirent
me usque diebus quadraginta.

AS CME 𝔠𝔟𝔳 14 exue te iam] exue iam A; exue te C; excute ME | 15 facientur A𝔟𝔳] facient *cet.* | 16 quanto S | fit CME𝔟𝔳; fiet 𝔠 | multiplicabuntur CME𝔠 | habitantes C; inhabundantes A; + in eo CME𝔟; + terram 𝔳. | 17 prolongabit C𝔟𝔳; prolongabitur ME | enim¹ + se 𝔠 | magis *om.* ACME | adpropinquabit CME𝔟𝔳 | festina C | aquila 𝔟𝔳.] itaque AS; tu C; *om.* ME𝔠 | in *om.* CME𝔠 | uisio CME | 18 dixi A] *praem.* et *cet.*; + loquar M𝔳 | 20 ergo] enim CME𝔟𝔳 | ~ saeculum enim in tenebris positum est CME | 21 a te] autem A; ante C | operae] opere AS; opera C𝔠; operari 𝔟; fieri opera ME; ... opera 𝔳. | 22 gratiam coram te] in te gratiam 𝔠 | ~ spiritum sanctum in me AE | uiuent A | 23 ~ quaerant te 𝔠 | 24 qui] quia C𝔟𝔳 | 25 uenias 𝔠 | huc CME𝔠 | ascendam C; incendam A | 26 et tunc perfectis 𝔠 | 29 peregrinantes *om.* 𝔠 | 30 quem¹] quam CME𝔠 | quem²] quam ACME𝔠 | 31 in²] et in A; et S𝔠; *om.* C | terram² A | ~ et patres uestri et uos S𝔠 | ~ praecepit uobis 𝔠 | 32 et iustus 𝔠 | 33 introrsum S𝔠𝔟; inter ME | ~ sunt uestrum A; uos sunt ME | 34 mortem + conseruati A | consequimini ASC | 35 nomen apparebit A𝔟 | 36 autem] igitur 𝔠 | requirat CME𝔠 | usque dies 𝔠; diebus CME |

[37] Et accepi quinque viros, sicut
mandavit mihi, et profecti sumus in
campo et mansimus ibi. [38] Et factus
sum in crastinum, et ecce vox vocavit
me dicens: Ezra, aperi os tuum et bibe
quod te potiono. [39] Et aperui os meum,
et ecce calix plenus porrigebatur mihi;
hoc erat plenum sicut aqua, color au-
tem eius ut ignis similis. [40] Et accepi et
bibi, et in eo cum bibissem cor meum
eructabatur intellectum et in pectus
meum increscebat sapientia. Nam spi-
ritus meus conservabat memoriam,
[41] et apertum est os meum et non est
clausum amplius.

[42] Altissimus autem dedit intellec-
tum quinque viris, et scripserunt quae
dicebantur ex successione notis quas
non sciebant, et sederunt quadraginta
diebus. Ipsi autem per diem scribe-
bant, [43] nocte autem manducabant pa-
nem; ego autem per diem loquebar et
nocte non tacebam. [44] Scripti sunt au-
tem in quadraginta diebus libri non-
genti quattuor.

[45] Et factum est cum conpleti essent
quadraginta dies, et locutus est Altis-
simus dicens: Priora quae scripsisti in
palam pone, et legant digni et indigni.
[46] Novissimos autem septuaginta con-
servabis, ut tradas eos sapientibus de
populo tuo. [47] In his enim est vena in-
tellectus et sapientiae fons et scientiae
flumen. Et feci sic.

15 Ecce loquere in aures plebi Ier 26,2
meae sermones prophetiae quos in-
misero in os tuum, dicit Dominus, [2] et
fac in carta scribi eos, quoniam fide-
les et veri sunt. [3] Ne timeas a cogita-
tionibus adversum te, nec conturbent
te incredulitates dicentium, [4] quoniam
omnis incredulus in incredulitate sua Rm 11,20
morietur.

[5] Ecce ego induco, dicit Dominus,
super orbem terrarum mala, gladium
et famem et mortem et interitum,
[6] propter quod superposuit iniquitas
omnem terram et adimpletae sunt
operationes eorum. [7] Propterea dicit
Dominus: [8] Iam non silebo impieta-
tes eorum quae inreligiose agunt,
nec sustinebo in his quae inique exer-
cent. Ecce sanguis innoxius et iustus Gn 4,10!
clamat ad me, et animae iustorum
clamant perseveranter. [9] Vindicans vin- Dt 32,43!
dicabo illos, dicit Dominus, et acci-
piam omnem sanguinem innocuum ex
illis ad me. [10] Ecce populus meus quasi Ier 51,40!
grex ad occisionem ducitur. Iam non
patiar illum habitare in terra Aegypti,
[11] sed educam eum in manu potenti et Dt 26,8!
brachio excelso, et percutiam Aegyp-
tum plaga sicut prius, et corrumpam
terram omnem eius.

[12] Lugeat Aegyptus et fundamenta
eius a plaga verberati et mastigati
quam inducet Dominus. [13] Lugeant Ioel 1,11
cultores operantes terram, quoniam

37 quinque *om.* A | in campum CMEc | 38 factum est b; facti sumus CME | quod AS
te potionor ME; quo te potauero c | 40 in eo *om.* SCME | ruhtuabatur A; eructuabat (CME)
CME; cruciabatur c | intellectu c | conseruabatur c; + omnia CME | memoria Sc; cb(ɒ)
memorie C; memoriter ME | 42 autem¹ *om.* c | ex successione Cbɒ] ex successionem S; ex successiones A; et (sed E) successiones ME; excessiones c | notis quas bɒ.] noctis quas ASc; noctis que C; diei noctisque ME | et sederunt—scribebant *om.* c | 43 nocte autem] et nocte CMEb | nocte²] noctu AM; per noctem c | 44 per quadraginta dies c; in (*om.* C) diebus quadraginta CME | ducenti c; + septuaginta A | quattuor] septuaginta C (*in ras.*) | 45 compleuissent c | et² *om.* CMEc | est² + ad me CMEbɒ | 47 est uenia AS; est uenia et C; ueniet ME | [*desinit* ɒ] || **15,1** [*in capp.* 15 *et* 16 CME *alteram textus recensionem exhibent*] | plebis c | 2 fac ut in carta scribantur Scb | 3 ne conturbent A; nec turbent Scb | dicentium] contradicentium b. | 6 superpolluit c | in omnem S | adimpleta sunt opera nociua illorum Scb | 8 impietatibus S; de impietatibus c; in impietatibus b | quae¹—exercent *om.* A | et iustus *om.* A | perseuerantes A | 9 innoxium Scb | 11 aegyptum *om.* c | ~ omnem terram cb | 12 lugebit c | a *om.* c | uerberata c; uerberationis b | et mastigati A] in castigationes S; et castigationis b; et castigatione c | quas Sc | inducit Sb; inducat A; + ei c | deus Sc | 13 lugebunt c |

deficient semina eorum et vastabuntur
ligna eorum ab uredine et grandine et
a sidus terribile. [14]Vae saeculo et qui
15—17: II Par 15,5.6! habitant in eum, [15]quia adpropinqua-
vit gladius et extritio illorum, et exsur-
get gens contra gentem ad pugnam, et
romphea in manibus eorum. [16]Erit
enim inconstabilitio hominibus, alis-
alios supervalescentes non curabunt
regem suum et principem megestano-
rum suorum in potentia sua. [17]Con-
cupiscet enim homo in civitatem ire et
non poterit. [18]Propter superbiam enim
eorum civitates turbabuntur, domus
Ez 38,21! exterentur, homines metuent. [19]Non
miserebitur homo proximo suo ad irri-
tum faciendum in domos eorum in
gladium, ad diripiendas substantias
eorum propter famem panis et tribu-
lationem multam.

[20]Ecce ego convoco, dicit Deus,
Ps 71,11 omnes reges terrae ad movendum, qui
sunt a borea et a noto et ab euro et a
libano, ad convertendos in se et red-
56 dere quae dederunt illis. [21]Sicut faciunt
usque hodie electis meis, sic faciam
Is 65,6! et reddam in sinum ipsorum. Haec
dicit Dominus Deus: [22]Non parcet
dextera mea super peccantes nec ces-
sabit romphea super effundentes san-
guinem innocuum super terram. [23]Et
Ier 4,4! exiit ignis ab ira eius et devoravit fun-
damenta terrae et peccatores quasi
stramen incensum. [24]Vae eis qui pec-
cant et non observant mandata mea,
dicit Dominus, [25]non parcam illis. Dis-
cedite, filii apostatae, nolite contami-
nare sanctificationem meam. [26]Novit
Deus qui peccant in eum, propterea
tradet eos in mortem et in occisionem.
[27]Iam enim venerunt super orbem ter-
rarum mala, et manebitis in illis; non
enim liberabit vos Deus, propter quod
peccastis in eum.

[28]Ecce visio horribilis, et facies illius
ab oriente. [29]Et exient nationes draco- Ier 4,13!
num Arabum in curris multis, et sibi-
latus eorum a die itineris fertur super
terram, ut etiam timeant et trepiden-
tur omnes qui illos audient. [30]Carmo-
nii insanientes in ira exient de silva et
advenient in virtute magna et consta-
bunt in pugnam cum illis et vastabunt
portionem terrae Assyriorum in den-
tibus suis. [31]Et post haec supervalescet
draco nativitatis memoria suae, et si
converterint se conspirantes in virtute
magna ad persequendos eos, [32]et isti
turbabuntur et silebunt in virtute illo-
rum et convertent pedes suos in fu-
gam, [33]et a territorio Assyriorum sub-
sessor subsedebit eos et consumet
unum ex illis, et erit timor et tremor in
exercitum illorum et inconstabilitio in
regno illorum.

[34]Ecce nubs ab oriente et a septen-

AS cb 13 deficiet S; deficiat A | semita A | et[1]—eorum[2] *om.* c | a sidere terribili c | 14 inhabitant S b | in eo c | 15 contritio eorum S cb | contra] super S b | 16 constabilitio A, *sed cf. v.* 33 | hominibus + et c | aliis alios A; alius aliis S; alii aliis cb | inualescentes S cb | et—suorum *om.* A | principes c | megestanorum] uiae gestorum c | 17 concupiscit A | ~ et non poterit ire A | 19 proximum suum S cb | irritum] impetum b | in[1] *om.* c | tribulatione multa S | 20 deus] dominus A | mouendum A] me uendum S; me uerendum cb | qui sunt *om.* S b | a borea et a notho A] ab oriente et ab austro S cb | et[2] *om.* S b | in *om.* b | 21 in sinu eorum S cb | 22 peccatores S c | innoxium c | 23 et[1] *om.* c | 24 eis] hiis A | 25 apostatae] a potestate S c | 26 nouit] *praem.* quoniam S cb | deus] dominus omnes S cb | peccant] derelinquunt S b; delinquunt c | in *om.* A | eum] illum S cb | tradidit S cb | eos + deus S | 27 liberauit AS | propterea quod A | 28 uisio + et S | 29 in curribus c | sibilatus] sic (sicut c) flatus S c | a die itineris] numerus c | etiam] iam c | trepident c; repetentur A | 30 carmini A | ira + et S c | exient + ut apri S cb | in[2]] de c | in dentibus suis *om.* c | 31 superualescent dracones cb | natiuitatis memores sui (suae b) S b; memoriae natiuitatis suae A; natiuitatis suae memores c | si *om.* c | conuerterent A; conuertent c | 32 et[1] *om.* c | 33 obsessor S | obsidebit S cb | illos S b | exercitu c; exercituum S | inconstabilitio A] inconstantia b; constantia S; contentio c | in[2] *om.* A | reges ipsorum S cb | 34 nubes c | a *om.* c |

trione usque ad meridianum, et facies
illorum horrida valde, plena irae et
procellae. 35 Et conlident se invicem et
effundent sidus copiosum super ter-
ram et sidus illorum, et erit sanguis a
gladio usque ad ventrem equi 36 et fe-
mur hominis et suffraginem cameli. Et
erit timor et tremor multus super ter-
ram, 37 et horrebunt qui videbunt iram
illam, et tremor adprehendet illos. Et
post haec movebuntur nimbi copiosi
38 a meridiano et septentrione, et por-
tio alia ab occidente. 39 Et superinvales-
cent venti ab oriente et recludent eum
et nubem quam suscitavit in ira, et
sidus ad faciendam exteritionem ab
orientalem notum et occidentem vio-
labitur. 40 Et exaltabuntur nubes mag-
nae et validae plenae irae et sidus,
ut exterant omnem terram et inhabi-
tantes eam, et fundent super omnem
altum et eminentem sidus terribile,
41 ignem et grandinem et rompheas
volantes et aquas multas, ut etiam im-
pleantur omnes campi et omnes rivi a
plenitudine aquarum illarum. 42 Et de-
62 molient civitates et muros et montes et
colles et ligna silvarum et faena prato-
rum et frumenta eorum. 43 Et transi-
bunt constanter usque Babylonem et
exterent eam. 44 Convenient ad ipsam
et circuibunt eam et effundent sidus et
omnem iram super eam, et subibit pul-
vis et fumus usque ad caelum, et om-
nes in circuitu lugebunt eam, 45 et qui
subremanserint servientes his qui eam
exteruerunt.

46 Et tu Asia, consors in specie Baby-
lonis et gloria personae eius, 47 vae tibi,
misera, propter quod adsimilasti ei, Ez 16,33
ornasti filias tuas in fornicatione ad
placendum et gloriandum in amatori-
bus tuis, qui te cupierunt semper forni-
cari. 48 Odibilem imitata es in omnibus
operibus eius et adinventionibus eius.
Propterea dicit Deus: 49 Inmittam tibi
mala, viduitatem, paupertatem et fa-
mem et gladium et pestem ad devas-
tandas domos tuas, ad violationem et
mortem. Et gloria virtutis tuae 50 sicut
flos siccabitur, cum exsurget ardor qui Mt 13,6; Mc 4,6;
emissus est super te. 51 Et infirmaberis Iac 1,11
et paupera a plaga et mastigata a vulne-
ribus, ut non possis tuos suscipere po-
tentes et amatores. 52 Numquid ego sic
zelabo te, dicit Dominus, 53 nisi occidis-
ses electos meos in omni tempore, ex-
ultans percussione manuum et dicens,
super mortem eorum cum inebriata es:
54 Exorna speciem vultus tui? 55 Merces
fornicariae in sinus tuos, propterea
redditionem percipies. 56 Sicut facies 21!
electis meis, dicit Dominus, sic faciet
tibi Deus et tradet te in malis. 57 Et
nati tui fame interient, et tu romphea Ps 108,13; Ier 18,21
cades, et civitates tuae conterentur, et
omnes tui in campo gladio cadent. 58 Et
qui sunt in montibus fame peribunt,
et manducabunt carnes suas et sangui- Dt 28,55
nem bibent a fame panis et siti aquae.

34 illorum] earum c | 35 inuicem] in se A | effundent] collident c | et erit sanguis] sanguinem A | ad *om.* A | equi *om.* c | 36 femur] femus S; fimus c | et suffraginem] usque ad substramen c | 37 adprehendit ASb | 38 septentrionem A | et² *om.* A | 39 eam c | quem S | exterritationem c | ab] ad c | orientale A | notum] natum S; natho A; uentum c | 40 magnas et ualidas A; magne et ualida S | plena S | exterreant c | in eam A | infundent c | omnem² + locum c | terribilem AS | 41 a plenitudine A] plenitudine cb; plenitudinem S | illarum] multarum c | 42 demolientur c | foenum c | 43 constantes c | usque + ad c | 44 super] in A | ad²] in c | lugebant S | 45 sub ea remanserint c | seruient cb | eam *om.* c | exterruerunt ASc | 46 concors c | specie] spem c | 47 ei + et c | te] tecum c | fornicare A; fornicariam b | 48 et + in c | 49 a uiolationem et mortem S; a uiolatione et morte c | 51 et¹ *om.* c | firmaberis S | et²] ut c | paupercula plagata et castigata a mulieribus c | possis tuos b] possit uos S; possitis uos A(*vid.*); possint te c | 52 zelabor c | 53 occidisset electus meus A | exaltans c | percussionem ASc | manum S; meam A | esses c | 55 fornicaria A; fornicationis tuae c | in sinu tuo propter hoc c | recipies Sb; accipies c | 56 electos meos S | faciet] faciat S | AS cb

Cod. A.

59 Propter priora misera es et iterum excipies mala. 60 Et in transitum allident civitatem oditam et exterent eam, portionem aliquam gloriae tuae et territorii tui, dum revertuntur a Babylonia. 61 Extrita illis eris in stramine, et ipsi tibi erunt ignis. 62 Omnes hii com-
42 edunt te et civitates tuas et territoria tua et montes, et omnem silvam tuam et ligna pomifera igne consument. 63 Et natos tuos captivabunt et honestatem tuam spoliabunt et gloriam faciei tuae exterminabunt.

16 Vae tibi, Babylon et Asia, vae tibi, Aegypte et Syria. 2 Praecingite vos saccos, plangite filios vestros et dolete de his, quia adpropinquavit contritio vestra. 3 Inmissus est gladius vobis, et quis est qui avertat eum? 4 Inmissus
4.5: 8.9.14.15 est vobis ignis, et quis est qui extinguat
eum? 5 Inmissa sunt vobis mala, et quis est qui recutiet ea? 6 Numquid recutiet aliquis leonem esurientem in silva? Aut numquid extinguet ignem, cum stramen incensum fuerit? 7 Aut numquid recutiet sagittam inmissam a sa-
8.9: 4.5! gittario forte? 8 Dominus Deus mittit
mala, et quis recutiet ea? 9 Et exiet
Ier 4,4! ignis ex iracundia eius, et quis est qui
extinguat eum? 10 Coruscabit, et quis non timebit? Tonabit, et quis non horrebit? 11 Dominus comminatur, quis non conterretur a facie eius? 12 Tremet
Idt 16,18; Sir 16,19! terra a fundamento eius, mare fluc-

Codd. S *et* CME *ac* cb.

59 Infelix primaria venies, et rursum accipies mala. 60 Et in transitu adlident civitatem odiosam et exterent aliquam portionem terrae tuae et partem gloriae tuae exterminabunt, rursum revertentes a Babylonia. Subversa 61 et demolita eris illis pro stipula, et ipsi erunt tibi ignis. 62 Et devorabunt te et civitates tuas, terram tuam et montes tuos, omnes silvas tuas et lignum fructiferum igni conburent. 63 Filios tuos captivos ducent et censum tuum praeda habebunt et gloriam faciei tuae exterminabunt.

16 Vae tibi, Babylon et Asia, vae tibi, Aegypte et Syria. 2 Praecingite vos saccis et ciliciis, et plangite filios vestros et dolete eos, quoniam adpropinquavit contritio vestra. 3 Missus est vobis gladius, et quis est qui avertat illum? 4 Missus est vobis ignis, et quis est qui extinguat illum? 5 Missa sunt vobis mala, et quis est qui repellat ea? 6 Numquid repellet aliquis leonem esurientem in silva, aut extinguet ignem in stipula, mox quae coeperit ardere? 7 Numquid aliquis repellet sagittam a sagittario forti missam? 8 Dominus Deus mittit mala, et quis repellet ea? 9 Exiet ignis ex iracundia eius, et quis est qui extinguat eum? 10 Coruscabit, et quis non timebit? Tonabit, et quis non urguebit? 11 Dominus comminabitur, et quis non funditus conteretur a facie ipsius? 12 Terra tremuit et funda-

Cod. A.

A 59 *ab* infelix *usque ad* 16,32 relinquentur S cb *ad recensionem codd.* CME *pertinent, cuius textum seorsum a textu cod.* A *praebemus* | misera es] misserat A(*vid.*) | 60 exterrent A | terraeturiae tuae A | 62 terraeturia A || **16**,6 extinguit A | 9 exiet *restituimus cum Gilda, de excidio Britanniae* 60] exiit A | ex *item cum Gilda*] et A |

Codd. S *et* CME *ac* cb.

S CME cb 59 primaria] per maria c | 60 in transitum SE | otiosam SM b; occisam c | ad babyloniam (babylonem c) subuersam S c | 61 et[1]] ut S | 63 in praedam ME c || **16**,2 eos *om.* c | 3 inmissus cb | illud S | 4 inmissus cb | in uobis c | illud S | 5 inmissa cb | 6 *vers. om.* M | extinguat S | in stipulam S | mox quando c; mox C; mox ut E | 7 repellit SM | ~ repell. aliquis M c | 8 deus] fortis c | immittit c | quis + est qui c | repellat S c | 9 exiit M c | 10 urguebit ME] surgebit S; pauebit c; horrebit C b | 11 comminatur C | conteritur S | 12 tremit C |

Cod. A.

Is 51,15! tuatur de profundo, et fluctus eius tur-
babuntur et pisces eius a facie Domi-
ni et a gloria virtutis eius, 13 quoniam
fortis gloriae qui tendit sagittam, et
Ps 7,13.14; Is 5,28! acumen eius acutum, quae dimissa est
ab eo, non deficiet missa super fines
14.15: 4,5! terrae. 14 Ecce mittuntur mala et non
revertentur, donec venient super ter-
ram. 15 Et ignis incendetur et non ex-
tinguetur, donec excomedat frumenta
terrae. 16 Quomodo non revertitur sa-
gitta missa a sagittario valido, sic non
revertentur mala quae fuerint emissa
in terram.

17 Vae mihi, vae mihi, quis me libe-
rabit in diebus illis? 18 Initium gemitus
et copiosi suspirantium, initium famis
et multi disperient, initium belli et
timebunt potestates, initium malorum
et trepidabunt 19 ab eis; quid facient,
cum venerint mala? 20 Ecce famis plaga
dimissa est, et tribulatio eius tamquam
mastix, castigatio in disciplina. 21 Et
super his omnibus non se avertent ab
iniquitatibus suis nec super has plagas
memorantur sempiterna. 22 Ecce erit
annonae vilitas in brevi super terram,
ut putent sibi esse directam pacem.
Tunc superflorescent mala super ter-
ram, gladius et famis. 23 Et aporiant
vitam super terram, et gladius dispersit
quae superaverint a fame. 24 Et mortui
Is 5,25! quasi stercora proicientur, et non ha-
bent qui consolentur eos. Et derelin-
quetur deserta terra, et civitates eius
demolientur. 25 Non derelinquetur agri-
cola, qui colit terram et qui seminat
eam. 26 Ligna fructiferabunt, et quis

Codd. S *et* CME *ac* cb.

menta eius, mare fluctuatur de profundo, et fluctus eius disturbabuntur et pisces eius a facie Domini et a gloria virtutis eius, 13 quoniam fortis dextera eius quae arcum tendit, sagittae eius acutae quae ab ipso mittuntur; non deficient cum coeperint mitti in fines terrae. 14 Ecce mittuntur mala et non revertentur, donec veniant super terram. 15 Ignis succenditur et non extinguetur, donec consumat fundamenta terrae. 16 Quemadmodum non redit sagitta missa a sagittario valido, sic non revertentur mala quae missa fuerint in terram.

17 Vae mihi, vae mihi, quis me liberabit in illis diebus? 18 Initium dolorum et multi gemitus, initium famis et multi interient, initium bellorum et formidabunt potestates, initium malorum et trepidabunt omnes 19 in his; quid facient, cum venerint mala? 20 Ecce fames et plaga et tribulatio et angustia missa sunt flagella in emendatione. 21 Et in his omnibus se non convertent ab iniquitatibus suis neque flagellorum memores erunt semper. 22 Ecce erit annonae vilitas super terram sic, ut putent sibi esse directam pacem. Et tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames et magna confusio. 23 A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, et gladius perdet ceteros qui superaverint a fame. 24 Et mortui tamquam stercora proicientur, et non erit qui consoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, et civitates eius deicientur. 25 Non derelinquetur qui colat terram et qui seminet eam. 26 Lig-

Cod. A.
17 liberauit A | 18 multis A | 23 aperiant A | 24 consulentur A | desertas terras A | A
25 colet A |

Codd. S *et* CME *ac* cb.
12 fluctuat CMEc | a² *om.* SME | 14 uenient S; ueniat E | 16 ~ ualido sagittario c | S
17 liberauit S | 18 interitus c | 19 quid fecerint S; quid faciam c; qui defecerint ME | CME
24 tamquam] sicut c | proiciuntur S | derelinquitur S | 25 derelinquetur] relinquetur cb
agricola C | seminat S |

Cod. A.

vindemiet illa? 27 Et uva tradet se ad vindemiam, et quis adligabit eam? Erit enim et locis desertio multa. 28 Concupiscet enim homo hominem videre vel certe vocem eius audire. 29 Relinquentur enim decem de civitate et duo ex agro, qui absconderint se in silva et in fissuras petrarum. 30 Quemadmodum relinquentur in oliveto tres vel quattuor olivae, 31 aut sicut in vinea vindemiata et subremanet racemus patens ab scrutantibus vindemiam diligenter, 32 sic remanebunt

Codd. S *et* CME *ac* cb.

na dabunt fructus, et quis vindemiabit illa? 27 Uva matura fiet, et quis calcabit illam? Erit enim locis magna desertio. 28 Cupiet enim homo hominem videre vel vocem eius audire. 29 Relinquentur enim de civitate decem et duo de agro, qui absconderint se in densis nemoribus et fissuris petrarum. 30 Quemadmodum relinquentur in oliveto in singulis arboribus tres aut quattuor olivae, 31 aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquentur ab his qui diligenter vineam scrutantur, 32 sic relinquentur

Codd. AS *ac* cb.

in diebus illis tres vel quattuor ab scrutantibus domos eorum in romphea. 33 Et relinquetur deserta terra, et agri eius inveteraverunt, et viae eius
Is 33,8! et omnes semitae germinabunt spinas, eo quod non transient oves per eam.
Ioel 1,8 34 Lugebunt virgines non habentes sponsos, lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiae earum non habentes adiutorium. 35 Sponsi earum in bello consumentur, et viri earum in fame exterentur.

36 Audite vero ista et cognoscite ea, servi Domini. 37 Ecce verbum Domini, excipite eum, ne discredatis de quibus dicit Dominus: 38 Ecce adpropinquant mala et non tardantur. 39 Quemadmodum praegnans in nono mense filium suum in adpropinquante hora partus eius, ante horas duas vel tres gementes dolores circum ventrem eius, et prodiente infante de ventre non tardabit uno puncto, 40 sic non morabuntur mala ad prodiendum super terram, et saeculum gemet et dolores circumtenent illum.

41 Audite verbum, plebs mea, parate vos ad pugnam in malis. Sic estote quasi advenae terrae: 42 Qui vendit, 42.43: I Cor 7,30.31
quasi qui fugiet; et qui emit, quasi qui perditurus; 43 qui mercatur, quasi qui fructum non capiat; et qui aedificat, quasi non habitaturus; 44 qui seminat, quasi non messem facturus; et qui putat, quasi non vindemiaturus; 45 qui

Cod. A.
A 27 locus A | 31 diligentibus A |

S *Codd.* S *et* CME *ac* cb.
CME 27 calcauit S | enim + in MEb | 29 in fissuris C; scissuris Ec | 30 relinquuntur M;
cb derelinquuntur c | in²] et c; uel E | aut] uel C | 31 relinquuntur Cc |

Codd. AS *ac* cb.
AS 32 in diebus] *hic* Scb *a recensione* CME *recedunt* | uel] aut Scb | in rumpheam Sb |
cb 33 relinquentur S | ~ terra deserta c | inueterabunt c; in uepres erunt b | semitae + eius c | transeat A | ouis A; homines c | 34 sponsos—habentes² *om.* A | 37 eum] illud c | diis credatis Sc; dies credatis A | 38 tardant c | 39 praegnans + cum parit c | in² *om.* cb | adpropinquantem S | gementes *om.* c | circum] circumeunt c | prodientem infantem A | tardabunt c | 40 circumtenebunt illud c | 41 in pugnam et in Scb | 42 uendet AS | fugit A; fugiat c | periturus A | 43 *vers. om.* A | habiturus S | 44 qui¹] *praem.* et A | non messem facturus A] qui non metat (metet c) sic Scb | qui² + uineam c | putat] portat A |

I Cor 7,29 nubunt, sic quasi filios non facturi;
et qui non nubunt, sic quasi vidui.
46.47: Dt 28,33! 46 Propter quod qui laborant sine causa
laborant, 47 fructus enim illorum alie-
nigenae metent et substantiam illorum
rapient et domos evertent et filios
eorum captivabunt, quia in captivitate
et fame generant natos suos 48 et qui
negotiantur negotiantur in rapina.
Quamdiu exornant civitates et domos
suas et possessiones et personas suas,
49 tanto magis adzelabor eos super
peccata, dicit Dominus. 50 Quomodo
zelatur fornicaria mulierem idoneam
et bonam valde, 51 sic zelabitur iustitia
iniquitatem cum exornat se, et accusat
eam in faciem, cum venerit qui de-
fendat exquirentem omnem peccatum
super terram. 52 Propterea nolite simi-
lari eam nec operibus eius, 53 quoniam
Za 3,9! ecce adhuc pusillum, et tolletur ini-
quitas a terra et iustitia regnabit in
nos. 54 Non dicat peccator non se pec-
Prv 25,22! Rm 12,20 casse, quoniam carbones ignis conbu-
ret super caput eius qui dicit: Non
peccavi coram Deo et gloria ipsius.
64 55 Ecce Dominus cognoscit omnia
Ps 32,15! opera hominis et adinventiones illo-
Ps 93,11! rum et cogitatum illorum et corda
6,38 illorum. 56 Qui dixit: Fiat terra, et
facta est, fiat caelum, et factum est,
57 et in verbo illius stellae fundatae
Ps 146,4! sunt, et novit numerum stellarum,
Sir 23,28! 58 qui scrutat abyssum et thesauros
58.59: Or Man 3 illorum, qui metitus est mare et con-
ceptum eius, 59 qui conclusit mare in
medio aquarum et suspendit terram Ps 135,6!
super aquam verbo suo, 60 qui extendit
caelum quasi cameram et super aquas Ps 103,2!
fundavit eum, 61 qui posuit in deserto Ps 106,35!
fontes aquarum et super vertices mon-
tium lacus ad emittendum flumina ab
eminenti ut potaret terra, 62 qui finxit
hominem et posuit cor in medio cor-
poris et misit ei spiritum et vitam et 62.63: Iob 32,8; 33,4
intellectum 63 et spiramentum Dei om-
nipotentis, qui fecit omnia et scrutinat
absconsa in absconsis; certe 64 hic no-
vit adinventionem vestram et quae 55!
cogitatis in cordibus vestris.

Vae peccantibus et volentibus occul-
tare peccata sua. 65 Propter quod Do-
minus scrutinando scrutinabit omnia
opera eorum et traducet vos omnes.
66 Et vos confusi eritis, cum proces-
serint peccata vestra coram homini-
bus, et iniquitates erint quae accusa-
tores stabunt in die illo. 67 Quid facie-
tis aut quomodo abscondetis peccata
vestra coram Domino et gloria eius?
68 Ecce iudex Deus, timete eum, et
desinite a peccatis vestris et oblivisci-
mini iniquitates vestras iam agere eas
sempiterno, et Deus educabit vos et
liberabit de omni tribulatione. 69 Ecce
enim incenditur ardor super vos tur-
bae copiosae, et rapient quosdam ex
vobis et cibabunt idolis occisam. 70 Et
qui consenserint eis, erunt illis in deri-
sum et in inproperium et in conculca-

45 filii S | 47 rapiant A | auertent A | 48 negotiantur[2] *om.* S c | quamdiu] quantum AS
diu c | 49 peccata + sua c | 50 zelabor A | fornicariam mulierem idonea et bona b | 51 in cb
facie c | defendat + et A | omne c | 52 similare A | ei c | 53 ecce *om.* c | regnauit
iustitia A | uos c | 54 ~ se non c; in se A | domino deo c | 55 cognoscet S c | omnes
operas S | hominum c | cogitationes c | et corda illorum *om.* A | 56 qui dixit] dixit
enim c; *om.* S | est[1] + et A | 57 uerba A | fundati A | 58 scrutatur A c | illarum c |
meretus A; mensus c | mare] manere A | eius *om.* A | 59 clusit A | aquas c | 60 et
om. c | 61 uerticem c | ad eminenti AS; + petra c | portaret AS | terram c |
62 uinxit S | cor + suum c | et[3] *om.* c | et[4] *om.* A | 63 et[1] *om.* A | spiramen c |
scrutinatur A; + omnia c | ~ in absconsis absconsa A | certa S; terrae c | 64 uae *om.* c |
peccantes et uolentes c | sua] uestra c | 65 dominus] deus A | scrutinauit S c; scruta-
uit A | eorum] uestra c | uos] nos A | 66 erunt c; •••• A | 67 absconditis S | coram
deo et angelis eius S cb | 68 deus + et A | et[1] *om.* S cb | obliuiscemini AS; obliuisca-
mini c | eas + in c | educauit S; ••docauit A; educet c | uos] nos S | liberauit AS |
69 incendetur A | occisum A; occisos c | 70 erint S b | in[2] *om.* A |

tionem. 71 Erit enim Lociis et in vici-
nas civitates exsurrectio multa super
timentes Dominum. 72 Erunt quasi in-
sani neminem parcentes ad diripien-
dum et devastandum adhuc timentes
Dominum, 73 quia devastabunt et diri-
pient substantias eorum et de domo
sua eos eicient.
Za 13,9! 74 Tunc parebit probatio electorum
meorum, ut aurum quod probatur ab
Dn 12,1 igne. 75 Audite, electi mei, dicit Domi-
nus, ecce adsunt dies tribulationis, et
de his liberabo vos. 76 Ne timeatis nec
haesitemini, quoniam Deus dux ves- Dt 32,12!
ter est. 77 Et qui servatis mandata et
praecepta mea, dicit Dominus Deus,
ne praeponderent vos peccata vestra
nec superelevent se iniquitates vestrae.
78 Vae qui constringuntur a peccatis Prv 5,22
suis et obteguntur ab iniquitatibus suis,
quemadmodum ager constringitur a
silva et spinis tegitur semita eius, per
quam non transiet homo, et excludi-
tur et mittitur ad devorationem ignis.

EXPLICIT LIBER EZRAE QUARTUS

AS cb 71 lociis A] •ocis lociis S; locis locus cb | uicinis ciuitatis A | exresurrectio S | 72 erint Sb | nemini c | ad] a AS | 73 eripient A | eorum *om.* c | de domo suo A; de domos suas Sb; de domibus suis c | 74 apparebit A | ut] prout A | 75 dilecti c | 76 tim••• A | nec] neque A | haesitetis c | 77 seruatis b] seruat ASc | mandata + mea A | praeponderint A | nec] ne c | se *om.* Sb | 78 semina Sb | quem Sb | transiit A; transit Scb | excludetur et emittetur A ||

INCIPIT PSALMUS CLI

HIC PSALMUS PROPRIE SCRIPTUS DAVID
ET EXTRA NUMERUM CUM PUGNAVIT
CUM GOLIAD
1 Sm 17,14 Pusillus eram inter fratres meos
Idc 6,15 et adulescentior in domo pat-
ris mei
I Sm 17,15! pascebam oves patris mei
2 manus meae fecerunt organum
I Sm 16,23 digiti mei aptaverunt psalterium
3 et quis adnuntiabit Domino meo
ipse Dominus ipse omnium exaudiet
II Sm 7,8! 4 ipse misit angelum suum et tulit me
de ovibus patris mei
et unxit me in misericordia unctionis
suae
5 fratres mei boni et magni
et non fuit beneplacitum in eis Do- I Cor 10,5
mino
6 exivi obviam alienigenae
et maledixit mihi in simulacris suis Ps 96,7
7 ego autem evaginato ab eo ipsius
gladio
amputavi caput eius Sir 47,4! Idt 13,10!
et abstuli obprobrium de filiis Isra-
hel

EXPLICIT PSALMUS CLI

Psalmus CLI. *Citantur* RAKΦ *et* ɼ, *qui hunc psalmum in fine psalterii praebent.* [*Deest in* c] | 1 hic — goliad] psalmus dauid proprie extra numerum A. | et[1] *om.* K | goliad + hic psalmus in hebraeis codicibus non habetur sed ne a septuaginta quidem interpretibus editus est et idcirco repudiandus Φ | 3 et — meo *om.* R. | adnuntiauit AKΦ | exaudiuit KΦ | 5 ~ in eis beneplacitum A | 6 mihi] me KΦ | 7 eo ipsius] ipso R. | de RA] a KΦɼ ||

R
AKΦ
ɼ

INCIPIT EPISTULA AD LAODICENSES

Gal 1,1! Paulus apostolus non ab homini-
bus neque per hominem sed per
Iesum Christum, fratribus qui
Rm 1,7! Phil 1,2 sunt Laodiciae. [2]Gratia vobis
et pax a Deo Patre et Domino Iesu
Christo.

Phil 1,3.4 [3]Gratias ago Christo per omnem
orationem meam, quod permanentes
Rm 2,7! estis in eo et perseverantes in operibus
eius, promissum expectantes in diem
Col 2,4! iudicii. [4]Neque destituant vos quorun-
dam vaniloquia insinuantium, ut vos
Gal 2,14 evertant a veritate evangelii quod a me
praedicatur. [5]Et nunc faciet Deus, ut
Phil 1,12 qui sunt ex me ad profectum veritatis
Rm 2,7! evangelii deservientes et facientes be-
nignitatem operum quae salutis vitae
aeternae.

Phil 1,13 [6]Et nunc palam sunt vincula mea
quae patior in Christo; quibus laetor
Phil 1,19.20! et gaudeo. [7]Et hoc mihi est ad salutem
perpetuam; quod ipsum factum ora-
tionibus vestris et administrantem
Spiritum Sanctum, sive per vitam sive
per mortem. [8]Est enim mihi vere vita Phil 1,21
in Christo et mori gaudium. [9]Et in
ipsum in vobis faciet misericordiam Tit 3,5
suam, ut eandem dilectionem habeatis Phil 2,2!
et sitis unianimes.

[10]Ergo, dilectissimi, ut audistis Phil 2,12
praesentia mei, ita retinete et facite in
timore Dei, et erit vobis vita in aeter-
num; [11]est enim Deus qui operatur in Phil 2,13
vos. [12]Et facite sine retractu quae- Phil 2,14
cumque facitis.

[13]Et quod est, dilectissimi, gaudete Phil 3,1!
in Christo. Et praecavete sordidos in 1 Tim 3,8!
lucro. [14]Omnes sint petitiones vestrae Phil 4,6
palam apud Deum. Et estote firmi in 1 Cor 2,16
sensu Christi. [15]Et quae integra et Phil 4,8
vera et pudica et iusta et amabilia
facite. [16]Et quae audistis et accepistis, Phil 4,9
in corde retinete, et erit vobis pax.

[18]Salutant vos sancti. [19]Gratia Do- Phil 4,22 Phil 4,23!
mini Iesu cum spiritu vestro. [20]Et
facite legi Colosensium vobis. Col 4,16

EXPLICIT AD LAODICENSES

F
MQBDCΛ
ƀ

Ad Laodicenses. *Citantur* FMQBDCΛ *et* ƀ. [*Deest in* c; *Light* = J. B. Lightfoot, S. Paul's Epistles to the Colossians and to Philemon, London, 1900, *p.* 285 *seq.*] *Tit.* ad laodicenses ƀ | 1 apostolus *om.* CΛ | 2 patre + nostro QDΛ | 3 estis *om.* B.; ~ estis permanentes D | in operibus eius *om.* QCΛ | sperantes promissum B; sperantes promissionem D | in die QC | iudicationis B | 4 destituat B *cum Ps. Aug. spec. cap.* 50; destituit QCΛ | nos[1] CΛ. | uaniloquentia QBCΛ *cum Ps. Aug. l. c.* | insinuantium + sed QBD | euertent Q; auertant *Light cum Ps. Aug. l. c.* | 5 ~ deus faciet D | qui] quae ƀ | me + perueniant CΛ | *post* euangelii *lacunam indicat* ƀ | dei seruientes B | quae + sunt BD | uitae *om.* CΛ. | 6 in quibus BCΛ | 7 factum] fletum CΛ | orationibus] operationibus Q | et[2]] est CΛ; *om.* Q | administrante (-tes B.) spiritu sancto BDCƀ | 8 uera uita Q; uita ƀ; uiuere BD *Light* | 9 in ipsum] id ipsum CΛƀ; ipsum B; ipse D | in[2] *om.* Q | misericordia sua CΛƀ | 10 ergo] ego M | praesentiam mei C; praesentiam ei Q; praesentiam dei D. | ita *om.* C | 11 uos] uobis MBDCΛ | 12 retractatu MBΛ; retractatione D | quodcumque BCΛ | 13 quod est] quodcumque optimum est D; + ⟨reliquum⟩ *Light* | in lucro] *praem.* homines D.; + homines CΛ | 14 omnes *om.* BCΛ | sint *post* deum *transpon.* B. | petiones BD | apud] ante D | 15 iusta + et casta D | amabilia + sunt CΛ | 16 pax + [17]salutate omnes fratres in osculo sancto BD | 18 *vers. om.* Q. | uos + omnes BD | 19 domini nostri iesu christi QBDCΛ | 20 *vers. om.* Λ | legi + colosensibus (+ epistulam B) et BD ƀ (*inter uncinos*) | uobis + amen B ||

IN HAC BIBLIOTHECA HABENTUR

VETUS TESTAMENTUM

NOVUM TESTAMENTUM

APPENDIX